# CONSILIORVM SIVE RESPONSORVM

## D. IACOBI MENOCHII,

DIVINI ATQVE HVMANI IVRIS SCIENTIA PERITISSIMI, ET IN nobiliſsimo Gymnaſio Patauino Iuris Cæſarei interpretis eminentiſsimi,

*LIBER PRIMVS.*

*Reſponſa profectò celebria, arguta & elegantia; quorum velut ex oraculo prudenter, ſcitéque dicta, facilè quiſque legendo iudicabit. Et ſi quis libri vtilitatem, vel ſcriptoris vim ingenij atque ſolertiam ſpectet, nulla certè reſponſa inueniet, aut pauca, quæ cum his conferre queat.*

Cum rerum Summis, & Indice locupletiſsimo.

*Omnia nunc demum accuratiſsimè recognita; & à mille mendis, quibus editiones priores ſcatebant, expurgata.*





LVGDVNI,

M. D. LXXXII.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

del Collegio dela Compañia de Jesus Granada

R. 9981

Ba

# CONSILIORVM SIVE RESPONSORVM

## D. IACOBI MENOCHII,

DIVINI ATQVE HVMANI IVRIS SCIENTIA PERITISSIMI, ET IN nobiliſsimo Gymnaſio Patauino Iuris Cæſarei interpretis eminentiſsimi,

*LIBER PRIMVS.*

*Reſponſa profectò celebria, arguta & elegantia; quorum velut ex oraculo prudenter, ſcitéque dicta, facilè quiſque legendo iudicabit. Et ſi quis libri vtilitatem, vel ſcriptoris vim ingenij atque ſolertiam ſpectet, nulla certè reſponſa inueniet, aut pauca, quæ cum his conferre queat.*

Cum rerum Summis, & Indice locupletiſsimo.

*Omnia nunc demum accuratiſsimè recognita; & à mille mendis, quibus editiones priores ſcatebant, expurgata.*




LVGDVNI,

M. D. LXXXII.

# GREGORIO XIII. PONT. MAX.

## IACOBVS MENOCHIVS. S.

*MAGNVM certè (Beatiſsime Pater) ac incredibile ſemper fuit omni ætate, omnibuſque ſæculis ſummi opificis Dei prouidentia lumen, quod humano generi in maximis rerum difficultatibus laboranti affulſit. Verùm, nullum maius ac lucidius vnquam apparuit, quàm miſerrimis his temporibus, quibus ſua illa immenſa bonitate qua patribus noſtris pollicitus eſt, nobiſcum ſe futurũ ad ſæculi conſummationem vſque, te tanta celeritate, tantáque ſapientiſsimorum patrum concordia, illum eſſe voluit qui ingruẽtibus maximis vndique malis ſolus mederi poſſes. Malè certè actum fuiſſet cum vniuerſa Chriſtiana Rep. quæ nũc, tum ab impijs hæreticorum morſibus fœdè laceratur, tum à ſæuiſsimo Turcarum Tyranno tanta vi, quanta vnquam potuit, impiè oppugnatur, niſi Optimus ille Parens Pium V. anteceſſorem tuum ſanctiſsimum virum, ac te beatiſsimum Patrem ſuſcitaſſet, quos tanto malo opponeret. Ille principes Chriſtianos mouit, coegit, aciem inſtruxit aduersùs peſsimos Chriſtianæ religionis oppugnatores: Tu nobis nunc ades, vt tantam belli molem ſuſtineas, & vt cuſtos vigilantiſsimus noſter, nos oues tuas aduerſarij Lupi rapaciſsimi ferocitate maximè perterritas tuearis atque defendas. Hoc cùm ſperent omnes, ingentes Deo Opt. Max. agunt gratias: & ad te eximio præ gaudio exultantes, vt tibi gratulentur, ac ad pedes tuos prouoluti te venereãtur, certatim veniunt. Quo ſanè in munere præſtando, ſi quis paratus eſſe deberet, ego certè eſſe deberem: quippe qui & te, & anteceſſores tuos beatiſsimos, ſapientiſsimóſque patres ita mente pia, puróque animo ſemper coluerim, ſímque ſemper veneratus, vt conatus meos omnes eò direxerim, vt ſi fieri poſſet, me veſtri numinis obſeruantiſsimum ſignificarem. Quod cùm alia ratione efficere non potuerim, quàm ſi veſtrarum ſacratiſsimarum Conſtitutionum me obſeruatorem præberem: ob id duodecim perpetuos annos in illis explanandis verſari volui. Verùm, cùm multa me impediunt, ne ad te venerandum coràm veniam, tum illud maximè, quòd nouis laboribus me accingo, vt futuros in annos in iure Cæſareo enucleando, cui me principes mei, quibus parere Apoſtolorũ ille princeps iubet, interpretem deſignarunt, operam omnem qualemcunque meam inſumam. Quocircà*

*quod coràm præſtare non poſſum, ſaltem ſummæ meæ lætitiæ ſignificationem aliquam his dare placuit: & ita placuit, vt auſus ſim rogare, ad te perferri tenuiſſimum hoc meæ erga te obſeruantiæ teſtimonium, quod tibi dicatū atque conſecratum apparere volui. Scio equidem Maieſtati iſti tuæ & maiora & ampliora iure deberi, quippè quòd nil maius, aut excelſius in terris, quod veneremur, te ipſo habeamus. Verumtamen, cùm vel ipſa fortunæ meæ tenuitas non patiatur alio me vel maiore vel aptiore officij genere ad pedes iſtos tuos ſanctiſſimos exoſculandos procumbere, malui in hoc peccati genere errare, quàm in eo grauiori, quo fuiſſem notatus, niſi tenui hoc munuſculo animi mei propenſionem ſignificaſſem. Quod eò libentius feci, quò intelligebam, non alio Principi hæc iuris Reſponſa deberi, quàm illi, qui tot annos ſumma omnium admiratione, ita in Iuriſprudentia, docendo, reſpondendo & contentiones grauiſſimas dirimendo, verſatus eſt, vt, Diuino numine fauente, ea duce, eò euectus ſit quo altius mortalium nemo aſcendere poteſt. Nec deſpero etiam quin grata aliquantulum tibi hæc eſſe debeant, cùm pleraque in his ſint, in quibus de grauiſſimis aliquorum Italiæ principum controuerſijs, quæ adhuc ſub iudice ſunt, diſputatur. Et quæ quidem grauiſſimæ cōtrouerſiæ vel te ipſo arbitro omnium maximo, pro vniuerſæ regionis huius tranquillitate, quæ vna omnium maximè à Chriſti fidelibus eſt expetenda, diffiniri facilè poſſent. Abs te igitur (Beatiſſime, Clementiſſiméque Pater) peto quæſóq; vt hanc pietatis erga te meæ teſtificationē benigna mēte recipias. Hoc te facturum ſpero & confido, tum ob ſingularem humanitatem tuam, tum quòd, ſi id effeceris, & me & bonarum diſciplinarum ſtudioſos omnes, quos ſemper amaſti, fouiſtique, incredibili ardore quodam accendes, vt nulla immenſi laboris ratione habita, celeri greſſu ea incedamus via, laudis & gloriæ aſſequendæ gratia, quam tu ab ineunte ætate tua nobis commonſtraſti. Patauio. XIII. Kal. Septembris, M. D. LXXII.*



# RESPONSORVM, SIVE CONSILIORVM IACOBI MENOCHII I. C. EMINENTISSIMI, ET IN CELEBRI GYMNASIO PATAVINO IVRIS CÆSAREI PROFESSORIS DOCTISSIMI,

## Liber Primus.

*Lector beneuole, Summarium hoc, ob rei prolixitatem, noua hac ſub forma confecimus, atque compoſuimus: quò te à labore perquirendi loca inſigniora, noſtra pro virili ſubleuaremus. Vale.*

## PRO SERENISSIMO DVCE SABAVDIÆ IN CAVSA MARCHIÆ MONTISFERRATI.

### SVMMARIVM.


*ABSOLVTIO à iuramēto illicito de facili conceditur. numero 303.*
*Accidens non præſumitur. numero 12.*
*Actus correſpectiui dicuntur, cùm incontinenti fiunt. num. 450.*
*Actus præcedens animū ſubſequentem declarat. numero 294.*
*Actum tria perficiunt, voluntas, poteſtas & ſcientia. num. 259.*
*Actum per alium faciens, per ſeipſum facere dicitur. numer. 302. & ibi declaratur.*
*Aledramus Primus Montisferrati Marchio quo tempore in humanis eſſe deſierit. num. 44.*
*Alex. conſi. 195. nu. 4. lib. 6. declaratur. nu. 464.*
*Alberti Imperatoris mors. num. 111.*
*Aledramus Saxonus Alexandriæ naſcitur. nu. 3.*
*Alienari res aliena poteſt. nu. 137.*
*Animum ex facto magis, quàm ex verbis aperiri. num. 264.*
*Amorem præſumi ex collatis beneficijs. nu. 293.*
*Aretini doctrina conſ. 14. nu. 16. exploſa. nu. 345.*
*Arbitrij liberi fauor præualet fauori matrimonij. nu. 145.*
*Arbitrium eligendi, vel declarandi morte finitur. num. 76.*
*Authoris noua conſideratio, quomodo inſtrumentum à pluribus notarijs receptum, ab altero eorum tantùm leuari poſsit. numero 207.*
*Auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vend. in iuramento impuberum locum non habere. nu. 324.*
*Aetatem is probat, qui in ea fundamentum conſtituit. numer. 86.*

*BArtolus in l. liberorum, num. 8. de verbor. obliga. declaratur. num. 190.*
*Bellum non preſumi ab aliquo voluntariè prouocādo illatum. num. 248.*
*Bellum vt iuſtum ſit, quæ concurrere debeant. nu. 245.*
*Bellum in dubio præſumi iniuſtum. num. 246.*
*Baldus in l. ij. col. 2. verſi. item nota, quòd &c. C. de ſeruit. & aqua, declaratur. nu. 252.*
*Baldus in l. ij. §. 31. ff. de rerum diuiſ. declaratur. num. 310.*
*Bellum inconſulto Imperatore poſſe indici contra non recognoſcentem ſuperiorem, etiam de facto. nu. 253.*
*Bellum iuſtè mouetur contra eum, qui de facto negat imperium recognoſcere. nu. 254.*
*Bellum indicere poſſunt Principes, qui iura Imperij exercere poſſunt. num. 251.*
*Beneficium non præſumiur collatum ob merita. nu. 52.*
*Bernardini Corij error. nu. 109.*
*Bonam fidem cauſari à titulo etiam putatiuo. nu. 483.*
*Bonifacij Tertij Marchionis interitus & proles. nu. 59.*
*Bonifacij Palæologi mors. num. 115.*
*Bonifacij Secundi Marchionis V. mors. num. 56.*

Bonifacius Tertius Montiſferrati Marchio, quo tempore deceſſerit, ignoratur. num. 80.
Bonifacij Secundi Palæologi mors. nu. 117.

CAroli IIII. Imperatoris interitus. nu. 106.
Cauſa naturalis accidentali præualet. num. 17.
Cauſam falſam, diſpoſitionem Vitiare. num. 395.
Cauſam finalem ex præfationibus colligi. nu. 413.
Cauſam falſam, conceſsionem inueſtituræ Vitiare. nu. 414.
Cap. 1. §. moribus, ſi de feudo fuer. controuer. ſenſus & declaratio. nume. 420.
Cap. quamuis, de pact. in 6. diſpoſitionem ceſſare, cùm metus, Vel læſio enormiſſima in renuntiatione interceſsit. nu. 495.
Cenſum ſoluens pro re propria & libera, ſeruilem eam non reddit. num. 88.
Cap. 1. §. quinetiam, Epiſco. Vel Abb. ſenſus & declaratio. num. 459. & nu. 460.
Citationem non eſſe neceſſariam, cùm Princeps contra aliquē procedit. nume. 383. ſed declara Vt ſub numer. 398. & nume. 423. & num. 425.
Clauſulam, de plenitudine poteſtatis, tantam Vim habere, quantam habet duæ illæ ſimul, ex certa ſcientia, & motu proprio. numero 386.
Clauſulæ, motus proprij, effectus multi. nu. 387.
Clauſulæ, ex certa ſcientia, effectus multi. nu. 388.
Clauſulæ derogatoriæ Vis. nu. 389.
Clauſulam, ex certa ſcientia, in alienatione contractu adhibitam, facere Vt l. 2. C. de reſcind. Vend. remedium ceſſet. nu. 352.
Clauſulam, de plenitudine poteſtatis operari, Vt ius alterius ſuſtuliſſe Princeps dicatur. numer. 384 ſed declaratur rectius. nume. 422. 424.
Clauſulæ, ſupplentes omnes defectus &c, Vis & effectus. num. 412.
Clauſularum geminationem operari multùm in derogatione iuris alterius. nu. 390. ſed declara nu. 435.
Clauſulam motus proprij ius alterius non poſſe lædere. nume. 428.
Clauſulam motus proprij obreptionem, nec ſubreptionē tollere. numero 429.
Clauſulam, ex certa ſcientia, nihil operari in detrimentum tertij. nu. 431. item nihil operari in his, quæ facti ſunt. nu. 432. item cum ſine cauſæ cognitione appoſita fuit. nu. 433.
Clauſulam, nō obſtātibus, multis caſibus nihil operari, & inibi de multiplici effectu nu. 434.
Clauſulæ inſolitæ ſuſpicionem arguunt. num. 338. & infrà nume. 341. declaratur.
Clauſula in feudi conceſsione poſita, cum poteſtate alienandi, omnium contradictione remota, quid operetur. nu. 127.
Clauſulæ, & quicquid placuerit faciendi, poſitæ in cōceſsione feudi Vis. num. 128.
Clauſulæ, quibus dederis, in feudo effectus. nu. 129.
Clauſulam, pleno iure, in conceſsione adhibitam, arguere donationem liberam, non feudum eſſe conceſſum.
Clauſulam, ex certa ſcientia, omnem errorem excludere. num. 161.
Clauſulam de plenitudine poteſtatis nihil operari in his quæ facti ſunt. num. 426.
Clauſulam, motus proprij, minoris effectus eſſe quàm clauſula, de plenitudine poteſtatis. nu. 427.
Clauſulam, pleno iure, Vel liberè, totalitatem oſtendere.
Contractum in carcere celebratum non prodeſſe, etiam ei, qui carcerationis cauſa non fuit. nu. 272.
Chronicis & Annalibus credi. nu. 274.
Compromiſſum de re feudali non Valere. nu. 267.
Compromittere & alienare paria. nu. 268.
Conſenſum illorum, ad quos feudum eſt recaſurum, in feudi alienatione neceſſarium. nu. 123.
Conceſsio precaria & ad libitū, ſeu ad beneplacitum, morte cōcedentis finitur. nu. 74.
Conſuetudo localis dicitur. nu. 132.
Conſuetudo alienandi feudum Vno modo, ad alterum nō trahitur. nume. 133.
Conſenſus Domini directi nō exigitur, cùm feudum liberè alienari poteſt.
Conditione non impleta, actum, cui adiecta fuit corruere. numero 410.
Conditionem eſſe liquidādam, Vt diſpoſitione, cui illa adiecta fuit locus ſit. num. 411.
Conſenſum domini directi, in feudi alienatione, poſt ipſam alienationem, poſſe ſequi. num. 405.
Confirmari non poſſe nulliter geſta. num. 406. ſed ibi paulò poſt declaratur.
Confeſsio contra confitentem probat, nec ab eo improbari poteſt, numero 66.
Conradus III. Imperator. 1152. moritur.
Corneus conſ. 16. lib. 1. declaratur. nu. 465.
Confeſſio ex falſa cauſa nulla eſt. nu. 99 ſic de inueſtitura. Riminal. conſi. 171. lib. 3.
Conſuetudinem & ſi malam à delicto tamen excuſare. nu. 257.
Contractum in carcere celebratum nō dici metu celebratum, ſi extra carcerem is ratus habeatur. nu. 297.
Credens aſſertioni, & Verbo Principis excuſatur. nu. 98.

DAtum Vel promiſſum ob cauſam, illa non ſecuta, non eſſe obſeruandum. nu. 491.
Datum dicitur turpem ob cauſam, cùm datum eſt, Vt à malo abſtineat nu. 244.
Delegare Verbum cuius ſignificationis. nu. *
Denominationem ab effectu eſſe ſumendam. nu. 447.
Derogationem ſpecialem neceſſariam fore cùm agitur de prima cōceſsione tollenda. nu. 409.
Dictio, prout, ſimilitudinem denotat, & plenariè accipitur, & eſt indemnitatis ſignificatiua.
Diſpoſitionem illam fauorabilem cenſeri per quam ad ius primæuū reuertimur. nu. 391. declara ſub num. 426.
Diſpoſitio de liberis mentionem faciens, etiam naſcituros comprehendit, ſi aliàs nihil operaretur. num. 179.
Dictio omnino, naturam habet præciſam, & idem ſignificat quòd in perpetuum.
Dictionem ſicut, prout, & ſecundum, conditionem non facere.
Diuiſio conſultationis. nu. 1.
Diſpoſitionem ita interpretari, ne fruſtrà operetur etiam ſi ſtricta & odioſa ſit materia. nu. 179.
Diſponentem de re propria bona fide præſumi diſponere. nume. 266.
Dignitas Marchionalis perſonalis eſſe poteſt, & quid diſtinctum à re ipſa. num, 38.
Diſpoſitionis pars alteram declarat. nu. 186.
Donationis & pacti de non petendo titulum ad præſcribendum prodeſſe. num. 482.
Dotem legitima minorem eſſe non debere. num. 496.
Donatio quomodo inter nobiles præſumatur. num. 225.
Donationem excedentem ſummam quingentorum aureorum eſſe inſinuandam. nu. 372.
Donationes Principum eſſe etiam inſinuandas, cùm ſummā quingentorum aureorum excedunt. num. 373. declaratur num. 374.
Donationem ob cauſam inſinuandam non eſſe. nu. 376.
Donationem omnium bonorum iuramento firmari. nu. 169.
Dominus directus ius dicere non poteſt inter homines ſui Vaſalli. num. 340.
Doctori atteſtanti de conſuetudine regionis credi, Vt ſaltem præſumptionem faciat. nu 164.
Donationem remuneratoriam inſolutum dationem cēſeri. nu. 448.
Donans hæreditatem, eam cenſetur adire. nu. 489.
Donationem omnium bonorum futura bona non continere. nu. 175.
Ducis Sabaudiæ Sereniſsimi in Marchia Montiſferrati prætenſio prima. nu. 136.
Ducum Sabaudiæ iura in Marchia Montiſferrati multorum Imperatorum documentis renouata. nu. 378.
Duces Sabaudiæ Marchionibus Montiſferrati bellū indixiſſe nunquàm. nu. 250.
Duces, Marchiones & Comites milites eſſe. num. 152.
Dux Sabaudiæ Sereniſsimus in ſuo ducatu Imperij iura tenet. numero 158.

EPiſtolam in antiquis probare. nu. 331.
Error detegitur demonſtrando rem aliter ſe habere, quàm expreſſum fuerit. nu. 92,
Error etiam in facto proprio detegitur ſi rem aliter ſe habere conſtet, cùm ſcilicet de damno euitando agitur. num. 93.
Error & ignorantia in eo præſumitur, qui in alterius locum ſucceſſit. num. 94.
Errorem potius etiam in proprio facto præſumi, quàm donationem. numero 213.
Error nec gerenti actum nec ſucceſsoribus nocet. nu. 101.
Errorem allegari non poſse cum actus ex certa ſcientia celebratum fuit. numero 260.
Exceptionem implemēti impeditiuam eſſe litis ingreſſus. nu. 365.
Exceptionem implementi nunquam cenſeri reiectam. nume. 366.





Exceptionem implementi contra ſententiæ executionem poſſe obijci. numero 367.
Exceptio, tu non impleuiſti &c. ſolùm illi conceditur, cui implēdum erat. num. 370.
Exprimi ſolent quæ notabilia ſunt. nu. 178.
Exceptionem anteceſſori competentem, ſucceſſori concedi. num. 319.
Exceptionem iuris tertij licere opponi, cum intentionis excluſiua eſt. numero 320.
Exceptionem de iure tertij poſſe opponi, cum opponenti prodeſſe poteſt. numero 321.

FActa non præſumi num. 177.
Facto proprio à nullo contraueniri poteſt. nu. 99.
Falſum, qui in Vno dixit, Vel ſcripſit, in omnibus ſcripſiſſe præſumitur. nu. 300.
Fatuitatem potius præſumi, quàm donationem. nu. 215.
Fœminam excluſam à feudo paterno, eſſe etiam excluſam à fraterno. num. 461.
Fœminam in feudo nobili & antiquo non ſuccedere. numero 475.
Fœminam à feudi ſucceſsione ſemel excluſam, perpetuò excluſam eſſe. num. 458.
Federici II. Imperatoris deceſſus. nu. 58.
Fidelitas in feudi conceſsione remitti non poteſt. nu. 29.
Filiorum appellationem ſtrictiorem eſſe illa liberorum. num. 187.
Filiam ob dotem congruam ſibi aſsignatam conqueri non poſſe, Vt in bonis patris aliud conſequatur. nu. 481.
Filios ratione naturali patris hæredes eſſe debere. nu. 485.
Filium quaſi dominum hæreditatis paternæ eſſe patre adhuc Viuēte. num. 488.
Filiam dotare non tenetur pater, cùm habet Vnde ſe dotet. numero 498.
Filiorum appellatione qui Veniant. nu. 189.
Fidem Vnius, qui ſemel probauit, improbare amplius non poteſt. numero 255.
Fidelitatem nihil ſpeciale feudis tribuere. nu. 33.
Fidelitatis reſeruatio feudum fuiſſe conceſſum non arguit. nu. 34.
Feudum antiquum in ſucceſſorum detrimentum alienari non poteſt, etiam domimo conſentiente. nu. 122.
Feudum conceſſum pro ſe & hæredibus hæreditarium eſſe. nume. 308.
Feudum dum ſuſcipitur in dubio præſumitur hæreditarium. numero 309.
Feudum emptitium non dici, cùm integro pretio emptum non eſt. num. 469.
Feudum conceſſum pro deſcendentibus & agnatis, fœminas agnatas admittit. nu. 442.
Feudum Viuentis quando alteri ſub conditione concedi poſsit. numero 419.
Feudum alienabile ſemel alienatum, apud nouum dominum eſſe. Vt rem liberam & allodialem. nu. 421.
Feudum dignitati annexum, ſecundùm eam regulatur. num. 445.
Feudum emptitium eſſe ad fœminas tranſitorium. numer. 446. ſed declara Vt ſub num. 470.
Feudum præſcriptum quomodo præſcriptum cenſeatur. nume. 311.
Feudum in dubio rectum præſumi. num. 312.
Feudum rectum ad hæredes tranſitorium. num. 313.
Feudi hæreditarij ſucceſſores, anteceſſorum hæredes eſſe oportere. numero 314.
Feudum hereditarium acceptare non licet prædeceſſoris hæreditate repudiata. num. 316.
Feudum antiquum acceptari poſſe, fratris, cui ſucceditur, hæreditate repudiata. num. 317.
Feudi hæreditarij ſucceſſores, Vel mediatè, Vel immediatè primi inueſtiti hæredes eſſe debere. nu. 318.
Feudum ad fœminas tranſitorium, tranſire cùm maſculi omnes deficiunt. num. 476.
Feudum à fidelitate nomen ſumpſit. nu. 32.
Feudum ſi fuerit conceſſum pro ſe & deſcendentibus, fœminas Vocatas non cenſeri. nu. 455.
Feudum cōceſſum pro ſe & hæredibus, intelligi de hæredibus maſculis tantùm. num. 456.
Feudū dignitatis & iuriſdictionis ad fœminas nō trāſire. nu. 457.
Feudum in ſucceſſorum detrimentum alienari nec etiam in parte, poſſe. num. 307.
Feudum alienatum, cùm alienari non potuit. à directo domino Vel ab agnatis alienantis poſſe reuocari. nu. 380.
Feudum ligium eſſe ad fœminas trāſitorium. nume. 452. ſed declara Vt ſub nu. 473.
Feudi incapaces eſſe fœminas tam de iure, quàm ex conſuetudine. numero 453.
Feudum Vbi alienari poteſt, directi domini conſenſus non eſt neceſſarius. nu. 126.
Feudum conceſſum pro maſculis & fœminis, fœminas poſt maſculos admittit. nu. 440.
Feudum quibus rationibus alinari prohibeatur. num. 134.
Feudū inconſulto domino directo poſſe alienari, ſi melior illius conditio efficiatur. num. 135.
Feudum antiquum ſine eorum conſenſu, ad quos recaſurum eſt, alienari non poſſe. nu. 123.
Feudalis conceſsio non dicitur, Vbi donationis Verbum apponitur. numero 11.
Feudum conceſſum ſecundùm quod anteceſſores iam conceſſerunt, quomodo conceſſum intelligatur. nu. 65.
Feudi mentio Vbi non ſit, allodium præſumitur. nu. 10.
Feudum ſui natura alienari non poſſe. nu. 14.
Feudum ſui natura alienari non poſſe. nu. 119.
Feudum conceſſum non dicitur, Vbi in conceſsione nulla eſt facta ſeruitij Vel homagij reſeruatio. nu. 30.
Franciſci Aretini reſponſum. 14. nu. 17. 18. declaratur. num. 301.
Fridericus primus anno 1190. moritur. nu. 55.
Friderici III. Imperatoris interitus. nu. 112.

GOrdianum, filij morte nuntiata, interijſſe. nu. 277.
Gulielmi II. & IIII. Marchionis Montiſferrati interitus. nume. 53.
Gulielmus Longaſpatha Marchio Montiſferrati quo tempore deceſſerit. nu. 54.
Gulielmi IIII. Marchionis 6. mors. nu. 57.
Gulielmi Palæologij deceſſus. nu. 116.

HAdriani & Antonij Pij liberalitas in repudiandis delatis hæreditatibus, ne diſponentium filij illis priuarentur. numer. 486.
Heredes Vaſalli non poſſe alienationem à ſuo prædeceſſore factam impugnare. num. 315.
Hæreditatem nō aditam ad extraneos hæredes non tranſmitti. numero 477.
Hiſtoricorum Varietas maxima in hiſtoria Aledrami Saxoni Marchionis Montiſferrati Primi. nu. 2.

IAſon conſil. 3. colum. pen. Verſi. 2. præmitto. libr. 3. declaratur. num. 497.
Ioannes Marchio Montiſferrati Vltimus ex domo Aledrami teſtatus deceſsit. num. 73.
Ioānes Marchio Montiſferrati Vltimus ex proſopia Aledrami moritur anno 1305. ibid.
Ioan. Georgij Vltimi Marchionis Montiſferrati ex domo Palæologa interitus. num. 118.
Ioan. Iacobi Palæologi mors. nu. 113.
Ioannis Palæologi mors. num. 114.
Imperator Otho II. anno 974. moritur. nu. 41.
Imperator non poteſt alienare quæ ſunt imperij. nu. 39.
Imperator poteſt alienare quæ imperij ſunt, ſi modo maxima imperij diminutio non ſequatur. nu. 40.
Imperatorem in cauſis diffiniendis, Vt Deum opt. Maxi. procedere debere. nu. 500.
Imperatorem non poſſe partium conuenta infringere. num. 394.
Imperatorum poteſtatem maximam, & ſacrilegiū Videri, qui de eo contendit. nu. 379.
Implere ex ſuo latere is debet, qui contra aduerſarium pro implemento experiri Vult. nu. 364.
Implementum quoad quid minimū ſequutum eſſe debet, Vt ex eo quis experiri poſsit. num. 368.
Impleuiſſe ex latere ſuo probare eum debere, qui experitur, Vt ſibi impleatur. nu. 309.
Implementi exceptio, Vt obijci poſsit, conſtare debet, eum eſſe monitum & interpellatum ad implendum. nu. 371.
Impuberes ſenſu & intellectu carere. nu. 322.
Infantem non aditam hæreditatem patris ad extraneos non tranſmittere. nu. 478. declara Vt ſub nu. 491.
Inſtrumentum à pluribus notarijs ſimul receptum, ab omnibus ſimul in publicam formam leuari debere. nu. 200. declara Vt infrà, & de ratione. nu. 204.
Interpretationem latiſsimam ſumi, cùm ad ius primæuum ruertimur. nu. 392.
Inueſtituræ renouatio, referens ſe ad antiquam non defenditur, ſi in antiqua aliter cautum reperiatur. nu. 84.
Inueſtituram eſſe neceſſariam in feudi conceſsione. nu. 23.
Inueſtitura dicitur de poſſeſsione cuiuſlibet rei. nu. 25.

Inueſtituræ verbum, feudum conceſſum non denotare, cùm iam donationis verbum præceſsit. num. 26.
Inſtrumentum quod anno & die caret, non probat. num. 77.
Interpretatio vbi ſumi poteſt, ne donatio ſit & renuntiatio, illa ſumitur. nu. 216.
Inueſtituræ renouatio intra annum à ſucceſſore directi domini acciρienda eſt. nu. 42.
Inueſtitura prima attenditur. nu. 124.
Inueſtitura noua, quæ antiquæ aduerſatur, nõ attenditur, niſi ſciẽter ab antiqua ſit receſſum. nu. 125.
Inueſtiri petens ſuo, fratrum & ſororum nomine iuxta tenorẽ antiquæ inueſtituræ, ſibi non præiudicat, ſi in antiqua inueſtitura ſorores comprehenſæ non ſunt. nu. 96.
Inimicum de nouo reconciliatũ vero inimico æquiparari. nu. 247.
Inſinuationem tolli cùm iuramentum eſt adhibitum. numero 377.
Ius conditionale pacto, non renuntiatione tolli. nu. 210.
Iuramẽtum fidelitatis præſtitum dominio directo, & mediato per ſubditos vaſallorum, aſſecurationis iuramentum dici. nu. 346.
Iuramentum fidelitatis contra conſuetudinem præſtitum, per metum & vim extortum præſumi. nu. 342.
Iudicum præcepta contra ſolitum inualida. num. 343.
Iuramentum impuberis eius contractum non firmare. nu. 323.
Iuramentum auferre omne remedium reſciſsorium ex l. 2. C. de reſcind. vend. num. 360.
Iuramentum tollit læſionem enormem. nu. 361.
Iuramentum fidelitatis domino immediato tantùm eſſe præſtandũ. numero 339.
Iuramentum fidelitatis eſſe de ſubſtantia feudi. nu. 28.
Iuramentum per vim & metum extortum, ſpõtè poſse ſperni. numero 302.

LAudum defectu poteſtatis corruere. nu. 269.
Laudũ emologatum ſaltem in vim pacti valere. numer. 270. ibique egregiè declaratur.
Laudum poſse reſcindi ob enormiſsimam læſionem. numero 348.
l. 2. C. de reſcind. vendi. remedium eſse ſublatum ob geminatam renuntiationem. nu. 356.
l. 2. C. de reſcind. vend. remedium remiſsum cenſeri ab eo, qui attendere & obſeruare promiſit. num. 358.
l. 2. C. de reſcind. vend. remedium tollitur præſcriptione 30. annorum. nu. 363.
l. 2. C. de reſcind. vend. remedium non concedi ei, qui prudens & ſciens vendidit, vel aliter alienauit. nu. 350.
l. cùm à matre. C. de rei vind. non habere locum cùm is anteceſsor de re diſponere non potuit. nu. 104.
l. cùm à matre. C. de rei vind. in actibus lucratiuis locum non habet ex Alciati ſententia. nu. 103.
Lotharij II. Imperatoris mors. nu. 131.
l. Iuriſconſultus. §. parentes. ff. de gradib. multiplici declaratione illuſtratur. nu. 199.
l. Sancimus. §. exceptis. C. de dona. in quo Principe donante locum habeat. nu. 375.
l. ſi ita. ff. de auro & argen. lega. declaratur. num. 196.
l. ſi cognatis ff. de rebus dub. declaratur. num. 191. & num. 193.
Læſionem conſiderari non poſse ratione incerti euentus. nume. 353.
Læſum dicere ſe non poteſt, qui iactum retis emit. num. 354.
Læſio conſiderari non poteſt, cùm contractus à ſuperiore cõfirmatus fuit. num. 355.
Læſioni enormiſſimæ renuntiatum eſſe ex quibus clauſulis. numero 359.
Læſio enormiſsima quæ. nu. 494.
Læſionem enormiſsimam iuramentum non tollit. nume. 362.
Legatum cognatis factum, illis cognatis, qui teſtamenti tempore extabant deberi. num. 170.
Legatum liberis factum, illis liberis, qui tempore teſtamenti extabant, deberi, non deinde natis, etiam ſi conditionalis eſset diſpoſitio. nu. 171. ſed declara vt infrà nu. 191.
Legatum acceptaſse dici, qui de eo diſponit. nu. 490.
Liberorum appellatione ſolùm deſcendentes vſque ad trinepotem venire. nu. 197. ſed declara vt infrà.
Liberorum appellatione deſcendentes in infinitum vſque venire nume. 198.
Liberorum appellatione maſculos & fœminas non contineri in feudalibus. num. 468.

MAndatum ſpeciale exigitur, cùm inueſtitura à procuratore vaſalli petitur. nu. 78.
Mandatum nec temporis diuturnitate præſumitur. & ibi multorum doctorum inconſtantia detegitur. nu. 79.
Mandatum non præſumitur, etiam ſi fuerit renuntiatũ in ſcriptura antiqua, ibidem quomodo procedat, declaratur. nu. 80.
Mandatum ob temporis diuturnitatem, partis ſcientiam & patiẽtiam quomodo præſumatur. nu. 81.
Mandatum morte extinguitur. nu. 75.
Marchio Montisferrati illuſtriſsimus in ſua Marchia Imperij iura tenet. nu. 156.
Marchia Montisferrati antiquum Aledrami Saxoni patrimoniũ. nume. 7.
Marchiæ conceſsio an feudum vel donationem fuiſſe conceſſam arguat. num. 35.
Marchiam eſſe feudum dignitatis. nu. 36.
Marchiam etiam iure proprio poſsideri poſſe. nu. 37.
Marchiã Mõtisferrati videri feudũ ad fœminas trãſitoriũ. n. 438.
Maritum de bonis extra dotem obuentis diſponere nõ poſſe. nu. 72.
Maſculinum non concipere fœmininum in feudalibus. nu. 454.
Metus præſumptionem ob amicorum interuentum non ceſsare, cũ enormis læſio interceſsit. nu. 292.
Metum præſumi ceſſare, cùm actus celebratum cum amicorum interuentu. nu. 290.
Metum reuerentialem vitiare contractum. nu. 462.
Metum reuerentialem præſumi, ob dignitatem, & ſuperioritatem perſonæ. nu. 493. & eo loci latè declaratur.
Metu geſta inualida eſſe. nu. 271.
Metus cauſa ceſſante, ceſſare metum. nu. 299.
Metum iuſtum in eo eſſe, qui de affinium ſalute timet. nume. 279.
Metum ex multis ſubſecutis ratificationibus cenſeri purgatum. numero 296.
Metum iuſtum in eo eſse qui de ſalute filij timet. num. 275.
Metu periurij, non ſpontè ſoluiſse is dicitur, qui ſoluere prius iurauerat. num. 325.
Metum eſse iuſtum in eo principe, qui populorum ſuorum defectionem timet. nu. 283.
Metus ſuſpitionem idem quòd metum operari. nu. 284.
Metum non probari ex ſola potentia illius, qui metum intuliſse dicitur. num. 289.
Metum illatum præſumi durare. nu. 287.
Metum eſſe ab eo probandum, qui illum deducit. nu. 288.
Metum amiſsionis bonorum iuſtum eſse. nu. 280.
Metum coniecturis & indiciis probari. nu. 273.
Militum priuilegia Ducibus, Marchionibus & Comitibus competere. num. 153.
Minorem non poſse rem propriam in feudum recognoſcere. nu. 85.
Mutatio non præſumitur in feudis. nu. 120.
Mulier cum iuramento renuntiãs bonis paternis, cum matrimonio collocatur, ſed læſam dicere non poteſt. nu. 480.

NAtura actus & rei, non accidẽs, in illius cognitione ſpectatur. num. 16.
Naturæ potius, quàm accidenti adaptari actus & conceſsio debet. num. 17.
Negligentia ius ſuum aliquem aliquando perdere. num. 393. declara vt ſub nu. 437.
Notarium vnum tantùm inſtrumentum à pluribus receptum, leuare poſse. num. 201.
Notarios plures præſumi de inſtrumento inſolidum rogatos ob temporis antiquitatem. nume. 202.
Natario credi de rogitu alterius notarij ſui collegæ. nu. 208.

OBliuionem etiam facti proprij præſumi decennij curſu. num. 219.
Obliuionẽ facilius in magnis Principibus præſumi. nu. 220.
Opinio illius doctoris tenenda eſt, quã ſæpius affirmauit, etſi aliàs diſsenſerit. nu. 132.
Otho Secundus Aledramo Marchiam Montisferrati concedit & donat. num. 3.
Otho tertius Imperator quo tempore ſit vita functus. numero 34.

PActum de ſuccedendo inter Principes initum valere. numero 160.
Pactum inter fratres initum, quòd altero eorum decedente ſine filijs alter ſuccedat valere. num. 161.
Pactum de ſuccedendo fauore matrimonij iure defendi. nume. 162.
Pactum initũ in contractu matrimonij quod ex eo matrimonio primogenitus ſuccedat, in Italia, alijſque regionibus eſse receptum ex conſuetudine. num. 193.
Pactum de ſucceſsione alicuius eo conſentiente valere. numer. 165.
Pactum de alterius ſucceſsione, domino etiam tacitè conſentiente, valere. nume. 166.
Pactum contra bonos mores, quando eſse dicatur. numero 168.
Pactum de donando nec iuramento reddi efficax. numero 231. ſed contra infra. numero 167.
Pactum de donando perſonalem parere actionem. numero 232.
Pacto de donando, de vendendo & ſimilibus, triginta annis præſcribi. numero 233.
Pactum de vendendo, de renuntiando &c. ex ſtipulatione veſtiri. numero 235.
Pactum geminatum efficax eſse & ſimplex inefficax ſit. nu. 256.
Pactum nudum à Principe obſeruandum eſſe. numero 237.
Pactum nudum inter mercatores ſeruari debere. numero 238.
Pacto hæreditatem non dari. numero 139.
Paciſci non licere de viuentis hæreditate. numero 140.
Pactum de viuentis hæreditate, nec etiam fauore piæ cauſæ, valere. numero 141.
Pactum de quota hæreditatis viuentis non tenere. numero 142.
Pactum inter duos fratres, quòd altero eorum præmoriente, alter in dimidia bonorum alterius ſuccedat, non tenere. Declara tamen vt infrà. nu. 143.
Pactum de viuentis hæreditate etiam fauore matrimonij non tenere. numero 144.
Pactum, nec matrimonij fauore valere, quòd primogenitus ex eo matrimonio ſuccedat. nu. 146.
Pactum de ſuccedendo, nec ſtatuto, nec conſuetudine firmari. nume. 147.
Pactum de ſuccedendo, nec iuramento quidem firmari. num. 148.
Paciſci licere per modum contractus, vt in re aliqua quis ſuccedat. numero 149.
Pactum in contractu adiectum, pretij partem dici. numero 449 declara vt ſub numero 471.
Pactum de ſuccedendo in re ſingulari iure valere. numero 150.
Pactum de ſuccedendo inter milites initum iure defendi. nu. 151.
Pactum de donando eſſe inefficax. numero 229. ſed cõtrà infrà. numero 234.
Pacta de renũtiando. de vendendo, de infeudando nuda eſſe, & ſine effectu. numero 230.
Pacta contra feudi naturam valere. numero 347.
Pacta eſse ſeruanda, præſertim à Principibus. nume. 226.
Patrem plus filium diligere, quàm ſe ipſum. nu. 276.
Paraphrenalia bona à marito alienari non poſse. num. 71.
Palæologorum Genealogiæ deſcriptio aliqua. nu. 138.
Participia dandi fœminas comprehendere. nu. 443. declara ut ſub numero 467.
Participium quomodo reſoluatur. nu. 194.
Petitioni hæreditatis quanto tempore præſcribatur. numero 484.
Præſumptionem eſſe, quem ſcire quæ domi ſuæ aguntur. nu. 182.
Præſumendum non eſse, quem filios habere illegitimè natos. nume. 183.
Præſumptio omnis tollitur, cùm rem aliter ſe habere ex facto ipſo conſtat. numero 9.
Præſcriptionis exceptionem eſse reijciendam, cùm in cauſa proceditur, ſola facti veritate inſpecta. nu. 501.
Præſcriptionem ſine titulo & bona fide non currere. numero 242.
Præſumi hominem ad generandum potentem. nu. 145.
Participes iuſtos & æquos præſumi, nec quid ſiniſtri ab eis agi. nu. 155.
Principem Dei miniſtrum eſse. nume. 156.
Principem bonum à patre non differre. nu. 157.
Principis factum nulla ratione improbari poſse. num. 385.
Priuilegijs vnius Gymnaſij alteri conceſsis, de tunc competentibus. non de futuris intelligi. num. 177.
Principis aſſertioni credi, cum tertio detrimentum nõ adfertur. numero 8.
Principem conceſsionem ſecundam primæ contrariam cõcedentem, circumuentum præſumi. numero 402. & numero 430.
Principi placere ſemper debere, quod ſemel placuit. numero 403.
Principe ius alterius auferre poſse. nu. 381. ſed declaratur rectius. numero 396.
Principem poſse conceſsionem à ſe factam per vim contractus non reciproci reuocare. nu. 382.
Principes tales præſumi, quales de iure eſse debent. numero 291.
Principem grauius peccare, fidem frangendo, quàm priuatum. numero 227.
Principum contractus bonæ fidei cenſeri. nu. 239.
Principes contractus aliàs inualidos ſeruare debere. numero 240.
Principum contractus vim legis habere. nu. 241.
Principes Italiæ conſueuiſse inconſulto Imperatore bellum inter ſe gerere. num. 259.
Primi gradus liberos melioris eſse conditionis ſecundi & remotiorum. numero 188.
Primogenitum à patre prædiligi. nu. 278.
Prohibitio alienationis feudorum quo tempore fuerit ſancita. nume. 130.
Promittens ſoluere debitum, intelligi etiam de futuro, ſi eo tempore nullum extabat purum. nu. 180.
Promiſsionem hoſti factam eſse inualidam. nu. 243.
Proteſtationes factis contrarias non prodeſse. nu. 306.
Proteſtationes metum probare. num. 285.
Priuilegij vim obtinere longiſsimi temporis curſum. numero 439.

QValitas, quæ certo tempore adeſse debet, probari debet eo tempore adfuiſse. num. 416.
Qualitatem intentionis fundatiuam à deducente probandam. numero 249.
Qui dat, vt ſtatim recipiat, dare nõ dicitur. nu. 451. declara vt ſub numero 472.

RAtihabitio, ob temporis diuturnitatem, quomodo ſubſecuta credatur num. 82.
Ratihabitionem loco veri conſenſus eſſe. numero 305.
Ratihabitio geſtorũ per metũ, quando meticuloſa cẽſeatur. nu. 27.
Ratihabitionem, ex ætate ſuperuenienti reſcindi ob læſionem enormiſsimam. num. 349.
Ratihabitionem, re non cognita & diligenter perſpecta, non valere. num 329.
Ratificantis ſcientiam ab eo, qui in ratificatione ſe fundat, probandam eſſe. nu. 330.
Ratihabitionem inducit ætas ſuperueniens. num. 337.
Ratihabitionem ex facto induci. nu. 263.
Ratificatio actus meticuloſi meticuloſa præſumitur. nu. 286.
Ratione impedimenti ceſſante, ceſsat impedimentum. nu. 154.
Res acta inter alios præſumptionem facit, immò in antiquis ſemiplenè probat. nu. 206.
Recognoſcens rem propriam in feudum ab eccleſia per errorem, actum ipſo iure nullum facit. nu. 89.
Recognitio rei propriæ in feudum & ſi per errorem verè ſit facta, probationis tamen onus in aduerſarium reijcit. nu 90.
Referenti quando ſtetur. nu. 95.
Rei propriæ quilibet eſt arbiter & moderator. nu. 265.
Relatum aliter ſe habere, quam fuerit in referente dictum, probat qui illud aſserit. nu 97.
Relatum eſſe in referente cum omnibus ſuis qualitatibus. nu. 93.
Rem propriam in feudum, vel emphyteuſim recognoſcens, feudalẽ, vel emphyteuticam non facit. nu. 87.
Rem propriam in feudum poſse recognoſci. nu. 63.
Remiſſio ac renuntiatio iurium intelligitur de iuribus præſentibus, non de futuris. nu. 174.
Renuntians omni legum auxilio, cenſetur remiſiſſe beneficium. l. 2. C. de reſcind. vend. nu. 357.
Renuntians & cedens hæreditati, eam cenſetur adire. nume. 488.
Renuntiatio nõ trahitur de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam. num. 217.
Renuntiare quis non dicitur iuri quod ignorat. nu. 218.
Renuntiãs omni iuri ſuo, penitus excluditur ab omni commodo. nu. 209. & nu 479.
Renuntiationem donationem eſſe. nu. 211. & nu. 214.
Renuntiationem in dubio non præſumi. nu. 212.
Renuntiationem ex renuntiantis intentione interpretari. nu. 223.
Renuntiationem non veriſimilem non præſumi. nu. 224.

SCripturam priuatam non probare. nu. 326.
Scripturam priuatam præſumptionem non facere. numer. 327.
Scripturæ priuatæ nullam eſſe fidem, etiam partium conſenſu. numero 328.
Sigiſmundi imperatoris diſceſsus. num. 110.
Sigillis pluribus adhibitis, ſi vnum amittatur, non tamen Scripturæ fides deficit. nu. 214.
Sigillum non eſſe ad negotij ſubſtantiam. nu. 205.
Sigilli corrupti nulla fides. num. 335.
Sigillum ad actus ſubſtantiam non conferre. num. 336.
Sigillum ſubſcriptionis vim obtinere. nu. 332.
Sigillum Principis probare. nu. 333.
Socini Iunioris, Gozadini & aliorũ conſiderationes multæ ſubuerſæ. num. 407.
Socini Sen. conſi. 257. lib. 2. declaratur. nu. 466.
Socini Sen. reſponſum, 258. col. 3. verſi. tertiò etiam. lib. 2. declaratur. num. 334.
Solennitatem non præſumi ob temporis antiquitatem, cùm verè conſtet eam deficere. nu. 103. quod ibidem declaratur.
Speculatoris doctrina in titulo de feudis. §. quoniam. q. 21. declaratur. num. 474.
Soror ab inteſtato fratri ſine filijs defuncto ſuccedit. numero 70.

*Subreptionem non cenſeri commiſſam, cum actus nulli habita non eſt mentio. numero 408.*
*Subreptionis & obreptionis vitium conceſsiones annullare. numero 399.*
*Subreptio dicitur, cùm omnia clarè cum ſuis qualitatibus non exprimuntur. numero 400.*
*Subreptio commiſſa dicitur, cùm illa non narrantur, quæ Principem reddidiſſent difficiliorem ad concedendum. nu. 401.*
*Succeſſor improbare non poteſt alienationem de re aliena factam à prædeceſsore. numero 69.*
*Succeſsor nouus in feudo, eo priuatur, ſi intra annum & diem dominum directum non recognoſcit. num. 462.*
*Succeſsor factum ſui prædeceſsoris impugnare non poteſt, nec illius confeſsioni refragari. numero 67.*
*Succeſsor non poteſt renuntiationem à ſuo prædeceſſore factam improbare, vel reuocare. num. 68.*
*Succeſſori licet impugnare factum prædeceſſoris inualidum. numero 102.*
*Succeſsorum appellatione in feudalibus fœminas contineri. numero 441. ſed declara vt ſub num. 463.*
*Succeſſorem præſumi anteceſsoris facta ignorare. num. 221.*
*Succeſsorem iuſtam habere cauſam, vt reſtituatur, cum anteceſſoris factum ignoraſse credatur. num. 222.*
*Succeſsorem Principis in dignitate anteceſsoris promiſsa ſeruare debere. num. 228. & numero 404.*

*THeodorus primus Marchio Montisferrati ex domo Palæologa. numero 61.*
*Theodorus Palæologus anno. 1310. recognouit Marchiã Montisferrati in feudum ab Henrico ſeptimo Imperatore. nu. 62.*
*Theodori. 2. Palæologi mors. numero 108.*
*Theodori primi Palæologi Marchionis Montisferrati mors. numero 105.*
*Teſtibus veriſimiliora deponentibus credi. num. 417.*
*Teſtatorem præſumi magis diligere iam natos liberos, quàm naſcituros. numero 185.*
*Titulum errore iuris cauſatum non prodeſse ad præſcribendũ. numero 499.*

*VAlorem rei is ſcire præſumitur qui eam adminiſtrauit. numero 351.*
*Vaſallum ſine cauſa feudo priuari non poſse. nu. 397.*
*Vaſallum feudo nõ priuari, ſi metu amiſsionis bonorum dominum deſerat. nu. 282.*
*Verba hæc, ſi decedat quoquo tempore ſine liberis, quam interpretationem admittant. numero 184.*
*Verba hominis voluntatem pateſacere. num. 262.*
*Verba temporis præteriti ad futurum non trahi. numero 172.*
*Verba illa, omnino transfundantur, conceſsionem eſse factam liberam non feudalem arguunt. num. 19.*
*Verba diſpoſitioni conuenire debere. num. 181.*
*Verba præteriti temporis ad futura quandoque trahi. num. 195.*
*Verbum commune, fœmininum æquè ac maſculinum genus continere. num. 444. declara, vt ſub num. 467.*
*Verbum inueſtire, cuius ſignificationis. num. 24.*
*Veriſimiliora dicuntur, quæ iuri communi conueniunt. num. 418.*
*Veriſimile quod non eſt, falſi ſpeciem habere. numero 258.*
*Vldarici Zaſy doctrina in feudalibus declarata. numero 31.*





# INITIVM À DOMINO.

CONSVLTATIO hæc
adeò grauis eſt & ardua, tũ
ob rei magnitudinẽ ac per-
plexitatem, tum ob varias
clariſsimorum Iuriſconſul
torum, qui iã ſatis pridem
de iure interrogati doctè
& peracutè reſponderunt,
opiniones: vt nõ tenuis do-
ctrinæ hominis, ſed viri di-
ligentiſsimi operam & ſtu-
dium expoſtulet. Verùm, vt
EMMANVELIS Philiberti Sereniſs. atq; Inuictiſsimi Sa
baudiæ Ducis, Principisq; mei, mandatis paream; nec eũ
opinione iam de me concepta fallam, quid de re tam am-
bigua ſentio, dicam. Quò autem conſultatio ipſa clara &
1 dilucida omnibus appareat, eam in duas † præcipuas par-
tes ſcindam. In quarum prima agam, quò cognoſcamus,
cuius naturæ fuerit Marchia hæc Montisferrati à die cõ-
ceſsionis Othonis II. Aledramo Saxono factæ, quod cõ-
tigit anno 967. ad annum vſque 1435. In ſecunda verò cõ-
ſultationis parte ex ordine proſequar explicando, quę iu-
ra conſecuti ſunt in Marchia iſta Sereniſs. Duces Sabau-
diæ, Pedemontiumq; Principes; ex ordine pariter enucle-
ando, quæ ex latere Illuſtriſs. Ducis Mantuæ, Marchiæ
nunc poſſeſſoris obijciuntur. Primam conſultationis par-
tem, vt clarè exponam, in duas particulas diuido: in qua-
rum prima oſtendam Marchiam hanc ad annum vſque
1435. feudalem Imperij non fuiſſe effectam. In ſecunda pa
tefaciam, quòd vbi feudalis præſupponatur, eſſe tamẽ feu-
2 dum ad libitum alienabile. Sciendum eſt itaque † varias
fuiſſe ac multiplices Hiſtoricorum in Aledrami Saxonis
Montisferrati Marchionis Primi origine traditiones. Ra
phael Volaterranus (vt ab eo incipiam) vir eruditus & ma-
gni nominis, in quarto Geographiæ, dum Subalpinam re-
gionem illiusq; ambitum deſcribit, affirmat anno 986.
Aledramum Saxoniæ Ducis filium ex Alaſia Othonis I.
propinqua, ſeu filia, quatuor ſuſcepiſſe liberos, Othonẽ,
Gulielmum, Thetem & Bonifacium: & Aledramo dotis
cauſa Montisferrati Marchiam ab eo Othone Imperato-
re conceſsam. Cuius quidem auctoris traditio, cùm in
multis veritati refragatur (ſicuti mox intelligemus) tũ in
eo præſertim, quòd iam nouimus conceſsionẽ illi Aledra
mo fuiſſe factam anno 967. atque ita annos fermè viginti
ante quàm is Volaterranus ſcripſerit. Marcus verò Anto-
nius Sabellicus, cui multi deferunt, in ſecundo AEneadis
nonæ ſcribit, originem huius Marchiæ fuiſſe ſedente Gre
gorio V. Pont. Maxi. vel verius Ioanne XVI. quod vtrum-
q; eſt falſum. Nam Ioannes creatur Pontifex anno 995.
quo anno obijt, & illi ſtatim ſuffectus eſt Gregorius V.
quod vir diligens & impẽsè doctus Onuphrius Panuinius
in Pontificum annalib. annotauit: & tamen Marchiæ con-
ceſsio iam (vt diximus) ſub anno 967. ab Othone facta eſt.
Sed ad rem, ſcribit is Sabellicus, Almarũ (ſic eũ appellat)
Ducis Saxoniæ filiũ, parentibus ad Galecianam Apoſtoli
3 ædẽ proficiſcẽtibus † Alexãdriæ eſſe natũ; quo Adelaſia,
cùm is iam adoleuiſſet, ingenio & forma, amore capta, au-
ctor illi fuit, vt quando ob diſparem fortunã, eius connu-
bio aliter potiri non poſſet, vnà ignoto habitu in alienas
terras proficiſcerentur, pacti priùs inter ſe matrimoniũ,
4 fideq; in id data & accepta, regia domo † inde digreſsi lõgis
itineribus in Albignaunos venere. Hîc tamdiu diſſimu-
lata vtriuſque perſona, ambo commorati, vt ter interim
ſit enixa Alaſia, (ſic eam is vocat) poſtremò agniti per Al-
bignaunenſem Antiſtitem in Othonis gratiam recepti;
eam Italiæ partem poſsidendam accepere, quam Mon-
tisferratenſes habent, cum illis, qui circa illos extremam
Italiam incolunt, inter Veſulum Montem Appeninum &
Lyguſticum mare. Ex Aledramo Adelaſia ſepties (vt ille
eſt auctor) peperit. Gulielmus natu maior, patre defuncto,
ab Othone auo materno adhuc in humanis agente Mar-
chio appellatus, in paterno locatur principatu, cæteri Ale
drami liberi omnes virilis ſexus, aui munere, ſuum ſinguli
ſunt Principatum adepti, vrbes cum titulo datæ, Sauoua,
Ceua, Inciſa, Ponzonium, Boſcum & Salutiæ. Hæc Sabel-
licus. Cæterùm eius Hiſtoria à vero in multis deficit, tùm
præcipuè in eo, quod ſcribit, Marchiam Gulielmo tradi-
tam Aledramo vita functo: cùm verius patet ipſimet Ale
dramo ab Othone conceſſam, ſeu verius confirmatam;
quin Othoni ſuperuixiſſe Aledramum ſtatim intellige-
mus. Sabellici errorem in multis ſequuti ſunt Leander
Albertus in Montisferrati deſcriptione, & Marcus Gua-
cius in eius Chronicis in Alerami Saxoni vita, qui Iacobi
Philippi in Chronicis fidem ſecutus eſt. Horum commẽ
ta multis euertit Benuenutus à Sancto Georgio in Mon-
tisferratenſium Chronicis. Ab illis diſſentit pariter Seba-
ſtianus in tertio Geographiæ generalis, vbi de Saxonia a-
git. Is, dum Ducum Saxoniæ Genealogiam ſcribit, affir-
mat Othonem primum ſex ſuſcepiſſe filios, duos ex Ehe-
dita vxore prima, Lutholphum ſcilicèt & Milhelmum: ex
Adheleida verò ſecunda vxore: Henricum, Brunonem,
Othonem Secundum, & Adheleidam (quam fortè cæteri
Adelaſiam vocant.) Nec multùm diſſentit Onuphrius Pã
uinius vir diligentiſſimus lib. 3. Rom. Princip. Is Sebaſtia.
ſcribit Adheleidam poſtmodum nupſiſſe Hugoni Pruſia-
ni Comiti, Othonem aũt Secundum ſine liberis deceſsiſ-
ſe. In tanta ſcriptorũ varietate nõ defuerũt, qui per iocum
& fabulam quandam poſteris hæc tradiderint. Bandellus
enim in Nouella 15. lib. 3. Aledrami & Adelaſiæ originem,
amores, matrimonium, fugam, ſuſceptam prolem, carbo-
nariam inopémq; vitam, fabuloſè, ita lepidè tamen & fe-
ſtiuè narrat, vt lectorem quemque facilè commouere ad
lacrymas poſsit. Et tandem affirmat, Othonem Gulielmo
Aledrami primogenito Marchiam Montisferrati donaſ-
ſe; cæteris verò filijs loca alia, vt ex Sabellico & alijs ſu-
prà retulimus. Hæc libenter ea ratione referre volui, vt
intelligant omnes in re tam antiqua auctores parum inter
ſe conuenire, & ob id vix veritatem inueniri: quare con-
iecturis quibuſdam, quibus in ambiguis vti ſolemus, rem
tantùm poſſe diſcerni, crediderim. Illud verum eſt (vt ad
rem propiùs accedamus) Othonem Secundum Aledra-
5 mo Saxono quandam huius Marchiæ † conceſsionem fe-
ciſſe, quæ in publicis tabulis (quas inſtrumenta vocant) an
no 967. 10. Calend. Aprilis confecta legitur, quibus ſanè
tabulis demonſtratur clarè, Marchiam hanc non in feu-
dum, ſed in liberam donationem fuiſſe conceſſam, Inſtru
mentum enim illud verè duas habet partes, in quarum pri
ma concedit Imperator loca quædam Romani Imperij,
quæ, vt in deſertis, ſylueſtribúſq; regionibus poſita, Cor-
tes appellat, quorum in numero ſunt loca Degij, Bagnaſ-
chi, Balanginij, Saleſtadij, Lereſij, Salſalij, Miolæ, Põzonij,
Grauagliæ, Pruneti, Altriſimi, Curtiſmilliæ, Montenenſij,
Noſeti, Maxiamõti & Archæ. deinde ſubdit, & quidquid
iuris Regni Italici pertinuit. In his locis, vt videmus, &
ſubijciam ſtatim non continetur Marchia Montisferrati.
In ſecunda verò conceſſionis parte, Imperator Otho ni-
hil ex proprio dat, ſed quod iam Aledramus obtinebat cõ
firmat. Cõfirmat enim res omnes, omnéſq; illius proprie
tates, ac vtriuſque ſexus familias, tam de hæreditate parẽ
tum, quàm de queſtu (vt illius conceſſionis verbis vtar) illi
aduenientes per diuerſa loca intra Italicum Regnum con-
iacentia, videlicet, in Comitatu Aquenſi Sauonenſi, nec-
non Aſtenſi, Montisferrati, Taurinenſi, Vercellenſi, Par-
menſi, Bergomenſi, Cremonenſi, quæ ſanè loca generali-
ter cõfirmauit, vt poſſet ipſe tenere, ac ad ſuos cuiuſlibet
ſexus hæredes trãſmittere, ſubditque, quòd is Aledramus
poteſtatem habeat vendendi, alienandi, commutandi,
pro anima iudicandi, & quidquid ex animo decreuerit fa-
ciendi, omnium contradictione remota. Subijcit deinde
prohibendo nequis eum Aledramum diſueſtiat de dicta
conceſsione quam donationem appellat: quòd ſi aliquis
auſus fuerit moleſtiam ei inferre, ꝙ tempore præterito
non habuerit Aledramus inueſtituram, quòd ſit adhuc
ſecurus.

His clarè intelligimus, Marchiam Montisferrati, tem-
pore illius Othonis Imperij non fuiſſe, nec in feudũ Ale-
dramo tunc conceſſam: ſed ſi conceſsionis vim confirma-
tio illa obtinet, liberam donationem eſſe, id quod multis
demonſtrauimus.

Primò, quia (vt videmus) Otho Marchiam hanc, vt quid

proprium Aledrami, vel ex antiquo patrimonio, vel ex
propria acquiſitione cõfirmat: itavt nihil ex ſuo proprio
6 tribuat Imperator. Clari enim iuris eſt, † cõfirmãtem nil
noui concedere, cùm de ſe actus ſuſtinetur; ita ex noſtris
egregiè reſpõdit Oldrad. cõſi. 164. in fine, dum inquit, eã
eſſe confirmãtis intentionẽ, vt nihil noui concedat, ſed iã
conceſſa confirmet. quod docuit & Dec. in l. more. num.
24. poſt Bartolum ibi. ff. de iuriſd. om. iud. & in ſpecie hac 17
noſtra ita ſunt argumentati Pariſ. cõſ. 23. nu. 7. 8. lib. 1. Go
zad. cõſ. 8. nu. 19. verſ. tertiò pondero. ſic & alijs in caſibus
tradunt idem Gozad. conſ. 101. nu. 18. Pariſ. conſ. 19. nu. 35.
7 lib. 1. conſ. 3. nu. 37. lib. 4. cæteros ſciens prætereo. † Mar-
chiam autem Montisferrati ante Othonis Imperium Ale
drami, ſeu maiorum ſuorũ fuiſſe, non modò probat ſola 18
8 ipſius † Imperatoris aſſertio, cui in his, quæ ad tertij de-
trimentum non verſantur, creditur. clem. 1. de prob. & la-
tè ſcripſit clariſſimus Compater meus Aymo Craueta
in tract. de antiq. temp. part. 1. nu. 16. verùm & probat Ben
uenutus à S. Georgio in Chronicis Montisferrati. pag. 1.
quod apertius cõfirmat Vuolphãgus Lazius, vir eruditiſſ.
lib. 12. de Gentiũ migrationibus & ſedibus fixis, in Cata-
logo Marchionũ Mõtisferrati; eiuſdémque ſentẽtiæ au-
ctorẽ citat Liutprãdũ Ticinẽſem lib. 4. Chronicon c. 4.
Scribunt iſti Marchiã fuiſſe Anſcarij patris Aledrami, &
ab eo ſuiſq; anteceſſoribus multos annos poſſeſſam, ip-
ſúmque Aledramũ primo loco Marchionis titulũ & inſi 19
gnia ſumpſiſſe, & Othonis ſecundi filiam, quam Foleſcã
is Lazius appellat, duxiſſe: conſtat ergo Marchiam ab O-
thone in feudum Aledramo non fuiſſe conceſſam.

Secundò noſtrã hanc ſententiam confirmãt conceſſio-
nis verba in quibus non feudi ratio, ſed donationis tãtùm
9 habetur. Quo fit, vt † non feudalem credamus eſſe con-
ceſſionem, ſed alodialem & liberam donationem (ſi modò
quod proprium Aledrami erat iteratò donari ei potuit)
tũ, quia clara ſunt verba, & in claris cõiecturis nõ egemus
l. ille aut ille. §. cùm in verbis. ff. de leg. 3. l. continuus. §.
10 cum ita. ff. de verb. oblig. tum, quia libera donatio, † non
feudum, vt quid ſeruituti obnoxiũ, præſumitur: quemad- 20
modum vno ore noſtri affirmarũt, vt retulit Decius cõſ.
413. nu. 7. Afflictus in rubr. quibus mod. feud. amitt. nu. 68.
Ruinus cõſ. 155. col. 1. & cõſ. 156. col. 1. lib. 1. Curt. Iun. cõſ.
108 nu. 15. & conſ. 140. nu. 4. Pariſ. conſ. 20. nu. 1. 2. lib. 1. &
cõſ. 16. nu. 14. lib. 4. Immò in ſpecie magis crebrius noſtri 21
11 interpretes ſcribunt, † conceſſionem feudalem non eſſe,
cùm in ea donationis verbũ appoſitũ eſt, ita omnium pri
mus Oldrad. conſ. 159. in 1. dubio. quem cæteri ſunt ſecuti,
vt Decius conſ. 390. nu. 5. verſi. tertiò in eadem. conſ. 413.
col. 1. conſ. 468. nu. 12. & conſ. 498. nu. 11. Ruin. conſ. 208.
col. 1. lib. 1. Tiraq. in l. ſi vnquam, in verbo, donatione lar-
gitus. nu. 338. C. de reuoc. dona. Alciatus reſp. 17. nu. 5. 6. 22
& reſpõ. 374. nu. 3. Iul. Clar. lib. 4. ſenten. iur. §. feudũ. q. 17.
Pariſ. conſ. 20. col. 1. lib. 1. & ita in ſpecie in hac ipſa Otho
nis conceſſione argumentati ſunt; & affirmarunt Pariſ.
conſi. 23. nu. 1. 2. lib. 1 Goz. cõſ. 8. nu. 16. Soc. Iun. conſ. 76.
nu. 42. lib. 1. & Rol. à Valle conſ. 2. nu. 4. 5. lib. 1. feudalis
ergo non eſt.

12 Tertiò comprobantur relata; quia † pleno iure cõceſ-
ſa, ſeu verius confirmata hæc fuerunt. Qua ratione fit, vt e
tiam ſi Marchia, nõ antiquitus ipſius Aledrami, ſuorúmq;
maiorum fuerit, tunc ex Othonis conceſſione non in feu-
dum, ſed liberè ſua effecta ſit: quãdoquidem huius virtutis
verba illa, pleno iure, ſunt. ita Rui. conſ. 18. nu. 6. conſ. 84.
13 nu. 9. & conſ. 219. nu. 3. lib. 1. Hæc enim verba † pleno iure
vel liberè, totalitatem important; vt reſpõdit Ancha. conſ.
408. col. 2. & poſt eũ Crau. conſ. 122. nu. 5. cui addo Rui.
conſ. 100. nu. 4. lib. 1. & Nat. cõſ. 501. nu. 52. lib. 3. Et in ſpe- 23
cie noſtra, hac ratione adducti, reſponderunt Gratus cõſ.
9. num. 68. lib. 1. & Rol. à Valle conſ. 2. num. 4. 5. lib. 1.

Quartò accedit, conceſſionem eſſe factam cum poteſta
te alienandi, diſponendi, commutandi, & quidquid illius
decreuerit animus faciendi, omnium contradictione re-
14 mota. Quæ ſanè verba naturæ feudi aduerſantur, cùm †
alienari feudũ ſui natura nõ poſſit. c. 1. de prohib. feu. alie.
per Loth. &, c. 1. de prohib. feud. alien. per Frid. Non ergo
cõceſſio hæc feudalis, ſed libera & allodialis iure dici de-
15 bet. Nã in vnius actus cognitione, † nõ accidẽs, ſed natura
ipſa ſpectãda eſt: ſic Bart. in l. cotẽ ferro. §. qui maximos.
nu. 11. ff. de public. & vectiga. Nec immeritò certè, quoniã
16 † cauſa naturalis accidentali præualet, cùm earum inter ſe
effectus pugnãt: vti tradũt Bart. in l. qui habet. nu. 2. ff. de
tut. Soc. Sen. cõſ. 116. nu. 8. lib. 4. Rui. cõ. 59. nu. 11. lib. 3. Alc.
lib. 3. de verb. ſign. nu. 32. Neuiz. lib. j. Syluæ nup. nu. 202.
Tiraq. de retract. conſang. §. 30. gl. 1. nu. 26. Quare non eſt
quòd obijciatur facultatẽ alienãdi in feudo etiã aliquãdo
concedi; quoniam reſpondetur, facultatem hîc cõceſſam
à natura donationis, ab accidenti feudo accedere, ſumen-
da eſt ergo interpretatio illa, vt potius † naturali, quàm ac
cidentali naturæ conueniat. l. cum dotem. vbi Bald. C. de
iure dot. & clarè Franc. Aret. in l. Centurio. nu. 7. propè
principium. ff. de vulg. & pup. ſubſt. idem in l. Stichum,
qui meus erit. num. 1. de leg. j. & in ſpecie noſtri caſus, ſic
eſt argumentatus Grat. d. conſ. 9. nu. 136. li. 1. Quod fortius
nrõ hoc caſu procedit, cùm † alienandi facultas, & licẽtia
ita liberè & omniũ cõtradictione remota cõceſſa fuerit,
vt nullius conſẽſus omninò ſit neceſſarius. Quod docuit
Bald. in l. j. q. 45. de rerũ diui. ex tex. in c. 1. de feudo nõ ha-
ben. propr. natur. feud. & Bal. crebrius noſtri ſecuti ſunt,
vt apud Iacobinũ à S. Georgio in inueſtitura feudali, in
verbo, Ita etiã ꝙ dicti vaſalli, nu. 1. cũ alijs pluribus, quos
infrà adferemus. Et in ſpecie noſtra reſpõderũt Grat. in
d. cõſ. 9. nu. 133. lib. 1. & Rolan. à Valle conſ. 3. nu. 60. lib. 1.
Non ergo feudalis fuit conceſsio iſta.

Quintò ſuffragantur illa cõceſsionis verba: Vt amodo
in antea, prout ad nos pertinent, & ſubmiſſę ſunt, ipſius A.
ledrami dominio ſubdantur, & in eius ius delegẽtur, ac †
omnino transfundantur. Quæ ſanè verba, etſi verè ad eam
primã cõceſſionis partẽ, in qua Marchiæ huius mẽtio nõ
fit, tãquàm ad illud quod Aledrami iã erat, & quod itera-
to ſuũ effici non poterat, referri debeant; attamen vbi ad
ſecundam partem etiam referãtur oſtendũt conceſſionẽ
non eſſe feudalem, ſed liberam. Quemadmodum multi in
hac ipſa conceſſione affirmarunt, qui olim pro Duce Mã
tuæ reſpondere; hoc eſt, Pariſ. conſ. 23. nu. 5. lib. 1. Gozad.
conſ. 8. nu. 18. Soci. Iun. cõſ. 76. nu. 45. lib. 1. Grat. conſi. 9.
nu. 88. lib. 1. Alciatus reſpõ. 199. nu. 25. & Rolã. à Val. cõſ. 3.
nu. 72. li. 1. Verba enim illa, prout ad nos pertinent, magni
ſunt effectus. Nam † dictio prout, ſimilitudinem denotãs
plenariè accipitur. Bar. in l. edita. nu. 28. C. de eden. & in
extrauag. ad reprimend. in verbo, Prout, immò eſt identi-
tatis ſignificatiua. Angel. cõſ. 11. Si dictus Ioann. Alex. cõſ.
3. col. 1. lib. 2. & latè in terminis his ferè noſtris Bologn.
cõſ. 2. col. 2. verſi. nam ſecundum Angelũ. Sic dictio illa †
omninò, præciſam naturam habet, nullamq; reſtrictionẽ
recipit. l. ſi poſſeſſore, in prin. ff. de petit. hære. & idẽ quòd
indiſtinctè ſignificat. l. ſi cum exceptione. §. quatenus. ff.
quod metus cauſ. & in l. j. C. quo. & quãd. iud. immò ſigni
ficat idẽ quod in perpetuum. glo. in clem. 1. & ibi Card. de
vita & honeſt. cleric. Bero. in c. 2. nu. 51. de prob. ſic & ver-
ba illa in eius ius † delegentur, quæ, vt Alciato placuit in
d. reſpon. 199. nu. 25. nõ vtiles modò, ſed & directas actio-
nes fuiſſe tranſlatas, oſtendunt. l. ſi cum emptore. vbi An-
gel. ff. de pact. cùm nil aliud ſit delegare, quàm ſui loco a-
lium dare. l. 2. ff. de donat. dum ergo Otho ſui loco ac in
proprium ius Aledramum delegauit, & omninò tranſtu-
lit, ſequitur, ꝙ quemadmodum ipſe Otho liberè erat do-
minus, ſic Aledramum dominum effectũ fuiſſe. Ita olim
argumentabar in reſponſo pro Genuenſium Repub. red-
dito in quarto articulo, num. 20. Siue ergo dicamus, Mar-
chiam hãc antiquitus Aledrami, ſuorúmq; maiorũ fuiſſe,
ſiue ab Othone Aledramo conceſſam; ſemper intelligi-
mus, non per feudum, ſed per liberam donationem ei con
ceſſam fuiſſe.

Sextò in feudum Marchiam conceſſam non fuiſſe de-
monſtratur. certi enim iuris eſt in feudi conſtitutione ne
ceſſariam fore † inueſtituram, c. 1. quibus mod. feud. conſt.
poſſ. & docuit Iaſon in prælud. feud. nu. 12. verſ. itẽ inueſti-
tura. Afflict. deciſ. 129. nu. 3. Curt. Iun. in tract. feud. in 2.
par. q. 4. num. 14. Zaſius in Epitome feud. par. 6. nu. 5. 6. &
nu. 24. Cùm ergo in caſu noſtro nulla ab Othone conceſ-
ſa fuerit inueſtitura, ſequitur feudalem non fuiſſe hanc
cõceſſionem. In ſpecie noſtra ſic argumentantur Gozad.
conſilio 8. numero vigeſimoprimo 22. Gratt. d. conſilio
nono, num. 113. lib. j. Pariſ. conſ. 23. nu. 5. lib. 1. Nec huic ſo-
lido fundamẽto aduerſatur, ꝙ in ea conceſſione dictũ fue-
rit, ꝙ nullus diſueſtiat &c. quaſi ex his demonſtretur, illã
inueſtituram eſſe, aut inueſtituram præceſſiſſe, vt etiam
præ ſe ferre videntur verba illa, quòd ſi aliquis auſus fue-
rit moleſtiam inferre, ꝙ tempore præterito non habuerit



Aledramus inueſtituram. Quæ inquam verba feudũ fuiſſe
conceſſum arguere vidẽtur, vt docuit Afflic. in rub. quib.
mod. feud amit. nu. 71. Quia reſpondeo, verba hæc referri
poſſe ad primam illam conceſſionis partem, in qua (vt ſu
prà diximus) Imperator conceſsit loca in deſertis, ſylue- 32
ſtribúſq; locis iacentia. Reſponderi etiam poteſt, verbum
24 † inueſtire, generale eſſe & multis conuenire. ita ſenſit
gl. Inſt. de verb. obl. in prin. in verbo, firmum. Quare hic 33
ſimplicem poſſeſſionem ſignificare reſpondit Alciat. d.
reſp. 199. nu. 33. Erit ergo inueſtire, poſſeſsionem conce-
dere, quemadmodũ diſueſtire, poſſeſsione priuare. quod
olim ex Plauti auctoritate oſtendimus in eo Reſpõſo pro
Genuenſium Repub. reddito, in 4. articulo, nu. 34. quo lo
25 ci diximus † inueſtituram vocem, quamlibet poſſeſsio-
nem, ſiue iure feudi, ſiue alterius actus, vt electionis com-
prehendere, ex cap. propoſuit, de conceſſ. præb. Dyn. in c.
1. num. 12. de reg. iur. in 6. Reſpondetur tertiò, ꝙ cùm ver-
ba illa donamus &c. donationẽ veram deſignãtia, præceſ- 34
ſerint: verba hæc, quæ ſubſequuntur, ad eam ſeſe referunt,
ac ab illis declarationẽ recipiunt: vt non feudi inueſtitura,
26 † ſed donationis conceſsio intelligatur. ita in claris his
terminis reſpondet Iacobinus à Sãcto Georgio in inueſti
tura feudali, in verbo, Inueſtiuit. nu. 10. in fi. ver. non ob-
27 ſtant etiam. Reſpondetur quartò † verba hæc fuiſſe in fi-
ne conceſsionis poſita, ſicque in executiuis: quare nihil
operãtur, nihilq; diſponunt. clem. 1. in fi. de præb. & in his
terminis Dec. conſ. 413. nu. 8. conſi. 423. num. 9. & egre-
giè idem conſ. 500. nu. 9. Curt. Iun. conſi. 3. nu. 2. conſ. 56.
nu. 3. & cõſ. 131. nu. 6. Pariſ. cõſ. 22. nu. 13. lib. 1. Soc. Iun. cõſ.
93. nu. 25. lib. 3. Zaſius in Epito. feud. part. vlt. numer. 26. 35
28 Septimò accedit, ꝙ cùm † fidelitatis iuramẽtum ſit ſub
ſtantia conceſsionis feudi. c. de noua forma fidelit. ſequi- 36
tur feudalem non fuiſſe conceſsionem hanc, cùm nullum
in ea præſtitum fuerit fidelitatis iuramentum. ita reſpon-
dit Corn. conſ. 17. num. 16. in fin. lib. 1. ſic in hac noſtra cõ
ceſsione ſunt argumentati Grat. d. conſ. 9. nu. 122. lib. 1. Pa
riſ. conſi 23. nu. 6. lib. 1. & Gozad. conſ. 8. nu. 22. & licèt iu- 37
29 ramenti actus remitti poſſit, † non tamen ipſa fide-
litas. Afflict. deciſ. 129. nu. 2. & Zaſius in epito. feud. par.
vlt. nu. 34. Nec ad rem confert, ꝙ in præfatione conceſsio
nis fidelitatis mentio habeatur, quoniam illud non fide-
litatem præſtitam arguit, ſed cauſam impulſiuam oſten-
dit, qua ad ita concedendum dicitur motus Imperator.
Nec enim credendum eſt, Imperatorem minus fideli con
cedere voluiſſe: id quod paſſim in quibuſcunque cõceſsio-
num initijs & præfationibus obſeruari videmus.

Octauò & vltimò ſuffragatur, in hac conceſsione nul-
lam eſſe factam reſeruationem, vel ſeruitij, vel homagij:
quæ cùm neceſſaria ſit in feudi conſtitutione, ſequitur 38
30 hanc feudalem conceſsionem non eſſe. † Reſeruationem
illam fore neceſſariam affirmat Alexand. conſ. 24. nu. 11.
lib. 5. quem ſecutus eſt Decius conſ. 413. nu. 5. qui Caſt. &
alios in hanc retulit ſniãm. idem cenſuit Mod. Pariſ. in cõ
13 ſue. Pariſ. in rubr. tit. 1. nu. 52. 53. & licet † Zaſ. in Epit. feud.
par. vlt. nu. 36. ſentiat, hoc feudum quidẽ eſſe, ſed impro-
prium: dico eius doctrinam intelligi, quando conſtat ex a-
lijs eſſe feudum, & deinde expreſsè agitur, ne ſeruitium a-
liquod præſtetur. id quod apertius declarauit idem Mo-
der. Pariſ. in d. conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 2. gl. 4. num. 1. cuius 39
contrarium hoc caſu contigit, vbi ex alijs intelligimus,
non feudum, ſed liberam donationem eſſe conceſſam.

Præcipua hæc ſunt, quibus clariſsimè demonſtratur
Othonis conceſsionem feudalem non eſſe, Scio etenim
plura alia adferri poſſe ex Socino Iuniore, Grato, Gozadi-
no, Alciato, Pariſio & Rolan. à Valle, qui verè vno ore o-
lim interrogati per ipſum Illuſt. Ducem Mantuæ reſpon-
derunt, hanc Othonis conceſsionem liberæ donationis
eſſe: verùm potiſsima fundamenta ſolùm referre & com-
probare placuit.

Illud vnum tantùm nunc ſupereſt, vt aliqua diluamus
argumenta, quibus adducti viri Clariſsimi ampliſsimorũ
Collegiorum Bononiæ, Patauij & Papiæ, olim conſulti
ab Auguſtiſsimo Ferdinando Imperatore in controuer-
ſia Marchionatus Finarij, inter Excelſam Genuenſium
Remp. & Alphonſum Carretum Marchionem Illuſtriſsi-
mum reſponderunt, Othonis cõceſsionem feudalem fuiſ-
ſe. Quæ ſanè reſpõſa impreſſa fuere poſt noſtrum illũ tra- 40
ctatum de Recuperanda poſſeſsione, & quorũ fundamen
tis verè in eo reſponſo pro Genuenſium Repub. reddito
in 4. articu. nu. 30. cum ſubſequentibus ſatisfeci; ſed &
nunc reſpondeo.

Non ergo obſtat primò, ꝙ fidelitas in conſsione reſer-
uata fuerit, quæ quidem reſeruatio fidelitatis, conceſsio-
nem fuiſſe feudalem arguit, cùm † feudum à fidelitate no
men ſumat. Abb. conſil. 82 nu. 6. lib. 1. latè Iaſ. in prælud.
feud. nu. 28. Zaſius in Epito. feud. par. 1. nu. 2. Reſpondeo
primò, vt & olim reſpondi, cũ Alciato d. reſp. 199. nu. 35. †
fidelitatẽ nihil ſpeciale ratione feudorum inferre, cùm
& ſubiecti, etiamſi feudatarij non ſint, ad fidelitatem tene-
antur: ita ſcripſit Bart. in extrauag. ad reprimen. in gl. 3. idẽ
Alcia. reſp. 172. nu. 6. Idem ſcriptum reliquit Cur. Iun. in
tract. feud. in prima par. q. 7. nu. 1. dum inquit, non eſſe bo
nã cõſequentiã, præſtita fuit fides, ergo eſt feudum, quia
multi alij ſunt cõtractus in quibus fides præſtatur. l. j. de
pactis. l. j. de conſt. pec. & in ſpecie Oldrad. conſi. 159. Ex
præſenti themate. col. pen. verſ. nec hoc etiam arguit, &c.
qui affirmat huius † fidelitatis retentionem non arguere
conceſsionem feudalẽ eſſe. Et magis clarè reſpõdit Dec.
conſ. 413. nu. 7. ver. nõ obſtãt allegata. Quod Decij reſpõ-
ſum retulerũt in noſtro hoc caſu Soci. Iun. d. cõſ. 76. nu.
47. lib. 1. & Rol. à Valle d. cõſ. 2. nu. 6. lib. 1. Reſpõdeo & ſe
cũdò vnà cũ Decio dicto cõſ. 413. nu. 7. verſ. & vlteriùs in
caſu iſto &c. fidelitatẽ hãc reſeruatã fuiſſe in clauſulis exe-
cutiuis. quæ nihil diſponũt. cle. 1. de præb. & ſuprà retuli.
Reſpondeo tertiò. fidelitatis reſeruationẽ poſſe in omnẽ
caſum referri, non ad cõceſſionẽ, ſeu verius cõfirmationẽ
Marchiæ, cùm patrimonialis illa fuerit, ſed ad cõceſsionẽ
locorum in deſertis iacentium, quæ Imperij tunc erant.

Nõ obſtat ſecũdò, ꝙ Otho hãc appellauerit † Marchiã,
cuius natura eſſe dicitur, vt feudũ, nõ autẽ directũ domi-
niũ oſtẽdat. c. j. de feudo Marchiæ. † Marchiã eſſe feudũ
dignitatis affirmarunt Iaſ. in prælud. feud. nu. 119. Ant. Ca
picius Neapolitanus deciſ. 32. nu. 11. Socin. Iun. cõſ. 95. nu.
92. lib. 3. Reſpõdeo, vt olim reſpõdi eo reſponſo pro Re-
pub. Genuenſium art. 4. nu. 36. ex ſententia Alciati d. reſp.
199. nu. 36. † Marchiam etiã dici, quam quis iure proprio
poſsidet. Iure etenim proprio haberi ac cõcedi poteſt: ita
ſcriptũ reliquit Alciatus trac. præſump. reg. 2. præſump. 3.
nu. 2. poſt Hoſt. & Io. And. in cap. vlt. de iudi. immò idem
Alciatus reſp. 162. nu. 13. verſ. confirmatur hæc, &c. ſenſit
feudũ & Marchiã eſſe duo ſeparata, quæ tamen connecti
poſſunt, ſi actũ ita fuerit. Confert, quod reſpõdit Socinus
Sen. cõſ. 67. Viſis inueſtituris. col. 4. verſ. Nec obſtat, quòd
prædicti nobiles. lib. 1. dũ affirmauit, nõ eſſe bonam cõſe-
quentiam, eſt conceſſus Comitatus, & Comes effectus eſt
inueſtitus ille; ergo datũ eſt feudũ in vim Comitatus: quia
ſtat ſimul, quòd conceſſus fuerit Comitatus, & tamen nõ
in feudũ & vim comitatus. Sic etiã videmus † dignitatem
Marchionatus, vt perſonalẽ, à re ipſa diſtinctũ quid habe
re; ita vt dignitas cũ perſona, nõ cũ re extinguatur. Quod
docuit Iſern. in cap. 1. col. 1. de feudo Marchiæ. Non ergo
ſequitur, eſt Marchia; ergo eſt feudum, quod ab Imperio
recognoſcitur.

Nõ obſtat tertiò, in ea cõceſsione legi, Othonẽ ſub hac
forma conceſsiſſe, prout iuſtè & legaliter poſſumus. Quæ
verba, vt reſtrictiua, oſtẽdũt, nõ directũ dominiũ, ſed vti
le tãtùm, ſicque feudũ cõceſſum fuiſſe. Nã directũ Impera
tor † concedere non poſſe videtur, cùm quæ Imperij ſunt
alienare minimè poſſe multi affirmauerint: ita Bald. in
procœm. feud. nu. 32. 33. Alex. l. filio quem pater, de liber. &
poſth. Io. Baptiſta à Sãcto Seuerino. in l. cũctos populos,
nu. 10. C. de ſum. Trinit. & fide cathol. & in l. Imperiũ, nu.
35. ff. de iuriſd. omn. iud. Quod ea rõe affirmant, quia ſi
hoc cõcederetur, ita paulatim minueretur ac euaneſceret
Imperiũ; quod nulla rõe cõcedẽdũ eſt. Sic Bald. in cap. in
tellecto, de iureiurã. & retulit Rolandus à Valle d. cõſ. 2.
nu. 95. lib. 1. Reſpondetur primò nos eſſe in claris, in qui-
bus ceſſant coniecturæ. l. ille aut ille. §. cùm in verbis, de
legat. 3. & ſuprà diximus. Cùm enim donauerit is Otho, &
tot annis illis ſucceſſores cõfirmauerint; nõ eſt ꝙ amplius
hæſitemus. Reſpõdetur ſecũdò, hîc vnũ rõe hui⁹ Marchiæ
præſupponi (qđ nõ cõceditur) Othonẽ ſcilicèt Aledramo
conceſſiſſe quæ Imperij erãt cùm tamẽ iã domõſtraueri-
mus. Marchiã hãc ante Othonẽ ipſum nõ imperij, ſed A-
ledrami ſuorũq; maiorũ fuiſſe. Reſpõdetur tertiò, verio-
rẽ eſſe interpretũ ſentẽtiã, † Imperatorem, quæ Imperij
ſunt, ita alienare poſſe, cùm nõ maximi detrimẽti aliena-
tio eſt: ita poſt alios plæroſq; reſpõdit Rolã. à Valle cõſ.

Zaſius in epitome feud.in quinta parte nu.15. & nouiſsi-
mè Natta conſ.638.nu.46.li.3. detrimentum autem ma-
ximum hoc caſu conſideratur,cũ honor & dignitas Impe
rij minuitur:ita Baldus conſi.271.Caſus conſilij &c.col.2.
lib.1.Socinus Iun.conſi.60.nu.53.lib.3.qui ſic ſunt inter-
pretati d.c.intellecto.Vel ẽt intelligitur, quãdo Imperiũ
vel Regnum ſeruituti ſubijceretur. Old. conſi. 231. in fin.
Quocircà rectè Reſtaurus Caſtaldus tracta.de Imperato-
re q.104.nu.3.poſt Baldum & alios affirmauit,Imperato-
ri licere,ciuitatem,oppidum,caſtrum,quin & Prouinciã
alienare ſingulariter,non autem per modum quotæ. idem
placuit Nattæ.d.conſi.638.num.171. & Imperatorem, vel
Regem poſſe plures ciuitates alienare,reſponderunt Old.
conſi.159.col.pen.Decius conſ.208.nu. 6. Ruin. conſ.25.
num.16.lib.2.cùm ergo conceſsio,ſeu verius confirmatio
Marchiæ per nomen ſingulare ab Othone fuerit facta,ſe-
quitur iure defendi.Abundè ergo intelligimus conceſsio-
nem illam Othonis allodialem, non feudalem fuiſſe.

Nunc videamus an ab eo anno 967.citrà, Marchia hæc
naturam immutauerit,vt ex alodiali feudalis effecta fue-
rit.Et verè diſcurrendo tempora, conſtat feudalem effe-
ctam non eſſe.Nam is Aledramus mortuo Othone Secũ
41 do,qui † anno 974.mortuus eſt,vt dicunt recentiores in
Chronicis:vel anno 973. ſecundum Onuphrium Panui-
nium li.3.Roma.Principum,qui hunc Othonem primum
vocat,vt verè ex Germanis Imperatoribus Otho I. rectè
dicitur,huic ſucceſsit Otho alter illius filius,à quo is Ale-
dramus nullam ſuſcepit inueſtituram, nullumque fideli-
tatis iuramentum præſtitit;quæ tamen intra annum pera-
42 genda erant,vbi Marchia † feudalis fuiſſet.c.1.quæ fuit pri
ma cauſa benef.amit.&,c.1.quo tẽpo.miles &c. & in cap.
1.§.vlt.ſi de inueſt.inter dominum & vaſal.lis oria. & latè
Pariſius conſ.101.nu.131.lib.1.qui affirmauit poſt longam
moram,inueſtituram amplius peti non poſſe. Minus fuit
43 ab illius ſucceſſore petita,cùm † Otho is Tertius ſit vita
functus anno 983.vt iam relati nouiſsimi credunt, in qua
ſententia eſt & Onuphrius Panuinius,quem iam citaui.Sic
44 e contrà mortuo † Aledramo Marchione Primo Montis
ferrati,q. deceſsit anno 995.illius ſucceſſor Gulielmus Pri
mus,vel (vt Benuenuto à Sancto Georgio placuit) Boni-
facius,nullam inueſtituram,ſeu antiquæ inueſtituræ con-
firmationem eſt conſecutus ab Othone Quarto illius no
45 minis Imperatore;cùm tamen ſi feudalis Marchia † hæc
fuiſſet,tenebatur.d.c.1.in princ.vbi Afflictus, quæ fuerit
prima cauſ.benefic.amitt.tradit in ſpecie Gratus.d.conſi.
46 90.nu.60.li.1.& infra alia ſuis locis afferam. Mortuo †
Othone 4.anno 1002.vt dicti recentiores affirmant, & ſi
Onuphrius vbî ſuprà,ſcribat deceſsiſſe anno 1001;illi ſuc-
47 ceſsit † Henricus Secundus,qui deceſsit anno 1024. vt ex
eiſdem authoribus conſtat, & ex Onuphrio Panuinio in
Pontificũ Annalibus, & li.3.Roma. Principum. Henrico
48 Tertio ſucceſsit Conradus † Secũdus,quo vita functo an-
no 1040.ex eiſdem ſcriptorib.ſucceſsit Henricus Tertius,
à quo nullam antiquæ inueſtituræ confirmationẽ petijt is
49 † Gulielmus.Hic moritur anno 1053.ſecundum Benuenu-
tum,& ei ſucceſsit Bonifacius Tertius Marchio filius He
lenæ Cloceſtri Angliȩ Ducis,vt ſcripſerunt Volaterranus
& M.Guacius in eorum Chronicis iam relatis,is inquam
Bonifacius dum vixit, non recognouit Marchiam hanc
ab Imperatore illo Conrado alijſq; ſucceſſoribus, Hen-
rico ſcilicèt Quarto,Henrico V.& Lotario Saxono. Bo-
50 nifacio,† cuius mortis tempus ignoratur,ſucceſsit Guliel
mus Secundus illius filius, qui etſi Conradi Imperatoris
Tertij ſororius(vt Volaterranus ſcribit) fuerit,attamen ab
51 eo Marchiam hanc non recognouit.† Conrado III an-
no 1152 vita functo,vt ex Onuphrio Panuinio lib.3.Ro-
ma.Principum & iunioribus in Chronicis,ei ſucceſsit Fri
dericus Primus,à quo is Gulielmus Marchiam hanc, vt
feudalem,pariter non recognouit.Quamquàm verò Fri-
dericus anno 1165.8.Kalen.Octobris huic Gulielmo ca-
ſtrum Cugnolij & Veſternam,cum illorum pertinentijs,
conceſſerit:non tamen hinc apparet,ipſius Marchiȩ factã
fuiſſe recognitionẽ,immò loca hȩc liberè donata fuere,vt
publici documenti verba ſonant.Hinc probabilis elici-
tur coniectura, Montisferrati Marchiam feudalem non
fuiſſe,quoniam ſi talis fuiſſet, credendum non eſt, quòd
poſteaquàm à Friderico eam non recognouit Gulielmus,
in eum tãtam liberalitatem exercuiſſet is Fridericus, cùm
52 prȩſumptio † ſit,ſuperiorẽ denegãtẽ eũ recognoſcere,vel-
le potius damno afficere,quàm beneficio pſequi,vt pbat
Socinus Iun.conſ.77.nu.40.lib.1.ex l. nec adiecit. ff. pro
53 ſocio.Hic † Gulielmus anno 1178.imperante eodem Fri-
derico deceſsit,& ex Iuditha Leopoldi Auſtriæ Marchi-
onis filia,quatuor ſuperſtites reliquit filios, Fridericum
ſcilicèt,Gulielmum cognomine Longaſpatham,Rayne-
rium ac Bonifacium.Gulielmo patri ſucceſsit is Guliel-
mus Longaſpatha,qui pariter non reperitur recognouiſſe
Marchiam hanc ab eodem Friderico Primo adhuc Impe-
54 ratore.† Moritur is Longaſpatha ſecundum Benuenutũ
anno 1183.Gulielmum hunc hac ætate vixiſſe ſcripſit Pla-
tina in vitis Pontificum,in vita Alexandri.iij.in fin. cui ſuc
ceſsit Balduinus filius ex Sybilla Balduini Hieroſolymi-
tani Regis ſorore:is pariter ab eodem Friderico Marchi-
am hanc non recognouit. Balduino Raynerius illius pa-
55 truus ſucceſsit,qui nec ab ipſo Friderico,nec ab † Henri-
co Sexto,qui anno 1190.ſecundum modernos & alios Fre-
derico ſufficitur, Marchiam hanc recognouit. Mortuo
Raynerio,nulla ſuſcepta prole ex Cyri Emmanuelis Con
ſtantinopolitani Imperatoris filia, ſucceſsit illius frater
Bonifacius,qui etſi multos annos vixerit, , & multa vnà
cum Guidone Luſignano illius conſanguineo aduerſus
Saladinum (quod in vita Lucij iij. & Vrbani iij. Pontif.
ſcriptum reliquit Platina) prȩſtiterit,non tũ Henricum il
la ætate Imperatorem in dominum directum huius Mar-
chiæ recognouit.Nec ad rem cõfert,quòd is Henricus an
no 1191.die 8.Decembris dum Mediolani ageret, huic
Bonifacio ac ſucceſſoribus in perpetuum conceſſerit lo-
ca Gamundi,Marenghi,Seij vnà cum eorum pertinẽtijs,
ac omnia caſtra,oppida,villas,poſſeſsiones ac reliqua per
eum ſuóſque anteceſſores poſſeſſa.Quoniam nulla hîc fa-
cta dicitur totius Marchiæ recognitio, immò verè loca
hæc in feudum conceſſa non fuerunt,tum quia his verbis
conceſsit,liberè,plenariè,quæ ſui natura oſtendunt nul-
lum feudum fuiſſe conceſſum (vt ſuprà diximus) tùm ẽt,
quia nullum ibi fidelitatis iuramẽtum præſtitum,nullum
ſeruitium promiſſum fuit:cùm tamen neceſſaria hæc ſint
in feudi conſtitutione conceſsionéq;, vt paulò ante dixi-
56 mus.† Moritur hic Bonifacius anno 1207.ſecundum Bẽ-
uenutum,& illi ſucceſsit Gulielmus quartus illius filius,
cùm iam illius frater Conradus primogenitus Hieroſoly-
mitanúſque Rex creatus ob Iſabellam Balduini regis fi-
liam ſibi matrimonio collocatã(vt in ſuis Chronicis ſcri-
ptum reliquit Marcus Guacius)ſine prole ex ea Iſabella,
ac ex Marguarita Pannoniæ Regis filia,deceſſerit.Is ergo
Gulielmus Marchiam hanc non recognouit tamquàm feu
dalem à Philippo tunc Imperatore; minus recognouit lo-
ca illa Gamundi, Marenghi & alia ab Henrico anno 1161.
Bonifacio conceſſa. Quibus demonſtratur pariter dicta
loca feudalia non fuiſſe,alioqui recognita fuiſſent. Præte
reà nec recognouit illius Philippi ſucceſſores. Othonem
ſcilicèt Quartum,& Fridericum Secundum, qui donec is
Gulielmus vixit,imperarunt. Immò(quod obſeruatione
dignum iudico)ipſe Gulielmus(vt in annalibus horũ Mar-
chionum ſcriptum reliquit Bẽuenutus à Sãcto Georgio)
ann.1220.24.Martij pignori dedit Friderico Imperatori
multa loci Marchiæ,q̃ allodialia eſſe teſtatur, pignoriſq;
ſeu hypothecæ inſtrumentum retulit is Benuenutus. Ve-
57 neno interficitur † Gulielmus in Græcia anno 1225. (vt
Benuenutus ſcribit)& illi ſuccedit Bonifacius filius,qui à
Friderico Secundo Marchiam non recognouit, & Fride-
58 rico † anno 1250. mortuo, minus ab illius ſucceſſoribus
Conrado & Gulielmo ſimul imperãtibus.Et licèt is Cõ-
radus anno 1253.menſe Maio,huic Bonifacio conceſſerit
multa,Burgum ſcilicèt Caſalis,Pontem Sturiæ, Tridinũ
& Poderium,in feudum rectum,cum præſtatione ſolito-
rum ſeruitiorum. Quæ ſanè affirmabat is Imperator ad
Imperium fuiſſe deuoluta & aperta,ob læſæ maieſtatis cri
men ab illorum locorum tunc Vaſallo commiſſum: atta-
mẽ conceſsio illa nõ infert integrã Montisferrati Marchi-
am ab Imperatore vel cõceſſam,vel recognitam:quinim-
mò iure non defenditur conceſsio illa in vim feudi, cùm
verè nullum ibi fidelitatis iuramentũ præſtitum, nulláq;
inueſtitura fuerit conceſſa.Accedit nõ conſtare alterius
vnquam fuiſſe hæc loca,q̃ ipſorum Marchionũ,vti in Mar
chia compræhenſa.Quare,vti res propriæ, nõ potuerunt
ab Imperio ita recognóſci,vt infrà ſtatim ſuo loco dice-
59 mus.† Bonifacius hic moritur anno 1254. duobus poſt ſe
relictis filijs maſculis,Gulielmo ſcilicet cognomẽto Ma
gno,ex Conſtantia Comitis Amadei Sabaudiæ filia,& Io-
anne ex Beatrice Hiſpaniarum Regis filia:reliquit pariter
tres



tres filias,quarũ vna,Iolanta ſcilicèt, nupſit Andronico
Palæologo Imperatore, altera Alphonſo Caſtiliæ Regis
filio,tertia verò Poncello Vrſino.In Marchia ſucceſſit Io
annes(Nec enim ex documẽtis cognoui Gulielmũ Mar-
chiam tenuiſſe,quin varia ſcribunt Hiſtorici; nã Marcus
Guacius in Chronicis in vita Bonifacij ſcriptũ reliquit,
Ioannem hunc fuiſſe Bonifacij filiũ, in Genealogia verò
horum Marchionum legitur,Ioannem fuiſſe filium Gu-
lielmi,id quod Benuenutus à Sancto Georgio in ſuis anna
libus ſcripſit,& affirmant Gulielmũ interijſſe anno 1292.
13.Februarij,& Gulielmo Ioannem ſucceſſiſſe, vtcunque
ſit Marchio effectus fuit.) Hic Ioannes,multis rebus geſ-
tis aduerſus Mattheum Vicecomitẽ,Papiæ tãdem factus
dominus ann.1296.in vxorẽ duxit Margheritam Amadei
tertij Sabaudiæ Comitis filiam,è qua nullam ſuſcepit pro
60 lem.Nullis ergo relictis filijs † moritur anno 1305. & vnà
cum eo vniuerſa Aledrami maſculini ſexus proſapia, quæ
iam 338.annos maximè floruit,extincta fuit. Hac ex re ſa-
tis ſupérque intelligimus Montisferrati Marchiam perdu-
rante Aledrami proſapia feudalẽ Imperij effectam mini-
mè fuiſſe.Ioanne vita functo, vniuerſi Marchiæ incolæ
ex communi voto rem Andronico Palæologo, vt affini
61 ac ſororio d.Ioannis,regendã obtulerunt.† Is Theodo-
rum ex Iolanta d.Ioannis ſorore filium eò miſit,qui anti-
quæ poſſeſſioni pugnãdo (vt Volaterranus ſcribit) nõnul
la adiecit.Hic ergo Theodorus aliquot annos Imperium
62 nõ recognouit,tandem ann.† 1310.25.Octobris,ſuis pre-
cibus ſignificauit Henrico Septimo tunc Imperatori, ſe
Mõtisferrati Marchiam vnà cũ eius pertinentijs poſside-
re,illãque eſſe feudum nobile,& antiquum Sacri Ro.Im
perij; eapropter ab ipſo Imperatore petijt, ſe de eo in-
ueſtiri pro ſe ſuiſq; hæredibus,modo & forma,quo & qua
ipſius Theodori prædeceſſores tenere in feudum conſue-
uerunt,quod conceſſit Imperator.

Videndum eſt nunc hoc loco,an ex recognitione iſta,
hæc Montisferrati Marchia feudalis effecta fuerit. Prima
facie(vt dici ſolet)dicendum videbatur,feudalem eſſe ef-
fectam.

Primò:nam etſi ante Theodorum allodialis fuerit, (vt
63 iam vidimus,)attamen † res propria & allodialis ab alio
recognoſci poteſt,& in feudũ recipi: vt in ſpecie noſtra
reſpondit Rolandus à Valle conſi.2.num. 109. lib. 1. poſt
Spe.in tit.de feudis.§. ſi verò recognoſco. Caſtren. conſ.
153.ſuper primo quæſito.& in l. cùm falſa. C. de iuris &
facti ignor.& poſt Pract.Pap.in forma libelli, pro præſta.
fict.in glo.ſuper ſolutione,col.vl.&poſt Doct.in l.ſi rem
aliquã,de acq.poſſ.quibus addo Curt.Iun.conſi.140. nu.
5.Iaſ.l.2.num.177.in fin.C.de iure emph.& egregiè in no
ſtris terminis in eo,qui rem propriam in feudum à Cæſa-
re recognouit,reſpondit Rui.conſ. 40. nu.12. lib.1. & in
caſu hoc ipſo ſumenda videtur interpretatio hæc,vt fauo-
rem continens,quemadmodum in ſpecie hac noſtra reſ-
pondit Gozad.conſi.9.nu.9.

46 Secundò,quia verba illa,† ſicut,& prout ſui anteceſſo-
res tenuerunt,diſponunt,quanquam videantur relatiua &
conditionalia,cùm hoc in caſu is Theodorus diſponendi
de Marchia facultatem habuerit; vti egregiè docuit Barto.
in l.eum qui.§.Iulianus,de conſtit. pec. dum affirmauit,
verba ſententiæ,qua q̃s fuit condemnatus ad ſoluendum
vnum par caponum,ſecundum q́ ſui anteceſſores ſolue-
runt,eſſe diſpoſitiua,perinde ac ſi is condemnatus ſimpli-
citer fuiſſet,cum ſatis de iudicis voluntate appareat,qui
ita condemnare potuit.Idem in ſtatuto egregiè docuit
Bar.in l.admonendi.nu.7.de iureiur.Hinc pulchrè Dec.
conſ.169.nu.4.verſ.vltimò non obſtat,conſi.326.nu.3.&
conſi.402.nu.10.Rui.conſi.31.nu.7.lib.1. & conſ. 1. nu. 1.
lib.4.Curt.conſ.97.nu.4.Rub.conſ.51.nu.6.Boer.q. 16.
& q.247.nu.1.hi inquam omnes ſecuti Oldr.& Aret. reſ-
65 ponderunt,q́ ſi Princeps concedit vel priuilegium, vel †
feudum hoc modo.Concedo ſecundum,quòd noſtri an-
teceſſores conceſſerunt,conceſſionem hanc non eſſe cõ-
ditionalem ſed diſpoſitiuam,& ob id hos non teneri pro
bare conceſſionem illam ex verbis illis relatam. idem er-
go in caſu hoc noſtro dicendum videbatur.

Tertiò nõ parum huic opinioni ſuffragatur, quòd etſi
cæteri omnes errorem hunc allegare poſſent,non tamen
licet Sereniſſimis Sabaudiæ Ducibus, cùm iam eo anno
1310.Comes Aymo dum aliqua iniret pacta cũ eo Theo-
doro Palæologo,faſſus fuerit,Marchiam hãc feudalẽ eſſe,
quemadmodum retulerũt Goz.conſi.9.nu. 7.11.Soc.Iun.
conſi.77.nu.74.lib.1.& Rol.d.conſ.2.nu. 113. lib. 1. Quæ
66 ſanè † confeſſio,cùm contra confitentem optimè pro-
bet.l.cũ te.C.de tranſact.l.cùm precum.C.de liber. cau-
ſa,ab eis nulla ratione improbari poteſt. l. poſt mortem.
ff.de adopt.Dec.conſ.454.nu.6.& latè Tiraq.tract.de re-
tract.conſang.§.j.gl.9.nu.37.Si ergo hanc cõfeſſionem
improbare non potuiſſet Comes Aymo,non pariter eius
ſucceſſores,vt ſtatim ſubijciam.

Quartò accedit,quòd cùm Sabaudiæ Duces ius metiã-
tur maximum ex perſona d.Theodori,qui iam confeſſus
eſt hanc Marchiam eſſe feudalem Imperij,& vt talem ab
67 Imperio recognouit, iure † non poterunt illius factum
& confeſsionem improbare.l. ex qua perſona, vbi Dec.
de reg.iur.l.cùm à matre.C.de rei vind.l. ſi ab eo. C.de
negot.geſt.Et in ſpecie, ſucceſſorem non poſſe ſui præ-
deceſſoris conceſsionem improbare,reſponderunt Bald.
conſil.89.D.Thomas.col.2.lib.1.Soc.Sen.conſi.249.col.
vlt. lib. 2.Dec.conſ.184.in fin. quos ſecutus eſt Crauet.
conſi.29.nu.1.& conſi.125.nu.2.cui addo Socin.Sen.con.
13.col.2. in fi.lib.3.conſ.50.nu.8.& conſi.68.nu.5. lib. 4.
Rip.in l.ſi aliquam rem.num.42.ff.de acquir. poſſ. Sic in
68 † renunciatione ſui iuris,ſucceſſorem non poſſe contraue
nire facto ſui anteceſſoris,reſpondit Bellon.conſi.15. nu.
10.Immò ſucceſſor contrauenire non poteſt alienationi à
defuncto factæ,etſi aliàs ex ſtatuto agnatis recuperandi
facultas daretur,vt latiſſimè ſcripſit Tiraq.de retrac. con
ſang.§.j.gl.9.nu.47. 48. 49. alios ſimiles caſus adferunt
Dec.conſi.547.nu.3.4.Pariſ.conſ.34.in fi.lib.2. & Socin.
Iun.conſil.107.num.55.lib.3.qui idem reſpondit,quando
69 is defunctus † rem alienam vendidiſſet; ita etiam reſpon-
dit Rui.conſ.42.num.3.lib.3.Cuius ſanè regulæ rationem
attulit Iaſ.conſil.238.col.2.lib.2.& Dec.d.conſi.547.nu.4.
Hæc me hæſitantem reddebant, vt reſponderem, ex hac
recognitione Marchiam hanc feudalem effectam fuiſſe.

Cæterùm,re ipſa diligentius perpenſa,totus in contra-
riam ſententiam diſceſſi. nempè ex hoc recognitionis
actu,Marchiam hanc feudalem non fuiſſe effectam,quod
multis demonſtratur.

Primò,quia mortuo Ioanne vltimo ex linea &proſapia
70 Aledrami,illi ab inteſtato ſuccedere debuit Iolãta † eius
ſoror & d.Andronici vxor. authen. ceſſante. C. de legit.
hæred.ex quo illud ſequitur,non licuiſſe Andronico viro
ſine ipſius Iolantæ conſenſu quicquam de Marchia diſpo
nere,& Ioannem primogenitum Marchionem conſtitue
71 re.Non enim ad libitum poteſt † maritus de paraphernа-
libus vxoris diſponere.l.ſi ego.§.dotis. ff. de iur. dot.l.
vlt.C.de pac.conuen.clarè Soc.Sen.conſ.82. nu. 8. lib. 4.
immò nec de fructibus,vt multi,quos ſtatim referam, af-
72 firmant.Et idem eſt,ſi dicamus Marchiã Iolantæ † extra
dotem obueniſſe,iuxta horum bonorum diſtinctionem,
quam faciunt Bald.cõſi.478.Quædam ſunt res.lib.5.Soc.
Sen. d.conſi.82.num.8.lib.4.Alex.conſ.42.nu.1. lib. 1. &
cõſ.63.nu.6.7.li.2.Ruin.conſ.222.nu.1. lib. 1. Dec. conſ.
521.nu.2.Soc.Iun.conſ.83.nu.6.lib.3.Alciat.reſp.304.nu.
1.& idem fuſius reſp.402.Crau.conſ.193.in fi.verſ.ſed vl-
tra.Geph.conſ.122.lib.1.Hi dum triplicem bonorum ſpe-
ciem conſtituunt,dotalia,paraphernalia & extra dotem,
affirmant nullam eſſe mariti in paraphernalibus & extra
dotem ptãtem ad diſponendum,cùm in vniuerſum illa
in vxoris dominio permaneant.

Secundò,concedamus Theodorũ ius aliquod in Mar-
73 chia fuiſſe executum ex teſtamento d.Ioannis, † qui,(vt
teſtatur in Chronicis Benuen.à Sancto Georgio) teſta-
mentum condidit anno 1305.18.Ianuarij,& Iolantam in-
ſtituit,cui ſubſtituit illius filios,Ioannem ſcilicèt, Theo-
dorum & Demetrium; attamen adhuc eo tempore, quo
Theodorus iſte eam inueſtituram ab Henrico ſuſcepit, in
humanis agebat Ialanta,cùm ſecũdùm Benuenutum de-
ceſſerit ann.1316.quare illius conſenſus exigebatur,cùm ve
rè eo tempore Marchiæ domina eſſet.Nec aduerſatur,Io-
lantam (vt Benuenutus ſcribit)Theodoro Marchiam hãc
conceſſiſſe; quoniam non in vim donationis ſonant ver-
ba inſtrumenti à Benuenuto relati,ſed ſolùm in eo legitur
quod dat & concedit,vt ſuo nomine teneat,donec ſibi pla
74 cuerit.Quò fit,vt non donatio, ſed precaria † conceſſio
hæc cenſeatur,quæ Iolantæ morte extincta fuit, iuxta l.
iiij.ff.locati.nam quæ ad placitum conceduntur,conceden
tis morte finem recipiunt; quemadmodum ſuſpẽſio bãni
ad iuſ-

ad iuſdicentis beneplacitum.ita reſpondit Angel.conſil. 217.& Gozad.conſi.22.num.10.qui eiuſdem ſententiæ retulit Dec.conſi.108.nu.2.ſic affirmat is Gozadinus poſt Corn.conſ.92.lib.2.capitula ad beneplacitum partium,
75 morte alterius earum extingui.Sic videmus in † mandato,quod morte extinguitur.l.mandatum.C.man.Ita ſuperioris præceptum,Dec.rub.C.de mand.princip. nu.11.
76 12.Sic declarandi,& † eligendi arbitrium morte finitur. Iaſ.conſ.148.col.pe.ver.ſecundo principali.lib. 2. alia ſimilia ſunt apud Soc.Iun.conſ.63.nu.12.lib.2.Tiraq.tract. de legib.cōnub.in gl.4.nu.18.Dida.lib.3. varia.reſol.c.15. num.1.verſ.ſecundus caſus.Idem ergo dicendum hîc eſt. Accedit,quòd non conſtat,an verè Iolāta illa fuerit, quæ eam conceſſionem fecit,cùm non Iolantæ,ſed Erinæ nomen in eo inſtrumēto ſcriptum reperiatur.Accedit quoq; inſtrumentum illud à Benuenuto relatum carere anno,
77 menſe & die,& ob † id non probare.l. generali. C. de tabul. lib.10.c.inter dilectos.de fide inſtru.glo. in auth. vt præpo.nomen Imper.in verbo,auctore Dec.cap.1. nu. 7. de fide inſtr.pulchrè Did.Couarr.lib.Practicarum quæſt. 20.num.2.qui ſcribit hoc conſuetudine receptum,& optima ratione factum,ne temporis incertitudine actus vitietur,aut falſum committatur.Accedit,non licuiſſe in omnem euentum ipſi Iolantæ ſic diſponere & donare, ſi donaſſet:cùm ex Ioannis teſtamento omnes Iolantæ filij ſeſſet in ſubſtitutione vocati.Qui quidē filij,cùm tres eſſent, Ioannes.Theodorus & Demetrius, ſuas ſinguli portiones in Marchia conſequi debebant. Non ergo in totum potuit ſuccedere Theodorus, & per conſequens in fratrum detrimentum eam inueſtituram ab Henrico ſuſcipere.

Tertiò,concedamus,Theodorum inſolidum Marchiæ dominum effectum fuiſſe; adhuc tamen inueſtitura illa non defenditur,cùm à procuratore fuerit impetrata, de cuius legitimo ſpecialique mandato non conſtat: cùm ta-
78 men certi iuris ſit,† mandatum in his exigi ſpeciale. c. 1. §.vtrum.per quos fiat inueſtit. Iacob.à Sancto Georgio in inueſtitura feudali; in verbo,qui quidem inueſtiti præſtiterunt iuramentum fidelitatis,num.10. latè Mod. Pariſ.in conſuet.Pariſ.tit.1.§.49.latè quoque Franc.de Marchis in deciſionib.Delphin.q.1215.Nec eſt,quòd obijciatur,tēporis diuturnitate præſumi omnia ſolenniter acta:
* quandoquidem * crebrior & verior videtur ſententia,
79 † mandatum nec tunc præſumi.Bald.in l.ij.C. ſi ex falſis inſtru.cui nomo contradixit,inquit Iaſ.in l.ſciendum.nu. 19.ff.de verb. obli. & Baldum ſunt ſecuti Alex. Veron. Soc.Sen.Dec.Afflict. & Curt.Iun. quos retulit Crauet. conſi.317.col.1.Et huic ſententiæ acceſſit Cur.Sen. conſi. 49. col.5.in fi. Marſil.ſing.32.Diuturnitas.Felin. in c. ſicut.nu.31.in fin.de re iud. qui eiuſdem ſententiæ citauit Salic.ſic Gozad.conſi.94.nu.48.conſi.96.nu. 11. Pariſius conſi.47.nu.38.lib.1.Soc.Iun.conſ.56.nu.5. 11. li. 1. Brun. conſi.96.nu.3.Bertr.conſi.1.nu.33.lib.1.Horma. Decius.l. 4.§.Cato.nu.235.de verb.obl.communem teſtatur Ceph. conſ.65.nu.16.lib.1.Hanc etiam probauit Crau.cōſ.266. nu.9.Scio quidem rem eſſe controuerſam, cùm alij permulti aliter ſenſerint, vt ſibi parum conſtans Baldus & Decius,ſic Caſtrē.Curtius Senior,Iaſon,& Boerius,quos retulit & ſecutus eſt Crau.d.conſ.317.nu. 1. verſ. vniuerſa difficultas.idem tract.de antiq.temp. 2. parte principali, nu.59.His acceſſerunt Ruin.conſi.35.nu.18.lib.1.Socinus Iunior ſibi parum conſtans conſi.139.nume.10. & conſil. 146.nu.10.lib.3.& Crauetta tracta.de antiqui.temp. quarta parte principali.nu.58.Natta conſi.341.num.3.lib.2. & conſil.526.num.9.& conſi.638.num.184. lib. 3. Tiraquel. tracta.de preſcript.§. primo,glo.4. verſi. trigeſimoprimò,verè tamen prior ſententia crebrior eſt. Nec etiā eſt, quòd obijcitur mandatum hîc præſumi,ex quo in inueſti-
80 tura † enuntiatur,vt reſpondit Crauet.dicto tracta.de antiqui.temp.ſecunda parte princip.num.61.conſi. 317. nu. 2.verſ.ſecundò reſpondeo.qui huius ſententiæ citat Baldum,Caſtren,Vero.Decium,Gozadinum,Purpuratum& Boerium.Reſpondeo,relatos interpretes loqui, cùm inter eaſdem partes eſt controuerſia; at hîc ſi præſumeretur mandatum,eſſet adferre detrimentum filijs Domi. Andronici,de quorum conſenſu non conſtat.Reſpondeo ſecundò, hæc intelligi, quando in ſpecie facta eſt enuntiatio.Nam generalis,vt obſcura,non prodeſt. ita Crauet. conſi.29.num.3.&in tract.de antiqui.temp.in prima particula primæ partis.num.26.Quod in verbis enuntiatiuis inſtrumenti,vt hic,ſine dubio procedit,& ſi in enuntiatis in ſententia,in qua nos non loquimur,aliter ſentiat Crauet.d.tract.de antiq.temp.in d.2.parte principali. nume. 61.

81 Non eſt etiam,quòd obijciatur,† mandatum hoc caſu præſumi ex longa patientia,vt tradit is Crau. dicto tract. de antiqui.tempo.2.parte principali.nume.66.conſ.317. num.2. verſ.tertiò reſpondeo.poſt Alexand.conſi. 1. col. pen.lib.4.& Brunum conſ.96.num.3.in fin. qui volt. cōcurrere debere temporis diuturnitatem cum quaſi poſſeſſione & patientia.Idem reſpondit Natta conſ.526.nu. 13.lib.3.Sed in caſu noſtro non demōſtratur quaſi poſſeſſio illius temporis Theodori,quòd is dum viueret paſſus ſit Marchiam eſſe ſub Imperio,& Imperium in ea quaſi poſſeſſione fuiſſe;imò ipſius Theodori plurimi ſucceſſores Marchiam,vt feudalem ab Imperio nō recognouerunt,vt ſtatim videbimus.Non etiam eſt, quòd dicatur,
82 ſaltem † ratihabitionem præſumi ex diuturnitate temporis,vt poſt Decium conſ.298.num.4.Gozad.conſi. 11. nu. 16.reſpondit Socinus Iunior conſi.139.num.14. & conſil. 146.num.14.lib.3.Crauet. dicto tract.de antiqui.temp. 2. parte princip.num.65.Nam hoc intelligitur,cùm de modico præiudicio agitur:ita reſpondit Iaſ.conſi.140. col.3. lib.4.à quo in hoc,etſi in alijs recedat,non diſſentit præcitatus Crau.Rurſus Decius & cæteri loquuntur cùm aliquis actus ſubſecutus patientiam illius actus oſtendit. Sic egregie ſenſit Alciatus tract. præſump.regu.1.præſumptio.13.in fine.Hæc,quæ retulimus argumenta,ſatis ſolida ſunt,ſi fidem adhibebimus Chronicis Benuenuti, cuius fidem improbare minimè poſſunt aduerſarij.Cæterùm ſi illius hiſtoria veritati aduerſaretur,contrà. Qua de re infrà attingam.

Quartò,conceſſionem hanc in vim feudi factam non fuiſſe,ex eo demonſtratur:quia dictum in ea fuit, modo & forma,quo & qua illius prædeceſſores obtinuerunt.At cùm Theodori anteceſſores iure allodij ac liberi patrimonij tenuerint (vt ſuprà oſtendimus,ſequitur ſub eadē
83 forma ab Henrico factam eſſe conceſſionem; † cùm relatum ſit cùm omnibus ſuis qualitatibus in referēte.l aſſe toto.ff.de hæred.inſti. Decius conſ.47.col.1. & in ſpecie ac claris noſtris terminis ſic reſpondit Pariſius conſ. 22. num.10.lib.1.& clarius Decius conſi.63.nu.6.qui reſpondit,verba iſta relatiua ad actus præteritos reſtringi,ac ſecundum illos intelligi.arg.l.in teſtō,la.j.ff. de cond & dē. quando ſcilicèt actus ille relatus reperitur ſpectarique pōt,vt noſtro in caſu.Confirmatur ex eo,quòd iſte Theo-
84 dorus opinabatur in antiqua illa † inueſtitura, ſeu verius conceſſione Othonis,Marchiam in feudum fuiſſe conceſſam; quod cùm falſum ſit,ſequitur & hanc Theodori impetrationem vitiari. Ita egregiè reſpondit Decius d. conſ.63.nu.6.verſ.cōfirmatur hoc, poſt Baldum cap. cùm te. col.3.de reſcriptis.

Quintò ac vltimò,adferri fortè poſſet reſpōſum Alex. conſ.9.nu.13.lib.5.vbi interrogatus conſuluit, quòd cùm
85 † minor quis præſumatur,niſi maiorē ſe probet,non poteſt rem propriam & liberam in feudum recognoſcere, cùm ſit alienare,quod minorib.conceſſū non eſt. l.magis puto.§.ne paſſim.de reb.eo.&c.Sic in Theodoro dicendum videtur.Cæterùm hoc Alex.reſponſum nō ſatis probo,quandoquidem propoſitio illa minorem quem præ-
86 ſumi,vera non eſt.Eſt enim pro regula proditum, eum † ætatem probare debere,qui in ea fundamentum cōſtituit. l.cùm te. C.de prob.vbi latè Bal. & Sal.egregiè Alcia. trac.præſump.reg.2.præſump.14.& fuſius infrà dicemus. His clarè demonſtratur, ex hac recognitione Marchiam hâc feudalem effectam non eſſe:id quod clarius apparebit ex reſponſionib.ad contraria adducta fundamenta.

Non obſtat ergo primū,quia reſpondeo.illa omnia pro-
87 cedere.cùm is rem propriam ab alio recognoſcens,† ſciēter ac iure ſuo cognito,id facit:ſecus ſi ignoranter & per errorē.ſic clarè Bar.in l.ſi aliquam rem,nu.9.in fi.ff.de ac qui.poſ.ita intelligunt omnes iā relati Speculatores. Caſt. & aliorum traditionem.Quos in ſpecie de re allodiali pro feudali recognita. verba faciens,rectè intelligit Mod. Pariſ.in conſuet.Pariſ.tit.1.§.1.gl.5.num.21.qui & Iacob.in. à S.Georgio retulit in inueſtitura feudali,in verbo,& ſub ſequenter.Eſt in codice meo in verbo,Dictiq; vaſalli pro miſerunt recognoſcere.nu.21.qui poſt Bal. in l.nō idcircò C.de iur.



88 C.de iur.& fact.ignor. affirmat, quòd & ſi quis ſoluat † cenſum pro re propria,tanquam emphyteutica, cùm nō eſt, referēdo ſe ad antiquum inſtrumentū,ex quo deinde appareat rē emphyteuticā non eſſe,ex ſolutione illa, res nō efficitur emphyteutica:quoniam non ex certa ſciētia,ſed per errorem potius recognitio proceſſit, quia ſanè error, vt is ſcribit,quemadmodum ab initio grauis eſt, & omnem impedit cōſenſum,ſic etiam in temporis progreſſu. Idem pariter affirmauit Angel.in l.qui rem propriam.& C.loca.qui docuit, quòd & ſi nobilis recognoſcat ab eccleſia caſtrum pro emphyteutico & feudali, cùm tamen liberum eſſet,non efficitur feudale,vel emphyteuticum,imò fortiùs reſpondit Raph.Com.conſi.195. Gaſpar &c.
89 † recognoſcentem rem propriam,vt eccleſiæ,in feudum, facere actū ipſo iure nullū.Comenſem ſecutus eſt Mod. Pariſ.d.glo.5.nu.22.qui alia plura in hanc ſententiam attulit.Cui addo Aret.conſi.14.nu.8.prope fin.qui in fortiori caſu loquitur.Idem cenſuit Alex.conſ.9. nu.10.libr. 5.Ruin.conſi.40.nu.12.conſ.155.nu.6.lib.1.Dec.cōſ.564. nu.6.Curt.Iun.conſi.17.nu.8.9.Alciat.tracta. præſump. reg.3.præſump.21.in fi.poſt Soc.Comen.& alios,quos ci-
90 tat.Et licèt † recognitio hæc præſumptionem,ſeu probationem aliquam adferat,non ita eſſe,vt docuit Bar.in l.cū falſa.nu.8.C.de iur.& fac.igno. quem ſunt ſecuti Guid. Pap.q.272.Dec. in l.1.nu.26.& in l.traditionibus,num.6. in fi.C.de pact.& Rui.conſi.128.num.5.libr.2. Attamen
91 † præſumptio hæc non operatur, cùm contrarium ex facto ipſo detegitur:vt egregiè declarauit iſmet Comē.d. cōſi.165.& Mod.d.gl.5.num.32.At in caſu hoc noſtro, ex iam relatis,conſtat contrarium verius,nempè antiquitus ante Theodori tempora feudalem nunquam fuiſſe. Satis
92 ergo † error detegitur,cùm apparet rem aliter ſe habere, quàm narratum fuerit.Bal.d.l.cùm falſa.C.de iur.& fact. igno.quem eſt ſequutus Crau.conſil.157.nu.8. cui addo Soci.Sen.conſ.25.nu.3.& conſ.57.nu.11.lib. 4.Ruin.cōſi. 10.nu.16.lib.3.& Iaſ.in l.ſi poſt diuiſionem nume.3. C.de
93 iur.& fact.igno.qui idem eſſe affirmat † in facto proprio, cùm ſcilicèt de damno euitando agitur, vt noſtro hoc caſu.Et in claris noſtris terminis,Comen.d.cōſi.165.& ſenſit Dec.d.conſi.63.col.3.& conſi.350.nu.4.immò.etiamſi de damno euitando non agatur, adhuc in facto proprio error detegitur,& prodeſt demonſtrando rē aliter ſe habere:ita Crau.conſi.157.nu.8 .cui addo Abb.conſil. vlti. propè fin.lib.2.& egregiè Curt.Iun.conſ.92.nu. 11.Illud accedit,quòd ad errorem hunc demonſtrandum ſufficit dicere,Theodorum illum in alterius locum ſucceſſiſſe,
94 quare † ignorantia & error præſumitur.l. qui in alterius. ff.de regul. iuris.& in claris his terminis, ſic conſiderauit Comenſ.d.conſ.165.

Non obſtat ſecundum fundamentum, quoniam illud
95 procedit,† quando illa, ad quæ facta eſt relatio . non reperiuntur:nam referenti tūc creditur,cùm diſponere ita potuit;ſed diuerſum eſt,qñ de relato conſtat,& illud aliter ſe habere,quàm relatum fuerit,apparet:tunc enim diſpoſitio relatiua ad relatum ſeſe reſtringit,& ſecūdum illud intelligitur:cùm relatum in referente ſit, vt diximus. Et licèt referens aliter diſponat,diſpoſitio tamen illa non obſeruatur;quia ex errore facta dicitur,cogitans diſpoſitionem,ad quam ſeſe retulit,ita loqui: quod cum falſum reperiatur,diſpoſitio iuſta ratione corruit.ita ad literam reſpondet & declarat Deci.conſi.63.num.6.verſ.nec obſtat,quòd verba,&c.quo loci refert Alex.conſil.9.nume.
96 12.lib.5.qui reſpondit, quòd ille. qui petiit ſe † inueſtiri nomine ſuo fratris & ſororum, ſecundum tenorem aliarum inueſtiturarum,ſi apparet ex antiquis inueſtituris,ad quas relatio facta fuit,aliter ſe habere;nēpe ſorores nunquam fuiſſe inueſtitas,nullum ius eis ex noua hac inueſtitura quæſitum dicitur: quia per errorē illæ nominatæ videntur,cùm comprehenſæ fuerint nunquam in antiquis inueſtituris,ad quas facta eſt relatio.Idem ſenſit Dec. cōſil.350.nu.4.verſi.non obſtat.& in l.edita.nu.85.86. C.de eden.& clarè Rui.conſi.25.nu.11.libr.1.latè Neuiz.conſil. 12.nu.10.Nat.conſi.505.nu.18.lib.3.Nec dubitationē mouet.quòd in eo fundamento dicebatur,eum, cui ſub relata forma conceſſio eſt facta,non teneri probare conceſſionem illam antiquam,ad quam noua ſe refert.Quoniam illud ſolùm procedit ad fauorem eius, cui eſt facta conceſſio,qui ſatis ſuam intentionem ex eo fundatam habet;
97 ſed quò ad eius aduerſarium,qui rē † aliter ſe habere probare vult,certè demonſtrando antiquam diſpoſitionem, & actum illum aliter ſe habere,quàm ſit facta relatio, ſequitur erroneam eſſe relationem;& per conſequens conceſſionem illam nouam vitiari.ſic latè & pulchrè declarat Gram.deciſ.59 .num.35.

Non obſtat tertium fundamentum:quia reſpondetur; confeſſionem illam Comitis Aymonis erroneam fuiſſe. Nā & ipſe falſa aſſertione Theodori ductus, credidit hâc Marchiam eſſe feudalem;cùm re vera non ſit. Et dignus
98 † fuit excuſatione Comes Aymo dum aſſertioni illi fidem adhibuit, iuxta not.gl.l.Titio fundus.ff.de condit.& demō.Imò ex alterius aſſertione in facto alieno iuſtiſſimus error inducitur, qui excuſatione dignus eſt.l.vlti.ff.pro ſuo.Bart.l.Celſus,col.1.ff.de vſucapio.quòd ſi verā eſt illius gl.ſententia in d.l.Titio fundus, vt veram affirmarūt; ac vt notabilem commendarunt omnes,vt apud Crau. conſ.277.col.3.verſ.quòd autem,& conſi.319.num.14. cui addo Tiraq.tract.de pœnis legum &c.cauſa.51. num.29. 27.34.35.Neuiz.lib.4. Sylu.nuptia.nu.55.Curt.Iun.conſi. 19.nu.5.Pariſ.conſi.57.nu.50.lib.1.& Soci.Iun.cōſi.37.nu. 20.li.2.quantò fortius procedit in eo,qui aſſertioni vnius
99 † Principis procedit;vt clarè & in ſpecie reſpōdit Ruin. conſi.21.nu.3.lib.1.& in Rege reſpondit Barb.cōſi.1.col. 25.in fi.lib.3.ſequitur ergo ex his, licere proprio facto erroneo,ac propriæ confeſſioni contrauenire. Quādoquidem inualida illa ſunt,defectu conſenſus, ſine quo Co-
100 mes Aymo obligari non potuit.Facto autem † proprio inualido contrauenire poſſe, poſt Bar.in l.poſt mortem. ff.de adop.docuit Abb.in c. noſti,de elect. & reſpondere Alex.conſi.143.nu.6.lib.1.Ruinus conſi.78.nu.5.libr.4.& clarius Soc.Iun.conſ.93.nu.15.lib.2. Nec ab hac ſententia diſſentit Afflict.deciſ.335.nu.12. Reſpondetur & ſecundò Comitis Aymonis conceſſionem ex falſa cauſa, errore iā detecto eſſe factam,quare illi contraueniri poteſt; imò de ſe omnino vitiatur: vt pulchrè in terminis confeſſionis conſuluit Deci.conſilio 475.numero 29.30.rationes non refero,cùm illius reſponſa in omniū manibus verſentur.

Non obſtat vltimum, quia multipliciter reſpondeo:
101 Primò, quòd quemadmodum † error non adfert detrimentum gerenti actum erroneum,ſic nec eius ſucceſſoribus:ita clarè Bart.in l.poſt mortem.ff.de adopt.& clarius Zabar.conſi.137.col.pen.verſi.ad ſecundum &c.Confir-
102 matur & ſecunda hac reſponſione,licere † ſucceſſoribus abſolutè contrauenire facto inualido, vt affirmant Soci. Sen.conſ.79.nu.47.lib.4.& Gramm. deciſ.93.num. 8.ſic declarantes regulam.l.cùm à matre.G. de rei vindi.& in terminis noſtris Soc.Iun.conſ.77.nu.134.verſ.reſpondetur.lib.1. Alciat.reſpon.162.nu.4.Curt.Sen.conſ. pe.ver. quas opiniones. Tiraq.tract.de retract.conſan.§.1.glo.1.
103 nu.5. Reſpondetur tertiò regulam † d.l. cùm à matre.& d.l.ex qua perſona,ſolū procedere in actibus oneroſis,nō autem in lucratiuis.Ita egregiè reſpondit Alciat.reſpon. 556.nu.6.7.Eam rationem differentiæ adfert,& quia quādo quis donat,nihil inde à donatario conſequitur, quod inde in hæredis commodum cedat:at verò ex titulo oneroſo,vt ex venditione,pretium ſaltem ei defertur:quare contradicere nō poteſt,cùm vnum alterius loco habeat. id quod non contingit in caſu noſtro,in quo Theodorus nihil accepto.Marchiam à Cæſare, per errorē tamē recognoſcens,directum ei dominium donaſſe dicitur. vereor tamen,vt ingenuè fatear,ne Alciati cōſideratio leuis (nō dicam falſa) ſit.Quandoquidem hæres voluntati & diſpoſitioni teſtatoris,quam teſtator dum in humanis ageret, impugnare non potuiſſet, contrauenire non poteſt: ne cum eo in parte ſentiat,& in parte diſſentiat. Reſponde-
104 tur ergo quarto loco,& melius,regulam † d.l.cùm à matre.& l.ex qua perſona.procedere quādo is anteceſſor potuit ad libitum diſponere, vt diſpoſuit,aliàs non,vt poſt Caſt.conſi.199.col.2.& conſ.445.Tria, in fin.lib.2. conſuluit Crau.conſi.200.nu.7.& Caſt.d.conſ. 445.eſt ſecutus Gram.deciſ.93.nu.12.13.Rol.à Valle.conſ.1.nu.98.99. lib.2.dum de alienatione regalium verba facit. Cùm ergo is Theodorus non potuerit eam Marchiam, cuius non erat inſolidum dominus,recognoſcere, ſequitur eius factum,potuiſſe à ſucceſſoribus improbari. Erit tamen cogitandum,quia iuxta hâc rationem, nec pariter potuiſſet is Theodorus de Marchia cum Ducibus Sabaudiæ paciſci.Qua de re infrà fuſius ſuo loco.

Conſtat itaque ex iam relatis,Marchiā hanc ex Theodori recognitione (quæ aduerſariis ſolidiſſimum fundamentum alioqui præſtare videbatur) feudalem non eſſe effectam.

effectam.Proſequamur nunc tempora.
105 Moritur † Theodorus iſte Palæologus anno.1338.reli-
cto filio Ioanne Marchiæ ſucceſſore.Hic anno 1355.3.no-
nas Februarij à Carolo Quarto Imperatore conſequitur
Burgum Caſalis,Pontem Gumelli, Tridinum,& illa om-
nia,quæ à centum annis citrà fuerunt d.Marchionis, vel
alterius,in toto poderio(vt conceſſionis verba referam)
eum de gratia inueſtiēdo,ita vt teneat in rectum feudum.
Quib.ſanè verbis Marchia hæc feudalis videtur effecta.
Verùm,eſt ꝙ animaduertatur,Ioannem hunc ſuis preci-
bus Imperatori ſignificaſſe,ſe nonnullas ciuitates,oppida
& caſtra ratione Marchiæ ſibi ſpectantia,poſſidere,&iam
olim ſuis anteceſſoribus conceſſa ab Imperatoribus, præ
ſertim à Friderico anno 1194.& à Cōrado anno 1253.quæ
ibi in precib. relatæ ſunt. Confirmat Carolus retroacta,
& de nouo largitur.Confirmatio ergo pendet à veritate
dictarum conceſſionum Friderici & Conradi , quæ nullū
ius feudale inhanc Marchiam contulerint: vnde ſequitur
nec in hac Caroli conceſſione ſolidum fundamentum cō
ſtitui poſſe.Rurſus falſo prætextu ductus fuit is Ioannes,
cùm Marchiam hanc feudalem Imperij fuiſſe effectam ex
illa inueſtitura,& conceſſione à Theodoro eius patre aſſe
cuta,crederet:quare nullum ſibi præiudicium attulit.Qui-
nimmò in ſpecie Gozad.conſ.8.nu.27.verſ.decimò , Im-
perator &c.reſpondit,hanc Caroli IIII. conceſſionem
non feudalem,ſed donationem fuiſſe liberam.Non pari-
ter Marchia hæc feudalis effecta fuit,ex eiuſdē Caroli IIII.
conceſſione eidem Ioanni eodem anno ſexto Idus Maij
facta dumnonnulla loca in feudum rectum & nobile con
ceſſit:quia ex iam relatis rationibus conſtat , conceſſio-
nem hanc ius aliquod non tribuere:tùm etiam, quia erro-
neè multa,quæ verè concedere non poterat, donauit, vt
Taurinum,Alexandriam,Eporediam ; quæ ab alijs veris
dominis poſſidebantur.Rurſus in ea conceſſione conce-
dit,quæ ipſi Marchiones ab Aledramo conſecuti ſunt;qua
ratione fit vt,cùm Marchia apud Aledramum libera,& nō
feudalis eſſet,erronea conceſſio hæc credatur. Id quod ex
eiuſdē Caroli 4.conceſſione anno 1369. 8. Idus Martij de
claratur.Nam is Ioanni Merchiam ipſam, prout ſui ante-
ceſſores à Romano Imperio habuerunt,& ſicut in talium
poſſeſſione tranſacto tempore fuerunt,& prout eius vete-
res vſi ſunt ratificando & imperiali largitate concedendo
deditatque conceſſit. Quæ ſanè verba oſtendunt, ipſum
Carolum noluiſſe hanc ipſam Marchiam ſeruituti feudali
ſubiacere,ſed illam antiquis ſuis terminis manere.Confir-
matur,quia in hac ipſa conceſſione anni 1369. nullum ver-
bum de feudo,imò,dum in ea ceſſat & annullat iura & pri-
uilegia hactenus contra libertates ipſius Marchiæ conceſſa,
omnem feudi ſeruitutē iniquè,ſeu per errorem impoſitam
106 tolli.Idem fecit Vincislaus Imperator, † qui anno 1378.
Carolo 4.ſucceſſit.is anno.1384.16.Kalen. Aprilis Theo-
doro ſecundo d.Ioannis,iam anno 1372. (vt Benuenutus à
S.Georgio in ſæpius relatis annalibus ſcribit) vita functi
filio,& in Marchia(etſi ſentiant alij Othonem ſecundum
d.Ioannis primogenitum patri,ante hunc Theodorum ſe
cundum,ſucceſſiſſe)ſucceſſori conceſſionem vnam fecit,
in qua non mō non affirmauit Marchiam feudalem eſſe,
verùm ēt confirmauit conceſſa per ſuos anteceſſores,præ-
ſertim per Othonem,& reuocat omnia in contrarium at-
tentata,quæ ei præiudiciumadferre poterant.Ex quibus in
telligimus Marchiam hanc ab omni nexu ſeruitutis feu-
107 dalis liberam fuiſſe.Confirmantur hæc,quia mortuo † Vin
ciſlao anno 1400.ei ſucceſſit Robertus,& tamen ab eo nul
lam is Theodorus ſuſcepit inueſtiturā,vt nec aliquam ſuſ-
cepit à Sigiſmundo,quo mortuo Roberto anno 1410. Im-
perium adeptus eſt.Quamquam is Theodorus totius Ita-
liæ Imperij Vicarius anno 1414.à Sigiſmundo conſtitutus
108 fuerit.Moritur † is Theodorus anno 1418.Cui Io.Iacobus
109 ſucceſſit.etſi Benardinus † Corius in Mediolanē.annalib.
errore lapſus ſcriptū reliquerit,Theodorū anno 1417. de-
ceſſiſſe,Ludouicumque filium Marchiæ ſucceſſorem reli-
quiſſe.Huic ergo Io.Iacobo Sigiſmūdus ille iā anno 1414.
menſe Martio;Theodoro patre adhuc ſuperſtite, conceſſe
rat Aquoſanam,quam(aliquibus adiectis locis)in comitatū
erexerat,vnà cum alijs, quæ in aliorum Imperatorum pri-
uilegijs continebantur,præſertim Caroli 4.quem aſſeruit
donaſſe,elargiſſe,liberaliterque dediſſe.Quæ ſanæ conceſ-
ſio,ſi iure defendi poſſet, & de tota Marchia loqueretur,
oſtendit conceſſionem non feudalem,ſed liberæ donatio-
nis eſſe.verùm intelligo illam ſolùm loqui de comitatu il-
lo,de quo in præſentiarum diſputatio non eſt.Quare & ver
ba illa in hac conceſſione appoſita, quòd non poſſit dare,
concedere & transferre d.Comitatum Aquoſanæ & Ca-
pitij in aliquam perſonam collateralem,nec ab eis aliquali-
ter abdicare,niſi in perſonam illius deſcendentis,qui poſt
obitum Marchionis ſuccedere deberet &c. intelliguntur
ſolùm ratione ipſius Comitatus,non aūt totius Marchię,
cuius mentio ibi habita non eſt.Anno verò 1418.17.Iunij
idem Sigiſmundus eundē Io.Iacobum inueſtiuit de Mar-
chia hac,præſertim de loco Caſalis,Fraſineti, Villenouæ
& Salutiarū.Verùm ex eiuſdemmet conceſſionis verbis
reſpondetur,liberam donationē ex illa conceſſione fuiſſe
factam,vt ex illius verbis colligitur,ibi.contulimus con
cedimus,donamus,& gratioſè conferimus.Reſpondetur
ſecundò,inueſtituram illam fuiſſe conceſſam Ioanni Fer-
rerio procuratori,de cuius tamen ſpeciali mandato,vt ne
ceſſe eſt , non conſtat. His verè demonſtatur Marchiam
hanc ad annum vſque 1418.feudalem non fuiſſe effectam.
qua ratione fit,vt obſeruatio,cuius meminit Gozad.conſ.
9.nu.7.erronea & falſa ſit.dicebat enim ille, ex curſu tāti
temporis feudum pręſumi,quod falſum eſt.Nam pręſum-
ptio non in claris,ſed in dubijs verſatur.gl.l.vnica.§.acce
dit.C.de rei vxor.actio Alex.conſ.158.nu.7.li. 2. cum er-
go ex iam relatis de veritate conſtet, ceſſat omnis præſum
ptio in contrarium allegata.Ab eo anno verò 1418.ad an-
num vſque 1464. nulla alia reperitur pro Marchia ipſa
110 ſuſcepta inueſtitura,cùm tamen mortuo † Sigiſmūdo an-
111 no 1437.illi ſucceſſerit † Albertus ſecūdus,qui anno 1436.
112 moritur,& illi ſucceſſit Fridericus 3.qui † vixit vſque ad
annum 1493.quo imperante deceſſerunt hi Marchiones
113 Montisferrati, † Io. Iacobus ſ. anno 1445. 12. Martij:
114 † Ioannes illius filius anno 1464. cui in Marchia ſucceſ-
115 ſit † Bonifacius,qui deceſſit anno 1494.4.Martij , Maxi-
116 miliano imperante: Bonifacio ſucceſſit † Gulielmus pri-
mogenitus,qui moritur anno 1518.4.Octobris.Huic ſuc-
117 ceſſit † Bonifacius ſecundus,qui anno 1530.6. Iunij mo-
118 ritur,cui ſucceſſit † Ioan, Georgius vltimus Marchio ex
domo Palæologa, qui deceſſit anno 1533.vltima die Apri-
lis.Et licèt ab eo anno 1464.citra relati Marchiones ali-
quas ab imperatoribus pro tempore inueſtituras ſuſcepe
rint:attamen illæ detrimentum non potuerunt afferre iu-
ri iam quęſito Sereniſ.Sabaudiæ Ducibus: quod ſuis locis
fuſius oſtendemus.His ergo iure defendi poteſt Marchiā
Montisferrati feudalem non eſſe.Sed præſupponamus feu
dalem eſſe,videamus nunc cuius naturæ ſit feudum hoc.

SEcundam ergo particulam primæ partis principalis
conſultationis noſtræ aggredimur , in qua videndum
eſt, cuius naturæ ſit feudum hoc:an ſ. alienabile , vel
non. Qua in re dicendum videbatur alienabile non eſſe.
119 Primo,quia talis eſt † feudi natura.c.j. de prohi. feud.
alien per Lotha. &c.1.de prohib.feud.aliena . per Frider.
120 Nec rei & naturæ † mutatio deinde facta præſumitur e-
tiamſi talis mutatio à facto hominis pendeat , quemad-
modum ſcriptum reliquit Alciatus tracta . præſumptio.
reg.2.præſump.1.præſump.20.& 25.Nam mutatio eſt ac-
121 cidens, & accidentia † non præſumuntur.gl.l. ſi verò . §.
qui pro rei qualitate.ff.qui ſatiſd. cogan. in ſpecie , feudi
mutationem non præſumi,reſpondit Zazius conſi.13.num.
5.lib.1.& conſi.vlt.num.2.3.lib.2.Ita etiam iuriſdictionis
mutatio non præſumitur.Bal.in l.in finalibus.ff.finiū re-
gun.& Soc.ſen.conſi.187.col.6.verſ. confirmantur præ-
dicta.lib.2.
Secundò,ex eo aliquando adducebar, quia in inueſtitu-
ra Henrici conceſſa Theodoro primo dicitur;Marchiam
122 hanc eſſe † feudum nobile,antiquum & paternum,quod
verè in ſucceſſorum detrimentum alienari non poteſt.gl.
in c.j.§.hoc quoque,de ſucceſ.feud. vbi clarè Bal . col. 2.
docuit,factum patris , alienantis feudum nobile & anti-
quum,etiam cum conſenſu domini directi,filijs non no-
cere. Idem cenſuit Iaſ.conſ.7. col.5 . verſ. quartò adhuc.
123 lib.3.Quare affirmant omnes,in alienatione † feudi anti-
qui, duo fore neceſſaria, directi domini conſenſum,& cō-
ſenſum eorum ad quos feudum eſt recaſurum. ita Decius
conſi.524.nu.3.Gozad.conſi.9.nu.6.conſi. 62.nu.2.Rolā.
à Valle conſi.2.num.35.lib.1.Capicius deciſ.115.num.3.&
clarè Zaſius in epit.feud.parte.9.nu.23.& in noſtro hoc ca
ſu Alciatus reſponſo 162.nu.3.
Re tamen ipſa diligentiſſimè perpenſa,contrariam ſen
ten-



tentiam veriorem ſequor,Marchiæ huius feudum(vbi feu
dum ſit) alienabile eſſe.Quod,vt verum oſtendam, mul-
* tis adducor,eo in primis præſuppoſito, * communem
eſſe omnium ſententiam,in feudorum cōceſſionibus eſſe
124 ſpectandam conceſſionem , ſeu † inueſtituram primam,
cùm præſertim antiqua aduerſatur nouæ, quoniam à pri-
mordio tituli poſterior formatur euētus.l. 1.C.de impo-
nen.lucra.deſcri.lib.10. Sic de inueſtitura reſpondit Bal.
conſi.82.Proponitur,quòd inueſtituræ,lib.1.inquit enim
antiquæ inueſtituræ non derogari ex nouis poſtmodum
conceſſis.Idem Bal.in c.j.§.vlt.verſ.quæro quis dicatur.
Caſtaldus,de feudo guard.docuit , recognitionem feudi
factam ex noua inueſtitura diuerſa ab antiqua,ſucceſſo-
ribus non nocere.Et ideo in ſpecie magis Caſtr.conſ.61.
Videtur dicendum.lib.1.reſpondit ab antiquis inueſtitu-
ris non eſſe recedendum,niſi in poſterioribus id expreſsè
dictum fuerit,& ex communi partium cōſenſu ita ab an-
tiqua receditur. Idem poſt Bal.& Caſtren.conſuluit De-
cius conſi.185.nu.3.verſi.non obſtat, quòd in alia.idē re-
ſpondit Curt.Iun.conſ.108.nu.18. idem in tract.feu.par.
2.q.7.Hinc reſpondit Bal.conſ.398.Ad euidentiam, lib.
1.quem eſt ſequutus Neuiza.conſ.11.nu.6. primam inueſti
turam datam feudo eſſe obſeruādam.Sic etiam ſcriptum
reliquit Zaſius in epit.feud.par.5.nu.60.par.6.num.23.&
125 parte vlt.nu.41.vbi in fin.ſcribit,nō † recedi ab antiqua
inueſtitura niſi ſcienter & prudenter id factū fuerit; ibi-
que Caſt.& alios citat.ſic etiam conſuluit Brun.cōſi.25.
in fine.& in ſpecie huius noſtri caſus.ita reſpondit Pariſ.
conſil.22.nu.8.conſi.23.nu.65.68 .& nu.145.lib.1.Moder.
Pariſ.conſil.50.nu.37.vbi latè.Et alia plura egregiè tradit
Natta conſ.505.nu.17.18.lib.3.vbi Caſtren. Bal.Alexā.&
alios retulit Cephalus conſi.12.nu.1.& nu.26.& egregiè
conſ.27.nu.1.2.lib.1.qui poſt multos inquit renouationē
inueſtituræ intelligi ſecūdùm naturam primæ.His ſic ex-
poſitis & præmiſsis facilè eſt demōſtrare alienabile fuiſſe
huius marchiæ feudum.
Primò,adducor hac ratione,ſi cōcedimus ex Othonis
conceſsione feudalem effectam fuiſſe Marchiam, ex eiuſ-
dem conceſsionis verbis eam eſſe alienabilē conſtat:quia
Otho conceſsit facultatem alienandi,donandi ac diſpo-
126 nendi.Quibus ſanè verbis alienandi † facultas Imperato-
re etiam inconſulto data videtur:ita reſponderunt Rom.
conſ.49.Decius conſ.163.nu.3.cōſ.171.col.2.& cōſi.390.
* nu.9.Craue.conſ.84.nu.10.& conſ.92.nu.6. * communē
teſtatur Roian.à Valle conſ.3.num.60.lib.1.qui in ſpecie
dehac Othonis conceſsione verba facit. Quam quidem
ſententiam firmaui reſponſo reddito pro Genuenſium
Repub.artic.4.num.80.82.Addo nunc Rol. à Valle cōſi.
89.nu.25.lib.2.Quod cōfirmatur ex illis verbis, omnium
contradictione remota,quibus intelligitur data libera fa
cultas alienandi alterius conſenſu non requiſito : cùm i-
127 dem ſignificent verba hæc,† omnium contradictione re-
mota; quòd verba illa liberè alienare poſſit , vt probat
tex.in c.2.in verbo liberè.de arbit.in 6. Quo adductus
poſt Aretinum conſ.76.nu.3.ita cēſuit in noſtris termi-
nis Curtius Iun.tract.feud.par. 2.q.2.prin.nu.5.idem cla
rius conſ.2.nu.3.& latè Rol.à Valle.d.conſ.42.nu.12. lib.
1.& in caſu noſtro Pariſ.conſi.23.nu.41.lib.1.Gratus cōſi.
9.nu.133.lib.1.& Rolan.d.conſ.3.nu.60.libr.1.ſic reſpon-
derunt & alij,quòs ſuprà retuli nu.18.
Secundò,ſuffragantur eiuſdem conceſsionis verba,ibi,
128 & † quidquid placuerit faciendi &c.quæ idem operātur,
quòd clauſula,& quibus dederis.ita Pariſius conſi.23.nu.
129 41.lib.1.ſed † clauſula,quibus dederis,eam habet vim ſe-
cundùm Rolan.d.conſi.3.nu.60.li.1.vt liberè poſſit alie-
nare.idem Rol.conſ.42.nu.13.libr.1.Cui addo Zaſium in
in epitome feud.vltima parte,nu.25.in fi.Nattam conſilio
159.nu.12.lib.1.Craue.reſpōſo pro Genero nu.292.vbi a-
git de clauſula,& quibus voluerit.
Tertiò,Marchiam hanc tempore Othonis potuiſſe a-
lienari,etiamſi feudalis fuiſſet,ex eo demonſtratur quòd
130 ante † Lotharium Tertinm, vel (ſecūdùm Moder. Pariſ.
in procem.ad conſuetud. Pariſ.num. 35.) Lotharium Se-
131 cundum † qui ſub anno 1137.( vt Neoterici in chronicis,
vel anno 1138.veluti Onuphrius Panuinius lib.3.Roman.
Princip.ſcriptum reliquerunt)Imperium tenuit,& habe-
tur in Data,c.vlt.de prohibi.feud.alien.per Lotha.nulla
reperiebatur conſtitutio, qua feuda alienari prohiberen-
tur.Quod probat c.1. de prohib.feud.alie. per Lothar.in
quo retulit Lotharius ante eam,quam ipſe edidit,conſti-
tutionem pro libito voluntatis vaſallos conſueuiſſe alie-
nare feud.Nec aduerſatur,quòd cōſuetudine ſaltem alie-
natio impediretur,vt eſt relatū in c.j.vbi Afflictus, qual.
alie.potuc.Quia vno verbo ſatisfacio;conſuetudinē qui-
dem extitiſſe certis in locis, nō tamen in vniuerſa Italia.
132 Quare cùm † conſuetudo localis ſit,de loco ad locum nō
extenditur:ita Bald.c.j.de feudi cogni.quem eſt ſequutus
Decius conſi.483.nu.22.qui ſubdit ex Aretino conſi. 132.
nu.4.Nec etiā trahi de perſona ad perſonā, quod placuit
& Ruino conſi.157.in fi.li.3.Accedit, ꝙ nō cōſtat ex ea cō
ſuetudine,non potuiſſe nullo modo alienari, ſed vno mo
do,& vno loco poterat,& alio nō.Quocirca in ea ſolidū
133 fundamentum conſtitui non poteſt. Nam † conſuetudo
alienandi vno modo,non trahitur ad alterum.Bar.auth.
qui rem.C.de ſacroſan.eccle.Alex.conſi.9.lib.3.Quos,de
feudi alienatione verba faciens,eſt ſecutus Ruinus conſi.
108.in fi.lib.2.Cùm ergo de ea certò non conſtet,funda-
mentum in eo conſtitui non poteſt.
Quartò,iure affirmare poſſumus,Marchiam hanc alie-
nari potuiſſe in duces Sabaudiæ:quādoquidem in eis ceſ-
ſant rationes illæ,quibus feudum in detrimentum dire-
134 cti domini alienari prohibetur.Quæ ſanè † rationes duæ
ſunt;vna,ne dominus directus alterum habeat in vaſallū,
quàm vellet.c.j.de duobus fratr.de benefi.inueſti. Bal.&
cæteri in c.imperialem.de prohib.feu.alie.per Frid. Al-
tera eſt ratio,ne domini directi conditio deterior efficia
tur.d.c.imperialem,in fi.vbi latè Afflictus nu.1.& 2. Qui
135 concludit argumento ducto à ſenſu contrario, † feudum
tunc poſſe alienari,cùm commodum domini directi au-
getur.Prima ratio hîc ceſſat, quoniam ſuo loco oſtende-
mus,Imperatorū conſenſum acceſsiſſe,& Duces Sabau-
diæ fuiſſe ac eſſe Imperij vaſallos. Ceſſat & ſecūda ratio,
quia imperatoris cōditio melior effecta fuit,cùm nactus
fuerit potentiorem vaſallum ac magis fidelem, cùm Im-
perio Dux Sabaudiæ aduerſatus ſit,nunquam , id quod
Marchiones illi non præſtiterunt,vt infrà attingemus.
Non obſtant nunc adducta in oppoſitum; quibus iam
credimus ſatisfactum.Nam quò ad primum ſatis intelle-
ximus,quòd etſi feudi proprij natura ſit,vt alienari non
poſsit;attamen huius Marchiæ feudum,propriū dici non
poſſe , ob eam multis verbis conceſſam alienandi pote-
ſtatem.
Non obſtat ſecundum, quia non illa Theodori inueſti
tura,ſed antiqua ſpectanda eſt,vt multis oſtēdimus. Hæc
ad primam partem principalem cōſultationis noſtræ ad-
ferre volumus.

AGgrediamur nunc ſecundam partem principalem
conſultationis,in qua videndum eſt, quæ iura aſſe-
cuti ſint Sereniſſ.Duces Sabaudiæ in hac ipſa Mar-
chia Montisferrati. Qua in re hunc ordinem obſeruabo,
vt iuxta temporum ordinem Ducum Sabaudiæ iura, quæ
vulgò appellantur prætenſiones,enumerem. In quarum
ſingulis dubitationes , quæ illis aduerſari videntur ſubii-
136 ciam:ac deinde pro virili mea illis ſatisfaciam.Prima † er-
go Sereniſ.Sabaudiæ Ducis prætenſio in Marchia Mon-
tisferrati illa eſt,quam conſecutus eſt Comes Aymo an-
no 1330.is,dum Violantidam Theodori primi Palæolo-
gi filiam in vxorem duceret,cū ipſo Theodoro tunc Mar
chione his verbis pactus eſt, quòd ſi contingeret d.Mar-
chionem,vel eius liberos maſculos ex legitimo matrimo
nio procreatos decedere, quoquo tempore abſque libe-
ris maſculis ex ſuis corporibus & legitimis matrimoniis
procreatis,quòd in illo caſu Marchia Montisferrati , cum
ipſius honoribus, vaſallis &c.ſit & eſſe debeat pleno iure
d.Violantidæ & ſucceſſorum ſuorum,in augmētum & ex
cauſa dotis d. Violantidæ, expreſsè hoc pacto addito , ꝙ
ſi aliquæ filiæ remanerent ex d.Marchione & filiis ſuis le-
gitimis,quòd eius prouideatur per d. Violantidam eiuſ-
que ſucceſſores de do te competenti &c. Conuentio hæc
effectū ſortita dicitur, poſteaquā Palęologorū proſapia
maſculina defecit,& Violantidæ ſucceſſores extiterunt,
extántque Duces Sabaudiæ,qui ab ea verè deſcenderunt,
quemadmodum verè deſcendit Sereniſsimus EMMA-
NVEL Philibertus nunc Dux.id quod multis docu-
mentis probabitur.
Huic tamen prætenſioni quàmplures dubitationes obii-
ci poſſe videntur:quas ex ordine ita proſequor.
Prima

PRima eſt, an Theodorus ille ita diſponere & paciſci
de marchia potuerit: cùm conſtare non videatur, eum
inſolidum Marchiæ dominum fuiſſe. Iam enim retuli-
mus ſuprà in prima parte conſultationis noſtræ nume.70.
Ioannem illum vltimum Marchionem ex linea Aledra-
mi eius ſororem Iolantam hæredem reliquiſſe,& ei tres il-
lius filios ſubſtituiſſe. Non ergo ipſe ſolus Theodorus do.
Iolãtis ſecundus genitus potuit vniuerſam Marchiã cõſe
qui, & per conſequens de ea paciſci. Hæc difficultas, mea
ſententia, non parum vrget. Verùm reſpõdere poſſumus.
Primò, ipſum Theodorum ſolenniter promiſiſſe attende-
re & obſeruare, & nullo modo contrauenire: quò fit, vt,
137 etiamſi de re aliena diſpoſuiſſet, valeret alienatio.† l.rema-
lienam.ff.de contrahen.emp. & ſolùm à vero rei domino
recuperari poteſt vt latè declarant omnes ibi,& in l.alie-
nam.C.de furtis.late. Tiraq.tract.de retractu conſang.§.1.
glo.2.nu.19. Si ergo in humanis ageret is Theodorus, a-
ctionem aliquam, cui jam renuntiauit, mouere nõ poſſet,
minus ergo illius ſucceſſores hac ratione ſe tueri poſſunt,
vt attigi ſuprà nu.68.
Secundò animaduertẽdum cenſeo, Benuenutum illum
minus vera ſcripſiſſe. Quoniam vir diligentiſſimus Onu-
phrius Panuinius lib.2. Rom. Principum, ex Ioã. Baptiſtæ
Egna. Ioã. Cuſpiniani & Antonij Auguſtini authoritati-
138 bus, ſcripſit,† ex domo Palæologa tres fuiſſe Andronicos
Imperatores Conſtãtinopolitanos, quorum nemo, vt ex
eorum genealogia, quam is Onuphrius deſcripſit, tot ha-
buit filios. Andronicus enim, qui Michaelis 8. filius fuit,
anno 1282. ſine prole deceſsit. Andronicus verò Michae-
lis 9. filius mortem obiit anno 1338. duobus eius ſuperſti-
tibus filiis. Ioanne & Manuele. Ioannes moritur anno
1384. relictis duobus filiis, Andronico ſ.& Manuele. is An
dronicus ſolo Ioanne filio ſuperſtite, interiit anno 1387.
Manuel verò mortuus eſt anno 1418. ſeptem à ſe genitis
ſuperſtitibus, Ioanne, Andronico Theſſalonicenſi domi-
no, Manuele, Theodoro, Demetrio, Thoma & Conſtan-
tino. Conſtat ergo Theodorum, Ioannem & Demetriũ,
quorum Benuenutus meminit, non Andronici, ſed Ma-
nuelis filios fuiſſe. Accedit ex Onuphrio conſtare, nullam
mulierem nomine Iolantam alicui Andronico fuiſſe ma-
trimonio iũctam. Præterea accedit, quòd nec tẽpora con
ueniunt, cùm ex Onuphrio conſtet Theodorum: Ioannẽ
& Demetrium centum annos poſt, quàm ſcripſit is Ben-
uenutus, vixiſſe. Cogitãdum tamen ſuadeo, nam ambigo,
ſi his Annalibus fidem adhibebimus.

SEcunda eſt, quæ proponitur difficultas, an paciſci ita
potuerit, & dicendum videbatur, non licuiſſe. Primò,
139 quia † pacto hæreditas dari non poteſt. l. hæreditas. C.
de pact. conuen. cuius rei ratio eſt, quia hoc modo teſta-
menti ſolennitas ſubuerteretur, contra l. nemo poteſt, de
leg. j. Accedit, non licere ſtipulari hæreditatem ſibi à do-
mino relinqui, l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de ver-
bo. obliga. Quod ea ratione dicitur factum, quia alioqui
impediretur libera teſtandi facultas. Rurſus accedit, non
140 licere paciſci † de hæreditate viuentis, non ſolũ inter eos,
qui ſpem à ſucceſsione remotã habẽt, & qui in dubio ver-
ſantur, vt probat l. vlt. C. de pactis, dum in cognatis paci-
ſcentibus loquitur; verumetiam inter eos, qui ſpẽ habent
proximam ad ſuccedendum, & quaſi certam, vt in filiis, vt
intelligendus eſt text. l. pactum quod dotali. C. de pactis.
Poſtremi huius caſus rationes duæ ſunt. Vna, quia eſt cõ-
tra bonos mores de re aliena paciſci. Altera, quia conuen-
tio hæc plena eſt triſtis euentus, cùm votum mortis ca-
ptandæ inducat. Has rationes noſtri conſiderãt multis in
locis, vt apud Ang. Caſt. & Fulg. in l. pactum. ff. de pactis.
141 Qui docuerunt † nec fauore piæ cauſæ huiuſmodi pacta
ſuſtineri: quod multis confirmant Tiraq. tract. primige.
q. 6. nu. 16. Soc. Iun. conſ. 44. nu. 45. lib. 2. qui. nu. 12. mul-
ta ad rem hanc noſtram attulit. Sic alia Decius conſ. 475.
nu. 19. 20. & Pariſ. qui cum Decio in eodemmet caſu re-
ſpondit, conſi. 24. nu. 55. lib. 2. qui fortius ſenſit, nec etiam
licere paciſci cum ipſo hæreditatis domino. Alia apud eũ-
dem Decium conſ. 488. nu. 19. conſ. 494. num. 3. & conſi.
608. in fin. Ruinum conſi. 16. nu. 17. lib. 2. & egregiè apud
Cephalum conſi. 43. nu. 12. lib. j. ſic ergo dicendum vide-
batur noſtro hoc caſu.
Secundò, relata confirmantur; quia multorum eſt opi-
142 nio, non valere huiuſmodi pacta,† etiamſi de ſola hære-
ditatis quota conuentum fuerit, vt docuit Alex. in l. vlti.
C. de pactis, & in l. ſtipulatio hoc modo concepta, col. 5.
verſ. item limitari poteſt, de verb. obli. Decius. l. pactum
quod dotali. nu. 12. C. de pactis, & conſ. 184. ex alios in hãc
ſententiam retulit Tiraq. d. tractat. de iure primigen. q. 6-
nu. 14. in fi. & nu. 19. illi addo Soc. Iun. conſi. 44. nu. 13. lib.
143 2. qui reſpondit, non valere † pactum inter duos fratres,
quòd altero eorum decedente ſine filiis maſculis, alter ſu-
perſtes in dimidia bonorum ipſius decedentis ſuccedat.
Ea mouetur ratione, quia hoc modo eſſet reſtringere te-
ſtandi facultatem, quæ libera eſſe debet. l. cùm duobus. §,
idem reſpondet. ff. pro ſoc. Decius. d. l. pactum quod do-
tali. nu. 5. C. de pactis. nec diſſenſit Rubeus conſ. 130. nu. 3.
minus Craue. conſ. 256. nu. 2. & clarius Cephalus conſ. 43.
nu. 24. lib. 1. ſenſit Corneus conſ. 27. nu. 6. lib. 1. qui diffe-
rentiam non conſtituunt inter pactum de tota & de ſola
parte hæreditatis.
Tertiò, & ad rem optimè, confirmatur, quia nec etiam
143 † fauore matrimonij licet ita ſuper hæreditate paciſci, vt
probat l. pactum quod dotali. C. de pactis. Cuius rei ratio
145 eſt, quia potior eſt † fauor liberi arbitrij, quàm matrimo-
nij, vt docent omnes in d. l. pactum quod dotali, ibi De-
cius. nu. 7. verſ. Decimò & vltimò. Hinc docuit Bald. in l.
cùm Archimedoram, col. 3. verſ. ſed nunquid. C. vt in poſ
ſeſſ. legat. eum falli, qui hoc allectus pacto, matrimonium
contraxit, ſi obſeruari ſibi opinatur. quod probauit & Ti-
raq. d. tracta. de iure primige. q. 6. nu. 17. & nu. 20. nec ali-
ter ſenſit Rubeus conſi. 130. nu. 3. & Purpura. d. l. pactum.
nu. 8. C. de pactis. Hinc & illud accedit, multorum ſentẽ-
146 tia cõprobatum eſſe, nec † matrimonij fauore licere pa-
ciſci, primogenitum ex eo matrimonio in patris locum
ſuccedere debere. Ita poſt Capellam Toloſ. q. 452. Bella-
me. conſi. 17. Decium conſ. 225. affirmauit Tiraq. d. tract.
de iure primige. q. 6. num. 31. quibus nunc addo Boer. q.
204. qui fuſiſsimè rem hanc tractat. Alciatum reſpõſ. 135.
qui multis hanc tuetur opinionem. id quod facit & Cra-
ue. conſi. 256. nu. 1. in fi.
Quartò confirmatur, quia multorum authoritate com
147 probata eſt illa opinio, † huiuſmodi pacta nec ſtatuto,
nec conſuetudine confirmari poſſe, vt multos in hanc o-
pinionem detulit Tiraquellus de quo paulò ante q. 7. nu.
3. vbi retulit Baldum, Alex. Iaſ. Decium, Iacobum à San-
cto Georgio. Geogium Mattam, & Bertran. ita affirmaſ-
ſe. Quartò fortiùs ergo idem in caſu noſtro dicẽdum eſt?
148 Quintò & vltimò ſuffragatur,† pacta hæc futuræ ſucceſ-
ſionis iuramento non confirmari, vt docuit gloſſ. in l. ſi
quando. §. illud, in verbo, grauari. C. de inof. teſta. & in l.
pactum. vbi omnes, & nouiſsimè Purpur. nu. 5. 6. C. de pa
ctis. & infinitos propè in hanc retulit opinionem Tiraq.
de iure primige. d. q. 6. nu. 18. Addo nunc Pariſ. conſil. 24.
num. 55. lib. 2. Rubeum conſ. 130. num. 3. & magis in termi
nis Socinum Iun. conſ. 44. nu. 15. lib. 2. Quantò fortius er-
go idem dicẽdum eſt in caſu noſtro, in quo iuramẽti vin-
culum non reperitur?
Re tamen ipſa diligentiſsimè conſiderata contrariã ſen-
tentiam probo, conuenta hæc inter Theodorum hunc
Marchionem Montisferrati, & Comitem Aymonem iu-
re valere, quod multis demonſtratur. Primò, quia ſi rectè
149 intueantur † conuẽtionis verba, clarè apparebit per viam
contractus Marchiam fuiſſe ipſi Comiti Aymoni delatã.
In ea enim cõuentione legitur: Quòd d. Marchia ſpectet
& perueniat ipſi Violantidæ & ſuis ſucceſſoribus in au-
* gmentum dotis, &c. Quo ſtãte ſequitur * ex receptiſsima
omnium ſententia, licuiſſe ita paciſci. Sic gloſ. in l. vlt. C.
de pact. Alexan. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. & ibi
Iaſ. nu. 17. in fi. ff. de verb. ob. idem Iaſ. cõſ. 60. col. 1. lib. 3.
cõſ. 173. col. 5. ver. 4. in terminis lib. 4. Ruinus cõſi. 125. nu.
5. lib. 1. conſ. 16. nu. 4. 10. li. 2. & conſ. 7. nu. 5. lib. 3. Decius
in d. l. pactum quod dotali, in fi. & in l. vlti. nu. 17. vbi etiã
Purpura. nu. 216. idem d. l. pactum. num. 15. C. de pactis. idẽ
Dec. conſi. 655. nu. 11. Marſilius ſing. 333. Curtius Iun. cõſi.
15. nu. 1. 2. Pariſ. conſ. 26. nu. 51. lib. 2. Gozad. conſ. 87. num.
3. 9. Rubeus conſ. 95. nu. 2. Socinus Iun. conſi. 80. nu. 1. libr.
2. Tiraq. d. Tract. de iure primigen. q. 6. nu. 5. Craue. conſ.
139. col. 2. in prin. Quàm ſolidum itaque hoc ſit fundamẽ-
tum; nemo non videt.
Secundò, in hanc adducor ſententiam, quia animaduerti
150 † pactum non fuiſſe de tota & integra Marchionis hære-
ditate, ſed tãtùm de re vna ſingulari, hoc eſt, de Marchia.
Quocirca iure valet, vt affirmãt omnes in d. l. pactũ quod
dotali, ibi Decius. col. vlt. verſ. 2. limitatur. C. de pactis. ſic
Iaſ.



Iaſ. conſ. 60. col. 3. ver. tertiò facit. lib. 3. & conſ. 173. col. 5.
verſ. ſed pręmiſsis, lib. 4. Ruin. conſ. 13. nu. 3. lib. 2. Decius
cõſi. 655. nu. 10. & Soc. Iun. qui cum Decio in eodemmet
caſu idem reſpondit, conſ. 65. nu. 47. lib. 1. Pariſ. conſil. 24.
nu. 56. conſ. 26. nu. 81. & latius nu. 85. & 109. lib. 2. conſil. 1.
nu. 115. lib. 3. & conſ. 72. nu. 15. li. 4. Mod. Pariſ. cõſi. 26. nu.
5. & Craue. conſi. 256. nu. 1. in fin. Cuius doctrinæ vna eſt
ratio, quia non impeditur libera teſtandi facultas, cùm a-
lia ſuperſint, de quibus diſponere poteſt.
* Tertiò, ſuffragatur eorũ ſententia, quæ & * verior & cre-
151 brior creditur, licere † militibus ita paciſci ex l. licet. C. de
pactis. quod multi affirmant in d. l. pactũ quod dotali. C.
pactis. & ſi eo loci Decius col. vlti. ver. quartò limitatur,
nutet, vt facit & Purpu. nu. 16. idẽ cum cæteris in terminis
noſtris reſpõdit Decius cõſ. 516. nu. 3. & in eodemmet ca-
152 ſu, ſic egregiè Zaſius conſ. 1. nu. 35. 36. libr. 2. ſed † Comites,
Duces & marchiones milites verè ſunt. l. 1. §. miles. ff. de
re mil. l. 2. C. de domeſt. & protect. li. 12. Hinc docuit Bal.
in l. precibus. & ibi Alex. & Iaſ. C. de impu. & aliis ſubſtit.
153 † Priuilegia data militibus in ſucceſsionibus cenſeri etiam
conceſſa his Comitibus & Marchionibus, Ducibúſque. I-
dem ergo dicendum eſt in noſtro hoc caſu. ita in claris no
ſtris his terminis argumentatur Zaſius d. conſi. 1. num. 36.
& Decius d. conſi. 516. nu. 3.
Quartò, in hanc ſententiam deſcendo, ex argumento à
154 † ceſſante omni ratione huius pacti impeditiua, quod ſa-
nè argumenti genus receptiſsimum eſt in iure. l. adigere.
§. quamuis. ff. de iure patron. cum infinitis congeſtis à Ti
raquello in eo ampliſsimo tractatu, Quod ceſſante cauſa
ceſſat effectus. Tres ergo rationes, quæ impedire viden-
tur has pactiones, illæ ſunt, quòd libera impediatur teſtã-
di facultas, quæ ratio prima ex ſtatim ſuprà relato fundã-
mento ceſſat. Ceſſat etiam illa ſecunda, quòd ſi contra
bonos mores paciſci de viuentis hæreditate; quandoqui-
dem quod promiſſum fuit contractus vim non vltimæ
diſpoſitionis obtinet: & ex aliis oſtendemus noſtro hoc
caſu rationem hanc ceſſare. Tertia etiã ratio ceſſat, quòd
in hoc ipſo pacto inſit votum captandæ mortis. Nam
præter illud, quòd ratio hæc locum non habet, quando
cum ipſo hæreditatis domino paciſcitur, vt mox ſubii-
ciam: alia etiam ex cauſa ceſſat, quoniam in maximis his
155 † Principibus ſiniſtri nihil excogitandum eſt, cùm in eis
rectitudo clariori lumine perfulgeat. Epiſtola inter cla-
ras. C. de ſumma Trinit. & fide cathol. Quare Plutarchus
author grauiſsimus in eruditiſsimis commentariis, De do
ctrina Principum, inter multa egregia ſcriptum illud re-
156 liquit; † Principes Dei miniſtros eſſe. Hinc Xenophon
157 in 8. de Pædia Cyri, † Principem bonum à bono patre
nihil differre ſcripſit. Non eſt ergo quòd quid mali in eo
excogitemus. ita in ſpecie ac claris terminis argumenta-
tur Zaſius conſi. 1. num. 20. libr. 2. Quæ ſanè argumẽtatio
ex ipſo effectu ſubſecuto confirmatur. Videmus enim
Marchiones ipſos poſt hãc initam conuentionem vixiſſe
annos ducentos, plus minus. Suſpicionis ergo ratio leuis
eſt, & omnino ceſſat hoc caſu.
Quintò conſidero, pacta hæc fuiſſe inter eos Principes
inita, vterque quorum in ſuo principatu maximam habe-
bat, vt & eius ſucceſſores nunc habent poteſtatem. Nam
158 † Dux Sereniſsimus Sabaudiæ in ſuo Ducatu Imperij &
omnimodæ poteſtatis iura habet, vt multis Imperatorum
priuilegiis ipſis Ducibus conceſsis conſtat. Et ex noſtris
ſcribunt Iacobinus à Sancto Georgio in inueſtitura feu-
dali, in verbo, Carolus, verſicu. Dubitatur, & fuſius Chaſ-
ſa. in Catalogo gloriæ mundi, parte 12. conſideratione 58.
& Purpura. in Rubr. ff. de offi. eius cui mandata eſt iuriſdi.
nu. 20. ſcripſit, Ducem Sabaudiæ in ſuo Ducatu æquipa-
159 rari Imperatori in ſuo Imperio. In † Marchione Montiſ-
ferrati idem affirmauit Iaſ. conſi. 235. col. j. lib. ij. poſt Ca-
ſtren. quem retulit, & clarius Rolan. à Valle, in tract. de lu
cro dotis, q. 3. in fin. & conſi. 76. nu. 3. li. 2. Nata conſ. 487.
160 nu. 9. li. 3. Quo ſic ſtãte, ſequitur his † Principibus licuiſſe
ita paciſci. ita ſenſit Zaſius, d. cõſ. 1. nu. 21. 22. li. 2. ea ratio-
ne, quia ſi poteſtatem habent condendi legem, & per le-
gem pacta hæc validari poſſunt, ſequitur eis licuiſſe ita pa
ciſci. & clarius hoc ſenſit Bar. in cõſi. 72. Ex facto propo-
nitur, nu. 2. verſic. ſecundò probatur. ſic lib. 1. & in noſtris
claris terminis, Bartolum eſt ſecutus Ruinus cõſi. 40. co-
lum. j. libr. 1. & Socinus Iun. conſil. 65. num. 44. libr. 1. Qui
Socinus idem in eodem caſu conſuluit cum Ruino & Za-
ſio, vt ex ipſa facti ſpecie clarè eſt videre. idem Ruinus, in *
illo ipſo caſu, cõſil. 99. nu. 11. lib. 1. & idem in eo ipſo caſu
ſic ſenſit Decius cõſi. 516. nu. 4. qui illi difficultati ſatisfe-
cit, referre nihil etſi Principes hi ex cauſa ſupremæ ſupe-
rioritatis Imperium recognoſcant, cùm ſufficiat in ſuo
dominio habere Imperij iura, ac poteſtatem condendi
legem.
Sextò, noſtra hæc ſententia eorum authoritate confir-
161 matur, qui fortius affirmarunt licere priuatis † etiam ho-
minibus paciſci, vt altero ex fratribus eorum ſine filiis
maſculis decedente pars bonorum ſuæ hereditatis ad ſu-
perſtites deueniat. ita docuerũt Iaſ. Decius & cæteri om-
nes in l. vltima. C. de pactis. idem Iaſ. in l. ſtipulatio hoc
modo concepta, numer. 18. ff. de verb. obliga. alios plures
citat Tiraq. tract. de iure primigen. q. 6. nu. 5. quibus ad-
do Pariſ. conſi. 19. nu. 84. lib. 2. conſi. 1. nu. 117. conſi. 16. nu.
11. lib. 3. & conſ. 72. nu. 16. li. 4. Curtium Iun. conſil. 15. nu.
1. 2. Zaſium in noſtris claris terminis. d. cõſi. 1. num. 15. 16.
lib. 2. in eodem caſu Moder. Pariſ. conſ. 18. num. 11. idẽ no-
uiſsimè reſpondit Natta conſi. 474. lib. 2. qui idem in eo-
dem caſu pro Aſinariis Aſtenſibus conſuluit cum Iaſ. cõ-
ſil. 211. libr. 2. & cũ Ruino conſ. 112. libr. 4. Quantò fortius
ergo paciſci ita licet inter principes? Nec enim hîc agitur
de ſucceſsione in vniuerſa hæreditate, ita vt diſponẽdi fa-
cultas ſublata ſit.
162 Septimò ac vltimò accedit in caſu hoc noſtro † fauore
matrimonij ita fuiſſe conuentum, vt ex verbis conuentio
nis patet, quare iure ita paciſci licuit, ex notabili tex. l. Di
ui Conſtantini. C. de naturalib. lib. & ex l. ſi inter, ff. de pa
ctis dotal. quarũ legũ argumento affirmarunt ex noſtris
quãplurimi, valere pactum in cõtractu matrimonij initũ,
quòd primogenitus ex eo matrimonio in re quapiam ſuc
cedat. Ita Guid. Pap. q. 267. & q. 505. & alios plures citauit
Tiraq. d. tract. de iure primige. q. 6. nu. 11. vbi nu. 12. ſubdit
hoc fortius procedere, cùm agitur de ſucceſsione dignita
tis, & iuriſdictionis. Nec aliter ſenſit Craue. cõſil. 256. nu-
me. 2. qui intelligit, fauore matrimonij licere paciſci de ſuc
cedendo in quota hæreditatis, non dico in re ſingulari, cũ
in ea abſolutè valeat pactum. Comprobatur hoc funda-
163 mentum, quoniã & longo vſu † ita receptum in Italia fuit,
vt ita paciſci liceat, quod teſtator Iacobus Aluar. in cap. j.
§. filij nati. ſi de feud. fuerit controuer. inter dom. & agn.
vaſal. qui ſic olim fuiſſe cõuentũ inter Duces Ferrariæ &
Mantuæ. ſic obſeruatum in Rege Aragonum, poſt Alb. in
l. vlt. C. de don. inter vir. & vxo. teſtatur Boer. q. 204. nu.
6. in aliis Germaniæ Principibus referunt Ruin. d. conſil.
40. & conſ. 99. li. j. Decius d. conſ. 516. & conſ. 655. & Soc.
Iun. d. conſi. 65. lib. 1. Zaſius d. conſi. 1. lib. 2. Moder. Pariſ.
d. conſ. 18. & hanc conſuetudinem iure valere docuit De
cius in l. pactum quod dotali. nu. 10. C. de pact. Tiraq. in
d. tract. de iure primigen. q. 7. poſt Capellã Toloſ. q. 452.
& Gulielmũ Benedictum in ca. Raynutius, in verbo, duas
habens filias, nu. 197. de teſtamen. vbi ſcribit ſic in Gallia
obſeruari præcitatus Moder. Pariſ. conſ. 15. nu. 22. & conſ.
26. num. 7. 9. idem reſpondit Pariſ. conſi. 12. nu. 8. lib. 3. &
164 quamquam doctorũ de conſuetudine † atteſtationi om-
nino non credatur,, creditur tamen interim donec con-
trarium probetur, quoniam præſumptionem faciunt. ita
reſpondit, poſt multos Craue. conſi. 166. nu. 9. & conſ. pe-
nul. nu. 1. Rolan. à Valle. conſi. 71. nu. 22. & conſil. 87. nu.
12. libr. 1. qui alios plures retulit, imò inter Duces Sabau-
diæ & hos Marchiones conſueuit ita paciſci, vt conſtat ex
conuentione anni 1407. 2. Aprilis, de qua infrà in vltima
difficultate dicemus.
Non obſtãt nunc in oppoſitum adducta, quibus ex or-
dine ſatisfacio, tametſi credam ſatis illis ex ia relatis fore
reſponſum. Ad primum ergo reſpondeo: verè vniuerſam
hæreditatem pacto dari non poſſe, at diuerſum eſt, cùm
de re vna conuentum fuit, nam tunc teſtamenti ſolenni-
tas non ſubuertitur, ex quo ſuperſunt alia bona, de qui-
bus is teſtari poteſt. Rurſus quòd dictum fuit non licere
paciſci de hæreditate viuentis, ita intelligitur, cùm inter
duos de hæreditate tertij abſentis fuerit conuentum? Sed
diuerſum eſt, cùm eo hæreditatis dño preſente. vel cũ eo
165 ipſo † domino paciſcitur, vt in caſu hoc noſtro contin-
git. ita egregiè declarat gloſſ. in l. hæreditas, C. de pactis
conuen. quæ intelligit d. l. hæreditas, cùm in dotali inſtru
mento extranneus ſtipulatus eſt mulieris dotẽ, ea mortua
ſibi dari, ea muliere non conſentiente: ſecus, ait glo. ſi cũ
ea cõuentum fuerit. citat in hanc ſententiã l. j. C. vt actio.
ab hæredi. &c. Quam doctrinã probant * omnes, vt apud
b. 1. Decium

Decium in l.vltima,nu.4.C.de pactis.qui poſt Bald.Ful-
goſium,& Alex.docuit,lecere paciſci de hereditate viuē-
tis,eo conſentiente:quoniā is hæreditatis dñs fidem ma-
ximā illis præſtare dicitur.quos nihil ſiniſtri cōtra ſe mo
lituros opinatur. Quare hîc ceſſat ratio illa huius pacti
prohibitiua,quòd ſ.ſit cōtra bonos mores: eſſet enim cō-
tra bonos mores,vbi inuito hæreditatis domino ita paci-
ſceretur.Eandem relatam doctriuam probauit idē Deci.
conſi.475.nu.22.Purpura.d.l.vlt.nu.86.C.de pactis.Go-
zad.conſil.97.num.2.& conſil.98.col.j.& 2.qui affirmat
166 tacitum † cōſenſum illius,de cuius hæreditate agitur,ſuf-
* ficere.id quod * crebrius probarunt cæteri,vt Ruin.con-
ſi.13.nu.3.lib.2.Dec.cōſ.31.nu.4.Curt.Iun.conſi.98.nu.3.
4.Pariſ.conſ.26.nu.114.lib.2.& conſi.1.nu.121.lib.3.Cra-
ue.conſi.52.nu.1.2.& Cephalus conſ.146.nu.5.libr.1.& ſi
expreſſo conſenſu opus eſſe dixerit Aquenſis in d.l.vlt.vt
ibi retulit Purpura.nu.87. C.de pactis.Idem cenſuit ſibi
parum conſtans Pariſ.conſi.24.nu.15.lib.2.At hæc diſpu-
tatio noſtro hoc caſu ceſſat,vt diximus.

Non obſtat ſecundum fundamentum:quoniam in ca-
ſu noſtro non fuit de quota hæreditatis,ſed de re ſingu-
lari conuentum:quinimo in ea opinione ſunt multi,vale-
re hoc caſu fauore matrimonij,vt multos ſuprà retuli.
præſertim Crauet.conſilio 256.num.2,Nec hoc caſu mi-
litat illa ratio à Socin.Iun.conſilio 44.nume.3.lib.2.con-
ſiderata,nempè reſtringi teſtificādi facultatem : quoniam
nō reſtringitur,cùm in aliis ad libitum teſtari poſsit,vt in
ſpecie ſibi parum conſtans reſponditis Soci.Iun.conſil.
65.nu.47.lib.1.quem retuli ſuprà.

Non obſtat tertium, quia reſpondeo procedere argu-
mentum,cùm de vniuerſa hæreditate agitur : ſecus cùm
vel de quota illius,vel ſaltem de re ſinguiari:quoniā tunc
vera eſt doctorum ſententia,dubio procul valere hoc pa
ctum,vt ſuprà retulimus.Nec enim noſtro hoc caſu con-
currit fauor liberi arbitrij,contra fauorem matrimonij.

* Non obſtat quartum,quia imò verior * & crebrior eſt
eorum ſententia,qui affirmarunt huiuſmodi pacta, vel ſta
tuto,vel conſuetudine ſtabiliri poſſe,vt apud Tiraq.dict.
tracta. de iure primige. q.7.& ex aliis ſuprà relatis in vl-
timo noſtræ ſententiæ fundamento.

* Non obſtat vltimum, quoniam reſpondeo * veriorem
eſſe eorum opinionem,qui affirmarunt pacta hæc valere,
167 & iuramento firmari,etſi contra bonos mores videātur.
ità affirmarunt Iaſon l.ſtipulatio hoc modo concepta. nu
mero 11.de verborum oblihation.& conſil.60. colum.2.
verſicu.2.facit.lib.3.Decius l.pactum quod dotali.nume.
2.C.de pactis.Zaſius conſil.1.num. 39.libr.2. Nec enim a-
deò eſt contra bonos mores pactum,quin iuramento fir-
168 mari poſsit. Nam quòd dicitur † pactum contra bonos
mores non eſſe obligatorium,c.non eſt obligatorium.de
reg.iur.in 6. intelligitur primò,de pacto turpi & inhone-
ſto,aliàs non,ita poſt Dynum in c.indultum.de reg.iuris.
in 6.& Angelum in auth.vt factæ nouæ conſtitut.§.1. de-
clarat Decius in l.pactum quod dotali,nu.2.verſ.ſecundò
reſpōderi poteſt.C.de pactis.Didacus in c.quamuis.parte
2.in initio.num.1.de pact.in 6. Reſpondeo etiam ſecun-
dò , pacta contra bonos mores aliter conſiderari de iure
ciuili,aliter de iure canonico. Nam de iure canonico di-
citur quid contra bonos mores, per quod ad peccandum
inducimur:ita Bald. Caſtr. & Decius in l.pacta quæ con-
tra.C.de pactis.idem Deci.in l. vlt.nu.31.in fine.C.eodē.
idem conſi.345.col.2.conſ.517.num. 7.& conſ.655.nu.15.
16.Socin.Sen.conſi.77.colum.pen.verſ.nec eſt verum.li.
1.Iaſ.conſi.169.nu.6.li.4.Corneus in auth. ſacramēta pu-
berum.nu.42.C.ſi aduerſ.vend.Curt.Iun. conſ.25. nu.4.
169 & Soc.Iun.conſi.65.nu.49.li.1.Qui affirmauit,† donatio-
nem omnium bonorum iuramento firmari : quoniam is
actus,quo libera teſtandi facultas impeditur,peccatū non
inducit:& ob id non dicitur contra bonos mores de iure
canonico.Scio tamen ipſum Socinum Iun. conſil.44.lib.
2.aliter ſenſiſſe. Verùm parui facienda eſt illius authori-
tas,tum ob eius inconſtantiam, tum quia illi aduerſatur
* iam relata * communis ſententia, quam probauit & Za-
ſius conſi.1.nu.40.lib.2.& Craue.conſil.229. nu.3.eſt er-
go ex his diſſolutus fortiſsimus hic obex.

TErtia eſt difficultas,quæ aduerſus primam hanc præ-
tenſionem obiicitur, an illa conuentionis verba,
Quòd ſi contingeret ipſum Marchionem,vel eius li-
beros maſculos ex legitimo matrimonio procreatos,de-
cedere &c.intelligantur ſolùm ratione filiorum tūc exi-
ſtentium,nō autem futurorum,an verò & ad futuros tra-
hatur.Prima (vt aiunt) facie dicendum videbatur, ſolùm
de eo tempore natis intelligi debere.

Primò,ex iuris diſpoſitione, qua cautum ſcimus, lega-
570 tum † cognatis factum ſolùm intelligi de cognatis iam
exiſtentibus teſtamenti tempore, non autem de futuris,
qui à teſtatore nec cogniti , nec dilecti dicuntur.l.ſi co-
gnatis.ff. de rebus dubiis.l. Titius.& l.item ſi Prætor.ff.
de ſuis & legiti. & latè apud Gozad.conſi.36. numer.7.8.
& fuſius apud Tiraquell.tracta.de retract. conſang.§.j.
gloſſ.9.num.54.Imò Socinus in dicta l.ſi cognatis,num.
171 30. docuit , in caſu hoc noſtro idem eſſe,cùm ſit † legatū
liberis:quoniam de tunc exiſtentibus, non autem de futu
ris intelligitur.ex l.cùm ita.§.in fideicommiſſo. de legatis
2.& cum Socino alij plures idem affirmarunt , vt retulit
Ruinus conſi.35.nu.3.lib.1.Quod fortius procedere vide-
tur,etiamſi diſpoſitio conditionalis ſit,& futurum euen-
tum reſpiciat,vt noſtro hoc caſu contingit.Ita poſt mul-
tos reſpondit Decius conſ.95. col.pen.ver.tertiò princi-
paliter.Sic Ruinus conſi.36.col.vlti.conſi.112.nu.13. li.2.
& conſi.164.nu.6.lib.3.Rubeus in repet.l. Gallus.§.qui-
dam rectè,nu.105.106.ff.de liber.& poſthu.

Secundò,ſuffragantur huic opinioni illa conuentionis
verba, ibi liberos maſculos ex legitimo matrimonio pro-
172 creatos . † Quæ ſanè verba præteriti temporis ſunt , nec
ad futurum trahuntur.l.ſi ita.ff.de auro & argento legat.
l.vltima.ff.de libera. lega.quarum argumento docuit Bal
173 dus in l.omnia,colum.2.C.de epiſcop.& cleric.† priuile-
gia Gymnaſij Pariſienſis conceſſa Toloſano ſolùm in-
telligi de priuilegiis de præſenti illi Pariſienſi competen-
tibus,non autem de futuris. Doctrinam illam probauit
Antonius Corſet.in ſingular.in verbo Metus incipit , li-
cèt verbum,qui & alia attulit ſimilia. Hinc etiam reſpō-
174 dit Decius conſi. 86.colum.3. † Clauſulam illam diuiſio-
nis bonorum inſtrumento poſitam remittētes ſibi omne
175 ius &c.intelligi de iure præſenti,nō de futuro.Sic in † do-
nante conſuluit Barbat.conſi.36. colum.3.lib.1. Quin re-
gulam hanc in quacunque diſpoſitione locum ſibi vin-
dicare docuit multis Felin.in c.vltim.colū. vltim.de con-
ſtitution.imò procedit etiamſi verba ſint adiecta vniuer-
ſalia:ita Angelus in l.ſi ſeruitus.ff.de ſeruitu.vrbanorum
prædiorum.quem ſecutus eſt Bellonus conſilio 5.numer.
1.& latius Socin.Iun.conſil.99.numer.10.lib.3.poſt Pariſ.
conſil.21.num.34.libr.2.vbi quamplura hac de re afferūt,
ibique Pariſ.numer. 33.dixit etiam participium , exiſten-
tium,reſolui in tempus præſens,id eſt,quæ exiſtunt. Et
verbum temporis præſentis,ac fortius præteriti,non tra-
hi nec includere futurum ſcribunt Alciatus & Brechæus
in l.verbum oportebit,& in l.verbum erit,de verb.ſigni.
Sic in noſtro caſu illa verba, ex legitimo matrimonio
procreatos,id eſt,qui iam procreati ſunt. Nō ergo de fu-
turis intelligi debet conuentio;& per conſequens hodie
illi locum eſſe non poſſe videtur.

Cæterùm re ipſa diligentius perpenſa,contrariam ſen-
tentiam veriorē arbitror,verba ſcilicet conuentionis no-
ſtræ ad futurum ſeſe protendere; intelligique non ſolùm
de iam natis liberis,ſed etiam de naſcituris, quod vt dicā,
multis adducor.

176 Primò,quia hominum diſpoſitiones ita † interpretan-
dæ ſunt,vt aliquid operetur.l. ſi quando, in principio. ff.
de leg.1.cap.ſi Papa.de priuileg.libro 6.imò improprian
tur verba, vt aliquid operentur.Decius conſilio 48.colū.
2.Crauet.conſilio 135.numer.24. qui multa ad rem hanc
ſcripſit:& affirmauit locum etiam ſibi vindicare,quando
is actus ſtrictam reciperet interpretationem.id quod cla-
rius confirmauit poſt alios idem Crauet.conſilio 272.nu
mero 7.& conſilio 294.numer.3.qui fortius intelligit, e-
tiamſi materia eſſet odioſa;idem ſi diſpoſitio foret pœna
lis.idem Crauet.conſil.201.nu.13. & in reſponſo pro ge-
nero,num.46.imò ita interpretanda ſunt verba,vt aliquid
operentur,etiamſi vix conuenirent:ita Soc.Iun.conſ.94.
numero 20.libro 3. In caſu ergo noſtro,ſi conuentionis
verba ſolùm intelligerētur de filiis Theodori iam natis,
nihil operarentur;quia non conſtat,cōuentionis tempo-
re Theodorum iam ſuſcepiſſe Ioannem filium. Quam aſ
ſertionem probat Alex.conſi.171.num.4.lib.2. & clarius
Socin.Iun.conſi.172.nu.26.libr.2.poſt Sadoletum in l.ſi
cognatis,col.8.de rebus dubiis.Quibus addo Imol.in ca.
iudicante,nu.12.de teſt.& cōfert quod docuit Picus in l.
Titia.



Titia.§.Titia cùm nuberet.numer.108.d. l.ij. Quod autē
Theodorus habuerit, vel nō habuerit eo tempore filios,
177 probare † is tenetur , qui hoc affirmabit: cū facti quid ſit.
l.denique.ff.ex quib.cau.maio.l.qui à quolibet.ff.de con
trahen.empt.l.1.l.ſiue poſsidetis.C.de prob. vulgaris tex.
l.in bello.§.factæ.ff.de cap.& poſtli. reuerſ. Accedit illa
ratio,quia ſi Theodorus tunc Ioannem ſuſcepiſſet ; illius
178 † mētionem expreſsè feciſſet,iuxta l.item apud Labeonē.
§.hoc edictum.ff.de iniuriis.Cuius argumento plura ſcri
bunt doctores,vt apud Afflictum deciſ.111.num.9.deciſ.
220.nu.14.& deciſ.265.nu.22.Gozad.conſi. 101.nu.16.Pa
riſ.conſi.3. num.3.lib.1.cæteros ſciens prætereo.Ne ergo
conuentio hæc fruſtratoria iudicetur, dicendum eſt,con-
179 uentionem intelligi etiam de † naſcituris. ita in ſpecie &
clarè Pariſius conſi.71.nu.15.lib.4.poſt Roman. conſilio
134.& alios,quos retuſit,& Romanum ſecutus eſt in caſu
noſtro Socin.Iun.conſi.172.num.24.lib.2.& clarè Alcia-
tus reſponſo 495.col.1.verſic.ad idem etiam &c.confert
doctrina Alexand.in l.ſi ita ſtipulatus fuerim illud aut il-
lud.§.cùm ſtipulamur.num.3.verſi.limitauit etiam,& eo
loci Iaſ.nu.4.de verb.oblig.dū docuerunt,quòd etſi quis
180 † promittat , quòd debetur , ſolùm intelligitur promi-
ſiſſe ratione debiti puri,non conditionalis : nihilominus
comprehenditur tunc conditionale , cùm nullum debitū
purum tempore promiſsionis ſuberat.Qua doctrina mo-
tus in terminis noſtri caſus ſic reſpondit Rui. conſil.184.
nu.15.libr.1.declarando l.ſi ita. ff.de auro & argen.lega.&
clarius conſi.22.nu.12.lib. 2.vbi conſiderat,naſcituros in-
telligi cōprehēſos,ne fruſtratoria eſſet diſpoſitio, cùm &
in caſu Rui.nulli filij filiorū tēpore diſpoſitionis nati eſſēt

Secundò,præſupponamus Theodorū iam eo tempore
prolē ſuſcepiſſe,idē tamen adhuc erit dicendum, quoniā
certò conſtat,d.Theodorū vnicum tantùm filiū Ioānem
ſuſcepiſſe:niſi ergo etiam de futuris tunc conuentū fuiſſe,
certè malè fuiſſet dictum de liberis in plurali,qui in duo-
bus ſaltem verificatur.l.vbi numerus,de teſtibus. Et hæc
interpretatio ſumenda eſt iuxta verborū ſignificationem
& proprietatem.l.nō aliter,de lega.3.& ſi de iam natis ſo-
181 lùm intelligeremus,certè † verba diſpoſitioni non conue-
nirent,cōtra l.4.§.toties.ff.de damno infecto,cū ſimilib.
Tertiò,adducor ex verbis illis,liberos maſculos ex legi-
timo matrimonio procreatos , quæ ſanè verba de legiti-
mo matrimonio procreatos ; fruſtrà ac perperā appoſita
in conuentione fuiſſent,ſi ſolùm de iā natis intelligeren-
tur. Nā non ignorabat Theodorus quo ex matrimonio,
quóve modo iā nati forent procreati, cū maxima ſit præ-
182 ſumptio,quē ſcire † quæ domi propriæ geruntur.l. Octa-
ui.ff.vnde cogn. l.de tutela.C.de in integ.reſtit.omnes in
l.1.vbi Ripa nu.46.ff.ſi cer.pet.Dec.cōſ.445.nu.35.in fin.
Ruinus conſ.121.nu.4.lib.4.Nec eſt dicendum, verba illa
intelligi poſita ad differentiā illegitimorū iam natorū, vt
ſcilicet admitterentur potius deſcendentes à Violantida
& Comite Aymone,quā ex illis illegitimè natis.Quia re
183 ſpondetur † non præſumi , quòd eo tempore Theodorus
haberet filios illegitimè natos,tū quia eſt quid facti quod
non præſumitur,vt iam diximus,tum quia eſſet præſume-
re delictum,contra l.meritò.ff. pro ſocio. Confert ratio
l.miles.§. defuncto.ff. de adulter . & quod per eam ſcri-
bunt Bald.in rubric.C.de probatio.Alciatus tracta. præ-
ſump.regu.3.præſump.37.Pariſius conſi.10.num.4.5.cō-
ſil.11.num.13.lib.2.Dicamus ergo conuentionis verba de
naſcituris intelligi.

184 Quartò , ſuffragantur mirum in modum illa † verba , ſi
contigeret d.liberos decedere quoquo tempore abſque
liberis maſculis &c.Quæ etſi duplicem interpretationem
recipere poſsint:vnam,quòd illis quoquo tempore dece-
dentibus,ſcilicet, vel vnius , vel alterius ætatis . Alteram,
quoquo tempore , ſcilicet, in infinitum liberis illis ſine
filiis morientibus : attamen poſterior hæc interpretatio
vera eſt,cū illa prima haud rectè conuenire poſsit.Quor-
ſum enim differentiam conſtitueret,ſi iam dixit,ſine libe-
ris quoquo tempore decedentibus? Vnam namque æta-
tem ſolam comprehenſi ſunt,illam ſcilicet, maiorem pu-
pillari;& ad procreandum aptam. Quemadmodum ita in
ſubſtitutionibus docent doctores in l.Centurio,vbi Bar
tol.numer.32.ff.de vulga.Decius conſilio 416.numero 6.
7.conſilio 427.numer.5.Ruinus conſi.28.nume.4.conſi.
53.numer.9.libro 2. Cæteros ex induſtria prætereo. Se-
quitur ergo ex hac ratione etiam naſcituros eſſe in hac cō
uentione comprehenſos.Et ita clarè in terminis argumē-
tatur Ruinus conſilio 35.num.14.ver.2.reſpondetur,libr.
1.vbi citauit eam doctrinam Bar.d.l.Centurio.

Quintò ſuadetur hæc interpretatio. Quoniam clariſsi-
185 mi iuris eſt,† teſtatores magis diligere iam ſibi natos libe
ros,quàm naſcituros.l.Titius.ff.de ſuis & legiti.Diligi et-
enim verè non poſſunt nondum cogniti.l.1.§.ſi quis pro
ximior.ff. vnde cogna.Rubeus conſi.128.nu.4. & clariſsi-
mè ſic reſpondit Soc.Iun.conſi.69.num.36. & conſi.129.
num.27. libr.3.poſt Angelum & Gratum,quos citat. Sic
ergo dicemus,verba hæc ſolùm de iā natis intelligi , illud
vnum non mediocriter abſurdum ſequeretur, nēpe Vio-
lantidam eiúſque ſucceſſores excludere ſexum fœmini-
num iam natum Theodori,non autem naſciturū.Quem-
admodum ergo eueniente caſu,Violātida, vel eius ſucceſ
ſores excluderent fœminas ex liberis iam natis Theodo-
ri, ſic & fortius ex naſcituris excludere debuit.

186 Sextò accedit illa ratio,qua dicimus,vnā † diſpoſitionis
partem alterā declarare.l.vtrum.ff.de peti.hære.l.qui fi-
liabus.de leg.j.vbi latè Iaſ.col.1.Cùm ergo ex cōuentio-
ne vocati fuerint deſcendentes omnes Violantidæ in infi-
nitum vſq;,pari ratione dicēdum eſt,intelligi illos voca-
tos, deſcendentibus omnibus maſculis ex Theodoro in
infinitum vſque deſcendētibus,tum ex paritate rationis,
tum,vt conueniant inter ſe ſucceſsionum tempora. Quo
enim fieri poſſet modo,quòd deſcendentes ex Violātida
in infinitum ſuccederent,niſi & ea ætate ſucceſsioni locus
foret ex latere d.Theodori ſuorúmque liberorum?

Septimò & vltimò perpendo verba illa, quòd ſi aliquæ
remanerent ex d.Marchione & filiis ſuis legitimis & le-
gitimis matrimoniis procreatis, quòd eis prouideatur de
dote &c.Quæ ſanè verba in futurum ſeſe protendunt , &
non ſolùm excludunt fœminas ex ipſo Theodoro imme-
diatè deſcendentes,verùm etiā deſcendentes ex filiis ſuis.
vt ergo caput hoc excluſiuū operetur eſt neceſſe dicere ca
put incluſiuū,deſcēdētes ſcilicet ex Violātida, eſſe voca-
tos in infinitū,& è contra: cū idē operari debeat propoſi-
tū in oppoſito,quod oppoſitū in oppoſito.l.vlti.ff.de leg.
3.tū etiā,( vt attigimus) quia nō poſſet eſſe locus capiti in-
cluſiuo in infinitū,ſi pariter loc⁹ nō eſſet capiti excluſiuo
in infinitū.Nec eſt,ꝙ dicatur,in eo capite excluſiuo fœmi
narū,quæ dotandę ſunt,ſolū agi de filiabus filiorū Theo-
187 dori,ſicq; de filiis & deſcendētibus primi gradus,cū † fi-
liorū appellatio ſtrictior ſit appellatione liberorū.§.vlti.
Inſti.qui teſt.tuto.dari poſſ.l.filio. ff.ad Maced.l.2.§. non
ſolū.ff.de excuſ.tuto. Coraſius.l.liberos,nu.2.ff. de ſenat.
& alibi.Quia rñdetur,imò eſſe intelligendū de filiabus cu
iuſcu nq; gradus,ex relatis rationibus.ſuprà:tū etiā, quia
188 aliàs ſequeretur abſurdum,ꝙ † primi gradus fœminæ eſ-
ſent deterioris conditionis remotarū: quod præſumendū
non eſt fuiſſe ex mente Theodori, iuxta text. l. Lucius,la
vltima.ff. de hæred. inſtit.& l.publius. ff.de condit.& de-
mon.vbi Soc.numer.78. declarat idem conſ.49.col.5.lib.
1.conſi.12.col.3.lib.3.Decius conſ.514.nu.2.3. Ruinus cō-
ſi.67.nu.4.lib.2.Curt.Iun.conſ.22.nu.8.egregiè conſil.
57.colū.vlt.& cōſ.58.col.vlt.qui in his terminis claris re-
ſpondit.idē conſ.112.nu.5.Rubeus cōſ.150.nu.2. Crauet.
conſ.62.nu.7.& conſ.147.nu.2.3. Qui vno ore affirmant,
priore ordine & gradu vocatos cēſeri magis dilectos.Re-
189 ſpōderi etiam poteſt,† filiorum appellatione venire & il-
los,qui vlterioris gradus ſunt.l.iuſta.vbi Alciatus,& Bre
chæus Turo.ff.de verb.ſign.& in feudalibus diſpoſitioni-
bus (ſi feudum hoc eſſe cū aduerſariis Præſupponamus) fi-
liorum appellatione venire deſcendentes,reſpondit Rui-
nus cōſ.45.nu.16.lib.1.& conſ.203.nu.22.verſ.non obſtat
igitur,dum dicitur.lib.2.poſt Bal.in prelud.feud.& Ale-
xand.conſilio 26.libro 5.& in l.Gallus.§.inſtituens, in fin.
ff.de liberis & poſthumis.Ex quibus euitari poteſt , quod
190 docuit † Bartol.in l.liberorum:numer.8.de verborum ſi-
gnificatio.in contractibus ſumi interpretationem con-
tra eum,pro quo actum eſt.cuius doctrinam aliorum au-
thoritatibus comprobat Ruinus d. conſilio 203.numero
22.imò hoc caſu venire de deſcendentes , in eo conſtat,
quòd conuentio hæc futurum euentum reſpicit, vt ſuprà
diximus. Non mirum ergo ſi hi veniunt : ita Socinus in l.
Gallus.§.inſtituens.in fin.de liberis & poſthumis. poſt I-
molam & alios.ſic Alciatus reſpon.526.numer.5.verſic.4.
limitatur. His ergo ſatis ſupérque conſtat,conuentionis
verba ad naſcituros extendi. Quæ ſanè conſiderationes
clariores reddentur ſublatis his, quæ in oppoſitum addu-
cta fuerunt.

Non obſtat ergo primum illud fundamentũ,quia mul
191 tipliciter reſpondeo. Primò † d.l. ſi cognatis.ff.de rebus
dubiis.& ſimilia, loqui in diſpoſitione ſimplici & pura;
nos autem in ea quæ à futuro euẽtu pendet, ſicque in cõ-
ditionali, in qua illius legis diſpoſitio & ratio ceſſat.ita
Alexan.conſ.26.nu.15.lib.3.quem ſecuti ſunt Decius cõ-
ſilio 253.num.4.in fine.Alciatus reſponſ.505.in fin.& cla-
rè Socinus in dicta l.ſi cognatis,nume.30.verſi.ex quibus
infertur.ex l.interuenit.ff.de leg.præſtand. ceſſat namque
hoc caſu ratio illa,qua in diſpoſitione pura eſt conſtitu-
tum,ex d.l.cognatis.Alexan.conſi.26.27.lib.3.Ruinus cõ
ſilio 100.numero 5.conſi.108.numero 17. & clarius con-
ſilio 117.numer.20.conſilio 123.numero 16.conſilio 174.
nume.10.lib.2.& conſi.36.numer.10.conſi.139. in fin.lib.
3.& conſi.68.num.9.lib.5.Quæ ſanè Ruini loca,ea ratio-
ne libenter congeſsi, vt intelligamus non referre etſi is
pro more ſibi parũ conſtans quæ aliter reſpõderit dictis
conſilio 36. colum.vltim.& conſi.112.numer.13. libr.2.&
19 cõſilio 164.numer.6.libr.3.† Nam illius doctoris opinio
tenenda eſt,quæ ab eo crebrius affirmata fuit, vt ſcripſit
Iaſ.conſi.89.colum.vltim. lib.3.& Rol.à Valle conſi.67.
num.33.lib.1.niſi conciliando dicamus cum Curtio Iun.
conſ.57.col.vlt.& conſ.58.colum. vltim.ex diſpoſitione
conditionali naſcituros comprehendi, & hoc caſu pro-
* cedat * crebrior Ruini,& aliorum ſententia. At vbi alij
extant iam nati ab initio, ij admittuntur priùs excluſis
poſtea natis:& procedat altera opinio. Ruinus tamen cõ-
ſilio 22.numer.12.verſic.& ſubdit quòd lib.2.poſt Caſtr.
ſenſit aliter:verùm non immoror,quia caſus ſic non eue-
nit in hoc noſtro.Reſpondeo,& ſecundò,diſpoſitionem
193 d.† l.ſi cognatis,locum habere tantùm in vltimis diſpo-
ſitionibus, non autem in contractibus, vt in claris no-
ſtris terminis poſt alios reſpondit Ruinus conſilio 35.nu-
mer.14.lib.1. qui huius ſententiæ citat Bar.in l.item præ-
tor.ff.de ſuis & legi.& Bald.in l.in perſonam.C. de fidei-
com.qui Bald.affirmauit, feudum conceſſum pro ſe filiis
& nepotibus,cenſeri conceſſum etiã pro nepotibus con-
ceptis poſt mortem aui.& cum Bart.ſenſit idem Ruinus
conſ.22.nu.11.verſ.& ſic præſupponit.libr.2. His accedit
Iaſ.in l.quod dicitur.nu.43.44. de verbo.oblig. Tiraq.de
retractu conſang.§.1.gl.9.nu.89.90.
Non obſtat ſecundum fundamentum,quia reſpondeo
194 multipliciter.Primò illud † verbum liberos procreatos,
reſolui etiã in futurum,id eſt,qui procreati erunt.ſic Bar-
tol.in l.1.num.34.ff.de cond.& demon.qui in participio
abſolutè prolato loquitur.Idẽ quod Bar.ſenſit ibi Imola
in fine.Reſpondeo ſecundò adiectiuum reſolui in relati-
uum & ſuum verbũ. cùm ergo hîc de actu futuro agatur,
* ſic reſoluitur procreatos,id eſt,qui procreentur, ſic glo*.
communi calculo recepta in Clemẽ.1.in verbo dignitatis,
de præbend.quam probauit Galliaul.in l.Centurio,num.
358.& ibi Ripa nu.93.ff.de vulg.Parpal.in rub.ff.ſol.mat.
nu.4.& clarè ſenſit Ripa lib.2.reſpon.c.26.nu.23.& in his
ferè terminis. Iaſ.conſ.55.nu.5.verſ.confirmatur quia.lib.
3.dum reſpondit,illa verba deſcendẽtes,id eſt,qui deſcen
dent.Idem Iaſ.conſ.65.col.2.verſ.ſed præmiſsis. lib.3.qui
huius ſententiæ citat Barto.in l.Centurio,nu.25.in fin.de
vulga.Alex.conſ.119.nu.3.libr.1.idem conſ.124. nu.6.lib.
2.ſic & Ruin.conſ.49.nu.11.lib.3. & conſ.39.nu.2. libro 5.
quòd autem in caſu noſtro diſpoſitio ſeu conuentio futu
rum reſpiciat,ſuprà diximus.Reſpondeo tertiò etiam ſo-
195 la ipſa † verba præteriti tẽporis ad futurum trahi, quan-
do eſt ſignificatiuum actus, qui futurum reſpicit .ita pro-
bat l.talis ſcriptura.§.vltimo.ff.de legatis primo.quo lo-
co in ſpecie Bartolus in ſecunda oppoſitione declarat &
diſſoluit nodum.d.l.vltima.de libera.legat.& l.ſi ita lega-
tum eſſet, de auro & argento legat. & egregiè declarat
Romanus conſilio 333.Quo ad primum.col.2.verſic.quia
verbum.Iaſ.d.l. talis ſcriptura.numer. 32.34.Reſpondeo
quartò ex eiuſdem Romani ſententia d.conſi.333. colũ.2.
verſicu.probatur,dum reſpondit,verba præteritum & fu-
turum tempus comprehendentia, exponi in præteritum
vel futurum, ſecundum quòd magis euitatur abſurditas,
ex glo.in c.ad hæc ſumus,de reſcrip.At in caſu noſtro ex-
ponendo verba hæc in futurum , abſurditas illa euitatur,
ne ſcilicet deterioris conditionis ſint fœminæ præſentis
temporis,quàm futuri,vt ſuprà diximus, Reſpondeo etiã,
196 d. regulam † d.l.ita de auro & arg.lega. non procedere,
quando ex aliis conſtát de diſponentium volũtate:ita So-
cinus Iun.conſ.98.num.26.lib.1. cùm ergo ex multis de-
monſtrauerimus partium animum fuiſſe, non tunc natos
modò,ſed etiam naſcituros comprehendere in ea cõuen-
tione;ſequitur non eſſe locum regulæ d.l.ſi ita. His diſ-
ſolutum credimus Gordianum hunc nodum.

Qvarta obiicitur difficultas: præſuppoſito, verba
conuentionis futuros naſciturósque liberos con-
tinere,quot gradus verè contineat. Qua ſanè in
re dicendum videbatur,ſolùm comprehendere trinepotẽ
Theodori,cùm dicatur,quòd ſi contingeret d.Marchio-
nem,vel eius liberos decedere ſine filiis &c.appellatione
197 nanque † liberorum ſolùm veniunt deſcendentes vſque
ad trinepotem.l. Iuriſconſultus.§. parentes.ff.de gradib.
Bar.l.liberorum.nu.19.ff.de verb.ſign. Curt.Sen.conſil.
74.col.3.in prin.Cùm ergo vltimus Marchio ex Palæolo
ga familia fuerit ſeptimus deſcendẽs ex Theodoro iſto,
vt ex eorum genealogia eſt videre , ſequitur videri conuẽ-
tioni locum eſſe non poſſe.
Cæterùm re melius perſpecta, ſentio adhuc eſſe locũ
conuentioni.Eo ſolo fundamento moueor,quia appella-
198 tione † liberorum propriè ( etſi largè aliquantulum.)de-
ſcendentes in infinitum continentur. d.l. liberorum, vbi
Alcia. nu.1.declarat.de verbo.ſignifi.& probat text.l. ſed
& ſi.§.liberos.1.2.ff.de in ius voc.l.liberos.ff.de ſena.vbi
Coraſius nu.2.& probat l.3.§.pen.ff.de aſsig.liber. Quare
docuit M.Antonius Natta in authen. quod ſine,in fin.C.
de teſt. diſpoſitionem illam de liberis loquentem conti-
nere liberos vſque in infinitum : & verè cùm ſimus in fa-
uorabilibus,appellatio liberorum comprehendit deſcen-
dentes vſque in infinitum , vt poſt multos reſpondit in
caſu fortiori Craue. conſilio 155.numer.3. & ita ſentiunt
cæteri, à quibus non diſſentiunt optimi linguæ Latinæ
authores,vt apud Alexandrum ab Alexand.libro j.Die-
rum Genialium.c. 15. & Petrum Crinitum li.15.de hone-
ſta diſciplina.cap.8.
199 Non obſtat nunc textus † d.l.Iuriſconſultus.§. paren-
tes:quia reſpondeo primo,in eo antiquorum ſententiam
referri,qui crediderunt , appellatione liberorum ſolùm
venire deſcendentes ad tertium gradum vſque,à qua ta-
men opinione per recentiores omnes receſſum eſt: ſicuti
Alexander & Crinitus egregiè annotarunt. Reſpondeo
ſecundo loco,Paulum in dicta l.Iuriſconſultus.§.paren-
tes,ſolùm loqui in ſpeciali liberorum ſignificatione:Cal
liſtratum verò d.l.liberarum,in generali. Quod placuit
Petro Lorioto in commentariis ad d.§. parentes: in qua
quidem generali ſignificatione nos verſamur.
Reſpondeo tertio loco ex ſententia eruditiſsimi Fran-
ciſci Connani lib.12.Commen.Iuris ciuilis, cap. 1.nume.
4.quòd quemadmodum in parentibus vltra tritauũ, nul-
lum nomen proprium datur,vt quia nunquã dicitur qua-
tritauus , quintauus, ſed ſolùm dicitur, pater tritaui. auus
tritaui:ſic liberorum appellatio vltra trinepotem,nullũ
proprium nomẽ habet,vt quia nunquam dicitur, quadri-
nepos , quintinepos, ſed ſolùm dicitur filius trinepotis,
nepos trinepotis.id quod,præter Connanũ probat text.
d.l.Iuriſconſultus,in fine.verè ergo appellatione libero-
rum deſcendentes in infinitum cõtinentur.d.l. liberorũ.
ſed poſt trinepotem , liberorum appellatio propriũ no-
men non habet.d.§. parentes.

Qvinta difficultas, quæ aduerſus hãc prætenſionem
excitatur, illa eſt. Inſtrumentum in quo hæ con-
uentiones ſcriptæ ſunt,ſolùm fuiſſe è protocol
lis leuatum per Ioannem Raynaldum,cùm tamen is de eo
200 vnà cum duobus aliis notariis fuerit rogatus.† Debuit e-
nim ab ipſis tribus ita leuari,quemadmodum vnà ſimul
ab ipſis tribus receptum fuit. ita clarè docuit Baldus in l.
iuriſiurandi,in fine.vbi Salicet.colum.2. verſicu.venio ad
tertiam.C.de teſtibus.idem ſenſit Baldus ipſe in l.ſi quis
ex argentariis.§.j.in quinto notabil.ff.de edend. Socinus
Sen.conſi.2.colum.j.verſi.præterea.lib.3. qui eiuſdem o-
pinionis citat Hoſtien.Ioan.Andr.in c.quoniam contra.
de proba.Idẽ cenſuit Boerius. q.21.qui alios retulit,præ-
ſertim Guid.Pap.q.122.Alex.conſi.124.num.4.lib.7.Bar-
ba.conſi.18.colum.vlt.lib.3.& Corneum cõſi.243. num.
18.libr.3.
Re tamen diligentiſsimo ſtudio perpenſa, in contrariam
diſcedo ſententiam: Inſtrumentum hoc ita ab vno tan-
tùm in publicam formam redactum probare: quod mul-
tis demonſtratur.
Primò ,quia non conſtat tres hos Tabelliones ita fuiſſe
rogatos,vt oẽs ſimul,& non diuiſim poſſent illud inſtru-
mentum



mentum leuare. Hoc enim per aduerſarios erit proban-
dum,quia præſumptio, & iuris cõis regula eſt pro Duce
201 Sabaudię.Nam vnus † notarius ſolus poteſt inſtrumentũ
leuare,etſi plures illud receperint.§.ſi verò moriatur, in
auth.de inſtru.cau.& fide.declarat gl.in §.ſi verò abſunt,
in gloſſa,quantum,in fine.in auth. de hære. & Falci.Illud
enim ſolùm verũ eſt,non niſi ab omnibus,qui inſtrumẽ-
tum receperunt,poſſe leuari,quando ita expreſsè à parti-
bus fuit actum.Quæ ſanè partium conuentio ab eo,qui in
ea ſe fundat,probari debet.ita ſenſit Guid.Pap.d.quæſti.
122.col.penul. verſi. verùm tamẽ,dum adfert exemplum
d.l.contractus. C.de fide inſtru.
202 Secundò,adducor ex eo,quòd ob temporis † antiquita-
tem præſumẽdum eſt,hos notarios fuiſſe inſolidum ro-
gatos:quare vnuſquiſque eorum leuare,& in publicã for-
mam illud redigere potuit. ſic egregiè declarauit Decius
conſi.36.num.4. Nec aduerſatur quod ſcripſit Soci. Sen.
d.conſi.2.col.j.nume.7.verſi.Minúſque obſtat,quòd &c.
203 † ex temporis diuturnitate non præſumi ſolennitatem,
quam deficere clarè conſtat.& idem docuit Iaſ.in l.1.nu.
15.verſ.5.limita.C. qui adm.conſ.176.col.vlt.verſic.4.&
vltimò.lib.2.conſ.148.col. vlt.lib.4.Curtius Iun.conſil.
130.nu.4.Craue.conſi.134.nu.44.cui addo Ruinum cõſil.
41.num.18.conſ.63. nu.14.& clarius conſi.69.nu.9. verſi.
2.non obſtat.lib.1.Socinum Iun.cõſi.56.nu.22.lib.2.Ro-
lan.à Valle conſi.2.nu.128.130.conſ.190.nu.44.conſil.99.
nu.24.lib.1. Reſpondeo primò ex Decij ſententia conſil.
341.numer.13.poſt Caſtr.& Alex.quos citat,ob temporis
diuturnitatem præſumi omnia ſolenniter acta, & licen-
tiam potuiſſe interuenire in alia ſcriptura. Veruntamen
ſcio Decij opinionem non eſſe omninò tutam,quia is ali-
ter viſus eſt ſentire conſ.13.col.j.cõſi.445.num.68. & cõ-
ſil.564.num.13.Reſpondeo ſecundò,nos nõ negare, quin
aliorum tabellionum deficiat ſubſcriptio & authoritas;
ſed dicimus cum Decio dictos tabelliones præſumi ita à
partibus rogatos,vt ſinguli eorum inſolidum inſtrumen-
tum illud leuare potuerint;vt declarat Guido Pap.quæſt.
122.in fin.
Tertiò,in hanc ſentẽtiam ex eo adducor, ꝙ ceſſante cau-
ſa,ceſſat & diſpoſitionis effectus.l. adigere.§.quamuis.ff.
de iure pat.cum infinitis per Tiraq.congeſtis in eo tract.
204 ꝙ ceſſ.cau.ceſſat effectus.† Cauſa autẽ cur vnus ex tabel-
bellionibus leuare, & in publicã formam redigere inſtru
mentũ à multis receptum non poſsit, illa eſt, vt falſitati-
bus,quantum fieri poſsit,occurratur.Hanc rationem aſſi
gnarunt Albe.l.1.col.pen.verſ.& ex prædictis.ff. de offic.
conſu.Guid.Pap.d.q.122. colũ.2.At in caſu noſtro ceſſat
ratio iſta,quod ex eo demõſtratur,quòd anno 1332.16.Se-
ptembris dum Comes Aymo ipſi Violantidæ aſſignaret
aliqua bona in augmẽtum dotis,habita eſt relatio ad illud
inſtrumentũ dotis d.anni 1330.Quod ibidẽ aſſeritur rece-
ptum per dictos tres notarios,& leuatum per d. Ioannem
Raynaldũ.Conſtat ergo de veritate d.inſtrumenti d.anni
1330.& ſi dicatur inſtrumentũ hoc anni 1132. eandem pati
difficultatem,quam patitur illud anni 1330.eò quia fuit re
ceptum per tres alios notarios,& ſolùm leuatũ per d.Ray
naldum:reſpõdeo in eo ceſſare dubitationem hanc,ea ra-
205 tione,quia illi appenſa ſunt ſex † ſigilla,vt ſex cordulæ ap
penſæ apparent, & ſi quatuor ſigilla integra nunc extẽt,
quæ ſufficiunt, & ſi partium voluntas fuerit vt ſex ſigilla
appenderentur.ita Ioan.Faber in §.poſſunt,col.3. verſic.
ſed quid ſi litera.Inſt.de teſta.à quo non diſſentit Guido
206 Pap.d.q.122.prope principium.Nec enim † ſigillum præ-
ſumitur ad actus ſubſtantiam appoſitum.Innocẽ.cap.in-
ter dilectos.de fide inſtru.egregiè Zaſius conſi.2.num.37.
libr.1.Nec etiam dicatur hoc inſtrumentũ anni 1332. huic
cauſæ prodeſſe non poſſe, cùm ſit quid inter alios factum,
nempe inter ſolum Comitem & Aymonem & Violanti-
dam.Quare Marchioni & ſucceſſoribus nõ videtur poſſe
nocere,toto titulo C.res inter alios acta.& fuſiſsimè Ti-
raq.eo tractatu,Res inter alios acta &c. Quia reſpondeo
primò ſaltem præſumptionem facere,vt tradit gloſ.in l.ſi
duo patroni,in principio.ff.de iureiuran.Decius conſilio
272.nume.3.Tiraq.d.tractatu,Res inter alios acta &c.li-
mita.19.& in antiquis ſemiplenam probationem facere
reſpondit Aret.conſilio 15.num.3.verſicu.& iſtud indubi-
tãter.vbi de atteſtationibus inter alios receptis,ſic Curt.
Sen.conſilio 73.colum.3.verſic.tertiò reſpondemus.Cra-
uet.258.numer.16.in fin.& tracta.de antiq.tempo.2 .par-
te princip.num.49.& antiqua inſtrumenta inter alios ce-
lebrata etiam tertio nocere tradunt omnes in l.cùm ali-
quis. C.de iure delibe.Aret.conſi.42.colum.j. verſi.3.per
rationem.Socin.Sen. conſilio 86.colum.j.l.1.& ſenſit in
terminis Decius conſilio 11.nume.9.verſicu.ad hoc. Quæ
ſanè præſumptio transfert onus probationis in aduerſa-
rium,ex l.generaliter.§.ſi petitum,in fine.ff.de fideicom-
miſ.liber.& clarè Decius d.conſilio 272.numer.3.verſicu.
ſed quo ad &c.Reſpõdeo ſecũdò aliquibus in facto præ-
ſuppoſitis,nempe ipſum Theodorum non modò vidiſſe
& legiſſe dictum inſtrumentum anni 1332.ſed illi aſtitiſſe
cùm celebraretur,nec illi atteſtationi contradixiſſe, ſed
acquieuiſſe potius, ob id ei & ſucceſſoribus nocet.l.em-
ptorem.ff.de action.empt.Socin.tracta.fallent.regul.6.
fallent.3.
Quartò moueor ea diſtinctione,quam hac in re aliquã-
207 do conſideraui,duos † caſus conſtituendo. Primus eſt,
quando vel legis diſpoſitione,vel partium conuentione
cautum eſt, duos,vel tres notarios rogatos eſſe debere de
inſtrumento inter partes celebrando,tunc vnus ſine alte-
ro inſtrumentum illud recipere non poteſt. Ea eſt ratio,
quia vel legis diſpoſitioni,vel conuentioni partium ſatis-
factum non eſt,iuxta l.contractus. C.de fide inſtrumen.
Hinc videmus ſententiam,quæ à duobus, vel tribus arbi-
tris iudicibúſque ferenda eſt,eſſe nullam,ſi ab vno tãtùm
fieri cõtingat.l.cùm magiſtratus.C. quãdo prouo.nõ eſt
neceſſe.cap.prudentiam.de offic.delega. & hoc caſu ve-
rè loquitur Alber.in d.l.j.col.pen.verſi.& ex prædictis.ff.
de offi.Conſulis.nec aliter ſenſit Baldus & Sali.in d.l.iu-
riſiurandi,cùm verè loquatur de ſola ſubſtantia,an ſ.cre-
datur notario, dum ſcribit ſolus dicta teſtium,ex quo vnà
cũ collega ſcribere debuit.Nec enim loquuntur,quando
dicta teſtium in publicã formam rediguntur. Idem ſenſit
Soc.d.conſ.2.col.2.lib.3.Abb.d.c.quoniam contra.num.
32.de proba.nec Roma.d.conſ.281.col.vlt.verſ.quò ad ſe-
cundum &c.ſenſit id ad quod eum citauit Boer.q.21.imò
ibi in verſicu.nihilominus,ſenſit alterum ex deputatis ad
ſcribendum acta fidem facere.nos ergo in hoc caſu nõ ſu-
mus,ſed in ſequenti,quem nunc refero. Secundus eſt ca-
ſus,quando iuxta vel legis, vel partium volũtatem inſtru-
mentũ à pluribus notariis eſt receptum,an vnus tantũ eo-
rũ deinde de eo fidem facere poſsit: & ſentio poſſe .Ea eſt
ratio,quia hîc non agitur de actus ſubſtantia,ſed de ſola iã
celebrati actus fide facienda,quæ ab vno tantùm fieri po-
teſt,vt ſenſit notab. glo.in d.§. ſi verò abſunt.in gl.quan-
tùm,in fin.& vbi Iacobus Beluiſius declarat.in authen.de
hæredi.& Falcid.hoc in caſu non loquitur Albericus, nec
cæteri relati,vt oſtendimus, ſolùm in hoc caſu loquũtur,
& aliter ſentiunt Guid.Pap.d.q.122.& Alex.d.cõſ.124.nu.
3.4. libr.7.& Beorius d.q.21.Sed fortè falluntur,cùm Bal-
di ac Alberici authoritate nitantur, qui tamen aliter ſen-
tiunt. Hic eſt caſus noſter,in quo cum conſtet de ſubſtan
tia,inſtrumẽtum ſcilicet hoc à tribus notariis fuiſſe rece-
208 ptũ,ex atteſtatione ipſius Raynaldi,† cui creditur in hoc,
vt reſpondit Ruinus conſi.13.nume.26.libr.2. Sequitur ab
vno ſolo notario leuari potuiſſe,& de eo fides fieri.

SExta obiicitur difficultas,ex nouis cõuentionibus ini-
tis inter Duces Sabaudiæ & Marchiones Montisfer-
rati , videri receſſum ab hac conuentione inita dicto
anno 1330. Nam anno 1407.2. Aprilis inter Amedeum
Ducem Sabaudię & Ioann.Iacobum Marchionem Mon-
tisferrati conuentum fuit,vt d.Ioann.Iacobus in vxorem
duceret Ioannam ipſius Amedei filiam,alteriúſque Ame
dei ſororem,hoc expreſſo pacto adiecto, quòd Theodo-
rus ſecundus ipſius Ioan.Iacobi pater conſtituet ac ordi
nabit ipſum Io.Iacobum dominũ & Marchionem Mon-
tisferrati,totiúſq; territorij ac Bononiæ: & ꝙ aliis filiis,
quos deinde ſuſcipiet aliquid relinquet,prout fecit Ioan-
nes d.Theodori pater aliis ſuis filiis. Qua quidem ex cõ-
uẽtione ab ea prima videtur receſſum.vt in ſimili,de Mar
chia verba faciens,argumentatur Gozad.conſil.8.nume.
35.Si ergo eſt renunciatum , ſequitur omne ius Ducũ Sa-
209 baudiæ eſſe extinctum.Quoniam clariſsimi iuris eſt. † re-
nũntiantem alicui facto excludi ab omni iure, quod ex
illo prouenit,ſibique competere potuit.Barto.conſi.90.
Dilectus,colum.1.libr.1.Iaſ.in l.ſciendum,num. 33.verſi.
contrariam &c.de verbo.obligatio. Quorum doctrinam
multis comprobat Craue.conſil.290. nu.2.verſi.ſecundò
nos.&c.Pariſius conſi.26.num.44.46.libr.3.& Cephalus
conſi.137.nu. 5.lib.1.

Secũdò accedit,quòd etſi eo tempore ius Ducum Sa-
210 baudiæ ex ea conuentione anni 1330. † eſſet conditiona-
le,& renuntiari illi non potuerit, niſi ex pacto, vt docuit
Bartolus in l.prima.vbi clarè Decius nume.26.C.de pa-
ctis,ex l.tale pactum,in principio.ff.de pactis. Attamen
hîc,ob Amedei præſentiam, pactum poteſt dici initum,
& per conſequens ius conditionale remiſſum : vt per De-
cium d.l.1.num.26.quo loci fuſius Vbertinus Zucchar-
dus,numer.134.135.qui exactè rem hanc diſputat.
211 Tertiò confert, quòd † renuntiatio dicitur donatio (vt
ſtatim dicemus) At donatio inter nobiles & maximè
Principes præſumitur.gloſſ.in l.vxori.§.vltim.de l.3.vbi
Barto.Bald.l. ſi paterno.C.de negotiis geſtis.Roma.ſin-
gul.644.Nobilitas.Iaſ.l.cùm quid,prima lectura numer.
19.ff.ſi certum petatur.& in l.contra iuris,§.1.column.1.ff.
de pactis,latè Tiraquel.tract.de Nobilitate,cap. vltimo.
num.47.50.
Cæterùm contrarium verius eſt,nempe nõ eſſe receſſum
ab illa conuentione & pacto anni 1407.quod multis ve-
rum oſtendo.
Primò,quia noua hæc conuentio intelligi debet,ſaluis iu
ribus ipſorum Ducum Sabaudiæ,quibus ex noua cõuen-
tione,nulla habita ratione primæ,renuntiatum non dici-
212 tur.† In dubio enim renuntiatio non præſumitur.l.poſt-
quam liti.vbi Decius nume.16.C.de pactis: qui poſt mul-
tos docuit,non cenſeri iuri proprio renuntiatum,niſi ex-
preſsè ita actum fuerit.idem latè reſpondit Crauet. con-
ſilio 257.numer.5.& latius conſilio 290.column.2.verſi.
4.nõ præſumitur,&c.cui addo Tiraquel. in l.ſi vnquam,
in præfatione numer.128.C.de reuocand.donation.Pari-
ſium conſilio 49.numer.39.libro 3.Natam conſilio 78.in
fin.lib.1& Cephalum conſilio 25.numer.47.48.lib.1.imò
213 præſumitur potius † error,etiam in facto proprio, quàm
iuris renuntiatio.ita Ruinus conſilio 127.numero 19.lib.
214 3.Cuius rei ratio eſt,quia † renuntiatio donatio dicitur.
l.prima.ff.de tranſaction.l.Modeſtinus.ff.de donat. Ale-
xand.conſilio 21.colum.penulti. & vltim.lib.1. Decius.l.
ſi quis obligatione.de regulis iuris. Didacus libr.2. varia.
reſolut.c.4.numer.8.Tiraquellus in l.ſi vnquam, in ver-
bo donatione largitus.num.143.C.de reuocan.donation.
& in tract.de legibus connubial.in gloſſ.3.numer.37.Sed
donatio non præſumitur.l.cùm de indebito.ff. de proba.
215 imò † fatuitatem potius,quàm donationem præſumi,do-
cuit Baldus l.generaliter.C.de non numera. pecunia.Sic
Baldus conſi.189.Creditor,in fi.lib.4.reſpondit, errorem
potius præſumi,quàm donationem, etiam in facto pro-
prio,idem reſpondit poſt Curtium Iun.conſi.56. colum.
3.Craue.conſi.77.num.14.& conſi.142.num.26.cui addo
Decium conſ.350.col.2.in fin.& egregiè Ruinũ. conſilio
215.nu.22.lib.1.Ergo nec iuris renuntiatio præſumitur.
216 Secundò, fortius moueor ex eo, † quòd quando altera
ſumi poteſt interpretatio, quàm iuris proprij renuntia-
tio,illa ſumi debet.l.eleganter.§.qui reprobos.ff.de pign.
action.Crauet.dict.conſilio 77.numer.14.& conſi. 290.
columna ſecunda.verſiculo quintò licèt. Cùm ergo in-
ter partes actum fuerit ratione ſolius tranſlationis Mar-
chiæ reſpectu fratrum,qui ſuccedere debuerunt, ratione
iuris ſpectantis ipſis Ducibus Sabaudiæ, non trahitur is
217 † renuntiationis actus ab eo caſu ad noſtrum,vt docuit
Decius.d.l.poſtquam liti.numero 16.C. de pactis.minus
trahitur de perſona ad perſonam, vt conſuluit Baldus
conſilio 281. Ad euidentiam.libr.3. Crauet. conſilio 251.
colum.tertia.verſic.rurſus eccleſiæ.Pariſius conſi.10. nu-
mero 23.lib.4.
Tertiò, ea ratione in hanc ſententiam adducor, quia
218 † renuntiatio nihil operatur,cùm renuntians ignorat ius
ſibi competens,l.mater decedens.ff.de inoffic. teſtamen.
& egregiè tradunt Afflictus deciſio.53. Deci. conſil.530.
nu.11.Pariſ.conſi.11.nu.77.conſi.20.nu.90.lib.1.Soc.Iun.
conſil.37.nu.20.conſi.128.nũ.119.lib.1.& conſ.116.nu.19.
lib.2.Tiraq.tract.de legibus connubial.in glo.6.nu. 176.
& Craue.conſ.257.nu.2.qui negat, nec iuramento quidẽ
has renuntiationes confirmari. Sed in caſu noſtro verè
præſumitur Amedeum ignoraſſe ius ſibi competens in
Marchia ex conuentione d.anni 1330. ex maxima tempo-
ris diuturnitate,cùm iam anni ſeptuaginta ſeptem decur-
219 ſi eſſent,& tamen † obliuio etiam facti proprij preſumi-
tur decennio.ſic glo.& Bar.in l.1. C.de ſer. fugi. Soc.Sen.
conſilio 153.col.3.libr.2. Goza.conſi.9.num.35. Marſilius
220 conſilio 20.nu.23.24. Quod Maximè in † magnis Prin-
cipibus locum habet,vt de Imperatore tradit Gozad.d.
cõſilio 9.numero 35.de ſummo Pontifice Ripa in l.quod
iuſſit.numero 37.ff.de re iudicat.de Cardinali Barba.cõ-
ſilio 40.column. 3.in fin.libr.4. Quod fortius hîc proce-
221 dit, vbi Amedeus in alterius locum ſucceſsit, quare † iu-
ſtè facta anteceſſorum ignoraſſe præſumitur.l. qui in al-
terius.ff.de regulis iuris. Quæ ſanè regula & in filio hæ-
rede procedit,ex ſententia Ruini conſilio 47.numero 23.
libr.2.& in noſtris terminis Crauet.d.conſi.257. numero
222 2. Et adeò iuſta eſt ignorantia hæc, vt † omninò præ-
ſtet in integrum reſtitutionem, quemadmodũ ſenſit De-
cius.d.l.qui in alterius,numero 1.verſicul.& ideo.& cla-
rius Barb.conſ.9.col.3.in fi.lib.1.Nec dicatur Amedeum
ſciuiſſe geſta illa quia in Aymonis domo habitauit, iuxta
ea quæ fuſius ſcripſimus in tractatu de recuperanda poſſ.
in Remedio 11.numer.54.55.Remedio 16.nume. 47.Quia
vno verbo ſatisfacio, Comitem Aymonem fuiſſe Ame-
dei auum. Quocirca etſi filius ædes mediatè habitauerit,
veriſimiliter tamen geſta hæc ſcire non potuit. Quando-
quidem relati à nobis interpretes loquuntur, cùm geſta
non ſunt multùm antiqua.
Quartò & vltimò,illud non mediocriter confert,quòd
223 † renuntiatio intelligi debet ſecundùm renuntiantis in-
tentionem,nec vltrà operari ſolet,ita reſpondit Aret.cõ-
ſilio 56.column.2. verſicul.hanc concluſionem maximè
224 adiuuat,&c.Sic nec † renuntiatio præſumitur,quæ veri-
ſimilis non eſt,Decius conſilio 495.nu.19.20.quos ſequi-
tur Craue.conſilio 290.col.2.verſicu.tertiò renuntiatio.
Pariſ.conſilio 49.numero 40.lib.3. At hîc primò veriſi-
mile non eſt,ex hoc actu Ducem Sabaudiæ voluiſſe iuri
ſuo renuntiare, cùm ad ſui commodum ita conuentum
non fuerit eo anno 1407.ſed ad commodum d. Io.Iaco-
bi & Ioannæ eius vxoris ſuorúmque deſcendẽtium. Rur-
ſus vltra eorum intentionem operaretur, quæ fuit ſolùm
conſulere poſteritati Io. Iacobi,nõ autem debilitare,aut
penitus tollere iura ac pacta conuenta ipſorum Ducum
Sabaudiæ.
Non obſtant nunc in oppoſitum oddu cta, quibus ſic
ſatisfacio. Ad primum enim & ſecundum ſatis credimus
ex iam relatis ſatisfactum:quandoquidem nulla hîc facta
eſt iuris proprij renuntiatio,vt diximus.
Non obſtat tertium,in quo maius dubium verſari vi-
225 detur; cui tamen reſpondeo, ita demum inter † nobiles
donationem præſumi,cùm de re leui modicique præiu-
dicij agitur: ac ſecus ſi de graui.Sic intellexit Bartolus in
dicta l.vxori.§.vltimo.de legatis tertio. Nec alij diſſen-
tiunt.Rurſus procedit relata doctrina,quando aliquis a-
ctus eſt geſtus,qui in donationem ſonare poteſt, vt quã-
do nobis aliquid dedit ſimpliciter,nec cõſtat qua ex cau-
ſa dederit,an ex commodato,vel ex mutuo, vel ex dona-
tione;nam in dubio præſumitur donatio, quæ facilius in
nobili præſumitur,quàm in ignobili:vt declarat Bal.d.l.ſi
paterno.C.de neg.geſt.ſecus quãdo veriſimiliter is actus
alia ratione eſt factus,& aliam interpretationem recipit,
vt hîc.ita ſentit Iaſ.conſ.45.nu.3.in fin.lib.1.& verè arbi-
tror difficultatem hanc non magni eſſe ponderis

SEcunda eſt Sereniſsimi Sabaudiæ Ducis prætenſio.
Anno ſi quidem 1432. 13.Februarij conuentum fuit in-
ter Ioan.Iacobum Marchionem Montisferrati & Du
cem Amedeum,vt is Io.Iacobus pro benemeritis d.Ame
dei ei Marchiam donaret,quam deinde is Amedeus in feu
dum concederet Ioanni primogenito d.Ioan. Iacobi.
Quæ ſanè promiſsio re ipſa erat omninò obſeruãda,cùm
226 nihil magis viro bono cõueniat,quàm † datam fidem ob-
ſeruare,l.1.ff.de pactis.Hinc ſe ſeruaturum pacta dixit
Prætor.l.iuriſgentium.§.Prætor ait. ff.de pactis.id quod
magis Principibus,ac aliis conuenit.ca.1.de probatio.de-
bet enim Princeps vnam ſolam vocem,vnumque calamũ
habere,illúdque profiteri:Semel locutus eſt Deus, cuius
rei meminit Decius conſ.287.nu.8.& conſil.293.in fine.
Quo circa Bal.inter alios,con. 343.col.ij. verſi.ex iſta &c.
227 lib.1.reſpondit,† Principem grauius peccare fidem fran
gendo,quàm priuatum.cum Bal.idẽ cenſuit Rolã.à Val-
le conſi.1.numer.31.lib.1.quia alia permulta ſatis egregiè
congeſsit.& pulchre apud Tiraq.tract. de nobilitate,ca.
10.num.14.pulchrè admodum Zaſius conſi.10.nu.17.lib.
1.Hinc M.Tullius in primo officiorum,diuina ac propè
ſententia,promiſſa eſſe ſeruanda,monet:Quod affirmati-
uè quaſi Deo teſte promiſeris,ib ſeruãdum eſt.quod non
modò



228 modò in Principe ipſo promittente,verùm etiam † in il-
lius dignitatis ſucceſſore (in cæteris dubium non eſt) pro- *
cedit,quemadmodum in ſucceſſoribus Pontificis,vel im-
peratoris, qui,quanquam iure electionis altum illud ſo-
lium conſcendant, tenetur tamen factum ſui anteceſſo-
ris approbare, & ab eis promiſſa obſeruare, ſicuti poſt
Bald.Brunum & alios reſpondit Craue.conſi.241. nume.
17.verſicu.& præmiſſas,&c.& præter eum ita in ſucceſſo-
re dignitatis Marchionalis latè & egregiè reſpondit Iaſ. 235
conſilio 10.col.1.2.lib.3.qui multa adfert, quæ optimè ad
rem noſtram conferunt. Et in ſucceſſore dignitatis Du-
calis idem Iaſ.conſi.1.num.2.lib.1. quem eſt ſequutus Ioã.
Iaco.de Leonardis inter conſi.Bruni conſil.114.nu.198.&
in ſucceſſore Pontificis,idem Iaſ.conſ.86.col.5.lib.3.Ro
lã.à Valle conſi.1.num.42.43.li.2.Sic in Regis ſucceſſore
reſpondit Pariſ.conſ.2.nu.132.lib.4.Sic in ſucceſſore Du-
cis,Soc.Iun.conſi.60.num.18.29.lib.3. qui fortius voluit
procedere,quando is Dux cum eo cõtraxiſſet, qui vel &
ipſe Princeps eſt, vel Principis iura habet.Sic in ipſomet
Marchione Montisferrati Natta conſil.636.nu.13. libr.3.
idem in Ducis ſucceſſore conſi.122.num.3.lib.1. Sic & in
Comite & ſimilibus cenſuit Boerius q. 204. numero 42. 236
& alia nonnulla apud Tiraq. tracta.de iure primige.q. 35.
num.20.23.& Rebuſ.ſuper concordatis, titul.de collat.in
rub.vbi latè. *
Verùm huic prætenſioni plures obiiciuntur difficulta-
tes,quibus pro viribus ex ordine ſatiſfaciam.

PRima itaque difficultas obiicitur,conditionẽ,pactio- 237
némque iſtam ſui natura inefficacem videri, cùm ſit
ſimplex pactum nudum de donando,quod à Prætore
obſeruari non ſolet. Et quòd inefficax videatur multis
ſuadetur:&c.
229 Primò eorum authoritate,qui dixerũt,† pactum de do-
nando nullum ſpecialem effectum habere ab aliis, & exe-
cutionem non mereri,ita Imol.in l.in ædibus.§.1.ff.de do
na.Sali.in l.ſi quis argentum.§.vlt.C.eod.Alex.in l.iuriſ- 238
gẽtium,in princ.ff.de pactis. ſic alij, quos retulit Tiraq.
tract.de retractu conuentionali,ad fin.nu. 48.affirmarũt
aliud eſſe donare,aliud promittere donare.& promiſsio-
nem hanc de donando inefficacem eſſe reſpondit Rub.
conſi.29.nu.2. & clarius docuit Galliaula in rub.de verb.
230 oblig.num.114.115.Sic † in pacto de renuntiando, quod
à donationis pacto non differt, ex ſuprà relatis,poſt mul-
tos cenſuit Boe.q.3.colũ.1.Ita in pacto de infeudando re-
ſpondit Iaſ.conſi.24.col.8.in princi.lib.3.Sic in pacto de
vendendo,idem Iaſ.conſi.117.col.2.3.lib.1. Decius l.cùm
fundus.§.ſeruum tuum.nu.4.ff.ſi cer.pe.& Rui.conſi.79. 239
nu.2.lib.1.Ita in pacto de renouando emphyteuſim,Rui.
conſi.167.num.13.lib.1.Sic in pacto de inſtituendo,idem
Rui.conſi.9.nu.9.li.2. Ita demum in promiſsione de ce-
dendo,Rom.conſi.86.col.2.Dec.conſi.502.in fine. Alia
haberi poſſunt ex Tiraq.quem mox citauimus:aliqua ta-
men ex his præter eum adferre voluimus.
Secundò, confirmatur fortius opinio iſta, illorum au- 240
231 thoritate,qui affirmant nec † iuramẽto quidem pactum
hoc poſſe conſtabiliri;ita Imola in ca.cùm contingat,de
iureiur.Iaſ.in conſi.117.col.2.verſ.& pondero quòd.lib.1.
Tiraq.d.tract.de retract.conuentio.ad finem,nu.49.Ad- 241
do Boerium d.q.3.nu.8.
232 Tertiò præſuppoſito, † pactum hoc de donando vim
maximam habere,& actionem aliquã parere, vt verè per-
ſonalem producit,qua ad ita obſeruandum conueniri po
teſt,qui ſe facturum & donaturum promiſit, vt reſpondit
Angel.conſilio 184.in fin & conſilio 310.in fin.Rui. con-
ſilio 167.num.13.conſil.168.nume.9.libr.1.Iaſ.conſil.117.
colum.2.lib.1.Attamen noſtro hoc caſu præſcriptum illi
fuit ſpatio nedum 30.& 40. annorum,ſed & maiori, cùm
233 verè ſufficiat curſus annorum 30.† ad perſonalem hanc a-
ctionem tollendam.l. ſicut.l. omnes,C.de præſcript. 30.
vel 40.annorum.Angelus conſi.55.& clarè in noſtris ter-
minis Ruin.d.conſi.167.num.15.lib.1.dum loquitur in pa 242
cto de renouando emphyteuſim.Hæc me hæſitãtem red-
debant.
Re tamen ipſa diligentiſsimè perpenſa, contrariæ ſen-
tentiæ accedo,veriúſque arbitror,pactum de donãdo eſſe
efficax,& donationem re ipſa continere,idque multis de-
monſtratur.
Primò, authoritate multorum,qui affimarunt,pactum
234 † hoc de donando,donationem eſſe veram. ita Azo, O-
doffred.Bar.Bal.Angelus,Io.Faber, Fortunius Garzia, &
Chriſtophorus Portius,quos ſecutus eſt & * communem
eſſe ſententiam dixit Ripa lib.3.reſponſ.c.12.num.2. Qui-
bus accedit Socin.Sen.conſi.102.col.3.verſi.poſtremò.li.
3.Ru.&.conſ.29.col.2.idem ſenſit,& clarius Alciatus re-
ſpon.117.num.12.Cæteros ſciens prætereo.
Secundò,ex eo in hanc adducor ſenntentiam, quòd in
conuentione hac noſtra ſtipulatio adeſt ſolennis,ob quã
235 † pactum de actu aliquo peragendo corroboratur, & ſu-
ſtinetur,vt cenſuit Boer.q.3.numer.2.poſt Baldum, Ro-
man.& alios plures.Nec ab hac ſententia viſus eſt diſſen-
tire Alciatus d.reſpon.110.9.10.11.& clarius Bald. & Are.
in l.ſi fideiuſſor.§.meminiſſe,de lega.1.Soc.in l.ſi quis ar-
bitratu,num.27.in fi.de verb.obli.quos eſt ſequutus Gal-
liaul.in rub.de verb.oblig.nu.114.
Tertiò ſuffragatur, quòd promiſsio hæc ipſa geminata
fuit: nam is Io.Iacobus Marchio ſub anno 1434.12.Iulij.
ſcribendo Duci Sabaudiæ ſignificat, ſe hilari animo eam
cõuentionem acceptare ſuaſionibus præſertim Marchio-
nis Eſtenſis: & ſtatim ſuis literis ſummoperè Ducem Sa-
baudiæ rogat, vt quamprimum oratores vnà cum legiti-
236 mo mandato ad omnia peragenda mandet. † Pactum er-
go hoc ob geminationem efficax eſt,etſi ſui natura aliàs
fuiſſet inualidum.Ita Iaſ.in l.iuriſgentium.§.ſed cùm nul-
* la,nu.16.ff.de pactis. & * communem eſſe ſentẽtiam te-
ſtatur Alciatus in rub.de verbo.oblig.num.20.
Quarto, confert non mediocriter,quòd etiamſi con-
uentio hæc pactum nudum tantùm contineret, erat ta-
237 men, éſtque omnino inter † principes obſeruandũ.Quo-
niam ſi illi,tanquàm legis miniſtri,faciunt vt pactum nu-
dum inter priuatos ſeruetur,quemadmum docuit Alexã.
in l.iuriſgentium.§.ſed cùm culla, column.vltima. & ibi
Iaſ.numero 15.ff.de pactis,Galliaul.in rubric. de verborũ
obligation.numer.199.quãtò fortius ipſemet ſeruare pa-
ctum hoc debent; cùm ſola in Principe ſpectanda ſit ve-
ritas & æquitas.Et à fortiori in ſimili videmus; ea ratione
238 inter mercatores † pactum nudum effectualem actionem
parere;quia ſola æquitas & veritas inter eos ſpectatur. ita
clarè Iaſ.in l.iuriſgentium.§,ſed cùm nulla.numer.11.ff.
de pactis,Galliaul.in d.rubric.de verborum oblig.nume.
205.poſt Barto.in l.Quintus. & in l.fideiuſſor.§. quædam.
ff.manda.quibus addo Afflictum deciſio.399. numer.3.&
Tiraq.tract.de pœnis legum &c.cauſa 51.nu.142. vbi infi-
nita propè congeſsit.imò docuit Io. Baptiſta à S.Seue.in
l.omnes populi.nu.107.de iuſt.& iure.Principem debere
ſeruare ſimplex verbum.Fortius ergo dicẽdum eſt in pro-
miſsione ipſa.
239 Quintò ac vltimò accedit,† contractus Principum bo-
næfidei cenſeri,vt annotauit Baldus in titulo de pace Cõ-
ſtantiæ,verſicul. ſi qua verò.Iaſ.l.ciuitas. numero 8.ff.ſi
certum petatur.Ioan.Baptiſta à Sancto Seuerino d.l.om-
nes populi.num.107.in fi.de iuſti.& iure.Decius conſil.4.
nu.2.in fin.Neuizanus inter conſilia Brun.conſi.2. num.
27. Sequitur ergo,quòd etſi is contractus aliàs inefficax
240 foret, ſeruari tamen à † Principe debet, cùm proprium
ſit Principis,vt viri boni, culpam timere, vbi culpa etiam
non eſt.c.conſilium,de obſeruation.ieiunij. c.iuuenis de
ſponſa.ita in noſtris terminis argumentatur Alciatus. re-
241 ſpõ.117.numero 15.imò † cõtractus iſti vim legis habent.
vt docuit Iaſon d.l.ciuitas, numero 5.& Seuer.d.l.omnes
populi,numer. 108.Quibus accedunt Ruinus conſilio 99.
numero 11.12.lib.1.& Alciat.reſponſ.118.in fine. Quem-
admodũ ergo lex obſeruãda omninò eſt, ſic & cõtractus.
Nõ obſtãt in oppoſitũ adducta,quibus ex iã relatis ſatiſ-
factum eſt præſertim primo & ſecundo fundamẽto.Ter-
tiò autem ſic reſpõdeo,hic non agitur de ſola perſonali a-
ctione;quãdoquidẽ pactũ hoc effectũ habuit.Rurſus cõ-
cedamus non fuiſſe conſecutũ,ſed ſolam actionem pepe-
riſſe perſonalem, adhuc tamen præſcriptione ſublata non
eſt:cùm & titulus & fides bona,neceſſaria extrema ad præ
ſcribendum in ipſis Marchionibus non adfuerint. Titu-
242 lum † autem & bonam fidem fore neceſſariã, tradũt oẽs
in l.Cel.ff.de vſuca.& in c. vlti.de præſcrip.auth.malæfi-
dei.C.de long.tempo.præſcri.egregiè Soc.Iun.conſ.69.
nu.54.libr.1.qui reſpondit donationem à Principe malæ-
fidei poſſeſſore factam non transferre præſcribẽdi facul-
tatem.Ita diſſoluitur iſte nodus.

SEcunda eſt quæ obiicitur difficultas, nempè pacta iſta
fuiſſe illicita,& ob id non obſeruanda.Nam creditur
b. 4 fuiſſe

fuiſſe inita inter Ducem Amedeum & Io. Iacobum Mar-
chionem poſt graue bellũ inter ſe geſtum. Quocircà tur-
243 pem ob cauſam promiſſio facta dicitur, cùm † hoſti pro-
miſſum videatur. Sic argumentatur in ſpecie noſtri caſus
Socin. Iun. conſ. 77. nu. 31. 32. 42. lib. 1. & Alciatus reſponſ.
244 162. nume. 8. Datum enim, vt quis † ab illicitis ſeſe ab-
ſtineat, turpem ob cauſam datum dicitur, quare repeti-
tioni locus eſt. l. 2. ff. de cond. ob turpem cauſam. Quin is
turpiter accipere dicitur, qui accipit, vt quid præſtet,
quod gratis pręſtare tenebaturr: ita Iaſ. in l. 1. in prin. nu. 1.
ff. de condi. ob turpem cauſ. quem citauit Soci. Cùm er-
go ob cauſam belli iniuſti conuentum ſic fuerit, nullius
momenti cõuentio eſt. Quòd autem bellum eſſet iniuſtũ
ex eo detegitur, quia Dux Sabaudiæ ſine iuſtã cauſa & Cę
ſare inconſulto Marchioni bellũ indixerat: & tamen cer-
245 ti iuris eſt, duo hæc ſaltem concurrere debere, vt † bel-
lum iuſtum dici poſsit: iuſta ſcilicet cauſa, & Imperatoris
* conſenſus, vt * crebrius noſtri affirmarunt in l. 1. in prin.
vbi Ripa nu. 69. ff. de acquir. poſſeſ. & in ſpecie noſtri ca-
ſus, etſi mutatis aliquantulum nominibus, ita reſpondit
Aretinus cõſi. 14. nu. 6. Nec diſſentit Decius cõſi. 691. nu-
mer. 3. & egregiè reſpondit Iaſ. conſ. 60. nu. 1. libr. 1. Mar-
chionẽ Saluciarum nõ acquiſiſſe Caſtrũ Mulazani in bel-
lo captum domini Fariani, aduerſus quos ſine Imperato-
ris autoritate bellum geſſerat, etiam ad iniuriam propul-
ſandam. Ex quibus & illud ſequitur in dubio, vbi de Im-
246 peratoris † authoritate non conſtat, bellum præſumi in-
iuſtum, vt poſt Bald. & alios reſpondit Aret. d. conſil. 14.
nu. 7. à quo nec diſſentit Dec. conſ. 691. nu. 3. 4. Nec eſt, ꝙ
obiiciatur ea die conuentionis & pacti initi, inter ſe fuiſ-
ſe reconciliatos hos principes, quia ex Soc. Iun. d. conſil.
247 77. nu. 42. reſpõderi poteſt, idẽ † iudicari de nouiter re-
cõciliato ac de ipſomet inimico, cũ recõciliatus ita à te-
ſtimonio repellatur, vt ipſemet inimicus, ca. accuſatores,
il. 1. 3. q. 2. Abb. & Feli. in c. cùm oporteat. de accuſa. Ad-
do Roma. ſing. 315. & latiſſimè multorum authoritatibus
Tiraq. tracta. quòd ceſſante cauſa ceſſet effectus, limit. 16.
num. 7. ex ibi nu. 8. ex M. Tul. ac diuo Hier. oſtendit, quã-
tum ſit reconciliatis deferendum. Tiraq. addo Alciatum
tract. præſum. regu. 3. præſump. 11. & reſponſo 450. nu. 27.
Crau. conſ. 9. nu. 6. verſ. nec obſtat, & conſ. 73. nu. 13. Ripã
c. 1. nu. 17. de iud. & Didacum Couarr. libr. practica. quæ-
ſtio. cap. 18. nu. 3.
Verùm fortiſsimo huic obici reſponderi multis modis
poteſt. Reſpondeo itaque primò, vnũ ex latere Marchio-
nis præſupponi, quod tamen ab eo verum non demõſtra-
248 tur, vt opus omninò eſt, † bellum ſcilicet à Duce Sabau-
diæ fuiſſe indictum, ſicque Ducem Sabaudiæ in legem
commiſiſſe, quod, vt delictum, non præſumitur. l. meritò.
ff. pro ſocio, & latè tradunt Decius conſi. 189. nu. 5. Alcia.
tract. præſump. reg. 2. præſum. 21. & reg. 3. præſum. 1. & la-
tiſſime Craue. conſi. 151. nu. 18. & conſi. 244. col. vlti. De-
buit ergo Marchio hoc, relata ratione, probare: tum etiã,
249 quia eſt † qualitas fundatiua intentionis, quæ ab eo eſt
probanda, qui eam deducit l. pen. §. docere. ff. ne quis eũ
&c. l. ait Prætor: §. docere. ff. vi bono. rapt. l. non ignorat.
C. qui accuſ. non poſ. Bal. conſi. 447. ad euidentiam, col. 1.
lib. 5. Cur. Iun. conſ. 124. nu. 11. Pariſ. conſ. 17. nu. 18. libr. 1.
Craue. conſi. 225. numer. 3. cæteros ſciens prætereo. Cùm
ergo qualitas hæc probata non fuerit, ſequitur non præ-
ſumi bellũ à Duce Sabaudiæ indictum, ſed potius à Mar-
chione prouocatum, & coactè potius, quàm ſponte bellũ
geſsiſſe.
Reſpondetur ſecundò, relatam reſponſionem confir-
250 mando, verè † Ducem Sabaudiæ non fuiſſe in cauſa illius
belli, qui omni dolo & culpa carebat: id quod teſtimonio
ipſius Io. Iacobi Marchionis probatur. Is enim (vt in An
nalibus illius ætatis ſcriptũ reliquit Benuenutus ille à S.
Georgio) bellum gerebat cõtra Philippum Sfortiam Me
diolani Ducem, d. Amedei Ducis Sabaudiæ generum, nõ
autem contra ipſum Ducem Sabaudiæ d. Marchionis ſo-
roriũ. Quod clarè præſupponit Benuenutus, dum ſubii-
cit, Ducem Amedeum ipſi Marchioni Ioan. Iacobo ob-
tuliſſe, vel bellum, vel pacem, & Io. Iacobũ pacem acce-
ptaſſe. Si ergo eo temporis momento, quo bellum obla-
tũ fuit, is Io. Iacobus pacẽ acceptauit, ſequitur ante obla-
tionis tẽpus nullũ inter eos fuiſſe bellum. Quæ ſanè conſi
deratio diluit fundamentũ Alciati reſponſo 162. num. 9.
dũ ſcriptum reliquit, à Duce Sabaudiæ literas belli indi-
ctiuas fuiſſe datas. Hæ enim literæ propriè belli nuntia-
toriæ dici non poſſunt, ſed ea ratione tranſmiſſæ ad per-
ſcrutandũ ipſius Marchionis animum. Nec me mouet; ꝙ
tradidit idẽ Bẽuenutus, Io. Iacobũ pacis conditionẽ me-
tu acceptaſſe, quia non infertur ex hoc, geſtũ antea fuiſſe
bellũ, imò minus veriſimilia ſcripſit Benuenutus, dũ dixit
Marchionẽ pertinuiſſe maximas vires Ducis. Qua enim
ratione potuit timere, cùm ipſe Marchio à Venetis potẽ-
tiſsimis (vt mox ſubiiciemus) adiuuaretur? Accedit verè
Amedeũ eo tẽpore Io. Iacobo fuiſſe amicum (quidquid
ſcriptũ reliquerit Bẽuenutus.) Nã extant literæ ipſius Io.
Iacobi ad Amedeũ ſub anno 1431. 14. Septembris, quibus
rogat Amedeũ, vt illi in auxiliũ ſit, nec eius patiatur inte-
ritũ ac ruinã; ſubiiciẽs ſe ac Marchiã ipſi Amedeo. Et fa-
tetur ipſe Bẽuenutus Amedei opera pacẽ initã fuiſſe inter
ipſum Io. Iacobũ Marchionẽ, & Philippũ Mediolani Du
cẽ. Hoc fortius ac clarius cõprobatur, quia anno 1431. 18.
Decẽbris Dux Mediolani & Sabaudiæ fœdera inierũt, di
ctũq; in illis fœderibus fuit: Neceſſũ ipſis Ducib. fore, bel
lũ d. Io. Iacobo Marchioni ex Cæſaris mãdato indicere.
Cõſtat ergo ante tẽpus illud, Ducẽ Sabaudiæ nullũ bellũ
cõtra d. Io. Iacobũ geſsiſſe, nec etiã poſt, quia à die 18. De-
cẽbris 1431. ad diẽ 13. Februarij 1432. qua die is Io. Iacobus
promiſit donare Marchiã hanc Mõtisferrati ipſi Duci Sa
baudiæ, nõ interceſſerunt duo mẽſes. Quib. intelligimus,
verba illa narratiua dicti inſtrumenti, narrantia bellum
inter duces Mediolani & Sabaudiæ aduerſus Marchionẽ,
ac oppida & loca in eo bello capta, referẽda eſſe ad per-
ſonam Ducis Mediolani principaliter, non Ducis Sa-
baudiæ.
251 Reſpondetur tertiò, Ducem Sabaudiæ tunc † temporis
habuiſſe iura Imperij, vt multis Imperatorum priuilegiis
probatur. Quò fit, vt quemadmodum cætera imperij iu-
ra exercere potuit, ſic & bellum indicere, vbi ab eo fuiſ-
ſet indictum. ita reſpondit Oldradus conſil. 70. & docuit
Bar. in l. hoſtes, in fine. ff. de ca. & poſtlim. reuer. & doctè
admodũ ac egregiè ſcripſit clariſsimus conſultiſsimúſq;
vir, Sereniſsimi EMMANVELIS Philiberti Ducis
Sabaudiæ à ſecretis cõſiliarius, Petrinus Bellus in elegãti
trac. de bello, parte 1. tit. 5. nu. 1. 3. Et eiuſdem fuit ſentẽtiæ
Iulius Ferretus in tract. de iuſto & iniuſto bello. nu. 8. &
egregiè Didacus. Couarr. in c. peccatum, parte. 2. §. 9. nu.
1. 2. de regu. iuris in 6. nec diſſentit Sigiſmundus inter cõ-
ſilia feudalia cõſi. 45. nu. 3. & in claris noſtris terminis ad-
duco Ange. conſi. 367. In quæſtione vertente. col. 3. verſi.
tertiò ꝙ licet, vbi cõſuluit Angelus licuiſſe Theodoro &
Gulielmo Marchionibus Montisferrati incõſulto Cæſa-
re bellũ indicere Principibus Achaiæ pro recuperatione
Ciuitatis Montis Regalis. Hãc ſententiã probãt & ſacræ
Theologiæ Doctores, vt eruditus Alphõſus à Caſtra in
cõmẽtariis de iuſta hæret. punitione, li. 2. c. 14. qui in ſpe-
cie ait Marchiones Montisferrati ſuo iure bellũ indicere
poſſe. idẽ ergo dicendum eſt in Sereniſs. Ducis Sabaudię.
252 Nec aduerſatur quod docuit † Bal. in l. 2. col. 12. ver. itẽ
nota quòd &c. C. de ſeruit. & aqua. illum non poſſe cõtra
non ſubditum bellum indicere, ſi eum coram ſe cõuenire
non põt. Cùm ergo Dux Sabaudiæ corã ſe non potuiſſet
Marchionẽ conuenire, ſequitur, nec illi potuiſſe bellũ in-
dicere. prius ergo Dux Sabaudiæ tenebatur Cæſarem adi
re, & coram ea aduerſus Marchionẽ experiri. Nã reſpon-
253 deo, Baldum loqui, quando † bellum indicitur contra re-
cognoſcentem ſuperiorem de iure & de facto, ita vt con-
querenti locus ſit ſuperiorem adire, & cum aduerſario
experiri. ita cum Baldo ſenſit Oldradus d. conſilio 70. in
fine. & clarius Conſultiſsimus Petrinus Bellus d. titulo 5.
numero 6. His addo Riminald. conſilio 81. numer. 13. lib.
1. Sed in caſu noſtro res non ita ſe habet: quoniã is Mar-
chio iura Imperij ſe habere prætendit, id quod à Iaſ. con-
ſil. 235. col. 1. lib. 2. & à Rolan. à Valle tract. de lucro dotis.
q. 3. in fine affirmatur, & de facto tunc tẽporis ipſum Cæ
ſarem contemnebat, cùm inito cum Venetis fœdere illi
aduerſaretur, vt mox retuli, & ſubiiciam ſtatim. Quo er-
go iure Duci Sabaudiæ conſultũ fuiſſet, ſi Cæſarem adi-
uiſſet? nullo certè; iuſtè ergo egit, ſi illi bellum indixit.
Cõſtat ergo ex hoc capite bellum fuiſſe licitum, id quod
& aliis infrà ſtatim, confirmabimus. Quòd autẽ iuſta cau-
ſa gerendi bellum aduerſus Ioan. Iacobum Marchionem
adfuerit, ex eo demonſtratur, quia is Marchio Cæſari ad-
254 uerſabatur, quæ ſanè † cauſa iuſta eſt, vt illi iure bellum
indici potuerit. ſic ſcripſit Didacus. dicto capi. peccatum.
§. 9. nume. 4. verſicu. tertia proponitur. de regul. iuris. in
6. Quòd



6. Quòd autem ipſe Marchio non ſolùm ipſi Imperatori
aduerſatur, verùm etiam cum Venetis tũc Imperij inimi-
cis fœdera percuſſiſſet, Benuenutus in ſæpius citatis Anna
libus ſcriptum reliquit, qui & illud teſtatur, Venetos vali
diſſimum comparaſſe exercitum hortatu & ſuaſionibus
ipſius Marchionis, & oppida, loca ac Caſtra Ducis Medio
lani inuadere, & occupare cœpiſſe. Sic etiam illius ætatis
ſcriptores teſtantur, inter quos probatæ fidei Platina eſt,
qui in vitis Pontificum in vita Eugenij iiij. ſcripſit, Vene
tos poſt à ſe ſuperatam Philippi claſſem in litore Genu-
enſi, eum bello terreſtri vnà cum Florentinis aggreſſos
fuiſſe. Non ergo mirum ſi Veneti Imperij hoſtes eſſent,
quoniam Philippum Imperij vaſallum vexabant, & cuius
Philippi precibus Sigiſmundus Imperator cum validiſſi-
mo exercitu in Italiam venerat, vt teſtatur M. Antonius
Sabellicus in Aeneade. 10. li. 2. Quamquàm Blondus li. 1.
Decadis tertiæ, ſcriptum reliquerit, Sigiſmundum con-
tra Philippum & Venetos, qui ea ſuſpicione & timore cõ
pulſi fœdus percuſſerant, exercitum cõparaſſe. Quare nec
falsò, nec fictè in fœderibus initis anno 1431. 18. Decem-
bris inter Duces Sabaudiæ & Mediolani dictum natum-
que fuit per Oratores ipſorum Ducum, ex Cæſaris iuſſu
bellum eſſe Marchioni Io. Iacobo indicendum, eò quia
ipſi Marchioni fuerat à Cæſare Imperatum, vt quampri-
mùm à Venetorum ſocietate recederet, Marchionemque
id exequi recuſaſſe; quinimò noua quotidie moliri.
Reſpondetur quartò, ex conſuetudine ſeu longa illius
præſertim ætatis obſeruantia, Italiæ Principes conſueuiſ-
ſe bellum, Cæſare inconſulto, inter ſe indicere ac gerere.
id quod multis exemplis declaratur, præſertim authorita-
255 te illius Benuenuti, cuius † fidem, cum non ſemel proba-
uerint, improbare amplius non poterunt aduerſarij. l. ſi
quis teſtibus. C. de teſtib. & clarè Craue. conſ. 188. nu. 5. &
in trac. de antiq. temp. ſexta particula primæ partis nu. 29.
30. clarè Soc. Iun. conſi. 178. in fi. li. 2. Boerius. q. 245. nu. 2.
3. id quod in alia cauſa, aliiſque perſonis locum etiam ſibi
vindicare docuit Iaſ. in l. 1. §. editiones, nu. 15. ff. de eden. Is
256 ergo Benuenutus † ſcriptum reliquit in Annalibus anno
1278. 21. Decembris, Gulielmum Marchionem Montisfer
rati, ſola authoritate Populi Mediolanenſis aduerſus Tur
rianos bellum geſſiſſe, eoſque ex vrbe expuliſſe, deinde
pacem iniiſſe. Anno 1281. ſcribit ille, Gulielmũ bellũ cõ-
tra Papienſes mouiſſe, & tandem cum eis pacem compo-
ſuiſſe. Anno 1290. Gulielmum hunc Amedeo Sabaudiæ
Comiti bellum indixiſſe. Anno 1302. Mediolanẽſes ſua
ſpontè Nouarienſes ad bellum prouocaſſe. Anno 1306.
Theodorum primum Palæologum Philippo Achaiæ prin
cipi bellum indixiſſe. imò ex literis Ioannis Primi Palæo
logi ſub anno 1341. 8. Decembris, probatur, eũ bellum mo
uiſſe contra Iacobum Achaiæ Principem, eo quia defi-
ciebat in obſeruatione laudi inter eos prolati à Comite
Sabaudiæ. Anno deinde 1369. teſtatur Benuenutus, quòd
Ioannes Palæologus aduerſus Galeacium Mediolani Du-
cem bellum mouit. idem Benuenutus ſcribit anno 1372.
Bernabouem Vicecomitem bellum indixiſſe Amedeo Sa
baudiæ Comiti. Sic ex actis iudiciariis publiciſque pro-
batur anno 1409. Marchionem Mõtisferrati pacem iniiſſe
cum Principibus Achaiæ ob bellum, quod iamdiu inter
ſe geſſerant. Anno 1433. Philippus Mediolani Dux, pace
cum Venetis, & Marchione Montisferrati inita, Nicolao
Fortebrachio Duce, aduerſus Eugenium Quartum Pon-
tificem Maximum, (vt in illius vita ſcripſit Platina) bellũ
indixit. ita quoque Blõdus Foroiul. ſcripſit lib. 1. Decadis
tertiæ, Philippum aduerſus Caprimum Fundulum Cre-
monæ occupatorẽ, ac mox aduerſus Venetos bellum ſuſ-
cepiſſe, Sigiſmundo Imperante. Et paulò poſt Philippum
ipſum in Sueuos & Genuenſes arma mouiſſe. Quæ ſanè ob
ſeruatio, etiam ſi iure non eſſet recipienda probandáque,
257 attamen iuſtam † excuſationem præſtat; vt iniquè actum
dici minimè poſſit. ita tradit Franciſcus Creme. ſing. 149.
Mos puerorum. &c. dum inquit, malam illam conſuetudi
nem, qua permiſſum eſt pueris, vt lapidibus certent, eum
excuſare, qui alterum interfecit. Sic in eo, qui ex conſuetu-
dine, cum altero colluctando eum interfecit, vt à pœna
excuſetur, Decius conſi. 9. nu. 4. Sic in eo qui ex conſuetu-
dine ſcribit. quòd non exiſtente cõſuetudine falſum eſſet,
vt excuſetur, conſuluit Decius conſ. 175. verſ. tertiò hoc i-
dem. & conſuetudinem excuſare. tradit idem Decius cõſ.
197. col. 2. in princ. Sic ob cõſuetudinem à furto aliquem
excuſari, egregiè reſpondit Rui. conſi. 143. nu. 27. lib. 5.
alios plures caſus ſciens prætereo, qui videri poterunt a-
pud Ancha. conſi. 283. Iure ſtricto, &c. Cæpolam in con-
ſiliis criminalibus conſil. 30. & conſi. 3. Barba. conſi. 29.
col. pen. lib. 2.
Reſpondetur vltimò, Io. Iacobum Marchionem poſt
promiſſionem illam de donando, non ſolùm non fuiſſe
conqueſtum, ſe illicita de cauſa, belli ſ. promiſiſſe, verùm
etiam expreſsè ratum habuit. Anno ſiquidem 1434. 12. Iu-
lij literas dedit Duci Sabaudiæ, quibus ſignificabat, ſe ad-
modùm contentari promiſiſſe, eamque donationem fe-
ciſſe; Ducem ipſum Sabaudiæ rogans, vt Marchiam in feu
dum concedat ac conceſſam confirmet. Non ergo oſten-
dit is Marchio, ſe ob cauſam iniuſtam donaſſe. Nec veriſi-
mile eſt, quòd ſi ex cauſa iniuſta promiſiſſet & donaſſet,
quin conqueſtus ſaltem fuiſſet apud Sereniſſimum Vene-
torum dominium, cuius opera ac auxilio (vt teſtantur Pla
tina in vita Eugenij iiij. & M. Antonius Sabellicus lib. 10.
Aeneadis decimę) propriam Marchiam, è qua vi maxima
Philippi iam deiectus, conſecutus fuerat. Tanta enim erat
Venetorum vis & potentia, vt facilè eis fuiſſe, ipſum Io.
Iacobum tueri ab ipſo Duce Sabaudiæ. Veriſimiliter quo
que apud Imperatorem, cuius ſe vaſallum faciebat, con-
258 queſtus fuiſſet. Cùm ergo cauſa belli † veriſimiliter in cau
ſa promiſſionis non fuerit, ſequitur hoc falſum eſſe, aut fal
ſi ſpeciem habere, iuxta ſententiam Baldi in l. 1. col. 4. C.
de ſeruis fug. Iaſ. l. ſi extraneus. nu. 8. ff. de cond. cauſa dat.
Decius cõſi. 644. nu. 6. latiſſimimè Tiraq. in l. ſi vnquam,
in præfatione nu. 37. C. de reuoc. dona. illi addo Craue.
conſi. 75. nu. 14. conſi. 134. nu. 36. & conſ. 249. nu. 7. 8. & a-
libi ſæpe. His ſatis ſuperque intelligimus, ſecundam præ-
tenſionem Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ in hac Marchia
Montisferrati iure defendi poſſe. Cætera nunc proſequa-
mur.

Tertia eſt Sereniſſimi Sabaudiæ Ducis in Marchia Mõ
tisferrati prætenſio, quam ſub anno 1435. 27. Ianuarij
ex laudo Arbitrorum conſecutus eſt. Quod ſanè lau-
dum ea ratione fuit prolatum, quia poſt pacta illa de do-
nando, inita inter Marchionem Io. Iacobum & Amedeũ
Ducẽ, illa obſeruare Marchio recuſare videbatur. Et quò
res clariſsimè intelligatur, referam quod in Annalibus ho
rum Marchionum ſcriptum reliquit is Benuenutus à S.
Georgio, quanquam & is in multis errauerit, vt ſtatim in-
telligemus. Is ergo ſcribit, ſub anno 1431. vſque ad annum
1435. & 36. quòd poſteaquam Duci Sabaudiæ Marchio Io.
Iacobus pro ſuæ Marchiæ tutela & conſeruatione, eã Mar
chiam vltra Padum & Duriam ac cætera loca, quæ à Duce
Mediolani capta fuerant, ſubmiſit, non perpetuò, per qua
driennium tantùm (id quod falſum eſſe ipſæ conuentio-
nes teſtantur, quas cum non viderit is Benuenutus, aliquas
initas fuiſſe negauit) Ducem Sabaudiæ in locis his omnib.
milites præſidij gratia, & Magiſtratus iuſtitiæ adminiſtrã-
dæ cauſa tranſmiſiſſe, interimque Ducem Sabaudiæ vſum
non leui diligentia fuiſſe, vt pacem iniret Dux Mediolani
cum Marchione ipſo. Quæ quidem pax (vt ille ſcribit) an-
no 1433. percuſſa fuit (etſi exiſtimem ipſe ante annum hũc
1433. fuiſſe initam) & Dux Mediolani loca omnia in bello
Marchioni capta reſtituit. Rogauit Marchio per ſuos Ora
tores Ducem Sabaudiæ, vt & ipſe pariter omnia, quæ ſua
erant, reſtitueret. Reſpondit Dux ſe omnia reſtituere pa-
ratum eſſe, ſi modò iam conuenta obſeruare & ipſe vellet,
& ei, quæ in eius commodum, Marchiæque ſuæ defenſio-
nem impenderat, reſtitueret. His reſponderunt Marchio-
nis Oratores, nihil conuentum fuiſſe, de eiſq; non conſta-
re: impenſa verò cum perceptis reditibus fore compenſan
da, imò dixerunt reditus impenſa exceſſiſſe, quare re infe-
cta receſſerunt oratores. Paucis deinde interpoſitis dieb.
cùm Nicolaus Eſtenſis Marchio domum, è Diui Antonij
Viennenſis peregrinatione, quam ſuſceperat, vt emiſſa vo-
ta ſolueret, reuerteretur, iterque per Pedemontium regi-
onem faceret, Ducem Sabaudię viſitauit, à quo tandem
fuit rogatus, vt ſi futurum cõtingeret, ſe iter facturum per
regionem Montisferrati, & Io. Iacobum Marchionem in
uiſeret. ei ſuo nomine diceret ſe illi Marchiæ loca reſtitu-
turum, ſi modo ei fidelitatem pro locis illis vltra Padum
& Duriam iuraret. Hoc nuntio accepto Io. Iacobus Ame-
deo Sabaudiæ Duci reſpondit, ſe contentari, & quampri-
mùm ſe tranſmiſſurum Oratores, vt omnia exequerentur.
Quod re ipſa pręſtitiſſe dicitur Marchio cùm Ioannem fi-
lium Taurinum tranſmiſerit, qui poſt peracta feſta Nata
litia à Ludouico Pedemontium Principe dicti Amedei
filio

filio detentus dicitur,&carcere in caſtro Tauri i incluſus,
è quo, vt egrederetur. Philippus Maria Dux Mediolani
Oratores tranſmiſit.Horum opera factum eſt, vt in eos
compromitterent Dux Sabaudiæ & Marchio Ioan. Iaco-
bus,etſi Benuenutus ſcribat in Ducem Mediolani com-
promiſsũ fuiſſe,quod ex ſententia laudi detegitur falſum.
Arbitri ergo ſub eo anno 1435.27.Ianuarij,laudum protu-
lerunt,quo pronuntiatum fuit,Marchionem debere obſer
uare contenta in capitulis & alia nonnulla,quæ referre o-
pus non eſt laudo,vt pareret is Ioã. Iacobus Marchio,vnà
cũ Ioanne filio eadẽ die 27. Ianuarij,aſsociati ab Orato-
ribus Ducis Mediolani,ac fratre Bartholomæo de Proua-
nis,præceptore ſeu abbate Sancti Antonij loci Clauaſij,
Marco Carreto ex Marchionibus Sauonæ, Henrieto, &
Secundo de vouate Iureconſultis eiuſqu. conſiliarijs, &
Ludouico Ticiono dicti Marchionis præcipuo Secreta-
rio,præmiſsa proteſtatione ſe eſſe in plena & libera pote-
ſtate ſtandi & eundi &c.donauit,dedit acceſſit,tam intui-
tu beneficiorum à Duce Sabaudiæ acceptorum , quàm ex
cauſa dicti laudi,& quia ſic ei facere placuit , Duci Sabau-
diæ abſenti,præſente tamen Ludouico Principe, Ducis
eius patris nomine ſtipulante, & notario pariter donauit
loca Clauaſij,Vlpiani,Septimi, &c. & omnia alia poſita
vltra Padum & Duriam.Item & ciuitatem Aquis, & alia
nonnulla capta à Duce Mediolani, ipſi Marchioni tandẽ
reſtituta.Qua donatione facta,is Princeps Ludouicus,Du
cis Amedei patris nomine, in feudum loca relata omnia
eadem die conceſſit Ioanni,d.Ioan.Iacobi Marchionis fi-
lio,exceptis locis Clauaſij,Septimi & Eugeniæ, & alijs
nonnullis,quæ ex induſtria prætermitto,cum in claris do-
cumentis legi poſſint.Hanc donationem & infeudationẽ
approbarunt non ſemel Io.Iaco.illiusque filij omnes, nõ
tam ſtatim,quàm per multa temporum interualla. Nam
(vt à prima ratihabitione incipiam)die 9. Februarij eiuſ-
dem anni 1435.cùm Io.Iaco.&Ioannes domum eſſent re-
uerſi,& in loco tuto poſiti,hoc eſt, in ciuitate Caſalis S.
Euaſij,is Ioannes literas dedit Duci Sabaudiæ , quibus ſi-
gnificabat,ſibi admodum placuiſſe,quæ geſta fuerunt in-
ter Io.Iacobum eius patrem,& Ludouicum Principem,
promittens ſe omnia adimpleturum.Sic eodẽ menſe ſub
die 13.is Ioannes cum conſenſu Io.Iacobi eius patris pro-
curatorem conſtituit Ioan. Matthæum Coconatum, ad
hoc vt compelleret incolas vltra Padum & in locis Cana
pixij,alijsque,& quoſdam Comites ad iurandum fidelita-
tem ipſi Duci Sabaudiæ.Quin ipſe Io.Iaco. & Ioannes li-
teras dederunt relatis ſubditis.quibus eis imperabant, vt
iuramentum fidelitatis Duci Sabaudiæ præſtarent.Sic idẽ
præſtitit Marchio iſte eo anno ſub die 20.& die 27. Mar-
tij,cùm plures literas alijs vaſallis ſuis eadem de cauſa de-
dit.Ita etiam eodem anno,die 9.Aprilis,eadem de cauſa
alias literas is Marchio ſuis ſubditis dedit.Et 24.Maij a-
lias ſcripſit.Quin tandem is Io.Iacobus Marchio eodem
anno 14.Aprilis ſuis literis Duci Sabaudiæ ſignificauit,
ſuos procuratores executioni omnia pro conuentionum
obſeruatione mandaſſe,ſicque illius ſubditos & incolas lo
corum ipſi Duci donatorum ipſis procuratoribus Ducis
nomine fidelitatem iuraſſe.Accedit, quòd anno 1436. die
12.Iunij,aliqua inter ſe inierunt fœdera Marchio Io. Iaco
bus & Dux Sabaudiæ,in quibus affirmarunt,ſe nolle rece-
dere ab his,quæ acta fuerunt inter eos anno ſuperiore de
menſe Ianuarij.Et eodem anno 1436.11. Decembris has
conuentiones,donationes & infeudationis ratum habue-
runt cæteri Io.Iacobi Marchionis filij,Gulielmus ſcilicèt,
Bonifacius & Theodorus,qua etiam die 11. Decemb. in
alio publico documento ipſe Io.Iacobus, treſque illius
filij, videlicèt Gulielmus,Bonifacius & Theodorus atte-
ſtati ſunt,ita pro bono pacis conueniſſe cum Duce Sabau
diæ,& ob id ſe illa omnia ex certa ſcientia ratificare. Sic
anno 1440.26.Nouemb.Io.Iaco.Marchio conſtituit pro
curatores Secundinum,Nattam & Euſebium de Blanza-
te,vt Ludouicum tunc Ducem Sabaudiæ adirent,& cum
eo ſuoque prædeceſſore conuenta eo anno 1437.27.Ianua
rij confirmarent.Sic eo anno ſub 4.Decemb . Ioannes,d.
Io.Iacobi filius, d. Secundinum & Euſebium conſtituit
ſpãles procuratoris ad iurãdũ fidelitatẽ d.Ludouico Du
ci,& ad ſuſpiendũ feudalẽ inueſtiturã pro locis illis Duci
donatis,& ipſi Ioanni in feudum conceſſis, d.anno 1435.
27.Ianuarij.Quam ſanè fidelitatem iurarunt, & inueſti-
turam ſuſceperunt dicti procuratores anno 1441. 19. Ia-
nuarij.Quæ quidẽ omnia is deinde Ioãnes ratum habuit
eodem anno 12.Aprilis.promiſitque ſe ea omnia inuiola-
biliter obſeruaturum.Sic tandem anno 1445.28. Octob.
Ioannes tunc Montisferrati effectus Marchio,referẽs ge-
ſta omnia elapſis annis,præſertim anni 1435.27. Ianuarij,
& ſuſceptam inueſtituram fidelitatémque præſtitam Du
ci,Sabaudiæ per Secundinum & Euſebium eius Oratores,
& alia plura,quorum ſe plenam ac certam habere ſcientiã
profeſſus eſt,expreſsè ratificauit,& ſuo iuramento ſe illa
omnia obſeruaturum affirmauit.Ex quibus ſatis ſupérq;
intelligimus,donationem hanc,& ſubſecutam infeuda-
tionem iure defendi. Quandoquidem in ea duo concur-
runt, quæ præcipua eſſe ſolent in vnius actus firmitate,
259 † voluntas ſ.& poteſtas:iuxta notab.glo.in l.ſi filiæ,in gl.
1.C.de don.ante nuptias.in l.omne verbum,in verbo vo-
luntas.C.communia de lega.& tradunt egregiè Bald.in
c. cùm ſuper Abbatia,vbi etiam gl.de offi.deleg.ex Boe-
tij authoritate.& Bald.conſi.326.Rex Romanorum,col.
2.lib.1.ſcripſit,voluntatem cum poteſtate & debito mo-
do actum canonizare.& eum retulit Crau.de antiq.tem-
po.j.par.prin. quarta part.num.52.Soc.Iun.conſi.72. nu.
13.lib.1.conſ.183.nu.13.lib.2.& conſi.95.nu.4.lib.3. Bald.
tamen in l.cùm teſtamẽtum.C.de iuris & facti igno. quẽ
eſt ſequutus Afflictus Neapolitanus deciſ.305.nu.7.& Ne
uizanus inter conſi.Bruni conſi.12.nu.6.ex Ariſtotelis au
thoritate,docuit,tria in quouis actu humano perficiendo
requiri,ſcientiam,voluntatem, & poteſtatem, quæ in quã
omnia, & hic concurrere videmus. Concurrit enim pri-
mò ſcientia,cùm non ſemel cognouerint Marchiones hi
Ioan.Iaco.Ioannes,& cæteri, quid agerent.Siquidem ex
260 † certa ſciẽtia,ſe hæc omnia peregiſſe teſtati fuerũt. Quæ
clauſula ex certa ſcientia, eum operatur effectum, vt ni-
hil in dubiũ refricari poſsit.Nec enim vel dolus, vel er-
ror allegari poteſt,l. cùm donationis.C.de tranſac.Bal.l.
2.q.7.C.de reſcind.vend.Bart.in l.vlt.§.idem quæſiit.de
cõd.indeb. Cur.Sen.cõſ.44.ſuper cõtingeatia facti.col.
261 10.& clauſulam hanc omnem errorem & ignorantiã ex-
cludere,ſcribit Bar.Bal.& Ange.in l.ſed & ſi quis.§.vlti.
ff.ſi quis cautio.pulchre Bald.in l.mater,colũ.4.C.de rei
vind.Curt.Sen.conſ.49.Memoriæ recolendæ,col.12.De-
cius conſ.60.in fi.Concurrit & ſecundò voluntas: quan-
doquidem iam videmus ex eorum voluntate prolatũ lau-
dum,donationem factam,infeudationem ſubſecutã, in-
ueſtituras ſæpius conceſſas , tot & tantas ratihabitiones
verbis & factis ſubſecutas,quæ verè animũ Ioã.Iacobi ac
filiorum ita clarum & apertum demonſtrarunt, vt tergi-
262 uerſari minimè poſsit.Nã dubium non eſt † verba homi
nis voluntatem patefacere, cùm verę ſint paſſionũ notæ:
vt probat tex.in l.Labeo.§.idẽ Tubero.ff.de ſuppel. leg.
Nec credimus hominem velle,niſi quod dicit.l.liberto.
§.pen.ff.de ann.leg.& ideo lingua dicitur cordis nuntia,
vt egregiè ſcripſit Corſetus ſing.in verbo, Prorogatio di
lationis.in fi.Deci.l.ſemper in ſtipulationib.nu.4.de reg.
iur.& conſ.306.col.1.Craue.conſ.20.nu.2. & cõſi.290.in
fi.Cur.Iun.conſ.179.nu.1.2.Boer q.1.nu.34.latiſsimè Ti
raquellus in l.ſi vnquã,in verbo libertis,num.17.18.C.de
263 reuo.don.Sic illæ † ratihabitiones ex facto mentẽ & ani
mum agentiũ aperuerunt,vt probat tex.l.Paulus.ff.rẽ ra-
tam hab.& in c.dilecti filij.il 2.vbi Deci.in 2.not.de app.
264 quo loci is ſcribit, plus † facto quàm ex verbis mentẽ &
animum declarari.Quod reſpondit & Anch.cõſ.302.Ma-
teria.col.1.Goz.conſ.101.nu.125.Soc.Iun.conſ.98.nu.13.
lib.1.& conſ.42.nu.14.lib.2.Gram.conſ.13.nu.3.nec obii-
ciatur voluntatem hoc in actu eſſe deſiiſſe ob adhibitum
metum,quia verè nullus affuit metus;vt ſtatim infrà in ſe
cunda difficultate palàm fiet. Concurrit & tertiò pote-
ſtas:verè enim diſponere ſic potuit is Ioã.Iacobus Mar-
265 chio; quia † quilibet in re propria moderator & arbiter
eſt.l.nemo.C.de Iudæis.l.in re mandata.C.mandat. Po-
teſt etiam rei ſuæ dominus ad libitum onus imponere:ita
Soc.Sen.conſ.115.nu.1.lib.4.Dec.conſ.578.nu.12. & egre
giè Crauet.conſ.17.num.1.2.3.qui infinita propè ad rem
hanc probandam congerit.Addo Ruin.conſi.27.lib.2. Et
266 † is bona fide diſponere præſumitur,qui de re propria di
ſponit Craue.conſi.6.nu.121.Hinc ſtatutũ prohibens di-
ſpoſitionem rei propriæ dicitur odioſum. Deci.l.1.nu.4.
C.dę ſecun.nup.imò re propria abuti lex cõcedit.l.ſed &
ſi lege.§.conſuluit.ff.de petit.hære. quod eleganter decla
rat Coraſius Epiſtolicarum lib.c.20.Nec heſitãdum am-
plius eſt,quin donata fuerint propria ipſiꝰ Marchionis &
libera ad diſponendum,cùm ſatis ſupérque ſuprà demon-
ſt rauerimus,



ſtrauerimus,Marchiam hanc Montisferrati non feuda-
lem,ſed allodialem eſſe;& vbi feudalis eſſet, iam pariter
oſtendimus eſſe feudum improprium, ſicque alienabile,
incõſulto etiam directo domino.Ex quibus ſequitur fal-
ſum eſſe fundamentum illud,quod pro Marchione Mõ-
tisferrati conſiderauit Soc.Iun.d.conſ.77.nu.75.76.libr.
1.dum reſpondit de hac Marchia,vt de feudo, cõpromit-
267 ti minimè potuiſſet:quoniam † de feudalibus compro-
* miſſum fieri non poteſt.Sicuti * crebrius noſtri interpre-
tes affirmarunt,& poſt multos , quos retulit ſecutus fuit
nouiſſimè Iul.Cla.li.4.ſentẽ.iur.§.feudũ.q.39. Hinc Iaſ.
conſ.168. num.13.lib.4 poſt Bal.in c.1.in verb. Marchio,
col.2.qui feudum dare poſſ.reſpondit, Ducem Sabaudiæ
inconſulto Imperatore non potuiſſe compromittere in
Regem Galliarum cauſam quorundam Caſtrorum , quæ
Imperio ſuberant.Sic in non diſsimili caſu reſpõdit Rui.
conſ.129.nu.4.lib.5.quod intelligũt Doctores noſtri ve-
rum in compromiſſo in arbitratores facto, nõ in arbitrũ;
ita declarauit,Curt.Iun.tract.feu.4.par.q.8.princ. & q.9.
Hoc etenim Socini fundamentum corruit, quoniam in-
telligimus,Marchiam nõ eſſe feudalem,vel ſi feudalis eſt,
alienabile feudum eſſe,quare de eo compromitti potuit;
268 cùm conuertibilia hæc ſint,† poſſe alienare, & cõpromit
tere.c.cùm tempore,vbi Doct.de arbi.Si ergo cõpromit-
ti potuit,& donari potuit.Illud quoque accedit, quòd vbi
feudum inalienabile fuiſſet,alienari tamen potuit Cæſare
volente,vt infrà ſuo loco fuſiùs dicemus.His ſatis ſupérq;
Sereniſs.Sabaudiæ Ducis fundata intentio eſt.Solùm ſu-
pereſt,vt nonnullis difficultatibus, quæ huic prætenſioni
obiiciuntur,ſatisfaciamus.

PRima ergo obiicitur difficultas , nullum hîc præceſ-
ſiſſe compromiſſum,cuius virtute laudũ proferri po-
tuerit.Hanc obiicit difficultatem Soc.Iun.d.cõſi.77.
269 nu.112.in fi.lib.1. cùm ergo † arbitri illi auctoritate caue-
rint,ſequitur laudũ prolatum nullius eſſe momenti,quod
ſenſit & Iaſ.conſi.168.nu.12.in fin.lib.4.

Reſpõdetur huic difficultati multipliciter.Primò, imò
verò compromiſſum præceſſiſſe,id quod teſtatur Benue-
nutus in ſæpius relatis Mõtisferrati Chronicis,cuius qui-
dẽ auctoris fidem improbare (vt nõ ſemel diximus)Mar-
chio Montisferrati non poteſt.Secundò reſpõdetur, ſub-
270 ſecutum † laudum ſaltem in pacti vim ſuſtineri,vt anno-
tauit gl.in l.2.C.comm.vtriuſq; iud.Soc.Sen.conſil. 101.
col.penul. verſ.tertiò,lib.3. Deci.conſ.488. nu.13.uerſic.
quartò dato.Goza.con.98.nu.20.Pariſ.conſ.47. num.13.
16.conſi.89.nu.54.lib.1.conſ.24. nu.162.libr.2. Nec huic
reſponſioni aduerſatur,ꝙ reſpondit is Soc.Sen.cõſi.220.
col.2.lib.2.poſt Calder.conſi.8.in tit.de re iud. Abb.cõſ.
92.nu.21.in fi.lib.1.& Cardi.multis in locis, doctrinã hãc
intelligi, cùm ita expreſsè pactum conuentúmque fuit.
quod placuit & Dec.conſ.475.nu.35.verſ.ſecundò &c.Nã
ſatis pacti ita fuerunt,cùm præſentes laudo acquieuerint,
vt idem Soc.Sen.reſpondit conſi.105.num.4.libr.4.Quin
ceſſat omnis dubitatio;quia multæ ſubſecutæ ſunt ratifi-
cationes hinc inde receptæ,quibus ita expreſſo pacto lau
dum comprobatum in vim pacti ſaltem.

SEcunda difficultas,quæ obiicitur,illa eſt,compromiſ-
ſum,laudum donationem,cęteráque omnia nõ ſpon-
271 tè,ſed metu celebrata fuiſſe.† Metus autem operatur,
vt geſta omnia nullius momenti ſint.l.qui carcerem.ff.de
eo quod met.cau.quam in hanc ſententiam in ſpecie no-
ſtri caſus citauit Rol.à Valle conſ.2.nu.47.lib.1. probat
l.metum.§.ſed licet.ff.quod met.cauſ.Prætor enim ratum
non habet,quod metu geſtum fuit. Hinc reſpondit Deci.
conſi.691.nu.5.contractum in carcere factum nullius eſſe
momenti,niſi ad carcerati vtilitatem & commodũ geſtũ
fuerit.Imò,poſt Bar.& alios plures,quos in hanc ſenten-
tiam retulit,affirmat, nec illi prodeſſe , qui particeps fuit
inferendi metum,& carcerandi.Qua de re alia plura con-
geſſit Neuiz.conſil.52. nu.47. qui multorum authoritate
272 cenſuit,† contractũ in carcere celebratum, non eſſe ob-
ſeruandum,etiam ad commodum contrahentis,qui illum
carcerari non iuſsit,vt noſtro hoc caſu,in quo is Io.Iaco.
Marchio,non ex Amedei Ducis Sabaudiæ mandatis, ſed
Principis Ludouici carceratus dicitur. Et idem ꝙ Neuiz.
& ab eo relati,decidit Guid.Pap.q.254.Marſi.ſingu.506.
Et in ſpecie noſtri caſus,ita conſiderauit Areti.conſil.14.
num.15.in fi.Qui fortius reſpondit procedere, etiam ſi iu-
ramentum interceſsit;quod pluribus confirmauit Neuiz.
d.conſil.52.nu.51.Quod autem re ipſa metus incerceſſerit
273 iuſtus,iuxta tex.l.5.& 7.ff.de eo quod † metus cauſa, non
modò indiciis & cõiecturis,quæ ſufficere videntur ex l.3.
ff.ex quibus cau.maio. & in ſpecie noſtri caſus Soci.Iun.
conſ.77.nu.45.libr.1.Alciatus d.reſpon.162. nu.11.verùm
etiam claris probationibus.

Primò,ex eo iuſta cauſa metus detegitur, quòd hanc ob
cauſam iuſſu Ludouici Principis Pedemontium carcere
mancipatus fuit Ioannes primogenitus ipſius Ioã. Iacobi
Marchionis;id quod in horum Marchionum Annalibus
ſcriptum reliquit non ſemel citatus Bẽuenutus à Sancto
274 Georgio.Quibus † ſanè Annalibus credi volũt noſtri in-
terpretes in l.1.ff.ſi certum peta. Baldus in l.1.ff.de officio
Quæſt.& in ſpecie noſtra Roland.à Valle dicto conſil.2.
num.60.lib.1.& Soc.Iun.conſi.76.num.64.libr.1. & no-
uiſsimè de his Chronicis verba faciens Natta conſil.636.
num.41.91.lib.3.Alciat.d.reſp.162. num.8. qui in hoc ca-
ſu noſtro conſuluit.Alia Zaſi.conſilio 16.nume. 1. libro 2.
Probatur etiam carceratio hæc ex antiquis inſtrumentis,
vt retulit is Rol. à Valle.d.conſi.2.num 57.58.Probatur
fortè etiam teſtibus. At dubium non eſt in patre iuſtum
275 ineſſe metum,cùm † de filij ſalute timet.l. illi quidem.ff.
quod met.cauſa. Et in hoc noſtro caſu ſic argumentati
ſunt.Soc.Iun.d.conſi.77.nu.38.lib. 1.Alciat.d.reſ.162.nu.
9.Rolan à Valle d. conſil.2.num.66.68.lib.1. & ante eos
Aret.conſi.14. num.15.verſic.ſecundus etiam actus. Hinc
Innoc.& Cardin.Alexand.in c.cùm locum.de ſponſ. do-
cuerunt ꝙ quemadmodum matrimonium ex metu illato
in ipſum patrem contrahentem vitiatur,ita etiam vitiari,
qñ in filij perſonam infertur.Huius doctrinæ illa eſt ra-
276 tio, quia † pater plus filium, quàm ſeipſum ( vt in omniũ
ore poſitum eſt)diligit.Philoſophorũ Princeps Ariſtote
les lib.7.Ethic.c.12. in hãc ſententiam ſcriptum reliquit,
277 Aequè parentibus vita liberorũ chara eſt atque ſua.† Gor
dianus Senior audita morte filij laqueo vitam finiuit.Cæ
tera non refero, quæ latè & doctè habentur apud Tiraq.
in l.ſi vnquam,in præfat.num.7.8.C.de reuoc.dona.Hoc.
fortius in caſu noſtro procedit, vbi Ioannes erat d.Ioann.
278 Iacobi † primogenitus,vt non immeritò ratione cuiuſ-
dam præeminentiæ præ cæteris à patre diligeretur, iux.c.
quàm periculoſum.7.q.1.vbi gl.quem ſic in noſtris termi
nis egregiè citauit Card.Zab.conſi.137.col.2.verſ.& pro
hoc eſt.&c.qui iam.col.1.verſ.augebatur inſuper &c.dixit
279 iuſtum etiam in † eo eſſe timorem,qui de affinium ſalute
timet.quod comprobarunt Brun.conſ.82.nu.6.& Gram.
cõſ.13.nu.18.19.Nec aliter ante eos ſenſit Bart. in l. de pu
pillo.§.ſi quis ipſi prætori.nu.19.de oper.no.nunt.

Secundò,iuſta cauſa metus demonſtratur ex eo, quòd
iam Dux Sabaudiæ plura loca ipſius Marchionis occupa-
uit vt opinatur Soc.Iun.d.conſ.77.num.38.lib.1.qui dixit
280 occupaſſe oppidum Clauaſij.ſed † metus amiſſionis bo-
norum iuſtus eſt.c.2.quod me.cau.Bart. in l. ſi ob turpẽ,
281 nu.6.ff.de cond.ob turp. cauſ. vbi docuit timorem † a-
miſſionis bonorũ æquiparari timori mortis. Hinc Dec.
conſ.690.nu.8.& Ruin. conſi.27.nu.9.lib. 1. in vna facti
282 ſpecie pro Duce Grauinæ conſulti reſpondere, † vaſallũ
feudum non amittere ſi domini fortunam,timore amiſſio
nis bonorum,non ſequatur. Nec aliter reſpondit Brun.
conſi.82.nu.6.7.Iaſ.conſi.165.col.1. verſi.accedit & alius,
lib.2.Pariſius conſi.1.num.28.lib.1.Gram.deciſ.18.nu.10.
11.idem conſi.13.nu.21. & conſi.31.nu.5. Natta conſi. 50.
num.11.lib.1.Et in ſpecie noſtri caſus ſic argumẽtati ſunt
Aret.d.conſil.14.num.15.Soc.Iun. d.conſi.77.num.38. &
Rol.d.conſ.2.num.55.lib.1.

283 Tertiò iuſta metus cauſa detegitur,quoniam † verebatur is Io.Iacobus ne eius populi ab eo deficerent, cùm iã
Duci Amedeo fidelitatem iuraſſent; ita in caſu noſtro
argumentati ſunt Soc.Iun.d.conſil.77. num. 66. & ante
284 eum Aret.d.conſ.14.nu.18.& idem operatur † ſuſpicio,
quod ipſe metus,ita Natta d.conſi.50.nu.16.lib.1.

Quartò ex eo metu omnia geſta fuiſſe probari videtur,
quòd non ſemel is Io.Iacobus Marchio fuit proteſtatus,
ſe omnia hæc metu egiſſe; &quòd eodem timore affectus
omnia hanc ob cauſam,in futurum aget,ſi agere quid cõ-
285 tigerit.Solent enim † proteſtationes iſtæ metum proba-
re,cùm declarent proteſtantis voluntatem.ita docuit Bar.
in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori,nu.20.ff.de oper.no.
nunt.Petraſancta ſing.81.Dec.l.pacta nouiſſima,num. 11.
C.de pact.& in l.in omnibus cauſis,num.11.12.de reg.iur.
iidem

idem conſ.336.col.2.in fi.Rui.cõnſ.6.nu.1.2. li.4. Curt. Iun.conſi.126.nu.6.Rub.in repet.l. non ſolùm §. morte, nu.294.ff.de oper.no.nunt.Alba conſ.77.nu.19.Crau.cõſi.253.nu.5.Ex quibus proteſtationibus,illud etiam infer-
286 tur,ſubſecutas † ratificationes nullum operari effectum; quoniam & ipſæ meticuloſæ iudicantur, cùm eadem timoris cauſa perduraſſe videatur:ita in hoc caſu noſtro argumentabantur Soc.Iun.d.conſi.77.nu.52.60.61. lib.1.&
287 Rol.d.conſ.2.nu.90.lib.1.Sic etenim dicimus,† ſemel illa tum metum præſumi durare.Angel.l. ad inuidiã.C.quod met.cau.Iaſ.conſi.165.col.3.lib.2.Afflict.deciſ.246.Marſil.ſing.325.Dixi.&c.Neuiz.conſ.46.num.4.Pariſius cõſ.58.nu.69.lib.4.Alba cõſ.77.nu.13.Tiraq.tract.de retract. conuentio.§.1.glo.5.nu.21.Quod adeò verum aliqui opinantur,vt nec etiam ex interuallo credatur purgatus metus.Sic in ſpecie noſtra reſpondit Aret.conſ.14.nu.17.18. quem eſt ſecutus Crau.conſ.6.nu.84.Hæc aliquando me reddebant hæſitantem,vt pro hac parte ſentirem.

Cæterùm,re ipſa diligentiſſimè perpenſa, contrarium verius eſſe exiſtimo, nullum hîc iuſtum metum interceſſiſſe,quo annullare geſta hæc poſſint.id quod multis aperio,

Primò,præſumptio eſt pro Duce Sabaudiæ, quòd nul-
288 lum metum intulerit;nam qui illum allegat † probare debet.l.metum.C.quod metus cauſa.l.interpoſitas. C.de tranſact.Nec ſola proteſtatio de metũ ad metum probandum ſufficit.l.ſi maior.C.de tranſac.cap.Lotharius. 31. q. 2.Decius conſ.209.nu.7.plures citat Pariſius conſi.10.nu. 36.lib.1.qui nu.37.ſubijcit,quòd quando in proteſtatione fit mentio de metu,illum eſſe omninò probandum.idem
289 Pariſius conſil.5.num.168.lib 4.Accedit,nec† ſolam potentiam inferendi metum,metum probare.l.ad inuidiam C.quod metus cauſa.Bart.in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi Prætori,nu.14.& ibi Alex.nu.17.de ope.no.nunt. Decius conſi.218.nu.1.2.Pariſ.d.conſil.5.num.170.lib.4.

Secundò,omnem metus ſuſpicionem ceſſaſſe eo tempore probatur:nam in laudo proferendo interceſſit auctoritas Ducis Mediolani,qui proprios Oratores tranſmiſit,
290 vt omnem controuerſiam componerent. Quare ſi † amicorum interuentu ceſſare dicitur omnis timoris ſuſpicio. tranſactionem,vbi Iaſ.num.1.C.de tranſa.Marſilius ſing. 417.Præſentia,&c.Pariſus conſi.10.nu.53.56.lib.3.Alciat. trac.præſump.reg.3.præſumpt.21.Gram,deciſ. 66. nu. 9. Crau.conſi.114.nu.3.ita hic nullum adfuiſſe metum credendum eſt.

Nec dicatur,communes illos amicos tales non fuiſſe, qui Duci Sabaudiæ reſiſtere potuerint,iuxta doctri.Ang. conſ.280.quam probauit Iaſ.d.l.tranſactione, nu. 1. verſ. limita quando,&c.Deci.conſi.219.col. vlt. Gram. deciſ. 103.num.64.Marſilius ſing.674.Nonnulla, &c Quia verè Dux Mediolani,qui Oratores illos tranſmiſit, Duci Sabaudiæ reſiſtere potuiſſet. Nec eſt credendum. quòd paſſus fuiſſet laudum illud ferri,vel latum exequi,ſi metu & ini-
291 què cognouiſſet latum. Siquidem talis † præſumitur Princeps,qualis de iure eſſe debet.ita Bald.l.ex facto.in prin. 4.notab.de vulg.& pup.ſubſt.Iaſ.l.cauſas.nu.4.C.de trãſa.& conſi.57.col.pe.lib.3.Gram.conſ.34.nu.3.& conſ.45.
292 num.33.Non eſt pariter quòd dicatur,hac † præſumptionem ex amicorum interuentu hîc ceſſare.cùm enormis læſio interceſſerit,iuxta doctrinam Ruini poſt alios conſi. 170.nu.17.lib.1.Marſi.d. ſing. 673.& Boer. q. 100. nu. 9. Quoniam infrà in iiij.principali difficultati abundè ſatisfaciam.

Tertiò,quæ mox diximus,confirmantur,quia præſuppoſito millies(quod tamen verum minimè eſſe concedimus)Io.Iacobum Marchionem,ſeu Ioannem eius filium fuiſſe metu & timore affectum : hic tamen timor dubio procul in Duce Mediolani eiuſque Oratorib. qui laudum protulerunt,ceſſauit.Nec præſumendum eſt, quòd Dux Mediolani paſſus fuiſſet aliquid iniuſtè agi per Ducem Sabaudię aduerſus Marchionem,cui iam reſtituerat caſtra &
293 oppida illi in bello capta.Ex eo † enim actu eum dilexiſſe præſumitur.arg.l.nec adiecit. ff. pro ſo. Solent ſiquidem beneficia in amicos conferri.Et verè credendum eſt, Ducem Mediolani ferri noluiſſe Io. Iacobum Marchionem ſub ſuo clypeo damno affici,ſi ita ſe habuiſſet res,vt ex aduerſo creditur.omni iure ergo laudum exequendum fuit, cùm ab eo reclamatum fuerit nunquam, vt ſtatim videbimus.

Quartò,quòd nullus interceſſerit in laudo & donatione metus,ex eo ſatis probatur, quòd antequam Io.Taurinũ accederet,Io.Iacobus Marchio illius pater literas Duci Sabaudiæ dedit,quibus ſignificabat,ſe admodum contentari (vt ſuprà ex Benuenuto retuli) fidelitatem ipſi Duci pro locis vltra Padum poſitis, iurare ; quemadmodum à Nicolao Eſtenſi Ferrariæ Marchione,nomine ipſius Ducis Sabaudiæ, ſibi relatum fuit, ſubijciens in literis illis,ſe quamprimùm tranſmiſſurum Ioãnem eius filium ad rem hanc peragendam.Conſtat ergo ex actu hoc voluntario præcedenti,voluntariè,non autem metu geſta deinde om-
294 nia fuiſſe.Solent enim † actus præcedentes ſubſequẽtem animum declarare,vt è contra.§.pauonum.Inſt.de rerum diuiſ.& in his terminis ſenſit Pariſ.conſil.5.nu.196. lib.4.
295 † Præſumptio enim voluntatis partium & à priori & à poſteriori & ab vtroque ſimul actu deprehenditur, vt egregiè docuit Bal.in l.multùm intereſt.C. ſi quis alteri, vel ſibi &c.quem ſecutus eſt Soc.Sen.cõſ.87. col.pe.verſ. confirmantur etiam.lib.j.& à priori probatur in l. iiij. §. ſi ab ignoto.ff. de manum.l.Titio.§.idem reſpondit, de verb.obl. Voluntas ergo illa libera,verbis illis ãn prolatum laudum ſignificata,oſtẽdit, nihil ob timoris cauſam ſubſecutum fuiſſe.

Quintò ac vltimò, præſupponamus metum ea die 27
296 Ianuarij adfuiſſe, is tamen† purgatus omninò & verè fuit ex tot tãtiſque ſubſecutis ratificationib. ſponte & in ple-
297 na ſecuritate factis,iuxta l.ij.C.qđ me.cauſa.Et † cõtractũ in carcere celebratum conualidari, ſi contrahens extra carcerem in eo perſeuerauerit,reſpondit Caſſa. conſi.27. in fi.egregiè Crau.conſil.114.nu.8.conſuluit præſumptionem illam metus reuerentialis in eo ceſſare,qui bis & ter ex interuallo per quietationem ratum habuit,quod priùs geſſit. Subdit quoque ex geminatione actus voluntatis perſeuerãtiam demonſtrari,ex ſententia Oldr. conſ. 253. Hinc cenſuit Alex.conſ.127.num.5.verſ.denique.lib.5.ex multis ſubſecutis ſolutionib. cenſeri purgatum metum, qui in contractu in carcere celebrato interceſſit. Alex. probauit Pariſ.conſi.5.nu.206.in fin.lib.4.qui alios retulit.Idem cenſuit Rol.à Valle conſ.83.in fi.lib.2. Sic etiam clarè pro Illuſtriſs.Duce Mantuæ contra Caſalenſes reſpondit Natta cõſ.636.nu.152.lib.3.vbi Bald.& alios citat. Nec eſt,quòd obijcitur,has ratihabitiones metu etiã fuiſſe ſubſecutas,vt quod aliquibus rationib.conijci videtur
298 Nam eadem potentia in Duce Sabaudiæ tempore † ratificationum vigebat,quæ & tẽpore lati laudi,& donationis ſubſecutæ aderat ; quemadmodum in ſpecie argumentati ſunt Aret.d.conſi.14.num.18.verſ.præterea attento.Soc. Iun.d.conſ.77.nu.28.62.lib.1.& Rol.d.conſi.2.num.87. lib.1.Secundò ex eo conijcitur, quia, vt reſpondit Aret. d.conſi.14.nu.18.verſ.ex his infertur,&c.verebatur Marchio ne eius populi,qui iam iuramentum fidelitatis Duci Sabaudiæ præſtiterant,ab eo deficerent.Reſpondeo primæ obiectioni, quòd licèt in Duce Sabaudiæ eadem ſemper potentia perdurauerit quò ad ſe,quæ ab initio iam erat,non tamen quò ad ipſum Marchionem. Nã Marchio ipſe(vt in actis probatum fuit)cum Gallis & Venetis fœdus percuſſit.Præterea iam idem Marchio caſtra, oppida, ſuaque oĩa loca à Duce Sabaudiæ retenta receperat; ſicque tutior & validior domi factus eſt. Quamobrem eadẽ timoris cauſa in Marchione tũc nõ ſuberat,quæ tẽpore laudi & donationis ſubeſſe poterat:qñquidẽ illius ſtatus & cõ-
299 ditio meliorem formam receperant. Ceſſat † ergo metus cauſa;ita egregiè Pariſ.conſ.10.nu.46.52.58.lib.1.qui in claris his terminis loquitur,quando.ſ. quis metu belli contraxit,& eo ceſſante,exercitu dimiſſo,omnibuſque pacatis ratum habuit. Rurſus ſi Marchio Ioã.Iacobus auſus fuit cum Duce Mediolani fortiori potentiorique Duce Sabaudiæ congredi,imò (vt aduerſarij aſſerunt) cum ipſo Duce Sabaudiæ, quantò fortius timere non potuit vires & potentiam Ducis Sabaudiæ? Accedit,ſi domum reuerſus Marchio omnia quæ antiquitus poſsidebat, recuperauit,& priſtinam adeptus eſt libertatem, nónne iuſta ratione adire potuit Sigiſmundum Imp.quem ipſe Marchio directum dominum habere credidit;& apud eum de illato ſibi metu conqueri,ac damnũ patefacere? Nec credendum eſt,Imperatorem tantam pertuliſſe iniuriam, ſi nouiſſet illatam. Quod ergo veriſimile non eſt,falſi ſpeciem habet. ex ſententia Bald.in l.j.col.4.C.de ſer.fugi. & ſuprà dixi. Reſpondeo nũc ſecundæ obiectioni,ipſum met Io.Iacobum ſubditos impuliſſe quodammodo ad iurandum fidelitatem Duci Sabaudiæ, vt ſatis oſtendunt ipſius



ipſius Ioã.Iacobi mandata in Io.Matthæum Coconatum facta,quemadmodũ ſuprà retulimus:aliis rationibus ſtatim oſtendemus,periurium illud nullius fuiſſe ponderis.

Non obſtant nunc in contrarium adducta, quibus in ſpecie ſingulatim reſpondeo,etſi ex iam relatis ſatisfactũ credam.Ad primum itaque reſpondeo, non ſatis conſtare Ioannem d. Io.Iacobi filium fuiſſe carcere mancipatum à Ludouico Principe.Nec in hoc deferendum eſt in fauorẽ partis aduerſæ illi Benuenuto à S.Georgio; quia, cum in
300 vno,immò in pluribus minus † verè ſcripſerit, in cæteris credendum ei non eſt,iuxta l.ſi ex falſis.vbi Iaſ. & cæteri. C.de tranſa.latè plura congeſſit Tiraq.trac.de pœnis legum.&c.cauſa 44.nu.42.Crau.conſi.9.nu.10. Ruin.cõſi. 189.nu.20.in fi.li.1.qui de ſcriptura inſtrumenti loquitur in claris noſtris terminis de Annalium ſcriptoribus, ita reſpõdit Pariſ.d.conſ.23.nu.253.lib. 1.quem probauit Soci.Iun.conſ.132.nu.11.lib.3.Reſpondeo & ſecundò, quòd vbi carceratio & metus interceſſiſſet,purgata omnia fuiſſe ex ſubſecutis voluntarijs ratihabitionibus, vt ſuprà re-
301 tulimus.Nec dubitationem mouet illud reſponſum † Aret.14.probatum à Craue.dicto conſ.6. nu. 84. quoniam illi loquuntur,quando in ratihabitionibus,etiam ex interuallo ſubſecutis,eadem metus cauſa,quæ ab initio fuit,perdurauit,extititque ; ſecus cùm ſtatus immutatus fuit, vt hîc,& cauſa illa inferendi metum ceſſauit. vt ex Pariſio conſi.10.nu. 46.lib.1.paulò ante diximus.

Non obſtat ſecundum,non conſtare ante annum 1435. Ducem Sabaudiæ occupaſſe Clauaſium. Nam relatum mihi fuit poſt annum 1435. iuſtis de cauſis in Ducis Sabaudiæ ditionem veniſſe.Sed ſupponamus occupatum, iure occupari potuiſſe creditur.quãdoquidem rem propriam occupaſſet. Conſtat enim iam anno 1327. 17. Ianuarij, Othonem Secundum Ioannis filium,& tunc Montiſferrati Marchionem,pro ſumma florenorũ viginti milium auri pignori dediſſe Amedeo Sabaudiæ tunc Comiti oppidum illud Clauaſij vnà cum Podiuario,aliiſque nonnullis. Quæ,cùm intra præſtitutum tempus non redemiſſet Marchio,iure Ducis Sabaudiæ effecta ſunt.Quod ſuo laudo declarauit Dux Mediolani anno 1578. 1. Decembr. is enim,vt communis eorum arbitrator,declarauit,Marchionem teneri ea oppida Duci Sabaudię reſtituere.Et quanquam declaratio illa ſententiæ vim non obtinuerit, conſtat tamen omnib.ex eo iudicio tanti Principis, Ducem Sabaudiæ ius optimum in oppidis illis conſecutum fuiſſe.

Non obſtat tertium,quia reſponſum ſatis fuit ſuprà ex ſexto noſtræ ſententiæ fundamento , illud vnum tamen nunc addo,periurium illud non fuiſſe à populis illis per-
302 timeſcendum:quoniam † ſi per vim & coactè illi iurarũt, propria auctoritate contemni iuſiurandum potuit.Iaſ.in auth.ſacr.puberum.nu.29.C.ſi aduer.vẽd. Afflict. deciſ. 322.nu.6.& deciſ.393.nu.11.immo idem Afflic. deciſ. 293. retulit, Neapolitanum conſilium in ea opinione fuiſſe,iuramentum metu extortum, quò ad extorquentem non obligare,ex ſententia D.Thomæ in 2.2.q. 89. art. 7. Nec multum diſſentit Card.Zab.conſ.137. col. 2. qui affirmat hunc contraueniẽtem.quò ad Deum,nec etiam mortaliter peccare.ad rem optimè confert doctr. Bal.in l.nec ſi volens.C.de lib.cau.dum docuit,quòd ſi Rex Francorum cogeret ciuitatem liberam,fateri eſſe propriã ipſius Regis.faciendo iurare fidelitatem,confeſſio illa non valeret, & iuramentum nihilo peraretur. Cum Bal.idem ſenſerunt Iaſ.in prælud.feud.nu.53.Catelia.Cot.in memora.in verbo,Imperator,vel Papa.Gram.conſ.31.nu.13.in criminalibus.Reſpondeo ſecundò,facilè fuiſſe ipſi Marchioni illiuſque populis abſolutionem à ſummo Pontifice conſe-
303 qui,iuxta c.ad audientiam,de his quæ vi vel met.cau.Et ſo let Pontifex Max.quàm facilimè has † abſolutiones concedere.ita ſenſit in terminis noſtris Card.d.conſ. 137.col. 2.verſ.alia eſt obligatio,&c.Reſpondeo tertiò iam Marchionem Io.Iacobum,eiuſque filium Ioannem, geſta omnia ſolenniter ratum habuiſſe,antequàm ſubditi illi fidelitatem iurarent.Quod patet ex quòd fidelitates Duci Sabaudiæ præſtitæ fuerunt die 14.Aprilis 1435.& tamen iam menſe Februario illius anni, ac menſe Martio ratihabitiones ſubſecutæ ſunt.verùm Soc.Iun.& Aret.relati intellexerunt de eo iuramento Duci Sabaudiæ à populis præſtito ante annũ 1435.dum is Dux nomine Marchionis Marchiam adminiſtraret & defendit,ſed nihil eſt:quando quidem non ipſi Duci,ſed ipſi Marchioni verè præſtitum di-
304 citur:qui enim per alium facit,per ſe ipſum verè, ſaltem † quò ad iuris diſpoſitionem,facere dicitur.c.qui per alium, de reg.iur.in 6.declarat Dec.conſ. 604.nu. 11.probat ex. in c.mulieres.de ſent.ex communica. Alex.vel alter quiſquis inter eius conſil.conſ.65.nu.43.lib.1.& clarè Mod. Pariſ.conſ.34.nu.4.non ergo erat de periurio aliqua ratio ne timendum.

Non ob.vltimum,quia multipliciter reſpondetur.Primò,non profuiſſe proteſtationes illas clã & intra priuatos parietes factas:Quandoquidem iuſtus metus tunc non vrgebat,cùm domi ſecurus & in priſtinum reſtitutus foret; quo in caſu non loquuntur noſtri interpretes, qui huic proteſtationi locum fore exiſtimant.

Reſpondeo ſecũdò, ante proteſtationes illas non ſemel Marchionem eiuſque filios omnes,præſertim Gulielmũ, prolatum laudum,ſubſecutam donationem ac infeudationem ratum habuiſſe,vt ſuprà oſtendimus; quo loci retulimus ab anno 1435.ad annum vſque 1445.quamplures ra-
305 tihabitiones(quæ loco † veri conſenſus in his ſufficiunt, vt reſpondit Brun. cõſ.8.nu.16.)fuiſſe per hos Marchiones factas.& tamen illæ proteſtationes de metu &c. ſolùm factæ fuerunt à Gulielmo d.Io.Iacobi filio cùm Marchio fuiſſet effectus anno 1465.15.Febr.& 17 April.Necnõ & anno 1467.23. Auguſti.Sicque per interuallum anno-
306 rum viginti.† Proteſtationes ergo iſtæ tanquam facto cõtrariæ non potuerunt prodeſſe.c.gratum,c. ſolicitudinẽ, de appel.c.cùm Marthæ. de conſt.vbi latiſſimè omnes iuris Pontificij interpretes ſcribunt.

Reſpondeo tertiò,has proteſtationes à Gulielmo dolo ac fraude factas fuiſſe,ex publicis inſtrumentis probatur, eo anno 1465.Marchionem illum, vnà cum Galeatio Maria Sfortia Mediolani Duce aduerſus Amedeum Sabaudiæ Ducem bellum geſſiſſe, inter quos pax deinde inita fuit eo anno 1467.9.Nouemb.Quod ſenſit & Platina. in vita Pauli II.ſicque paulò poſt proteſtationes illas. Quis hominum ergo eſt tam ſtultus & imprudens,qui non videat ac cognoſcat,dolo & fraude fuiſſe proteſtatum?Non ergo prodeſſe debet fraus ac dolus iſte.l.itaque fullo.ff.de furt.& in l.nõ fraudantur.§.nemo,vbi Dec. de reg.iuris. His huic difficultati ſatisfactum credimus.

Tertia difficultas,quæ huic tertiæ prætenſioni obijcitur,illa eſt.non licuiſſe Io.Iacobo Marchioni in ſuc-
307 ceſſorũ Marchiæ detrimentum † partem illius alienare,vt probatur in c.intellecto,de iureiur.Bart. in l. prohibere.§. planè.ff.quod vi aut clã.Card.Zab.conſ. 137. col. pe.verſ.ſecunda ratio,cũ alijs multis relatis à Rol. à Val. conſ.2.num.95.97.lib.1.qui ita in ſpecie noſtri caſus argumentatur.Eiuſdem ſententiæ addo Iaſonem conſilio .7. columna 5.verſiculo quartò adhuc.libro tertio Quòd hoc caſu fortius procedit,cùm credatur Marchiam hanc eſſe feudum antiquum & auitum,in quo vaſallus non poteſt ſuis ſucceſſorib.detrimentum adferre, vt multis in ſpecie noſtri caſus argumentatur Soc.Iun.conſil.77.nu.120. & multis ſeq.lib.1.& Rol.d.conſ.2.nu.106.libr.1. Quibus accedit Iaſ.conſ.7.col.5.verſi.quartò adhuc;& conſil.56. col.4.verſ.quartò principaliter.lib.3.

Reſpondeo multipliciter huic difficultati.Primò, Marchiam hanc non fuiſſe eo tempore feudalem,ſed liberam, vt ſuprà in principio noſtræ conſultationis diximus.Potuit ergo alienari.

Reſpondeo ſecundò, quòd ſi feudalis fuit, feudum fuit ad libitum alienabile,vt multis ſuprà oſtẽdimus in ij.partic.primæ partis conſultationis noſtræ.

Reſpondeo tertiò quòd ſi feudalis fuit Marchia, feudũ verè fuit hæreditarium, quicquid dixerint Socinus Iun. & cæteri.Eſt enim dictum in ea Theodori Primi Palæo-
308 logi inueſtitura ( ſi modo illi ſtandum eſt)pro † te & hæredibus, modo & forma quo & qua tui anteceſſores tenuerunt.Quibus ſanè verbis feudum eſſe effectum hæreditarium credimus, ita * crebrius noſtri affirmarunt, vt * Iſern.in c.1.§.& olim,de ſucceſſ.feud.in ca.1. qui ſucceſſ. feud.da.tene.Alex.conſ.55.nu.6.lib.4.Dec.conſ.423.nu. 8.Curt.Iun.conſ.1.nu.12.conſ.33.conſ.78.& in trac.feu. par.j.q.8.nu.19.verſ.quartò ſub hac,Brun. cõſi.10.nu.14. conſ.11.nu.3.& conſ.24.Iacobin.à S.Georgio in inueſtitura,in verbo,ita quòd inueſtiti habeant,nu.2. Didac.lib. 2.varia.reſol.c.18.nu.3.Pariſ.conſ.23.nu.160.lib.1. Quod fortius procedit, ſi vera eſt eorum opinio,qui dixerunt,
309 etiam in dubio,dum feudum à † vaſallo ſuſcipitur, hæreditarium præſumi.Nam creditur ſibi & hæredib.voluiſſe con

ſe conſulere;ita cenſuit Alex.conſ.18. nu.7.conſil.26.nu.
3.lib.5.Ruin.conſi. 15. num.6. & conſ. 17.nu.3.lib.1.Curt.
Iun.conſ.3.nu.4.& conſi.138.nu. 15.& in l.vlt.nu. 83.C.de
edict.D.Hadr.toll.Rub.conſ.18 .nu. 3.& cōſi.84.nu.5. &
in ſpecie noſtri caſus Pariſ.conſ.23.num. 159. lib. 1. Hanc
ſententiam nouiſſimè ſecutus eſt Natta conſi. 634. nu.6.
lib.3. Quibus accedunt Soc.Sen.conſ.257.col.pen.verſ.ta
men oſtendo, lib.2.Afflict.deci.140.Neuiz.conſ.9. nu. 8.
& Did.lib.2.varia.reſol.cap.18.nu.3.Cæterùm dubitatio-
nem non mediocrem habet hæc opinio; quandoquidem
& alij plures in ea opinione fuerunt, quòd feudum in du-
bio præſumitur non hæreditarium,ſed ex pacto & proui-
dentia, quemadmodum hanc probarunt Iacob.de Beluiſ.
in c.1.in fin.de eo qui ſibi & ſuis hæred.maſcul.Aluaro.in
c.1.in.fi.quib.mod.feud. conſt.poteſt.Iſern.in c.1. §.Sed
310 quia, de his qui feud.dare poſſ.& poſt † Bald. in l. 1. q.31.
ff.de rer.diuiſ.& in l.liberti libertæquæ.nu.31.C.de oper.
311 lib.reſpondit Alex.conſ.15.num.12.lib.5.† feudum præ-
ſcriptum cenſeri præſcriptum ſecūdum naturam rei, quæ
eſt,vt feudum rectum ſit,non hæreditarium, Bal.& Alex.
ſunt ſecuti Pariſius conſ.15.nu.15.lib.3.Mod.Pariſ.in con-
ſuet.Pariſ.titu.1.§.7.nu.31.Tiraq.tract.de retract.cōſang.
§.32.gl.1.nu.74.& conſultiſſimus Crau. in reſponſo pro
312 Genero.nu.314.qui hac ratione credidit,† feudum in du-
bio rectum præſumi,non hæreditarium,cuius ſententiā
in ſpecie addiuuat Mod.Pariſ.conſi.50.nu.42. qui reſpon-
dit,quòd vbi non conſtat rem eſſe feudalem,nec apparet,
cuius naturæ feudum illud ſit,præſumi feudum eſſe ſecun
dum regularem feudi naturam,quæ eſt,vt non hæredita-
rium & alienabile,ſed ad hæredes ſanguinis tranſitorium
ſit:ſicque præſumi rectum.quod ſenſit & Zaſ.in epit.feud.
par.11.nu.31.Quibus accedunt Soc.Iun.conſ.42.num.3.&
conſ.77.nu.123.lib.3.Sigiſmun.inter.conſ. feudalia conſ.
1.nu.127.Verùm tamen in caſu noſtro ceſſat hæc tāta Do-
ctorum contentio; cùm(vt dixi)non in dubio,ſed in cla-
ris verſemur.Illud tamen nunc non præteribo ad declara-
tionem doctrinæ Bal.in d.l.liberti libertæque,illius inquā
traditionem non repugnare.Nam ita Bald.huius ſenten-
tiæ auctorem interpretor; feudum cenſeri præſcriptum,
ſecundum naturam ipſius feudi,vt ſcilicèt eis acquiratur,
etiam poſt præſcribentem,ad quos tranſiret, quādo ſuſce-
ptum ſimpliciter fuiſſet;ſed vbi ſimpliciter fuiſſet ſuſce-
ptum,etiam ad hæredes,(vt ſuprà diximus)tranſiret;ergo
& hoc caſu. Quod clarè viſus eſt ſentire Iacob.à S.Geor-
gio in inueſtitura feudali,in verbo,ita quòd ipſi inueſtiti.
nu.14.& Zaſius in Epito.feud.part.8.nu.81.Curt.d.tract.
feud.par.3.princi.in vlti.memb.illius.partis.nu.61.& cla-
rius Rui.d.conſ.17.nu.3.lib.1. Nec multùm mihi differre
videtur,quòd feudum præſumatur rectum, vel hæredita-
313 rium,quoniam & † feudum rectum eam habet naturam,
vt ad hæredes tranſeat,cùm ita conceditur,vt apud vaſallū
perpetuò ſit.Ita Curt.Iun.trac.feud.par.1.q.8.prin.nu.18.
nec enim feudum,ex eo quòd hæreditarium eſt, feudum
minus rectum dici poteſt.Contentio tamen hæc (vt dixi)
in re clara ceſſat.Hoc ergo ſic firmato. illud vnum nunc
314 neceſſariò ſequitur,† ſucceſſores hos,vel mediatè,vel im-
mediatè eſſe debere primi inueſtiti hæredes, vt docuit
* Iſern.in c.1.an agnā.vel filij.& * communem eſſe teſta-
tur Alex.conſ.10.nu.8.lib.3.Curt.Sen.cōſ.50.col.8.Curt.
Iun.conſ.1.nu.11.12.quibus addo Dida.lib. 2. varia. reſol.
c.18.nu.3.verſ.idem omnino,&c.qui huius ſententiæ retu-
lit Cynum,Bartolum,Salicetum, Imolam, Alexandrum,
Decium,Curtium Iuniorem,Rubeum & Crauettā. Qui-
bus ego addo Pariſ.conſi.2.num.25. & conſi. 23. nu. 167.
& nu.171.lib.j.Zaſ.in epito. feud. parte 8. num. 6. Iulium
Clar.lib.4.ſenten.iuris.§. feudum.q.76.qua ſanè ſenten-
tia firmata,illa nunc ſequitur,quòd aut iſti Io.Iacobi deſ-
cendentes illius hæredes fuerunt, aut non. Primo caſu,ſi
315 hæredes fuerunt,illius factum † & alienationem impu-
gnare ac reuocare minimè protuerunt, iuxtà regulam l.
cùm à matre. C.de rei vind.& in claris terminis reſpōdit
Alex.conſ.28.nu.18.lib.5.hæredem alienantis feudum hę
reditarium reuocare illud non poſſe. Id em cēſuit Pariſius
conſi.2.nu.27.li.1.ex quo infertur,falſu m eſſe quod reſpō
dit Soc.Iun.d.conſ.77.nu.134.verſ.reſpondetur,&Alciat.
reſpon.162.num.4.potuiſſe contraueniri per hæredem;
quia inualida erat alienatio.id quod multis ſupra compro
bauimus.Nam falſum hoc eſt,quoniam feudum erat alie-
nabile & hæreditarium,& iure ita alienari potuit. Aut ſe-
cundo caſu Ioan.Iacobi deſcendentes non extiterunt hę-
redes ipſius Io.Iacobi, vel anteceſſorum, vt verè non ex-
titerūt,id qnod de Gulielmo & Bonifacio ſenſit Soc.Iun.
d.conſ.77.nu.134.in fine.lib. 1. Et rectè is de Gulielmo
ſcripſit, cùm anno 1464.9.Iannarij feudum acceptauerit,
hæreditatem verò repudiauerit. Quare ſua non intereſt
ita agere ac diſputare de huius donationis validitate, quo-
niam in hoc ipſo hæreditario feudo(vbi feudum ſit)ius nō
habuerunt, minuſque illius ſucceſſores nunc habent.
316 Nec enim licet † feudum hæreditarium,acceptare & hære
* ditatem repudiare, vt * crebrius noſtri affirmant in c. j.an
agna.vel filij Card.conſi.64.Iacobinus à S.Georgio in in-
ueſtitura feudali,in verbo,ita quòd d. inueſtiti. num. 2.3.
quos,dum ſic argumentaretur in caſu noſtro,retulit Ro-
land.à Valle d.conſ.2.nu.42.lib.1.& fuſius conſ.67.nu.30.
lib.1.Qui egregiam doctrinam Curtij Iun.refert,in tract.
feud.in j.part.princi.q.8.nu. 19. dum ſcriptum reliquit ſe
aliàs interrogatum reſpondiſſe,quòd cùm feudum hære-
ditarium eſſet vaſallique filia extaret & patris hæres, ſed
feudi illius maſculini incapax,altero autem ex latere exta-
rent vaſalli agnati,feudi quidem capaces,ſed nō illius va-
ſalli hæredes; neutrum eorum in feudo ſuccedere potuiſ-
ſe.Filia non potuit quia erat incapax ratione ſexus: agna-
ti,quia hæredes non erant.Eiuſdem ſententiæ fuit Dida-
cus lib.2.varia.reſol.cap.18.nu.3.verſi.idem omninò.

Nec huic conſiderationi aduerſatur reſponſio illa, quā
attulit Rol.à Val.d.conſ.2.in fi.lib.1.dum ſcripſit, licuiſſe
Bonifacio Primo & Gulielmo Secundo, Ioannis eorum
fratris d.Io.Iacobi filij primogeniti hæreditatem repudia
re,& feudum acceptare,ex Baldi ſetentia in c.j. verſ. ſed
caue tibi.an agna.vel filij.quam in terminis noſtris ſecuti
ſunt Aretin.d.conſ.14.nu.13.Brun.conſ.25. col. vlt. verſi.
317 non obſtat &c. Affirmant enim licere fratri † ſuccedenti
fratri defuncto ratione feudi auiti & paterni,fratris hære-
ditatem repudiare & feudum acceptare.idē ſenſit Alciat.
reſp.186.nu.5.Huic enim Rol. reſponſioni ſatisfacio,& a-
nimaduertendum cenſeo:Rolandum eruditiſſimū Iuriſc.
errore facti fuiſſe deceptum; quia non modò is Io. Iaco-
bus pater.& Ioannes primogenitus,ſed etiam ipſi Boni-
facius & Gulielmus ratum habuerunt laudum, donationē
& cætera omnia ab ipſis Ioan.Iacobo & Ioanne facta,vt
ſuprà retulimus. Prætera concedo in feudo auito, vel pa-
terno hæreditario neceſſe minimè fore,fratrē eſſe debere
fratris hæredem; quia illa apud omnes in confeſſo eſt, ne-
ceſſariò eſſe debere hæredem patris,vel aui, ſicque primi
inueſtiti,in quem feudum primo loco collatū fuit: quòd
318 ſi non † poteſt immediatè,ſufficit ſi ſit mediatè. ita om-
nes in d.c.j.an agn.vel filij &c.Brun.conſ.18.nu.4.Gozad
conſ.8.nu.2. Alciat.d.reſpon.186.nu.4.quod probandum
omninò eſt ab eo,qui ſuccedere vult,vt declarat Soc.Iun.
conſ.110.nu.21.lib.2.At in caſu noſtro erat neceſſe oſten-
dere,omnes ab eo Theodoro Palæologo(è quo volunt
aduerſarij primam inueſtituram ab Imp. eſſe ſumptam)
deſcendentes,eſſe debere illius hæredes, vel immediatè
vel mediatè.Si ergo ſaltem mediatè & ſucceſſiuè ſunt hæ-
redes,ſequitur vltimos quoſquæ ſucceſſores feudi nō poſ-
ſe alienationi contrauenire, cùm ſuorum anteceſſorum,
quibus hæredes extiterūt,factum probare teneātur. Hoc
fortius procederet,vbi vera foret,(à quibus non diſſentio)
eorum ſententia.qui affirmarūt,feudi hæreditarij ſucceſ-
ſorem eſſe debere cohæredem ſui immediati prædeceſſo-
* ris,vt in filio ſuccedente patri,quod * crebrius noſtri affir
mant ſecundum Did.d.lib.2.varia.reſol.c.18.nu.4. qui dū
de filio ſuccedente patri loquitur,intelligit etiamſi feudū
nō ſit hæreditarium.& ſubdit in verſic. tertiò deducitur,
&c.contra Bal.d.c.1.verſ.ſed caue,nu.8.an agn.vel fil.&c.
in feudo hæreditario,agnatum agnato vltimo defuncto
ſuccedentē,non poſſe illius hæreditate repudiata feudum
conſequitur.nec aliter ſenſit Nat.conſ.634.nu.9.lib.3.Ex
quibus illud breuiter infero ad noſtra hæc tempora, cùm
Illuſtriſ.Margarita Duciſſa Mantuæ,filia Gulielmi vlti-
mi Palæologi & patruelis Io.Georgij vltimi Marchionis
ex ea Paleologa domo,hæres fuerit,vt in actis conſtat,il-
lius Io.Georgij.& is Io.Georgius iam ante adeptā Mar-
chiam hæres fuerit Bonifacij patris, qui laudo & donatio
ni conſenſit,nec hodie licuiſſe ipſi Margheritæ ſuorum
anteceſſorum factis repugnare. His tamen reſponſionib.
illud vnum aduerſari videtur,quod attulit Soc.Iun.d.cōſ.
77.nu.135.lib.1.hanc exceptione eſſe de iure tertij,ob id à
Duce Sabaudiæ non poſſe opponi.l.ij.ff. de excep. rei iud.
Verū reſpondeo primò, quòd cùm hæc exceptio potuiſſet
competere



competere Io. Iacobo.patri, vbi eius filij factum ſuum vo
319 luiſſent impugnare; ſic † etiam competere Duci Sabau-
diæ,qui ab eo cauſam habuit,ita egregiè Dec.conſ.247.in
fi.quem ſecutus eſt Ceph.conſ.133.num.116.lib.1.Reſpon
320 deo ſecundò,† exceptionem de iure tertij opponi poſſe,
quando eſt excluſiua intentionis aduerſarij.ita tradit Soc.
in d.l.2. nu.7.ff.de except.rei iudi.latiſs.Tiraq.in l.ſi vn-
quam,in verbo, reuertatur.nu.356.C.de reuo.don.illi ad-
do Dec. conſ.247.in fi.& Soc.Iun.conſi.101.nu.29. lib.2.
321 Reſpondeo tertiò,† exceptionem de iure tertij opponi
poſſe,cùm opponenti prodeſſe poteſt.Abb.c. cum nō li-
ceat,num.15. de præſcri.Ancha.conſi.410.col. 4. & Alba
conſi.64.nu.2.3.

Quoniam verò ſtatim ſuprà retulimus,illius Io. Iaco-
bi filios laudum,donationem,cæteraque omnia ra-
tificaſſe, congruus hîc locus poſtulat, vt videa-
mus an ratificationes hæ iure defendantur,& probationi
bus demonſtrari poſſint.Et certè multis dicendum vide-
batur,nec legitimas,nec probabiles eſſe.

Primò,ratihabitio non videtur defendi rōne ætatis,cū
tunc filij illi Io. Iaco. hoc eſt. Gulielmus, Bonifacius &
Theodorus adhuc eſſent impuberes,ſicque conſenſu ca-
322 rentes,cùm † ætas illa ignoret quidquid videt.l.j.C.de fal
ſa moneta.l.impuberem.ff.de furt. Hinc dicimus, nullum
delictum eis adſcribi poſſe.l.infans.ff.de ſicar.& latè dixi-
mus in tracta.de recuper.poſſ.9.remed.nu.37.Quin adeò
nullus eſt omnis actus,qui ab infante geritur, vt nec eius
323 † iuramento conualidari poſſit. Sic in caſu noſtro argu-
mentabatur Soc.Iun.d.conſ.77.nu.96.lib.j.qui clarè cen
324 ſuit,auth.ſacra puberū.C.ſi aduer.vēd.in impuberis iura-
mento locum ſibi non vindicare.Quod fortius in impu-
bere doli capace intellexit Iaſ.d.auth.ſacramenta pube-
rum.nu.15.16.& Pariſius conſ.96.nu.53.lib.1.

Secundò,non defenditur ratihabitio ratione deficien-
tis voluntatis:nā hi Ioann.Iacobi filij metu potius quàm
ſpontè ratum habuerunt.Inerat enim metus periurij : ita
obijcit Socinus Iun.d.conſi.77.num. 63. lib. 1. poſt Aret.
d.conſi.14.nu.7.Quo loci poſt Bal.in l. ij. C. quod met.
325 cau.reſpondit,eum qui iurauit † obſeruare contractum
metu à ſe celebratum,ſi ex poſt aliquid ſoluat in illius cō-
tractus obſeruationem,metu periurij cenſeri ſoluiſſe : &
ob id ex eo actu non præſumi metum purgaſſe.

Tertiò accedit,quod ſcripſit Soc.Iun.d.conſ.77. num.
67.lib.1.vbi multis arguit,hos Ioan.Iacobi filios,non mo
dò non ratificaſſe, verùm fortius reclamaſſe tacitè ac e-
tiam expreſsè.

Quartò non ſuſtinentur hæ ratihabitiones defectu pro
bationum.Nam ad eas probandas ſolùm à Duce Sabaudię
326 exhibentur priuatæ † ſcripturæ,quarum nulla eſt fides.l.
nuda.C.de prob.c.ſcripta.extra eo.tit.Soc.Sen.conſ.33.&
conſ.41.lib.1.argumentati ſunt Soc. Iun. d. conſ. 77. nu.
327 126.li.1.Rol.d.con.2.nu.138,lib.1.Imò nec † præſumptio-
nem faciunt,Dec.c.2.nu.4.de fid.inſtru.Iaſ. in l. poſt di-
uiſionem,in princ.C.de iur.& fac.ign.latè &doctè decla-
rat Crau.tracta.de antiq. temp. 4. particula primæ par.
princ.nu.6.7.& num.13. Immò is ſubdit ſub num. 25. nec
328 etiam † partium voluntate effici poſſe,vt priuatis his ſcri
pturis fides adhibeatur; & huius opinionis citat Iun.in.c.
cùm P.tabellio.de fi.inſtr.vbi Bal.& Abb.adfert &Rom.
Dec.Iaſ.& Rip.Accedit fortius, quia nec recognitione,
vel literarum comparatione probatum fuit, has ſcriptu-
ras à Marchionib.illis fuiſſe ſcriptas id quod fortè neceſ-
ſarium fuerat ex l.comparationes.C.de fid.inſtr. & ſen-
ſere relati Socinus & Rolandus,quos ſuprà retuli.

Quintò,ex eo non videntur poſſe defendi hæ ratihabi-
tiones,quoniam ſubſecutæ videntur ex cauſa inimicitiæ
& belli adhuc vigentis: quare non valent, vt ſuprà dixi-
mus.

Sextò,pro hac ipſa parte vrgebat,quòd ratihabitiones
329 † hæ ſubſecutæ videntur re non cognita, & omnibus iam
geſtis plenè atque perfectè conſideratis, cùm tamen rati-
ficatio exigat,vt omnia geſta clarè legantur & plenè in-
telligantur;ita Oldr.conſ.329.col.vlt.Bald.conſi.176.lib.
2.quos ſecutus eſt Crau.conſ.197.in fin.Qui inquit, eum
330 debere probare † ſcientiam ratificātis,qui in ea ſe fundat.
Idē reſpondit Nat.conſ.162.nu.33.lib.1. nec diſſentit Rui.
conſ.48.nu.12.lib.1.Pariſ.conſ.47.nu.97.lib.1.hæc me du
bium reddebant.

Rē tamen diligentiſſimè perſpecta, contrarium viſum
eſt verius,nempè ratificationes iſtas iure defendi ; tàm ra-
tione voluntatis,quàm probationis.

Primò,probantur hę ratihabitiones publicis inſtrumē-
tis.Nam Ioannes eo anno 1435.13.Februarij,conſtituit Io-
an.Matthæum Coconatum procuratorem ad recipiendū
fidelitatis iuramentum ab hominibus locorum Marchiæ
donatorum,præſtandum.Quocirca ex illis publicis tabu-
lis conſtat,ſe ratum habere quod geſtum iam fuit eo annō
die 27.Ianuarij.Sic in alio publico inſtrumento confecto
an.1436.12.Iunij dum is Ioannes cum Ludouico Pedemō
tium Principe fœdera contraheret,eam donationem & in
feudationem confirmauit. Gulielmus autem ſecundoge
nitus anno 1435.vltima Nouembris celebratis publicis ta
bulis,eam donationem & infeudationem ratum habuit.I-
ta Bonifacius & Theodorus anno 1436.11.Decembris ra-
tificarunt,vt ex eorum litertis ſua manu ſubſcriptis, eorū
que ſigillo ſigillatis conſtat.Quæ ſanè literæ,vt ſtatim di-
cemus,probant.

331 Secundò,probantur hæ ratihabitiones ex multiplicib.
ipſorum Marchionum literis, quæ probant, quia antiquæ
admodum ſunt,& aliqua aliarum comparatione iuuari po
tuerunt,vt latè ſcripſit Crau.in trac.de antiq.temp.1. par
te princi.quarta particula, quæ incipit,Viſo de verbis &c.
num.5.Qui inquit in his antiquis ſufficere leuiores pro-
bationes.

332 Tertiò, ſuffragatur adhibitum in relatis illis literis †
ſigillū,quòd ſubſcriptionis vim obtinet:ita Bart. & Alex.
in l.quæ dotis.col.vlti.ff.ſol.matr.Rom.conſi.303.Feli.&
Deci.in c.tertio loco,& in c.poſt ceſsionem,Ibi Dec.nu.
333 15.de probat.quod procedit fortius † in ſigillo Principis,
cui credendum omninò eſt,vt poſt Dec. d.c. poſt ceſsio-
nem,nu.15.ſcripſit Craue.d.tract.de antiq.tempo.1.parte
princ.4.particula,quæ incipit,Quæritur etiam &c. num.
44.idem reſpondit Alcia.reſp.97.numer.13.14. His addo
Guid.Pap.q.175.& Franc.de Marchis q.991.nu.7.parte 1.
qui de Epiſcopi ſigillo verba faciunt.de ſigillo Regis idē
decidit is Franciſ.de Marchis q.992.num.7.parte 1. Nec
334 hac in re difficultatem mouet,quod reſpondit † Socinus
Sen.conſ.258.col.3.verſic.tertiò etiam &c.lib.2. Sigillum
non probare literas, quibus appoſitum fuit,niſi à tribus
teſtibus fuerint illæ ſubſcriptæ.Quoniam loquitur Socin.
in ſigillo & literis priuatorum, quorum ſigillum authen-
ticum non eſt,ob id non probat;at ſecus in ſigillo Princi
pum,quorum arcana cùm omnibus patere non debeant,
ſolum eorum ſigillum ſufficit;idque longo vſu quotidia-
náque experientia comprobatum videmus. Non pariter
aduerſatur quod præcitato loco ſcripſit Soc.verſ.ex qui-
335 bus concluditur, &c.tunc † ſigillis fidem adhiberi, cùm
integra ſunt & illæſa; at contrà cùm corrupta apparent.
Nam ſi eis fides adhibenda eſſet,dolis ac hominum frau-
dibus iam factus eſſet locus,à qua ſententia non diſſenſit
Franciſ.de Marchis.q.990.nu.23.& Crauet.conſi.46.nu-
mero 6. Hoc enim non procedit in caſu hoc noſtro, in
quo ſigilla corrupta non ſunt,nec ita deprauata,quin de
veritate conſtare poſsit,accedentibus præſertim pluribus
aliis coniecturis,ex quibus veritas elici poteſt, cùm ſigil-
336 lum ad ſolam probationem, non ad † ſubſtantiam confe-
rat,ideóque aliqua imperfectio non vitiat, Innoc.c.inter
dilectos,de fide inſtru.& egregiè Zaſius conſi.2.nume.37.
lib.1.qui in his terminis loquitur.

Quartò,accedit ex ſuperuenienti ætate( vbi tempore
337 ratificationum expreſſarum minores fuiſſent) † ratifica-
tiones tacitas ex legis diſpoſitione ſubſecutas fuiſſe,ex Iu-
ſtiniani conſtitutione in l.vlt.C.ſi maior factus alien.ſine
decreto factam ratā habe.quam fuſius explicauimus in eo
noſtro tractatu de recuperanda poſſeſſ.in remedio 15.nu.
158.vbi num.159.multis probauibus in donatione remu-
neratoria, qualis hæc noſtra fuit.ſufficere lapſum quin-
quennij,ex Cornei & Socini Iunioris ſententia, quos ibi
retuli.

Non obſtant nunc in oppoſitum adducta,quib.in ſpe-
cie reſdondeo.Et ad primum reſpondeo primò,non con-
ſtare,tempore ratificationum Ioannem Gulielmum, Bo
nifacium & Theodorum d. Ioā.Iacobi filios fuiſſe ætate
minores & impuberes. Aduerſariorum ergo munus erit
hoc probare,poſteaquam in ætate fundamentum conſti-
tuunt.l.cùm ante.vbi Bald. & Salic.C. de proba. & ſuprà
diximus nu.86.Reſpondeo ſecundò,ex ſuperueniēti æta-
te omnia fuiſſe confirmata,vt ſtatim retulimus.

Non obſtat ſecundū, quia illi reſpondeo vt paulò ante
diximus

diximus nu.86.in diſſolutione ſecundæ difficultatis.
Non obſtat tertium,quia fallitur Socinus.Nec enim a-
nimaduertit,ratihabitiones illas fuiſſe factas antequam d.
Io.Iacobi filij aliquas impetrarent inueſtituras ab Impe-
ratoribus,vt apertiſſimum erit,ſi ſuſceptę inueſtiturę cum
relatis ratihabitionibus conferantur.
Non obſtat quartum,quia reſpondeo ex his quæ ſta-
tim ſupra diximus in primo & ſecundo noſtræ opinionis
feudamento.
Non obſtat quintum, quia iam aliàs ſuprà oſtendimus,
poſt annũ illũ 1435. imò ante etiam,nullam extitiſſe inimi
citiam inter Duces Sabaudiæ & hos Marchiones Montis-
ferrati.
Non obſtat vltimum,quia negatur,hos Ioan.Iacobi fi-
lios ignoraſſe,quid ab eorum patre,& quid à Ioanne fra-
tre geſtum cum Sabaudiæ Duce, & Ludouico Principe
fuerit,quemadmodum ex relatis inſtrumentis & literis vi-
dere poſſumus.Ita huic dubitationi poſſe occurri credi-
mus,quamquàm exiſtente Marchia,vel allodiali,vel feuda
li cum alienandi facultate, de ratificationib. ſucceſſorum
alienantis quærendum non ſit,cùm, velint,nolint,defun-
cti facto acquieſcere cogantur.

QVarta difficultas principalis,quæ obijcitur, illa eſt,
laudum illud illamq; donationem & ſubſecutã de-
inde infeudationem graui ſimulationis ac frau-
338 dis ſuſpitione non carere,cùm † clauſulæ quamplures in
ſolitæ appoſitæ in eis fuerint,quæ fraudem & dolum ar-
guunt,vt in ſpecie noſtri caſus hanc mouet difficultatẽ
Socinus Iun.d.conſ.77.nu.47.lib.1.& Alciat.d. reſp.162.
nu.10.& ante eos Aret.d.conſi.16.qui eam clauſulam re-
fert inter cæteras,quòd Marchio Io.Iacobus cogeret ſub-
ditos Marchiæ donatæ ad præſtandum fidelitatis iuramẽ-
tum ipſi Duci Sabaudiæ; cui de iure præſtandum non vi-
339 debatur,cùm vaſalli ſeu † ſubditi ſolùm teneantur præſta
ſtare fidelitatis iuramentum domino immediato, non au-
tem mediato.Ea eſt ratio,quia homo hominis mei,homo
meus dici non poteſt.l.Modeſtinus.ff.de donat. c. Impe-
rialem.§.firmiter,de prohib.feud.alie.per.Frid. Quibus
adductus cẽſuit Ruin.conſ.219.nu.5.lib.1.quòd licèt Rex
340 & Princeps dicatur habere ſub ſe Barones † & vaſallos,
non tamen habere homines ipſorum Baronum, nec in
eos poſſe iuſdicere; quod reſpondit Curt.Iunior conſ.2.
nu.1.2.Soc.Iun.conſ.126.nu.4. lib. 3. Brunus conſ.8. nu.
56.& alia retulimus in illo noſtro tracta. de recuperanda
poſ. remed.10.nu.73.74.Clauſulæ ergo inſolitæ ſic hãc do
nationem & infeudationem vitiant,quemadmodum & cæ
teras omnes diſpoſitiones; vt reſpondit Curt.Iun.conſi.
132.nu.9.
Verùm huic difficultati ſatisfacio:primò, ſolam clau-
ſulam inſolitam ſuſpicionem,ſed contractus fraudem nõ
probare:alia etenim concurrere debent, vt fraus detega-
tur,ita egregiè declarauit Alex.cõſ.28.nu 9.lib.5.qui nu.
8.illud affirmauit,onus probandi clauſulam inſolitam il-
lius eſſe,qui hoc deducit,hocque difficilis admodùm pro
bationis eſſe,cùm negatiuam non coarctatam contineat.
341 Reſpondeo ſecundò,& animaduertendum cenſeo,† clau
ſulas dici inſolitas,quæ ſunt vel contra naturam contra-
ctus,vel contra conſuetudinem ac ſtylum(vt noſtri dicũt)
& ſenſit Iaſ.in l.teſtamentum,nu.4.C.de teſtam.Qui quã
plura exempla attulit:illud inter cætera,quando dominus
342 à vaſallo exigit † iuramentum fidelitatis cõtra iuris diſpo-
ſitionem,vel conſuetudinem.Nam per metum præſumi-
tur extortum,ſic is poſt Bald.in cap.1.qual.vaſ.iura.deb.
dom.fidel.Et cum Baldo idem reſpõdit Rub. conſ. 11.nu.
nu.8.9.& Neuiz.conſ.11.num.3.Eſt etiam illud in exem-
343 plum,quando ex ſtylo ſolẽt iudicum † præcepta ſub æris
pœna fieri,& deinde ſeuer' iudex ſub capitali pœna trãſ-
mittit: illud enim præceptum ſolitum dicitur, & ob id
contemnendum.ita Iaſ.d.l.teſtamentum,in fi.illi accedit
Petraſancta.ſing.77.Clauſulæ &c. eſt quoque exemplum
in clauſula, quæ ex ſtylo in legitimationib. adhiberi non
habet,quemadmodum reſpondit Cur.Sen.conſ.74.col.33.
verſ.decimo redditur &c.Sic in clauſula inſtitutionis le-
gitimorum hæredũ,intelligẽdo legitimos pro adoptius,
contra ſolitum.Ita pariter in eadem caſus ſpecie conſulue
runt Dec.& Curt.Iun.ille conſi.399.nu. 8. iſte conſ. 145.
344 num.17.18.Et de † regiſtratione inſolita reſpondit Crau.
conſ.28.num.5.Alia ſunt exempla apud eundem conſ.56.
nu.16.apud Tiraquel.tract, de retract.conuent.in proœ.

nu.32.Curt.Iun.conſ.178.nu.13.Pariſ.conſ.54.nu. 39. li.1.
& conſi.10.nu.12.13.lib.3.cæteros ex induſtria prætereo.
Cæterùm in caſu noſtro nulla inſolita clauſula, nullum
345 inconſuetum pactum.Nam quod relatum eſt ab † Aret.
d.conſ.14.nu.16.non poteſt dici inſolitum, nec aduerſus
iurisdiſpoſitionem,vt in claris terminis ſcriptum reliquit
Iacobin.à S.Georgio in inueſtitura feudali,in verbo, qui
quidem inueſtiti præſtiterunt iuramentum fidelitatis.nu.
346 14.Et hoc iuramentũ,quod † domino mediato præſtatur,
aſſecurationis iuramentum appellatur. Ita relati Rubeus
& Neuiz.ille d.conſ.11.nu.6.7.iſte d. conſi.11. nu. 15. Illud
præterea accedit; nouum non eſſe,vt in inueſtituris feu-
347 dorum inſolita adijciãtur † pacta,quæ, etiamſi feudorum
naturæ aduerſentur,valent tamen, vt clarè probat Iaco-
bin.in præcitato ſtatim loco num.65. ex text.in c.1.§.vlt.
quid ſit inueſt.in c.1.de natura ſucceſſ. feud. & reſpondit
Caſtr.conſ.311.circa id quod primò quæritur,&c. in 1. du-
bio.lib.1.Rom.conſ.70.in 1.dub.quos ſecutus eſt Natta,
cõſi.49.num.19.lib.1.Soc.Iun.d.conſ.77.nu.13.lib.1.Qui-
bus nunc addo Rimi.conſ.21.nu.10.lib.1. Non eſt pariter
inſolita illa clauſula,dum eſt d.D.Ioannem eſſe in ſua libe
ra poteſtate eundi &c. vt conſiderauit Alciat. d. reſpon.
162.nu.10.Quia iuſta ratione fuit appoſita,cùm tunc is Io
annes poſitus fuiſſet in plena libertate ſuaſionibus Orato
rum Ducis Mediolani, quorum cauſa mirum non eſt, ſi
dictum fuit,vt is Ioannes illis concomitantibus domum
reuerteretur,vt maior ſecuritas oſtenderetur.Rurſus non
hæc ſunt pacta inſolita, & clauſulæ adiectæ ſubſtantiæ
actus.Atque ita nodum diſſoluo.

QVinta eſt, quæ mouetur difficultas, nec parum ar-
dua,meæ ſententia,laudum ſcilicèt illud,& ſubſecu-
tam donationem læſionem adeò immenſam cõ
tinere, vt enormiſſima iure dici poſſe videatur: quare
348 † non videtur poſſe defendi. Sic ſunt argumentati Soc.
Iun.d.conſi.77.nu.43.129.lib. 1. Rolan.à Valle d. conſ.2.
num.95.96.lib.1.Nec enim dubium videtur ob enormiſ-
ſimam læſionem reſcindi poſſe laudum,vt egregiè reſpõ-
dit Soc.Sen.conſi.105.in fin.lib.4.Ceph.conſi.137. nu.57.
58.vt etiam ex multorum opinione reſcindi poſſe videtur
donatio ob cauſam,quam remuneratoriam vocamus, ſi-
cuti reſponderunt Dec.conſi.180.nu.8.Curt. Iunior cõſ.
141.nu.15.quos eſt ſecutus Crau.conſi.192.col. 2. Addo e-
iuſdem opinionis Bart.cõſ.90.nu.2.lib.1.Rip.lib.3.reſp.
c.15.nu.14.& Soc.Iun.conſ.47.nu.13.lib.3.Quæ ſanè læſio,
quemadmodum reſcindere poteſt laudum & donationẽ,
349 ſic & ſubſecutas omnes † ratihabitiones,quæ nec hoc ca-
ſu ex ſuperuenienti ætate cõfirmari poſſunt, iuxta conſti-
tutiones tituli.C.ſi maior fact.&c.lib.5.Quoniam illis lo-
cus non eſt,cùm læſio interceſſit; ita Bald.docuit in l.1.ex
illo tex.C.ſi maior fact' &c.& in noſtris terminis ita Pã-
thaleõ Creme.in l.ij.nu.98.C.de reſcin.vẽd. & vno ver-
bo attigimus in eo tract.de recuperãda poſſ.remed.15.nu.
184.Hæc à Socino & Rolando excitatam difficultatem
augebant
Cæterùm,contrariam ſententiam veriorem eſſe credo;
læſionem hîc nullam extare enormiſſimã:& ſi qua eſt, reſ-
ciſſorio remedio locum non fore.
Primò, quia is Ioan. Iacobus erat admodùm prudens
350 † & ſagax,reique ſuæ diligens adminiſtrator, tùm per ſe,
tùm per viros conſultiſſimos,quos ſibi in conſilium aſſu
mebat,iuxta l.humanum.C.de legi.Quò fit, vt nec læſus,
nec deceptus iure dici poſſit.ita egregiè poſt multos reſ-
pondit Crau.conſilio 151.nu.24. 25. qui in donatione &
iuris ſui renuntiatione loquitur.Sic in cæteris dicimus, vt
apud Bar.in l.ij.nu.14.in fi.& ibi Crem.nu.124.C. de reſ-
cind.vend.Barbat.conſ.41.col.pen.lib.1. Ruin. conſi. 16.
nu.3.lib.4.Dec.conſ.583.nu.1.2.& latè reſpondere Pariſ.
conſ.128.nu.36.lib.1.Neuiz.conſ.87.nu.26. Boer. q. 142.
nu.2.3.Crau.conſi.151.nu.25.& conſi. 192. nu. 2. & Rol.à
Valle conſ.9.nu.27.& conſi.59.nu.10.11.lib.1.Fatentur e-
nim omnes,eum qui rei à ſe alienatæ valorem nouit, non
reſtitui ſi minori pretio vendat & alienet. Marchionem
351 autem Ioan.Iacob. nouiſſe Marchiæ † valorem ambigit
nemo,tùm quia ab eo per annos decem & ſeptem plus mi
nus,tunc cùm laudum eſt prolatum. adminiſtrata fuerat:
ita reſpondit Crau.d.conſ.151.nu.24. Addo Caſtren. cõſ.
383.Factum ſic ſe habet,quondam A.col.2. verſ. ſecundò
arguitur.li.2.tum etiam; quia in donationis ac ratifica-
352 tionũ inſtrumentis appoſita fuit † clauſula, ex certa ſcien-
tia &



plius non eſt remedio reſciſſorio,vt reſpondit Alex.con
ſil. 42.nu.2.& conſil.126.num.7.lib.1.Cremen.d.l. 2. nu.
91.C.de reſcind.vend.
Secundò, ceſſat læſionis conſideratio in caſu hoc no-
ſtro:quoniam ſolùm facta eſt directi dominij donatio,
quod Duci Sabaudiæ modicum commodum adferre po
tuit.Non enim is Ioann.Iacobus cenſum magnum Duci
præſtabat,ſed commodum in ſola ſpe futurę ſucceſſionis
353 conſiſtebat,ob † maximam incertitudinem, læſio ratione
vtilis dominij Marchionibus conſiderari nõ potuit, cùm
ab incerto futuro euentu ius omne ſuum penderet. ſic
Bald. in l.ij.col.4.verſi.huic accedit.C. de reſcind. vend.
adductus ex l. j. C. de pact. & l. ſi pater puellæ. C.de in
off.teſta.Bal.eſt ſecutus Panth.Crem.d. l. ij.nu.133. C. de
354 reſcin. vend.Sic videmus in eo,qui † iactum retis emit, iu-
xta l.ſi iactum retis.ff.de act.emp. Nam cùm incertum is
emat,læſus dici non poteſt, reſciſſorióque remedio ca-
ret.Crem.d.l.2.num.119.licet Antonius Burgos cap.cùm
cauſa.col.7.verſ.octaua extenſio.de emp. & vend. & Ti-
raq.tract.de legib.connub.poſt leges,num.39.aliter in ca
ſu.d.l.ſi iactum retis,ſentire videantur.
Tertiò accedit,læſionem hîc ratione vel directi vel vti
lis dominij conſiderari non poſſe.De vtili diximus; de di
recto patet;quia iam ipſe Marchio fatetur feudũ eſſe Im-
perij.Si ergo directum dominium eſt penes imperatorẽ,
iam certum eſt,ipſum Marchionem in eo lædi,nõ potuiſ-
ſe,in quo ius non habebat;ſed ſi quis læſus fuit, Imperato
ris eſt.Qui cum huic alienationi cõſenſerit, non eſt quòd
amplius Marchiones conquerantur, tùm quia ſi de iure
355 ſuo † agebatur,Imperatoris confirmantis authoritas in-
terceſſit,quare læſio conſiderari non poteſt, ex ſententia
Bar.in l.ſi quos.C.de decur.lib.10.quã probauit is Crem.
dicta leg.2.nu.121.C.de reſcin.vend.qui iã nu.104.fortius
idẽ cẽſuit quãdo inferioris iudicis decretum interceſſit.
Quartò.læſio ex eo conſiderari non poteſt, nec reſciſ-
ſorio remedio locus eſt.Quoniam maxima cum gemina-
356 tione † verborum geſta ſunt omnia,& ſolennes interceſ-
ſerunt renuntiationes,ita vt ceſſet remedium d. l.ij. C. de
reſcin.ven.quemadmodum eo loci docuit Crem.nu. 36.
& 63.& Cagn.nu. 132. Iaſ. l. ſi quis cùm aliter. nu. 22. de
verb.oblig.Soc.aut quiſquis is eſt,in tract.Fallẽ.reg.436.
fall.1.& vlt.Ant.Burgos.in c.cum cauſa. nu. 22. de emp.
& vend.Curt.Iun.conſ.141.nu.2.Ripa.lib.3.reſp.c.15. nu.
4.Rub.conſil.12.nu.3.13.Pariſ.conſil.20.nu. 36. lib. 1. Sic
procedit fortius in eo, qui ſcit rei valorem & ita renun-
tiat; ita reſpondit Ruin.conſ.167.nu.24.lib.2.Rol.à Val
le conſ.59.nu.30.33.lib.j.Accedit,inter has renuntiatio-
357 nes adiectam fuiſſe † clauſulam, renuntiando omni legũ
auxilio &c.ob quam ſublatum dicitur remedium hoc reſ
ciſſorium prætextu læſionis:ita Ruin.conſi.16.nu.3. verſ.
358 tertiò probatur.lib.4.& ob † clauſulam illam,promitten
tes attendere & obſeruare,nec aliqua ratione & cauſa cõ
trauenire,quæ operatur,vt remedium d.l.2.C. de reſcin.
vend.impediatur; ita Pariſius conſi.20.nu.40.lib.j.Cra-
uet.conſi.290.col.3.verſ.tertio pro hac parte. Et quam-
quàm ſentiant alij,has renuntiationes non poſſe prodeſ-
359 ſe,cùm † enormiſſima læſio interceſſit,vt affirmarunt plu
res relati à Dida.lib.2.varia.reſolut.cap.4.num.5.qui in-
ter cæteros citauit Caſſado.in ſuis deci.in titulo de empt.
deciſ.prima.affirmantem,Romanam Rotam ita aliquan-
do obſeruaſſe.Hæc difficultas hîc ceſſat, quoniam tanta
læſio conſi derari minimè poteſt.
360 Quintò, ob vim † iuramenti ſublatum creditur reme-
dium omne reſciſſorium ex d.l.ij.C. de reſcin.ven. vt ibi
affirmarunt Bar.nu.9.Cagn.nu.90.98..Soci.Sen.cõſ.48.
nu.9.lib.4. & tract.Fall.reg.436.fall.11.Ant.Bürg.c.cum
cauſa,nu.35.de emp.& vend.Ruin.conſi.10.nu.14.20.lib.
3.& conſ.16.nu.3.lib.4.Pariſ.conſi. 20. num.37 42.lib.j.
Crau.conſi.114.nu.9. conſ. 188. nu.3. & conſi.392. nu.2.
*Rol.à Val.conſi.59.nu.18.lib.j.immò* ex receptiori ſen-
361 tentia,† iuramentum enormem læſionem tollit. Sic hanc
communem eſſe ſententiam teſtatur Alex.conſi.42. col.
j.conſil.53.col.3.lib.3.Cur.Sen.conſ.44. ſuper contingen
tia.col.4.Rubeus conſ.12.nu. 17. Et licet aliqui diſſentire
362 videantur,attamen † de enormiſſima læſione ij ſentiunt,
vt egregiè declarat Cagn.in d.l. 2. nu. 139. C. de reſcind.
vend.& in l.ſi quis maior,nu.37.C.de tranſact.Neuiz. cõ
ſil.21.nu.5.& conſi.22.col.pen.& vlt.Alba. conſil.81.nu.
52.in qua quidem læſione enormiſſima nos non ſumus,
immò nec in enormi.

Sextò & vltimò,dato milies quod locus fuiſſe remedio
reſciſſorio hoc in caſu,ex d.l.ij.C.de reſcin. ven.attamen
nunquàm reperitur hactenus intentatum; quare ſublatũ
eſt ex longiſſima temporis præſcriptione,etiamſi ad reme
363 dium illud † tollendum ſufficiat triginta annorum curſus,
vt reſpondit Cor.conſil.17.col.6.lib.4. quem ſunt ſecuti
Balb.tract.præſcriptio.in 4.parte princ.4.partic.q.26.&
Soci.Iun. conſi.73.nu. 18. lib. 2. Ergo omnino ex latere
ceſſat propoſita hæc difficultas;cui nec etiam obſtant ſu-
prà in contrarium adducta, quib. ſatisfactum eſſe ex iam
relatis credimus.
SExta principalis difficultas, quæ huic tertiæ præten-
tioni obijcitur,alia eſt ex latere Ducis Sabaudiæ non
fuiſſe illis conuentionibus, laudo & donationi ſatiſ-
364 factum & impletum.Qua ratione fit, vt defectu † imple-
menti hæc omnia corruant. l. Iulianus. §. offerri. ff. de a-
ctio.empt.Sic argumentati ſunt Soc.Ind.d.conſ. 77. nu.
142.lib.1.& Goza.d.conſ.9.nu.20.& ante eos Aret.d.cõſ.
14.nu.18.verſ.prima concluſio &c.qui reſpondit; nec ſol
uendo pœnam liberari potuiſſe.l, qui fidem. ff. de tran-
ſac.Bar.l.cùm pater.§.libertus,de leg.2. Quin adeò effi-
365 cax eſt exceptio iſta,vt † litis ingreſſum impedire valeat,vt
reſpondit Crau.conſ.127.num.14.qui poſt multos affir-
366 mauit, hanc † exceptionem à ſtatuto minimè cenſeri re-
iectam,etſi cæteræ omnes reiectæ fuerint. idẽ Crau. cõſ.
248. col. pe. verſ. non obſtat,à quo nec diſſentit Rol. à
367 Valle conſ.52.nu.32.lib.1.immò aduerſus † ſententiæ exe-
cutionem opponi poteſt exceptio hæc:ita credidit Corn.
conſ.79.nu.17.li.1.immò impedimentum aliquod nõ ex-
cuſat.Dec.in l.cùm proponas.la 2.in tertio notab. C. de
368 pactis. Et † impedimentum eſſe debet ſecutum quò ad
quid minimum.Bald.l.vlt. C.commod.Alex.l.filiæ licèt.
C.de colla.Iaſ.conſ.216.col.2.lib.2.Rol.d. conſi. 52. nu.
22. Rub.conſi. 30.nu.4.qui & illud vnum adfirmauit, quod
369 eſt maximè in re hac noſtra conſiderandum, † actorem
ſcilicèt teneri probare,ſe ex latere ſuo adimpleuiſſe, an-
tequam iudicium ingrediatur.Quam ſanè opinionem vi-
ſus eſt probare Socin.Sen.conſ.273. col. 2. verſ. ſecundò
principaliter.li.2.& Gozad.conſil.94.num.45.
Verùm multis modis reſpondere poſſumus.Primò, vt
iã ſuprà attigimus,quod aut ſucceſſores illius Io. Iacobi
Marchionis,præſertim nunc Illuſtriſſimus Dux Mantuæ,
ſũt illius Io.Iacobi hæredes,aut nõ.Si hæredes illius facto
contrauenire minime poſſũt vt ſ. dixim'.Si hæredes non
ſunt,ſua non intereſt obijcere hanc exceptionem, quæ
370 † non niſi ab eo,cui implendum eſt,opponi poteſt: ita re
ſpondit Alex.conſ.127.nu.5. lib. 7. nec aliter ſenſit Dec.
conſ.452.nu.10.verſ.ſolùm ſupereſt &c.
Reſpondeo ſecundò non conſtare Duces Sabaudiæ mo
371 nitos † fuiſſe, vt implerent.Erat enim neceſſaria interpella
tio,vt reſpondit Corn.conſi.102.in fi. lib. 3. & ante eum
Aretin.conſil.149. col. 3. verſ. his tamen non obſtantib.
&c. Et clarius idem reſpondit Corn.conſ.408.nu.7.lib.
1.qui vult neceſſariam fore petitionem in ſpecie, vt im-
pleatur.
Reſpondeo, tertiò me non videre, qui ex latere Ducis
Sabaudiæ implendum fuerit. Erit tamen conſilium, vt
antequàm Sereniſs.Dux noſter actionem moueat, offe-
rat ſe ex latere ſuo paratum ſatisfacere, ſi quid implendũ
& agendum ſupereſt,quod ſenſit Corn.d.conſ.79. nu. 17.
lib.1.
SEptima principalis, quæ mouetur difficultas, illa eſt,
372 † donationem inſinuatam non fuiſſe, & ob id nullius
eſſe momenti.l.ſancimus.§.1. C. de don. Quam ſanè
difficultatem excitauit Soc.Iun.d.conſi.77.nu.56.57.qui
nu.60.ſubijcit, nec iuramento quidem inſinuationi re-
nuntiari poſſe; id quod affirmant infiniti propè à Tira-
quello relati in l.ſi vnquam,in præfatione nu.159.C.de re
373 uoc. don.immò ſunt,qui affirmant, nec in † donationi-
bus quidem Principum inſinuationis ſolennitatem eui-
tari poſſe.Ita verè affirmauit de donatione à Duce Vrbi-
ni facta.Soc.Iun.conſ.69. nu. 14. lib. 1. qui intelligit d.l.
ſancimus.§.exceptis.C.de do.ſolũ loqui de ſupremis Prin
cipibus,hoc eſt de Pontifice Maximo, vel de Imperatore.
Cæterùm; re diligentius perpenſa,dico hanc difficulta-
tem minimè obeſſe.Ei etenim ſic plurib.ſatisfactio.
374 Primò,in † Principum donationibus inſinuationem nõ
exigi,vt probat is text.l.ſancimus.§.exceptis. qui nõ mo
dò de ſolo Imperatore,aut Pontifice,verùm etiam de alio
Principe intelligi debet,vt eum rectè intelligunt Oldrad.
c 1. conſ.

conſil.231.Vt eius,colum.1.Bald.conſi.300. Textus in ca.
col.2.verſic.modò ſequitur.lib.2.Roman.conſi.59.ad di-
ſcutiendum,in 5.dubio.Alex.in l.Centurio,num.26.ver-
ſi.comprobo.ff.de de vulg.idem ij ſcribunt eſſe in Princi-
pe,qui imperij locum in ſuo dominio obtinet, vt is Ioan.
Iacob.obtinebat,quod in ipſomet Imperatore. Hanc i-
pſam ſententiam probarunt alij plures, vt Iaſ.in l.ex im-
perfecto,nu.2,C.de teſt.alios retulit Tiraq. in tracta.no-
bilitatis.c.vlti.nu.153.Iſtis addo Alex.conſ.157.nu. 7.lib.
2.& Ruin.conſ.23.nu.11.libr.2.Ex quorum auctoritatibus
conſtat,Socinum Iuniorem,quem iam in cōtrariam ſen-
tentiam adferebam,falli.
Secundò,inſinuationem hoc caſu non fuiſſe neceſſariā,
376 ex eo demonſtro, † quòd donatio ob cauſam facta fuit,
in qua non exigitur inſinuatio, vt affirmant Barto.Ange.
& cæteri in l.ſi pater.§.1.ex illo text. ff. de dona .Alexan.
Iaſ.& cæteri in l.licet.col.vlti.C.de pactis. Multos in hāc
adfert ſententiam Pariſ. conſi.26.num.59.libr.3.Illi addo
Ruin.conſi.182.nu.13.lib.1.latè Neuiz.conſi.8.num.12.13.
addo Tiraq.in l.ſi vnquam, in verbo,donatione. nu. 47.
C.de reuoc.dona.Bello.cōſi.60.in fine. Nec eſt,quòd hîc
obiiciatur,vt obiiciebat Soc.Iun.d.cōſil.77.nu.57.58.hîc
non conſtare de cauſa, hoc eſt de benemeritis Ducis Sa-
baudiæ.Quoniam iam ex relatis ſuprà ſatis conſtat,quan-
tùm is Io.Iacobus Marchio Duci Amedeo debuerit.Non
repetam ſæpius dicta.
377 Tertiò,ob vim † iuramenti neceſſaria non fuit inſinua-
* tio.Eſt enim verior, * & crebrior ſententia,iuramentum
inſinuationem tollere.Hanc infiniti propè probāt,quos
congeſsit Tiraquellus in l.ſi vnquam, in præfatione nu-
mer.143.C.de reuoc.dona.illis addo Neuiz. conſ.8.num.
9.10.vbi & alios multos huius ſententiæ retulit. Quod fe-
cit Roland.à Valle conſi.19 in fine,& conſil. 39.libr.1.Illi
addo Alciat.reſpon.54.nu.2.3.Bellon.conſil.60.num.19.
Crauet.conſ.118.numer.1.Imò eiuſdem opinionis fuit ſi-
bi parum conſtans Soci.Iun.conſi. 118.nu.11.libr.2.& cla-
rius fuſiùſque conſi.130.nu.19.lib.3.Ex quibus ſatis intel-
ligimus, contrariis argumentationibus eſſe ſatisfactum,
húncque obicem diſſolutum.

OCtaua principalis difficultas illa eſt,quæ obiicitur.
laudum,donationem,cæteráque omnia ad Marchiæ
Montisferrati detrimentum per hos Marchiones fa
cta non ſemel ab Imperatoribus reuocata & penitus an-
378 nullata fuiſſe.Primò † à Vinciſlao, qui anno 1348. 16. Ka-
lend.April.Theodoro ſecundo Palæologo cōceſsionem
vnam fecit, qua reuocauit omnia attentata per eius ante-
ceſſores in ipſius Marchiæ detrimentum.Huius reuoca-
tionis meminit Gozad.d.conſi.8.numer.29.Secunda fuit
Friderici reuocatio anno 1464.Tertia eiuſdem Friderici
anno 1469. Quarta eiuſdem anno 1487.quarum meminit
idem Gozad.conſi.9.num.21.& nu.22. Quinta fuit reuo-
catio à Maximiliano Imperatore facta anno1494.Sexta
eiuſdem Maximiliani anno1498. Harum meminit etiam
Gozad.d.conſil.9.nu.21.33.Septima fuit reuocatio quam
fecit Carolus V.anno 1522.& eam retulerunt Goza.d. cō
ſil.9.num.23.26.Soc.Iun.conſil.77.nu.106.libr.1.Gratus
conſ.9.nu.170.lib.1.& Rol.à Valle conſi.2.nu.44.165.li.
1.qui referunt & octauā illam,quā fecit idem Carolus V.
anno 1532. Quibus ſanè reuocationibus omne ius Ducis
Sabaudiæ ſublatum ac penitus extinctum creditur, quan-
doquidem maxima eſt Imperatorum poteſtas, adeò vt is
379 fatuus iudicetur, qui de eo † diſputare conatur.l.ij.C.de
C.de crim.ſacrileg.& latè apud Decium conſi.588.nume.
2.Soc.Iun.conſ.91. nu.6.conſi. 140. nu.42.lib. 2.& fuſius
conſi.68.num.15.17.lib.3.Plura habentur apud conſultiſ-
ſimos compatres meos,Aymonem ſcilicet Crauetam,&
Ioannem Cephal.Crauettam inquam conſi.241. nume.3.
Ceph.conſ.87.nu.3.lib.1.
Secundò confirmatur,quòd ex quo Marchia hæc feu-
dalis Imperij creditur,non potuit inconſulto Imperatore
alienare.Iure ergo ac legitima cum cauſa ab eis alienatio-
nes relatæ omnes reuocatę videntur. ita in ſpecie noſtri
caſus argumentati ſunt,Goza.d.conſi.9.nu.22.& Rol.di-
cto conſ.2.num.103.lib.1.Quod fortius videtur noſtro in
380 in caſu procedere, vbi facta eſt reuocatio † ad commodū
filiorum & nepotum d.Ioann.Iacobi,quibus cum in feu-
do detrimentum adferre is non potuerit,iure reuocandi
facultas conceditur.c.j.§ ſi Titius,ſi de feudo ſit conten.

inter domin.& agna. vaſal.ita in caſu noſtro argumenta-
batur Gaza.d.conſ.nu.53.54.
Tertiò fortius comprobatur, quia etiam ſine cauſa po-
381 teſt ſupremus † Princeps tertio auferre ius etiam ſuo fa-
cto ſibi quæſitum.l.Lucius.vbi Ang.ff.de priuileg. credi.
dum affirmat,Principem poſſe ſine cauſa reuocare dona-
tionem à ſe factam.Idem ſcripſerunt alij plures, quos in
ſpecie noſtra retulit Gozad.d.conſi.8.nu.38.45. & Grat.
d.conſi.9.nu.174.lib.1.Addo nunc Curt.Iun.158.num.4.
5.conſil.157,nu.18.Brun.conſi.1.nume. 50.Pariſ. conſilio
11.num.2.lib.1.Bello.conſi.28.num.9.imò fortius reſpō-
382 dit Iaſ.conſſ.56.col.2.& col.vlti.lib.1.† Principem poſſe
reuocare conceſsionem à ſe factam per viam contractus,
quando in tali contractu nullum factum reciprocum in-
terceſsit.Idem ſcripſit Crau.tract.de antiq.tempo.2.par-
ticul.primæ partis principalis nu.38.Nec videtut hoc caſu
383 neceſſaria illius † citatio, de cuius intereſſe agitur,cui,cùm
ex eius poteſtate detrimentum adferre poteſt Princeps,
poteſt & eo nō monito omnia exequi,vt affirmarunt Bal.
in l.nec cauſas.C.de appella.in l.1.C.quo. & quando iud.
Hoſti.& Butrig.in c.ſicut in iure,de exceſſ.prælat. Quod
fortius procedit,cùm Princeps ſuæ poteſtatis plenitudine
vtitur,vt ſtatim dicemus,& ſenſit in terminis noſtris Go
zad.d.conſi.9.nu.62.
384 Quartò ſuffragatur † clauſula,de plenitudine poteſtatis,
qua in his reuocationibus vſi ſunt Imperatores. Tanta e-
nim eſt vis tantúſque huius clauſulæ effectus, vt per eam
ius alterius ſuſtuliſſe dicātur,quemadmodum docuit An-
ge.in l.item ſi verberatum.ff.de rei vind.Iaſ.l.omnes. col.
1.verſ.ſextò limita.C.ſi contra ius vel vtil.pub.latè Crau.
conſi.241.nu.2.& in ſpecie noſtri caſus Gratus conſil.9.
nu.173.lib.1.Quod adeò verum creditur, vt etiam proce-
dat, cùm domino rei ius ex alterius contractu quæſitum
eſt.Sic Caſtr.in l.digna vox.C.de legibus. Bald.in l.qui ſe
patris,col.pen.C.vnde lib.Refert aliòs Craue.conſil.135.
nu.5.in fi.quibus accedit Goz.conſi.14.num.11.& Socin.
Iun.conſ.68.nu.17.lib.3.qui vno ore affirmant, nihil cō-
385 tra † Principis factum poſſe obiici.cùm de poteſtatis ple
nitudine procedit.Ab hac opinione non videtur diſſen-
tire Curtius Sen.conſi.66.colū.11.Hinc alij quàm plures
affirmant,hoc caſu neceſſariam minimè fore citationem
eius de cuius detrimento agitur:ita Hoſt.& Io.And.in c.
in præſentia.de procu.Barto.in l.Gallus.§.& quid ſi tan-
tùm,nu.15.de lib.& poſth.Bald. & Sali.in l.nec cauſas.C.
de app.à quibus non diſſentit nouiſsimè Natta conſ.638.
386 nu.154.li.3.imò ſunt,qui ſcribunt,tantā eſſe huius † clau-
ſulæ vim,quantam vnā ſimul habēt clauſulæ, motus pro-
prij,& ex certa ſcientia,de quarum viribus nunc ſubiicie-
mus:ita Crauet.conſil.241.nu.20.verſ.ad clauſulam, non
obſtantibus,poſt Curtium Seniorem,quem citat.
383 Quintò accedit † clauſula,motus proprij, quæ in his re-
uocationibus adhibita fuit. Illius enim tātus eſt effectus,
vt confeſsionem ipſam fauorabilē reddat, & eam exten-
dat,ampliétque:ita in ſpecie noſtri caſus Gazad.conſi.8.
nu.20.& Grat. conſ.9.nume.178.libr.1. imò ſubreptionis
vitium tollit.c.ſi motu,de præben.in 6.Abb. & cæteri in
c.dilectus.il 2.de præb.Roma.conſi.327.& egregiè Curt.
Sen.conſ.66.col.6.uerſ.confirmatur &c. Et idem opera-
ri,ꝙ clauſulam ex certa ſcientia,reſpondit Pariſ.conſil.3.
nu.57.lib.4.Imò hoc caſu,partis citationem non eſſe ne-
ceſſariam,reſpondit Pariſ.conſ.5.nume.106.107.lib.4. &
Soc.Iun.conſ.91.nu.21.lib.3.
Sextò comprobantur relata omnia, ex illa ſæpius adhi-
388 bita † clauſula,ex certa ſciētia,quæ eam habet vim,vt ob-
ſeruāda ſint omnia,quæ Principi placuerunt. ſic Oldrad,
conſ.257.col.3.Bar.conſ.196.nu.2.li.1.quos in ſpecie no-
ſtra retulit & eſt ſecutus Grat.d.cōſi.9.nu.176.li.1. Quo-
circa in dubium reuocari hæc non debent, quæ ex certa
ſcientia Principis facta ſunt.ſicuti reſpōdit Pariſ.conſi.5.
nu.122.lib.4.& nouiſsimè Natta conſ. 636.nu.159.libr.3.
Nec alij diſſentiunt,quos retulit Crau. cōſ.241.nu.3.in fi.
egregiè Soc.Iun.cōſ.68.nu.12.lib.3.qui nu.13.ſubdit poſt
Dec.conſ.341.col.2.habere vim clauſulæ,de plenitudine
poteſtatis.Sic etiā Pariſ.conſ.5.num.119.li.4. Rol.à Valle
conſ.71.num.48.lib.2.qui ſubdit,nihil tunc obiici poſſe,
quod annullet gratiam. imò multorum fuit opinio, hoc
caſu neceſſariam minimè fore,eius qui lædi poteſt, cita-
tionem.ita cenſuit Natta conſil.639.numer. 156. libro 3.
389 Septimò, confert † clauſula derogatoria, Non obſtan-
tibus, qua relati Imperatores in his reuocationibus vſi
ſunt.



ſunt.ex ea enim ius omne Ducis Sabaudiæ ſublatum vide-
tur.Ruin.conſi.98.numer.13.lib.2. Crau.conſil.241.num.
20.verſi.ad clauſulam,nou obſtantibùs &c.ita argumen-
tatur in hac ſpecie noſtra Goz.d.conſ.9.nu.26.
Octauò, non mediocriter prodeſt tot reuocationum
390 † geminatio,quæ enixam Imperatorum voluntatē oſten-
dit.iuxta l.Baliſta.ff.ad Treb. & in noſtris terminis egre-
giè reſpondit Curt.Sen.conſi.66.Super præmiſſa narra-
tione,col.11.qui quàm plura de his clauſulis attulit.Ei cla
rè idem reſpondit Rol.à Valle conſ.71.nu.49.50.lib.2. &
in ſpecie huius noſtri caſus, ſic argumētatus eſt Soc.Iun.
d.conſi.77.nu,105.lib.1.& clauſulas geminatas tertio etiā
præiudicare,reſpodit Ruin.conſil.98.nu.13.lib.2.Gozad.
conſ.5.nu.17.poſt alios,quos citant.
Nonò ſuffragatur illud,quod hac in controuerſia conſi-
derauit Goz.d.conſ.9.nu.31.verſ.nonò &c.& nu.32.verſi.
præterea &c.eſſe pronuntiandum,reuocationes ad com-
modum Marchionū factas valere,cùm per eas ad ius pri-
mæuum ſuamque antiquam naturam ſit Marchia hæc i-
391 pſa redacta.Eſt enim † fauorabilis illa diſpoſitio,per quā
ad ius antiquum reuertimur.capit.ab exordio,35.diſt.quo
quo loci glo.inquit,nemini iniuriam fieri,cùm res ad an-
tiquum ſtatum reducitur.Eſt & celebris gloſ.in l.ſi vnus.
§.pactus ne peteret.& ibi Iaſ.numer.6.ff.de pact. latè Ti-
raq.tracta.de retract.conſan.in proœ. num.58.in fine.Et
hoc caſu etiam in correctoriis fit extenſio,Didacus libro
3.varia.reſol.c.4.in fi.idem cenſuit Curt.Iunior conſil. 1.
nu.22.conſi.5.nu.29.cōl. 6.nu.14.conſ.9.nu.4.& egregiè
conſi.102.nu. 5. Quod procedit etiam,quò ad tertij præ-
iudicium.Sic reſpondit Soc.Sen.inter conſil. Bruni con-
ſi.10.nu.31.Gram.deciſ.106.nu.3.Goza.conſi.1.nu.35.qui
ſpondit,in cōceſsione ab Imperatore reuocata, & primo
domino iterum data.idem Goz.conſi.8.nu.41.& cōſi.26.
num.54.Addo Ruin.conſi.2.nume.8.lib.1.Accedit quòd
392 † latiſsima ſumitur interpretatio, cùm ad ius primæuum
reuertitur.Abb.c.cùm dilectus. nu.6.de conſuet.Socin.
Sen.conſ.38.col.3.verſ.ſextò & vltimò.lib.1.Deci.c. cau-
ſam quæ.nu.5.de reſcrip.Idem ergo dicendum videbatur
in caſu hoc noſtro.
Decimò & vltimò accedit, quòd ex ſuo facto & volun
tate ius ſuum perdidiſſe videntur Sereniſsimi Sabaudiæ
Duces. Nam ij relatis Imperatorum reuocationibus ac-
quieſcere viſi ſunt poſtea quàm illis ſubſecutis nunquam
ſunt conqueſti,imò vita functis omnibus illis Ioā. Iaco-
bi filiis,non curarunt Gulielmum ſucceſſorem inueſtitu-
ram à ſe ſuſcipere,& ſe in dominos directos, iuxta dona-
tionem & infeudationem, recognoſci. Sua ergo negli-
gentia ius ſuum tanti temporis curſu perimiſſe videtur.
393 Hoc.n.operatur † deſidia vt quis ius ſuum perdat:ita egre
giè reſpondit Bald.conſi.12.Quidam D.Matthæus, col.
pen. in fi. libr. 1.quem ſecuti ſumus in tracta.de recuper.
poſſ. in remed. 13. num. 81. & plura attulimus in eodem
tract.in remed.7.num.24 26.vbi multorum auctoritates
ſummatim congeſsimus,ad demonſtrandū,quantùm ho-
mini nocere ſoleat negligentia.his aliquando in hanc ad-
ducebar opinionem.
Re tamen diligentiſsimè cognita atque perſpecta con-
trariam ſententiam probo:iuréque credo,relatas reuoca-
tiones ab Imperatoribus factas ad commodum Marchio
num,Sabaudiæ Ducibus nocere minimè poſſe.Quam ſen-
tentiam,vt ſequar ac probem, multa me mouent.
Primò conſidero,Marchiam hanc Montisferrati allo-
dialem fuiſſe ac liberam, & ob id ad libitum eam alienare
potuerunt Marchiones illi, quod multis ſuprà oſtēdimus.
394 Qua ratione ſequitur,non potuiſſe † Imperatores partiū
placita & conuenta diſſoluere atque infringere,& ius al-
teri ex alterius voluntate & facto quæſitū auferre, ita in
ſpecie noſtri caſus argumentatur Gozad.d.conſ.9.num.
41.& Soc.Iun.d.conſi.77.numer.111.112.libr.1. Aiciat.re-
ſpon.162.num.6.& multa congeſsit Crauet.tracta.de an-
tiq.temp.parte prima,in princip.num.23.latè Curt.Sen.
conſi.50.70.
Secundò, præſuppoſito Marchiam hanc feudalem eſſe
Imperij;negari tamen non poteſt,quin feudum alienabi-
le ſit,vt ſuprà ſuo loco latiſsimè diximus. Ex quib.ſequi-
tur,hos Imperatores falsò ductos prætextu, ꝙ Marchia
feudalis imperij eſſet, & inalienabilis, eas reuocationes fe
395 ciſſe;ob cauſam ergo iniuſtam corruunt:† Cùm cauſa falſa,
ſi præſertim finalis ſit,omnem diſpoſitionē vitiet.l.ſi di-
uortio,vbi Doct.de verb.oblig.Alex.conſi.22.nu.3.libr.
5.qui reſpondit in terminis conceſsionis inueſtituræ.
Tertiò accedit, quòd etſi cauſa adfuerit iuſta priuandi
Duces Sabaudiæ iure ſuo, erat nihilominus adhibenda
396 † cauſæ cognitio,vt docent omnes in ca.quæ in eccleſia-
rum,vbi Dec.num.27.de conſtitu.& in c.1.de feudo ſine
culpa non admitten.egregiè Socin.Sen.conſ.266.col.18.
verſic.ſextus & vltimus caſus.lib.2. qui multis reſpondit,
Principem non poſſe ſine cauſæ cognitione aliquem iure
ſuo priuare.idem Soc.Sen.cōſi.59.col.7.verſ.ſextò & vl-
timò.lib.3.Dec.conſi.528.nu.8.Crau.tract.de antiq.tēp.
par.prima,nu.30. Illi addo Pariſ.conſi.1.numer.19.libr.1.
qui alios retulit,quod non modò in dominio directo, ve
397 rùm etiam in † vtili procedit, quod ſine cauſæ cognitio-
ne à Principe auferri nō poteſt.d.ca.1.de feudo ſine culpa
non amitt.vt egregiè reſpondit Rui.cōſi.37.nu.4. & cōſ.
46.nu.10.lib.1. & Curt.Senen.conſi.50.col.70.verſic.ta-
men iteratò. Qui affirmant,vaſallum delinquentem non
poſſe feudo priuari cauſa non cognita, ſed debere de de-
licto conſtare,& eo audito ſequi debet ſentētia. idem re-
reſpondit Iaſ.conſi.86.con.5.lib.3.& conſi.107.colum.3.
lib.4.Soc.Iun.conſil.134.nume.110.lib.3.qui alios retulit.
Plura Iul.Clar.lib.4.ſenten.iuris.§.feudum.q.62. Quan-
to fortius ergo dicendum eſt in caſu noſtro, in quo nulla
ratione conſtare poteſt, Duces Sabaudiæ deliquiſſe, vel
cōtra imperatorum perſonas,vel ipſorum Marchionum.
Nec aduerſatur conſideratio illa,quam fecit Soncin.Iun.
398 d.conſi.77.num.110.lib.1.† citationem cauſæque cogni-
tionem non fuiſſe neceſſariam,quoniam probabili defen
ſione carebat Dux Sabaudiæ, vt docuit Abb.ca.1.col.1.de
cauſ.poſſ.& propr.cum aliis à Socino relatis. Quia reſpō-
deo ex iam relatis ſatis ſupérque conſtare, quàm optimū
ius in hac Marchia conſecuti ſint Duces Sabaudiæ. Non
pariter obſtat,quod reſpondit Alcia. d.reſpon.162.nu.7.
citationem non fuiſſe neceſſariam, cùm à ſola Imperato-
ris voluntate penderet, an contractus ille ſubſiſteret, vel
non;quia imò non pendebat,vt iam diximus.
Quartò illud primum vrget,has reuocationes multipli-
399 ci † obreptionis & ſupreptionis vitio laborare. Quæ ſanè
vitia omnem conceſsionem annullant.l. ſed ſi hac.§. pa-
tronum.ff.de in ius voc.l.idem Vlpianus.ff.de excuſa.tu-
to.l.ſi quis obrepſerit.ff.de falſ.l.& ſi legibus.C. ſi contra
ius vel vtil.public.Gozad.p.conſ. 9.num.nu.23.Ioc.Iun.
d.conſil. 77.nu.83 84. ſubreptio enim reſcriptum vitiat,
& quicquid ab eo deſcendit.Crau.conſi.103.num.17.imò
ſubreptio vitiat etiam ſi adſit clauſula, non obſtante, vel
clauſula motu proprio,Dec.conſi.580.num.3.Goza.con-
ſi.2.num.25 .conſi.5.nu.14. tātò fortius ergo in obreptio-
ne,quæ maiorem vim habet ( & ſi Ruin.conſi.73.numer.
15.lib.3.aliter ſenſerit) Crau.conſi.7.num.11. conſilio 68.
nu.5.& conſi.296.colum.4. verſi.conſidero &c. Hinc af-
firmarunt Capic.deciſio.32.nu.13.& Neuiz.inter conſilia
Bruni conſ.12.nu.17.obreptionem vitiare etiam ſi à facto
alieno pēdeat.Vitia autem obreptionis ſubreptioniſque
patent. Primum eſt obreptionis vitium;quia in omnibus
relatis reuocationibus, falsò expreſſum fuit, per metum,
per dolum,per fraudē, per ſiniſtram machinationem latū
fuiſſe laudum,& ſubſecutam donationem;id quod omni-
nò falſum oſtendimus. Secunda eſt obreptio, quia falsò
dictum fuit,Marchiam fuiſſe Imperij feudalē,retulit Go-
zad.d.conſi.9.nume.21. verſicu.quartò per,&c.Quæ ſanè
obreptio maxima,cùm in cauſa fuerit, vt ob eam maximè
moti ſint Imperatores ad faciendum reuocationes illas,
ſequitur,eius falſitate detecta reuocationes non ſuſtineri.
400 Tertia † ſubreptio cōſideratur,quia geſta omnia in ſpe-
cie,clarè & apertè non fuerunt narrata,vt tamen neceſſe
erat ſecundùm Soc.Iun.d.cōſi. 77.num.84.lib.1.qui ſcri-
ptum reliquit, qualitates omnes eſſe in precibus expri-
mendas.Quod placuit etiam Dec. cōſi.695.nu.29.& Nat-
tæ conſi.636.nume.192.lib.3.poſt alios,quos citant.Hinc
ſubreptio commiſſa dicitur cùm omnia confuſè narrata
ſunt.Ruin.conſi.66.nu.28.libr.5.Brunus conſil.15.nu. 14.
& Crau.cōſ.68.num.3 Quartò expoſitum non fuit, filios
d.Ioā.Iacobi pluries eam donationem & infeudationem
ratificaſſe,quod vbi expreſſum fuiſſet,non ita de facili eas
401 † reuocationes feciſſent Imperatores;quare vitiat ſubre-
ptio hæc. Dec.conſi.541.nu.19.conſi.580.nu.3. & conſilio
602.num.19.Goza.conſ.6.nu.6.& conſi.25.nu.6.Crauet.
cōſi.296.col.4.& alibi ſæpe.Quintò, detegitur ſubreptio,
quia narratum non fuit,hos Marchiones pluries iuramē-
tum fidelitatis Ducibus Sabaudiæ præſtitiſſe: quod cùm

omninò ab eis ſeruandum eſſet, eorum poſtulatis nō an-
nuiſſent Imperatores. Sextò, ſubreptio demonſtratur,
quia expreſſum non fuit,laudum,infeudationém, cæterá-
que omnia ad commodum Ducis Sabaudiæ confirmata
fuiſſe ab ipſiſmet Imperatoríbus, id quod vbi intellexiſ-
ſent Imperatores illi.qui hæc reuocarunt,nō certe reuo-
caſſent;ita egregiè Crau.dicto conſil.296.col.6.verſicu.
402 tertio principaliter &c.præſumitur enim concedens cir-
cumuentus,ſi ſecundam conceſſionem primæ contrariā
faciat.idem reſpondit Dec.cōſi.695.nu.28.Rolan.à Val.
conſi.2.num.149.lib.1. Cùm ergo ex relatis conſtet, hos
Imperatores verè ignoraſſe ius competens Ducib. Sabau
diæ in Marchia iſta, ſequitur ex eorum reuocationibus
detrimentum aliquod eis inferri non potuiſſe.

Quintò ac vltimò,relatas reuocationes Ducibus Sabau
diæ nocere non potuiſſe,ex eo demonſtratur, quòd non-
nulli ex relatis Imperatoribus,præſertim Maximilianus,
vt retulerunt Gozad.d.cōnſ.9.nu.6.35.44.& Soc.Iun.d.
conſ. 76.nu.110.lib.1.confirmarunt & approbarunt eam
donationem,& infeudationem,& alij declararunt,ſe nol
le ex conceſſionibus iā factis ipſis Marchionibus auferre
ius iā quæſitū Ducibus Sahaudiæ:ex quibus ſequitur,re-
uocationes illas deinde ſubſecutas,nullius eſſe momenti.
403 Quod enim † ſemel placuit,diſplicere amplius nō poteſt.
c.quod ſemel,de reg.iur.in 6.Et in ſpecie noſtri caſus,dū
pro parte contraria reſponderent,ita Soc.Iun.d.conſilio
75.nu.114.& conſ.77.nu.97.lib.1.& Pariſ.conſ.23.nu.77.
78.lib.1. Quod procedit etiam in ſucceſſoribus ipſorum
404 Imperatorum,qui etſi nō in bonis,ſed in dignitate,† nō
anteceſſorum diſpoſitione,ſed eligentium uoluntate,ſuc
cedāt:attamen facta anteceſſorum impugnare non poſ-
ſunt:ita Bald.& cæteri in l.j.C.de conſtitu. Craue.conſil.
241.num.17.verſic.& præmiſſas &c.& latè diximus ſuprà
405 numero 28. Nec eſt, quòd his † confirmationibus obii-
ciatur , ex poſt,Imperatorum conſenſum in hac feudi a-
lienatione intercedere non potuiſſe,ex quo iam ſucceſſo
ribus ius quæſitum erat. quemadmodum in caſu noſtro
ſunt argumentati Gozad.dicto conſil.9.num.22.35.Soci.
Iun.conſ.77.nu.114.115.lib.1.& Rolan.à Valle d.conſil.2.
nu.146.li.1.Hi multis confirmant.conſenſum directi do-
mini in feudali alienatione tempore alienationis concur-
currere debere,& ob id non prodeſſe, ſi alienatione per-
* fecta & re non integra,adhibeatur.Reſpondeo *crebrio-
rem veriorémque interpretum ſententiam eſſe , conſen-
ſum hunc qui à domino directi adhiberi ſolet in feudi a-
lienatione facta à vaſallo,adhiberi poſſe alienatione per-
fecta & iure in alterum tranſlato , cùm nec pro forma,
nec ad alterius,quàm dommini cōmodum requiratur,ita
cenſuit Iſern.in c.1.in prin.nu.15.& ibi Alua.nume.14.de
proh.feud.alien.per Frid.Gaza.cōnſi.26.nu.9. Curt.Iun.
tract.feu.parte 4.nu.138.Soc.Iun.ſibi contrarius cōſi.97.
nu.16.& conſi.10?.nu.2.libr.2.hos omnes retulit & ſecu-
tus eſt Crauet.in ſubtili & docto reſponſo pro Genero,
nu.397.Quibus addo ego Iacobinum à S. Georgio in in-
ueſtitura feudali,in verbo,& cum pacto de non alienan-
do.nume.19.communem teſtatur Rolan.à Val.conſi.97.
num.33.lib.1.idem reſpondit Hieron.Scruf. inter conſilia
feud.conſ.134.nu.3.Zaſ.in Epito.feu.parte 9.nu.32.& cō
munē dixit Iul.Clar.lib.4.ſenten.iur.§.feudum.q.31.in fi.
qui alios plures referunt.Nec eſt quòd dicatur relatos in-
terptetes loqui,cùm de ſolius domini directi præiudicio
agitur:nos verò in eo caſu eſſe,in quo ſucceſſoribus , hoc
eſt,cum Gulielmo & aliis quæſitū ius erat.Quia vno ver-
bo ſatisfacio,eis nullum quæſitū fuiſſe ius de nouo,quan-
doquidem Imperatores per eorum conceſsiones & reuo
cationes nihil contulerunt cum effectu , cùm ius aliquod
ij in ea Marchia non haberent,& ius omne acquiſitū erat
Ducibus Sabaudiæ ex ipſius Io. Iacobi facto,cui contra-
uenire illius ſucceſſores non potuerunt,vt iam diximus.
Non quoq; aduerſatur,quod reſpondit Goza.d. conſil.9.
nu.37.38.confirmari non potuiſſe,quod iniuſtè erat factū
per metum & dolum,iuxta doctrinam Bal.in l.ij.C.de iis
406 qui per met.iudic.non appel.vt nec † confirmari poſſunt,
quæ hulliter geſta ſunt,ſicuti ſcripſerunt Bart.l.1.ff.de iis
qui ſunt ſui vel ali.iur.Dec.l.more.nu.21.ff.de iurid.omn.
iud.Gozad.conſ.62.nu.14.15.Quia reſpondeo vno verbo,
geſta illa ex metu irrita fieri non potuiſſe,vt iam diximus:
imò etiāſi nulla omnia fuiſſent,attamē in detrimentū cō-
firmantis confirmatio valet;ita Caſtr.in l. per fundi.ff.de
ſerui.ruſti.præd.Aluar.c.j.de alien.feud.pater. Non pari-
ter his cōfirmationib.aduerſantur obreptionum & ſubre
407 ptionū vitia † conſideratasà Soc.Iun.d.conſi.77.nu.87.
88.cū ſubſeq.li.1.quoniā ex relatis ſuprà apparet aduerſus
rei veritatē fuiſſe conſiderata.Queādmodū illud primum
minimè verū eſt,qòd.ſ.D.Sabaudiæ multa contulerit be-
neficia in ipſum Marchionē ; quia imò verū narratū fuit,
vt conſtat ex iam relatis ſuprà.Eſt pariter falſa illa ſecūda
ſubreptio à Socino conſiderata,quia ſuprà in ſecūda præ-
tenſione oſtendimus promiſsionē illā à Io.Iacobo factā
anno 1432.fuiſſe iure factā & validā.Falſa eſt & tertia ſub-
reptionis conſideratio:quoniā ſuprà demōſtrauimus, lau-
dū ritè latéq; latum,& ob id executionem meruiſſe,eam-
que ſortitā fuiſſe, cùm præſtitū fuerit, non modò ab ipſis
Marchionibus.ſed etiā à populis fidelitatis iuramentū, &
ob ſubſecutas tot tātáſq; ratihabitiones metū fuiſſe pur-
gatū,ſi modò metus aliquis interceſsit. Ex quo ſequitur,
falſam pariter eſſe conſiderationem illam quam is Socin.
fecit d.conſ.67.num.90.verſ.quartò &c.Eſt quoque fal-
ſa quinta.quam is nu.93.ſubiicit : quoniam Marchia ipſa
alienabilis erat,& de ea ad libitum potuit diſponi,quo in
in caſu non loquitur c.intellecto, de iureiur.quod etiam
eo in caſu procedit quando contrarium iuramentum de
non alienando præſtitum fuit,de quo hîc non conſtat. Ex
quibus illud etiam ſequitur, falſam eſſe ſextā Socini con-
ſiderationem quia Imperatori exponendū non erat,Mar-
chiam,vt rem allodialem & propriam fuiſſe donatā. Nam
verè allodialis erat & propria,cùm donaretur, vt ſuprà in
prima conſultationis parte oſtendimus.Eſt ēt falſa conſi-
deratio Soc.d.conſi.77.ne.95. quoniam de ratificationi-
bus filiorum dicti Io.Iacobi conſtat, vt ſuprà retulimus.
Corruit & vltima illa conſideratio Soc.d.cōſil.77.nu.96.
verſ.demum & octauò &c. quia reuocationes illæ fuerūt
Ducibus Sabaudiæ incognitæ; quia non cōſtat,fuiſſe mo-
nitos dum concederentur. Nec dicatur , ēt ſubreptionem
per ignorantiam commiſſam excuſare , vt docuit Abb.c.
conſtitutus , ij. notab. de reſcrip. Gemin. conſi. 105.in fi.
Soc. Sen. conſil. 164. col. 1.& conſilio 273. col. vlt. lib.
2. Rui. conſi. 3. nu. 16. lib. 1. ſiquidem loquuntur illi,
cùm reſcriptum impetrans tractat de lucro acquirendo
in tertij detrimentum :quo in caſu nos non verſamur;ſed
408 tantùm de iure Ducib. Sabaudiæ acquiſito conſeruando.
Rurſus, earum † in precib. Ducum Sabaudiæ mentio ha-
benda non erat , cùm nullius eſſent momenti , vt tradunt
Oldr. conſi.299.Quidam Vgo.&c. & Abb.c.per veſtras,
de don. inter vir.& vx. Quos ſecutus eſt Ruin. conſil. 8.
nu. 2.lib.4.qui poſt relatos reſpondit,non eſſe faciēdam
mentionem litis pendentiæ ob reſcriptum ſubreptitium.
Sic reſcriptum non dicitur ſubreptitium, qū in eo non ſit
mentio litis iam ſopitæ,Anch.conſ.16.col. 1. Crau.conſ.
182. nu. 4. & conſi. 293. nu. 10.

Non obſtant nunc in oppoſitum adducta;quia reſpon-
deo.Ad primum enim reſpondeo,diſcurrendo per ſingu-
las illas octo reuocationes à multis illis Imperatoribus
factas.Et quo ad primā illam Vinciſlai, clarè apparet ad
rem non conferre:cùm añ has conuentiones , laudum &
donationem, facta fuerit.Non ēt ad rem facit illa ſecunda
Friderici ſub anno 1464.9.Ianuarij.Nec illa tertia eiuſdē
Friderici eodē anno 14. Maij facta.Nam (vt diximus, iu-
ſtam reuocationis cauſam non cōtinēt , nec cauſæ cogni-
tio adhibita fuit . Non pariter nocet quarta reuocatio ab
eodē Friderico anno 1469.Kal.Febr.facta . Quoniā Du-
cibus Sabaudiæ non nocet,ſed potius prodeſt:qūquidē i-
bi nihil in ſpecie reuocatur ex his,quæ cùm Duce Sabaudię
acta fuerunt . Nā reſeruata fuerunt iura quorūcunq;, qui-
bus is Fridericus præiudicare noluit . Non quoque obſtat
reuocatio illa eiuſdem Friderici ſub anno 1487.6.Septēb.
quia ibi in genere ſolùm reuocat alienata in quoſcunque,
409 cùm tamen omni caſu † neceſſaria eſſet ſpecialis deroga-
tio,iuxta tradita per Crauet. conſi. 241. columm. octaua,
verſicul. ſecundò poſſet reſponderi,&c. Qui multos e-
tiam refert affirmantes, neceſſariam fore ſingularem de-
rogationem. Quod fortius eſt,ſi uerum eſſet,cùm tamen
* ipſe teſtetur * communem ſententiam eſſe in cōtrarium.
non negat tamen fore neceſſariam derogationē in ſpecie.
Et in terminis noſtri caſus Gozad.d.conſil.9.nu.26. & e-
gregiè admodùm & ſubtiliter Crau.126.num.24. qui af-
firmat eſſe neceſſariā ſpecialē derogationē.Nū obſtat pa
riter illa quinta reuocatio , quā fecit Maximilianus anno
1494 quoniam facta fuit in conceſsione vnius inueſtituræ
cōceſſæ procuratorib. Gulielmi tūc Marchionis,hoc eſt,
Beneuenuto



Beneuenuto à S.Georgio,Io.Derthonenſi & Vrbano Ser-
ralonga, de quorum mandato non conſtat . Quare nulla
ſunt geſta omnia , cùm præſertim fidelitatis iuramentū à
ſpeciali procuratore præſtādum ſit,vt ſuprà latè ſuo loco
diximus . Nec iuramentum à Maria Gulielmi matre præ-
ſtitum,prodeſt, cùm in ea inueſtitura expreſsè conditio
adiecta,fuerit,quòd is Gulielmus adultæ ætatis deinde
factus,hæc omnia ratum haberet & confirmaret. Quæ ſa-
410 nè † conditio impleta cùm non fuerit, corruit inueſtitu-
ra:iuxta tex.l.item quia.§.1.ibi.Et nuptijs non ſecutis,ip-
ſo iure euaneſcit ſtipulatio.ff.de pact.& tradit Crau.conſ.
9.num.3.& in reſponſo pro Genero,nume.395 .probat.l.
qui hæredi.§.Plautius,vbi Bart.& Soc.de cōd. & demon.
411 Soc.Iun.conſi.122.num.14.lib.3 . Hæc ergo † conditio li-
quidari debet,ad hoc vt conceſsio,ob eā facta, effectum
ſortiri poſsit,vt eſt notab.tex.in l . hoc iure, vbi Alexan.
ff.de verb.obl.& reſpondit Ruin.conſi.55.nu.13. & conſi.
16.nu 13.lib.5.Accedit,quòd reuocatio illa ita generaliter
facta,vt ſuprà retulimus,non prodeſt.Non pariter moni-
tus fuit Dux Sabaudiæ,vt ſuprà diximus. Nec ad rem cō-
412 fert clauſula adiecta in reuocatione iſta,† ſupplētes om-
nes & quoſcūq; defectus &c.Quia etſi magni effectus ſit,
non tñ ſupplet defectus à iure naturali prouenientes,ve-
luti docuit Alex.in l.ſi filius à patre.§.vlt.in fin.ff.de li.&
poſthu.Iaſ.conſi.86.col.pen.lib.3.Ruin. conſi.36.nu.5.li.
5.Non ergo citationis defectum ſupplebit,cùm iuris na-
turalis citatio ſit.ita in ſpecie reſpondit.Rui.conſil. 229.
nu.11.li.& cōſi.79.nu.11.li.5.Rurſus,nihil operatur clauſu
la hæc,cùm ius tertij læditur.ita Rui.cōſi.35.n.55 li.1.Rur-
ſus & 3.clauſula hæc non tollit defectum ſubſtantiæ.Pariſ.
cōſi.1.nu.88.89.lib.1.& conſi.45.nn.nu.42. li.3. Nō ergo
intelligitur remiſſa fidelitatis,quæ ætate adulta præſtāda
erat,nec ſublatū defectum ratione iuris Ducum Sabau-
diæ.Non quoq; officit conceſsio,ſeu reuocatio illa à Ma-
ximiliano facta anno 1518.Quoniā in ea non reuocātur a-
lienationes factæ per hos Marchio.in Duces Sabaudiæ.
Nam ſolùm is Maximilianus eſt proteſtatus,ſe per quaſ-
cunque conceſsiones Ducibus Sabaudiæ factas nolle
Marchionum iuribus præiudiciū adferre.Non ergo quid
quā ex ea Marchionibus tributū eſt , ſed in eſſe ſuo omnia
relinquuntur.Non pariter aduerſatur conceſsio & reuo-
catio illa, quam fecit Carolus V.anno.1522.quoniam in ea
nullum extat verbum de reuocatione geſtorū inter Du-
ces Sabaudię & ipſos Marchiones Montisferrati. Accedit
ꝙ conceſsio illa fuit facta Alexandro Lignano procura-
tori,de cuius mandato non conſtat , quare nullius mo-
menti conceſsionem eſſe,ex iā relatis intelligmus. Rurſus
adiecta fuit conditio, ꝙ is Bonifacius,cuius nomine An-
na mater conceſsionem impetrauerat , cùm adoleuiſſet,
fidelitatis iuramentū præſtaret, ꝙ tamen obſeruatū non
fuit.Conditione ergo deficiente deficit conditionatum,
vt paulò ante diximus.Non etiā vrget conceſsio illa, illa-
que reuocatio facta ab eodē Carolo V.anno 1532.5.Apri-
lis.Nā eſt ꝙ animaduertamus,nullam in ſpecie factā eſſe
reuocationem geſtorum inter Duces Sabaudiæ & ipſos
Marchiones;reliquit ergo geſta illa in ſuo ſtatu. Nō ob-
ſtat tandem vltima illa eiuſdem Caroli V.conceſsio facta
Illuſtriſs. Margheritæ,Gulielmi Marchionis vltimi filiæ,
& vxoris olim Illuſtriſs.Ducis Mantuæ,ſub,annno 1532.
vltima Decēbris:quia multipliciter illi rñdetur. Primò,
conceſsionē illam factam reperiri Gulielmo à S.Georgio
procuratori,de cuius mandato non conſtat . Secundò re
ipſa conſtat factū fuiſſe conceſsionem illam ex falſa cau
ſa,nēpè quia Io.Georgius d.D.Margheritæ patruus tūc
Marchio inhabilis erat ad ſobolē procreandam.Quæ qui
dem cauſa fuit finalis illius conceſsionis,vt ex illius inſtru
413 menti præfatione demonſtratur:ſolent enim † præfatio-
nes cauſam finalem oſtendere.l.vltima.ff.de hæred.inſtit.
& tradunt Soc. Sen.conſi.24.col.1.lib.4. Deci.conſil.28.
col.1.& conſi.640.in fin.Gozad.conſi.1.nu.14.16.Craue.
conſi.192.nu.1.Cæteros ſciens prætereo.Falſa ergo cauſa
414 hæc diſpoſitionem vitiat l.ſi diuortio.vbi Doct.de verb.
oblig.Et in terminis conceſsionis inueſtituræ,ſic reſpon-
dit Alex.conſi.22.nu.3.lib.5.ꝙ autē falſum eſſet,Io.Geor-
gium non potuiſſe generare,ex multis detegitur . Primò,
415 quia iuris † præſumptio eſt , eum fuiſſe ad generandum
potentem.l.filium,vbi Bal.col.1. egregiè rationem red-
dit.ff.de ijs qui ſunt ſui vel alie.iu,Pariſ.conſi.29.num.16.
lib.2.id quod re ipſa compertum,fuit , quia filios natura-
les ſuſcepit,qui in humanis adhuc agunt . Secundò, quia
teſtibus probatum fuit,eū habilem & potētē fuiſſe . Ter-
tiò,quia ipſemet Carolus V.ipſi.Io.Georgio in vxorem
dedit Iuliam Aragoniam poſt conceſsionem illam factam
nec præſumendum eſt,quòd illam ei dediſſet,ſi eum ad ge
nerandum nouiſſet inhabilem.nec eſt,quod dicatur Ioan.
Georgij inhabilitatem ſatis probatam fuiſſe ex teſtibus
Illuſtr.Ducis Mantuæ:quia erit animaduertendū, an de-
poſuerint,eum fuiſſe inhabilem tempore illius cōceſsio-
nis,ſicque eo anno 1532.de menſe Decembris , quoniam
416 † qualitas, quę,in perſona adeſſe debet certo & limitato
tempore,probari debet ꝙ eo tempore aduenerit;nec ſuf-
ficit,ꝙ paulò ante vel poſt adfuerit;ita Iaſ.in l.1.nume.2.
C.de teſtam.poſt Bart.& Bald.ibid.idem ſenſit Rui.cōſ.
417 29.nu.10.lib.1.Rurſus deferendum erit magis † teſtibus
de habilitate deponentibus, cùm veriſimiliora deponant.
l.ob carmen.ff.de teſti.Dec.conſi.554.in fin.Gozad.conſ.
8.num.46.&conſi.13.num.27.Pariſ.conſi.112.in fin.lib.1.
418 cæteros ſciens omitto.† Veriſimiliora autem illa eſſe di-
cuntur,quæ iuri cōmuni conueniunt.c.auditis,vbi omnes
de præſcrip.Bal.l.qui accuſare,in fi.C.de eden,Curt.Sen.
conſi.73.col.5.Ruin. conſi.12.num.3.lib.5. Hinc reſpon-
dit Soc.Sen.conſi.157.in fin.lib.2.qualitatem iuri cōmuni
conuenientem eſſe magis ſpectandam.

Tetio reſpondeo,cōceſsionem illam nullius fuiſſe mo-
menti,cùm facta fuerit de re Ioan.Georgij adhuc viuen-
tis,quod iure non conceditur. l.vltima C.de pactis . Nec
419 dicatur, hanc † conceſsionem conditionaliter fuiſſe fa-
ctam,ſi.ſ.Io.Georgius ſine prole decederet,iux.c.1.§.mo
ribus,ſi de feu.fue.contr. quo adducti , ſic in noſtro caſu
Soc.Iun.d.conſi.76.nu.119.120.lib.1. & Rol.conſi. 2. nu.
44.45.lib.1.qui adeò verū hoc eſſe affirmarūt,vt talis cō-
ceſsio iure valeat,etſi viuens vaſallus non conſentiat , idē
ſenſit Afflic.deciſ.292.& Zaſ.in epit.feud.part.6.num.22.
420 quia reſpondeo. Primò,† d.§.morib.locū herede,quan-
do vaſallus,de cuius feudo & ſucceſsione agitur , ſine ſuc-
ceſſore moriturus eſſet,quod non cōtingit in caſu noſtro
in quo videmus ex pacto cōuento, ex donatione aliiſque
iuribus. Duces Sabaudiæ ſuccedere debuiſſe in marchia,
prole maſculina domus Palæologæ extincta. Reſpōdetur
& ſecūdò,diſpoſitionem d.§.morib.intelligi, cùm agitur
de feudo incerti vaſalli,ſic declarat Iacobi.à S.Georgio in
inueſtit.feu.in verb.inueſtiuit,nu.12.in fi.Quartò præſup
ponamus,relatas reſponſiones non eſſe probabiles,vt te-
men optimæ ſunt,adhuc Caroli V. conceſsio non potuit
detrimentum aliquod Ducibus Sabāudiæ, quibus iā ius
quæſitum erat adferre,vt ſuprà latè diximus.

Non obſtat ſecundū principale fundamentū , quia reſ-
pondeo,Primò,iam ex relatis ſuprà in prima par. conſul-
tationis noſtræ,Marchiam hanc Imperij feudalem nun-
quam eſſe effectam.Reſpondeo ſecundò,ꝙ vbi præſuppo
natur feudalis,fuiſſe tamen feudum ita alienabile,vt Cæ-
ſare inconſulto alienari potuerit,vt latè oſtendimus ſu-
prà in 2.partic.primæ par,princicipalis conſultationis no
ſtræ.& reſpondit Roland. à Val.conſi.76.nu.25.li.2,nec
fuit neceſſe Ducibus Sabaudiæ aliquam inueſtituram ſuſ-
cipere ab Impe.quoniā etiam hoc caſu ſecuta alienatione,
421 vt † allodialis & libera,quamquam aliàs feudalis foret,a-
pud Duces Sabaudiæ erat,ac eſſe debet;ita egregiè ſcrip-
tum reliquit Zaſius in epito.feud.par vltima,nu.15. verſi.
ſecundò infertur &c.

Non obſtat tertium principale fundamtēum , quia reſ-
pondeo,falſum omninò eſſe , Imperatorem, aliumuè ſu-
422 premum † Principem poſſe aliquem ſine cauſa iure ſuo
priuare,etiamſi de plenitudine poteſtatis agat,vt multos
huiùs veræ ſententiæ gauiſsimos authores retulit Craue.
conſi.5.num.10.conſi.7.nu.10.& conſilio 103.num.3. qui
poſt multos reſpondit,ꝙ etſi modi acquirendi dominiū
iuris ciuilis ſint,dominiū tamē eſt iuriſgentiū,quod tolle
re & infirmare Imperator non poteſt.Idem Craue.conſi.
135.num 20,conſi.172.nu.3. & conſi.241.nu.12 . verſi.ad-
uertendum &c.& in ſpecie noſtri caſus idem reſpondit
Soc.Iun.d.conſi.77.nume.124.lib.1 . quòd verè tradunt
Doctores ex.l.Lutius.ff.de euictio.& l.Anthiochenſium
de priuileg.cred.vbi Angelus intelligitur,quādo is Prin-
ceps in cauſa fuit illius lucratiuæ acquiſitionis,vel qui ipſe
donauit,vel quia ſua opera donatum ab altero fuit:quo in
caſu nos non verſamur,cùm hac in re nullum Imperato-
rum interceſſerit,quod actui ſubſtantiam attulerit.Quod
423 de † citatione poſtmodùm in eo fundamento dictum
fuit ad rem non confert, quandoquidem locnm illa ha-
c. 3. bere

bere poſſunt, quãdo ad libitum ita agere poteſt Princeps,
cæterùm ſi ſine cã non poteſt, citatio enim neceſſaria om
* nino eſt, vt legitimè de cã conſtare poſsit, ita * crebriore
calculo ſentiunt Doct. quos innumeros propè retulit Ti-
raq. in tract. Res inter alios acta. in 7. limit.

Non obſtat quartũ fundamentum principale. de clau-
ſula, de plenitudine poteſtatis &c. quia multipliciter reſ-
424 pondeo. Primò, vt ſuprà attigimus, verè † Principem nõ
* poſſe ius alterius tollere, & * communem ſententiam eſſe
contra Angelum in d. l. itẽ ſi verberatum, de rei vind. teſ-
tatur Craue. d. conſi. 141. nu. 20. quo loci ampliſsimè doc-
tiſsiméq; oſtendit clauſulam, de plenitudine poteſtatis, ni-
hil operari in his, in quibus de iure non poteſt Princeps
diſponere, quemadmodum in caſu noſtro, ex iam relatis,
nihil agere potuerunt de iure ſacri Romani Imperatores,
vt reſpondit Zaſius conſi. 10. num. 25. lib. 2. imò affirmant
quamplurimi, Principem in cauſa de plenitudine poteſta
425 tis procedentem † citare debere partes; ita Card. & Ab-
bas in cap. 1. de cauſa poſſ. & propr. latè Aret. conſilio 163.
num. 13. 14. Fel. in cap. quæ in eccleſiarum. nume. 66. verſi.
ſextò limita. de conſt. quos ſecutus eſt Tiraq. tracta. Res
inter alios acta. limitatione ſeptima, prope finem. illi ad-
do Soc. Sen. conſi. 164. col. pen. lib. 2. Reſpondeo ſecundò
426 † clauſulam, de plenitudine poteſtatis, nihil operari, cùm
ea vtẽs plenè de negotio, ob quod ea vtitur, informatus
non eſt, ita Craue. d. conſilio 241. col. 8. in fin. verſi. quartò
reſpondeo &c. poſt Soc. Sen. conſilio. 120. col. 6. verſi. re-
ſpondetur etiam, li. 3. Decium conſi. 198. col. pen. & Bru-
num conſilio 87. num. 23. Qua enim ratione fieri poteſt, vt
ignorans concedat, vel conceſſum confirmet, cùm con-
ſenſus deficiat, iuxtà l. mater decedens. C. de inoff. teſt. cum
alijs ſimilibus.

Non obſtat quintum fundamentum, quia reſpondeo
primò, ꝙ ſi princeps nihil poteſt ex clauſula, de plenitudi-
ne poteſtatis, minus poteſt ex clauſula motus ꝓprij; cùm
427 maior ſit vis & effectus † clauſulæ de plenitudine poteſta
tis quàm motus proprij. Sublato ergo accedenti tollitur
& cõſequens. ita reſpondit Craue. d. conſi. 241. col. 9. ver.
ad clauſulam, motu proprio &c. Reſpondeo ſecundò ex
eiuſdem Crauett. ſententia. d. conſi. 241. col. 9. verſi. ſecũ-
428 dò reſpondeo &c. † clauſulam motus proprij, ius alterius
non lędere, ex ſententia glo. in ca. ſi Romanus, de præben.
Hoſtien. & Ancha. in capit. cauſam, il ſecundo. de teſtib.
atque aliorum, quos ibi fuſius citat. Et in ſpecie noſtri ca-
ſus ita reſponderunt Soc. Iun. d. conſi. 77. num. 104. lib. 1.
Alciat. d. reſponſo. 162. nu. 6. Quibus addo Soc. Sen. conſ.
429 115. col. 1. lib. 3. qui reſpondit, † clauſulã hanc motus pro-
prij, non tollere vitium ſubreptionis ad tertij detrimen-
tum. Idem reſpondit Ruinus conſil. 18. num. 12. conſi. 226
nu. 11. con. 228. nu. 3. lib. 1. Dec. conſi. 407. nu. 19. 20. Curt.
Iun. conſi. 142. nu. 9. & Pariſ. conſi. 11. nu. 120. conſi. 82. in
fin. lib. 1. & conſi. 5. nu. 15. lib. 4. Gozad. conſi. 14. nu. 18. Nõ
ergo ius Ducum Sabaudiæ ex his dauſulis tolli debilitarí-
uè potuit. Reſpondeo terttio, ꝙ cũ iam Imperatores cõ-
firmauerint eã alienationem ad commodum Ducum Sa-
baudiæ, non potuiſſe deinde vti hac clauſula motus pro-
430 prij ſeu verius, non præſumi ea vti cõtra eos voluiſſe: † cũ
circumuerti potius præſumantur, quàm ꝙ ſua ſpontè ita
agerre voluerint: quemadmodũ egregiè declarat Crau. d.
con. 241. col. 10. ver. 3. reſpõdeo &c. Reſpõdeo 4. vt in no-
ſtris terminis reſpondet Soc. Iun. dicto conſil. 77. nu. 98.
tunc clauſulã motus proprij operari, quando is Princeps
ſua ſpontè ad aliquid concedendum mouetur, at contra
quando ad partium poſtulationem: nam tunc ex eo impor
tunitate non ſolùm ad concedendũ, ſed etiam ad adhibẽ-
dum clauſulas has inductus præſumitur, quod multorum
authoritatibus confirmat Soc. vt apud eum. Cuius doctri
na optimè caſui noſtro conuenit.

Non obſtat ſextum, de clauſula, ex certa ſcientia, quia
431 multipliciter reſpondeo; Primò † clauſulam hanc ex cer-
ta ſcientia nihil operari in detrimentũ tertij. ita in termi-
nis noſtris caſus Goza. conſi. 9. nu. 42. & Soc. Iun. d. conſi.
77. nu. 126. li. 1. Quibus addo Aretinũ, conſi. 15. nu. 6. Curt.
Iun. conſi. 142. nu. 8. verſi. nec obſtant, Pariſ. conſi. 1. nu. 84
& conſi. 11. nu. 121. lib. 1. Eiuſdem ſententiæ addo Gramma
deciſione 104. nu. primo, ſecundò & 3. & Zaſium conſi. 10
432 nu. 30. lib. ſecundo. Reſpondeo ſecundò, † clauſulam, ex
certa ſciẽntia, nihil operari in his, quæ non iuris, ſed facti
ſunt, vt in caſu noſtro. ita de re hac noſtra verba faciens,
reſpondit Socinus Iunior dicto conſi. 77. nnm. 126. & li-
bro 1. idem ſcripſit Pariſius conſilio. 1. num. 81. lib. 1. conſi.
4. num. 28. & conſi. 74. num. 29. lib. 4. Crauet. dicto conſ.
433 241. columna. 9. in principio. Reſpondeo tertiò † clauſu-
lam hanc nihil operari, cum adhibita fuit ſiue cauſæ cogni
tione, vt hîc contigit, ita Pariſius conſi. 4. numero 33. lib. 2.
qui alios retulit. idem cenſuit Gramma. deciſio. 66. num.
38. & Sebaſtia. Vantius tract. nullitatum, in titu. an quæli-
bet ſenten. nulla dici poſsit. num. 18. Zaſius. conſil. 10. nu.
30. lib. 2.

Non obſtat ſeptimum fundamentum principale, de
434 † clauſula, non obſtantibus: quia reſpondeo multipliciter
vnà cum conſultiſsimo compatre meo Aymone Crau. d.
conſi. 241. col. 8. verſi. ad clauſulam, non obſtãtibus &c. qui
ſeptem adfert declarationes, quæ caſui noſtro optimè cõ-
ferunt. Primo. cum eo dico ꝙ cùm maioris ſit effectus &
potentiæ clauſula, de plenitudine poteſtatis, quam hæc
clauſula, quemadmodum ergo illa nihil in caſu noſtro o-
peratur, vt iam diximus, ita nec hæc. Rñdeo ſecundò, clau
ſulã, non obſtantibus, nihil operari, qñ Princeps non fuit
optimè informatus de partium conuentionibus ſæpius
confirmatis, vt noſtro hoc caſu contigit. ita Crau. d. conſ.
241. col. 8. in fin. verſi. 4. reſpondeo, qui plures huius ſen-
tentiæ Doctores citauit. Reſpondeo tertio clauſulam de
rogatoriam non obſtantibus &c. non derogare diſpoſi-
tioni firmatæ conſenſu partium; ita Craue. qui ſuprà col.
6. verſ. quintò reſpondeo &c. qui ſubijcit in verſic. 6. reſ-
pondeo &c. fortius procedere, quando partium conuenta
ſæpe & ſæpius confirmata fuerunt. Reſpondeo quartò,
quòd cùm in caſu noſtro plura interceſſerint, quæ Mar-
chionum inpetrationi obſtabant, hoc eſt, conuentio-
nes, donationes, ſuſceptæ inueſtituræ, fidelitatis præſtita
iuramenta tot, tãtæq; ratihabitiones: ſequitur, clauſulam
hãc non obſtantibus, non profuiſſe, cùm plura obſtantia
non ſuſtulerit ita Craue. d. conſi. 241. col. 9. verſi. 7. reſpõ-
deo &c. Ruin. conſi. 36. num. 14. lib. 1.

435 Non obſtat octauum fundamentum, quia † reſpondeò
vnà cum Baldo conſi. 245. colum. 2. lib. 1. & Crau. d. conſ.
241. col. 10. verſic. poſtremò ad multiplicationem &c. ꝙ
quò plures clauſulæ in ſcripto ponuntur aduerſus iura ter
tij, eò eſſe expreſsiores maioris fraudis & delicti. Rñdeo
ſecundò, vt in ſpecie noſtrí caſus rñdet Soc. Iun. d. conſil.
77. nu. 105. nõ præſumi Principem ex tot tantiſq; clauſulis
velle iuri alterius præiudicium afferre, ibiq; citat huius ſẽ-
tentiæ Curt. Senio. Ex quo ſequitur minus vera ſcripſiſſe
Rui. Goz. & alios in eo octauo fundamento relatos.

Mon obſtat nonum illud fundamentum, eſſe ſumẽdam
latam interpretationem vt res antiquum ſtatum recipiat
436 quia reſpondeo, regulam † illam locum ſibi non vedica-
re quando antiqua illa natura, primæuuſque ſtatus iã ex-
tinctus eſt, vt declarauit Soc. Sen. conſi. 260. col. 4. verſi.
prima ratio eſt &c. lib. 2. Cùm ergo ex conuentionibus,
donationibus, alijſque geſtis inter partes immutatus ſit
ſtatus & natura Marchię, quia ex libera facta eſt feudalis
ad cõmodum Sereniſsimi Ducis Sabaudiæ directi domi-
ni, ſequitur de primo ſtatu quærendum amplius non eſſe.

Non obſtat vltimum fundamentum, quia reſpondeo,
437 † negligentiam, ſi qua fuit, non potuiſſe nocere Ducibus
Sabaudiæ, & prodeſſe Marchionibus. Quoniam, ut male-
fidei poceſſores Marchiones ij non poterãt præſcribere,
vt in claris terminis vaſalli, qui feudum recognouit à do-
mino reſpondit Alex. conſi. 84. col. 1. lib. 1. qui idem affir-
mauit in illius vaſalli hæredibus, idem reſpondit Zaſius
conſi. 15. num. 57. 58. lib. 2.

NOna & vltima eſt, quæ huic prætentioni obijcitur,
difficultas, nec ſanè leuis. Præſuppoſito enim laudũ
fuiſſe legitimum, & donationem ac infeudationem
iure defendi, adhuc tamen dicendum videtur, non eſſe lo-
cum ſucceſsioni ad commodum Serenſſimi Ducis Sabau
diæ etſi maſculi omnes ex linea Paleologa deceſſerint;
438 quoniam † Marchia hæc pertranſire potuiſſe videtur è
maſculis ad fœminas, ſicque ad Illuſtriſsi. Margheritam
Paleologam olim Ducisſam Mantuæ, Quod multis oſten
dunt Gratus conſi. 9. nnm. 155. lib. 1. Pariſ. conſi. 22. col. 1.
conſi. 23. num. 30. lib. 1. Gozad. conſi. 9. num. 52. 55. & nu.
59. Soc. Iun. conſil. 77. nume. 22. 23. lib. 1. & Alciatus reſ-
ponſo 162. num. 12. vſque ad finem.

Primò, quia ſui origine Marchia hæc eſt ad fœminas
tranſitoria. Nã mortuo illo Ioan. vltimo ex Aledrami Sa-
xoni linea, Iolãta ſucceſsit in Marchia anno 135. & ex ea in
Marchio-



Marchiones ex Domo Palæologa tranſiuit, vt ſuprà nu.
61. retulimus. Iuſta ergo ratione creditur fœminas tunc
potuiſſe ſuccedere: quia feudum dicebatur fœmininum,
439 & † tanti temporis lapſus vim habet priuilegij. l. j. §. du-
ctus aquæ. ff. de aq. quotid. & æſtiua. Ita in ſpecie noſtra
hoc argumento vſus eſt Alciatus. d. reſp. 162. nu. 12. verſi.
& in primis &c. & fuſius Pariſ. d. conſi. 23. nu. 62. 63. & nu.
72. libr. 1. imò eſſe feudum fœmineum ex ipſius Othonis
conceſsione facta Aledramo, multis probat Pariſ. d. con-
ſil. 23. nu. 50. cum multis ſequentib.
Secundò, inquit Alciatus. d. reſp. 162. num. 12. verſic. quòd
ſi attẽdimus &c. feudum huius Marchiæ eſſe ad fœminas
tranſitorium, ex conceſsione Caroli quarti, id quod ſcri-
pſit & Soci. Iun. d. conſi. 77. nu. 22. verſi. Prætereà ex alio
&c. Carolus enim quartus, dum Io. Palæologo inueſtitu
ram huíus Marchiæ concederet, conceſsit pro ipſo Ioan-
440 ne, ſuiſque ſucceſſoribus † maſculis & fœminis, fœminæ
ergo admitti debent, cùm maſculi deficiunt, vt hîc, ita
probat text. in cap. 1. §. quinetiam Epiſco. vel Abb. & tra-
dunt in ſpecie noſtra Pariſien. conſi. 22. numer. 4. & conſ.
23. num. 49. libr. 1.

Tertiò, confirmatur ſecundùm Alciatum d. reſponſo.
162. nu. 1. verſic. idémque dicendum, ac etiam Pariſium. d.
conſi. 23. nu. 72. li. 1. ex inueſtitura & conceſsione Caroli
Quinti facta Io. Georgio, in qua dictum fuit Io. Georgiũ
441 recognoſcere marchiam hanc in † feudum pro ſe ſuiſque
hęredibus & ſucceſſoribus: quæ dictio ſucceſſoribus, hoc
caſu fœminas comprehendit, alioqui ſuperfluo appoſi-
ta fuiſſet. ita Alciatus ex multorum opinione, Alexan. ſci-
licèt conſi. 195. num. 4. lib. 6. Cornei conſil. 16. lib. 1. Soci.
Sen. conſi. 257. lib. 2. Decij conſi. 269. & Curt. Iun. tracta.
feudo. parte 3. q. 29.

Quartò, in ſpecie & ad rem magis cõfert ſecũdum Al-
ciatum d. reſpon. 162. nume. 13. eam infeudationem, quam
his Marchionibus ipſemet Dux Sabaudię fecit anno 1435.
442 27. Ianuarij, eſſe etiam pro fœminis, cùm ſit facta † infeu
datio pro ſe, aſcendentibus, & deſcendentibus agnatis.
Quibus verbis admitti videtur illuſtriſsima Margherita,
quæ eſt agnata & collateralis. l. 4. C. de fideicomm. & iſta
443 † participia dandi caſus, etiam ex proprietate ſermonis
fœminas complectuntur. l. inter ſtuprum. §. vlt. ff. de ver-
bo. ſigni. vnde ab ea proprietate recedendum non eſt. &
licet, inquit Alciatus, dubitari ſoleat in feudis, an maſcu-
linum concipiat fœmininum, vt reſpondit Alexand. con-
ſil. 1. numer. 23. lib. 5. attamen, ſubdit Alciatus, in caſu no-
ſtro ceſſat omnis dubitatio: quia verba non ſunt ſimplici-
444 ter maſculini generis, ſed † communia, quæ vtrumque
ſexum æquè comprehendunt. ſic etiam ſcripſit Socin. d.
conſi. 77. num. 23. qui in hanc ſententiam citauit l. homi-
nis. ff. de verbo. ſignifi. & Clem. 1. vbi gloſſ. & Cardina. de
electio. quibus probatur verbum commune vtrumque ſe-
xum complecti.

Quintò, ſuffragatur ſecundùm Alciatum d. reſpon. 162.
numer. 13. verſi. confirmatur hæc &c. quòd in ea infeuda-
tione facta à Duce Sabaudiæ dicitur, quòd ſit inſeparabi-
litas perpetua inter dignitatẽ Marchionatus & ipſa feu-
da; adeò vt quilibet ſucceſſor in Marchia ſuccedat etiam
445 in d. feudis. vnde apparet hoc † feudum eſſe Marchiæ an-
nexum, & ſecundùm legem Marchiæ debere diiudicari. l.
ſi conuenerit. §. ſi nuda. vbi Bar. de pigno. actio. & Bart.
* ſunt ſecuti * omnes, vt latè apud Soc. Sen. cõſi. 79. nu. 24.
lib. 4. Rui. conſ. 39. nu. 15. conſ. 219. nu. 7. lib. 1. Dec. conſil.
487. nu. 9. & Crau. tract. de antiq. temp. 4. parte princ. nu.
55. 56. & Alciatum reſponſo. 509. nu. 5. & probat tex. in c.
tranſlato, vbi Felin. de conſti. quemadmodum ergo Mar-
chia ex Imperatorum inueſtituris iam relatis ad fœminas
tranſit, ſic & feudum.

Sextò confert, ſecundùm Alciatum d. reſp. 162. num. 14.
verſ. Ad idem &c. & ſecundùm Gozad. etiam d. conſil. 9.
446 nu. 36. feudum hoc eſſe † feudum improprium, quaſi em-
ptitium, quod ſui natura ad fœminas tranſit. c. j. §. & quia
vidimus, qui feud. dare poſ. Rom. conſ. 367. Curt. Iun. tra-
cta. feu. parte 3. in princ. nu. 6. verſi. ſextò limitate &c. & i-
dem Alciatus reſpon. 176. num. 4. Iacobinus à S. Georgio
in inueſtitura feudali, in verbo, & fœminis, nume. 6. Pariſ.
conſi. 4. num. 39. lib. 1. Gozad. conſ. 56. nu. 19. Ripa li. 1. re-
ſpon. c. 1. nu. 76. Et in claris noſtris terminis Cãpegius in
ter conſi. Bruni conſ. 11. num. 7. Quòd conceſsio hæc talis
fuerit, ex eo demonſtratur, inquit Alcia. quia ſcimus Du-
cem Sabaudiæ aſſecutũ fuiſſe Marchiã hãc iure trãſactio-
nis, quia aſſerebat, ſe creditorẽ maximæ ſummæ pecunia-
rũ, vnde ſapit naturã dationis inſolitũ, ſi cõſiderabimus,
447 nõ verba, ſed effectũ, qui † ſpreta denominatione perpẽ-
di ſolet. l. ſi vno. ff. loca. l. inſulam. ff. de præſcrip. verb. latè
Tiraq. tract. de retractu cõſang. §. 32. gl. 1. num. 35. egregiè
Craue. conſ. 20. nu. 4. cõſ. 186. nu. 5. & conſ. 214. nu. 2. 4. &
in eo, qui feudũ habet pro annuo cenſu, vt non feudũ, ſed
emphyteuſis cẽſeãtur, reſpondit egregiè Craue. cõſi. 293.
448 nu. 9. Cùm ergo † donatio hæc facta ſit in remuneratio-
nẽ pecuniæ debitæ, cenſetur inſolutũ datio. l. litis. ff. de v-
ſucap. pro empto. & tradit Soc. Iun. conſi. 84. nu. 2. libr. 2.
& ibi nu. 24. tex. hunc declarat. addo Bal. in l. libera. C. de
ſentẽ. &c. Hoc ſic ſtante ſequitur modò, ꝙ cũ is Dux Sa-
baudiæ ſuſcepta donatione ſibi facta, ſtatim Marchiam il-
li Io. Iacobo, & filiis infeudauerit, eã conceſsionem fuiſ-
ſe in modum contractus, & cuiuſdam actus facti ex neſ-
ceſſitate præcedentis promiſsionis. id patet ex duobus,
449 primò, quia † pactũ in tranſactione, vel donatione adie-
ctum, adiectũ dicitur in partẽ pretij. l. fundi partem. ff. de
cõtrahen. emp. & habetur latè apud Tiraq. tract. de retra-
ctu conſang. §. 1. gl. 18. nu. 38. & de retractu conuentio. in
præfatione, nu. 20. 22. Didacus li. 3. varia. reſolu. c. 10. nu. 1.
Soc. Iun. conſil. 94. nu. 24. li. 3. Secundò, quia incontinenti
450 poſt donationem & tranſactionem eſt ſecuta, † correſpe
ctiuè ergo facta dicitur. l. iuriſgẽtium. §. quinimmo. ff. de
pactis. Bal. in l. petens. nu. 49. C. de pact. & ibi plura Dec.
nu. 3. idem Decius conſi. 336. nu. 2. & conſi. 544. nu. 19. la-
tiſsimè Tiraq. tract. de retractu conuentio. §. 1. gl. 5. idem
in l. ſi vnquam, in verbo, donatione largitus. nu. 117. C. de
reuo. dona. iſtis addo Craue. conſi. 298. nu. 13. Albam cõſ.
ſi. 45. & con. 70. vbi pulchrè. eius ergo natu ram induit, ita
cenſuerunt Alex. conſ. 111. nu. 1. lib. 3. Craue. conſil. 230. nu.
2. Addo Abbatem conſi. 61. nu. 2. lib. 2.

Septimò, accedit ſecundùm Alciatum d. reſponſo 162.
numero 16. verſicu. corroboratur &c. quia cùm in tranſã-
ctione actum eſſet, vt incontinenti facta donatione, ſe-
queretur infeudatio, perinde eſt ac ſi Marchio ſimplici-
451 ter † dominium directũ, vtili ſibi reſeruato, alienaſſet. l. ſi
tibi. ff. ſi certũ peta. l. qui vxori, vbi Bal. & Albe. ff. de au-
ro & argen. leg. Vnde ſicut ſi alienatio nulla ſequuta fuiſ-
ſet, fœmina ex conceſsione Imperatorum ſuccederet, ita
etiam ſuccedere in vtili dominio debet, quod effectũ nõ
alienatum, ſed reſeruatum fuit. l. qui ſic. ff. de ſolutio. Bal.
in addit. Specu. titu. de feudis. verſi. 5. quæritur &c.

Octauò, ſuffragatur optimè ſecundùm Alciatum, d. re-
ſponſo. 162. nu. 17. & Soc. Iun. d. conſi. 77. nu. 22. infeuda-
tionẽ à Duce Sabaudiæ factam his Marchionibus eſſe li-
452 giam; quo fit, vt in ea poſsit ſuccedere fœmina, cũ † feu-
dum ligium ſit ad fœminas etiam tranſitorium. ita Specu-
la. in tit. de feudis. §. quoniam. q. 21. Alex. conſi. 30. nume.
2. lib. 1. Decius conſil. 269. num. 12. verſi. ſimiliter ſi eſſet,
Curtius Iun. tract. feud. parte 1. q. 8. principali. nu. 26. ver-
ſi. quartus & vltimus &c. Eiuſdem ſententiæ addo Deciũ
cõſ. 139. nu. 1. & Ripam li. 1. reſponſ. c. 1. nu. 75. Alcia. reſp.
176. nu. 3. Goz. conſi. 56. nu. 21. Ioannem Ferrarium in col-
lectaneis ad vſus feudorum, li. 1. ca. 6. verſ. ſextam ſpeciem
&c. Hæc non leuem afferebãt dubitationem aduerſus Se-
reniſs. Sabaudiæ Ducem: quãdoquidem excluſus videba-
tur ab ipſa illuſtriſsima D. Margherita Duciſſa Mantuæ;
& per conſequens ab illius filio ſucceſſore.

Re tamen diligentiſsimo ſtudio perpenſa, contrarium
verius eſſe arbitror, illuſtriſsimam D. Margheritam ſuc-
cedere non poſſe in hac Marchia, quod multis demon-
ſtrauimus.

Primò, quia de iure communi ſatis ſupérque fundata eſt
453 Sereniſsimi Ducis Sabaudiæ intentio, cùm † in feudis re-
dis regulariter fœminæ non ſuccedãt. c. 1. §. hoc autẽ, qui
feudum dare poſſunt. & in ca. 1. §. filia. de ſucceſſ. feud. Et
regula & hanc eſſe fatetur, hac de re noſtra loquens, Soci.
Iun. d. cõſil. 77. nu. 4. Qui & illud poſt multos aſſerit, nec
etiã ex conſuetudine fœminas ſuccedere in feudo, cuius ſa
nè regulæ rationes adfert quàm plures Curtius Iun. tract.
feud. parte 3. principali in princ. Vt ergo fœminæ compre
hendantur debet clarè exprimi. c. j. §. hoc autẽ notãdum,
de his qui feud. dare poſſ. Corn. conſi. 16. nu. 4. li. 1. & cla-
rè Roma. conſi. 33. Viſo inueſtituræ, Raph. Comenſ. conſ.
137. col. 1. Decius l. ij. nu. 56. verſic. ſed ſtante. &c. de regul.
iur. Moderni Pariſien. conſi. 56. nu. 16.

Secũdò, Sereniſsimi Sabaudię Ducis intẽtio fundata eſt
ex verbis inueſtituræ & ĩfeudationis, quã Dux Amedeus

ſuus anteceſſor eo anno 1435. 27. Ianuarij fecit Ioāni, ſeu eius patri. In ea enim ſolùm eſt dictum, pro te tuiſque aſcendentibus, deſcendētibus, &c. quæ cùm maſculini generis ſint, ipſas fœminas excludunt in materia feudorum,
454 in qua maſculinum non concipit † femininum: veluti multi, ex iis quos ſtatim referam, affirmarunt, præſertim Alexand. l. ſed & ſi hac. §. liberos. numero 5. de in ius vocan. Iaſ. l. ſi id quod, quis. nume. 11. de iuriſdi. om. iud. Et clarius Modernus Pariſien. in conſuetu. Pariſien. titulo 1.
455 §. 12. num. 5. in fine. & in terminis cū conceſſum eſt † feudum pro ſe & deſcendentibus, verba hæc pro deſcēdentibus, fœminas non includere, reſpondit Bald. conſi. 330. In hoc cōcordati ſunt oēs. &c. lib. 3. quem probauit Corneus conſi. 16. nu. 6. lib. 1. qui fortius & illud affirmat, fœminas non eſſe comprehēſas, cùm ſimpliciter eſt dictum
456 † pro ſe & hæredibus idem reſpōdit Pariſius conſil. 4. nume. 4. libr. 1. & in caſu fortiori, quando eſt dictum, pro ſe, hæredibus, & quibus dederit; reſpondit Decius conſilio 193. num. 5. in fine. Zaſius in epitome feud. parte 8. numer. 36. & conſi. 11. nu. 5. & conſi. 13. nu. 25 libr. 1. Sigiſmundus conſi. 1. nu. 40. inter conſilia feudalia, quia intelligitur de hæredibus maſculis, non de fœminis. Ea ratione vtuntur, quia verba indeterminatè prolata adaptātur ad naturam feudi, quæ eſt, vt fœminæ incapaces ſint, quemadmodum ſtatim diximus.
457 Tertiù accedit, hanc Marchiam eſſe † feudum dignitatis cùm imperio & iuriſdictione, cuius incapax eſt fœmina. l. ij. ff. de regul. iuris. vbi latè Decius nu. 3. & in his terminis Corn. d. conſi. 16. nu. 15. lib. 1. Et quanquam magna ſit inter noſtros hac de re contentio, vt latè apud Tiraquel. tracta. de iure primigen. q. 10. attamen is nume. 9. & 10. verius ſenſit, fœminam non ſuccedere in feudo dignitatis & iuriſdictionis, niſi vigeat conſuetudo. Idem ſenſit Ruinus conſi. 38. nu. 5. conſi. 40. nu. 6. & conſil. 99. num. 8. lib. 1. quæ ſanè conſuetudo non extat in caſu noſtro.

Quartò, in hāc ſententiam ea ratione traſeo, quòd Dux Sabaudiæ, ſuſcepta donatione Marchiæ ſibi à Io. Iacobo Marchione facta, eam ſtatim in feudum ei, ſeu Ioāni eius primogenito conceſſit pro ſe & ſuis deſcendētibus, quorum vltimus Io. Georgius deceſſit Illuſtriſsima Margherita patruele ſuperſtite. Hæc cùm iam ſemel à Bonifacio
458 fratre atque iterū à Io. Georgio patruo † excluſa fuerit, perpetuò excluſa manet. cap. 1. §. quinetiam, Epiſcop. vel
* Abba. Et * communem hanc eſſe ſētētiam, vt nec etiam mortuo maſculo admittatur fœmina, affirmarunt Curt. Iun. tract. feud. parte 3. q. 27. latè Alciatus reſpōſo. 170. Pariſ. conſi. 16. nu. 5. 6. & conſ. 72. nu. 79. lib. 4. Rubeus cōſil. 57. Soc. Iun. conſ. 110. nu. 5. li. 2. vbi latiſsimè Tiraq. in l. ſi vnquam, in verbo, ſuſceperit liberos. nu. 195. C. de reuoc. dona. Quamobrem deuoluta cenſetur Marchia domino directo, ſicque Sereniſſ. Duci Sabaudiæ, vt clarè reſponderunt Brunus, conſ. 65. nu. 2. in fi. & conſi. 108. nu. 27. Pariſ. conſi. 23. nu. 60. & conſi. 101. nu. 31. lib. 1. His addo Zaſium ita clarè affirmātem in epitome feud. parte 8. nu. 58. poſteaquam relati interpretes eam communem ſententiam affirmarunt, fœminam per maſculinū ſemel excluſam vlterius non admitti: illud ſubiiciūt, feudum directo domino eſſe apertum. Quod quidem ſolidiſsimum fundamentum maximè confirmatur, ex ea conſideratione, quam facit Soc. Iun. cōſ. 76. nu. 112. li. 1. dum poſt Iſern. d.
459 §. quinetiam, † intelligit tex. illum procedere, quando in inueſtitura dictum fuiſſet; pro deſcendentibus maſculis & fœminis: quia tunc (inquiunt illi,) ſi fœmina à ſucceſſione patris per fratrē ſemel excludatur, mortuo fratre, ei non ſuccedit, cùm non ſit à fratre deſcendens, ſed traſuerſalis eſt, vt in caſu noſtro contingit, vt fuſius apud Socinum. Huic tamen conſiderationi, (vt ingenuè fatear) parum defero, cùm animaduerterim relatos interpretes, nullam conſtituere differentiā, quòd in inueſtitura dictū ſit, pro deſcendentibus maſculis & fœminis; vel pro hæredibus maſculis & fœminis, vt in ſpecie eā Iſerniæ conſi derationem confutauit Alciatus d. reſpōſo 170. nu. 1. verſ. non obſtat &c. & nullam eſſe differentiam inter vnam & alteram verborum conceptionem, ſenſit Brun. conſi. 65.

Nec huic ſolido fundamento aduerſatur, quod ſcripſit is Socinus Iun. d. conſi. 76. nu. 113. d. §. quinetiam, intelligi & declarari ex c. 1. de eo, qui ſibi & hæred. &c. quo probari dicitur, fœminā à maſculo ceſeri excluſam tēporaliter, hoc eſt, donec is maſculus fuerit ſuperſtes. Nam cōſideratio hæc, illa ipſa eſt, quam ad proſternādam receptiorem ſententiā, faciebat Martinus Lauden. d. §. quinetiam. Cui ſanè cōſiderationi ſatisfecit Curt. Iun. d. tract. feud. parte 3. q. 27. verſ. ſecundò &c. quem ſecutus eſt ipſemet Soc. Iun. ſibi parum conſtans. d. conſi. 110. nu. 27. lib. 2. & Alciatus. d. reſponſo 170. nu. 1. verſi. & licet Martinus &c. Non pariter aduerſatur altera conſideratio eiuſdem Soc. Iun. d. conſil. 76. nu. 113. verſi. vel & tertio &c. quam fecit & Go-
460 zad. conſi. 9. num. 59. † d. §. quinetiam, procedere reſpectu ſucceſſionis paternæ, cùm agitur de illi ſuccedendo, tanquam in feudo paterno. tunc enim cùm ſemel fuerit excluſa, amplius non admittitur: at contrà cùm de ſuccedendo fratri, vel alteri tranſuerſali agitur; à quorum ſucceſsione cùm excluſa nunquam fuerit admitti debet, iuxta doctrinam glo. in l. j. §. veteres. ff. de acquir. poſſeſ. quā omnes recipiunt. Hæc enim ab omnibus in feudorum
461 ſucceſsionibus reiicitur, cùm † gloſſ. dict. §. veteres, ſolùm in ſucceſsione bonorum allodialium, quæ à feudali multùm differt, loquatur. id quod clarè tradit Pariſ. conſil. 22. num. 20. & conſi. 23. nu. 52. 53. lib. 1. & clarius ſibi parum conſtans Soc. Iun. d. conſi. 110. num. 7. li. 2. qui differentiæ rationem attulit. quare ex relatis quamplurimi, præſertim Brunus conſi. 108. num. 26. idem eſſe cenſuere cùm agitur de ſuccedendo fratri, atque patri. nullo ergo iure contendit Illuſtriſsima D. Margherita à ſucceſsione hac penitus excluſa.

Quintò conſidero, fœminas eſſe excluſas, & Marchiam ad Ducē Sabaudiæ eſſe deuolutā ex pacto inito anno 1330. quod ſuprà in prima prætenſione latè explicauimus.

Sextò & vltimò, ſaltim excluſa eſt illuſtriſsima D. Margherita, quia intra annum & diem à Sereniſsimo Duce Sa-
462 baudiæ † feudum non recognouit, nec inueſtituram ſuſcepit. eſt enim hac ratione feudo priuata, iuxta text. in c. 1. quo tempore miles &c. cùm fuerit in longiſsima mora, non poteſt amplius petere. ſic poſt multos Pariſ. conſilio 101. nu. 32. lib. 1. & vbi hactenus non fuiſſet facta declaratio caducitatis & priuationis, fieri hodie poſſe.

Non obſtant nunc in oppoſitum adducta. in quorum diſſolutione omnis verſatur labor. Primò itaque vno verbo poſſumus ſatisfacere, Iolantam illam ſororem illius Ioannis vltimi Marchionis ex linea Aledrami iure ſucceſsiſſe in marchia: quia verè res allodialis & libera erat, vt ipſemet Alciatus & Pariſius faſſi ſunt, dum pro illuſtriſsima D. Margherita contra illuſtriſsimum Marchionem Salutiarum reſsponderunt: Alciatus inquam in reſponſ. 199. & Pariſius conſilio 22. libro 1. vbi affirmant, eam Othonis conceſsionem Aledramo factam liberam fuiſſe & allodialem. Quod ſuo loco diximus, vbi demonſtrauimus vſque ad Theodori Paleologi prima tempora, nullam fuiſſe ſuſceptam inueſtituram pro vniuerſa hac Marchia. nec Sereniſsimus dux Sabaudiæ nunc concedit excludere ipſam illuſtriſsimā D. Margheritam ex hac ratione, ſed ex infeudatione ab eo, ſeu ſuis anteceſſoribus facta, ac etiam ex iure ſuo prouenienti à conuentione facta ſub eo anno 1330. vt diximus.

Non obſtat ſecundū, quia iam ſuprà demonſtrauimus nu. 105. Carolum IIII. non effeciſſe hanc Marchiam feudalē ex ſua inueſtitura. Cùm ergo allodialis adhuc poſt quē deceſſit Carolus ipſe quartus, fuerit, lucri donari potuit Duci Sabaudiæ; & per conſequens ab eo concedi infeudatio; & ita metitur ius Dux Sabaudiæ à ſua infeudatione, non ab infeudationibus aliorum, vt ſuprà ſtatim diximus.

Non obſtat tertium, quia conceſsio Caroli V. proceſſe non poteſt ipſi illuſtriſsimæ D. Margheritæ, nec nocere Sereniſsimo Duci Sabaudiæ, vt ſuprà nu. 412. abundè di-
463 ximus. Reſpondeo & ſecūdò, verba illa, pro ſe & † ſucceſſoribus, non intelligi de fœminis, vt reſponderunt relati Corneus, Soc. & alij, ſed intelliguntur de ſucceſſoribus altero de tribus modis. Primo, ſucceſſoribus de iure prætorio, vt in terminis docuit Imola in l. quod dicitur, col. pen. de verb. oblig. quem ſecutus eſt Decius conſ. 171. nu. 5. verſi. & dum copulatiuè &c. Secūdò, ſucceſſoribus, ſ. ſingularibus, ita ipſe Decius, qui ſuprà, poſt Alex. conſi. 192. col. 1. lib. 2. Tertiò intelligi poteſt, de hæredibus & ſucceſſoribus maſculis, non fœminis, iuxta naturam feudorum, ita Pariſ. conſ. 106. nu. 23. li. 1. poſt alios, quos citat. idem ſenſit Moder. Pariſ. 50. nu. 18. Sic de verbo, hæredibus, Iacobinus à S. Georgio in inueſtitura feudali. in verbo, & quibuſcunque hæredibus. nu. 2. Nec obſtat, quòd aliter ſenſerint Alex. d. conſ. 195. li. 6. Corn. conſi. 16. lib. 1. Soci. Sen.



Sen. d. conſi. 257. li. 2. Dec. conſ. 269. nu. 12. & Cur. Iun. d. tract. de feud. parte 3. q. 29. quos citabat Alcia. Quia cēſeo animaduertēdum, relatos interpretes huic noſtræ ſentē-
464 tiæ nō aduerſari. nā † Alex. d. conſ. 195. nu. 4. non plus loquitur de maſculis, quàm de fœminis, ſed ſimpliciter dicit, hæredum appellatione venire deſcendentes. & cū adiecta eſt dictio vniuerſalis, omnes, venire alios, quemadmodum veniunt, quando eſt dictum, pro ſe & hæredibus
465 quibuſcunque, quo in caſu nos loquimur. † Corneus vero. d. conſi. 16. illud ea ratione affirmauit, quia concedēs ſæpiſsimè replicauit, ſe concedere pro ſe, & hæredibus & ſucceſſoribus & c. vt ibi expreſsè is tradit nume. 12. qui & alia ſubiicit ad demonſtrandū ibi feudum non fuiſſe conceſſum ſecundū propriam feudi naturā, ſed ſecundū impropriam, quæ fœminas non excludit. Ita quoque intelli-
466 gitur † Soc. Sen. d. conſi. 257. qui idem in indiuiduo cum Corneo d. conſ. 16. conſuluit. is enim Socinus ibi colū. 4. verſi. aliquādo & ſecundo ſumus &c. loquitur & declarat ſpeciem illam ſuam fuiſſe in feudo improprio. eodem in caſu loquitur Dec. d. cōſi. 269. nu. 12. verſi. & idem in feudo &c. qui ſecutus eſt Socinum. d. cōſi. 257. quem ſic pariter intellexit Curt Iun. d. q. 29.

Non obſtat quartum, quia reſpondeo, illa verba, pro agnatis &c. ſui natura continere tantùm maſculos, cùm in feudis ſimus, in quibus in ea ſignificatione verba accipiēda ſunt, vt ſtatim ſuprà diximus, de verbis illis, hæredibus & ſucceſſoribus. Quæ etſi aliàs poſsint ad fœminas adaptari, nō tamen poſſunt in feudalibus, nec obſtat, † quòd
467 participia dandi caſus fœminas cōplectantur. l. inter ſtuprum. §. vltim. de verbo. ſigni. vt complectitur, & verbū commune, vt ille textus probat. & d. l. hominis. de verb. ſignifica. quam citauit Soc. Iun. Quia reſpondeo ex eiuſdemmet Alciati declaratione in l. 1. num. 7. de verborum ſignific. qui poſtquam in initio ſuæ interpretationis dixit, verbum, ſi quis, comprehēdere etiam fœminam, quia articulus ille refertur ad hominem, quæ dictio cùm communis ſit, non mirū, ſi ex ſermonis proprietate fœminas comprehēdit. ſubiicit deinde numer. 7. procedere, quando natura diſpoſitionis fœminis non couenirét, vt in feudis. Sentit ergo clarè Alciatus, verbum commune in feudalibus fœminas non cōtinere. id quod ſentiunt omnes, qui affirmant feudum ſuſceptum pro ſe & liberis, quam-
468 quam dictio, † liberis, communis ſit, & vtrumque ſexum æquè complectatur. l. liberorum, de verbo. ſignific. l. ſed ſi hac. §. liberos. de in ius vocā. latiſsimè Tiraq. tracta. de retractu conſang. §. 1. gloſſ. 9. nume. 209. attamen in feudis ſolùm de maſculis intelligitur; ita Alexan. in d. l. ſed ſi hac. §. liberos. nu. 5. qui & Bar. huius opinionis retulit. Idē docuit Iaſ. in l. ſi quis id quod. nu. 11. ff. de iuriſd. om. iudi. Sic ſtatim diximus, appellationem hæredum, quæ cōmunis aliàs eſt, in feudis de maſculis ſolùm intelligi.

Non obſtat quintum. quia vno verbo ſatisfacio, retorquēdo fundamentū: Marchia, vt dignitas cum iuriſdictione, ad fœminas non trāſit, vt ſtatim ſuprà diximus in tertio fundamento noſtræ ſententiæ, ergo nec tranſit feudum illi annexum. Ruſus, cùm iam diximus, in Imperatorum inueſtituris non eſſe conſtituendum fundamentum, ſequitur Alciati argumētationem vanā, & leuē eſſe.

Non obſtat ſextum, quia etſi donationis cauſa præſtiterint merita Ducis Amedei, & æs in cauſam Marchiæ erogatum, & ob id poſsit quodāmodo dici directum dominium ex cauſa oneroſa acquiſitum: attamen infeudatio
469 Marchioni facta talis diiudicari non debet, cùm pro † integro pretio conceſſa non ſit, iuxta ſingularem declarationem, quam attulit Curtius Iun. d. tract. feud. 3. parte. in princ. nu. 8. verſi. prædicta tamen limitatio &c. Eā quoq; probat Bru. cōſ. 18. nu. 9. poſt alios, quos citat. Rūdeo ſe-
470 cundò, eā opinionem, quòd in † feudo empto ſuccedere poſsit fœmina, non eſſe tutam. Inquit enim Iacobinus, d. verbo, & fœminis &c. nu. 6. ſe vidiſſe aliter iudicare. imò
* Brunus conſ. 18 nume. 9. teſtatur * cōem eſſe ſententiam, fœminam non ſuccedere etiam in feudo emptitio. Hanc quoque ſecutus eſt Zaſius in epito. feudo. parte 8. numer. 37. idem latius conſi. 13. num. 26. 27. 28. lib. 1. conſ. 8. num. 33. & conſi. vlti. num. 22. 23. lib. 2. qui hanc communem eſſe teſtatur poſt alios nonnullos, quos retulit. Idem ſcripſit Franciſcus Sonbekius in commentariis ad vſus feud. parte 9. numer. 122. Hinc reſpondit ipſemet Alciatus reſponſo 170. num. 3. in fin. contractum emptionis nō immutare feudi naturam, vt ad fœminas tranſeat, ſed ſolum inueſtituræ tenorem eſſe ſpectandum, ob quem fœminæ hic excluduntur. Reſpondeo tertiò, quòd licet Dux Sabaudiæ ex titulo oneroſo conſecutus ſit directum, & vtile dominium. attamen ex ſimili titulo nō tranſtulit vtile in Marchiones ex eadem cauſa, nec ſub eadem qualita-
471 te; nam quod dicitur, † pactum eſſe partem pretij, intelligitur ſolùm reſpectu informationis actus, non autē qualitatis; ita d. l. fundi partem, de contrahen. empt. declarauit Dec. in l. pacta quæ contra. nu. 14. C. de pactis. Nec enim verè pactum dici poteſt pars pretij, ſed interpretatiuè tātùm, vt idem Decius docuit in l. bonæfidei. nu. 4. in fin. & id l. petens. nu. 22. in fin. C. de pactis.

Non obſtat ſeptimū, quia reſpondeo, quòd etiamſi ſtatim infeudatio ſubſecuta ſit, attamen donatio præcedentem effectum ſortita eſt. & commodum attulit Duci Sabaudiæ, quia dominium in eum fuit tranſlatum, quare infeudatio nouum dominium, vtile ſ. in perſonam Marchio
472 nis cauſauit, ſicque ab illo antiquo diuerſum: nam † actus is momentaneus, ea ratione conſiderabilis eſt, quòd Marchioni commodum attulit: ita declarauit Alex. d. l. ſi tibi. nu. 5. & Decius in fine, & ipſemet Alciatus ibi nu. 6. verſi. ſecundus caſus eſt & c. ff. ſi cert. peta. Qui ſanè textus in fine verè probat ex benignitate actum illum, quamquam momentaneum, eſſe conſideratione dignum.

Non obſtat octauum & vltimum, quia reſponderi vno
473 verbo poteſt, falſum eſſe, fœminam in feudo † ligio poſſe ſuccedere. Nec enim hoc iure probatur. Et in authoritatibus relatorum interpretum conſtituendum nō eſt fundamentum: quandoquidem parùm cōſideratè locuti ſunt
474 inſequentes doctrinam † Speculat. in titulo. de feudis. §. quoniam. quæſt. 21. qui hoc non affirmat de iure, ſed ſolùm inquit ex conſuetudine ſuccedere, vt Speculatorem intellexerunt ſubtilis Ruinus conſilio 39. nume. 8. lib. 1. & Neuiza. conſil. 9. num. 5. & hoc clarius docuit Iaſ. in præludiis feudo. numer. 111. vbi clarè affirmat, oportere hanc conſuetudinem in loco vigere. quod ſenſit & idem Iaſ. in l. de quibus. nu. 64. verſ. item dicit Bal. ff. de legibus. poſt Alex. conſ. 30. col. pen. verſi. ad quartū argumentū reſpōdeo, & c. li. 1. qui clarè affirmat, de conſuetudine loci conſtare debere. Idem placuit Curt. Iun. in tract. feudorū, parte 1. q. 8. principali. nu. 26. ver. quartus & vltimus & c. His ſatisfactum huic difficultati credimus: ex iam relatis optimè defenſatam eſſe tertiam hanc prætenſionem Sereniſ. ſimi Ducis Sabaudiæ in hac Marchia Montisferrati.

Quarta eſt prætenſio Sereniſ. Ducis Sabaudię in hac ipſa Marchia Mōtisferrati. præſupponitur ex facto Blācā Gulielmi Marchionis Montiſferrati filiā ſub anno 1485. 1. Aprilis Carolo Duci Sabaudiæ fuiſſe matrimonio collocatam, & Gulielmum ipſum nullo cōdito teſtamento eſſe vita functum: & ob id Blancā ipſi Gulielmo iure ſucceſsiſſe. Teſtata eſt Blanca, & Carolum virum hæredem fecit. Nunc dicitur, Ducem Sabaudiæ eſſe Marchiæ dominum, excluſa illuſtriſsima Margherita Duciſſa Mantuæ, quæ cùm ius metiatur ex ſucceſsione Bonifacij aui paterni, vel ex ſucceſsione Gulielmi patris, aut Ioan. Georgij patrui, qui iam ab ipſa Blanca excluſi erant, dicitur ipſam D. Margheritam ius nullum in Marchia habere. Verùm aliquæ ſunt rationes, quibus contrarium dicēdum videbatur.

Primò, quia hîc non eſt de ſucceſsione Blancæ diſpu-
475 tandū, cùm huius Marchiæ incapax fuiſſe videatur. Siquidèm aſſeritur fuiſſe feudum † nobile, antiquum & paternum, in quo fœminę non ſuccedunt. cap. 1. §. & hoc notandum, de iis qui feud. dare poſſ. tùm præſertim in eo in quo cū iuriſdictione & imperio adeſt dignitas Marchionalis, quorum incapax eſt fœmina, vt iam diximus ſuprà numer. 457. Quod fortius confirmatur, quia etiamſi fuiſ-
476 ſet † feudum ad fœminas tranſitorium, iuxta ca. 1. quemad. feud. ad fœmin. pertine. attamen tunc demùm ad fœminas tranſit, cùm nō ſuperſunt amplius maſculi: vt probat text. in cap. 1. §. quin etiam Epiſcopum vel Abba. & egregiè reſpondit Alexand. conſi. 29. num. 5. lib. 1. Curtius Iun. conſi. 140. numero 2. 3. & in tracta. feud. tertia parte principali nu. 18. Pariſ. conſi. 9. nu. 30. 31. lib. 1. Brunus cōſil. 49. Marſilius ſing. 411. Fœminæ &c. cū ergo poſt Blancam fuerint ſuperſtites maſculi, vt Bonifacius. Ioā. Georgius & alij, ſequitur ipſam Blancam in Marchia non potuiſſe ſuccedere.

Secundò, præſuppoſito, Marchiam feudum non eſſe, ſed allodium

allodium,idem tamen adhuc dicendum eſt: quandoquidem deceſſit Blāca antequam ſeſe paternæ hæreditati im-
477 miſcuerit, quare ad maritum † hæredem extraneū tranſmittere nō potuit.l.quoniam ſororem.C.de iure deliber. gloſſ.notab.in l.vnica.C.de iis qui ante aper.tabulas.qui vult duo debere cōcurrere,vt tranſmiſsioni locus ſit.Primò,quòd ſit ſucceſſor ex deſcēdentibus, qui ſolus poteſt tranſmittere.Secundò,quod is,in quem ius tranſmittitur, ſit pariter hæres.quod & eo loci Bartol. ſcribit nume.2. Hanc ſententiam clarius à fortiorique probauit gloſſ.l.ſi fratres.in glo.vlti.C.de iure delib.& glo.in l.ſi infanti.in verbo hæreditates.C.eo.quo loci Iaſ.nu.14. retulit mul-
478 tos huius opinionis fuiſſe,† filium infantem ex potentia ſuitatis ad quoſcūque hæredes hæreditatem patris adhuc non aditam trāſmittere minimè poſſe. imò eo loci retulit Iaſon,Fulgoſium affirmaſſe,Collegium Mediolani iudicando ſequutum fuiſſe opinionem hanc, quam etiam probaſſe comperio Alciatum reſpōſo 392.nu.6. Cùm ergo non infans,ſed maior fuerit Blanca, & potuerit ſine difficultate patris hæreditatem adire, & non adiuerit,iure non tranſmiſit ad maritum hæredem extraneum:ita egregiè Iacobus Beluiſius,quem retulit Bar.l.ventre.num. 14.verſ.prima regula.ff.de acquir.hæred.

Tertiò dato,quòd ſeſe paternæ hæreditati immiſcuerit Blanca,ei tamen ita renuntiaſſe dicitur, cùm à patruo
479 matrimonio collocaretur, vt ad eam † nullum amplius ius habere dicatur.l.quæritur.§.ſi vēditor.ff.de ædil.edicto.Bar.cōſi.90.col.1.lib.1.& multa attulimus ſuprà nu.
480 209. Quæ ſanè † renuntiatio, ob adiectum iuramentum, adeò valida creditur,vt nec prætextu alicuius læſionis infringi poſsit.c.quamuis,de pactis.in 6.quo ſic argumentatus eſt in ſpecie noſtri caſus Goza.conſi.9.nu.63.in fine. & conſi.10.nu.45.Nec ab hoc iuramento,prætextu alicuius læſionis,abſolutionem peti poſſe affirmatur à Geminia.& aliis d.c.quamuis.& alia plura egregiè Cepha.cōſi. 34.nu.5.6.7.8.& conſi.142.nu.4.5.6.lib.1.quo loci multa attulit ad demōſtrandum vim maximam huius iuratæ renuntiationis. Et hæc omnia in caſu noſtro dubitationem adferre poterant.

Quartò, ſi excluſa eſt Blanca, & per conſequens illius ſucceſſores excluſi ſunt.Nam( vt in hoc caſu argumentabatur Soc.Iun.d.conſi.77.nu.151.verſ.& iſta donatio &c. & nu.152.libr.1.) iſta donatio ob cauſam, ob benemerita ſcilicet facta dicitur, ob id nulla ratione reuocari poteſt. Nec (vt inquit Socinus) inſinuationis defectus,aliáve difficultas ob beneficiorum expreſsionem obiici poteſt: quandoquidem (inquit ille) illa in caſu noſtro locum nō habent,quoniam iam ſatis merita expreſſa fuerunt. imò
481 ob † dotem conuenientiſsimam, (inquit Soc.Iun.ibidem num.153.) Blancæ aſſignatam, ſumma ratione, renuntiatio donatióque hæc obſeruari omninò debet ex eleganti reſponſo Iaſo.in conſi.3.col.vlti.ver. ſecundò præmitto in facto,&c.lib.1.

Quintò, videtur excluſus Sereniſsimus EMMANVEL Philibertus Blancæ hæres,ob maximā temporis præſcriptionem,eam conſiderando duplici ex capite, vt ſubtiliter conſiderauit Soci.Iun.d.conſil.77.nu.155.156.157.158. lib.1.ex primo inquam capite,ex parte Marchionū Montisferrati,qui cum portione ipſius Blancæ titulo pro donato,multos & multos annos poſſederint, nec bona fides
482 defecerit,ſequitur decurſam eſſe præſcriptionem.† Donationis autem titulum attulit renūtiatio illa,ac pactum de non petendo, vt docuit Bal.l.vlti.C.de pactis, quem ci-
483 tauit Socinus.† Bonafides verò ex titulo & poſſeſſione præſumitur,etiamſi titulus non fuiſſet verus, ſed putatiuus,vt docuit Bart.in l.Celſus,nu.17.ff.de vſucap. quem ibi eſt ſequutus Franciſcus Balbus nu.104.& attigimus in tract.de recuper.poſſeſ.remedio 13.nu.66. Nec dubitandum eſt, quin tanto temporis curſu ius hoc præſcriptum ſit,cùm minore ſpacio triennij præſcribi potuerit. Nam
484 (inquit Soc.num.157.)ſi conceſſa fuiſſet actio † petitionis hæreditatis contra Marchiones,ex quo contra ſui naturā data fuiſſet contra titulo poſſidentem,illi triennij ſpatio, vel rectius fortè decennij præſcribi potuiſſet, vt ſignāter, ſecundùm eum, conſuluit Ang.cōſi.84. Viſis quibuſdam actis.in 4.dubio.Ange.Aret. poſt Io.Fabr.in Inſtitut.de vſucap. in princ.col.2,verſi.in eadem glo,& glo.vlti.l.vltimæ.C.de edicto diui Hadrian.tol.& in l.pen. C.in quibus caſ.ceſ.long.temp.præſcript.iſtis addo Curt.Iun.cōſi.6.nu.23.Ex ſecundo etiam capite,ex parte ſcilicet Blancæ & ſucceſſorū,ob eorum negligentiam decurſa dicitur præſcriptio,nedū triginta,verùm etiā quadraginta annorum. Et certum eſt,petitioni hæreditatis triginta annis præſcribi omnes in l.licet. C.de iure deliber.gl. in l.hæreditatis.C.de pet.hære.Alex.conſ.129.in fi.lib.9. Balbus tract.præſcri.4.parte 4.partis principalis.q.16. Et fortius procederet (inquit Socinus)vbi diceretur,rei vindicationem,vel aliud remedium potuiſſe intentari,quoniā omnia dubio procul tanti temporis ſpatio extincta cenſentur.

Sextò ac vltimò accedit, quòd in omnem caſum , vbi Blanca potuiſſet in Marchia ſuccedere, ſolùm in dimidia ſuccedere potuiſſet,quandoquidem Ioannam ſororē habebat,ad quam altera dimidia Marchiæ ſpectabat vt omnibus notiſsimum eſt. Hæc dubiam admodum reddebāt hanc ipſam prætenſionem.

Cæterùm,re ipſa longo ſtudio & peruigili cura perpēſa,contrarium verius arbitror,ius optimum,ex hac prætenſione fouere Sereniſsimum Ducem Sabaudiæ: cuius quidem intentio ſatis ſupérque ex communi iuris diſpoſitione fundata eſt. Nam prima ſucceſsionis cauſa in bonis patris filiorum eſt.auth.in ſucceſsione.C.de ſuis & legit.quam ſic citauit Soc.Iun.d.conſ.77.nu.145.lib.1.Hinc
485 dicimus ratione † naturali patris ſucceſsionem filio debitam eſſe.l.ſcripto. ff.vnde liberi.l.1. C. de portio.quæ liber.dāna.Cruciantur enim patres, cùm propriam ſubſtātiam extraneis,filiis relictis,relinquere coguntur. Hinc laudatur Domitianus (etſi in cæteris peſsimus) Imperator,quòd relictas ſibi hæreditates ab iis,quibus liberi erant,non receperit,author eſt Suetonius in illius vita, ca. 9.Hinc etiam rectè ſcripſit Paulus in d.l.1.C.de portion. quæ liber.damn. Diuum Hadr. in hæc verba reſcripſiſſe: Fauorabilem apud me cauſam liberorum Albini,filiorū numerus facit,cùm ampliari Imperium hominum adiectione potius,quàm pecuniarū copia,malim. Quod Spartiani authoritate comprobatur. qui in illius Hadriani vi-
486 ta ſcriptum reliquit,† Hadrianum ignotorum hæreditates repudiaſſe,nec notorum accepiſſe , ſi haberent filios. Idem obſeruaſſe Antoninum Pium apud Iulium Capitolinum legimus.Is, vt optimus Imperator, hereditates eorum,qui filios habebant,repudiauit. Hinc ſæpiſsimè no-
487 ſtri affirmant,† filium viuente patre eſſe ſucceſsionis paternæ quaſi dominum.l.in ſuis.de liber.& poſthu. vbi latè Iaſ.num.14.& latiſsimè Tiraq.in l.ſi vnquam,in præf. nu.19.20.C.de reuo.don. Cùm ergo Gulielmo patri iure ſucceſſerit Blanca, potuit pariter iure teſtari, omnémque ſucceſsionem Carolo viro relinquere:qui pariter ad proprios ſucceſſores trāſmittere potuit.Cùm ergo ſatis fundata ſit Ducis Sabaudiæ intentio,ſolum ſupereſt , vt contrarias argumentationes diſſoluamus.in quibus diluendis omnis certè verſatur labor.

Non obſtat ergo primum fundamentum, quoniam ex iam relatis ſatisfactum credimus. docuimus enim ſuprà, Marchiam hanc feudum Imperij non eſſe,ſed liberam & allodiale.Et quò ad Imperatore nullū ſubeſt impedimētum , quin ad fœminas tranſire potuerit. Et licet ob infeudationem factam per Amedeum Ducem Ioāni Marchioni,Marchia ad fœminas tranſire non potuerit (vt latè ſuo loco diximus) attamen exceptio hæc eſt ad commodum Ducis Sabaudiæ.Contra eum ergo ea vti nō poterunt,ne inducta ad fauorem in odium retorqueantur.l. quod fauore.de legibus.Et ſi hoc admittunt aduerſarij, ſe ipſos excludūt:quia illuſtriſsima D. Margherita incapax redditur,& ob id ad Sereniſsimum Ducē Sabaudiæ Marchia deuoluitur.

Non obſtat ſecundum argumentum, quia reſpondeo, quòd immò Blanca iam adiuerat Gulielmi patris hæreditatem antequam moreretur.id quod clarè demonſtrat fa-
488 cta † renuntiatio bonorum patris.l. pro hærede. §. vltimo,vbi omnes.ff.de acquir.hæredi.Et in eo . qui cedit &
489 † donat hæreditatem ſibi obuētam,quòd eam adiuiſſe dicatur,reſpondit Corneus conſi.211.nu.2.lib.2.& conſ.69. num.10.& conſ.110.num.4.& conſi.236. colum.2.libr.4. Craue.conſ.200.nu.2.Socinus Iun.conſi.107.num.1.lib. 2.& Parius conſi.1 .num.18.lib.1.Imò eum adiuiſſe dicitur Blanca poſteaquam Carolum virum ſuum hæredem fecit.Barto.l.ſi auia,& ibi etiam Iaſon.C.de iure deliber.
490 Sic in eo ,qui de † legato diſponit, illud acceptaſſe cēſeri dicimus.Decius conſ.45.nu.1.Crau.cōſ.261.nu.3.Sic in filio,qui fecit pactum de non petendo, vt hæreditatem delatam adiuiſſe cenſeatur,Ruin.conſ.13.nu.10.lib.3.

Reſpon-



Reſpondeo ſecundò,quòd cùm Blanca fuerit filia Gu-
491 lielmi, potuit † eius hæreditatem etiam non aditam ad quoſcumque hæredes tranſmittere,vt verior eſt * & crebrior interpretum opinio.ita docuit Iaſ.in d. l. ſi infanti, nu.14.15.C.de iure deliber.qui multos in hanc ſententiam retulit.Quibus addo Alciatum reſponſo 231. nu. 3. 4. qui affirmat, Collegium Iuriſperitorum Mediolani hanc ſequi ſolere opinionem, etſi Fulgoſius à Iaſ.relatus aliter dixerit. Nec dubium mouet illa Iacobi Beluiſij opinio, quoniam in ea.l.ventre,Bar.num.17.eam reiecit. Docuit enim Bar.ius deliberandi tranſmitti ad quoſcunque hæredes ex remedio l.cum antiquioribus.C.de iure deliber. quo loci Iaſ.ſecundo notab.annotauit. Nec dicēdum eſt, Blancam deceſsiſſe elapſo tempore deliberādi, quoniam non conſtat:& ab eo qui in eo fundamentum conſtituet probandum erit. Arbitror tamen verè nos eſſe extra propoſitam difficultatem,ob iam aditam hæreditatem,vt diximus.

Non obſtat tertium fundamentum, in quo maius dubium verſatur,quia reſpondeo multipliciter. Primò, renuntiationem illam factam fuiſſe ex cauſa,quæ ſecuta deinde non fuit, ex cauſa inquam dotis ipſi Blancæ aſsignata,quæ re vera perſoluta nunquam fuit, non ergo ſuſtinetur renuntiatio,toto tit.ff.de condi.cauſ.dat. cauſ.nō ſecuta.Accedit, quòd vbi quis non obſeruat cōuenta, in eis nullum poſſe ſolidum fundamentum conſtitui.l.Iulianus.§.offerri.ff.de act.emp.l.quæro.§. inter locatorem.ff. locati.& latè attigimus ſuprà nu.364.

Reſpondetur ſecundò, renuntiationem hanc cēſeri factam metu potius reuerētiali,quàm ſponte ; quoniam ad commodum Bonifacij patrui facta eſt. Nec eſt dubium,
492 quin metus reuerentialis hoc caſu præſumatur, quemadmodum præſumitur,quando cum patre,vel cùm marito mulier contrahit:ita egregiè,de ſorore metu reuerentiali fratris contrahente,reſpondit Aretinus conſi.24.nu. 6.cùm ratio & cauſa ipſius reuerentiæ ſit, tam vno quàm altero caſu. Quemadmodū probat eo loci Aretinus,qui
493 etiam nu.9.verſi.præterea adhoc,&c.affirmauit, † metū hunc reuerentialem ſatis præſumi , ob potentiam, quam habet pater,vel ex maioribus alter,inferendi. Et ibidem nu.11.ſcripſit,ſolam perſonæ authoritatem, vel dignitatē abſque alia comminatione metum inferre reuerētialem, Aretini reſponſum eſt ſecutus Ripa lib.3.reſponſorum.c. 15.nu.8.in fin.Qua ex re ſequitur eſſe falſum,quod reſpōdit in noſtro hoc caſu Soc.Iun.d.conſi.77.nu.154. quod probat idem Soci.Iun.conſi.67.nu.39.lib.2. & Boerius. q.100.nu.11.metum ſcilicet reuerentialem non præſumi ex ſola maioris præſentia, niſi læſio interceſſerit, vel minæ,vel verbera præceſſerint. Quoniam ſatis ex Aretino intelligim9,hoc caſu neceſſaria illa minimè fore,id quod ipſemet Socinus Iun.in conſi. 47.nu.33.lib.3. cōfirmauit. dum reſpōdit hoc caſu metum ſatis ex eo probari , quòd mulier teneræ adhuc ætatis ſit,ſub poteſtate & obſeruatione patris,vel alterius maioris, vel etiam, quia domi & ſecreto minæ & terror poſſunt inferri. Quòd autem ſcribunt Doctores,metum reuerentialem præſumi ob læſionem ſubſecutam enormem, vt reſpondit Socin.Iun.dicto conſi.77.nu.154.& præter eum, tradunt Socin.Sen. con- 263.col.3.verſi.præterea facit &c.lib.2. Ruinus conſi.170. nu.17.lib.1.& conſi.60.nu. 22.lib.3.Alba conſil.77.nu.21. & conſi.100.nu.4.Cephalus conſi.34.nu.31.conſi.142.nu. 39.40.41.lib.1.Hæc inquam doctrina intelligitur, læſionem enormem eſſe quidem coniecturam ad metum hūc reuerentialem probandum, non tamen neceſſariò debet cōcurrere læſio cū aliis coiecturis:cùm ex ſola ipſius authoritate,dignitate & ſuperioritate,quas pater in filium , vel patruus in patruelem exercet,metus reuerentialis probetur.Si ergo & læſio & minæ accedant, maius erit illati timoris teſtimonium,ita declarantur eorum doctrina, qui ſentiunt minas,vel verbera debere præcedere. Nam hæc copulatiuè non debent cōcurrere, ſed vnumquodque de ſe ſufficit,vt ſcilicet dignitas,ſuperioritas, ſicque reuerētia cum aliquali læſione vel verberibus. Sic verè docuit Barto.in l.1.§.quæ onerandæ.ff.quarum rerum actio non detur.Afflict.deciſ.69.nu.4.Areti.conſ.24.nu.7.& clarè Ruinus conſ.98.num.24.lib.1.Iure etenim aliqualis læſio requiritur,alioqui,ſi mulier commodum ſentiret, vel ſaltem nullum incommodum,dici non poſſet metu contraxiſſe & renuntiaſſe.

Reſpondeo tertio loco ex abundanti,Blancam ipſam, nōn modò læſam fuiſſe enormiter,verùm etiam enormiſſimè;id quod demonſtratur.Nam ex actis dicitur probatum,reditus Marchiæ Montisferrati tunc temporis fuiſſe coronatorum quadraginta millium:fuit etiam probatū: bona mobilia Gulielmi d.Blancæ patris fuiſſe valoris coronatorum quinquaginta millium,læſio ergo enormiſsima hinc inſurgit.Quoniam, * ex receptiſsima Doctorum
494 ſententia,illa dicitur † enormiſsima læſio, quæ multùm partem dimidiam excedit.ita poſt Ancha.in ca.1.de conſtitu.docuit Iaſ.in auth.ſacramenta puberum.nu.24.C.ſi aduerſ.vendi.& clarè Didacus Couarr.in cap.quamuis.3. parte.§.4.nu.5.de pactis in 6.qui multos citat,præſertim Craue.conſi.192.nu.6.Sed clarè magis,læſionē eſſe enormiſsimam.reſpondit Corneus conſi.133.nu.8.in fi.lib.3. quando tantum non datur,quātum valet quarta pars rei, vt quia quadraginta danda erant, & tamen ſolùm decem ta fuerunt.Hinc reſpondit Corneus conſ. 214.nu.4.libr. 3.filiā,quæ mille ex bonis paternis conſequi poterat,cenſeri enormiſsimè læſam,ſi ſolùm ducenta & quinquaginta conſecuta ſit.Idem Corneus conſ.288.nume.16.lib.3. Et eum,qui decem tātùm eſt cōſecutus, cùm tamen quadraginta conſequi debuiſſet,eſſe enormiſsimè læſum, cōſuluit idem Corneus conſ.27.num.5.lib.4. Nec eſt quòd obiiciatur,læſionem aliquam conſiderari nō poſſe reſpectu marchiæ, quæ cùm feudalis ſit,dotis cauſa in Blācam eiúſque virum tranſferri non potuiſſe videtur. Nec etiam negare nunc poſſe creditur Dux Sabaudiæ Sereniſsimus, (quod ſuprà & nos affirmauimus) ſaltem ratione infeudationis factæ per ipſum Ducem Amedeum Ioanni d.anno 1435.27.Febauarij,Marchiam fuiſſe feudalem,tempore quo Blanca nupta fuit. Quo fit,vt nulla læſio conſiderari poſsit, cùm in ea Blanca ſuccedere minimè potuerit, ſuperſtitibus Bonifacio & aliis maſculis,vt ſuprà diximus ad excluſionem illuſtriſsimæ Margaritæ matris nūc Ducis Mantuæ.Quoniam cenſeo animaduertendum,hāc difficultatem non poſſe nunc excitare illuſtriſsimum Ducē Mantuæ,quia ita agendo proprio gladio ſeſe cōfoderet. Nam hoc admiſſo,dubio procul infeudationem approbaret.& ſeipſum ex relatis rationibus,ſuprà excluderet.Minùſq; poteſt dicere,Marchiam eſſe feudum Imperij, quia iam oſtendimus cōtrarium eſſe verius.Stante ergo quòd læſio adfuerit enormiſsima,ſequuntur plura , metum reuerētialem dubio procul eſſe probatum, & ob id locum eſſe reſciſsioni dictæ renuntiationis.Sequitur etiam,locū
495 non eſſe diſpoſitioni † d. ca.quamuis pactum,de pactis. in 6.vt ibid.annotauit Didacus.d.parte 3. §.4.nu.5.& infinitos propè in hanc ſententiam congeſsit Cephalus cōſil.34.nu.20.& conſ.142.nu.25.lib.1. quibus in locis ſatisfacit difficultati, quòd abſolutio à iuramento peti non poſsit ob enormem læſionem.Nā in læſione enormi tantùm illa procedunt,non in enormiſsima , vt is Cephalus d.conſi.142. nu.47.declarauit poſt multos, quos retulit, & nos attigimus ſuprà nu.362. Magna enim eſt enormiſsimæ læſionis vis,cui renuntiari non poteſt,vt egregiè infinitis propè relatis reſpōdit Cephalus conſi.72.num.19. & d.conſ.142.nu.30.qui alia plura,quę ad rem hanc conferunt,retulit.

Non obſtat quartum fundamentum:quia reſpondeo, quòd ob cauſam donatio,renuntiatióque iſta facta fuit (vt opinatur Socinus) ſequi cauſa non ſecuta, illi locum eſſe non poſſe,vt ſtatim diximus. Nec verum illud eſt,quòd in eo quarto fundamento dicitur,dotem conuenientiſsimam Blancæ datam fuiſſe:quoniam non conueniens modò,verùm etiam inconuenientiſsima fuit,vt iam ſuprà o-
496 ſtendimus.Si etenim pater † dotem legitima minorem filiæ aſsignare non poteſt,vt * crebrior & verior eſt doctorum ſententia, quam probarūt omnes, vt latiſsimè retulit Craue.conſ.239.nu.3.cui addo Ruinum cōſi.26.nu. 5.& conſ.60.nu.6.conſ.82.nu.11.lib.3.& conſ.86.col.penul.lib.5.Tiraq. l.ſi vnquam,in verbo, ſuſceperit.nu.110. C.de reuoc.dona.Rubeum in l.pater filium.nu.169.ff.de inof.teſta.Gram.deciſ.57.nu.6.7.8.& deciſ.101.num.15. vbi plura adfert.Soc.Iun. conſ.79.nu. 44.87.lib.3.quanto fortius in patruo dicendum eſt. Ex quibus ſatisfactum
497 etiam credimus illi † reſponſo Iaſ.d.cōſ.3.col.vlt.quod à Socino citatum fuit.nam loquitur Iaſon quando pater
498 non tenebatur dotare † filiā, ex qua habebat vnde ſe dotaret.iuxta doctrinam Bar.in l.mulier.§.cum proponeretur.ff.ad Trebel.quem alij ſecuti ſunt,quos retulit Ripa l.1.nu.54.ſol.mat.& ſi is aliter ſentiat, & rectius fortè,

vt

vt etiam contra eum ſenſit Soc.Sen.conſil.100.col.1. lib.
3.Ruin.conſ.200.num.7.lib.1. & Pariſ. conſi.29.numer.
60.& conſi. 80. lib.3.& tamen is pater (vt ad Iaſonem re-
deam) eo non obſtante dotem dedit conuenientem, im-
mò & bona paraphernalia eam habere voluit, quod non
contingit in caſu noſtro.

Non obſtat quintum fundamentum, quia reſpondeo
ad primum illius caput; & dico eſſe falſum, quod in ipſo
Bonifacio Marchione adfuerit bona fides. Quæ enim bo
na fides adeſſe potuit, quando non modò dotem incon-
uenientiſſimam dare promiſit, & promiſſam deinde non
ſoluit: ſed etiam metu intercedente facta eſt renuntiatio;
Ex quo & illud ſequitur, Marchioni non potuiſſe pro-
499 deſſe † titulum illum donationis & pacti de non pe-
tendo: quoniam illi, hoc caſu, refragatur iuris communis
diſpoſitio, iuxta declarationem, quam facit Bar.in l.ſed &
ſi lege.§.ſcire.ff.de petit.hære. Alex.conſ.73. in fi.libr. 2.
Cur.Sen.conſi.72.Princeps defunctus.col.5.Bal.d.l. Cel
ſus, num.20.21.ff.de vſuca.Gram.deciſ.79.nu.8.9.Plotus
l.ſi quando nu.262.C.vnde vi. Et eo loci ſcribit Baldus,
titulum formari non poſſe, iniuſto errore impediente. &
ſubiungit Baldus (benè eruditus iuriſconſultus & magni
nominis) iniuſtum eſſe errorem, qui circa factum pro-
prium verſatur. Ex quo ceſſat & illud ſecundum caput a
Socino conſideratum, quia Doctores omnes conſiderant
titulum iuſto errore ſaltem cauſatum, vt apud Curtium
Iun.d. conſ.6.nu.23.

Reſpondeo ſecundò, non eſſe locum huic exceptio-
500 ni præſcriptionis coram † Imperatore iudice ſupremo,
qui in cauſis cognoſcendis, & terminandis procedit tan-
quam Deus in terris, vt ſenſit gloſſ.in rubr. auth. de hæ-
red.& Falcid.clarè Bal.in cap.1.§.1.nu.3.de noua forma fi-
del.idem in cap. ſignificantibus in fine.de offic.de lega.
Reſtaurus Caſtal.in tractat.de Imperatore. quæſtio. 2. &
q.50.nu.31. Sola ergo veritate inſpecta procedere debet,
501 quo fit, † eo præſcriptionis exceptio allegari non poſſit,
vt poſt Baldum & Angelum ſenſit Alciatus in rubr. de
præſcrip.nu.7. quibus addo Marſilium ſing.370. Vſuca-
pio &c.in fin.Pariſium conſ.101.nu.88.lib.1.& Crauet.cõ
ſilio 201.nu.trigeſimo ſeptimo. Scio tamen alios eſſe, qui
contrarium ſentiunt, ſed quid erit in cauſa, quin Cæſar, vt
iudex æquiſſimus hanc reijciat exceptionem minùs legi-
timè Marchionibus acquiſitam?

Non obſtat vltimum fundamentum, quia reſpondeo,
non conſtare, Blancam eo tempore Ioannam ſororem ha
buiſſe, & tunc ſuperſtitē. Et probandi onus aduerſariorũ
502 erit, qui eam ea ætate † vixiſſe aſtruunt. vti docuit Bart. in
l.ſi quidem.C.ſol.matr. Gozad. conſ.68.nu. 6. Soc. Iun.
conſ.26.num.8.lib.2.

Rurſus & ſecundò reſpondetur, quod ex quo non con
ſtat, eam Ioannam deceſſiſſe condito teſtamento, por-
tio illa ſua, quæ alioqui ad eam ſpectabat, ad Blancam ip-
ſam in ſuccedendo proximiorem erit deuoluta, vt notiſ-
ſimi iuris eſt. Mea hæc eſt, in re tam ardua, antiqua, recondi
ta & perplexa ſententia, quam acerrimo eorum iudicio
libenter ſubijci volo, qui poſt me doctius & accuratius
ſcripturi ſunt.

IMMORTALI DEO, Honor & Gloria.
Iacobus Menochius I. C.

## Pro excelſa Genuenſium, Republica.

## SVMMARIVM.

1 Scæuola iureconſul.in arduis ſubſiſtere conſueuit.
2 Iudex extra ſuam iuriſdictionem iuſdicere non poteſt.
3 Imperator totius mundi dominus dicitur.
4 Imperator Italiæ dominus dicitur.
5 Imperator fundatam habet intentionem, ſe in vniuerſum terrarum orbem poſſe iuſdicere,
6 Imperator dicitur Deus in terris.
7 Imperator iuriſdictionum fontem apud ſe habere dicitur.
8 Genuam Romano Imperio ſuppoſitam olim fuiſſe.
9 Genua à Magone Pœno funditus euerſa.
10 Genua à Sp.Lucretio Romano reædificata.
11 Genua & tota Liguria à M.Popilio Cos.capitur, & multi captiui efficiuntur.
12 Paulus Aemilius Cos.contra Ligures bellum gerit, eoſque Romano Imperio ſubijcit.
13 Rotharis Longobardus Rex Genua potitur, eam diripit & euertit.
14 Fridericus Barbaruſſa Imperator Genuæ dominus factus, nouos creauit Magiſtratus.
15 Carolus Quintus Imperator multa Genuenſibus contulit priuilegia.
16 Priuilegiorum conceſſio ſubiectionem arguit.
17 Carolus Imperator Genuam Ciuitatem ſuam appellare conſueuit.
18 Conſentire dicitur actui, qui ad ſui detrimentum fit, cùm ſcit, nec contra eum proteſtatur.
19 Verba enuntiatiua Principis probant.
20 Feudi Dominus iudex eſt competens in cauſa feudali.
21 Spolij cauſa à iudice ordinario cognoſcitur.
22 Imperator in cauſa propria iuſdicere poteſt.
23 Finarium ab Othone ſecundo Aledramo Saxono conceſſum.
24 Finarij Marchiones Imperij Ligij vaſalli & homines effecti à Carolo Quarto.
25 Feudum ligium à quibus concedatur, & de illius natura.
26 Vaſallus ligius duorum quis eſſe non poteſt.
27 Vaſallus ligius habet non modo res ſed & bona domino ſubiecta.
28 Iudex competens eſt ratione rei ſitæ.
29 Antonioti Adurni Genuenſium Ducis laudum, in cauſa Finarij, quo tempore latum.
30 Succeſſor vtitur iure ſui prædeceſſoris.
31 Res tranſit cum onere ſuo.
32 Imperator delicta perpetrata, vbique locorum punire poteſt, ſed infrà aliter.
33 Vniuerſitas quando delinquere dicatur.
34 Spoliare dicitur, qui ſpolium factum ratum habet.
35 Priuilegium exemptionis à iuriſdictione ob perpetratum delictum perditur, vſque iterum ſubiicitur.
36 Priuilegij cauſa ceſſante, ceſſat & priuilegium.
37 Priuilegium exemptionis à iuriſdictione, reuocatum dicitur cùm concedens ſe cauſæ iudicem declarat.
38 Princeps præſumitur vti plenitudine poteſtatis, cùm actus ab eo geſtus aliter non valet.]
39 Iudex ſemel approbatus, recuſari amplius non poteſt.
40 Declinatoriam qui tempore debito non proponit, in iudicem conſentire videtur.
41 Iudex ordinarius eſt, qui rei conuenti iudex eſt.
42 Liberi ſumus à natura omnes.
43 Libertas non ſeruitus præſumitur.
44 Ciuitas iure alteri ſubiecta non præſumitur.
45 Sauonæ Ciuitas Genuenſi ſuppoſita.
46 Genuæ ciuitas ſui origine Imperio non ſuppoſita.
47 Ligures ab Arcadibus originem traxerunt.
48 Liuij locus declaratur.
49 Genua plenam conſequitur libertatem à Friderico primo.
50 Baldus Peruſinus qua ætate vixerit.
51 Baldus Peruſinus Gregorij II. Pontificis Maxim. præceptor.
52 Genuenſes ſuperiorem non rocognoſcunt, quod multorum teſtimonio comprobatur.
53 Genuam eſſe liberam à ſuperioritate imperij teſtatus eſt Carolus Quintus Imperator.
54 Beneficium Principis latè interpretatur, & quomodo beneficiũ eſſe cognoſcatur.
55 Aſſertiua verba aſſerenti præiudicant, actui tamen conſentiẽti.
56 Clauſula, ſaluis Romani Imperij iuribus, in cõfeſſione priuilegij ab Imperatore facta, quid operetur, & paulò poſt.
57 Reſeruatio quid operetur, & cuius naturæ ſit.
58 Clauſula in executiuis poſita, nihil operatur.
59 Genua Camera Imperialis eſt, & quomodo intelligatur.
60 Communis loquendi vſus obſeruandus eſt.
61 Contraria ſeu pugnantia euitanda ſunt omninò.
62 Reſpublicæ liberæ iura habent fiſci, & Imperij.
63 Venetorum Reſpublica & Dominium ſuperiorem non recognoſcit, nec de iure, nec de facto.
64 Venetiarum Ciuitas communis patria dicitur.
65 Coſmus Medices Florentinorum Dux Sereniſ. laudatur.
66 Florentinorum Reſp. olim ſuperiorem, nec Imperium recognoſcebat.
67 Florentina Reſp. libertatem à Rodolpho Imperatore cõſecuta eſt.
68 Lucenſium Reſp. ab Imperio libera eſt, & à Rodolpho libertatem conſecuta eſt.
69 Imperij ſuperioritas transferri an poſſit.
70 Reſeruata in ſignum ſupremæ poteſtatis verbis vniuerſalibus poſſunt transferri.
71 Reſeruata in ſignum ſupremæ poteſtatis præſcribi quando poſſint.
72 Ciuitas Imperij iura & ſuperioritatem præſcribere quando poſſit.
73 Appellationis ſecundæ & tertiæ cognitionem qui habet, Imperij ſuperio-



ritatem habere dicitur.
74 Perſona cõcedẽtis priuilegiũ in eo nõ cõprehẽditur, nec ex eo ligatur.
75 Perſona loquentis in fauorabili diſpoſitione comprehenditur, ex eaque ligatur.
76 Perſona loquentis & concedentis in conceſſione cõprehenditur ratione ſubiectæ materiæ.
77 Perſona loquentis in conceſſione ex certa ſcientia facta includitur.
78 Perſona loquentis in diſpoſitione comprehenditur quando illa aliàs nihil operaretur.
79 Interpretatio illa ſumitur ne fruſtra diſpoſitio facta ſit, etiam in priuilegijs.
80 Finarium intra fines Genuenſium eſſe,
81 Genuenſium fines, qui.
82 Alba Pompeia intra Liguriæ fines.
83 Pollentia oppidum antiquiſſimum intra Liguriæ fines.
84 Argumentum ab extremis præſumptiuè concludit.
85 Præſumptio transfert probandi onus in aduerſarium.
86 Totum integrale ſuas partes comprehendit.
87 Finarij Marchiones per tempus immemoriale Genuenſium Remp. in dominam directi recognouerunt.
88 Præſcriptione temporis immemorialis directum dominium in re feudali acquiri poteſt.
89 Iudex ordinarius cùm iuſtitiam recuſat adminiſtrare, ſuperior, & maximè Pontifex maximus adiri poteſt.
90 Superior vbi eſt ſuſpectus, ſuſpecti ſunt & illius officiales.
91 Suſpectus in cognoſcendo, non eſt ſuſpectus in delegando.
92 Qualitas iuriſdictionis fundatiua ante omnia diffinienda eſt.
93 Feudi dominus non cognoſcit ſuper qualitate, qua eum feudi dominum negatur.
94 Qualitas iuriſdictionis fundatiua, quando ſummariè, & quando plenariè tractanda ſit.
95 Feudi dominus inter vaſollos Iudex non eſt competens, cùm alter illorum ſe vaſallum negat.
96. Libelli & petitionis qualitas conſiderari debet ad iuriſdictionem fundandam.
97 Spoliatus feudo non à feudi domino tanquàm iudice, ſed ab ordinario conuenti ſpoliatoris reſtituendus eſt.
98 Imperatorem totius Mundi dominum non eſſe, iure diuino, naturali & poſitiuo probatur.
99 Oldradus Iureconſultus Legum pater & maximæ authoritatis habetur.
100 Didacus Couarruuias Hiſpanus Iureconſultus laudatur.
101 Sermo vniuerſalis in vno falſus, in omnibus falſus dicitur.
102 Rex Catholicus Hiſpaniarum Imperatorem non recognoſcit.
103 Rex Chriſtianiſſimus Galliarum Imperatorem non recognoſcit
104 Dux Sabaudiæ Sereniſſimus Imperatorem an recognoſcat.
105 Dux Mediolani Imperatorem non recognoſcit.
106 Priuilegiorum conceſſio præſumptiuè tantum ſubiectionem arguit.
107 Verba enuntiatiua Imperatoris alteriuſue Principis probant, quando ſumus in antiquis, non in recenti facto
108 Verba enuntiatiua Principum probant, cum ſunt de negotio plenè informati, non ſemper.
109 Verba enuntiatiua Principis non probant, quando præiudicaretur iuri alteri iam quæſito.
110 Genua olim à Rege Gallorum dominata.
111 Exceptio, tua non intereſt, litis finitæ dicitur.
112 Dominus feudi Iudex non eſt de re feudi, cùm eſt controuerſia inter vaſallum & non vaſallum.
113 Innocen.in cap.ex parte, de foro competenti. declaratur.
114 Baldus, in l.3.col.1.verſi.quarto quid.C.ſi à non compe.iud. declaratur.
115 Imperator non eſt iudex competens in cauſa propria contra non ſubditos.
116 Imperator licet certis caſibus in cauſa propria poſſit iudicare, ex honeſtate tamen cauſam debet non ſuſpecto delegare.
117 Aledrami & Adelaſiæ Hiſtoria.
118 Hiſtoricorum varietas in Aledrami & Adelaſiæ Hiſtoria.
119 Aledramus ex Adelaſia ſeptem procreat filios ex multorum authoritatibus.
120 Marchiæ ab Othone ſecundo donatæ Aledramo Genero.
121 Finarij Marchia & Sauonæ vna & eadem.
122 Aledramus ex Adelaſia quatuor filios tantum ſuſcepit ex Volaterrani authoritate.
123 Aledramus ex Adelaſia duos tantùm ſuſcepit filios, ex antiquis Chronicis Montiſferrati.
124 Aledrami linea quo tempore extincta.
125 Cronicis antiquis credendum.
126 Montiſferrati Marchia & Finarij eandem habuerunt originem.
127 Probare quis debet ſe talem, qualem ſe facit.
128 Othonis ſecundi conceſſio Aledramo facta donationis vim, non feudi habuit.
129 Imperator delinquentem vbique locorum punire non poteſt.
130 Delictum extra locum originis commiſſum, in loco originis puniri minimè poteſt.
131 Conueniri ciuiliter non poteſt in loco originis ob delictum, qui extra locum illum deliquit.
132 Præſes prouinciæ cognoſcit, cùm vaſallus ſpoliatus fuit.
133 Delictum non committit, qui facit quod facere poſſe iuſtè credidit.
134 Dolo carere, qui paratus eſt de iure ſuo docere.
135 Priuilegiorum reuocatio non præſumitur.
136 Priuilegium, quod tranſit in vim contractuus, reuocari non poteſt.
137 Princeps legem ſibi poteſt imponere, à qua non poterit recedere.
138 Pontifex Maximus contra Imperatorem iudex eſt competens.
139 Priuilegia conceſſa ob benemerita ad libitum reuocari non poſſe.
140 Priuilegia conceſſa ob benemerita, iuſta ex cauſa reuocari non poſſe.
141 Cauſa iuſta in Imperatore non præſumitur, dum reuocat priuilegiũ non ſubdito conceſſum.
142 Cauſa iuſta præſumitur in Principe, cum ex motu proprio aliquid agit, ſecus ſi ad partis inſtantiam.
143 Cauſa iuſta reuocandi priuilegium ſubeſſe dicitur, cum illud maximum afferebat detrimentum.
144 Clauſula plenitudinis poteſtatis nihil operatur contra non ſubditum à natura.
145 Clauſula plenitudinis poteſtatis nihil operatur ad tollendum, ea, quæ per vim contractus fuerunt conceſſa.
146 Clauſula plenitudinis poteſtatis vti non præſumitur Princeps cum ex ea reſultaret iniquitas.
147 Clauſula plenitudinis poteſtatis, vti præſumitur Princeps, vt actus valeat. quod inibi declaratur.
148 Declinatoria appoſita dicitur, cum qualitas iuriſdictionis fundatiua negatur.
149 Declinatoria oppoſito dicitur, cum quis ſe illi Iudici ſuppoſitum negat.
150 Appellatione pendente nihil innouandum.
151 Sententia lata à iudice incompetenti eſt ipſo iure nulla.
152 Nullitas à iuriſdictione proueniens cæteris maior.
153 Reintegrandæ remedium ex cap.reintegranda.tertia. queſtio. prima. cæteris pinguius ad poſſeſſionem recuperandam.
154 Interdictum vnde vi, cui conceditur, eidem fortius remedium cap. reintegranda.3.q.1.
155 Remedium cap.reintegranda, ita laicis vt clericis concedi.
156 Remedium cap.reintegranda, concedi etiam contra poſſidentem titulo & bona fide ex opinione quorundam.
157 Solennitatem proceſſus non exigi, cùm ſpolium eſt notorium.
158 Iudicij ordo & ſolennitas non ſeruatur, cùm corã Imperatore cauſa tractatur.
159 Princeps ſupremus non cogitur iudicare ſecundum acta & probata.
160 Princeps in terminandis controuerſijs, non debet iure per ambages.
161 Acta apud Imperatorem tractata non reddũtur nulla, ob non ſeruatam iuris ſolennitatem.
162 Remedio cap.reintegranda, vt locus ſit, duo concurrere debent.
163 Poſſeſſio poſita in ſequeſtro a ſequeſtrario poſſidetur.
194 Sequeſtrum voluntarium priuat poſſeſſorem ſua poſſeſſione.
195 L.licet.§.rei.ff.depoſiti, cum l.intereſſe.ff.de acquiren.poſſeſ. conciliatur.
166 Poſſeſſionem non perdit Vaſallus, ſi eam apprehendit dominus, & apud aliquam cuſtodiæ cauſa, donec lis finiatur, deponit.
167 Interdicto unde vi, quando agi poſſit ad conſequendam poſſeſſionis æſtimationem.
168 Spoliatus non reſtituitur ante omnia ex capit.reintegranda. tertia queſtio. prima. Cum ſuo facto & culpa ſpoliatus fuit.
169 Voluntas coacta non eſt propriè voluntas.
170 Metu geſta valent, reſcindi tamen poſſunt ex prætoris edicto
171 Remedium reintegrandæ, non datur. contra poſſeſſorem cum titulo & bonafide.
172 Alexandri, Cornei & aliorum notatur inconſtantia.
173 Compromiſſum de re feudali fieri non poteſt.
174 Feudum ſine titulo haberi, retinerique non poteſt, ex aliquorum opinione,
175 Titulum coloratum oſtendere ſufficit ad tuendam rei feudalis ſeu iuriſdictionis quaſi poſſeſſionem.
176 Titulus feudi à pari procedit cum titulo rei beneficiariæ.
177 Remedio cap.reintegranda. agens deducere debet, conuenti poſſeſſionem reſpectu ſuæ clandeſtinam eſſe.
178 Qualitas vbi non conuenit, minus diſpoſitio.
179 Vim non committit, qui incontinenti poſſeſſionem recuperat.
180 Incontinenti recuperaſſe is dicitur, qui recuperauit quamprimum potuit

potuit.
181 Ciuiliter poſsidens, ſua ſponte naturalem poteſt ingredi.
182 Citari amplius non debet, qui negauit ſemel venire.
183 Remedium cap. reintegranda. 3. q. 1. pro rebus eccleſiæ ſolum conceditur.
184 Petitorij & poſſeſſorij cauſa coram Imperatore, vel ſupermo alio Principe tractari vnà ſimul debet.
185 Spoliatus ante omnia reſtituendus eſt.
186 Prædo ſpoliatus ante omnia reſtituitur.
187 Spoliatus iudicis authoritate ante omnia reſtituitur.
188 Spoliatus authoritate Principis ante omnia reſtituitur.
189 Spoliatus ante omnia reſtituitur, etiam ſi ſpoliator offerat ſe incontinenti probaturum dominij exceptionem.
190 Petitorij & poſſeſſorij cauſa ſimul tractanda eſt, cum apud Imperatorem, vel ſupremum alium iudicem cauſa tractatur.
191 Spoliatus ante omnia non reſtituitur cum paſſus eſt litem ſuper dominio tractari.
192 Cap. paſtoralis, de cauſa poſſeſsio. & propr. declaratur.
193 Spoliatus proteſtari ac apellare debet aduerſus oppoſitã dominij exceptionem per ſpoliatorem, ne ſuper illa cognoſcatur ante reſtitutam poſſeſsionem.
194 Petitorium ſuſpendi an poſsit poſt litem conteſtatam, vt prius ſuper poſſeſſorio cognoſcatur.
195 Ciuiliter poſsidens ſi naturalem ſit ingreſſus, audiendus eſt ſuper exceptione dominij cùm ſpoliatus ſuper naturali agit, vt ante omnia reſtituatur.
196 Tyrannus ſpoliatus non reſtituitur ante omnia.
197 Vaſallus, qui ſubditos malè tractat, feudo eſt priuandus.
198 Tyrannus, vt ob tyrannidem iure ſuo priuetur, eſt à ſuperiore admonendus, vt à tyrannide deſiſtat.
199 Poſſeſsio iuſtè occupatur à domino rei, cùm aliàs periculum eſt in mora.
200 Vaſallus qui notoriè ſubditos male tractat, feudo priuandus eſt, abſque alia monitione,
201 Citandus amplius non eſt, qui ſemel negauit venire.
202 Spoliatus Caſtro munitiſsimo ante omnia non reſtituitur.
203 Cap. cum dilectus, de ordine cognit. intellectus & declaratio.
204 Pauli Caſtren. doctrina in l. 2. C. de edicto diui Adri. tollen. declaratur.
205 Exempla declarant, non autem reſtringunt.
206 Exempla demonſtrant quo in caſu exemplatum procedat.
207 Exemplis non eſt iudicandum, cùm ignoramus quomodo ſe habeant.
208 Ius ex facto oritur.
209 Exemplis maiorum, vt Pontificum & Imperatorum quando iudicandum.
210 Poſſe non dicimus, qud incommodè poſſumus.
211 Exemplis iudicamus cùm iure cauſa non diffinitur.
212 Fideiuſſor idoneus non dicitur, qui commodè conueniri non põt.
213 Spoliatus Caſtro non reſtituitur ante omnia, ſi ſubeſt timor, quod ſpoliator recuperare illud non poſsit, ſine magna impenſa; ſi in iudicio petitorio obtinebit.
214 Spoliatus Caſtro munitiſsimo, an ſit reſtituendus ante omnia ſi idoneè fideiubeat de Caſtro reſtituendo ſi in petitorio ſuccumbat.
215 Cautionis fragilitati non eſt fidendum.
216 Caſtrum oppugnare non licet antequam iudex adeatur, & tentata ſit iudiciaria recuperatio.
217 Caſtro munitiſsimo ſpoliatus reſtitui an debeat ante omnia, cum ambo, ſpoliatus ſcilicet & ſpoliator, ſunt ſub vno Principe.
218 Fideiuſſores idonei an ſint nobiles qui ſub Principe habent Caſtra, quæ à Principe illo expugnari poſſunt
219 Spoliatus per vim compulſiuam ante omnia non reſtituitur.
220 Voluntas coacta voluntas eſt.
221 Metu geſta ex edicto prætoris reſcindi debent.
222 Bartolus in l. pen. nu. 2. ff. de condict. ob turpem cauſam. & in l. 2. nu. 12. C. quod met. cauſa, multis modis declaratur.
223 L. medicos. ff. de varijs & extraord. cognit. intellectus & declaratio.
224 Cap. 2. & 3. de reſt. ſpol. intellectus.
225 Priuilegium ratione maioris partis conceſſum, trahit etiã ad ſe minorem.
226 L. communem. ff. quemad. ſeruit. amitta. quo in caſu procedat.
227 Dignum minus aliquando ad ſe trahit maius dignum.
228 Actus nullus peti poteſt reſcindi quatenus de facto proceſsit.
229 Proteſtatio de metu procedens, facit vt actus deinde ſecutus ſit nullus. quod infra declaratur.
230 Bart. in l. quæ ſub conditione. §. 1. num. 2. ff. de condi. inſt. & Bal. l. ſi qui ad ciuilia col. vlt. C. de appella. declaratur.
231 Pauli Caſtrenſis & Ruini reiecta opinio.
232 Cap. 1. de his, quæ vi metus ve cauſa. intellect.
233 Metus minor matrimonium inficit quàm cæteros actus.
234 Proteſtatio metus clandeſtina actum deinde ſubſecutum non annullat, cùm is contra bonos mores non eſt.
235 Metus illatus ob vnã cauſam, ſi actus ſub diuerſa forma ſequitur, is non annullatur, imò nec metu geſtus dicitur.
236 Caroli IIII. Imperatoris inueſtitura Marchionib. Finarij conceſſa.
237 Res de facili ad ſuam naturam reuertitur.
238 Feudalis effici poteſt res libera.
239 Compromiſſum de re feudali fieri non poſſe.
240 Maximiliani ſententia contra Genuenſes lata in cauſa Marchiæ Finarij.
241 Iudicatum pro veritate haberi.
242 Metus geſta valere ipſo iure, reſcindi tamen poſſe.
243 Metus iuſtus quis.
244 Beneficio l. bene Zenone. C. de quadr. præſcr. fruitur, qui rem ab Imperatore acquiſiuit.
245 Preſcriptio contra Rempub. 30. vel 40. annorum decurrit.
236 Dominium ex ſententia & lando non transfertur.
247 Spoliator violentus iure ſuo priuatur.
248 Feudorum conſtitutiones ante Othonem non fuiſſe.
249 Feudalis conſtitutio prima à Conrado inuenta & ſancita, ex Alciati & Pariſij ſententia.
250 Moderni Pariſienſis opinio de feudalium conſtitutione.
251 Feudalis conſtitutio in ti. Cõſtitutio Feudi D. Lotharij, an primi vel tertij ſit.
252 Lotharius Primus quo tempore imperauerit.
253 Verbum donamus & elargimur, non feudum, ſed liberam donationem ſignificare.
254 Clauſula, trãſmitto omne ius, quod ad me pertinet, demonſtrat omne ius eſſe tranſlatum.
255 Dictio, prout, qualis ſignificationis.
256 Dictio, omnino, reſtrixionem non patitur.
257 Dictio omninò, idem quod in perpetuum ſignificat.
258 Delegare omne ius ſuum, quid ſit.
259 Poteſtas vendendi, & commutandi & alienandi in feudi cõceſsione, quid ſignificat. & operetur.
260 Otho ſecundus quid conceſſerit Aledrame Saxono.
261 Res poſſeſſa præſumitur propria, & non alterius.
292 Res vna diuerſo iure non debet cenſeri.
263 Actus ſubſequens animum declarat.
264 Feudum à fidelitate nomen ſumpſit.
255 Fidelitas nihil ſpecialitatis in feudis tribuit.
266 Fidelitatem obſeruare debent ſubditi, licèt feudum non obtineant à Principe ſuo.
267 Verba inueſtire & diueſtire, cuius ſignificationis.
268 Inueſtituræ nomen generale multa comprehendens.
269 Marchia quid ſit, & an feudum ſignificet.
270 Marchia iure proprio poſsideri poteſt.
271 Comitatus conceſsio an oſtendat eſse factam conceſsionem in vim feudi.
272 Clauſula concedimus prout iuſtè & legaliter poſsumus, cuius effectus & ſignificationis.
273 Imperij iura alienari poſse.
274 Imperij iura poſse alienari, cùm leue eſt detrimentum.
275 Imperatorem donare poſſe ciuitatem, vel caſtrum Imperio ſubiectum.
276 Feudum alienabile vni filiorum à patre prælegari poſse.
277 Feudum hæreditarium vni filiorum prælegari à patre poſse.
278 Feudum, ſeu conceſsio Othonis II. illius naturæ fuit, vt de eo prælegatum fieri potuerit.
279 Feudum inalienabile inter ſuos alienari poſse.
280 Feudum non amittit vaſallus, ſi in comprehẽſos in inueſtitura alienat.
281 Feudum quando in ſuos alienari poſsit.
282 Conſuetudo vnius familiæ teſtandi; & de rebus ſuis certo modo diſponendi, probabilis eſt.
283 Filius patris hæres effectus, feudum à patre alienatum reuocare nõ poteſt
284 Feudum Marchiæ diuidi an poſsit.
285 Feudum ſui natura, alienabile diuidi poſſe.
286 Cap imperialem. §. præterea, de probi. feudi alien. per Frider. ſenſus & declaratio.
287 Cap. Imperialem. §. præterea. de probib. feu. alien. per Frid. non procedere, cùm pater vni filiorum prælegat feudum.
288 Cap. Imperialem. §. præterea. de probib. feud. alien. per Frider. non procedit, cùm ex conſuetudine conceditur feudi diuiſio & alienatio.
289 Feuda Italiæ ex conſuetudine diuidi poſse.
290 Lite pendente alienata, ipſo iure reuocari poſſunt.

291 Poſseſsio



291 Poſſeſsio ex actu ficto lite pendente, non transfertur.
292 Ius noſtrum ſine facto noſtro à nobis auferre non poteſt.
293 Ratificatio actus geſti nomine noſtro ſequi debet, vt ille nobis proſit.
294 Ratificatio circa incognita nihil operatur.
295 Ratihabitionem ad incognita non trahi.
296 Ignorantiam non præſumi.
297 Ratificationem poſtulare eandem ſolennitatem, quam & actus principalis.
298 Actus ſubſequens oſtendit præcedentem animum.
299 Ius in potentiores in detrimentum aduerſarij non poteſt transferri.
300 Veriſimile quod non eſt, habet ſpeciem falſi.
301 Facta non præſumi,
302 Præſcriptione 30. vel 40. annorum directum dominium acquiri.
303 Præſcriptione tolli Imperij iura.
304 Bonamfidem præſumi.
305 Titulum ab errore etiam iniuſto cauſari.
306 Præſcriptio centenaria neceſſaria an ſit ad tollendum iura Imperij.
307 Maximilianus quo tempore imperauerit.
308 Imperij iura priuatiuè præſcribi poſſe.
309 Tempus, cuius initij non eſt memoria, centum annos excedit.
310 Præſcriptio in feudalibus an procedat.
311 Feudum alienabile, & præſcriptibile.
312 Feudum regulariter curſu 32. vel 40. ann. præſcribi.
313 Capit. 1. §. præteaeà. de cap. Corrad. & capi. Imperialem. de prohibit. feudi alienatio. per Frideric. in qua ſpecie præſcriptionis locum habeant.
314 Regula, quòd actus de facili ad ſuam naturam reuertitur, declaratur.
315 Feudum cum alienandi poteſtate conceſſum ſine licẽtia & decreto domini alienari poſſe.
316 Feudæ Marchiæ Montisferrati ſine licentia & conſenſu directi domini poſſe alienari.
317 Feuda Marchiis Ceuæ ſine conſenſu domini alienari poſſe.
318 Speculatoris & Signoreli opinio exploſa.
319 Clauſula, ſaluo & reſeruato domini conſenſu, in diſpoſitione feudi adhibita, cuius effectus ſit & naturæ.
320 Potentior quis intelligatur. vt in eum ius ad aduerſarij detrimentum transferri non poſsit.
321 Probatio efficatior requiritur cùm præſumptio & veriſimilitudo repugnant.
322 Citatio eſt neceſſaria, vt ſententia noceat.
323 Citationis defectus nec à ſtatuto nec à Principe ſanari ſupplerìue poteſt.
324 Ius à domino ſine eius facto auferri non poſſe.
325 Metum non præſumi.
326 Violentiam non præſumi.
327 Metus in ſpecie illatus qualis ſit, probari debet.
328 Clauſulam, ex certa ſcientia, nihil operari contra ius tertij.
329 Clauſulam motus proprij, nil contra tertij ius operari.
330 Clauſulæ, motus proprij, & ex certa ſcientia, par virtus.
331 Clauſula, ex certa ſcietia, & motus proprij nil operatur in his quæ facti ſunt.
332 Clauſulæ, ex certa ſcientia, & motus proprij, nil operantur; cùm conſtat. rem aliter ſe habere.
333 Decius conſilio centeſimo nonageſimo primo declaratur.
334 L. bene à Zenone, ſeptem declarationibus illuſtratur.
335 Reſpublica & minor ambulant pari paſſu.
336 Præſcriptio triginta vel quadraginta annorum quomodo & quando tollatur reſcripto, vel priuilegio Principis.
337 Præſcriptio centenaria ex l. vlt. C. de ſacroſan. eccle. neceſſaria ad tollendum iura Reipub. quæ ius fiſci & Imperij obtinet.
338 Titulus, pro ſuo, quando ad præſcribendum proſit.
339 Titulus ex publicatione bonorum cauſatus, quãdo ſufficiat ad præſcribendum.
340 Titulus ex ſententia cauſatus ad præſcribendum non prodeſt malæfidei poſſeſſori.
341 Titulus ſententiæ iniquæ, viuente iudice non prodeſt ad præſcribendum.
342 Titulus ex errore cauſatus quando ad præſcribendum ſufficiat.
343 Malafides poſſeſſoris an noceat ſucceſſori in dignitate ne præſcribat.
344 Malafides cauſatur in eo cui iam fuit denuntiatum, ne rem illam acquireret poſsideretve.
345 Iudicis factum quomodo poſſeſsorem excuſet.
346 Spoliator confirmari non poteſt in poſseſsione, etiã auctoritate Principis.
347 Baldi traditio in l. vlt. §. vlt. C. commun. de legatis reiecta.
348 Dominium ex ſententia transfertur, cùm condemnatus ei acquieuit.
349 Gloſsa l. exceptio. ff. de exceptio. rei iudica. declaratur.
350 Spoliator violentus ex l. ſi quis in tantam. C. vnde vi, non ipſa iure, ſed per ſententiam priuatur iure ſuo.
351 Spoliator, ut incidat in pænam l. ſi quis in tantam. C. vnde vi, debet eſse in dol.
352 Dolus in eo ceſsat, qui facit quod iuſta ratione credit ſe facere poſse.
453 Contumax & iudicium deſerens, cùm lata eſt interlocutoria, citari an amplius debeat.
354 Abſentis partes iudex tuetur.
355 Iudex in dubio tutiorem viam eligere debet.
356 Procuratoris contumacia quando domino noceat.
357 Cap. eum qui. de dolo & contumacia declaratur.
358 Contumacia vnius actus non nocet que ad alterum.
359 Appellare aliquando licet à reiectione exceptionum.
160 Capitula in dubio admittenda.
361 Capitula eſse admittenda cum clauſula, ſaluo iure impertinentium, &c.
362 Capitula notoriè impertinentia, non eſse admittenda etiam cum clauſula, ſaluo iure impertinentium, &c.
363 Capitula pertinentia quæ.
364 Capitula impertinentia quæ.
365 Capitula ex libello elici.
366 Poſsidens ciuiliter ſua ſponte naturalem ingredi poteſt.
367 Recuperare incontinenti quando quis dicatur.
368 Procuratoris confeſſio quomodo domino noceat.
369 Producta in actis vt fidem faciant, debent eſſe data parti cum termino ad opponendum.
370 Impenſas quas Caſtri occupator fecit in illius refectione an repetat.
371 Impenſas neceſsarias regulariter repetit etiam malæfidei poſseſſor.
372 Impenſas vtiles aliquando deducit malæfidei poſseſſor.
373 Confeſsio prædeceſſoris ſucceſſori an noceat.
374 Aedificare in littore maris vnicuique licere.
375 Prouinciæ eſse præſumuntur, quæ intra centum miliaria ſunt.
376 Imperatorem, vt Deum de cauſa cognoſcere.
377 Impenſas neceſsarias in foro conſcientiæ deducit poſseſſor malæfidei.
378 L. vltim. ff. de rei vind. diſpoſitio, quando locum habeat contra negantem ſe poſsidere.

## CONSILIVM II.

## Initium à Domino.

MAGNI ponderis cõtrouerſia, quæ aqud Maieſtatem Cæſaream inter excelſam Genuenſium Republic. & illuſtriſsimũ Marchionem Finarij tractatur, perplures habet dubitationes: quas ſingulatim ex ordine noſtro pro virili diſſoluemus.

Prima eſt, vtrumne controuerſiæ huius competẽs ſit iudex Imperatorum hic Auguſtiſsimus.

Secunda, vtrúmne ab illuſtriſsimo hoc Finarij Marchione ritè rectéque inſtitutum fuerit iudicium reintegrandæ poſſeſſorium.

Tertia vtrúmne in hoc tam controuerſo iuditio, petitorii cauſam cum poſſeſſoria cumulare liceat.

Quarta, quorũ alter, vel illuſtriſsimus ipſe Marchio, vel Genuenſis potius excelſa reſpub. in petitorio ius foueat.

Quinta ex ordine erit. Quid hac in cauſa iudicióue agẽdum nunc ſit, poſteaquam excelſæ Genuenſis Reipu. procurator, interpoſita appellatione, à lata per ipſum imperatorem interlocutoria; qua ad vlteriora procedendum eſſe declarauit, iudicium deſeruit, ab aula receſsit, domumque nullo ſui loco ſuffecto, reuerſus eſt.

Sexta erit, vtrúmne excelſæ Genuenſis Reipub. capitula iam in cauſa porrecta recipi admittique debeant.

Septima, qualis ſit in cauſa hac ferenda ſententia.

Vltima,

Vltima, vtrũne ſaltẽ excelſæ ipſi Reipublicæ reſtituẽdę
ſint impẽſæ, quas in Caſtri Franchi refectione erogauit.
Dubitationum ergo propoſitarum egregium ordinem.
vt omni cura, & ſtudio proſequar ac explicẽ: in hac om-
1 nium prima difficilimáque, non mediocriter more † Scæ
uolæ iureconſulti in l.ſeruum quoque, in princ. de procu.
& in l.ſi me & Titium.ff.de reb.credi.& ſi cert.peta.ſub-
ſiſtebam. in eam enim ſententiam, prima (vt aiunt) fronte
deſcendendum videbatur, Inuict. Ferdinandum Impera-
torem noſtrum, cauſę huius & controuerſiæ iudicem fo-
re competentem, in hancque opinionem multis aliquã-
do adducebar rationibus & argumentis.
Primò ſic argumentabar: Competens iudex is iudica-
tur, qui in ſuos iuriſdictionẽ exercet, ſibique ſubditos coer
cere poteſt. At Reipublicæ Genuẽſi Diuus ipſe Ferdinã-
dus præeſt, illiuſque dominus cenſetur: in eam ergo iuſdi
cere poterit. maior ꝓpoſitio vt de ſe nota eſt, ſic nec no-
ſtra probatione eget. teſtantur enim iureconſulti ſæpiſ-
ſime, vt in l.eum qui, in l. vltima.ff. de iuriſdiction.omniũ
iudicum.& in integro illo titulo C.ſi à non competẽ.iu-
2 dic. illiſque in locis fuſius noſtri interpretes † in ſubditos
tantùm iuſdicere poſſe magiſtratus, quandoquidem in a-
lienæ ditionis ſuppoſitos, nulla eſt poteſtas, vel impe-
rium. minor propoſitio, vt maioris eſt ponderis, ſic cla-
rius probari videtur, Genuenſium ſcilicet Rempublicam
eſſe imperio ſuppoſitam. Id enim ex eo ſatis cõſtat, quo-
3 niam † iure vniuerſi orbis moderatorem, & dominum Im
peratorem credimus, quod Eudemoni Nicomedienſi re-
ſpondiſſe Diuum Antoninum teſtatur Mætianus Volu-
ſius in l.deprecatio, ff.ad legem Rhodiam de iactu. Ego
quidem mundi dominus, lex autem maris, reſpondit ille,
quæ enim differentia introducitur (inquit Iuſtinianus in
l.bene à Zenone. C. de quadrienn. præſcript.) cùm om-
nia Principis eſſe intelligantur, quod ex noſtris infiniti
propriè affirmarũt, vt apud Reſtaurum Caſtal. inſignem
* iurecõſultum in tractatu de Imperatore. quæſtio.52. qui*
receptiſsimam hanc eſſe ſententiam teſtatur, quod in no-
4 ſtris his † Italiæ regionibus maximè procedere intelligi-
mus, ex cap. imperialem. §. firmiter. de prohibi. feudi alie-
nat. per Frideric. Hinc interrogatus reſpondit Alexander
der Imolenſis conſil.87.in fine, lib.6. à quo non receſsit
Reſtaurus loco, quem paulò ante citauimus, quæſtio.53.
5 nu.19. eſſe ſatis ſupérque fundatã (vt illi aiunt) † Impera-
toris intentionem, ſe in omnes poſſe iuſdicere, eumque
probationis onere grauari; qui ſe Imperatoris iuriſdictio
ni non ſubiacere contendit. Quod etiam ex Adriani con
ſtitutione in c. Adrianus.63.diſtinctione, admonuit Ber-
tachinus tracta. Cabellarum par.1.q.2.& tract. de Epiſco-
po, pagina 91.q.16.numer.36. Nec immeritò certè hoc fa-
6 ctum dicitur, cùm in terris Deus habeatur † Imperator.
vt teſtatur Iuſt. in auth. de conſulibus. in fin. quare docuit
Inno. in capi. cùm M. Ferrarienſis, de conſtit. & poſt eum
7 Bald. in † Imperatore eſſe iuriſdictionum fontem, è quo
cæteræ oẽs fluunt ac refluunt, quod & annotarunt Curt.
Iunior conſil.157.num.12. Rubeus conſi.77.nu.1. Pariſius
conſi.1.numer.12.libr.2. Hinc dicimus ſacrilegi inſtar eſſe
aduerſus imperatoris poteſtatem ſentire. l.2.C.de crimi.
ſacrilegij, & ex noſtris affirmarunt Iaſ. l.reſcripta.nume.
6.C.de precib. Impera. offerend. Deci.conſil.588.nu.2.&
conſultiſsimus Aymo Crauet. mihi compater colendiſsi-
mus conſ.241.num.2.3. cæteros ſciens prætereo. Quin (vt
cætera omittamus, & rẽ hãc in ſpecie magis attingamus)
8 † Genuam eſſe imperio ſuppoſitam, illud eſt argumento;
ꝙ Romanis ferè ſemper paruit, vt non vno in loco literis
mandarũt rerum diligentiſsimi ſcriptores: vnus omnium
præſertim optimus Liuius, is poſteaquam libro 8. tertiæ
9 Decadis in hæc verba ſcriptum reliquit: eadẽ æſtate † Ma-
go Amilcaris filius ex minore Balearium inſula, vbi hyber
nabat iuuentute lecta in claſſem impoſita; in Italiam tri-
ginta fermè roſtratis nauibus & multis onerariis, duode-
cim millium peditum, duo fermè equitum traiecit: Ge-
nuámque nullis præſidiis maritimam oram tutantibus,
repentino aduentu cepit: inde ad oram Ligurorum Alpi-
norũ, ſi quos ibi motus facere poſſet, claſſem appulit. Sic
in libro decimo Decadis tertiæ, in hæc ſubiicit verba: Et
10 † Lucretio prorogatum imperium, vt Genuam oppidũ á
Magone Pœno dirutũ exædificaret: idẽ lib. 2. quintæ De-
11 cadis: M. Popilio Cos. † hæc literis mandauit. Poſt hanc
pugnã ex diuerſa fuga in vnũ collecti Ligures, cùm ma-
iorẽ multo partem ciuiũ amiſſam, quàm ſupereſſe cerne-
rent. (nec enim plus decẽ milla hominum erant) dedide-
runt ſeſe, nihil quidem illi pacti, ſperauerant tamen non
atrocius, quàm ſuperiores Imperatores Cos. in ſe ſæuitu-
rũ: at ille arma omnibus ademit, oppidũ diruit, ipſos bo-
náq; eorũ vendidit, literáſque ſenatui de rebus à ſe geſtis
miſit. Apud Plutarchum quoq; in Pauli Aemylij vita ſic
12 legimus. Cos. autem factus † Aemylius, bellum geſsit ad-
uerſus Ligures, homines bellicoſos, & ob vicinitatẽ Ro-
manorum bellandi peritos. Incollnt edim extremam Ita-
liæ oram, quæ ad Alpes pertinet, ipſámque Alpium, quã-
tum Tyrrheno abluitur pelago, & contra Lybiam conſur
git, permixti Gallis & Iberis maritimis. Tũc autem præ-
datoriis nauigiis mare vſque ad Herculeas columnas
infeſtabant. Contra eos igitur Aemylius Cos. cum octo
millibus militum miſſus. Hac paucitate copiarum trigin-
ta millia hoſtium conflixit: eiſque in fugam verſis, & in-
tra mœnia compulſis, ſpem bonã humanitatis præſtitit,
neque enim volebant Romani, Ligurum gentem omni-
nò delere, ſed veluti ſpem ac præſidium aduerſus Gallicos
tumultus, qui Italiæ continuè imminebant. relinquere.
Aemilij igitur fiducia adducti Ligures, naues & oppida il
li dederunt. Ipſe verò dirutis mœnibus, nec genere vllo
iniuriæ illato, vrbes quidem reſtituit, naues verò ademit,
nec illius multitudinis nauigium ſupra triſcalmum eis re-
liquit. Homines autem tam mari, quàm terra à Liguribus
antea captos, ciues peregrinoſque liberauit. Genuam ita-
que Romano ſuppoſitam imperio fuiſſe olim intelligi-
mus. réſque itaque ſe habuit ad annum vſque ſeptingen-
teſimum ſalutis noſtræ, vt Blõdus de illuſtrata Italia ſcri-
pſit, vel ad annum vſque ſexcenteſimum ſexageſimum, vt
Leandro Alberto in deſcriptione Italiæ, placuit: quo tẽ-
13 pore † Rhotharis Longobardorum rex ſumma vi ea po-
titus eſt, fœderéque deripuit, ac impiè tyrannicéque fun-
ditus ferè euertit. quibus adſtipulatur Raphael Volater-
ranus vrbanis lib. quarto, c.1. & ab anno illo ad annũ vſ-
que centeſimum primum ſupra milleſimum Genuam ſub
imperio fuiſſe innuit Georgis Merula lib.6. Hiſtoriarum
14 Vicecomitum. Qui anno 1190. † Fridericus Barbarubea
vulgo appellatus, dũ illi imperaret, nouos eligi iuſsit ma-
giſtratus, nouoſq; adminiſtrationis inſtituit ordines, vt
Leander Albertus ſcripſit. Nec diſſentit Nebienſis Epi-
Epiſcopus in Genuenſium Annalibus. Accedit prætera,
15 quòd anno 1528. Carolus Quintus Imperatorum feliciſsi-
mus nouum à Genuenſibus in rebus publicis admini-
ſtrandis inſtitutum ordinem, cùm iſtic eſſet, cõfirmauit,
nouáque & ampliſsima contulit priuilegia, quod teſtatur
Leander Albertus, quem mox retulimus: & nobis ipſis
ſatis oſtendunt exhibita ipſorum priuilegiorum docu-
16 menta. Quæ ſanè † priuilegiorum conceſsio, Imperatoris
in Genuenſes iuriſdictionem arguit, & imperium oſten-
dit, vt poſt Ioannem Lignanum interrogatus reſpondit
Riminal. conſilio 268. numero 41. libro 2. Accedit & il-
17 lud, † Carolum Quintum conſueuiſſe in multis, vel reſcri-
ptis, vel conceſsis priuilegiis in hæc verba, Genuam ap-
pellare ciuitatem: datum in ciuitate noſtra Genuæ, vt in-
ter cætera legitur in priuilegio conceſſo illuſtriſsimo Ioã
ni Carreto, Alphonſi huius illuſtriſsimi Marchionis pa-
tri. quæ ſanè ratio eò fortior & firmior redditur, quò nul
18 l vnquam à Genuẽſibus facta reperitur proteſtatio, † quia
illæſum ius proprium eſſe voluerint, ob idque in Impera-
torem conſenſiſſe dicuntur, iuxta iureconſulti reſpõſum
in l.ſi filiusfamilias.ff.ad S.C.Maced.& egregiè ſcribunt
Matheſ. nota.22. Iaſ. in l.quæ dotis, num.92.ff.ſolut.matr.
& in conſil.47.nu.2.lib.1. Dec.conſ. 403.in fine, & conſi.
632.nume.16. Ripa in l. admonendi.nu.139.ff.de iureiurã.
Gozad. conſilio 23.nume.6. Et cùm ita atteſtatus fuerit is
19 Diuus Carolus Quintus, illius † verbis etiam enuntiatiuis
deferendum eſt, vt probat text. clementin.1.de probatio.
& ſcribunt egregiè Afflictus deciſ.305.nu.13.14. & Ruin.
conſ.103.nu.10.lib.5. cùm præſertim propter ſe, non pro-
pter aliud, emiſſa videãtur: ſatis ergo conſtare videtur Im
peratorem huius cauſæ iudicem eſſe competentem.
Secundò, vt huius eſſem opinionis, ea Innocentij ad-
ducebar authoritate in c.ex parte, de foro compet, dũ af-
20 firmauit † in feudorum controuerſiis, feudi dominũ iudi-
cem eſſe competentẽ: cuius ſententiam viſi ſunt probare
Bald. Imola, Soci.& Dec. in c.ex tranſmiſſa.de fo.comp.
& in c.cæterum.de iudiciis, reiecta (vt aliqui credunt) gl.
authoritate ibi. Eò fortius hęc confirmantur, quod cau-
ſa hæc poſſeſſorij eſt iudicii. dũ, vt deiectus reſtitui petit
Marchio,



21 Marchio, in qua iudicis partes ſuſtinet, qui † ordinarius
eſt. Sic Bal. in l.3.col.1.C.ſi à nõ compe.iud. in c.1.§.ſi in-
ter pares. de lege Corradi, & Areti. in c. cæterùm, de iu-
dicijs. idem viſus eſt reſpondere Iaſ. in conſi. 60. col. 2.
verſ. ſecũdò & fortius, li.1. Cum ergo Imperator iudex ſit
ordinarius, ſequitur iuſdicere in hac cauſa poſſe.
Tertiò, ſic argumentari poſſe quandoque eſt viſum.
22 † Imperator in propria ac ſuorũ cauſa ſibi iuſdicere po-
teſt. l.proximè.ff.de ijs quæ in teſta.del.l.& hoc Tiberius
ff.de hære. inſt. §. vlt. Inſt. de hær.inſt.& ex noſtris anno-
tarunt Bald. in l. vnica. C. ne quis in ſua cauſa. Dec.conſ.
588.nu.1.2. Goz.conſi.1.nu.27. Reſtaurus trac. de Imper.
23 q.9.nu.2. At feudum † Finarienſe Imperij eſſe inueſtitu-
ra Othonis 2. anno 967. Decimo Cal. Aprilis Carretenſi-
bus conceſſa, oſtendit. Cuius rei meminit etiam Alberi-
cus Roſatus in ſuo Dictionario, in verbo feudum, oſten-
dit & inueſtitura Caroli Quarti anno 1355. conceſſa, qua
24 hos Imperij † ligios vaſallos eſſe probatur. Quorum
natura eſt, vt vni tantùm ſubſint concedenti, præterea ne-
mini. quod ſatis ſuperque probat tex. in c.ſi quis inueſtie-
rit. de feudo dato in vicem legis commiſſo. glo. Clemen.
Paſtoralis.§.deinde. in verbo, Ligius, de re iudicata. Iſer-
nia in cap.1. omnẽ. de noua forma fidel. Ioan. de Ana. cõ-
ſil.7.nu.9. Iacobinus à Sãcto Georgio in inueſtitura feu-
dali, in verbo feudum, col. 3. verſi. ſeptima diuiſio. Quo
25 loci affirmauit, † feudũ hoc ligium ſolùm concedi ab eo,
qui ſuperiorem nec habet, nec recognoſcit. Quare nulla
alteri in ea conceſsione reſeruari ſolet fidelitas, vt ſcribũt
omnes cap. 1.§. feudum. de prohib. feud. alienat. per Fri-
deri.& ſcripſit Guido Papa. q.309. Vltra octo. Iaſ. in prę-
ludijs feudorum, nume.106.107. Iacobinus à S. Georgio
tractatu de Homagijs, colum. 3. verſic. Tertius caſus, ob
26 idque affirmarũt † vaſallum duorum ligium eſſe nõ poſ-
ſe. quod placuit & cæteris, præſertim Iacobo Aluaro, in
capit. 1.§. vltimo, in fine. Hic finitur lex Corradi. Afflicto
deciſi.307.nu.tertio. Quin interrogatus reſpondit Gui-
do Papa. conſi. 213. ſequuntur &c. nu.4. etiam pro diuer-
ſis rebus, quem duorum vaſallum ligium effici non poſſe,
conſuetudo tamen Delphinatus aliter obſeruat. idẽ Gui-
do Papa. quæſt.310. Moderni Pariſien. in conſuetud. Pari.
tit.1.§.1.gl.5.nu.6. Alia docuit Iaſ. in l.de pupill. §. ſi plu-
rium.ff.de operis noui nuntia.& in hanc ſententiam præ-
ter cæteros affero elegans Baldi reſponſum in conſil.291.
Ad euidentiam præmittendum eſt, lib.2. quo loco in pri-
mis verbis, cap. ſi quis inueſtitus, de capitulis extra ordi-
narijs, non impreſsi fortè, verba retulit reſponditque, va-
ſallum ligium duorum eſſe non poſſe. Quin Iacobinus,
quem mox citaui, d.tract. de Homagijs, colu.3. verſi. quar-
27 tus caſus, ſcripſit, non perſonas modò horum † vaſallo-
rum, ſed & bona ipſa concedenti feudum ligium eſſe ſup-
poſita. Sequitur ergo hac in cauſa Imperatorem iuſdice-
re poſſe.
28 Quartò, † ratione rei ſitæ in alijs in ſubditos poteſt iu-
dex ſuam exercere iuriſdictionem. At Genuẽſes partem
feudi Finarij, quod imperij eſſe diximus, poſsident: ergo
in eos iuſdicere poterit Imperator. maior propoſitio ſa-
tis de ſe nota eſt, cùm text. ſit clarus in ca.ſanè, & ibi So-
cin.q. 7. de foro competenti. Minor autem pariter pro-
29 bari ſatis dicitur ex laudo † Antonioti Adurni prudentiſ-
ſimi olim Genuẽſium Ducis lato anno 1385. quo tempo-
re is Adurnus Rempublicam hanc excelſam moderaba-
tur, vt ſæpius relati, Nebienſis Epiſcopus in Genuenſium
Annalibus, & Leander Albertus in Italiæ deſcriptione
teſtãtur. Ex eo itaque laudo Reſpublica hæc partem hu-
ius Finarienſis feudi conſecuta dicitur: quo fit, vt in ius
30 ſuccedens eo iure prædeceſſori competenti vti & ad cõ-
modum ac incommodum debeat. l.qui in ius. de regulis
31 iuris. Tranſit enim † res ſuo cum onere. l. is cui opus, vbi
latè Iaſ.nu.6.ff.de operis noui nuntia. & latè ſcribũt Af-
flict.deciſ.95.nu.3.4. Soc.Sen.conſil.45.lib.3.conſ.12. lib.
4. Goza.conſi.15.nu.13. Pariſ.conſi.127. nu.12. lib. 4. Ti-
raq.tract.de retractu conſang.§.1.gl.10.nu.13.& Soc.Iun.
conſ.74.nu.8.lib.3.
32 Quintò, argumẽtari ſic licere videtur: Imperator † deli-
cta vbique locorum perpetrata punire poteſt, & de eis iu
dicium ferre, cùm proprium ſit Imperatoris illud exequi
vbi te inuenero, ibi te iudicabo. l.1. vbi glo.C. vbi de cri-
mine agi oportet, gl. in cap. vlt. de foro competent. quo
loco annotarunt Abbas & cæteri, & clarius ex facto in-
terrogatus reſpondit Rubeus Alexand. conſ.77.nu.1. Sed
Genuenſes occupando oppida & caſtra Finarienſia, acer-
rimò bello illato, deliquiſſe dicuntur, ac in pœnã legis Iu-
liæ de vi publica, & l.ſi quis in tantũ. C. vnde vi incidiſſe.
33 Nec hæſitãdũ eſſe videtur. Rempublicã nõ deliquiſſe † cũ
vexillis leuatis, habitóq; (vt teſtantur acta) inter eos cõſi-
ſilio ac deliberatione, indictũ fuerit bellum. Sic docuit
Bart in l.aut facta.§.nonnunquã.nu.9.ff.de pœnis. Boer.
tracta, de ſeditioſis.q.vlt.& in ſpecie noſtri caſus annota
runt Cynus & Albericus in d.l.ſi quis in tantã, ille col.4.
iſte col.2.in fi. egregiè Pariſius conſ. 21.nu. 30. libr.4. qui
* *receptam apud omnes eſſe teſtatur. quod fortius proce-
dere & clarius eſſe dicitur hoc caſu, vbi facta occupatione
34 Reſpublica geſta omnia † dicitur ratũ habuiſſe; quo fit, vt
ipſamet Reſpublica ſpoliaſſe & vim intuliſſe dicatur. l.1.
§.deieciſſe.ff.de vi & vi armata. quem in hanc ſententiam
citauit Bart. d.§.nonnunquã, nu.10.& reſpondit Iaſ.conſ.
139.col.2.lib.4.in l.ciuitas.nu.3.ff.ſi certum petatur. Affli-
ctus deciſi. 76.nu.3. Pariſ.conſ.21.nu. 32.lib.4. Confirma
tur, quia etſi Genuenſibus aliquod conceſſum aliàs dica-
tur priuilegiũ, quo Imperatoris iuriſdictionem & iudi-
35 cium euitare declinaréq; potuerint: † attamẽ ob perpetra-
tũ delictũ, illud amiſiſſe dicũtur, vt ſatis probari videtur
in auth. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oportet, &
poſt à ſe relatos docuit Iaſon in l.beneficium.nu.52.ff.de
conſtit.princip. ſenſit Marian.Soc.Sen. in cap. propoſui-
ſti.q.nona, de foro competenti. Qui ea ratione affirmant,
ſubijci iuriſdictioni ordinariæ, qui aliàs ab illius iuriſdi-
ctione erant exempti.
Sextò in hanc opinionẽ ex eo aliquãdo adducebar, quòd
36 ceſſante cã † priuilegij ceſſat priuilegium. l.athletæ.§.1.l.
Geometræ.l.idẽ Vlpian.ff.de excuſ.tuto.l. Titia Seio.§.
vſuras de l.2. latiſsimè Tiraquellus in tract. Quòd ceſſan-
te cã ceſſet effectus, parte j.nu.203. ſed Genuenſiũ priuile-
gium, quo ſe ab Imperatoris iuriſdictione tuebantur, ceſ-
ſat: ergo ipſius Imperatoris iudiciũ euitare non poterũt.
Probatur illa minor propoſitio duplici ratione, tũ ob cõ-
37 miſſum delictũ (vt retuli) tũ quia ipſemet Imperator † pri-
uilegium ex eo reuocaſſe dicetur, quòd ſe huius cauſæ iu-
dicem competentem declarauit. Quamobrẽ in antecedẽs
neceſſarium, priuilegium illud exẽptionis reuocatũ cen-
ſetur: arg.leg.illud.ff. de acq.hær.& tradit Afflict.deciſ.5.
38 nu.3. ꝙ tanto fortius procedit, cùm † Princeps clauſula ple
nitudinis poteſtatis vtitur, quia in dubio vti præſumit, vt
actus valeat vt docuerunt Caſtr. in l.ex imperfecto. C.de
teſt. Alex. l.quamquã.nu.5.C.de teſtam.milit. Cec. l.in te
ſtamento, nu.11.in fi.C.eod.de teſtam.militar. cõſ.11.col.
penu.& reſpondit Ruinus conſ.23.nu.4.lib.2. Socin.Iun.
conſ.134.nu.27.lib.3. Crauetta conſ.75.nu.3.
Vltimò, vt ita ſentirem, me vrgebat non mediocriter il
39 lud, quòd † iudex ſemel approbatus, recuſari illiúſque eui-
tari iuriſdictio amplius non poteſt. l.ſed etſi ſuſceperit.ff.
de iudic. Sed Imperatoris iuriſdictionem iam ſemel ap-
40 probaſſe dicuntur Genuenſes, cùm debito tempore † de-
clinatoriam non propoſuerint, vt omnes ſcribunt in dict.
leg. ſed etſi ſuſceperit. Practicus Papienſis in forma decli-
natoriæ, in verbo nec fuiſſe, numero primo. Feliu in cap.
paſtoralis, de exceptio. euitari ergo Imperatoris iudicium
non poteſt. Hæc me non parũ hæſitantẽ, vt contra excel-
ſam hanc Genuenſium Rempublicã ſentirem, reddebãt.
Re tamen ipſa diligentiſsimo ſtudio, omnique cura &
opera perpenſa, totus in contrariam ſententiam diſceſsi,
nempè Ferdinandum Imperatorem noſtrum Auguſtiſſ.
huius controuerſiæ iudicem nõ eſſe competentem. Hoc
vt dicam, multis adducor rationibus & argumentis.
41 Primò eo adducor fundamento: Competens & † or-
dinarius is eſt iudex, qui rei conuenti iudex eſt. gloſſ. in
cap.1.§.vltimo, de prohib. feudi aliena. per Frider. omnes
in l.vlt. de iuriſdictione omnium iudicum. at Imperator
Genuenſiũ ordinarius iudex non eſt. cùm ab eius iuriſdi-
ctione & imperio liberi & exempti ſint, ergo iudex eo-
rum competens non erit. Maior eſt probata: Minor vera
42 ſic multis demõſtratur. † Primò ea ratione, ꝙ liberi ſumus
à natura & origine omnes. l.libertas.ff.de ſtat.ho.l.manu-
miſsiones.ff.de iuſt.& iure.§.1. Inſt. de libertinis. Hinc di
43 cimus non ſeruitutem, ſed † libertatem, vt potè iuri natu-
rali conſentaneam, præſumi. l.altius. C. de ſeruit.& aqua.
ob id in noſtris terminis reſpondit Iaſ.conſ.60. colum.3.
in princip.lib.1. feudalem rem non eſſe, ſed liberam preſu
mi. Alia congerunt plura Cur. Iun. conſi.140.nu.4. Pari
ſius conſi.20.col.1.lib.1. Alcia. latè. Tracta. præſump.re-

gula.2.præſump.3.Crauet.conſi.111.nu.9.& in ſpecie ex
relata regula reſpondit Decius cōſi.360.nu.44.in dubio
44 non preſumi†vnam ciuitatem eſſe ſubiectam alteri. con-
45 ſuluit enim Deci.pro ciuitate † Sauonæ an ſubeſſet ciui-
tati Genuæ,vt in eademmet facti ſpecie cōſuluit & Curt.
Iunior.conſi.124.Aduerſus quos, in indiuiduo eiuſdē ca-
ſus conſuluit Ruinus conſi.1.li. 4. & ad rem magis ſua o-
46 rigine†Genuenſes nō eſſe alicuius imperio ſubiectos de-
monſtratur auctoritate viri diligentiſsimi ac antiquita-
tum obſeruatoris fideliſsimi, Dionyſij Halycarnaſſei,qui
lib.primo Antiquitatum Roman.in hac verba ſcribit. A-
lij rurſum Ligurum colonos eos fuiſſe fabulantur,Vm-
bris confinium.Ligures enim & Italiæ quaſdā partes ha-
bitant & Galliæ, incertum ab vtra profecti patria: nam
hactenus incomperta origo eius gentis eſt. Sed ſcripto-
rum Romanorum doctiſsimi,& in his Portius Cato, qui
diligentiſsimè ſcripſit de conditoribus Italicarum vrbiū
Caiúſque Sempronius,& aliquot alij, Græcos eſſe affir-
mant,profectos ex Achaia multis antè bellum Troianū
ætatibus,nec tamen diſertè tradunt,ex qua Græca natio-
ne,quáve vrbe migrauerint,ac ne tempus quidem,aut Du
cem Coloniæ, aut quo caſu antiquam patriam reliquе-
rint, tantum fabulam ſecuti Græcanicam, nullius Græci
authoritatis eam confirmant teſtimonio. Itaq; rei veritas
quomodo ſe habeat,incertum eſt, quòd ſi iſtorum ſermo
ſanus eſt, non poſſunt eſſe coloni alterius generis, quam
47 † Arcadici. Hæc ille. Libertatem hos populos vſque ad
tempora illa Magonis (cuius paulò ante meminimus)a-
miſiſſe, & in Romanorum poteſtatem ditionémque ve-
niſſe Scriptorum nemo eſt, qui affirmat. Quin nec iam
48 relati Liuius & Plutarchus id ſentiunt. Nam Liuius eo†lo
co quem ſupra retulimus lib. 2. ſecundæ decadis, ſubdit
poſt relata verba hæc ipſa: Quas ob res placere Senatui M.
Pompilium Cos. Ligures pretio emptoribus, ipſos reſti-
tuere in libertatem, bonáque vt ijs, quidquid recuperari
poſsit, reddatur curare: arma quoque tempore fieri in ea
gente: Conſulem de prouincia decedere cùm deditos in
ſuam ſedem Ligures reſtituiſſent: claram victoriam vin-
cendo oppugnantes, nō ſæuiendo in afflictos fieri. qui ſa-
nè locus Genuenſium libertatem potius, quàm ſubiectio
49 nem oſtendit. Quod ſi aliquo tēpore cōſtare poteſt, Ge-
nuenſes Imperio paruiſſe. iam clarius conſtat anno ſalutis
noſtræ 1162. Friderici liberalitate plena libertate dona-
tos, immo in antiqua confirmatos. Quod fecit & Hēricus
Friderici ſucceſſor anno 1191. vt Nebienſis Eps in ſæpius
citatis Annalib. ſcripſit: & ex noſtris multi affirmarunt,
vt Bal.conſi.182.caſus eſt.Rex Cypri.lib.5.quo loci inge-
nuè teſtatur. Genuenſium Remp. nullum vel Imperato-
rem, vel Regem, aliúmve in ſuperiorem ac dominum re-
50 cognoſcere. Qua autem†vixerit ætate Baldus Peruſinus,
norunt omnes, ex marmore in ædibus Diui Franciſci hu-
ius ciuitatis Papiæ. In humanis.n.agebat ante annū 1400.
51 cùm eo anno 4.Kal.Maij vita functus ſit,&†Gregorij XI.
Pont. Max. præceptor fuerit, vt in illius Gregorij vita
ſcripſit Platina, ex quo etiam intelligimus, Gregorium il-
52 lum anno 1371. Pontificatum aſſecutum fuiſſe † Genuen.
quoq; ab omni nexu ſeruitutis & ſubiectionis ſolutos eſ-
ſe teſtatur And.Barba.Siculus conſi.38.col.pen.verſ.præ-
terea dicitur in iſto lib. 1. Qui reſpondit Genuam tēpo-
re quo aliquas cum Regibus Aragonum iniuit conuētio-
nes, fuiſſe in plena & abſoluta libertate, quod fortè con-
tigit propè annum 1335. quo tempore Robertus Arago-
nius Rex vnà cū Ioanne XXII.Pont. Max. ea ciuitate po-
titus eſt: vt rerum diligētiſsimi annotarunt ſcriptores. Ab
eo itaque anno 1335. ad annum vſq; 1529. Diuos Imperato-
res aliquos in eam ciuitatem, vel Imperium vel iuriſdi-
ctionem exercuiſſe, nemo eſt qui ſcribat. Quin ex noſtris
Dec. conſi.534.nu. 1. & conſi.649.nu.2. dum Piſis doce-
ret, reſpondit Genuenſes ſuperiorem non recognoſcere.
Id.n.contigit propè annum 1515. idem clarè affirmat Re-
ſtaur.Caſtal.tract.de Imp.q.54.nu. 20. Quare factum eſt,
53 vt iuſta optimáq; ratione permotus Diuus†Carolus V. eo
anno 1529. cùm aliquot dies in ea Genuenſi ciuitate com-
moraretur, hanc ipſam à Romano Imperio illæſam liber-
tatem eſſe voluerit, ſuóq; ampliſsimo confirmauerit teſti-
monio Genuenſium Remp. ab immemoriali tempore ci-
tra eſſe in quaſi poſſeſsione libertatis affirmans. Quæ ver-
ba in ſuo vero ac potentiori (vt iuri conuenit) ſignificatu
ſumpta, oſtendunt Genuenſium Remp. etiam à ſuperio-
ritate Imperij liberam exemptámq; fore; cùm præſertim

54 ſimus in beneficio Principis, ex quo conceſsio ei tantùm
nocere poteſt, iuxta declarationem Iaſ.in l. beneficiū, nu.
25.ff.de legib. quod beneficium latam hēt ac amplā ſigni-
ficationē: vt in noſtris terminis affirmarunt Rom.cōſ.271.
Iaſ.conſi.45.col.2.verſ.tertiò moueor quia.lib.1.& Crau.
conſ.209.nu.7. Senſus iſte, ex claris illius priuilegij, ſeu ve
rius conceſsionis beneficijs verbis elicitur, dū affirmauit
Imperator in controuerſijs Genuenſiū iudicē eſſe adeun-
dū. Ex his oſtendit Remp. illā ſupremi Principis locum
55 tenere. Quæ ſanè†aſſertio, etſi non alteri, ipſi tamen aſſe-
renti non mediocre affert detrimentū. l.quidē.ff.de prob.
l.optimā.C.de contrah.& comm.ſtip.Soc.Sen.conſ.214.
col.4.lib.2. Decius con.42. in 4.dub. Crau.tract.de antiq.
temp.par.1.3.partic. quæ incipit, propoſitū.nu. 19. qui nu.
29. ſubijcit ex Soc.Sen. ſententia verba hæc detrimentum
afferre abſentibus, actui tamē cōſentientib. Sic idē Crau.
reſpondit conſ.97.nu.10. quod ipſe in Imp. ēt noſtro hoc
caſu verum intelligo, cùm verba illa ſint principaliter &
propter ſe ꝓlata, iuxta ea quæ latiſsimè ſcribit ipſe Crau.
d.3.part.nu.16.17. Quæ ſanè aſſertio tatā hāc dirimit quę-
ſtionē; niſi modò, cum maleuolis, & qui per cauillos & an
fract⁹ rē clarā ponāt in ambiguo, agamus; quorū liuib. of-
fendiculis & obiectionib. vt occurrā, quæ fortè huic aſſer
tioni obijci poſſent diſſoluā, illiſq; pro viribus ſatisfaciā.

Non ergo illud primū Genuenſiū aduerſatur libertati,
56 eſſe à Diuo Carolo cōceſſum priuilegiū, † ſaluis Romani
Imperij iuribus. Quoniā verba hæc, nō eū habēt ſenſum,
quē aliqui malè opinantur, reſeruatum intelligi Imperij
ius, oſtendiq; Romanum Imperiū ſupremā illam in Gen-
uenſes habere poteſtatē, vt viſus eſt ſentire Reſtaurus Ca-
ſtal.tract.de Imper.q.110.in caſu 330. reſeruato. Nam no-
57 tum eſt ita omnib. vt nec id ignorēt vix iuris initiati, †re-
ſeruationem illius eſſe naturæ, vt ius quod eſt conſeruet,
non nouū afferat. Quod ipſa verbi ſignificatio oſtēdit, &
ſatis probatur in l.at ſi quis.§.plerique, de reli.& ſum.fun.
in l.3.§.1.ff.quib.mod.pign.vel hyp.ſoluitur.l. 3.§.pen.
ff.de libe.nō.exhi.& poſt Ang. Soc. & alios cōſultus reſ-
pondit. Crau.in conſ.29.nu. 8.conſ.144.nu.15.& cōſ.289.
3. Eiuſdē addo ſententiæ Ruin.cōſ.40.nu.7. conſ.99.nu.
10.lib.1.& Soc.Iun.conſ.134.nu.86.lib.3. Hinc dicere ſo-
lemus, reſeruationē fruſtra appoſitā, cùm nullum ſubeſt
ius, quod reſeruari poteſt.l.ſi venditione, in fi.ff.cōm.præ
dio.l.ſi quis legauerit, de lagatis primò: ibíq; annotarunt
Bar.& Iaſ.& interrogatus reſpondit Crau. conſ.15.nu.2.
conſ.33.nu.20.ver.ſextò decidi, cōſ.70.nu.6. cōſ.226.nu.
6. qui ſcitè ac doctè, pro illius more, alios plures in hanc
retulit ſententiā. Huic ergo ſatisfactū eſt obiectioni; cùm
demonſtratum minimè fuerit, ante huius reſeruationis
tempora, Imperio ſuppoſitam fuiſſe Genuenſium Rem-
publ. Reſponderi etiam ſecundo loco ſic poſſe arbitror,
clauſulam ſaluis Imperij iuribus, intelligi ſi ius aliquod a-
lia ex cauſa, quàm ex expreſsis in priuilegio & conceſsio-
ne, competeret; vt omniū primus ex facto conſuluit Ol-
dra.conſil.330.col.vlt. quem ſecuti ſunt Gomeſ.in com-
menta. ad regulas Cancellariæ, de non tollendo iure quæ-
ſito.q.1.pagina vlt.verſ.poſtremò.& Pariſius conſ.16.nu.
30.conſ.70.nu.12.lib.1. Nec aliter loquitur ſi rectè per-
pendatur Reſtaurus d.caſu. 330. cùm ergo non modò ab-
ſoluta libertas in genere, ſed & fori priuilegium in ſpecie
(vt retuli) in eo priuilegio expreſſa fuerint, ſequitur, clau-
ſulam illam Imperij ſubiectionem non arguere. Poteſt
58 reſponderi & tertiò, †clauſulam illam in fine, in verbiſq;
executiuis poſitam eſſe, quare nihil operatur, vt in ſpecie
reſpondit Dec.conſ.413.nu.8.9.& conferunt, quæ paſsim
noſtri ſcribunt, clauſulas & verba in executiuis poſita
nihil operari, ex illo tex.cle.1.de præb. vt docuit Iaſ. in l.
ius ciuile.num.8.d.iuſt.& iure.conſ.6.col.5.lib.3.& conſ.
99.colum.3.lib.4.Dec.conſi.423.num.19.& egregiè con
ſil.500.nu.9.10.Curt.Iun.conſi.3.nu.2. conſ.56.num.3.&
conſil.131.nu.6.Ripa.l.qui Romæ.§.duo fratres.nu.45.de
verb.obl.Soc.Iun.conſil.93.num.25.lib.3. cæteros ſciens
prætereo. Non aduerſantur pariter huic ſententiæ, illius
59 priuilegij ſeu cōceſsionis verba, dum† Genua camera Im
perialis appellatur. Quæ fortè verba ex aliquorū opinio-
ne, iuxta communem loquendi vſum intelligere debe-
mus locum eſſe Imperij, Imperatorique ſubiectū, vt po-
tè, quod Imperator ius cameræ, quæ imperialis dr, in ea ci
60 uitate habeat, Qui ſanè†cōmunis loquendi vſus obſeruan
dus maximè eſt.l.librorum.§.quod tamen Caſsius, de l.3.
l.Labeo.§.idem Tuberò. vbi latè Bart.ff.de ſupellec.leg.
latè,



latè, doctè & egregiè Did.lib.3.varia.reſol.c.5.nu. 1.Rol.
vir à Valle conſultiſsimus trac.de lucr.dotis. q.6.num.6.
Huic difficultati iri ſatisfactum ſic putò, ſi dicamus ver-
ba illa oſtendere, non Imperatorem in ea ciuitate & Rep.
ius cameræ, ſed ciuitatem in ſe, ad ſui commodum Impe-
rij iura & cameram hīe, quaſi oſtendere velit Imperator,
Rēp. hanc excelſam, quo ad ſibi ſubditos ſummo potiri
Imperio, iuſq; fiſci hīe. multis hic ſenſus ſuadetur. Primò,
quia ſi alius ſumeretur ſibi parum conſtans videretur Im
perator Carolus V. poſteaquàm atteſtatus eſt hāc Remp.
ab immemorali tpe citra, eſſe in quaſi poſſeſsione liber-
tatis, quæ libertas in potentiori ſignificatu ſumpta (vt ſu-
mi debere paulò ante diximus) oſtendit libertatem eſſe à
61 ſuperioritate Imperij, quò fit, vt euitanda oīnò ſint † pu-
gnantia.c.inter dilectos.de fid.inſtr. cuius argumento af-
firmāt ex noſtris quāplurimi, oēm diſpoſitionē ſic debe-
re intelligi, ne repugnantiæ in ea reperiantur. Deci. in l.
vbi repugnantia, in fi.de reg.iur.& cōſ.517.nu.4. Al.trac.
præſump.reg.2.ꝑſump.31. Boer.q.252. nu.1.2.Soc.Iu.cōſ.
125.nu.16.lib.1.Pariſ.conſ.102.nu.19.lib.1. cæteros conſul
tò omittam. Suadetur ſecundò hic ſenſus, quia ſolent hæ
62 †Reſp. libertate donatæ iura fiſci, & Imperij in ſe & ad ſui
commodum hīe, quod egregiè docuit Bart. in l. cunctos
populos. nu.50. in fi.C.de ſum. Tri.& fi.Cath. cuius ſnīam
probauit Bal.in l. 1. in fi.C.de hæred. & act. vend. & ſi eo
loco malè opinatur Bal. Principi ſupremo reſeruata, con-
ceſſa non cenſeri, qua de re ſuo loco fuſius. Confirmatur
tertiò exemplo aliarum ciuitatum & Rerump. quæ liber-
63 tate fruuntur abſoluta, vt in†ciuitate Venetiarum, quæ vt
oīmoda libertate fruitur, ſic nec Imperatorē ipſum reco
gnoſcit, quod docuit Bart.in l.hoſtes.ff. de cap. & poſtli.
reuer.Bal.in rub.ff.de rer.diuiſ.col.4. & poſt multos Iaſ.
in l.ex hoc iure.nu.26.de iuſti.& iu.in l.cunctos populos.
1.lect.nu.11.C.de ſum. Tri.& fi.Cath.& conſi.70.col.2.li.
3.lib.3.Reſtaur.Caſtald.tract.de Imp.q.54.nu.9. qui mul-
tis affirmauit Sereniſsimam Venetorū Remp. nec de iure,
nec de facto Imperatori ſubeſſe, ob idque non licere Im-
peratori ipſi in illorum locis, & ciuitatibus, voluntariam
ēt iuriſdictionem exercere, quod in eademmet facti ſpe-
cie conſultus reſpondit Ruin.cōſi.66.lib.3. nec aliter reſ-
ponderunt Pariſ.conſi.2.nu.12.15.lib.2. & Soc. Iun.conſ.
100.nu.10.lib.2. qua ratione factū eſt, vt Raph.Fulg.cōſi.
62. ſtante ſtatuto columna ſecunda & Comenſ. conſilio
64 72. Viſis pactis, in fine † Ciuitatem Venetiarum cōem
hodie dixerint patriam, quod dixit & Gomeſ. Hiſp.in §.
fuerat.nu.5.Inſt. de act. idem olim de nobiliſsima Floren-
65 tinorum Rep. dicebatur, cui nunc præeſt†Coſmus Medi-
ces Dux prudentiſsimus ſimul ac liberaliſsimus, cuius in
rebus publicis adminiſtrandis, curam, ſtudium, pruden-
tiam ſummámque vigilantiam, eſt, quòd cæteri vniuerſi
terrarum orbis Principes ante oculos habeant. Hæc ergo
66 † Florentinorum ciuitas nec Imperatorem, nec alterum
olim recognoſcebat ſuperiorem, vt ex noſtris affirmarūt
Soc.Sen.conſi.273.col.pen.lib.2.Iaſ.conſ.70.col.ſecunda
lib.3.Feli.in cap.cum non liceat.col.penult.verſ. Quartò
conſidero.de præſcrip.Dec.conſi.357. nu.2. Purpu.in l.1.
num.329.ff.de offic.eius cui mand.eſt iuriſd. Reſtau. Ca-
ſtal.tract.de Imp.q.54.nu.11.& rectè ſentiunt, mea ſenten
67 tia, quandoquidem illa†Reſp. (vt auctor eſt Platina in vita
Honorij IIII.Pont.Maxim) numeratis ſex milibus coro-
natis à Rodolpho Imp. libertatem aſſecuta eſt. Idem de
68 †Lucenſium Rep. eo loco literis prodidit Platina, quæ nu
meratis duodecim milibus coronatis eandem ſibi acqui-
ſiuit libertatem, cuius rei meminit & Feli. ſtatim relatus,
& Dec.conſ.428.nu.2.& Reſtau.d.q.54.nu.12. qui vno o-
re affirmarunt, non licere Imperatori eas quouiſmodo
vexare. eſt ergo diſſolutus hic obex, qui malè creditur
fortiſsimus.

Non quoque noſtræ huic ſententiæ aduerſatur, Impera
69 tori non licuiſſe † Imperij iura & ſupremam illam pote-
ſtatem in Genuenſes transferre, vt viſus eſt ſentire, quam
paulò ante citauimus Bal.in l.1.in fin. C. de hæred. & act.
vend. cui accedunt Longouallius in l. Imperium. nu. 256.
ff.de iuriſd. om. iud. Moder. Pariſ.in conſue.Pariſ.ti. j. §.
1.glo.5.nu.53.54.& Didac.Couar.lib.Pract.quæſt.c.4.nu.
* 1.in fi. Quoniam vno verbo ſatisfacio, veriorem * & cre-
briorem eſſe eorum ſententiam, qui aliter ſenſerunt, iura
ſcilicet Imperij, ſupremam poteſtatem ac illa demum ſu-
premo Imperatori & Principi reſeruata transferri con-
cedive poſſe, vt huius fuit ſentētiæ ſibi parū cōſtans Bald.

conſi. 64. lib.1. Ang.in l.Imperium.col.2.verſ.ex prædi-
ctis etiam.de iuriſd.omn.iud. Caſtren. conſi. 63. Quod di-
cti reditus ſalis, lib.1.Rom.conſi.271. Viſa tota.latè Iaſ. cō
ſil.45.col.2.3.lib.1.& conſil.161.lib.2. Rubeus conſi. 50.&
alios plures retulit Crau. conſil. 209.nu. 8. addo Balb. in
tract.præſcrip.2.par.quintæ par.prin.col.2.Soc.Iun.conſ.
80. nu. 40.lib.3. qui verum affirmauit, quando in conceſ-
ſione adhibita ſunt verba multùm generalia ac vniuerſa-
70 lia, vnum hoc eſt, †reſeruata in ſignum ſupremæ poteſta-
tis transferri poſſe, quod eorum auctoritate confirma-
tur, qui negant Imperatorem his in locis legitimare poſ-
ſe ſpurios, nec creare notarios, qui actus ſupremo Princi-
pi reſeruati ſunt. Sic interrogati reſponderunt Iaſ. conſi.
70.col.2.lib.3.Ruin.conſi.66.lib.3.Soc.Iun.cōſi.100.nu.
* 10.lib.2.Pariſ.conſil.2.nu.13.lib.2. Confirmatur ex * cre-
71 briori verioriq; eorum ſententia, qui affirmarunt, †reſer-
uata Imperatori, & Principi in ſignum ſupremæ poteſta-
tis, centenaria prӕſcriptione acquiri præſcribique poſſe.
hanc veriorem ac receptiorem Doct. opinionem oſtendit
& tuetur Crau.trac.de antiq.temp.4. partic quartæ par.
72 princ.nu.73.& in ſpecie†ciuitatem iura Imperijq; ſupe-
rioritatē poſſe præſcriptione acquirere, conſuluit Oldra.
conſil.69.conſueuit.col.4.verſi. Nec obſtat quòd dicitur
quòd Imperium: cuius reſponſum retulit & extēdit Crau.
qui ſtatim fuit relatus, nu. 76.in fi. procedere etiā in pri-
uato. addo eiuſdem ſententiæ Balb. tract. præſcr. in 5.par.
princ.q.2.Rui. conſ.21.col.2.lib.1. Curtius Iunior conſi.
158.num.16. Albam conſi.62.nu.34.conſil.64. nu. 91. 92.
Soc.Iun.conſ.76.nu.86.87.lib.1.Rol.à Val. conſil. 3. nu.
82.83. qui duo poſteriores, ſic cōſuluere in eam Marchio-
natus Montisferrati, quæ Marchia eandem habuiſſe dici-
tur originem, quam habuit & hęc Finarij, & idem tandē
ſenſiſſe viſus eſt Reſtaur. Caſtaldus tract.de Imp.q.34.nu.
7. Hæc eo fortius procedūt quo verè intelligimus, excel-
73 ſam hanc Remp. non modò primæ, verùm & † ſecundæ
ac tertiæ appellationis cognitionem habere & à iudica-
tis per illius magiſtratus, ad alium recurſum non dari: ex
quo intelligim⁹ iura Imperij ac ſupremæ poteſtatis apud
eam eſſe: ſic Crau.conſi. 209. nu.10. Dida.lib.Pract.quæſt.
c.4.nu.6. ex quibus ceſſat hęc difficultas. cui etiam ſecun-
do loco reſponderi rectè poteſt, Bald. Moder. Pariſ. Di-
dacum & cæteros, qui iura & Imperij ſuperioritatem nō
poſſe transferri affirmarunt, loqui, cùm Dominus & ſupe-
rior, feudum, vt Caſtrum, oppidum, Ciuitatem vel Pro-
uinciam concedit. at nos extra hos terminos verſamur,
quandoquidem nihil Carolus V. nihil cæteri illius ante-
ceſſores huic Reip. conceſſerunt: ſed ſolum affirmarunt
eā liberā, quod intelligitur ēt ab Imperij ſuperioritate, cū
alioqui eorū aſſertio & cōceſsio nihil operaretur, cōtra re
gulā l.ſi quando, in prin.de l.1.& infrà ſtatim ſubijciam.

74 Non pariter illum aduerſatur, conceſsionem hanc ſeu†
priuilegium, vel beneficium potius à Carolo V. & cæte-
ris conceſſum illorum perſonam non cōprehēdere, iuxta
tex.l.inquiſitio.C.de ſolut, & c.quiſquis, de præb. & pul-
chrè apud Ruin. conſ.38.col.vl.li.5.Gozad.cōſ.76.nu.14.
75 191.nu.20. quoniā reſpōdetur primò, †in fauorabili diſpo
ſitione, & cōceſsione ēt concedētis perſonam includi, vt
poſt Soc.Sen. cōſultus reſpondit Crau.cōſ.174.nu.12. nos
aūt in fauorabili diſpoſitione verſari dubiū nemini eſt, &
76 iā oſtēdimus. Reſpōdetur ſecūdò ex ſubiecta materia†cō
cedentis perſonā in cōceſsione cōprehēdi, vt eo cōſ.274.
nu.12.verſ.tertiò reſpōdeo, affirmauit poſt Cyn.& Corn.
quos retulit. ſubiecta āt materia hîc docet, vere agi de ip-
ſiuſmet. Imp. perſona, & ſuperioritate, cū de alteri⁹ ſupe-
rioritate & Imperio eo tpe fuerit, nec ſit nunc dubitatio.
77 Rñdetur tertiò hāc cōceſsionē eſſe ex certa ſciētia factā,
quāobrē concedētis perſonā includit, ſic reſpondit Goz.
cō.76.nu.11.in fi. Reſpōdetur quartò, ꝙ cū (vt ſtatim dixi)
de alterius ſupioritate hic nō ambigatur, eſt.n. indubita-
tum eo tempore anni 1529. cùm Carolus V. aſſeruit, ex-
celſam hanc Rempub, liberam eſſe, nullum ſuperiorem
78 recognouiſſe: ſequitur Imperatoris perſonam hîc†com-
prehendi, ne fruſtra operetur conceſsio, contra leg. ſi
79 quando, in princ.de leg.prima † quod in priuilegijs pro-
cedit, etiamſi ius tertij læderetur. Decius in lege prima in
fine. C. de ſecund. nupt. & in quauis materia ſtrictè in-
terpretanda, verba ita ſumuntur, vt aliquid operentur.
Cald.conſilio 6.in fin. in tit. qui filij ſint leg. vbi in diſpen-
ſatione loquitur. In renuntiatione Aretin. conſilio 104.
colum. 3.verſ.vltimo. egregiè Crau.conſ. 272.nu.7. con-

ſilio.294.nu.3.Quod fortius intelligit Soc. Iun. conſi.94.
nu.20.li.3.etiamſi verba vix conuenirent.

Secundo loco, cum re ipſa oſtenderimus, Genuenſium
Remp. ſuperiorem aliquem, nec ipſum quidem ſupremũ
Imperatorem recognoſcere, ſequitur huius controuerſiæ
iudicem eſſe competentem ipſius ciuitatis & Reip. ordi-
narium. Hoc eo argumento demonſtratur, quo vſi ſumus
in quarto fundamento, dum in contrariam argumentare-
mur partem. Ratione rei ſitæ competens dicitur iudex,
qui incompetens aliàs dici potuiſſet. c. ſanè de fo. comp.
80 †Sed Finarij regio, & Marchia eſt intra Genuenſium fi-
nes poſita: Ordinarius ergo Genuenſium iuſdicere pote-
rit. Minor illa propoſitio multis probatur. Et primò, ar-
gumento ab extremis ſumpto, cum locus Finarij ſit collo-
81 catus intra Coruum & Monachum †Genuenſiũ confines,
vt teſtantur Geographi omnes. & Plinius lib.3. Naturalis
Hiſt. c. 5. oſtendit à Nicea Maſsilienſium vſque ad Albam
82 †Pompeiam, Aſtam, & Aquas Statyellorum ac † Pollen-
83 tiam oppidum, Liguriã eſſe. Leander Albertus Bononien
ſis oſtendit Finarium intra hos confines comprehẽdi cõ-
tineriq;. Eſt ergo intra fines Genuenſium, vt annotarunt
omnes in l. Celſus. ff. de vſucap. Soc. Sen. conſi.86. col. 2.
verſi. tertia concluſio, & conſi.127. col.3. lib.1. Dec. conſi.
528. nu.2. Pariſius conſil.15. nu.9. conſi.27. uum.13. libro 1.
84 Crau. conſ.54. nu.9. Quæ ſanè †argumentatio dubio pro-
cul præſumptiuè ſaltem concludit, vt docuit Abb. in c. ac-
cedentibus. num.6. de priuil. & relati Doctores. Quæ ſanè
85 †præſumptio hoc operatur, vt probandi onus in aduerſa-
rium reijciat. l. generaliter. §. ſi petitum. in fi. ff. de fideic.
lib. & Dec. conſi.540. nu.11. Brun. conſi.109. nume.1. latè
Did. lib.2. varia. reſol. c.6. nu.1. Nec ad rem confert, ſi quis
obijceret ex inſtrumento initæ conuentionis anno 1340.
conſtare Finarium habere diſtrictum ſeparatum à finibus
Nauli ad fines Petræ, quod oſtendunt & Blondus, Lean-
der Albertus, Nebienſiſque Epiſcopus, in illius loci de-
ſcriptione. Nam (vt admonui) ad rem nõ confert, quoniã
ſingularis ſpecialiſq; loci deſignatio non efficit, quin ſuo
toto contineatur. Hoc ad ſenſum patet. Habet Liguria, vt
Liguria eſt, ſuos diſtinctos fines, vt tamen vniuerſa Italiæ
prouincia ſuo integro illo corpore cõprehenditur, & mẽ-
brum in toto corpore continetur. Conſiderata ergo Li-
86 guria, vt †totum integrale, Finarium, vt partem, compre-
hendit. Nec ſequitur, eſt Finarium, ergo non eſt Liguriæ
pars, vt animaduertunt noſtri in l. qui vſumfructum, vbi
Iaſ. nu.9. de verb. obl. & per Euerar. in cẽturia legali, in ar.
de toto ad partem. Quo loci oſtendit, non licere argumẽ-
tari: eſt pars, ergo eſt totum: eſt paries, ergo eſt domus: vt
ſi dicerem, eſt Finarium, ergo eſt Liguria, ſed bene ſequi-
tur, eſt Finarium, ergo eſt pars Liguriæ. vel econtra, eſt Li-
guria, ergo & Finarium, vt pars ſub toto continetur. Cõ-
firmatur ſecundò minor illa propoſitio, quod iam clarè
87 cognouimus, †Marchiones Finarij per tẽpora penè im-
memorialia Genuenſib. fidelitatem iuraſſe ac præſtitiſſe.
Nam, vt ſcribit Nebienſis Epiſcopus, anno 1227. mẽſe Ma-
io fidelitatem tunc iurarunt illius ætatis Marchiones, in-
ueſtituras ſumpſerunt. quod clarius patet ex laudo ab An-
tonioto Adurnio lato ann. 1385. a dquod confirmandum
ſtatim illi Marchiones à Genuenſib. inueſtituras ſumſe-
runt, ſeruarúntq; fidelitatem hanc debitis temporibus, no
uas inueſtituras, ſeu antiquarum renouatiuas accipiendo
vſq; ad annum 1482. Satis ergo ſupérq; demonſtratur, Ge-
nuenſes huius Marchionatus directos dominos iuſto ex
titulo, & longiſsimi temporis præſcriptione factos eſſe,
88 cùm præſertim †tanti temporis præſcriptione, non vtile
modo, ſed & directum acquiratur dominium. Sic Iacobus
Alua. in c.1. de feud. non hab. prop. nat. feu. Abb. c. ad au-
dientiam. col. vlt. de pręſcrip. Balb. tract. præſcrip. 4. par.
prin. q.12. prin. verſicu. quartò quæro. Qua de re latius in
quarto articulo attingemus.

Nec ſolidiſsimæ huic confirmationi aduerſantur mul-
ta, quæ ſolent afferri. illud primum de conceſsione ab O-
thone II. qui anno ſalutis noſtræ 966. imperauit, vt etiam
illud ſecundum, quod de inueſtitura Caroli IIII. conceſſa
anno 1355. quoniam illa nihil ſunt impedimento, vt abun-
dè demonſtrabimus infrà in quarto articulo. Quo loci o-
ſtendemus etiam huic Marchioni non prodeſſe ſuſceptã
inueſtituram per Alphõſum ſeniorẽ huius auum à Maxi-
miliano Imperatore anno 1482. Minori itaque propoſi-
tione validiſsimis probata argumẽtis, ſatis ſuperq; intelli-
gimus huius controuerſiæ iudicem fore competentem
Genuenſium ordinarium, quem adire Marchionis partes
erant. Sic rectè docuit Feli. in c. cùm veniſſent, nu.5. verſi.
89 ſecundò limita. de iud. Qui ſanè †ordinarius ſi iuſtitiã ad-
miniſtrare recuſaſſet, ad Pontificem Maximum cõfugien-
dum illi erat, vt docuit Abb. in c. nouit, vbi Dec. nu. 8. de
iud. & Feli. d. c. cùm veniſſent, nu.5. verſ. ſecundò limita.
eod. & in c. cùm non liceat, nu.10. de præſcrip. Curt. Sen.
conſi.66. Super pręmiſſa. col.4. in fi. idem in add. ad Iaſ. in
l. cunctos populos, 1. lect. nu.11. in verbo, dominio. C. de
Sum. Trin. & fide Cath. Quo loco eiuſdem ſententiæ citat
Archid. Affirmarunt enim relati interpretes, Principes &
Dominos ſuperiorem non recognoſcẽtes (vt Excelſa hæc
Genuenſium Reſp. ſub Pontifice Maximo eſſe conueniẽ-
dos. Nec eſt quod obijciatur, neceſſe minimè fuiſſe confu
90 gere ad Genuenſium officiales: †quia cùm Genuenſes ip-
ſi ſint ſuſpecti, ſic & eorum officiales, vt reſpõdit Bru. A-
ſtenſis conſi.31. num.9. Quia reſpondetur verius eſſe, offi-
ciales non eſſe ſuſpectos, vt quotidie videmus, Imperato
rem, Reges, Duces, & ſimiles officiales conſtituere, qui tã
contra eos quàm cõtra inferiores cognoſcunt; quã ſñiam
* probarunt * crebriore calculo Doct. in l. qui iuriſd. om.
91 iud. quo loco Dec. nu.6. ex Caſt. ſñia affirmauit † ſuſpectũ
in cognoſcẽdo, non eſſe ſuſpectũ in delegando. Poterat
ergo Marchio adire officiales Genuæ, vel delegatum in
cauſa conſtitui petere, apud quem de rei veritate quærere-
tur. Nec aduerſatur illud Bruni reſpõſum, qui dum nu.3.
Caſt. ſententiam probat hanc ipſam noſtram confirmat.

Tertiò dato, non tamen (vt dicere ſolemus) conceſſo,
Finarienſe feudũ non eſſe Genuenſis Reip. attamen ad-
huc non conſtat clarè & abſolutè eſſe feudum Imperij.
92 Quo fit, vt hac pendente dubitatione †qualitas hæc, è qua
iuriſdictionis principium & fundamentum ſumitur, excu
tienda priùs fuerit, vt docuere Inno. in c. ſuper literis, de
reſcriptione. Bart. l. præſcriptione, nu.8. ſi contra ius vel
vtil. pub. Alex. l. ij. nu.16. ff. ſi quis in ius voc. non ierit, &
conſ.1. num.11. lib.5. Soci. Sen. conſi.187. col. 2. verſi. præ-
terea, lib.2. Curt. Iun. conſ.124. nu. 6. Crau. conſi.196. nu.
5. Gram. voto.11. nu.7. Plo. l. ſi quando. nu.825. C. vnde vi.
qui in his ferè terminis, præſertim Cur. Iun. & Soc. loquũ
tur, debuit ergo qualitas hæc, an feudũ Finarj eſſet Impe-
rij, vel non, ante omnia ad iuriſdictionem fundandam co
93 gnoſci & finiri. in qua †qualitate finienda iudex compo-
tens eſſe non poteſt Imperator, cùm ſe huius Marchiæ di
rectum dominum (vt diximus) credat. Sic poſt Abb. clarà
docuit Dec. in d. c. cæterùm, num.18. de iud. in claris no-
ſtris terminis Iaſ. conſi.60. nume.2. in fi. lib.1. Ex ea enim
cognitione maximum ſentiret commodũ, ob id non con-
ceditur. Dec. poſt alios in c. ad audientiam, nu.4. de app.
nec aliter ſentiunt Abb. in cap. ſi clericus laicum, num.8.
de fo. comp. Feli. in c. ſuper literis, nu.27. verſ. fallit ſepti-
mò, de reſcri. Quod tantò fortius hoc caſu procedit, vbi
94 plenariè tractanda eſſet. licèt enim qualitas † iuriſdictio-
nis fundatiua tractari tunc ſoleat ſummariè, cùm plenior
cognitio adhibenda eſt, vt reſpondit Alex. conſ. 1. nu.10.
lib.5. attamen cum noſtro hoc in caſu, nulla alia futura
eſſet cognitio, plenariè hæc qualitas tractanda erat, vt e-
gregiè reſpondit Soc. Sen. conſi.59. col.3. verſi. confirma-
tur, quia dicit Bartolus lib.3. poſt Bar. quem citat. cùm er-
go hoc in iudicio qualitas hæc excuſſa minimè fuerit, &
dũ contenderet Genuenſium procurator diligentiſsimus
D. Octauianus de Nigro, feudum, non Imperii, ſed Gen
uenſium eſſe, auditum non fuit, ſequitur Imperatorẽ non
poſſe nũc in cauſa cognoſcere, aliàs dubio procul nullum
reddetur iudicium.

Quartò dato, non conceſſo tamen, feudũ Finari, Impe-
rij eſſe attñ adhuc contra Genuenſes iuſdicere Imperator
non põt. Tunc. n. dominus directus inter vaſallos de feu-
do cõtendentes iuſdicit, cũ illi ſe vaſallos fatẽtur: at diuer-
95 ſum cùm †vaſallorũ alter, ſe illius vaſallum eſſe negat, tũc
enim adeundus eſt ordinarius, ca.1. §. vlt. de prohib. feud.
alie. per Frid. vbi Bald. nu.4. & ibi Afflic. in 7. par. num.2.
* qui hanc eſſe * communem ſenſit: nec ab ea recedere eſt
auſus clarius ſic reſpondit idem Bald. conſilio 216. Fuit
quidam nobiliſsimus, col. vlt. lib.2. Dec. c. cæterùm, num.
9. verſi. ſecundus eſt, de iud. Soc. Sen. conſil.12. columna
pen. verſi. & prædicta ẽt procedunt, lib.1. clarè idem Soc.
Sen. conſ.187. in fi. lib.2. Brun. conſil.45. nu.9. Curt. Iun.
tract. feudo. 7. parte. prin. nu.27. Iul. Clar. li. 4. ſñiarum. §.
feudum. q. 90. verſic. ſed pone quod contra. Sed noſtro
hoc caſu non modò negarunt Genuenſes ſe Imperatoris
vaſal-



vaſallos eſſe, immò affirmarunt, ſe Finarienſis feudi domi
nos, nõ ergo iudex cõpetens eſſe poteſt Imperator.

Vltimò, ex eo in hanc adducor ſententiam, quòd ad
fundandam iudicis iuriſdictionem, ſcio maximè neceſſa-
96 rium fore, vt petitionis cauſæq; † qualitas perpendatur,
præcipuè in feudalibus, vt egregiè rñdit in terminis Iaſ.
conſi.60. col.3. verſ. quartò principaliter, li.1. Sed hîc peti-
tio non fuit ratione qualitatis feudi, iuriſque feudalis, ſed
97 vt de iure cõmuni Marchio † ſpoliatus reſtitueretur: quõ
fit, vt non ipſe dominus feudi, ſed ordinarius ſpoliatoris,
iuxta iuris communis diſpoſitionem adeundus ſit. Sic cla-
rè in terminis reſpondit Iaſ. d. conſ. 60. col. 2. verſ. ſecun-
dò fortius. poſt Alex. conſ.79. col.2. verſ. tertiò fortifica-
tur. li.1. alios refert Bolog. in add. ad cõſi. Io. de Ana. cõſi.
84. nu.8. Iacobi. à S. Georgio in inueſtit. feud. in verbo, &
dicti vaſalli, col. 4. verſ. in hac materia. non ergo Impera-
tor erit iudex competens, etiamſi feudi dominus præſup-
poneretur. ſolida ſunt hæc fundamenta, quibus in hanc
adducimur ſententiam, & multò ſolidiora oſtẽdemus, ſu-
blatis his quæ in contrariam partem attulimus, quæ quò
plura, eò infirmiora ſunt.

Non obſtat ergo primum illud & præcipuum, quod ad
ducebatur fundamentum, quoniam minor illa propoſi-
tio, multis alioqui eo loco confirmata rationibus, vera nõ
98 eſt. Corruit enim illa prima cõfirmatio, qua diximus † Im-
peratorem eſſe totius Mundi dominum. Nam, vt falſa eſt,
ſic eam validiſsimis rationibus deſtruunt quinque viri cõ-
ſultiſsimi, quorum loca recenſere ſatis ſuperq; eſſe reor.
Old. vnus eſt ex antiquis conſi.69. Conſueuit. qui iure di-
uino, naturali, gentium & ciuili, falſam hanc eſſe aſſertio-
nem demonſtrat. Quantuum autem Oldrado deferẽdum
99 ſit, nemo eſt qui ignoret; cùm is fuerit verus † legum pa-
ter, vt meminit Caſtr. in l. is qui putat, in fi. de acquir. poſſ.
Soc. Sen. conſ.146. col.6. in fi. lib.j. Ideò Pariſ. cõſi.73. nu.
num. 37. libr. 1. Oldr. auctoritatem maximam eſſe teſta-
tur. Alter eſt ex recentiorib. Didac. Couar. Hiſp. inter Iu-
reconſultos noſtræ ætatis primarios enumerandus, qui
100 ob inſignem †eruditionem, meruit Epiſcopus eligi. is in-
quam in c. peccatum, in ij. parte relectionis. §. 9. de reg. iu.
in 6. multorum auctoritatibus & ſolidiſsimis iuribus &
rationibus Imperatorem totius mundi dominum non eſ-
ſe oſtendit. Quod facit & Alcia. in l.1. C. de ſum Tri. & fi-
de Cath. & egregiè ac doctè Eguina. Baro trac. de benefi-
cijs feudorum, lib.2. c.1. Chaſſa. in Catalogo Gloriæ mun-
101 di par.5. conſ.28. vbi latiſsimè hac de re diſſerunt. †Hoc e-
tiam ex eo demonſtratur, quòd cùm hæc propoſitio gene-
ralis multùm ac vniuerſalis proponatur, vt in vno falſa eſt,
ſic & in omnib. l. ſi is qui ducenta, in §. vtrum. vbi Bar. &
Soc. ff. de reb. dub. Hanc ergo aſſertionem non modò in
vno, ſed & in multis falſam eſſe omnib. patet. Nam primò
102 videmus, †Hiſpaniarum Regem Catholicum, (vt Turcas,
Sarracenos, Indos, cæteroſque Barbaros, ſilẽtio inuoluã)
Imperatorem non recognoſcere, vt teſtantur Gomeſ. in
§. fuerat. num.5. Inſt. de actio. Moderni Pariſ. in cõſuetud.
103 Pariſien. in princ. nu.20. ſic †Regem Galliarum Chriſtia-
ſtianiſsimum, Imperatorem non recognoſcere, multis la-
tè & ſubtiliter probarunt. Oldr. conſi.69. col.2. Io. Igne.
in l. neceſſarios. §. non alias, 4. parte, nu.58. ff. ad S.C. Syll.
idem in l. donationes, nu.3. C. de dona. Petr. Rebuff. in l. v-
nica, nu.52. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt profer.
104 ſic †Sereniſsimum Sabaudiæ Ducem, Imperatorem non
recognoſcere ſenſit Purp. in rub. ff. de iuriſd. omn. iud. nu.
20. dũ illi æquiparari ait. Quare iuſta ac æqua ratione vi-
detur factum, vt ſe Dei Gratia Ducem affirmet, quo titu-
lo ſe ſuperiorem non recognoſcere oſtendit, vt ſcribit E-
guin. Baro doctiſsimus Ireconſ. in tract. de benefic. feud.
lib.2. c.1. ex tex. c. quòd iure. 8. diſt. Sed verius arbitror e-
tiam Ducem Sabaudiæ Imperatorem recognoſcere, quã-
quam Imperij iura in ſuo dominio habeat, ſitq; Imperij
Vicarius, vt ſcripſit Iacobi. de S. Georgio in inueſt. feud.
col.1. verſ. Dubitat. latè Chaſſa. in Catalogo Gloriæ mun-
di. par. 12. conſiderat.58. quo loco Purpu. quem ſuprà re-
tuli. quod autem ſcripſi Ducem Sabaudiæ Sereniſſ. ſe Dei
Gratia Ducẽ inſcribere, non alia ratione contingit, quàm
vt prudenter oſtendat iam amiſſum dominium Dei gra-
tia fuiſſe aſſecutum. Sic †Ducem Mediolani in ſuo Duca-
tu Imperatorem non recognoſcere, vel verius iura Impe-
rij in ſuo dominio habere affirmarunt Curt. Sen. cõſi.49.
col.11. conſi. 50. col.32. verſ. nonò. & conſ.66. col.4. verſ.
ſed præmiſsis, conſi.74. col.29. latiſsimè de ampliſsima &
abſolutiſsima Ducis Mediolani poteſtate, tradit Lud. Bo-
log. conſil. 1. col. 17. ver. non obſtat illud &c. quinimò in
ſpecie paulò ante oſtẽdi, quamplures Reſp. eſſe à ſuperio-
ritate Imperij liberas, vt illa Venetorum, Lucenſium, & il-
la olim Florentinorum. Quin oſtendimus in indiuiduo
Remp. hanc Excelſam Genuenſium, nec Imperatorem a-
liúmve ſuperiorem recognoſcere: quod teſtimonio præ-
ſertim Caroli V. comprobauimus. Cui nõ aduerſantur il-
la, quæ in eo adduximus fundamento, de priuilegiorum
conceſsione, quæ ſubiectionem oſtendit ex Rimin. d. cõſi
268. nu.41. li.2. & de nominatione. quod enim de priuile-
giorum conceſsione diximus, leue admodum eſt: nam il-
106 lud tunc ſibi locum vindicat cùm in dubio ſumus. †præ-
ſumptio. n. quædam eſt, non concludens probatio & de-
monſtratio, vt docuit Iaſ. in l. decem, nu. 46. de verb. obl.
quæ ſanè præſumptio ceſſat in caſu claro, vt in noſtro ac-
cidit. immò eo in caſu loqui Rimi. cùm ex priuilegio lex
imponitur priuilegiato, qui actus ſuperioritatem oſten-
dit (inquit ille) aliàs non, vt re ipſa videmus, Principes ex-
ternis priuilegia concedere. Non pariter quod de nomi-
107 natione diximus, aduerſatur, cùm illa †aſſertio ac enũtia-
tio Genuenſib. obeſſe non poſsit; nã conſtõ cle. j. de prob.
tunc demũ procedit, cùm in antiquis ſumus; at ſecus con-
tra in facto recenti, vt hîc. ſic Crau. tract. de antiqui. temp.
1. par. nu. 9. qui multos in hanc ſententiam retulit, cóq;
108 loco, nu.11. inquit tunc verba †enuntiatiua Principis pro-
bare, quando plenè fuit informatus, quod hîc non contin-
109 git. Rurſus verbis †enuntiatiuis Principis non ſtatur, quã-
do iure ſuo quis priuaretur, ſic ampliſsimè eo loco Crau.
nu.16. Cuius loca retuliſſe ſufficiat, cùm is pro more mul-
tos alios doctè & egregiè congerat. Rurſus ceſſat hæc cõ-
firmatio, quoniam non ipſis Genuenſibus ſic fuit reſcrip-
tum, ſed diuerſis, vt illi Alphonſo Carreto & cæteris, quo
in caſu non loquitur l. ſi filiusfa. ad Mace. Nec Doct. iam
relati, qui loquuntur cùm alicui datæ ſunt literæ, quæ de-
trimentum ei afferre poſſunt, quib. is non contradicit. Nõ
aduerſatur quod afferri poſſet ex Dec. conſi. 360. nu.8. &
110 conſi.361. num.7. †Genuam recognouiſſe Regem Gallia-
rum, ſicque ſuperiorem, & ob id liberam non eſſe. Quia
vno verbo reſpondetur, quò ad Imperium, Genuam dice-
re poſſe, quò ad te liberas ædes habeo, iuxta l. loci corpus.
§. competit. ff. ſi ſerui. vindict. Pariſius conſilio centeſimo
num. 63. conſilio centeſimoprimo. numero vigeſimo-
111 quinto, libro primo. quæ ſanè † exceptio, tua non inter-
eſt, litis finitę dicitur. Crau. conſilio centeſimooctuage-
ſimoſecundo, numero 8. & conſil.195. numero 7. accedit
præterea ſub Rege Gallorum fuiſſe non de iure ſed de fa-
cto, vt teſtantur Hiſtorici omnes, & nunc re ipſa videmus
à nexu illo liberatam.

Non obſtat nunc ſecundum illud principale fundamẽ-
tum, quoniam illi eſt abundè ſatisfactum ex his, quæ ſta-
tim retulimus in tertio ac quarto noſtræ huius ſententiæ
& fundamento. & in ſpecie magis illa confirmando reſpõ
deo, gl. d. c. cæterùm in fi. de iudic. optimè loqui, dum af-
112 firmat † quòd ſi de feudo controuerſia ſit inter vaſal-
lum, & alterum non vaſallum, dominum feudi iudicem
non eſſe competentem, ne in ſua cauſa ſibi iuſdicat, quod
nec ipſi Imperatori conceditur, vt infrà ſubijciam nec eſt
qui illi gloſſæ aduerſetur: nam Soc. d. c. ex tranſmiſſa, col.
6. in fi. verſi. tertiò limitatur, eam approbauit, dum inquit,
quando contentio eſt inter duos, quorum alter negat feu-
dum ſuperioris eſſe, apud quem conuentus eſt, is ſuperior
iudex nõ erit competens; quoniã eo caſu de eius cõmodo
agitur. & ſubdit exemplum, quod multùm ad rem cõfert:
ſi ambigatur, an feudum ad eccleſiam vel ad laicum per-
tineat, nullus ipſorum iudicabit, ſed ordinarius erit com-
petens, illudque ſubdit quòd ſi duo contenderent, & alter
affirmaret eſſe feudum conceſſum ab vno domino, & al-
ter non ab eo, ſed à ſuis prędeceſſoribus conceſſum con-
tenderet; is qui nunc dicitur feudi dominus, non eſt com-
petẽs iudex, quia aliàs ſuum tueri vellet factũ. non pariter
113 aduerſatur †Inno. auct. in c. ex parte, de fo. com. quia Inn.
præſupponit ſatis clarũ eſſe de iuriſdictõe ordinarij & po
teſtate dñi, nemineḿq; litigantiũ negare illũ dominũ ta
lẽ eſſe, quod hic nõ cõtingit: ſic †Bal. in l.3. co.1. verſ. quæ-
ro quid. C. ſi à non cõp. iud. qui in eo ſecundo fundamen-
to citatur, difficultatẽ nõ facit, cũ is clarè loquatur eo ca-
ſu, cùm ambo cõtendentes fatentur rem eſſe feudalẽ. imò
ſubijcit Baldus ꝙ quando quis eſt expulſus à caſtro cum
multitudine gentiũ (vt ille ait) ſicque vi armata, Præſidem

illius prouinciæ cognoſcere debere. ſi ergo ex facto Gen
uenſium credebat Marchio ſe (vt aſſerit) ſpoliatum vi ar-
mata, prouinciæ Præſes erat adeundus, nõ feudi dominus,
id eſt Imperator, ſi mõ dominus eſt, quod non concedi-
tur. ſic intelligo Aret. & cęteros in d.c. cæterùm, de iudic.
Iaſo. autem auctoritas in d. conſi. 60. col. 2. verſic. 2. & for
tius. lib. 1. retorquetur. is enim clarè affirmat, quòd quan-
do vaſallus prætendit ſe ab aliquo ſpoliatũ & contra ſpo-
liatorem vult agere, debere agere nõ coram domino feu
di, ſed coram ordinario ſpoliatoris, cùm tunc actor non
ex iure feudorum, ſed ex iure communi innitatur, vt ſpo-
liatus ante omnia reſtituatur: quòd ſuprà retuli.

Non ob. tertium, dum ſic argumentabamur, Impera-
tor in propria cauſa & ſuorum iuſdicere põt, ſed feudum
Finarij eſt propriũ ipſius imperatoris, ergo, &c. Reſpon-
detur, vtrãque propoſitionẽ quò ad terminos noſtros mi
nus veram eſſe: nam maior eſt falſa, quãdoq; idem. & hoc
Tiberius, & l. proximè, intelliguntur contra ſuos ſubdi-
115 tos.† nõ contra alios. ſic egregiè docuit Abb. in c. nouit,
nu. 16. de iud. Cuius ſententiam eſt ſecutus Fel. in c. cùm
veniſſent, num. 5. verſic. Limit. primò, eo tit. de iud, quò lo
co ſic q̃nque obſeruatum teſtatur. Idem cenſuit Soc. Sen.
conſi. 187. in fin. li. 2. Reſtaurus tract. de Imperator. q. 91.
num. 4. vbi latè, quo loco paulò ante is retulit, omni caſu
116 ex†honeſtate teneri caſum alteri delegare. cùm ergo ſa-
tis ſupérque fuerit demonſtratũ, Genuenſes nõ eſſe impe-
rio ſubditos, dubio procul ceſſat hæc argumentatio. Eſt
pariter falſa illa minor propoſitio, quoniam iam multis
oſtendimus feudũ Finarij non eſſe Imperij ſed Genuen-
ſium. Nec aduerſatur, quòd eo loco ex inueſtitura, ſeu cõ-
conceſſione Othonis II. & Caroli IIII. allatum fuit, quo-
niam in Othonis conceſsione nullum fundamentum ſo-
lidum Finarij Marchiones cõſtituere poſſe clare demon-
ſtrabitur: nam ius ſe metiri affirmant ij Marchiones à per
ſona Aledrami, ſeu Alerami, vel, vt vocant alij (Sabellicus
117 præſertim) Al[illegible]nari, & Alaſiæ, ſeu Adelaſi[illegible]. Quorum†hi-
ſtoriam recenſent multi, vt M. Antonius Sabellicus lib. 2.
Nonæ Aeneadis, Raphael Volater. lib. 4. Geographiæ in
deſcriptione Regionis Subalpinæ, & Leander Albertus
118 in deſcriptione Montisferrati, etſi † in aliquib. inter ſe
diſſentiant. ſcribunt. enim. Aleramum Ducis Saxoniæ fi-
lium cùm apud Othonem hunc eſſet, Adelaſiæ Othonis
filiæ amore captum. data inter eos fide, clandeſtinóque
contracto matrimonio vnà ſimul è regia domo aufugiſſe
& longo emenſo itinere ad Albignaunos perueniſſe vbi
diſsimulata vtriuſque perſona, egregiam prolem procrea-
runt, tandem ab Albignaunenſi Antiſtite agnitos in Otho
nis gratiã receptos fuiſſe. Conueniunt Sabellicus & Lean-
119 der Albertus, † Adelaſiam ſeptem ſuſcepiſſe maſculos ex
Aledramo, & Gulielmo primogenito Othonem illum
120 †Marchiam Montisferrati contuliſſe: ſecũdo datam fuiſ-
ſe Sauonam ſcribit Sabellicus, tertio Ceuam, quarto In-
ciſam. quinto Ponzonium, ſexto Boſchum, ſeptimo Salu-
tias, etſi Sabellici codex in aliquib. corruptus circunfera-
tur: Leander verò Albertus ſcribit, Gulielmo primoge-
nito datam fuiſſe Marchiam Montisferrati, ſecundo Ce-
uam, tertio Ponzonium, quarto Boſchũ, quinto Salutias,
ſexto Sauonam, ſeptimo Finarium. Sed veriorem credi-
mus Sabellici hiſtoriam, tùm quia in Leandri Alberti an-
notatione nullum verbum de Marchia Inciſa, cum tamen
certum ſit ab Othone conceſſam alteri filiorum D. Alera
121 mi, tum etiam quia† Marchia Finarij vnà cum illa Sauonę
continetur, & iſti met Marchiones Finarij ſe ab illis Sauo-
næ Marchionib. traxiſſe originem affirmant (ſi verum mo
122 do id eſt) Raphael autem Volater. ſcribit, Adelaſiã† qua-
tuor tantum maſculos ſuſcepiſſe ex Aleramo, nec verbum
de his Finarij Marchionibus facit. Antiqua verò Chroni-
ca Montisferrati, vt ex noſtris meminerũt Pariſ. conſ. 23.
nu. 236. 253. lib. j. & Soc. Iun. conſi. 56. nu. 63. in fin. lib. hẽt
123 †Aleramum ex filia Othonis II. duos tantũ ſuſcepiſſe ma
ſculos, Bonifacium, Aleramo patre adhuc ſuperſtite, ſine
prole eſſe vita functum; ex Gulielmo autem deſcendiſſe
cæteros Montisferrati Marchiones, quorũ in numero non
124 reperiuntur Marchiones Finarij, † lineáque ipſius Boni-
facij multis iam annis extinctam nemo eſt, qui neſciat, &
teſtantur antiqua illa Chronica, vt Socі. meminit & ſcri-
bit Volater. annò 1305. hanc Aledrami Lineam defeciſſe.
non ergo ſolidum aliquod fundamentum eſt in hac con-
ceſſione Othonis conſtituendum, tum quia non conſtat
hos Marchiones Finarij eſſe ex Aledrami linea, tum quia
125 ſi ex linea fuerunt, illa dr̃ iam extincta. & his† Chronicis
& Hiſtoriarum ſcriptoribus in antiquis maximè eſſe cre-
dendum, nemo eſt qui ambigit, vt apud omnes in l. j. ff. ſi
cer. pet. & in nr̃is terminis affirmãt multi ex recentiorib.
126 qui in cã Marchionatus† Montiferrati, (quæ Marchia ean-
dẽ ab Othone originẽ habuit) reſpondere, vt Soc. Iun. d.
con. 76. nu. 64. lib. 1. Alc. reſp. 199. Quinimmò huius Mar-
127 chionis partes erant† ſe talem probare, cùm ei tot & tãtæ
aduerſantur coniecturæ & præſumptiones, immò proba-
tiones; vt contra Marchionem Salutiarum reſpondit Al-
ciat. d. reſpon. 199. num. 20. 21.

Reſpõdetur & ſecũdò Imperatorẽ nõ poſſe dicere hoc
128 feudũ Finarij eſſe Imperij, ob illã† Othonis conceſsionẽ.
Quoniã nõ feudalis, ſed libera & abſoluta cõceſsio cũ trãſ
latione directi dominij fuit, ſicq; donatio fuit, hoc mul-
tis poteſt demonſtrari, ex his præſertim quæ à Pariſ. conſi.
23. li. 1. Soc. Iun. d. conſ. 76. lib. 1. ab Alciat. de reſp. 199. à
Gozad. conſ. 8. & Rolan. à Valle. conſ. 2. ſcripta ſunt, & la-
tius excutiem⁹ infrà in quarto articulo, quo loco oſtẽde-
mus pariter Illuſtriſsimum hũc Marchionẽ in inueſtitura
Caroli Quarti fundamentum conſtituere non poſſe.

Non obſtat quartum principale fundamentum, quod
ſuprà aduerſus Genuenſes fuit conſideratum; quia reſpon
detur negando minorem illam propoſitionem, qua dixi-
mus feudum Finarij ſitum eſſe ſub Imperio, nã ſatis ex iam
relatis reſponſum eſt. demonſtratum enim fuit eſſe in-
tra fines Genuenſium, ideóque non licuit Marchioni Al-
phonſo huius Marchionis Illuſtriſsimi auo à Maximilia-
no Imperatore eo anno 1482. inueſtituras ſuſcipere, quod
latè verum eſſe infrà in quarto articulo oſtendemus.

Non ob. quintum illud principale fundamentum, quo
dictum fuit ratione perpetrari delicti Imperatorem poſ-
ſe cognoſcere. l. 1. C. vbi de cri. agi opor. Quia rñdetur pri
mò, Abba. & Rub. ad eorum ſñiam comprobandam, vnũ
præſupponere: Imperatorẽ. ſ. totius mũdi dominũ eſſe, &
ob id in vniuerſum iuriſdictionem poſſe exercere, & deli
ctum perpetratũ quouis in loco punire. Quod tamẽ præ-
ſuppoſitũ falſum eſſe demonſtrauimus multis in caſibus,
pręſertim in Genuenſes, quos imperio ſubditos non eſſe
diximus. Quamobrẽ etiam quo ad Imperatoris perſonam
129 dictũ illud, † vbi te inuenero, ibi te iudicabo, intelligitur,
vt in cæteris: quando. ſ. delinquens inuentus fuit in loco
delicti, & ipſi⁹ principis cuius læſa fuit iuriſdictio, vt ver-
ba gl. d. l. 1. C. vbi de crim. agi opor. ibi intelligunt Salic. &
* cæteri, & * cõmunem teſtatur Gra. conſi. 27. nu. 7. Reſpon
detur ſecundò, dato, non conceſſo tamen, Genuenſes eſſe
ſub Imperio? attamen, cum ſuprà oſtenderimus Marchiã
Finarij non eſſe ſub Imperio, ſequitur, quòd etiamſi Gen
uenſes in ea deliquerint, ob violentam illam occupatio-
nem (vt fertur) attamen adhuc ab Imperatore conueniri
* non poſſunt: quandoquidẽ verior ac * crebrior eſt illa in-
130 terpretum ſñia, † iudicẽ ratione originis, vel domicilij co
gnoſcere non poſſe de delicto per ſuum ſubditum in alie-
no territorio commiſſo, vt ſi origine vel domicilio Pa-
pienſis in territorio vel Placentino, vel Cremenſi (quo-
rum primum Pontificis vel Ducis Illuſt. Octauij Farneſij
eſt, alterum Sereniſſ. Venetorũ dñij) delinqueret; Papiæ ta
men puniri non põt. ſic affirmarũt Io. And. id add. Spec.
Bal. & Sali. alijq́; quamplures, quos ſecutus fuit Gram. de-
ciſ. 26. nu. 9. Qui hanc crebriorem eſſe teſtatur, multis re-
latis, ſic etiam teſtatur Pariſ. conſ. 157. nu. 8. 9. lib. 4. eiuſdẽ
addo ſententiæ Rui. conſi. 84. in fi. lib. 4. Marſil. ſing. 576.
& in l. vlt. nu. 140. ff. de iuriſ. om. iud. qui multis relatis ali-
ter ſentientes, hanc tãdem vt veriorem affirmat. ſic etiam
Alc. reſp. 460. Rogatus, &c. Bolog. conſil. 57. col. 2. com-
munem teſtatur. Siluan. conſ. 130. col. 2.

Reſpõdetur tertiò, Genuenſes hoc noſtro in caſu, non
criminaliter, ſed ciuiliter conueniri, hac, quæ ab eis illata
131 dicitur violentia, quo fit, vt etiamſi criminaliter † ob de-
lictum potuiſſent accuſari, non tamen ciuiliter. ſic Ci. in
auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi opor. & Colle.
in ca. poſtulaſti, de fo. com. quos eſt ſecutus Capella To-
loſana. q. 319. Item fuit quæſitum, Quidam de Narbona. v-
bi. Aufrerius idem in addit. firmauit.

Reſpondetur quartò, ex doctr. Bald. in l. 3. col. 1. verſic.
quæro nunquid. C. ſi à non comp. iud. qui in terminis no-
132 ſtris affirmat† vaſallo ſpoliato vi armata, præſidem prouin
ciæ cognoſcere; ſed huius Prouinciæ præſes, non impera-
tor, ſed ordinarius Genuæ eſt, ergo, &c.

Non ob. ſextum illud, quo adducebamur in contrariam
ſenten-



ſententiam, conceſſum priuilegium ab Imperatoribus
Genuenſibus, cenſeri reuocatum, tum ob delictum,
tum ob expreſſam reuocationem: quia reſpondetur reſ-
133 ponſione delicti non potuiſſe reuocari, eo quia † nul-
lum delictum commiſerunt Genuenſes: cùm illud fece-
rint, quod iuſta ratione & cauſa facere poſſe crediderint,
& credunt, vt egregiè reſpondit Bald. conſi. 243. in fi. lib.
3. quem ſecutus eſt Crau. conſ. 8. in fi. quam iuſtam ratio-
nem probare ſeſe obtulerunt Genuenſes, vt eorum data
134 capitula oſtendunt. Carent ergo † omni dolo, cùm de iu-
re ſuo docere parati ſint, iux. leg. tertiã. §. ſi quis. ff. quod vi
aut clam.

Quò verò ad reuocationem alia ratiõe (vt dicitur) factã.
Reſpondetur primò, vno verbo, Genuenſes ſe liberos
non ex Imperatorum priuilegio prætendere, ſed ſuo iure,
vt ſuprà diximus illaq́; priuilegia, præſertim Diui Caroli
V. non libertatem tribuunt, ſed illam confirmant, & talẽ
eſſe teſtantur, vt multis iam oſtendimus.

135 Reſpondetur ſecundò, in dubio† priuilegiorum reuo-
cationem non præſumi, & non eſſe priuilegium reuoca-
tum, vt conſuluit Alex. in conſi. 157. col. j. li. 7. Deci. conſ.
165. col. 3. verſ. non obſtat, quod Bald. &c. quos vnà cum
alijs multis retulit & probauit Crau. conſ. 21. in fi. Ex ea er
go ſimplici declaratione, non eſt dicendum priuilegium
illud fuiſſe reuocatum.

Reſpondetur & tertiò, quòd cùm atteſtetur Diuus Ca-
rolus V. ſe eam conceſsionem, ſeu priuilegium ea ratione
concedere, propter Genuenſium benemerita & in Cæſa-
136 ream Maieſtatem collata beneficia: ſequitur, † priuilegiũ
vim contractus obtinere, ob idq́; reuocari non poſſe: vt
tradunt Afflic. deciſ. 128. nu. 10. alijq́; quàm plures, quos
137 infrà ſtatim referam. & ideo ceſſat quod dici ſolet, † Prin-
cipem legem ſibi non poſſe imponere, à qua recedere nõ
liceat. c. ſignificaſti, de elect. Alex. conſ. 224. nu. 6. libro. 6.
Reſpondetur & quartò, dato non conceſſo tamẽ, hoc re-
uocari potuiſſe priuilegium, id fieri debuit cauſa cognita,
& ex cã, ob delictum. ſ. ipſorum Genuẽſium, vt relati af-
firmant: quo ergo mõ ex hac declaratione poteſt dici re-
uocatum, cùm adhuc non conſtet, an rectè vel non facta
ſit huius Marchiæ à Genuenſibus occupatio; cùm factæ ad
huc non ſint probationes, an occupare, vel non occupare
licuerit; debuit ergo ante omnia conſtare de delicto, vt de
cauſa cauſante priuilegij reuocationem, quæ quidem cau-
ſa cauſans, non coram ipſo Imp. tractanda erat, ſed coram
138 ſummo† Pontifice, vti iudice competẽte inter ipſum Im-
per. prætendentem velle reuocare d. priuilegium ob Gẽ-
uenſium delictum, & Genuenſes ipſos, quod multi ſuprà
relati affirmant. Nec dicendum eſt hoc exemptionis pri-
uilegium ab Imperatore conceſſum potuiſſe ad libitum
reuocare ex ſententia Alex. conſil. 216. nu. 14. lib. 2. Felin.
in c. nouit, nu. 9. de iud. Gozad. conſi. 5. nu. 27. quia reſpõ-
139 detur, † priuilegia fuiſſe conceſſa ob benemerita, & colla-
ta in Romanum Imperium beneficia, quare reuocari mi-
nimè poſſunt, vt affirmant omnes; ſic latiſsimè ſcripſit
Tiraq. in l. ſi vnquam, in verbo, donatione largitus. nu.
14. C. de reuoc. dona. idem cenſuit Crau. tract. de antiq.
temp. 1. par. prin. in prin. nu. 54. & conſi. 135. nu. 5. Sic Soc.
Iun. conſil. 102. nu. 18. lib. 2. Goz. conſi. 5. nu. 10. 11. præſer-
tim, quando non ſubdito conceſſum eſt priuilegium hoc,
Roman. conſi. 436. Quod indultum, col. 4. verſ. ſeptima
140 principalis ratio. Nec dicatur poſſe† iuſta ex cauſa, vt reſ-
pondit poſt alios Goz. d. conſ. 5. nu. 23. quia reſpondetur
141 de cauſa hîc non conſtare: nec illa hoc† in caſu præſumi-
tur, cùm procedatur contra Genuenſes Imperio regula-
riter non ſubditos, vt egregiè reſpondit Curt. Sen. conſ.
20. incipit. ſæpenumero aĩo &c. col. 4. ver. ſecundò ad hoc
fundamentum &c. nec. n. in hoc caſu creditur aſſertioni
Imperatoris cauſam ſubeſſe, vt in clariſsimis noſtris ter-
minis conſuluit Soc. Sen. conſ. 27. col. 3. verſ. aliquando &
tertiò &c. lib. 3. pulchrè & egregiè in noſtris terminis Al-
ciat. tract. præſump. reg. 3. præſump. 8. in fin. Reſponde-
142 tur ſecundò† cauſam in Principe præſumi, quando ex mo-
tu proprio, non quando parte inſtante (vt noſtro hoc ca-
ſu) procedit, ſic Iaſ. conſi. 105. num. 4. verſ. ſecundò reſpõ-
detur. lib. 1. Rom. d. conſil. 436. col. 5. verſ. Reſpondeo &
intelligo &c.

143 Nec eſt dicendum† iuſtam hîc ſubeſſe cauſam, & de ea
clarè conſtare, cùm hoc priuilegium aliàs tẽdat ad maxi-
mum ipſius Marchionis detrimentum, & ob id eſſe om-
ninò reuocandum. c. ſuggeſtum, de deci. gl. in c. ſtatutum
in verbo, ad noxam, de reſcri. in 6. Goza. conſi. 5. nu. 20.
quia reſpondetur hîc non lædi ius Marchionis, tum quia,
aliàs eſt Genuenſium vaſallus, tum quia aliunde ei eſt ſuc-
curſum, ſi adeat ſummum Pontificem. Nec iura & aucto-
ritates relatę procedũt hoc caſu, cùm loquatur Goz. quã-
do priuilegium re ipſa ſingulari perſonæ detrimentum in
in ſpecie afferebat, in caſu autem noſtro non infert in ſpe-
cie detrimentum ipſi Marchioni. Quæ quidem Goza. ra-
tio, ſi vera eſſet, ſequeretur, quòd nullus vnquam liberta-
tem à ſuperiore poſſet conſequi, cùm ſemper aliquis poſ-
ſet ſentire qualequale detrimentum, quod tamen dicen-
dum non eſt. Nec ad rem illud confert, quod dicitur,
Imperatorem in neceſſarium antecedens vti voluiſſe ple-
nitudine poteſtatis; quia reſpondetur primò, ex relatis
ceſſare omnem difficultatem. Reſpondetur ſecundò,
quòd cùm Genuenſes non ſint verè nec naturaliter, nec
per accidens Imperio nunc ſubditi, Imperatorem non
144 potuiſſe contra eos aliqua † poteſtatis plenitudine vti, vt
docuerunt Butrolus & Imol. in clement. paſtoralis. de re
iud. egregiè Socinus Senior. conſi. 164. col. 6. verſic. quar-
tus caſus. conſ. 266. col. 16. verſi. quartus caſus. lib. 2. quos
eſt ſecutus Crau. conſil. 241. num. 17. verſi. quartus caſus.
lib. 2. quos eſt ſecutus Crau. conſil. 241. nu. 17. verſi. quar-
tò principaliter. eiuſdem ſententiæ addo Curt. Sen. con-
ſil. 20. ſæpenum. &c. col. 4. in fi. & col. 6. quod eſt reſpõſum
Soci. Sen. idem Soci. in claris noſtris terminis d. conſi. 27.
col. 3. verſ. aliquando & tertio. lib. 3. Reſpondetur tertiò,
145 † poteſtatis plenitudinem nihil operari ad tollendum ea
quæ per vim contractus fuerunt conceſſa. Dec. conſil. 111.
col. 5. verſi. & ad hoc. Pariſ. conſi. 11. nu. 125. lib. 1. Brunus
conſ. 117. nu. 307. cùm ergo dixerimus priuilegiũ Genuen-
ſib. conceſſum eſſe ob benemerita, & in cõtractu, ſequitur
aduerſus illud Imperatorem poteſtatis plenitudine vti nõ
146 potuiſſe. Reſpondetur etiam quartò, † Principem nõ prę-
ſumi plenitudine poteſtatis vti, quando ex eo aliqua re-
ſultaret iniquitas, ſic affirmarunt Soc. Iun. conſi. 65. nu. 6.
lib. 2. Pariſius conſi. 1. nu. 85. conſil. 11. nu. 125. lib. j. Neuiza.
inter conſi. feudalia Bruni conſ. 12. nu. 141. & Io. Iacobus
de Leonardis inter eadem conſi. 117. nu. 209. Sed cui du-
bium quin noſtro hoc caſu reſultaret iniquitas? ſine cauſa
enim & ratione legitima reuocatũ diceretur illud priui-
legium, quod nulla ſubſit cauſa, ſtatim ſubijcio, & ſuo lo-
co ſuprà attigimus. Nec aduerſatur illa doctri. Caſtr. in l.
ex imperfecto. C. de teſtam. & ſequacium, vt Alex. l. quã-
147 quam. nu. 5. C. de teſtam. mil. † Principẽ præſumi vti clau-
ſula plenitudinis poteſtatis ad hoc vt actus valeat & ſuſti-
neatur: quia reſpõdetur dupliciter, primò, doctrinã Caſtr.
procedere quando ipſe Princeps non fuit informatus de
iure tertij, ſecus è contra: ſic egregiè poſt multos declarat
conſultiſsimus vir Aymo Crauet. conſi. 126. nume. 3. & in
tract. de antiq. tempo. in 2. partic. primæ part. princ. num.
42. ſed in caſu noſtro nõ conſtat Imperatorem cognouiſ-
ſe iura Genuẽ. tum quia nouus adhuc eſt in Imperio ſuc-
ceſſor, iuxta l. qui in alterius, de reg. iur. tum quia nihil ad-
huc coram eo ex iuribus Genuẽſium fuit exhibitum. Reſ-
pondetur ſecundò, Caſt. doctrinã procedere, quando ipſe
Princeps iam cognouit ſe ex ordinaria poteſtate illud fa-
cere, ſic ſeipſum declarat Caſtr. in conſi. 414. In facto præ-
ſenti, col. 3. verſ. ſecundus caſus eſt, lib. j. quem eſt ſecutus
Crau. d. tract. de antiq. temp. loco ſtatim citato. nu. 43. eſt
in Codice meo Lugduni impreſſo. pag. 13. nu. 43. ſed in ca-
ſu noſtro non conſtat Imperatorem ſciuiſſe, ex ordinaria
poteſtate reuocare non potuiſſe, cùm nihil hac de re vn-
quam apud eum fuerit cõtrouerſum, nec is iura Genuen-
ſium hactenus perpẽdit; ceſſat ergo quòd in dubio volue-
rit vti hac poteſtatis plenitudine.

Non ob. vltimum quod malè creditur ſolidũ fundamen
tum ob nõ oppoſitam debito tempore declinatoriã, pro-
rogatam cenſeri Imperatoris iuriſdictionem; quia reſpõ-
148 detur primò † ſatis ſuperq; oppoſitam fuiſſe declinatoriã,
cùm qualitatem illam iuriſdictionis fundatiuam negaue-
rint Genuenſes, negarunt enim feudum hoc eſſe Imperij,
ob ergo negatam qualitatem iudex ordinarius, vel alius
compętens, non Imperator, qui ſe feudi dominum facit,
cognoſcere debet, vt docuit Marian. Soci. Sen. in c. ex trãſ-
miſſa. col. 4. verſ. quartò limitatur. de fo. cõp. Feli. in cap.
ſuper literis. nu 24. verſi. fallit quartò, de reſcri. Reſpon-
149 detur ſecundò, ob illam† negatam qualitatem, qua ſe Im-
perio ſuppoſitos negarũt ſe exemptos, ac ab omni nexu
liberos affirmantes, ſatis dr̃ oppoſita declinatoria, ideó-

que non potuit vlterius Imperator cognoſcere. Alex. cõſ. 1. nu. 11. lib. 5. Soc. Sen. conſi. 187. col. vlt. verſi. præterea ne gatur. lib. 2. Feli. d. c. ſuper literis, nu. 27. verſi. fallit ſeptimò, de reſcrip. Dec. c. ad audientiam. nu. 4. de appe. & verè Felin. & cæteri in noſtris his terminis loquuntur. cùm ergo Imperator hac in cauſa cognoſcere non poſsit, nullo modo illius iuriſdictio prorogata dicitur, vt egregiè docuit Curt. Iun. in l. 2. nu. 22. 23. ff. ſi quis in ius voc. nõ ierit.

Nec eſt quòd obijciatur oppoſitas has exceptiones ab Imp. reiectas fuiſſe, quia reſpõdetur ab ea reiectione fuiſ-
150 ſe appellatũ, qua pendente † noui nihil fieri moliriue debuit, integro illo tit. C. nil nouari appel. pend. Deci. in l. 4. col. 1. C. de bono. poſſ. ſecundum tab. & alibi ſæpiſsimè. Ceſſant ergo difficultates omnes ex quibus dubio procul in primo hoc articulo eſt concludendum, Imperatorem noſtrum Sereniſsimum non eſſe iudicem huius cauſæ competentem, ob id non poſſe in hac controuer-
151 ſia aliquam ferre † ſententiam, quæ ſi ferri ab eo contingeret, vt ab incompetenti iudice lata, nulla eſſet, ſemperque de nullitate obijci poſſet, vt integro illo titu. C. ſi à non compe. iud. clarè in his ferè terminis noſtris Socin. Sen. conſi. 27. colum. 3. verſi. aut volumus, lib. 3. qui ex gl.
152 in clem. 1. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. aſſerit hanc † nullitatem non cenſeri à ſtatuto reiectam cæteris omnibus reiectis. latè & pulchrè Sebaſt. Vantius tract. nullitatum, titulo, de nullitate ſententiæ ex defectu iuriſd. ordinariæ. nu. 3. 4. adeò Corſet. in ſuo ſing. in verbo, ſtatutum, incipit, ſtatuto cauetur, & c. Dec. conſi. nu. 6. conſi. 58. nu. 7. conſi. 360. num. 1. & conſi. 520. in fi. Pariſ. conſi. 45. nu. 28. libr. 1. conſil. 24. num. 102. lib. 2. qui alios deinde plures citant, oſtendũtque quàm ſit huius nullitatis defectus. His ſatiſfactum credo primæ dubitationi.

SEcunda propoſita dubitatio eſt; an rectè Marchio Finarij propoſuerit remedium reintegrandæ poſſeſsionis: qua in re videbatur, vt illam paucis abſoluã, prima (quod aiunt) facie dicẽdum rectè ab eo inſtitutũ fuiſſe.
153 Primò, quia hoc † remedium dicitur cæteris pinguius, vt quàmplurimi ex noſtris affirmarunt. Abb. in c. cùm ad ſedem, nu. 26. de reſti. ſpol. Caſtr. conſi. 105. in quæſtione, quæ ſperatur moueri, col. 2. verſi. quantum verò, li. 1. Cor. conſil. 62. num. 10. conſi. 329. num. 29. lib. 1. & conſi. 247.
* num. 13. lib. 2. quo loco * communem eſſe teſtatur, vt pariter docuit Rip. in c. ſæpe. num. 20. de reſti. ſpol. nec diſſentit Soc. in l. rem quæ nobis, nu. 3. ff. de acquir. poſſ. quam-
154 obrem ſpoliato cui † interdictum vnde vi conceditur, cõceditur fortius & remedium hoc, vt docuit Soc. d. l. rem quæ nobis. nu. 3. & alij omnes d. c. ſæpe, & alibi ſæpe. cùm ergo Illuſtriſſ. hic Marchio ſpolitus fuerit, iuri hoc remedio, vt reſtituatur.

Secundò, ea ratione in hanc opinionem quandoque adducebar, quòd remedium hoc adeò eſt generale, & amplum, vt ipſi Marchioni, etſi laico, pro re ipſa prophana
* recuperanda concedatur, cùm * crebrior ac verior eorum
155 ſententia videatur, qui affirmarunt † remedium dicti canonis, etiam laico concedi, vt teſtatur Soc. & Iaſ. in d. l. rem quæ nobis, ille num. 4. iſte num. 20. eõque loco affirmauit Alex. ſic in foro ſeruari, teſtatur & communem Rip. in c. ſæpe, nu. 21. de reſt. ſpol. Dec. conſil. 252. nu. 1. Rub. conſil. 4. num. 1. 2. & in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 67. vbi Ioannes Coraſius in ſecunda parte, num. 139. ff. de acquir. poſſ. cæteros ſciens prætereo.

Tertiò hoc remedium potuiſſe ab Illuſt. Marchione, etiam hoc caſu moueri, quo Genuẽſes ſe cum titulo & bona fide poſsidere ex laudo Anto. Adur. dicunt, ex eo de-
156 monſtrari ſatis videtur, quòd hoc † remedium ſpoliato etiam contra poſſeſſorem cum titulo & bonafide cõ
* ceditur, vt * crebrior ac verior vñ noſtrum interpretum opinio, vt apud Abba. c. cùm ad ſedem, nu. 26. de reſtit. ſpo. Alex. l. rem quæ nobis. nu. 8. de acquir. poſſ. quo loco affirmauit, ſic ſe ſæpius conſuluiſſe ac obſeruari vidiſſe, & verè conſuluit, vt eſt in eius conſil. 51. nu. 1. lib. 1. conſ. 117. nu. 3. conſi. 200. nu. 8. lib. 2. Com. conſi. 56. nu. 4. lib. 2. qui hanc eſſe communem teſtatur, quod fecit & Ia. in d. l. rem quæ nobis. num. 19. & conſi. 72. col. 1. lib. 4. Soc. Sen. conſ. 18. col. 12. ver. tertium remedium, & conſi. 89. in fin. lib. 1. Riminal. conſi. 67. nu. 7. conſ. 98. num. 76. lib. 1. Afflictus deciſ. 361. num. 63. Dec. conſil. 57. col. vlt. conſi. 136. in fin. & conſi. 252. in fi. Soc. Iun. conſi. 34. nu. 12. lib. 3. Alc. reſp. 388. nu. 2. Plotus l. ſi q̃ñ. num. 66. C. vnde vi. cæteros ex induſtria ſilentio inuoluam: dubio procul ergo huic Marchioni licuit hoc vti remedio.

Quartò al vltimò, in hanc ex eo quãdoque ducebar ſententiam, quòd animaduerterim ex latere Marchionis inſtitutum fuiſſe ſummarium proceſſum, notoriúmque ſpo
157 lium deductum, quo fit, vt ceſſare omninò debeat † ſolennitas proceſſus, ex ſententia Abba. in c. quia clerici, num. 4. de iure pat. vbi affirmat, poſſeſſorem poſſe de facto priuari & ſpoliari, cùm notoriũ eſt, eum in re ius minimè fouere. quod tradunt & cæteri in l. ſi pacto quo
158 pœnam. C. de pact. quod fortius hic procedit, vbi † coram Cæſare ſupremóque iudice agitur, qui nullum iudiciarium ordinem obſeruare tenetur, Bald. in c. 1. ſi de inueſt. inter dom. & agnat. vaſal, & c. & in l. reſcripta. C. de precib. Impe. offer. Reſtaur. Caſtal. tract. de Imperat. q. 110. in 18. caſu. Gram. deciſ. 69. num. 31. Bello. conſ. 93. num. 7. Neuiz. conſi. 26. num. 1. conſi. 80. num. 39. & conſi. 97. nu.
159 10. quinimmo, non cogitur † ſupremus Princeps iudicare ſecundum acta & probata, ſed propriam ſequi poteſt cõſcientiam, ſic reſpondit. Dec. conſi. pen. num. 16. Alcia. in cap. j. num. 89. de offic. ord. & reſp. 256. nu. 7. & Dicac. li. j. varia. reſol. c. j. nu. 7. hinc egregiè docuit Baldus in cap.
160 2. de noua forma fidel. † Principi nõ conuenire per ambages & hos anfractus ire, cùm rei veritatem nouit. Hinc di
161 cimus, nullam iuris ſolennitatem, quæ apud † Imperatorem acta ſunt infringere poſſe, vt multis oſtendit Reſtaurus Caſtaldus in tract. de Imperat. quæſt. 110. in 19. caſu. ſine dubio ergo omni ſolennitate reiecta, rectè iudicium hoc reintegrandæ apud Imperatorem tractari videtur.

Cæterùm, re ipſa longè meliùs perpenſa ac excuſſa, contrariæ ſum opinionis, perperam inſtitutum fuiſſe hoc reintegrandæ iudicium; quod vt dicam, multis adducor rationibus, argumentiſque.
162 Primò, quia vt huic † remedio locus ſit, duo debent concurrere extrema (vt in motiuo dicitur) ex latere actoris, poſſeſſionis priuatio, ex latere verò conuenti poſſeſſio de
* præſenti, ſic * vno ore noſtri affirmarunt, vt eſt apud Abba. in c. ad ſedem, nu. 28. de reſti. ſpol. Soc. in l. rem quæ nobis. nu. 16. de acq. poſ. Alex. conſi. 6. num. 5. lib. 3. conſi. 89. num. 8. lib. 5 Goza. conſi. 99. num. 5. Pariſ. conſi. 98. num. 24. lib. 2. Rub. conſi. 4. num. 10. Neuizan. conſil. 68. num. 11. ſed in noſtro hoc caſu vtrunque extremum deficit. Deficit. n. primum illud extremum; quia verè Illuſtriſſimus hic Marchio non fuit ſpoliatus ab excelſa hac Genuenſium Republica, cùm is ſua ſponte Caſtri poſſeſſionem in ſequeſtro poſuerit, vt infra ſtatim dicemus. deficit
163 & ſecundum extremum, quia reſpub. † non poſſidet, ſed ſequeſtrarius, apud quẽ Caſtrum & cætera ſunt in ſequeſtro poſita. hoc probat. tex. l. licèt. §. res. ff. depoſiti. Sali. in l. 1. num. 2. C. de prohib. ſequeſtr. pecu. Vel ſi ſequeſtrarius non poſſidet, poſſidet ipſemet Marchio, qui cùm iam an-
164 te ſequeſtrum poſſideret † ex ſequeſtro voluntario poſſeſſionem nec amiſiſſe, nec in aliũ tranſtuliſſe dr. ſic Curt. Sen. in l. vnica. nu. 64. C. de prohibi. ſequeſtra. pecun. & clarius Aret. in l. intereſſe. ff. de acquir. poſ. quem ſecutus eſt Coragus lib. 3. Miſcella. iuris, c. 2. num. 15. & tacito Aretino idem placuit Vldarico Zaſ. in 2. part. Antino. diſſolu-
165 tionum, nu. 4. ſic † conciliantes, d. l. licet. §. res, cum d. l. intereſſe, & in claris terminis, quando dominus feudi poſſeſsionem apprehendit, non, vt tanquam propriã habeat, & fructus inde colligat, ſed vt apud aliquem cuſtodiæ cã reponat, quò facilius inter eum & vaſallum finiatur, &
166 controuerſia terminetur, † vaſallum poſſeſsionem non perdere ſcribit Modern. Pariſ. in conſuet. Pariſien. ti. 1. §. 1. gl. 4. num. 16. 17. 15. quod factum & obſeruatum hoc in caſu videmus. Nec ad rem confert, quod in motiuo ob-
167 ijcitur: contra Remp. ſaltem hoc † remedio ad cõſequendam æſtimationem agi potuiſſe, iuxta textum l. 1. §. ex interdicto. & l. ſi vi me, de vi: & vi ar, & docuit Abb. in c. conquerente. nu. 13. de reſtit. ſpoli. quia reſpondetur primò illud procedere in ſubſidium, cùm res à poſſeſſore recuperari non poteſt, vt tradũt ac declarant Bar. & Doct. in l. cùm à te. ff. de vi & vi arm. Rip. in c. ſæpe. nu. 8. de reſtit. ſpol. Io. Coraſius. l. naturaliter. §. nihil commune, 2. parte, num. 114. de acquir. poſ. ſed in caſu noſtro non conſtat Marchionem à ſequeſtrario poſſeſsionem conſequi non poſſe, quare ſubſidiarium remedium hoc ceſſat. Reſpondetur & ſecundò iudicium hoc non ad hunc finem fuiſſe motum, vt æſtimatio ſoluatur, ſed ad hoc, vt poſſeſſionem recuperet, etſi malè, relata ratione.





Secundò, dato (non tamen conceſſo, ex ſequeſtro in
168 Remp. tranſlatam eſſe poſſeſſionem, adhuc tamẽ † recuperandæ hoc remedium contra Rempub. moueri non potuit, cùm ſua cauſa & facto poſſeſſionem amiſerit Mar-
* chio, vt hanc eſſe * communem Doctorum ſententiam teſtatur Ripa in c. ſæpe, nu. 27. de reſti. ſpol. cui addo Soc. l. rem quæ nobis. num. 8. de acq. poſ. Ruin. conſi. 47. num. 5. conſi. 49. num. 9. lib. 4. Marſil. in ſing. 600. Brun. conſil. 21. nu. 2. 3. Pariſ. conſi. 1. num. 164. lib. 1. Soc. Iun. conſi. 47. num. 14. & conſi. 48. num. 6. lib. 2. Neuiz. conſil. 79. num. 24. 53. & Plot. l. ſi quando. num. 71. C. vnde vi. Nec eſt, quod obijciatur Marchionem fuiſſe ſpoliatum ob factum iniuſtum Genuenſium, qui metu adhibito effecerunt, vt coactus ſequeſtro conſentiret Marchio, quo fit vt Marchioni ſit hoc remedio ſuccurſum, ex Bart. ſententia in l. de pupillo. §. meminiſſe. nu. 8. de oper. no. nunt. & clarè Ruin. conſi. 37. num. 8. 9. lib. 4. Licet ergo conſenſerit
169 Marchio, illa fuit † voluntas coacta. quæ non vera, ſed im propria voluntas dicitur. gloſ. l. ſi mulier. §. vlt. ff. quod metus cau. Iaſ. in l. qui in aliena. §. Celſus. nu. 35. ff. de acquir. hæredit. Dec. l. velle non creditur. nu. 4. de reg. iur. Quoniam vno verbo reſpondetur, agẽdum fuiſſe priùs re
170 medio reſciſſorio, cùm omnis † actus per metum geſtus regulariter valeat, licet reſcindi poſſit, vt docuit Cardin. in cle. 2. §. ſanè. 3. oppo. pœn. & Felin. in c. præterea. num. 35. verſi. quinta & vltima concluſio. de ſponſ. & conſulti ſic reſponderunt Signo. conſi. 75. num. 22. & Anch. conſi. 382. in princ. & latius infrà in ſequen. art. dicemus, vbi demonſtrabimus ſpoliatum per vim compulſiuam non eſſe ante omnia reſtituendum.

* Tertiò, ex eo in hanc adducor ſententiam, quòd * cre-
171 brior & verior eſt interpretum opinio, † remedium reintegrandæ non concedi contra poſsidentem cum titulo & bonafide, cùm is immediatè malæfidei poſſeſſori non ſucceſsit. ſic hanc ſecuti ſunt ſententiam Bar. Ang. & Imo. in l. rem quæ nobis, vbi Soc. num. 12. verſic. aliquando quintò & vltimò. ff. de acquir. poſ. idem Soc. Sen. conſ.
172 266. col. 6. verſ. ſecundò eadem concluſio, lib. 2. † Alexa. con. 118. li. 1. conſ. 89. nu. 7. conſ. 90. li. 5. qui parum ſibi ipſi conſtãtes hãc pbarunt, quod fecit, & inconſtans Corn. conſ. 18. num. 11. conſi. 62. num. 10. conſi. 329. nu 30. lib. 1. & latè conſi. 287. num. 7. lib. 2. Calc. conſi. 116. col. 2. verſi. ſed & tertiò. Ancha. conſi. 310. col. vlt. verſi. iſta enim iura, Iaſon conſi. 21. col. 1. verſi. ſecundò reſpondetur. lib. 3. Ruinus conſi. 49. nu. 11. lib. 4. Riminal. conſil. 238. num. 10. lib. 2. Rip. in d. l. rem quæ nobis. num. 27. ubi Alcia. num. 8. de acquir. poſſ. Rub. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 71. 72. de acquir. poſ. idem conſi. 4. col. 2. & conſi. 167. nu. 9. veram hanc eſſe & communem teſtatur Pariſ. conſili. 1. num. 166. lib. 1. & ſibi parum conſtans Soc. Iun. conſi. 47. nu. 25. conſi. 48. in fi. lib. 2. Brun. conſi. 19. col. vlt. conſi. 21 col. 1. Gozad. conſi. 28. nu. 36. Nat. conſi. 88. in fi. lib. 1. nõ refero illorum rationes veras & ſolidiſſima fundamenta quæ præſertim diligenter perpenduntur à Socin. Seni. d. conſi. 266. col. 6. & 7. lib. 2. cùm ergo huius Marchionatus partem cum titulo iuſto ac bonafide poſsideat Genuenſium Reſp. ex laudò ſcilicet Antonioti Adurni per annos centum pluſque obſeruato, ſequitur perperàm contra eam eſſe intentatum iudicium hoc. Nec eſt quod obijcia tur, laudum illud nullum fuiſſe, cùm de feudo inalienabili
173 † compromitti non potuerit, Iſern. in c. 1. §. 1. nu. 3. de lege Conrad. Abb. c. cum tempore. nu. 5. de arbi. Soc. Sen. con
174 ſil. 87. col. 3. Iaſ. conſ. 168. col. pen. lib. 4. quare † ſi titulus eſt nullus, retinere eam poſſeſsionem Genuenſes nõ poterant, ex egregia doctrina Alciati reſp. 408. nu. 7. & Natæ conſi. 289. nu. 2. lib. 3. quia reſpondetur dupliciter, primò compromitti potuiſſe, vt latiſsimè oſtendemus infra in quarto articulo. Reſpõdetur ſecundò, in remedio ipſo reintegrandæ ſuper validitate tituli ſufficere, ſi hoc caſu
175 de titulo † colorato conſtet, vt in titulo rei beneficiariæ
176 dicimus, qui † cum feudali à pari procedit. Dec. conſi. 76. Gomeſ. ſuper regula Cãcell. de annali poſſeſſore, in præfatione, tradunt Caſtren. conſil. 254. Ad confirmationem eorum quæ. colum. 2. verſi. ſuper tertio artic. lib. 1. in antiq. Caſſad. in ſuis deciſ. in tit. de reſtitu. ſpo. deciſ. 1. Rebuffus in commentariis Regiarũ conſt. tom. 3. tit. de cauſis poſſeſſ. benef. art. 1. glo. 1. nu. 1. 2. ſufficit itaque is titulus ad poſſeſsionẽ ipſius feudi retinendã, vt ſufficit in beneficialibus. Accedit præterea Alciati & Natæ ſententiã non ſatis eſſe tutã, cũ multis validiſsimis rationibus ab eis nõ animaduerſis, Afflictus in c. 1. §. illud quoq; num. 14. 15. de prohib. feud. alienat. per Frider. contrariam tueatur.
177 Quartò, vt huius ſim ſententiæ, me illud non parum mouet, quòd inter alia, dum actor recuperandæ † remedio experitur, deducere debet poſſeſsionem conuenti reſpectu ſuæ eſſe clandeſtinam, ſic reſpondit Alex. conſil. 91. nu. 2. 3. libr. 5. Dec. conſil. 57. col. vlt. Ruin. conſil. 49. nu. 13. lib. 4. & alibi ſæpe, ſed in caſu hoc noſtro neſcio videre, quomodo qualitas hæc Genuenſ. Reip. conuenire poſſit, cùm iuſto titulo ac per multos annos Marchioni-
178 bus conſentientibus poſſederit: ſi ergo † qualitas nõ conuenit, nec diſpoſitio l. 4. §. toties. ff. de dam. infec. & ita argumentatur in his terminis Curt. Iun. conſi. 17. col. vlt. verſ. duodecimo. Pariſ. conſ. 12. nu. 9. lib. 4. ſatis ergo ſupérque intelligimus malè hoc caſu motum fuiſſe reintegrandæ remedium.

Quintò & vltimò, vrget illud plurimum, quòd cùm Reipub. licuerit ob oblatam ſibi occaſionem, occupare iure ſuæ ciuilis poſſeſsionis, quam ſemper retinuit, vt iam diximus, & latius in ſubſequenti articulo attingemus, ſe-
179 quitur non incidiſſe in pœnam interdicti vnde vi, † cùm vim non dicatur committere, qui amiſſam poſſeſſionem ſtatim recuperat. l. 3. §. eum qui. ff. de vi & vi ar. & tradit Iaſ. in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. num. 25. de acquir. poſſ. Decius conſi. 460. num. 17. Ruinus conſ. 38. nu. 1. conſi. 42. num. 2. 3. conſi. 43. num. 2. lib. 4. Crauc. conſil. 4. nu. 8. 9. Neuiza. conſi. 82. num. 10. & ſatis dicitur incontinenti cùm potuit recuperare ratione qualitatis rei & perſonarum, vt annotarunt Abb. in c. vltim. num. 11. extra de ord. cog. Rub. l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 158. de acq. poſſ. egregiè admodum in terminis noſtris ſic reſpondit Ruin. conſi. 42. numer. 7. lib. 4. qui optimè declarat. cùm ergo Genuenſis Reſpub. variis cladib. affecta fuerit, ita vt non ei licuerit hactenus recuperare huius Marchionatus poſſeſsionem, & iura: ſatis incontinenti dicitur nunc oblata ſibi occaſione. quibus autem cladibus affecta fuerit Reſpu. nemo eſt, qui ignoret, fide optimorum auctorum, præſertim Nebienſis Epiſcopi, Leandri Alberti & aliorum ciuilia in ea maxima viguerunt bella, foris dimicandum fuit, cum Reip. loca maritima, præſertim ſine quibus Reſp. eſſe non poteſt occuparentur, vt Sauona, Sardinia, Corſica, & ſimilia, quibus præſto eſſe opus omnino fuit, cùm ab illis totius Reip. ſalus penderet, quo fit, vt obijci Reip. non poſſit, quòd quemadmodum bellum in alios pararunt, eáque amiſſa recuperarunt, ſic potuiſſe recuperare Marchiam Finarij, ſi propriam iure ſaltem directi dominij credebant; quia iam ſatis intelligimus, Genuenſium negligentiæ ſcribendum non eſſe, ſi quæ magis neceſſaria erant & opportuna recuperarunt. Nec dicatur fuiſſe in facultate Reip. via iudiciaria contra hos Marchiones experiri, eáque via recuperare amiſſam poſſeſsionem, iuxta declarationem Pariſ. conſi. 24. lib. 1. Rubei conſi. 13. Quia reſponderi multis poteſt modis, procedere hoc poſſe, quando Reſp. poſſi-
181 dendi animum depoſuiſſet, ſicque ciuilem poſſeſsionem non retinuiſſet; ſed poſteaquam † ciuilem retinuit, ſua manu naturalem occupare potuit. l. clam poſſidere. §. qui ad nũdinas, & ibi Iaſ. nu. 23. ff. de acq. poſ. & tradunt Abb. conſil. 78. nu. 5. Pariſ. conſ. 24. nu. 19. lib. 1. quam ſanè ciuilem etiam amiſiſſet, ſi iudicem adiuiſſet, vt affirmarunt Bald. & poſt eũ Iaſ. in l. clam poſſidere. §. qui ad nũdinas, nu. 13. de acquir. poſſ.

Reſpondetur ſecundò, via iudiciaria ſatis ſuccurſum non fuiſſe Genuenſibus, ſine magno ſuo detrimento: nam adire Imperatorem nõ licebat, ne ab illius iuriſdictione, liberi & immunes in eum conſentirent illiusq; prorogarent iuriſdictionem iuxta l. ſi conuenerit. ff. de iuriſd. omn. iud. Nõ quoq; Marchiones Finarij ſub ſuis ordinariis poterãt conuenire, cùm iam clarum ſit eos cepiſſe recognoſcere Imperium, ſicque Reip. ſuperioritatem ſpernere, ita vt
182 fruſtra † is citandus ſit, qui certò venire negabit, negauitque. gl. in l. vlt. vbi Bart. num. 11. verſi. redeo ad primum. ff. de int egr. reſt. & in l. tres denuntiationes. C. quomodo & quan. iud. Iaſ. l. properandum. §. 1. numer. 9. C. de iud. Boer. in rep. l. conſentaneum, numer. 54. 56. C. quomodo & quan. iud. vbi latè & in noſtris terminis eſt text. vbi Iſern. & cæteri in cap. 1. de mil. vaſallo, qui contumax eſt. eſt. & egregiè ſcribit Iacob. à S. Georgio in inueſtitura feudali, in verbo, & dicti vaſalli pro dictis rebus feudalibus, & c. col. 10. verſi. ſed ponamus quòd vaſallus & c. cũ

ergo Reipu. licuerit propriam poſſeſsionem recuperare,
ſequitur tanquam ſpoliatricem , aliquo recuperandæ
poſſeſſionis remedio conueniri non potuiſſe, & ob id
malè contra eam inſtitutum fuiſſe hoc reintegrandæ iu-
dicium.

Non obſtant nunc in contrarium adducta, quibus ſa-
tis ( mea ſententia ) ex iam relatis fuit ſatisfactum ; ſed in
ſpecie ſigillatim reſpondeo.& ad primum dico,non vrge
re contra Remp.ſed potius contra ipſum Marchionem,
ſicque retorquetur : Marchioni non conceditur interdi-
ctum vnde vi, (vt diximus ) ergo nec remedium reinte-
grandæ,quod eſt ad illius confirmationem editum:quòd
enim in vno,ſic & in altero exigitur,actorem ſcilicet ſpo
liatum eſſe& reum ſpoliatorem poſſidere,quæ hoc in ca-
ſu ceſſant.

Non obſtat ſecundum, quia reſpondeo primò verio-
183 rem eſſe contrariam ſententiam,cap.reintegrãda,†reme-
dium clericis ſolùm pro poſſeſſione rerum eccleſiæ re-
cuperanda concedi,vt eam tuentur multi à Ripa relati in
cap.ſæpe,num.21.de reſtit.ſpol.qui & ipſe pariter in hac
opinione fuit: ſic Francus diſputatione , de petitorio &
poſſeſſorio,in 1.dub.num.17. latè Corn. conſ.18.nume.9.
conſil.35.num.31.conſil.329.nu.30.lib.1.& alibi ſæpe, Al
ciat. in l.rẽ quæ nobis,nu.6.ff.de acq.poſ. quorũ ſenten-
tia veriſſima eſt,& ſi operæpretiũ nunc eſſe non credam
eorũ ſolidas rationes recenſere.Reſpondetur ſecundò, da
to quòd relata opinio ſit hac noſtra verior,adhuc intelli-
gitur concedi hoc remedium,quando concurrunt, quæ
concurrere neceſſariò debent,vt huic remedio locus ſit,
quæ cùm hìc deficiant (vt iam oſtendimus) remediũ hoc
ceſſare omnino debet.

Non obſtat tertium,quia ſuprà fuit demonſtratum, ve
riorem eſſe & crebriorem opinionem, remedium hu-
ius canonis non dari contra poſſeſſorem cum titulo &
bona fide.

Non obſtat vltimum,quia falſum eſt illud præſuppoſi-
tum,hîc notorium ſpolium eſſe factum:reſpõdetur enim
non modò ſpoliationem notoriam non eſſe , immò nec
ſpoliationem aliquam eſſe factam,vt iam diximus.rurſus
retorquetur,quod dicitur cauſam coram Cæſare , ſicque
iudice ſupremo tractari , ob id reiecta omni exceptione
184 Marchionem eſſe reſtituendum,nam ſi cauſa†coram Cę-
ſare tractatur, & apud eum inſpecta ſola veritate facti ꝓ-
ceditur,iuſtè dominij exceptio,vt priùs de cauſa dominij
cognoſcatur,obiici poteſt.ſic egregiè affirmarunt Dec.
conſi.449.nu.21.Rube. conſ.4.nu.12. Cra.conſ.299.col.
pen.verſ.quartò reſpondeo,& in ſpecie ſic coram Cæſare
obſeruandũ eſſe reſpõdit eruditiſſimus Alciatus reſpon.
256.nu.17.& infrà in ſequenti articulo attingemus. His
cõcludo Marchionẽ perperam iudicium hoc reintegran-
dæ inſtituiſſe.

Tertia dubitatio eſt, vtrum in hoc controuerſo iu-
dicio , liceat petitorij cauſam cum poſſeſſoria cu-
mulare , ſicq; an excelſæ Reip. conuentæ aduerſus
Marchionem actorem dominij exceptionem obiicere
liceat. Et prima (quod aiunt ) facie dicendum videbatur,
petitorij cauſam minimè tractandam eſſe, nullamque
dominij exceptionem obiici poſſe.Satis enim Marchio-
nis ſpoliati intentio ex communis iuris regula fundata,
185 videtur,†ſpoliatum ante omnia reſtituendum eſſe. leg.
1.§.ff.de vi & vi arm.l.ſi quis ad ſe fundum. C. ad l.Iul.de
vi.l.ſi coloni.C.de agr.& cenſitis.lib.11.cap. reintegran-
da.3.q.1.quod ea ratione procedit,vt violentus occupa-
tor,qui ſua manu ſibi iuſdicere non erubeſcit,comprima
tur.l.j.C.quando liceat vnicuique ſine iud.ſe vin.quare&
186 ſpoliatus†prædo reſtituitur ante omnia.c. in literis,in fi.
de reſtit.ſpol.l.colonus. §.cùm fundum.ff.de vi & vi ar.
Ripa in l.naturaliter.§.nihil commune, num. 47.verſic.
ſecundò amplia.ff.de acq. poſſ. immò reſtituitur ante o-
187 mnia,†qui iudicis auctoritate ſpoliatus fuit, nec obiici
ei tunc poteſt aliqua dominij exceptio.l.meminerint.C.
vnde vi.vbi Bart.&cæteri.Abb.in c.dilectus filius,vltim.
not.& ibi Felin.num.1.verſic.fallit primò.de reſcri.Rip.
d.§.nihil commune.num.59.Brunus conſi.22.numer.2.
188 immò ſpoliatus reſtituitur †etiamſi Principis auctoritate
ſpoliatus fuit;ſic Bald.reſpondit conſil.135.In cauſa egre
gij,in fin.lib.2.Iaſ.conſil.38.in fin. libr.3. Afflc. deci.361.
num.35.verſic. nec obſtat quarta ratio.immò non audi-
189 tur ſpoliator†ſuper dominij exceptione,etiamſi eam in-
continenti vellet probare,vt probat tex.in l. j. C. ſi per
uim vel alio modo.c. 1.vbi Doct.de reſti.ſpol. Alex.l.na-
turaliter.§.nihil commune,num. 20.& ibi Ripa num.52.
ff.de acq.poſſ.Craue. conſi.322.colum. 2. Pariſius conſi-
lio 1.numero 165.lib. j.Roland.à Valle conſilio 1.nume-
ro 26.cæteros ſciens prætereo. Concludendum ergo vi-
detur nulla ratione eſſe cumulandum petitorium cum
poſſeſſorio , ſed Marchionem eſſe ante omnia reſti-
tuendum.

Re tamen ipſa diligentiſſimè perpenſa , contrariæ ſum
opinionis, cauſã petitorij poſſe hoc in caſu tractari, ſicq;
Genuen.Rempublicam aduerſus Marchionem dominij
exceptionem obiicere poſſe.Quod, vt dicã, multis addu-
cor rationibus & fundamentis.

190 Primò,quia hæc cauſa apud † ſupremum iudicem Cæ-
ſarem tractatur, qui in ea procedere poteſt & debet om-
ni ſolennitate iudiciaria reiecta, vt paulò ante diximus.
Et præſertim , cùm ſic ab ipſo Marchione petitum fuerit,
vt docuit Bartol.in leg.1.C.vt quæ deſunt aduocat.part.
iud.ſuppl.Felin.in capitul.Paſtoralis,numer. 23.de offic.
delegati. Quo fit , vt non ſola cauſa poſſeſſorii , ſed pe-
titorii & poſſeſſorii ſimul diffiniri debeat, ſic ſenſit clarè
Decius conſi.449.numero 21.Rubeus conſil. 4. numero
12.Craue.conſil.259.colum.pen.verſ.quartò reſpondeo,
& ſenſit Neniz.conſil.97.num.12.& in ſpecie, cùm cauſa
coram Cæſare tractatur,dominii exceptionem eſſe diffi-
niendam,reſpondit Alciatus reſp.256.num. 7. Dubitaui
tamen aliquando de veritate huius ſententiæ:ſed à tan-
torum patruum auctoritate recedere,tutum an ſit,planè
nunc ignoro.

191 Secundò ex eo adducor,quòd†iam à principio ipſius li-
tis cõſenſit Marchio,vt de vtroque cognoſceretur; quod
acta ipſa clarè teſtantur, & præſertim ex conſenſu præſti
to decreto Cæſareæ Maieſtatis ſub die 21. Nouembris;
quo fit , vt non liceat amplius pœnitere & retrocedere:
ſic probat c.1.de reſt. ſpolia. & ibi clarè Abb. 3. notab.
Bero.nu. 20.Decius conſi.184.colum. vltim. Ripa §.ni-
hil commune,num.72. quod fortius procedit etiamſi eſ-
ſemus in executione iam latæ ſententiæ ſuper reſtitutio-
tione poſſeſſionis quia ſi patiatur actor reum ſuper do-
minii cauſa probationes afferre,ſibi præiudicabit,ſic egre
giè reſpondit Natta conſi.289.num.12.lib. 2. Ex quo ap-
192 paret,huic argumentationi non aduerſari textum †c.pa-
ſtoralis,de cau.poſ.& propriè.qui loquitur quando actor
is eſt,qui & petitorium & poſſeſſorium proponit.nam in
ſua facultate eſt ſuſpendere petitorium , ante concluſum
tamen in cauſa,& ſolùm procedere ſuper poſſeſſorio.di-
uerſum eſt in caſu noſtro, vbi cauſa poſſeſſorii ab illuſtriſ
ſimo Marchione actore,vti ſpoliato, cauſa verò petitorii
ab Excelſa Repub.vti conuenta, propoſita eſt : quo fit, vt
ſimus in caſu c.1.de reſti.ſpol. vt ſuprà diximus quam ex-
193 ceptionem,vt eliderct Marchio. † debito tempore pro-
teſtari debuit,& ita proteſtari, vt ei neceſſe fuerit appella
re ab illo interpoſito decreto Cæſareæ Maieſ.hæc fuit ſen
tentia Aretini in leg.naturaliter.§.nihil commune. num.
10.de acqui.poſ.Feli.in c.inter monaſterium.nu. 25.ver.
tempora tamen hanc octauam,de ſenten.& re iudi. Cra-
uet.conſil.238. num.4.& conſil.302.colum.penult.verſi.
ſed dicet aliquis. Ex quibus etiam ceſſat,quod in quar-
ta reſponſione in motiuo relata dicitur, licitam eſſe hanc
194 pœnitentiam†etiam poſt litem conteſtatam, ex Bartolo
* dict.§.nihil commune,vbi Rip.numero 361. * commu-
nem teſtatur. quia primò Bartolus aliter ſenſit,quàm ci-
tetur, cùm is affirmet ante litem conteſtatam ſpolii ex-
ceptionem ad impediendum petitorii iudicium,obiiciẽ-
dam eſſe, & cum eo legiſtæ crebriore calculo tranſeunt,
addo Ang.in l.inuaſor.in fin. C. vnde vi.& Didac.libr.1.
varia.reſol.cap.16.num.13.verſicu. ego verò,qui egregiè
diſtinguit,& affirmat Bartol.ſententiam procedere,quan
do ante intentatum petitorium cauſa ſpolii ſuberat,vt no
ſtro hoc caſu.addo & Capicium deciſ. 13. nu.3. Secundò
(vt ſtatim dixi)procederet , quando Marchio ipſe iudiciũ
mouiſſet petitorium,& Reſp.vt conuenta obiiceret cau-
ſam ſpolii,ſed totum è contra eſt in caſu noſtro,vbi poſ-
ſeſſorium eſt à Marchione motum,& à Rep.oppoſita do
minii exceptio, quæ cùm reiecta ac cõtra eã proteſtatum
non fuerit,ſuper vtroque eſt procedendum. d. c.1.de re-
reſtit.ſpol.

Tertiò , vt huius ſim opinionis , ex eo adducor , quòd
iam ſæpius eſt dictum,ciuilem poſſeſſionem ſemper fuiſ-
ſe apud Remp.iure directi dominii poſſidentem. quam
ciui-



ciuilem nunquam amiſit , cùm recuperandi animum de-
poſuerit nunquam , & ob id oblata occaſione recupera-
195 uit:quò ſic ſtãte ſequitur: quòd cum ratione † ciuilis poſ-
ſeſſionis ab ea cauſa petitorij fuerit propoſita , & ratione
naturalis poſeſſionis cauſa poſſeſſorij à Marchione, ſuper
vtroque erit procedendum, hæc fuit Bartoli ſententia in
leg.naturaliter.§.nihil commune.numer.23. verſicul. aut
proponitur iudicium,vbi Iaſon numer.135.& clarius ibi-
dem explicat Rubeus num.304.dum citat & gl.l. 3.C.vbi
in rem actio & ſi aliqua eo loco Rubeus in contrarium
moueat.

Quartò , adducor ex eo, quod ferunt,& in actis allega-
tum fuit (abſit tamen,vt ipſe verum hoc eſſe credam, in vi
ro tam exceiſo & magni nominis ) Marchionem hunc Il-
196 luſtriſſimum fuiſſe † expulſum & deiectum ob Tyranni-
dem,quam in ſubditos exercebat grauiſſimam , quo ſit,vt
ſic expulſus reſtituendus minimè ſit ante omnia,ſic Mar-
tinus Laudenſis tracta.de Principibus.q.70.Ripa in l.na-
turaliter. §.nihil commune,numer. 90.de acquir. poſſeſ.
Boe.q.304.col.pen.& vltima. Alciat.reſponſo.450.num.
25.verſic.ſecundus caſus : nec diſſentit Lucas à Penna in l.
ſi coloni.q.12.C.de agricol.& cenſitis lib.11.eſt enim om-
197 ninò priuandus feudo† vaſallus , cùm malè ſe habet cum
ſubditis.Bald.in cap. 1. §. publici latrones,de pace tenen.
Alex.l.diuortio. §.ſi feudum. col. 2. ſoluto matrimonio.
Curtius Iunior conſil. 137. numero 4. Afflictus deciſione
265.numero 72. Socinus Iunior conſilio 134.num.38.libr.
3. Nec eſt quòd obiiciatur Marchionem à Repub. priùs
198 debuiſſe † admoneri vt à Tyrannide abſtineret, iuxta tex
tum in c. 1. vbi glo. de milite vaſal. & reſpondit Curtius
Iunior dicto conſi.137. nu.20. Socinus Iunior dicto con-
ſilio 134. numero 51. libro 3 . Boe. d. q. 304. numero 7. &
Moder. Pariſ.in conſuetudine Pariſien. tit. 1. §.2. glo.4.
numer. 14. quia reſpondetur primò , ex actis conſtare &
præſupponi fuiſſe monitum. Reſpondetur ſecundò non
fuiſſe hoc caſu neceſſe eum admonere , quia periculum e-
rat in mora, cùm ſubditi ita apud Rempubl. conqueſti
fuerint , quòd niſi adiumento ipſi forent , ſe velle omnia
Gallis, qui tunc non longè aberant prodere, & eis ſeſe
199 dedere, quare licuit Reip. † ſic occupare,quæ ob id non
cogitur ante omnia reſtituere , vt reſpondit Alciat. reſ-
ponſo 450.numer. 18. verſic. 3. eſt &c. Reſpondetur ter-
200 tiò,non ꝓcedere,quando † notoriè conſtat ſæpè&ſæpius
vaſallum malè tractare ſubditos . vt hìc conſtare dicitur.
ſic declarat Moder.Pariſ.d.§.2.glo. 4. num. 14. Reſpon-
detur & vltimò , non debuiſſe Rempubl. aliquo modo
Marchionem admonere , quia fruſtra id feciſſet , ex quo
certiſſimum eſt eum negaſſe hactenus & adhuc in præ-
ſentiarum negare,ſe Reip. Genuenſium ſubeſſe, nec feu-
dum ab illa recognoſcere ; non ergo fieri neceſſe eſt,
quòd factum non releuat , vt eſt apud omnes vulgatum.
probat l.aliquando.§.ſub conditione.ff.ad S. C. Velleia.
201 Hinc dicimus†eum non eſſe monendum,vt ad iudicium
veniat , cùm iam ſemel expreſsè negauit ſe iudicio com-
pariturum vt tradunt glo.& Bartol.in leg.vltim.de in in-
tegrum reſtitutione. & in leg. tres denuntiationes. C.
quomodo & quando iudex &c. & ſuprà diximus in ſe-
cundo articulo.

Quintò, vt huius ſim ſententiæ , me mouet plurimùm,
202 hîc agi de reſtitutione†Caſtri munitiſſimi , quo fit,vt ceſ-
ſet omninò poſſeſſionis reſtitutio ante omnia, quoniam
irreparabile afferri poſſet Genuenſibus præiudicium, qui-
bus non erit facultas iterum illud conſequendi , ſi in cauſa
petitorij pro eis ſententiam ferri contingat ; hæc fuit Ca-
ſtren. ſententia in leg.2. C. de edicto diui Hadria. tollen.
* quam* crebriore calculo noſtri veram affirmarunt,ſic A-
lex.l.naturaliter.§.nihil commune, numer.21. vbi Bolog.
numero 30.Ripa numero 75.Zaſius numero 60.ff.de acqu.
poſſ. Iaſ.conſi.60.nu.4.libro 1.conſilio 38.libro 3. Ruin.
conſilio 22.in fin.lib.1.conſilio 37.numero 1.3.conſilio 42.
numero 10.lib.4. Gozad. conſi.1. numero 12. conſi. 7. nu-
mero 6. conſilio 9. numero 69. & conſilio 10. numero
10. & nouiſſimè Roland.à Valle, qui in eodem caſu con-
ſuluit cum Gozad.is inquam conſi.1.num.79.hanc pariter
veram ſententiam affirmarunt Pariſ.conſi.1. numero 177.
conſi.10.numero 85.conſi.22.numero 99.lib.1.Rubeus.d.
§. nihil commune , nu. 146. & conſi. trigeſimo , numero
17.Boe. q.238. col.antepe. Franciſcus de Marchis. q.316.
numero 11. Neuizanus inter conſilia Bruni in con. 12.nu.
54. ex quorum dinumeratione ſatis conſtat , hanc eſſe
*receptiſſimam,quicquid aliter ſenſerint Imola, Aretinus
Horm. Detus,Seyſelius & Fabius.dict.§. nihil connume.
203 Quorum opinio niti videtur ex tex. in † ca.cùm dilectus,
de ordine cognitio.qui verè ad rem non facit,cùm ibi nõ
fuerit exceptum oppoſitúmve Caſtrum eſſe munitiſſi-
mum, ob idque reſtituendum non eſſe. quod ea ratione
fortè contingit , quia tale non erat , vt de facili poſſet re-
cuperari.

Nec eſt ꝙ Caſtrenſis & & ſequacium doctrinæ torquean-
204 tur,vt ſi diceretur†Caſtrenſem loqui, cum ſcandali timor
ſubeſt,qui ſanè timor noſtro hoc caſu ceſſat,ex quo iam-
diu iſti Marchiones hæc feuda pacificè poſſident, quia hìc
ſcandalum non leue conſideratur, nam ſi Caſtri poſſeſſio
reſtituatur Marchioni , & deinde contingat contra eum in
petitorio ſententiam ferri,ſi is parere nolet, Reſpub. indi-
cendo ei bellum,non regionis modò, ſed & hominum ma
xima inde oriri poſſet ſtrages , quod euitandum maximè
eſt,vt tradunt omnes in l.vlt.C.de edicto Diui Adria.tol-
len. & tradunt relati interpretes omnes vbi hac ratione
futurum ſcandalum conſiderant. Minus quoque ad rem
facit,ſi quis diceret Paulum Caſtren.ad propoſitum de Ca
ſtro munitiſſimo exemplum ſeſe non reſtrinxiſſe coarctaſ-
205 ſèque , cùm † exempla non reſtringant , ſed declarent. §.
hactenus.Inſtit.de grad.l.damni infecti , de dam. inf. quia
206 verius eſt † exempla declarare in quibus caſibus procedat
exemplatum. glo. l. nunquàm plura , de priuatis delictis,
Bello.lib.3.ſupp.iuris.ca.10.numero 1.& ideo Bald.in leg.
petens, colum. 1. C.de pactis,dixit exempla declarare in-
tellectum: interpretes ergo , cùm de damno irreparabili,
de timore ſcandali,verba faciunt,exempla afferunt in reſti
tutione Caſtri,vel oppidi munitiſſimi:quia conſiderata ſtra
ge,quæ ex bello ſequi poteſt dicitur afferri irreparabile dã-
num,ſic intelligimus Caſtren.in leg.ſi de vi, in fin.ff.de iu-
di.Iaſ.in d.l.2.C.de edi.d.Adria.tol.Alex.& Ripa. d.§.ni-
hil commune , & cæteros paulò ante relatos, immò Iaſ.in
d.conſilio 60. numero 4. libro 1.dum loquitur de Caſtro
Mulazani,quod non eſt(vt fertur)ita munitum,vt Caſtrum
hoc Finarij,conſiderat ſolam difficultatem , quæ eſſe po-
teſt in reſtitutione lata ſententia in petitorio.nec magis
loquitur Iaſon quando contra potentiorem agit debilior
& minus potens,quàm è contra , nam in hoc differentiam
non conſtituunt interpretes , vt malè aliqui aliter opinan-
tur.cùm ergo relati interpretes verè caſum noſtrum diffi-
niant,veráque ſit eorum opinio,vt multis poſſet probari,
quæ in præſentiarum afferre pretium operæ non eſt, dicẽ-
dum eſt Caſtrum hoc non reſtituendum eſſe: & vt non re-
ſtituatur,ſuadent plura,quæ poſſent afferri aliorum Caſtro
rum & oppidorum exempla ; quoniam non eſt , quòd
207 † exẽplis nunc iudicemus,cùm verè ignoremus, quomo-
208 do caſus illi ſeſe habuerint , ſolet enim † ex facto ius oriri.
leg.ſi ex plagis.§.in cliuo,ad l. Aquil.tradit Decius conſil.
599.num.6.conſi.637.num.1.2.Iaſon conſil.9.in prin.lib.
3.Bello.conſi.5.num.1. Confert. l. Arethuſa. de ſta. hom.
209 eſſet enim quòd ſequeremur†exempla vel Pòntificum , vel
Imperatorum, iuxta tradita per Soc. trac. fallen. reg. 225.
fall.2.& Afflic.deciſ. 383. numero 8.& Plotum dicta leg. ſi
quando,ſcilicet ſi caſus pares eſſent , at apud nos non ſatis
conſtat, caſus & terminos fore pares ; aliàs enim exemplis
iudicandum non eſt. l. nemo. C. de ſenten. & interlocut.
om.iud.Neniz.libro 5.ſyluæ nuptialis,numer.62. ſi ergo e-
xemplum exemplato non confert,ſumi inde non debet ar
gumentum , iuxta l.in teſtamento , de condi. & demonſt.
210 Rurſus † exemplis tunc demum iudicamus , cùm contro-
uerſum negotium nullo iure diffinitur , aliàs non ſic Boer.
in tract.de auctoritate magni conſilij.numer.170.ſed hoc
in caſu ſecundum nos non auctoritates modò multorum
celeberrimorum interpretum , verùm & iura ac rationes
ſunt,quibus controuerſia hæc rectè pro Genuenſibus di-
rimitur.

Nec aduerſantur aliqua,quæ in motiuo contra ſolidiſſi-
mum hoc fundamentum excitantur , quibus ex ordine ſa-
tisfacio.Non ergo obſtat, quòd dicitur Caſtrum hoc non
eſſe inexpugnabile,vt ipſimet Genuenſes fatentur; reſpon
deo hoc nuſlibi affirmaſſe Genuenſes,ſed contrarium po-
tius.Rurſus ſtat ſimul, quòd dixerint non eſſe inexpugna-
bile Caſtrum , & tamen ſit valde munitum , ita vt non niſi
211 ſumma difficultate recuperari poſſit; & cùm† commodè
recuperari non poſſit , recuperari non poſſe dicitur , iux.
tex.l.3.§.ſi quis.de ſtatu libro& clarius l.nepos Proculo,de
212 verb.ſig. quare dicimus diuitem non eſſe idoneum † fide-
iuſſo-

iuſſorem,& conueniri non poſſe, cùm commodè nõ po-
teſt, eo quia arcem habet, in qua ſe tueri poteſt, vt tradit
Bart.in l.2.in prin.ff. qui ſatiſd.cog.& ibi clariſſime An-
gelus.negari ergo nõ poteſt,quin certo modo ſaltem dica
tur expugnabile Caſtrum hoc. poſſent enim multa eue-
nire,propter quæ non modò Reſp.Genuenſis,verùm nec
ipſe Imp. maxima cum impenſa poſſet recuperare, quare
213 †poſſeſſionis reſtitutio ante omnia concedenda non eſt,
vt in terminis dicebat Iaſ.d.conſ.38.col.2.verſ.nec obſtat.
l.3.dum loquitur in Caſtro Serauallis,quod tunc ſub potẽ-
tiſſimi Gallorum Regis Imperio poſitum erat, qui ſanè
Rex tunc temporis potentior erat,quàm nunc ſit Impera-
tor noſter Ferdinandus,& tamen conſiderauit Caſtrum ad
huc dici munitiſſimum,vt non ſit ante omnia reſtituendũ.
Ex quibus eſt ſatis factum ſecundæ reſponſioni allegatæ in
motiuo:immò etiam ceſſat ſi diceretur Rempub. Genuen-
ſium eſſe ipſo Marchione potentiorem, & poſſe ad libi-
tum d.Caſtrum & cætera oppida expugnare:quia reſpon-
ſum eſt,non dici poſſe,quod cum magna difficultate poſ-
ſumus.

Non obſtat tertia reſponſio in motiuo excitata,relatam
argumẽtationem procedere,quò ad ſolam arcem, nõ quò
ad cætera,ex ſententia Rui.conſi.37.nu.4.lib.4.quia reſpõ
detur, quò ad cætera bona Remp.non contendere, quin
illa conſequatur Marchio. quinimò nihil poſſidere Rem-
publicam ex aliis bonis clarum eſt, & ſatis iam demon-
ſtratum.

Non ob.quarta reſponſio, ſatis hoc caſu eſſe Reip.con-
214 ſultum,†ſi,vt ſe obtulit,idoneè caueat Marchio ſe reſtitu-
turum Caſtrum& cætera omnia,ſi in petitorio ſuccumbet,
quod concedendum videtur ex ſententia Claudij Seyſeli.
d.§.nihil commune,num.14.Gozad.conſi.69.Pariſ.conſi.
22.num.100.lib.1.Grati conſi.10. num.31. Boer.q.238.col.
pen.qui in motiuo relati ſunt, quibus accedit Zaſius d. §.
nihil commune,num.60.& ibi Rub.num.149.in fin.& ibi
etiam Fabius Acorambonus olim Sacræ Romanæ Rotæ
Auditor digniſſimus,is inquam d. §.nihil commune. nu-
mero 14.reſpondet non eſſe ſatis tutum, vt committat ſe
215 Reſp. † fragilitati cautionis, vt rectè ſenſit Boer.dict. q.
238. colum. vltim. ex ſententia Iacobini à S. Georgio &
Claudij Seyſ.& probat l.qui ita. §.1.ff.ad Trebel.qui non
modò intelligitur,cùm quis cogitur aliquid agere ad quod
de iure non tenebatur,ſed etiamſi is de iure teneretur illud
facere,ſed non poſſet id commodè facere ob futurum ali-
quod irreparabile damnum, vt noſtro hoc caſu. Accedit
præterea,ꝙ idonea cautio nulla verè oblata fuit,cum non-
nullæ fuerint oblatæ,in quib.conueniendis multò maioris
diſpendij res eſſet pro Genuenſib.quàm cõueniret ipſum-
met Marchionem, quare ceſſat dubio procul hæc ipſa dif-
ficultas.

Non ob. etiam quinta, ſi diceretur, tunc demum Pauli
Caſtr.& relatorum argumentationem procedere, quando
216 †ſpoliatus, qui tenebatur reſtituere poſſeſſionem ſpolia-
tori,fuit miſſus à iudice.vt eam reſtitueret, & noluit, quia
tunc in eius contumaciam potuit occupari, vt Caſtr. ſen-
tentiam declarauit Fabius d.§. nihil commune, num.54.&
Rui.conſil.42.num.12.conſil.43.num.11.lib.4.Rub.conſi.
13.num.9.Neniz.conſi.82.num.33. Cagno.in l.non eſt ſin-
gulis,num.1.2.de reg.iur.quod à Genuenſibus obſeruatum
minimè fuit, quorum partes erant adire priùs iudicem, &
via iudiciaria tentare ius ſuum conſequi, qđ ſi conceſſum
tunc non fuiſſet oblata ſibi occaſione,Caſtrum hoc & cæ-
tera omnia occupare fuiſſet conceſſum: quod cùm factum
non fuerit,relata ratione adiuuari minimè poſſe videntur.
Reſpondetur nõ fortè eſſe hoc ſatis tutum in caſu noſtro,
q̃nquidem ſi iudex; qui tamẽ adiri non potuit, vt ſtatim
ſubiiciam,aditus fuiſſet,maiorem præſtitiſſent Genuenſes
anſam & facultatẽ Marchioni ſeſe in caſtro muniẽdi.Rur-
ſus iudex adeundus non erat per Genuenſes, tum quia id
commodè ſatis fieri non poterat,nam conuenire Marchio
nem ſub alio iudice, quàm ſub propriis ordinariis,facere
non debuerunt, ne aliorũ iuriſdictioni, à qua ſunt exem-
pti,ſeſe ſubiicerent,conuenire autem Marchionẽ ſub pro-
priis ipſorum Genuẽſium ordinariis, fruſtra tentatũ fuiſ-
ſet,cùm iam is ſpreuerit per tot annos Genuenſium ſupe-
rioritatem,vt iam heſterna die in ſecundo articulo iam ex-
cuſſo,admonuimus.

Non obſtat ſextò,ſi diceretur Caſtren.& aliorum opi-
nionem non procedere, quando ambo, ſpoliator ſcilicèt
& ſpoliatus, ſub vno eodem principe eſſent,& cauſa co-
217 ram eo agitur,vt eſt in caſu noſtro:ex quo enim†in prin-
cipis manu eſt,cogere ſpoliatum & reſtitutum,ſi ſuccum-
bat, in cauſa petitorij ſententiæ parere, Caſtri etiam mu-
nitiſsimi reſtitutio minimè retardanda eſt, ſic declarauit
Iacobi.à S.Georgio in l.ſi de vi. ff. de iudi. quem ſecutus
fuit Claud.d.§.nihil commune, num.12.13. & ibi Rubeus
num.146.Zaſius.num.60.Goza.conſi.1. in fine. conſil. 7,
num.22.Rui.conſi.37.num.3.lib.4.Gratus conſil. 18.nu,
29.lib.j.Pariſ.conſ.12.num.10.lib.1.Boer.q.238.col umna
penultima.Reſpondetur primò, & negatur hoc caſu v-
trunque ex ijs contendentibus.eſſe ſub vno Principe, ſub
Imperatore ſcilicet, vt ſuprà diximus latiſsimè in primo
articulo.Reſpondetur ſecũdò non eſſe veram relatorum
interpretum ſententiam, quæ ſolùm nititur authoritate
218 Angeli.in l.ſecunda.ff.qui ſatiſd.cogan.affirmantis†no-
biles habentes caſtra munitiſsima eſſe idoneos fideiuſſo-
res,ſi ſub eo Principe ſunt,qui caſtrum expugnare poteſt.
* nam aduerſus Angelum * crebrior eſt interpretum ſen-
tentia,vt ingenuè teſtatur Boe. d.q.238. columna penult.
Reſpondetur & tertiò,relatos interpretes loqui, quando
in facultate illius Principis eſt Caſtrum expugnare, quæ
ſanè facultas ceſſat in Ferdinando Imperatore noſtro,
qui in Italia nec dominium, nec poteſtatem habet, nec
facilè in illas regiones Marchiæ Finarij exercitum duce-
re poterit.

Sextò, vt huius ſim ſententiæ, ex eo tandem adducor,
quòd ipſe Marchio, non vt deiectus ac expulſus, ſed vt
metu compulſus caſtrum in manibus ſequeſtrarij depo-
ſuit; quò fit, vt ſuo facto & voluntate dicatur ſpoliatus,
quæ voluntas, etſi meticuloſa fortè dici poſsit, attamen
non remedio reintegrandæ agendũ eſt, ſed actione quod
metus cauſa,qua meticuloſè geſta reſcindi poſsint, ex il-
lo Prætoris edicto,vt veré actum fuit, ſi rectè perpendan-
219 tur acta.quare hoc remedio†ex edicto, quod metus cauſa
agenti, dominij exceptio obijci poteſt, vt hanc ſenten-
* tiam interpretes ferè * omnes affirmarunt, eã enim pro-
bauit Bal.in l.3.in prin. C.quod metus cauſa, & in cap.2.
de reſtit.ſpoliatorum.Alexand.in leg.naturaliter. §.nihil
commune,num.18.& ibi Ripa.num. 74. Zazius nu.54.de
acqui.poſ.egregiè conſultus reſpondit Soc.Sen. conſ.59.
col.2.verſ.confirmo alio fundamẽto.li.3.Alex. conſi.92.
nu.4.lib.1.conſ.6.nu.5.lib.3.Iaſ.conſi.38.nu.3.lib.3. Deci.
conſ.56.col.ultr.Corſet.tract.fal. ad regulam, quòd ſpo-
liatus ante omnia reſtituatur,fallent.32. nec aliter ſenſit
Bart.in l.ſi ob turpem nu.2.& ibi Iaſ.nu.3.ff.de condi.ob
turpem cauſam,clarius idem Bart.in ſua quæſt.6.quæ in-
incipit Lapus,in ſolutione.verſi.ſecundo caſu quando.&
horum interpretum ſententia ſatis iure affirmatur,ex cla
riſsimo text.l.ſi rerum.ff.de vi & vi armata, vbi idem af-
220 firmauit glo.& Bar.nam eſt illa vrgens ratio,quia†volũ-
tas compulſi quamuis meticuloſa ſit, voluntas tamen eſt,
glo.l.ſi mulier.§.vlti.ff.quod metus cauſa.Iaſ. l.qui in a-
liena.§.Celſus.nu.35.de acqui.hæreditate. Deci.l.velle nõ
221 creditur. nu.4.de reg.iur.licét ergo per † metum actum
illud ſit,attamen valet, reſcindique debet remedio edicti
quod metus cauſa, vt egregiè affirmarunt Signo.conſilio
75.nu.22.Anch.conſ.362. in princ.Feli.in c.præterea,nu.
35.verſi.5.& vltima concluſio de ſpon. & ideo cùm com-
pulſus ſpoliatus propriè non dicatur, ei obiici poteſt do-
minii exceptio.l.vlti.§.vlt..ff.quod metus cauſa.

Nec eſt quòd hæſitemus,etſi alii nonnulli aliter & ma-
lè (mea ſententia) ſenſerint,vt in Anton. ab Alexandro,
quem retulit Rubeus.d.§.nihil commune,nume.146.quo
loco Fabius nu.52. eandem opinionem eſt ſecutus: affir-
marunt iſti,nullam eſſe differentiam inter vim expulſiuã,
& compulſiuam, & tamen maximam eſſe oſtendit is tex.
222 l.ſi rerum.ff.de vi & vi armata.adducũtur ex † Bartoli do-
ctrina in l.pen.nu.2.de cond.ob turpem cau. & in l.2.nu.
12.C.quod met. cau.à cuius ſententia nõ eſt viſus recede-
Bal.l.pen.ff.de condi.ob turp.cauſ.dum docuiſſe videtur,
quòd ſi metu compulſus poſſeſſorio agat contra eum ob-
iici dominii exceptionem non poſſe, ob idque non eſſe
quærendum,quæ illata vis fuerit,vel expulſiua,vel cõpul-
ſiua,ſed tantùm quomodo deductum & motũ iudicium,
attamen (vt admonui) non eſt quòd hæſitemus,quondo-
quidẽ, ſi Bar.ſic diſſenſiſſet, dubio procul malè ſenſiſſet,
cùm inter duo hęc Prætoris remedia, inter ſcilicet edictũ
quod metus cauſa,& inter edictũ vnde vi, maxima ſit dif-
ferentia,deiecto enim & ſua poſſeſsione ſpoliato interdi-
ctum unde vi cõceditur, qui verò rem ſuam ſeu proprie-
tatem



tatem ſeu poſſeſsionem amiſit per metum reſciſſo prius
actũ per metum celebrato, ex edicto quod metus cauſa
rem deinde vel poſſeſſionem repetit.d.l.ſi rerum.ff.de vi
& vi armata.nec enim, cum remedium mouetur reſciſſo
rium, ex edicto quod metus cauſa,conuenit ſtatim moue
re remediũ recuperãde,vel ex interdictio.Vnde vi,vel ex l.
ſi q̃s ad ſe fundũ.C.ad l.Iul.de vi,vel ex le.meminerit,&l.ſi
q̃s in tãtã.C.vnde vi.vel ex c.reintegrãda.3.q.1.quę omnia
eò tendunt,& ſi malè aliqui ſint aliter opinati,nam prius
eſt, vt actus meticuloſè geſtus reſcindatur, quo reſciſſo
rem vel poſſeſſionem tranſlatam is,qui eam amiſit, con-
ſequi poterit.quòd declarant omnes in §.rurſus,Inſti.de
actio.& tradunt Signor. Ancharanus & Felin. ſtatim ſu-
pra relati.dum ergo ex edicto agitur geſta per metum re
ſcindi, ſtatim dominij exceptio obiici poterit, vt relati
omnes interpretes ſentiunt; & rectè iuxta naturam edi-
cti.quod ergo docuit Bart. & poſt eum cæteri, intelligi
altero ex duobus modis poteſt, vel primò, quando pro-
poſito edicto reſcindente ſubſecutaque reſciſſione abſ-
que eo, quòd aduerſarius aliquam dominij exceptio-
nem obiecerit, deinde is qui obtinuit actum, reſcin-
di moueat remedium recuperandæ poſſeſſorium,tunc e-
nim fateor obiici non poſſe;quia eò ipſo quòd eſt poſſeſ-
ſor iuſſus reſtituere,& non reſtituit poſſeſſionem, nec ad
eam admiſit antiquum illum poſſeſſorem, eum, ſine il-
lius facto ſpoliare dicitur. ſic probant Bartol. leg. vltim.
ff.de precario, & Afflict.deciſi.40.Socin.Sen.conſil. 122.
numero 17. libro 4. Ruinus conſil. 165. numero 4. libro
4.Crauetta conſil.107.numero 3.Vel etiam ſecundo loco
intelligo Bartolum loqui,vbi agitur actione quod metus
cauſa, dominij exceptionem obiici poſſe: cùm verò agi-
tur recuperandæ, non poſſe.non affirmat tamen Bartol.
quòd vbi quis per metum tradidit poſſeſſionem, poſſit
agere recuperandæ ex interdicto vnde vi, ſimilique reme
dio recuperatorio,cùm ſpoliatio non detur,quod ſi ſpo-
liatio dici poteſt,impropria & ficta ſpoliatio dicitur,quæ
dominij exceptionẽ admittit,vt ex Bar.in l.cùm is.§.fide
iuſſor,ver.nã debes ſcire.ff.de condi. indeb.clarè docuit
Petrus Stella Aurelianus in repetitione l.repetitio,num.
57.ff. de condi.indebiti, ex quibus conſtat, recentiores
aliquos malè interpretatos fuiſſe Bartoli doctrinam, &
fatuum eſſet dicere,textum l.ſi quis ad ſe fundum.C.vn-
de vi.l.meminerint,& l.ſi quis in tantam. C. vnde vi,lo-
qui tam in vi compulſiua,quàm expulſiua;quandoquidẽ
ſunt illæ omnes extenſiones & declarationes interdicti
vnde vi,quod cùm expreſſè eum non adiuuet;qui per me
tum compulſus rem tradit.d.l.ſi rerum.ff.de vi & vi arm.
non poſſunt pariter & illa in vi compulſiua loqui,nam ſic
interdictum vnde vi corrigeretur, quod dicendum non
eſt,in dubio præſertim.præcipimus,C.de appel.& pręſer
tim,cùm diuerſa ſubſit ratio, expulſus enim ſuam nõ ad-
hibuit voluntatẽ,compulſus verò adhibuit. & ſi dicatur,
id per metum euenit,reſpondetur,priùs conſtare de me-
tu debet,& actus is reſcindi.

223 Nec eſt quòd quis obiiciat tex.†l.medicus.ff.de variis
& extraord.crim.iuncta Bartol.doc.l.interpoſitas. C.de
tranſact.dum probatur,eum qui metu amittendorum o-
culorum rem vendidit,poſſe tamen recuperare poſſeſſio-
nem, nec ei poſſe obiici dominij exceptionem reſultan-
tem ex venditione iam ſibi facta, & vnde ſumpſerit origi
nem l.medicus,feſtiuè declarat Alcia.Parerg.2. capi.39.
& declarat Afflict.deciſione 123. numer. 3. Reſpondetur
ad rem non conferre, quia ſi is tex.prohibet obiici exce-
ptionem quæſiti dominij,eſſet ex contractu illo meticu-
loſè geſto, quo reſciſſo conſtat inutilem eſſe ac vitioſam
acquiſitionem,ſed diuerſum eſt in caſu noſtro;quia Reſ-
publica Genuenſis non obiicit exceptionem dominij
quæſiti tempore huius belli & controuerſiæ, ſed antiqui
temporis,quod rectè obiici poteſt,ex iam relatis. nec ibi
verbum fit,quòd poſſeſſor ille antiquus reſtituatur illico
non audito nouo poſſeſſore obiiciente cauſam dominij
ex alio contractu & actu.Reſpondetur ſecundò,Bart. ibi
& Bald.in l.interpoſitas.col.2. C. de tranſa.intelligere d.
l.medicus,procedere, cùm officio iudicis agitur in caſu
illo:at noſtro in caſu ordinario remedio actum eſt ex ca.
reintegranda.3.q.j.vel vèrius actione quod metus cauſa,
vt acta teſtantur, dum petiit Marchio geſta per metum
reſcindi.

224 Non pariter eſt, quod obiiciatur tex.† capitul.2.& 3.
de reſtitutione ſpoliatorum,qui aliter intelligũtur,quàm
de vi compulſiua,text. enim illi ſolum inquiunt,ſpolia-
tum renuntiantem beneficio pendente adhuc ſpoliatio-
ne ſibi,facta, præſumi meticuloſè renuntiaſſe, ideò non
impedire reſtitutionem ante omnia, ibi ergo ſpoliatio
quæ præceſſit, non fuit per metum, & ita per vim com-
pulſiuam, ſed per vim expulſiuam. nec enim geſtum ali-
quid fuit, quare reſciſſa renuntiatione is ſpoliatus ante
omnia reſtituitur:diuerſum eſt in caſu noſtro; vbi Mar-
chio ante tranſactionem & ſequeſtrum expulſus non
fuit,ſed ipſe per metum exiſtens adhuc in poſſeſſione trã-
ſegit,& ſequeſtro conſenſit.quare illato metu poſſeſſio-
nẽ tradidit. quam ſi recuperare vult, neceſſe habuit,ha-
betque remedio priùs vti reſciſſorio ex edicto Prætoris,
quod met.cau.

Non eſt quoque quòd obiiciatur,Marchionem fuiſſe
maiori parte bonorum ſpoliatum, excepto caſtro, cùm
ferè omnia bona fuerint per militer Genuenſium abla-
225 ta,quo fit vt idẽ ſit de caſtro iudicandum,vt†maiori par-
ti bonorum accedat, cum maior illa pars ad ſe minorem
trahat. quia reſpondeo primò, hoc procedere ſolùm
in indiuiduis & inſeparabilibus, ſic Afflic. deciſ. 213.
226 declarando† leg.ſi communem. ff. quemadmodum ſer-
ui.amitt.ſic Iaſ.conſilio 238.in fin.libro 2.Marſi.ſin.180.
pulchrè Didacus libro practicarum quæſt.cap.34.num.2.
Reſpondetur ſecundò, caſtrum præualere cæteris bonis,
non tantùm ratione valoris, ſed ratione ſecuritatis, ſeu
periculi;nam cætera bona facilè poſſent conſequi,quãdo
in petitorio eſſet lata ſententia,ſecus in caſtro,ideo rõne
227 cauſæ principalis † minus dignum ad ſe trahit maius,§.
ſi tamẽ,Inſt.de rerum diui. pulchrè Corſetus in ſuo ſin-
gulari,in verbo Legatũ,incipit,Lego vxori. Ripa in rub.
extra de iudicis,nu.28.

Non etiam obſtat, ſi dicatur, Marchionem agentem
228 †petiiſſe tranſactionem initam reſcindi de facto, iuxta
doct.Bald.in l.ij.qui ad ciuilia, colum. vltim. verſiculo
ex quib. apparet. C.de appel.ac etiam ante eum Bartol.
in l.quæ ſub condit.§.vltim.num.2.de condi.inſtitu.quæ
verè hoc in caſu locum habere videntur,ex quo geſta ab
ipſo Marchione per metum ipſo iure nulla dicuntur,
229 cùm ante initam tranſactionem† proteſtatus fuit, quòd
quidquid aget,ꝑ metũ ſe acturũ, ideo quæ deinde geſta
ſunt,ipſo iure nulla dicũtur,quia omnis conſenſus abeſſe
dicitur,vt egregia eſt ſententia Caſtr. in l.qui in alien.§.
vltim.ff.de acq. hære. quam ſecutus fuit Ruinus conſilio
121.num.25.libro 4.qui & alios plures in hanc retulit opi
nionem:ſi ergo tranſactio eſt nulla,conſenſu ipſo deficiẽ
te,ſequitur nullum præſtare impedimentum. glo.l.ſi pa-
ter.C.ne de ſtatu defuncto. Bald. in l. vltim. C. de non
230 num.pe.Reſpondetur†Bartol.& Bald.loqui in acto ipſo
iure nullo, vel ex conuentione partium, vel ex iuris diſ-
poſitione,nam verè ſi tunc agitur in iudicio,actum illum
nullari ſeu caſſari intelligitur quatenus de facto proceſ-
ſit;quia quod eſt nullum de ſe non poſſum petere annul-
lari,ſic etiam Bartolum intellexit Socinus Iunior conſi-
lio 52.num. 1. 2. libro 2. Sebaſ.Vantius tractatu nullita-
tum prima parte numero. 6. 7. ſed verè in caſu noſtro
non poſſumus præſupponere geſta inter Marchionẽ &
Genuenſes ipſo iure nulla,ſed valida præſupponimus,re-
ſciſſione tamen digna ob adhibitum metum.

231 Nec obſtat doctrina†Caſtr.dict.l.qui in aliena.§.vlt.
quia minus rectè ſenſit,vt admonuit Alexand. in l.pacta
nouiſſima,num.6.C.de pactis,nec aliter idẽmet Alexand.
ſenſit in conſili.16.colum.vltim.libr.3.clarius Alciat.re-
ſponſo 291.num.4. & verè Caſtr.ac Ruinus ſententia nõ
defenditur,cùm infirmis admodum nitatur fundamentis.
nam ratio illa prima,qua adducitur Caſtr. ob proteſtatio
nem declarari nullum eſſe conſenſum ipſius proteſtantis,
cùm actus celebratur,ob idque actum ipſo iure eſſe nullũ,
eſt admodum infirma,vt animaduertit Alexand.quoniam
ex ea proteſtatione demonſtratur quidem in futurum ex
interuallo metũ durare nõ tñ ex eo oſtẽditur actũ deinde
celebratũ eſſe ipſo iure nullũ. cùm neceſſe adhuc habeat
ꝑ is teſtans de proteſtatione fidẽ facere, & metũ oſtẽde-
re,nec eo ipſo quòd hoc facit oſtẽdit non cõſenſiſſe,quia
vere conſenſit,ſed per metum,quo caſu eſt ſuccurſum ex
prætorii edicto.nec text.†c.1.extra de his, quæ vi metúſ-
ve cauſa,quo in hanc ſententiam Ruin.adducitur,probat,
cum loquatur de metu adhibito in matrimonio ſpiritua-
li quod

li,quod non tenet,cùm Deus voluntarium, non coactum
eligat, & maxima dña eſt inter vnum & alterum, nam
cum matrimonia libera omninò eſſe debeant, non mi-
rum ſi vitiantur ipſo iure. ſic egregiè Abb.in ca. cauſam.
de off.dele.Decius cap.vltim.colum.1.de appell. & in l.
in omnibus numero 3.reg.iur.Neuiz.conſili. 47.numero
* 3.qui*vno ore affirmant,minorem†metum vitiare con-
233 tractum matrimonij, quàm cæteros actus. accedit præ-
terea in eo text.capit. primi, non probari ipſo iure illud
matrimonium eſſe nullum, ſed probato metu ſententia
fertur & reſcinditur. Nec Abbas, Imola & Angelus, qui à
Ruino pro hac ſententia citantur, hanc affirmarunt opi-
234 nionem. Rñdetur & ſecundò, tunc demum †proteſtatio-
nem clandeſtinè factam, ad actum deinde ſubſecutum
tolledũ prodeſſe, qñ is actus eſt contra bonos mores; ſic
Alex.d.conſ.16.col.vlt.lib.3.ex ſnĩa Baldi.in l.clari.C.de
fideicom.quos ſecutus eſt.Crau.conſ.102.in fi.ſed in caſu
noſtro illa tranſactio nihil, quod bonis moribus aduer-
ſetur, continet ſequitur ergo nec nullã, nec reſciſſione
dignam eſſe. Reſpõdetur tertiò & clarè, iã noſtro hoc ca
ſu conſtare à Genuenſibus huic Marchioni illatum fuiſſe
bellum, vt ipſam Rẽpub. liberè & abſolutè quemadm.cõ
235 ſueuit aliàs recognoſceret, & tamen tranſactum †ſub alia
forma eſſe, vt re ipſa apparet. quare tranſactio valet, ex do
ctrina Innocẽtij & Io. And.in c.cùm locũ, de ſpõſal.in6.
quam vt egregiam & notabilem probauit Afflictus deci-
ſio.246. in fine, dum affirmant, quòd ſi quis fuit carcere
mancipatus, vt ab eo extorqueretur pecunia, ſi alter con
tractus fuit deinde celebratus, contractum illum valere:
ſic in caſu hoc noſtro.

Non obſtant nunc adducta ſuprà in oppoſitum, quia
illis ſatis ſupérque ex iam relatis reſponſum eſt, nec enim
illa ad rem conferunt, ſi relatas rationes & fundamenta
diligenter obſeruabimus, quinimò ex relatis illis dubi-
tationibus aliquæ ſunt, quæ iure non probantur, & ita
abſolutè non procedunt, vt aliqui opinantur, quod ex-
ponere nunc precium operæ nõ eſt. Concludo itaque iu-
ſta ratione excelſam Genuẽſium Reinpub. Dominij exce
ptionem obieciſſe, ob idque eſſe, tã ſuper petitorio, quàm
poſſeſſorio iudicio procedendum & iudicandum.

QVarta eſt dubitatio, quæ difficilis eſt admodum &
perplexa, tum ꝙ in alto verſatur pelago, tum ꝙ de
re maximi ponderis in ea agitur; quamobrem maxi
ma nos vti oportet diligentia, cũ ab ea præſertim omnẽ
difficultatis nodum pẽdere videamus. Si.n.intelligemus,
quorum alterũ, vel Marchio hic Illuſtriſſimus, vel excel-
ſa potius Genuenſium Reſp. ius in hac petitorij, ſeu dñij
cauſa foueat, fruſtrà certè de ſolius poſſeſſionis cõtrouer-
ſia ſententiam ferret Cæſar hic Auguſtiſſimus. Quò hanc
ipſam diſſoluamus dubitationem, dicendum videbatur,
Illuſtriſſimum hunc Marchionẽ potiora iura in cauſa do
minij, ſicque petitorij huius Marchiæ fouere, ratione ſci-
licèt directi dominij, & vt huius aliquando eſſem opinio-
nis, his adducebar.

Primò, me plurimum illud mouebat, quia ſatis clarum
eſt (& in primo articulo attigimus) hanc Finarienſem Mar
chiam ab Othone ſecundo anno 967. noſtræ ſalutis fuiſ-
ſe Aledramo Saxono conceſſam, quam is, ſuique pro tpe
ſucceſſores omni ſemota controuerſia poſſederunt vſque
236 ad tpa †Caroli IIII. qui ſub anno 1355. precibus Georgii
Carreti, necnon Emmanuelis ac Aledrami dicti Geor-
gii patruelium, illis conceſſit inueſtituras, quibus clarè
magis poſteris conſtaret, feudum hoc, Imperii, non alio-
rum eſſe, quod iuſtè ac optima ratione feciſſe videntur hi
Carretenſes, cùm recognouerint feudum à Carolo IIII.
quod ab Othone ſecundo ſui anteceſſores conſecuti fue
237 rant. †facilis enim datur ad priſtinam rei naturam regreſ-
ſus. gl.in l.ſi vnus.§.pactus nè peteret.ff.de pactis, vbi Iaſ.
nu.6.& latè Tiraq.de retractu conſang.in proœ. nu.58.
in fi.Neuiz.li.6.Syluæ nuptia.nu.23.25.& hoc caſu etiã in
correctoriis fit extenſio. Didac.lib.3. varia.reſol.c.6.nu.
4.in fi.idẽ cenſuit Curt.Iun.conſ.1. nu. 22.conſ.5.nu.29.
conſi. 6.nu.14.conſ 9.nu.4.& egregiè conſ.102. nu.5.e-
tiam quòad tertii præiudicium. Soc.Sen.inter cõſilia Bru
ni conſi.10.nu.31.ſic poſt alios tradit Grãma.deciſio.106.
num.3.Gozad.conſi.1.num.35.qui loquitur in conceſſio-
ne ab Imperatore reuocata, & primo domino iterum da-
ta in noſtris terminis.idẽ Gozad.conſili.8.numer.42.&
conſi.9.num.31.& egregiè idem conſi.26.nu. 54.& pul-
chrè Ruin.conſ.2.num.8.lib.1.

Secũdò, ex eo adducebar, quòd etiamſi præſupponere
mus conceſſionem ab Othone ſecundo factam nõ in vim
feudi, ſed ſimplicis donationis fuiſſe, attamen licuit illis
238 Georgio, Emmanueli ac Aledramo, rem †ꝓpriam & libe
rã ab altero recognoſcere vt feudalem, ſic viri plures cõ-
ſultiſſimi affirmarunt, præſertim Iacobinus à S. Geor. in
trac. de Homagiis, col. 2. ver. aliquando fit Homagium.
Vldaricus Zaſius in trac. feudo. tertia parte in fi.& in cla-
ris noſtris terminis in Marchia Montisferrati, quæ eandẽ
vnà ſimul, quã noſtra originẽ habuit, ab Imperatore po-
tuiſſe recognoſci, affirmauit Rol. à Valle, vir celeberrim',
conſ.2.nu.108. qua recognitione ſtante, clarè apparet Gẽ
uenſium Rempub. ius nullum metiri poſſe ex illo laudo
239 Antonioti Adurni anno 1385. cùm de re feudali in eũ †cõ-
promiſſum fieri non potuerit, vt affirmarunt Signo. colu.
10.nu.3. Specul. in titu. de locato. §. nunc aliqua, nu. 117.
Gozad.con.4.col.pe.Cac.cõſ.50.col.2.& 3. qđ præſertim
ꝓcedere dicitur quando ex eo laudo feudũ in potentiorẽ
transferretur. Spe. in tit. de feudo. §. ſi quis ſuper, n.63. A-
ret.conſ.14.col.1. Alex.conſ.30.col.vlt.li.1. repetitũ conſ.
2.lib.5. alios plures ſciens prætereo.

Tertiò vrget me non parum, quia iã ſatis intelligimus
240 laudum illud à quo omne Genuen. ius pendet, fuiſſe à †Ma
ximiliano Imperatore anno 1482. declaratum nullius mo
menti, omniáque geſta in illam vſque diem reuocauit:
quo fit, vt ius omne Genuenſium ſublatum extinctúmq;
241 fuerit, cùm ſnĩa illa ſit in iudicatũ lapſa, ita vt †res iudica
ta ꝓ veritate habeatur. l.res iudi. de re.iu. quæ ſanè laudi re
uocatio à Maximiliano facta, iuſta ratione facta eſt, cùm
cõpromiſſũ Antoniũ Adurnũ factũ, ꝑ metum factum di
catur, quod in actis deductũ dr̃, dum in quibuſdã ſcriptu-
ris fateri ipſimet Genuenſes videntur, tunc partes in An-
toniotum Adurnum compromiſiſſe, vt lites, contẽtiones
& diſcordias fedarent, guerras ac ſcandala euitarent: qui-
nimò affirmant, tunc tpis illatum fuiſſe bellum illis Mar-
chionibus, multaq; loca illius Marchiæ fuiſſe igne & ferro
abſumpta: conſtat ergo compromiſſum fuiſſe metu fa-
ctum, quamobrem rectè ab ipſo Maximiliano dicitur re-
242 ſciſſum cùm † metu geſta rata non habeat prætor. l.1.ff.
quod metus cauſa, omnes in l.nihil conſenſui: de regu.iu-
ris. in l.interpoſitas. C. de trãſact.: & alibi ſæpiſsimè. & ſa-
243 tis iudicatur † iuſtus metus, armorum terror. l.3.§. ſi quis
autem. ff. de vi & vi arm. Alex.conſ.98.nu.3.lib.3. Quod e-
tiam fortius confirmatur: quia eam vocationem fecit Ma-
ximilianus ex certa ſcientia, & motu proprio, affirmans ſe
pleniſsimè informatũ eſſe. & cognouiſſe cõpromiſſum il-
lud ac cætera omnia deinde ſubſecuta fuiſſe: ac iniquè ex-
torta: in eáque reuocatione vſus eſt Maximilianus pleni-
tudine ſuæ poteſtatis. potuit ergo ac voluit illa oĩa extin-
guere, & ſubuertere, vt multis concludit Deci.conſil.191.
qui affirmat virtute dictarum clauſularum cenſeri reuo-
catam & abrogatam donationem aliàs à ſuperiore factã.

Quartò adducor ex eo, quòd præſuppoſito Alphonſum
Carretum ſeniorem, ac huius Marchionis auũ cõſecutum
fuiſſe ius ſuum à Maximiliano Imperatore, poterit is vti
244 beneficio † l.bene à Zenone. C. de quadrienn. præſcript.
vt ſ.per quadriennij lapſum omninò tutus ſit, & qui in re
ius aliquod prætendit, cogatur ipſum Imperatorem con-
cedentẽ adire: qua de re plura doctè ac egregiè apud con-
ſultiſsimum Craue.cõſi.263.col.vlt. ſi ergo ius aliquod in
hac Marchia prætendunt Genuenſes, non Marchionem
hunc, ſed Imperatorem conuenire debent.

Quintò moueor, quia præſuppoſito millies Rempubli-
cam conſecutam fuiſſe d. Marchionatus partem tam ex
laudo Antonioti Adurni, quàm ex ſuſceptis deinde inue-
ſtituris: attamen, ex quo Alphonſus ille ſenior à Maximi-
245 liano cõſecutus eſt inueſtituras, ſatis dicitur decurſa †præ
ſcriptio ad commodum Imperij, & Marchionum aduer-
ſus Rempub. contra quam ſatis ſupérque dicitur præſcri-
ptum ſpatio annorum ſeptuaginta & octo, & Caſtren. &
aliorum doctrina in l.vlti.colũ.vlti.C. de ſacroſan.eccleſ.
Alex.conſi.16.nu.20.lib.5. Balb.tractat.præſcript.5.part.
quintæ partis principalis.q.1.

Sextò, illud maximè huic illuſtriſsimo Marchioni ſuf-
fragari vr̃, ꝙ Genuẽſes ſolùm ius ſuum à laudo Antonio-
246 ti metiuntur, quod ſanè laudum † dominium transferre
nõ potuit, vt in ſpecie affirmauit Bal. in l.vl.§. vl.in fi.C.
cõia delegatis. nã ex iudicis ſnĩa dominiũ nõ trãsferri for
tius cenſuit gl.l.exceptio.ff.de exceptio.rei iudicatæ.

Septi-



Septimò ac vltimò, ex eo adducebar aliquãdo, ꝙ ẽtſi præ
ſupponeremus, Genuenſib. ius aliquod in hoc Marchio-
natu fuiſſe quæſitum, attamen illud amiſiſſe ob commiſ-
ſam violentiam, ex diſpoſitione l.ſi quis in tantã, vbi do
ctores omnes. C.vnde vi. amiſerunt inquam Genuenſes
ius ſuum tam ad commudum Marchionis vtilis nomini,
quàm Imperatoris directi, vt tradit gl. & ibi omnes in d.
l.ſi quis in tantam, & egregiè apud Nattã conſ. 101.nu. 2.
li. 1. Hæc me non mediocriter hæſitantem reddebant, vt
pro Illuſtriſſimo ipſo Marchione ſentirem.

Cæterùm re ipſa paulò diligentius perpenſa, ſum cõtra-
riæ opinionis, & ſententiæ, in cauſa hac & iudicio domi-
nij, ſeu petitorij, ius optimum Genuenſes fouere. quod,
vt verũ oſtendam, multis adducor, priùs vno verbo rela-
ta facti ſpecie. Conceſſio, ab Otthone ſecundo Aledramo
Saxonio facta eo anno 967. fuit, res ſe habuit pacificè vſ-
que ad tempora Caroli IIII. quo tempore in rerum natu
ra reperiebatur alter Aledramus, qui tũc totius Marchio-
natus Dominus erat: is cùm tres haberet filios, Georgium.
ſ.Henricum, & Antonium, teſtamentum condidit, & Ca
ſtrum Finarij aliaq; multa illius Marchionatus Antonio
prælegauit. qua de re duo alij, Georgius. ſ. & Henricus,
conqueſti ſunt, paterno deſiderio velle acquieſcere negã
tes, ob id litem vnà ſimul habere cœperunt. moritur inte
rim Henricus duob. filiis poſt ſe relictis, Aledramo. ſ. ter-
tio, & Emmanuele. Georgius, vt Antoniũ illuderet ac fal
leret, ſuo nomine, ac etiam nomine duorum patruelium,
Carolum IIII. anno 1355. adiuit, & ab eo inueſtituram ꝓ
duabus integris tertiis, ſicque pro octo vnciis totius Mar
chionatus conſecutus eſt, ſicq; à Carolo IIII. feudum hoc
recognoſcere cœpit. lis adhuc, quæ cum Antonio pẽde-
bat, ꝑ multos ẽt annos perdurauit, Genuenſes ius in ipſa
Marchia prætendentes ex antiquis inueſtituris iam con-
ceſſis anno 1127. vt oſtendit Nebienſis Epiſcopus in Gen
uenſiũ Annalibus, & in auxiliũ ipſius Antonij prælegata
rij, vnà ſimul cũ eo bellũ aduerſus Georgiũ, & duos illos
patrueles mouere: tandẽ, vt quieſcerent omnia, fuit in An
toniotum Adurnum eo anno 1385. compromiſſum, & in
eo laudo interuenerunt Antonius prælegatarius ꝓ vna ꝑ
parte altera ille Emmanuel, & Aledramus filij Hẽrici, ꝓ ter
tia verò duo filij Georgij, qui à Carolo IIII. adeptus fuit
inueſtituram, & qui paulò antè erat vita functus. duo in-
quam filij, ſ. Lazarinus & Carolus, & deinde Georgius ſe
cundus Patruelis d. Lazarini, & Caroli ex fratre, Henri-
co ſecundo iam vita functo, & ita in ipſum Antoniotum
fuit compromiſſum, vt etiam iudicaret ſuper iurib. Reip.
Genuenſis.

Res ita ſe habuit vſq; ad tẽpora Maximiliani imperato
ris, cuius tẽpore hoc eſt ſecundum Illuſtriſſimum Mar-
chionẽ anno 1482. Alphonſus auus ab ipſo Imperatore
inueſtiturã conſecutus eſt, & per ſnĩam reuocata ſunt oĩa
ante geſta cum Genuenſibus, vt iã s̃. relatũ eſt. In hac hy
potheſi ſunt plura & diligenter conſideranda, præſertim
illud primum. conceſſionem ab Othone ſecundo Aledra
mo factam, non in vim feudi, ſed ſimplicis & veræ dona-
tionis fuiſſe: qđ ſi verum eſt, (vt veriſſimum ſtatim oſten-
demus) ſequitur licuiſſe illi Aledramo ſecundo prælegatũ
facere Antonio. quinimmò millies conceſſo hanc Otho-
nis conceſſinẽ fuiſſe feudalem, adhuc tñ defenditur præle-
gatũ Antonio factũ, vt ſtatim aperiã. Eſt conſiderandũ &
illud ſecundum, pendente lite inter ipſum Antoniũ præ-
legatariũ, Georgium, & duos illos patrueles, non licuiſſe
Georgio adire Carolum quartum. & in detrimentũ d. An
tonii inueſtituras ſuſcipere. Eſt ẽt tertiũ illud perpenden-
dum, duos illos patrueles, Aledramũ. ſ. tertiũ, & Emma-
nuelẽ nõ conſenſiſſe inueſtituræ à Georgio patruo ſuo &
eorum noĩe ſuſceptæ, ita vt ratione portionis ſibi cõtin-
gentis, Marchia nõ ſit effecta imperialis. ex quibus elici-
tur clarè, ex ſuſcepta inueſtitura à Georgio illo ratione v-
nius tertiæ partis tantùm fuiſſe Imperio ſuppoſitã, & à Ca
rolo IIII. recognitam, quã ſanè portionẽ oſtendemus vl-
timo loco recognoſci non potuiſſe.

Primum ergo illud, quod conſiderandum diximus, O-
thonis. ſ. conceſſionem non feudalem, ſed liberæ donatio
nis fuiſſe demonſtratur, primò quia tẽpore huius Otho-
247 nis ſecundi nondũ †feudorum iura & conſtitutiones edi-
tæ fuerant, nec ꝓmulgatæ, vt in ſpecie noſtri caſus in hac
Othonis cõceſſione Aledramo facta argumentãtur Pariſ.
cõſi.23.nu.266.li.1. & Alcia.rñſo.199.nu.32. Gratus cõſ.
9.nu.47.li.1. qui tres in eadẽ facti ſpecie conſuluerũt, af-
firmarunt.n. primam feudorum conſtitutionẽ, qua feu-
dũ ad hæredes ſeu nepotes tranſmittere tunc licet, ꝓmul
248 gatam fuiſſe à †Cõrado ſecundo, vt patet in c.1.§. cùm ve
rò. de iis qui feudum dare poſſ. ꝗ quidẽ Conra. anno no-
ſtræ ſalutis 1040. imperauit, vt authores ſunt Volaterr. &
Blondus, vel ſecundũ quoſdam in chron. anno 1035. & tñ
Otho ſecundus eam conceſſionem fecit d. anno 967. vt ẽt
retulit So.Iu.conſ.76.nu.1.li. 1. qui cũ Pariſio & Alciato
eodem in caſu interrogatus reſpondit. Non ignoro tamẽ
249 Moder. Pariſ. † in conſuetud. Pariſ. in tit.1. in prin. nu.22.
250 annotaſſe, †feudalem conſtitutionem primam Lothario
huius nominis primo, anno ſalutis noſtræ 825. ſub Euge-
nio ſecundo fuiſſe promulgatam, quam quidem conſtitu
251 tionem relatam habemus †in ca. 1. in tit. Conſtitutiones
feudales D. Lotharii Imperatoris &c. attamẽ Pariſ. d. cõſ.
23.nu.266. li.1. affirmat eſſe Lotharii tertii, cuius rei argu
mentum præſtat inſcriptio altera tituli de prohibita feu-
di alienatio. per Lothariũ, quæ tertii Lotharii eſt, qui eam
anno 1146. promulgauit. vt eo loco hr̃ in data, & nõ fuiſ-
ſe Lotharii primi, illud præſtat ſolidũ argumentũ quòd vi
252 uente Eugenio ſecundo Pontifice maximo is † Lotharius
primus nunquam imperauit, cùm ſuperſtes adhuc eſſet il
lius pater Ludouicus: & licet is Lotharius Italiæ Rex de-
claratus fuerit, vt author eſt Sabellicus li.9. Aenead.8. atta
mẽ (vt is ẽt fatetur) nõ niſi mortuo Eugenio ſecũdo in Ita-
lia magiſtratus ordinauit, & aliqua ſanciuit: quod ẽt verũ
an eſſet, non parũ dubitauit is Sabellicus. fieri ergo nullo
modo põt, vt Lotharii primi illa conſtitutio ſit, Eugenio
ſedente promulgata. quod etiãſi verum eſſet, adhuc vim
legis vniuerſalis habere non potuit, cùm in ſola Italia cõ
ſtitutum illud fuerit à Rege, non ab Imperatore, nec ita
obſeruabatur, vt ex multis colligit Pariſ. d. conſi.23.num.
266. non ergo poſſumus affirmare Othonem hunc ſecun
dum feudum cõſtituere voluiſſe, cùm nullus illius adhuc
eſſet vſus.

Secundò, Othonis conceſſionem, non feudalem, ſed
253 ſimplicis donationis fuiſſe oſtẽdunt verba illa, †donamus
atque elargimur, quæ donationẽ arguũt, vt in ſpecie hu-
ius noſtri caſus reſpondere Pariſ. d. conſ.23.nu.1.lib.1. Go
za. conſ.8.nu.16. Soc.Iun.conſ.76.nu. 42.lib.1. Alcia. re-
ſpon.199.nu.26.& Rol. à Valle. conſi.2.nu.45. & conſi.3.
nu.73. qui loquitur in indiuiduo de conceſſione hac no-
ſtra, ibiq; multorum authoritatibus & rationibus nitun-
tur, ad hanc ſententiam veram demonſtrandam, quib. ac
cedit Alcia. reſp.172.nu.5.& reſponſo 374.nu.3. Rui. cõſ.
208.col.1.lib.1.

254 Tertiò, demonſtratur ex illis verbis, †vt amodò in an-
tea, prout ad nos pertinent, & ſubmiſſæ ſunt, ipſius Ale-
drami dominio ſubdantur, & in eius ius delegentur, ac o-
mninò transfundantur. quæ ſanè uerba oſtendunt omne
ius eſſe tranſlatum, vt affirmant in hac ipſa conceſſione
Pariſ. d. conſ.23.nu.5.lib.1. Goza. conſi.8.nu.18. Soc. Iun.
conſ.76.nu.45.lib.1. Grat.conſ.9.nu.88.lib.1. Rol. à Val
le. d. conſ.3. nu.72.& clarius Alcia. d. reſpõſo.199. nu.25.
nam illa verba, prout ad nos pertinent, magni ſunt effe-
255 ctus, †dictio enim prout, ſimilitudinẽ denotans, plenariè
accipitur. Bar. in extrauag. ad reprimen. in verbo, prout,
in l.edita, nu.28. C. de eden. imò eſt ſignificatiua identita-
tis. Angel. cõſ.11. ſi dictus Io. Alex. conſi.3.col.1.li. 2. latè
in his ferè terminis noſtris Bolog. conſ.2. col.2. ver, nam
ſecundum Angelum. &c. & illa verba omninò trãsfundũ
259 tur, eſt.n. vis †dictionis omninò, vt dum præciſam naturã
habet, reſtrictionẽ aliquam nõ patiatur. l.ſi poſſeſſore, in
prin.ff.pet.hær. Pariſ. d. conſ.23.nu.5.& So.Iu. d. cõſ.76.
257 nu.45. imò importat hæc †dictio omninò, idemquod in
perpetuum. gl. vbi Card. in Clemen.1. de vita & honeſta.
cler. Bero.c.2.nu.51. extra, de ꝓbatio. ſic & illa verba, in
258 eius †ius delegentur, ſignificant.n. vt retulit Alcia. reſpon
ſo 599.num.25. non vtiles modò, ſed & directas actiones
fuiſſe tranſlatas. l.ſi cum emptore, vbi Ange. ff. de pactis,
cùm nil aliud ſit delegare, quàm loco ſui alium dare. l.2.
ff. de noua. dũ ergo Otho in his bonis loco ſui delegaue-
rit Aledramum, in eum tranſlatũ dicitur omne ius, quod
apud Othonem erat.

Quartò, donationem hanc fuiſſe, ſatis oſtendunt illa ver
259 ba, habeantq; †poteſtatem vendendi, commutandi, aliena
di, ꝓ animo iudicandi, & quidquid eorũ decreuerit authori
tas faciendi, omnium hominum contradictione remota.
quæ verba, vt admonuere Goz. d. conſ.8.nu.21. Alc. d. re-
ſpõſo.199.nu.26.& Rol. à Valle. d. conſ.3.nu. 73. repgnã
natu-

naturæ feudorum, ca.1.de feud. non hab. prop. naturam
feud.& in noſtris terminis claris hæc verba perpendit Al
be.Roſ.in ſuo dictio.in verbo feudum,colu.2. & tradunt
alii quos infrà referam.

Quintò hoc clarius demonſtratur;quia in ea cõceſſio-
260 ne legitur,†Othonem nõ modò de ſuo cõceſſiſſe, ſed ẽt
confirmaſſe res proprias Aledrami,quæ illi aduenerunt,
tam ex hæriditate parentum quàm de acquiſitu proprio
per diuerſa loca,videlicet in comitatu Aquenſi,Parmenſi,
Cremonenſi,Montisferrati,Taurinenſi,Vercellenſi,Sa-
uonenſi,&c. ſed clarum illud eſt Finarij Marchionatum
prouenìſſe à Marchionibus Sauonæ, & eſſe ferè vnum, &
idem rõne originis: cùm ergo fuerit conceſſum Aledra-
mo,quæ in Sauonenſi comitatu erant ꝓpria,poſſumus,i-
mò debemus,intelligere,Finarium fuiſſe ꝓpriũ Aledra-
mi,vel ex patrimonio, vel ex acquiſitione, cùm in dubio
261 res poſſeſſa præſumatur propria,nõ aliena.†vt ꝓbat Bal.
l.quidam in ſuo, nu.4.de cond.inſt.Boer.q.42.nu.8.Mo
der.Pariſ.in cõſuet.Pariſ.tit.1.§.1.gl.1.n.58.qui ergo vult
affirmare Finariũ non Aledrami ex ſua acquiſitione,ſed
Othonis fuiſſe,probare debet.hoc fundamentum confir
mãt validiſſimè præcedẽtia:nam ſi vnà ſimul Otho conce
dendo Aledramo,quæ ſua erãt,ſeu illa ei confirmando,&
deinde noua illi tradẽdo,cõcedit ſub vna forma vnaq; di
ſpoſitione,quemadm.quæ iam propria erant nõ ſunt illi,
vt feudalia,ſed vt libera & propria confirmata,ſic & cæte
ra:ne vna diſpoſitio eiſdem met verbis nulla diſtinctione
262 penitus facta † ſit diuerſi iuris, contra l. eum qui ædes,
de vſucap.nec eſt ꝙ dicatur, Aledramum voluiſſe ẽt, quæ
ꝓpria erãt,vt feudalia ab Othone recognoſcere.quia hoc
non præſumitur, vt in ſpecie declarauit Alcia.d. reſponſ.
263 199.nu.27.Eſt ergo dicendũ omnia liberè fuiſſe conceſ-
ſa & confirmata.

264 Sextò & vltimò,& hæc omnia confirmãtur, quia†actus
ſequentes declarant præcedentes.le. Iulia.§.proinde. ad
S.C.Mace.& tradunt omnes in l.qui filiabus.de le.1.cùm
ergo ipſe Aledramus illiùſque ſucceſſores nullam habue
rint inueſtituram ab Imperatoribus per annos tercentũ
octuagintaocto,hoc eſt ab ipſa conceſſione Othonis vſ-
que ad Carolum 4.qui anno 1355.primam inueſtiturã con
ceſſit,ſequitur, Othonis ceſſionem feudalem nullo mo-
do fuiſſe,vt in noſtris his terminis clariſſimè argumẽtatur
Alcia.d.reſponſo.196.num.28. accedit ad confirmatio-
nem,cùm non conſtet ſuſceptam aliquam inueſtituram
per 388.annos,nónne plus quàm abſolutum eſt, præſcri-
ptũ fuiſſe directo cuiuis dominio & omnib.iuribus Impe
rij,cũ minor ſufficiat temporis curſus?vt ſtatim infrà ſub-
iiciam.cætera,quæ à Pariſio,Soc.Goza.Alciato, & Rol.
perpenduntur,ſciens prætereo.

Nũc tantùm aliquibus,quæ huic ſententiæ aduerſari vi
dentur,ſatis facio.Nõ enim illud primum mouet dubiũ,
ꝙ dicitur in ea conceſſione reſeruatam fidelitatem fuiſſe,
quæ quidem oſtendit conceſſionẽ feudalem eſſe,cùm ſui
265 natura†feudũ à fidelitate nomen firmet.Alua. c.1. nu.34.
quæ fuerit prima cauſ.benef. amitten.clarè Abbas conſ.
82.nu.6.lib.1.latè Iaſ.in præludiis feudo.num.28. Zaſius
Epitome feud.par.1.nu.2.&hanc difficultatem in noſtris
terminis ſenſit Pariſ.d.conſ.23.nu.12.13.li.1.quia vno ver-
bo reſpondeo vnà cum Alciato d.reſponſo 199.num.35.
266 †fidelitatem nihil ſpeciale ratione feudorum inferre,cùm
267 & ſubiecti,ẽtſi feudatarij non ſint, ad†fidelitatẽ tenean
tur,vt docuit Bartol.in extrauag.ad reprimen.in gl. 3.idẽ
Alc.reſponſo.172.nu.6.addo ipſe in noſtris terminis Ol
dradum cõſ.159.Ex præſenti themate,col.pe.ver.nec hoc
etiam arguit.&c.qui reſpondit,hanc fidelitatis retentio-
nem ex neceſſitate non arguere conceſſionẽ feudalẽ eſſe.
& magis clarè & in ſpecie ſic reſpondit Dec.cõſ.413.nu.
7.ver.nõ obſtant allegata &c.quod Decij reſponſum re-
tulit in hoc noſtro caſu So.Iu.d.conſ. 76.nu.47.lib.1.&
Rolan.à Valle.d.conſ.2.nu.6.lib.1.

Non etiam ſecundò ad rem facit, quòd in ea cõceſſio-
298 ne dr̃,ꝙ nullus Aledramum diſueſtire habeat,†quæ ver-
ba inueſtituram præſupponunt,ſicque bona eſſe feudalia
quia vnà cum Alc.d.reſponſo.199.nu.33.reſpondeo,inue
ſtituram ſimplicem poſſeſſionem ſignificare.c.1.in prin.
quid ſi inueſtitura.erit ergo diſueſtire,poſſeſſione priua-
re,quemadmodum inueſtire, eſt rem concedere, quaſi ve
ſtire: & diſueſtire ac ſpoliare contraria ſunt,vt oſtendit
269 Plautus in Caſin.*Vir te veſtiet, tu virum ſpolies*.quare†inue
ſtitura vox dicitur comprehendens quamlibet poſſeſſio-
nem,non ſolùm ſi iure feudi, ſed & electionis, vel ſimili
apprehendatur.cap.propoſuit, de conceſſio.præbendæ,
Dyn.in c.1.nu.12.de reg. iur. in 6. Alber.in rub.C. loca.
confert glo.Inſt.de verbo.ob.in princ.in verbo firmum.
Rurſus reſponderi poteſt, quòd cùm verba illa donatio-
nem deſignantia præceſſerint, hæc verba ad ea ſe refer-
re, vt non feudum, ſed donationem factam oſtendant:
ſic in terminis Iacobinus à Sancto Georgio in inueſtitu-
ra feudali:in verbo Inueſtiuit.col.pen.verſicu.non obſtat
etiam.

Non etiam aduerſatur tertiò,quòd Otho in ea conceſ-
270 ſione hanc appellet Marchiam, † cuius natura eſſe dr̃, vt
feudum,non aũt directum dñium oſtendat, c.1.de feudo
Marchiæ,& Marchiam eſſe feudũ dignitatis tradunt Iaſ.
in præludiis feudorũ,nu.119. Capicius deciſio. 32.nu. 11.
So.Iu.conſ.95.nu.92.li.3.quia rñdeo vnà cum Alc. d.reſ-
271 põſo 119.nu.36.†Marchiam etiam dici,quam quis iure ꝓ
prio poſſidet:ſi etenim iure ſuo haberi poteſt, & conce-
ditur,vt etiam Comitatus: ſic in terminis Hoſt.& Ioan.
And.in c.vlt.de iudiciis.quos ſecutus eſt Alcia.trac.prę-
ſumptio.regula.2.præſump.3.nu.2. & ad rem maximè cõ
fert quod reſpondit Soc.Sen.conſi.67.Viſis inueſtituris,
col.4.verſ.nec ob.quòd prædicti nobiles, lib.1.dum affir
272 mauit,non eſſe bonam conſequentiam,eſt conceſſus†Co
mitatus,& effectus eſt Comes inueſtitus ille, ergo eſt da-
tum feudũ in vim Comitatus;quia ſtat ſimul,ꝙ conceſſus
ſit Comitatus,& tamen non in feudum, & vim Comita-
tus.ſic etiam videmus Marchionatus dignitatem, vt per-
ſonalem,à re ipſa diſtinctum quid habere,ita vt dignitas
cum perſona,non cum re extinguatur:quod docuit Iſer-
nia in c.1.col.1. de feudo Marchiæ. Non ergo ſequitur,
eſt Marchia, ergo eſt feudum, quod ab Imperio reco-
gnoſcitur.

Non quoque quarto loco aduerſatur, quòd in ea con-
ceſſione legitur, Othonem ſub hac forma conceſſiſſe,
273 †prout iuſtè & legaliter poſſumus; quæ verba reſtricti-
ua ſunt, vt illa dictio;prout,oſtendit, & vt iam diximus
paulò antè,reſtringitur,ergo, non vt directum dominiũ,
ſed vtile tantùm, ſicque feudum conceſſum cenſeatur.
nec enim directum concedere poſſe videtur Imperator
274 cùm,quæ † Imperij ſunt,alienare minimè poſſe nonnulli
affirment,ſic Baldus in procem.feudo.num.32.33.Alex.l.
quẽ pater.de liberis & poſthu.Io.Bapt.à.S.Seuerino in l.
cũctos populos,num.10.C.de Sum.Trin.&fide catho.&
in l.Imperium,num.35.ff.de iuriſ.om.iud. quod ea ratio-
ne affirmant,quia ſi hoc concederetur, ita paulatim mi-
nueretur euaneſceretque Imperium,quod nulla ratione
concedendum eſt,ſic Baldus in ca.intellecto, de iureiur.
& poſt alios retulit Rolan.à Valle conſi.2.nume.95. Reſ-
põdetur huic duriſsimo,qui creditur,obici,& primò nos
eſſe in claris in quibus ceſſant coniecturæ.l.ille aut ille. §.
cum in verbis,de leg.3.l.continuus.§.cùm ita.de verb.ob.
cùm enim donauerit Otho ſecũdus,& per tot annos illius
ſucceſſores confirmauerint,non eſt quòd hæſitemus am-
plius.Reſpondetur ſecundò,hic vnum præſupponi, quod
non conceditur,Othonem ſcilicet Aledramo conceſsiſſe
quæ Imperij erãt,cùm tamen iam dictũ rectè fuerit ſuprà
ſtatim,non Imperij,ſed ipſiuſmet Aledrami,tum ex patri
monio,tum ex propria acquiſitione fuiſſe. Reſpondetur
tertiò,veriorem eſſe interpretum ſententiam,Imperato-
275 rem,quæ † Imperij ſunt,ita alienare poſſe, cùm non ma-
ximi detrimenti alienatio eſt,ſic poſt Oldradum alioſq;
plures reſpondit Rol.à Valle.d.conſi.2,num.95.ſic Zaſius
in epit.feud.in 5.parte, nu.15. Reſtaurus Caſtaldus tract.
de Imperatore.q.104.n.3.qui poſt Baldum & alios affir-
276 mauit,† Imperatori licere ſingulariter ciuitatem,oppidũ
caſtrum.vel prouinciã alienare,& ſolùm impediatur par-
tem Imperij per nomen quotæ diſtrahere; cùm ergo in
caſu noſtro, Othonis tempore conceſsio ab eo facta,nõ
per modum quotæ,ſed rerum ſingulariũ verè fuerit, nec
ad maximam Imperij tunc ampliſsimi diminutionem
conceſsio extiterit,ſequitur,donationem illam abſolutam
& liberam fieri potuiſſe.ſi ergo donatio fuit, iuſta ratione
quò ad ius Imperij,quod nullum verè aderat,prælegatum
Antonio factum defenditur.

Sed dato,non conceſſo tñ,Othonis conceſsionẽ feuda-
lẽ fuiſſe,adhuc tñ is Aledramus ſecundus Antonio vni fi-
liorũ prælegare potuit.quod multis rationibus demonſtra-
tur.Primò,quia conceſsio hæc cũ ea facultate ac poteſta-
te eſt facta,vt liceret illi Aledramo primo huiuſq; ſucceſ-
ſoribus



277 ſoribus† ad libitũ diſponere(vt iam diximus) quo fit, vt
Aledramo ſecundo licuerit de eo teſtari ac prælegatũ fa-
cere.c.1.de feudo non haben. propr.naturã feud.c.feudũ,
ſi de feudo controuerſ. fuerit inter dñm & agna. vaſal.&
* vni filiorũ licere hoc caſu relinquere, * crebrior eſt no-
ſtrorum ſnĩa,vt eã nouiſſimè latè ac doctè ꝓ more tuetur
278 conſultiſſimus Cra.conſ.256.col.2.& 3. ſic in†feudo hæ-
reditario docuit Iaſ.in l.2. nu.213. C. de iure emphyteu
nec diſſentit Tiraq.trac.de retractu conſang. §. 7.glo.6.
in fi.Pariſ.conſ.2.nu.33.lib.1.Didacus Couarr. Hiſpa.lib.
2.varia.reſol.c.18.nu.4.ver.2.feudo,& ver.ſequenti,& nõ
eundo(vt noſtri ſæpe dicere ſolent) per mẽdicata ſuffra-
9 gia,ſic in indiuiduo noſtri caſus,& huius†prælegati affir-
mauit Albericus Roſatus in dictionario,in verbo, feudũ,
col.2. & Alberici verba ac doctrinam retulit ad verbum,
& probauit Boer.q.204.nu.28.&,cum de huius Othonis
conceſſione verba faceret idem reſpondit Pariſ. conſ.23.
nu.169.lib.1.ex quo illud ẽt intelligimus,malè reſpondiſ-
ſe Pariſ.conſ.10.num.7. li.1. non licere patri vni filiorum
feudum antiquum, etſi hæreditarium, relinquere, quod
minus verũ ſentiens Pariſ. aliter deinde rñdit conſ. 106.
nu.29.lib.1.Confirmatur ſecundò. prælegatum ab Ale-
dramo ſecundo factum defendi,quia ẽtſi feudũ hoc eſſet,
280 & ſui natura non alienabile,attamẽ†in ſuos alienari & de
eo diſponi potuit.c.1. de natura ſucceſ. feudo.c. oẽs filij.
de controuerſ.inueſt. ſic ad huius prælegati fauorẽ argu-
mentatur Alb.in d. dictio.in ver.Feudum, col.2. ver.& ꝓ
* hoc bene facit.&c.verè.n.*cõis eſt & receptiſſima oĩum
281 ſnĩa,vaſallum†feudũ no amittere ſi in vnum de compre-
henſis in inueſtitura alienat,ſic affirmarunt Ale.conſ.30.
nu.2.li.6.Cra.cõſ.103.nu.4.Brun.conſ.38.nu.2.conſ.44.
nu.4.Pariſ.conſ.1.nu.131.conſ.2.num.40. & conſ.3.num.
23.li.1.fuſiſſimè Tiraq.trac.de retractu conſan. in procę-
mio,numer. 52. ſic in emphyteuta annotauit poſt multos
Marſil.ſing.28.

Accedit 3.loco ex Alberici ſnĩa, ſic olim fuiſſe obſerua
tum in hac ipſa Carretorũ familia, vt de feudis diſpone-
re,& ſuis legare liceret. eſt ergo dicẽdum & eo tempore
282 illi Aledramo licuiſſe legare:eſt.n.† ꝓbabilis vnius fami-
liæ cõſuetudo,vt certo mõ teſtẽtur.ſic Ang.in l.teſtamẽ
ti factio.ff.de teſta. Barb.inter conſilia Curtij Sen.conſ.
67.Sapiente,colum.15.in fi.Iaſon conſi.46. num. 3. libro
1. & in repe. l. omnes populi, nu. 42 de iuſt. & iure, la-
tè Soc. Iun. conſilio 65. numero 34.libro 1.& conſili.62.
num.2.lib.2.Boc.q.155.num 29.qui latè& in feudis idem
ſentit.

Quartò,extra oẽm controuerſiã res hæc poſita eſt quia
283 duo alij fratres Antonij†prælegatarij,Georgius ſ.& Hen
ricus,hæredes extiterant d.Aledrami patris,quare illius di
ſpoſitioni aduerſari non poterant;ſic Albe.qui ſ. aliàs e-
nim de euictione tenerentur.l.cùm pater.§.euictis,de le.
2.& in noſtris his terminis ſic Alex.conſ.30.nu.2.lib.6.&
Iatius Crau.d.conſi.256. nu.3.in fi. nec alij diſſentiũt,qui
affirmarunt, filios non poſſe diſpoſition paternæ contra-
uenire,cũ de feudo diſpoſuit, ſi modò illius hæredes exi-
ſtant.iuxta l.cùm à matre.C.de rei vind.ſic egregiè & do
ctè affirmarũt Rui.conſ.1.nu.13.cõſ.42.nu.12.li.1.& conſ.
25.nu.11.li.2.Iaſ.conſ.168.in fin.lib.4. Boer.q.23.num.20.
Alcia.rñſo.181.nu.20.& in claris noſtris terminis,de con
ceſſione huius Othonis verba faciens, ſic reſpõdit Rol. à
Valle, d.conſilio.2. num.40.dubium ergo non eſt, quin
illud prælegatũ iure illi Antonio fuerit factum, quod eo
fortius verum demonſtrabitur,ſi vni difficultati, quæ tũc
excitabatur, ſatisfaciam. Non ergo obſtat, ea ratione
284 prælegatum non defendi,quia†diuiſio Marchiæ iure nõ
conceditur,ex cap. Imperialem.§.præterea, de prohib.
feud.alien.per Frid.quia multipliciter reſpõdeo.Primò,
285 ex Alberico in d.verbo, feudum,nos eo†in feudo loqui-
mur, quo diſponendi facultas ac poteſtas conceſſa fuit,
quo in caſu locũ ſibi nõ vindicat is tex. §. præterea, & in
ſpecie Alberici declarationẽ ꝓbauit Cur.Sen. conſ.69.
Dñs Ioan.col.6.ver.ſed præmiſſis nõ obſtantib.Reſpõde
286 tur ſecundò ex eiuſdẽ Alberici doctrina†d.§.præterea,lo
qui de ipſa dignitate,& titulus dignitatũ,nõ aũt,de bonis
earũ,puta ciuitatib,caſtris,& oppidis, cũ illa diuiſibilia
ſint,qđ qua ratione ſit factũ is latè explicat. vt faciunt &
Cur.Se.d.cõſ.69.col.8.ver.2.principaliter cõfirmo,Boc.
q.104.nu.27.qui ad literã Alberici verba retulit.ſic & Ru
beus conſ.133.nu.5.Reſpondeo ipſe tertiò d.§. præterea,
287 non ꝓcedere nr̃o hoc caſu,†in quo vni filiorũ legatũ eſt
feudum,cæteris autem bona allodialia qđ admittunt no-
ſtri interpretes d.§.præterea,ſic declarantes.vt Ale.conſ.
18.nu.6.li.2.conſ.30.nu.1.in fi.li.6.So.Se.conſ.67. col.8.
verſ.3.reſpõditur,li.1.& conſ.278.col.1. verſ.3. nam licet,
lib.2.Dec.conſ.445. nu.3. verſ. & licèt feudum. Brunus,
conſi.66.nu.12.Confirmatur hæc reſponſio, hac quarta,
quia d.§.præterea,non procedit, quando pater bona allo
dialia vni ex filiis, aiij caſtra, & oppida alii reliquit, ſic
Soc.Sen.d.conſi.67.col.8.verſi.4.reſpondetur,libr. 1. &
conſi.278. col.2. in princ.lib.2.& Rol.à Valle conſi.80.
nu.14.& Pariſ.conſ.10.nu.18.lib.1. Reſpondeo & quartò,
288 †d.§.præterea, non habere locum eo caſu, cùm ex con-
ſuetudine feudi diuiſio & diſpoſitio conceditur,ſic Alex.
d.conſilio 18.num.6.lib.2.& conſ.30.nu.1. lib. 6.Barba.
inter conſil.Curt.Sen.conſi. 67.col.12.13.Curt.ipſe Sen.
præcitato conſi.69. col.8.verſi. quarto principali funda-
mento.Socin.Sen.d.conſi.67.col.7.verſi.11.quòd diſpo-
ſitio lib.1.& conſ.278.colum.1.verſic. & primò quòd in
Italia &c.libr.2.Ruin.conſili.29. numero 16. libro 5.Go
za.con.62.num.4.Pariſi.conſilio 10.num. 15.libro 1. qui
289 atteſtantur†in Italia hanc inoleuiſſe conſuetudinem, vt
feuda etiam dignitatum diuidantur, & de conſuetudi-
ne ipſius Marchiæ Finarij atteſtatur iam citatus Alberi-
cus,& verè deferendum eſt doctoribus de conſuetudine
vnius patriæ atteſtantibus,ſaltem vt faciat præſumptio-
nem,qua probandi onus reiiciatur in aduerſarium,ſic e-
gregiè & latè reſpondit conſultiſſimus Craueta in conſi-
* lio 166. numero 9. qui * communem hanc & veram te-
ſtatur.

Hac ergo patefacta veritate, intelligimus iure illi Ale-
dramo licuiſſe Antonio filio prælegare,& per conſequẽs
non licuiſſe illi Georgio adire Carolum IIII. Imperato-
rem ad detrimẽtũ ipſius Antonij,& in contemptum litis
tunc pendentis, ob quam factum eſt, vt à Georgio tentæ
290 ta,omnia ſint†ipſo iure nulla.ſic probat l.2.C.de litigio-
ſis,vbi Bald.& docuit Bart. in l. 1.§.1. ff.eo de litigioſis.
291 Afflictus deciſi.331.nu.2.qui affirmauit,ex eo actu†ẽt ad-
hibita precarij clauſula poſſeſſionem non transferri,ꝙ&
in donatione procedit.Boc.q.33 nu.2. & alienationẽ nul
lã ipſo iure eſſe reſponderũt Iaſ.conſ.149.in fi.li.4.Cur.
Iu.conſ.165.nu.7.& clarius So.Iu.conſ.92.nu.6.li.3. Ra-
tione ergo hac, inueſtitura illa Caroli IIII. illaque erga
Imperiũ Georgij recognitio nullũ ius Imperio acquirere
potuit.Verùm dato(nõ conceſſo tamẽ)ꝙ legitima fuiſſet
illa inueſtitura,& iuſta ratione licuiſſe Georgio Imperiũ
recognoſcere:hęc iure defendi ſolũ poſſunt,quò ad illius
Georgij portionẽ,ſicq; quò ad quatuor vncias totius Mar
chiæ:nã quò ad portionẽ illius Antonij,res eſt clara & ab
ſoluta,illum nunquàm recognouiſſe Imperium, nec illi
inueſtituræ Caroli IIII.acquieuiſſe: ſic & quò ad tertiam
illam portionẽ ſpectantẽ illius duob. Georgii & Anto-
nii patruelib.Aledramo ſ.tertiò,& Emmanueli,dicẽdum
eſt, cùm eorũ nomine à Georgio ſuſcepta inueſtitura ra-
292 tificata nõ fuerit, ob id eorum†ius ſine facto ſuo potuit
tolli.l.id quod noſtrũ, de reg.iur. vt è cõtra nihil eis ex il
293 la inueſtitura†acquiſitum fuerit ius,l.ſi ego,de neg. geſt.
Bar.l.ſed ſi pupilli.l.ſi ego,in fi.de neg.geſt.ꝙ aũt nõ rati-
294 ficauerint ex multis cognoſcitur,quia qui†ratũ habet,co
gnoſcere debet qualis ſit actus,& quæ illius forma,vt e-
gregiè reſpõdit Cra.conſ.197.in fi.nã quod ignoratur ra-
tificari non põt.Iaſ.conſ. 107.col. vlt. lib.4. Pariſ.conſ.
47.nu.97.lib.1.hic cenſuit Ruin. conſi.48.num.14. lib.
295 1.†ratihabitionem ad incogitata non trahi.ſed in caſu no
ſtro præſumptio eſt,illos patrueles ignoraſſe factũ Geor
296 gii patrui cùm in dubio præſumatur†ignorantia. c.igno-
rantia,de reg.iur.in.6.præſertim in facto alieno. l. vlt.ff.
pro ſuo.Coniicitur & ex eo ratificationem non eſſe ſecu
297 tam,quia†ratificatio eandem ſolennitatem poſtulat,quã
actus ipſe principalis.l.ſi vt proponis.C.de nuptiis.glo.
l.1.C.ſi aduerſ.tranſ.clarè.Cal.conſ.57.nu.6.cùm ergo in
caſu noſtro ſuſceptio inueſtituræ & fidelitatis præſtatio
fuerit neceſſaria,nec aliquo mõ interueniſſe reperiatur,ſe
quitur,nullã legitimã ratificationẽ fuiſſe ſubſecutam, qđ
& tertio loco ex eo coniicitur, ꝙ ſi ita ratum habuiſſent,
& inueſtitura Caroli IIII.legitima fuiſſet,nõ ita de facili
adducti fuiſſent,vt compromiſſo & deinde laudo Anto-
298 nioti Adurni acquieſcerent, ſequens enim † actus de-
monſtrat qualis fuerit animus præcedens. §. pauonum,
Inſt.de rerum diuiſi.l.Iulia.§.proinde. ff.ad S.C. Maced.
Intelligimus ergo ſemota omni probabili dubitatione,

oƈto uncias totius Marchiæ,non potuiſſe,nec fuiſſe in il-
la inueſtitura Caroli IIII.comprehenſas.
Quò vero ad quatuor illas vncias Georgij, adhuc illa
Caroli IIII.inueſtitura prodeſt vel ipſi Imperio,vel huic
Marchioni Illuſtriſſimo,idque triplici ratione. Primò,
ꝙ Carolus IIII.inueſtiturã ſub eo modo & forma cõceſ-
ſerat,quare intelligimus, hanc Marchiam feudalem Im-
perij effectam nõ fuiſſe,cùm ſatis ſupérq; demonſtraue-
rimus liberam & abſolutam donationem ab Othone fa-
ƈtam fuiſſe,vt in ſpecie in ſimili inueſtitura, ſeu conceſ-
ſione ab eodem Carolo IIII. facta Marchionibus Mon-
tisferrati, qui ab eodem Alediamo ius ſuum metiuntur,
rñdit Pariſ.conſ.23.nu.66.67.68.lib.1.Secundò,quia pen
dente lite non potuit aliquid noui moliri, quare iam di-
ximus illa omnia ipſo iure nulla fuiſſe.Tertiò,quia Geor
299 gio non licuit†ius in potentiores transferre.l.1. C. ne li-
ceat potentio.vbi gl.ſic in terminis noſtris rñdit Craue.
conſ.205. in fin. & Ioannes Iacobus de Leonardis inter
cõſilia Bruni conſ.114.nu.82. qui ea rõne affirmarũt trãſ
lationẽ illam eſſe nullam,imò vaſallum ius ſuũ amittere,
ſic & qui rem habet liberam,cõtentioſam tñ,vt hic Geor
gius.d.l.1.C. ne liceat potentio.Iaſ.conſ. 149.in fin.li.4.
Nec eſt quòd dicatur,fortè mediante ſnĩa , Georgium &
duos illos patrueles integrum feudum contra Antoniũ
obtinuiſſe,& ita poſtmodùm inueſtiturã à Carol.4.con-
ſecutos fuiſſe:quia hoc nõ modò diuinare , verùm ẽt nec
veriſimile eſt;quia ſi res ita contigiſſet , non poſtmodum
in Antoniotũ Adurnum compromiſiſſent , vt ſatis de ſe
300 patet,& quod†veriſimile nõ eſt, falſitatis ſpeciem habet,
vt poſt Baldum & alios docuit Iaſ.in l.ſi extraneus, nu.6.
ff.de condi.cauſ.data.Dec.conſ. 644.numer. 6.latiſſimè
Tiraq. in l.ſi vnquam,in præfatione.nu. 37. C. de reuoc.
don. accedit præterea ꝙ in omnem caſum non conſtat
duos illos patrueles eam Caroli IIII.inueſtiturã ratam ha
buiſſe,ita vt Georgij portio tantùm,non aliorum Impe-
rio ſuppoſita ſit.eſt præterea abſurdũ præſumere ex ſnĩa
integrum feudũ Georgio & patruelibus fuiſſe delatũ, tũ
301 quia facta nõ præſumũtur.†l.in bello.§.factæ.de ca.eſſet
ad maximum & euidens Antonij detrimentum, qui non
modò pro tertia,ſed & multò maiori, ex cauſa ſcilicèt le-
gati,effeƈtus iam erat dominus.Conſtat ergo ſatis ſuperq;
iuſta ratione nihil eſſe impedimẽto quin excelſa hæc Ge-
nuenſium Reſp. effecta ſit domina huius Marchiæ pro
ea parte,quæ in laudo continetur , tum ex laudo, tum ex
iure antiquiori.
Secundò loco principali,vt demonſtrem re clara,hanc
Genuenſium Rempub.in petitorio potiora iura fouere,
vel ipſo Imperio,vel Marchione,ex eo adducor,ꝙ ab eo an
no 1385. quo tpe latũ fuit laudum, vſq; ad annũ 1482. (im
mò vſq; ad annum 1493. Vel paulò ẽt pòſt , vna ratione,
quã ĩ ſubiiciã,Reſp. ſemper tanquàm directi dña à Mar-
chionib.fuit recognita , & illis conceſſæ fuerunt inueſti-
302 turæ, quare dubium non eſt,quin † directum dominium
quod annis 30.& 40.acquiritur, acquiſitum cenſetur, vt
docuit Iac.Alu.in c.1.de feudo non habente propriam na
turã feudi,Abbas c.ad audientiam, col. vlt.de præſcrip.
Balb.trac.preſcriptio.parte principali.q.12.ver.4.quero.
Cra.trac.de antiquitate tẽporum.ſecunda particula quar
tæ partis principalis incip.Abſolutis differẽtiis.&c.n.28.
verſicul.primus caſus eſt,quod dubio procul etiam cõtra
303 †Imperium locum habet,ex quo apud Remp. affuit bo-
nafides,& legitimus titulus,Didac.Couar.in c.poſſeſſor,
2.parte.§.3.nu.3. de reg.iur. in 6.nã de fide bona non du-
304 bitatur,quia†præſumitur,Bar.l.Celſus,nu.17.& ibi Balb.
nu.104.ff.de vſuc.Alex.conſ.200.nu.4.li.2.Alc.trac.prin
ſump.reg.3.præſump.5. nu.1.de titulo autẽ ſatis cõſtat, ex
ipſo laudo,qui dubio procul legitimus eſt,vt ſtatim dice-
mus,& iã ſ attigimus, vel ſaltem ſi error aliquis interceſ-
305 ſit,negari non põt,quia quò ad Rẽp.iuſtus † is error fue-
rit,& probabilis:ob id dubium non eſt ,quin profuerit ad
* præſcriptionem inducendam,vt*vno ore affirmarunt no
ſtri ſic Bar.d.l.Celſus.nu.2.3. Alciatus qui ſuprà,& Dida-
cus,d.c.poſſeſſor,ſecunda parte.§.8.nu.2. Soc.Iun. conſi.
76.nu. 60.conſ.77.nu.156.lib.1.Moder. Pariſien. conſi.
20.nu.2.3.
306 Nec eſt ꝙ obiiciatur contra † Imperium non currere
præſcriptionem minorẽ cẽtum annorum, vt docent Iſer
nia & Afflictus in c.1.§.præterea,de ꝓhib.feud.alien.per
Fride.& ſcribit Bald.tract.præſcriptio.ſecunda particu-
la quartæ partis principalis.q.1.Soc.Iun.conſ.76.lib.86.
lib.1.& Rol.à Valle conſ. 3. nu.82.83. quia multipliciter
rñdetur. Primò,hìc agi non poſſe de præſcriptione con-
tra Imperij iura,cùm Imperator nullum ius in hac Mar-
chia ſi vnquã conſecutus,vt ſtatim oſtendimus. Rñdetur
ſecundò (& hic eſt ſummopere animaduertendum ) non
modò centum annos,ſed ẽt centum ac nouem eſſe de cur
ſos contra Imperium, nam à die laudi lati per Antonio-
tum Adurnum, hoc eſt ab anno 1385. vſque ad tempora
307 †Maximiliani Imperatoris, à quo inueſtituram obtinuiſ-
ſe Alphonſum ſeniorem affirmat hic Marchio tantum
temporis interceſſit , cùm certiſſimum ſit , vt annotauit
rerum ac temporum diligentiſſimus obſeruator Moder.
in ſuis Chronicis, Maximilianum anno 1494. Imperium
ſuum fuiſſe auſpicatum, cùm Fridericus tertius illius pa-
ter ſuperiore anno vita functus eſſet. & licet viuẽte patre
certo modo adminiſtraret Imperium,non tñ vt Impera-
tor potuit inueſtituras concedere , & ſententias contra
iura Genuenſium ferre quinimò ẽtſi vt is ſcriptor annota
uit,Maximilianus Imperium adminiſtrauit, id fuit tãtùm
per annos octo antequam ipſe illud ingrederetur , ita vt
clarè adhuc conſtet, nihil Imperio fuiſſe acquiſitum per
308 vnum & centum annos.Rñdetur & tertiò † Imperij iura
ẽt priuatiuè minori ſpacio annorum centum præſcribi
poſſe: poſſe enim præſcribi priuatiuè tradit latè & doctè
Cra.trac.de antiq.tẽporũ,quarta parte principali,quarta
particula, quæ incipit,Materia iſta ſingularitatis,num.72.
eiuſdem ſententiæ addo Ruinũ.conſi.21.col.2.lib.1.Cur.
Iun.conſi.158.nu.16. Albam conſi.62.nu.34.& conſi.64.
* nu.91.92.* communem teſtatur Didacus in ca.poſſeſſor.
ſecunda parte.§.3.nu 1.de reg.iur in 6.tempus autem mi-
nus annorum centum ſufficere affirmauit Cur. Iun.dict.
309 conſ.58.nu.16.qui ſufficere ſcripſit†tempus , cuius ini-
tij memoria non eſt , quod minus annis centum eſſe po-
teſt , vt latè & rectè probat Craueta tractat. de antiqu.
temporum,quarta parte principali ſecunda particula,in.
cip.Abſolutis &c.nu.2.
310 Non eſt pariter quòd obijciatur,† in feudis nullã præ-
ſcriptionem currere.c.1.§.præterea.de cap.Conradi , vbi
Iſernia.c.Imperialem,de prohib.feudi.alie.per.Fride.ibi,
nulla præſcriptione obſtante &c. quod clarè affirmãrunt
Soc.Sen.conſi.86.col.3.verſi.3.& vlt.lib.1.Afflictus deci-
ſio.254.nu.3.4. plures citat Rol.à Valle conſil.3.nu.18.19.
Hanc fuſiſsimè tuetur Ioan.Angelus Beſutius Mediola-
nenſis inter conſilia Vidarici Zaſij conſi. 15.num.12.affir-
mátque;non ſufficere præſcriptionem 30. vel 40.ann. ſed
centenariam ſaltem exigi.quod & ſcripſit Afflictus præ-
citato loco,nec aliter viſus eſt ſentire Soc.Iun.cõſil.6.nu.
16.li.1.Reſpondetur multipliciter,& primo, quòd aut in-
telligit Illuſtriſsimus hic Marchio de præſcriptione Gen-
uenſium contra Imperium vti contra directum dominũ,
& tunc dico,nihil hoc eſſe,duplici ratione.Prima, quia iã
diximus,ius nullum Imperio vnquam fuiſſe acquiſitum.
Secunda,quia ſi Genuenſes eo modo præſcripſiſſent , non
feudum tanquam directi domini dominium illud , quod
prætendebat Imperator præſcripſiſſent,quo in caſu relata
iura & doctorum authoritates non loquuntur.Aut intel-
ligit hic Marchio de Genuenſium preſcriptione aduerſus
ipſummet Marchionem & ſuos anteceſſores, qui vt vaſal-
li Rempub.per tot annos recognouerunt, & tunc non eſt
etiã dubium tanto tempore huic etiam Marchiæ potuiſ-
311 ſe † præſcribi,cùm eius naturæ ſit , vt præſcribi potuerit,
cùm & alienabilis fuerit , ſitque,vt de Othonis huius ſe-
cundi conceſsione verba facientes vno ore reſponderunt
Pariſ.conſi.23.nu.195.lib.1.Soc.Iun.conſ.76.nu.61.62.li.
1.Rol.à Valle conſi.3.num.79.quod ſine dubio procedit,
poſteaquam oſtendimus pluſquam centum annis Rem-
pub.pacificè poſſediſſe,antequam Imperio aliquid acqui
reretur, & relatorum interpretum authoritate qui in con
312 trarium adducebantur.Reſpondetur ſecundo, ẽt † in feu
dis præſcribendis ſufficere priſcriptionem 30.vel 40.ann.
* ex ſnĩa gloſſæ.d.§.præterea, quã * crebriore calculo ſecu-
ſecuti ſũt interpretes,vt cõem teſtãtur Cur.Sen.cõſ. pen.
co.2.Pariſ.cõſ.1.n.123.conſ.35.nu.14.& conſ.27.n.66.lib.
1.latè Iac.Alua.inter conſilia Bruni conſ.61 . & latiſsimè
So.Iun.cõſ.6.n.15.li.Balb.tra.præſcrip.quarta particula.
4.partis principalis.q.12.princip.verſ.1.igitur quæro &c.
Craue.tract.de antiquitate temporum,quarta parte prin
cipali,ſecunda particula incip.Abſolutis &c.nu. 29.quo
loco reprehendit Afflictum d.deciſio. 254.latiſsimè hanc
multorum authoritatibus confirmat Tiraquellus de re-
tractu



tractu conſang.§.1. glo.10.nu.15. & hanc affirmauit verã
Roland.à Valle.d.conſi.tertio, nume. 79. vno ore enim
313 relati omnes interpretes intellexerunt dicto † capitulo
1.§.præterea,& d.cap. Imperialem, locum ſibi vindicare
in ſola longiſſima triginta,ſcilicèt vel quadraginta anno-
rum præſcriptione,cum tanto tempore præſcribens,ple-
na ſecuritate fruatur.l.omnes, & l.ſicut. C. de præſcrip.
30.vel 40.annorum.
Non obſtant nunc quæ ſuprà adducta ſunt in oppoſi-
tum ad fauorem Illuſtriſſimi huius Marchionis, in quo-
rum diſſolutione non parua verſatur difficultas. Ad pri-
mum itaque reſpondeo ex latè deductis ſupra,nec Otho-
nis ſecundi, nec Caroli Quarti conceſſiones & inueſtitu-
ras huic Marchioni prodeſſe poſſe.ſæpius dicta non repe
to,ne (vt eſt in veteri prouerbio ) repetita Crambes offi-
ciat.quare non aduerſatur illa regula,ꝙ res de facili ad ſuã
naturam reuertitur;quia non potuit nro hoc caſu reuer-
ti ad feudi naturam , cũ illa talis nunquam fuerit. Rurſus
314 †regula illa non procedit, qñ priſtina natura iã fuit extin
cta,natura.n. ſupereſſe debet,cùm qualitas immutatur,ſic
So.Se.conſ.260.col. 4.ver.prima ratio eſt.li.2.ſed in caſu
noſtro,iã extincta eſt feudi natura(ſi modò talis fuit ,cum
ab eo anno 963.vſq; ad annũ 1355. poſſeſſores huius Mar-
chiæ Imperium non recognouerint.
Non obſtat ſecundum, quia reſpõdetur , ſatis ſuperq;
fuiſſe demonſtratũ inueſtituram Caroli Quarti nihil pe
nitus prodeſſe,ſaltem reſpectu octo vnciarũ totius Mar
chionatus,quare cõſtat in Antoniotũ Adurnum dubio
ꝓcul cõpromitti,& ab eo laudũ ferri potuiſſe.Reſponde
tur ſecũdò,Carolum Quartum ſub ea forma & qualitate
inueſtiuram conceſſiſſe ſub qua Othonis , conceſſio
emanauit, quæ in omnẽ caſum ſi feudalis dici poſſet, eſſet
tñ impropriè feudalis,hoc eſt,cum facultate vẽdendi,a-
315 lienandi,& ꝓ libito volũtatis diſponẽdi†quare ſine Im-
peratorum authoritate & cõſenſu cõpromitti& diſponi
de illo potuit,ſic interrogati reſpõderũt ex noſtris quàm
plures,vt apud Dec.conſ.163.nu.3.ver.reſpondetur,cõſi.
171.col.2.& conſ.390.nu.8.Cra.conſ.84.nu.10.& cõſ.92.
nu.6.& in ſpecie imò in indiuiduo hui⁹ cõceſſionis Otho
nis reſpondit Rol.à Valle conſ.3.nu.60.61.qui affirmauit
316 †Marchiones Montisferrati ad libitum ſine alterius aut-
horitate & conſenſu Marchiam alienare,& de ea diſpone
re potuiſſe.ſic in Marchia Ceuæ ꝓ Illuſtriſſimo hoc Fina
rij Marchione reſpõdit idẽ Rol,à Valle conſ.42. cùm ta-
317 mẽ intelligamus ex olim relatis hanc† Marchiã Ceuæ eã
dem habere originem, quã & hæc Finarij habuit.eoq́, lo
co is Rol.nu.16.ingenuè teſtatur multorum authoritatib.
318 citatis,aduerſus relatã†Speculatoris opinionẽ , eſſe alio-
rũ interpretum ſñiam,quod facit idem Rol.in trac.de lu-
cro dotis.q.54.nu.22.cui addo So.Iu.conſ.124.nu. 72. li.
1.conſ.70.nu. 11.li.3.& Alciat.reſpõſo 138.nu.3.nu.3. nec
ad rẽ cõfert,quod eſt dictũ,ſaltẽ Speculatoris & Signoro
li opinionẽ ꝓcedere,qñ in potentiorẽ eſt facta alienatio:
qa reſpõdetur, relatos interpretes verè loqui,cùm alienã
319 di poteſtas data nõ eſt;nã ſi tunc alienetur,ẽt cum†clauſu
la,ſaluo & reſeruato domini conſenſu , adhuc nõ ſufficit
ad pœnã euitandã.ſic clarè Aret.cõſ.64.col.1.&2.& poſt
multos ſic declarat Neuiz.inter conſ.Bruni cõſ.12.nu.56.
& Rubeus conſ.13.nu.18.Reſpõdetur ſecũdò hoc caſu di
320 ci nõ poſſe alienationẽ eſſe factã in potentiorẽ,†dùm po
tentior cõſideretur habita relatione ad perſonarũ in cu-
ius detrimentũ fit alienatio,vt illi.ſ.ꝑ nouũ dominiũ me
tus inferri poſſit, cùm in eũ imperiũ & iuriſdictionẽ ha-
bet.ſic egregiè rñdit cõſultiſſimus Cra. conſ.205. in fi.&
latè Io.Iacob.de Leonardis inter conſ.Bruni cõſ.114.nu.
348.ſed in caſu nro iã clarè apparet Genuenſium Remp.
nõ eſſe,vel fuiſſe Imperio vel maiorẽ vel potentiorẽ,nõ
ergo dici poteſt in potentiores factam alienationem.
Non obſtat tertium fundamentum principale de de-
claratione & ſententia Maximiliani , quia multipliciter
reſpondetũr.& primò,non leui ſuſpitione carere poſſe,
ex his quæ paulò antè diximus, qua enim ratione eã ſen-
tentiam ferre potuit eo anno 1482.Maximilianus, ſi Im-
peratoris adhuc munere non fungebatur eſt ergo maxi-
321 ma † vrgentiſſima præſumptio contra Illuſtriſſimum
hunc Marchionem , quam euidentiſſimis conuellere de-
bet probationibus,iux.l.vlt.ff.quod met.cauſa. &c.quia
veriſimile, de præſumptionibus. Reſpondetur ſecundò,
Maximiliani prædicti ſententiam non iniquam modò
(vt ſic dicam) ſed & nullam omninò eſſe , cùm aduerſus
322 Rempub. minimè monitam & † citatam lata dicatur:qua
re ſententia nulla verè dicitur.leg.de vno quoque,vbi do
ctores.& in l.ſi furioſo,vbi Alex.& Iaſ.ff. de re iud. Alex.
conſ.114.li. 6. latè Sebaſtianus Vantius tractatu nullita-
tum,in titulo de Nullitate ſenten. ex defectu citation.
num.10.qui iam numero 9. multorum authoritatibus is
323 firmauerat,adeò†maximum eſſe citationis defectum af-
vel à ſtatuto vel à Principe tolli , ſanari , ſupplerive non
poſſit;cuius ſententiæ præter eum fuit & Dec.conſi.603.
nu.11.12.iure ergo dicere poſſumus,Genuenſes à Maximi
liano non iuſtè per ſententiam condemnatos, ſed perpe-
ram & de facto ſpoliatos , vt egregiè reſpondit Ruinus
conſi.17.nu.4.lib.3.nec aliter ſentit Barba. conſ. 13. col.
1.lib.3.& clarè Marſil.ſing.195.Nemo eſt,&c. Rurſus ſen-
tentiam iniquam fuiſſe ex eo detegitur,ꝙ ſine cã iuſta &
324 legitima contra Genuenſes eſt lata,nec enim † ſine iuſta
cauſa poteſt , vel debet quis iure ſuo priuari , vt latiſſimè
tradit Craue.conſi.135.nu.19.20. & ampliſſimè in tracta.
de antiq.temp.prima parte principali,nu. 50. qui fortius
loquitur in Principe, qui ſibi ſubiectum & vaſſallum iure
ſuo quærit priuare, quantò fortius in noſtro hoc caſu , in
quo iam præſupponimus Rempuul. Genuenſium non
eſſe ſub imperio ? quare in eos clauſula plenitudinis ptã-
tis vti,non poſſe Imperatorem abundè ſuprà demonſtra-
uimus.Nec eſt quòd dicamus iuſtam cauſam affuiſſe,quia
ex latere Marchionis Alphõſi ſenioris allegabatur,ac cer
tis rõnibus demonſtrabatur,compromiſſum in Antonio-
tũ Adurnũ factũ,per metũ fuiſſe factũ,ob idque laudũ de
inde latũ futuris Marchionib.& ſucceſſoribus nocere nõ
325 potuiſſe;quia reſpondetur de † metu non conſtitiſſe ve-
rè,qui tñ erat oĩo probandus. l. metũ. C. de his q̃ vi me-
túſve cã.Dec.conſi.219. nu.6.Pariſ.conſi.10.nu.36.li.1.&
326 conſi.5.num.168.li.4.ſic nec†vis præſumitur illata,qua-
re probanda eſt clarè.l.non eſt.ff. quod metus cã. Alcia.
277 rñſo 504. nu. 7. & in ſpecie qualis illatus fuerit † metus
probandum erat.leg.3.in fi.ff. quod me.cauſa. Alcia.l.in-
terpoſitas,nu.3. C.de tranſanc.& metus qui allegatur il-
latus,non oſtendit nec concludit,quoniam bellum inter
Genuenſes & illos Marchiones geſtum ita ad Genuen-
ſium veluti ad ipſorum Marchionum incommodum eſſe
potuit,quorum caſtra aliqua & oppida etſi fuerint ex-
pugnata,non tamen fit,quòd metu tandem compulſi co-
promiſerint, quia ſtat ſimul,quòd aliqua damna hinc in-
de ſubſecuta fuerint, & tamen adhuc illi Marchiones eſ-
ſent admodùm potentes,vt cùm Genuenſibus bellum ge
rere potuerint,cùm præſertim ab Imperatore Vinciſlao,
qui paulò ante Carolo Quarto ſucceſſerat,adiuuarẽtur,
tanquàm Imperij vaſalli : non ergo ſequitur , paſſi ſunt
bellum Marchiones, ergo metu compulſi compromiſe-
runt.Nõ pariter aduerſatur illud,quod afferri video,Ma-
ximilianum vſum fuiſſe clauſulis illis , ex certa ſcientia,
& motu proprio,quia multipliciter reſpondetur: Primò
328 †clauſulã ex certa ſcientia,nõ operari eo caſu,quando ius
tertij læditur,ſic Aret.conſ.15.nu.6. Cur. Iun. conſ.142.
nu.8.ver.nec obſtant.Pariſius conſi.11.nu.121.lib.1.& præ
ſertim,cùm maximum eſt quod affertur præiudicium,ſic
329 Pariſ.conſ.1.nu. 84. lib.1.ſic in† clauſula motus proprij,
dicimus , quæ ius concedentis, non tertij lædit , vt poſt
multos quos citauit clarè cenſuit Craue. conſilio 241.
colum.9.verſicul.ſecundò reſpondeo.eiuſdem ſententię
addo Ruinum conſilio 226.num. 12.conſi. 228.num.3.&
conſi.229.nu.7.lib.1.Gozad.conſ.14.nu. 18. Pariſium.d.
conſ.1..nu.120.& conſi.1.nu.75.conſ.80.nu.67.li.1.Cur.
Iun.d.conſ.142.nu.9. Neuiz. inter conſ. Bruni. conſ. 12.
330 nu.34.idem eſt in†clauſula ex certa ſcientia,cuius vis tan
ta eſt,quanta clauſulæ motus proprij,vt reſpondit Pariſ.
conſ.3.nu.57.lib.4.ſupplere tantùm quæ iuris ſunt, non
quæ facti,ſic Pariſ.d.conſ.1.nu. 81. lib. 1. cuius facti apud
Principem præſumitur ignorantia,ſic Pariſius qui ſtatim
ſuprà,& in conſ.4.nu.28.& conſi.74.nu.29.lib.4.cùm er
go metus in facto conſiſtat , nec de eo facta fuerit fides,
ſequitur æis clauſulis ſatisfactum non eſſe. Reſpondetur
331 tertiò,d.†clauſulas nihil prodeſſe , cùm conſtat rem ali-
ter ſe habere.Pariſ.d.conſ.1.nu.82. lib. 1. ſed hìc conſtat
iuris ſaltem præſumptione,quæ probandi onus reiicit in
aduerſarium, nullum eſſe illatum metum;non ergo clau-
ſulæ hæ operari poſſunt . Non quoque aduerſatur illud
332 † Decij reſponſum in conſili. 191. quia loquitur Decius
in donatione priùs à Rege facta , deinde reuocata ex
certa ſcientia , & alteri collata; quod facere licuit , cùm
e. 2. ſuam

ſuam liberalitatem reuocare ad libitum ſui animi potue-
rit. diuerſum eſt in caſu noſtro, vbi Imperator abſtulit à
Genuenſibus,non quod eis conceſſerat, ſed quod eorum
proprium erat.Rurſus Decius eo in caſu loquitur,in quo
illa donatio priore loco facta, & deinde reuocata, iam
à ſui initio erat nulla ac indebitè facta,vt is Dec. eo loco
nu.5.verſi.ſecus videtur eſſe &c.clarè ſenſit;quod in caſu
noſtro non contingit,in quo nihil indebitè, nihil nulli-
ter Reipub.acquiſitum delatúmve fuit,vt iam latè oſten-
dimus.

Non obſtat quartum,quòd dictum fuit hos Marchio-
333 nes vti potuiſſe ac poſſe beneficio †l.bene à Zenone.C.de
quadrin.præſcrip.quia reſpondetur multipliciter. Primò
d.l.bene à Zenone,procedere ſolùm, cùm is Princeps,ꝙ
bona aliena donauit,illa cum bonafide poſſidebat;ſic do
cuit Abbas cõſ.3.nu.8.verſ.primò quod illa lex.lib.2.Ro
ma.ſing.737.Anno præterito.Soc.tract.fallen.regu.342.
fallen.2.Ruinus conſ.31.nu.18.li.5. Decius conſ. 445.nu.
50.verſicul.& quia lex &c.Balbus tract.præſcrip.5.parte
principali,ſecunda particula in octaua q. verſi. quartò li-
mita.Soc.iunior conſi.69.num.65.lib.1.at in caſu noſtro
non poſſidebat Maximilianus ſaltem cum bonafide,non
ergo conceſſio ab eo Marchioni Alphonſo ſeniori facta
profuit,vt illi deinde beneficium l. bene à Zenone,con-
cederetur.Reſpondetur ſecundò d.l.bene à Zenone, pro
cedere, quando Princeps ſimpliciter concedit rem tan-
quam ſuam,cauſa non adiecta,qua oſtẽdit quomodò res
illa ſua eſt;ſic reſpondit Soc. ſen. conſil. 46. numero 19.
lib.4.idem cenſuit Balbus.d. q. 8. verſ. quintò limita. &
Grammaticus deciſ 65.num. 79. verſ.item lex illa, ſed in
caſu noſtro conceſſit Maximilianus ex cauſis iam relatis
quæ cùm veræ non ſint,ſequitur,illi beneficio locum mi
nimè forè.Reſpondetur tertiò. d. l. bene à Zenone,ini-
quitatem quandam continere, quare ex iuris Pontificij
diſpoſitione ceſſare debet,etiam ſi inter laicos res agatur
ſic clarè reſpõdit Soc.Iun.d.conſi.69.nu.60.libr.1.Reſ-
pondetur quartò, d. l. bene à Zenone, procedere illis in
caſibus,in quibus Princeps poteſt vti clauſula plenitudi-
nis poteſtatis.ſic So.iun.d.conſ.69.num.61.lib.1.& Grã-
ma.d.deciſ.65.nu.79.verſ.item dicit illam legẽ,qui alios
in hanc citant ſententiam. cùm ergo ſatis ſuperque fue-
rit demonſtratum,Imperatoribus minimè licere ea clau-
ſula plenitudinis poteſtatis contra Genuenſes vti,ſequi-
tur beneficio d.l.bene à Zenone,aduerſus eos locum non
fore.Reſpondetur quintò,d,l.bene à Zenone,non proce
dere,quando is recipiens conceſſionem à Principe factã,
erat in malafide,ſic Soc.Iun.d.conſi.69.in fi.lib.1.ſed in
caſu hoc noſtro,iam ſatis oſtendimus, Alphonſum illum
ſeniorem,cùm inueſtituram à Maximiliano peteret,fuiſ-
ſe in malafide,cùm nulla iuſta ſubſiſtente cauſa à Genuen
ſibus requiſitus, vt illius conſueuerant maiores inueſti-
turam ſuſcipere, & Rempub. in dominam recognoſcere
recuſauerit.Reſpondetur ſextò,d.l. bene à Zenone, pro-
cedere,quando res per ſubhaſtationẽ alienata fuit,ſic Bal
bus, qui ſuprà,q.8.verſicul.ſeptimò limita.addo eiuſdem
ſententiæ Curt.Iunio.conſil.vltimo,num.8.& Gramma.
d.deciſio.65.nu.78.qui hanc eſſe veram doctorum inter-
pretationem multis affirmauit, ſed clarum eſt in noſtro
hoc caſu, nullam interceſſiſſe ſubhaſtationem, ceſſat er-
go diſpoſitio illa.Reſpondetur vltimò, ſaltem medio re-
ſtitutionis in integrum,Reipub.hoc caſu aduerſus diſpo
ſitionem d.l.bene à Zenone ſuccurri,quemadm.& mino-
ribus ſuccurſum dicitur, vt docuit Ang.in l. 1. C. de fide
inſtrumen.& iure haſt.fiſcal.lib. decimo. Socin.d. tract.
fallen.reg.342.fallen.7.Baldus qui ſuprà.d.q.octaua.ver.
334 decimò limita.†Rempublicam autem minori æquiparari
dubium eſt nemini ex l. Reſpublica. C. ex quibus cauſis
maio.l.Rempublicam.C.de iure Reipub.libr. 10. & latè
affirmarunt Ruin.conſ.66.nu.13.li.5.Alciatus reſpon.4.
nu.9.& reſponſo 203.nu.33.Neuiz.conſ.43.nu.2.ceſſat er
go omni ex latere hoc ipſum, quòd falsò creditur ſolidũ
fundamentum.

Non obſtat ſecundum, ad Imperij commodum aduer-
ſus Genuẽſes decurſam eſſe præſcriptionem,qua Genuẽ-
ſium omne ius dicitur extinctum; quia reſpondetur mul-
tipliciter. Primò à die ſententiæ & conceſſionis Maximi-
liani,in omnem caſum, quo is eo anno 1482. Imperator
fuiſſet,ſolũ eſſe decurſos annos ſeptuaginta octo, cùm
tamẽ cõtra Remp. præſcribi non poſſit minori ſpacio cẽ
tum annorum, ex priuilegio Genuenſium Reip.per Hẽ-
ricũ Imperatorẽ conceſſo, & in actis producto. Nec eſt
quòd dicatur in eo priuilegio appoſitam nõ fuiſſe clauſu
335 lam,Non obſtante &c.ad tollendã † præſcriptionem illã
30.& 40.annorum ex Aretini ſententia in conſil. 15.in 2.
dubio,à quo ante eum non diſſenſit Bald.in authen.quas
actiones,col.2.verſic.4.quærit. C. de ſacroſ. eccleſ. quia
reſpondetur primò ex eiuſdemmet Aretini ſententia eo
loco nu.9.verſ.His tñ non obſtantibus &c.dum affirmat
ſatis hoc priuilegium operari, ſi ex certa ſcientia fuerit
hoc conceſſum, vt verè fuit hoc Genuenſibus datum, &
certa ipſa ſcientia ex eo etiam ſatis demonſtratur,dum in
ſpecie dictum eſt, ꝙ nulla niſi centenaria præſcripto cõ-
tra Genuẽſes decurrat. Reſpondetur ſecundò huic obie-
ctioni, ꝙ cùm Genuenſium Reſpub. iura fiſci & Imperij
habeat,ſitque omninò libera,vt iã in primo articulo oſtẽ
dimus,ſequitur ſolùm de iure centenariam præſcriptionẽ
336 contra eam poſſe decurrere,ex †l.vltima. C.de ſacroſ.ec-
cle.quæ ab auth.quas actiones,hoc caſu non corrigitur,vt
rectè interrogatus reſpondit Aretinus conſ.154.col. vlti.
ver.tertiò præmitto.& apud So. Se.conſ.86.col.pe.in ſub
ſcriptione Petri Laurentij de Lutis lib. 1.qui ambo ſic in
ciuitate & Rep.Senarum conſuluerunt,& idẽ poſt Cor-
neum conſ.268.col.10.ver.non enim obſtat,quod primo
loco,lib.4. cenſuit Crau.tracta. de antiq. tempo. quarta
parte principali,nu.106.& idem ſenſit Pariſius conſil.55.
num.27.lib.1.

Reſpondetur ſecundo loco principali, di. quinto fun-
damento Imperatorem aduerſus Genuẽſes nullo tempo
re præſcribere potuiſſe,deficiente titulo & bonafide; de-
ficiebat enim titulus, de quo verè nullo modo conſtat.
Nec dicatur adfuiſſe titulum pro ſuo, cùm iam ſui origi-
ne Marchia fuiſſet Imperij,conceſſa ſcilicèt ab Othone,
deinde à Carolo quarto,& poſtmodum ab ipſo Maximi
337 liano confirmata,qui ſanè†titulus pro ſuo ſufficit ad præ
ſcribendum, ſecundum Baldum in c. 1.§. ſi quis per 30.ſi
de feudo fuerit controuer.inter.domin.& agna. quia re-
ſpõdetur.Baldum hoc caſu duo exigere, primum, quòd
is præſcribens anteà fuerit dominus alia ex cauſa & titu-
lo,cùm alioqui titulus generalis pro ſuo non ſufficit. le.
1. ff. pro ſuo.ſecundum quod is dominus ſit in bonafide.
ſic Baldum declarauit Balbus in tract. præſcriptionũ pri-
ma particula 3.partis princ.q.12.verſi.requiritur tamen e-
tiam &c.ſed id caſu noſtro non conſtat hanc Marchiam
feudum Imperij fuiſſe.non ergo pro ſuo Imperator poſſi
dere potuit,ſicque præſcribere.deficit & bonafides, cùm
lata ſententia aduerſus omnem æquitatem fuerit,vt iam di-
ximus,& ſtatim ſubijciemus.Minus dici poteſt. Impera-
338 tores præſcripſiſſe ex † confiſcationis titulo,quæ ſanè cõ-
fiſcatio etiamſi nulla eſſet in ſe,attamen iuſtam preſcribẽ-
di cauſam præſtare dicitur.l.Pomponius.§.ſi iuſſu.ff.de ac
quiren.poſſeſ.Balbus trac.præſcri.prima particula tertiæ
partis principalis.q.11.quia reſpondetur, ſine cauſa con-
fiſcari,& à Repub.auferri non potuiſſe;ſic reſpondit Iaſ.
conſi.63.col.2.lib.3.Pariſius conſi.11.num.116.lib.1. quare
relatus Balb.d.q.11.verſi.quid autem in ſentẽtia nulla,&c.
339 negat titulum hunc eſſe ad præſcribendum † idoneum,
cùm is qui per ſententiam poſſidet,in malafide verſatur,
vt verſabatur,non ipſe modò Alphonſus ſenior, ſed &
ipſemet Imperator Maximilianus, noſtra hæc reſponſio
declaratur, confirmaturque ex gloſſa in capite ſi ſacer-
dotes.16.q.3. in gloſſ. 1. quam, citat Balbus, dum, clarè af-
340 firmauit viuente illo,qui † ſententiam, vel nullam vel in-
iuſtam tulit,præſcriptionem currere non poſſe.ſi ergo vi-
uente Maximilanò nulla eſt decurſa præſcriptio,ſequitur
ad commodum Imperij à die, quo Diuus Carolus V. ad
Imperium aſſumptus eſt, ſolum decurſos eſſe annos 39. à
die ſcilicet mortis ipſus Maximiliani, qui, vt Hiſtorici om
nes teſtantur,anno 1519.deſiit eſſe in humanis, vſque ad
diem occupationis Finarij anni 1558. ſequitur ergo non
eſſe decurſam preſcriptionem aliquam ſaltem tanti tem-
poris,quia ius Genũenſium ſit ſublatum malafides autem
Maximiliani ex eo ſatis detegitur quòd nulla iuſta ac le-
gitima cauſa ſubſiſtente tentauit priuare Genuenſes iure
ſuo.nec dicendum aliquo modo eſt,Maximilianum fuiſſe
341 in bona fide,eò quia etiamſi † titulus confiſcationis fue-
rit putatiuus, immmò iniuſtus, nihilominus ex eo bona-
fides cauſatur,vt docuit Bar.in l.Celſus,numero decimo
ſeptimo de vſucapio. & ſuprà latè retulimus:quia cenſeo
hîc animaduertendum Bartoli & ſequacium doctrinam
procedere,quando iuris communis diſpoſitio refragatur,
vt ſe



vt ſe ipſum declarat Bart.l.ſed ſi lege.§.ſcire.ff.de petitio.
hæred. Alex.conſi. 73.in fin.lib.2.Curt.ſen.conſi.72.Prin
ceps defunctus.col.5 Baldus.d.l. Celſus.nu.20.23.Gram.
Neap.deciſ.79.nu.89.Plotus.l.ſi quando.nu.292.C.vnde
vi,ſed cui dubium,quin hoc noſtro caſui reſiſtat ac refra-
getur iuris communis diſpoſitio,cùm ſine cauſa iuſta &
ratione non potuerit Genuenſium Reſpub.iure ſuo priua
ri.Accedit præterea,quòd licet bonafides ex iniuſto erro-
re cauſetur,attamen titulus ille tali,errore formari nõ po-
teſt.ſic Bartol.d.l.Celſus.nu.3.in fin.vbi Balbus nu. 4. 5.
quo loco eum iniuſtum eſſe errorem declarat, qui circa
factum proprium verſatur. quod præſertim hoc noſtro
in caſu procedit, vbi agitur de præſcribenda Genuenſiũ
iuriſdictione & Imperio, in cuius præſcriptione non ſuf-
ficit titulus cauſatus errore iniuſto;ſic poſt Baldũ.l.vlti-
ma.col.8.in 15.oppo.C.de edicto Diui Adra.tollend.quẽ
ſecutus eſt Balb.dicta l.Celſus, nu.10.de vſucapio. Non
aduerſatur quoque quod dicitur, Maximilianum, non à
ſua perſona,ſed ſuorum anteceſſorum præſcriptionẽ in-
342 cœpiſſe,quorũ†malafides ipſi Maximiliano ſucceſſori in
ſola dignitate,nocere nõ potuit,vt declarauit Balb. trac.
præſcripti.2.particula 3. partis principalis.q.12.propè fi-
nem verſi.primò igitur limita, poſt Alex.conſ.89. nu. 8.
lib.2.& alios,quos ille retulit.quia reſpondetur,Maximi-
lianum non potuiſſe à perſona ſuorum anteceſſorũ pre-
ſcriptionem incipere, cùm eorum nemo quaſi poſſeſſio-
nẽ directi huius Marchiæ dominij aſſecutus ſit,vno exce
pto Carolo quarto,qui per aliquot annos, ab anno ſci-
licet 1355.vſque ad annum 1385.tempore lati laudi.quo ſa-
nè tempore,cùm Genuenſes antiquã quaſi poſſeſſionem
amiſſam iure recuperauerint,ſublata & extincta fuit præ-
ſcriptio, quæ currere quodammodò ad Imperij commo
dum cœperat.ſuã ergo præſcriptionẽ continuarũt Genu
enſes vſque tempora Maximiliani, & ex cuius iniuſto fa-
cto tolli,aut interrumpi non potuit,ex relatis iam ratio-
nibus.Accedit præterà Balbi & aliorum doctrinam intel
ligi & procedere,vt ipſemet præcitato loco loquitur,quò
ad præſcriptionem inchoandam à perſona ipſiuſmet
ſucceſſoris,non autem quò ad continuandam cum illa ex
tempore illius prædeceſſoris,quod & clarè docuit Feli.in
c.de quarta.nume.23.de præſcrip.quare ſi aliorum omiſſa
perſona, ab ipſo Maximilano inchoetur præſcriptio,iam
cernimus,tanti temporis non eſſe,vt ad Genuenſium tol-
lenda iura ſufficiat.Reſpõdeo & tertiò principaliter,Im-
peratores cauſam habuiſſe ab Alphõſo ſeniore,qui in ma-
xima mala fide verſabatur,cùm iam illi eo anno 1482. de-
nuntiatum à Genuenſium Repub. fuerit,vt ad ſuſcipiẽdũ
inueſtituras, quemadmodum ſui anteceſſores conſueue-
rant,accederet,qui Alphonſus,re comperta,vt Remp. fal
leret ſuoque iure priuaret,ad Maximilianum confugit.il-
343 la ergo denuntiatio † malam fidem in Alphonſo cauſauit
induxitque,ex l.ſi fundum. C.de rei vind. vbi Sali.Balbus
in l.Celſus.nu.111.ff.de vſucap.& in tract.præſcrip.2.par-
ticula tertiæ partis princ.q.2.Ripa in cap.cùm M. Ferra-
rienſis,num.159.de conſtitutio.Cremen.ſing.134. Tiraq.
de retractu conſang.§.15.glo.1.nu.28.& §.36.glo.2. num.
10.18.ex quo. & illud infertur,ꝙ ſi hæc omnia is Alphon-
ſus ſenior Maximiliano ad vnguem, (vt par erat) retuliſ-
ſet,non certè is deinde iure ſuo Rempub.priuaſſet. Nec
aliqua excuſatione defendi poteſt Alphonſi malafides, ꝙ
344 factum † iudicis,ſicque Imperatoris eum tuetur,ex l. nõ
videtur.§.qui iuſſu,de regu.iur. ex l.iuſtè poſſidet. ff. de
acq.poſſ.cum ſimilibus,quia reſpondetur,hîc nullũ iudi-
cis factum,ſicq; Imperatoris anteceſſiſſe; nã quod actum
à Maximiliano eſt,ſuaſionibus Alphonſi eſt actũ,quicùm
345 Rempublicam ſuo † ſpoliaſſet iure, Imperatoris authori-
tate non poterat in ea confirmari.l.authoritatem. C. vn-
de vi,& egregiè tradunt Rui.conſi.35.nu.10 lib. 1.Ripa. l.
naturaliter.§.nihil commune nu.63. de acqu.poſſ.Goza.
conſilio octauo numero 13.Pariſius conſilio 101. numero
68.libro primo Socinus Iunior conſilio 76. numero 22.
lib.1. Alciatus reſponſo 370.nu.2.& reſponſo 450. nu.24.
Neuiza.conſil. 81.nume. 34. ꝙ ſi concederetur,verè is Al-
phonſus ex ſuo dolo commodũ ſentiret,quod nulla iuſta
ratione concedendum eſt.l.itaq; fullo,cũ vul.ff.de furtis.

Non obſtat ſextum fundamentum,quo dicitur, ex lau-
do Antonioti Adurni nullum dominium in Rempubli.
tranſlatum fuiſſe,ex Baldi doctrina in l.vlt.§.vlt.in fin. C.
communem de leg. quia reſpondetur multipliciter. Pri-
mò,neceſſe minimè fuiſſe ex laudo ius aliquod.in Rempu.
trãſferre,cũ iam ante illud ius habeat,habueritque. Reſ-
346 pondetur ſecũdò,†Baldi doctrinam veram nõ eſſe, cùm
eam multis & rectè reiiciat Iaſon in l.ex hoc iure,nu. 45.
347 ff.de iuſt.& iure Reſpondetur tertio,†dominium ex ſen-
tentia transferri,cùm illi acquieſcit condemnatus,ſic Bal
dus in l.1.C.communia vtriuſque iudicij.Iaſ. d. l. ex hoc
iure,nu.44.& ſenſit Soc.Sen.conſ.9. col.9. libr.1.ſed cui
dubium,quin acquieuerint ij Marchiones illi laudo Adur
ni,cùm in illius executionem,& obſeruantiã per nonagin
ta annos cõtinuos inueſtituras à Republica ſuſceperint.
348 Reſpõ detur quartò,†Baldũ in d.l.vlt.loqui in emphyteu
ta, qui quemadmodum alienare, ſic nec compromittere
poteſt, ne mediante laudo emphyteuſim diſtrahat, in a-
liumque transferat;nos autem non concedimus, hoc eſ-
ſe feudum, quin iam clarè demonſtratum fuit, quòd ſi
349 feudũ eſt,alienabile eſt,non repeto ſæpius dicta,† Gloſ-
ſa autem d.l. exceptio. ff. de exceptione rei iud. non lo-
quitur in noſtris his terminis, ſed illius caſus,cũ reus con
uentus,per ſententiam nullis hinc inde factis probatio-
nibus abſolutus fuit. nam iuſta ratione dicitur, nullum
tunc in reum ſic abſolutum tranſlatum eſſe dominium,
cùm nihil de iure ſuo is probauerit : ſic declarauit Are-
tinus in leg.Pompeius.§. ſi iuſſu, numero 10. de acquir.
poſſe.

Non obſtat vltimum,quia reſpondetur primò, licuiſſe
Reipub.ius ſuum hac via conſequi, cùm aliunde ei non
foret ſuccurſum,vt ſuo loco diximus.Reſpondetur ſecũ-
dò,debuiſſe Illuſtriſſimum Marchionem experiri eo re-
medio.leg.ſi quis in tantam. C. vnde vi. & petere Rem-
305 pub.condemnari,ac deinde priuari, † cùm priuatio ipſo
* iure non ſequatur, vt affirmant * omnes in d. l. ſi quis in
tantam, vbi Bar.numero 28.Baldus colum. penult.verſi.
ſuper 4.Ang.col.pen.Ripa,in c.ſæpe, numer. 99. de reſt.
ſpoliat.Tiraq.in l.ſi vnquam,num.152.& 287.Reſponde-
351 tur & tertiò, hanc diſpoſitionẽ tunc locum haberet† cùm
per dolum facta eſt occupatio, vt ſcribunt Doctores in
dict.leg.ſi quis in tantam.C.vnde vi.ſed apud Rempub.
352 nullus fuit † dolus, cùm id egerit, quòd iuſta ratione fa-
cere poſſe credebat, vt poſt Baldum & Hieronymum
Tortum egregiè reſpondit Crau. conſ.8.in fin. Conclu-
do ergo excelſam Rempub.potiora iura in cauſa dominij
fouere.

QVinta dubitatio facilis diſſolutionis eſt. Quid hac
in cauſa iudicióve agendum ſit poſteaquã Genuẽ-
ſium procurator,lata interlocutoria,qua ſe iudicẽ
declarauit Imperator competentẽ iudicem deſeruit,nec
ſui loco procuratorem reliquit.& fortè dicendum vide-
353 tur,hunc articulũ difiniri ſatis†ex capitu.eum qui.de do
lo & contumacia, libr. 9.& in clemen.1. de dolo & con-
tuma. & per Bart.in leg.qui Romæ.§.Seia, vbi Iaſ.nu.21.
ff.de verbo.obligat. qui in motiuo in ordine 4. referun-
tur.ex his enim ſatis videtur probari. Remp.amplius ci-
tandã non eſſe, illiúſque vices poſſe ſuppleri, cum litiga-
354 toris † abſentia ex iudicis præſentia ſuppleatur. leg. &
poſt.§.1.ff. de iud.lege properandum.§.ſin aũt. C.eodẽ.

Contrariam ſententiam veriorem eſſe credo, Excelſã
hanc Rempublicam ad cæteros iudicij actus omninò ci-
355 tandam eſſe, & ea adducor ratione prima,quia in †dubio
eligenda eſt tutior via, qua vtrique partium poſſit eſſe
conſultum,ex Caſt.doc.in l.1.in fi. ff. ſi quis cautio. & e-
gregiè reſpondit Cra.noſter.conſ.14.in fine & conſ.23.in
fi.erit ergo vtriq; partium conſultũ ſatis,ſine alterius in-
commodo,ſi citabitur Reſpub.Secundò,ex eo in hãc ad-
356 ducor ſententiam,ꝙ† procuratoris contumacia domino
nocere non poteſt in his, quæ grauioris ſunt præiudicij,
ſic declarat Bart.in l.1.§.ſi procurator,nu.2.ff.ſi quis iuſd.
non obtempera.vbi Cur.Iun.nu.8.ꝙ hoc caſu præſertim
procedit,vbi nihil eſt quòd negligentiæ Reip.aſcribatur,
cũ n procuratorem conſtituerit vnà cum ſubſtituẽdi po
teſtate.quare iuſtè credidit ipſum procuratorem dimiſ-
ſurum fore,ſi recedere ei contigiſſet, ſubſtitutum, iuxta
ea quæ ſcribit Cur.Iu.d.§.ſi procuratori, nu. 3. in princ.
cùm ergo non citare Remp. ad cæteros actus cauſæ diffi-
niendæ,ſit maximi detrimenti, ne illius rationibus non
auditis contra eam ferri ſentẽtia contingat,dicendum o-
mninò eſt citandam eſſe.

Tertiò; vt huius ſim ſententiæ, ea ratione contendo, ꝙ
Bartoli,& Iaſonis eſt declaratio,in d.l.qui Romæ.§.Seia.
vbi Iaſ.nu.21.qui pro contraria ſententia afferuntur; qua

357 declaratione affirmarunt,† cap.eum qui,de dol.& contu-
procedere donec appellationis interpoſitæ durat proſe-
cutio,ſed ea finita citandum eum eſſe quò ad cæteros a-
ctus cauſæ principalis, ꝙ ea ratione confirmatur, quia
contumaci, quò ad vnum actum, non tamen quò ad cæ-
358 teros,† nocet contumacia.l. aut qui aliter.§.vlt.& l.vlt.§.
vlt.ff.ꝙ vi aut clam.Angel.Aretin.§.vlt.num.5.Inſtit.de
pœna teme.litigan.Boe.in l.conſentaneum, col.7.nu.70.
C. quomo.& quando iudex.
Quartò & vltimò,adducor doc.Aretini,in d.l.qui Ro- *
mæ.§.Seia.nu.21.verſic.& ex prædictis,qui affirmat, d.c.
eum qui,tunc demum habere locum, cùm appellatio eſ-
ſet friuola, ſecus ſi iuſta ratione interpoſita, vt in caſu
hoc noſtro,nam iure hic appellare licuit; conceditur e-
359 nim † appellatio, cùm iudex reiectis exceptionibus pro-
cedit ad vlteriora in caſu recuſationis iudicis, capitulo
quæſtio.§.vltima vbi Abbas, de off.deleg. Decius in cap.
interpoſita.colu.1. de appella.& tātò fortius,cùm oblatæ
fuerint probationes ſuper iuſta recuſationis cauſa, ex tra-
ditis per Decium.d.cap.interpoſita,col.2. verſi.ſecunda
regula.

SExta dubitatio facilis explicationis diſſolutioniſque
(mea ſententia)eſt; ſi nonnulla crebrius à noſtris re
360 cepta obſeruauerimus,illud primum,†capitula eſſe in
dubio recipienda,& ad probandū admittenda, ſic docuit
Iaſ.in authen.Ad hæc.nu.3. C. de iudiciis, quem ſecutus
eſt Neuiz.li.6.Syluæ nupt.nu.47.verſ.item in dubio om-
nia interrogatoria&c.ſic Curt.Sen.quem ſtatim referam,
* quare* communi interpretum voto dicimus, † capitula
361 ipſo iure eſſe admittenda,cū clauſula ſaluo iure impertinē
tium & non admittendorum,ſic tradunt Caſt. in l.ad ꝓ-
bationem.C.de prob.quo loco affirmant, in fine litis di-
ſputationem illam eſſe reſeruandam, an pertinentia ſint,
&ad rem faciant,vel non.cuius ſentētiæ fuit & Cur.ſen.
conſ.71.Super cōtrouerſia.col.pen. verſ.venio ad ſecun-
dum, Alex.conſi.166.nu.6.lib.6.
Scio tamen illud verū & æquitate niti, quòd ſi notoriè
362 cōſtet†capitula eſſe impertinētia, nō eſſe aliquo mō cum
quauis clauſula admittēda,ſic intelligo Imol. in l.4.§.to-
ties.ff.de dam.in infe.quem viſus eſt ſequi Cur.ſen.qui ſu
prà,q fortius intelligitur,ꝙ vbi viget ſtatutū(vt in hac ci-
uitate in ciuilibus ſub Rub.de capitulis admittendis in ci
uilibus(quòd c.admittantur ſaluo iure impertinentium,
eſſe indiſtinctè admittenda;quod ipſe nō concederem,qñ
verè de impertinentia conſtat. Imolæ ſententiam probā-
uit Gram.deciſ.45.nu.8. cùm ergo ſumus in dubio Caſt.
doctrina & aliorū ꝓcedit,tametſi alij permulti cōtrariū
verius ac tutius affirmauerint, eſſe ante omnia diſcutien
dum,an capitula pertinentia ſint,vel non,quàm ea admit
tere cum ea clauſula,ne ſcilicèt fruſtentur litigantes ina-
nibus & fruſtratoriis probationibus, & ſumptibus vexen
tur,ſic Dec.in c.dilecti 4.nota.de except.&conſ.162.nu.
1.quam ſententiā probauit Purpu.in l.1.num. 60.ff.ſi cer.
pet.& Neuiz.conſ. 30.29. & dubitatiuè viſus eſt ſentire
Corſetus ſing.in verbo,iudex,incipit Iudex &c.&Gram.
deciſ.45. nu.5. attamen diſputationem in fine reſeruari,
* crebrius eſt receptū,vt Moder.Pariſ. in additio. ad Dec.
d.c.dilecti. 4. nota.teſtatur. & relatam aliorum opinio-
nem eo caſu procedere poſſe intelligo,cùm aliquo modo
de impertinentia re ipſa cōſtat,vt intelligere viſus eſt Cra
ue.conſi.23.nu.4.ſic clarius Pariſius conſi.67.numer. 38.
39.lib.4.
Illud etiam ſecundum annotandum obſeruandumque
363 eſt,†capitula ſatis dici pertinētia, quæ quo quomodo ad
cauſam ſiue directò,ſiue per indirectum conferunt,ſic v-
* no*ore nr̄i affirmarunt.vt Bart.in l.duo p̄roni.§.idē Iu-
lianus.& ibi Iaſ.nu.12.ff.de iurei.Bal.in l.2.§.qđ obſerua
ri,vbi cæteri,C.de iureiu.propt. calum.dan.Curt. ſen.d.
conſ.71.ſuper controuerſia.col.pen.ver.venio ad ſecun-
dū.Dec.conſ.84.col.vlt.verſ.non obſtat ꝙ,&c.conſ.162.
nu.2.& conſ.517.nu.2.& d.c.dilecti.4.nota.de except. &
in c.in præſentia.nu.34.de prob.Gui.Papa q.347. Crau.
364 colum.5.in fine,qui clarè dixit,† capitula cenſeri imper-
tinentia,quando nullus effectus ex eis ſequi poteſt. idem
cenſuit Pariſi.conſi.67.nu.16.lib.4. Alcia. reſponſo 387.
num.4.
Eſt illud tertium obſeruandum;ꝙ quemadm. ex latere
395 actoris† capitula eliciuntur ex libello, vt reſpondit Ale-
xand.conſilio 166.numero 6.li.6. quod viſus eſt ſentire
Boc.quæſtio.42.num.13.qui ſcripſit libellum ex capitulis
declarari, ſic ex exceptionibus rei, quia in eis actor dici-
tur.l.ſecunda. ff. de exceptio. His ſic annotatis obſerua-
tíſque,per ſingula ab excelſa Genuenſium Repub. dedu-
cta capitula diſcurramus,vt intelligamus;num reiicien-
da,vel admittenda potius ſint. Primum capitulum eſt, ca
ſtrum Gouonij eſſe munitiſſimū.hoc capitulū eſſe admo
dum pertinens arbitror,quia eo probato ſequetur, Illu-
ſtriſſimum hunc Marchionem non eſſe ante omnia reſti
tuendum,*ex crebriori illa ſententia Caſtr.l.ſecunda.C.
de edicto Diui Adriani toll.quam retulimus ſuprà in ter-
tio articu.& dato milies Caſtrenſis ſententiam aliquā pa
ti difficultatē,attamen cùm tempus nō ſit,nec locus huic
diſputationi ante factas probationes, ſed tempore feren
dæ ſententiæ, dicendum eſt omninò capitulum hoc eſſe
admittendum,cùm nō modò parum, ſed multùm ad cau
ſam conferat. Eſtq; ea ratione etiā hoc c.pertinens, quia
eo probato,demonſtrabitur,excelſam hanc Rempub.nō
eſſe leui ex cauſa, ſed maximè vrgenti motam, ad arcem
hanc & cætera loca occupandum, ob imminens ſcilicèt
periculum ne incolæ ſeſe proderent Gallis, cuius caſtri
recuperatio maximè difficilis deinde fuiſſet. Nec ad rem
confert,quod dicitur caſtrum Gouonij eſſe quid minimū
reſpectu aliarum rerum & bonorum locorumque occu-
patorum,quia iam aliàs demonſtrauimus, maiorem ha-
bendā eſſe Caſtri rationē, quàm aliorum locorum, cùm
alia loca facili negotio poſſint recuperari, ſi amitti con-
tingat.Rurſus negari nō poteſt, quin ſaltē ratione ipſius
caſtri ſit hoc capitulum pertinens. Secundum capitulum
ac tertium continent ab anno 1480. vſq; ad annum 1529.
in ciuitate Genuenſi bella ciuilia, contentiones, & di-
ſcordias viguiſſe,& foris multa bella fuiſſe geſta, vt Rem-
pub.ſeruarent illæſam, quæ oſtendunt iuſta admodùm
fuiſſe Reipub.impedimenta, quibus non potuit poſſeſ-
ſionem & iura ſui directi dominij in hac Finarij Marchia
recuperare; quæ ſanè capitula dicere impertinentia, eſt
non modò abſurdū,ſed & valdè iniquum, cùm illis proba
tis,demonſtretur Rempublicam nunquam depoſuiſſe re
cuperandi animum, ſicque ciuilem ſemper retinuiſſe poſ
366 ſeſſionem,qua mediante † naturalem ingredi potuit.leg.
clam poſſidere.§.qui ad nundinas,vbi Iaſ.num. 25. de ac-
quir.poſſeſ.& iam aliàs ſuprà dixi. Rurſus horum capi-
tulorum probatio in eo releuabit, commodumque affe-
ret,quia demonſtrabitur, Rempub. adeò pecuniis fuiſſe
exhauſtam,& viribus debilitatā,vt minimè potuerit Mar
chioni bellum indicere & gerere cùm præſertim is Mar-
chio Imperatorum ſeſe tueretur clypeo, quod oppugna-
re,non difficilè modò,ſed penè impoſſibile fuiſſet, & in
noſtris terminis ſic clarè reſpondit Ruin. conſi.42.num.
367 8.lib.4.demonſtrabitur ſecundum Ruinum†in continen
ti factam eſſe recuperationem iuxta loci & perſonarum
qualitatem. ecce ergo quantum cauſæ hæc capitula con-
ferunt.
Quartum,quintum & ſextum capitulum recipiendum
eſt,cùm ex eis contendat probare reſpubl.ſubditos& in-
colas Marchionis ab eo deſciuiſſe, & ſeſe obtuliſſe Gen-
uenſibus,qui ſi eos in ſuam fidē & ditionem recipere re-
cuſaſſent,ſeſe Gallis dediſſent, ex qua ditione futurum e-
rat, vt Genuenſes ipſi non modò proprium recuperare
impediti fuiſſent,verùm & propria vicina loca perdidiſ-
ſent.demonſtrabitur etiam iuſtam & opportunam occa-
ſionem oblatam fuiſſe Reipub. recuperandi proprium.
Nec ad rem confert dicere, ſubditos non fuiſſe iuuandos,
ſed ſedandos,quia reſpondetur, immò fuiſſe iuuandos ꝓ
ipſius Reipub.commodo,cui cōceſſum alias fuiſſet, ami
cos conuocare ad amiſſam poſſeſſionem recuperandam,
vt affirmant. Septimum verò capitulum quo deductum
per Genuenſes fuit, metum Gallorum adfuiſſe, ob quem
quamprimùm tentarunt, loca ipſa & caſtra Finarij occu
pare,eſt admodū pertinēs,tùm quia eo ꝓbato demonſtra
bitur nō leue adfuiſſe periculū,quo cogebātur Gēuenſes
occupare,ne aliàs iure ſuo in totum priuarētur, vt paulò
ante diximus.Octauū verò & nonum capitulū eſt pariter
recipiendum admittendumq;,quia ex probatione inde fa
cta ſequetur, ꝙ cùm caſtrū Francum deſtructū & à Gen-
uēſibus deinde reædificatum fuerit,erogatas impenſas in
oēm caſum ab ipſo Marchione reficiendas,vt reficiendas
eſſe oſtēdemus j. in vltimo articulo:ſequetur & illud,ꝙcū
Caſtrum Frācum ſit intra Coruū & Monachū,ſicq; intra
Genuenſiū fines,eſſe ipſorū Genuenſiū,ſaltem iuris præ-
ſum-



ſumptione,vt ſ̃.diximus in j.arti.q̃ ſanè præſumprio pro
bandi onus transfert in aduerſarium.l.generaliter.§.ſi pre
tium.infi.ff.de fideicom.lib.cum pluribus olim allegatis.
cum ergo nō modò,quoquo modo,duo hæc capitula ad
cauſam conferant,ſed multùm adminiculentur,dicendū
dubio procul eſt,admittenda eſſe.quæ ſanè capitula ſi à
Marchione ſunt confeſſata, non erunt quidem in ſpecie
admittenda,ſed ita generaliter capitula non probata pro-
bandum admitti,iuxta communem praxim. Decimū &
vltimum capitulum,quo conatur Genuenſium Reſpub.
probare Illuſtriſſimum hunc Marchionem non coactè,
ſed ſpontè depoſuiſſe caſtrum apud Illuſtriſſimum glorio
ſiſſimúmq; virū Andreā: Auriā quod capitulum ſi proba
bitur,maximus is ſequetur effectus,quòd ſuo facto & cul
pa poſſeſſionem amiſiſſe dicetur,vt nō immeritò nullum
ei competat recuperādæ remedium, vt fuſius ſuo loco di
ximus.Nec aduerſatur,quòd dicitur hîc conſtare de veri
tate in oppoſitum,ex ipſorummet Genuenſium cōfeſſio-
ne: quia hoc verum minimè eſt quandoquidē ſolùm fa-
tentur Genuenſes ſe bellum indixiſſe, ac intuliſſe, ꝙ au-
tem in eo inſtanti, in quo pacta & conuentiones factæ
initæque fuerunt,& caſtrum in manibus Principis Auriæ
repoſitum eſt,Marchio fuerit coactus ita facere,non ſunt
confeſſi Genuenſes,quare ſtat ſimul bellum fuiſſe illatū,
& neceſſitatem ita paciſcendi non contigiſſe.Nec ad rem
confert, quod plures adſint præcedentes,& ſubſequen-
tes Marchionis proteſtationes,quibus.ſatis ipſius metus
probatur;nam hoc factum ipſius Marchionis reſpicit, &
ſuam voluntatē,contra quā probore Genuenſib.non di-
citur prohibitum, ſed conceſſum quia eſſe pōt ꝙ vno tp̄e
Marchio per timueret è caſtro eiici alio vero tempore
nō.cùm ergo aliquo modo ad cauſam cōferat,de volunta
ria diſpoſitione,ac initis pactis fuerit exceptū,iure ad ca-
capitula quæ fuerunt negata redacta ſunt,ob id omni ſua-
dente rōne,cū nō cōſtet euidenter eſſe impertinentia,ſed
ad rē maximè cōferre,admittēda ſunt. Accedit præterea,
quòd in cōfeſſione clariſ.Iurecōſ.D.Octauiani de Nigro,
nullum ſolidum fundamentum eſt conſtituendum, cùm
368 † Procuratoris ſpontanea cōfeſſio ſine ſpeciali mādato,
nō noceat dño,vt docuit Bart.in.l.certum.§.ſed an ipſos
col.2.de cōfeſſis,& Alex.conſ.222.nu.16.li.2.cōſ.66. nu.
22.li.6.Neuiz.cōſ. 17.nu. 29. Pariſ.conſ. 115.nu.21.libr.1.
quod præſertim hoc caſu procedit,vbi ſi cōfeſſio procu-
ratoris noceret, faceret incidere Rempub.in delictum,
quòd iniquè aliena occupauerit, iuxta tradita per Iaſ.in l.
procurator, col.1.& 2. ff. condi.indebi. & per Curt.Iun.
conſi.149.in fine & per conſultiſſimum Crauettam conſ.
54.nu.6.& alibi ſæpe,accedit etiam de his confeſſionibus
369 ac cæteris non conſtare, cū legitimè † exhibitæ non fue-
rint,nec decreta copia ipſi Reip. vt decernenda erat cum
termino ad opponendū,vt tradit Bar. extrauag.ad repri-
men.in verbo de plano,col.1.Feli.in ca.ſignificarunt,de
teſtibus.Romanus cōſ.157.col.1. &egregiè Marſi.in ſing.
81.Aduertas &c.qui alios in hāc ſentētiam retulit.Cōclu
do ergo capitula iſta eſſe ad probādum admittenda.
DVbitari ſeptimo loco cōtingit, qualis ſit in hac cau
ſa ferenda ſententia:& verè ex iam relatis concludē
dum eſt, Sacram Cæſaream Maieſtatem declarare
debere,ſe huius cauſæ iudicem non eſſe competentē, re-
mittereque debere omnem hanc controuerſiam Reip.or
dinariis,vel ſaltem Summo Pontifici,vt tandem apud alte
rum eorum diffiniatur.erit & Cæſari ſuadendum,vt antè
hæc omnia ſuā reuocet interlocutoriam, qua ſe iudicem
declarauit competentem;quā ſi reuocare negauerit,& in
cauſa ꝓcedere maluerit,erit declarandum malè inſtitutū
fuiſſe ab Illuſtriſſimo hoc Marchione iudicium poſſeſſo-
rium,&eo reiecto eſſe ſuper cauſa petitorij procedendū,
ac diſputandum ambarum partium iuribus, ſuper quibus
ſi ferri contingет ſententiā,declarandū erit excelſam Gē
uenſiū Rēp.eſſe dominā directi dominij d.Marchionat',
ſaltē proportione illa in laudo Antonioti Adurni conten
ta.ſi tamen de viribus iudicij poſſeſſorij cognoſcere ſta-
tuet Imperator,capitula excelſæ Reipub.erunt admitten
da,& ſuper eis recipiendæ probationes. quò verò ad ero-
gatas per Genuenſes impenſas quid in omnem caſum ſta-
tuendum ſit ſtatim dicemus.
Legitima dubitatio eſt, an ſaltem Reip. reficiendæ ſint
impenſæ, quas in refectione caſtri Franchi erogauit, in
370 quo articulo dicendum videbatr,non eſſe † reſtituendas,
ex ſententia Martini Laudenſis in tracta. de Caſtellanis.
q.13.dum clarè affirmauit caſtrorum inuaſores non repe-
tere impenſas in caſtri refectione erogatas,ex tex. vbi gl.
l.ex argēto.ff.de cond.furtiua,& probat l.4. C.de infant.
expoſitis, quæ ſanè iura de impenſis neceſſariis loquūtur,
idque ea iuſta ratione conſtitutum videtur, quia ipſi oc-
cupatori eſt imputandum,ꝙ malafide in re aliena impen-
dere voluerit.
Contrarium tamen verius eſſe arbitror.Primò ea addu
371 cor ratione,quòd regulariter† poſſeſſor malæfidei & ſine
titulo conſequitur impenſas neceſſarias erogatas in refe
ctione rei poſſeſſæ,vt probat l.planè.ff.de petitio.hæred.
& l.domum.C.de rei vindicat.Bar.in l.in fundo.nu.11.de
rei vind.quo loco eam affert rationē, quia poſſeſſori im-
putaretur,ſi nihil impendendo ſineret rem perire & fun
ditus deſtrui.idem cenſuit Alciatus in l.impenſæ,nu.8.de
verbo. oblig. quod & placuit Moder. Pariſien. in con-
372 ſuetud.Pariſie.titul.1.§.1.glo.5.numero 75.immò is †ma-
læfidei poſſeſſor etiam vtiles impenſas conſequitur,
non quidem per æſtimationem, ſed per detractionem,
vt probat dict.leg.domum,in fine.& Bart. d. l.in fundo,
numero 11.quantò fortius dicendum eſt in caſu noſtro,
in quo Reſpub. non poteſt dici occupaſſe alienum, ſed
recuperaſſe ſuum,caretque malafide, vt ex iam dictis ap-
paret.
Secundò,vt hoc verum affirmē hac ratione clara & eui
denti contendo, Genuenſes petere ſibi refici impenſas,
non nūc,ſed olim,antiquitus ſcilicèt erogatas in refectio
ne caſtri Franchi,quod ſumptibus Reipub.fuit reædifica
tum,vt eiuſdem Marchionis anteceſſores ſunt atteſtati in
publico inſtrumento confecto anno 1399. vt in actis con
373 ſtare dicitur,quæ† confeſſio & ipſi Marchioni ſucceſſori
nocet, vt reſpondit Aret. conſilio 36.numero 3.Ruinus
conſil.76.num.14.libr.5. nec eſt dubitandum, quin tunc
temporis licuerit ipſis Genuenſibus caſtrum illud fun-
374 ditus deſtructum reædificare,tum quia eſt † in litore ma-
ris,iuxta tex.l.riparum, & l.in tantum. ff. de rerum diui-
ſio.Cæpola in tract.de ſeruit.ruſticor.prædio. c. 27.nu.3.
quod tantò fortius locum habet, cùm cōſtet ædificatum
caſtrum hoc eſſe intra fines Genuenſiū,hoc eſt intra Cor
uum & Monachum,ſicq;præ ſumitur ædificatum in ſolo
375 ipſorum Genuenſium, ex quo eſt intra † centum miliaria
iuxta l.1.§.cum vrbem, de off.præfacti vrb.Specu.in titu.
de iuriſd.omn.iud.col.2.verſi.& ſcias,nu.3.Caſtr.conſili.
179.col.2.4.lib.1.ex quo ceſſat, quod dicitur de occupa-
tione,quia hîc non agitur de impenſis de præſenti factis
ſed iam antiquitus erogatis.
Tertiò,vt huius ſim ſententiæ,ex eo adducor, ꝙ cauſa
376 hæc † coram Cæſare tractatur,coram quo eo proceditur
modo,quo coram Deo optimo maximo,vt tradit glo.in
rub.auth.de hered.& Falcid.Bald.in c.1.§.1.nu.3 de noua
forma fidelita.quare dicimus,Imperatorem eſſe Deum in
terris.§.1.in auth.de conſul.Bald.cap.ſignificantibus, in
fine off.delega.& latiſsimè Reſtaurus Caſtaldus tract. de
Imperatore, q.50.nu.31.
Si ergo cauſa à Deo optimo maximo diffiniretur du-
377 bio procul Reipub. Genuenſi reſtituerentur † impenſæ,
etiamſi conſtaret per vim & malamfidem occupaſſe, ſic
in claris terminis ſcribit conſultiſsimus Didacus Couar.
in c.peccatum,in 2.parte. §.6.nu.3.de regulis iuris, in 6.
quo loco declarat.d.l.ex argento.ff.de cond.furtiua, in fo
ro animæ locum ſibi non vindicare, vtitur eo loco multo
rum authoritatibus,quas.cùm apud eum videri poſsint,
conſultò omninò omittam.
Non ergo aduerſantur relata in oppoſitū, quia illis ſa-
tis ſuperque fuit ſatisfactum ex ſtatim relatis.eſt ergo om
ninò concludendum reficiendas expenſas eſſe.
Illud vnum nunc ſilentio non inuoluam,Patres, ne lo-
cus alicui dubitationi in eo relinquatur, quod in vltimis
verbis motiui propoſitum,dum dicitur eſſe cogitandum
378 nunquid ſit locus diſpoſitioni † l.vltimæ.ff.de rei vindic.
& doctrinæ Curtij in additio.ad pract.Papien. in forma
primi libelli quo actione reali.qui.addo ipſe Marſi.Sing.
242.tex.&c.& egregiè Afflictus deciſione decimaoctaua
quòd ſcilicet cùm Reſpub.negauerit ſe poſſidere Caſtrū
& cætera loca Finarij,in pœnam ſui mendacij ſit iure ſuo
priuanda.arbitror equidem dubitationem hanc eſſe par-
uæ admodùm conſiderationis hoc noſtro in caſu, cùm
re ipſa demonſtratum fuerit ob ſequeſtri vim non rem
c. 4 publ.

publ.ſed,vel ipſummet Marchionē, vel ſequeſtrariū ipſū
poſſidere:nullum ergo hîc adeſt Reip.mendacium. acce
dit,quòd d. l. vlt. procedit qñ ex negatione aduerſarius
fuiſſet probationis onere grauatus,ſic egregiè Roma.cōſ.
59.col.pen.verſ.quò ad vltimum &c.& conſ.70.col.an-
tepe. verſic.2.principaliter &c. quem eſt ſecutus Gomeſ.
Hiſp.§.ex maleficiis.nx.47.in fine.Inſti. de actio.idē re-
ſpondit Barba.conſ.82.colu.1. libr. 3.at in caſu nōſtro,e-
tiamſi excelſa Genuenſium Reſpu. negauerit poſſidere,
non tñ ex latere Marchionis probationis aliquod onus
affuit,ceſſat ergo hæc diſpoſitio.Rurſus non hēt locum di
ſpoſitio illa hoc noſtro caſu,cùm iuſta ratione ignoraue-
rit,& adhuc ignoret Reſp.an ipſa poſſideat, vel non me-
diante perſona ſequeſtrarij,quod cognoſcere iuris, nec
parum difficilis(vt iam retulimus)eſt.ſequitur ergo Rem
publicam excuſari.Romanus,d.conſ.70.col.5.verſi.circa
huius entellectum. Hæc eſt mea, hac de re perdifficili &
nodoſa,ſententia.

Iacobus Menochius I. C.

## SVMMARIVM.

*1 Fœmina dotata excluſa à ſucceßione ſtantibus maſculis, an intelli gatur quoque excluſa à ſucceßione matris.*

*2 Statuta alternatiuè loquentia de pluribus perſonis, diuiſim & ſeparatim ſunt intelligenda.*

*3 Copulata in vnum,ſi reſpiciant diuerſos fines, reſoluuntur in ſingulares orationes.*

*4 Fœmina licèt ſit dotata à patre,non tamen ceßat abſurdum,ſi aliū de alias dotes habere poßet, imò,ſi prohiberetur,abſurdum eſſet. & num.9.*

*5 Statuta non ſunt interpretanda in ſenſum,ex quo fœminæ indebitè detrimentum ſentiant.*

*6 Statuta ſunt interpretanda eo modo, quo ius commune minus lædant. & vide nu.26.*

*7 Verba ſtatuti ſeu legis ita ſunt interpretanda, ne fruſtrà ſcripta dicantur,& nu.13.*

*8 Exhæredatio à ſtatuto facta,nominatim fieri debet.*

*9 Filiam dotatam à patre non excludi à ſucceßione auiæ,matris, & aliorum,ſed ſub nu.17.contrà.*

*10 Alternatiuæ natura eſt,alteram partem eſſe veram,nec omnium concurſus requiritur.& nu.15.& 21.*

*11 Menti & intentioni ſtatuti ſi ſit ſatisfactum,nil vltrà quæri debet, quia ſola mens ſpectanda eſt.*

*12 Statuta,ſeu leges ſunt intelligendæ in caſu dubio, & indeterminato,non claro & deciſo.*

*13 Dos loco legitimæ ſuccedit.*

*14 Filia quæ à patre non fuit dotata,à fratre debet dotari,ne indotata remaneat.*

*15 Argumentum an licitè ſumi poſſit ex ſcriptione ſtatuti vel rubricæ,ad deciſionem cauſarum.*

*16 Dictio niſi,eſt modificatiua,ſeu excluſiua.*

*17 Dos iam data,ſi patrimonium,vel facultates patris augeantur, an ipſa etiam augeri debeat.*

*18 Verba pluralia non poßunt reſolui in ſingularitates, ſi inde ſequi poteſt abſurdum, & nu.22.*

*19 Alternatiua vim copulæ habet.*

*20 Dictio,neque,vim copulæ habet,& eſt præcedentium repetitiuæ, ſeu tranſpoſitiua.*

*21 Dictio,vel,eſt alternatiua,& poſita in fine clauſulæ habet præcedentium relationem.*

*22 Eius eſt interpretari,cuius fuit condere.*

*23 Filius quando non poſſit querelare teſtamentum patris.*

*24 Copulatiua non pōt reſolui in alternatiuam, quando mens ſtatuti vel diſponentis repugnat.*

*25 Lex quantumcunque dura ſit,tamen eſt ſeruanda.*

*26 Statutum ſi dupliciter poſſet interpretari, & ex duabus interpretationibus duo abſurda orirentur,illa interpretatio recipienda eſt,qua magis abſurdum euitatur.*

*27 Nominatim id fieri dicitur.cùm vel nomen proprium exprimitur, vel alijs circunſtantiis,quib. vice nominis vtitur,res deſignatur.*

*28 Exhæredatio nominatim facta dicitur,quando eſt facta nomine appellatio,quo perſona ſignificatur,licèt non proprio.*

*29 Doctoris opinio illa creditur eße,quam ſæpius probauit.*

*30 Doctor ſi ſibi ipſi conſulendo eſt in duobus conſiliis contrarius, illa opinio eſt tenenda,quam magis examinat & affirmat.*

## FACTI SPECIES.

Pater de propriis bonis filiam dotauit, eo mortuo,moritur mater inteſtata. Filij maſculi contendunt ſororem dotatam & matrimonio collocatam eſſe excluſam à ſucceſſione bonorum matris, ſtante ſtatuto Papie. 95. in ciuilibus cuius verba t ſubiiciuntur. Quæritur, quid iuris.

## RVBRICA.

*Quòd mulieres maritatæ non veniant ad ſucceßionem cum fratribus, niſi, vt infra.*

*ITem ſtatuimus, quòd ſine teſtamento mulieres maritatæ & dotatæ; vel dotatæ & non maritatæ; ( & intelligantur dotatæ, ſi fuerint maritatæ de bonis auitis, paternis,maternis,fraternis, vel filiorum fratris) vel in ordine profeſſæ: & filij & deſcendentes ex ipſis mulieribus,non faciant partem cum fratribus in ordine non profeſſis expreſſe, vel tacitè, in hæreditate auita, paterna, materna,vel fraterna, neque in dote materna cum maſculis filiis fratrum non profeßis. In capillis verò mulieres extantes, vel non dotatæ, cuiuſcunque ætatis ſint, non faciant partem; niſi fratres, vel filij fratrum maſculi non profeßi eas dotauerint,vel parati fuerint eas cum effectu dotare, ſecundum qualitatem patrimonij & perſonarum. Declarantes quòd ſi dicta mulier dotata fuerit, vel fuit viuo auo,ſed mortuo patre, præſumatur dotata de bonis aui: ſi verò fuerit dotata viuo patre, præſumitur dotata de bonis patris. Si verò mortuo patre, ſed viuo fratre mulieris, præſumatur dotata de bonis ipſius fratris. Et ſi patre & fratre mortuis, ſed viuo filio fratris dotata fuerit, præſumatur dotata de bonis ipſius filij fratris, donec per ipſam mulierem contrarium probetur, quicumque caſus fuerit ex ſupradictis caſibus. Et intelligatur in fratribus & ſororibus vtroque parente vel ex patre tantum coniunctis. Prædictæ verò mulieres in capillis extantes non maritatæ; cuiuſcumquæ ætatis ſint; volentes ſe matrimonio copulare, vel alicui monaſterio ſe dedicare, ſuccedant ſimul cum fratribus & filijs fratrum pro rata ſibi contingente de bonis defuncti in vſufructu tantùm,quouſque dicta talis mulier velit dotari, & ſe matrimonio copulari, qnia tunc dotetur, vt ſuperius dictum eſt. Et hoc ſtatutum habeat locum in præteritis,pendentibus,& futuris.*

## CONSILIVM III.

# Initium à Domino.

QVOD à me pro rei veri-
tate requiritur reſponſum,
non leuem ) mea quidem
ſententia)dubitationem ha
bet;ſi quidem permultis ra
tionibus & interpretum au
ctoritatibus dicendum vi-
1 debatur,ſororem†hanc do
tatam à patre non excludi
per fratrem à bonis & ſuc-
ceſſione matris; diſpoſitio-
ne ſtatuti Papiæ. 95.in ciui
lib.ſu b Rub.Quòd mulieres maritatæ,&c.Nā,ne excluſa
dici



dici poſsit,hæ rationes mirum in modum vrgent.
Primò,verba ſtatuti, quæ alternatiuè de plurib. perſo-
2 nis loquuntur,diuiſim†atque ſeparatim; non autem con-
iunctim intelligi debent.Si quidem, in qualibet perſona
orationem vnam perfectam efficiunt. l. falſa demonſtra-
tio.§.vlt.vbi Socinus de condi.& demōſtr. & l.ſi ita quis
hæres,in fine. de hæred.inſtituend. & docuit Ripa in l.re
coniuncti.nu.120.de leg.3.Atqui ſtatutum hoc alternati-
uè de pluribus perſonis,nempe patre,matre,fratribus do
tem coeſtituentibus loquitur; ſequitur ergo eſſe intelli-
gendum diuiſim & ſeparatim; vt illi ſolùm ſolum ſucce-
dat,filia,à quo dotem eſt conſecuta.Cùm ergo ſoror iſta
à patre dotem acceperit; dicitur à ſucceſsione patris, non
autem matris excludi. Hac argumentatione vſus eſt An-
cha.conſi.80.Retento,col.2.& eam magis confirmat Al-
ciatus reſp.57.nu.9.10.
3 Secundò,ea me mouebat ratio,quòd vbi plura ſunt†co
pulata,quæ diuerſum finem reſpiciunt; illa in orationes
ſingulares reſoluuntur.quod probant l. quoniam nouel-
la. C.de inoff. teſta.& l. vt liberis. C. de colla vbi ſimilis
extat loquendi formula: vt ſi plures iunguntur perſonæ.
coniunctio reſoluatur in ſingularitatem:atque ita referā-
tur ſingula ſingulis.& docuit Ba. in l.1.de his quæ in frau.
cred.& reſponderunt.Soc.Iunior conſi.125.nu.21.lib.1.&
Alciatus reſp. 53. num. 23. qui in ſimili ſtatuto Laudenſi
reſpondit. Sed in caſu noſtro,plura illa copulata in ſtatu-
to,quòd dotata à patre,à matre,vel à fratre non ſuccedat,
&c.diuerſum finem reſpiciunt,vt ſcilicèt ſoror conſecu-
ta dote à patre,non ſuccedat patri: à matre, non ſuccedat
matri:& à fratre,non ſuccedat fratri.
Tertiò,illa ratio ſuffragari videtur,quòd non parū ab-
4 ſurdum eſſet,ſi dotata † à ſolo patre excluderetur à plu-
ribus dotibus,nempè matris,auiæ & fratrum. Quod ſanè
abſurdum eſt omninò euitandum.l.nam abſurdum. ff.de
operis liber. cum ſexcentis ſimilibus. atque ita in ſpecie
hoc argumenti genere vſi ſunt Angelus conſi.126.Teſta-
menti factio,in fine. Anchara. conſi.80.Retento ordine,
colu.2.verſi.item eſſet valdè.& Io.de An.conſi.89.nu.5.
quę annotario Bolognini eſt.
Quartò, huc ſpectat illa ratio, quòd fœmina hæc alio
qui cōſilij inops,decepta atque fraudata remaneret: nam
ob tenuem dotem cōſtitutam à patre,cui reluctari illa nō
poteſt,vt ex recentioribus ſcribunt Decius conſi.26.nu.
2.Curtius Iunior auth.res quæ,nu.10.C.commu.de leg.
& Alcia.tract.præſump.reg.1.præſum.2.Cæteros præte-
reo.ob dotem inquam tenuem excludi poſſet ab opulē-
ta hæreditate vel auiæ,vel matris,vel fratris.Non ergo vi-
5 detur recipienda ſtatuti†interpretatio,qua fœmina inde-
bitè damnum ſentiret:iuxta tradita in l.vlt.§.in computa-
tione.C.de iure deliber.Quæ ſanè fraus facilius à fratrib.
committi poſſet, cùm lex illorum conſilium pro ſorore.
vt patris pro filia probare non ſoleat.atque ita argumen-
tātur Corneus cōſil.170.nu.7.li.2.& Alci.reſ.57.nu. 2.
Quintò accedit, quòd hoc ſtatutum eſt iuris commu-
nis correctoriū: cùm fœminæ,quæ cum maſculis pari iu-
re ſuccedere ſolent. l.maximum vitium.C.de lib.præter.
6 excludantur:debet ergo ſumi interpretatio † quæ ius cō-
mune minus lædit.l.2.C.de noxa.vbi ſcribōt Bald.& Sa-
licetus. Sed hæc interpretatio,qua fœmina non excludi-
tur,minus lædit;ergo iſta probari debet.Atque ita in ſpe-
cie noſtra argumento hoc vſi ſunt Capra conſi.39. nu. 15.
& Alciatus reſp.57.num. 2.
Sextò,non parum vrgent verba ſtatuti,in verſi. decla-
rantes etiam; quæ vt in ſpecie reſpōdit Decius conſi.346.
num.5.)nihil operarentur,ſi intelligeremus,fœminam nō
ſuccedere auiæ,matri & alijs non dotantibus. Inquit ſta-
tutū,quòd ſi dotata ſit viuo auo,& patre mortuo, præſu-
matur dotata de bonis aui:ſi viuo patre,de bonis patris:&
ſi viuo fratre,de bonis fratris. & idem de filio fratris, do-
nec per ipſum contrarium probetur.Nam,ſi dotata ab v-
no ex nominatis excluderetur ab hæreditate aliorū nil o-
peraretur illa præſumptio:nec opus eſſet contrariū à do-
tata probari, cùm ſatis foret, ſi ab aliquo dotata eſſet,
7 quod tamen dicendū non eſt,cùm verba† ſtatuti ita ſint
interpretanda, ne fruſtrà ſcripta ſint, vt tradunt Decius
conſilio 466.nu 1.& conſilio 527.in fine. Pariſ.conſil.84.
num.11..libro ſecundo,etiamſi tertius lædatur: ita Goza.
conſi.5.num.6.
Septimò,ita in dubio pronuntiandum ob id videtur,
8 quòd hæc excluſio eſt exhæredatio; quæ † non infertur
niſi nominatim dictum ſit.leg.prima & leg.ſecunda.ff.de
lib.& poſthu.§.1.Inſt.de exhæred.libero.cum vulgatis. I-
ta arguit Capra.dict.conſi.39.nume. 15. & ab eo non diſ-
ſentit Alcia.reſp.53.num.23.&reſpon.57.num.1.verſic.&
ratio.& confert doctrina Baldi in leg.illam. colum. j.C.
de colla.& Iaſ.l.j. num.2.ff. de lib.& poſth. qui ſcribunt,
has exhæredationes à ſtatutis factus fieri oportere nomi
natim. Cùm ergo non ſit nominatim hæc fœmina exclu-
ſa,admitti debet.
Octauò atque vltimò, me multùm aliquando mouebat
auctoritas eorum,qui in ſpecie huius controuerſiæ,inter-
9 rogati reſponderunt,fæminam,ſ.hanc à patre dotatā, † nō
excludi à ſucceſsione auiæ, matris & aliorum; idque fra-
trum beneficio. Ita inquam in ſpecie reſpondit Ancha-
ra.conſil.80. Retento ordine. Capra conſi.39. Cum viſo
& conſiderato.num.9.Lando.Bolog,in annota.ad Ioan.
de Ana.conſi.89.num.5.Corneus conſil.170. nu.4.5. lib.
2.Soc.Sen.conſi.30.col.8.verſi. nec obſtat, ſi diceretur.&
conſi.84.col.3.verſi.5.moueor.li.j.idem conſi.241.col.11.
verſi.5.nam ſtatutum,lib.2.& conſi.35. num. 11.lib.4.Iaſ.
in l.4.§.prætor ait.li.1.num.9.in fine. ff. de in ius voca.in
l.vt liberis.nu.6.verſi.Limita primam. C. de collat. Rui-
nus conſi.44.num.16.lib.2. & in ſpecie huius ſtatuti no-
ſtri idem reſpondit Decius conſi.346.quem tuetur Alcia-
tus reſp.53.num. 23. & reſpon.57. vbi nu.7. teſtatur hanc
* eſſe * communem, atque ita is interpretatur ſtatutum
Laudæ.Idem Alcia.reſp.73.num.1. Eandem opinionem
probauit Brunus in tracta.Quòd ſtantibus maſculis fœmi
næ non ſuccedant.art.8.9.16.Pariſ.conſi.47.nun.3.& co.
49.num.16.lib.3.Rubeus conſi.106.nu. .Soc.Iunior cōſ.
11.num.8.lib.1.Scribunt ij omnes ſenſum huius ſtatuti &
ſimiliū eſſe, quòd dotata à patre excludatur ab hæredita-
te patris; dotata à matre excludatur ab hæreditate ma-
tris:atque ita de ſingulis: non autem quòd dotata à patre
excludatur à ſucceſsione matris & aliorum.
Re tamen multò diligentius perpenſa,contrariam ſen-
tentiam veriorem eſſe opinor; nempè ſororem hanc cen
ſeri excluſam ab hab matris hæreditate, cùm à patre do-
tem ſit conſecuta,iuxta ſtatuti diſpoſitionem. Quam qui-
dem opinionem multis veram eſſe credo.
Primò,ea ratione vtor,qua pro ſua opinione malè vſus
eſt Ancharanus. ſtatuti verba ſunt alternatiuè concepta,
nempè, quòd dotata à patre, vel à matre,vel à fratre,&c.
10 Atqui ab veritatem alternatiuæ†ſufficit alteram partem
eſſe veram;nec omnium concurſus requiritur.l.ſi hęredi
plures.ff.de cond.inſtitut,l.ſi ita quis ſtipulatus fuerit, vbi
Alexan.de verb.oblig.l.generaliter.& ibi Decius.num.2.
de inſt.& ſubſtit.ca.inter cæteras,vbi latè Felinus & De-
cius.de reſcript.cap.in alternatiuis, de regu.iur. in 6. vbi
Dynus ſufficit ergo ſorores hanc eſſe à patre dotatam, vt
excludatur ab hæreditate matris.
11 Secundò, confert,quòd vbi ſatisfactum eſt menti † &
intentioni ſtatuti, nihil vltrà quæri debet, cùm mēs ſola
ſpectanda ſit.cùm mulier. ff. ſol.mat.l. nominis & rei.§.
verbum,de verb.ſignifi.c.præterea, cap. intelligentia,de
verb.ſignifi.At huius ſtatuti mens & intētio illa eſſe cre-
ditur.quòd fœmina conſequatur dotem, qua nubere poſ
ſit,& cætera bona,quæ ei obuenire poſſent,fratribus, qui
domum & familiam habent conſeruare,relinquat.quem-
admodum tradunt omnes in l.venia.C.de in ius vocan.&
* * communē teſtatur Brunus in tract. Quod ſtantib. ma-
ſculis fœminæ non ſuccedant, artic.3.num.12. & copioſè
admodum Soc.Iun.conſ.1.nu.44.lib.1.& Tiraq. in tract.
Quòd ceſſante cā ceſſet effectus,limi.21.nu.15. Cùm ergo
ſoror hæc dotem ſit conſecuta à patre, & ab eo condignè
matrimonio collocata, ſequitur eſſe ſatisfactum menti
ipſius ſtatuti,& ob id ſororem eſſe omninò excludendam
à ſucceſsione materna.Ita in ſpecie hac viſus eſt argumen
tari Soc.Sen.conſi.17 .num.8.libro 4.
12 Tertiò accedit,quòd illa interpretatio†ſtatuti ſumi de
bet,qua determinatur caſus dubius,iuxta l. quod Labeo.
ff.de Carbo.edicto.& l.ancillæ.C.de furtis.Et is legis me-
lior creditur ſenſus, quo caſus magis dubitabilis decidi-
tur,vt ſcribit Abbas in cap.cùm in iure, primo notab. de
elect. & illum ſecuti ſunt Dec. in l. quoties idem ſermo,
ad finem,de reg.iuris.& in l.illam,col.1.C. de collatio. &
Craue. in quæſtione de indemnitate mulierum. nu. 18.
Sed in caſu huius ſtatuti duo ſenſus & duæ interpreta-
tiones fieri poſſunt. Vna, quòd dotata à patre, non ſuc-
cedat patri:altera,quòd dotata à patre, non ſuccedat alte-

ri cuicunq;.Si primam interpretationem recipimus, ſtatutum decidere videtur caſum dubitatione carentem. Nō enim eſt probabilis dubitatio, quin dotata à patre excludatur à bonis patris, cùm dos loco legitimæ portionis ſucceddat.iuxta l.quoniam nouella.C. de inoff.teſt. Bar. in l.Titio centum.§.Titio genero. nu. 6. de cond. & de. copioſè Tiraq.in l.ſi vnquā,in verbo, ſuſceperit liberos. nu.112.C. de reuo.dona.ſequitur ergo, vt probemus ſecūdam illam interpretationem, nempè à patre dotatam, ab aliorum omnium ſucceſsione excludi; cùm ſit caſus maioris dubitationis. Et vno verbo hāc rationem ſenſit Soc. Sen.d.conſ.127.nu.9.lib.4.

Quartò ad rem maximè confert, quòd illa interpreta-
13 tio† recipienda eſt, ne fruſtra lex, vel ſtatutum diſpoſuiſſe videatur.l.ſtipulatio iſta.§.diuus.ff.vt lega.nom.caue.l.ſi quando, in princ de leg.1.& reſpondit Craue.conſ.25. nu. 7.conſ.135.num.25.& conſ.175.nu.3. Atqui in caſu noſtro fruſtra editum fuiſſet hoc ſtatutum, ſi intelligeremus illo fœminā ſolùm excludi à ſucceſsione patris dotantis: quādoquidem ſatis dicitur excluſa abſq; alia diſpoſitiōe, cùm dos ſit loco aius legitimæ portionis.d.l. quoniam nouella.C. de inoff.teſt. & dixi paulò ſuprà. Vt ergo ſtatutum aliquem effectum pariat atque operetur, dicēdum eſt, fœminā hāc à patre dotatā ab omnium ſucceſsione excludi. Hac argumētatione verè vſus eſt, ſed perplexè admodū, Soc.Sen.d.conſ.127.nu.9.verſ. cōprobo, lib.4. & ante eū Ro.conſ.485.nu.2.& Corn.conſ.123.nu.4.li.3.

Quintò, mirum in modum facit ratio hæc, quòd ſi diceremus fœminam à patre dotatam non excludi à ſucceſſione matris & aliorum, ſed ſolùm ab hæreditate patris, ſequeretur vnum valdè abſurdum, nempè, quòd ſi mortuo patre decederet auus paternus, cùm de eorum ſuſseſſione eo tempore agatur, eſſet adhuc fœmina hæc dotanda: quòd nec iuri, nec æquitati conuenit. Non enim mentis ſtatuentium fuit ſemel docatum iterum dotandam eſſe: ex quo vult ſtatutum bona in agnatione conſeruari; vt iam dictum fuit. Hanc conſiderationem fecerunt Soci. Sen.d.conſ.127.num.9. verſ.poſtremò, lib.4.& Cur.Iun. conſil.65. col. 2. verſi. ego tamen. qui ob id ait, ſe ſæpius conſideraſſe hanc eſſe mentem ſtatuti; & reſpondendo & iudicādo, huius opinionis ſemper fuiſſe.

Sextò ſuffragatur, quòd ſi vera eſſet Ancharani & ſequacium opinio, hoc etiam maximum abſurdum ſequeretur:, ſupponamus, patrem nulla conſtituta dote huic fœminæ, deceſsiſſe, & illum à fratre matrimonio collocari, & ab eo dotari, adhuc fœmina non diceretur excludi à ſucceſſione patris: quia ſemper poſſet dicere, dorem à fratre datam ob id eſſe, ne ipſi fratri ſuccedat. Quod quidē abſurdum & iniquum ac aduerſus omnium ſentētiam eſt, dum
14 affirmant, non dotatam † à patre poſſe dotari à fratre, vt etiam excludatur à ſucceſsione patris.ita inquam Barba. conſ.66.col.5.in fi.lib.3.Iaſ.conſ.42. col.2. lib.3. & Soci. Sen.conſ.207.col.2.in fi.li.2.& in ſpecie hanc conſiderationem ſenſit Caſtr.conſ.92. Præſuppoſito quòd dictum ſtatutum.col.2.ver.ponamus.li.2.Hoc confirmatur, quia vult hoc ſtatutum, quòd frater poſsit dotare ſororem, vt eam excludat à ſucceſsiōe auita paterna, materna & fraterna, nec requirit ſtatutum multiplicem dotationē, ſed vult vnam ſufficere, ſecundū qualitatem matrimonij, atque ita vnicum fratris patrimonium, non plurium reſpicit. Ita ergo in ſpecie hac noſtra dicendum eſt.

15 Septimò, accedit vrgens ratio ducta ab inſcriptione† & Rubrica ſtatuti, quæ quidem rubrica cùm perfecta ſit, argumentum ſolidum præſtat, etiam ad cauſarum deciſionē:
* quemadmodum * magis recepta eſt Doctorum opinio in l.j.ff.ſi.cer.pet.ibi Decius in 1.lect.nu.6.& 3.lect.nu.8.
* inquit eſſe commune * & permultos recenſet, etſi ipſe diſſentiat & præter ab eo relatos ad idem reſpōderūt Calcaneus conſ.75.nu.8. Cur.iun.cōſil.5.nu.15.Rubeus conſ. 16.nu.7.9.& Crau.conſi.61.nu.1. Cùm itaque rubrica noſtri ſtatuti perfecta ſit, & verbis generalibus cōſtet, nēpe, quòd mulieres maritatæ non veniant ad ſucceſsionē cum fratribus, &c. ſequitur, ad hoc vt generaliter intelligatur fœminam non ſolùm excludi ab hæreditate dotantis; ſed & alterius cùiuſcunque. Ita in ſimili ſtatuto Ciuitatis Viglieuani argumentatur Cur.iun.conſ.65.col.2. auctoritate Caſtren.conſ.92.quos ſecutus eſt Alciat.reſp.57.nu. 6. Quæ ſanè conſideratio in caſu noſtro fortius ob id vrget quòd non ſolùm verba rubricæ, ſed etiam verba principij ipſius ſtatuti ſunt generaliter concepta hoc modo: Item ſtatuimus; quòd ſine teſtamento mulieres maritatæ & dotatæ, vel dotatæ & non maritatę, &c. Non enim hic dicitur à quo, vt intelligamus ſufficere, quòd à quouis dotētur, vt ab aliorum ſucceſsionib.excludantur. Et in verſi. & intelligantur, non ſe reſtringit ſtatutum ad ſucceſsionē dotantis; nec requirit copulatiuè eſſe oportere ab omni. dotatā, ſed (vt iam dixi) alternatiuè loquitur: quo fit vt ſufficiat alteram partem eſſe veram. l. ſi hæredi plures. ff.de cond.inſti.cum alijs relatis ſuprà in primo fundamento. Cùm itaque generali ſermone ſint cōceptæ & rubrica & faciendā principium ſtatuti, ſequitur non eſſe aliquo mō reſtrictionem ad perſonam ſolius dotantis. Id quod confirmatur etiam ſtatuto eiuſdem ciuitatis Papiæ, De regimine poteſtatis. 55. ſub rub. de vigore ſtatutorum communis Papiæ, quo cautū eſt, verba ſtatutorum ipſius Ciuitatis eſſe ad literam, vt iacent, intelligenda. ſi ergo ad literam, intelligi debent, nulla certè adhibenda eſt reſtrictio: quia verba generalia, quæ generaliter ſunt accipienda.l.j.§.& generaliter.de leg.præſt.cum his ſimilibus, nō ſumerentur generaliter, ſed ſtrictè admodùm, contra mētem ſtatuti. Nec, (mea quidem opinione) aduerſatur clauſula illa poſita in rubrica, ibi, niſi vt infrà, quæ quidem di-
16 ctio† niſi, eſt ſui natura modificatiua, ſeu excluſiua, vt ſcribunt omnes in l.actione, ibi Iaſ.nu.3.C. de tranſ. Albe. in l.eum qui.§.qui iniuriarum.nu.16. ff. ſi quis cautio, & ob id videtur reſtringere generalitatem rubricæ ad ea quæ in ipſo nigro ſcripta ſunt. quia reſpondetur illa verba niſi vt infrà, referri ad verſi. In capillis, & ad ver. prædictæ verò mulieres. In illis enim ſtatuuntur duo caſus; in quibus fœmina à maſculo non excluditur. Quorum primus eſt, ſi nec dotata, nec nupta ſit, nec maſculi ipſi parati ſint. dotare. Secūdus verò caſus eſt, quòd fœmina in capillis exiſtens ſuccedat pro contingenti portione in vſufructu. donec matrimonio collocabitur, vel religioni ſe dicauerit. In duobus enim his caſibus verificatur illa reſtrictio, niſi vt infrà.

Octauò, perpendo hoc ſtatutum in illo verſi. in capillis verò, in quo ſcriptum eſt, ꝙ mulier inupta, ſeu non dotata faciat partem cum fratrib. niſi fratres ſint parati eam dotare. verè ibi agitur de hæreditate alterius quàm fratris, vel filiorū fratris, cùm illos viuere præſupponatur. Eſt ergo dicendū, ibi agi de hæreditate vel aui, vel patris, vel matris, vel fratris, à qua quidem hæreditate excluditur hæc fœmina, ſi à fratre dotatur. Atq; ita dotata ab vno excluditur ab hæreditate alterius, ſumiturq; mēs ſtatuti; vt dotata ab vno ex nōatis ſufficiat ad hoc vt excludatur ab hæreditate aliorum ibidem nominatorum. Hanc cōſiderationem in ſpecie noſtri ſtatuti fecit Soc.iun.conſ. 62. nu. 19. verſ.ſed tamen.lib.3. Nec huic conſiderationi aduerſatur reſponſio Alciati reſp.53.nu.26.qui aduerſus Soc. in eadē facti ſpecie conſuluit. inquit. Alciatus diuerſum eſſe caſum d.ver.in capillis à caſu noſtro, ſi quidem ibi agitur de dote tunc conſtituenda, cùm agitur de ſucceſsione illius iam defuncti: & ob id dos magis pinguis à fratre conſtituenda erit. vt. ſ.dicatur ſecundum vires patrimonij tunc exiſtentis. Atqui non ita eſt cùm dos cōſtituitur antequā locus ſit ſucceſsioni, quia tunc dos erit tenuis, & loco portionis ſucceſsionis à quo excluditur, nihil numeratur. Nō inquam aduerſatur hæc Alciati cōſideratio: ſi quidem ſufficit dotem eſſe congruè conſtitutam eo tempore, quo fœ
17 mina hæc matrimonio collocatur. Nec enim† ex ſuperuenienti patrimonio & dote conditionem nacti mariti immutare poteſt, cùm ſemel illi à quo non pōt diuertere nupta ſit. Et ſi Alciati conſideratio vera foret, dicendū eſſet idem, cum filia dotem à patre conſequitur & patris facultates augentur. id quod falſum eſt: quandoquidem auctis facultatib. patris non augetur dos, vt ſcribunt Bal. in auth.
18 res quæ. n.16.†.C.com.de log.Ruin.in l.Gall.§.& quid ſi tantùm.nu.174.de lid & poſt.& conſ.56.n-14. lib.3.Boer. deciſ.462.n.13.Alc.reſp.252.nu.11.& Craue, conſi.11.num. 14. Aliam conſiderationem, quam facit idem Soc. Iun.in d.conſ.62.nu.19.verſiculo ſecundò etiam.lib.3. prætereo, nam illa rectè mihi videtur impugnari ab Alciato.d.reſp. 35.nu.26.verſi.minus probabilis.

Nonò & vltimò, in hanc ſententiam me ducit auctoritas multorum, qui verè in ſpecie hac affirmaruut, ſufficere fœminam hanc eſſe dotatam ab vno, vt excludatur ab aliorum omnium ſucceſsione. ita clarè reſpondit Bald. conſi.71.de iure communi.lib.4.nec diſſentit idem Bal.in l.j.nu.4.C.de legit.hæ.cuius verba hæc ſunt: ſtatuto cauetur,



tur, quòd frater excludat ſororem dotatam, ſi ſtatutū non diceret vltrà, intelligeretur ab hæreditate dotantis, & nō alterius. Hæc Bal. loquitur Bal. myſterio, ſi ſtatutum non diceret vltra, dum ſentit ergo fœminam ab omnium ſucceſsione excludi, cùm vlterius progreditur. atq; ita Baldi mentem interpretatur Caſtren. conſi. 92. Præſuppoſito quòd dictum ſtatutum, col.1. in fi. lib.2.qui quidem Caſtrenſis latè hanc opinionem defendit. & ibidem teſtatur ita fuiſſe aliquando obſeruatum. idem reſpondit ipſemet Caſtren. conſi. 197. In puncto quæritur de quadruplici, col.pe.verſi.non ergo curauit.lib.1.Anch.conſi.168. Pro veritate. col. 1. Rom. conſ.485.nu.2.Alex.conſi.29.n.6. lib.1. Idem reſpondit Cor.cōſ.134.lib.2.conſ.42.num.9. 10.& conſ.123.nu.3.4.lib.3.Soci.ſen.conſ.127.col.vlt.lib. 4.Iaſon in l.quoniam nouella.3.not. C.de inoff. teſt. etſi in l.vt liberis.nu.7.in fin.C.de colliat. ambigat. idem Iaſ. conſ. 205. col.2.verſ.nec prædictis habet, lib.2.qui ita intelligit hoc ſtatutum Papienſe. Idem reſpondit ſibi parū cōſtans Deci.conſi.379.nu.8.conſi.589.nu.2.col.625.nu. 1.conſ. 634. nu. 2. & idem in l.vt liberis.n.8.C.de collat. Cur.iun. conſ.5.nu.33.conſi.10. nu.6.& conſi.65.col.1.v-
* bi * communem hanc eſſe teſtatur. Caſſaneus conſil. 55. num.16.Georgius Natta in tract. Quòd ſtantibus maſculis.q.4.nu.10. 11.& copioſè hāc in ſpecie hui⁹ ſtatuti tuetur Soc.iun.conſi.62.nu.20.lib.3.

Non obſtant nunc adducta in contrarium, quibus, etſi ſatisfactum ex iam relatis credam, in ſpecie tamen reſpōdeo. Illi itaque primo fundamento multipliciter ſatisfacio. Primò, illa alternatiua non operatur in qualibet perſona ex numeratis in ſtatuto orationem perfectam: quia alioqui multa abſurda (vt oſtendi) ſequerentur. ita reſpōderunt Soc.Sen.conſ.30.col.3.ver.6.moueor lib.1. Socin. iun.conſi.150.col.vlt.verſi.vel ſecundò.lib.2.qui ſcribūt,
18 verba pluralia† non reſolui in ſingularitatem, cùm inde ſequi pōt abſurdum. Secundò reſpōdetur, immò in alternatiua ſufficere, ſi in altero verificetur, vt diximus ſupra. Nec tex.l.falſa.§. vlt. de condi.& de.& l.ſi ita quis hęres, in fin.de hære.loquuntur de alternatiua, ſed de copulatiua inter quas magna extat differētia, vt infrà dicemus. Tertiò reſpondeo, & cenſeo eſſe diligenter animaduertendū, quòd duæ ſunt partes principij ſtatuti noſtri. Prima illa eſt, quæ à primis verbis ſtatuti incipit: Itē ſtatuim⁹, quòd ſine teſtamento, mulieres maritatæ, vel dotatæ & non maritatæ, vel in ordine profeſſæ, & filij & deſcēdentes ex ipſis mulieribus non faciant partem cum fratribus in ordine non profeſsis expreſſè, vel tacitè in hæreditate auita, paterna, materna, vel fraterna, neq; in dote materna cum maſculis filijs fratrum non ꝓfeſsis. Hæc eſt pars prima. Secunda verò pars eſt, quæ incipit ab illis verbis: Et intelligantur, quæ hoc modo per parentheſim ſunt ſcribenda. (Et intelligantur dotatæ, ſi fuerint maritatæ de bonis auitis, paternis, maternis, fraternis, vel filiorum fratris.) Prima illa pars caput excluſiuum reſpiciens ſtat coniūctiuè, non autem diſiunctiuè; quandoquidem negatiuè concep-
19 ta eſt: verè ergo alternatiua† vim copulæ habet. ita Bar.in l.ſi is qui ducenta.§.cùm ita.ff.de rebus dubijs. Iaſon in l. Cum quidam, in fine.C. de verb.ſignifica. Quem ſenſum
20 cōfirmat dictio† neque, quæ vim copulæ habet, vt docuit Bartol.in l.quidam teſtamento.nu.2.ff.de vulg.& pu.ſub. & eſt præcedentium repetitiua, ſeu tranſpoſitiua. l. nec mādante ff.de tut.& cura.dat.ab his.& declarat Bartho. Calepius in repe.l.ſi is qui ducenta.§.cùm ita.nu.32.de re. dub. erit ergo hic ſenſus: mulier maritata & dotata non faciat partem cum fratribus in hæreditate auita, neque paterna, neque materna, neque fraterna. Ex quo enim eſt copulatiua negatiua, requiritur concurſus copulatorum negatiuè & ſi omnia abſint diſpoſitioni ſtatuti, non ſit locus.l.ſi ſtipulatus fuerit decem.ff.de verb.oblig. & declarat Socinus in l. ſi is qui ducenta. §. cum ita col.pen.verſ. ſecunda concluſio.& verſ.ſecundò conſidera.ff.de reb.dubijs. Secunda verò pars ſtatuti in illa parētheſi eſt cōcep-
21 pta verbis alternatiuis, vt oſtendit illa dictio † vel, ſui natura alternatiua. Bal.l.filię.C. fam.erciſ.oēs in c.inter cæteras. de reſcr. quæ quidē dictio in fine clauſulæ poſita habet ꝓcedentiū relationē, hoc modo, & intelligātur dotatæ ſi fuerint maritatæ de bonis auitis, vel paternis, vel maternis, vel fraternis, vel filiorū fratris. Et ad veritatē huius alternatiuæ ſufficit alterū fieri (vt diximus ſuprà & tradūt Soc.in d.§.cūm ita.nu.6.& Dec. c.inter ceteras. nu. 6.de reſc.& ibi Ripa nu.24.& Alc.reſp.57.nu.9.10.qui alioqui pro aduerſario citatur, & cuius reſponſum infrà declarabimus. ſufficit ergo filiā hāc eſſe ab aliquo, vel ex aliquib. his bonis dotatā. Atq; ita ſtatuti ſenſus erit: Dotata à patre, vel à matre, vel à frat. de bonis aui, vel pat. vel ma. vel fratris, nō ſuccedat cū fratrib. in bonis auitis, neq; patris, neque matris, neque fratris. Hunc ſenſum probauit Baldus qui (vt refert Curtius Iunior con.5.nu.12.) fuit horum ſtatutorum Papiæ compilator atque promulgator: & is verè
22 melius quàm alter quiuis potuit interpretari, cū eius † ſit interpretari, cuius fuit condere. leg. vltima. C. de.leg. Ita inquam Baldus conſ.71. De iure Communi. lib.4. Baldi verba, ſi legere placet adſcripſi: & eſt conſiderandum quòd ſtatutū in dotatione loquitur alternatiuè, ſed in excluſione loquitur copulatiuè, vnde dotata de vno videtur excludi etiam à ſucceſsione auiæ. Hæc Baldus. Illum ſecutus eſt Alciatus reſp.57.nu.7. Qui quidem Baldus noſtræ opinioni non repugnat, cùm is loquatur in illo ſtatuto Laudenſi, cuius verba in ea parte excluſiua ſunt alternatiua, cùm tamen noſtra ſint copulatiua.

Non obſtat illud ſecundum, quia reſpondetur, eſſe falſum (vt iam diximus) quòd illa prima ſtatuti pars ſtet copulatiuè, quia imò ſtat alternatiuè: nec diuerſum finē reſpicit, ſed verius eundem, nempè, vt dotata excludatur fauore conſeruandæ agnationis. Nec aduerſatur, quòd in iure cōi ſimilis loquendi modus reſoluatur in ſingularitates d.l.vt liberis. C.de.colla.l. quoniā nouella. C.de inoff.teſta. ſi quidem illa procedunt eo in caſu; quia ſi aliter diceremus, illud vnum inconueniens reſultaret, nempè, quòd filij haberent neceſſe imputare ſibi in legitimam dotem, vel donationem propter nuptias, quæ ex bonis alterius proueniunt, non autem ex bonis illius, de cuius hæreditate & ſucceſsione agitur. id quod eſſet inconueniēs, & onus inferret in legitima filiorum. At noſtro in caſu non ita res ſe habet, quandoquidem ſi diceremus fœminā eſſe à ſingulis, de quorum ſucceſsione ageretur, dotandā, ſequeretur effectus repugnās menti & intentioni ſtatuti; quæ quidem eſt, mulierē datatem, fauore agnationis conſeruandæ, excludi. Non enim hic conſeruaretur agnatio, ſi pro ſingulis ſucceſsionibus ſingulæ dotes forent perſoluendæ. Secundò reſpondetur ex declaratione Decij in d. l.vt liberis.n.8. C.de colla. expreſsionē illam, quæ fit in illis iuribus, ſolùm fieri reſpectu conſtituentis dotē. In caſu verò noſtro fit quædam ſpecificatio excluſionis reſpectu & dotantis & aliorū, de quorum ſucceſsione agitur. Præterea in d.l.quoniam nouella, magna aderat rō, quæ ſuadebat dotatam ab vno, non eſſe excludendam, à querela
23 qua alterius hæreditatem poſſet conſequi. Nam† à querela non ſummouētur liberi, niſi vel ob ingratitudinem. §. aliud quoque capitulū, in auth. vt cum de appel.cognoſc. vel cùm legitimam ſunt cōſecuti.l.omni modo. C.de inoff.teſt. Cùm ergo reſpectu vnius mulier ingrata non fuerit, nec legitimā obtinuerit, ſequitur nulla rōne, vel æquitate ſummoueri debere à querela: cùm præſertim conſtitutio illa non conſideret agnationis cōſeruationem: quæ à ſtatuto noſtro conſiderata creditur. Præterea nulla ra-
24 tione dicere poſſumus, copulatiuam reſolui † hîc debere in alternatiuam, atq; ita in ſingularitatē, cùm mens ſtatuti & diſponentis repugnet, vt ſcribunt oēs in d.l.falſa. §. vlt.de condit.& de.in c.1.de rerum permut. copioſè Tiraq.in l.ſi vnquàm, in verbo, ſuſceperit liberos nu.260.C. de reuo.dona.& in terminis ſtatuti confert doctrina Baldi in c.1.de duobus fratr.à cap.inueſt. quem ſecuti ſunt Iaſ.in l.ſi quis ſtipulatus fuerit, col.2.de verbo.oblig.Soc. in l.ſi is qui ducenta.§.cùm ita, col.pe. verſi.ſecunda concluſio.de reb.dubijs. Ruinus con. 52.col.pen.verſi.& alia rōne.lib.3. ſi ſtatutum (inquit Baldus) diſponit, quòd carēti filio & filia ſuccedat frater, illa pluralitas non reſoluitur in ſingularitatem, ea ratione, quia altero de duobus, nempè filio, vel filia extante ſupereſt perſona, quæ ex veriſimili mente ſtatuti excludit fratrem. id quod & in vltimis diſpoſitionibus reſpondit Soc.Iun.cōſ.150.col.vlt. verſ.vel & tertiò, lib.2. ita in caſu noſtro non admitteretur reſolutio in ſingularitatem, quia repugnaret ratio ſtatuti & mens, quæ eſt conſeruare bona in familia, id quod non eueniret, ſi fœmina dotata ſemper ex aliorum bonis portionem conſequeretur. Præterea reſultarent illa abſurda, quæ ſuprà deduximus, quo fit vt pluralitas non poſſit reſolui in ſingularitates, vt declarat Soc. Iun. d. conſil. 150.col.vlt.verſ.vel.& ſecundò, lib.2.poſt Bal.in l. penul. C.de impub.& alijs ſubſt.

Non

Non obſtat tertium fundamentum, quia reſpondetur, imò nullũ ex eo abſurdum ſequi, quod dotata ab vno excludatur à ſucceſsione aliorum, quandoquidem ſufficere debet, quòd congruè dotata ſit, & matrimonio collocata; id quod factũ eſt (vt iã diximus) quò agnationes & familiæ conſeruentur. Quinimmó abſurdũ potius ſequeretur, ſi, cùm de ſingulis ſucceſsionib. agitur, eſſent ſemper atq; ita pluries dotandæ. Ex hac.n. pluralitate dotatiõis nõ cõſeruarẽtur agnatiões, ſed deſtruerẽtur potius, id quod ab Ancharano & cæteris perpẽſum nõ fuit. Niſi illud dicam⁹, in illa ſua ſpecie abſurdũ cõſiderari potuiſſe; quia fœmina illa nõ erat in aliquo caſu illius ſtatuti comprehẽſa. Quo ſanè themate Ancharani reſpõſũ tueri poſſe videtur.

Non obſtat quarta argumentatio, quia reſpondetur, fœminam poſſe dici deceptam, ex quo portionem à lege 25 ſibi delatam cõſequitur: & ſi lex † quantumuis dura ſeruanda eſt. l. proſpexit. ff. qui & à quibus. quãtò fortius æqua & iuri publico fauẽs? ſufficiat mulieri virum pro ſui qualitate reperiſſe, nec quid ampli⁹ quærat de bonis, quæ maſculis ad familiæ conſeruationem reſeruari debent. Nec aduerſatur illa cõſideratio ex Corn. d. conſ. 170. nu. 7. quia nos in eo caſu ſumus, in quo conſtat ſororem hãc fuiſſe congruè à patre dotatam; nec aliqua ratione & cauſa conqueri põt: tum quia dos fuit ſatis pinguis, tum pater is fuit qui eam dotẽ conſtituit, vt ſcribunt Deci. conſ. 26. nu. 2. con. 89. nu. 4. & con. 181. nu. 5. Cur. iu. in auth. res quæ. nu. 10. C. co. de lega. & ſupra alios retuli.

Non obſtat quintum fundamentum, quia reſpondeo, hoc ſtatutum eſſe fauorabile, vt ſcribunt permulti relati à Bruno in tract. Quòd ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, art. 4. nu. 6. & Dec. ac alij in l. venia. C. de in ius voca. Quò fit, vt non ſolùm recipiat interpretationem, ſed & extenſionem, ne præſertim aliquod abſurdum ex eo ſequatur. Bar. in l. nõ dubiũ. C. de legib. copiosè Brunus in d. tract. Quòd ſtãtib. maſculis. art. 5. nu. 12. quo loci poſt Soc. Sen. conſ. 121. col. 2. lib. 1. ſcribit, quòd ſi duo 26 † abſurda ſequi poſſunt ex vna & altera interpretatione, eſſe recipiendam illam interpretationem, qua maius abſurdum euitatur: quemadmodum in caſu noſtro contingit. eſt enim (vt diximus ſuprà) abſurdum, quòd fœmina nupta ex ſingulis ſucceſsionibus ſingulas dotes velit cõſequi, quàm quòd vna dote data excludatur. Nõ ergo relata interpretatio reijciẽda eſt. Rurſus, admittẽda eſt hæc interpretatio, quia alioqui ſtatutum nihil operaretur, vt ſcribunt Bart. in l. 3. ff. de vſuris. Bal. in l. vlt. C. arb. tuto. Brunus. d. tractatu. arti. 7. n. 6. Prætereà, non dicitur reiecta hæc interpretatio, cùm verſetur circa expoſitionem & declarationem verborũ: ita Bal. in auth. ſi qua mulier, in fi. C. de ſacroſan. eccl. Alex. in l. 1. nu. 13. ff. ſi cer. petat. & conſ. 50. nu. 4. lib. 1. Corn. conſ. 324. col. pe. lib. 3. Vltimò dico tunc eſſe ſumendam interpretationem, quæ minus lædit ius commune, quãdo quis indebitè dãnum ſentiret: ita poſt multos declarat Craue. conſ. 259. nu. 2. atqui in caſu noſtro nõ ſentit indebitè hæc mulier graue dãnũ, cùm iam dotẽ congruam cõſequatur.

Non obſtat ſextum ex illo verſi. Declarantes, qui quidem à Decio fuit perpenſus: quia reſpondetur multipliciter. Primò, in eo verſ. nihil noui ſtatuitur; fremat quantùm velit Decius: ſi quidem qui declarat nil noui facit. l. hæredes palam. §. ſed & ſi notam. ff. de teſt. vbi Bar. & in l. edita, ibi Dec. nu. 49. C. de eden. cæteros prætereo. Nec illa præſumptio quam ſtatutum in eo verſi. inducit, eo ſpectat, vt malè opinatur Decius, quòd tunc fœmina dotata excludatur à ſucceſsione aliorum, ſi de omnium bonis dotata fuit; ſed verius reſpicit fauore maſculorũ: ne eis probandi onus incumbat, quòd fœmina dotata fuerit ab vno ex illis, qui in ea parte ſtatuti recenſentur, etſi non ab illo, de cuius ſucceſsione tractatur, quod quidẽ probatiõis onus. iure cõi inſpecto, incumberet ipſis maſculis, qui quęrunt fœminam excludere, vti tradit Brun. in d. tract. Quòd ſtantib. maſculis fœminæ non ſuccedant, art, 8. q. 16. nu. 72. poſt Romanum conſi. 179. Hinc & illud ſequitur, non eſſe ſuperuacaneã illam conſtitutionẽ d. verſi. declarantes; vt malè credidit Dec. eſſe ſuperfluam: ſi quidem, non iniuria dubitari poterat, cui incũberet onus probãdi fœminã hãc fuiſſe dotatã ab vno ex enumeratis in ipſo ſtatuto, ſi dotata & nupta reperiebatur: & pſertim, qñ habuiſſet bona propria. Et (ea parte ſtatuti prætermiſſa) dicendum videbatur, maſculos ꝓbare debuiſſe eã qualitatẽ, cùm in ea ſuũ fundamentũ cõſtituãt, iuxta l. ait Prætor. §. docere. ff. vi bo. rap. Dec. cõſ. 261. nu. 2. & cõſ. 356. nu. 4. Cur. Iu. cõſ. 24. nu. 11. Attamẽ contrariũ fuit conſtitutũ eo ſtatuto in verſ. declarantes, vt. ſ. ab eo onere releuẽtur maſculi: quod quidẽ onus in fœminas reijcit. Cùm ergo probatiõis via reddatur facilior, nõ dicitur ſtatutũ ſupuacanea ſtatuiſſe. id quod ꝓbauit & Soc. Iun. d. cõſ. 62. nu. 23. l. 3. Nec huic conſiderationi obſtat, quod ait Alc. d. reſp. 53. nu. 26. ver. nec obſtat, nõ fuiſſe neceſſe inducere hãc facilẽ viã probãdi, à fratre fuiſſe conſtitutã dotẽ, cùm nullius vſus ſit, ſi fœmina excluditur indiſtinctè ẽt ab hæreditate eius, qui eã nõ dotauit: quia imò multũ prodeſt, ex quo ſolùm excluditur fœminas, ſi eſt dotata ab eo, qui põt iã defuncto ſuccedere, non. n. extranei dotatio prodeſt ſuccedere valenti. Alia cõſideratione hanc difficultatẽ cõfutauit. Soc. Iun. d. conſ. 62. nu. 22. ver. & vltra. cui quidẽ nõ aduerſatur qđ ſcribit Alc. d. reſp. 53. verſ. 2. quòd illa. Nam ex relatis ſatis conſtat quàm vtilis ſit hæc ſtatuti particula.

Non obſtat ſeptimũ fundamentũ, quia reſpõdetur, excluſionem hanc ſatis dici nominatim factã, cùm ex clara mente ſtatuti & eius vera interpretatione, ꝓueniat: quẽadmodũ iam demonſtrauimus: & ſatis nominatim hoc fieri dicitur, vt ſcribũt oẽs in l. 1. ff. de li. & poſth. dũ affirmãt 27 nominatim † illud fieri cùm vel nomen propriũ exprimitur, vel alijs circunſtantijs, quib. vice nois utimur. res deſignatur. quod clarius docuit gl. in c. conſtitutione, in verbo, nominatim. de ſen. excom. in 6. Curt. ſen. cõſ. 49. Memoriæ, col. 14. in prin. quo loci multi probat nominatim id fieri, quòd fit verbis generalib. quib. oĩa cõprehenduntur. quod intelligo cũ cõſtat de mente diſponẽtis. & copiosè tradit Pariſ. conſ. 9. nu. 13. lib. 3. & Tiraq. trac. De legib. connub. in gl. 5. nu. 127. & probat. l. poſth. §. nominatim. ff. de iniuſto rup. teſt. ſi quidẽ demonſtratio vice nominis fungitur. l. certũ. ff. ſi certũ peta. & l. nominatim. ff. 28 de cond. & demon. Ita ẽt dicitur exhæreditatio † nominatim facta, quæ ãppellatiuo nõe, quo perſona ſignificatur. fit; vt rñdit Ruinus conſ. 134. nu. 24. li. 2. Et in ſpecie noſtra hanc exhæredationẽ ſeu excluſionẽ ſatis dici nominatim factam, cum demonſtratur facta, ratione & interpretatione ducta à ſtatuto, docuit Bald. in l. ſi defunctus. nu. 3. C. de ſuis & legit. Brunus quẽ infrà referam. Præterea & ſecundò reſponderi poteſt, hanc non eſſe veram exhæredationem, vt in ea forma veræ exhæredationis ſeruari debeat. ita Bald. in l. maximũ vitium. col. 2. verſ. non obſtat. C. de liber. præter. Brunus in dicto tract. Quòd ſtantibus maſcul. art. 6. num. 107.

Non obſtat vltimum, quia reſpondetur, contrariã opi- * nionem, quam ſuprà probauimus, eſſe * magis receptam. Nec eſt auctoritati eorũ, qui cõtrarium aſſeruerunt, deferendum. Nam Ancharano fidendũ non eſt, cùm ſibi parũ conſtans aliter reſponderit d. con. 168. col. j. Præterea reſpondit Ancha. d. con. 80. in eo caſu, in quo filia nõ fuerat dotata ab eo à quo erat dotanda ex ipſamet diſpoſitione ſtatuti. Quod aũt reſpondit Capra. d. conſi. 39. procedit eo caſu, cùm ſtatutum ſimpliciter loquitur, & non procedit vlterius diſponendo, vt ibi Capra. nu. 11. citando Bald. in l. j. C. de legit. hære. clarè ſentit. atqui alirer eſt in caſu. noſtro, in quo ſtatutum vlterius procedit. Prætereà loquitur Capra quando filia cõcurrit cũ patruo; & patruus, vt ex diuerſa linea à ſtatuto non conſiderata, nõ excludit filiam, ita ibi Capra. nu. 12. Ita pariter non repugnat auctoritas Ludo Bologn. annot. ad Ion. de Ana. conſ. 89. nu. 5. ſi quidẽ is loquitur remiſsiuè, nec plenè ac clarè hoc probat. nam ſe remittit ad varia loca Ancharani, qui contraria ſcripſit. Non ẽt aduerſatur reſponſum Cornei cõ. 170. cùm dubiè atq; ſubobſcurè loquatur. & ibi num. 7. declaret, ſuo illo in caſu filiam non fuiſſe à patre dotatam, ſed à fratre; cuius contrariũ à nobis diſputatur. Accedit, quòd frequentius (vt ſuprà ſuo loco diximus) Corneus contrariã 29 opinionẽ tuetur. Et † illa creditur eſſe doctorum opinio quàm ſæpius probauit, vt reſponderunt Iaſ. conſi. 89. col. vlt. lib. 3. & Rola. conſi. 67. nu. 3. lib. 1. Ita quoque non repugnat quod reſpondit Soc. Sen. cõſi. 30. col. 8. lib. 1. quia ibi præſupponit, ꝙ nulli extabant maſculi, qui fœminam illam excludere poſſent, vt eſt ibi videre in verſic. poſtremò etiam. Nec in caſu Socini ſtatutum procedat vlterius diſponendo, ſed ſimpliciter loquebatur de dotata à patre; vt etiam rubrica ibi à Socino relata ſignificabat. Atqui in caſu noſtro ſtatutũ procedit vlterius diſponendo. Ita etiã in ſtatuto ſimpliciter loquente reſpondit idem Soci. dic. conſi. 84. col. 3. verſ. quintò moueor. lib. 1. & d. conſil. 241. col. 11.



col. 11. verſi. quintò, nam ſtatutum, lib. 2. Et d. conſi. 35. nu. 11. lib. 4. incidenter atque veluti per tranſennam loquitur Socinus. Quocirca deferẽdum non eſt illi doctrinæ, cùm diligentius rem enucleando & diſputando contrarium ipſemet reſponderit. d. conſi. 127. libr. 4. Et verè anteferenda eſt hæc opinio firmata in d. conſi. 127. Quãdoqui- 30 dem ſi interpres † pugnantes opiniones ſcribit, illa magis obſeruanda eſt, quã diligenter examinando affirmat, vt tradũt Neuiz. li. 5. Syluæ nupt. nu. 29. Alciatus in tract. præſump. reg. 1. præſump. fi. & libr. 4. Parerg. iuris. ca. 17. Præterea Socinus in d. conſil. 35. nu. 11. multum dubitat de veritate reſpõſi Anch. d. con. 80. & apertè inquit, quòd non auderet affirmare. Non etiam deferendum eſt Iaſo. in d. l. vt liberis. n. 6. cùm paulò infrà & in reſponſis ſuo loco relatis diſſentiat. Nõ pariter dubitationẽ facit Ruini conſ. 74. nu. 16. li. 2. cum is loquatur eo in caſu, in quo dos non fuit debito tempore conſtituta; ita quòd nõ poterat ſoror excludi à fratre, qui ſtatuti diſpoſitionem & formam contempſerat. Ita etiam paruifaciẽda eſt auctoritas Decij. d. conſi. 346. cùm ſibi parum conſtans alijs pluribus in locis contrarium reſponderit. Alciati & aliorum deinde auctoritates tanti eſſe non debent, vt iuſtus ac æquus iudex à contraria ſententia recepta magis & magis probata recedere debeat. Atque ita iuris eſſe cõcludo.

Iacobus Menochius I.C.

## SVMMARIVM.

1 *Maritus tertius an excludat filios primi matrimonij à lucro dotis ſtante ſtatuto de lucro dotis.*

2 *Mater nõ poteſt aßignare plus tertio marito in dotem, quàm vnus filiorum primi matrimonij conſequuturus eſſet.*

3 *Statuta interpretantur à iure communi.*

4 *Statuta de lucro dotis recipiunt interpretationem à l. hac edictali. C. de ſecun. nup. & nu ſeq.*

5 *Statuta quæ non habent ſpecialem clauſulam derogatoriam, ſemper ſunt intelligenda ſecundũ ius commune, & quomodo iſtud procedat, num 30.*

6 *Pacto derogari non poße. d. l. hac edictali. at ſtatuto vtique numero 14.*

7 *Argumentum de pacto ad ſtatutum valet. Sed intellige ſub numero 32.*

8 *Statuta correctoria non debent trahi de caſu ad caſum ex idẽtitate rationis, ſed ſtrictè ſunt interpretanda, vt minus lædant ius cõmune quàm fieri poßit: maximè quando tractatur de præiudicio tertij Fallit tamen ad euitandum abſurdum, & nu 28.*

9 *Argumentum ab abſurdo euitando valet.*

10 *Dictio deinceps, cuius ſit naturæ, & nu. 31. circa medium.*

11 *Filius licet excludatur à ſucceßione, non tamen intelligetur excluſus à legitima ad eum ſpectante, quæ peo ſtatutum auferri non poteſt, ſecundum nonnullorum ſententiam, in contrarium tamen eſt communis. opin. num. 41.*

12 *Pronuntiandum eſt in dubio pro eo qui agit de damno euitando, nõ pro eo qui agit de lucro captando.*

13 *Conditio omnis, vel pactum, vel ſtipulatio, vel ſtatutum quibus impediretur matrimonium, vti odioſa ſunt reijcienda.*

14 *Statutum excludens fœminas ob maſculos. an ſit fauorabile, vel odioſum.*

15 *Dictionis ſiue termini reſtrictiui natura eſt, quod quicquid non excipit, ponat,*

16 *Fructus dotis conſtante matrimonio pertinet ad maritum abſque vlla contradictione.*

17 *Statutum, ſeu lex, & natura nil fruſtrà operatur. ibi.*

18 *Dictio aliquid. in re minima verificatur.*

19 *Viuentis nulla eſt hæreditas.*

20 *Improprietas tolleratur, ne ſequatar abſurdum contra mentem ſtatuti.*

21 *Verba non dicuntur ſuperflua, cùm aliquid noui mixtum ſit, vel ad diuerſum effectum appoſita ſunt, vel quando exprimitur illud, quod tacite inerat.*

22 *Dictio &, aliquando ſtat pro etiam, & auget implicando caſum magis dubitabilem.*

23 *Exceptio oſtendit regulam eſſe in contrariam.*

24 *Dictio ſaluo, excepit modificando.*

25 *Dictio totam, nullam partem reſeruat.*

26 *Actui vbi quid ſubſtantiale detrahitur, non dicitur amplius ille actus, ſed nouus.*

27 *Dictio dicta, eſt repetitiua.*

28 *Indefinita an æqui polleat vniuerſali in materia ſtatutaria.*

29 *Pronuntiandum in dubio eſt pro opinione, quæ fauet matrimonijs.*

30 *Statutum corrigens ius commune, non recipit paßiuam interpretationem ab ipſo,*

31 *Statuto poße derogari. l. hac edictal. C. de ſecun. nup.*

32 *Clauſula derogatoria & ſpecialis an requiratur, vel ne, vt derogatum intelligatur diſpoſitioni d, l. hac edictali.*

33 *Regula illa. ſi vince vincerem te, multo magis vinco te, declaratur.*

34 *Omißus ille caſus non dicitur: qui ex mente diſponantis ſub expreſſo continetur, & alijs modis.*

35 *Statuta etiam correctoria admittunt extenſionem, vt euitetur abſurdum.*

36 *Extenſio vbi eſt neceſſaria, dicitur permißa, etiam in caſu pœnali.*

37 *Puniri non debet, qui facit lege permittente.*

38 *Nuptiæ omnes poſt primas appellantur ſecundæ, etiam in ſtatutis.*

39 *Primogenitus dicitur non tam qui naſcitur ex primo matrimonio, ſed etiam ex ſecundo, & tertio, dum tamen ſit primus.*

40 *Mulier poteſt nubere & contrahere matrimonium etiam vſque ad octo vices, & datur exemplum cuiuſdam, qui viginti vxores ſepelierat, & mulieris quæ viginti duos viros pariter ſepelierat, & tandem ambo ſe collocarunt in matrimonio inuicem.*

41 *Legitimam filij debitam prohiberi ſtatuto poſſe.*

42 *Dos acquiritur titulo oneroſo, legitima vero titulo lucratiuo.*

## FACTI SPECIES.

Magnificus D. Pet. duxit in vxorem d. Catherinam, quæ iam duobus maritis nupta fuit: & ex primo viro habuit filium D. Alexandrum. Et tempore huius tertij matrimonij nil conuentum eſt inter ipſos D. Petrum & Catherinam de dotis quantitate & lucro. Mortua eſt D. Catherina inteſtata; ambigitur an D. Petrus lucretur dotem excluſo D. Alexandro, ſtante ſtatuto Papiæ 95. in ciuilibus, cuius verba ſubijciuntur.

### RVBRICA.

*De lucris matrimonialibus.*

*ITem ſtatuimus & ordinamus, quòd, mortua vxore in matrimonio, maritus lucretur dotem in totum, ſcilicèt in caſu eidem viro ex ipſa, non exiſtentium liberorum. Et in caſu exiſtentium liberorum, quantùm ad vſumfructum tãtùm, ipſis liberis proprietate reſeruata. Quæ in eos eorúmque hæredes quoſcunque perueniat & perueniſſe intelligatur ipſo iure; etiamſi de expreſſa eorum voluntate non appareat niſi expreſſe renuntiauerint. Et quòd, mortuò viro in matrimonio, vxor lucretur tertium plus dotis de bonis viri, & non plus, loco tertiæ, vel quartæ antiquitus debitæ, ſeu donationis propter nuptias. quod tertium plus ſit & eſſe intelligatur ſecundùm formam ſtatutorum communis Papiæ; & non aliter, nec alio modo. Et quòd mortuo primo viro in matrimonio, poßit mulier ſecundò nubere; & dictæ mulieri liceat, ex primo viro liberis exiſtentibus, dare & tradere ſecundo viro, & deinceps in dotem dictam dotem primo viro datam, ſeu quam confeſſus fuit recepiſſe, & dictum tertium plus abſque eo, quòd propterea cogatur alicui ex ipſis vel aliquo eorum reſeruare, dare; vel reſtituere; & abſque eò, quòd propterea ex ipſis aliquid reuocetur. Addentes quòd à dicto ſecundo viro & deinceps præmortuo in matrimonio dicta mulier poßit & debeat recuperare, conſequi & habere dotem dicti ſecundi matrimonij, & deinceps & tertium plus; vt ſuprà de primo matrimonio dictũ eſt. Quod ſtatutum locum habeat, ſeruetur & trahetur ad præterita, pendentia & futura. Saluo quòd ſi aliquis maritus de cætero occidet, vel occidi faciet vxorem ſuam, quòd dos reuertatur ad patrem, ſi extat, vel ad fratres, ſi pater non extat dictæ vxoris occiſæ: & patre & fratribus non extantibus reuertatur ad matrem & ſorores ipſius vxoris, etiamſi in prædictis caſibus extarent filij, vel filiæ ex ipſa vxore occiſa*

*ciſa eiuſdem matrimonij.deficientibus vero prædictis,deferatur parentibus in gradu proximioribus ſecūdum formam iuris & ſtatutorum communis Papiæ.ſi verò extarent filij, vel filiæ ex ipſa vxore occiſa ex alio matrimonio; ipſi filij & filiæ ex ipſa vxore occiſa ex alio matrimonio omnibus alijs præferantur.*

## CONSILIVM IIII.

# Initium à Domino.

AMBIGITVR in hac con
ſultatione,quæ probabili du
bitatione non caret,an ſtan-
te ſtatuto Papiæ.121.Rubric.
de lucris matrimonialibus,
1 magnificus † Do. Petrus vir
tertius Dom.Catherinæ,ex-
cludat à lucro dotis filios pri
mi viri dictæ Dom.Catheri-
næ. Eſt admodum difficilis
hæc iuris dubitatio, ſi quidē
agitur de interpretatione ſtatuti; cuius verba non parum
obſcura & perplexa videntur. Prima tamen facie dicen-
dum videbatur,Do.Pet.conſequi non poſſe totam dotem
dictæ D.Catherinæ, ſed in aliqua parte ſuccedere debere
cum D,Alex.filio primi matrimonij.Quod quidem mul-
tis rationib.ſuaderi videtur.
2 Primò,quia non videtur potuiſſe D. Catherina † plus aſ-
ſignare in dotem D.Petro tertio viro quàm vnus filiorū
primi matrimonij conſecuturus erat.ita iubet l.hac edi-
ctali.C.de ſecund.nup.cum ergo D.Catherina tres filios
habuerit ex primo viro tempore quo ſecundo & tertio
deinde viro nupſit;ſequitur dicendum, ſolam quartā par
tem dotis potuiſſe aſsignare ipſi ſecundo & tertio viro,
D.Petro;qui ſolùm eam quartam partem videtur lucrari
poſſe.Et licèt extet d.ſtatutum Papiæ, quo dotis lucrum
3 marito defertur: † attamen ſtatutum hoc,à iure ipſo com-
muni interpretationem recipit,iuxtà doctrinam Bart.&
aliorum in l.j.§.lex Falcidia.ff.ad ad l.Falci. latè & doctè
reſpondit Craue conſ.236.nu.9.& conſil.259. nu.2. Qui-
bus adddo Rui.conſ.57.in fin.lib.3.& Pariſ.conſi.84.nu.
4 16.lib.2.Et † in his terminis,ſtatuta de lucro dotis recipe
re interpretationem à d.l.hac edictali, affirmarunt ibidē
Bar.& idē in ſua diſputat.7.Mulier habens amplum. Sóc.
Sen.conſ.52.col.1.ver. hoc igitur præſuppoſito.libr.3.qui
Baldum,Romanum, Comenſem & Fulgoſium eiuſdē o-
pinionis recenſet.Idem reſponderunt Dec.conſi.19.num.
2.Curtius Iun.conſ. 122.num.10.& Bellonus conſ.13.col.
* 1.& 2.& verè hæc eſt *recepta Doctorū opinio.Imò Cur-
tius d.conſi.122.nu.10.Idem eſſe reſpondit,cūm extat ſta-
tutum,quòd verba ſtatutorum ad literam intelligantur,
vt extat in hac ciuitate Papiæ.id quod probauit & Rol.in
tract.De lucro dot. q.25.ſi ergo ſtatutum ita debet inter-
pretari,ſequitur D. Petrum quartam partem dotis; non
autem totam conſequi debere.
5 Secuudò † quòd d.ſtatutum ſit interpretandum ſecun-
dum ius commune;atque ita non deroget ipſi diſpoſitio-
ni l.hac edictali,vel ex eo conſtat, quòd nulla adeſt ſpecia
lis derogatio;quæ alioqui neceſſaria eſt; cum clauſula ex-
preſſa,non obſtante. Ita in terminis huius ſtatuti reſpon-
dit CurtiusSen.conſ.79.Do. Franciſchina. col 3. verſ.ſed
præmiſsis omnib.& col.5.Idem reſpondit Soc.Sen.conſ.
35.col.2.li.4.idem cenſuit Io.de Ami.cōſ.11.col.pe.nu.26.
Imò docuit Iaſ.in aut.præterea.nu.15.C.vnde vir & vxor,
ꝙ ēt ſi ſtatutum diceret maritū omni caſu dotem lucrari,
nō tamē auferret cōſtitutionē dictæ l.hac edictali.Quin-
imò,ſi ſtatutū diceret,ꝙ marit⁹ integrā dotē lucretur, ad-
huc nō videtur derogatū ꝓuiſioni d.l.hac edictali.ita cē-
ſuit Soc.Sen.d.cōſ.35.col.2.cū ergo hoc ſtatutū Papiæ nō
ſolū nō cōtineat ſpecialē derogatione; ſed nec verba illa
omni caſu, vel integram dotē: dicendum eſt dictum Do.
Petr.debere ſuccedere ſecundum formam d.l.hac edictali.
Tertio & fortius vrgere videtur quod quemadmodū
6 pacto † illi l. hac edictali,derogari non poteſt, vt ibidem
ſcribunt Bar.& recētiores,Cur.Sen.d.conſ.79.col. 4. &
Rui.conſ.64.col.2.num.2.li. 3.ita nec ſtatuto.cùm in his
7 lucris matrimonialib. † valeat argumentum de ſtatuto
ad pactum,ſaltem iuratum;quemadmodū relati ſcribunt
tes,præſertim Curtius,affirmant.
Quartò, vt huius opinionis eſſem, me non parum mo-
uebat ratio illa, qua in ſpecie hac vſus eſt Curt.Sen. dict.
conſ.79.col.5.ver.ſed ponamus.Quod etſi concedatur d.
ſtatutum derogare in aliquibus d.conſtitutioni l.hac edi-
ctali; nō tamen quò ad caſum noſtrum quicquam dero-
gaſſe creditur:cùm noſter hic caſus non cōprehenſus.ſed
ommiſſus à ſtatuto videatur.ſtatutum enim inquit,quòd
moriente vxore ſine liberis ex ipſo viro,maritus lucretur
dotem. Atqui hoc in caſu deceſsit D. Catherina relictis
filijs tamen ex primo quàm ex ſecūdo matrimonio: quo
caſu(inquit Curtius) locus eſt doctrinæ notabili Pra. Pa-
pien.in forma libelli,quo agitur pro legato rei ſingularis.
in glo. prima.nu. 57. ver.quid autem.dum ſcriptum reli-
quit,quòd ſi ſtatuto cauetur.quòd præmoriente vxore ſi-
ne liberis ex primo matrimonio,vir dotē lucretur; quòd
inquam,ſi decedat cum filijs ex primo & ſecundo matri-
monio; filij illi primi matrimonij repetere poſſunt aliquā
portionem dictæ dotis à filijs ſecundi viri. ea ratione vti-
tur Practicus ille,quia caſus iſte eſt à ſtatuto ommiſſus, &
in iuris communis diſpoſitione relictus. Idē ſcribit Cur-
tius ſenſiſſe Baldum conſil. 16. Caſus talis eſt, quondam
Minucia.lib.5.quod reſpōſum in meo Codice eſt in conſi.
11.lib. 3. Accedit(inquit idem Curtius)quòd ſtatutum in
eo verſi. Et quòd mortuo viro &c. nullum verbum facit,
quòd maritus lucretur dotem extātib.filijs ex primo ma-
trimonio & ex ſecundo:ergo pro virili ſuccedere debent
(ait Curtius) iuxta d.l. hac edictali. cuius opinionis citat
ille Baldum conſ.394.Statuto ciuitatis Dertonæ.lib. 4.in
meo Codice eſt conſil.273.libr.5.
Quintò adducebar ea ratione,qua vſus eſt Curt.Sen. d.
conſi.79.col.6.ver.poſito enim. Hoc ſtatutū eſt iuris cō-
munis correctoriū,nempè,d.l. hac edictali,ſaltē in prin-
cipio, vt mox ſubijciam. Atqui verba & diſpoſitio ſtatuti
8 † correctorij non extenduntur de caſu ad caſum, etiam ex
identitate rationis.ita Baldus in l.illam.num.1.C. de col-
lat.& Alex.conſi.115.nu.12. lib.1.Immò ſtatuta correcto-
ria ſtrictiſsimè interpretātur, vt minus quàm fieri poteſt,
ius commune lædatur:iuxta tradita per omnes in l. 2. C.
de noxa.& ibi per Salic. Craue.conſ.236.nu.9.Soc.iu. cōſ.
122. nu.3. lib. 2. Quod maximè procedit cum de alterius
præiudicio agitur.l.vlt.§.in computatione. C. de iure de-
liber. & in ſpecie hac Iaſ. conſi. 50.nu.2. lib.1.Et ſi ergo
inquit Curtius Senior.d.loco,ſtatutū hoc permittat mu-
lieri, exiſtētib. filijs primi matrimonij,dare in dotem ſe-
cundo viro,quòd iā primo dedit, ac etiam portionem, il-
lam, quam ex ſtatuti diſpoſitione lucratur,abſque aliqua
reſeruatione facta ad commodum filiorum primi matri-
monij atq;ita hac in parte corrigat ſtatutum.d.l.hac edi-
ctali: attamen non concedit ſtatutum, quòd,exiſtentibus
filijs ex illo ſecundo matrimonio, maritus lucretur totā
dotē; & multò minus exiſtentibus filijs vtriuſque matri-
monij.Hæc enim duo diuerſa ſunt,dotem conſtituere,&
dotem lucrari. Vnum reſpicit factum hominis, alterum
diſpoſitionem legis: non ergo vnum alterum infert.iux-
ta l. vltimam.C. de calum.cum ſimilibus. Nec permittit
ſtatutum,quòd filij ſecundi matrimonij excludant filios
primi; cùm huic caſui ſtatuti verba minimè conueniant.
Et de caſu ad caſum non conceditur extenſio, vt maior
correctio euitetur. Satis enim eſt (inquit Curtius) quòd
ſtatutum conceſſerit facultatem mulieri dandi in dotem
bona ſecundo viro,abſque eo quòd reuocari illa poſsint:
& quòd poſsit reuocare totam dotem decedente vxore ſi-
ne filijs ex ipſo ſecundo marito. Nec hoc in caſu (inquit
Curtius) aliquod reſultat incōueniens; quòd ſcilicèt plus
lucretur ſecundus iſte maritus,cùm nulli filij ex ſe extant,
quàm quando extant. Quandoquidem ita ſuadet æquitas,
nempè, quòd etſi filij illi præferuntur patri in dote ma-
terna;quòd tamen inter eos poſtmodum æqualitas ſerue-
tur:iuxtà l.qui ſe patris,vbi omnes. C. vnde liberi.ita vi-
demus( ait Curtius) quòd,ſi mulier deceſsit in primo ma-
trimonio filijs ſuperſtitibus, vir lucratur vſumfructū do-
tis tantùm, reſeruata proprietate filijs. Cùm ergo & hoc
caſu filij ſecundi matrimonij proprio patri præferantur,
eo deinde caſu,cùm filij primi matrimonij extant, vnà cū
illis æqualiter ſuccedent.

Sextò,



9 Sextò, † argumento ducto ab abſurdo mouetur Curtius
Sen dict.conſil.79.colum. ſexta,ver ſicul.ſi enim aliter. ſi
enim diceremus, ſecundum virum lucrari totam dotem
exiſtentibus filijs primi & ſecundi matrimonij, ſequere-
tur illud valdè abſurdū, quòd maritus poſſet alienare to-
tam dotem, & ex ea nihil reſeruare filijs vtriuſque matri-
monij: atque ita diſsipando illos omnes fraudare; quod
minimè concedendum eſt.
Septimò,vt huic opinioni ſubſcriberem, non parū me
mouebat ratio non leuis. Hoc ſtatutum ſtrictam interpre
tationem tantùm admittit, cum iuris communis dicatur
correctorium,& verſetur circa excluſionem filiorū pri-
mi matrimonij:ita docuit Bald.in l.2.C. de dotis promiſ
ſio.& reſpondetur Capra conſi.74.nu.5.Fulgo.conſi.63.
Blaſius quondam,col.3. Cum ergo ſtatutum tribuat fa-
cultatem mulieri & conſtituendi dotem ſecundo viro,nō
debet poſſet extendi,vt idem faciat tertio marito. Ea vr-
gens ſatis videtur rō, quòd ſatis ſupérque videtur, ſi tri-
buit facultatem conſtituendi dotem ſecundo, cum detri-
mento filiorum primi matrimonij; non enim filij primi
matrimonij tanto onere grauari debent, vt ſemper admit
tant ſucceſsionem maternam. Nec repugnant illa verba
ſtatuti,ibi, tradere ſecundo viro;& deinceps.quæ dictio,
10 De inceps, † ſignificare videtur vlterius matrimonium. Si
quidem verius videtur ſignificare ſolùm tempus:quaſi di-
cat,nunc & deinceps.iuxta l.nemo deinceps.C.de epiſco.
audien.& in cap.nemo deinceps, de elec. in 6. & ſcribit
Cardinal.in cle.ſtatutum, oppo.3.de elec. & cle.1.§.por-
rò,de ſumma Tri.Hæc ſignificatio in dubio recipienda
videtur: quia ex ea minus corrigitur ius commune, arg.
l.ſi quando.C.de inoffi.teſta. & ibi copioſè ſcribit Iaſon.
Et ea probata multum conuenit iuri cōmuni, cuius pro-
prium eſt futurū tempus reſpicere.c.2.in fi.de conſt. Nec
dicendum videtur.quòd permiſsio facta de ſecundo ma-
trimonio intelligatur etiam de vlteriori:iuxta.glo.in rub.
C.de ſecund.nup.& ibi Doct.& ſcribit Abba in rubr.de
ſecund.nup.nu.3.quòd non mō tertiæ nuptię;ſed nec o-
ctauæ reprobantur.c.aperiat.31.q. 4. Nam reſpondetur;
hoc procedere quò ad facultatem contrahendi matrimo
monium;non autem quò ad dotis conſtitutionē,quæ reſ-
picit præiudicium filiorum;quorum fauore, illæ etiā pœ-
næ tranſeuntium ad ſecunda vota,nec hodie ſublatæ ſunt:
vt ſcribit Bar.in l.1.in fi.C.de ſecund.nupt.
Octauò ſuffragari videtur, ꝙ ſaltem in dubio ſumēda eſt
hæc interpretatio, nec hic filius ex primo matrimōio le-
11 gitimam † ſibi debitam ex bonis maternis,totam atque in
tegram amittat:ita in ſpecie ſimilis ſtatuti argumentatur
Capra conſil.74.nu.8.qui ſcribit, quòd alioqui hoc eſſet
filium exhæredare;quæ quidem exhæredatio, non niſi no
minatim fieri pōt.§.1.inſt.de exhæred.lib.& ſimilis eſt do
ctrina Bal.in l.illam.nu.3.C.de collat. Item ēt argumēta-
tur ſimili in ſtatuto Bal.conſ.273. Statuto Ciuitatis Der-
thonæ.lib.5.dum reſpondit,quòd etſi ſtatutum de lucro
dotis per clauſulam expreſſam deroget d. l. hac edictali,
attamen ſalua adhuc eſſe dēt legitima filiorum. Erit ergo
fortius in caſu noſtro; in quo non adeſt expreſſa deroga-
tio.Confirmatur,quia vera videtur opinio eorum,qui di-
xerunt,ſtatutum nō poſſe auferre legitimam filiorum, vt
latè ſcribunt Dynus & Io.And.in c.indultum.de reg.iur.
in 6.Bar.in auth.de hæred.& Fal.ad fin.Rom.conſ.16.in
fi.Alex.conſ.75.nu.2.lib.1.& conſ.55.nu.5. lib. 2. Curtius
conſ.13.in fin.Corneus conſ.150.lib.2. Guido Pap.conſi.
144.in fin.Capella Toloſa.q.437. Alciatus in tract. præ-
ſump.reg.1.præſumpt.8.Eſt ergo dicendum fortius in ca
ſu noſtro dubio.
Nonò accedit alia rō,qua dicendum videtur, in dubio
eſſe pronuntiandum pro filio primi matrimonij. Siquidē
filius agit de damno euitando,ne ſcilicet amittat legiti-
mam ſibi debitam ex bonis maternis.iuxta l. cùm ratio.
ff.de bonis damna.cum ſimilibus maritus verò agit de lu-
cro quærendo,eſt enim hoc lucrum,quod maritus facit,vt
tradunt Bal.in d.l.hac edictali.C.de.ſecund. nup.& Soc.
12 Sen.conſi.223.col.vlt.lib.2.Atqui in cauſa † dubia pronū
tiandum eſt pro eo qui agit de damno euitādo,ita in ſpe-
cie ſimilis ſtatuti argumentantur Raynerius de Forli-
uio inter conſilia Signoroli conſ.vltnu.m.5. & Io.de A-
micis conſ.11.nu.3.Et ſimilib in caſib.plura ſcribunt om-
nes in l.vlt.§.ſinautem.C.de iure delib.
Decimò & vltimò,multum vrget pro hac opinione au-
ctoritas Curtij Senio.d.conſ.79.qui in ſpecie clariſq;ter-
minis noſtris ita reſpondit pro filio primi matrimonij
contra ſecūdum maritum.Et ſcribit Alciatus reſp.88.hu-
ius ſententiæ fuiſſe & Iaſonem conſil.50.lib. 1. Curtium
quoq; viſus eſt ſequi Bertrandus in repe.d. l. hac edictali,
in prin.nu. 49.
Re tamen ipſa diligentiſsimè perpenſa, contrariam o-
pinionem & ſententiam, vt veriorem & diſpoſitioni ſta-
tuti magis conſentaneam probo: nempè D.Petrū lucrari
atq;ita conſequi integram dotē dictæ D.Catherinæ vxo-
ris ſuæ, excluſo penitus D. Alexandro filio primi matri-
monij. Hanc ſententiam multis rationibus veram eſſe o-
ſtendo. Verùm duo ante omnia,quibus res fiet clarior,di-
cam.Primum eſt,quòd etſi ſtatutum hoc ſit in multis, iu-
ris communis correctorium:eſt tamen alia ratione fauo-
rabile;ſi quidem ita creditur diſpoſitum, vt viduæ facili⁹
viros inueniant:ita in ſpecie reſponderunt Decius conſ.
19.nu.6. & conſil.353.num.3.Paris.conſil.91.num.15. lib.
3.& alios plures recenſet Rola.in trac.de luc.dotis. q. 24.
nu.8.vbi Baldum,Caſtrenſem,Iaſonem, Curtium Senio.
Ruinum, Curtium iunio.Brunum,Io. de Amicis,Beroiū
& Alciatū eiuſdem quoque opinionis refert. Quod ſua-
detur, quia quemadmodum illa cenſetur odioſa diſpoſi-
tio, quæ viduitatem inducit: vt ſcribunt glo.Iaſ.& cæteri
in rub. C.de indicta vidu. tollen. Ita è contra fauorabilis
eſt quæ,illam ipſam viduitatem aufert, & ad matrimoniū
13 inuitat.Hinc omnis,conditio † qua ſecundum matrimo-
nium impeditur,tanquam odioſa ſemper reijcitur. l. 1. &
l.2.C.de indicta vid.tol. Hinc ſtipulatio & pactum, quo
aliquo modo matrimonium;vel primum,vel vlterius im-
peditur,reijci dēt.l.Titia.§.1.de verb.obli.& ibi omnes.
immò & ſtatutum matrimonium impediens reijcitur: ita
Soc.Sen. conſil.35. col.1. lib.1.Decius in l.nuptias.nu.12.
de reg.iur.Ruin.conſil.144.in fi.lib.5. Marſi. ſing. 589. &
Neuiza. lib. 4.ſyluæ nuptia.num.120.Etſi ergo ſtatutum
hoc aliqua in parte ius commune corrigat,odioſumque
videatur ex parte filiorum primi matrimonij, attamē fa-
uorabile iudicari debet:quandoquidem editum eſt,vt vi-
duæ facilius nubant.ita Caſtre.in l.1. de inoff.do.qui ſcri-
bit,quòd ita eo auctore compilationis ſtatutorum Florē-
tiæ in illis ſtatutis additum hoc fuit: cùm aliàs aliter cau-
tum eſſet.Caſtrenſem ſecuti ſunt Decius d.conſil.19.& a-
lij quos ſuprà retuli,& Rolan.de trac.de lucro dotis. d.q.
24.nu.8.idem conſil.72.numer.18. libr.1. Et verè ob ra-
tionem & cauſam hanc principalem,qua moti ſunt ſtatu-
entes, debet ſtatutum hoc cenſeri fauorabile,& non odio
ſum. Quemadmodum & in non diſsimili caſu ſtatuti,quo
fœminæ exiſtentib.maſculis excluduntur,cenſent omnes
in l.venia,vbi Dec.n.5.C.de in ius vo.& Rubeus conſ.16.
nu.18.Gozad.conſi.5.nu.6.copioſè Tiraq.in tract. de re-
tractu conſang. §.30. glo.1.nu.5.& Pariſ.conſi.85.nu.28.
lib. 2.& Crau.conſ.242.col.1.ij.inquam ſcribunt, ſtatutū
14 † excludens fœminas ob maſculos, eſſe fauorabile,inſpe-
cta principali intentione ſtatuentium, qui ita ſtatuerunt
fauore agnationis conſeruādæ.Et verè nō pōt in caſu no-
ſtro conſiderari cauſa odij, cùm filij primi matrimonij
non demeruerint,vti reſpondit ſimili in caſu Craue.cōſi.
118.nu.8.qui poſt Baldum inquit,ſtatutum excludens ma-
trem propter agnatos,non dici odioſum; quia mater tale
odium non meruit, ſed fauorabile dicitur edictū princi-
paliter fauore agnatorum.ſimilibus exemplis vtitur Cra-
uetta,quæ referre ſuperſedeo.Secundum,quod ad rē hanc
* aperiendam præfandum eſt,illud eſt: *Receptā opinionē
eſſe,ſtatuto poſſe abrogari & tolli diſpoſitionem.l.hac e-
dictali.C.de ſecund.nup.cùm ſit ius poſitiuū.ita affirma
runt Socinus Sen.conſ.52.col.2.verſi. Vnde cōſidero.lib.
3.Dec. conſ..19.nu.2.verſ.ſecundus caſus, & cōſ.247.nu.
1.Curtius iun.conſ.122.nu.10.& clarius conſ.85.nu.2.pul-
chrè Ruinus conſ.61.nu.14.lib.3. Pariſ.cōſ.91. nu.10.li.3.
Boer.q.113.nu.4.Alciatus reſpō.88.& Rolandus conſ.72.
nu.3.li.1.& in tract.De lucro dotis.q.24.nu.2.Quod pro
cedit etiamſi correctio illius diſpoſitionis,ſolis coniectu-
ris colligi ſtatuto poteſt. Non enim eſt omninò neceſſa-
ria expreſſa clauſula derogatoria,vt relati interpretes ſcri-
bunt,& Rol.de tract.De lucro dotis.q. 25.nu.3. & præter
eum Bellonus cōſ.13.nu.9.verſ.tertiò præmitto.His præ-
fatis, oſtendo nunc permultis rationibus, ſtatutum hoc
derogaſſe diſpoſitioni d.l. hac edictali: atque ita hoc in
caſu omne lucrum deferri.Do.Petro tertio viro,excluſo
filio primi matrimonij.
Primò adducor verbis ipſius ſtatuti, quæ quò ad primā

ſui

ſui partem non leui diligentia perpendo. Item ſtatuimus
& ordinauimus; quòd,mortua vxore in matrimonio,ma-
ritus lucretur dotem in totum, ſcilicèt in caſu eidẽ viro
ex ipſa non exiſtentium liberorum. Et in caſu exiſtentiũ
liberorũ,quantũ ad vſumfructũ tãtùm, ipſis liberis pro-
prietate reſeruata. Ego(fremãt alij quãtùm velint)intelli-
go primam huius ſtatuti partẽ loqui non ſolùm de pri-
mo ſed etiã de ſecundo,tertio, & vlteriori marito; qui in
totum dotẽ lucratur eo caſu,quo filij non extant ex ſe &
illa vxore.Nec filijs prioris matrimonij impediũt hoc lu
crũ cũ nõ dicantur ex eo viro & illa vxore,ſed ex illo pri-
mo.Quam ſententiã probant illa verba, in caſu eidẽ viro
ex ipſa vxore. Quæ ſanè verba ſunt reſtrictiua. At natura
15 termini † reſtrictiui eſt, quòd quidquid non excipit, po-
nat.l.quæſitũ.§.idẽ rñdit.ff.de fundo inſtr.Non ergo filij
prioris matrimonij, qui in ea reſtrictione nõ continẽtur
ſunt impedimento huic ſecundo ſeu tertio marito, quin
dotem lucretur.ita in terminis ſimilis ſtatuti argumẽtatur
Baldus conſil.495.Lex, hac edictali,col.2. lib.5.Anc.cõſ.
380.Roma.conſil.44.nu.5.& egregiè. Soci.Sen. conſ.52.
col.3.verſ.ex quibus aliquando,lib.3.Decius con.283. nu.
7.& Pariſ.conſi.91.nu.26.lib.3. & copioſè Rolan. de lu-
cro dotis.q.30. qui hanc conſideratione & doctrinã tue-
tur. Quòd autem prima hæc ſtatuti pars loquatur etiã de
ſecundo & tertio matrimonio, vel ex eo in primis patet,
quòd illa verba,quòd mortua vxore in matrimonio,ma-
ritus,&c. ſimpliciter prolata ſunt ob id non repugnant,
quin & de ſecũdo matrimonio & de ſecũdo viro intelligã
tur.Et illa verba,in caſu eidem viro ex ipſa vxore nõ exi-
ſtentium liberorũ, apertè præſupponunt caſum filiorum
primi matrimonij, alioqui eſſent ſuperflua.ſatis .n. fuiſ-
ſet dicere, & ꝙ maritus lucretur dotem filiis non exiſten-
tibus:vt ſimilẽ conſiderationem fecit Soc Sen.d.conſ. 52.
col.3.verſ.hanc concluſionem.Præterea, niſi dicamus in
hac prima parte ſtatuti agi de ſecundo matrimonio & ſe-
cundo viro,ſequitur illud inconueniens,ꝙ nihil eſſet ſta
tutũ de reſeruatione proprietatis, quã facere ita debet ſe-
cundus maritus ad beneficium filiorum à ſe ex eo matri-
monio ſuſceptorum,vt facit primus maritus ſuis filiis.Nõ
ẽt quidquã ſtatutum foret de lucro tertij pluris, quod ita
facere debet vxor ex bonis ſecũdi ac primi mariti,Nec.n.
de his in ſecunda parte ſtatuti factum eſt aliquod verbũ.
Nec ſecunda pars ſtatuti,ibi, Et quòd mortuo primo vi-
ro &c.eſt ſuperflua: quia verè prima pars reſpicit perſo-
nam mariti,qui ad lucrum inuitatur, adhibita tamẽ lege
reſeruationis & incommodo tertij pluris, quæ commo-
do filiorum & vxoris reſpectiuè cedunt. Secunda verò
pars ſtatuti reſpicit perſonam mulieris, cui tribuit faculta
tẽ dãdi in dotẽ,quæ primo viro dederat.
Secundò,admiſſo quòd prima illa pars ſtatuti nõ loqua
tur etiam de ſecundo & vlteriori matrimonio;dico hanc
noſtram ſententiam apertè probari verbis illis ſtatuti; Et
quòd, mortuo primo viro in matrimonio,poſsit mulier
ſecundò nubere; & dictæ mulieri liceat, ex primo vi-
ro liberis exiſtentibus,dare & tradere ſecundo viro, &
deinceps in dotem dictam dotem primo viro datam,&c.
Hæc verba non de nuda dotis conſtitutione, ſed de ipſius
dotis lucro, ea ratione ſunt; quòd ſi de nuda cõſtitutione
eſſent fruſtrà eſſent adſcripta:ſi quidem nulla lex cõmu-
nis prohibet nudam dotis conſtitutionẽ, ſed ipſius dotis
diſtractionem,vt in d.l.hac edictali,in principio ſcriptũ
eſt,& ibi gl.in verbo diuidi. Baldus in 2.lect.in prin.Ro-
ma. conſ.447. Dec auth.præterea. C. vnde vir & vx o. &
conſ.246.col.1.Nec quidquã operari dicitur ſtatutũ quò
16 ad fructus, qui † conſtante matrimonio ſine contrauerſia
mariti ſunt.l.dotis fructus.ff.de iure dotium.l.pro oneri-
bus.C.eodẽ:omnes in l. de diuiſione.ff.ſoluto matri. Ne
ergo fruſtrà editum ſit hoc ſtatutum,dicendum eſt ſecun-
do marito ac vlteriori acquiri dotem excluſis filiis primi
matrimonij.Eſt enim ſumenda illa interpretatio, qua de-
monſtratur,ſtatutum non eſſe ſuperuacaneum; vt ſcribũt
in ſpecie ſimilis ſtatuti Rom.conſi.44.nu.6.Soc.Sen.cõſ.
52.col.2.verſ.hanc concluſionem.li.1.Dec.conſ.283.nu.2.
17 Ea eſt ratio, † quòd lex & natura nil fruſtrà operantur. l.
hæc ſtipulatio.§.diuus.ff. vt legat.nom. cauea. cum ſex-
centis ſimilibus,quæ conſultò ommittimus.
Tertiò perpendo verba quæ à ſtatuto ſubijciuntur poſt
iam relata: Et abſq; eo quòd propterea cogatur alicui ex
ipſis,vel aliquo eorũ aliquid reſeruare,dare, vel reſtitue-
re. Hæc verba Reſeruare & Reſtituere, inferunt lucrum
8 dotis;addita præſertim illa dictione † Aliquid, quæ in re
minima verificatur.l.ſeruũ filij.§. Prætor ait.ff.de acqui-
ren.hæred.vbi Bartolus.copioſè Decius in leg. ſi quis id
quod,nu.19.ff.de iuriſdict. om.iudic. & in l. 2. num. 46.
C.de eden.& Craue.conſil.294.nume.quarto.Si ergo ali-
quid non tenetur reſeruare maritus iſte dictis filijs primi
mariti;ergo ipſe totũ acquirit.ita in ſpecie voluit argumẽ
tari Bellonus conſil. 13. nu.10. Et in ſimili ſtatuto ob illa
verba nihil reſtituatur,&c. quòd totum marito acquira-
tur, reſpondit Pariſius conſil.91. nu.21.li.3.poſt Decium
d.conſ.19.nu.5.6.Cæterùm, quia non probant Bellonus
& Pariſius illa verba,reſeruare, & reſtituere, ad lucrũ do-
tis irreuocabile referri:id ego clarè demonſtro. Cùm lex
inquit,quòd mulier tranſiens ad ſecundas nuptias ſeruet
dotis portionem vel lucrum donationis propter nuptias
filiis primi matrimonij, vel quòd eis reſtituat;verè prohi
bet mulierem ita dare ſecundo viro,ne illi acquiratur. ita
ſunt verba aperta in d.l.hac edictali.§.his illud ibi, vt pa-
ternas ſeruare compellitur.& in §.mobilium,ibi ſecundũ
legum modum reſtituat.vt ergo ibi verba illa,ſeruare,&
reſtituat, ſignificant maritum non lucrari, ſed filijs reſti-
tui,eiſque lucrari:ita hîc oſtendunt contrarium,filiis non
reſtitui,& non ſeruari;ſed ipſi marito lucrari.
Quartò conſidero alia verba,quæ mox ſubiungit ſtatu-
tum:Et abſq; eo quòd propterea ex ipſis aliquid reuoce-
tur.Hæc verba nulla ratione reſpiciunt tempus conſtantis
matrimonij ſecundi vel tertij. Cùm clarũ ſit filios primi
matrimonij viuente matre nihil non ſolùm de dote, ſed
nec de lucro nuptiali, quo ſaltem ad vſumfructum ipſius
lucri poſſe conſequi.d. l.hac edictali.in princip. & dicto
19 §.his illud.Et ea eſt ratio, quòd viuentis † nulla eſt hære-
ditas.l.ſecunda.§.interdum.ff.de vulga. & pupill.ſubſtit.
& l.ſi quis mihi bona.§.ſed vtrum.ff.de acquirend.hære-
tate.Quod hîc maximè procedit; vbi lex nihil tribuit his
filiis, ne mater impediatur ſecundò nubere. Eſt ergo di-
cendum. verba iſta reſpicere tẽpus diſſoluti matrimonij
ſecundi vel tertij:vt ſcilicèt eo tempore reuocare nõ poſ-
ſint quicquãde dote à ſecundo,vel vlteriori viro.Nec me
mouent illa verba, ex ipſis aliquid,&c.illa verba ex ipſis
pluralis numeri,vtrunque ſimul reſpicere videntur,nem-
pè mulierem & ſecundum maritum: id ergo erit conſtã-
te matrimonio,quia ſoluto illo matrimonio non dicere-
tur reuocari ex ipſis,ſed ex ipſo,ſcilicèt marito ſuperſti-
te.Non inquam hoc me mouet,quia verè illa verba,ex ip-
ſis, referuntur ad perſonam filiorum primi matrimonij:
cùm & paulò ſuprà ſtatutum ad eos quoq; referat ſimilia
verba,ibi abſque eo quòd propterea cogatur alicui ex ip-
ſis, vel aliquo eorũ. Et ſi dicatur,quòd illa dictio, ex,ſtat
in hac ſecunda parte impropriè admodum: quia videtur
ſignificare idem quod,ab dico primò, illam dictionem,ex
corruptè fuiſſe impreſſam & erroneé, quemadmodum &
paulò ſuprà corruptè legitur;vel aliquod eorum: cùm le-
20 gendum ſit,alicui eorum.Secundò toleratur † improprie-
tas,ne ſequatur illud contra mentem ſtatuti,quòd filij ſe-
cundi matrimonij reuocent à ſecundo viro, mortua mu-
liere,dotem;quam tamen ſtatutum (vt ſuperiore funda-
mento oſtendimus) vult non reſeruari,nec reſtitui dictis
filiis.Eſt quoque perpendendum illud verbum, reuoce-
tur;quod infert inreuocabiliter dotem ipſi ſecundo viro
acquiri:non ergo dicitur derogatum.d.l.hac edictali.ita
in ſpecie Bal.conſ.122.Quæſtio formatur.lib.4. Nec ver-
ba hæc & relata in ſuperiore argumentatione intelligi
poſſunt ratione tertij pluris;vt ea ait eſſe intelligẽda Cur-
tius ſenior dicto conſilio ſeptuageſimonono. columna
ſexta.in fine verſi,verſi.Et ideo ſtatutum ipſum,poſtmo-
dum ſubiungit Curti. quòd etſi verba illa ſtatuti, quòd
poſsit dare in dotem ſecundo viro dotem datam primo,
videantur ſecundum hunc ſenſum ſuperflua;attamen ſa-
tius eſt quòd ſuperflua ſint, quàm quòd abſurdum indu-
21 cant.Et ſecundò † (inquit Curtius) nõ poſſunt dici ſuper-
flua cùm quid noui admixtum ſit; nempè ratione tertij
pluris. Tertiò, non dicitur ſuperfluum quod ad diuer-
ſum effectum appoſitum eſt. Quartò, non eſt ſuperfluum
quod exprimitur vbi tacitè inerat. vt hîc factum dicitur.
hæc multorum auctoritatibus probat Curtius. Illis acce-
dunt Ruinus conſilio. 192.numero decimotertio libro
ſecundo,& Tiraquell.in tract.de retractu conſang.§. vi-
geſimoprimo, gloſſ.prima, numero 5.6.7. Verùm ſunt
hæc Curtij diffugia: nec enim tam aperta verba ſtatuti,
quæ de dotis lucro ſunt,hanc recipiunt interpretationẽ.





Nam & ipſemet Curtius in diſcurſu illius reſpõſi fatetur,
ſecundum maritum lucrari dotem: ſi nulli extant filij pri
mi matrimonij. apertè ſentit Curti. verba hæc intelli-
gendo eſſe tam de lucro dotis quàm tertij pluris. alio-
qui illud ſequeretur,ꝙ ſecundus vir non lucraretur aliquo
caſu dotem;ſi verba iam relata ſolùm referrentur ad tertiũ
plus.Qua ex re ceſſant illæ Curtij conſiderationes: ſi qui-
dem,quo ad dotem principalem nihil noui admixtũ eſt.
Præterea illud procederet in caſu dubio quãdo verba poſ
ſint operari & non operari:quod hîc non contingit. Nec
facta eſt aliqua repetitio eiuſdem caſus ad diuerſum effe-
ctũ;Sed eſt noua diſpoſitio Nec tacitè hoc inerat:nam, ſi
tacitè fuiſſet in eo contentum; iam intelligeremus filios
primi matrimonij eſſe excluſos.
Quintò, monent me plurimum illa verba;Et abſq; eo,
quòd propterea cogãtur aliqui ex ipſis &c. Hæc verba
reſpiciunt duo,quæ paulò ſuprà immediatè ſtatutum re-
tulit;nempè,dotem principalem,& tertium illud plus.At
qui clauſula reſpiciens duo determinabilia æqualiter de-
terminat.l.iam hoc iure,de vulgar.& pupilla.vbi Iaſon &
cæteri.Cùm ergo ratione tertij pluris concedat Curtius
dicto conſi.79.col.6.in fi. verſ.&ideò ſtatutum,ſecundũ
virum excludere filio primi matrimonij, idem dicendum
ratione dotis:cùm non ſolùm eadem adſit ratio,qua ſecun
dus vir debeat lucrari dotem,vt lucretur tertium plus;ve-
rum etiam maior.Si quidem dos immediatè eſt ex bonis
mulieris,quæ tranſiens ad ſecundas nuptias,iure cõi inſpe
cto,reſeruat ſolam portionem quandam filijs primi ma-
trimonij,d.l.hac edictali,in princ.Illud verò tertiũ plus,
vt ſubrogatum à ſtatuto loco donationis propter nuptias
immediatè prouenit ex bonis mariti. Quod ſanè lucrum
mulier in totum ſecundũ ius commune,quòſcilicet ad ꝓ-
prietatem reſeruat filijs primi matrimonij.dicta.l. hac e-
dictali.§.his illud.Si ergo ex ſententia Curtij maritus lu-
cratur tertium plus,ergo à fortiori dotem.
Sexto ſuffragatur,quòd illa verba:Et quòd mortuo pri-
mo viro,ſimul ſunt iungenda cum illis, abſque eo quòd
propterea;& cum illis ſubſequẽtetibus;& abſque eo quòd
propterea,vt ſcilicèt ſit tota vna clauſula multis contexta
periodis vſque ad verſic.Addentes quemadmodum aper
tè ex interpunctionibus conſtat. Erit itaque ſenſus: Et
quòd mortuo primo viro, abſque eo,quòd propterea co-
gatur aliqui ex ipſis,vel alicui eorum aliquid reſeruare, da
re,vel reſtituere,& abſque eo quòd propterea ex ipſis ali-
quid reuocetur,poſsit mulier ſecundò nubere: & dictæ
mulieri liceat,&c. Atque ita illæ duæ dimimidiatæ clauſu-
læ,abſque eo quòd propterea cogatur:& ſequens,veniũt
ſemper augmentatiuè ad illa, quòd liceat mulieri dare &
tradere in dotem. Verè enim natura ipſorum verborum
22 denotat,præſertim illa † dictio, & quæ ſtat pro dictione
etiam,vt ſribit Soc.iun.in l.prima nume. primo.ff.ſoluto
matrimonio.quæ auget implicando caſum magis dubita
bilem, vt tradit Decius in l.qui ſe patris.numero decimo.
C.vnde liber.& Socin.iun.conſi.30.num.42.lib.1.Alcia-
tus reſpon.113. nume.5. ſi ergo ſtare debet augmentatiuè,
lucrum dotis deſignabit:cùm nudam dotis conſtitutionẽ
verba præcedentia ſatis ſuperque oſtendant.
Septimò,noſtram hanc ſententiam clarius & apertius
probant verba ſtatututi,ibi,ſaluo quòd ſi aliquis maritus,
&c.vſque ad finem. Diſponit ſtatutum in eo verſic. ſaluo
ꝙ ſi maritus occidit propriam vxorem, lucro dotis priue
tur:cùm dos reſtitui debeat patri, vel ſororibus dictæ vxo
ris occiſæ.Quibus tamen omnibus præferuntur filij ſuper
ſtites ex dicta muliere occiſa.Hæc ſpecialis prouiſio verè
reſpicit lucrum dotis,dum & caſum primi mariti. qui ſe-
cundum primam partem ſtatuti dubio procul lucratur do
tem non exſtantibus,filijs,comprehendit.Hæc igitur ſpe
cialis prouiſio hoc in caſu facta demonſtrat ſtatututum
regulariter uoluiſſe priuare filios hos primi matrimonij,
atque ita derogare d.l.hac edictali.Hanc conſideratione
ſimilem ſtatuto Mediolani in ſpecie fecit Decius cõſ.283.
columna ſecunda,verſiculo.Et quòd ex primo matrimo-
nio.Decium ſecutus eſt Pariſius conſilio nonageſimopri
mo,numero vigeſimooctauo libro tertio, idem ſcripſit
Rolandus.de lucro dotis.quæſtio. trigeſimaſecunda nu-
mero octauo, nono.Et quamquam in ſpecie illius ſtatu-
ti Mediolani contra Decium reſponderit Ruinus conſil.
57.& conſilio 59.libro. tertio. Non tamen Ruinus à De-
cio in hac parte diſsentit,ſed in ea,quam Decius d. conſi.
283.columna.3. verſic.ſed ſucceſsiuè videndum eſt,facit.
dum agit Decius de interpretatione dictorum verborum
ſtatuti Medialani,ſaluo &c.quę ſanè contentio ad rẽ hãc
non pertinet.In hac autẽ reſeruatione, quã facit ſtatutum
noſtrũ,eſt aduertẽdum,quò reſpicit vtrumq; caſum,quã-
do ſcilicet extãt filii primi matrimonii, ac etiã ſecũdi. Et
ſenſus ſtatuti talis eſt:ſi maritus occidit vxorem, filii illius
matrimonii vnà cum eorum patre homicida excluduntur
à lucro dotis.Et illa dos priùs defertur filiis alterius ma-
trimonii,& illis non extantibus,patri vel fratribus d.mu-
lieris occiſæ.Si ergo hoc ſolo in caſu filiis primi matrimo
nii reſeruatur dos iſta materna,ſequitur regulariter illos
23 à ſtatuto excludi. Nam exceptio † oſtẽdit regulam eſſe in
contrarium, & eam confirmat l.tribunus.§.vlt.ff.de mil.
teſta.& l.nam quod liquidæ.§.vlt.ff.de penu lega.& in ſta
tuto ita argumentatur Bal.in l. 1.§.ſed excipiuntur,in fin.
ff de feriis.& conſ.215.lib.2. quos refert Decius dicto con
ſilio 283.colum.2.in fine. Quibus accedit idem Decius in
l.1.nu.22.de reg.iuris.& latiſsimè Tiraq.de retract. con-
ſang.ad finem,nu.94.Præterea perpendit Decius illam di
24 ctionem,ſaluo. quæ excipit modificando l.debitor.§. in
venditione.ff.quibus modi pig. vel hoypothe.ſol.& tradit
idem Decius conſi.28.nu.2.& conſil.656.nu.6.& Alciat.
reſpon.10.nu.12.Rolandus d.q.32.nu.8.9.
* Octauò,vrget non parum pro hac ſententia,quòd * re-
cepta eſt doctorum opinio, quòd ſi ſtatutum dicit, quòd
liceat mulieri ſecundò nubenti totam dotem tradere ſe-
cundo viro,abſq;eo quòd teneatur aliquid reſeruare filijs
primi matrimonii; tunc maritus ſecundus dotẽ lucratur
25 excluſis filiis primi matrimonii. Nam illa † dictio,totam,
nullã partẽ reſeruat:ita Curt.Sen.& Curt.Iun. in authen.
præterea.C.vnde vir & vxor.Iaſ.conſ.59.lib.1.Roland.in
trad.de lucro dotis,q.34.in prin.Atqui ſtatutum hoc no-
ſtrum tribuit mulieri ſecundò nubenti facultatem dandi
totam dotem ſecundo viro,abſq; eo ꝙ cogatur reſeruare
quidquã filiis primi matrimonii. ergo ſequitur. eſſe dero-
gatum d.l.hac edictali;atq; ita filis illos primi matrimo-
nii eſſe excluſos.Hæc minor propoſitio vera demõſtratur
illis verbis d.ſtatuti;ibi,& deinceps in dotem dictam do-
tẽ datam primo viro.Illa verba, dictam dotẽ.ſunt indefi-
nita,quæ omninò hîc vniuerſali æquipollet,iuxta l.ſi plu
ribus.de leg.2.& oẽs in l.2.de lib.& poſthu.Quod apertè
ex eo conuincitur,ꝙ ſi de tota dote nõ intelligerẽtur hæc
verba,nõ poſſet dici,ꝙ dos data primæ vxori eſſet datã &
26 ſecundæ.ſed altera dos;quia vbi actui † quid ſubſtantiale
detrahitur.non dicitur amplius ille actus,ſed nouus.l.ius
ciuile.ff.de iuſti.& iur.ubi Bar.& in l.1.§.ſi quis ſimplici-
ter,vbi Alcia.tertio not.de verbo.obli.& copioſè Tiraq,
de retractu conſang.§.29.glo.ſſi. nu.6.Accedit quòd illa
27 † dictio:dictam,eſt repetitiua præcedẽtium.l.1. §.cũ qui.
ff.de poſtul.& poſt Bar.Soc.Sen.& Corneũ ſcribit Soci.
Iun.conſi.133.nu.2.lib.1.qui ſubiicit, repetitionem cenſe-
ri factam cum omnibus ſuis qualitatibus,cùm relatũ ſit
in referente.Concedit ergo ſtatutum facultatem dandi in
dotem totam illam dotem primo viro datam, alioqui nõ
eſſet cum ſuis omnibus qualitatibus,ſi nõ eſſet tota & in-
28 tegra dos.Nec hîc obiiciatur indefinitã non æquipollere
vniuerſali.in diſpoſitione ſtatuti,quæ ſtrictam interpre-
tationem tantùm admittit,vt ſcribunt Bartol.in l.ſi plu-
ribus,colum vlt.de leg.2.& clarius Crotus in l.omnes po
puli,nume.167.ne iuſt.& iur.. Quia reſpondetur quòd
verior eſt ſententia,etiam in ſtatutis indefinitam æquipol
lere vniuerſali;vt ſcribunt Bart in l.omnes populi. num.
57.de iuſt.& iur.Bal.& Ang.in l.ſi ſeruitus.ff.de ſerui.vr
ba.præd.Nellus in tract.de bannitis,ſecunda parte ſecũ-
di tẽporis.q.55.Deci.& Curt.Iun.in l.1.nu.9.ff.ſi cert.pe
ta.quos ſecutus eſt Didacus lib.primo varia.reſol. cap.13.
* nu.8.verſi.quartò hinc patet.Et * cõem teſtatur Cagnolus
in l.1.nu.10.de regu.iur.Quæ ſanè ſententia hîc procedit,
vbi eadem adeſt ratio & diſpoſitio fauorabilis eſt,vt ſu-
prà demonſtrauimus.:quod & relati doctores affirmant.
Nonò,illud facit,quòd in caſu dubio ꝓ hac parte pro-
nuntiandum eſt,tanquam pro fauorabiliori.Si quidem di
ctum fuit ſupra ſtatutum hoc eſſe fauorabile, cùm con-
ditum ſit, vt facilius mulieres ſecundò nubere poſsint.
29 Quocircia in dubio pronuntiandũ eſt pro actu & diſpo-
ſitione.quæ matrimoniis fauet.iuxta ea quæ ſcribũt om-
ne in l.1 ff.ſol.mat.& in ſpecie ita ſenſit Signorolus conſ.
37.Factum ſic ſe,colũ.3.verſicul.aduertendo.Decimò ac
vltimò mouet me auctoritas non parua Curtij in Iuni.in
auth.præterea.nu.14.C.vnde vir & vxor.& Alcia. reſpõ.

88 qui in ſpecie noſtra affirmarunt, veriorem opinionem eſſe contrà Curt. ſeniorem in d. conſ. 79. Et vere etiā contra Curt, in hoc ſenſit Picus in d. auth. præterea nu. 44. in fin.

Non obſtāt nunc adducta in contrarium. Ad primum reſpondetur, ꝙ illud procedit cùm ſtatutum ſimpliciter loquitur, ꝙ præmoriente muliere ſine filijs maritus dotē lucretur: quia tunc intelligitur, ſalua portione debita filijs primi matrimonij ex d. l. hac edictali; ſecundum quam ſtatutum interpretatur. ita de caſu ſimplici verba faciētes ſcripſerunt Bar. Bal. Salic. & alij in d. l. hac edictali. Deci. & Iaſ. in auth. prætereà. C. vnde vir & vxor. ille nu. 13. iſte. nu. 15. & ibidem Curt. iun. nu. 14. & Pepus num. 34. verſi.
* & infert ad diſpoſitionem. * communem teſtatur Socin. ſen. conſi. 35. lib. 4. Dec. conſi. 19. nu. 2. verſi. primus caſus. & conſi. 283. col. 1. Pariſi. conſi. 90. num. 15. lib 3. & in ſpecie noſtra Alciat. d. reſp. 88. At ſecus eſt eſt cùm ſtatutum vlterius procedit diſponēdo, & ex illius verbis colligitur derogatio d. l. hac edictali. quemadmodum relati omnes
30 ſcribunt, & præſertim Alciat. d. reſpon. 88. Quando † enim conſtat aliquibus rationibus & coniecturis ſtatuentes voluiſſe recedere à diſpoſitione iuris communis, tunc ſtatutum non recipit incerpretationem paſsiuam à iure communi. ita Imola in l. ſi verò. §. de viro. ff. ſoluto matrimo. & in ſpecie noſtra Soc. ſen. conſi. 52. col, vlt ima, lib. 3. quem ſecutus eſt Rolan. de lucro. dotis. q. 30. num. 13. Quibus accedunt in his terminis Iaſ. in d, auth. prætereà num. 14. Pariſ. conſi. 91. nu. 1. 2. lib. 3. Et ſimili in caſu Goz. conſi. 19. nu. 18. & conſi. 59. nu. 20.

Prætereà reponderi poteſt & ſecundò, quòd ſtatutum corrigens ius cōmune; ab illo non recipit paſsiuā interpretationem: ita Soc. ſea. conſili. 86. num. 10. lib. Cec. in l. nemo. nu. 5. C. qui teſta. face. poſſ. & in l. ſi quis certum, in fi. ff. ſi certum. pet. idem conſi. 444. nu. 7. Ruin. conſi. 32. nu. 11. lib. 3. & conſi. 18. in fin. lib, 5. Pariſ. conſi. 66. num. 8. lib. 2. & Soc. iun. conſi. 73. nu. 29. lib. 3. Cùm ergo ſatis ſuperque conſtet ſtatuentes voluiſſe recedere à diſpoſitione d. l. hac edictali, non eſt dicendum dictum ſtatutū eſſe interpretandum ſecundum eam.

31 Non obſtat ſecundum fundamentum, † quia reſpōdeo,
* veriorem & * receptam magis opinionem eſſe, ſatis cenſeri derogatum diſpoſitioni d. l. hac edictali, coniecturis
32 à ſtatuto ſumptis; & non eſſe omninò neceſſariam † clauſulam ſpecialem; non obſtante. ita ſcribunt ſuprà à me relati in ſecundo præmiſſo. & in ſpecie tradunt Pariſ. d. cōſ. 91. nu. 16. 17. 35. lib. 3. & Rol. de lucr. dot. q. 25. vbi in fi. ſcribit poſt Pariſ. illā Curtii ſenioris opinionē, quòd neceſſaria ſit hoc in caſu ſpecialis clauſula derogatoria, eſſe opinionē ſingularem ab altero non receptam. Hāc ſententiā aduerſus Curt. ſeniorē vel ex eo comprobrobo, quod ſcribit ſubtilis Franc. Aret. in c. 1. col. 6. ver. his tn̄ non obſtātibus, de reſcrip. Inquit Aret. quòd quando agitur de derogatione legis, quæ continet clauſulā derogatoriam ad futura, ſufficit per legem ſubſequentem eſſe derogatum cum clauſula derogatoria, perinde ac ſi ſpecialis eſſet facta mentio: quia, inquit Aretinus, ſatis eſt, quòd certi ſimus derogātis voluntatē hāc eſſe, ꝙ derogata voluerit. Et ideo (ait ille) licèt circa actū expreſsionis aliqua fictio adſit, attamen hæc fictio non eſt cauſa immediata tollendi legē, ſed principalis derogantis volūtas, quæ declaratur per eā fictionem. Ita in caſu noſtro dicendum eſt, ꝙ ſolis coniecturis declaratur voluntas ſtatuentium, quæ cauſa eſt immediata derogandi: ipſæ ergo coniecturæ ſufficiuntur. Quod ergo intelligo de coniecturis, quæ vrgentes & ꝓbabiles ſunt. Non. n. omnes ſufficiunt, quemadmodum multæ à Doctoribus conſideratæ ab alijs reijciuntur: vt dixi in d. ſecundo fundamento.

Non obſtat tertia illa argumentatio de pacto ad ſtatutū quia reſpondeo, argumentum de pacto ad ad ſtatutū procedere ſolùm affirmatiuè, non autē negatiuè, ita enim argumentari licet, pacto fieri hoc pōt: ergo & ſtatuto. negatiuè autē argumentū non procedit, hoc modo; non poteſt pacto hoc fieri, ergo nec ſtatuto. Illa eſt ratio, ꝙ maior eſt vis & poteſteſtas legis & ſtatuentium quàm paciſcentium à minori ergo ad maius affirmatiuè, non autem negatiuè ducitur argumentum: ita Bar. in l. alia. §. elegante. ff. ſolu. mat. copioſè Neuiz. lib. 1. Syluæ nuptia. num. 226. verſi. de pacto ad ſtatutum. & Euerardus in centuria legali, loco de pacto ad ſtatutum. Et in noſtris his terminis, non licere negatiuè argumentari de pact. ad ſtatutū, ſcribūt Iaſ. in d. conſ. 52. col. 1. lib. 3. & Rol. de lucro dotis. q. 24. in fin. Ioā. de Amicis conſ. 11. nu. 28.

Non obſtat quartum illud Curtii Senioris argumentum, quod in ſpecie magis rem hanc attigit: quia reſpondeo, imò hunc caſum nō fuiſſe omiſſum à ſtatuto; ſed fortius (vt & Curtius iunior in auth. prætereà. numer. 15. C. vnde vir & vxor. aduerſus Curtium ſeniorem ſenſit) comprehenſum, quod efficaci ratione demōſtratur: ſtatutum hoc vt cætera huic ſimilia, liberam illam facultatem conſtituendi dotem ſecundo viro mulieri tribuit, non principaliter cauſa & fauore ipſius viri, ſed filiorum inde procreādorum. Siquidem videmus, quòd vbi extāt filii ex eo matrimonio, filii conſequuntur proprietatē, & pater ſolum vſumfructum: qui deinde mortuo ipſo patre conſolidatur cū proprietate. verè ergo lucr dotis magis principaliter cōſideratur filiorū cauſa. Id quod in ſpecie ſenſit Curt. Iun. in d. auth. prætereà nu. 14. C. vnde vir & vxor. Si ergo diceremus, ſecundum virum, mortua vxore ſine liberis ex hoc ſecundo matrimonio, excludere filios primi matrimonii (vt admittit Curtius Sen.) & ſecundum virū ſuſceptis liberis ex eo matrimonio non excludere dictos filios primi matrimonii, ſequeretur illud abſurdū & incōueniens, quòd in maiori cōſideratione eſſet ſecūdus vir ſine filiis ex ſe quàm cum filiis: quorum fauore principali-
33 ter dos data eſt. Accedit † regula l. de acceſsionib. ff. de diuerſis & tempo. præſcri. ſi vinco vincentē te, ergo fortius vincam te. qua ratione in caſu huius ſtatuti vtitur Picus in authē. Prætereà. nu. 44. ad fin. C. vnde vir & vxor. Si enim ſolus vir ſecūdus vincit filios primi matrimonii (vt Curtio placuit) & filius ſecundi viri, patrē ipſum ſuū vincit: ſequitur dicendum à fortiori, quòd ſecundus vir cum filiis à ſe genitis debet vincere illos filios primi matrimonii. Nec eſt quòd dicatur, (quamuis nōnunquam hęc fallat regula. auth. defuncto. C. de hær. quæ ab inteſt. defert) regulam d. l. de acceſsionibus, locum non habere in ſtatuto correctorio iuris communis, vt tradunt Aret. conſilio 27. columnn. ſecunda, & in conſilio 158 columna ſecunda, omnes in l. illam. C. de Collat. & clarè Curt. Iun. conſi. 5. numero 8. quia illud procedit, cùm ſtatutum illud odioſum eſt; cùm odia reſtringi debeant: at ſecus, vbi eſt fauorabile, vt hic. Prætereà, quò ad filios primi matrimonii ceſſat omnis diſputatio: quia, y ex opinione Curtij Senio. ſolus maritus illos excludit, ergo etiam quādo maritus & eius filii extant: quia ſemper viuit perſona illos excludēs, hoc eſt maritus. Et maior ratio excluſionis eſt in hoc caſu, cùm ſecūdus maritus & filii eius extant, vt ſuprà dixi. Et qn̄ maior ratio extat, procedit argumētū, ſi vinco vincentē te &c. etiam in correctoriis; vt cōcedit Aret. d. cōſi. 27. nume. 3. Quod confirmatur hac ſecunda reſponſione; quòd ſi maior adeſt ratio quando extat ſecundus vir cum filiis à ſe genitis, quàm cùm ſolus maritus, ſequitur, caſum hunc non cenſeri à ſtatuto omiſſum, quandoquidem omiſſus caſus dici non poteſt, in quo maior verſatur ratio quā in comprehenſo verbis clariſ: ita poſt Oldradum conſilio 224. reſpondit Craue. conſilio 130. numero 7. qui ſub-
34 iungit poſt Baldum, quòd non dicitur omiſſus † ille caſus, qui ex mente diſponentis in expreſſo continetur. id quod reſponderunt & Gozad. conſilio 65. in fin. Pariſius conſilio 75. num. 38. libr. ſecundo, conſilio 66. numero 73. libro tertio, & conſilio 72. nu. 98. libr. 4. & Tiraquellus, in l. ſi vnquam, in verbo libertis. numero 45. C. de reuoc. donatio. Prætereà, non poteſt dici caſus omiſſus, quando veriſimiliter ita ſtatuentes diſpoſuiſſent, ſi de eo caſu expreſsim interrogati fuiſſent, iuxta notab. gloſ. in l. tale pactum. ff. de pactis. quam & in diſpoſitione ſtatutaria ad teſtamentaria locum habere cenſuit Rubeus conſi. 49. numero 2. idem ſenſerunt Curtius Senior conſilio 52. Super teſtamentis. columna ſecunda, & Pariſius conſilio 16. numero 43. & conſilio 50. numero 51. libro tertio. cùm ergo tot tantæque rationes huic ſententiæ ſuffragentur, nō eſt dubium quin ita reſpōdiſſent ſtatuentes ij, ſi expreſſim hac de re fuiſſent interrogati. Non ergo caſus hic pro omiſſo habendus eſt. Nec ad rem hanc facit illa doctrina Pract. Papienſis, quam Curtius ſenior pro ſua illa cōſideratione perpendit: ſi quidem loquitur Practicus ille in ſtatuto ſimpliciter diſponente, non autem cùm ſtatutum mentionem facit de ſecundo viro, vt hic. Ita practicū intellexit atque declarauit Curtius iun. in d. authentic. prætereà. numero 14. & ibi Picus. num. 40. Nec video qui ad rem conferant illa duo reſponſa Baldi conſil. 16. libr. 5. & conſilio



394. lib. 4. quæ refert Curtius, cùm Baldus caſum hunc non attingat.

Non obſtat quintum fundamentum; quia reſpondetur; quòd etſi concedatur, ſtatutum hoc vt correctorum non admittere extenſionē de caſu ad caſum attamen hoc difficultatem non adfert caſui noſtro, qui non ſolum ex mente, ſed & ex verbis ſtatuentium incluſus atque cōprehenſus eſt: quemadmodum ſuprà abundè demonſtrauimus.
35 Prætereà & ſecundò dico, etiam † in correctorijs admitti extenſionem ad euitandum abſurdum: ita cenſuerunt Abbas in c. cùm dilectus, col. 2. de conſuetud. Alexan. conſil. 80. col. vlti. lib. 1. & conſi. 216. num. 37. lib. 2. Iaſo. in auth. quas actiones. nu. 24. verſi. quintò & vltimò. C. de ſacroſ. eccleſiis. Ripa in l. ſi conſtante. nu. 71. ff. ſoluto matri. & Crau. in tract. de antiqui. temp. 4. princip. nu. 137. Quòd autem abſurdum hinc reſultaret, niſi ita diceremus, ſatis ſuprà oſtendimus.

Prætereà & tertiò admiſſo quòd ſit hoc ſtatutum iuris communis correctorium, attamen fauorabile eſt, vt iam
36 diximus. extenſio ergo, ubi neceſſaria † foret, permiſſa eſt ita reſpondit Alex. conſi. 190. nu. 19. lib. 2. & conſi. 34. nu. 9. lib. 5. Iaſ. in d. auth. quas actiones. nu. 24. C. de ſacroſ. eccleſ. Rui. conſi. 195. nu. 10. li. 1. & conſili. 9. nu. 5. lib. 4. Rol. conſi. 72. nu. 64. lib. 1. & Rip. in d. l. ſi conſtante uu. 71. ff. ſoluto matr. & ibidem Crotus prima lect. nu. 47. & in repe. nu. 87. Hinc ſcribit Vbertinus Zucchardus in l. vltim. nu. 52. C. de edicto diui Adria. toll. diſpoſitionem d. l. vlt. eſſe iuris antiqui correctoriam, fauorabilem tamen. & ob id extenſionē de caſu ad caſum permittere. Confirmatur ea ratione; qua iam diximus, hic verſari publicum fauorē, vt ſcilicet viduæ facilius ſecundò nubant. Atqui vbi fauor publicus verſatur, etiam diſpoſitio pœnalis extentionem admittit de caſu ad caſum ita ſcribunt Bar. in l. quemadmodum. num. 4. C. de agricol. & cenſi. lib. 11. Iaſon. in l. fratres. num. 5. C. de inoff. teſta. Decius conſil. 65. numeto. 3. conſi. 72. num. 2. conſi. 660. num. 3. & conſi. 661. nume. 4. & apud alios ſæpe. Nec verum illud eſt, quod conſiderauit Curt. ſenior, ſtatutum hoc ſolum loqui de conſtitutione nuda dotis, non autem de eius lucro: & duo hæc eſſe diuerſa, ob idque non inferri de vno ad aliud. l. vlt. C. de calum. quia abundè ſatis demonſtrauimus ſuprà in ſecundo & tertio fundamento noſtræ opinionis, ſtatutum hoc loqui de ipſo lucro dotis: quod & generalis rubricæ inſcriptio, quæ integrum ſtatutum reſpicit, apertè ſignificat. Quinimò ipſemet Curt. ſen. d. conſi. 79. admittit, ſecundum maritum lucrari dotem ſi ſolus eſt: ſentit ergo ſtatutum hoc loqui etiam quò ad ſecundum virum de lucro dotis, non autem de ſola illius conſtitutione. Quibus ceſſat & illa conſideratio, quam facit Curt. quòd nullum inconueniens cōſiderari poteſt ex interpretatione à ſe facta: nam verius eſt non vnum, ſed plura inconuenientia & abſurda ſequerentur; vt iam oſtendimus.

Non obſtat ſextum illud fundamentum Curtij ſen. ab abſurdo euitando: quia reſpondetur, quòd immò nullum abſurdum aliquo in caſu ſequi poteſt. Si quidem ſtatutum illud eſt, quòd concedit facultatem conſtituendi dotem, & ex ea lucrum; quocirca nil mali agit mulier, nihil diſſi-
37 pat, ſi vtitur licentia à lege data. Non † enim pœnam meretur, qui lege permittente aliquid facit. l. Gracchus. C. ad l. Iul. de adult. & egregiè ac copioſè declarat Tiraquellus in tract. de legibus connubial. l. 9. nu. 1. 2. 3.

Non obſtat ſeptimū argumentū; quia reſpondeo & verè opinor, hoc ſtaſtutum loqui nonmodò de muliere, quæ ſecundò nubit, ſed & quæ tertiò ac pluries. Primò, quia admiſſo ēt quòd verba huius ſtatuti ſolùm loquātur de ſecūdo mr̄imonio, attamē dico ſub illis verbis cōtineri & ter-
38 tiū matrimoniū. Nā oēs † nuptiæ poſt primas appellātur ſecūdæ: ita gl. in rub. C. de ſecun. nup. quā ibi ꝓbāt * oēs & gl. in l. ſi quis prioris. §. talē. C. eo de ſecū. nup. vbi Bal. Alb. & Sali. & Tiraq. in tra. de iure primig. q. 3. nu. 7. Quā ſn̄iā procedere ēt in ſtatuto reſp. Alex. cōſ. 6. n. 4. li. 6. qui conſuluit, quòd ſtatutū, quo nō licet mulieri ſecundò nubenti inæqualiter teſtari, & velit ſtatutū idē ſeruari in viro; quòd illud ſtatutū obſeruari debet ēt in tertio matrimonio: cùm tertiæ nuptiæ dicantur ſecūdæ. Alex. ſecutus eſt Rol. cōſ. 72. n. 41. li. 1. qui & ipſe doctè & copioſè rn̄dit. ſtatutū, quo vir acquirit vſumfructū dotis vxoris ſuæ, quæ ipſi ſecundò nupſit. locū etiā hebere, quando tertiò nupſiſſet. rationes quibus vtitur Rol. caſui noſtro conueniunt. Huc etiā ſpectat quod ſcribunt Bal. & Salicetus in d. l. ſi quis prioris. §. talem. C. de ſecun. nup. ſi ſtatuto cau-
39 tum eſt, quòd primogenitus ex primo matrimonio ſuccedat in Baronia. ex prima vxore nullus natus eſt. ex ſecunda vnus, ex tertia plures: affirmant Bal. & Salicetus eſſe locum illi ſtatuto, cùm geniti ex tertio matrimonio dicantur reſpectu primò geniti ſecundò geniti, ſequitur Tiraquel. in tract. de iure primogen. q. 3. nu. 7. Quam ſanè ſententiam probauit & Io. à Ripa in rub. C. de ſecund. nupt. nu. 7. qui. nu. 8. ſimilem quæſtionē ſubiicit. Confert & il-
* la * recepta magis opinio, ꝙ ſi maritus legat vxori ſuæ ſecundò nubenti, legatum debetur etiam ſi nubat tertiò: ita Imola in l. ſi mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad S. C. Trebellia. & ibi alios refert Alexā. nu. 8. qui ſcribit aliter ſenſiſſe Angelum. & contra Angelū alij ſentiūt, vt refert Io. à Ripa in d. rub. C. de ſecun. nup. nu. 13. Secundò ex verbis ipſius ſtatuti clarè diſpoſitum eſt, idem eſſe dicendum de tertio nubēte qd' de ſecundo; ſi quidē ita ſcriptū eſt: dare & tradere ſecūdò viro, & deinceps, & clarius paulò poſt, Addentes ꝙ à dicto ſecūdo viro & deinceps præmortuo, &c. quæ dictio, deinceps, ad tertium & vlterius matrimonium omninò refertur. Nec enim aliam ſignificationē habere poteſt: quandoquidem (vt dicebam d. ſeptimo fundamento) referri non poteſt ad ſolum nudum tempus futurum & non ad matrimonium: cùm ratione futuri temporis alia à ſtatuto ſubiiciatur clauſula hoc apertè ſignificās, ibi. Quòd ſtatutū locū habeat, ſeruetur & trahatur ad præterita, pendentia & futura. Imò, ſi rectè perpendatur, à fortiori dicēdum eſt, ſtatutum hoc locum habere etiam in tertio matrimonio. Nam, ſi ſtatutum editum eſt ea ratione, vt viduæ facilius maritum inueniant; dicēdum eſt; hanc rationem à fortiori locū habere in tertio matrimonio, cū & multò difficilius (vt par eſt credere) mulier reperiet tertium virum quàm ſecundū. Et ſi marito ſecūdo ſtatutum fauet, ob id, ꝙ non ſpreuit viduam. quam ſpernere multi ſolent; fortius dicendū eſt. voluiſſe fauere tertio viro: alioqui duplici afflictione affligeretur: nēpe, quia & iam bigamam duxiſſet, & lucrum perderet: quod dicēdum non eſt, iuxta l. diuus. ff. de offi præſi. Accedit, ꝙ tertius iſte vir nihil peccauit, imò (vt dixi) meruit: & quantum in ſe eſt, nulla ratione dici poteſt deterioris cōditionis ſecundo viro: nō ergo minus quā is ſecūdus conſequi debet. Quocirca clarè ſatis intelligimus. verā non eſſe illā conſiderationem, quā retuli in d. ſeptimo fundamēto, ꝙ ſcilicet ſtatutum tribuat facultatem contrahendi tertium matrimonium, non autem cōſtituendi dotem illi tertio. Non inquam hoc eſt verum; quandoquidem neceſſe minimè fuit dare facultatē nubendi tertiò, cùm eam abundè
40 tribuat lex communis, quæ non ſolùm † tertias, ſed & octauas nuptias permittit. c. aperiant. 31. q. 1. Imò vſu compertum eſt, mulierem duxiſſe vigeſimum ſecundū virum, qui quidem vir & ipſe iam viginti vxores ſepelierat: quēadmodum ex D. Hierony. lib. 3. epiſt. tracta. 7. epiſtol. 26. recenſet Beorius. q. 186. in fine. Nec illas nuptias vltimas damnauit eccleſie, neS lex altera.

Non ergo de facultate nubendi ſecūdò, tertiò, vel quartò ſimpliciter, ſed de dotis conſtitutione & lucro ſtatutū hoc loquitur.

Non obſtat octauum fundamentum; quia reſpondeo, nos non verſari in caſu dubio, ſed in claro: cùm apertè demonſtratum ſit, filios primi matrimonij excludi à ſecundo viro, cui tota dos acquiritur. Quòd ſi in dubio res hæ poſita eſt, dicendū eſt pronuntiandum fore pro ſecūdo marito: vt iā diximus, Nec aduerſātur illud reſponſum Capræ 74. nu. 8. qn̄quidem illius opinio crebrius improbatur, vt ſcribunt permulti, quos in fine huius diſſolutionis referam. Nam Capra in ea opinione fuit, ſtatutum nō poſſe derogare d. l. hac edictali, & malè. Ita quoq; malè reſpondit Bal. d. cōſ. 273. ſtatuto ciuitatis Derthonæ. libr. 5. vt ex iam dictis, & infrà dicēdis, patet. Nec ratio, qua vſus eſt ipſe Capra d. conſ. 74. nu. 8. vera eſt. ſiquidem hæc priuatio, qua filius primi matrimonii non conſequitur dotem maternam, patet. nam exhæredatio eſt illius naturæ, vt nominatim fieri debeat: ita Bal. in l. maximum vitium. col. 2. verſic. non obſtat. C. de lib. præter. Brunus in tract. Quòd ſtantib. maſculis, &c. art. 6. nu. 107. Præterea admiſſo ꝙ exhæredationis nomen obtinere poſſit, dicendū eſt, ſatis cenſeri nominatim factam, cùm rationib. imò verbis cōuincatur à ſtatuto facta: vt ſcribit Brunus præcitato loco, poſt Bal. in l. ſi defunctus. numer. 3. C. de ſuis & legiti Nec dubitationem hodie probabilē mouet opinio eorū,

f. 2. qui

qui cenſuerunt,ſtatutum non poſſe priuare filium legiti-
41 ma.† Quandoquidem contraria ſententia verior * & re-
* ceptior eſt.ita enim affirmarunt in ſpecie noſtra Signo.
conſi.37.Caſtren.in l.1.C.de inoff.don.Dec.conſil.19.nu.
5.6.Cur.Iun.in d.auth.præterea.num.17.Pariſi.conſi. 91.
numero 14.lib.3.& Alciat.de præſump.reg.1.præſump.8.
Picus in d.auth. præterea,nu.39.ita quoque ſimili in ſta-
tuto,quòd ſcilicet ſtantibus maſculis fœminæ non ſucce
dant,ſcribunt Doctores,eam ob cauſam conſeruandæ a-
gnationis potuiſſe ſtatutum priuare fœminas legitima:ita
permulti,quos retulit Iaſ.in authen.nouiſsima.nu.53 . C.
de inoff.teſta.& ibidem Fabianus de Giocchis.num . 185.
Boer,q.104.num.10.& Tiraq.de iure primigen.q.55 . nu.
8.Cæteros prætereo. Et verè hic ceſſat omnis difficultas
cùm ſuprà in præludijs dixerim,communem eſſe Docto-
rum opinionem ſtatutum poſſe derogare d.l. hac edicta-
li,& per conſequens auferre hanc portionem filijs primi
matrimonij debitam.

Non obſtat nonum fundamentum,quia reſpondeo,il-
lam argumentationem poſſe retorqueri , verius enim eſt,
maritum conſequi hanc dotem titulo potius & proprius
oneroſo quàm lucratiuo:ut in ſpecie docuit Baldus in d.
authen.præterea,col.vlti.C.vnde vir & vxor.in l. non ſi-
ne.C.de bonis quæ liber.& in l.ſi cùm dotem.§. ſi pater,
in fine.ff.ſoluto matrim.Alex.conſi.162.col.2.in fine,lib.
6.& Ruin.conſi.11.col.penul.lib.5.quos ſecutus eſt Rol.
in tract.De lucro dotis.q.4.in fi. Cuius ſententiæ ea eſt
42 ratio recepta ab omibus ferè;ꝙ dos † acquiratur vir ob o
onera matrimonij,quæ ſuſtinet,vt inquit gl.in l.ſi dona-
tutus.in verbo duntaxat.ff.de cond.cauſa data. quam ſe-
cuti ſunt ibi omnes.& infinitos propè recenſet Rol. De
lucro dot.d.q.4.nu.10.& prætereum Soc.Iun.conſi.8,nu.
7.lib.1.& Tiraq.in l.ſi vnquam,in verbo donatione . nu.
217.219.C.de reuoc.don.E contra autem legitimam con
ſequitur filius titulo lucratiuo.l.1.C.de indonen. lucra.deſ
crip.lib.11.vbi Bart.& idem in l.3. C.de iuris & facti igno.
Fabianus in rep.auth.nouiſsma.num.232. C.de inoff.teſt.

Non obſtat vltimum,quia reſpondetur , ꝙ etſi magna
ſit Curtij ſenioris auctoritas, attamen non tantùm defe-
rendum eſt illius auctoritati, quin illi præualeant ratio-
nes,quibus eum non rectè ſenſiſſe demõſtratur.Eſt enim
probabilis,non autem neceſſaria doctoris auctoritas : &
illi tantum & credendum quantum lex dictat, vel ratio
vrget:quemadmodum omnes ſcribunt in l.j.ff.ſi cer.pet.
Præterea accedit,ꝙ noſtram opinionem aduerſus Curtiũ
ſeniorem in ſpecie probarunt Cut.Iun.& Alc.viri doctiſ-
ſimi.nec inferioris auctoritatis ipſo Cur.ſen.Nec Iaſ.cõ-
ſi.50.lib.1.cùm Curtio ſeniore ſenſit;& ſi Alciatuseum vt
illius opinionis retulerit:alia enim de re ille interrogatus
reſpondit.

Iacobus Menochius. I.C.

*SVMMARIVM.*

1 *Mulier illam dotem ſecundo viro præſumitur dediße,quam primo etiam dedit.*

2 *Verba legis & ſtatuti vbi non conueniunt,nec eius diſpoſitio conuenire debet.quia lex ſeu ſtatutum tantum diſponunt quantum loquuntur,& quomodo procedat,nu.20.*

3 *Statuta quæ ſunt iuris communis correctoria,ita debent interpretari,vt minus lædant ius commune quàm fieri poteſt.*

4 *Statuta ita ſunt interpretanda,ne indebitè quis damnum ſentiat, etiamſi eßent aliàs ſuperflua.*

5 *Statuta regulariter debent interpretari ne ſuperfluè poſita ſint.*

6 *Quod ſubijcitur poteſtati,non eſt poſitum in neceßitate.*

7 *Probatio ex præſumptione non eſt aperta veritas,& nu.10.*

8 *Iuramentum in ſupplementum probationis non datur quando aliquid eſt poſitum per modum conditionis.*

9 *Statutum loquens de diſpoſitione expreſſa,an habeat locũ in tacita.*

10 *Præſumptio iuris ſeu coniectura dicitur aperta probatio, & clara veritas.31.*

1 *Nouatio non præſumitur facta niſi expreßè probetur,quod ſit facta ſecus ſi coniecturis conſtat quod ſit facta.*

12 *Legatum factum vxori ſimpliciter,an dicatur factum de dote.*

13 *Probatio ex iuris præſumptionibus ſufficit in criminalibus,licet aliàs requirantur claræ & apertæ probationes.*

14 *Statutum requirens probationem determinatam certi tẽporis, procedit etiam in probatione præſumptiua præſumptione iuris.*

15 *Actus quilibet ad hoc vt poſſit fieri,tria requiruntur,facientis poteſtas,eiuſdem voluntas, & honeſta cauſa.*

16 *Volũtas melius probatur facto quã verbis:quia factũ effectũ oſtendit,verba verò aliquando contra voluntatem proferentis ſunt.*

17 *Voluntas in animo retenta difficiliter probari poſſet, & ob id comprobatur per coniecturas & præſumptiones, quæ probatio hoc modo facta.vocatur veritas.*

18 *Filiatio difficilè probatur, & non niſi coniecturis probari poteſt, & præſumptionibus.*

19 *Statutum quòd condenatus de vero maleficio non audiatur,an extendatur ad illum,qui legis præſumptione fuit condemnatus.*

20 *Verus actus an proficiſcatur ex actu ficto.*

21 *Subſtitutio tacita pupillaris vocatur præſumpta,& directa nõ dicitur,niſi expreſsè appareat.*

22 *Statutum ſi requirat probationem inſtrumentalem, quòd ſufficit præſumptio ex inſtrumento.*

23 *Emphyteuta qui probauit ſoluiſſe canonem pluribus iã annis proximè præteritis continuatis,cenſetur ſemper ſoluiße.*

24 *Statutum loquens de dote,extenditur ad dotem præſumptam, & per totum conſi.*

25 *Omiſſum non dicitur,quod eadem ratione concluditur.*

26 *Verba,dare & tradere,reſpiciunt voluntatem dandi,nõ effectum.*

27 *Interpretatio quãdo eſt prohibita à ſtatuto,intelligitur de interpretatione hominis,non legis.*

28 *Interpretatio ſi eſt prohibita, itelligitur de friuola & debili interpretatione,non de rationabili & graui.*

29 *Interpretatio intrinſeca & intellectualis non reÿcitur in ſtatutis.*

30 *Scriptum etiam dicitur,quod venit legis interpretatione.*

31 *Feudum,quod bebet probari per inueſtituram ſcriptam,an ſufficiat ſi probetur per iuris præſumptionem.*

31 *Mater ſecundo nubens,non poteſt eße tutrix filiorum primi matrimonÿ,& de eius ratione cur hoc ſit.*

33 *Filius non debet educari à matre ſecundò nubente.*

34 *Mater ſecundo nubens non poteſt reuocare donationem factam filÿs primi matrimonÿ,ſub prætextu ingratitudinis, niſi de ea cõſtiterit,& quare.*

35 *Statutum quòd donatio inter virum & vxorem morte non cõfirmetur,an habeant locum in donatione præſumpta.*

36 *Dos de iure communi,ſoluto matrimonio reuertitur ad dotantem.*

## CONSILIVM V.

# Initium à Domino.

EXCITATVR noua iuris du
bitatio ĩ cã Magnifici D.Petri,
pro quo reſpõdi elapſis his die-
bus.Dubitatur in quã,an ſtatutũ
illud Papiæ 121.De lucris matri-
monialibus, locũ habeat hoc in
caſu , in quo aſſerunt aduerſarij
D.Petri dotẽ nõ fuiſſe à dña Ca-
therina expreſsim conſtitutã &
datã dicto D.Petro ; qui eã ſim-
pliciter in vxorẽ duxit. Et verè
dubitatio nõ eſt leuior illa, quã
his diebus abſolui : ſi quidẽ multis rõnibus & interpretũ
auctoritatibus dicendũ videbatur,non eſſe locũ illi ſtatu-
to ad commodũ D.Petri ,vt lucro eius cedat dos iſta. Nã
ſi dos dici hæc meretur,quã tacitè in domũ D.Petri intu-
lit D.Catherina, dicitur potius dos præſumpta quã vera.
Qñ enim mulier nubit ſecundo vel tertio viro,vt hic,ſi di
1 ctũ nihil fuit,dicitur † quidẽ dediſſe eã dotẽ ſecundo, quã
dedit & primo.ita ſcribunt Bar.in ſua diſp.7.Mulier ha-
bens amplum.col.3.verſ.8.probo.& col.6. ver.primo ca
* ſu quem * cõiter ſecuti ſunt Doctores. Et cõem teſtatur
Rolandus in tracta de lucro dotis. q.75.nu.6.vbi in hanc
ſententiam retulit & Abb.Cyn.Caſtr.Imol. Alexan.Soc.
Sen.Calcan.Curtiũ ſeniorem.Ruinũ, Pariſ.Bertran.Soc.
iuniorem,& Bal.nouellum.Quibus addo Crau.in tract.
de antiq.temp.prima particula quartæ partis princi.num.
43.Curtium Iun.in authen.præterea.num.13.C.vnde vir
& vxor.& adferri ſolẽt plura iura,vt text l,dotem.& l.di-
uus.ff.de iure dotium.l.cùm maritus. §. Titius.de pactis
dota & l.penul §.vxor.ff ſoluto matrimo. Cætera præte-
reo. Cùm ergo hæc dos dicatur dos præſumpta , dicen-
dũ videtur,non eſſe locum huic ſtatuto,vt viriſte tertius
lucretur



lucretur totam dotem in præiudicium filii primi matri-
monii.quod vt dicerem, mouebant me rationes hæ mul-
tæ,quas Iaſon conſi.50.lib.1.& Curt.Sen. cõſ.79. col.7.&
8.conſiderant. Et illis nonnulla addam.
2 Primò,vbi verba † legis & ſtatuti non conueniunt,non
etiã procedit,nec & locũ habet eius diſpoſitio l.quod cõ
ſtitutũ.ff.de mil.teſta.l.4.§. toties.ff. de dam.infect.& ibi
Bar.& ſcribit Bald.in l.teſtamentum non indeo, in fi. C.
de teſta.quòd ſtatuta tantũ diſponunt, quantũ loquũtur,
idem tradunt alii propè infiniti,quos recenſet Tiraquel-
lus in l.ſi vnquam,in verbo libertis,nu.4.C.de reuo. don.
Atqui hoc in caſu ſtatuti verba non conueniunt;quia mu
lier iſta non dedit nec tradidit aliquid in dotem, atq; ita
vſa non eſt ea facultate , quam ei tribuit ſtatutum, dum
dicit,quòd licet mulieri,exiſtẽtibus filiis ex primo viro,
dare & tradere ſecũdo viro dotem datam paimo. Cùm er-
go verba non conueniant,ergo ceſſat & diſpoſitio.
Secundò,multum vrget hoc fundamentum,cui reſpũ-
deri non poſſe ſcribit Iaſ.d.conſ.50.hoc ſtatutum eſt iuris
communis correctorium, ex quo filij primi matrimonij
excluduntur à beneficio l.hac edictali.C. de ſecund.nup.
& in ſpecie ſcribunt Bal.in l.2.num.3 C.de dotis promiſ.
Capra.conſ.74.& Fulgo.couſ.63.Pariſ.conſ.62.num.26.
3 libr.4.& dixi in alio reſponſo.Sed ſtatuto † iuris commu-
nis correctoria ita debent interpretari,vt minus lædant &
corrigant ius commune quàm fieri poteſt.l.2. C.de no-
xa.& ſcribunt egregiè Comenſ.conſil.30. Statuto caue-
tur.colum.2.Curt.Iun.conſil.7. nu.8.10. & egregiè con-
ſil.105.num.2.Soc.Iun.conſi.29.nu.6.lib.1.& conſil. 122.
nu.5.lib.2.& Crauet.conſi.259.nu.2.cæteros ſciens præ-
tereo.Quò ergo minus lædatur ius commune,dicendum
eſt,hoc ſtatutum lucrum dotis deferre ſecundo viro, cùm
dos verè fuit dotata, non autem cùm præſumptiuè. Quæ
argumentatio confirmatur ex reſponſo Socini Senio. cũ-
ſil.122.col.6.verſ.Nec obſtat ſtatutum.lib.3.dum reſpon
dit,ſtatutum quo cautum eſt ne morte confirmetur dona
tio inter virum & vxorem,nõ habere locum in donatio-
ne præſumpta.
4 Tertio mouetur Iaſon d.conſi.50.ſtatuta † intelligi ita
debent,ſi fieri poteſt; ne quis indebitè damnum ſentiat;
etiamſi aliàs nihil operarentur.ita egregrie cenſuit gloſſa
in l.vltim.§.in computatione,vbi Bartolus.C. de iure de
liberan.Imola & Roma.in l.4.§.Prætor ait. ff.de damno
infecto.probant text.in cap.cum dilectus, & in capit.ad
audientiam.de cler.non reſid.& ibi annotarunt Butrius
& Imola copioſè tradunt Ruinus conſil.38. nu.15.libr.3.
Soc.Iunior conſi.1.nu.131.lib.1.& plura Crauet. conſ.221.
num.5.6.conſ.241.col.vlt.& conſ.259.colum.2.Interpre-
tari ergo debet hoc ſtatutum,vt loquatur de dote re ipſa
data,& non præſumpta:ne filius primi matrimonij inde-
bitè damnum ſentiat.Et præſertim,cùm ſtatuti verba vi-
deantur præciſa.
Quartò ſuffragatur (inquit Iaſon) nam verba ſtatuto-
5 rum † debent interpretari ne ſuperfluò poſita ſint;ſed ali-
quid operentur.arg.l.ſi quando.in princi.de legat.1.& in
ſpecie tradunt pulchrè Bart.in l.3.§.ſi rem.de leg.3.Cre-
men.ſingu.120.Marſil.ſingul.207.Iaſon in l.1.num.13.de
offi.eius.clarè Roma.conſ.44.nu.6.& Decius conſi.283.
num.2.At ſi diceremus hoc ſtatutum locum etiam habe-
re in dote præſumptá,ſequeretur dicendum,illa verba po
ſita in ſtatuto,dare & tradere, eſſe ſuperuacanea, & nihil
operari: quod dicendum non eſt. Non ergo ſtatutum lo-
cum habet in dote præſumpta.Hoc argumenti genere v-
ſus eſt etiam Curtius Sen.in d.conſil.79.col.7. verſicu.&
ad hoc bene adaptãtur.Et inquit Curtius, quòd ſtatutum
permittit & licentiam dat , non tamen ex eo ſequitur ita
6 præſumi factum:quia † quod ſubiicitur poteſtati non eſt
poſitum in neceſsitate.l.non quicquid.ff.de iudi.& egre-
giè Caſtren.ſæpe audiui Cæſarem.ff.de offi.proconſulis.
Et multa licent,quę non expediunt.cap.iam nunc.cap.ſic
enim.28.q.1.
Quintò, argumentatur Iaſon d.conſil.50. poſito quòd
aliàs hæc ſtatuta poſſent intelligi locum habere etiam in
dote præſumpta; non tamen hic videtur procedere; quia
extat aliud ſtatutum ciuitatis ſub rubr. Quòd oĩa ſtatuta
ad literam intelligantur,&c. At dos præſumpta talis non
eſt,quæ ſcripta ſit in ſtatuto,& in eo legi ad literam poſ-
ſit,cùm à coniecturata volũtate pendeat:ita probat text.
no.in l.vnica.ff.ſi tab.teſta.nullæ extab.ibi, ex coniectura
& nõ propriè ſcriptus videtur.facit l.1.ff.de his quę in te-
ſta.delen.& in ſpecie aliis comprobauit Cur.Sen.d.conſi.
79.col.7.ver.Et confirmatur præcedens,nã (inquit Cur-
tius) huc pertinet doctrina Baldi in l.ciues.in prin. C.de
7 appella.dum dixit,probationem † ex præſumptione non
eſſe veritatem apertam,atque ita Bartolum etiam ſenſiſſe
in l.1.prope prin.C.de fide inſtru.& iure haſtæ fiſca.li.10.
ibi tunc enim nõ probaret ipſe,ſed ius præſumeret. Rur-
ſus (inquit Curtius ) confert l.Lucius, vbi glo. & omnes.
de cond.& demonſt.vbi filius inſtitutus ſub conditione,
ſi filium ſe probauerit.non dicitur inſtitutus ſub cõditio-
ne poteſtatiua : & tamen de iure filius natus in domo,vi-
cinis ſcientibus,iuris præſumptione reputatur filius.l.fi-
lium.ff.de iis qui ſunt ſui vel alien.iuris. & l.ſi vicinis. C.
de nupt.& tamen ſi præſumptio eſſet vera probatio,non
procederet diſpoſitio d.l.Lucius.Hinc ex eo tex. ſcribũt
Baldus & Sal.in l.in bonæfidei,col.pen.C. de rebus cred.
& idem Baldus in l.3.C.de ſenten.quæ ſine certa quantita.
8 † ꝙ vbi aliquid apponitur per modum cõditionis, nõ de-
fertur iuramentum in ſupplementum probationis ſemi-
plenæ.Et inquit Curtius ex d.l.Lucius alij ſcribunt, pro-
bationem,quæ præſumptionibus fit,non eſſe verã & pro-
priam probationem:ita Roma. & Alex. in l.1.C.de teſta.
mil.idem Alex.in l.licet imperator.de leg.1. & antè Bal-
dus in l.1.§.conuenticulas,de pace iura.firm.
Sextò,non parum vrget illa argumentatio,qua vſus eſt
Curt.in d.conſi.79.col.7.verſi. vltimò militat inquit il-
le,poſito quòd hoc ſtatutum locum haberet in dote præ-
ſumpta,attamen negatur hanc eſſe dotem præſumptam.
quia imò non præſumitur, quòd mulier hæc in dotẽ de-
derit ea omnia quæ primo & ſecundo viro dedit , ex quo
extat filius primi viri,cuius fauore non præſumit lẽx mu-
lierem dediſſe in dotem ſecũdo viro,quæ dedit primo. ita
in ſpecie cenſuit Bar.in d.diſput.7.Mulier habẽs amplũ,
in ſolutione,col.1.verſi.aut ex primo matrimonio extant
liberi.Bartolum ſecuti ſunt in ſpecie Ang.Aret.in §.fue-
rat.nu.2..Inſt.de actio.& ibi Gomeſ.
Septimò,confert præter Curtiũ & Iaſonem, ꝙ hæc dos
præſumpta non dicitur expreſſa,ſed tacita, cũ à mente ta-
cita mulieris prouenit;vt in ſimili dicimus de eo qui ſuc-
cedit ab inteſtato,qui dicitur ſuccedere ex mẽte tacita te-
ſtatoris,à legéq; præſumpta.l.cõficiũtur,de iure codic.&
ſcribit Cur.Iun.cõſ.4.n.15. quẽ ſecutus eſt Crau.cõſ.70.
9 nu.13.in fi.& cõſ.176.in fi.Atqui ſtatutũ † loquẽs in diſpo
ſitione expreſſa,nõ extenditur ad tacitã:ita Iaſ.in l.q do-
tis,nu.102.ff.ſol.mat.Dec.in l.1.nu.47. C.qui admitti. &
cõſi.416.nu.16.idẽ ſenſit in c.cũ ſuper.col.2. verſ.notan-
dum tñ eſt.de of.deleg.& in c.dilecti.il j 3.no.de appella.
qui alios recenſet,cùm ergo ſtatutũ hoc loquatur de dote
expreſſa,ex quo dationem & traditionem requiris;dicen-
dum videtur,non poſſe extendi ad dotem tacitam.
Octauò accedit,quòd etiam de iure communi in diſpo-
ſitionibus exorbitantibus & fortius correctoriis diſpo-
ſitio loquens de actu vero & proprio locum nõ habet in
præſumpto. Ita enim videmus quòd diſpoſitio l.vltim.
C.de ſacroſanct.eccleſiis non habet locum in donatione
præſumpta,vt tradunt Iaſ.ibi nume.3, poſt Specul.& Bal-
dum,quos etiam recenſet Tiraquel.in l ſi vnquam,in ver
bo,donatione largitus.num.70.C.de reuocã.donat. & in
Tractatu *le mort ſaiſit le vif* .parte 2.limita.10. numero 22.
Ita etiam diſpoſitio l.ſi quis argentum.C. de donatio.nõ
* habet locum in donatione præſumpta,ex *magis recepta
opinione Doctorũ,vt teſtatur Tiraq.in d.l.ſi vnquam.d.
verbo,donatione largitus.nu.152.& cõem etiã dicit Gal-
liaula in rub.de verb.obl.nu.60 & Tiraq.d tracta.*le mort
ſaiſit le vif*,d.limit.10.nu 21.ea ratione ( quæ hic cõuenire
videtur) mouẽtur;quia aliàs duo ſpecialia in eadẽ diſpoſi-
tione concurrerent,vt hic eſſet.Nam hic præſumeretur ti
tulus contra l.2.§.circa ff.de doli mali excep.& ſecundus
maritus lucraretur dotem contra l.2.ff ſol.ma.& d.l.hac
edictali.C.dẽ ſecund.nup.atque ita in ſpecie arguit Corn.
conſ.254.lib.lib.1.Eſt ſimile quod dixi ſuprà ex Soc. Sen.
conſi.122.col.6.verſ.Nec obſtat ſtatutum.lib.3.
Nonò,ac vltimò,vt pro hac parte reſponderẽ mouebat
me plurimum auctoritas multorũ.nempè Iaſonis.d.cõſi.
50.lib.1.& Curtij Sen.d.conſ.79.col.7.verſi.vlti.militat,
qui in ſpecie huius ſtatuti Papienſis reſponderunt,ſecun-
dum virum nõ lucrari dotem præſumptam.Hos ſecutus
eſt Cur.Iun.in authẽ.præterea.nu.16.C.vnde vir & vxor.
Et Curtij Senioris reſponſum non improbauit Craue.in
tracta.de antiq.temp.prima particula quartæ partis prin.

num.48. Et in ſimili ſtatuto Florentino idem reſpondit
Corn conſi.254.nu.3.verſi.ſed dato ꝙ, libro j. idem ſenſit
Alex.conſi.122.nu.5.li.7.qui & huius opinionis Bal.recen
ſet.ita & in ſimili ſtatuto conſuluit Pariſ.conſi.66.nu.3.
lib.4.qui alios recenſet. Et abſolutè ſtatutum deferens lu
crum dotis marito, locum non hr̃e in dote præſumpta, do
cuit Iaſon in rubri.ff.ſol.ma.nu.21.qui ſuæ aſſertionis au-
ctorem citat Baldum conſil.100. Mulierem duxit mari-
tus, li.4.& idem Iaſ.d.conſ.50.in fine citat eundẽ Bald.in
l.1.nu.2.C.de cond.cau.dat. Hæc me reddebant dubium
& ancipitem, vt pro hac parte reſponderem.

Cæterum, re diligentiori accuratiorique ſtudio exami
nata, contrariam ſententiam veriorem atque probabilio-
rem eſſe opinor: quòd ſtatutum hoc locum etiam habeat
& in hac dote præſumpta. Hoc vt dicã, multa me mouẽt.

Primò, ea ratione ſolida adducor, ꝙ ſtatutum hoc tri-
buit facultatem mulieri dandi in dotem ſecũdo viro eam
dotem quã primo dedit, vt eam is maritus lucrari poſsit.
Atqui hanc dationem legis præſumptione, quæ veritati
æquiparatur, fecit mulier, ſequitur ergo virum hunc eam
dotem eſſe lucratum. Illa minor propoſitio, ꝙ ſcilicet præ
ſumpta traditio veræ æquiparetur, ita probatur. Præſum-
ptio hæc, quòd ſecundò nubens cenſeatur dediſſe in do-
tem ſecundo viro dotem datam primo, eſt præſumptio
legis, atq; ita iuris, vt probant l.dotem, & l.diuus.ff.de iure
dotium.l.cùm maritus.§.Titius.ff.de pact.dotal.& l.pen.
§.vxor.ff.ſol.matr.& ſcribunt interpretes quos ſ.in prin
cipio huius reſponſi copioſè retuli, qui verè aſſerunt, hãc
10 eſſe præſumptionem iuris. Atqui iuris † præſumptio dici
tur aperta probatio, & clara veritas.l.licèt Imperator. de
leg.1.& ibi Bar.nu.2.& Iaſ.nu.5. probat & l.quidam teſta
mento.de vulga.quo loci dicitur illud apparere euidenter
quod coniecturis & præſumptionibus conſtat.ita & in l.
ſi quis locuples.in fi.ff. de manumiſ.teſt.& in l.dolum.C.
de dolo plura congeſsit Iaſon præcitato loco. Quib. ad-
do Corſetum in ſuo ſingulari, in verbo, Contractus, in-
cip. In omnibus, qui ſcribit donationem eccleſiæ factum
in dubio præſumi non alia de cauſa quam propter Deum:
ſi verò alia cauſa apparet expreſſa, ob illam dicitur facta.
Cauſam expreſſam apparere ſcribit ex coniecturis & præ-
11 ſumptionib. Ita nouatio quæ † non præſumitur, ſed de-
bet expreſsè fieri.l.vlt.C.de noua. expreſsè fieri dicitur,
ſi coniecturis conſtat, vt ibi declarat Cynus, & ſcribunt
Imola in l.delegare.ff.de noua. Alex.conſi.73.col.1.li.2.&
Affli.deciſ.44.nu.15.vbi nu.14. adfert ſimilem declaratio
nem ad l.vnicam.§.ſciendum.C.de rei vxo.actio.quo lo-
12 ci ſtatum eſt, † quod quando maritus legat vxori, niſi ex-
preſsè dicat, quòd pro dote, vel debito legat; habebit v-
xor vtrumque, debitum ſcilicet & legatum: attamen ex-
preſsè dicitum vir legatum: attamen expreſsè dicitur vir
legaſſe (inquit Afflictus) cùm coniecturis & præſumptio-
nibus de eius voluntate conſtat: & ibidem his ſimilia re-
cenſet de compenſatione. Alia plura ſcribunt Anto. Bur-
gos in cap.ad noſtram, num.30.de empt.& vend. Soc.Sen
conſi.264.colum.2.libr.2. Marſilius copioſè admodum
in practica criminali, in princip.num.14.& Soc.Iun.conſ.
1.num.18.& conſi.3.num.6.lib.1. Comprobatur fortius,
quia videmus in criminali iudicio requiri claras & aper-
tas probationes.l.vltima.C.de proba.& tamen probatio
13 † ex præſumptionibus ſufficit. Decius, conſi.175.nume.6.
& conſi.189.num.13.Gramma.deciſ.42.nu.13.& alibi ſæpe
14 huc etiam ſpectat, † quòd ſtatutum requirens probatio-
nem determinatam certi temporis, procedit etiam in pro.
batione præſumptiua: ita poſt Aret.conſi.51.& Iaſon in l.
non hoc.C.vnde leg.docuit.Ripa in cap.cùm eccleſia.nu.
23.in fi.de cauſa poſſeſ.& proprie. Eſt ergo vera hæc aſſer
tio, præſumptam probationem eſſe veram, apertã & pro-
priam probationem. Et in ſpecie Dec.in rubr. extra, de
probatio.num.13.verſi.hæc vera ſunt, docuit, has proba-
tiones eſſe propriè probationes. ita ergo dos, quæ præ-
ſumptionibus data probatur, ꝓpriè probari, & ob id pro
priè dos dr̃, atq; ita ſub ſtatuti diſpoſitione continetur.

Secundò, vt huius opinionis ſim, me mouet, quòd que-
15 madmodum in quouis actu conficiendo † duo, vel (ex alio
rum ſententia) tria requiruntur; facientis poteſtas, eiuſdẽ
voluntas, & tertiò honeſta cauſa, vt inquit glo.j.l. ſi filiæ.
C.de dona.ante nup.& in ca.ſuper abbat.de offi. delega.
Dec.in c.cum ſuper.4.notab.de off.deleg.qui refert alios
addere quartum, nempè ſcientiam, ſed illa ſub potentia
includitur, Soci.Iun.conſi.95.nume.4.lib.3. & alibi ſæpe.
ita quoq; hic, vt ſit locus lucro totius dotis ad cõmodum
ſecundi viri duo requirũtur (illud tertiũ de honeſtate nõ
eſt hic in controuerſia, & de ea ſuo loco aliqua dicemus)
poteſtas & volũtas mulieris nubẽtis. Poteſtatem tribuit
ſtatutũ, quo impedimentũ iuris cõis ex illa l.hac edictali.
C.de ſecund.nup.& aliis, de quibus ſuo loco, eſt ſublatũ:
ſiquidẽ tribuit ſtatutũ (vt iã alias diſputauimus) poteſta-
tẽ mulieri dandi in dotẽ ſecundo marito omnẽ dotẽ, nihil
reſeruando filiis primi viri. Illud autẽ ſecundum de vo-
luntate, an ſcilicet ipſa mulier dare voluerit, vel non totã
illam dotem, ſtatutũ non definit: non enim requirit ſtatu-
tũ ꝙ de mulieris voluntate cõſtare debeat teſtibus, inſtru
mentis, vel aliis probationibus, ſed illud relinquit in diſ-
poſitione iuris cõmunis. Atqui conſtat, iure cõi de alicu-
ius volũtate & animo duobus modis apparere poſſe, ſer-
mone, vel facto. Nec vna declaratio ab altera in iure diſ-
fert, etiãſi illa, quæ in ſermone fit expreſſa, & illa quæ fa
cto tacita vel mixta (vt mox ſubiiciam) appelletur, nõ in-
quã differunt: ita probat lex Paulus.ff.rẽ ratã haberi. dum
vult actus approbationẽ atq; ratihabitionẽ factũ induci.
16 imò verè volũtas † melius & clarius declaratur facto quã
verbis, cùm facta effectũ ipſum oſtendãt, verba verò ali-
qñ contra proferentis voluntatẽ ſunt, ita egregiè probat
tex.in c.dilecti filij, il 2.& ibi no.Dec.in 2.not.de app.&
eo tex.adductus ẽt rñdit Anch.cõſ.390.nu.3. facta eſſe for
tiora ad declarandã hoĩs voluntatẽ, quàm ſint ipſa verba.
idẽ rñdit Abb.in cõſ.116.nu.3.li.2.quẽ ſecutus eſt Iaſ.in l.
reprehendenda.nu.7.C.de inſti.& ſubſtit.& pulchrè tra-
dũt Gaſa.cõſ.101.nu.3.Soc.Iun.cõſ.38.nu.13.li.1.& conſ.
42.num.14.li.2.& Gram.cõſ.13.nu.3. in Criminalibus. Et
hãc declarationẽ voluntatis ex facto prouenientẽ aliqui
ex relatis tacitã eſſe dixerũt, illud magis mihi placet, ꝙ ſit
inter expreſſam & tacitã, vt ſcribunt Sal.in l.1.C. ſi maior
factus ratũ hab.& Cur.Iun.conſ.50.nu.9. Eſt enim tacita
quò ad verba, & expreſſa quò ad effectum. Siue ergo dica-
mus ſtatutum requirere declarationem voluntatis mulie-
ris, ſiue non, ſemper dicendum erit idem eſſe, cùm volun-
tas facto declaretur, vt verbis: imò & fortius in ea, quæ fa
cto fit, procedere.

Tertiò, cõfirmatur relatũ fundamentũ hac efficaci rõ-
ne. Hic agitur ſolùm de declaratione voluntatis mulieris
17 ſecũdò nubẽtis. Atqui † qñ aliquid reſidet in animo & vo
luntate alicuius, illud dicitur eſſe difficilis probationis: ita
Inno.& Hoſti.in c.vlti.de his quæ vi metúſve cau.Bart.&
cæteri in l.ſi quis ex argentariis.§.vlt.ff.de eden. qui ob id
dicũt, voluntatẽ probari cõiecturis & præſumptionib. &
eſt tex.in l.non omnes.§.à barbaris.ff.de re milit.& clarè
rñdit Pariſ.conſ.79.nu.11.lib.4. Et hac rõne dicimus, ſtari
dicto afferentis de eo quod ab eius animo & volũtate pẽ-
det, vt inquit gl.in §.ſed iſtæ, Inſti.de actio, & ſcribũt Iaſ.
cõſ.84.nu.7.lib.1. Pariſ.conſ.5.nu.5. li.4. copioſè Tiraq.
de retractu conſan.§.4.glo.1.nu.5. Hæ autẽ cõiecturæ &
præſumptiones, quibus hæc voluntas & animus declara-
tur, verã & propriam probationem facere dicuntur, quẽ-
admodum faciunt & in cæteris, quæ difficilis probationis
ſunt, vt eſt in probatione filiationis, quæ cùm difficilis
probationis ſit.l.Lucius.ff.de condi.& demon. probatio
nes quæ de ea fiunt ex coniecturis, veræ ſunt: & is verè fi-
lius appellatur.l.1.§.pœna.ff.de lib, agno. ita in l.vlt.ad fi.
ff.de proba.appellat iuriſcõſultus veritatẽ, quæ prouenit
à coniecturis & præſumptionibus, cũ de re difficilis pro-
bationis agitur. ita in ca.1.de frig.& malefi.ibi, verũ iudi-
cium: quod tñ in probatione præſumptiua verificatur.ca.
Laudabilem, eo.titu.atq; ita cenſuit Dec.in rub. extra, de
proba.col.antepe. verſ.primus eſt.qui apertè ait, proba-
tiones illas dici veras probationes, quæ cõiecturis & præ-
ſumptionibus fiunt, cùm res difficilis eſt probationis.

Quartò fortius hunc ſpectat, ꝙ etſi cõcedatur, præſum-
ptionem eſſe impropriè probationem; nihilominus effe-
ctus (hoc eſt, dos) qui ex ea naſcitur, eſt proprius & verus.
Ita enim videmus (vt vno verbo ſuprà attigimus) ꝙ filia-
18 tio † non niſi præſumptionibus atque coniecturis proba
ri poteſt.d.l.Lucius, & l.filium quem diffinimus.ff.de iis
qui ſunt ſui vel alie.iuris.vbi Bar.& cæteri.Bal.in l.igno
rat.C.de iis qui accuſa.non poſſ.Alex.conſi.90.nu.16.lib.
6.Alciat. tracta.præſum.reg.3.præſum.37.& Palæotus de
nothis ſpuriiſq; filiis.capit.21. Et tamen filius dicitur verè
& propriè filius.d.l.1.§.pœna.ff.de liber.agnoſc. & pater
dicitur pater certus.l.quia ſemper.ff.de in ius voc. Tira.
in l.ſi vnquam, in verbo, donatione largitus.nu. 160.C.de
reuocan.



reuoc.don. Nec hic repugnat quod tradit Cur.Sen.d.cõ-
ſil.79.col.9.verſ. Et bene facit: quia infrà ſuo loco reſpõ-
ſum adferam. Huc ſpectat, quòd ita dicimus ex matrimo-
nio præſumpto, quod putatiuum noſtri appellant, filij ve
ri & legitimi proueniunt.c.2. & c.ex tenore.qui filij ſint
legitimi. Decius conſilio 153.columna 2. Ruinus conſilio
14.numero 12.libr.3.& Palæotus, de nothis ſpuriiſque fi-
liis.capit.9.& 10. Accedit quod egregiè reſpondit Baldus
conſilio 139.ſtatuto ciuitatis Alexandriæ, libr. ſecundo:
19 ſi ſtatutum dicit, † quòd condemnatus de vero maleficio
non audiatur, ille non erit audiendus ſecundùm Baldum,
qui legis præſumptione fuit condemnatus; quia & illud
dicitur verum maleficium. ex l.ſi tutor.C. de interdict.
20 matrim. Cõfert à fortiori † quod etiam ex actu ficto pro-
ficiſcitur actus verus & proprius, vt videmus in conſtitu-
to, quod etſi actus ſit fictus tranſlationis poſſeſsionis. at-
tamen veram & tropriam poſſeſsionem transfert.l.cer-
tè.§.primò.ff.de precario. latiſsimè Tiraquellus in tracta
tu de iure conſtituti, parte ſecunda, amplia.1.vbi teſtatur
* hanc eſſe communem * opinionem: & ibi nume.4.aſſe-
aſſerit hanc poſſeſsionem contineri ſu appellatione poſ-
ſeſsionis in diſpoſitione ſtatuti. Ita quoque dicimus, ex a-
ctu ficto & improprio hæreditatem veram & propriam
deferri. ita reſponderunt Butrius conſil. 20. Socinus Sen.
conſi.147.col.1.lib.1.quos ſecutus eſt Bellonius li.4. ſup-
puta.iuris ca.17.nu.13.

Quinto, huc ſpectat à fortiori, quod ſcribunt de ſubſti-
tutione præſumpta intetpretes in l.quamuis, & in l.pre-
21 cibus.C.de impuber.& aliis ſubſtitutioni. illa enim † ſub-
ſtitutio pupillaris tacita, vel verius præſumpta, quæ ſub
vulgari expreſſa continetur, verè à lege præſumpta eſt, &
eam appellant præſumptam. Bartol.in l.prima; numer.11.
& ibi Ripa.num.81.alios refert.ff.de vulgar.Bal. in l.pre-
cibus.6.oppo. C.de impub.Deci.in l.quamuis, in ſecun-
do not.C.eodem. Et quamquam in ſubſtitutionibus ſtri-
cta interpretatio admittatur, l.vel ſingulis.l.pater, de vul
gar.& pupillar.reſpondit Socin.Sen.conſi.140. col.1.li.1.
poſt Dynum, Baldum, & alios directam ſubſtitutionem
non cenſeri factam niſi expreſsè appareat. Et de fideicõ-
miſſaria eſt l.cohæredi.§.cùm filiæ.de vulgar. Socin. Sen.
conſil.63.colum.3.verſ.& in primis.lib.3. Crau.cõſil.161.
nume.16.& conſi.208.nume.3. Cæteros omitto, vt etiam
in ſtatutis, vt iam diximus: attamen ſub diſpoſitione ſta-
tuti loquẽtis de ſubſtitutione, continetur & hæc ſubſtitu
tio præſumpta. ita Curt.Iun.in dicta l.quamuis. num.10.
& Curtij ſentẽtiam confirmat aliis rationibus Bellonius
lib.4.ſupputatio.iuris.c.17.num.9.10. Quanquam ab hac
ſententia diſſentiant Are.& Iaſ.in l.quamuis. Cæterum ex
relatis conſtat Curtij ſententiam eſſe probabiliorem.

Sextò, iã relata confirmantur notabili doctrina Bald.in
22 l.1.nu.18.C.de fideicõm.dũ ſcribit, ꝙ ſi ſtatutũ † requirit
probationem inſtrumentalẽ, ſufficit præſumptio ex in-
ſtrumento, quæ fit ex diſpoſitione l.cùm de in rẽ verſo.
ff.de vſuris. Quam aſſertionẽ probat Bol.ex l.3.C.de apo-
chis pub.lib.10. Quod Baldi pronuntiatum cõmendarunt
Barb.in repe.l.cùm acutiſsimi.col.7.C.de fideicom.Iaſ.
in l.ſciendum.nu.25.in fi.de verb.ob.& conſi.25.col.2. li.
2.Dec, in rub.extra de prob.col.antepe.ver. Et adeò hæc.
& cõſ.54.nu.3.Crau.tract.de antiq.temp.parte vlt.nu.13.
Quæ ſanè Baldi aſſertio vera eſt, etſi ab eo diſſentiat Iaſ.
in l.certi condictio, in prin.nu.12. ſi cert.pet.qui eiuſdem
ſententiæ citat Rom.in l.1.C.de teſta.mil. & Curt. Sen.d.
d.conſ.79.col.pen. verſ.ſed ſolùm huic. Siquidẽ.d.l.3.C.
de apochis, qua Baldus nititur, clarè oſtẽdit præſumptio-
nem illam ex curſu illius triennij, veræ & propriæ proba-
tioni æquiparari: cùm per eam præſumptionem probe-
tur ſolutio ſenſus præteriti temporis, quæ ſolutio alioqui
vel teſtibus vel publicis documentis probãda foret. Hinc
rectè ſcribunt multi. emphyteutam ſatis cenſeri probaſ-
23 ſe ſolutionem canonis totius temporis, ſi probat † ſe ſol-
uiſſe per tres annos præteritos immediatos. ita textum il-
lum in hanc ſententiam ſingularem citãt Cynus, Baldus,
Baldus, Alber.& Salicetus in l.2.C. de iure emphy. vt ibi
refert Iaſ.nu.135.Franc.Cremen.ſingu.78. Tu ſcis. Decius
conſ.650.nu.15.Curt.Iun.conſ.97.nu.5. Alcia.tract.præ-
ſump.reg.2.præſump.26.nu. 3. & Pariſius cõſ.108.nu.3.li.
1. Eſt ergo hæc vera ſententia, hanc præſumptionẽ æquipa
rari probationi factæ ex documẽtis. Quocirca errat Cur-
tius Sen.loco ſuprà relato, dum inquit Baldi doctrinam
procedere ea ratione, quia appellatione inſtrumenti ex
larga ſignificatione continetur & præſumptio, quæ ita in-
ſtruit in ſuo genere, vt quodlibet inſtrumentum. Errat in-
quam, quia Baldus non conſiderauit nominum ſignifica-
tionẽ, ſed illam effectus & virtutis paritatem. Huc etiam
pertinet quod dixi ſuprà in primo fundamento, de proba-
tione determinata à ſtatuto requiſita, quæ in præſumptiua
verificatur.

Septimò ac vltimò hæc ſententia, quam veram eſſe cre-
dimus, multorum auctoritate in ſpecie cõprobatur. Nam
in ſpecie huius ſtatuti Papienſis, ꝙ ſcilicet locum habeat
24 etiam in dote præſumpta, † reſponderũt Raphael Comen
ſis conſi.109. Domina, col.1.& Alcia.reſp.88. Viſis verbis
Quorum auctoritas ſine controuerſia æquiualet illi au-
ctoritati Iaſo. & Cur.Sen.qui aliter reſponderũt. Et Co-
menſem probauit Cur.Iun.conſi.4.nu.17.vbi inquit, actũ
præſumptum eſſe verum & proprium. Et in ſimili ſtatuto
idem reſpondit Baldus conſi.100. Mulierem maritus. lib.
4.etſi Baldus à nonnullis pro contraria opinione malè
citetur. idem Bald.in l.nulla. num. 4. & clarius in l. cùm
citra.C.de iure dotium. Idem ſenſit Bartolus, ſi rectè per
pendatur in d.diſputat.7. & clarius Abbas conſil.46.nu.
3.lib.1.Caſtren.conſi.61. Viſis ſtatutis communis Vincen
tiæ, in 2.dubio li.2.qui ita ſuper ſtatuto Vincentiæ reſpon
dit.& illum ſecutus eſt Socinus Senior conſilio 80. num.
vigeſimoquartò, lib.4.vbi apertè hanc ſententiam defen-
dit Ruinus conſi.224.num.3.& num.6.lib.1.conſi.61.nu.
13.libr.3. qui quidem Ruinus etſi loqui videatur eo in caſu
cùm nulli extant filij ex primo matrimonio, attamen ip-
ſemet Ruinus conſi.151.lib.5. idem reſpondit, extantibus
filiis primi matrimonij. Et verè inter duos hos caſus nul-
la conſtitui debet differentia. vt ſuo loco dicemus. Idem
ſenſit Ruin.conſi.90.nume.5.lib.4. qui Comenſem ſecu-
tus eſt. Idem reſponderunt Pariſi.conſi.34.num.1.libro.3.
Soc.Iun.conſi.8.numer.33 libro 2.idem in rubr.ff.ſoluto
matr.parte prima.num 47. Craue in tracta.de antiq.tem
po particula prima quartæ partis princ.num.43.etſi.num.
48.Curtium Sen d.conſil 79.ſequi in aliquibus videatur:
ſed infrà ſuo loco declarabimus. Hanc ſententiam aper-
tius tuetur Rolan.à Valle, tract.de lucro dotis q.75.num.
16.& præter eum Bellonus lib.4.ſupputa. iuris, ca.17 nu.
8.& Tiraq.in l.ſi vnquam, in verbo donatione largitus n.
170.C.de reuoca.donat & ab hac non recedit idem in illo
tracta. *le mort ſaiſit le vif*. parte ſecunda, declarat. 10. num.
* 4. Et verè dubium non eſt, quin hæc ſit opinio * magis
recepta.

Non obſtant nunc adducta in contrarium; in quorùm
diſſolutione omnis verſatur labor. Ad primum itaque fa-
cilè reſponderi poteſt, immò verba ſtatuti conuenire &
huic doti, quæ legis præſumptione dicitur viro data & tra
dita. Siquidem voluntas à iure præſumpta æquè operatur
ac expreſſa. ita præter ſupra relatos, ſcribit Baldus in l.1.§.
ſi is qui.ff.de exerci.actio. Præterea, cùm eadem ſit vtriuſ-
que caſus ratio, dotis ſcilicet expreſsis verbis datæ, & à iu-
re præſumptæ, vt ſcilicèt viri ad ducendum viduas inui-
tentur? dicendum eſt caſum hunc dotis præſumptæ non
eſſe in verbis ſtatuti omiſſum. Nam non dicitur omiſſum,
25 † quod eadem ratione concluditur. ita Bal.in l. per diuer-
ſas, col.1.C.mand.& alios plures recenſet Tiraq.in l. ſi vn
quam, in verbo libertis.numer.45. C.de reuo.don. qui ita
reſpondet ad illam regulam, ꝙ, vbi verba non conueniunt
non conuenit & diſpoſitio. & ex his quæ infrà dicemus
clarius patebit reſponſum. Verè inim dicitur mulier vſa
ſtatuti diſpoſitione, poſteaquam etſi non verbis, facto ta-
men, quod plus ſolet operari, dotem viro dedit.

Non obſtat ſecundum, quia reſpondeo, quòd etſi hoc
ſtatutum correctorium ſit; attamen eſt fauorabile, vt
multis oſtendi in alio reſponſo. & ibidẽ demonſtrauimus
ſtatutum hoc admittere etiam extentionem de caſu ad ca-
ſum, quod fortius eſt. Eſt inquam fortius quia iſte caſus
dotis præſumptæ non dicitur extra verba ſtatuti, ſed (vt d
ximus) ſub illis continetur. i

Non obſtat tertium, quia reſpondetur, non eſſe verum,
ꝙ filij primi matrimonij indebitè damnũ ſentiant: ſiquidẽ
(vt alias diximus) potuit ſtatutũ hoc lucrũ deferre ſecun-
do viro, vt facilius is, atque alii inducantur ad contrahen-
dum matrimonium cum viduis. Quæ ratio vtroq; in caſu
locum habet; cùm lex nihil damni inferat filiis, ſed illis lu-
crũ, quod lex cõmunis permiſit non tribuit. Et verius ma
ritus dãnum ſentiret ſi eam dotem, quã ex cauſa oneroſa

habet,non conſequeretur.Non repetam quæ in eo reſpō-
ſo primò copioſè adduxi.Quocirca dicendum eſt, filium
conqueri non poſſe hoc in caſu,vt nec poſſet quando mu
lier expreſsim dotem ipſi ſecundo viro conſtituiſſet; cùm
ſtatutum eum iam excludat.ita Crauett.d.tract.de antiq.
temp.4.par.prin.particul.1.nu.46.qui latius declarat, &
in his rectè ſenſit.

Non obſtat quartum,quia ex relatis ſ̃ .in ſecundo fun-
damento noſtrę ſententiæ ſatis reſponſum eſt.Nam dixi,
26 illa † verba dare & tradere,reſpicere poteſtatem à ſtatuto
mulieri tributam:non autem reſpiciunt effectum volun-
tatis;quæ ita facto,ac verbis declaratur.Et ideo non ſunt
ſuperuacanea:quinimò ſufficeret ſi quid minimum ope-
rentur,vt declarando d.l.ſi quando.in prin de lege.j. ſcri-
bunt in ſpecie Iaſ.conſ.12.col.vlt.verſi.2.notabiliter. lib.
3.Alcia. in tract.præſumptio.regu.tertia,præſumptio.11.
nu.9.Gomeſ.inſtitut. de actio.in principio,nu.9.& Soc.
Iun.conſi.131.nu.48.lib.1.

Non obſtat quintū fundamentū quod verè magis vrge
27 re vr̃,quia rn̄deo,primò,ꝙ qn̄ † ſtatutū ꝓhibet interpre-
tationē,intelligitur prohibita interpretatio hominis, nō
aūt legis.ita Bal.in l.omnes populi nu.35.de iuſt. & iure.
& Baldum ſecuti ſunt Iaſon.ibi in ſecunda lectu.num.53.
Barb.in l.cùm acutiſsimi.nu.169.C.de fideicom. & Zuc-
chardus in l.vlt.nu.334.C.de edict.diui Adr.tol.plura cō-
geſsit Rol.tract.de lucro dotis.q.35.qui de hac materia &
tractatione agit. Cùm ergo ſit hæc legis interpretatio,
quæ ſtatuit dotem à iure præſumptā eſſe dotē æquè ac do
tē ſermone expreſſo conſtitutam,dicendū eſt,hanc inter-
28 pretationē non eſſe à ſtatuto reiectā.Secundò † ſtatutum
reijciens interpretationem,intelligitur de interpretatio-
ne friuola,& leui, non autem de rationabili & graui.ita
ſcribunt Bart.in d.l.omnes populi.nu.65.de iuſt.& iure.
Alex.conſi.192.nu.3.conſi.198.nu.18.& conſi.211.nu.7.&
nu.11.li.6.& Felin.in c.2.nu.19.de reſcrip.Cur.Iun.conſi.
112.col.vlt.Atqui interpretatio hæc non friuola,ſed gra-
uis,rationabilis & iure probata eſt:non ergo reiecta eſt.

29 Tertio † accedit,quòd illa ſola interpretatio à ſtatutu-
to reijcitur quæ extrinſeca eſt,non autem quæ eſt intrin-
ſeca & intellectualis.atque neceſſaria.ita Bald. in l.ſi quis
filium.C.de liber.præter.Salicetus in l.quamuis, la ſecun-
da.num.2.C.de adul. Corn.conſi.14.nume.7.libro ſecun
dò,& conſilio 276.numero 8. lib.quartò.Atqui omninò
neceſſaria eſt interpretatio hęc ad ſtatuti intelligentiam,
quo non declaratur qualis debeat eſſe iſta dos, ex quo illa
verba,poſsit dare & tradere,reſpiciunt (vt diximus) eam
dandi poteſtatem non effectum:& intrinſeca etiā eſt,cùm
à iure ipſo proueniat.Quartò huc ſpectat,ꝙ interpretatio
in hoc ſtatuto admittitur,qua malus intellectus reijcitur,
ita Corneus d.conſi.14.num.8.lib.2.&d.conſi.276.num.
8.lib.4.& ſcribit Brunus in tract. Quòd ſtantitibus maſ-
culis,&c.art.5.num.113.Sed verè hoc in caſu malus eſſet in
telligemus,nēpè cōtra veram & propriam ſignificationē,
ſi & de dote præſumpta,quæ propriè dos eſt,non intelli-
geretur.

Reſpondeo ſecundò principaliter,eſſe falſum quod aſ-
ſeritur,dotem hanc à iure præſumptam non cenſeri ita
expreſſam, vt dici poſsit ſcripta,vt in ſtatuto legi poſsit,
iuxtà l.1.ff.de his quæ in teſtam.dolen.Eſi inquam hoc fal
30 ſum;quia † illud quod venit legis præſumptione ſatis di-
citur eſſe ſcriptum.Hoc apertè probatur in l.j.§.ſi autem
ff.de hæredi.iuſti.vbi ſolus heres pro parte hæres ſcriptus
dicitur in tota hæreditate ſcriptus, ob legis preſumptio-
nem;quæ eſt,vt teſtator eum in totum hæredem facere vo
luerit. atque ita Angelus ibi textum illum intellexit, &
cum illo Alexandrum in l.j.nume. 15.in ſi.C.qui admitti.
&c.& Zucchardus in l.vlt.num.194.C.de edicto diui A-
dria.tollend.qui ita declarat d.l.j. ff.de his quæ in teſtam.
delen.Huc egregiè pertinet elegans Baldi ſententia in l.3.
ad finem.C.de inoff.teſta, qui docuit,diſpoſitionem l.vl-
timæ.C.de edicto diui Adria.tol.quum vult.hæredem in
teſtamento ſcriptum eſſet mittendum in poſſeſsionē bo-
norum teſtatoris, locum habere in eo filio,cuius mater
in ſui puerperio deceſsit iam in teſtamento,cæteris filijs
ſcriptis hæredibus.Ea ratione vtitur Bald.quia iſte filius
legis præſumptione cenſetur hæres in teſtamento cum a-
lijs à matre ſcriptus,ex d.l.3.C.de inoff.teſta.Bald. ſecuti
ſunt,Alex.in l.vlt.nume.11.C.de edic.diui Adr.toll.& ibi
Iaſ.nu.23.Sapia.num.89.& Zucchardus nu.250.ergo idem
hic dicendum eſt,Nam & illa conſtitutio dictæ l.vlti.C.
de edict.diui.Adr.tol.eſt iuris cōmunis antiqui correcto
*ria,vt* crebrius ibi ſentiunt Doctores,Cynus col.2.ver.
quæro primò.Bar.nu.7.& Zucchardus nu.60.Vel ſaltem
eſt pro parte correctoria,vt ibi annotarunt Decius num.
29.& nu.39.& Curtius Iunior.nu.69.Huc pertinet, quòd
31 etſi feudum † probari debeat per inueſtituram ſcriptam:
attamen ſufficit iuris præſumptio.ita reſpondit Bal.con-
ſil.116.Columbinus colum.2.verſi.item non obſtat.libro
2.conſil.24.Subtiliter.lib.4.& conſi.511. Quidam præla-
tus.col.2. verſ.præterea probatio.li.5. qui idē eſſe reſpō-
dit in probatione emphyteuſis. Baldum eſt ſecutus Cra-
ue.in trac.antiq.temp.partē vlt.nu.13. Non obſtant nunc
illæ cōfirmationes,quas Curtius adfert.ac primò illa aſ-
ſertio Baldi in l.ciues.V.de appel.ꝙ probatio præſumpta
nō eſt aperta veritas;quia rn̄detur Baldum aliter in ſpecie
noſtra ſentire quàm eum intellexerit Curtius. Nā inquit
Baldus,coniecturam non eſſe apertam probationem,niſi
lex ſtatuat talem coniecturā vim probationis habere. ex
l.diuus.ff.de in integ. reſtri.& l.licet Imperator.de legat.
1. Vult ergo Baldus legis præſumptionem eſſe apertam
probationē.De qua quidem præſumptione iuris nos ve-
rè loquimur.atq; ita aſſertio Baldi contra Curtiū retor-
quetur.Qua ex re conſtat nil obeſſe illā aſſertionē Bart.l.
1.C.de fide inſtru.& iure haſtæ fiſ.lib.10. quia ſi lex præſu
mit,inde infertur aperta ꝓbatio.Non etiā repugnat quod
ait Curtius ex l.Lucius.ff.de cond.& demon. quia ex his,
quæ diximus ſuprà in quarto fundamēto noſtræ ſententiæ,
conſtat hanc Curtij conſiderationē poſſe retorqueri. Di-
ximus enim filium cēſeri verè & propriè filium, etſi pro-
betur filius ſolis coniecturis & præſumptionibus. ita &
hic dos hæc præſumptione iuris probata,dici debet vera
& propria dos. Et ex his ceſſant & reliqua,quæ à Curtio
conſiderata fuerunt.

Non obſtat ſextum fundamentum,quo negat Curtius
hanc eſſe dotem præſumptam:quia non præſumitur mu-
lierem priuare voluiſſe filium primi viri.Reſpōdetur pri-
mò,imò falſum eſſe,quòd mulier ſecundò nubens præſu-
ſumatur plùs diligere filium primi mariti,quàm ſecundū
ipſum maritum.Siquidem videmus,legem diffidere mul
tum de ipſius mulieris amore erga filium;cum prohibeat
ius commune,ne plus ſecundo viro det in dotem,quàm
habere poſsit vnus filiorum primi matrimonii,dicta l.hac
edictali.C.de ſecundis nupt.quæ ſanè prouiſio neceſſaria
minimè fuiſſet,ſi lex conſideret de matris amore erga il-
32 lum filium.Hinc videmus, matrem † tutricem.vel cura-
tricem filiorum eſſe non poſſe,cùm ſecūdò nupſit.§.præ-
terea.in auth.vt ſine prohib.mat.debit.quia textus eſt re-
latus in auth.ſacramentum. C.quan.mul,tutel.offi.fungi
pōt.imò nec aſſignatur filio tutor,quē illi mater ſecundò
nubens dare petiit;ſed ex inquiſitione à iudice datur: vt
ſcribūt Bar. in l.ſi quis ſub conditione.no.26.de legi.tu-
to.Bal.in l.precibus.nu.21.C.de impub. & aliis ſubſtitu.
Cur.Sen.cōſ.47.Super controuerſia.col.2.& Cur.Iun.cō
ſil.94.nu.8.Ea eſt ratio,ex omniū ſententia, ꝙ lex malè de
ea muliere præſumit,ne ſcilicet ſubmittat fraudatorē,nō
aūt tutorē filiis,quos, dū reliquit etiā velle ſpoliare præſu
33 mitur. Hinc quoque lex prohibet filium § educari apud
matrē ſecundò nubentem.l.1.in princ.ff.de vbi pup.edu-
ca.debe.ibi,ſi non vitricū eis induxerit,& rn̄derunt Cur.
Iun.d.conſ.94.col.vlt. & Cra.conſ.18.nu.3. & nu.11.Cō-
fert notabilis text.§.mater.in auth.de nupt.quo cōſtitu-
34 tum eſt,† matrē ad ſecundas nuptias tranſeuntē non poſ-
ſe prætextu ingratitudinis reuocare donationem factam
filiis primi mariti,niſi de cauſa ingratitudinis expreſsim
conſtet.Ea eſt ratio,quam ibi lex conſiderat, quia præſu-
mitur mulierem amore ſecundi viri,cui omnia tribuere
voluit,facere.Accedit ꝙ lex multas pœnas mulieri ſecū-
dò nubenti ob cauſam filiorū,quos reliquit, indixit;quas
equidē nō indixiſſet,ſi bene de ea erga filios præſumeret.
Rn̄detur & ſecundò,hanc Curtij aſſertionem eſſe in ſola
præſumptionę poſitam;atqui ab ea recedimus contrariis
efficatioribus præſumptionib.iuxta l.diuus.ff.de in integ.
reſti.cum ſimilib.At hoc in caſu multæ extant cōiecturæ
& præſumptiones,quibus apertè conſtat hanc mulierem
non modò non dilexiſſe filiū primi matrimonij,verum e-
tiam eū odio non leui habuiſſe.Siquidē qn̄ nupſit ſecun-
do viro,expreſsim omnia bona (nihil illi filio reſeruato)
in dotem dedit.is ergo præcedens actus oſtendit mētem
& animum huius mulieris dum tertiò nupſit.argu l.ſi ſer-
uus plurium.§.vl.de leg.1.ibi,earū quæ præcedūt. Ex quo
& illud



& illud ſequitur,quod cùm bis filium illum reliquerit,de
monſtrauit eum non diligere. Rurſus hoc vel ex eo con-
ſtat,quod inter eos lites graues & multa iniurioſa hinc in-
de (vt acta teſtantur) extiterunt:quibus conſtat non amo-
rem,ſed odium inter eos maximum fuiſſe.Nec huc ſpectat
illa ſn̄ia Bar.d.diſput.7.in ſolutione.col.j.verſ. aut ex pri
mo,quam pro ſua opinione Curtius adfert: quandoqui-
dem non ſcribit Bartol. mulierem non præſumi dediſſe
in dotem ſecundo viro totam dotem datam primo,ob a-
morem filiorū illius primi matrimonij.ſed ait, quòd vbi
extant illi filij,dos cenſetur repetita in ſecūdo mr̄imonio
reſeruata nō ſua portione filijs,ex d.l.hac edictali,& non
vltrà.rectè cenſuit Bartolus;ea ratione,quia lex illa impe-
dit etiam expreſſam donationem,& præſumitur volun-
tatem mulieris eſſe legi conformem, iuxtà ea quæ ſcri-
bunt omnes in l.hæredes mei.§.cùm ita, ad Trebell. ſe-
cus ergo eſt ſublato legis impedimento, & data facul-
tate danti in dotem totum illud, quod fuit primo datum
vt hîc à ſtatuto eſt permiſſum.

Non obſtat ſeptimum,quia ex iam relatis ſatisfactū eſt.
Non enim hîc agitur de alia extēſione,ex quo æquè pro-
priè dos iſta continetur ſub huius ſtatuti diſpoſitione, ac
illa,quæ expreſſo ſermone data fuit: quandoquidem &
hæc dos dicitur expreſſa,vt iam diximus. Præterea, relata
interpretum ſententia procedit,cùm par non eſt virtus
actus taciti ac expreſsi,ſed maior eſt vis expreſſi. quo hîc
non contingit;vbi conſtat factum melius declarare vo-
luntatem quàm faciant verba.

Non obſtat octauum fundamentum, quia reſponde-
tur, quod immò & incorrectorijs atque etiam inexorbi
tantibus diſpoſitio loquens de actu vero & proprio, lo-
cum habet & in præſumpto: vt iam diximus. Nec repu-
gnant illa ſimilia adducta in contrarium. Ad illud primū
de diſpoſitione l.vlt.C.de ſacroſan.eccle.reſpondeo, im-
*mò* receptam magis opinionem eſſe,quòd habeat locum
& in donatione præſumpta. ita enim ſcribunt Bart. &
Alex.id l.ſi aliquam rem.de acquir.poſſ.vt ibi declarat &
ſequitur Ripa num.36.& præter illum alios recenſet Ti-
raquellus in l.ſi vnquàm,in verbo donatione largitus.nu.
169.C.de reuoc.dona.Ad illud ex l.ſi quis argentum. C.
de donatio.reſpondetur,rationem illam, qua ita illi in-
terpretes ſcribunt,non conuenire caſui noſtro. Ea enim
ratione permoti illi ſunt,quòd duo ſpecialia circa idē con
currere non poſſunt:nam præſumeretur donatio, contra
regulam l.cum de indebito,de probat. item quòd ex nu-
do pacto orirttur actio,contra l.legem.C.de pactis.quod
fieri nec debet,nec poteſt. l.1.C.de dotis promiſſio. Hæc
ratio non poteſt caſui noſtro adaptari. Siquidem nulla
ſpecialitas hic concurrit:ſunt enim omnia iuris commu-
nis.Nam ius commune ita præſumit,quod ſecūdò ac ter
tiò.nubens velit dare dotem primo datam, Lucrum au-
tē totius dotis ſtatutum hoc admittit.atque ita ceſſat illa
rō, quam poſt Tiraq.in d.octauo fundamento perpende
bam,quæ verè fuit Cornei in ſpecie noſtra.d.conſ.254.l.
1.& cui aliter etiam ſatisfacit Rui.conſ.151.nu.8.lib.5.Nō
etiam repugnat illud reſponſum Soc.Sen.conſ.122.col.6.
verſi.nec obſtat ſtatutum.lib.3.dum reſpondit, ſtatutum
35 † quod eſt cautum,donationem inter virum & vxorēmor
te non confirmari, ſolùm procedere in donatione vera,
non autem in præſumpta. Nam malè ex relatis reſpon-
diſſe Socinum credidit & Tiraq.in d.l.vnquam. in verbo.
donatione largitus.nu.170.C.de reuo.don. Et verè præ-
ter Tiraq.& alios qui hac de re ſcripſerunt opinor Soci-
num malè reſpondiſſe; quia ſi ſtatutum annuit confirma-
tionem expreſſam, voluit & annula re præſumptam, ex
quo eadem eſt mens ſtatuti,ne vnus alteri donet. Quod
eiuſdem Socini reſponſo comprobatur. is inquam conſ.
66.col.1.lib.1.ſcribit poſt glo. & Sali. in l. ſi donationis.
C.de contra emp.quod leges prohibentes donationes in
ter viros & vxores procedunt & in donationibus præſū-
ptis; ex quo ſemper eadem eſt mens prohibendi illa.& So
cinum.d.conſ.66.probauit Tiraq. loco paulo ſuprà cita-
to.nu.164.vbi adfert ſimilia.

Non obſtat vltimum, quia reſpondetur parum obeſſe
illorum auctoritates, cùm alij multò plures aliter ſenſe-
rint.Quinimo multi relati pro illa contraria opinione mi
nus prudenter locuti ſunt. Vt Iaſ.d.conſ.50. dum ſuæ opi
nionis auctorem citat Bal. in l. 1.nu. 2. C. de cond.cauſ.
dat.Nam Baldus loquitur in caſu longè diuerſo, in eo ſci
licet quando matrimonium eſt nullum,& de facto contra
ctum:quare is maritus multis rationibus dotem lucrari
non poteſt,cùm illa dos non dicatur.l.3.ff.de iu.dot.Sali.
auth.maximis.C.de inceſt.nup.& Baldi ſn̄iam multis cō-
probauit Rol.de lucro dotis.q.97.Ita etiam minus cautè
locutus eſt Iaſon in rub.ff.ſol.mat.nu. 21. qui Bal.conſi.
182.Mulier quæ pp.li.3.pro ſe retulit,cùm tantum contra
eum ſentiat Cur.Iun.in d. auth.præterea.nu. 16. non eſt
deferendum,quia in conſ. 4. nu. 17. contrarium cum co-
menſi affirmauit. Non etiam mouet auctoritas Crauet-
tæ,ſiquidem is paulò ſuprà ſecutus eſt ſn̄iam Comenſis &
aliorum,dixítque Iaſonem eſſe leuiter locutum,poſtmo-
dum nu.48.ſubiungit illam Curt.Sen.aſſertionem, quam
non affirmauit,eſſe veram.Nec affirmare potuit ob eam
rōnē,quod ſtatutum ſit correctorium:quia & in caſu Co
menſis eſt correctorium:& in quouis altero ſemper, cū
36 ſtatutum de fert lucrum dotis marito:cùm † ſecundū ius
cōe ſoluto mr̄imonio dotanti ſit dos reſtituenda.l.vbi ad
huc.C.de iure dot.& l.dos à patre.C.ſoluto matri. & ip-
ſemet Craue.d.loco.nu.44.poſt Ang.conſi. 158. & conſ.
180.affirmauit,& Rol.de lucro dotis q.2. Non etiam vr-
get auctoritas Pariſij d.conſ.62.nu.33.lib.4. qui pro hac
ſn̄ia ab aliquib.citaretur: quia loquitur Pariſius quando
verè nulla dos data fuit, nec etiam præſumptiuè. ac ita
malè rn̄dit Alex.d.conſi.122.num.5.lib.7.cùm Baldus ab
eo relatus aliter ſentiat.Corneo d.conſ.254.li. 1. reſpon-
detur contra eum conſuluiſſe Soc. Sen.conſ.80.num.24.
lib. 4.& illius rationes diluit Concludo itaque hanc opi-
nionem affirmitiuam eſſe veram,& lucrum hoc dotis eſ-
ſe huic tertio marito deferendum.

Iacobus Menochius. I. C.

## *SVMMARIVM.*

1 *Pater an dicatur plus diligere filiam ſuam, quam fratres, vel è contra.*

2 *Actus quando eſt geſtus ob aliquam cauſam, determinari debet ſecundum eam, & quomodo procedat.nu.15.*

3 *Renuntiatio generalis facta reſpectu vnius perſonæ, ad eam perſonam tantum reſtringitur.*

4 *Renuntiatio hæreditatis paternæ tunc demum valet, ſi pater perſeuerauit in eodemmet conſenſu, aliàs autem ſecus. & quomodo procedat,nu.10.*

5 *Renuntiatio hæreditatis eſt donatio, quæ abſenti facta, non ſecuta ratihabitione, non valet: Ideo requiritur præſentia illorum ad quorum vtilitatem fit talis renuntiatio. & an ſit verum.nu.20.*

6 *Euentus mali non habentur in conſideratione.*

7 *Renuntiatio hæreditatis paternæ etiam cum iuramento, ſi ex ea reſultat enormiſsima læſio; minimè valet.*

8 *Renuntiatio vt ſupra eò magis non debet valere, ſi ignorauerit renuntians vim talis renuntiationis, & quomodo procedat.num. 23.*

9 *Filia ſi eſt dotata, nihil aliud poteſt petere in bonis patris: & quia dos ſuccedit loco legitimæ, ideo non poſſet petere legitimam poſt mortem patris.*

*Renuntiatio hæreditatis paternæ tribus de cauſis dicitur fieri. ibidem, & nu.16.*

10 *Pater an dicatur æqualiter amare poſthumos, & iam natos.*

11 *Statutum excludens fœminas extantibus maſculis, qua ratione introductum ſit.*

12 *Mens teſtatoris aliquando ſolet probari ex dilectione & amore erga aliquem.*

13 *Mater quandoque ſibi ſimilem moribus parere ſolet.*

14 *Filia odio matris aliquando prægrauari poteſt.*

15 *Filia quæ hæreditati paternæ verbis ampliſſimis renuntiauit, omninò eſt excluſa.*

16 *Renuntiationem hæreditatis paternæ cenſeri factam beneficio quorumcunque ſuccedentium ipſi patri, etiam ab inteſtato.*

17 *Renuntiatio hæreditatis paternæ ob hanc cauſam facta à filia, quia dotem habuit, an valeat.*

18 *Renuntians hæreditati paternæ non admittitur decedente patre ab inteſtato, fallit tamen ſi primum gradum obtinet.*

19 *Pactum renuntiationis hæreditatis paternæ, vt valeat requiritur perſeuerantia in eadem voluntate.*

20 *Filia renuntians hæreditati paternæ in manibus patris ad fauorem fratrum, an requiratur quod fratres ſint præſentes.*

21 *Dos filiæ an augeatur ex augmento facultatis.*

22 *Dos ſi ſit filiæ à patre conſtituta, ſatis dicitur congrua.*

## FACTI SPECIES.

*Pater filiam matrimonio collocauit, dote pro viribus patrimonij congrua conſtituta. Renũtiauit filia iuri de ſuccedendo in bonis paternis: pater enim teſtamentum condidit, & hæredem inſtituit filium quem ſolum habebat: & in eo teſtamento cauit, quod ſi vita functo filio illo hærede inſtituto conquereretur, exiguam ſibi dotem conſtitutam fuiſſe, quod vltra eam ſummam prius numeratam adhuc conſequeretur coronatos quingentos, pro omni & toto eo, quod prætendere poßet. Patre ſuperſtite deceßit filius: atque ita teſtamentum dicitur effectum caducum. Rogatus pluries fuit is teſtator an vellet aliter teſtari quàm olim teſtatus eſt: & reſpondit, nolle. atque ita vita defunctus eſt; ſuperſtite proprio fratre. Dubitari nunc contingit, an filia hæc per renuntiationem illam cenſeatur excluſa à ſucceßione inteſtati proprij patris ad commodum patrui.*

# Initium à Domino.

## CONSILIVM VI.

RESPONDENDVM videbatur, prima (quod aiunt) fronte filiam hanc nõ cenſeri per patruum excluſam ab ea ſucceſſione patris ab inteſtato mortuo.

Primò, quia etſi pronuntiauerit filia ſucceſſioni paternæ, etiam adhibito iuramento, attamen, ex quo pater verè deceſſit inteſtatus, filia videtur poſſe ſuccedere, renuntiatione non obſtante. Nam, cùm pater ab inteſtato moritur, videtur tacitè vocare filiam, iuxta l. conficiuntur. ff. de iure codicillo. Et ob id filia ſuccedere debet, ac ſi eam vocaſſet in teſtamento; quo ſanè caſu omninò ſuccederet, non obſtante renuntiatione iurata cap. cùm inter P. de renuntiatio. & ſcribunt Natta in cap. quamuis. num. 10. & ibidem Didacus in tertia parte in initio, num. 8. dé pactis in 6. Aretin. conſ. 95. num. nono. & Afflictus deci. 330. num. 8. Ea enim ratione facta creditur hæc renuntiatio, vt libera deinde eſſet facultas patri diſponẽdi de rebus ſuis: atque ita ne iudicium ſuum filia impugnaret. Quæ ſanè ratio ceſſat cùm deceſſerit inteſtatus pater, qui ita filiæ ac alijs relinquere voluit. ita his adductus rationibus in ſpecie docuit omnium primus Zenzelinus in d. cap. quamuis. quem ſecuti ſunt plures relati ab Alex. conſ. 29. nu. 3. lib. 3. Quæ quidem opinio multo magis procedere videtur hoc noſtro in caſu, in quo, dum filia concurrit cum patruo, videtur potius vocata filia quàm frater, ratione maioris proxi

1 mitatis, & amoris. †Nam filia dicitur vna caro cum parte: & vna vox. §. ei verò, in Inſtit. de inutilib. ſtipula. Quod in fratre non contingit. Conſideratur & maior amor patris erga filium quàm erga fratrem. Siquidem incredibilis eſt amor patris erga filium. l. iſti quidem, in fi. ff. quod met. cau. l. vlt. C. de cura. & furi. & de amore patris erga filiũ infinita propè congerit Tiraq. in repe. l. ſi vnquàm, in præfatione. num. 7. C. de reuo. don. E contrà autem, fratrum concordia rara, vt apud Lucanum, *Fraterno primi maduerũt ſanguine muri.* Et in ſpecie ita reſpondit Angelus conſi. 52. D. Gilius, ad finem, qui conſiderat non eſſe veriſimile patrem uoluiſſe proprium fratrem filiæ ſuæ anteferre. & ſenſit Alexand. conſi. 29. num. 5. lib. 3. qui reſpondit non eſſe veriſimile, quod pater voluerit alienam ſobolem propriæ anteponere, ex l. cùm acutiſſimi. C. de fideicomm. Accedit quod maior coniunctio ſanguinis arguit maiorẽ affectionem: vti ſcribunt. Corn. conſi. 304. col. 2. lib. 4. & Crau. conſi. 173. nu. 12.

Secundò, non mediocriter pro filia aduerſus patruum

2 vrget, quod vbi actus† eſt geſtus aliquam ob cauſam. determinari ſecundum eam debet. l. Seio amico, vbi Bartolus ff. de annuis leg. Et eo loci, ex Dyni ſententia, ſcribit Albericus, etiam in contractibus hoc obſeruari, vt illi à ſua cã regulentur. Qua quidem ceſſante, ceſſat & effectus. Atqui hoc in caſu, hæc filia dicitur renuntiaſſe hæreditati paternæ, eam ſolam ob cauſam finalem, quod is pater filium maſculum habebat, quam totius ſuæ hæreditatis ſucceſſorem fecerat. Cùm ergò is filius viuo patre mortuus ſit, ſequitur dicendum, hanc filiam reuerti poſſe ad patris ſucceſſionem: ita in ſpecie ſcribunt Geminia. in c. quamuis, col. vlt. de pactis in 6. & ibidem Francus. col. 5. ver. 3. limita. & Georgius Natta num. 24. Baldus conſi. 437. quędam puella, col. 2. lib. 1. & in l. pactum quod dotali. q. 4. C. de colla. & ibi Dec. num. 9. poſt Caſtrenſem & Salicetum ibi. idem tradunt Rom. & Arc. in l. qui ſuperſtitis; de acqui. hære. Alexan. conſi. 29. num. 3. in fi. lib. 3. idem in l. ſtipulatio hoc modo concepta. num. 11. de verb. ob. & ibidem Crotus nu. 33. & Claudius col. 4. Gulielmus Benedict. in c. Raynutius, in verbo, duas filias. num. 297. de teſta. Afflict. in c. ſiquis inueſtierit. num. 25. de feudo dato in vicem legis commiſſor. Pariſ. conſi. 26. num. 20. lib. 3. quos ſecutus eſt Didacus in d. c. quamuis. par. 3. §. 3. num. 4. Quibus accedunt Calcaneus conſ. 33. nu. 23. verſ. tunc reſpondetur. Rui. conſi. 204. num. 3. lib. 1. Dec. conſi. 370. col. vlt. cpnſ. 433. num. 2. conſi. 506. col. 1. & conſ. 568. nu. 4. Boer. q. 204. num. 2ſt. & Gra. conſ. 42. col. 2. conſi. 241. num. 7. & conſi. 251. col. 3. verſ. 2. etiam. Quorum ſanè egregiam doctrinam pulchrè, præter relatam rationem probat l. ſi actionem. C. de pact. l. iubemus. C. ad Velleia. l. Paulo Callimacho, de leg. 3. c. ſi tibi, de præb. in 6. His

3 enim dicimus, quòd generalis† renuntiatio facta reſpectu vnius perſonæ, ad eam perſonam tantùm reſtringitur. Cõfert doctrina Baldi in l. ſed & ſiquis. §. quæſitum. num. 4. ff. ſi quis cautio. dum ſcribit, quod ſi quis renuntiat hæreditati ad fauorem alicuius; eo recuſante acceptare, ſaluum eſt ius renuntiantis.

Tertiò, admiſſo quod tam ex cauſa fratris, quàm etiam patrui hæc filia renuntiauerit bonis paternis, ſaltem dicendum videtur, quod fratre mortuo, habeat filia conſequi dimidiam huius hæreditatis. idque ex eo quod diffinit Pomp. in l. pen. in prin. ff. de cond. & dem. dum ait, quod ſi factum eſt alicui legatum, ſi duob. quid ſoluerit, ſi eorum vnus ſoluendum erat, deceſſit, ex humanitate debetur legatario dimidia legati: quia cauſa illa legati pro parte defecit: ita hîc defecit ſolùm pro parte cauſa excluſionis huius filiæ, ergo pro altera parte admitti debet.

Quartò, quod renuntiatio hæc aliqua ex parte filiæ non noceat, illud facit, quòd etiam admiſſo, renuntiationem, quantum in ſe eſt, validam fuiſſe; attamen vera eſt Docto

4 rum ſententia, quod tunc demum renuntiatio† prodeſt filijs, fratribus ac alijs ſucceſſoribus, cùm pater in eadem voluntate ad mortem vſque perſeuerauit: alioqui, ſi pater ſuũ illum conſenſum reuocauit, nec ſucceſſoribus patris prodeſt; nec filiæ renuntianti nocet hæc renuntiatio: ita affirmarunt Baldus in c. ad noſtram, il. 2. col. 2. de iureiurãdo. Georgius Natta in d. c. quamuis. num. 13. & ibidem copioſè Didacus par. 3. in initio. num. 7. & num. 9. qui huius opinionis recenſet Felinum, Gulielmum Benedict. Alexan. Decium, Purpur. Rodericum Suarez & alios, reiecta opinione Iaſonis aliter ſentientis. Illis addo Aret. conſil. 95. num. 9. & Caſſane. conſi. 59. num. 4. 5. Atqui hoc in caſu conſtare vr̃, hunc patrem, ſuam voluntatem, qua filiæ renuntiationẽ acceptauerat, reuocaſſe. Nam, cũ filiũ adhuc haberet, teſtamentum condidit, in quo eum hæredem inſtituit; & tamen filio vita defuncto, voluit inteſtatus decedere: ex quo illo teſtamento, quod caducum factum eſt, ſublato, nouum teſtamentum non fecit; quo fratrẽ ſuum vocaret: ſentiens velle ſuam hæreditatem potius deuenire debere ad filiam, quam ad fratrem; quem ſi voluiſſet hæredem facere; verè nouo teſtamento feciſſet, quemadmodum filium hæredem fecerat.

Quintò, ea ratione hæc renuntiatio huic patruo non videtur prodeſſe, quod nõ conſtat, eum præſentem fuiſſe tempore renuntiationis; nec eam ad ſui vtilitatem acceptaſſe: cum tamen præſentia & acceptatio foret neceſſa

5 ria. Si quidem †renuntiatio idem eſt, quod donatio, vt ſcribunt in ſpecie Baln. in l. pactum. q. 8. C. de colla. & Cra. conſi. 142. num. 7. Quæ ſanè donatio abſenti facta, ratihabitione non ſecuta, ſuſtinetur. l. qui abſenti. ff. de do. tradunt Dec. in l. contractus, num. 20. de reg. iu. & Tiraq. in tracta. de iure conſtituti. par. 3. lim. 30. vbi vberrimè. Et in ſpecie huius renuntiationis, neceſſariam fore præſentiam eorum, quorum vtilitate fit, vti multos huius opinionis doctores recenſet Didacus in d. c. quamuis, part. 3. in initio nu. 6. Et inter cæteros recenſet Alex. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, de ver. obl. Dec. in l. pactum quod dotali. num. 9. verſ. 6. limitatur. C. de colla. Soc. Sen. cõſi. 74. col. 2. lib. 3. quos ſecutus eſt Cra. conſi. 42. in fi. & cõnſ. 127. num. 5. qui refert & Calca. conſi. 33. num. 23. affirmantem neceſſarium fore conſenſum expreſſum.

Sextò, accedit ratio hæc non parui ponderis, cùm hic nulla expreſſa fuerit cã renuntiationis, tres conſiderari poſſunt. Vna eſt, quod filia renuntiauerit, vt libera eſſet patrui facultas diſponendi de omnibus alijs bonis ſuis. Altera, quia extabat huius filiæ frater, cuius amore & contemplatione renuntiaſſe videtur. Tertia quia huius filiæ extabant ſimul frater & patruus. Illa prima, ac etiam illa ſecunda cã ita cadere potuit in cogitationem huius filiæ, quemadmodum & patris: illa vero tertia non ita. Siquidem cogitare non potuit filia, fratrem ſuum moriturum ante patrem & patruum, ſecundum naturæ curſum & ordinem.

6 tum etiam quia euentus † mali non ſunt in conſideratione. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. de verbo obl. tum etiam quia iuſtè cogitare potuit ſolùm de perſona fratris immediata ad ſuccedendum. Non ergo renuntiatio hæc ad cauſam incognitam trahi debet. l. ſi mater decedens. C. de inof. teſt. Et ſi dicatur, patrem eam tertiam cauſam conſi- 10

deraſſe: reſponderi fortè poſſet, nil prodeſſe: quia propoſitum in mente retentum nihil operatur. l. ſi repetendi. C. de condict. ob cauſam, quanquam ipſi patri nocere poſſit, vt ſcribunt omnes, in l. ſi ego. vbi Decius in 2. notab. ff. ſi cert. pet.

Septimò huc maximè ſpectat, quod renuntiatio illi ſoli prodeſt, cui prodeſſe renuntiantis intereſt. l. & hæredi. §. vlt. ff. de pactis. Atqui non intereſt patruelis prodeſſe patruo: non ergo hæc renuntiatio patruo prodeſt. Hac ratione fortiori in caſu vtitur Calcaneus conſi. 33. num. 23. & verſic. & facit ratio, &c. dum reſpondit, renuntiationẽ hanc à ſorore factam alijs ſororibus nec etiam patruo ſuo prodeſſe: ita etiam viſus eſt ſentire Corn. conſ. 291. 11

num. 8. verſ. pactum enim lib. 4.

Octauò non videtur hæc filia excluſa ob renuntiatio

7 nem illam; ex quo enormiſſimam læſionem † continet. Nam pro dote Coronatorum ſex milium renuntiaſſe dicitur doti maternæ, quæ erat Coronatorum octo milium & ſucceſſioni paternæ quæ erat 30. milium aureorum: nõ ergo renuntiatio hæc eam excludit. ita reſponderunt Calca. conſi. 33. num. 24. Dec. conſi. 180. & conſi. 203. num. 5.

* Curt. Iun. conſi. 53. num. 10. qui hanc * communem eſſe aſſerit. Imò reſpondit Pariſ. conſi. 12. num. 81. lib. 1. idem eſſe, cùm ſola adeſt enormis læſio, Rubeus conſi. 139. & Iaſ. conſi. 133. num. 7. lib. 7. Quod procedere videtur etiamſi iurauerit non contrauenire ratione læſionis enormiſſimæ: ita ſenſit in ſpecie Natta d. c. quamuis num. 21. de pactis in 6. reſponderunt Rui. conſ. 107. num. 20. lib. 1. Alcia. reſp. 97. num. 2. Neuiz. conſ. 22. nu. 18. copioſè diſſerit. idem reſpondit Cra. conſ. 142. num. 23.

Nonò & vltimò, ea ratione quoque hæc renuntiatio nõ

8 videtur poſſe nocere huic filiæ, quod ignorans †atque ita non facta certior iuris ſibi competentis, necnon & legis prohibentis has pactiones & renuntiationes, l. pactum. C. de colla. illis renuntiauerit, vt ſimilib. in caſibus copioſè tradit Cra. conſi. 142. num. 20. conſ. 221. num. 9. & conſ. 282. nu. 7. Quibus accedit quod ſcribũt poſt multos Marſil. ſing. 18. Quotidie, nil operari illam renuntiationem, quam quis facit ſolennibus adhibitis clauſulis; ſi eorum vim ignoret. idem de remedio l. 2. C. de reſcin. ven. cui renuntiare venditor non dicitur, ſi illius diſpoſitionẽ ignorauit. reſpondit Dec. conſi. 180. col. vlt. verſic. 3. non obſtat. His ſimilia ſcribunt Soc. Sen. conſ. 263. in fi. li. 2. Rui. conſi. 189. num. 7. in fi. lib. 1. Signorolus conſi. 216. in fi. Cæteros prætereo. Hæc me ancipitem reddebant, vt pro filia aduerſus patruum ſentirem atque reſponderem.

Re tamen ipſa longè melius atque diligentius perpenſa contrarium verius eſt filiam hanc cenſeri excluſam à ſucceſſione patris ab inteſtato vita defuncti: ídque ad commodum d. patrui. Quod, vt dicam, me mouent multa.

**Primò, argumento ducto à ratione finali huius renun**tiationis. Solent doctores noſtri tres rationes huius renũtiationis. Solent Doctores noſtri tres rationes huius renuntiationis conſiderare. Vna eſt. vt libera ſit patri facultas diſponẽdi de alijs bonis. Quam ſanè rationem conſiderauerunt Zenzelinus in d. c. quamuis. & clarius Cra. conſ. 42. num. 2. At vera non eſt hæc ratio, vt vno verbo ſenſit

9 Corn. conſ. 291. num. 6. li. 4. Nam ſi filia dotata, †etiã nulla renuntiatione facta, patri licet ad libitum de omnibus diſponere; ſufficit enim filiam eſſe conſecutam dotem, quæ loco legitimæ eſt. l. 3. §. ſed vtrum. vbi glo. ff. de mino. Bar in l. Titio centum. §. Titio genero. num. 5. de cõd. & demon. Decius conſi. 546. colu. 1. copioſè Tiraq. in l. ſi vnquam. in verbo ſuſceperit liberos, nu. 112. C. de reuoc. dona. Illis addo Soc. Iun. conſ. 79. num. 45. lib. 3. Et in ſpecie hac verior & receptior eſt illa opinio, filiam ita excluſam, nullam legitimam poſt mortem patris conſequi poſſe: cùm eam iam conſecuta fuerit. ita communem*teſtatur Ripa lib. 1. reſp. c. 6. col. vlt. Tiraq. in l. ſi vnquam; in princ. num. 139. C. de reuod. don. & Didacus in d. cap. quamuis, parte 3. §. 3. num. 3. in fin. de pactis, in 6. Fruſtrà ergo hæc prima ratio à Doctoribus conſideratur. Altera eſt ratio, quod id facere ſoleant patres ſub ſpe ducendi aliam vxorem, & ſuſcipiendi aliam prolem. Quam ſanè rationem viſus eſt Corn. conſ. 191. nu. 7. li. 4. Verùm probabilis non eſt hæc ratio; vt ſenſit Alexan. conſi. 29. num. 8. lib. 3. Non enim eſt præſumendum eſſe factum pp poſt-

10 humos† naſcituros, quos ita non diligere præſumitur, vt filiam iam natam, iuxtà l. qui filiabus. de leg. 1. & quæ ibi ſcribunt Doctores, Confert, (præter Alexandrum) l. 1. §. ſi quis proximior. ff. vnde cogna. vbi gl. & tradit copioſè Craue. conſil. 77. nume. 12. conſil. 173. nume. 12. & alibi.

Tertia ratio à noſtris conſideratur, nempè renuntiationem hanc fieri ad commodum maſculorum, qui familiam & agnationem conſeruare poſſunt, ita rationem hanc veram eſſe & finalem reſponderunt Cor. conſ. 291. li. 4. Bellonus conſil. 15. nu. 12. & Cra. conſil. 42. nu. 2. Eandem probauit Didacus in cap. quamuis. parte 3. §. 3. num. 4. verſic. 5. ſi tempore quo, de pactis in 6. Ita dicimus, ſtatutum,

11 †quo fœminæ per maſculos excluduntur, eſſe editum, vt agnatio, & familia à maſculis conſeruetur, vt tradunt Dec. conſilio 372. col. 2. Curtius Iun. conſ. 150. colu. 1. latiſſimè Soc. Iun. conſ. 1. num. 38. & conſi. 42. num. 13. lib. 1. & Pariſ. conſil. 43. lib. 3. Cæteros prætereo. Atqui hæc ratio locum habet etiam in perſona huius patrui, qui idoneus eſt conſeruare familiam & agnationem. ita in ſpecie ſenſit Cor. d. conſ. 291. num. 6. lib. 4. qui ita de nepote ex fratre reſpondit. Hæc ergo renuntiatio dicitur facta etiã ad commodum & fauorem patrui, vt & de alijs ab inteſtato venientibus ſcribunt Guido Pap. q. 192. Non reperitur. col 2. verſ. ſecutus autem. Pariſ. conſil. 26. num. 37. & conſi. 69. num. 90. lib. 3. Rubeus conſil. 12. num. 13. & clarius Aufrerius in deciſionib. Capellæ Toloſanæ. q. 457. Qui ſcribunt, ſemel excluſam exiſtante eadem ratione excluſionis. quod copioſè etiam ſcribunt Pariſ. conſi. 22. num. 20. conſi. 23. num. 51. lib. 1. & conſi. 72. num 79. lib. 4. Soc. Iun. conſi. 114. num. 5. lib. 2. & Neuiz. conſi. 8. num. 32. qui aſſerunt, excluſam non reintegrari etiam mortuo maſculo.

Secundò, ea ratione ſatis ſolida adducor, quod hæc renuntiatio eſt patri, & ei acquiſitum eſt omne ius. quo fit, vt ab eo ſolo pendeat omnis interpretatio, cuius contemplatione & amore eam renuntiationem receperit; & cui ſe mortuo deferre voluerit, an ſ. ſoli filio, vel etiam & fratri. Et dubium non eſt, quod ſi ipſe viueret, & mentem animúmque ſuum declarare poſſet, quod illi ſtandum eſſet. Hoc vel ex eo patet, quod ſi expreſſè teſtatus eſſet, illi diſpoſitioni neceſſe haberet filia ſtare, vt omnes admittunt in d. l. pactum. C. de colla. vbi Dec. num. 8. Et in his ſolam patris voluntatem ſpectandam eſſe, ſenſerunt Baldus in conſ. 47. Quædam puella, col. 2. verſic. in contrarium. ex l. tale pactum. §. vlt. ff. de pactis. Crau. conſ. 42. col. 2. verſ. in contrarium. & Baldum eſt ſecutus Dec. conq. 370. col. vlt. Si ergo à ſola voluntate patris hoc pendet, ſupereſt ſolùm illius voluntatem, mentem, & animum perſcrutari & cognoſcere. Atqui mens & animus huius patris verè fuit conſeruandi bona in agnatione & familia, non tam inſpecta perſona filij, quam etiam fratris. Quod quidem vel ex eo apertè conijcitur, quod anno 1538. teſtando, diſpoſui, quod ſi eius filius decederet, adhuc ipſa filia eſſet

ſet tacita & contenta de dote ſibi aſſignata;cuius cauſa re-
nuntiationem fecit.Qua quidem ex diſpoſitio ne conijci
tur,patrum hunc noſt conſideraſſe qualitatem filij, ſed cõ
ſeruationem familiæ.Accedit ſecunda coniectura, quod
is pater,dum in extremis ageret,interrogatus, an teſtari
vellet,reſpondit,ſe nil aliud velle diſponere, quàm olim
diſpoſuit,nempe eo anno 1538. Qua ratione fit,vt cum ea
voluntate mortuus cenſeatur.ex quo eam non modò nõ
mutauit,cùm mutare potuerit;ſed & expreſſim eam com
probauerit; iuxtà l.3.C.de in off.teſtamen.& egregiè tra
dunt omnes in auth.ex cauſa,ibi Iaſ.num.25.C. de liberis.
præter.Decius conſi.490nu.8. Curtius Iu. conſi. 150.nu.
num.12.Soc.Iun.conſ.153.in fi.lib.2.Crauet.conſ.67. nu.
2.& copioſè Tiraq.in l. ſi xnquam,iu verbo,ſuſceperit li-
beros.num.224. 220.C.de reuoc.donat. Tertia adeſt cõ
iectura,quia pater iſte æquè fratrem ac filium,ſaltem ipſo
12 filio mortuo,dilexit. Quæ ſanè dilectio † plurimum ope-
ratur ad interpretandum hominis voluntatem : vt egre-
giè & copioſè reſpondit Craue.conſ.85.col.2.&in ſpecie
Cor.d.conſ.291.num.7.lib.4.Et affectionem atque dile-
ctionem multum operari ad interpretationem mentis te
ſtatoris,ſcribunt Bart.in l.Lucius;in fi.ff. de vulga. Alex.
conſ.30.num.4.lib.2.vbi recentiores apoſtillantes.&Ri-
pa in l.ex facto.in prin.num.7.ad Treb. Dilectionis affe-
ctioniſque coniecturæ cùm multæ extent,tum illa præci-
pua,quod vna ſimul ſemper communem vitam duxerũt;
bona communia(quod ſingularis amoris eſt ſignum) ha-
buerunt.ita hanc coniecturam perpendit Corneus.d.cõſ.
291.num.6.lib.4.His itaque demonſtratur, hunc patrem
voluiſſe proprium fratrem ſuccedere debere, ipſa filia
excluſa.

Tertiò,alia ſatis vrgenti ratione iam relatum fundamẽ
tum confirmatur;quod ſ. hic pater voluerit omninò filiã
eſſe excluſam ad commodum fratris. Nam comparatiuè
ad fratrem eam non diligebat.quod vel ex eo conijci fa-
cile poteſt:quia ex ſerie facti conſtat, patrem hunc vene-
no necaſſe huius filiæ matrem,vtpotè quod adulterio tho
rum commaculauerit. Quocircà præſumendnm non eſt,
quod deinde illius filiam, quam fortè ab adulterio pro-
creatam dubitabat,æquè ac frrtrem proprium diligeret.
Nam ſunt filij adulterini Deo & hominibus odio.cap.di-
cet aliquis.32.q.4.immò timet pater,ne filia matris ſimi-
13 lis efficiatur:quandoquidem mater †ſibi ſimilem parere
ſolet. lege quod ſi nolit.§. qui mancipia. ff. de ædil. edi-
cto.& ſcribunt Gomeſ.Inſtit. de actio. in princip. num.
38.Neuiz.lib.2.ſyluæ nupt.num.115.Gramma deciſ.18.nu.
tertio,& omnium melius & copioſus Tiroq.in trac.de le-
gibus connubial.lege 7.num.7.qui multorum auctorita-
tibus tam ſacris ex literis,quàm bonorum linguæ Latinę
auctorem ſcribit,filiam matri ſimilem eſſe conſueuiſſe: vt
ſi illa impudica extitlt,ſic futura ſit filia.Et quanquam æ-
quum non videatur,filiam odio matris prægrauari debe-
re.l.ſi quis in ſuo §.legis.C. de inoff. teſtamen.& ibi Do-
cto.attamen dicendum hîc eſt,filiam non prægrauari, ſed
minus diligi.Non enim ab ea pater legitimam ratione na
turali debitam ſuſtulit; Sed reſiduum patrimonij pro-
prio fratri potius,tùm ob maiorem dilectionem,tum quia
familiam & agnationem eſſet conſeruaturus, quàm filiæ,
quam non diligebat, & quæ iam ſecuta mariti conditio-
nem, facta erat alterius familiæ, atque ita pater aufert ꝙ
ſuum eſt: & ob id filiam non dicitur prægrauare. ita ſi
milem conſiderationem facit Alphonſus de Caſtro lib.2.
de iuſta hæret.punit.cap.dum ſcribit, iuſtè hæreticorum
filios dignitatibus à lege priuari; cùm lex quod ſuum eſt,
non tribuat; nihílque quod filiorum dici poteſt auferat.
14 Præterea,mirum etiam non eſt, quod filia†odio & cauſa
matris prægrauetur.Nam,& hoc ſæpe vſuuenire ſolet,ꝙ
multis exemplis oſtendunt Tiraquellus in tract.de legib.
connubial.lege 7.num.2.1.&Palæotus de nothis ſpuriiſq;
filijs.cap.87.num.3.4 .Qua ex re ceſſat eorum conſidera-
tiõ,qui dixerunt filiam cenſeri vocatam à patre, mortuis
maſculis,cùm à patre dilecta credatur. Quod & infrà ſuo
loco fuſius explanabo. nec enim hanc ob cauſam dilecta
præſumitur.Et cauſam non dilectionis in ſpecie bac conſi
derat Corn.conſilio.291.num.4.lib.4.

Quartò,filiam hanc excluſam omninò eſſe illud oſten-
15 dit, quòd ampliſſimis†verbis renuntiauit ſucceſſioni pa-
ternæ,ac omnibus iuribus ſibi competẽtibus, & in futu-
rum competituris.Quæ ſanè renuntiatio operatur,vt ex-
cluſa ſit filia ab omni iure fauore patrui ſuccedentis ab
inteſtato.ita reſponderunt in ſpecie Rom.conſ.22. colu.
2.verſ.Non obſtat ſupradictis,Soc.Sen.conſilio 34.num.
5.6.lib.4.Dec.conſilio 506.num.3.Pariſ.conſil.26. num.
26.&conſil.69.num.65.lib.3.Alciatus reſpon.97.Gram.
deciſ.57.num.42.& deciſ.101.num.72.& Ripa in l.qui Ro
mæ.§.duo fratres.num.11.de verb.oblig.Nec dicatur hãc
renuntiationem intelligi ſubſiſtente eadem cauſa,qua fa-
cta eſt; ſecutus ea ceſſante,vt hîc, iuxtà l.quæro.§. inter
locatorem.ff.locati. Quia ex Romano & cæteris iam re-
latis intelligitur,non procedere in renuntiatione tam am
plis verbis facta. Et alia infra in reſponſione ad primum
fundamentum contrarium pro diſſolutione huius dubita
tionis adferam.

Quintò accedit,quòd pater iſte dicitur hanc renuntia-
tionem à filia factam recepiſſe atque approbaſſe pro ſe &
hæredibus ſuis.quo fit,vt hæc filia cenſeatur omninò ex-
cluſa,etiamſi maſculus patri prædeceſſerit, cùm omninò
excluſa ſit, etiam ab inteſtato ad commodum hæredum,
hoc eſt,patrui.ita reſponderunt Alex.conſil.29.nu.5.li.3.
Soc.Sen.conſ.34.nu.5.verſi.2.reſponderur,l.4.Pariſ.cõſ.
n6.nu.27.lib.3.Capicius deciſ.190. & Didacus in d.cap.
quamuis,parte 3.§.3.num.4.verſ.7.ſi pater.de pactis,in 6.
16 Qui quidem ſcribunt,†hanc renuntiationem factam eſſe
ad augendam hæreditatem patris, beneficio quorumcun
que ſuccedentium ipſi patri etiam ab inteſtato.Immò re-
ſponderunt Angelus conſil.25.in fi & Aret.conſil.17.nu.
10.verſi.item nec prohiberetur. &c. filiam renuntiantem
hæreditati paternæ nunquam fore admittendam ad hæ-
reditatem patris,quando aliquis ex deſcendentib. ipſius
patris extat:intelligentes deſcendentes etiam pro fœmĩ-
nis.Quod apertius ſcripſit Didacus præcitato loco.Si er-
go filia à cæteris filiabus & fœminis deſcendentib.hoc in
caſu excluditur,à fortiori dicendum eſt à patruo excludi,
cum poſſit patruus agnationem conſeruare; quam filiæ
non poſſunt.Quæ quidem ratio agnationis conſeruãdæ,
maximè cõſiderationis hoc in caſu eſt; vt iam ſuprà di-
ximus.

Sextò & vltimò,vt huius opinionis ſim,mouet me illa
17 ſententia,quòd,quando filia†renuntiat ſimpliciter hære-
ditati paternæ,dote recepta,& expreſſim tamen, eam ob
cauſam dotis renuntiauerit paternæ hæreditati, excludi-
tur omninò etiam mortuis,viuo patre,filijs,qui eo renun
tiationis tempore ſuperſtites erãt.Ea eſt rõ,ꝙ cã.hoc eſt,
dos ſalua adhuc manet ipſis maſculis vita defunctis.Hanc
ſententiã probarunt Roma.conſ.22.col.2. Corneus conſ.
291,num.8.lib.4.Soc.Sen.conſ.34.num.5.lib.4.clarius Pa
riſ.conſil.26.num.44.lib.3.&Didacus in c.quamuis,par-
te 3.§.3.nu.4.verſ.decimò eſt omninò,de pactis in 6. At-
qui in caſu noſtro conſtat,filiam hanc renuntiaſſe bonis
his paternis ob cauſam dotis.Nam præter id quod inſtru
mento renuntiationis eſt ſcriptum, ſed ob id renuntiare,
quòd dotem acceperit; demonſtratur etiam, quia pater,
dũ eo anno 1515. diſpoſuit,hoc declarauit,dum dixit,ꝙ
ſi filiæ conquererentur de dote ſibi conſtituta, quod ad-
huc haberent coronatos duo milia pro omni & toto eo,
quod conſequi poſſent.Et quando filiam hanc pater nu-
pſit,eam ſuam voluntatem ſecutus eſt,vt ea dote contẽta
foret:quia in eadẽ opinione ſemp ſtetit pater, vt ſ̃. dictũ
fuit.Patris voluntatẽ & filia,illius diſpõnis nõ ignara,ap-
probauit,dum dotem recepit, & hęreditati paternæ re-
nuntiauit.

Non obſtant nunc adducta in contrarium. Ad primũ
reſpondeo,filiam hoc in caſu non eſſe in primogradu ſuc
ceſſionis,cùm iam per ſuam renuntiationem excluſa fue-
rit:& ob id excluſa perpetuò manet,vt iam diximus,& co
pioſè reſpondit Dec.conſi.309.&conſi.306.num. 4. Nõ
ergo filia hæc cenſetur à patre tacitè vocata ab inteſtato.
18 ex d.l.conficiuntur,quæ ſolum†locum habet in his, qui
primum ſucceſſionis gradum obtinet : quemadmodum
declarat glo.l.non iuſtam.C.ad Trebell.& Soc.Sen.con-
ſil.152.num.7.lib.1,ſed primum ſucceſſionis locum obti-
net frater,illa filia iam excluſa.Præterea,non eſt vera ra-
tio illa,quòd renuntiatio fuerit facta,vt libera eſſet patris
facultas de cæteris diſponendi,vt ſuo loco diximus. Rur-
ſus illa opinio Zenzelini *communi calculo reijcitur, vt
ſcribunt Alexan.conſilio.29.num.2.lib.3.Natta in d.cap.
quamuis.num.25.& ibi Didacus.§.3.partis tertiæ.num.5.
de pactis,in 6.Nec vera eſt illa confirmatio, quod hic pa
ter plus filiam quàm fratrem dilexerit:nam multis oſten-
dimus ſuprà contrarium eſſe verius.

Nou



Non obſtat ſecundum, quia reſpondeo primò,falſam
eſſe minorem illam propoſitionem, quòd ob eam ſolam
cauſam,quòd extaret maſculus,curauerit pater filiam re-
nuntiare.quia verius eſt,factam eſſe renuntiationem, ne
aliquando bona in aliena familia,hoc eſt,in eum, cui nu-
pſit filia tranſiret : quemadmodum ſuo loco ſuprà dixi-
mus.Prætereà & ſecundo reſpondetur, ex vltimo funda-
mento ſuprà relato ad patrui fauorem,filiam hanc renun
tiaſſe ob cauſam dotis datæ; quæ ſanè cauſa, cum adhuc
mortuo filio maſculo duret,durare etiam dicitur renun-
tiatio.

Non obſtat tertium, qui reſpondeo, hîc vnam ſolam
fuiſſe cauſam,nempe conſeruationis agnationis quæ ſa-
nè conſeruatio à duobus tunc temporis fieri poterat, à
fratre,ſcilicet,& à patruo.Etſi ergo vita defunctus ſit fra-
ter:attamen cauſa illa non eſt extincta;cùm ex perſona pa
trui adhuc vigeat atque ſubſiſtat; qui quidem patruus fa-
miliam conſeruare poteſt quocirca, cùm ſolus ipſe
patruus huic conditione tacitæ, de conſeruanda ag-
natione,ſatisfacere poſſit; ſolus etiam totam hæredita-
tem conſequi debet,iuxtà lege penult.C.de cond. inſer.
& ibidem Baldus & Salicetus.colona ſecunda verſic. ſed
iuxtà hoc quæro.

Non obſtat quartum,quia reſpondeo primò, hoc fun
damentum non multum differre ab illo primo pro ea-
dem filia conſiderato, cui quidem ſuo loco ſatisfeci. Præ
terà & ſecundò conſtat,immò teſtatorem in eadem vo-
luntate, quam tempore renuntiationis à filia factę ha-
buit,perſeueraſſe,quemadmodum ſuo loco ſuprà oſten-
dimus.Ruſus & tertiò reſpondeo, illud, quod ſcribunt
19 doctores,†pactum renuntiationis tenere,ſi pater perſeue
ret in eadem voluntate vſque ad mortem, ſecus ſi eam
reuocet,procedit,cùm reuocatio expreſſim ſit,diſponen-
do ad commodum filię, quę renuntiauit,ita huius ſenten
tię auctor Bal. declarauit in d. cap. ad noſtram, il. 2.
nume.7.verſic.pone filia,de iureiurando. Nec repugnat
quod ſcribit Cagnolus in lege vlt.nume.88.C.de pactis,
dum ait, ſufficere tacitam reuocationem: quia concedo
quò ad verba dici tacitam, non autem quò ad effectum,
cùm facto contraria voluntas expreſſim detegatur, ob id
expreſſa dicitur l.Paulus.ff rem ratam haberi. Non enim
ſufficit patrem deceſſiſſe ab inteſtato,vt filia vocata cen-
ſeatur,ſed expreſſum teſtamentum pro filia requirebatur
vt attigimus ſuprà.

Non obſtat quintum,quia reſpondeo primò ex decla-
ratione Didaci in d.cap.quamuis,parte 3. in initio. num.
6.de pactis,in 6.poſt Purpur. in l. vlt. num. 41. C. de pa-
20 ctis.procedere † cùm pactum renuntiationis celebratur
inter ſororem renuntiantem & fratres ad eorum com-
modum,patre conſentiente;nam tunc pręſentia ipſorum
fratrum requiritur,at ſecus cùm renuntiatio abſolutè fa-
cta eſt à filia in manibus patris(vt hoc noſtro in caſu)tũc
alterius cui pater deinde reliquit,neceſſaria non eſt.Quod
verum opinor,ſi quidem patri ſit renuntiatio & liberè di
ſponere is poteſt.Et quanquam eam renuntiationem reci
pere dicatur pater fauore maſculorum, qui agnationem
& familiam conſeruare poſſunt; attamen negare poteſt
nemo,quin pater poſſit ad libitum diſponere, alium inſti
tuendo.Prætereà Cra.d.conſi.1.num. 2.3. & alij relati à
Didaco ſolùm ſcribunt, eum, decius hæreditate ſit pa-
ctum,adeſſe debere & conſenſum præſtare oportere, vt
pactum ſubſiſtat.Nec quiſquam eorum,qui à Didaco ci-
tantur,ſcribit,præſentiam eorum,quorum commodo il-
la renuntiatio cedere poteſt, requiri. Nec obſtat illud
quòd renuntiatio eſt donatio, & quòd donatio requirit
præſentiam donatarij.d.lege abſenti.ff. de dona.quia re-
ſpondeo,illam ſententiam procedere cùm immediatè do
natario fit donatio; quod hic non contingit, vbi renun-
tiatio facta fuit immediatè patri,& ex patre deinde deſcẽ
dit in patruum.Rurſus, admiſſo, neceſſarium fuiſſe con-
ſenſum & ratihabitionem ipſius patrui: verè dicendũ eſt,
interceſſiſſe; cùm ex facti ſerie conſtat hunc patruum,il-
lo filio mortuo ſæpius confirmaſſe & approbaſſe eam re
nuntiationem,dum ſuadebat fratri,ne quid plus filiæ re-
linqueret; & quod memor eſſet dignitatis familiæ; quæ fa
cilè poſſet ſordeſcere,ſi opus& bona diſtraherentur.Hic
itaque conſenſus ſufficiens fuit,etſi ex poſt ſuperuenerit:
ita multis probat Craue.conſi.11. num. 4. & præter eum
idem poſt cæteros ſcripſit Cagnolus in l.vlt.num. 66.C.
de pactis.Prætereà,ex quo conſtat,patruum hunc ſciuiſſe
hanc renuntiationem factam fuiſſe; dicendum eſt, eam
ratam habuiſſe ad ſui commodum, vt de donatione tra-
dunt copioſè Rolan.conſi.19.num 34. lib. 1. & Soc. Iun.
conſi.67.num.11.12.lib. 3. Quod fortius procedit hîc vbi
patruus iſte poſſeſſionem ipſorum bonotum mortuo fra
tre ſuo apprehendit,iuxtà tradita ab Afflicto deciſ. 275.
in fine,& à Pariſ.conſi. 25.num.52.lib.3..

Non obſtat ſextum : quia reſpondeo, & illud retor-
queo,quòd ſcilicèt hîc vna ſola cauſa conſiderari potuit,
(aliæ enim falſæ ſunt)conſeruandæ agnationis,& hęc pro
expreſſa habetur.ita Tiraq.in tract. Quòd ceſſante cauſa,
&c.limit,21.num.7.Et licet aliam cogitare potuetit filia,
attamen quia non expreſſit, ſibi nocet. nam propoſitum
in mente retentum nihil operatur. l. ſi repetendi. C. de
cond.ob cauſam;Accedit,quod hoc in caſu,non rõ & cau
ſa à filia conſiderata,ſed illa perpenſa à patre (vt iam dixi-
mus)conſiderari debet.

Non obſtat ſeptimum,quia reſpondeo primò, renun-
tiationem factam eſſe à filia principaliter,vt patri prodeſ
ſet: & ex patre deinde tranſit in ipſum patruum, quia à
fratre,non autem ab ipſius filia,& ſic nepte, habet ſucceſ
ſionis commodum. Et in caſu Calcanei renuntiatio facta
fuit à filia patre mortuo,& ſuperſtite fratre. Voluerit er-
go ibi filia renuntiare ſolùm ad commodum fratris; quẽ-
admodum & alijs coniecturis conſtabat:ſecus hic, & de-
clarat Corneus conſi.291.num.8.lib.4.

Non obſtat octauum,quia reſpondetur primò,verum
non eſſe,quòd hæc filia fuerit enormiſſimè lęſa;ſiquidem
dos competens pro quantitate tunc patrimonij exiſten-
21 tis conſtituta fuit.Et licèt exinde bona†aucta fuerint, nõ
tamen conſideratur augmentum hoc. ita reſponderunt
Alex.conſi.29.num.6.lib.3.Bellonus,conſilio 15.numero
8.verſic.facit.dum inquit Bellonus,hoc tempus renun-
tiationis & acceptationis dotis ſubrogari loco temporis
mortis paternæ.Quod & ante Alexandrum & Bellonum
ſenſit Signo.conſil.29.col.20.verſic.prætereà, hoc enim.
Nec diſſentit Pariſ.conſi.69.num.63.lib 3.Reſpondeo &
ſecundo,nullo modo dotem hanc cenſeri tenuiſſimam,
vt dici mereatur filia enormiſſimè læſa: ſed ſi dici poteſt,
tenuis potius eſt.Quo fit,vt habenda illius ratio non ſit:
22 quandoquidem ſatis†congrua dicitur dos,quam pater fi-
liæ conſtituit.ita in ſpecie hac cenſuit Dec. in l. pactum
quod dotali,col.vlt.verſi.vltimò bene facit.C. de collat.
poſt.Caſtr.in conſi.108.Super primo quæſito,in 7.dubio.
lib.1.Et in curia Pariſienſi obſeruari atteſtantur recentio
res apoſtilantes ad Alexan.conſi.20. num.6.lib.3. Quam
ſanè ſententiam probarunt & Curt.Iun.in auth. res quæ.
num.10.C.commu.de lèga.Rubeus conſi.163.num.2.Rui
nus conſi.27.num.13.& conſi.56.num.10.li.3. Soc. Iun.in
conſi.72.num.2.lib.3.Tiraq.in l.ſi vnquam, in præfatio-
ne.num.36.C.de reuoc.dona.Alciatus.reſp.61.num.1. &
reſp.97.nu.8.& craue Conſi.236.nu.4.

Non obſtat vltimum,quia reſpondeo,& aduertendum
cenſeo duo hîc conſiderari. Vnum,quod reſpicit legis di
23 ſpoſitionem,†atque ita prohibitionem pacti.d. l. pactũ.
C.de collat.Alterum,quod verſatur circa materiam iu-
ris patrimonialis,cui renuntiatur,hoc eſt, cùm quis remit
tit reſiduum patrimonij parte aliqua accepta. quò ad pri-
mum vera eſt illa recentiorum ſententia,non fore neceſ-
ſariam aliquam certiorationem,ita Didacus in d.ca.quã-
uis,parte 3.§.1.num.4.verſi. 8. de pact.in 6. poſt Guido.
Pap.q.227.& Gulielmum Bene.in c.Raynutius,in verbo,
duas habens filias.nu.294.de teſta. Quod confirmatur qa
additũ eſt hic iuramentũ,quo ſaltem in genere cogitaſſe
dicitur filia de omni remedio & iure ſibi cõpetenti: quẽ-
admodum poſt omnes in auth. ſacramenta puberum.C.
ſi aduerſus vend.ſcribunt.Barba.conſi vlt.ad finem.lib.3.
&Curt.Iun in conſi.47.in fi.&conſi.49.ad finem.ſcio ta
men alios diſſentire.vt apud Cra.conſi.257.nu.2.Cõcludo
itaque filiam hãc excluſam eſſe à patruo in bonis patris.

Iacobus Menochius. I. C.

*SVMMARIVM.*

1 *Exemplum ſi ſumatur ex protocollo requiritur iudicis auctoritas & partis citatio, & ſi pars eſt incerta,citatio generalis ſufficit, & octo requiſita requiruntur & nu.6.*

2 *Dos confeſſata an propriè ſit dos.*

3 Dos

3 *Dos materna filijs debetur, & pater qui dum viuit fructuarius eſt; illam detrahere non poſſit.*
4 *Inſtrumentum facit rem eſſe clariſſimam & apertam.*
5 *Fideicommiſſum an alienari poſſit pro reſtitutione dotis maternæ, & quid de feudo.*
7 *Solennitates poſſunt remitti ad faciendum actum, ſi periculum eſt in mora: vel quando conſuetudo aliud dictat.*
8 *Clauſula renuntiationis dotis non numeratæ quid operetur.*
9 *Exceptio dotis non numeratæ vſque ad quod tempus poſſit opponi, & an habeat effectum dos confeſſata, vt propriè dicatur dos.*
10 *Dos ſi inſtrumentò ſit confeſſata, ſi tamen ex indicijs appareat numerata, verè & propriè dicitur dos.*
11 *Vt etiam quando adeſt iuramentum quòd dos eſt tradita.*
12 *Dos quæ adhuc marito ſoluta non eſt, cur interim ſolui debet à ſocero intereſſe.*
13 *Intereſſe dotis non reſtitutæ ſoluto matrimonio an debeatur mulieri, ſi aliunde habet alimenta, 17. & 18.*
14 *Interpellatio omnino requiritur ad conſtituendum quem in mora non ſolutæ dotis, & quæ interpellatio requiratur nu. 19.*
15 *Sentiens damnum ex non ſibi ſoluta pecunia debet habere intereſſe.*
16 *Et debetur etiam ratione lucri ceſſantis.*
20 *Aetas interpellat pro pupillo.*

## CONSILIVM VII.

# Initium à Domino.

CONSVLTATIONEM hanc non leuis ponderis, paucis, quantum res iſta poſtulat, abſoluam. Duæ enim tantùm iuris dubitationes proponi videntur. Prima eſt, illuſtriſſ. D. Beatrix vxor illuſtris D. Caroli Lucernæ, comitis & à ſecretis ſereniſſimi Ducis Sabaudiæ Conſiliarij, & huius Magnificæ Ciuitatis Montis regalis Præfecti vigilantiſſimi, iure contendat dotem maternam olim confeſſatam ab Illuſtri D. Caburri patris ſibi ſolui debere Secunda eſt iuris dubitatio, an poſſeſſores bonorum dotis maternæ teneantur ad fructus & intereſſe, à die mortis dicti Domino Caburri hucuſque.

Illi primæ dubitationi reſpondendum videbatur: & prima (vt aiunt) fronte, dicendum videbatur, D. Beatricem iure non agere ad dotem maternam, idque multis rationibus.

Primò, quia non videtur D. Beatrix legitimè probaſſe, quænam fuerit ac ſit dos hæc materna. Nam ſolùm inſtru
menti exemplum dictæ dotis exhibitum fuit: quod qui-
dem ex mmultis fidem non videtur mereri. Primò, quia
1 †ex protocollo fuit ſumptum ſine iudicis auctoritate, &
partis citatione; quorum vtrumque requiritur, quemad-
modum ſcribunt omnes in Auth. ſi quis in aliquo. C. de
eden. ibi Iaſ. num. 5. verſic. tertiò principaliter. & Dec. nu.
* 9. communem* teſtatur ibidem Curt. Iun. 17. verſic. circa iſtam. Immò, cum incerta eſt aduerſarij perſona, generalis citatio requiritur: ita in ſpecie Alexan. conſi. 112. num. 1. lib. 4. & conſi. 150. num. 4. lib. 6. Decius. d. auth. ſi quis in aliquo num. 9. Boe. q. 37. in fi. Didacus lib. Practica. q. c. 21. num. 4. in. fin. Quinimò præter duo relata requiſita, nempè, auctoritatis iudicis, & citationis aduerſarij, tertium requiſitum addi text. cap. cùm P. tabellio, de fide, inſt. nempè, quod conſtet notarium, qui inſtrumentum recepit, eſſe vita functum, id quod latè probauit Boer. q. 36. & q. 37. num. 6. 7. Quartũ requiſitum alij addunt, quod exemplario ſit facta ad inſtantiam illius, de cuius intereſſe agitur, iuxta l. ſi quis ex argentarijs. §. pertinere. ff. de eden. Quintò requiritur, quod exemplatio fiat à publico notatio. d. ca. cùm. P. tabellio. 6. requiritur, quod nihil ſit additum, vel diminutum in exemplatione. d. c. cùm P. Septimò requiritur, quod in publicam formam fiat exemplatio. d. c. cùm P. Octauò ac vltimò requiritur, quod de relatis omnibus conſtet per ſummariam cognitionem. d. c. cùm. P. Et hæc requiſita ex ordine ac omnium melius recenſet Dida. d. lib. Pract. q. c. 21. num. 3. Atqui in hoc inſtrumento ita exemplato plura ex relatis requiſitis deſiderari oſtendere conatur in proceſſu Illuſtris D. Raconiſij reus conuentus: non erg illi fides adhibenda videtur.

Secundò, quia dato quòd inſtrumentum ſit legitimè
ſumptum atque exemplatum, adhuc tamen nullam execu
tionem mereri videtur; quandoquidem de dote confeſſa-
ta ſolùm in eo apparet, non autem de verè & realiter nu-
2 merata. Dos† autem non confeſſata dicitur vera & pro-
pria dos, ſed impropria ac ſecundum quid. ita gloſſ. l. aſſiduis, in uerbo datæ. C. qui potio. in ping. habe. dum inquit dotis priuilegia non concedi doti confeſſatæ. Hanc gloſſæ opinionem ſecuti ſunt ibi Cynus & Bal. & alij plures, quos retulit Tiraq. in Tract. de retractu conuentio. §. 4. gl. 6. nu. 14. & in ſpecie noſtra videtur deciſio Angeli, quam probauit Iaſ. in auth. res quæ col. pen. verſi. 9. limita. C. commu. de legatis. ſcribit Iaſ. poſt Angelum, pro ſola dote confeſſata non poſſe alienari bona ſubiecta fideicommiſſo, cum tamen pro dote vera ex ea authentica concedatnr. Idem affirmarunt Soc. Sen. in l. 1. num. 87. in fine. ff. ſolu. matr. Ruinus con. 132. col. vlt. li. 4. conſi. 199. nu. 5. lib. 2. Marſil. ſing. 324. Pariſ. conſi. 52. nu. 40. & conſil. 63. in fi. lib. 2. & Gozad. conſ. 28. num. 28. Quibus infertur declaratio ad decretum Ducale; quo conſtitutum eſt, bona feudalia diſtrahi poſſe pro dotis reſtitutione intelligẽdũ vr̃ hoc decretum ꝓcedere cũ agitur de reſtiutione, veræ dotis iam numeratæ; quod ſenſit decretum editum à ſereniſs. Duce Blanca. Ex quo enim dos cõfeſſata eſt impropria, non continetur ſub diſpoſitione, quæ ſtrictam tantùm interpretationem recipit, vt hîc, vbi ius commune illi decreto refragatur. Eſt enim iure communi cautũ, bona feudalia alienari non poſſe, etiam pro dote conſtituenda. ca. 1. §. donare, ibi omnes, qualiter olim feud. alien. poter. Qua de re infrà ſuo loco.

Tertiò, non videtur dicta dos materna reſtituenda, ſaltem ratione illius portionis, quæ propriè dicitur donatio propter nuptias. Nam eodem decreto Ducali ſancitum eſt, portionem illam deqrre reueati ad hæredes mariti: non ergo portio hæc videtur reſtituenda dictæ D. Beatrici, ſed propria eſſe debet D. Raconiſij hæredis dicti D. Caburri.

Re tamen diligentius perpenſa, coutraria ſententia viſa eſt verior; nempè illuſtrem D. Beatricem rectè agere ad dotia maternæ reſtitutionem: quæ quidem ex bonis feudalibus, vbi alia non ſuperſunt, fieri debet. eſt. n. intentio D. Beatricis iure fundata.

3 Primò, quia iure communi cautum eſt bona† materna
ita filijs deberi, vt nec pater, qui dum viuit fructuarius eſt, diſtrahere illa poſſit. l. 1. C. de bonis mater. & latè explicant Afflictus deciſ. 393. Pariſ. conſi. 157. num. 15. lib. 4. Bellonus conſil. 24. num. 5. & Didacus Couarr. lib. 1. varia. reſol. cap. 8. nvm. 6. 11. & illud affirmant, filios patre mortuo poſſe dotem & bona hæc materna à patre alienata reuocare.

Secundò fundata eſt intentio D. Beatricis illo inſtru-
mento dotali, quo eius pater promiſit ſolenniter eam do
4 tem reſtituere. & inſtrumentum† facit rem eſſe clariſſi-
mam & apertiſſimam; ita copioſè Iaſon in l. 1. in princip. numero 10. de oper. noui nuntia. Tiraq. tracta. de retractu conſanguineorum. §. 2. gl. 1. num. 20. Craue. conſi. 10. nu. 7. & conſ. 56. nu. 7. cæteros prætereo. iure ergo communi & pacto fulcitur D. Beatricis æqua petito.

Tertiò, eſt etiam fundata intentio D. Beatricis quò ad
bona feudalia, vt ſ. ex illis dos mrternaſit ſibi reſtituenda, ſi alia bona allodialia non extant. Nam antiquum decretum Illuſtriſſimæ Ducis Blancæ editum anno 1484 ad declarationem antiquioris decreti Ducis Philiberti, concedit alienationem bonorum feudalium pro reſtitutione dotis. Quod ſanè decretum & iure communi cõfirmatur. Ius enim commune ſtatuit, bona ſubiecta fideicommiſſo poſſe pro dotis conſtitutione alienari, & habet locũ hæc diſpoſitio etiam cùm agitur de reſtitutione ipſius dotis: ita ſcribunt Iaſ. in authen. res qnæ nu. 29. C. cõmu. de le-
* ga. qui hanc eſſe communem * teſtatur. & ibidem Cur.
Iun. nu. 11. Dec. conſi. 376. & conq. 519. nu. 2. Gozad. conſi. 97. nu. 10. Rolandus conſi. 85. nu. 33. lib. 1. & Didacus lib. 3. varia reſolut. capitu. 6. nu. 10. uerſ. quartò non tantum. & optimè probat. text. §. audierunt. & §. quamobrem. in auth. reſtitu. & ea quæ parit in vndecimo menſe. Scio quidem aliquos ab hac opinione diſſentire. ſed ab hac verio-

ri &



ri & receptiori non eſt recedendum.

Non obſtant nunc in contrarium adducta, in quorum
diſſolutione omnis verſatur labor. Ad primùm reſpon-
6 do, no fuiſſe neceſſe† hoc in caſu adhibere tot & tantas ſo
lennitates exẽplatione huius inſtrumenti: nam hic notarius, qui originale receperat, vita functus eſt: & illius protocolla fuerunt ſolenniter commiſſa huic notario: quiquidem abſque alia iudicis auctoritate; & partis citatione exemplari illa potuit, ac poteſt, ita Iaſ. in auth. ſi quis in aliquo, col. 4. verſi. 10. fallit. C. de eden. & ibidem Dec. num. 26. qui huius doctrinæ rationem adfert, quod ſ. tunc poteſt ex quo ex commiſſione auctoritatis à iudice tributa eſt: quæ ſanè auctoritas ceſſat viuo adhuc notario rogato. idem ſenſit Boe. q. 36. nu. 9. Præterea, ex quo hic notarius, qui exemplauit. fuit filius, hæres & ſucceſſor illius rogati, iure potuit abſque alia ſolennitate hoc inſtrumentum ſumere: ita Barto. in l. 1. §. cogentur. ff. de eden. & Abbas in ca. cùm. P. tabellio, de fide inſtr. Idem ſenſit Guido Pap. q. 2. etſi idem Guido. q. 118. neget hoc ſeruari in curia Gratianopolitana, non negat tamen Guido quin iure cõmuni inſpecto vera ſit Bart. & Abbatis ſententia. Præterea & tertiò, neceſſe non fuit obſeruare hæc ſolennia hoc in caſu, inquo ob bellicos tumultus periculum erat in mora: quin, niſi citò D. Beatrix ſumi feciſſet hoc inſtrumentum, futurum erat, ne amplius conſequi illud potuiſſet: quandoquidem euocata fuit D. Beatrix à Sereniſſima Regina Heleonora, vt quàm primùm apud eam eſſet. Hæc
7 efficiunt† vt harum ſolennitatum obſeruatio in exempla-
tione huius inſtrumenti neceſſaria minimè fuerit. ita omnes in d. auth. ſi quis in aliquo, ibi Iaſ. col. 3. ver. immò fortius. C. de eden. & ibidem Dec. nu. 11. & Feli. id d. c. cùm. P. tabellio. num. 10. de fide inſtr. & Soc. in Tract. fallen. reg. 185. fallen. 3. Præterea & quartò, in facto præſupponitur fuiſſe in actis probatum ex huius regionis conſuetudine has ſolennitates non obſeruari. Quæ ſanè conſuetudo probabilis eſt: ita Iaſon. in d. auth, ſi quis in aliquo. col. 3. verſic. item limita illud. Soc. d. tract. fallen. regu. 185. fall. 5. Guido Pap. q. 2. Feli. in d. c. cum P. num. 4. in fi. & non diſſentit Cra. tracta. de antiq. temp. 3. par. prin. particula prima. nu. 19.

Non obſtat ſecundum, quia reſpondetur multipliciter.
Primò in eo inſtrumento dotis confeſſatæ fuiſſe adhibitã
ſolennem clauſulam renuntiationis dotis non numeratæ.
8 Quæ ſanè renuntiatio† operatur effectum, vt is qui confeſ
ſus eſt, vel illius hæres nullo modo poſſint opponere exceptionem dotis non numeratæ. ita Soc. Sen. in l. 1. nu. 76. ff. ſol. mat. quem ſecuti ſunt Gozad. conſi. 42. num. 13. & Natta conſi. 438. num. 8. lib. 2. Quæ ſanè renuntiatio quẽadmodum D. Caburri renuntiantem excluſiſſet ab opponendo eam non numeratæ dotis exceptionem, ita pariter nunc excludit D. Raconiſij illius hæredem: cùm hæres nõ poſſit impugnare factum defuncti. l. cùm à matre. C. de rei vend. & de renuntiatione ita clarè reſpondit Bellonus conſi. 15. num. 10. Quemadmodum hæres etiam tenetur probare confeſſionem à defuncto factam: ita Crauet. conſil. 125. num. 2. Cætera his ſimilia prætereo. Reſpondeo ſe
9 cundò, iapſa eſſe tempora † opponenti exceptionem do-
tis non numeratæ, iuxta l. vlt. & auth. ibi poſitam. C. de dote cau. non uumer. Quò fit, vt dos vera, non autem confeſſata dicatur: ita Soc. Sen. in l. 1. num. 77. ff. ſol. matr. & conſil. 82. col. 1. lib. 3. Gozad. conſi. 42. num. 13. verſi. item & 2. Affl. deciſ. 402. num. 10. Natta conſi. 438. nu. 8. lib. 2. Craue. conſi. 40. num. 6. & Rolan. conſi. 85. num. 42. lib 2. Ceſſat ergo ex hoc ſolo omnis dubitatio. Reſpondeo tertiò,
10 quod vbicunque apparent aliqua indicia† dotis numera-
tæ, dos dicitur vera, etſi in inſtrumento dotali ſolùm ſit
confeſſata: ita Bald. in rubr. C. de priuil. dotis. quem ſecu-
* ti ſunt* ferè omnes, vt Cur. Sen. conſi. 70. Circa primum
col. 1. verſ. 7. ſed præmiſſis. Campeg. in tract. de dote. q. 76. Gramm. deciſ. 103. nu. 6. Crauet. conſi. 40. num. 4. qui Decium Gozad. & alios nonnullos recenſet. Neuiz. conſ. 57. nu. 8. in fine, & Rola. conſi. 85. num. 43. lib. 1. Hinc conſtat malè ſenſiſſe Soci. Sen. in d. l. 1. num, 80. ff. ſol. mat. dum de veritate huius ſententiæ dubitauit. Probabile indicium dotis numeratæ eſſe ſcribunt relati omnes, cùm maritus apud ſe habuit vxorem per multos annos, & illi alimenta preſtitit; quemadmodum hoc in caſu euenit. Reſpondeo quartò, quod ex quo inſtrumentum dotis fuit iuramento dictæ D. Caburri confimatum, dum iureiurando affirma
11 uit, dotem ſibi fuiſſe traditam & numeratam, dos † dici-
tur verè numerata, non autem confeſſata: ita Bal. & Sali
* in l. vlt. C. de dote cau. numer. * communem reſtatur Pa-
riſ. conſi. 86. num. 19. lib. 3. Gozad. conſi. 42. num. 13. verſi tertiò quando. Craue. conſi. 40. num. 7. & Rolan. conſi. 93. num. 35. lib. 1. etſi Soc. Sen. in d. l. 1. nu. 82. ff. ſol. matr. & alij nonnulli diſſentiant. Reſpondeò quintò ac vltimò, hoc inſtrumentum dotis maternæ habere paratam executionem, perinde ac ſi eſſet res iudicata, ita diſponente antiquo decreto huius regionis lib. 2. ſub rubr. inſtrumenta debitorum pecunialium, &c. quò fit, vt nulla exceptio nõ numeratæ dotis obiici poſſit. ita in ſpecie Bal. in rubr. C. de priuileg. dotis. & in l. pecuniæ. C. ſolutio. quem ſecuti ſunt Soc. Sen. in l. 1. num. 79. ff. ſol. matr. & Gozad. conſi. 28. num. 9. & num. 13.

Non obſtat tertium & vltimum, quia reſpondeo illud decretum hanc interpretationem recepiſſe ex longa obſeruatione, vt intelligatur, cùm mulier nullis filijs ſuperſtitibus moritur: quod quidem in caſu noſtro non euenit, cùm extet dicta D. Beatrix, quæ vt filia vnica dicti D. Caburri ei in allodiaslib. ſuccedere omninò debet, & ei hoc dotis augmentum vt ipſa dos deferri iure debet, cùm dotis naturam, vt qui ei acceſſorium, ſequatur. ita Iaſon in rubr. ff. ſolu. matr. in fine & Bellonius conſilio 47. numero primo & eſſe acceſſorium probat l. inter ſocerum §. cùm inter. ff. de pactis dotal. Iaſ. in l. ſi ex toto. 3. notab. de leg. 1. copioſè Neuiz. conſi. 45. nu. 21, & conſi. 76. in fi. & illa decreti interpretatio ac obſeruatio ſeruanda maximè eſt, cùm optima ſit interpretatio, quæ à praxi proficiſcitur: vt inquit Bal. in c. 1. de feudo ſine culpa nõ amitt. Nec in hac obſeruatione interpretatiua longi temporis ſpatium requiritur, quemadmodum poſt multos reſpondit Craue. conſi. 101. num. 4. & conſi. 211. in fine. Atque ita de hac dubitatione prima ſentio. Quo ad ſecundam propoſitam dubitationem dicendum videbatur, hęredes ſeu bonorum poſſeſſores D. Caburti non teneri ad aliquos fructus vel intereſſe erga dictam D. Beatricem ob dotẽ maternam, quæ ei matre mortua reſtituenda erat: idque per multis rationibus & argumentis.

Primò, quia regulariter hoc intereſſe eſt iure prohibi-
tum, vtpote quod vſuræ loco ſit. cap. quia in omnibus, de
12 vſuris. & licèt maritò dote† non ſoluta à ſocero certis ca
ſibus intereſſe quoddam ſoluatur, cap. ſalubriter, de vſuris. attamen illud contingit quia maritus onera matrimonij ſuſtinet; atqui ita conſequi videtur damnum quod ſentit: ſic Bart. in l. in. inſulam. §. vſuras. ff. ſol. matr. qui ſubiungit, eadem ratione, mulieri paſſæ moram in dote ſibi reſtituenda ſoluto matrimonio, hoc intereſſe non deberi; quia ceſſat illa ratio præſtandi hoc intereſſe; nempè quia non ſuſtinet illa matrimonij onera. idem reſpondit poſt Angelum. Alex. conſi. 141. num. 4. lib. 5. Cra. conſil. 189. col. 5. verſi. ſextus caſus eſt. clarè Rubeus conſi. 55. num. 3. & copioſè admodum Didacus lib. 3. varia. reſolut. c. 1. nu. 3. ſi ergo ipſi mulieri, cui dos reſtituenda venit immediatè non eſt præſtandum hoc intereſſe, multò minus illius hæredi & ſucceſſori.

Secundò, quod præſtandum nihil ſit, illud ſuadere non
13 parum videtur, quod vbi† ſoluto matrimonio mulier a-
liunde habet alimenta, nullum intereſſe ei debetur ob dotem non reſtitutam. ita ſenſuit Imola & cùm eo cæteri in l. diuortio, in prin. ff. ſolut matr. & Alex. d. conſil. 141. nu. 7. lib. 5. Corneus conſ. 77. lib. 3. & Craue. d. conſi. 189. col. 5. verſi. ſextus caſus. Quibus accedunt Soc. Sen. conſi. 126. col. vlt. verſ. 2. hæc opinio, lib. 1. & Afflictus deciſ. 284. nu. 2. cùm ergo in caſu noſtro D. Beatrix habuerit aliunde vnde ſe aleret, nempè quod educata fuit apud ſereniſſimam Reginam Heleonoram, ſequitur dicendum, non eſſe ei debitum alquod intereſſe; quod nec eius matri erat præſtandum.

Tertiò, quod nihil hac ratione peti poſſit, oſtendere videtur, quia Do. Raconiſij dicitur hoc in caſu extraneus: quo fit, vt in eo locus non ſit diſpoſitioni d. ca. ſalubriter, de vſuris, vt fuit elegans & notabilis declaratio Fortunij Garziæ in tract. de vltimo fine iuris, illatione ſexta. quam probauit Modernus Pariſienſ. in tract. de vſuris. nu. 525. & copioſus eam tuetur Didacus Couarr. lib. 3. varia. reſo c. 1. nu. 3. verſ. cæterum plura alia.

Quartò, nihil videbatur ex eo præſtandum quod nun-
quam D. Raconiſij interpellatus fuit ad reſtitutionem d.
14 dotis, cùm† tamen neceſſaria videatur interpellatio, vt in
mora conſtitutus ad intereſſe teneatur. ita Alex. conſi. 7.

num.

num.8.lib.2.Corneus conſi.165.li.4.Soc.Sen. conſi. 130. num 7.lib.4.dum reſpondit,non ſufficere hoc caſu contractam eſſe moram irregularem ob onera matrimonij, quæ ſuſtinentur,ſed regularem requiri.idem clarius affirmauit Ruinus conſi.48.nu.1.li.5.

Quintò ac vltimò,quòd neceſſaria fuerit interpellatio, vt D.Raconiſij in mora conſtitutus teneretur ad hoc intereſſe,vel ex eo ſatis probari videtur,quod ipſe hæres eſt dictæ D.Caburri,atqui hæres vt morosus efficiatur, interpellari debet;ita Iaſ.& Ripa in l.quod te. ff. ſi certum peta.ille nu.35.iſte nu.59. & fuſius Tiraq. in tract.de retractu conuenti.§.4.glo.6.num.5.6.Hæc me hæſitantem reddebant.

Cæterùm,diligentiori, accuratiorique ſtudio omnibus perpenſis, contrarium viſum eſt verius; nempè D. Beatricem poſſe conſequi intereſſe retardatæ ſolutionis dotis maternæ.

Primò,quia vbi intereſſe hoc præſtandum non ſit,iuxta
15 diſpoſitionem cap.ſalubriter,de vſuris,ſaltem † loco damni paſſi eſt ſoluendum:ita Alex.conſi.141.nu.3.lib.5.quem ſecutus eſt Craue.d. conſi.189.colu.5.verſic. ſextus caſus. idem decidit Afflictus deciſ. 284. num.2.3. Quòd autem D.Beatrix damnum ex ea reſtitutione facta non ſenſerit, ſatis conſtat,ex eo,quòd coacta quodammodò fuit accedere ad Sereniſſimam Reginam Heleonoram, & ei inſeruire:quod fortè non feciſſet, ſi dotem maternam & reliqua bona ſibi debita,fuiſſet conſecuta.

16 Secundò,peti potuit iure † hoc intereſſe loco lucri ceſſantis; quemadmodum reſponderunt Alex.& Crauetta locis paulò antè citatis,& copiosè ſcribit Didac.lib.3.varia. reſol.c.1.num.3. verſ. ſextò. hinc. Quibus accedunt Ruinus conſi.48.num.2.lib.5.& Pariſ.conſi.64.num.1.lib. 4. ceſſans hoc lucrum ex eo probatur, quod in hac regione Pedemontium conſueuerunt nobibes & diuites annuos reditus emere.ſi ergo ipſi D.Beatrici dos materna fuiſſet reſtituta,facilè reditum aliquem emiſſet, è quo non mediocrem vtilitatem ſenſiſſet. Hoc eſſe legitimum intereſſe ſenſit Didacus, d. lib.3. varia.reſo.c.1.adfinem,verſi. ſextò hinc.& clarè idem reſpondit Rubeus conſi.108. in fi.nec eſt hìc diſtinguendum,vt ſuo in caſu diſtinguit Ruinus conſil.104.num.7.lib.4.an D.Beatrix negotiari conſueuerit,vel non; ſi quidem indiſtinctè recipitur hæc deciſio etiam in eo,qui negotiari non conſueuit; vt in ſpecie reſpondit Alex.conſi.31.num.9,lib.6.

Tertiò ac vltimò peti potuit hoc intereſſe loco alimentorum; cùm D.Beatrix non habuerit vnde ſe aleret.Nam ex bonis paternis nihil fuiſſet conſecuta,quia ita tunc ac nunc D.Raconiſij dixiſſet illa eſſe feudalia, & ex illis nihil ei deberi. erat ergo neceſſe,vt conſequeretur dotem
17 maternam qua ſe alere poſſet † quod cum factum non fuerit, legitimum intereſſe debetur. ita Alexan. conſi. 141. num.5.6.lid.5.id quod procedit & in vidua, quæ noa habet vnde ſe alat,niſi ei dos reſtituatur.ita Alexan. in l. diuortio,in prin.num.24.ſoluto matr.& conſi.31. num. 9. & conſ.200.num.7.lib.6.Rui conſi.104.nume.10. lib. 4. Iaſ.conſi.92.col.8.li.1.& Pariſ.conſi.64. num.3. 4. lib. 4. quod fortius procedit,quia verè D.Raconiſij fuit ( vt infrà dicam)conſtitutus,non reſtituendo bona hęc.ita Soc. Sen.conh.126.col.vlt.lib.1.

Non obſtant nunc adducta in contrarium,ad primum reſpondeo,quod licèt non debeatur tanquam intereſſe verum,dẽtur tamen tanquam quoddam damnum,quod venit compenſandum,vel tanquam ceſſans lucrum, vt dixi ſuprà,quocirca reſpondit Pariſ.conſi.64.nume.4. lib. 4. doctrinam Bar.in d. §. vſuras eſſe ſimpliciter intelligendam,non autem cùm aliqua alia concurrunt, vt hoc in caſu.nec dubitationem facit,quod marito tantum hoc conceſſum videatur; quia imò priuilegium reale eſt, quippè quod doti conceſſum eſt huic ceſſionario & hæredi tribuitur,ita Pariſ.d.conſi.64.num.5. 6. nec diſſentit Iaſon conſi.92.col.vlt.lib.1.

Non obſtat ſecundum, quia reſpondeo ex ſententia Baldi.in l.de alimentis,ubi Dec.num.6.C.de tranſactio.
18 dum affirmauit, † viduam,cui dos reſtituta non fuit, petere poſſe intereſſe ratione alimentorum,quæ iam aliunde, hoc eſt,à fratre fuerat conſecuta.quod præſertim procedit ſecundum Decium, cus is hæres mariti moroſus factus eſt.idem reſpondit Bal.conſi.86.punctus,Angelus,l. 2.quem refert Craue.conſi.189.num.9. verſi.ſextus caſus. in fi.qui tamen dubitat. ſed verè non erat quod dubitaret hic eruditiſs. iuriſconſ. quandoquidem cùm Bald. idem ſenſit Soc.Sen.conſi.57.nu.38.lib.4.prætereà, non dicitur D.Beatrix habuiſſe vnde ſe aleret,ſi quidem is habere dicitur vnde ſe alat,qui è proprio reditus habet: ita egregiè & in ſpecie reſponderunt Bal.conſi.30.lib.2.quem ſecutus eſt Crau.conſ.190.num.5.verſi.4.adduco. & clarius in ſpecie reſpondit Soc.Sen.conſi.64.in fi.lib.4. non obſtat tertium,quia vno verbo reſpondetur D. Raconiſij non eſſe hoc in caſu loco extranei.nam ex quo hæres eſt dicti D.Caburri eius perſonam repræſentat: & ea obligatione qua ille tenetur.

19 Non obſtat quartum,quia reſpondeo,moram † irregularem hoc in caſu ſufficere, quæ quidem vt cauſatur pro viro dum incipit ſuſtinere onera matrimonij,vti ſcribũt Soc.Sen.conſi.130.num.10.lib.4.& Ruinus conſ. 22. nu. 12.lib.1.ita etiam pro minore,cuius ſola ætas † pro eo dicitur debitorem interpellare,vt eſt tex.notab.in l. in minorem.C.in quib.cauſ.in integ.reſtit.non eſt neceſſe.egregiè Soc.Sen.conſ.57.num.73.lib.4.& ante eum in ſpecie hac Alexan.conſi.7.uum.8.verſ.& quod eo tempore.lib. 2.cum ergo minor fuerit d.D.Beatrix vſque ad diem interpellationis iudicialis, ſequitur in mora conſtitutum fuiſſe D.Raconiſij iure ergo tenetur ad præſtationem intereſſe.

Non obſtat quintum ac vltimum, quia reſpondeo ex iam relatis,ratione ſ.ætatis cenſeri factam interpellationem.prætereà in eo inſtramento dotali appoſitum eſt iuramentum,quod quidem vim habet interpellationis. c. breui, de iureiura. latè reſpondit Cra.conſi.64.nume.2. poſt Curtium Iun.Rubeum & Gozad. & præter eum in his ferè terminis reſpondit Ripa lib.3.reſponſ.c. 7.num. 1.quod in præſtatione alimentorum dies ineſt tacita,quæ pro homine interpellat,ex doctrina Bar.in l. alimenta.§. Baſilicæ.ff.de alim.& cib.leg.prætereà,ſatis dicitur interpellatus Do. Raconiſij. & in mora conſtitutus, ex quo nunc iudicialiter interpellatus negat ea præſtare, ſi quidẽ ex hac tergiuerſatione intelligimus, quod etiamſi aliàs fuiſſet interpellatus, ſemper ſoluere & præſtare negaſſet: ita clarè & in ſpecie reſpondit Natta.conſi. 387. nume.6. lib.2.eſt ergo concludendum,hoc intereſſe dotis non reſtitutæ eſſe præſtandum. idem eſſe cenſeo ratione augmẽti ipſius dotis: ita in ſpecie & copiosè reſpondit Pariſ. conſi.129.col.2.& 3.lib.1.Atque ita iuris eſſe opinor, rectiore iudicio ſaluo.

## SVMMARIVM.

1 *Pater bonum conſilium pro filio ſumere præſumitur.*
2 *Filia dicitur congruè dotata,ſi fuerit à patre dotata,& ſi dotem legitima minorem aſſignet,& an poſſit petere ſuplementum. numero.13.*
3 *Filia dotata excluditur à bonis patris tam ex teſtamento quàm ab inteſtato.& nu.11.& 18.*
4 *Dos debet conſtitui ſecundum morem ciuitatis,vel habito reſpectu ad legitimam.nu.9.*
5 *Dos quomodo dicatur congrua.& nu.12.*
6 *Feudum an poſſit alienari pro conſtituenda dote.& nu 19. & in fine.& quid pro conſtituenda legitima.*
7 *Dos conſtituenda eſt filiæ in bonis paternis . etiam ſi filia ſit diues. & num.19.*
8 *Dos loco legitimæ ſuccedit.*
10 *Doti eſt fauendum in dubio.*
14 *Statuta ſunt interpretanda ſecundum æquitatem naturalem, reiecto verborum cortice.*
15 *Dos æqualis portionis debet eſſe cum legitima.*
16 *Conſuetudo eſt facti,ideo probanda.*
17 *Difformitas actuum non inducit conſuetudinem vel præſumptionẽ*
18 *Dos cur filiæ debeatur.*
19 *Filia nupta poteſt cogere patrem ad ſolutionem dotis. Pater tenetur & nubere filiam,& ei dotem conſtituere,& cur.*
20 *Filia vidua cui non eſt reſtituta dos,an poſſit petere alimenta vel intereſſe illius temporis:quo abſque dote fuit, licèt aliunde ſe alat.& 22.& 23.*
21 *Filia nupta cui non eſt adhuc ſoluta dos an petat rectè alimẽta vel fructus dotis à die matrimonij citra.& 22.*
22 *Alimenta aliunde habere quomodo dicatur.*
23 *AEtas interpellat pro minore.*

CON-



# CONSILIVM VIII.

## Initium à Domino.

DVAE adhuc proponuntur iuris queſtiones in cauſa Illuſtris D.Caroli Lucernæ comitis,atque huius Ciuitatis Montisregalis præfecti vigilãtiſsimi. prima eſt, an Illuſtri D. Beatrici vxori dicti D. Caroli dos conſtitui cõgrua debeat ex bonis tã allodialibus,quã feudalibus olim poſseſsis per D. Caburri patrẽ dictæ D. Beatricis; & quæ congrua dos cenſeatur. Secunda eſt iuris quæſtio,an alimẽta ſint ipſi Illuſtri D.Beatrici perſoluẽda ex bonis paternis,à die qua abfuit à paterna domo.

Prima iuris quæſtio ualdè dubia ( mea quidem opinione ) eſt.Nam prima ( quod aiunt ) fronte dicẽdum videbatur,non eſſe aliquam dotẽ dictæ D.Beatrici conſtituẽdam vel ex allodialibus,vel ex feudalibus.

Primò,quia D. Caburri,pater dictæ D. Beatricis, teſtamentũ condidit; & in eo dotis nomine duo milia coronatos D.Beatrici reliquit. Quo fit,vt de patris cõſilio & prouiſione non poſsit cõqueri:ſed illi acquieſcere de-
1 bere:cùm pater † bonum conſiliũ pro filio ſumere præſumatur.l.nec in ea.ff. de adulte. Alcia. in tract. præſumptio.reg.1.præſump.2.nu.2.vbi.nu.8. infert ad hanc quæ-
2 ſtionem & inquit;filiam dici † ſatis cõgruè dotatam, cũ à patre dos conſtituitur; etſi illam legitima minorem aſſignet.Quam ſanè opinionẽ priùs probauit Caſtren. cõſi. 275.ſuper primo quæſito dicendum videtur.d. ſubſtitutionem in 7.dubio.lib.2.quem & Alciatus citauit. eiuſdem ſententiæ addo eundem Caſtr.cõſ. 403. viſis & põderatis omnibus ſuprà ſcriptis. col. 1. & conſ. ſeq. lib. 2. idem rñderunt Cur. Se. conſ.81.Rectè egregius,col. vlt. Dec. conſ. 26. nu. 2. conſi. 89. nu. 4. conſi. 203. num. 7. & conſil. 505. num. 4. Idem placuit Iaſ. in l. voluntatis. num. 2. C. de fideicom. & in conſ. 231. num. 4. lib. 2. & conſi. 135. num. 4. lib. 4. Ruino conſ. 52. col. vlt. lib. 2. conſ. 27. num. 13. & conſ. 56. num. 10. 11. 12. lib. 3. & Craue. conſi. 236. num. 4. verſ. quinimmô. Quibus accedunt Cur. Iun. in auth.res quæ, num. 10.C. comm.de lega. Rubeus conſ.163. nu. 1. 2. Boe. q. 62. num. 14. 15. Soc. Iun. conſi. 72. num. 22. lib. 3. Alciatus reſp. 65.nu.
* 1. & * communem teſtatur Tiraquell.in l. ſi vnquam, in præfatione.nu.36. C. de reuo.dona.

Secundò,nulla ratione conſtitui poſſe videtur dos con-
3 grua D. Beatrici,iuxta legitimam : ſi quidem † ſiue ſpectemus ſucceſsionem ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, non debetur legitima.ſi inquam ex teſtamento, eſt Do. Beatrix excluſa,per dotis conſtitutionem:ſi ab inteſtato. excluſa pariter eſt,cùm ſtatuto excludatur mediante donatione.cùm ergo ei debita non ſit ſucceſsio ab inteſtato, excluditur & à legitima. iuxta l. cùm quæritur,& l. cũ parentibus.C.de inoff.teſta. & in ſpecie reſponderunt Baldus conſilio 329. circa primum dubium, lib. 3. & alij permulti,quos ſecutus eſt Craue. conſil. 11. nume. 13. & conſi. 236.nume.2. & præter eum idem cum Baldo reſpondit Soc.Sen.inter conſilia Curtij ſeniori conſ.35.col.
* 10. vbi * communem eſſe teſtatur Decius & conſ.26. nu. 4. & conſil. 505. colu. vlt. his addo. Raphaelẽ Comenſ. conſil.188. ſpectabilis miles. quem ſecutus eſt Iaſ. conſi. 221.col.pe.& in fine.li.2.idem reſponderunt Ruinus cõſil.97.in fi.lib.1.conſi.52.nu.9.lib.2.conſi.57.nume.16.& conſil.51.nume.11.12.lib.3.& conſil.48.num.5.lib.5. Rubeus conſilio.156.num.2. Soc.Iun.conſi.124.num.11. lib. 2. & id em copiosè conſil. 52.num.9.lib. 3. qui alios permultos recenſet. Boer. q.188.num 7. & latè plures congerit Tiraq.in tract.de iure primigen.q. 55. num. 5. hoc fortius procedere videtur,cùm D. Beatrix duplici via excluſa videatur. nempè diſpoſitione patris & ſtatuto ; ob id nullo modo nec legitimæ ſupplemẽtum petere poteſt. ita reſpõderunt Ange. cõſilio 105. ſtatuto cauetur. Anchar.in cõſilio 419.in caſu nuper propoſito. Ruinus cõſil. 12.nu.34.conſil.57.num.16.conſi.34.in fine.conſil.51. num.12.& conſ.56.nu.3.verſi.ſed quòd immo.lib.3.& apertius conſi.152.nume.13. lib. 5. & ſi non defuerint qui contrarium verius eſſe exiſtimauerint; vt Baldus conſil. 452 ſtatuto ciuitatis Mantuæ. lib. 1. & conſi. 410. primò videndum eſt,lib.4.Salic.in auth.nouiſsima, col. pe. C. de inoff.teſta.Decius conſi.180.colu.1.in fine.& Ruinus conſil.40.lib.3.qui in hoc parum conſtans fuit.non ergo D.Beatrix vt excluſa à ſucceſsione ab inteſtato poteſt agere ad dotem conſtituendã iuxtà quantitatẽ legitimæ.

Tertiò.non eſſe aliter dotem conſtituendam quàm cõſtituta fuit à Do.Caburri ſuadetur.Nam is duo milia co-
4 ronatorum in dotem conſtituit, & exiſtimauit † eſſe cõgruam ſecundum morem regionis:qui quidem mos, nõ legitimæ quantitas. ſpectandus videtur, quẽadmodum rñderunt Soci.Sen.conſ. 288. col.7.lib.2. Rui.conſi.56. col.5.& 6.lib.3.& conſi. 152.nu.8.li. 5.Quibus addo Baldum nouellum in tract.dotis,parte 6.priuileg. 16.col.8. verſi.communiter tamen mos regionis. Corneum conſi. 316.col.4. verſ. legitima autem.lib. 1. conſ. 48. col. pen. nume.25. conſ. 91. num.8.conſ. 170. col. pen. nume.15. conſ.111.col.vlti. conſ. 162. colu. pen.nume.9. libr. 2. & conſi. 115.col.2.lib.3.& conſ.258.nu.13.li. 4. idem ſenſerunt Pariſ.conſ.26.num.88.& conſ. 83.nu.3.lib.3.Soc.Iu. conſ.128.nu.217.lib.2.& Cra.conſ.11. nu.15.

Quarto accedit.quod,ex quo Illuſtri viro D. Carolo Lucernæ comiti eſt matrimonio collocata. non amplius
5 agendum videtur de dote congrua,† ſecundum quantitatem legitimæ conſtituenda;ſi quidem de ea tunc quæreritur, cùm vix mulier matrimonio iungi poteſt:ita rñdit Dec.conſ.26.nu.4.qui ita intellexit eam opinionem Saliceti & ſequacium,dum volunt,dotem dici congruã habita ratione legitimæ, confert doctrina Bar. in l. obligamur,de actio.& oblig.dum docuit.patrẽ cogi non poſſe dotem conſtituere filiæ iam nuptæ.

Quintò ac vltimò.audienda non videtur D.Beatrix aduerſus Illuſtrem D.Raconiſij,cùm is ex bonis D. Cabur-
6 ri ſolùm poſsideat feudalia:quæ quidẽ alienari † non videntur poſſe pro dote conſtituenda.cap.1.§.donare,qualiter olim feud.alien.poter.Iaſ.in auth.res quæ. nume. 31. verſic ſextò limita.C. commu.de lega.Brunus conſ. 114. num.86.& conſi.115.num.23.Pariſ.conſil.4.in fine.lib.1. Iaſ. conſ.66.& conſi.89.num.4.lib.1.& Craue.conſi.236. nu.5. Immò fortius nec legitima ex bonis feudalibus cõſtitui poteſt:ita omnes in cap.licet,de voto.Decius cõſi. 269. num. 14.clarè & copiosè Pariſ.conſ.17.num.30.li. 2.Capicius deciſ.2.Boe.q.204.nu.14.& Alcia. reſp.578. nu. 4. nec dubitationem videtur mouere ſtatutum ſeu decretum ducale.quo conſtitutum eſt,bona feudalia alienari poſſe pro dote conſtituenda.nam illud ea ſola ratione videtur conſtitutum,ne filiæ innuptæ remaneant;quæ ſanè ratio in D.Beatrice ceſſat iam viro excelſo, illuſtri ac diuiti nupta:ergo & ipſius decreti diſpoſitio ceſſare debet.iuxta præcitatam doctrinã Bar.in d.l. obligamur. ff.de actio.& oblig quem ſecuti ſunt nõnulli relati à Soc. Iun.conſ.43.num.11.li.1.licèt ipſe Socinus Bartolò aſſentiri non videatur.alia ratione ceſſare videtur decretum, quia D.Beatrix aliunde habuit bona, quibus dotem ſibi ſibi conſtituere potuit,nempè donata à ſereniſs. Regina Heleonora,ac ab Illuſtri comite Intermontium:non ergo videtur permiſſa alienatio feudalium ex forma decreti.Hæc me non parum hæſitantem reddebant, vt aduerſus D. Beatricem reſponderem.

Cæterùm,cùm longè melius rem hanc perpendiſſem, animaduerti,D.Beatricem iure optimo petere dotẽ cõgruam ex bonis paternis,etiam feudalibus ſibi conſtitui. Hoc vt dicam,multa me mouent.

Primò,quia iure cõi ſatis fundata eſt intentio D. Bea-
7 tricis.Eſt iure communi ſtatutum,dotem † filiæ ex bonis patris conſtituendam eſſe.l.vlt.C.de dotis promiſs. qua quidem probari videtur idem eſſe cùm filia eſt diues. & apertius ſcribũt interpretes in l.1.ff.ſol.mat.ibi Ripa. nu.
* 54.qui teſtatur * receptam eſſe doctorum ſentẽtiam,filiam multa poſsidentem à patre dotatam, præſumi non de propriis,ſed de paternis bonis dotatam.idem reſponderunt Soc.Sen.conſi.100. col.1.li.3.Ruin.conſ.200.nu. 7.li.1.& Pariſ.conſi.29.nu.60.& latiſsimè conſi.80. li. 3. alia & ſecunda rõne habet,D.Beatrix intentionem fundatam,nempè,quod legitima ei eſt iure,vel ratione ſaltẽ naturali debita.l.cùm ratio.ff.de bonis damna.& ſcribunt omnes in auth.nouiſsima,C.de inoff.teſta.

8 Dos † verò loco legitimæ ſuccedit. Bar. l. Titio centũ. §. Titio genero. nu. 6. de cond. & demo. Soc. Sen. conſi. 207. col. 1. in fi. & conſi. 241. col. 9. lib. 2. Iaſ. conſ. 69. in fi. lib. 2. Pariſ. conſi. 25. nu. 39. conſi. 54. nu. 14. & conſi. 60. nu. 44. lib. 2. idem conſi. 58. nu. 77. lib. 3. & latiſsimè Tiraq. in l. ſi vnquam, in verbo, ſuſceperit liberos. num. 112. C. de reuoca. dona. cum ergo teneatur pater filiæ legitimã relinquere: ita & dotem illius loco conſtituere debet.

9 Secundò, dico dotem † eſſe conſtituendam habita relatione ad legitimam, non autem ad cõſuetudinem regionis; ita Sali. in auth. res quæ 2. nota. C. comm. de leg. & ibi
* Iaſ. nume. 22. Quam quidem ſn̄iam eſſe * magis receptã ſcripſit Cra. conſi. 236. nume. 3. qui multos huius opinionis recenſet. illis accedunt Rui. conſi. 26. nume. 5. in fi. conſi. 60. nume. 6. libr. 3. conſi. 82. nume. 11. libr. 3. & conſi. 86. colum. pe. lib. 5. qui idem ſenſiſse Capram ſcribit, & rectè, nam ita verè reſpondit Capra. conſi. 38. colum. 1. vbi in fortiori caſu ita affirmauit. idem reſponderunt Raphael Comenſ. conſi. 46. in fi. Pariſ. conſi. 81. nume. 50. libr. 2. alios plures recenſet & ſequitur Tiraq. in d. l. ſi unquàm, in verbo, ſuſceperit liberos nume. 110. C. de reuo. dona. quibus addo Rubeum in l. ſi pater filium, nu. 169. ff. de inoff. teſta. Pariſ. conſi. 26. nume. 90. & conſi. 93. nume. 13. libr. 3. Soc. Iun. conſi. 79. nume. 44. & nume. 87. libr. 3. atque ita pluries deciſum fuiſſe teſtatur Afſli. deciſ. 160. in fi. idem affirmauit Gram. deciſ. 57. nume. 6. 7. 8. & idem Gram. deciſ. 101. nume. 16. vbi copioſè vſque ad nume. 53. hanc partem tuetur, & recenſit ibi. nume. 41. huius opinionis fuiſſe octuaginta Doctores.

10 Tertiò, ita in dubio dicendum eſt, vt doti † faueamus, vt ſcribunt omnes in l. 1. ff. ſol. matr. Eſt enim in dubio recipienda illa opinio, quæ fauet doti; ita clarè reſpondit Iaſ. conſ. 178. in fi. li. 2.

Quartò ac vltimò habet D. Beatrix fundatam intentionem etiam ratione bonorum feudalium ex diſpoſitione decreti, quod quidem editum eſt iuſta ratione; ne ſcilicèt filię innuptæ remaneant, ob id fauorabile dicitur ita ſcribunt Doct. in d. l. 1. ſol matri. quemadmodum dicimus eſſe fauorabilia illa ſtatuta, quib. mariti dotem lucrantur, vt ſcilicèt mulieres facilius viros inueniant: ita reſponderunt Dec. conſ. 19. nu. 6. & Pariſ. conſi. 91. num. 15. libr. 3.

Non obſtant nunc adducta in contrarium, in quorum diſſolutione omnis verſatur difficultas. ad primum reſpondeo, & dico, illam opinionem Caſt. conſi. 275. procedere viuente adhuc patre, qui cũ non teneatur preſtare legitimam filiæ, non ẽt cogitur dotem iuxtà legitimã cõ
11 ſtituere: at † patre vita functo põt filia petere dotem ſibi augeri ad rõnem legitimæ tunc ſibi debitæ. ita intelligit & declarat Bal. Nouellus in trac. de dote, par. 6. priuileg. 16. col. 7. idem aduerſus Caſtr. ſenſit Dec. conſi. 180. col. 2. quo loci citat huius ſn̄iæ eundẽ Caſtr. conſ. 129. Licèt iſta D. Liſa. col. 3. li. 1. & clarius idem reſpondit ipſe Dec. cõſi. 277. col. pẽ. vbi refert Baldũ Nouellũ præcitato loco. His ego addo Calc. conſ. 11. nu. 23. 28. & nu. 34. Soc. Se. cõſ. 30. col. 10. verſ. Vndecimò clarũ eſt. & col. antepe. li. 1. & eundẽ Soc. inter reſponſa Ruini conſ. 26. nu. 25. li. 3. & clarius idem Soc. Sen. conſ. 100. col. 4. verſ. quinimò dicta. li. 3. vbi Caſtrẽ. & Bal. nouellũ iam citatos refert, atq; ẽt Alex. conſ. 32. li. 4. idem Soc. Sen. conſ. 57. nu. 24. li. 4. Addo & nunc Baldum conſ. 198. punctus. ſi ex forma ſtatuti. & cõſil. ſeq. li. 5. & Iaſ. in auth. nouiſſima. nu. 10. C. de in off. teſta. Et verè, ſi æqua lance perpendemus huius ſententiæ rõnes probaliores reperiemus illis, quibus vſus eſt Caſtr. nam inquit ille, non eſſe reprehendũ patris conſiliũ pro filia ſumptum, cùm optimũ eſſe præſumatur, rõ non multum concludit, cùm conſtat, detrimentũ filiæ allatum ex ea dotis conſtitutione: imò præſumptio oriri videtur, patrem fraudare voluiſſe filiã dũ ei dotem legitima minorẽ aſsignat, & prædo, non cõſultor videtur. ita poſt multos Gram. d. deciſ. 101. nu. 31. 32. & ibi. num. 50. ſcribit aduerſus Caſtrenſem, hoc patris dolo & malitia prouenire.
* probabilior autem eſt rõ cõmunis * opinionis, quæ quidem eſt quod ſi dos loco legitimæ ſuccedit, ipſa legitima minorem eſſe nõ debere. quæ ſanè legitima iuxta patris facultates tp̄e eius mortis metiri debet, l. cum quæritur. C. de inoff. teſt. Iaſ. auth. nouiſsima. nume. 4. eo. ita ergo & dos. His conſtat, non eſſe verũ quod dicebat Tiraq. in d. l. ſi vnquàm, in præfatione. nu. 36. in fi. hanc fuiſſe ſolius Baldi Nouelli opinionem. nam & aliorum multorum fuiſſe videmus; quos quidem non perpendit Tiraq. qui confusè & ſub verborum inuolucro Doctores recenſet. Reſpondeo ſecundò, illam opinionem Caſtr. d. conſ. 275. poſſe procedere cum læſio enormis non adeſt; ſecus ſi adeſt: nã tunc ſine cõtrouerſia ſupplementũ dotis cõgruæ vſq; ad quãtitatẽ legitimæ petit põt. ita ipſemet Caſtrenſis eo loci declarat; & apertius Cur. Sen. conſ. 27. col. pen. in fi. & cõſ. 81. in fi. Soc. Sen. conſ. 75. col. pe. lib. 3. & Dec. cõſ. 180. col. 2. verſ. & ſtante tali læſione. & conſ. 203. nu. 7. Cur. Iun. cõſ. 10. in prin. & in auth. res quæ nu. 11. C. cõia de leg. Rub. cõſ. 101. Boe. q. 62. nu. 15. & Grã. deciſ. 101. nu. 52. Sed cui dubiũ. ꝙ inſpecto valore bonorũ D. Caburri patris d. D. Beatricis, quin illa ſit enormiter & enormiſsimè læſa erant. n. (quantũ accepi) bona illa excedẽtia valorẽ ſexaginta miliũ coronatorũ: & cũ hæc eſſet ſola filia. ltĩma erat triens, atq; ita viginti miliũ coronatorũ. rn̄deo tertiò ex declaratione Alci. trac. pręſũ. reg.
12 1. præſump. 2. in fi. ꝙ tunc † demũ ſtandũ eſt conſtitutioni dotis paternæ, cũ pater ipſe dotè cõſtituit, & filiã ipſã matrimonio collocauit, dotéq; viro perſoluerit. ex quo enim ea dote maritus cõtentus fuit; rectè pater & cõgruè dr̄ filiã dotaſſe. atqui, inquit Alcia. diuerſum eſt, cũ pater in teſtõ dotẽ reliquit, & ab agnatis filia matrimonio iungitur, nã tunc poteſt petere ſupplemẽtũ cõgruæ dotis vſque ad legitimam.

13 Non obſtat ſecundũ, nẽpe filiã eſſe à legitima excluſam: quia rn̄deo, relatã doctrinã eſſe dubitabilẽ. nam permulti relati s̄. vt Sali. Rui. & Dec. diſſentiunt. illis addo Grã. d. deciſ. 101. nu. 46. vbi multorũ autoritatib. negat, filiã hãc à legitima excludi. ita ẽt Toloſæ fuiſſe aliqñ deciſum teſtatur Capella Toloſ. q. 437. & alia Boe. q. 188. nu. 6. quæ ſanè difficultas verè hîc ceſſat, cùm non cõſtet de aliquo ſtatuto, quo filia dotata per agnatos excludatur. & nos verè loquimur cùm filia incluſa vr̄ ex patris teſtõ, quo cũ portio aliqua ſit relicta, cẽſetur facta capax legitimæ, vt poſt Sali. declarat Iaſ. in auth. nouiſsima. num. 58. C. de inoff. teſta. & in ſpecie noſtra ita rn̄dit Craue. cõſ. 236. col. vlt. & egregiè Ruin. cõſ. 12. nu. 5. li. 3. etſi Tiraq. in trac. de iure primig. q. 56. nu. 2. ſcribat cõtrariũ verius & receptiꝰ eſſe. Rn̄deo, ſecũdò, ꝙ ex quo agitur de dote, q̃ ſolet ſẽp à ſtatutis excludẽtib. fœminas exiſtẽtib. maſculis cõcedi, dicẽdũ eſt, agi de augẽda dote, nõ aũt legitima. q̃ ſanè dos minor ipſa legitima eſſe nõ dẽt, cũ mens ſtatuẽtiũ non alia præſumatur quã illa, q̃ iuri cõi cõuenit. nã ex quo ſtatutũ loco legitimæ ſubrogauit dotẽ, dẽt dos habere illas oẽs qualitates, q̃ legitimæ inſunt; iuxtà regulã l. ſi eũ §. q iniuriarũ. ff. ſi quis caut. §. fuerat, Inſt. de act. ꝙ ſi aliter di
14 ceremus, nũ ſaperet hoc ſtatutũ † æquitatis & iuris naturalis rõnẽ ac interpretationẽ. q̃, reiecta verborũ cortice, ſumẽda eſt, vt docuit Iaſ. in l. quãquam. nu. 3. C. de milit. teſt. So. Sen. cõſ. 159. col. 7. in fi. li. 2. & Dec. in c. ex parte, il. 2. col. 1. de off. deleg. & ꝓbat tex. l. de his. ff. de cõd. & demonſt. æquitas itaq; naturalis ſuadet, dotẽ legitimæ cõuenientem eſſe filiæ conſtituendam. ne aliàs indirectè fraudetur debito iuris naturalis.

Nõ obſtat tertiũ quia rn̄deo primò, morẽ regionis nõ eſſe habẽdũ in cõſideratione, dũ de dote cõſtituẽda agit. nã ad legitimæ quãtitatẽ ſolũ habẽdus eſt reſpectus, vt iã dixi; & demonſtraui Soc. Sen. huius opinionis aſſertorẽ ſibi non cõſtare, cũ in conſ. 100. li. 3. & conſ. 57. li. 4. aliter
15 rn̄derit. his enim † in locis ſemper aſſeruit Soc. dotẽ eſſe iuxta legitimæ quãtitatẽ conſtituendã. imò ipſemet Soc. in l. cũ auus. nu. 96. verſ. quartò cõſiderabã, de cõd. & demo. & in l. hæredes mei. §. cùm ita. nu. 32. ad Trebell. docuit hanc eſſe opinionem canonizatam, & hanc fuiſſe aliquando Florentiæ obſeruatam.

Reſpondeo ſecundò, ꝙ nulla hîc cõſuetudinis huius regionis habenda eſt rõ, cùm ante omnia de ea non cõſtet;
16 quæ tñ priùs ꝓbanda erat, cùm † quid facti ſit. ita Bar. in l. de quibus, 1. lect. nu. 7. ff. de legib. & copioſè Craue. cõſ. 234. num. 2. verſi. ſimiliter ex conſuetudine, & preter eum rn̄derunt Dec. conſ. 402. nu. 11. & cõſi. 472. nu. 16. & Soc. Iun. in conſi. 65. num. 36. libr. 1. quę ſanè conſuetudo, cum negatiua ſit, nempè ex more dotem non conſtitui iuxta legitimam, probari vix põt. nam inter multa requiritur ita fuiſſe obſeruatum aduerſus contra dicentem vel iudicialem, vel extra iudicialem ſaltem: ita Ang. conſ. 367. colu. 3. verſi. non obſtat allegata. Anch. conſi. 178. colum. vl. verſi. non obſtat iſta rõ. Alex. conſi. 132. num. 4. libr. 1. conſ. 136. nu. 20. li. 2. & conſ. 173. nu. 4. verſ. rurſus etiam, lib. 6.



li. 6. reſpõdit Craue. conſ. 55. in fi. præterea eſt cõſuetudo hæc in ſpecie probãda, nẽpè his in caſib. ita diu fuiſſe obſeruatũ: ita reſpõderunt Alex. conſ. 196. nu. 14. li. 2. & alij plures quos ſecutus eſt Craue. conſ. 96. nu. 4. & conſ. 197. nu. 12. quib. addo. Dec. conſ. 402. nu. 15. cõſ. 472. nu. 16. & conſ. 538. nu. 8. Pariſ. conſ. 27. nu. 36. li. 1. & conſ. 10. nu. 14. li. 4. Hæc vix probari poterũt. nõ refero cætera, q̃ ad hanc conſuetudinẽ conſtabiliendã requirũtur. ſunt. n. permulta, vt hinc nõ immeritò exiſtimẽt oẽs difficile admodum eſſe probare conſuetudinem hanc, vt poſt multos cenſuit Dec. conſ. 215. nu. 2. & conſ. 402. nu. 13. verſ. ſed his & ſimilib. præterea, nõ video qũo probari poſsit cõſuetudo hęc, cùm non conſtet idem vbiq; obſeruari. quo fit, vt actuum
17 † difformitas inducere nõ valeat cõſuetudinẽ. ita Bar. in l. in prin. nu. 21. ff. ſol. mat. Soc. Sen. cõſ. 277. col. 3. verſ. 3. li. 2. & conſ. 92. col. 8. in prin. li. 3. idem in l. Gallus. §. idem credendum. 2. nota. de lib. & poſth. Dec. conſ. 215. col. 2. verſi. ſecundò hoc idẽ. & Cra. conſ. 96. nu. 5. & conſ. 313. nu. 4. Ita ẽt in ſimili videmus in actu difformi præſcriptionẽ nõ cadere. ita reſpõdit Calca. conſ. 121. nu. 20. Ita ẽt ceſſat præſumptio ſolennitatis ex actu difformi. Bart. in l. ſciendũ. nu. 2. in fi. de verb. obl. præterea probari debet cõſuetudo hæc, ꝙ ita obſeruatum fuerit, cùm pater eſt vita functus, non cùm adhuc in humanis agit: ita reſpondit in ſpecie Craue. conſi. 236. nu. 3. in fi.

18 Non obſtat quartum, quia reſpondeo, illam † conſiderationem Decij. d. conſil. 26. nu. 4. repugnare non ſolùm cõi aliorum ſententiæ, ſed & eiuſdem Decij qui conſ. 180. & conſ. 276. reſpõdit, filiam ẽt à patre dotatam & matrimonio collocatã poſſe pr̄e mortuo dotis ſupplemẽtum vſque ad legitimæ quantitatem petere. reſpondeo ſecundò, Decij conſiderationẽ eſſe omnino falſam: qñquidem dos non datur mulieri ea rõne ſolùm vt viro nubat, ſed vt maritus valeat ferre onera matrimonij. l. dotis fructus. ff. de iure dot. & l. pro onerib. C. eo. & pulchrè apud Aret. cõſ. 17. nu. 14. & Roma. conſil. 517. col. 2. verſ. volens ꝙ hinc videmus receptam magis opinionem eſſe aduerſus Bar. in l. obligamur, de actio. & obli. dum docuit, patrem non poſſe cogi dotem conſtituere filiæ iam nuptæ. eſt enim verius cogi poſſe, cùm dos (vt dixi) pro onerib. matrimonij viro numerari ſoleat. & ideo ad duo pater tenetur, ad nubendum ſ. & ad dotandũ. ita in ſpecie reſpõdit Alex. conſ. 7. nu. 10. li. 2. quocirca intelligimus Dec. erraſſe: quemadmodum & his rõnib. à multis, quos recenſet Gram. d. deciſ. 101. nu. 23. reprehẽdi meruit. his accedit & alia rõ, qua demonſtratur, Dec. eſſe lapſum, contendunt interpretes oẽs tam huius noſtræ opinionis, quã cõtrariæ, hîc agi de dote augenda. at certè ſi de nondũ nupta ageretur, dici nõ poſſet de ſua dote agi. cùm dos nõ dicatur ſine matrimonio. l. 3. ff. de iure dot. debemus ergo dicere verè agi de dote viro data matrimonio cõtracto. Nõ obſtat vltimũ, quia reſpondeo, quòd etſi regulariter dos ex bonis feudalib. conſtitui non poſsit; attamen † põt ex Decreto Ducali; quod quidẽ in caſu noſtro locum habet. nec illud decretũ recipit illas interpretationes, quas ſuprà retuli, nẽpè, vt procedat cùm mulier virum non reperit. ſiquidẽ non cõſiderat decretũ rationẽ ſolam, vt mulier virũ reperiat, ſed etiã vt eius vir matrimonij onera ſuſtinere valeat: vt paulò antè dicebam, & ſcribunt Baldus nouellus in tract. de dote. par. 12. q. 13. & Campegius eodem tract. q. 3. quocircà dixi ſuprà veram nõ eſſe illam Bart. opinionẽ in l. obligamur. ff. de act. & oblig. dum (vt iam ſæpius dixi) docuit, patrem non teneri conſtituere dotem filiæ iam nuptæ: vera inquã
* non eſt, cùm * recepta magis ſit contra eum. vt docuit Ripa in l. 1. nu. 55. ff. ſol. matr. & præter eum Ruin. conſ. 121. nu. 7. li. 5. Pariſ. conſ. 29. nu. 62. & conſ. 280. nu. 5. li. 3. Soc. Iun. conſ. 43. nu. 11. li. 1. & nouiſsimè Io. Coraſius in l. qui liberos. nu. 99. ff de ritu nup. quibus ceſſat & illa difficultas, quòd D. Beatrix aliunde conſecuta ſit dotẽ, nam ẽtſi id verum foret, non tamen ab onere dotandi pater exemptus fuit, cùm pater teneatur dotare filiam quantumuis diuitem l. vlt. C. de dotis promiſſ. latè Ripa in d. l. 1. nu. 54 ff. ſol. matr. quib. addo Alex. conſ. 7. nu. 11. li. 2. Rui. conſil 200. nu. 3. li. 1. Pariſ. d. conſil. 29. nu. 61. & conſil. 80. col. 1. lib. 3. Bal. nouellum in l. 1. numer. 86. & ibidem Crotum. num. 73. ff. ſoluto matrimonio. vbi Viſitar. numer. 102. &
* num. 107. com nunem * teſtatur etſi ambigat Coraſius in d. l. qui liberos. num. 96.

Reſpondeo & ſecundò, ẽt iure cõi bona hæc feudalia in dotem dari potuiſſe, quoniam quidem ſunt feuda alienabilia, vt ſcribunt Dec. in l. 1. colum. 3. verſ. ſextò & vltimo. C. vnde vir & vxor. & ibi Curt. Iun. num. 16. Ripa l. 2. num. 19. ff. ſol. matr. copioſè Rol. in tract. de lucro dotis. q. 54. num. 20. Iulius Clarus lib. 4. ſententia. §. feudum. q. 36. & declarant Ruin. conſi. 165. num. 3. 5. lib. 1. & Alcia. reſp. 166. num. 9. & reſp. 183. in fine.

Quò ad ſecundam iuris dubitationẽ, dum ambigitur,
20 an Illuſtri D. Beatrici ſint perſoluẽda alimenta † vel fructus legitimæ, præſtãdi à die mortis patris citra, qua quidem in re dicendum videbatur, nihil eſſe vel perſoluendum, vel præſtandum.

Primò, quia iam præteriti temporis alimenta peti non poſſe videntur; & præſertim, cùm diſpoſitione legis debentur. l. de alimentis. C. de tranſ. quo loci Bart. Iaſ. Dec. & cæteri omnes plura ſcribunt. & ſimili in caſu copioſè reſpondit Craue. conſil. 199. nu. 1. cùm ergo ſolùm de alimentis præteriti temporis hîc agatur, fruſtra D. Beatrix videtur contendere.

Secundò, nullo modo hîc agendũ vr̄ de alimentis, cùm D. Beatrix illa ſit aliunde conſecuta, pręſertim apud sereniſs. Reginam Heleonorã: ita Alex. in l. diuortio. nu. 29. ff. ſol. matr. & Soc. Sen. conſ. 56. col. 2. lib. 3. & in ſpecie reſpondit Alex. conſ. 48. col. 1. verſ. & vtrum iſta. lib. 3. filiã; cui dos ex ſtatuti diſpoſitione debetur, & cum ea alimenta, nihil poſſe conſequi cauſa alimentorum, ſi illa ſit aliunde conſecuta: & ꝙ vbi eſt matrimonio collocata, nihil cõſequitur, cum à viro ali debeat. idem Alex. conſ. 27. nu. 2. lib. 4. quocircà reſpondit Craue. conſil. 189. nu. 6. ꝙ hoc caſu nihil debetur alimentorum cauſa: ſed ſi quid eſt præſtandum, intereſſe nomine, quod legitimum probari debet, eſſe præſtandum.

Cæterùm re melius & diligentius conſiderata, contraria ſententia viſa eſt verior, nempè alimenta eſſe præſtanda, vel ſaltem fructus legitimæ.

Primò, quia hæc alimenta non ſolùm legis diſpoſitione, ſed & iure actionis debentur. nam decretorum ducalium diſpoſitione dos conſtituenda eſt, & alimẽta etiam præſtanda, iure ergo peti poſſunt. ita in ſpecie reſpondit Alex. conſ. 7. nu. 8. 9. li. 2. & in fortiori caſu, nempè in vidua, cui dos eſt reſtituenda, & interim alimenta præſtanda ſunt, rectè docuit Bal. in l. de alimentis. C. de tranſact. cuius ſententiam ſecuti ſunt Soc. Sen. conſ. 57. nu. 38. li. 4. & Natta conſ. 387. nu. 3. li. 2. ſcribunt ij huic viduæ alimenta eſſe perſoluenda, etſi aliunde alimenta fuit.

Secundò, ea ratione moueor, quod filiæ, ſorores & ſimi
21 les ſunt dotandæ, & interim alimentandæ: † ita Bal. in l. alimenta. C. de nego. geſt. Caſtr. conſ. 16. viſo. dicto puncto & dubiis, colum. 2. lib. 2. Cur. Sen. conſi. 27. in fi. Soc. Sen. conſi. 57. num. 36. lib. 4. & Cagnolus. in l. iura ſanguinis. num. 10. de regu. iuris. Habent ergo filiæ & ſorores de iure ſuam intentionem fundatam. Nec probabilis eſt excuſatio parentum & affinium, dum aſſerunt, fœminã eſſe aliunde alimentatam: ſi quidem hac via, dolo & fraudibus fieret locus ad maximum fœminarum incommodũ, poſſent illæ compelli aliis deſeruire, atque ita alimenta reci
22 pere, quod valde iniquum eſſe, nemo non videt. tunc † enim dicitur quis habere aliunde alimenta, cum propria bona & reditus habet: non autem cùm propria induſtria illa neceſſario quærit. ita Bal. conſi. 30. lib. 2. quem ſecutus eſt Craue. conſi. 199. num. 6. verſi. quartò adduco. & præter eum ita in ſpecie reſpondit Soc. Sen. conſi. 64. in fin. lib. 4.

Tertiò ac vltimò, hanc controuerſiam diffinit deciſio in terminis Alex. conſi. 69. colum. 1. verſi. ſuper ſecundo dubio. lib. 1. dum rn̄dit, quod quemadmodum filiæ debetur dos, quæ legitimæ loco ſuccedit: ita debentur & fructus dotis, qui re ipſa fructus legitimæ dn̄r, qui ſanè fructus à die mortis patris præſtandi ſunt. idem reſpondit Rui. conſi. 26. num. 22. 23. lib. 3. & ibidem col. vlt. ſubſcripſit Soc. Sen. qui aliis rõnib. Alex. opinionem tuetur idem Soc. Sen. conſ. 57. num. 39. in fi. lib. 4. ſiue ergo dicamus hos eſſe fructus dotis, vel alimenta ſimpliciter, ſemper conſtat eſſe omnino præſtanda dictæ D. Beatrici, tametſi illa aliunde alimenta ſit conſecuta.

Non obſtant nunc adducta in contrarium. ad primum rn̄deo. veriorem & probabiliorem illam ſn̄iam quod alimenta præterita iure actionis debita peti poſsint, vt comunẽ eſſe affirmauit Dec. in d. l. de alimentis. nu. 5. C. de tranſ. imò in vidua idem iuris eſſe ſenſit Dec. d. l. de alimentis. nume. 6. & Soc. Sen. conſi. 57. nume. 38. li. 4. quæ

ſanè iuris ſnīa ſine cōtrouerſia procedit ( vt Decius ſcri-
bit) cū aliqua preceſsit interpretatio,qua debitor in mo-
ra cōſtituatur,quod hîc euenit.nā Illuſtriſs. D. Raconi-
ſij,qui ad dotem & alimēta tenetur, effectus eſt moroſus
tum expreſſa interpelatione,tum ēt tacita,ſiquidem ætas
23 † minor dictæ.D.Beatricis interpellare dicebatur, iuxtà
tex.notab.l.in minorum.C.in quib.cauſ.in integrū reſt.
non eſt neceſſ.& in ſpecie reſponderunt Alex . conſi. 7.
nu.8.verſi.eo tēpore,li.2.Soc. Sen.conſ.57.nu.43.li.4. &
Ruin.conſ.26.nu.33.lib.3.quod quidem reſponſum eſt e-
iuſdem Soc. Sen.

Non obſtat ſecundū,quia ex iā relatis opinor eſſe ſubla
tū.ſed in ſpecie magis reſpōdeo ex doctrina Ang.in l.v-
nica.§. cum aūt.C.de rei vxo. actio. quē ſecutus eſt Soc.
Sen.conſ.64.in fi.li.4.inquit Ange.quod licèt mulier cō
ſequatur alimenta à ſuis cōſanguineis,quod tñ petere ad-
huc pōt alimenta ab hæredibus mariti: idq; ēt ad cōmo-
dum illorum conſanguineorum,cùm non dicatur habe-
re vnde ſe alat,quæ ex proprio nō habet,vt iam ſup.dixi.
Concludo igitur,D. Beatricem iure petere ſibi perſolui
alimenta hæc,vel fructus debitæ dotis reſtitui.

Iacobus Menochius I. C.

## SVMMARIVM.

*1 Mercatura & mercatores multum ſunt neceſſarij in ciuitate. & nonnulla de eorum laudibus.*

*2 Induſtria & labor vnius alteri prodeſſe nō debet,& ſibi nocere.*

*3 Ius fauet vigilantibus potius quàm negligentibus & deſidibus, imò negligentes à lege puniuntur.*

*4 Grauari non debet quis duplici onere, & quomodo procedat . ſub numer 18.*

*5 Argumentari licet hoc modo:lex circa hoc non diſponit, ergo ita intelligi non debet.*

*6 Durities,& humanitas eſt euitanda.*

*7 Conſuetudo & vſus ciuitatis eſt ſeruandus , etiam in imponendo onera gabellæ.*

*8 Argumentum ab auctoritate valet.*

*9 Agriculturæ laudes,& nu.17.circa med.*

*10 Argumentum à ſpecialitate valet.*

*11 Decimæ ſunt fauorabiles,quia à Deo inſtitutæ ſunt.*

*12 Collectarum onus reſpicit fructus & reditus mercium.*

*13 Collectarum onus ſeu pedagia cur à principibus imponantur.*

*14 Munera alia ſunt perſonalia , alia patrimonalia,alia mixta; & qualia ſint.*

*15 Vaſallus tenetur contribuere in æſtimo pro pecunia numerata,quæ ipſius uaſalli diligenti induſtria fructus fert.idem ſi ex alio artificio eſt quæſitum.*

*16 Collectarum onus debet ferri ſecundum quantitatem æſtimi : & bona mobilia & immobilia æſtimantur.*

*17 Mercatores excuſantur à muneribus perſonalibus ob neceſſariam abſentiam.*

*18 Mercaturam nobilitati derogare.*

*19 Merces an differant à fructibus ſeu prædijs,quo ad imponēdas collectas ſuper eis.*

*20 Tutor iuſta ſuadente cauſa,poteſt cogi exhibere inuentarium bonorum pupilli,aliàs vero ſecus.*

*21 Dominus an cogi poſſet exhibere ſeruos vel animalia,& pecunias, vt in libris cenſuum deſcribi poſſint.*

*22 Conſuetudo in aliquo caſu ſi in hac regione deficiat, ſpectanda eſt conſuetudo circa hoc regionis vicinæ*

## CONSILIVM IX.

# Initium à Domino.

INTERROGATVS
ſum,vt reſpondeam dubita
tioni exortæ inter nobiliſ-
ſima hæc oppida ſubalpinæ
regionis , an ſ. mercatores
pro eorū mercib. & nego-
ciationib. cōficere æſtimū,
& munera atq; collectas ſol
uere teneātur. audio hanc
q̄onem fuiſſe aliquādo agita
tā Mediolani; & pro merca
torib.fuiſſe reſpōſum à mul
tis conſultiſs.viris,præſertim ab eruditiſsimo Alciato,vt
inter illius reſponſa extat reſp. 263. & Alba viro acutiſs.
quod apud eum ſcriptum eſt conſi.438.quorum quidem
opinio & mihi aliqn̄ viſa eſt vera.

Primò,ex l.ſemper.§.negotiationes§.licèt,vbi gl. de iu
re immu. quo loci ſcriptum eſt, dantes operam merca-
turæ,quia Reipub.quodāmodò ſeruire vñr , & ciuitatis
vtilitatem augere;& ob frequentia pericula à munerib.ēt
1 patrimonialibus excuſari.ſunt †enim mercatores neceſ-
ſarij & vtiles in bonis ciuitatib.vt inquit Alber in l. 2.in
fi.ff.de nund.& hoc argumēti genere vſus eſt Alci.d. reſ.
263. nu.6.Huc ſpectat quod egregiè docuit Bal.in rubr.
extra de cler.peregr.mercatura,inquit,eſt amica populis
quia mūdus nō pōt ſine mercator.viuere.& ꝓpea licèt le
ges,vt ille ſubdit,nulla eis cōcedāt priuilegia in corpore
iuris redacta, principes tñ ſæpiſsimè plures tribuunt im-
munitates & exēptiones.Bal.laudauit Tiraq. in trac . de
nobili.c.33.nu.14. quo loci & alia multa de laudibus mer
caturæ ex Platone,Ariſtotele , Cicerone & alijs copioſè
& eruditè ſcribit. Secūdò cōferre videtur rō ab æquitate
2 & honeſto ducta.eſt.n.æquū atq; honeſtū. vt induſtria †
ſit viro induſtrio vtilis:nō aūt dānoſa;vt econtrà iniquū
eſt,quòd vnius labor & induſtria alteri proſit. l. cùm o-
portet,verſi.& filij non lugebunt.C.de bonis quæ libr. l.
filium.C famil.erciſ.& apertius in l.vlt.C.de allu.ibi, ne
doleant diligētes operam ſuam. & egregiè ſcribunt Cur.
Sen.conſi.73.in fi.& Alci.reſp.302. nu.1. Atqui ſi merca-
tores cogerentur de eorum mercib. æſtimum conficere,
& munera perſoluere,eorum induſtria non ſibi,ſed tor-
pentibus,negligentibus & ocioſis prodeſſet,cùm tamen
3 vigilantibus † & non dormientibus & deſidib. ius faue-
at.l.ſi pupillus.in fi.ff.de his quæ in fraud.cred.& negligē
tes quorum deſidia à lege improbatur atq; punitur. l. nō
n.ff.ex quibus cauſ.maio.l.procuratoris§. ſi plures, in fi.
ff.de tribu.actio.l.qui ſolidū §.ēt.de l.2.l.Seruius.ff.quod
vi aut clam.latiſsimè de pœna negligentis & deſidis tra-
dit Gomeſ.in regula Cancella.de triēnali poſſeſſore,poſt
q.28.negligentes inquam ex ſuo delicto commodū con
ſequerentur contra l.itaque fullo.ff.de furtis quod nulla
ratione concedendum eſt.

Tertiò,ſuffragari videtur rō æquitatis & honeſti, quæ
4 quidē eſt,nō eſſe † quēquā duplici onere onerādū atque
premēdū.l.honorē,vbi gl.ff.de mu.&hono.l.Titia.§.qui
inuita de l.2.Inno.in c.vlt.de decimis.Bar.l.interdum. §.
quoties.ff.de publ.& conſi.59.cōe Spoleti.& in his termi
nis Thomas Parp.in repe.d.l.placet.nu.74. C.de ſacroſ.
eccl.& rñdit De.conſ.457.nu.3.eādē gabellā nō eē duob.
in locis ſoluēdā.ſimilia recēſet Boe.q.162.& ad rē noſtrā
Cra.cōſ.293. col.8.verſ.7.&c. illi addo Barb.conſ.1.colu.
4.li.3. at mercatores cùm merces aduehunt & inuehunt
in opidis, ſoluunt vectigalia pontiū,viarū & portarū : ſi
ergo his premuntur oneribus, æquū eſt à cæteris ſuble-
uari.nec.n. (vt in ſimili de matrimonio inq̄t Theod. in l.
vnica.§. lucratiuas,in fi.C.de impo.lucra.deſcrip.lib.11.)
iuris optimi eſt,mercatores cū tot tātiſque ſuis difficulta
tib.opprimantur,aduentitijs ēt cumulare pōderib.& hac
argumētatione,ſubobſcurè tñ vſus eſt Alci . d. reſp. 263.
nume.7.

Quartò,nō parū vrgere videtur hæc argumentatio, in
hac materia indicendi collectas & onera,ſtricta ſumi ſo-
let & debet interpretatio,vti ſcribunt Doct.in l. placet.
C.de.ſacroſ.eccl.ſed iure aliquo cōſtitutū & cautū nō vi
detur,quod de his mercib.æſtimū cōficiatur,& onera ſol
5 uantur.ſi ergo lex † voluiſſet de his collectas eſſe ſoluen
das vtiq;ab ea diſpoſitū fuiſſet quemadmodum de ſeruis,
de animalib.& de pecunia fœnebri cōſtitutū eſt.l.filij. §.
vlt.ff.de mune.& hono.l.forma.ff.de cēſib. cū ergo nihil
cautū ſit ſeq̄tur dicēdū eſſe debere immunes . ita in ſimi.l.
arguit tex.l.vnicæ.§. ſinaūt.C.de cad.tol.& in ſpecie ma
gis ita argumentatur in ſolutione decimarū Pōt. Max.in
c.ad audientiam,de decimis.

Quintò,cōfirmatur precēdēs rō,ea cōſideratione,quod
merces ſint diuerſæ admodū naturæ à cæteris mobilib.ſi
quidē merces nihil certi habēt,à fide aliena pēdent,fortu
næ periculis ſubiacent,fructus per ſe, nō adhibita homi
nis induſtria,nō ferunt:ſunt in motu cōtinuo, cū tñ im-
mobilia certa ſint,à fide aliena nō pendeāt,nec fortunæ
ictus ꝑtimeſcāt fructus ꝑ ſe ferūt,vti etiā in animalib.vi
demus,nec curſum mutāt.eſt ergo in immobilib.æquū,
vt illis auctis augeatur & collectæ onus, & minutis mi-





nuatur.l.cura.§.deficiētiū.ff.de mune.& hono.l.omnes.
vbi gl. C.de cenſi.Rom.conſ.396.circa primū.num. 32.
quæ ſanè rō mercib.nō videtur cōuenire , ob frequentē
mutationē ; alioqui quotidie noua æſtima conficienda
eſſent:quod & durum & penè impoſsibile eſt.

Sextò,huc pertinet rō ducta ab impoſsibili,ſi quidem
negotiationes & mercimonia magnā hēnt difformitatē
atq; varietatē,cùm aliæ ſint maioris, aliæ minoris æſti-
mationis,atq; ita cōfuſa oīa ſunt & obſcura:è contra ve-
ro bona immobilia vnius ſtatus & firmitatis ſunt,nō ob
ſcura & confuſa, ſed clara & liquida ſunt . non ergo de
mercib.his cōfici debet æſtimū,ne clara & liquida cū ob
ſcuris & difformib.miſceātur,vt ſecerni minimè valeāt.
eſt.n.hoc æſtimū quoddā compartitū,(vt cum vulgo lo-
quar) ſeu cōpenſatio , quæ obſcura cū liquidis non ad-
mittit.l.vlt.C.de cōpenſa.ita in hac ſpecie argumētatur
Alba.d.conſ.38.nu.6.Septimò,me aliqn̄ mouebat rō illa
6 quæ ſuadet duritiē atq; † inhumanitatē eſſe euitandā.at
qui ſi mercatores haberēt neceſſe eorū merces in publi-
cum æſtimū conferre,& quidquid ipſi agunt palā face-
re,certè inhumanū & durū foret , quemadmodū exiſti-
marunt Theodoſ.& Valent.in l.2.§. 1. verſi. quid. n. C.
quan.& quib. quar.pars.li.10.quid.n. ( inquiunt illi ) tā
durum,tāq; inhumanum eſt,quā publicatione pōpaque
rerum familiarium & inuidiæ exponere diuitias.qua ſa-
nè rōne adductus ſcribit Ripa in l.nemo pōt.num.81.de
leg.1.patrē prohibere poſſe cōfici inuentarium de patri
monio filij:ita ait ille ex Io.à Platea, publicanos nō poſ
ſe diſſoluere malas mercatorum tranſeuntium, vt videāt
quę in eis ſunt.ita inquit Ripa ſe cōſuluiſſe,iniquum eſſe
edictum prætoris;quo notarij iubētur edere credita Iu-
dæorū,vt verè cōſuluit Ripa.li.1.reſp.c. 10. & in ſpecie
nr̄a hoc argumēti genere vſus eſt Alcia.d.reſp.263. in fi.

Octauò,vrgens videtur illa argumētatio, qua vſus eſt
Alba in d.cōſ.38.nu.1.2.cā æſtimi ( inquit ille ) ſeu illius
deſcriptio eſt,vt æqualiter fiat diſtributio onerum,quæ
à principe imponuntur.l. forma.§.ſi quis de cēſib.diſtri-
butio verò pendet à iuriſdōne imponētis onera : & per
cōſequēs à ſubiectione illorum,quibus imponuntur,vt
inquit Bar.in l.reſcrip.§.vlt. de muner. & hono. & Soc.
Sen.conſ.187.col.1.li.2.ſequitur ergo in ea deſcriptione
eſſe tātū deſcribēdos qui ſubiiciuntur, non aūt cæteros.
q̄nquidē effectus à ſua cā regulatur.l.in agris. ff. de acq.
rer.dom.atqui exercere mercimonia,nō ſpectat ad ſub
iectionē,cū multi non ſubditi ea exerceant , vt ſunt illi,
qui ad nundinas eunt.de his ergo ( inquit Alba ) non eſt
habenda rō.quod (ait ille ) nō parū cōfirmat l.1.in prin.
& l. ꝓcuratoris.§.mercis noīe.ff.de tribut . actio. vbi in
contributione facienda inter dñm & ſeruū , ſolùm ſunt
habenda in conſideratione,quæ gratia mercis peculiaris
contracta fuerunt:cùm actio illa, eam ob cām introdu-
cta,reſpiciat hanc ſolam cām:idem ergo hic confert &
l.coiri ſocietatem,cum ſimilibus ff.pro ſocio.

Nonò,vrgere non parū vr̄ argumentū hoc ſumptū ab
7 vſu † & conſuetudine;q̄ ſanè cōſuetudo,cū in oībus, tū
præſertim in materia hac collectarum obſeruari maxi-
mè ſolet.l.ſi publicanus.§.vlt.ff.de publica.l.vlt.vbi.gl.
C.de cano.larg.tit.li.10.Thomas Parpal.in repe.l.pla-
cet.nu.27.C.de ſacroſan.Eccle.Petrus Antibol.in tract.
de muneribus par.3.in fi.& Boc.q.e46.nu.4.atqui in ca
ſu noſtro audio antiquiſsima cōſuetudine obſeruatum
eſſe,de his mercib' & negotiationibus non fuiſſe confe
cta æſtima,nec ſolutas collectas. ꝙ ergo à cōſuetudine
eſt cōſtabilitum,mutari nulla rōne debet. l. minimè. ff.
de legib.Quę ſanè conſuetudo eo fortius procedere poſ
ſe debet,ꝙ liberatoria eſt, ne ſ. quis teneatur ſoluere. in
qua quidē cōſuetudine preſcribēda nō requirūtur actus
contradictorij iudiciales,nec lapſus tpis immemorabi
lis,ſed ſola tricēnaria cōſuetudo non exigēdi à quibuſ-
dā, vel de certis rebus,cū tñ à cæteris exigerētur.ita Cra-
ue.cōſ.111.nu.9.imò videtur ſufficere decennalis cōſue-
tudo,vt ſcribit Cur.Iun.cōſ.42.col.pe.ver.ſed tantò cla
rius;quantò ergo fortius hic dicendū in cōſuetudine an-
tiquiſsima,quæ & vim priuilegij obtinet.l.& hoc iure.§
ductus aquæ.ff.de aqua quotid.& æſti.& cap.ſup q̄buſ-
dā.§.prætereà.vbi gl.& Doctores,de verb.ſignifi.

Decimò ac vltimò,in hanc opinionē iure trahebat eo
8 rum auctoritas † qui conſuluerunt,non eſſe has merces
in æſtimū deferendas,nec pro eis ſoluēdas collectas.ita
enim reſpōdit Alciatus d.reſp. 263. & Alba. d. conſ. 38.
Hæc dubitationem hac in re non leuem mouent.

Cæterùm, re ipſa longè melius atque diligentius per
penſa ac diſcuſſa,contrariam ſnīam veriorem eſſe opi-
nos,nempè, de his mercib.& negotiationib.eſſe cōfici-
endū æſtimum,& de illis ſoluenda eſſe onera,quod qui-
dē,vt verum eſſe oſtendam,multis adducor.

Primò ex tex.l.filij.§.vlt.ff.ad municip.& l.munerū.§
patrimoniorū.ff.de mune.& hono.quibus aperte proba
tur,fœneratores ratione illarum pecuniarum , quas fœ-
nori dant,teneri collectas ſoluere.quod ex illis iuribus
annotauit Bar.in d.§.patrimoniorum. nu. 2. idem ergo
dicendum eſt de cæteris mercibus,cùm nulla probabilis
drr̄æ rō aſsignari poſsit inter vnam & alteram ſpeciem.li-
cet. n. pecunia fœnebris ſit & vberioris reditus ,& tuta
magis,attamen non fit quin hæ merces ſint in æſtimum
redigendæ;quia iuxta cuiuſq; qualitatem & maior & mi
nor faciēda erit æſtimatio,quemadmodum fieri ſolet &
de predijs q̄ non æſtimantur vnius valoris & reditus,vt
infra dicemus.nec fœnebris pecunia periculo caret , ꝙ
quotidie humana experientia docet.& licet hæc pecunia
de loco ad locum non transferatur , cum tamen merces
aduehantur & inuehantur, nō tamen ex hoc fit, quin æ-
que ſint in æſtimum deferendæ, vt ĩ.dicam.nō etiam dif
ferentiam inter hæc facit,ꝙ pecunia fœnebris per fœne
ratores viros a lege reprobatos fœnori detur. l. impro-
bum.C.de vſuris.quia reſpōdetur:non perſonæ odio,vel
fauore æſtimum confici,vel non confici,& collectas ſol-
ui,vel non ſolui.quid .n,hoc ad rem?Nam,ſi probitas vi
ri mercaturam exercentis non eſt expectanda,nec is qui
terram colit,ob id rectè ageret,cùm tamen etiam iuſte et
9 ſanctè colat,vti latè de agriculturæ† laudibus ſcribit Ti
raq.in tract.de nobilit.c.32.eſt ergo ſolidum hoc funda-
mentum.

Secundò,hanc ſnīam probat tex.l.forma. §. in ſeruis.
ff.de cenſib.quo loci eſt conſtitutum pro cenſu conſti-
tuendo eſſe deferendos ſeruos,& eorum res:atq; ita mo-
bilium rō hr̄. & is textus de his ſeruis loquitur qui ve-
num ibant,atq; ita inter merces cōnumerabantur.que-
madmodum ſcimus hunc fuiſſe morem apud antiquos,
qui & hodie alicubi viget vendendi ſeruos. vt probant l.
ꝙ ſi nolit.§.ſi mancipium.ff.de ædil.edicto.l.1.C.ſi ſeru.
expor. veneat.& duo ibidem tituli ſubiiciūtur,qui hoc
apertè indicant.& ſatis clarum eſt.nec eſt probabilis dif
ferentia dicere,hos ſeruos per ſe fructus,ſeruiendo ſ.ad-
ferre,cùm id non contingat in mercib.nā ſi verum hoc
eſſet,nec prædia quæ non niſi culta & ſeminata fructus
non ferunt,eſſent æſtimanda:vt infra dicam, & tamen æ
ſtimari ſolent.Accedit,quòd & ſerui aluntur & inſtru-
untur;& licet tanta non adhibeatur induſtria,quanta in
mercib.nil tamen hoc refert cùm etiam cōparatiuè tan
ta non ſit mercium,quanta ſeruorum æſtimatio.

Tertiò,ſuffragantur l.vlt.C.de im.nem. concedenda.
li.10.ibi ꝓ iugerum num. & capitum.quam dictionem
capitum, ut de annalib. intellexit. glo. ita & de cæteris
mobilib.facilè interpretari poſſumus.nec hic mihi dica
tur agi de animalib.prædiis cohærentib.& illis acceſſo-
riis,iuxta l.inſtrumenta.ff.de fund.inſtr.& inſtr.leg.nam
ſi verum hoc eſſet.fruſtra iugerum & capitum fieret di-
ſtinctio,& ſeparata ꝓfeſsio,ſufficeret enim iugera de-
ferre.præterea,ſi animalia ſunt in conſideratione,vt au-
geant reditus prediorum,atq ita agricolæ,ita & merces
mercatoris ciuis augere poſſe debent.
10 Quartò,accedit argumentum † à ſpeciali ductum ex li.
negotiatiores.C.de excuſ.mune. negotiatores illi qua
principis deuotioni ſeruiunt ab omnium mune. præſta
tione excuſantur:ergo ordinario iure cæteri mercatores
immunes nō ſunt.nec vera eſt aliquorum opinatio.l.ne-
gotiatiores,ſolum tribuere immunitatem à perſonalib'
in qua opinione forte fuit Bar.in l.reſcr.§.ſciendum . ff.
de mun.& hono.cùm verè abſolute loquatur. quin ſi ve
ra eſt illa Bartoli interpretatio,argumentum vrget à for-
tiori,quod ſi à realib.negotiatiores principis non excu-
ſantur,minus ij. priuati.

Quintò,probat hanc ſnīam,quod ita videmus decimas
quæ collectarum inſtar ſunt,vt inquit Bal in l.neminē.
C.de ſacroſ.ecc.eſſe præſtandas ex mercib.& negotiatio
nib.vti conſtitutum eſt in ca.non eſt,& in c. paſtoralis,
vbi doct.de decimis.& tradit,Rebuffus in trac.de deci-
mis.q.8.nu.18.19.idem ergo dicendū eſt dē mercib . eſſe
11 ſoluendas collectas nec hic dicatur,decimas eſſe † fauo-

rabiles,vti à Deo inſtitutas.Exodi c 22.ſcribit Rebuffus.
d.traç.de decimis.q.j.nu.6.Collectas verò odioſas,que
madmodũ ex Abbate & Corneo rñdit Crau.cõſ.111.nu.
7.nã hoc nihil ad rẽ facit,cũ ſatis eſt,ꝙ ita præſtãdæ ſunt
collectę ac decimę.nec odioſæ ſũt collectæ,vt infra dicã
12 Sexto,confert illa rõ,quod collectarũ onus † reſpicit
fructus & reditus,vt ſ.is ſoluat q̃ fructus & reditus cõſe-
quitur.l.ſi negotiũ.C.de neg.geſt.& l.oẽs.C.ſine cenſ.&
reliq.qua de re latè & egregiè ſcribũt.Soc.Sen.cõſ.205.
col.2.ver.probatur.l.2.Curt.Iun.cõſ.42.nu.1.Affict.de-
ciſ.95.nu.4.Pariſ.cõſ.52.nu.3.li.1.Craue.cõſ.217.nu. 5.&
Ruin.cõſ.159.nu.6.l.1.Et qui fructus percipit, is ſoluit.
Neuiz. cõſ.74.nu.11.& Rol.conſ.32.nu. 11. qui tñ nu.14.
declarat.At ex mercibus & negotiationibus fruct⁹ vber
rimos aliquando,imò ſæpe referunt mercatores,& mer
ces in fructu ſunt.l.vſuræ.de vſuris.ergo ratione illorum
fructuum & redituum ſoluere debent, cùm eadem ſit
rõ vtriuſque caſus:& ob id idem ius eſt conſtituendum.
l. illud,in prin.ff.ad l. Aquil.
Septimò,mirũ in modũ vrget rõ,quoniã collectarum
13 onera † ob id principes imponere poſſunt,vt ipſos ſub
ditos tueãtur atq; defendãt:vt poſsint ciues & oppidani
tuti eſſe ab hoſtiũ armis,à prædonũ incurſionibus,vt iu-
ſtitia in locis adminiſtrari per magiſtratus poſsit.quã q̃-
dẽ rõnẽ verã probarũt Bal.in c.j.§.Marchiones, q̃ feud.
dare poſſ.Bat.& cæteri in l.ne q̃d.ff.de incẽd.rui.& nau-
fr.latè tradũt Dec.cõſ.534.nu.6.& cõſ.649.nu.4.& Za-
ſius cõſ.14.nu.8.l.1. qui ita de gabellis, vectigalibus &
pedagiis dñt, q̃ ob id ſoluũtur,vt viæ & itinera tuta red
dantur.Hinc ſcribit Thomas Parp.in l.placet.nu.30. C.
de ſacroſ.ecc.poſt Spec.ti.de feudis.§.qnoniam.nu. 72.
Principẽ lex de cauſis tãtũ poſſe imponere collectas ſub
ditis;quarũ aliquę reſpiciũt cõmodũ & vtilitatẽ ſubdito
rũ,vt eſt,ꝙ arma hoſtiũ repellãtur, & loca præſeruẽtur.
idẽ ſcribit Petrus Antibol⁹ in trac.de munerib.par.3.nu.
94.ſed mercatores rõne merciũ plus cæteris immobiliũ
poſſeſſorib.hoc ſecuritatis cõmodo fruuntur:ſi quidem
maiori in periculo verſantur.quã ij faciãt,qui pdia poſ-
ſidẽt,ſi bella vigẽt,ſi hoſtiũ nõ propellatur incurſus,ſi i-
tinera tuta nõ ſũt.Nõ.n.tutè aduehere & inuehere mer
ces poſſunt:nõ ẽt inuectas tutò ſeruare ibi poſſunt:cũ ni
hil horũ vereãtur prædiorũ poſſeſſores.nec ad rẽ cõfert
quod aſſerũt mercatores ſe ſoluere gabellas & pedagia.
ſi quidem alia eſt eorum ratio,vt infrà ſuo loco dicam.
14 Octauò,me multũ mouet hæc argumẽtatio:munera †
alia ſunt perſonalia, & alia patrimonalia, alia mixta. de
perſonalibus nunc non agitur,cũ illa ſint,qñ labore per
ſonæ & propria induſtria præſtãda ſunt.l.vlt.in prin.C.
de mu.Parpalea in d.l.placet,nu.6.C. de ſacroſ. ecc. pa-
trimoniale munus cũ ipſis rebus indicitur,vt in caſa no
ſtro,& tradit Parpal.in d.l.placet. nu. 102. mixtũ, quod
indicitur perſonæ rõne rei,vt tradit Bar.in l.reſcr.§.ſciẽ-
dũ.ff.de mu.& hono.Parp.d.l.placet.nu.102.& de his la
tè ſcribit Petrus Antibolus in trac.de muner.part.3.§. 1.
nu.2.3.Are.conſ.105.& Alcia.in l.munus.de verb.ſig. cũ
ergo agitur de his munerib.patrimonialibus, & mixtis,
ita merces & negotiationes ſunt æſtimãdæ,vt cætera bo
na mobilia, cũ illa ita ſint in patrimonio,vt reliqua.qua
de re æſtimũ cõſequitur ſuũ finẽ,qui eſt,vt onus collecta
rũ facilius atq; æqualius vnicuique tã diuiti quã pauperi
pro mõ facultatũ & patrimonij viribus imponatur:que
madmodum inquit gl.l.1.in verbo,inopes.C de apoch.
pub.l.10.&probat textus notab.in l.1.in fi.C.quib.mun.
vel.præſt.nemi lic.ſe excuſ.lib.10.ibi, pro portione ſuæ
poſſeſsionis à ſummis ſarcina vſq; ad infimos decurrat.
atqui nec facilis nec æqualis fieri poſſe videtur oneris
huius diſtributio,niſi & merces æſtimẽtur.ergo æſtimã
da, & pro eis collectæ ſoluen dæ videntur.
Octauò ac vltimò,opinionẽ hãc cõfirmare vr̃ multo-
rũ auctoritas.nã Iſer.in c.1.in verbo,plauſtrorũ,quæ ſint
15 regal.docuit vaſallũ teneri † cõtribuere pro pecunia nu
merata,quæ vaſalli diligẽti induſtria fructus fert .idẽque
ex alio artificio & quæſtu,cũ illa in æſtimũ deferri. Iſer-
niã probauit ibi Afflictus, imò clarius & aptius docuit
Bal.in l.ẽt.col.pen.C.de excu.rei iud.quod oẽs æſtimari
debẽt:& vnuſquiſq; ſoluere debet impoſitũ onus iuxta
mẽſurã ſui patrimonij,ſiue æſtimati,ſiue æſtimabilis,cũ
ſint aliqui,qui habẽt æs,& non æſtimũ,vt illi qui fœnus
exercẽt,qui ſi tenẽt tapetũ (vt cũ noſtris loquar)in diuer
ſis prouinciis collectãtur,pro ut in loco negotiãtur,atq;
ita pro mõ negotiationis.idẽ cẽſuit Bal.in l.neq;§.quòd
ſi nemo.nu.5.ff.quod cuiuſq; vniuerſ.nom.dum ſcribit
16 quod † onus collectæ ferri debet ſecundum quantitatẽ
æſtimi : & quod ad huc effectũ facultates cuiuslibet per
publicos officiales circumſcribi debẽt,& non ſolùm im
mobilia,ſed etiã mobilia æſtimari debent:nec nõ & pe-
cunia numerata,quã quis non hẽt,ſed fœnerauit.arg. l.
filij libertorum.§. vlt. ff.ad municip. Ita quoq̃ Bar. in l.
vnic.nu.31.C.de mulie.& in quo loco,li.10.ſcribit,in æ-
ſtimo eſſe mobilia & immobilia æſtimãda. Bart. ſecuti
ſunt Guido Papæ.q.87.col.pe.verſ.vlterius & 6.quæro.
& q.395.de Iudæis;in fi.Cor.conſ.217.nu.3.li.2.vbi etiã
recẽſet Bald.ita Thomas Parpal.in repe.l.placet.nu. 91.
C.de ſacroſ.Eccle.Io.de Platea in l.indictiones,col. pe.
C.de anno.& trib.li.10.Lucas de Penna in l.agros.C.de
fund.limo.li.10.& in l.vlt.q.11.& q.15. C.quibus mune.
vel præſta.nemi.lic.ſe excuſ.lib.11. Petrus de Vbaldis in
trac.de collectis.nu.8.& Rol.à Valle.conſ.66.nu.17.18.
li.1.idem ſenſit Petrus Antibolus in tract. de munerib.
par 2.nu. 20.vbi declarat. Non obſtant nunc in contra-
rium adducta:ſi quidem rñdetur ad primum ex l.ſemper
17 §.negotiatores. quod loquitur is tex.de munerib.† per
ſonalibus,à quib.mercatores excuſantur ob neceſſariam
abſentiam.id quod cõfirmatur:quia iam diximus s̃.mer
catores & negotiatores principis ſpeciali fauore excuſa
ri à munerib.realib.hoc confirmat Bal.qui in d. primo
fund. ad fauorem mercatorum allegatur. Bal. inquam
in rub.de cler.peregri.dum inquit,quod licet leges nul-
la eis cõcedant priuilegia,multa tñ fuerunt, & nunc cõ
ceduntur à principib.fatetur Bal.mercatores à iure com
muni nullum habere priuilegium:dẽnt ergo pro mercib.
æquè ipſi ac cæteri collectari. nec ad rem confert, quod
mercatura ſit populis,& illis ſummè vtilis quoniam dici
mus,quod ſi hac rõne eſſet concedenda immunitas,eſſet
certè fortius concedẽda agrorum cultoribus:cum agri-
cultura ſit & amica & vtilis magis populi ipſa mercatu
ra. quæ oſtendunt multa illis à iure cõi collata priuile-
gia,quæ longa ſerie recenſet Io.à Platea in l.1.de agric.&
cẽſ.li.11.cum tñ ( vt diximus) nulla ſint data mercaturæ.
hinc non exiſtimatur agricultura ars ſordida & ignobi-
18 lis,vti latè ſcribit Tiraq.tract.nobil. c. 32. † cùm tamen
verè mercatura nobilitati deroget,vti affirmat cõſtãter
Tiraq. vbi ſuprà cap.33. nume.20.
Non obſtat ſecundum,quia reſpõdetur,non eſſe mer-
catoris induſtriam ſibi damnoſam,nec alteri vtilẽ,qñqui
dẽ non alterius portionẽ oneris ſuſtinet,ſed propriã tan
tum & ſi plus ſoluit,plus etiam inde conſequitur: & ne-
gligente ſit opulentior,& cõmodius viaticum & obſo-
nium ſenectuti ſuo labore cõparat,quàm is facit, qui in
otio & vmbra ſedet:quiq; cùm ſenex egeſtate laborare
incipit, oſtiatim mendicare interdum cogitur, præte-
reà,ſi induſtria & labor tribuere deberet hanc immuni
tatem:idem dicendum foret de collectis.quæ rõne redi-
tus prædiorum preſtantur:cum prædiorum fructus non
niſi magna induſtria, & labore aſsiduo conſequatur dñs
vel poſſeſſor. & illa rõ ducta à. l. vlt. C. de alluuio. huc
potius, quam ad ipſam mercaturam pertinet.
Non obſtat tertium,quia reſpondeo,quod licèt mer-
catores ſoluant vectigalia cùm aduehunt & inuehunt
merces, non tamen id facit, vt immunes eſſe debeant à
collectis, q̃ alia ratione & cã quã gabellæ impoſitæ ſunt.
Nam & non vno in loco cernimus ſolui gabellas & pe-
dagia,dum in oppido,vel ciuitate frumentum, vinum &
cætera cibaria inuehuntur,& tamẽ adhuc collectæ ſunt
prædiis indictæ.prætereà,quod dicitur, non eſſe aliquẽ
duplici onere grauandum d.l.Titia.§.qui inuita.de lega.
2.intelligitur rõne eiuſdem cauſæ,non autem diuerſæ,cũ
non duo onera,ſed vnum tantum eſſe intelligatur: que-
madmodum hîc contingit. nam gabellæ & vectigalia
ſoluuntur dum mercator eſt in ipſamet negotiatiõe ad-
uehendo & inuehendo;at collectas ſoluit lucro ex fru-
ctibus negotiationis conſecuto.
Non obſtat quartum,quia reſpondetur,falſum eſſe ꝙ
iure cautum non ſit,ex mercib.ſoluendas non eſſe colle-
ctas.iam.n.s̃.oſtendimus & ſcripto iure & rõnib.cõſti-
tutum ita fuiſſe.prætereà, cum dictum atq; cautum ſit,
mobilia,animalia & his ſimilia eſſe æſtimanda,idem di-
cendum eſt de mercibus:cùm eadem adſit rõ;vt iam di-
ximus, & cũm vna & eadem rõ militat,ceſſat illa regu-
la L.vnicæ.§. ſin autem ad deficientis.C.de cad.tol.vte-
gregiè



gregiè declarant Cra.conſi.62.nu.14 & conſi.130.num.
7.& Soc.Iun.conſi.77.in fi.li.3. qui declarat.
19 Nõ obſtat quintũ,quia rñdetur,imò † nullã eſſe naturæ
diuerſitatẽ inter merces,& cætera bona.Nã etſi ſub peri
culo merces verſentur,verſantur & fructus prædiorũ:q̃-
madmodũ docet ipſa experiẽtia,an nõ videm⁹ illos ſubia
cere vermibus q̃ ſemina edunt atq; cõſumunt, ſiccitati,
qua naſci impediũtur:nebulis & immodicis pluuijs q̃ na
tas ſegetes perdunt:grãdini & cęteris quæ iã percipẽdos
fructus deſtruunt?ſunt argõ.c. pp ſterilitatẽ.de locato. 1
& illi ſimilia. Rurſus,admiſſo maius verſari periculum in
mercib. quã in reditibus prædiorũ, dicimus verſari etiã 2
maius lucrũ;& ob id iuxta regulã naturæ vnum cum alte 3
ro eſt cõpenſan lũ.Accedit,quod ſi maius eſt in mercib.
periculum, minus etiam earum reditus in æſtimo æſtima
buntur,& periculi ratio habebitur. 4
Nõ obſtat ſextũ,quia verũ nõ eſt tãtã eſſe varietatẽ &
difformitatẽ merciũ,vt nullo mõ poſsint æſtimari:ſi qui 5
dẽ videmus & prædiorũ dños fieri interdũ vel pauperio-
res,vel ditiores,& eorum æſtimũ augetur, vel minuitur 6
auctis,vel minutis facultatib.ita ẽt de mercib.dicẽdũ eſt 7
põt.n.mercator fide facta ſe nõ ita verſari in negotiatio-
ne vt olim & ob id eſſe minuẽdũ æſtimũ:ſi vero negotia 8
tio augebitur aliorũ erit cura deferrè cẽſitorib.Nec ve-
rũ eſt prædiorũ reditus eẽ certos & liquidos; reditus ve- 9
rò merciũ & negotiatiõis obſcuros & nõ liquidos, ẽ in-
quã falſum;quis.n.affirmare põt,reditus prædiorũ ita eẽ
certos,vt aliqñ nõ ſint & maiores & minores pro tẽpo- 10
rũ varietate,& bona vel mala tẽperie?& ſi quæ maior in- 11
certitudo ẽ in mercib.illi⁹ rõ,ſi ita cognita erit,habebi-
tur nõ tñ ob hãc rõnẽ in totũ ẽ æſtimatio de iis faciẽda. 12
Nõ obſtat ſeptimũ,quia nec durũ,nec inhumanũ exiſti
matur hoc in caſu patrimoniũ ſuũ oſtendere:ſi quidẽ cã 13
eſt iuſta,ob quã cõcedi hoc ſolet & debet,quemadmodũ 14
ipſe Ripa.d.l.nemo poteſt.nu.8.in fi.de leg.1.ſenſit,dũ
inquit;nõ cõcedi ſine iuſta cã. ergo ſecus cũ cã eſt iuſta.
20 hinc etiã videmus,quod † qñ iuſta cã ſubeſt,cogi põt tu
tor exhibere inuẽtariũ bonorũ pupilli:ita Bal.in §. no-
uiſsimè,Inſt.de ſuſpe.tuto.Alex.l.1.§.rõnes.nu.5. ff. de
eden.& Neuiz.li.4.Syluæ nup.nu.118.in fi.quam iuſta &
æqua hîc adſit cã,nemo eſt,qui non videat.Rurſus dũ æ-
ſtimũ hoc mercium cõficitur,non ita minuatim de ſin-
gulis rebus ſolet cõfici,vt ſingula quæ domi ſunt, vel in
horreo,vel in apotheca ſunt deſcribãtur:ſed generatim
æſtimantur omnia,& prudentũ atque peritorũ illius ar-
tis iudicio iudicatur, quanti ſint negotia quæ ab illo &
illo tractantur:ita quod patrimonij ſecreta non pandun
tur.quinimmò apud antiquos Romanos, q̃ honeſtatis
& decoris maximi obſeruatores extiterũt,& à quib⁹ mo
dus hic cẽſẽdi reditus & patrimoniũ manauit,nec in ho
21 neſtũ † nec indecorũ habebatur exhibere ſeruos, anima
lia,& pecunias,vt in libris cenſuum referri poſſent:que-
madmodum auctores ſunt Dionyſ.Halica. lib.4. antiq.
Rom.& Liuius,li. 1. 7. & 39.
Nõ obſtat octauũ,quia rñdetur,nõ agi de illis mercato
rib.qui hæc oppida incolũt,& domiciliũ in illis habẽt q̃
verè ſubſunt ditioni & põtati Principis ẽt rõne merciũ,
cũ & illæ ita ſint in ſuo patrimonio,vt cætera mobilia.&
ſi volunt à principe in oppidis his cõſeruari,debẽt ẽt cõ
ferre aliq̃d de eorũ reditibus, vt & princeps ipſe valeãt
id præſtare,& miror certè ꝙ doctiſs.Alba tãti faciat ſuã
hãc leuẽ conſiderationẽ.Nõ obſtat nonũ,quia rñdetur
primò,cõſuetudinẽ extare in oppoſitũ in illis regionib.
in quib.gñalia æſtima cõfecta ſunt, vt in dñio Mediolani
vbi aliquãdo obſeruaui & de his mercib. & negotiatio-
nib.fuiſſe cõfectum æſtimũ. & apud noſtros eſt clarum
22 eſſe † ſpectãdũ cõſuetudinẽ regionis vicinæ, cũ in loco
ꝓpria deficit:ita ſcribunt oẽs in l.de quib.ff.de legib. &
alibi ſæpe.immò teſtatur Parpal.in d.l.placet. nu. 91. C.
de ſacroſ.ecc.in oppido Auilianæ, quod huius regionis
eſt,cõſuetudinẽ extare,æſtimãdi merces.Ita audio exta-
re in nobiliſsimo oppido Cherij.Prætereà non licet ar-
gumẽtari à cõſuetudine hac,quãdoquidem nunquã fortè
de his extitit cõtrouerſia, vt ea extante ipſi mercatores
obtinuerint,vt tradunt Iaſ.& cæteri in d.l.de quibus.
Nõ obſtat vltimũ,quia reſpõdetur aduerſus Alciatũ &
* Albã eſſe * magis receptã doctorum opinionem.& opi
nor in domino Mediolani latam fuiſſe ſententiam aduer
ſus illa Alciati & Albæ reſpõſa;poſteaquam videmus ob
ſeruari,mercatores referre in æſtimum eorum merces &
negotiationes;cùm tamẽ à mercatoribus interrogati an
te æſtimi cõfectionem pro illis duo illi iuriſcõſulti,ma-
ximi alioqui nominis,reſponderint.Cõcludo itaq; mer-
ces & negotiationes eſſe æſtimãdas:& de illis ſoluenda
onera,vt & de cæteris reditib. prædiorum.

Iacobus Menochius. I.C.

## SVMMARIVM.

1 *Geminatio verborum multum operatur ad oſtendendam defuncti voluntatẽ,& excludit omnẽ interpretatione, & extenſionẽ.*
2 *Pars vna teſtamenti declarat aliam.*
3 *Teſtator ſi legauerit aliquid alicui, & prohibeat hæredi ne moleſtiam aliquam illi inferat,an ille legatarius intelligatur dominus vſusfructus,vel proprietatis.*
4 *Beneficiatus ex teſtamento ſi non vocatur hæres, præſumitur fructuarius.*
5 *Verba illa,reliquit donnam & dominã &c.an intelligantur quò ad vſumfructum vel proprietatem.*
6 *Teſtator videtur ſe conformare cum diſpoſitione iuris.*
7 *Argumentum ab vſu & conſuetudine vel communiter contingentibus ualet,& quomodo procedat nu. 15.*
8 *Alienatio fruſtrà alicui conceditur, ſi non eſt ei relicta proprietas rei,quæ poſsit alienari. & quomodo intelligatur.*
9 *Alienatio quòd ſit prohibita,vel cõceſſa,multũ differt ad cognoſcendum,an beneficiatus intelligatur vſufructuarius, vel proprietarius.*
10 *Dictio,libere,cuius ſit naturæ.*
11 *Vxor relicta domina & vſufructuaria alicuius fundi, habet electionem,vel accipere vſumfructum,vel proprietatem.*
12 *Clauſula,omni meliori modo,appoſita in legato facto vxori,an in dubio faciat ipſam proprietariam uel vſufructuariam.*
13 *Nomina ſunt ſumenda à digniori & potentiori.*
14 *Regula,quòd vna & eandem res diuerſo iure nou debet cenſeri, quomodo intelligatur.*

## CONSILIVM X.

# Initium à Domino.

QVOD Magnifica D.
Trota à Magnifico D.
Blãco vſufructuaria mo
bilium etiam conſtituta
fuerit, multa facere vi-
debantur.
Primò,quia nõ vno in
loco teſtator eã vſufru-
ctuariam in teſtamento
appellauit: quæ quidẽ †
1 geminata ac reiterata ſę
pius appellatio rẽ clarã
oſtẽdit,ac enixam teſta-
oris voluntatẽ declarat
l. Baliſta. ff. ad Trebel.
bar.in l.cùm ſcimus.nu.6.C.de agri.& cenſi.lib. 11. latè
Dec.in l.1.nu.30.C. de pactis.& conſ.181.col.3.Cra.conſ.
201.nu.42.cæteros prætereo. Accedit ꝙ geminatio ſolet
operari,vt omnis extenſio omniſq; interpretatio exclu-
datur,vt eſt notab.gl.in cle.1.in verbo,diœceſanis. de iu-
re patr.quã extollũt Iaſ.in l.ſi cõſtãte.nu.83.ff. ſol.matri.
& egregiè Goza.cõſ.4.nu.25.cõſ.30.nu.3.& conſ.52.nu.2.
Et in his terminis noſtris ita argumẽtatur Bellon⁹ cõſ.6
nu.4.5.6.qui hac ratione vſus eſt ad demõſtrãdũ mulierẽ
fuiſſe factam, vſufructuariam, nõ autem proprietariam.
Secũdò,huic opinioni ſuffragari videtur illa ratio,quod
2 † vna pars teſtamenti alteram declarat.l.qui filiabus.vbi
latè Iaſ.col.1.de legat.1.licèt ergo hęc pars ſubobſcura ſit
dum reliquuntur mobilia;attamẽ aliæ teſtamenti partes
claræ ſunt & manifeſtæ,cùm ſemper eam appellauerit vſu
fructuariam:dicẽdum ergo vr̃ eam verè vſufructuariam
eſſe cõſtitutam.Hoc argumẽti genere ita in ſpecie vſus ẽ
Soc.Sen.conſ.102.Viſis ſcripta,col.6.ad finem,lib.3.
Tertiò,ad rẽ maximè cõferre vr̃, quod teſtator eam D.
Trotam liberauit à redditione rõnum,& à cõfectione in
uentarij:in quod eam vſufructuariam eſſe effectã atq; re-
lictam oſtendit.Si enim eſſet abſolutè domina & ꝓprie-
taria,quorſum inuentariũ conficeret? quorſum redderet
rõnem?cùm dominus ſit arbiter & moderator rei ꝓpriæ
l.in re mandata.C.mand.ita hac cõiectura adductus cen
ſuit Rom.conſ.206.num.3.Soc.Sen.conſ.131.In præſenti


conſul-

cõſultatione.col.vlt.verſi. ergo fortius vř.li.1.& Decius conſ.278.nu.5.verſ.ſimiliter ſecundum. qui & illam coniecturam addunt,quæ in caſu noſtro militare videtur;qñ
3 † ſcilicèt prohibuit teſtator. hæredi,ne moleſtiã aliquã illi inferat: id quod in vſufructuario cadit, non autem in proprietario,qui cùm dominus ſit,vereri non debet alicuius moleſtiam,alioqui dominus non diceretur.

Quartò,huc ſpectare videtur, quòd is teſtator plures hæredes feciſſe videtur,hoc eſt Lactantium,Franciſcum & Iacobum.& illos appellat hæredes etiam viuente D. Trota, dum prohibuit eam moleſtari à ſuis hæredibus; quos ſua hæreditate carere voluit,ſi moleſti fuerint dictæ
4 D.Trotæ.Si eos hæreditate priuat,præſupponit † eos verè eſſe hæredes; cùm priuatio habitum præſupponat. l. decem.§.decem de verb. obli. & l.manumiſsiones. ff. de iuſt.& iure.videntur ergo ij hæredes viuẽte ipſa D.Trota.& per conſequens videtur d.Trotam eſſe vſufructuariam.Hanc coniecturam perpendit in ſpecie Dec.conſi. 278.nu.6.qui paulò poſt conſiderat dici fructuariam, ex quo hæres nunquam appellatur.

Quintò,confirmari videtur ex eo, quòd cùm clare hic conſtet hunc teſtatorem pluries illos nepotes ſuos hæredes feciſſe vniuerſales,vt ſupra retuli, ſequitur D. Trotã eſſe iudicandam vſufructuariam, non autem proprieta-
5 riam;atq;ita verba † illa,donnam,&c.eſſe interpretanda, vt fructuaria ſit;& ſignificant quandam præeminentiã & ſupremam rerum adminiſtrationem in domo relictã eſſe non autẽ rerũ proprietatẽ,ita docuit Bar.in l.Titia.§.Titia cùm nuberet nu.4.de leg.2.latiſsimè Tiraq.trac.de legibus cõnub.l.10.nu.5.& præter eum Ruin. conſ.50. nu. 5.li.2.Iaſ.conſ.65.col.vlt.li.1.& Soc.Iun.conſ.94. nu. 4. 5.li.1.vbi latè declarat,& Pariſ.conſ.21.col. 1.li.2.qui ferè omnes illud fortius ſcribunt,eſſe ſolũ relicta alimenta.eſt ergo ſine controuerſia dicendum,non eſſe relictam proprietatem.Hac ratione vſus eſt in ſpecie Dec.conſ.278. nu.3 verſ.vnde poſtremo.illum eſt ſecutus Bellonus cõſ.
* 6.nu.12.Et cùm hæc ſit iuris communis * diſpoſitio,ſu-
6 mẽda eſt præſumptio, † quòd iuxta eã teſtator diſponere voluerit,vt inquit Bar.in l.vxorem.§.teſtamento,il 2. de leg.3.& alios recenſet Dec.d.conſi.278.num.8.qui ita hanc argumentationem comprobat

Sextò ac vltimo,argumentari pro hac parte põt,argu-
7 mento † ducto à conſuetudine & vſu,vt argumẽtatur in hac ſpecie Dec.d.conſ.278.du.7.Solent enim teſtatores cõmuniter relinquere vxores ſuas fructuarias, non autẽ proprietarias.idem ergo dicendũ videtur in caſu noſtro.

Re tamen ipſa diligentius perpenſa,ſum contrariæ opinionis.imo quò ad bona mobilia,D.Trotam eſſe relictã atq; conſtitutam proprietariã,& ob id ad libitũ poſſe de illis diſponere.Quod,vt verũ eſſe oſtẽdã, multis moueor. Primò, ex verbis ipſius teſtamenti,quæ ita ſcripta ſunt.Item legauit & legat D. Dorotheæ eius vxori,& eam cõſtituit donnam,dominam & vſufructuariam omnium & quorumcumq; bonorũ ſuorũ mobilium & immobilium, & vbicumque ſint & eſſe reperiantur,toto tempore vitæ ſuæ,ducendũ tamen vitã viduilem & honeſtam .Hactenus teſtator vxorẽ hanc ſuam vſufructuariã reliquit.Deinde ſubiicit in hæc verba:Ita & taliter quod de quibuſcumq; fructib.vſus domus,& vtenſilibus,ac aliis quibuſcumq; mobilib.ipſius teſtatoris poſsit & valeat liberè & abſolutè in vſus proprios conuertere,vẽdere & alienare,abſque alia ratione reddenda.Hæc poſtrema verba oſtendunt teſtatorem conſtituiſſe ſuam hanc vxorem mobilium proprietariam,ex quo illi poteſtatem dedit alie-
8 nandi & diſtrahendi.Fruſtra † diceretur data alienandi facultas,niſi effecta fuiſſet proprietaria. ita egregiè docuit Bal.in l.Proculus.ff.de vſufructu. quem ſunt ſecuti Comenſ.conſ.120.ſed Petrus,col.vlt. Fulgoſ. conſil. 13. Circa primum conſultationis,col.vlt.Roma.conſi.206. nu.4.Barb.conſi.64.col.pe.& vlt.li.2.Soc.Sen.conſi.210 li.2.Rui.conſ.126.nu.1.li.1.conſ.35.nu.5.conſi.39.nu.3. & conſi.13.nu.13.li.2.Picus in repe.l. Titia.§.Titia cum nuberet.q.74.Franciſcus Crem.ſing.27.Maritus &c.Curt. Iun.conſ.14.col.1.& conſ.72.nu.9.latiſsimè.Pariſ. conſi. 71.li.2.& aliqua idem Pariſ.conſi.95.num.72.eo.Soc.Iun. conſi.84.nu.9.& conſi.99.nu.17.lib.1.& idem reſpondit Alciat.reſp.562.nu.2.3.Nec aduerſatur quod ſcribit Soc. Sen.conſi.131.col.vlt.li.1.hanc Baldi & ſequacium doctri-
9 nam procedere † cùm teſtator negatiuè loquitur, vt eſt cũ dicit, & prohibeo ne aliquid ex illis bonis alienet: ſecus ſi affirmatiuè (inquit Socinus) diſponat cõcedendo facultatem alienandi.Nam tunc non loquitur Bal.nec ex eo dicitur conſtituta proprietariã.Et eo loci Soc. irridet Barbatiam d.conſi.64.lib.2.& inquit illum paralogizare. Sed verius opinior Socinum, alio qui acutiſsimum iuriſconſultum,falli:ſiquidem rectius ſenſit Barbatia. Etſi enim verba Baldi ſint negatiua,atque ita eo exemplo negatiuo vtatur,at tñ idem eſt dicendum cùm affirmatiuè hæc alienandi facultas eſt conceſſa.Ita enim in caſu affirmatiuo reſpondit ipſemet Soc.Sen.d.cõſ.210.li. 2. Quod pariter fecerunt Comenſ.d.conſi.120.col.vlt.Pariſ.cõſi. 95.nu.72.li.2.& clarius Alciatus.d.reſp.562.nu.2.3.& verè opinor conceſsionem hanc affirmatiuam plus operari quàm illam prohibitionem.Nam prohibitio atq; ita negatio conuenit iuri cõmuni,quo prohibetur vſufructuaria proprietatis alienatio.Illa ergo prohibitio confirmat potius eſſe vſum fructũ quàm eſſe conceſſam proprietatem:quod conſiderauit Roma.in l.donationes.§.ſpecies. nu.4.ff.de dona.qui contra Baldum,malè tñ, ſenſit. At contrà in ſucceſsione alienandi,quæ,dum conuenit naturæ proprietatis,repugnare dicitur naturæ vſusfructus.Si ergo à natura res iudicari debet,dicendum eſt,hanc conceſsionem alienandi arguere conceſſam eſſe proprietatẽ, non autem vſumfructum.& ſi diligenter perpendantur verba Comenſ.d.conſi.120.colu.vlt.verſi.nam cum contra,& Alcia.d.reſp.562.num.3.& ob id Comenſis argumẽtatur à fortiori ex doctrina illa Baldi in d. l. Proculus.

Secundò,confirmantur iam relata,quia voluit teſtator ſuam hanc vxorem liberè poſſe vendere,alienare &c. ma
10 gna † eſt vis dictionis liberè, quippè q plenum ius eſſe cõceſſum ſignificet,vt docuit Bar.in l.alio.nu.9. ff.de alim. & ciba.lega.Illum ſecuti ſunt Soc.Sen.conſ.170.col.5.in prin.li.2.Rui.conſ.219.nu.3.li 1.& liberè rem is habet,cũ in aliquo non tenetur:quemadmodum pulchrè reſponderunt Decius cõnſi.360.nu.5. Cur.Iun.cõſi.2.nu.5. Ruinus conſi.1.nu.21.conſ.18.nu.6.cõnſi.84.nu.9.li.1.& conſil.140.nu.3.li.4.Accedit,quòd ſi ius plenum eſſe tributũ hæc dictio libere ſignificat,dicendum eſt,hanc non vſufructuariam,ſed verè proprietariam eſſe relictã:eũ plenum ius non habeat,qui ad ſui libitum non poteſt alienare & diſponere:vti docuit Aret.in l.cùm incertus,de leg. 1.quem probarunt Ruiuus conſi.1.nu.21.& conſi.33.nu.8. li.1. Decius conſi.468.nu.11.& conſ.498.nu.9.& in ſpecie Alci. reſp. 486. nume. 2.

Tertiò ſuffragatur,quia etiamſi teſtator, dum reliquit bona mobilia,vſus eſſet verbis,quæ ſignificarent vtrumque,nempè & proprietatem & vſumfructum,vt cùm dicit;relinquo dominã & vſufructuariã,attamẽ hoc noſtro
11 in caſu eſt effecta proprietaria.Siquidẽ hoc in caſu † fuit in electione ipſius D. Trotæ eligere mobilium proprietatem,vt deinde declarando animum ſuum elegiſſe dicitur.ita egregiè docuerunt Bal Imo.& Fulgo.in l.Titia.§ Titia cũ nuberet.de leg.2.& eos probant Soc.Sen. conſ. 220.col.2.verſ.aliquando & ſecundo,li.2.ij enim iuris interpretes declarando l.ſi Titio. ff.de vſufru.leg.ſcribunt, quod ſi teſtator inſtitutis hæredibus vniuerſalibus,vxori ita leget,relinquo vxorẽ meã dominã & vſufructuariam fundi Seiani,vxor hac in ſua electione habebit eligere,vel vſumfructum,vel proprietatem.Idem docuit Picus in d. §. Titia.nume.24.

Quarto ac vltimò accedit,in hoc teſtamento eſſe adie-
12 ctam † clauſulam, omni meliori modo,&c.quæ hunc operatur effectum,vt in dubio cenſeatur vxor hæc relicta proprietaria.ita in ſpecie reſpondit Alc.reſp.562.nu.3.verſi.fortius dico.ex doctrina Baldi.l.quoties.C. de hæred. inſt.Alex.conſi.113.li. 3. & Cornei conſi.65.lib.2.

Non obſtant nunc adducta in contrarium:ſiquidem ad primum ita dupliciter reſpondeo. Primò, vſufructuaria appellata fuit,atque ita nomen ſumpſit à digniori, cũ res immobiles mobilibus præſtẽt.Sunt mobiles viles & nullius conſiderationis comparatiuè ad immobiles, vt ſcribunt omnes Inſt.de vſucap.in prin.vbi Chriſtoph. Por-
13 tius.à digniori † autem & potentiori nomen eſſe ſumendum,probat l.quæritur.ff.de ſtatu hom.& ſcribit Alciat. in repet.l.2. in prin.nu.40.de verb.oblig. Vel & ſecundò reſpondeo,imò non appellari in teſtamento vſufructuariam,ſed etiam dominam.& ob id dicendum quòd reſpectu immobilium appellatur vſufructuaria, reſpectu verò mobilium proprietaria.Nec hoc inconueniẽt,quòd ſcilicèt vna res diuerſo iure cenſeatur, iuxta l.eum qui ædes. ff.de vſu-



ff. de vſucap.quia id conceditur diuerſis reſpectibus. ita declarant Dec.l. in teſtamento.la l.nu.8.C.de teſta. mil. Rip.l.vlt.num.122.C.de reuo.dona. & ſimilem conſiderationem facit egregiè Aret.conſi.40.col.2.& eum ſecutus eſt Soc.Iun.conſi.99.nu.20.lib.1.

14 Præterea † regula l.eum qui ædes,ceſſat cùm apparet de clara mente teſtatoris. ita declarat Cur. Iun. conſil. 114. nu.11.His infertur reſponſio ad ſecundum fundamentũ, quòd verè eò ſpectat.

Non obſtat tertium,quia præter reſponſionem præcedentem,quæ & huic fundamento conuenit, ita reſponderi poteſt,imò illas rationes in eo fundamento perpenſas retorquere poſſe pro D.Trota aduerſus hæredes.quemadmodum illis vtitur Soc.Sen.d.conſi.210.col. 2. verſi. ſecundò quia,libr. 2. ad demonſtrandum vxorem eſſe relictam proprietariam.Nam cùm non poſsit vſufructuaria à præſtatione cautionis de reddendis rationibus,& à confectione inuentarij liberari,vti ſcribũt omnes in l. nemo poteſt de leg. 1. ibi Ripa nume.39. Decius conſi.295. nu. 5. latè Iaſ.conſi. 40.lib. 5. cæteros omitto;ſequitur dicẽdum teſtatorem voluiſſe relinquere proprietariam,quæ illa præſtare nõ habet. alioqui fruſtra eo diſpoſuiſſet modo,contra l.ſi quando,in prin.de leg. 1. Atq; ita ait Soc. ſenſiſſe Benedictum Plumbinum.

Non obſtat quartum fundamentum,quia facilè reſpõdetur.nempè teſtatorem prohibuiſſe ſuis hæredibus moleſtiam inferre dictæ D. Trotæ,intelligitur illos eſſe hæredes,hoc eſt,proprietarios reſpectu immobilium, & per conſequens non poſſe moleſtia afficere D.Trotam illorum immobilium vſufructuariam:non tamen fit quin eadem D. Trota ratione mobilium ſit proprietaria.

Non obſtat quintum,quia illi eſt ſatisfactum ex tertio opinionis noſtræ fundamento.Illa enim opinio Bart.d.§ Titia.nu.1.procedit cùm hæredes vniuerſales fuerunt inſtituti,& mulier omnium bonorũ relicta vſufructuaria. Atqui, quando inſtitutis hæredibus vniuerſalibus mulier eſt relicta (vt hic fuit) domina & vſufructuaria electionem habet,an eſſe velit vſufructuaria vel proprietaria : vt declarat Socin.Sen. d. conſi. 210. colum. 1. lib. 2.

15 Non obſtat vltimum,quia argumentum † à communiter contingentibus procedit in dubio. At nos verſamur in claris; vt iam dilucidè oſtendimus. Atque ita iuris eſſe concludo.

Iacobus Menochius I. C.

*SVMMARIVM.*

1 *Statutum prohibens quod maritus poſsit aliquid vxori legare , an vti exorbitans à iure communi , vel limitatorium, vel correctorium extendatur ad donationem cauſa mortis.*

2 *Donatio cauſa mortis permiſſa eſt à iure communi inter virum & vxorem.*

3 *Statutum,quòd ſtatuta ciuitatis intelligantur ad literam prout ſtat & iacent,hoc operatur, vt illa ſtatuta non poſsint aliquo modo extendi de caſu ad caſum.& nu. 10.*

4 *Statutum quòd maritus non poſsit legare vxori quicquàm, cur introductũ præſumatur, vnica ratione demõſtratur, & alia nu.9.*

*Donatio cauſa mortis potius contractui quam vltimæ voluntati aſſimilatur.& dicitur tertia ſpecies participans de ambobus.ibidẽ & nume. 12.*

5 *Statutum loquens in caſu ſimplici,non comprehendit caſum mixtũ & quando nu.20.*

6 *Vſurarius qui non poteſt teſtari , an poſsit donare cauſa mortis & ſub nu.14.& ad hoc cognoſcendum diſtinguuntur tres caſus. nume. 21.*

7 *Maritus prohibitus legare vxori.an prohibitus dicatur eam hæredem inſtituere.& nume. 12.*

8 *Donatio vel legatum factum contra ſtatutum,licet non valeant vigore ſtatuti,debentur tamen in foro conſcientiæ.& nu. 26.*

9 *Statutum, quod legatum à marito vxori factum non valeat,duplici ratione introductum dicitur.*

10 *Statuta ſunt extendenda exidentitate rationis, nõ obſtante alio ſtatuto dictante,ſtatuta intelligi debere ad literam*

11 *Maritus prohibitus legare vxori; an poterit ei relinquere vt tanquam teſtamenti executrix diſtribuat teſtatoris bona in pauperes,non obſtante regula quod qui facit alia via, quod ea prohibita à lege,non dicatur in fraudem legis factum.*

12 *Verbum lego,latam habet ſignificationem,ideo prohibitum ſi ſit legatum,cenſetur & prohibita hæredis inſtitutio.*

13 *Contractus celebratus in teſtamento regulatur ſecundum naturam teſtamenti.*

14 *Donatio inter viuos inter virum & vxorem cur prohibita ſit.*

15 *Collegij alicuius opinio,puta collegij Iuriſconſultorum Mediolanenſium,præfertur aliorum opinioni.*

16 *Diſpoſitio habens rationem generalem ad plures caſus, illos omnes cõprehendit,non per viam extenſionis, ſed potius ex incluſione.*

17 *Ratio legis & ſtatuti omnino inſpici debet,etſi verba impropientur.*

18 *Statutum prohibens marito relinquere vxori,an extendatur vt neque vxor marito relinquere poſsit, vt correlatiuorum eadem ſit ratio.*

19 *Statutum prohibens interpretationem alterius ſtatuti,quomodo intelligatur.*

20 *Caſus mixtus ſi continetur ſub ſimplici, ſtatutum loquens de ſimplici extenditur etiam ad mixtum.*

21 *Donatio cauſa mortis facta ab vſurario prohibito teſtari, an valeat,& quando.*

22 *Canoniſtarum opinio in concernantibus fauorem animæ omninò eſt ſeruanda.*

23 *Donatio cauſa mortis cur potius contractibus aſsimiletur, quã vltimæ voluntati.*

24 *Minor & ignorans ſicut donare non poteſt,ita nec renuntiare fauori ſuo.*

25 *Hæres quod non poſsit venire contra ſactum proprium , quomodo intelligatur.*

26 *Obligatio naturalis an dicatur oriri ex actu & promiſsione , quæ vigore vnius ſtatuti non valet.*

## CONSILIVM XI.

# Initium à Domino.

DVBITATVR an iure cõſiſtat donatio cauſa mortis à marito vxori facta cũ ſtatutum ciuitatis Alexandriæ prohibeat viro vxori aliquid legare. Dubitaui ego diu ac multum quid reſpõderem: multa ſiquidem in eam me trahebant opinionem,quòd donatio hæc iure conſiſteret.

Primò ea ratione,quod ſi
1 ue dicamus † hoc ſtatutum eſſe à iure communi exorbitans (vt noſtri dicunt) ac limitatoriũ vti tradunt Cur. Sen.conſi.11. Statuto Parmenſi,col.1. Soc. Sen.conſi.75. col. j. verſic. ſed præmiſsis.Dec.conſi.196. nume.4. ſiue (& rectius) dicamus eſſe correctorium iuris communis, quemadmodum reſponderunt Corneus conſi. 185. nu. 1. lib.1.Cur.Iun.conſi.6.num.13. Cephalus in conſi.59.nu. 27.lib.1.Ius enim commune corrigit in ea parte, qua permiſſum eſt viro legare vxori.l.vlt.ff.ſi quis aliquem teſta. prohib. & l. vlt. ff. de ijs quib. vt indig. Cur. Iun. d.conſil.6. num.7.verſ. Non enim Natta conſi,463.num.6. li. 2. vtroque ergo caſu ſiue correctorium, ſiuè limitatorium ſit, ſtrictè erit interpretandum.vti relati Doctores ſcribunt.Cùm ergo hoc ſtatutum loquatur de legato. nõ erit extendendum ad hanc donationem cauſa mortis,ex quo inter ſe diuerſa admodum ſunt:quemadmodum ſcribunt Bar.in l.j.ff.de don.cau.mor.omnes in l. 2. ff. de leg. 1. & in ſpecie ita permulti,quos ſuo loco referam,reſponderunt.Quæ ſanè argumentatio fortius procedit, quia ſi intelligeremus eſſe prohibitam etiam donationem cauſa mortis,ſequeretur duplex iuris communis correctio. vna ratione legati,vt diximus,altera ratione donationis cã
2 mortis: quandoquidem donatio † cauſa mortis permiſſa eſt à iure communi inter virum & vxorem.l.Papinianus l.ſed interim.§.j.l.vxori ſuæ.l.ſi cum ſeruũ.§. vl. l. quod autẽ §. j.ff. de donatio. inter vir. & vxo. & l. donationes. C. eodem.ſcribunt Tiraquel.in l. ſi vnquam, in verbo libertis.num.120.C. de reuo. dona.& Natta d. conſi. 463. num.6.lib. 2.Et tamen clarum illud eſt,ſtatuta correctoria ita eſſe interpretanda,vt minus quantum fieri poteſt corrigant.l.2. C. de noxa.ca.cùm dilectus, de conſue. & in ſpecie huius ſtatuti reſpondit Cephalus d.conſi.59.nume. 5. libr. 1.

Secundò illa ratione adducebar,quia extat in ipſa ciuitate ſtatutum,quo cautū eſt,quòd illius ciuitatis ſtatuta
3 nullā recipiant interpretationē,ſed ꝙ ad literā intelligātur.Quo fit,vt nullo modo illud ſtatutū prohibens legatū,debeat extendi ad donationē cauſa mortis,etiāſi aliàs extēdi poſſet.Ita in ſimili,immò fortiori caſu,poſt Curtiū Sen.Lācellotū Deciū,Petrū Craſſum, Iacobū Puteū & Catelianū Cottā,docuit Plotus in l.ſi qñ.nu.434. C. vnde vi.Illis addo Curtiū Iu.conſ.6.nu.7.Soc.Sen.conſ. 75.li.3.& Brunū in tract.ſtatu.Quòd ſtantibus maſculis, articulo 7.nu.18.& ſtatutū hoc prohibens marito relinquere vxori,intelligitur prohibere etiā,ne marito relinquat mulier:cùm diſpoſitū in vno ex correlatiuis cenſeatur ēt diſpoſitum in altero.l.vl.C.de indicta vid.tol.& tñ ſcribunt relati doctores,hoc non procedere, cum extat ſtatutū quod ſtatuta omnia ad literā intelligantur,omni interpretatione reiecta . Si hoc procedit eo in caſu , in ius cōe vult eandem eſſe diſpoſitionem & rōnem correlatiuorum, quantò fortius hoc in caſu in quo ius commune ſtatuit differentiam inter donationem cauſa mortis & legatum?

4 Tertiò ſuffragatur,hoc ſtatutū † ea ratione cōditū videtur,ne maritus allectus blanditiis & ſuaſionibus vxoris ei relinquat bona,quæ iure ſucceſsionis filiis & aliis ab inteſtato venientib.ſunt debita. Hanc eſſe huius ſtatuti rationē ſcribunt Barb.conſ.23.col.4.in fi.li.4.& clarius Soc.Sen.cōſ.75.col.2.in fi.li.3.Alciatus reſp.226. & li. 2. de verb.ſigni.nu.27.Atqui hæc ratio ſolū procedere vr̄ in legato,aliàve diſpoſitione teſtamētaria, dum maritus vel eget,vel de morte tunc dubitans facilè allicitur ad relinquendum vxori. Non autem locum habere videtur in donatione hac cauſa mortis,quæ non vltimæ voluntati,ſed contractui æquiparatur ex quo notario ſtipulante facta eſt,vt tradūt Bar.in l.1.ff.de dona.cau.mor. Salic.in l.j.C.eo.& Decius conſil.296.nu.5.qui ita conſuluit ſuper ſtatuto Mediolani.

Quartò me multū mouebat,ꝙ donatio hæc cā mortis dr̄ tertia quædā ſpecies participans de natura cōtractus & vltimæ voluntatis.l.vlt.vbi Bald.C.de don.cau.mor. & idē in ſua Margarita,in verbo,donatio,col.3.verſ.donatio cau.mor.Natta cōſ.463.nu.18.lib.2.Sed ſtatutum
5 hoc loquens † de legato,atq; ita in caſu ſimplici,non cōprehendit caſum mixtū.l.quid ergo.§. j.ff.de iis qui nota.infa.iuncta.l.j.§.ſi is qui.ff.de exercito.Bar. & cæteri in l.certi conditio.§.quoniā ff.ſi cer.peta.multos,in ſpecie hac noſtra loquens,recenſet Natta.d.conſ.463.nu.18. Quibus accedunt Ang.cōſ.253.nu.3.& Pariſi.conſ.34.nu. 27.li.2.Non ergo ſtatutum hoc comprehendere poſſe videtur hanc donationem cauſa mortis.

Quintò, vrgere admodum videtur argumentum à for-
* tiori ductum ab illa cōmuni * Doctorū opinione, qua aſſerunt,quod diſpoſitio cap.quāquā,de vſuris in 6.qua
6 prohibetur † vſurarius teſtari,vel quid relinquere in vltima voluntate,non ſe extendit ad donationē cauſa mortis.Cū tñ illa diſpoſitio videatur fauorabilis fauore animæ.Ita Bald.in l.executorē.nu. 11. C. de execu.rei iud. Ang.in diſpu.Aſtenſis miles.col.8.verſ.de quarta dubitatur.Caſtren.conſ.161. Ad primū quæſitū,col.vlt. li. 1. & communem eſſe teſtatur Ripa in l.2.nu.8.de lega.1.Si illud verum eſt in eo caſu fauorabili, à fortiori in hoc dicendum videtur,in quo ſtrictam aiunt interpretationē fieri oportere.

Sextò,autoritas multorum, qui in ſpecie hac conſulti reſponderunt,me multū mouebat.Siquidē Alex.cōſ.26 nu.4.li.2.reſpondit,ſtatutū Parmæ quo,marito interdictū eſt ne vxori leget, vel quoquo relicti titulo leget, nō prohibere hanc donationē cauſa mortis;cū hic titulus dicatur tertius,ſeu medius inter donationē inter viuos & legatū.Alex.in ſpecie hac probauit Ruin.cōſi.44 nu.25.li.2.dū ita eſt interpretatus ſtatutū Cremonæ . Ita quoque intellexit ſtatutum Mediolani Dec.cōſ.196.Ita pariter interpretatus eſt ſtatùtum Papiæ cōſultiſsimus Cephalus cōſ.59.nu.12.li.1. & hanc opinionē probauit Io.Dilectus de arte teſtādi,tit.de iis qui nō hab.factionē teſta.caut.13. His accedit,quod fortius eſt,reſp ōſum Corn.cōſ.185.li.1. qui quidē Corneus reſpondit, mari-
7 tum † prohibitum legare vxori,non cēſeri prohibitum eam hæredē inſtituere:cùm hæredis inſtitutio ſit quid diuerſum à legato.Hinc etiā ecōtra reſpōdit Barba.conſ. 12.col.4.verſ.& etiā pono,li.1.quòd ſtatutum prohibens donare cauſà mortis,non comprehendit legatum.

Septimò,etiāſi relata nō procederēt,q̄ iure procedere exiſtimo;adhuc hæc donata vxori vidētur debita. Siquidē hoc ſtatutum cōditum fuit ad fauorē filiorum, & aliorum qui ſuccedere habēt,vti tradunt Barba.d.cōſ.23. col.4.in fin.li.4.Soc.Sen.cōſ.75.col 2.in fin.li.3.& Alcia. d. reſp. 226 . Atqui huic fauori & beneficio renuntiare poſſunt ij ſuccedere debētes, quemadmodum in ſpecie reſpōdit Barbat.cōſ.12.col.1.li.1.quem hac in re ſecutus eſt Io.Dilectus de arte teſtandi,titu.de iis qui non hab. factio.teſta.caut.13.nu.2.Cùm ergo in caſu noſtro ij hæredes præſentes fuerint,cùm maritus iſte donauit,& donationi cōſenſerint,ſequitur nunc beneficio dicti ſtatuti vti nunc non poſſe.Accedit,ꝙ hæredes ij hæreditatem adiuerunt , atq; ita à teſtatore diſpoſita cōprobarūt:nō ergo amplius licere videtur cōtrauenire.l.poſt legatum. ff.de iis quibus vt indig.Soc.Iun.cōſ.129.nu.9.l.1.cōfert l.cū à matre.C.de rei vind.& tradit Crau.cōſ.24.nu.5.

Octauò ac vltimò dicēdū ſaltē videtur,quòd poſtquā hæc mulier iam eſt cōſecuta donata hæc,& in eorum poſſeſsionē multis ab hinc annis reperitur,nō videtur amplius moleſtia afficienda,nec repetenda quæ penes eam
8 ſunt:quandoquidem ſaltem † naturali obligatione,& ex æquitate donata hæc deberi videntur : quemadmodum in ſpecie in ſtatuto ſimili Piſano reſpōdit Baldus cōſ.204 Teſtator legauit cuidam,li.1.repetitum cōſ.519.li.5.Reſpōdit enim Baldus,legatum à viro vxori factum prohibente ſtatuto Piſano ſaltem in foro cōſcientiæ deberi. Baldum ſecutus eſt Alcia.reſp.502.nu.5.verſ. Secundò adduco.vbi multis ſimilib.cōprobauit.Et alia ſimilia cōgerunt Dec.in ca.1.nu. 9.de cōſt.poſt Abb.ibi.qui ſcribunt,in foro cōſcientiæ valere electionem non ſeruata forma.Idem decidit Boe.q.1.nu,71.Idem de teſtamento minus ſolenniter confecto tradunt Iaſ.in rubr.ff.de acqui.hæred.nu.23.Alciat.c.nouit.nu.42.de iud.& Didac. in cap.1.nu.16. de teſta.

Re tamen longè melius atque diligentius perpenſa, ſum cōtrariæ opinionis,nempè donationem hanc cauſa mortis non conſiſtere ob illam ſtatuti prohibitionem. Quod vt dicam, multa me mouent.

Primò ea ratione adducor,ꝙ ratio ob quam ſtatutum hoc eſt cōditū, locū etiā habet & in hac donatione. Eſt
9 inquā illa prima † ratio ſtatuti,ne maritus blanditiis & ſuaſionib.mulieres allectus priuet propriā ſobolē ſucceſſione ei debita.Hanc rationē verā eſſe cenſuerunt Barb. conſ.23.col.4.in fi.li.4.Soc.Sen.cōſ.75.col.2.in fi.li.3.Alci.reſp.226.& li.2.de verb.ſignifi.Natta cōſ.463.in fi.li. 2.Secundā rationē eſſe huius ſtatuti perpendit Curt.Sē. conſ.11. Statuto Parmenſi,col.3.verſ.ſextò adduci.ne ſcilicèt vir & vxor ita legando vel donando mutuo amore ſe ſpolient.Atqui hæ rationes militant & in donatione cauſa mortis;ergo & in ea ſtatuti diſpoſitio locū habet. ita argumentatur Alcia.d.reſp.226.num. 1.verſi.accedit quòd,&c.Quod ea ratione confirmatur, quia hoc ſtatutum eſt fauorabile,vt inquit Bart. in l. cunctos populos num.32.verſi.aut ſtatutum eſt prohibitiuum.& ibi Salic. col. 3. C.de ſumma Trin.& fide cathol. latè Rom. conſ. 39.nū.2. Alex.conſi.41.num.7.li.5. Cur.Sen.d.conſi. 11. Statuto Parmenſi.col.2.verſi.ſecundò me mouet.vbi ait
10 extendi † hoc ſtatutum ex indentitate rationis. Idē ſcribunt Ripa in l.2.nu.14.de leg.1.Curt.Iun.conſi.6.nume. 2. verſic, confirmatur etiam. Natta conſi. 463. nume. 2. libr.2.& Craue.conſi.135.nume. 35.quo loci ait Craue. hoc ſtatutum eſſe latè interpretandum.Nec me mouet, quod reſpondit Crut. Iun. d. conſi.6.nume.16.quòd vbi extat ſtatutum; quod ſtatuti verba ad litteram intelligantur, non poteſt fieri extenſio ex identitate rationis, niſi ratio ſcripta & expreſſa ſit in ſtatuto : atque ita inquit ſenſiſſe Anch. in cap. 1.colu.pen. & vlt. de conſtit. Nam reſpondeo: imò ſufficere quod ratio ex mente & coniecturis colligatur.l.nominis & rei , vbi tradunt recentiores.ff.de verb.ſignifi.Pariſ.conſil. 83. nume. 23. libro tertio.

Secūdò ſuffragatur,ꝙ niſi hoc ſtatuto prohibita etiā foret donatio cauſa mortis.facilè mariti & vxores poſſent fraudare & eludere hāc ſtatuti prohibitionē: poſſent inquam cauſa mortis donare vel extra teſtamentū , vel in ipſo teſtamento adhibita clauſula ſolita codicillari . At has fraudes & eluſiones ius noſtrum non admittit.l.non dubium. C. de legib. & in ſpecie hac ita argumentatur Ripa in



l.2.nu.14.de leg.1. & ante eum Decius d.cōſ.196. nu.1.in fi.etſi ipſe deinde reſpondeat,& malè,vt vox ſufficiam Hinc docuit Iaſ.in l.non dubium.nu.47.C. de legib.poſt Io.And.& Alber.quod vt fraus hæc euitetur,
11 vir non poſſet † relinquere vxori,vt tanquā teſtamenti executrix diſtribuat teſtatoris bona in pauperes.idē docuit Iaſ.in l.captatorias.col.2.C.de teſtam. milit. & in l. vlt.nu.17.C.de fideicōm.poſt Alex.etiā cōſ.57.nu.6.lib. 2.Nec me mouet,quod inquit Decius d.conſ.196. ad finē,non cēſeri factā fraudē ſtatuto poſteaquā diſpoſitio. eſt facta in alio caſu,quā in eo de quo ſtatutū loquitur idē cenſuit Imola in l.tam is.in prin.ff.de donatio.cau. mor.dum ait ille non cenſeri factū in fraudē legis, cùm quid fit alia via,quā ea,quæ à lege eſt prohibita.& in ſpecie hac ferè noſtra loquitur.Non inquā hoc me mouet, quia procedit doctrina hæc cū diuerſa adeſt ratio, diuerſumq; ius:at ſecus cùm eadē ratio militat. ita declarant relati oēs,& apertius Rom.in d.l. tam is, in prin. nu. 3. verſi.item non obſtat.& Rui.conſ.44.nu.17.lib.2. Soc. Iun.in l.2.nu.26.de leg.1.& in caſu noſtro eandem eſſe rationem prohibendi donationem cauſa mortis ac legata,ſuprà demonſtrauimus.

Tertiò huc pertinet,quod verba ſtatuti conueniunt &
12 donationi cā mortis.Nam verbū lego,† amplā habet ſignificationē.l verbis legis.de verb.ſig.vbi Alcia.& Bræcheus explicāt,Ripa in l.Centurio.nu.98.de vulg. & pupill.in l.1.de leg.1.vbi cæteri omnes & egregiè Vaconius Rom.li.4.declara.iuris,c.126.cōprehendere ergo debet & donationem hunc cā mortis, cùm præſertim legati diffinitio donationis verbo diffiniatur.§.legatū.Inſt.de lega.l.legatū;de leg.1.Hinc docuit Alcia. in ſpecie noſtra in d.l.verbis legis.nu.2.in fine,de ſtatuto hoc,quò legatū à virò vxori factū improbatur, prohiberi & hæredis inſtitutionē.& ante Alciatū idē egregiè cenſuit Alber.in 2.parte ſtatutorū q.112.poſt Vbertum de Bobio. Iac.Niger in rubr.de leg.1.nu.15.& ibi Grauetta ad finē. etſi Corneus conſ.185.li.1.& Ruin.conſ.44.nu.16.lib.2. ac Ripa d.l.Centurio.nu.98.de vulg.aliter cēſuerint, & malè.Siquidē eis refragatur verbi generalitas,& mēs ſtatuti quæ eſt,vt prohibita cenſeātur omnia,quibus fraus ſtatuto fieri poteſt,ac illius diſpoſitio eludi: quia inſtituendo eam vxorem,plus illi daret, quam ſi legare poſſet: atque ita illud abſurdum ſequeretur.

Quartò accedit,quia ex alio verba ſtatuti conueniunt & donationi cauſa mortis:ſiquidē,dū ſtatutū legari prohibet;actū vltimæ voluntatis prohibet.At donatio cauſa mortis vlti.volunt.proxime accedit, cū in teſtamento facta ſit:& cùm poſt donantis mortē ab hærede preſtāda ſit,iuxta.§.legatū,Inſt.de leg.ita viſus eſt ſētire Alcia. d.reſp.226.nu.1.verſ. quod etā verba. Confirmatur ex l. illud,in prin.ff.de dona.cauſ.mor.leg. 1.§.1.ff. ſi quid in fraudē patruo.& l.vlt.C.de dō.cauſ.mor.quib.probatur in effectu,legatū eſſe donationē cauſa mortis,& æquiparari ſaltē quò ad effectū collatū poſt mortem , vt etiam probat l.vt hæredibus,de leg. 2.

Quintò,ad rem hanc confert,quod donatio hæc cauſa mortis eſt facta in teſtamēto; quo fit,vt regulari debeat ſecundū naturā ipſius teſtamēti:atq; ita vltimæ volunta-
13 tis,quemadmodū † ſolent regulari cōtractus in teſtamētis celebrati.ita tradunt Iaſ.in l.nemo poteſt,num.21. de leg.1.& ibi recētiores. At vltimo voluntas eſt prohibita celebrari ad commodū vxoris,ergo & hæc donatio.

Sextò , ea ratione in hanc ſnīam adducor, quod & ius cōe & municipale in hoc conuenire vr̄, vt obuiā eatur fraudibus & cautelis,quib.decepti mariti mulierū ſuaſionibus hæredes ſpoliant,& illis relinquunt. Nam lex pro-
14 hibuit † donationē inter viuos factā à viro vxori,& ecōtra.l.1.& l.2.ff.de dona.inter vir.& vxo.de cuius conſtitutionis ratione ſcribunt Are.conſ.74.nu.8.Alcia. li. 3. diſpunct.iuris,c.14.& Coraſius li.5.miſcella. iuris, ca. 5. Nunc hoc ſtatuto expreſsim prohibetur legatum,ſi diceremus non eſſe etiam prohibitam donationē cauſa mortis , non eſſe itum obuiam fraudibus & cautelis , quas leges multū abhorrent.l.in fundo.ff.de rei vind.

Septimò,me multum impellit quod fuit à Baldo conſ. 294.Quæritur vtrum vſurarius,li.2. rñſum: nempè prohibitionē cap.quāquā,de vſuris.in 6.quo prohibetur vſurarius teſtari & legari,cōprehendere etiam donationē cauſa mortis in teſtamento factam . Baldum ſunt ſecuti Ripa in l.2. num. 9.de leg.1. Alcia.reſp. 226.Alba conſi. 65. nu.5.idque factum eſt,ne illa diſpoſitio eluſoria redderetur,frauſque illi fieret.

Octauò ac vltimò moueor auctoritate eorū , qui ita cēſuerūt in ſpecie noſtra.ita inquā cēſuit Ripa in l.2.nu. 14.de leg.1.& ibi Alcia.idē Alcia.d.reſp.226.& lib. 2. de verb.ſig.quib.in locis teſtatur ita fuiſſe iudicatū ab amplisſimo Collegio Iuriſcōſ.Mediolani.Quæ ſanè Colle-
15 gij opinio cæteris anteferri debet, vt ſcribunt Abbas in ca.prudentiā,in prin.de off.de leg.Dec.cōſ. 400. nu. 1. Neuiz. libro.quinto Syluæ nupt.nu.35.& Craue.cōſ. 132. nume. 16.

Non obſtāt nunc in cōtrariū adducta:in quorū diſſolutione exudandus eſt labor.Ad primū itaq;reſpōdeo,imò hoc ſtatutū eſſe fauorabile,vt ſuprà dixi in primo fundamēto,& latè eſſe interpretandū cenſuit Craue.conſ.135. nu.35.& rectè,nā ſiuè verba,ſiue rationē ſtatuti ſpectemūs,donatio hæc includitur.Si inquā verba, quia iā oſtēdimus,verbū lego,hr̄e amplā ſignificationē:atq; ita cōprehendere hæredis inſtitutionē, & hanc donationē cā mortis.Si etiā ratio ſpectetur, illa cōuenit ēt donationi cā mortis vt iam dixi.quo fit,vt non hìc agendū ſit de ex-
16 tenſione,† ſed potius de ipſa incluſione . Scribit enim Bald.in l. de quibus.ff.de legib.ꝙ,vbi eadē extat ratio in pluribus caſibus,vna & eadē ratio decidit omnes illos caſus:non per extenſionem.ſed ſicut genus cōprehendit ſpecies,ita ratio generalis omnes caſus cōplectitur. quā ſanè doctrinā alijs permultis cōprobauit Crau.cōſ.183. nu.3.idem in trac.de antiq.temp. par.j. nu.36. & latiſsimè Tiraq.in l.ſi vnquam,in verbo libertis.nu.45. C. de reuo.dona.qui & illud poſt Caſtrenſem & alios,ſcribit, id nō ſolū procedere in exorbitantibus ſed etiam in correctoriis:cū hæc non extenſio,ſed enucleatio & incluſio
17 cenſeatur.Quinimmò † ſcribit ibidem Tiraq.nu.47.inſpiciendam potius eſſe legis rationem,quam illius verba ex l.ſcire.§.aliud.ff.de excuſ.tuto.l.2.§.conditiò.ff.de adimen.leg.& l.penul.ff.ad exhib.Cęteras ptereo.Quòd ſi hoc licet,fortius licebit verba ipſa impꝓpriare,vt mens & ratio legis obſeruetur,quod in ſtatutis clarè ſcribunt Bar.in l.cōtra legem.ff.de legib.dū ait,ꝙ licet offendere verba ſtatuti,vt mens ſeruetur.Bal.in l.1.ff.ſi cert.pet.idē Bart.in l.omnes populi.nu.58.ver.fallit ſi de mente.ff.de iuſt.& iure.alios recenſet Tiraq.qui ſuprà.nu.54.& egregiè præter illum Didacus li.1.uaria.reſolut.cap.13.nu. 9. & Soc.Iun.conſi, 1.nu.126.lib. 1.

Non obſtat ſecundum,quia reſpondetur primò, non-
18 eſſe admodum † tutam illam opinionem , quod ſtatutum hoc prohibens marito relinquere vxori, cenſeatur etiam prohibere vxori ne relinquat maritū; etiāſi eadē ſit correlatiuorū diſpoſitio.Siquidē argumentatio à correlatiuis procedit ratione eiuſdem actus,non aūt diuerſi,vt hìc,dū ſtatutū prohibet marito relinquere vxori:dicitur etiam prohibere vxori ne accipiat.non tamen prohibere,ne vxor relinquat marito. Atq; ita cenſuit Soc. Sen.cōſ.75. col.2.li.3.qui reſpondit aduerſus Cur. Sen.d. cōſ.11.Statuto Parmenſi.& Socini rationē probauit Cur. Iun.d.cōſ. 6.nu. 15.Suppreſſo tñ nomine Socini. Socinū aūt ipſū ſecuti ſunt Cra.tract.de antiq.temp.par.4.prin. nu. 72. & eadē 4.parte prin.in j.particula.nu.30.& Soc. Iun.in rubr.ff.de acq.poſſ.nu.115. Si ergo vera non eſt illa Curtij Senioris opinio,fruſtrà fit fundamentum de ſtatuto excluſiuo interpretationis . Verum , quia fortè in praxi difficile eſt recedere ab ea opinione Curt. Sen. d. conſi. 11.cum ſecundum eam reſponderint Iaſon & Ambroſius Opizonius,vt refert Lauren . Siluanus conſi . 31. libro primo qui ait illud reſponſum Curtij Senioris fuiſſe Iaſonis & Opizonij . eandem opinionem probauit Iaſ. Conſi. 112. libro quinto,idem in l. vlt. nume. 18. C. de indicta vid.tollen.Crotus in l.omnes populi. nume. 185. de iuſt. & iure. & Ripa in rubr. ff. de acq. poſſ.Reſpondeo ergo ſecundò , non eſſe verum illud fundamentum ductum à ratione illa, quòd ſtatutum reiiciens omnem interpretationem cenſeatur etiam reiicere hanc,vt prohibita ſit & vxor relinquere viro . Siquidem , cùm eandem vel fortè maior ſit ratio prohibendi vxorem ne viro relinquat , quàm econtra. vti doctè ac copioſè probarunt Iaſon & Curt. Senior, ſequitur ſtatutū vtrū-
19 que caſum æquè comprehendere . Et ſtatutum † illud, quo excluditur interpretatio,intelligitur atq; procedit quò ad interpretationem leuem & friuolā,non aūt quò ad eam q̄ à mēte & ratione prouenit.ita Bar.in l. omnes populi.

populi.nume.22.de iuſt.& iure.& ibi Bald.num.15.Cro-
tus nu.65.Roma.in l.Cæſar. ff.de publica.Comenſ. cõſ.
136. Viſis inſtrumentis. & Brunus.tract. Quòd ſtantib.
maſculis &c.articulo 5.nu.109.& nu.113. accedunt Alex.
conſi.80.nu.9.li.1. Corn.conſ.224.col.5.nu. 10. verſ. &
licèt ſtatutum præciſum.li.2.Iaſ.l.quamuis.num.2.de in
ius voc.& in l.ſtipulatus ſum Damã.num. 3. de ver. ob.
Rui.conſi.8.nu.11.lib.5.Hoc autem in caſu noſtro ean-
dem eſſe rationem iam diximus; non ergo excluditur
hæc interpretatio,quæ verius dicitur enucleatio & caſus
incluſio,& clare ita cenſuit Zucchardus in l.vlt.nu. 234.
verſ.non obſtat. C.de edict.diui Adr.toll.Prætereà,hoc
ſtatutum excludens interpretationem,nõ dicitur illam
excludere, qua fraus & circumuentio repellitur.ita Bru-
nus vbi ſ̃.nu.108.poſt Anch.in repeti.c.canonum ſtatu-
ta,in fine de conſtit.Atqui in hoc caſu , niſi in prohibi-
tione ſtatuti foret incluſa donatio cauſa mortis,fraus &
circumuentio committi aduerſus ſtatutum facilè (vt o-
ſtẽdimus) poſſet.Nec illud repugnat quod ſcribit Curt.
Iun.d.conſ.6.nu.10.poſt Ancha.quem ſ̃.retuli, tunc nõ
excludi interpretationem ex identitate rationis,cũ ratio
eſt expreſſa in ſtatuto;quia reſpondeo ſufficere,cùm pro
expreſſa habetur;vti rectè docuit Crotus in l. omnes po
puli.nu.183.de iuſt.& iure.Hic pro expreſſa habetur , ex
quo vna eſt,vel duæ,quæ in vnam conueniunt,quæ qui-
dem eſt,ne mutuo amore ſe ſpoliẽt:vel verius, ne ab in-
teſtato venientes priuẽtur ſuo iure . Rurſus interpreta-
tio,quæ ab æquitate & mente ſtatuentium proficiſcitur
non dicitur reiecta:ita Craue.conſi.3.nu.22.poſt Baldũ
conſi.460. Ioannes,in fi.l.1.& alios plures, quos recen-
ſet.in caſu noſtro iam oſtendimus & æquitati & menti
ſtatuentium conuenire , vt etiam donatio cauſa mortis
prohibita cenſeatur,ergo &c.

Non obſtat tertium,quia reſpõdeo, imò eandem ra-
tionem militare & in donatione hac facta in ipſo teſta-
mento:vt ad ſenſum patet:quin verè opinor eandem eſ
ſe rationem prohibendi donationem cã mortis ſepara-
tim factam à teſtamento,quandoquidem eiſdem blan-
ditiis & ſuaſionibus allici poteſt vir ad donãdum. quod
verò dicitur,donationem hanc factam notario ſtipulan-
te accedere propius ad naturã cõtract*,infrà explicabo.

Non obſtat quartũ,quia rñdeo,etſi donatio cã mortis
ſit quædã tertia ſpecies,attamen,ex quo eadẽ eſt ratio in
ea,quæ in legato dicendũ eſt,eſſe ꝓhibitã vt & legatũ:
20 ſi quidẽ † caſus mixtus continetur ſub ſimplici,cũ eadẽ
adeſt ratio,idq; non ex verbis, ſed ex mente : ita Bal. &
Imola in l.ſi ita facta ſit.ff. de iniuſto,rup.& irrito teſta.
Aret.in l. ſi ita ſcriptũ.de libe.& poſth.& Tiraq.in trac.
de legib.connub.in gl.3.nu.70.atqui id hoc caſu iam o-
ſtendimus eandem eſſe rationem prohibendi donatio-
nem cauſa mortis,quæ fuit & prohibendi legatum.

Non obſtat quintum,quia reſpondetur,nec veram nec
ad rem conferre illam Baldi & ſequacium traditionem:
21 cuius quidem declarandæ gratia,tres † caſus ſunt conſi-
derandi atque declarandi.

Primus eſt caſus,cũ donatio cauſa mortis eſt facta ſim
pliciter in teſtamento nulla adhibita notarij ſtipulatio-
ne,nullo pacto,nulla partis præſentia.hoc caſu rectè reſ
pondit Bal.conſ.294. quæritur vtrũ vſurarius.li.2.dona
tionem hanc ab hoc vſurario factã non conſiſtere,cùm
verè vltima ſit voluntas,verè includatur in ea diſpoſitio
ne, cap. quamquam,de vſuris, in 6. idem quod Baldus,
ſenſit Lapus alleg.123.

Secundus eſt caſus,cum vſurarius ſine teſtamento, ſed
ſimpliciter donat cã mortis præſenti,vel abſẽti notario
ſtipulante nomine illius abſentis:tunc videtur potuiſſe
donare,ex quo hunc caſũ non includit illa diſpoſitio d.
capi.quanquam.ita docuit Bal.in l.executorẽ. nu.11. C.
de exec.rei iud.illum ſecuti ſunt Ang.in diſput . Aſtenſis
miles.col.8.verſ.ſed de quarto dubitatur.Caſtren.conſ.
161.ad primum quæſitum,col.vlt.verſ.& prædicta.lib.1.
* & hanc eſſe magis communem*teſtatur Ripa in l. 2. nu.
8.ad fin.de leg.1.& quamquàm hic caſus non conueniat
huic noſtro,cùm cõſulatio noſtra verſetur circa eam do
nationem factam in teſtamento parte preſente & ſtipu-
lante,de quo infrà:verùm tamen adhuc reſpõdeo,ac pri
mò,hanc Baldi opinionem nõ eſſe ſatis tutam. nã ab ea
diſſentiunt Bened.Peruſi.in rub.ext.de reſta. Calder. in
diſput.Canonica inſtitu.Io.de Ana.in ca. quia in omni
bus.col.16.verſ.& iſtud refert.de vſuris. & Soc.Sen. in
l.2.nu.9.de leg.1.& cõſ.pen.col.11.verſ.circa ſeptimã li.
* 3.& hanc eſſe cõmunẽ * opinionẽ canoniſtarũ atteſtan
tur Roma.in l.tã is,nu.3.de dona.cau.mortis.& Soc.Iũ.
in d.l.2.nu.22.de leg.1.& ſcribit Romanus hanc opinio
22 nẽ † canoniſtarũ eſſe in iudiciis ſeruandã.quod affirma
uit & Soc.Se.in d.l.2.& rectè.nã in dubio Canoniſtarũ
opinio in his,q̃ animæ fauorẽ reſpiciunt,ſequenda eſt,vt
ſcribunt Inn.in.c.1.de ope. noui nun. Fulgo.in l.preſcri-
ptione.C.ſi contra ius vel vti.pub.& Lãfrancus Oria.in
ca.quoniã contra,in verbo,teſtamentũ nu.39.de proba.
Neuiz.li.5.Syluæ nup.nu.69.Prætereà, etſi concedamus
opinionẽ legiſtarũ eſſe veram,verè opinor non cõferre
multũ ad rem hanc.Siquidem ob id prohibet illa ſãctio
c.quãquam,vſurariis teſtamentũ cõdere,ne bono illo pu
blico fruantur,relinquantq; ſibi hęredes,iuxta l.vel ne-
gare.ff.quemad.teſta.aper.Durũ admodũ exiſtimarunt
ſemper hoĩes carere teſtandi & de rebus ſuis diſponẽdi
facultate.§.1.Inſt.quib.ma.licet vel nõ.l.1. C. de ſac.oſ.
eccl.Atqui,cũ vſurarius donauit in vita titulo cã mor-
tis,non tñ dr̃ cõſecutus ꝙ exoptat, nẽpè hæredem relin
quere.Nõ ergo illa donatio,quæ hæredem nõ facit,elu-
dit illã cõſtitutionem,quãdoquidem ſi vſurarius ea dona
tione facta,ſi adhuc teſtari voluerit,vt erit ei neceſſe, ſi
hæredẽ facere cupierit,adhuc ea cõſtitutione impedie-
tur,niſi vſuras reſtituat,vel de eis reſtituẽdis caueat.In ca
ſu verò nr̃o diuerſum eſt;quia, ſi licebit viro donare v-
xori cã mortis, eludetur diſpoſitio ſtatuti, quoniã hac
via futuri hæredes mariti ea bonorũ portione ſpoliabũ-
tur.Non ergo pares vñr termini. Tertius eſt caſus huic
noſtro ſimilis,cũ vſurarius fecit donationẽ cã mortis in
teſtõ præſente donatario,vel illius noĩe notario ſtipulã-
te.Hoc in caſu idẽ quod in præcedẽti dicendũ videtur.
ſecundũ opinionẽ Legiſtarũ,nẽpè valere donationẽ : ita
reſpõdit in ſpecie noſtra Dec.d.cõſ.196.nu.3.4.cũ pro-
pius ad naturã cõtractus,quam vltimæ voluntatis acce-
dat.Quod ſenſit idẽ Dec.in l.licet.nu. 10. C. de pactis,
& in l.ſeniũ.nu.53.C.qui teſt.fac.poſſ.& nõ diſſentit Al-
ba conſ.65.nu.5.Cæterũ,quo ad terminos vſurarij,faci-
lè ex ſupradictis in præcedẽti caſu hæc euitari poſſunt.
Quò verò ad terminos noſtros,etſi maius ſit dubiũ; atta
men reſponderi põt ex multis ſ̃.relatis,nẽpè, ꝙ cũ eadẽ
ſit rõ prohibendi hanc donationẽ , quæ extat prohibẽdi
legatũ,quod de legato eſt ſancitũ rectè ad donationem
trahitur.Quocircà in ſpecie Ripa in l.2.num.9.de leg.1.
ſcriptum reliquit,Decium malè reſpondiſſe.quod & tra
dit Alcia,reſpon.226.ex illa doctrina Baldi conſ.294.&
in ſpecie noſtra Deciũ malè reſpondiſſe & contra illum
fuiſſe iudicatũ Mediolani ſcribit Alcia.d.l.2,nu.15. & li.
2.de verb.ſigni.nu.37. Nec ( mea quidẽ ſententia ) ad rẽ
23 facit,ꝙ donatio † hæc accedat propius ad naturã cõtra-
ctus,ob partis præſentiã,vel notarij ſtipulationẽ.Siquidẽ
hoc procedit quò ad effectuũ reuocationis.Nõ enim re-
uocari poſſe uidetur,vt teſtamentũ,ex quo mediante ſti-
pulatione acquiſitũ eſt ius alteri:& amplius res non pen
det à voluntate vnius,vt ipſum teſtamentũ , vt loquitur
Bar.in l.cũ quis decedens.§.codicil.de leg.3. quos quidẽ
ita ſoleo interpretari.At diuerſũ eſt cũ inſpicimus prin-
cipium,quod prohibetur:vt ſi prohibetur teſtari,prohi-
betur & contractus in eo teſtamẽto celebrari.Eſt enim
teſtamentũ vt principale continens cõtractũ,geſta ergo
in teſtõ erunt nulla,eo teſtõ annullato. Quod ſine cõtro
uerſia procedere opinor,cùm is contractus ad eludendã
& fraudandam eam prohibitionem teſtandi tenderet.

Non obſtat ſextum,quia ſingulatim reſpõdeo ad illas
doctorũ auctoritates.Ad illã Alex. conſ.26.num.4.li.2.
cenſeo animaduertendũ,Alexandrũ loqui in donatione
cã mortis facta ſeparatim à teſtamẽto: qui caſus noſtro
non conuenit,vt ſ̃.oſtendimus.Prætereà ex iã relatis di
cere poſſumus,haud rectè ſatis ab Alexandro fuiſſe reſ-
ponſum.Ita etiam reſpondetur Ruino d.conſ.44.nu.25.
li.2.qui ſola Alexandri auctoritate utitur.Ad reſponſum
Decij conſ.196.iã ſatis dictũ fuit ex Alciati & Ripæ ſen-
tentia illum malè conſuluiſſe, & contra eum iudicatum
fuiſſe.Nec repugnant auctoritates Io. Dilecti & erudi-
tiſsimi Cephali,quandoquidẽ illi ſimpliciter , non autẽ
diſputatiuè ſecuti ſunt Decij & relatorũ opinionẽ.Quo-
circa,non ſolemus multũ tribuere auctoritati interpte-
tis,ſi rem exacte non diſputat, vt ſcribunt Neuiz. lib. 5.
Syluæ nup.nu.29.& Alcia.lib.4.Parerg.cap.17. eſt enim
credendum,ꝙ ſi diligẽtia abhibita diſputaſſent cõtrariũ
probaſ



probaſſent. Ad illud reſponſum Cornei conſi.185.lib.1.
ſatis dictum fuit ſuprà ex Alberici & Alciati ſententia ma
lè reſpondiſſe.Quod autem reſpondit Barba.conſ.12.lib.
1. facilè euitatur,cũ is loquatur de donatione cauſa mor-
tis ratione contractus,in quo aliud eſſe ex iam dictis col-
ligitur.

Non obſtat ſeptimum , quia reſpondetur multis mo-
dis.Primò,hos hæredes eo tempore ac ẽt nunc eſſe æta-
te minores:quo fit,vt ſuus ille conſenſus eis obeſſe non
poſsit.Nam,quemadmodum † expreſſè donare , vel iuri
24 ſuo renuntiare non poſſunt.l.prædia.C.de præd.mino.&
reſpondit Soc.Sen.cõſ.130.col.1.li.1. imò nec ob cauſam
nuptiarum,alioqui maximè fauorabilẽ,donare poſſe tra-
dunt Bart.in l.ſi conſtante,in princ.nu.76.ff.ſol.matr.&
Cur.Iun. conſ.168.nu.20.ita nec tacitè conſentiendo fa-
cere id poſſunt,vti in ſpecie noſtra clarè reſpondit Alci.
reſp.108.nu.14. verſ.item ad ſupradictum.Rñdetur ſecũ-
do,hos hæredes eo tempore factæ donationis & teſtamẽ
ti ignoraſſe hanc ſtatuti diſpoſitionem, quo fit , vt illi re-
nuntiaſſe non dicantur,iuxtà l.mater decedens , de inoff.
teſta.& ibidem Docto.& in l.1. C. de pactis.Quod intel-
ligit Craue conſ.257.nu.2. procedere etiam adhibito iu-
ramento.Nec repugnat quòd extiterint ij hæredes,qui fa
cto defuncti contrauenire non poſſunt iuxta l.cùm à ma-
tre.C.de rei vind.quia reſpondetur, hæredẽ non plus te-
neri quàm ſuus ipſe anteceſſor.atqui ſuus anteceſſor non
fuiſſet ſimili conſenſu & renuntiatione obligatus;ex quo
illi ſtatuto,edito ad ſuam fragilitatem tuendam,non po-
tuiſſet renuntiare;vt ſenſit Natta d. conſil 463.nu.3.Præ-
25 tereà † regula l. cùm à matre , ceſſat quando factum eſt
contra legis diſpoſitionem,& ſic nullum.Bal.conſi. 171.
Quidam Mœchus.li.5.& alij,quos retulit Grãma. deciſ.
93.nu. 9. Quibus addo.Iaſ.conſ.168.in fi.lib.4.

Non obſtat vltimum,ſiquidem reſpondetur primò ex
ſententia Alciati reſp 108.nu.14.ad finem,ex eo conſen-
26 ſu † & actu nullam fuiſſe cauſatam obligationem natura
lem.quandoquidem naturalis obligatio oriri non potuit
repugnante ſtatuti diſpoſitione prohibitiua. Quod præ-
ter Alciatũ comprobatur doctrina Bar.in l.cùm lex.nu.
4.ff. de fideiuſſ.qui docuit,naturalẽ obligationẽ nõ oriri
ex contractu,cùm verba prohibitionis concepta ſunt in
perſonam,vt eſt in ſtatuto noſtro,quo maritus prohibe-
tur legare vxori idem Bar.in l.1.nu.8.ff.de nouatio. Ang.
conſ.160.Pro deciſione nu.5.Aret.cõſ.22.col. vlt. Calcã.
conſi.13.col.1.alios recẽſet Tiraq.tract. de legib. connu-
bia.in glo.2.nu.12.Hinc ſequitur, verũ non eſſe quod reſ
pondit Bal.d.conſ.204.Teſtator legauit,libr.1. legatum
hoc ſaltẽ deberi in foro conſcientiæ, vt etiam dubita Al-
ciat d.reſp.108.nu.14.in fi.Et quamquam multis in vtrã
que partem adductis, ambigat Tiraq.in d.glo.2. nu . 19.
attamen verior eſt hæc ſententia,non deberi, cùm ex eo
actu nulla oriatur naturalis obligatio.quod latius expli-
cat Didacus in cap.cùm eſſes,nu.6,de teſt,& in ca.pecca
tum,parte 2.§.3.ad finem,de reg.iuris,in 6.Atq; ita con-
cludo.

Iacobus Menochius. I. C.

## *SVMMARIVM.*

1 *Societas quibus coniecturis probari poſsit contracta & continuata. & per totum.*

2 *Socius pupilli negotians cum pecunijs pupilli debet communicare lucrum,non tantùm vti ſocius, verùm etiam vti tutor.*

3 *Argumentum ab abſurdo euitando multum valet.*

4 *Furtum an in re communi committi dicatur.*

5 *Acquiſitio communi nomine denotat ſocietatem omniũ bonorum.*

6 *Lucrum & augmetum negotiationum,dicitur quoddam corpus vniuerſale,ideo omnes habentes in lucro illo ſeu augmento intereſſe,dicuntur ſocij.*

7 *Actus difformes facti de communibus bonis indicãt ſocietatem eſſe contractam.*

*Socius ſi nõ poſſet negotia tractare,an dicatur durare ſocietas.ibidẽ.*

8 *Societas dicitur finiri per mortem vnius ex ſocijs.*

9 *Pactum quòd ſocietas continuet etiam cum hæredibus , an valeat.*

10 *Societas omnium bonorum nunquam præſumitur,niſi conſtet de expreſſa conuentione.*

11 *Societas non dicitur contracta cum illo, qui tractare negotia non poteſt, vt cum minore.*

12 *Clerico prohibita eſt negotiatio.*

13 *Socius qui nihil agit non dicitur ſocius,neque contracta ſocietas.*

14 *Societas quando ex negotiatione dicatur contracta.*

15 *Societas contracta non dicitur,ſi acquiſita diuidantur, vel deſcribãtur in pluribus cataſtris,ſecundum quantitatem ſociorum.*

16 *Societas præſumitur non continuari ex variatione negotiationum.*

17 *Societas non præſumitur inter aliquos,quãdo conficiuntur codices expenſarum domus & familiæ.*

18 *Legatum factum vni ex ſocijs debet cum alijs cõmunicari,aliàs ſocietas contracta non dicitur.*

19 *Societas vna an ad aliam extendatur.*

20 *Negotia exercere præſumitur quilibet ex proprijs pecunijs.*

21 *Societas quãdo dicatur contracta,ſi acquiſitũ ſit diuerſis nominibus.*

22 *Ratum haberi non poteſt id, quod ſuo nomine geſtum non fuit.*

23 *Lucrum factum cum pecunijs alienis,quomodo diuidi debeat.*

24 *Melioramenta ſi ſint ſoluenda,quod nam tempus inſpiciatur.*

25 *Dotes mulierum ante diuiſionem, vti æs alienũ ſunt detrahendæ.*

26 *Recipens mutuò pecuniam præſumitur eam vtiliter in neceſſarijs impendere.*

27 *Recedes à domo ſociorũ an præſumatur recedere etiã à ſocietate.*

## FACTI SPECIES.

D. *Antonius à Platea Nicienſis tres filios reliquit, Simonẽ,Bernardinum & Ioan.Petrum. Hi donec vixit Simon, vnà ſimul in communione vixerunt, negotia, quæ maximi valoris erant,communi nomine, vt ſocij omnium bonorum tractantes. Euenit quòd anno* 1531. *vita deceſſit Simon, relicto Conſtantino filio infante. Qui quidẽ Conſtantinus vnà cum patruis habitauit atque vixit vſque ad annum* 1546. *Nulla negotia tractauit hic Conſtãtinus eo tẽpore,ſed negotia omnia tractata fuere per Bernardinum & Io.Petrum. & prædia,quæ à patruis his acquiſita fuerunt,partim proprio eorum nomine , partim nomine cõmuni,hoc eſt,etiam Conſtantini patruelis ſunt quæſita. Illudque etiam in facto verum præſupponitur, eo anno* 1531. *quo Simon deceſſit,tenue admodũ fuiſſe patrimoniũ, etſi negotia magna; atque ita tenue erat , vt vix ali ex eo poſſet familia, & graues principum collectas præſtare atque ſoluere. Anno deinde* 1547. *is Conſtantinus cœpit negotia tractare cum Bernardino & Ioan.Petro patruis. Et Barnardinus anno* 1549. *deceſſit: Io. Petrus verò mortuus eſt anno* 1550. *quo tempore filij d. Bernardini negotia tractare cœperunt. Ex quibus negotiationibus magnæ diuitiæ ſunt comparatæ. Nunc conſanguinei ij cupiunt inter ſe bona diuidere,ſed inter cætera dubitatur nunc,an Conſtantinus conſequi debeat partem acquiſitorum ab anno* 1531. *vſque ad annum* 1547. *& quomodo cætera bona diuidi debeant.*

## CONSILIVM XII.

# Initium à Domino.

RESPONSVM quod à me expoſtulatur , vt de re maximi põderis eſt;ita perplexam habet dubitationem:cùm variæ ſint hac de re Doctorum opiniones . Verſatur enim potiſsimũ in eo dubitatio,an ſocietas cœpta inter tres illos fratres Simonem,Bernardinũ & Io. Petrum continuata cenſeatur cum Conſtantino patruele; ita quòd acquiſita dicantur communi nomine patruorum & patruelis . Qua in re dicendum videbatur,ſocietatem eſſe continuatam, & acquiſita omnia eſſe æquè diuidenda. Quod, vt dicerem, multa me mouebant.

1 Primò

1 Primò, quia tria † hic concurrunt, quibus vel coita, vel
continuata præſumi poteſt inter hos ſocietas: nempè,
communis habitatio, lucrorum communicatio, & eorũ
quæ tractata fuerunt, non reddita ratio. Quæ ſanè tria ſo-
cietatem bonorum omnium eſſe contractam, arguere di
cuntur, ex multorum ſentẽtia. Ita enim cenſuerunt Bar-
tol. in l. ſi patruus. C. commun. vtriuſque iud. Ancha.
conſil. 203. Materia. Roma. conſil. 291. Cùm iſti fratres.
quos ſecuti ſunt Iaſ. conſil. 2. colum. 5. & conſil. 3. colu.
2. libr. 3. Dec. conſil. 21. numer. 2. qui Baldum & alios
nonnullos eiuſdem opinionis recenſent. Quibus acce-
dunt Soc. Sen. conſil. 160. colum. 1. verſi. iſta concluſio
libr. 2. Rubeus conſil. 87. & conſil. 95. nume. 1. & Cra-
ue. conſil. 286. colum. 1. verſi. Sed præmiſsis non obſtã-
tib. qui ex duobus tantùm, hoc eſt, communi habitatio-
ne & patrimonij communicatione ſenſit, ſocietatem fuiſ
ſe contractam ſeu continuatam inter patruum & patrue-
lem.

Secundò ſuffragari videtur, quod ij ipſi patrui Bernar
dinus ſcilicet & Ioan. Petrus, non modo ex proprijs pe-
cuniis d. Simonis fratris, & conſequenter d. Conſtanti-
2 ni patruelis negotiationes tractarunt, vt ſocij; verùm e-
tiam tanquam tutores ipſi Conſtantino acquiſiuiſſe di-
cuntur, & ideo acquiſita ipſi Conſtantino pro ſua con-
tingenti portione communicanda videntur. ita ſcribunt
Bart. & Bald. in l. ſi patruus. colum. 2. C. commu. vtri-
uſque iud. Decius in l. ſi pecuniam. ſecundo nota. ff. ſi
certum pet. & conſ. 21. ad finem. & Crauet. conſ. 286. col.
prima, verſic. ſecundò dico.

3 Tertiò, accedit ratio ducta ab euitando † abſurdo &
iniquo. niſi enim diceremus inter patruos & patruelem
fuiſſe hanc omnium bonorum ſocietatem continuatam,
ſequeretur, quòd patrui negotiando cum pecunia pa-
truelis pupilli & minoris, committendo furtum deliquiſ
4 ſent. † Quod ſanè furtum & in re communi committi
poteſt. l. merito. ff. pro ſocio. & l. ſi ſocius ff. de furtis. Ita
in ſpecie noſtra argumentatus eſt Crauetta dicto conſil.
286. colum. 2. verſic. 3. niſi poſt Alexandrum conſ. 132.
numer. 14. libr. 5. Et præter eos idem reſpondit Soci.
Sen. conſil. 87. colum. 4. verſic. prætereà, quòd dicti
Nicolaus libr. 1. & conſil. 160. colum. 3. verſicu. præte-
reà quòd. libr. ſecundo. Ne ergo abſurdum hoc atque
iniquum ſequatur, dicendum videtur eſſe continuatam
intea hos ſocietatem, atque acquiſita eſſe æqualiter diui-
denda.

Quartò, non parum conferre videtur, quòd ſupponi-
tur hoc in caſu conſtare multis inſtrumentis multa acqui
5 ſita fuiſſe ab his patruis communi nomine patruelis. †
Quæ ſanè acquiſitio initam vel continuatam ſocietatem
omnium bonorum inter eos arguere videtur. ita poſt
Barto. in d. l. ſi patruus, colum. 2. reſpondit Crauet. d.
conſi. 286. colum. 2. verſi. 4. iſta quæſtio. & præter eum
idem obſeruaui reſpondiſſe Soc. Sen. conſ. 160. colum. 3.
verſ. confirmantur præmiſſa lib. 2.

Quintò huc facit, quod ex quo hic agitur de lucro
& argumento negotiationum & mercimoniorum, quæ
6 corpus † quoddam vniuerſale facere dicuntur, vt probat
l. cum tabernam. ff. de pignor. & l. tabernam. ff. de fun-
do inſtru. & docuit Bart. in l. cùm pater. §. menſæ. ff. de
leg. 2. dicere non poſſumus, ex continuatione ipſa, ſo-
lùm auctam eſſe portionem ipſorum patruorum: quini-
mò eſſe quoque auctam illam patruelis, cùm & ipſe in
corpore illo vniuerſali portionem ſuam habuerit. Nam,
& patris ſui locum ſemper obtinuit: ita in ſpecie argumẽ
tatur, etſi paulò vberius Soc. Sen. conſil. 254. Viſa facti,
colum. vlti. libr. 2. quem ſecutus eſt Decius conſil. 255.
nume. 3.

Sextò ac vltimò conferre videtur, quod omnia lucra
& hinc inde obuenientia fuerunt hactenus inter hos pa-
truos & patruelem communicata, & actus multi diffor-
7 mes † hincinde geſti; qui quidem actus arguunt coitam at
que continuatam eſſe omnium bonorum ſocietatem, e-
tiamſi alter ipſorum ſociorum fuiſſet ad negotiandum
minus idoneus: ita copioſè reſpondit Iaſ. conſi. 2. colum.
* 6. verſ. 3. facit. libr. 3. qui hanc eſſe communem * Docto-
rum opinionem teſtatur. Et idem in ſpecie reſpondit
Soc. Sen. conſil. 160. colum. 2. verſicu. ad hoc reſpon-
deo. libr. 2. vbi poſt Baldum in l. ſi patruus. colum. 2. C.
commu. vtriuſque iud. ſcribit, quod etſi alter ſociorum
ſeu fratrum negotia traſtare non poſsit; attamen ſocietas
contrahitur. Et huius opinionis recenſet Angelum con-
ſi. 112. & Anch. conſ. 299. Nec pupillaris ætas impedimẽ-
to eſt, ne ſocietas contrahatur, iuxtà l. in conditionibus,
ff. pro ſocio. quia ætate maiori ſuperuenienti dicitur ra-
tificatione confirmata, reſpondit Crau. conſi. 286. nu. 2.
& præter eum Dec. conſ. 21. col. 1. & Soc. Sen. d. conſ. 160.
col. 4. ver. reſpondeo & aliter. li. 2. Hæc me hæſitantem
reddebant, vt contra patruos reſponderem.

Contraria tamen ſententia, iam relatis minimè refragã
tibus, magis placet; nempè, nec continuatam, nec de no-
uo initam cenſeri ſocietatem inter hos patruos & patrue
lem. Quàm ſanè opinionem, vt veram eſſe demonſtrem,
mouent me multa.

Primò, quòd continuata non ſit, vel ex eo cõſtat: quòd
8 ſocietas iam inita inter illos fratres morte † alterius eorũ,
hoc eſt, Simonis patris d. Conſtantini, ſoluta atq; extin-
cta eſt. l. actiones. §. morte. ff. pro ſocio. & §. ſoluitur. Inſt.
9 pro ſocio. Quod adeò verum eſt, vt nec pacto † conueni
ri poſsit, vt ad hęredes tranſeat, atque cum eis cõtinuet. l.
verùm. §. in hæredem, & l. adeò, in prin. vbi Barto. ff. pro
ſocio. copioſè reſponderunt Curt. Seni. cõſ. 53. Super ar-
ticulo. Decius conſ. 213. nu. 1. & cum Decio in eadem facti
ſpecie Ruinus conſ. 90. nu. 11. li. 1. & conſ. 91. num. 11. eo. &
Pariſius conſ. 84. nu. 3. & conſ. 86. nu. 18. li. 1. Non ergo ar
gumentari poſſumus antiquam illam ſocietatem, quæ e-
rat inter Simonem & fratres, fuiſſe continuatã cum Con
ſtantino Simonis filio. Quo fit, vt nec æqualiter cum eo
acquiſita ſint diuidenda.

Secundò, quod noua ſocietas contracta non fuerit in-
ter Conſtantinum & eius patruos, apertè conſtat: ſiqui-
dem vt noua ſocietas omnium bonorum dicatur contra-
10 cta, expreſſa conuentio † requiritur. ita reſpondit Caſtrẽ.
conſ. 349. Ex die quo iſte Raphael. col. vlt. li. 1. Illum ſecu
ti ſunt Barb. conſ. 22. col. pen. li. 1. & conſ. 10. colu. 5. lib. 4.
Ruinus conſ. 101. col. 1. li. 1. Crau. conſ. 26. nu. 5. qui eiuſdẽ
opinionis recenſet Alexandrum & Cæpolam. Et vere idẽ
ſenſit Barto. in l. Titium & Mæuium. §. altero, nu. 5. verſi.
primo caſu ff. de admini. tuto. Quam ſane ſententiam cen
ſent omnes probari textu aperto l. c. 3. §. 1. ff. pro ſocio. At-
qui hoc in caſu nulla expreſſa conuentio interceſsit; nec
intercedere potuit, (vt mox dicam) obſtante minori æ-
tate Conſtantini; ergo &c.

Tertiò, quod reuocata non fuerit ſocietas, vel ex eo ap
paret, quòd adfuit in ipſo Cõſtantino defectus potentiæ.
11 Nam, cùm eo tempore is eſſet infans, & minor † ſocieta-
tem cum patruis contrahere non potit, vt aperte probat
text. l. Titium & Mæuium. §. altero. ff. de admini. tut. quo
loci ſcriptum eſt, quòd etiamſi patruus tutor nepotis ſeu
patruelis vendiderit bona, quæ inter eos erant cõmunia,
& negotiari cœperit; non tamen compendium cõmuni-
catur. quod ſanè cõpendium cõmunicaretur, qñ inter eos
ſocietas contracta eſſet. quod eo loci Bar. nu. 2. & nu. 5.
clarius docuit. Idẽ reſponderunt Angel. conſ. 60. Caſtr.
d. conſ. 349. col. vlt. verſ. 3. videtur prædictis. Barba. conſi.
10. col. 5. li. 4. Pariſius conſ. 84. nu. 8. li. 1. Soc. Iunior. cõſi.
24. nu. 5. li. 2. & Alcia. in tract. præſump. reg. 1. præſum. 25.
nu. 2. ver. 2. falt. li. qui & alios plures recenſent. Hinc etiam
reſpondit Natta conſi. 254. nu. 2. li. 2. poſt Baldum, quem
citat, ſocietatem non cenſeri contractam inter duos fra-
tres, quorũ alter negotia tractare non poteſt, ob id quod
ſtudiis operam dat, & in Gymnaſio eſt. Ita etiam reſpon-
di aliquando. non dici coitam ſocietatem inter fratres
quo ad negotia, cum eorum vnus eſſet clericus, cui nego-
12 tiari † interdictum à lege pontificia eſt. cap. pen. & c. vlt.
de vita & hone. cler. vbi Doctores, & reſpondit Feder.
de Senis conſ. 207. Nos Gripholus. col. 2.

Quartò confirmantur ideo relata quia etiamſi idone-
us fuiſſet Conſtantinus tractare negotia: attamen ex quo
13 verè nulla tractauit, † non poteſt dici, contracta ſocie-
tas quò ad negotia ipſa. Ita docuit Bart. in d. l. Titium &
Mæuium. §. altero. ad fin. ff. de adminiſtratio. tut. pulchrè
Bald. conſi. 220. Quidam Antonius. col. 2. libr. 1. & clarius
reſpondit Dec. conſ. 21. num. 4. Idem reſponderunt Caſtr.
& Fulg. quos ſecutus eſt Iaſ. conſi. 2. col. 2. verſi. 2. facit, &
verſi. tertiò fortius. lib. 3. Corn. conſi. 299. nume. 2. lib. 4.
Crotus conſi. 15. num. 7. Pariſ. conſi. 84. nu. 8. lib. 1. Socin.
Iun. conſil. 24. numer. 5. libro ſecundò Alc. in trac. præ-
ſump. regula prima præſumptione 25. verſ. item fallit quo-
niam Craue. conſil. 26. numer. 4. & Cepha. conſil. 247.
nume. 14. libr. 2.

Quintò



Quintò accedit, quòd nec etiam tacitè hæc negotiationi
ſocietas creditur inter hos contracta, quòd nihil ex par-
te Conſtantini fuit collatum. vt enim contrahi ſocietas
14 † in negotiatione poſsit, requiritur vel quòd ambo indu
ſtriam cum pecunia conferant, vel ſaltem quòd vnus pe-
cuniam, & alter induſtriam. l. cum duobus. §. ſi in coeun-
da. ff. pro ſocio. & ſcribunt omnes in l. ſi paſcenda. C.
de pactis. Atqui neutrum horum conferre potuit Con-
ſtantinus: induſtriam non potuit, & tatis defectu: pe-
cuniam pariter non potuit, ob patrimonij tenuitatem.
Non enim tot erant reditus, vt inde ali poſſet. Ne ergo
(vt dici ſolet) præſumatur de vento vixiſſe Conſtanti-
nus. iuxtà l. vlt. C. de alim. pup. præſta. & ſcribunt Bald.
in auth. hoc ius porrectum. colum. vlt. verſi. quæro v-
trum. C. de ſacroſ. eccle. & Alcia. in tracta. præſump. reg.
1. præſump. 50. dicendum eſſe, reditus eſſe in alimentis, &
non in negotiationibus conſumptos: & per conſequens
contractam non fuiſſe ſocietatem. Ita ergo ſentire non
debet commodum lucri ex ea negotiatione, quia nec ſen-
ſit damnum conferendi induſtriam vel pecuniam. Quod
ſenſit Bartol. in dicta l. Titium & Mæuium. §. altero. nu-
me. quinto, verſi. ſecundo caſu, ff. de adminiſtrat. tuto.

Sextò, renouatam non fuiſſe ſocietatẽ hanc inter Cõ-
ſtantinum & eius patruos ex eo conijcitur, quòd ipſi pa-
trui multa ſuo nomine proprio, aliqua etiam nomine ip
ſius Conſtantini, & communi nomine acquiſita in pro-
prio cataſtro deſcribi voluerunt: alia verò acquiſita nomi
ne etiam Conſtantini in alio cataſtro. Qui quidem actus
oſtendunt animum patruorum fuiſſe nolle contrahere
ſocietatem negotiationis cum ipſo Conſtantino patrue
le: quia, ſi ſocij eſſe voluiſſent, non ita eam diſtinctionem
bonorum quæſitorum feciſſent. ita in ſpecie argumen-
tatur Craue.. conſi. 27. nume. 2. in fine. Et præter eum
(vt dixi) accedit illa cõiectura à diuerſitate cataſtri ſum-
pta, quæ quidem magni refert ad conijciendum non eſſe
15 contractam ſocietatem, vt enim commune † caraſtrum
arguit ſocietatem eſſe contractam, & communi nomine
bona acquiſita, vt ſcribunt Petrus de Vbaldis in tract. de
duobus fratribus, parte tertia, num. 22. Roma. conſi. 291.
nume. 7. & Decius conſi. 21. num. 10. ita à ſenſu contra-
rio, cataſtrum nomine proprio factum, ſocietatẽ non eſſe
initam demonſtrat.

Septimò, non parum vrget, quòd antiqua ſocietas non
16 præſumitur tunc continuata, cùm actus † diformes ab il-
la antiqua in nouis negotiationibus geruntur. ita docuit
Baldus in l. nã & Seruius. §. ſi viuo. ff. de neg. geſt. vt eũ
declarat Alex. conſi. 132. nume. 15. libr. 5. qui reſpondit,
ꝙ ſi Codices negotiationis antiquitus ſcribebãtur nomi
ne omnium, & altero eorum mortuo, non ſcribatur no-
mine etiam ſucceſſoris & filij defuncti, cum eo filio non
cenſeri continuatam ſocietatem, ſed diuiſam potius. Ex
his enim ſcripturis optimum ſumitur argumentum, vel
contractæ vel non contractæ ſocietatis. Quod ſcripſit &
Bartol. in l. ſi patruus. num. 6. C. commu. vtriuſque iud.
qui ita ex facto ſe obſeruaſſe ait. Idem reſpõderunt De-
cius conſi. 21. num. 6. verſi. ſed in quæſtione noſtra. Bar-
ba. conſi. 10. colum. 7. libr. 4. & Crotus conſi. 40. nume.
14. idem ſcripſit Benuenutus Straccha non vulgaris eru-
ditionis iuriſconſ. in trac. de mercatura, parte ſecunda.
nu. 53. 54. Cum ergo in caſu noſtro clarè appareat. mor-
tuo Simone patre Conſtantini, aliter ac prius ab his pa-
truis cœptum eſt negotia tractari, & ſuo nomine & non
Conſtantini etiam Codices inſcribi; dicendum eſt conti-
nuatam non eſſe ſocietatem. Et quanquã Socin. Sen. con-
ſi. 160. colum. 5. libr. 2. reſponderit, hanc Codicum inſcri
ptionem parum prodeſſe, vel obeſſe, cùm lucrum com-
municatum fuiſſe apparet; attamen dicendum eſt Soci-
num aduerſus receptam doctorum opinionem ſcripſiſ-
ſe. & in caſu noſtro ceſſare omnem dubitationem, cũ lu-
cra communicata non fuerint.

Octauò accedit hæc coniectura, quia tunc non præſu-
mitur inter ſimul habitantes contracta ſocietas omniũ
17 bonorum, cùm codices † expenſarum domus & familiæ
conficiuntur, & in eis diligenter referuntur accepta &
expenſa. Ita reſponderunt Iaſon conſilio ſecundo, colũ-
na quarta, verſi. decimò facit. lib. 3. & Decius conſilio 21.
numero. 6. verſic. vltra prædicta. & idem ſcriptum reli-
quit Alc. in tract. præſump. regu. 1. præſump. 25. nume.
4. Sed clarum & apertum eſſe ſupponitur ita fuiſſe inter
hos patruos & patruelem obſeruatum: ergo inde ſequi-
tur non eſſe contractam, vel continuatam ſocietatem.

Nonò & vltimò, hoc idem vel ex eo conijcitur, quòd
cum his patruis facta eſſent aliqua legata & donationes
ab aliquibus ſuis conſanguineis, illa non communicarũt
cum ipſo Conſtantino; nec ipſe Conſtantinus ſibi legata
18 † cum illis communicauit: ſed omnes ſeparatim illa ha-
buerunt. non ergo præſumitur cõtracta omnium bono-
rum ſocietas, quia alias omnia fuiſſent communicata. vt
probant l. 3. §. cùm ſpecialiter. l. cùm duobus. §. ſocium
vniuerſa. & l. ſi ſocietatem vniuerſorum. ff. pro ſocio. &
tradit Petrus de Vbaldis in tractat. de duobus fratribus,
parte tertia principali. nu. 29.

Non obſtant nunc adducta in contrarium, quia ſigilla
tim reſpondeo. Ad primum dico illa tria non ſufficere,
præſertim hoc in caſu. Nam, quod de lucri cõmunicatio
ne dicitur, rectè procedit cùm tam negotiationis quam
patrimonij fit: at ſecus cũ cõmunicatur ſolùm reditus pa
trimonij; quia non inde infertur contractam eſſe ſocieta
19 tem, et quò ad negotiationes. Siquidem vna ſocietas † ad
aliam ſe extendit. l. cum duobus §. duo erant argentarij. ff
pro ſoc. & cum Bar. in l. Titium & Mæuium. §. altero. in
fi. ff. de admin. tut ſcripſerũt in ſpecie Alex. conſ. 132. nu.
16. li. 5. Iaſon. conſi 2. col. 2. verſi. in præſenti. & verſ. ſextò
facit. & col. 9. verſi. non obſtat ergo, li. 3. clarius Dec. cõſi.
21. nu 3. & conſ. 628. nu. 3. Neui. conſ. 76. nu. 8. Pariſ. conſ.
84. nu. 10. li. 1. & Crau. conſi. 26. nu. 1. & Cephalus conſi.
247. nu. 26. li. 2. Non etiam illud ſecundũ prodeſt, cõmu-
nis ſcilicèt habitatio. nam (vt iam dixi) non infert com-
munis habitatio & patrimonij cõmunicatio in negotia-
tionibus contractã eſſe ſocietatem: cùm limitata cauſa
limitatum parit effectum. l. in agris. de acquir. rerum dõ-
qua ratione ad rem hanc vſi ſunt Iaſ. & Dec. pręcitatis in
locis. Nec ad rem multum confert illud tertiũ, non red-
dita ad inuicem eorum quæ tractata fuerunt ratio; quia, ſi
hoc ad reditus patrimonij refertur, falſum eſt, cũ confe-
cti ſint codices accepti & expenſi. Si verò refertur ad ne-
gotiationes, nil hoc refert, cũ neceſſe minimè fuerit red-
dere de his rationem, vel non reddere, cùm Conſtantinus
nec voluerit, nec potuerit negotia hæc ſimul tractare.
Non entis nullæ ſint qualitates; vt vulgatum eſt.

Non obſtat ſecũdum, quia reſpondeo, quod immò pa-
trui hi non negotiarunt ex pecunijs d. Conſtantini, cum
non conſtet eo anno 1531. aliquas abſuiſſe; nec etiam appa
reat aliqua bona communia alienata fuiſſe, ex quibus bo-
nis tanta pecunia comparari potuerit, quæ ad negotian-
dum ſufficerent: iuxtà d. §. altero. Quinimò præſupponi-
tur (vt diximus) eo tempore tenue adeò fuiſſe patrimo-
nium, vt vix ex eo Conſtantinus ali potuerit, ob maxi-
mas expenſas belli cauſa. Non ergo dicẽdum eſt, hos pa-
truos ex pecunijs Conſtantini mercantias & negotiatio-
nes exercuiſſe. Accedit, quod in dubio præſumitur quis
20 de propriis † pecuniis negotia exercere & acquirere. iux-
tà l. ſi defunctus. C. arbitrium tutel. quod in ſpecie affir-
marunt Bar. in l. ſi patruus. nume. 4. verſ. aut dubitatur. C.
commu. vtriuſque iud. & eum ſequitur Alex. conſ. 132. nu.
13. lib. 5. Et ideo, ſi Conſtantinus vult aſſerere, ex ſuis pe-
cuniis etiam negotia tractata fuiſſe, probare id debet: que
madmodum in his terminis cenſuerunt Dec. d. conſ. 628.
nu. 2. & Crau. conſ. 131. nu. 13. & clarius conſi. 286. col. vlt.
verſi. 2. dubitatur. Nec curandum eſt, quod Dec. conſi.
255. num. 3. aliter ſentiat: cum ei parum conſtanti recep-
ta opinio aduerſetur. Quòd autẽ dicitur hos patruos fuiſ
ſe adminiſtratores bonorum d. Conſtantini, ad rem non
cõfert. quia ſtat ſimul quòd eius bona adminiſtrauerint,
& tamẽ quod proprio nomine negotia hec tractauerint,
vt mox dicemus. Imo non creditur eos fuiſſe tutores, cũ
eſſe poſſint patrui, & non tutores: vt docuit Bar. in d. l. ſi
patruus. nu. 6. clarè Alex. conſi. 132. nu. 14. lib. 5. & Craue.
conſ. 386. col. 1.

Nõ obſtat tertiũ, quia reſpõdeo, ꝙ hoc procederet quã
do cõſtaret dictos patruos ex pecunia ipſi⁹ Cõſtãtini ne-
gotia tractaſſe: nã tũc ad effugiẽdũ ſiniſtrã illã ſuſpicionẽ
perpetrati furti, eſſet neceſſe dicere cõtractã fuiſſe ſocie-
tatẽ. At in caſu noſtro diuerſũ eſt, in quo nõ cõſtat ex pe-
cunia Cõſtãtini, cũ nulla extaret, ſed ex pecunia patruo-
rũ fuiſſe negotiatũ. Prætereà, fortè vera non eſt Socini &
Crau. oppinio, quippè quæ repugnat l. Titiũ aut Mæuiũ.
§. altero. ff. de adm. tut. quo loci ſcribit I.C. tutorẽ ex pe-
cunia pupilli negotiatũ eſſe; & ſibi, nõ autẽ pupillo acqſi
uiſſe; quãquã pupillo ſalua ſit actio ad vſuras ſuę pecunię.

Non

Non obſtat quartum, quia reſpondeo, quòd imò ex ſimilibus actibus oſtenditur, non eſſe contractã ſocietatẽ omnium bonorũ; quia, ſi eſſet contracta, opus non fuiſſet ita diſtinctim, nunc vnius. nunc alterius nomine acquirere. quemadmodũ ipſemet Craue. cõſ. 26. nu. 2. in fi. declarat. Rurſus & ſecundò, reſpondetur, veriſimile eſſe. quòd patrui hi acquiſierint nomine Cõſtãtini ex pecunijs, quæ deinde ceſſante bello ſuperfuerunt ex reditibus bonorũ Conſtantini alimẽtis deductis. Quo fit, vt nec ſocietas eã ob cauſam contracta fuerit, nec quid à patruis ſubtractũ Præterea & tertiò, reſpondetur ex declaratione Alciati
21 reſpon. 359 ad finem ita diſtinguentis: Aut † conſtat contractam eſſe ſocietatem omnium bonorum inter ſocios; & tunc nil inde refert, quòd bona vel vnius, vel alterius nomine acquiſita fuerint: quia ſemper dicitur communi nomine fuiſſe acquiſita: ita Caſtrẽ. d. conſ. 349. col. 2. verſ. 2. oppono. lib. 1. & Soc. Sen. d. conſi 160. colu. 4. verſi. nec præmiſſis refragatur. lib. 2. Aut ſumus in initio ſocietatis, & ambigitur, an contracta vel non contracta ſit? & tunc, cùm acquiſita aliqua ſint partim vnius nomine, partim alterius, ſocietas contracta non arguitur, ſi communi nomine arguitur. Cùm ergo in caſu noſtro acquiſitiones non ſint factæ communi nomine, & ſumus in initio, dicendum eſt, non argui ex illis cõtractam eſſe ſocietatem.

Non obſtat quintum, quia reſpõdeo, Socinum & Decium præſupponere ſocietatem fuiſſe in ſucceſſores ſociorum continuatam. Nam ex ea continuatione non ſolùm vnius portio, ſed & alterius augeri dicitur: cùm adferri iuſta ratio non poſsit, cur magis vnius quã alterius pars aucta ſit, ex quo vnũ eſt corpus. At ſecus in caſu noſtro, in quo non concedimus antiquam ſocietatem continuatam fuiſſe in perſonam Conſtantini hæredis. Imò Socinus & Decius præſupponunt ex pecuniis communibus fuiſſe negotia tractata, quod hic factum fuiſſe negatur.

Non obſtat ſextum, quia reſpondeo, quòd immò verior eſt illa ſententia in caſu noſtro, non cenſeri contractam ſocietatem, cùm Conſtantinus non fuerit ad negotia idoneus, nec aliquo modo negotia aliqua tractauerit, vt iam ſuo loco diximus. Immò ipſemet Socinus Sen. dicto conſil. 160. colu. 2. in fine, non figit pedem in eo, ſed ſubiungit, citando Caſtren. conſi. 183. quod eſt conſilium 346. Sæpius relatum. quòd omnes illi fratres ſe exercebãt in illa apotheca: quaſi ſentiat Socinus, verius eſſe, quòd ſi ſe non exercuiſſet ille, à quo conſultus fuit, nõ foret cõtracta ſocietas. Nec ad rem facit, quod ſuperueniente ætate maiori ſaltem ſocietas ratificata cenſeatur: quia id procederet, quando conſtaret patruos ipſos nomine cõmuni etiam pupilli negotia tractaſſe & mercaturã exercuiſſe: at ſecus eſt hoc in caſu, vbi non cõſtat hos patruos
22 communi nomine negotiaſſe. † Quocirca ratum habere non potuit Conſtantinus, quod ſuo nomine geſtum non fuit. l. ſi ego. ff. de nego. geſt. Qua ſanè ratione adducti ita in ſpecie cenſuerunt Bart in d. l. ſi patruus. nu. 4. C. communia de leg. & clarius Cephalus conſ. 248. nu. 35. li. 2. & præter eum in ſpecie ita declarat Crotus conſi. 15. nu. 9. 10. vbi ſimilib. comprobat. & plura recenſent Dec. conſi. 58. col. 1. & Crau. conſi. 304. col. 3. Concludo itaque Conſtantinum nihil poſſe cõſequi ex lucro facto à patruis ex mercatura ab eo anno 1531. vſque ad annum 1547.

Nunc ſequitur videre, quomodo bona acquiſita ab anno 1547. citra diuidi debeant. Et dicendum eſt viri boni
23 arbitrio, id eſt iudicis, † faciendam eſſe diuiſionem; vt is rationem habeat induſtriæ & laboris ſingulorum. Quod poſt Bart. in l. nec caſtrenſe. §. 1. ff. de colla. bono. & in l. cùm oportet. §. illud. C. de bo. quæ libe. rñdit Socin. Sẽ. conſi. 162. col. 1. in fin. lib. 2. dum ſcribunt, filios negotia & mercaturam exercentes cum pecuniis paternis debere diuidere lucrum cum patre æqua lance. Et illam Bartoli ſententiam ſecuti ſunt Iaſ. in l. illud, col. 3. verſi. 3. eſt princip. & ibi Dec. nu. 12. C. de colla. & Crau. conſil. 125. in fi. & conſi. 165. nu. 1. Non tamen (inquit Socinus) recedit Bartolus ab ea ſentẽtia, quia locus ſit arbitrio viri boni, vt is induſtriæ qualitatem conſideret; & vbi par eſt induſtria, æqua lance per capita facienda eſt diuiſio. quod apertè reſponderunt Caſtren. d. conſi. 349. Ex die, in fi. li. 1. & Iaſ. conſi. 3. in fine lib. 3. Cæteros prætereo.

Quò verò ad melioramenta domus & ædificiorũ, res
24 à prædictis pendet. Nam videndum † erit quo tempore facta fuerint; & ſecundum ipſa tempora erit conſiderandum, quibus ex bonis & pecuniis facta erunt: atque ita quæſtio non iuris, ſed facti eſt. ita in ſpecie reſpondit Crau. conſi. 286. col. vlti. verſ. tertio dubitatur. cui addo Iaſo. conſi. 2. col. 4. verſicu. 11. facit. & columna. 8. verſicul. 12. condeſcendo, lib. 3.

Quo verò ad illam dubitationem, quam is Conſtantinus mouet, quòd ſcilicèt quid plus ſibi aſsignandum eſt, ob id quòd dotem maternam ſatis pinguẽ in domo communi habuerit: dicendum eſt, quod nihil tribui ei debet vſque ad mortem Simonis eius patris, cùm is ſocius omnium bonorum cum duobus aliis fratribus eſſet. ita ſcriptum reliquit Petrus de Vbaldis in tracta. de duob. fratrib. parte 5. q. 5. Poſt mortem verò Simonis æquitate inſpecta eſſe ei aliquid concedendum dicerem; vt reſpõdit Decius conſi. 255. in fi. Illud quoque hîc non omitto,
25 quòd antequam bona hæc diuidantur, detrahantur dotes mulierum: nam hoc dicitur æs alienum, quod, priuſquam bona diuidantur, detrahi debet: ita in ſpecie reſpondit Bald. in conſi. 172. Super prædictis punctis, verſi. ſed ipſa dos, lib. 5. Et licèt non conſtet quomodo pecuniæ dotales acceptæ à Cõſtantino & aliis vxoratis nomine ipſarum vxorum conſumptæ fuerint, & quomodo in vtilitatem domus & ſocietatis verſæ; attamen ex quo modò vnus, modò alter & ſocietatis & rei familiaris adminiſtrator fuit, præſumptio eſt, illas verſas eſſe in vtilitatem domus & ſocietatis: & ob id è bonis communibus deduci debent: quemadmodum in ſpecie ſcribit Petrus de Vbaldis in d. tract. de duob. frat. parte 9. num. 3. qui ita Baldum reſpondiſſe tradit. Quæ ſanè ſententia vel ex eo confirmatur, quod ſcribit Bart. in l. vlti. ff. ad S. C.
26 Maced. quòd quando † ſcholaris mutuò, accepit pecuniam, præſumitur eam vtiliter impendiſſe in neceſſariis Ita pariter reſpondit Soc. Sen. conſil. 16. colum 2. libr. 3. quòd ſi pater tempore penuriæ mutuò accepit pecuniam, præſumitur impendiſſe pro vtilitate & alimentis ſuæ familiæ. & ſimili in caſu idem reſpondit Crau. conſil. 91. num. 5. De his verò quæ acquiſita fuerunt poſtquã Conſtantinus è domo receſsit, nulla eſt habenda ratio; quia
27 recedendo † è domo dicitur tacitè renuntiaſſe ſocietati: ita in ſpecie tradunt Petrus de Vbaldis in tract. de duobus fratrib. parte 11. princip. num. 9. Alexan. conſil. 92. nume. 3. libr. 2. & Natta conſil. 29. num. 3. libro ſecundo. & Natta conſil. 100. numero quarto, libr. 1. Qua renuntiatione ſtante inde quæſita acquirentis propria ſunt, vt in ſpecie reſpondit Alex. conſi. 78. nume. 1. lib. 1. vbi fortius ait ſocietatem cenſeri diſſolutam cùm vnus ſociorũ, qui conſueuit communi nomine emere, cœpit emere & acquirere ſuo nomine tantùm. Atque ita iuris eſſe reſpondeo.

Iacobus Menochius. I. C.

## SVMMARIVM.

1 *Conductor locatione finita tenetur reſtituere prædia in eo ſtatu, in quo illa reperit tempore conductionis ſuſceptæ.*
2 *Redditum non dicitur, quod deterius redditur.*
3 *Fructus fundi de quo contrahitur, & adhuc non eſt perfectus contractus, ſpectant ad venditorem non autem emptorem.*
4 *Conductor an poſsit incidere arbores ſyluæ, de quibus nulla eſt in locatione facta mentio.*
5 *Emphyteuta an poſsit cædere & euellere arbores ſyluæ, & faciem prædij immutare.*
6 *Fructus prædij perfecto contractu ad emptorem ſpectant. Argumentum de contractu ad locationem valet. ibid.*
7 *Fructus fundi valorem augere dicuntur.*
8 *Arbores fundi, ſi dum contraheretur, ventorum ui fuerint deiectæ, an ſpectent ad emptorem, vel venditorem illius fundi,*
9 *Locatione in ipſa dicuntur incluſa omnia quæ in confinibus fundi locati reperiuntur.*
10 *Nemora an veniant in locatione fundi.*
11 *Feudũ ſi concedatur, cenſentur conceſsi & omnes fructus pẽdẽtes.*
12 *Argumentum à veriſimili valet,*
13 *Conſuetudo loci omninò eſt ſeruanda, ideo ex ea rectè ſumitur argumentum.*
14 *Contractus in dubio dicitur perfectus, ſi conductor vel emptor miſſus ſit in poſſeſsionem.*
15 *Arbores illius ſunt, cuius & prædij fructus.*
16 *Clauſula generalis per adiectiuum neutraliter poſitum, ſi ſubijciatur ſpeciebus aliquibus enumeratis, ad ſpecificata, reſtringitur.*
17 *Fructuarius vel conductor an poſsit incidere arbores, vel ſyluam extirpare pro refectione domus, vel prædia colere ac ſeminare.*



## CONSILIVM XIII.
# Initium à Domino.

VIDEBATVR reſpondendum propoſitæ dubitationi non licuiſſe Magnificis dominis conductorib. incidere nemora loci della Giarda: & prædia illa, euulſis radicibus, colere & ſeminare.

Primò, quia conductor
1 † tenetur finita locatione reſtituere prædia in eo ſtatu, in quo illa reperit tpe cõductionis ſuſceptæ. l. ſi merces. §. conductor. i. & hæc diſtinctio. §. vlt. ff. locati. & le. cùm conductorem. C. eo. Atque ita ſcribunt Petrus Vbaldus in trac. de duob. fratrib. parte 11. q. 9. nu. 56. & Ruin. conſi. 80. nu. 1. & con. 88. nu. 4. lib. 1. & præter eos idem ſenſit Feder. de Senis conſi. 110. ad finem. Si ergo liceret conductori ſyluam incidere, & prædia ſeminare, facilè fieri poſſet, quod tpe finitæ locationis nõ relinquerentur in eo ſtatu, quæ erant tempore factæ locationis. Atqui cõcedi hoc nõ debet, ergo &c.

Secundò, conductor conductione finita, tenetur reddere atque reſtituere rẽ conductã. l. ſi quis conductionis. C. locati. At ſi ſylua cædatur, & fundus vacuus reddatur, non
2 dicitur verè redditus: quandoquidem res † nõ dicitur reddita, quæ deterior redditur. l. 3. §. ſi reddita. ff. commo. l. 1. §. ſi res. ff. de poſ. Bar. Caſtr. & cæteri in l. Iulianus, de verbo. obli. & ſimili in caſu arguit Rui. conſil. 80. nu. 2. li. 1. qui ex ſnĩa Bal. in l. fructus nu. 7. ff. de act. emp. reſpondit, eſſe reddendos etiam fructus pẽdentes tempore quo reddi prædia debent. At ſi cæſa ſylua, redderent ij conductores prædia vacua, prædia deteriora redderẽtur; ex quo ſylua cædua inter fructus pendentes enumeratur. l. qui fundum vendebat. §. cùm fundum. ff. de contrah. emp. Non ergo videtur licuiſſe ſyluam cædere.

Tertiò, nulla ratione licuiſſe videtur hoc caſu cædere ſyluam hãc; quandoquidem adhuc facta non fuerat eo tẽpore quo cæſa fuit, conſignatio ipſius ſyluæ: & ob id non videtur perfectus locationis contractus, vt de ſimili contractu qui conſignationem requirit vel menſuram, probat l. Iul. §. ſi Titus. ff. de act. emp. l. quod ſæpe. §. in his. ff.
3 de contrah. emp. Aret. conſi. 11. nu. 1 Atqui † non perfecto contractu, fructus, & ita ſyluæ cęſio, ſpectat ad ipſum locatorem dominum non autẽ ad conductores, iuxtà l. ſi poſt inſpectum. ff. de peri. & commod. rei vend. l. fructus. ff. de act. empti. & l. vlt. ff. de iure ſiſci.

Quartò, me magis mouebat, quod ſaltem magnæ illæ arbores, quæ cæduæ non erant, cædi iure forte non poterant: non enim in locationis contractu videbantur com-
4 prehenſæ, ex quo † de illis nihil in ſpecie dictum fuit, vti tamen videbatur neceſſe; quemadmodum in ſpecie hac clarè reſpondit Barb. conſ. 36. col. 2. li. 2. ex tex l. ligni. §. Of- filius. il. 1. de leg. 3. l. vlt. ff. de tritico, vino & oleo leg. ac l. carbonũ, de verb. ſig. Hæ. n. arbores, quæ cæduæ non ſunt comparari ſolent arborib. fructus ferentib. quas ſi excidit vel conductor, vel fructuarius, in re cõducta malè verſari dicitur; & ob id expelli põt. l. ſed ſi grãdes. & l. æquiſſimum. §. 1. ff. de vſufr. & idem in cõductore ſtatuit Iuriſc. in l. duob. §. ſi colonus. ff. de iureiur. l. ſi merces. §. culpę. ff. locati. & latiſſimè ſcribit Tiraq. in trac. de retractu conuentio. §. 3. glo. 1. nu. 24. vbi & de alijs idem ſcribit.

Quintò ac vltimò, ad rem hanc maximè conferre videtur doctrina in terminis fortioribus Baldi in l. 1. nu. 12. C.
5 de iure emphy. dum docuit, non licere emphyteutæ ſyluam cædere atque euellere, & faciem prędij immutare. Idem cum Baldo ſcripſerunt Florianus in leg. hactenus. §. Caſſius. ff. de vſufr. Iaſ. in d. l. 1. nu. 39. C. de iure emphyt. & alios eiuſdem opinionis recenſet Tiraq. tract. de retractu conuenti. §. 3. gl. 1. nu. 24. vbi his ſimilia ſcribit. Quòd ſi emphyteutæ hoc non conceditur, fortius dicitur prohiberi conductori, qui in re conducta minus iuris habet, quàm emphyteuta in re ſibi in enphyteuſim conceſſa.

Re tamen ipſa longè diligentius perpenſa contrariam opinionem veriorem eſſe exiſtimò. nempè licuiſſe his magnificis conductoribus Syluam cædere, radices extirpare, prædia colere. ac vineas, quæ verè minoris reditus futuræ ſunt, quam ipſa ſylua, plantare. Quod, vt dicam, multis moueor.

Primò ea ratione, quod ſylua hæc, quæ inter fructus pẽdentes (vt dixi) connumeratur, ad ipſos conductores ſpectat, ex l. Iul. §. ſi fructib. ff. de act. empti. & l. fructus. ac l.
6 poſt perfectam. C. eo. His probatur, † fructus pendentes tempore perfectæ vẽditiones cedere emptoris commodo, cum pars fundi ſint. l. fuctus pendentes. ff. de rei vind. reſpondit Dec. conſ. 543. nu. 20. Quòd ſi id verum eſt in contractu emptionis & venditionis, idem dicendum eſt in hoc locationis & cõductionis: cum ſimiles admodum ſint. l. 2. ff. locati. §. 1. Inſt. eo. & in ſpecie hac, ita ab vno ad alium argumentatur Rom. conſi. 10. Quæſtionis propoſitæ. verſi. 1. quia perfecto &c. Si ergo ſylua hæc ſpectabat ad ipſos conductores, iure illi potuerunt eam excidere & extirpare.

Secundò, huc pertinet tex. l. vlt. §. non ſolùm. ff. de ijs quæ in fraud. credito loci ait Iuriſc. fundum in fraudem creditoris alienatum vnà cum fructib. qui tunc fundo cohærebant, reſtitui oportere: ea rõne vtitur, quia fructus cuiuſuis generis alienationem ſequuntur. Rõ rõnis, quia
7 † fructus fundi valorem augent. Atqui in caſu noſtro niſi ſyluã cæderet commodo conductorum, non certè illi prædia tanti valoris, quanti conduxerunt, habere dicerentur. Cùm ego ſylua ſuo commodo cedat, illam excidere & extirpare potuerunt.

Tertiò, propius ad rem faciunt l. arboribus. ff. de pericu. & commo. rei vend. ſcriptum eſt illis in locis quod ſi
8 fundo, † inſpecto, ẽt nondum vẽditione perfecta, arbores fuerunt vi ventorum deiectæ & conuulſæ, non veniunt in contractu venditionis: ea rõne, quia eas non emit; cùm ante emptum fundum deſierint fundi eſſe. à ſenſu ergo contrario his iurib. probatur arbores & ſyluam in venditione venire poſt inſpectionem. Quod fortius probant, dum ſcribunt illi Iuriſconſulti, etiam deiectas venire quando emptor ignorauit eſſe deiectas: cò quia ea omnia veniunt quæ inſpecta & viſa fuerunt per emptorem. Cuius quidẽ ſententiæ ea eſſe poteſt ratio, quod pretium pro rei qualitate conſtituitur. Ita hoc noſtro caſu dicendum eſt.

Quartò, clarius probat hanc ſententiam tex. l. qui fundum vẽdebat. §. cùm fundum. ff. de contrah. emp. quo loci ait Paulus, ſyluam & arundines venire in contractu emptionis & venditionis; ergo & in contractu locationis, & per conſequens condnctor pro ſua voluntate incidere poteſt.

Quintò, ſuffragatur huic ſententiæ, quod hîc fuit facta locatio & cõductio totius poſſeſſionis in vniuerſum della Giarda; inter cuius confines ſunt hæc nemora: ſequi-
9 tur † ergo dicendnm, illa in ipſa locatione contineri, vt in contractu emptionis comprehendi Papinianus ſcribit in l. æde ſacra. §. vlt. contrah. emp. & in terminis ita argumentatur Barb. conſi. 54. col. 1. lib. 4. imò loquitur Barba. in caſu fortiori; nempè. ẽt quando penſio, quæ pro locatione ſoluitur, non correſpondet valori & reditibus rei locatæ. idem Barb. conſi. 57. col. 1. & 2. li. 4, Ita in emptionis & venditionis contractu ex d. §. vlt. & cæteris actib. tradunt Barb. in l. demonſtratio falſa, de cond. & demon. Caſtr. l. 2. ff. de acq. poſſ. Soc. Sen. con. 98. in prin. li. 1. Rui. conſi. 74. nu. 3. li. 2. & conſi. 5. in fi. lib. 4. & Pariſ. conſi. 2. nu. 64. li. 3. Scribunt inquam ij omnes poſita in confinibus contineri ſub principali re, de qua diſpoſitum fuit, cùm idem cum re ipſa cenſeantur.

Sexto in ſpecie extat reſponſum Rom. conſi. 10. Quæſtionis propoſitæ. quo loci ille reſpondit, quod ſi locator locatione facta vniuerſorum prædiorum, aliqua nemo-
10 ra † alienauit pretium numerare debet condnctori: cùm & nemora illa forent debita, & loco rei pretium ſuccedit, vt apud eum. idem ergo eſt in caſu noſtro, vt ſcilicet nemora cedant ad commodum conductorum, quibus debuit licuiſſe illa excidere & extirpare. Romanum eſt ſecutus Tiraquellus in tract. de retractu conſang. §. 1. glo. 7. numero 42. & ibidem numero 43. ſubiicit vnum, quo comprobatur ex vera iuris ſententia, nempè in con-
11 ceſſione † feudi contineri & fructus pendentes, vt vindemiã, & his ſimilia, ex doctrina Bal. in l. cùm filiofam. in fi.

h. 1. de lega.

de leg.1.& alios is Tiraq.permultos recenſet.
12 Septimò,moueo†argō ducto à veriſimili,quod proba-
bile eſt.l.vlt.ff.de eo quod met.cau. & tradunt Iaſ. in l. ſi
extraneus.nu.6.ff.de cocdi.ob cauſam. At qui veriſimile
non eſt,quod tanto pretio conductores ij conduxiſſent
hæc predia,niſi & in illis nemora forent comprehenſa.
Ita.n.in ſpecie argumentatur Barb.conſi.26.col.4. lib. 2.
Iaſ.conſil.84.colum.2.verſic. ſecundò ex quantitate pre-
tij,lib.3.& Soc.Iun.conſi.36.nu.12.li.3.Et in ſimili quæ in
re conceſſa in emphyteuſim contineatur, à quantitate pē
ſionis declaratur:ita arguit Ruin.conſi.50.nu.4. 18. lib.1.
ita in diuiſione Cur.Iun.conſi.80.num.2.& Craue. con-
ſi.234.nu.3.verſ.quartò,an aliquid.qui idem eſſe ait in in-
ſolutum datione.& idē Cra.conſ.310.nu.3.Cæteros pre-
tereo.Si ergo nemora continentur,ſequitur, excidere illa
licuiſſe.
13 Octauò,ergō à conſuetudine†ſumpto argumentor. eſt
enim in his ſpectanda conſuetudo; quemadmodum in
ſpecie hac argumentatur Barb.conſi.54.col.2 in fin. li.4.
Atqui conſuetudo probata dicitur, conductores conſue
uiſſe nemora habere,& excidere,ac illa ad culturam redi-
gere.Sequitur ergo dicendum ita licuiſſe his conducto-
ribus facere.

Vltimò,res hæc clarior redditur ex illis verbis in inſtru
mento locationis appoſitis: ponens dictos conductores
in ſui locum,vt ea poſſit colendo & vtendo d. poſſeſſione
quæ pōt ipſe locator,&c.quæ verba tribuunt facultatem
cædendi ſyluam,& colendi agrum:ita in ſpecie reſpondit
Bolog.conſi.67.col..1.& 2. vbi latè hoc deducit.Non ob
ſtant nunc adducta in contrarium,in quorum diſſolutio-
ne non leuis verſatur labor.Ad primum itaque reſpon-
deo,illud procedere cùm ex alijs coniecturis & rōnibus
non conſtat licere conductori faciem rei locatæ immu-
tare; vt hîc conſtat.Nam,ſi cedit ſylua ad commodum ip-
ſorum conductorum,dicendum eſt illis licuiſſe de ea di-
ſponere,vt diſpoſuiſſet ipſe dominus locans.Præterea cę
dendo ſyluam,& arbores extirpando , atque ita redigen-
do prædia ad culturam,reddiderunt illa meliora & ma-
ioris reditus,ita quod iniuria conqueritur locator, qui eo
adiecto pacto locauit , vt prædia redderentur meliora;
quod latius infra explicabo.

Non obſtat ſecundum,quod equidem facilè eſt diſſolue
re.Eſt enim falſum prædia hæc,cęſa ſylua, & ad culturam
redacta,reddi deteriora : quia immò non deteriora, ſed
meliora redduntur, vt iam dixi.Accedit,quod finita loca-
tione ſunt prædia reddenda ſub illa conditione & pacto i-
nitio in ipſo cotractu:at ex conuentionib.contractus con
ſtare oſtendimus , ſyluam eſſe effectam ipſorum condu-
ctorum,& illis licuiſſe de ea vti de re propria ad libitum
diſponere.

Non obſtat tertium,quia reſpondeo,quod imò contra-
14 ctus iſte fuit perfectus,ex quo†ingreſſi ſunt conductores
poſſeſſionem prædiorum,& traditio omnis fuit à locato
re facta.quæ ſanè traditio contractum dicitur perficere ſi
ne menſura & conſignatione:ita reſpondit Decius conſ.
179.col.2.& idem in l.traditionibus.nu.7.C. de pactis. &
in ſpecie conſignationis Affli.deciſ.280.primo dubio.&
deciſ.399.num.4.5.qui ait fuiſſe deciſum in concilio Nea
politano,contractum cenſeri perfectum etiam ante rei
conſignationem & ob id ab eo non licere recedere.

Non obſtat quartum,quia reſpondeo,has arbores non
fuiſſe adeò egregiæ qualitatis,vt mererentur ſpecificā por
tionem & traditionem.Sufficit enim quod ex iuris diſpoſi
tione,vel coniecturata partium conuentione includātur
vna cum ſylua cædua in hoc locationis contractu. Siqui-
dem ex diſpoſitione iuris cōis ſatis includuntur, cùm hæ
arbores non ferant aliquos fructus;ſed incidi ſolent & vē
di,vel illis vtuntur ad ædificiorum conſtructionem: & ve
15 rè appellantur arbores cæduæ; ob id illius†ſunt, cuius &
prædij fructus.l.diuortio.§.ſi fundum.ff.ſolu.mat.l.item
ſi fundi.§.vlt.& l.ſi abſente.§.ſyluā.ff.de vſufru. iuncta.l.
ſylua cædua.ff.de verb.ſig.Atq; in ſpecie nr̄a reſpondit A
lex.conſi.118.nu.3.li.5.qui in illa ſpecie facti ſuper qua re-
ſpondit Barb.d.conſ.36.li.2.contrarium ipſe Alexander,
& rectius coeſuluit.Conuentione autem partium has ar
bores in locatione includi illud clarè probat, quia pactū
interceſſit,quod ipſi conductores poſſent reædificare do
mum quam dn̄i inhabitare conſueuerunt, & quæ elapſis
annis fuit combuſta; & quod finito locationis tpe melio
ramenta eſſent à dicto locatore perſoluenda.Atqui pro
ipſa domus reædificatione neceſſè omninò fuit arbores
incidere,vt trabes conficerentur,& his ſimilia. Sequitur
ergo cenſeri datam hanc facultatem: quemadmodum ita
in clatis his terminis arguit Alex.d.conſi.118.num.6.Nec
huc ſpectat l.ligni.§. filius. il 1. de leg. 3. quia reſpondeo
ibi agi de propria vocabuli ſignificatione,quæ ſolùm con
tinet:ab ea tamen proprietate ſermonis receditur ſola di
ſponentis voluntate, vt ibi Iuriſcō.ait,& declarat ibi Bar.
& Boer.q.177.nu.2.3.Nec requirunt Iuriſcō.& noſtri in-
terpretes,hanc voluntatem fore expreſſis verbis declaran
dam; ſufficit enim quod coniecturis colligatur,vt ſatis a-
pertè colligitur in caſu noſtro.Accedit quod Iuriſc.in.d.
§.Offilius,loquitur quando ſimpliciter ligna ſunt legata:
atqui in caſu noſtro nihil de lignis in ſpecie dictum fuit,
ſed ſolùm prædia omnia locari , in quibus quidem præ-
dijs cum nemora continentia ligna ad comburendum ap-
ta & ad ædificationem contineantur,dicendum eſt tam v-
num,quam alterum eſſe locatum.Non pariter repugnat l.
vlt.§.vlt.ff. de trit.vino,& oleo leg.qui à Barbatia citatur:
16 ſiquidem ibi loquitur Iuriſc.cùm†ſpeciebus aliquib.enu
meratis ſubiicitur generalis clauſula per adiectiuum neu-
traliter poſitum;nam tunc clauſula illa generalis ad ſpe-
cificata reſtringitur:ita intelligunt ibi Bar.& cæteri, & e-
gregiè Alex.conſi.249,nu.12.li.6.& latè apud Dec.conſi.
521.nu.11 conſi.542.nu.9. & conſi. 696. nu. 17. Bellonum
conſi.30.nu.12.Rip.lib.1.reſp.c.19.nu.13. & Craue. conſi.
294.nu.7.In caſu autem noſtro nihil horum interuenit,
cùm aliqua ſpecies lignorum expreſſa non fuerit;ſed ſolū
locata fuit vniuerſa poſſeſſio della Giarda. Non pariter
aduerſatur regula l.item apud Labeonē. §. hoc edictum.
ff.de iniurijs,& quod reſpondit Anch.conſ.293. Pro cla-
riori euidentia.quia verè ſufficit generalis ſeu vniuerſalis
hæc expreſſio,vt contineantur ēt ea quæ eſſent digna ſpe-
ciali nota:vt in ſpecie hac reſpondit Alex.d.conſ.118.nu.
5.li.5.Et quod reſpondit Anch.d.con.295.non eſt ſatis tu
tum,quemadmodum ex ſententia Archid.Ioan. And. &
Gem.in c.nemo,de elect.in 6 Imolæ & Felin.in c.cùm in
iure peritus,de off.dele.aduerſus Ancharanum reſpondit
Rui.con.4.nu.19.li.5.Illud etiam accedit,verum non eſſe
quòd in eo quarto fundamento ex Barbatia dicebam, has
arbores comparari arboribus fructus ferentibus, cùm ve-
rè non comparentur,præſertim in caſu noſtro,vt cum A-
lex.d.conſi.118.nu.3.lib. 5.iam admonui.

Non obſtat illud vltimum, quia reſpondetur multiplic i
17 ter.primo licuiſſe his dominis conductoribus incidere†ar
bores has pro refectione domus,quemadmodum & cui-
libet fructuario eſt permiſſum.l.arboribus. in princ.ff.de
vſufructu.quam ſic intelligunt Bal.& Alex.in.l.diuortio
§..ſi fundum.ff.ſolu.matr.idem Alex.in d.conſi.118.nu.4.
li.5.quem ſecuti ſunt Curt.Sen.conſi.71.ſuper controuer
ſia,col.pen.verſ.condeſcendo ad quartum. Picus in repe.
l.Titia.§.Titia.nu.119.de leg.2.& Tiraq.in tract.de retra
ctu conuentio.§.3.gl.1.num.25. & nu.29. reſpondetur ſe-
cundò,quod imò licuit dominis conductorib. arbores in
cidere,Syluam extirpare & prædia colere ac ſeminare, ex
quo meliora & maioris reditus effecta ſunt:ita verè ſeipsū
declarat Baldus in d.l.1.nu.12.C.de iure emphy. & illum
ſecuti ſunt Bologninus conſi.67.col.2.verſi.poſtremò &
vltimò.Cæpol.tract.de ſeruit ruſtico.prædio cap. 22. de
montibus.q.5.nu.10.& Tiraq.d.tract.de retractu conuen
tional.§.3.gl.1.nu.27.Atque ita iuris eſſe cenſeo.

Iacobus Menochius. I.C.

## SVMMARIVM.

1 *Prædia ſunt regiſtrāda & cēſenda eo in loco in cuius territorio ſunt.*
2 *Incluſio vnius dicitur alterius excluſio,& quādo habeat locū nu.14.*
3 *Dictio nunc,cuius ſit naturæ.*
4 *Præfatio actus declarat mentem & animum paciſcentium.*
5 *Omiſſum à paciſcentibus habetur pro omiſſo, neque ſubintelligitur, quia ſi de eo ſenſiſſent,mentionem feciſſent.*
6 *Verba contrahentium omnino attendenda, neque ſuper eis admittuntur coniecturæ,cùm in claris non ſit opus coniecturis.*
7 *Conceſſio conſequenti,conceditur & principale.*
8 *Actus ſi concedatur,cenſentur conceſſa omnia , quæ faciliorem ac commodiorem executionem actui præſtant.*
9 *Regiſtrū ſeu æſtimum non probat niſi inter regiſtrantē & regiſtratū.*
10 *Interpretatio verborum quæ,& quomodo ſumatur.*





11 *Grauatus in vno,in alio commodum ſentire debet.*
12 *Diſpoſitum illud dicitur,quod ſi interrogati eſſent tranſigentes, ita agere voluiſſe reſpondiſſent.*
13 *Prædia forenſium licèt collectari ſolùm debeant vbi ſita ſunt.tamē ex pacto & contraria conſuetudine contrarium ſtatui atque ordinari poteſt.*
14 *Argumentum ab incluſione vnius ad excluſionem alterius , validum eſſe; quod tamen quatuor modis,qualiter intelligendū ſit, pulchrè declaratur.*
15 *Omiſſum quando & quo caſu habetur pro expreſſo vel omiſſo.*

## FACTI SPECIES.

*INter vniuerſitatē Milleſimi & Cingij ſuper earum finibus exortæ ſunt lites,tandem inter eas fuit in hæc verba conuentum:Item conuenerunt,quòd bona nunc de præſenti poſſeſſa ab hominibus Milleſimi in finibus & territorio Cingij pro nunc remaneant in ſuo eſſe quò ad onera : etſi in futurum contigerit; quòd homines Milleſimi acquirant alia bona ab hominibus Cingij ſuper finibus & territorio prædictis,quòd ipſa bona regiſtrari debeant ad cataſtrum Cingij:& ibidem quibuſcunque onera ſuppoſita & obligata remanere,& pro eis ibidem acquiſitores eorum ipſa onera ſupportare & ſoluere teneantur.Euenit, quòd vniverſitas Milleſimi in cataſtro à ſe nouiter confecto vult deſcribere & cataſtrare bona illa,quæ pro nunc habent remanere in ſuo eſſe quò ad onera ( iuxta conuentionis verba) & quæ poſſidentur ab hominibus Milleſimi : vniuerſitas verò Cingij contendit,illa bona non debere deſcribi in cataſtro Milleſimi:vniuerſitas verò Cingij contendit, illa bona non debere deſcribi in cataſtro Milleſimi; ſed ſolùm in illo Cingij,cùm ſint ex bonis ſitis in finibus Cingij.Dubitari itaque contingit,an in cataſtro hoc Milleſimi deſcribi debeant.*

## CONSILIVM XIIII.

# Initium à Domino.

DVBIVS ancépſque non
parum animo ſubſtiti, an
pro Milleſimo vel Cingio
reſponderem:nam verè pri
ma(vt aiunt)fronte , vt pro
Cingio reſponderem, me
permulta mouebant.
Primò, hæc prædia ex cō
feſſione Milleſimi ſita ſunt
in finibus Cingij:atqui prę
1 dia†ſunt regiſtranda & cen
ſenda eo in loco,in cuiꝰ ter
ritorio ſunt.l.forma.§.agri enim tributum.ff. de cenſib.
ergo hæc prædia ſunt in cataſtro Cingii reponenda & de
ſcribenda,qua ex re fit conſequens, hæc prædia nec regi-
ſtrari nec cenſeri poſſe ſub cataſtro Milleſimi;ne res vna
duplici onere grauetur,arg.l.Titia.§.qui inuita.de leg.2.
& in ſpecie reſpondit Craue.conſi.111.nu.8.& conſi.201.
nu.23.& præter eum Barb.conſi.26.col.pen.lib.2.Decius
conſi.457.num.3.& Boc.q.162.

Secundò,illud me multum mouebat, quod in ea tranſa
ctione legitur; illa bona debere in ſuo eſſe remanere quò
ad onera,hæc permiſſio facta ad commodum Milleſimi
arguit prohibitionem quò ad cataſtrationem & econtrà,
cùm Cingio prohibitum ſit imponere onera his prædijs,
conceſſum ei videtur redigere atque deſcribere hæc præ-
2 dia ſuo cataſtro.†Nam vnius incluſio eſt alterius excluſio
l.cùm prætor,in prin.de iudicijs. & in his ferè terminis,i-
ta argumentatur Craue.conſi.111.nu.3.4. & copioſè Pa-
riſ.conſi.20.nu.41.& conſi.23.nu.24.lib. 2.

Tertiò,pro Cingio vrgent non mediocriter illa verba
3 tranſactionis:pro nunc remaneant in ſuo eſſe.hæc†dicto
nunc,eſt præſentis temporis; & de illo præſenti ſolùm tē
pore verificari pōt quo tranſactū fuit:ita probat l.4.§.vlt.
vbi Soc.de cōd.& demo.& reſponderunt Aret.con.160.
col.5.Dec.conſi.332.nu.& conſi.433.nu.6.Ruin.con.180.
nu.8.li.2.Goza.conſi.64.nu.10.Alcia.reſp.485.nu.19. &
reſp.495.nu.15.cùm ergo in præſentiarum à Cingio con
fectum ſit regiſtrum,ſatis dr̄ exactum atq; preteritū tp̄s
Milleſimo reſeruatum:& per conſequens hæc prædia re-
digenda videntur etiam quo ad onera in cataſtro Cingij:
ergo non in cataſtro Milleſimi.

Quartò ſuffragari vr̄,quod in præfatione ipſius tranſa-
ctionis,hæc tranſactionis & cōuētionis cā refertur,quod
Cingium prætēdebat prædia hæc ab his de Milleſimo poſ
ſeſſa eſſe ſuper finibus Cingij,& eſſe debere ſuppoſita o-
nerib.illius loci,vt & cætera eiuſdem Caſtri prædia & bo
na:contrarium aſſerebat Milleſimum . cùm ergo Milleſi-
mum conceſſerit in hac tranſactionis præfatione, prædia
hæc eſſe de finib.Cingij,in illius cataſtro ſunt deſcriben-
4 da.iſta.n.præfatio†actus declarat mentem & animum pa
ciſcentium.l.vlt.ff.de hære.inſt.Dec.con.18.col. 1. Goza.
conſi.192.nu.1.4& latiſſimè Tiraq.in trac. quod ceſſante
cā ceſſet effectus,limit.1.nu.64.qui ſcribit , præfationem
oſtendere cauſam finalem actus & diſpoſitionis.

Quintò ac vltimò conferre vr̄, quod in capite præcedē
ti à noſtro eiuſdem tranſactionis,conuentum fuit,ne præ
dia Monialium continerentur ſub prædijs & finibus Cin
gij:nec quò ad onera,nec quò ad regiſtrationem. ius ergo
quod hoc in caſu eſt ad commodum Milleſimi arguit in
cæteris omnibus nihil eſſe reſeruatum,ſed omnia conceſ
ſa ipſi Cingio:& facilè fuiſſet ipſis partib.tranſigentib.id
5 exprimere,ſi ita ſenſiſſent .quod†cùm factum non ſit, ha
betur pro omiſſo.l.vnica.§.ſin autem ad deficientis.C.de
cad.toll.Cozad.conſi.29.nu.13.& conſi.83. nu. 9. & Soc.
Iun.conſi.100.nu.12.lib.1.& reſeruatio facta de vno ex-
cludit alia l.cùm prætor,de iudicijs.& dixi ſ̄. hæc, quæ a
doctiſſimis conſultoribus & Aduocatis Cingij maiori ex
parte conſiderata fuerunt, me etiam dubium non parum
hactenus reddiderunt.

Re tamen ipſa longè melius conſiderata & perpenſa,cō
traria ſententia ꝓ Milleſimo viſa eſt verior:atque ita ſen-
tio,prædia hæc deſcribi debere in cataſtro Milleſimi,vt il
lius onera ſubeant.quod vt dicam,multis moueor.
6 Primò,ex claris verbis ipſius tranſactionis, à†quibus re
cedendum non eſt.l.non aliter.de lega.3.cùm in claris ceſ
ſent coniecturæ.l.ille aut ille.§.cùm in verbis de lega.3. l.
continuus.§.cùm ita,de verb.oblig.ſed in eo capite trā-
ſactionis extant hæc ſatis clara verba,quod prædia quoad
onera permaneant in ſuo eſſe pronunc.at horum prædio
rum eſſe,fuit hactenus & eſt nunc regiſtratio facta in ca-
taſtro Milleſimi,& non in illo Cingij,vt ex codicibus re-
giſtrorum vtriuſque loci videre eſt. ergo dicendum eſt,
Milleſimum nil noui agere,ſed eſſe illorum prædiorū con
ſeruare,dum in ſuo refecto nuper regiſtro illa cataſtran-
tur & deſcribuntur.

Secundò adducor ea ratione, quod cataſtrum & illius
deſcriptio fieri ſolet,vt facilius & æqualius indicta ac oc
currentia onera diſtribui poſſint.ita poſt alios Natta cō.
286.nu.6.lib.1.& conſi.330.nu.4.li.2.reſpondit.atque ita
regiſtratio & deſcriptio eſt neceſſarium antecedens im-
poſitionis,ſeu diſtributionis onerum.cùm ergo hęc præ-
dia remaneant quò ad onera apud Milleſimum,cùm ſine
controuerſia hactenus & de præſenti illa collectauerint,
ſequitur ēt cōceſſam,eſſe Milleſimo facultatem regiſtrā-
7 di : † cùm conceſſo conſequenti cenſeatur & conceſſum
antecedens neceſſarium.l.ad rem mobilem.l.ad legatū.ff.
de procu.& conceſſo vno cenſentur & conceſſa oīa , ſine
quib.conceſſum expedire non pōt.l.2.ff.de iuriſd.om.iu.
ca. præterea. de off. de leg. ſed cataſtrum eſt neceſſarium
vt recta onerum diſtributio fieri poſſit,ergo cōceſſa ptāte
diſtributionis onerum, dr̄ ēt conceſſa ptās conficiendi
cataſtrum. Et ſi dicatur,cataſtrum non eſt omninò neceſ
ſarium ad hoc vt onera impoſita diſtribuātur:quia reſpō-
8 deo,ſaltem eſſe†maximi commodi,& ob id in hac conceſ
ſione omninò continetur,vt ſcribunt Baldus & cæteri in
d.l.2.ff.de iuriſd.om.iud.ibi Dec.nu.6.& 7.Cur.Iun.nu.
* 2.Alcia.nu.2.Io.Bolog.nu.18. & num.50. dum*vno ore
ſcribunt.in conceſſione vnius actus venire & ea quæ fa-
ciliorem & commodiorem executionem actui præſtant.

Tertiò, me plurimum mouent eiuſdem tranſactionis
verba hęc:Etſi in futurū cōtigerit,quod hoīes Milleſimi
acquirāt aliqua bona ab hominib.Cingij ſuꝑ fini.Cingij,
ꝙ dicta bona regiſtrari debeāt ad cataſtrū Cingij. & ibi-

dem,quibuſcunque oneribus ſuppoſita & obligata rema
nere.quæ ſanè verba vtrumque caput, nempe ſolutionis
onerum & regiſtrationis continet.ita ergo dicendum eſt,
illa uerba remaneant in ſuo eſſe quo ad onera,quæ iam re
lata immediatè præcedunt,debere intelligi etiam quò ad
regiſtrationem:tum quia vna pars alteram declarat.l. qui
filiabus.vbi Iaſ.col.1.de leg.1.tum quia fruſtrà ageretur de
regiſtratione in futurum fienda per Cingium, quando
iam hæc eſſet facta vel fieri deberet.ſi.n.includeret præſen
tia,fortius futura.ne ergo fruſtrà actũ ſit,contra l.ſi quan
do,de leg.1. regiſtrationem præſentium fieri debere in ca
taſtro Milleſimi,dicendum eſt.præterea, hic ipſe habitus,
qui per futuram acquiſitionem erit Cingio,præſupponit
de præſenti in eos priuationem.l.manumiſſiones.de iuſt.
& iure.l.decem.§.decem de ver.oblig.

Quartò adducor, vulgari illa regula,quod tibi non no
cet,alteri prodeſt,facilè concedi debet.l.2.§.item Varus.
ff.de aq.plu.arcen.copioſè Soc.Iun.conſil.76.nu.13.lib.1.
& Cra.conſi.226.nu.3. ſed hoc in caſu ſi conceditur Mil-
leſimo regiſtrandi facultas,ei multum prodeſt ob facilio
rem onerum diſtributionem:non oberit Cingio, quia ex
eo cataſtro & regiſtro non poteſt ſumi argumentum hæc
predia eſſe in finibus Milleſimi,tum quia clara tranſactio
9 nis verba oſtendunt eſſe in finib.Cingij, tum etiam † ca-
taſtrum & regiſtrum ſolum probat inter regiſtrantem &
regiſtratum:atque ita tertio non obeſt.ita Iaſ.in l. decē.
nu.33.de verb.oblig.copioſè Soc.Sen. conſi. 205. li. 2. &
conſi.46,col.2.lib.3. & Craue tract.de antiq.temp. ſexta
particula primæ partis.nu. 91.

Quintò,multis rationibus interpretanda ſunt verba hu
ius tranſactionis, vt liceat Milleſimo prædia hæc deſcri-
10 bere in proprio cataſtro.nam†illa interpretatio, qua ex-
cluditur fraus,ſumenda eſt.l.1.cum l.nihil intereſt. ff. ad.
S.C.Macedo.Dec.conſi.278. col. vl. præterea illa inter-
pretatio eſt ſumenda,quæ à ſapientib.reprehendi nõ po-
teſt l. Saluius Ariſto.ff.de leg.præſt.Soc.Iun. conſi. 76.
nu.11.li.2.præterea,illa probari debet interpretatio, qua
neutra partium fraudari poteſt.l.3.§.j.ff.de arbi.Crau.cõ
ſi.91.num.11.inſuper,illa interpretatio laudari ſolet, quæ
æquitatem ſapit.l.in his.de cond.& demo. vbi Soc. præ-
tereà vltimò nunc dicimus illam interpretationem fore re
cipiendam,qua conſtet nil fruſtra actum fuiſſe.l. ſi quan-
do in prin.de leg.j.l. hæc ſtipulatio.§.diuus.ff.vt leg. no.
cauea.& ſcribunt paſſim omnes atqui in caſu noſtro ſi di
ceremus Milleſimum non poſſe nec regiſtrare, nec colle-
ctas imponere,id verò Cingio licere; eſſet fraude decipe
re Milleſimum, quippe quod per temporis momentum
collectas indicere ex ea tranſactione permiſſum videa-
tur; ſi inquam illa dictio,ꝑ nunc,eam reciperet interpre-
tationem,quam aſtruit Cingium,nec arbitror virum pro
bum & ſapientem probaturum hanc interpretationem,
qua Milleſimo licuiſſe videatur per triduum predia hæc
regiſtrare & collectare.quocirca contraria interpretatio
eſt æqua,quod ſcilicèt Milleſimo liceat prædia hæc re-
giſtrare & perpetuò,pro tẽpore tamẽ collectas indicere.

Sextò,in hanc me trahit ſententiam illa vulgaris, nota-
bilis tamen iuris regula:qui in vno grauatur, in altero re-
leuari debet.l.eum qui,in prin.ff.de iureiu.vbi Bar.Iaſ.&
cæteri omnes.ſed ij de Milleſimo in eo grauati fuerunt,
quod cùm pretenderent prædia hæc eſſe in finib. Milleſi-
mi,vti verba prefationis tranſactionis oſtendunt,attamẽ
ad dirimendum lites omnes conuentum fuit, hæc prædia
nomine nunc,& re in poſterum. ſi nouæ acquiſitiones à
Cingio fiant, eſſe in finibus Cingij: quo verò ad onera
nunc collectari debere à Milleſimo. Cùm ergo Milleſi-
mum grauetur ut rõne acquiſitionum factarum à Cingio
amittat quod proprium eſt,releuari in hoc debet,vt inte
rim prædia hæc in ſuis regiſtris deſcribat, & eis collectas
imponere valeat.

12 Septimò, ac vltimò confert,quod illud dr̃ diſpoſitum,
quod interrogati tranſigentes reſpondiſſent ita verè age
re voluiſſe.ita gl.in l.tale pactum,in fi.ff.de pactis quę do
ctrina & in contractibus locum habet,vti docuit ibi Bal.
& rñdit Dec.conſi.407.nu.7.verſi.2.in verbis.imò hoc ca
ſu fit extenſio de perſona ad perſonam, quod fortius eſt.
Soc.Iu.con.117.nu.5.li.1.atqui certum eſt,ꝙ ſi ab initio ij
trãſigentes intertogati fuiſſent,an in hoc capite, quod de
oneribus loquitur,intellexiſſent etiam includere regiſtrã
di facultatem,vtique reſpondiſſent velle; rationibus per-
multis iam relatis.tum etiam quia conceſſa facultate col-
lectandi,ꝙ pi⁹ eſt cõceſſa dicitur & poteſtas regiſtrãdi,ꝙ
eſt min⁹.ita ergo ꝑ diſpoſito & trãſacto eſt habendum.

Non obſtant nunc in contrarium adducta.ad primum
reſpondeo.l.form.§.agri.ff.de cenſib. loqui in finibus li-
beris,non autem in conuentionatis, quales ſunt ij noſtri:
nam in his ſeruanda conuentio eſt,ita in ſpecie reſpondit
13 Neuiz.conſi.66.nu.18. etſi enim†apud nos ac in vniuerſa
fortè Italia,prædia f renſium collectari ſolũ debeant vbi
ſita ſunt Bart.in l.vnica.nu.34.C.de mulie.& in quo loco
lib.10.Iaſ.conſi.85.col.1.lib.3.& Curt.Iun.conſi.60. nu. 5.
attamen & pacto & contraria conſuetudine ſtatui atque
ordinari poteſt; ita in ſpecie reſpondit Craue. conſi. 111.
nu.16.poſt Bal.conſi.170.lib.2.quocircà ij fines dici non
poſſunt liberi,ſed conuentionati,vt iam.dixi.& eſt doctri
na Bar.conſi.58.commune Spoleti. quẽ ſecutus eſt Cra.
d.conſi.111.nu.7.& copioſè ſcribit Io. Iac. de Leonardis
inter conſilia Bruni conſ.117.nu.77.78.

Non obſtat ſecundum,quia reſpondeo, quod ſi facta
eſt conceſſio quo ad onera,facta ẽt cenſetur quò ad regi-
ſtrationem; cùm regiſtratio ſit ordinata ad executionem
14 diſtributionis onerum; vt iam dixi.Nec†illa argumenta-
tio ab incluſione vnius,ad alterius excluſionem, iuxtà l.
cùm prætor,de iud.procedit in caſu noſtro multis de cau
ſis.primò,quia ilud excluſum non dicitur, quod in neceſ
ſarium antecedens venit ad actum incluſum: ita egregiè
docuit Ruinus in repe.l. Gallus. §. & quid ſi tantum. nu.
114.de li.& poſthum. cum ergo hîc deſcriptio cataſtri
ſit antecedens neceſſarium ad diſtributionem onerũ &
collectarum,excluſa illa non dicitur per incluſionem o-
nerum:imò verè vtrunque æqualiter dicitur cõprehenſũ.
ſecundò,vnius incluſio non eſt alterius excluſio,cùm illa
duo ſunt quodammodo connexa:ita declarat Ant.Corſe
tus ſingu.in verbo,argumentum,incipit,tu habes.at ex iã
relatis conſtat hæc duo eſſe connexa; cùm diſtributio o-
nerum ſine deſcriptione fieri non poſſit.tertiò,ex veriſi-
mili mente diſponentis incluſio vnius non eſt excluſio al
terius:ita Soc.Iun.conſ.121.nu.22.li. 1. & Gratus conſi. 5.
nu.84.li.2.ſed veriſimilis mẽs partium fuit velle include-
re & hanc regiſtrationem,ergo&c.Quartò,non procedit
argumentum ab incluſione vnius ad excluſionem alteri⁹
cùm in caſu qui excluſus vr̃,eadem adeſt rõ.ita Pariſ.con.
111.nu.39.li.1.ſed eadem hîc adeſt rõ, immò maior, cùm
regiſtrum ſit,vt deſeruiat diſtributioni onerum: ſi ergo
onerum diſtributio conceditur,fortius & deſcriptio, vt
ſæpius dixi.

Non obſtat tertium,quia reſpondeo,hæc aduerbia tem
poris nihil operari cõtra mentem diſponentium. ita Soc.
Iun.con.114.nu.29.li.1.& con.145.nu.29.lib.3. ſed cui du-
bium quin cõtra mentem tranſigentium ſit, ꝙ trãſactio il
la obſeruanda ſit per temporis momentum,& nihil noui
ſuperueniente immutetur? præterea eſſet abſurda inter-
pretatio,& ad fraudandum Milleſimum videretur tranſa-
ctum, ſiquidẽ potuiſſet Cingium poſt duas horas à tranſa
ctione dicere, Volo ego facere nouum regiſtrum; atque
ita Milleſimi ius eludere:quod iniquum eſt.

Nõ obſtat quartum,quia reſpondeo, præfationes pa-
rum operari,cùm diſpoſitio eſt clara:ita cenſuit gl.in cle.
1.de electio.vt egregiè Soc.Sen.conſi.24.nu.2.li.4.nec e-
nim procemium huius tranſactionis oſtẽdit,quod & qũo
tranſactum ſit ſed ſolùm rationem recenſet & cãm; cur
ita tranſactum.nõ ergo ab eo aliquod probabile argumen
tum voluntatis partium hac in re ſumi poteſt.

15 Non obſtat vltimũ quia reſpondeo † regulam ſumptã
à.d.l.vnica.§. ſin aũt ad deficientis.C.de cadu.tollen. nõ
procedere, quando in caſu non expreſſo eadem ſubeſt
rõ,quæ in expreſſo:ita reſponderunt Goza.conſi. 4.nu.31.
Soc.Iun.conſi.77.in fine.li.3.& Craue.conſi.62.nu.14. q
ſubijcit,idem eſſe cùm eadem verſatur mens contrahen-
tium.quod placuit eidem Craue.conſi.130.nu.7. & conſi.
257.nu.6.qui & illud ſcribit, caſum omiſſum ꝑ expreſſo
haberi,cùm omiſſum ſequitur ab expreſſo.quam declara
tionem probauit & Goz.con.45.nu.16.Atqui in caſu no-
ſtro iã oſtendimus,eãdem eſſe,imò maiorẽ rõnem inclu-
dendi regiſtrationem cum facultate imponendi onera,eã
dẽ eſſe mentem & deſcriptionem ab onerum impoſitio-
ne deſcendere:ergo omiſſum non dicitur. quod verò de
monialibus dictum eſt,in tranſactione diuerſum admodũ
quid eſt,non enim tranſigi vel paciſci quid potuit de ea-
rũm prædijs, vtpotè de re eccleſiæ exempta à laicorum
oneribus.cap.eccleſia S.Mariæ,de conſt.omnes in l. pla-
cet.



cet.C. de ſacroſ.eccl.Concludo ergo Cingium iniquè a-
gere aduerſus Milleſimum,impediendo horum prædito
rum regiſtrationem.

Iacobus Menochius. I.C.

## SVMMARIVM.

1 *Sponſalia ſolo conſenſu partium diſsolui poßunt,etiamſi ſint iura-
ta,item ſi matrimonium alter eorum cum alio vel alia contra-
hat,etiamſi ſponſalia confirmata ſint per ſententiam.*

2 *Pontificis auctoritas maxima in diſsoluendo matrimonio,etiam car
nali copula conſumato.*

3 *Confeßio partium coram epiſcopo pro diſsoluendo matrimonio quòd
contracta ſunt tantùm ſponſalia,quid operetur.*

4 *Filij cenſentur legitimi ſi probetur,quod parentes ab omnibus repu
tabantur pro marito & vxore, licet matrimonium præciſè non
probetur.*

5 *Filij nati ex illo & illa,inter quos erat impedimentum impediens
matrimonium,at illis incognitum,an dicatur legitimi.*

6 *Præſumptio integritatis viri nobilis eſt maxima.*

7 *Bona fides probatur eo,quòd quid publicè factum eſt.*

8 *Conceßio precibus falſis & mendacijs conceßa, eſt obreptitia &
ſubreptitia,& nullius valoris.*

9 *Pontifex Max.non diſsoluit matrimonium per verba de præſenti
contractum,etiam non ſecuta copula, niſi iuſta ſubſiſtente cauſa
& quid de matrimonio rato.*

10 *Sponſalia contracta per verba de præſenti,ſine iuſta cauſa dirimi
minimè poſsunt.*

11 *Matrimonium non probatur per inſtrumentum dotis confectum
inter duos in quo ad inuicem ſe appellant maritum & vxorem,
ſed ex illo oritur præſumptio,& cum alijs præſumptionibus ſuf
ficienter probari dicitur,& quibus præſumptionibus.*

12 *Cohabitatio duorum diuturna cum fama viciniæ multùm confert
ad probandum inter eos matrimonium.*

13 *Paria ſunt non eſſe,vel eſſe,ſed non apparere.*

14 *Dictio,ſi,conditionem importat, quæ in forma ſpecifica adimpleri
debet,cùm formam inducat.*

15 *Diſpenſatio concedi debet cum cauſæ cognitione & quatuor concur
rentibus,aliàs non diſpenſatio,ſed diſſipatio dicitur.*

16 *Canonicè agere quomodo dicatur.
Cauſæ cognitio requirit partium citationem,& plura alia.*

17 *Promittens ſe aliquid facturum,vt excuſetur,debet probare ſe om
ni diligentia vſum fuiſſe ad obſeruandum promiſſum.*

18 *In diſſoluendo matrimonio vel ſponſalibus an ſtetur aſſertioni con-
trahentium, dicentium de minori ætate vel diſſenſu, vel de
alio.*

19 *Diſpenſatio an & quando prodeſſe dicatur.*

20 *Scientia alicuius rei multis modis probari poteſt.*

21 *Publicè quæ geruntur,omnibus innoteſcere lex præſumit.*

## CONSILIVM XV.

## Initium à Domino.

DICENDVM videbatur
ex diſpenſatione facta à Re
uerendiſſimo Epiſcopo Al
benſi ſummi Pontificis de-
legato rectè fuiſſe diſſoluta
ſponſalia cõtracta inter Gal
lum & Catinam & per con
ſequens Illuſt. D. Pyrrhũ
de Carreto potuiſſe ipſam
Catinam in vxorem duce-
re, & eo medio D. Iulium
& Carolum filios ex ipſa
Catina procreatos legitimos reddere. hoc vt dicerem,
me permulta mouebant.

Primò, quod inter Petrum illum Gallum & Catinã ſo-
1 lùm ſponſalia interceſſerant:atqui ſponſalia †ſolo partiũ
conſenſu diſſolui poſſunt. cap. 2. vbi gloſ. & ca.ſicut, de
ſponſa.& illis in locis ſcribunt Abbas & cæteri.& reſpon
dit Dec.conſi.368.col.vlt.& conſi. 603. nu. 4. qui aſſerit
ſponſalia etiam iurata diſſolui,ſi cum altero matrionium
contrahatur.& in eadem facti ſpecie cum Decio conſul-
tus reſpondit Goz.conſi.2.nu.1.clarè Ruin.conſ.203. nu.
3.lib.1. imò ſponſalia confirmata per ſententiam diſſolui
per ſubſequens matrimonium cum altero contractum,re-
ſpondit Soc.Iun.conſi.30.lib.2. ſi ergo ex partium con-
ſenſu,atque ita ſine Pontificis anctoritate licet ſponſalia
dirimere,quantò fortius dirimi potuerunt ſumma illa au
ctoritate Pontificis adhibita:quo fit,vt his ſpõſalibus diſ-
ſolutis,nihil fuerit impedimento D. Pyrrho quominus
eam Catinam in vxorem duceret.

2 Secundò, ſumma eſt Pontificis maximi † auctoritas in
diſſoluendis matrimonijs ipſis,nondum tamẽ carnali co-
pula conſummatis,etiamſi altera partium diſſentiat, quẽ
admodum ſcribunt glo.& cæteri in cap. ex publico, de
conuerſ.coniuga.& poſt Baldum Anch.& alios plures,re
ſpondit Cur.Iun.conſi.170.nu.1.quem in eadẽ facti ſpe-
cie reſpondens ſecutus eſt Dec.conſi.603.nu.7. quod re
ſponſum videtur repetitum conſi.681.nu.15.idem reſpon
dit Goz.conſi.2.nu.3.verſi.5.poſito,& copioſè ſcribit Ne
uiz.lib.1.Syluæ nuptial. num. 152. 156. ſi poteſt Pontifex
maxim. diſſoluere matrimonium eo,quo diximus, modo
contractum;ergo fortius potuit hæc ſponſalia.

Tertiò,ſuffragari non parũ videtur, quod hæc ſponſa-
lium diſſolutio,maxima adhibita cauſæ cognitione facta
creditur cùm ambo,vir ſcilicèt & mulier, in iudicium ab
3 Epiſcopo†ſummi Pontificis delegato vocati fuerint: &
contentari quod illa diſſoluantur.quæ ſanè confeſſio pro
bare ſatis eorum aſſertionem videtur,iuxtà cap.ſuper eò,
il.2.de teſtibus.1.& cap.atteſtationes,de deſpõſa. impub.
& reſponderunt Dec.conſi.133.nu.1.& Cur.Iun.conſ.27.
nu.1.2.potuit ergo,his diſſolutis ſponſalibus,matrimoniũ
contrahi inter D.Pyrrhum & Catinam.

Quartò illud me mouebat,quod ſaltem quò ad filiorum
legitimationem,ſatis conſtare dicitur matrimonium in-
ter D,Pyrrhum & Catinam fuiſſe legitimè contractum,nã
ambo vt coniuges multos annos vixerunt, atque ita ab
omnibus vt vir & vxor habiti ſunt,atq; tractati. quæ ſanè
denominationes & tractatus etſi ad mr̃imonij validitatẽ
4 nil conferre videantur;attamen†proſunt, vt filij cenſean-
tur legitimi:ita ſcribunt Bart.,in l.ſi vxor.§.ſed ſi ea.ff.de
adulter.Burtius in cap.2. in quinto notab. qui filij ſint le-
gi.Cur.Iun.conſi.52.nu.3. verſ. præterea conſiderandum
& Pariſ.conſi.13.nu.18.20.lib.2.

Quintò ac vltimò,confirmatur præcedens fundamen-
tum,quod ſcilicèt quo ad filiorum legitimationem ſatis
de legitimo matrimonio conſtet:ſi quidem,cùm pater i-
gnoret probabiliter aliquod ſubeſſe impedimentũ,quo-
minus,quam duxit,in vxorem habere poſſit,nati ex ea fi-
lij,cùm ex matrimonio putatiuo nati dicantur, legitimo-
rum locum obtinent.ca.ex tenore,qui filij ſint legiti. &
ibi apertè Abbas in 2.notab.quem,alijs permultis citatis,
ſecutus eſt Cur.Iun.conſi.52.num.2.& conſi. 64. num.11.
quibus accedunt Iaſ.conſi.168.nu.4.lib.4.Dec.conſi.153.
num. 2. Ripa in rub.ff.ſolut.mat.nu.65.& Pariſius conſi.
15.nu.44.lib.2.atqui hoc in caſu iſte D.Pyrrhus probabi-
liter viſus eſt ignorare aliquod ſubeſſe impedimentum,
quo impediretur cum Catina matrimonium contrahere:
ergo ex hoc matrimonio putatiuo nati dicũtur filij legi-
timi.illa minor propoſitio multis coniecturis probari vi-
detur prima eſt; quæ à qualitate perſonæ D. Pyrrhi ſumi-
tur.nam.cùm nobilis ac ex illuſtri familia eſſet,non præ-
ſumitur quod cum Catina contraxiſſet,ſi cognouiſſet im-
pedimentum aliquod extare.eſt enim magna præſumptio
6 in tegritatis viri nobilis.ita ſcribunt Barb.conſilio vnde-
cimo colu.11. & conſilio duodecimo colu. 4. libro 2. Iaſ.
cõſilio duodecimò numero 6. libro j.Marſil.conſilio pri
mo numero 70.& Tiraquel.in tract.de pœn. legum, &c.
cauſa 51. Secunda eſt coniectura,quæ à qualitate loci ſu-
mitur; quandoquidem Dominus Pyrrhus & Catina pa-
7 lam † ac publicè ſeſe in matrimonium copularunt.qua ex
re bona fides pręſumitur,quoc ſcilicèt nullum ſubeſſe im
pedimentum verè crediderint, quemadmodum in ſpecie
probat.l.vlt.ff.de ritu nup.& reſponderunt in terminis Ia
ſon conſilio 168.numero 5. libro 4.Soc Iun.conſilio tri-
geſimo primo.nu.49.li.2. & Pariſi.conſi.57.nu.27. li.4.&
& ſimilia huic caſui recenſent Gome.in §. ex maleficijs.

nu.20.inſti.de actio.Craue.conſi.321.num.2.Tiraquel.
in tracta.de retractu conuentio.in proœmio.num.13.ter-
tia accedit coniectura probabilis ignorantiæ,quod hi cõ
iuges confeſſi.ſunt ita contrahere,auctoritate conceſſæ di
ſpenſationis ab epiſcopo,iuxta notab.gloſs.cap.perlatũ,
& ibi Abbas.nu.5.& in cap.per venerabilem.num.36.qui
filij ſint legititimi.qui cenſent probabilem hunc errorẽ
prodeſſe filijs,vt legitimè nati cenſeantur.& cum Abba-
te idem reſpondit Ruin.conſi.100.nu.3.li.3.& conſi.51.
nu.5.lib.5.hęc dubitationem non leuem faciebant in hac
propoſita conſultatione aduerſus illuſtrem D.Io.Anto-
nium aſſerentem, D.Iulium & Carolum non eſſe legiti-
mos D.Pyrrhi filios.

Re tamen ipſa diligentiſſimè perpenſa, contraria ſen-
tentia viſa eſt verior & probabilior:hanc ſcilicet diſpenſa
tionem non fuiſſe legitimè conceſſam,etiam quo ad filio-
rum legitimationem. quod,vt dicam,multis moueor.

Primò,quia hæc diſpenſatio conceſſa fuit ad falſas pre
ces D.Pyrrhi,qui non modò rei geſtæ veritatem ſubti-
cuit,verùm etiam multa mendacia in illis expreſſit. quo
8 fit,vt tanquam † obreptitia & ſubreptitia nullius valoris
ſit,iuxtà l.reſcripta.C.de precib.imper.offerẽn.ommes
in cap.1.de reſcrip.

Et,vt cæteras obreptiões omittam illa omnium maxi
ma eſt,quod aſſeruit, olim inter Gallum & Catinam ſo-
lùm fuiſſe contracta ſponſalia, cùm verius ſit, matrimo-
nium per verba de præſenti eos contraxiſſe.id quod ſi ve
rè ſciuiſſet Pontifex Max.vel epiſcopus,eam diſpenſatio
9 nem non conceſſiſſent:cùm Pontifex † Max.non diſſol-
uat matrimonium per verba de præſenti contractum, e-
tiam non ſecuta copula, ca.ex publico, de conuerſ.con-
iuga.& ibi ſcribunt Abbas.& cæteri.Ancha.in repe.ca.
canonum ſtatuta, col.14.verſic.circa matrimonium de
conſt.& reſponderunt Curt.Iun.conſi.170.num.9.10.13.
& Goza.conſi.2.nu.14.quod intelligunt, niſi iuſta ſubſit
* cauſa.& hanc eſſe communem * canoniſtarum ſententiã
atteſtatur Syluester Prierius in ſua ſumma, in verbo, di-
uortium q.4.qui tamen aſſerit à Canoniſtis ſacros Theo
logos diſſentire,qui aſſerunt,Pontificem etiam iuſta ſub-
ſiſtente cauſa non poſſe diſſoluere matrimonium ratum.
quæ ſanè Theologorum opinio multòmagis noſtrã hanc
ſententiam confirmat.& quanquam à cæteris diſſentiat
Caietan' in quolibeto 39.q.13.& copioſius in opuſculo.27
qu.25.nõ tamen me mouet, quod & communis ei repu-
gnat,& cauſa hîc nulla ſubeſt iuſta.Accedit, quod etiam
10 ſola ſponſolia † contracta per verba de præſenti ſine iu-
ſta cauſa dirimi non poſſunt:ita ſenſuit Abb.in cap.ex
parte.n.25.de reſti.ſpolia.in cap.requiſiuiſti.num.4.de
ſpõſ.in ca.1.nu.4.de deſpon.impu.& in ca.1.in fi.de ma-
tri.contracto contra interd.eccle.& Dec.conſ.603.num.
7.Quod autem inter Catinam & Gallum iam contractũ
eſſet matrimonium, permultis rationibus atque claris
coniecturis probatur.

11 Primò,ex inſtrumento † dotis confecto inter eos, Gal-
lum ſcilicet & Catinam. in quo quidem ad inuicem ap-
pellant ſe maritum & vxorem;non ergo ſola ſponſalia di-
ci poſſunt contracta fuiſſe, cùm ſponſa non dicatur v-
xor,quemadmodum tradit Abbas in rub.de ſpon.in fi.&
conſi.1.num.4.lib.1.& quanquam vera ſit illa Doctorũ
ſententia,inſtrumentum dotis non probare matrimoniũ,
cùm de eo principaliter diſputari contingit, vt ſcribunt
omnes in ca.illud,de præſum.Roma.ſing.446.Barb.con
ſi.8.col.13.in fi.lib.2.& Curt.Iun.conſi.95.nu.2.attamen
maximam præſumptionem facit,vt ſcribit Abbas ex illo
tex.in d.c.illud.nu.6.de præſum. quæ ſanè preſumptio,
alijs additis,vt hîc,matrimonium concludenter probat.

12 Secundò,accedit preſumptio † quod aliquot annos Gal
lus & Catina conhabitarunt.d.cap.illud, & in ſpecie reſ-
pondit Alex.conſi.149.in fi.lib.5.

Tertiò confert præſumptio, quæ à fama viciniæ dici-
tur.d.ca.illud.quæ ſanè fama eſt hîc optimè, vt video pro
bata.Quartò huc ſpectat,quod elapſis his diebus Gallus
petijt abſolui à peccato,quo hactenus detentus eſt,ob ma
trimonium olim contractum cum dicta Catina,quam aſ-
ſerit dimiſiſſe timore d.D.Pyrrhi.quæ quidem Galli peti
tio probat,ſe cũ Catina olim contraxiſſe,cùm liceat hoc
in caſu venire contra factum proprium. ita Feli.in rubr.
de ſpon.num.8.quem ſecutus eſt Neuiz.conſi.48.num.4.
Quintò,non coniectura, ſed manifeſta probatione con-
tractum inter hos fuiſſe matrimonium,demonſtratur ex
inſtrumento confecto à Reuerendo D.Bernardino pro-
tonotario, qui tunc gerebant curam animarum in loco
Monexilij; in quo quidem aſſerit D.Bernardinus ex par-
tium conſenſu fuiſſe inter eos contractum matrimonium
per verba de præſenti:quæ atteſtationis verba non enun
tiatiua,ſed diſpoſitiua ſunt; & ob id probant.ita reſpon-
derunt Iaſ.conſi.168.num.8.lib.4.Ruinus conſi.51.num.
1.lib.5.

Secundò ſuffragatur,quod etiamſi reuera fuiſſent con-
tracta ſponſalia tantum,& verum quoque eſſet,cauſam iu
ſtam fuiſſe concedendi diſpenſationem, qua Gallus &
Catina ab ipſis ſponſalibus poſſent recedere; attamen iu
ſta hac cauſa probata non fuit coram iudice de legato,
quemadmodum erat omnino neceſſe eam probare: vt in
ſpecie diſpenſationis cauſæ matrimonialis reſpondit Ol-
dradus conſi.145.Clemens.col.3.verſi.ſed in contrarium
13 me adducit.Ea eſt ratio,quod paria † ſunt non eſſe, vel eſſe
& non apparere.l.in lege.ff.de contrahend.& reſpon-
dit Ancha.conſi.302.quem alijs adductis ſecutus eſt Cra.
in tract.de antiq.tempo.quarta particula quartæ partis
principalis.numero 122.ſcribũt hi quod ea quæ non ap-
parent,non preſumuntur, & tamen neceſſarium omni-
nò erat,vt de illius cauſis iuſtis allegatis apparet: quan-
doquidem reſcripta intelliguntur habere clauſulam, ſi
preces veritate nitantur.c.2.de reſcrip.& tradunt ibi om
nes.Et cùm inter multa aſſeruerit ipſa Catina in ſuis il-
lis precib.quod erat ætatis annorum duodecim, quando
cum Gallo ſponſalia contraxit, attamen hoc non proba
uit,vt maxime neceſſe erat probare,vti in ſpecie reſpon-
dit Alex.conſi.149.num.16.lib.5.

Tertiò,confirmantur iam relata ex eo,quod Pontificis
Max.reſcriptũ conditionale eſt,cùm ita ſcriptum ſit: cir-
cumſpectioni veſtræ committimus,quatenus,vocato di-
cto Petro Gallo,ſi de premiſſis vobis canonicè conſtite-
14 rit,&c.dictio † ſi,conditionem ſignificat.l.1.vbi Bar.ff.de
cond.& demon.quæ ſanè conditio in forma ſpecifica im-
pleri debuit.l.Mæuius.le.qui hæredi.de cond.& demon.
cùm etiam conditio formam inducat, vt ſcribuut Baldus
in auth.matri& auię.C.quando mulier tutelæ officio fun
gi poteſt.Ruinus conſi.199.num.1.lib.1.Goza.conſi.73.
num.13.Pariſ.conſi.97.num.119.li.1.& copioſè Tiraq.de
retractu conuentio.§.2.glo.1.nu.3.debuit ergo conditio
hæc ad vnguem verificari, quod ſi vera eſſent narrata in
precib.quod cùm factum non fuerit,non poſſumus dice-
re,reſcripto ſatisfactum fuiſſe.ita in ſpecie reſpondit Dec.
conſi.603..nu.9.verſi.venio ad ſecundum,& Goza.conſ.
2.nu.16.verſi.quintò dato,& nu.17.

Quartò accedit,ꝙ nullius momenti fuit conceſſa diſpen
ſatio,à Reuerendiſs.Epiſcopo Albe.nam diſpẽſatio,quæ
15 † vt legitima ſit,quatuor requirit,neceſſitatem,vtilitatem
honeſtatem & congruitatem,vt poſt D.Bonauenturam
ſcribit Card.de Turrecremata in c.recurrat.num.7.32.
q.4.concedi omninò debet cum cauſæ cognitione,alio-
qui non diſpenſatio,ſed diſſipatio appellari poterit: ita
omnes in c.1.& in c.non eſt,de voto.Abbas in ca.ſignifi-
caſti, de electi.copioſè Rebuffus in Praxi beneficiorum.
titulo de diſpenſatione ad plura beneficia.num.52. quod
equidem procedit & in ipſomet Pontifice Max.& altero
quouis,cui ampla tributa ſit facultas diffiniendi contro-
uerſiam; quia intelligitur adhibita cauſæ cognitione. ita
Rui.conſi.109.nu.19.lib3.& Marſilius ſing 328.multi ſunt.
& ex verbis huius reſcripti fuiſſe neceſſariam hoc in caſu
cauſæ cognitionem,demonſtratur ex illis verbis,ſi cano-
nicè conſtiterit,vocato,&c.quæ ſanè verba cognitionem
cauſæ ſignificant.vt reſpondit Gozad.conſi.2.nu.17.19.
16 nam dicitur canonicè † quid agi,cùm & poteſtas & iuris ſo
lennitas adeſt.cap.1.63.diſtinct.Geminia.conſi.88.col.3.
& conſi.131.& Rebuffus in praxi beneficiorum.tit.Cano-
nica inſtitutio quæ dicatur.nu.7.atqui in caſu huius diſ-
penſationis nulla fuit adhibita cauſæ cognitio: ergo non
diſpenſatio fuit illa minor propoſitio probatur,quod cau
ſæ cognitio requirit partium citationem Bar.in l.cauſæ,
la.1.§.cauſa cognita.ff.de minorib. Alex.l.qui Romæ.§.
Augerius,de verb.oblig.& Gozad.conſi.2.nu.15.& conſ.
92.nu..3.rurſus,quod ipſarum partium iura exaudiãtur:ita
Soc.Sen.con.32.col.pen.verſ.ſecundò ex regula gloſſæ,li
1.& ante Socinum ęgregiè Signorol.con.203.nu.5.& ſcri-
bit loco iam citato Socinus,ordinẽ iudiciariũ obſeruãdũ
eſſe, & animo deliberato ac benè perpenſo oĩa eſſe pera-
genda,vt ſcribit Butrius in c.auditis,il 2.de electio.eſt.n.

opus



opus tempore vt res maturius & rectius diffiniatur.c.põ-
deres.50.diſtin.requiritur etiam in cauſæ cognitione, vt
termini ad probandum aſſignentur: ita Signo.d.conſi.
203.nu.5.& Caſtr.in conſi.184.in cauſa quæ vertitur corã
D.Vicario Caſtri Anglari.col.2.lib.1.Plenior ſi quidem
cauſæ cognatio verſatur in probationib.faciendis, quam
in ordine iudiciario,vt poſt Abbatem conſi.50.col.vlt.
lib.1.reſpondit Dec.conſi.96.nu.1.in fi.requiritur quo-
que in ipſa cauſæ cognitione,quod exceptiones & replica
tiones hinc inde adducãtur:ita Caſtr.in l.nam & poſtea.
§.ſi damnetur.ff.de iureiur.& Rui.conſi.117.nu.19.lib.5.
cùm ergo nihil horum factum atque obſeruatum fuerit
in hac cauſa,ſequitur dicendum,non eſſe adhibitam cau-
ſę cognitionem in hac diſpenſatione concedenda, & per
conſequens eſſe nullius valoris.

Quintò ac ultimò,alia ſatis notabili ratione demonſtra
tur; diſpenſationem hanc nullius eſſe valoris: cum non
fuerit obſeruata forma in delegatione data. nam in ea ita
ſcriptum legitur:ſi animum ipſius exponentis ad contra-
hendum cum eo inclinare nõ poteritis. Erat ex his verbis
reſcripti,quod Reuerendiſs.Do.Eps delegatus omnem
adhiberet operam & diligentiam, vt ſi fieri poterat,indu
ceret Catinam ad contrahendum matrimonium cum ipſo
Gallo & de hac diligentia erat facienda fides,vt de ea ve-
rè conſtaret, quemadmodum dicimus, quod quando
17 quis † promittit,facturum & curaturum, vt excuſetur, ꝓ-
bare debet, ſe omni diligentia vſum fuiſſe. ita ſcribunt
Decius conſi.324.nu.4.conſi.401.nu.3.& conſil.688.nu.
10.Thomas Ferrarius caut.43.col.1.verſi.ſed aduerte. &
Pariſ.conſi.109.& conſi.110.lib.1. cùm ergo de hac dili-
gentia non conſtet,ſed potius de contraria, ob temporis
breuitatem,ſequitur dicendum diſpenſationem nil pro-
deſſe.

Non obſtant adducta in contrarium,quia reſpondetur.
Ad primum reſpondeo ex iam relatis,nẽpè ſponſalia ma
lè fuiſſe diſſoluta:quocirca ſecundum matrimonium con
trahi non potuit,vt in ſpecie reſponderunt Dec.d.conſi.
603.nu.4.& Goza.conſi.2.nu.12. quod equidem hîc for-
tius procedit vbi iam demonſtratum fuit,non ſolùm con
tracta fuiſſe ſponſalia inter Gallum & Catinam ſed etiam
matrimonium.Accedit, quod diſpenſatio conceſſa fuit
contra voluntatem Pontificis Maximi,qui ſi rei geſtę gna
rus fuiſſet,non ita reſcripſiſſet, vt reſcripſit quẽadmodũ
ſupra dixi,& infra attingam.

Non obſtat ſecundum,quia reſpondeo,quod licèt ma-
xima ſit Pontificis auctoritas,attamen in diſſoluendis ſpõ
ſalib.& matrimonio eam poteſtatem ſine iuſta cauſa ex-
ercere non ſolet,quemadmodum diximus ſ. in ſecundo
& tertio fundamento.quod hîc apertè conſtat,dum non
abſolutè diſpenſationẽ,ſed adhibita cauſæ cognitione de
leg.& cũ ad cuiuſcunq humani actus cõfectionẽ cũ pote
ſtate cõcurrere debeat facientis voluntas,vt inq.t gl.in l.
omne.C.cõ.de.leg.& gl.in l.ſi filiæ C.de don.ante nup.
Affli.deciſ.305.nu.7.ſeq.dicendũ in cã.noſtro,hanc di-
ſpenſationem nullius eſſe momenti: cùm hæc non fuerit
mens & voluntas Pontificis delegantis,qui ſcilicet noluit
diſpenſationem ſine cauſa iuſta concedi debere.

Non obſtat tertium, quia reſpondeo hoc in caſu non
debuiſſe Reuerendiſſ.D.Epiſcopum delegatum adhibe-
re fidem Gallo & Catinæ inter eos fuiſſe ſolùm contra-
cta ſponſalia,& ipſam Catinam fuiſſe minorem duode-
18 cim annis:ſi quidem † viro vel vxoris ſponſis fides non ad-
hibetur cùm agitur de ſeparatione ſponſalium & matri-
monij:ita probat tex.d.ca.ſuper eo.il 2.de teſtib. cum a-
lijs relatis ſ.in tertio fundamento. & in ſpecie ita decla-
rant Romanus ſing.620.Tu adiuiſti.Alex.conſi.149.nu.
19.lib.5.Ber.in c.cauſam matrimonij.nu.16.de off.de le.
& Gram.in conſilijs criminalibus conſi.26.nu.40.45.48.
His accedit Oldradus conſi.145.Clemens epiſcopus.col.
vlt.verſicu.videtur ergo,qui in ſpecie reſpondit, in cauſa
diſpenſationis matrimonij non eſſe credendum ſupplicã
tibus:ſed oĩa in precibus relata eſſe clarè & apertè ꝓbãdà.

Non obſtat quartum,quia vno verbo reſpondere poſ-
19 ſum,† diſpenſationem hanc nec etiam quò ad filiorum
legitimationem prodeſſe,quandoquidem iam ante illius
conceſs.filij erant nati, nati,inquam ex coitu damnato:
& ideo nihil eis prodeſt diſpẽſatio,quæ præſupponit eos
iam fuiſſe natos ex coitu minimè damnato,hoc eſt, ex il-
lis,inter quos tunc poterat eſſe matrimonium,vt loquun
tur iura relata in dicto quarto fundamento. conferunt q̃
mox ſubijciam.

Non obſtat vltimum,quia reſpondeo primò,quod cùm
tempore natiuitatis dictorum D.Iulij & Caroli non po-
tuerit eſſe matrimonium,ſine diſpenſatione,ſaltem apo-
ſtolica inter D.Pyrrhum & Catinam,ex deinde ſubſecu-
to matrimonio non potuerunt legitimari, quia extrema
habilia eo tempore non concurrebant,vt legitimè quo-
dammodo nati dici poſſent.ita egregiè declarant Abbas
in c.tanta,in fine.qui filij ſint legitimi.Anch.conſi.410.
Beroius in c.in præſentia.nu.340.de probat qui recen-
ſet Bal.conſi.331.lib.1.ita aſſerendum. Quod autem inter
D.Pyrrhum & Catinam eo tempore matrimonium con
ſiſtere non potuerit,vel ex eo apparet manifeſtè, quod iã
Catina erat nupta Gallo;quocirca,etiamſi ignoranter D.
Pyrrhus ex ea filios hos procreaſſet;non tamen ex matri-
monio ſecuto reddi potuerunt legitimi.ita declarat Ab-
bas in d.c.tanta.nu.8.qui filij ſint legitimi:ſecnndò re-
ſpondeo,quod imò D.Pyrrhus non ignorabat impedimẽ
tum,quo iuſtè,ne cum d.Catina matrimonium contrahe
ret,impediebatur.quod quidem multis coniectutis dete-
gitur.ſi quidem erant D.Pyrrhus, Gallus & Catina vici-
20 ni.atqui loci vicinitas † ſcientiam arguit.c.quanto.de
præſump.omnes in l.1.ff.ſi cert.pet.præterea,diu cohabi-
tauit Gallus cum Catina; & diu etiam cum Catina Do.
Pyrrhus:eſt ergo veriſimile cognitam omninò fuiſſe per-
ſonarum conditionem.accedit quod fama in loco extitit,
& adhuc extat,inter Gallum & Catinam contractũ fuiſ-
ſe matrimonium:& iam aſſeritur à publico notario(vt ſu-
prà retuli)confectum fuiſſe inſtrumentum.quæ igitur pu
blicè † geruntur,omnib.innoteſcere lex præſumit.l.ſi tu-
tor.C.de periculo tuto.& in ſpecie ita argument.Cur.Iu.
conſ.52.nu.4.cùm ergo D.Pyrrhus & Catina iam ſcirent
hoc impedimentum,nõ potuerunt etiam publicè in ec-
cleſia contrahere:quemadmodum declarant Abbas in cap.
ex tenore,nu.5.qui filij ſint legit.nam bona illa fides, quæ
cauſatur ab actu palam geſto l.vlt.ff.de ritu nup.contraria
efficatiori præſumptione perimitur atque conuellitur.l.
diuus.ff.de integ.reſtit.& à fortiori conuellitur, cùm de
rei veritate clarè conſtat vt hîc.nec repugnat quod iam
dictum fuit ex gloſſa in cap.perlatum,qui filij ſint legit.
quia illud procedit cùm error eſt iuſtus:ita declarant Ab
bas in c.per venerabilem.nu.3.6.qui filij ſint legit.& Ga-
briel Palæotus,nunc Cardinalis optimè meritus,in com
mutarijs de nothis ſpuriiſque filijs,cap.9.nu.9.verſi.fa-
teor ſanè.an noſtro in caſu aperte conſtat, errorem eſſe
iniuſtum;non ergo locum habet illa diſpoſitio. Conclu-
do itaque hanc diſpenſationem his filijs non prodeſſe; &
per conſequens non eſſe ex eo matrimonio effectos le-
gitimos.

Iacobus Menochius I.C.

## *SUMMARIUM.*

1 *Legitimatus an veniat appellatione filiorum in materia ſucceßionis in feudo.& quid in fideicommißo,nu.3.& de veritate nu.19.*
2 *Argumentum ab emphyteuſi ad feudum valet.*
3 *Item à fideicommißo ad feudum.*
4 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium, vel etiam per reſcriptum,ſuccedit in feudo.& nu.8.*
5 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium aßumi poteſt ad epiſcopatum.& nu.17.*
6 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium, non ſuccedit in feudo quando verba inueſtituræ reſpiciunt natiuitatis initium & originem.& nu.20.*
7 *Verba principis ſeu reſcripti propriè,& verè ſunt intelligenda. legitimatus per ſubſequens matrimonium, an propriè ſit legitimatus.*
8 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium, non ſuccedit in feudo Marchiæ,vel altero,quod dignitatis eſt.*
9 *Feudum Marchiæ an dignitatis ſit.*
10 *Filius natus ex adultera an præſumatur filius adulteri, vel potius mariti.*
11 *Spurij non poßunt per reſcriptum legitimari.*
12 *Filius natus ex illis,inter quos matrimonium eße non poterat,ſi per diſpenſationem contrahant matrimonium, an per illud ſubſequens matrimonium legetur.*
13 *Inſtrumenta dotalia ſunt neceßaria ad hoc vt filij legitimati dicantur per ſubſequens matrimonium, & ſint habiles ad ſucceßionem,& quid inſpecto iure pontificio.*
14 *Primogenitus qualis dicatur,an natus antè matrimonium,ſed per*

h. 4. ſubſe-

*ſubſequens matrimonium legitimus, vel natatus poſt contractū verè matrimonium.*

15 *Renuntians excluditur ab omni iure ſuo.*

16 *Renuntiatio generalis an comprehendat feuda, & quando.*
*Verba generalia & vniuerſalia differunt ibidem.*

17 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium idoneus eſt ad epiſcopalem dignitatem. ſed nunquid ad feuda.*

18 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium ſuccedit in feudo vel emphyteuſi ſi eccleſiaſtica. non autem in temporali.*

19 *Legitimatus an faciat deficere fideicommiſſum.*

20 *Matrimonium ſubſequens an habilitet iam natum ad feudum, quādo verba inueſtituræ reſpiciunt natiuitatem. Natiuitas filiorum quando ſpectetur in ſucceſſione feudali.*

21 *Ius Canonicum non curat de legitimatione filiorum per ſubſequēs matrimonium vt ſint habiles ad ſucceſſionem ſed tantum vt matrimonium valeat.*

22 *Legitimatum per ſubſequens matrimonium, non ſuccedere in feudo, quando inaeſtitura reſpicit natiuitatem & originem, & aliàs, vt ibi.*

23 *Pontifex Max. an poſſit legitimare in terris imperij.*

24 *Diſpoſitio hominis an largius interpretari debeat quàm diſpoſitio legis.*

25 *Legitimatio filiorum per ſubſequens matrimonium cur non extendatur etiam ad feuda generaliter, vti ſecutis nuptijs omnes generaliter legitimantur.*

## CONSILIVM XVI.

# Initium à Domino.

QVOD iam non ſatis pridem reſpondi pro Illuſtri Do. Io. Antonio Careto, nempè D. Iulium & Carolum eius fratres legitimatos per ſubſequens matrimonium contractum inter Illuſtrem D. Pyrrhum & Catinam, non poſſe in bonis feudalib. vnà cum ipſo D. Io. Antonio ſuccedere, in dubium adhuc reuocatur. quò ergo abunde pro viribus ſatisfaciam, præter ea, quæ iam ſcripſi, alia nonnulla referam, quibus (ni fallor) res clara & aperta pro Do. Io. Antonio demonſtrabitur. cæterùm, quò ex ordine procedam, in medium priùs proferam quæ pro D. Iulio conſiderari poſſunt.

Primò, filij verè legitimi, qui ex vero & proprio matrimonio nati ſunt in feudalibus (vt clari iuris eſt) patri ſuc-
1 cedunt. atqui legitimatus †per ſubſequens matrimonium dicitur verè & propriè legitimus; ergo in feudo ſuccedere debet æquè cum natis ex vero & proprio matrimonio. Illa minor propoſitio probatur ex cap. cùm in cunctis, de electio. c. tanta, qui filij ſint leg. §. vlt. Inſt. de nupt. glo. in c. innotuit, eo. Doct. in l. quod dicitur. ff. de verb. obli. ibi Bart. nu. 5. & ideo in materia quæ ſtrictam tantū interpretationem admittit, legitimatus per ſubſequens matrimonium venit appellatione verè legitimorum: ita Dec. in d. c. cùm in cunctis. nu. 9. & in conſi. 155. num. 4. Pariſ. conſ. 13. nu. 40. lib. 2. qui ex Brutij in c. per venerabilē. q. vlt. 16. qui filij ſint legit. & Caſt. con. 180. ſuper eo quod primo loco, lib. 1. & ex aliorum ſnīa ſcribunt, ſtatutū excludens fœminas per maſculos, habere etiam locum in legitimato per ſubſequens matrimonium quod affirmarunt & Brunus in tract. quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant. artic. 12. principali. nu. 68. & à Butrij & relatorum opinione non diſſentit Didacus in epitome de ſponſa. parte 2. ca. 8. §. 2. nu. 25. qui & Boer. q. 159. num. 15. recenſet.

Secundò, hunc ſpectat hæc non leuis argumentatio, du-
2 cta ab emphyteuſi ad feudum ab vno †enim ad alterū argumentari licèt, vt copioſè ſcribūt Neuiz. li. 1. Sylu. nupt. nu. 2. 17. ver. de feudo. Euerardus in centuria legali, loco à feudo ad emphyteuſim. & Didacus li. 2. variarum reſolut. ca. 18. nu. 1. & declarat Ruinus con. 24. nu. 8. li. 1. ſed filius naturalis p̄ ſubſequens matrimoniū legitimatus ſuccedit in emphyteuſi, vt ſcribunt Imola in l. ꝙ dr̄ nu. 7. de verbo oblig. & ibidē Alex. nu. 7. Iaſ. nu. 12. Anch. con. 242. ex tenore priuilegij nu. 7. Dec. dicto conſi. 155. num. 4. Crotus in l. Gallus. §. & quid ſi tātùm. nu. 82. ff. de libe. & poſthu. Pariſ. con. 13. nu. 43. li. 2. ergo etiam hic legitimatus poterit in feudo ſuccedere.

3 Tertiò, accedit argumentum †à fidei commiſſo ad feudum quod iure noſtro probatur: ita Baldus in l. qui ſe patris nu. 9. C. vnde liberi Alex. conſi. 13. nu. 7. & conſ. 19. nu. 14. lib. 5. Rui. conſi. 17. nu. 11. & conſi. 38. nu. 16. lib. 1. Decius conſi. 445. nu. 56. atqui legitimatus per ſubſequens matrimonium ſuccedit in fideicommiſſo, atque ita fideicommiſſi conditionem facit deficere, ſubſtitutúmque excludit. ita ſcribunt Baldus conſi. 319. matrimonium. col. 1. verſic. ſuper tertio, li. 4. Caſtr. in l. vltima, in fi. C. de his qui veniam æta. impetr. Aret. in l. Gallus. §. ſi eius, in fi. de libe. & poſthu. Soc. Sen. conſi. 63. nu. 22. li. 3. Dec. in l. generaliter. nu. 22. C. de inſt. & ſubſtitu. & in ca. cùm in cunctis. nu. 30. de electio. & conſi. 155. nu. 2. Ripa in rub. ff. ſi cert. pet. nu. 3. in l. ex pacto. §. ſi quis rogatus nume. 47. ff. ad Trebell. & in l. ſi vnquam. nu. 86. C. de reuo. dona. Goza. conſi. 25. num. 5. Soc. Iun. conſi. 59. nu. 63. & conſi. 63. nu. 56. lib. 3. qui declarat. Siluanus conſi. 3. nu. 22. Boer. q. 159. in fi. copioſè Alcia. reſpon. 501. qui reſpondet contrarijs rationibus & argumentis. Alexan. conſi. 5. lib. 7. Natta cōſi. 624. nu. 18. li. 3. & Cephal. conſi. 111. nu. 4. li. 1. ea ratione omnes adducti, quod hic legitimatus cenſetur propriè legitimus, ſi ita conſtitutum eſt in fideicommiſſo; ergo idē in feudo.

Quartò ac vltimò, hæc videtur in ſpecie ſucceſſionis
4 feudi recepta magis opinio, quòd †legitimatus per ſubſequens matrimonium in feudo ſuccedat. ita enim affirmarunt Baldus, Iſernia & Alua. in cap. 1. §. naturales. ſi de feudo ſit controuerſ. inter dom. & agna. vaſal. Iaſon conſi. 168. nu. 6. li. 4. Decius conſi. 155. nu. 4. Marſilius ſing. 542. text. & c. qui alios recenſet. quibus accedunt Ripa in l. ſi vnquam. nu. 88. C. de reuoc. dona. Cur. Iun. conſi. 52. nu. 2. conſi. 64. nu. 11. & conſi. 136. nu. 1. Pariſ. conſi. 13. nu. 44. lib. 2. Tiraq. in tract. de iure primige. q. 34. num. 54. vbi
* *communem eſſe atteſtatur. Iulius Clarus li. 4. ſenten. §. feudum. q. 82. verſi. item quæro. Quæ ſanè magis recepta opinio ea ratione præcipua fulcitur; quod ſi legitimatus per reſcriptum ſpecificè, vt ſuccedat in feudo, ſuccedere poteſt, ergo à fortiori cùm eſt legitimatus per ſubſequēs matrimonium, cùm legitimatio hæc cæteris potentior ſit, quippè quæ à iure diuino prouenit. & probare vide-
5 tur tex. in cap. tanta, qui filij ſint legit. etſi †legitimetus per ſubſequens matrimonium ad epiſcopatum aſſumi poteſt. cap. cum in cunctis, cum ca. innotuit, de electio. cur non & huic licere non debet in feudo ſuccedere? his accedit eiuſdē Baldi ſententia in dicto §. naturales, & Cur. Iun. conſi. 52. num. 2. & conſi. 64. nu. 11. qui à fortiori cenſuerunt, natum ex matrimonio putatiuo in feudo ſuccedere. hæc faciebant dubitationem.

Cæterùm re ipſa diligentius perpenſa, contraria ſententia & verior & probabiliter eſt viſa; hos ſcilicèt filios ita legitimatos non ſuccedere in feudalibus, quod vt dicam, multis rationibus & fundamentis adducor.

* Primò, quia in ſpecie hac*magis recepta eſt Doctorū
6 ſententia, quòd legitimatus †per ſubſequens matrimoniū non ſuccedit in feudo, quando verba inueſtituræ reſpiciunt initium natiuitatis & originis, vt ſi ſcriptum ſit, pro te & filijs ex te legitimè deſcendentibus, vt eſt in caſu noſtro. ita reſpondit Baldus conſilio 29. Ad euidentiam verſic. niſi in conceſſione. lib. 3. & idem Baldus in dicto ca. 1. §. naturales, ſi de feudo ſit controuerſ. inter dom. & agna. qui eiuſdem opinionis recenſet Iſerniam. & Idem ibi ſenſit Iacobus de Beluiſio, quem ita refert & ſequitur Angelus conſi. 29. ex themate. num. 6. in fin. Rom. conſi. 367. Circa primum conſultationis. num. 9. Barb. in l. cùm acutiſſimi, nu. 240. C. de fideicom. Lucas de penna, in l. eos. C. de his qui munc. ſpontè ſubeunt. lib. 11. Alex. conſi. 5. col. 2. lib. 7. Curt. Sen. conſi. 35. in ſecundo dubio. Præpoſ. in cap. per venerabilem. §. quod autem. nu. 60. qui filij ſint legi. Curt. Iun. in tract. feudo. part. 3. in 1. membro, particula 1. nu. 41. Garzia in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. num. 270. 280. de libe. & poſth. Ruin. conſil. 92. num. 13. li. 3. Gozad. conſil. 25. colum. 1. Cephalus conſil. 111. nume. 11. lib. 1. Rolan. conſilio vltim. numero 39. lib. 2. ea ratione vera & ſolida adducti, quòd hoc caſu princeps concedens feudum, conſiderauit illud principium, quòd filij
7 ſint legitimè nati. quod equidē †verè & propriè eſt intel-
ligen-



ligendum, vt docuit, Caſtren. in l. vlt. C. de his, qui veniam ætatis impetra. & Deci. conſi. 276. nume. 9. quos ſecutus eſt Cephalus conſi. 82. num. 13. lib. 1. atqui legitimatus per ſubſequēs matrimonium, non poteſt dici verè & propriè natus legitimè ſed fictè tantùm. id quod apertè probat tex. cap. tanta, qui filii ſint legit. ibi habeantur legitim. l. nuper. C. de naturali. libr. §. vltim. Inſtit. de nuptiis. atqui ita cenſet Soc. Sen. in l. Gallus. §. ſi eius num. 4. de liber. & poſthum. Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore. num. 252. ff. de vſu cap. Cephalus dicto conſil. 82. numer. 13. lib. 1. & ideo iſta fictio ad præiudicium D. Io. Antonij. cui vt iam nato ius quæſitū fuit, non potuit retrotrahi. ita Angelus in §. liceat igitur, in auth. quibus mod. nat. efficia. legit. Baldus conſi. 102. conſiderandum eſt, lib. 2. Alcia. lib. 3. paradox. cap. 12 cap. 12. quos ſecutus eſt Tiraquel. in tract. de iure primig. q. 34. numero 8. & in ſpecie ita cenſuit Soc. Iun. conſil. 52. numero ſexto libro primo & hæc ſententia in caſu noſtro ſine controuerſia procedit, cùm iam manifeſtè cōſtet D. Iulium & Carolum eſſe natos ante ſubſecutum matrimonium; quo fit, vt in feudo non poſsint ſuccedere, iuxtà diſtinctionem Alua. in d. cap. 1. §. naturales. quam probarunt Curt. Iun. dicto num. 41. & Rolan. dicto conſi. vltim. nu. 39. li. 1. Nec me mouet illa conſideratio, quam ad dictū cap. tanta, facit Didacus in epito. de ſponſa. par. 2. capi. 8. §. 2. nume. 26. poſt Garziam. in d. §. & quid ſi tantùm. hos filios intelligi fictè legitimos à die natiuitatis vſque ad diem contracti matrimonij; poſt matrimonium verò eſſe propriè & verè legitimos: quia hos facilè concedimus cenſeri legitimos. non tamen verū eſt, quòd ſint nati legitimè, quod nec Garzia nec Didacus negat. Et cùm nos natiuitatem ſpectemus, res ſatis clara eſt, hos non eſſe verè legitimos.

Secundo mouet. ꝙ etiamſi alius legitimatus per ſubſe-
8 quens matrimonium ſuccedat in feudo, non tamen †. verè ſuccedere poteſt in feudo Marchiæ vel altero, quod dignitatis eſt; ita Baldus in l. eam quam. numero 42. C. de fideicommiſſo quem ſecuti ſunt Martinus Land. in dicto §. naturales. Moderni Pariſien. in conſuetudin. Pariſien. §. 8. gloſſa. 1. numer. 38. ad finem. Boer. q. 123. nu. 5. Soc. Iun. conſilio 95. numero. 92. lib. 3. & Cephalus conſi. 23. nume. 45. libro primo qui eiuſdem ſententiæ recenſet Ancharanus. Curtium Iuniorem & Tiraquellum. & licèt Baldus ac cæteri relati loqui videātur in legitimatione ex reſcripto, attamen idem dicendum eſt in legitimatione per ſubſequens matrimonium; cùm ratio, qua vſus eſt Baldus & illi legitimationi conueniat. inquit Baldus, hoc factū eſſe quia feuda dignitatum requirunt legitimationem ex ipſo matris vtero. quæ ſanè legitimatio non adeſt etiam in hoc legitimato per ſubſequens matrimonium, cùm iam ante contractum matrimonium aditus eſt. quòd autem in caſu noſtro agatur de feudo dignitatis, vel ex eo conſtat, quòd
9 hoc † feudum eſt feudum Marchiæ, quod dignitatis eſt probat tex. in capi. primo qui dicatur Dux vel Marchiæ. Iaſ. in præludijs feudorum. ne. 119. Capicius deciſ. 32. nu. 11. & Soc. Iun. conſ. 95. nu. 92. lib. 3. cæteros ſciens prætereo.

Tertiò, dato non conceſſo tamen, quòd legitimatus per ſubſequens matrimonium poſsit in quocunque feudo ſuccedere; nihilominus in caſu noſtro hæc legitimatio nil prodeſſe poteſt dictis D. Iulio & Carolo: ſi quidē conſtat hos filios eſſe conceptos & natos ex dicta Catina, viuente Gallo cum quo diu ipſa Catina cohabitauit. quæ ſanè cohabitatio dubium facit, an filij iſti fuerint procreati à Domino Pyrrho, vel potius à Gallo. nam à Dom. Pyrrho ob id videntur generati, quòd is conſuetudinem cum ea habebat: à Gallo verò geniti creduntur, atque iuris præſumptione exiſtimantur. iuxtà l. miles. §. defuncto. ff. ad l. Iul. de adulte. immò cenſent multi filiū
10 † præſumi à marito etiamſi ad eam eam aduiter ire conſueuit. ita ſcribunt Baldus in rubrica. C. de probatio. nu. 6. conſi. 74. col. 1. lib. 1. ita alios refert Curt. Iun. conſil. 31. num. 3. Pariſ. conſ. 10. num. 4. 5. libr. 2. & Alciatus in tract. præſump. regula tertia præſumptio. 37. hac ergo dubitatione ita ſtante, ex ſecuto matrimonio inter Dominum, Pirrhum & Catinam, non ſunt effecti ij legitimi: quandoquidem ſubſequens matrimonium ſolum procreatos ab illis ita deinde contrahentibus legitimo facit, & non alios. Quam ſanè aſſertionem probat ratio §. ſed & illud in authentica quibus modis naturales efficiuntur legitimi. perpenſa à Iaſ. conſ. ducenteſimotrigeſimoquarto, in fi. li. ſecundo, is dum reſpondit, ex ſubſecuto matrimonio inter nobilem virum & mulierem vilem filios iam natōs legitimari; ſubiungit, non obſtare dictū §. ſed & illud, quia ille textus procedit in meretrice, & reddit rationem, propter incertitudinem. Quamquam alter fortè ſit ſenſus illius conſtitutionis; attamen ratio in ſe vera eſt. nam ſi is filius incertus eſt, quomodo ex illo ſubſequenti matrimo-
11 nio poteſt dici filius; ita etiā dicimus ſpurios, † quos ſine patre certo natos dicimus. §. ſpurius, Inſtitut. de his qui ſunt ſui vel alien. iuris, nō poſſe regulariter per reſcriptū legitimari. §. vlti. vbi glo. & Docto. in auth. quibus mod. natur. efficiuntur ſui. Bald. in l. eam quam. num. 40. C. de fideicommiſ. quem probat ipſemet Iaſ. d. conſi. 234. colū. 2. verſi. ſi ergo ducerem, lib. 2.

Quartò accedit, quòd (vt iam dixi) conſtat hos filios eſſe natos eo tempore quo verè cōſiſtebat matrimonium
12 inter dom. Pyrrhum & Catinam. quo fit, vt † etiamſi validum fuiſſet illud celebratum deinde matrimonium inter ipſum Pyrrhum & Catinam; non tamen ex eo matrimonio cenſentur legitimati; cùm eo tēpore nati ſint, quo non poterat conſiſtere matrimonium inter Pyrrhum & Catinam. ita probat text. capit. tanta. qui filii ſint legitimi vbi Abbas, & reſpondit Ruinus conſilio 72. num. 19. verſicul. & hoc certum eſt, lib. 3. & conſil. 51. nume. 4. libr. 5. Et ſcribit Marſil. ſingul. 121. credo te ſcire, &c. hos non legitimari ex ſecuto matrimonio, habita diſpenſatione Pontificis, quam quidem ſententiam probauit & Decius conſil. 155. colum. 1. dum conſiderat illud tempus, quo eſſe non poterat matrimonium inter virum & vxorem, eſſe in cauſa, quòd filii ex eo matrimonio non legitimentur. His accedunt Abbas in capit. innotuit. nu. 17. de elect. Nicol. de Vbaldis in tract. de ſucceſſ. ab inteſtato. nu. 58. Iaſon conſil. 234. columna vltima, lib. 2. Ripa in l. ſi vnquam. numer. 55. C. de reuoc. donatio. Tiraquel. & alii plures quos refert Didacus in epitome de ſponſa. parte ſecunda capi. 8. §. ſecundo, num. 15. dum ſcribunt. filium cenſeri legitimatum etiam quando matrimonium fuit intermedium, dummodo tempore natiuitatis vterque coniugum habiles ad contrahendum fuerint. & clarius, (quod etiam multum mihi placet) reſponderunt Baldus cōſilio 129. ad euidentiam, libro 3. & Anchara. conſi. 409. Viſo & diligenter. quos ſecutus eſt Bero. in c. in preſentia. num. 340. de proba. quod tunc demum ſubſequēs matrimonium legitimat iā procreatos filios, ſi de iure communi & liberè potuit matrimonium contrahi; at ſecus ſi nō potuit ſine diſpēſatione: quia tunc diſpenſatio conceſſa ſuper ſolo matrimonio nō efficit, filios eſſe legitimos, niſi expreſsim dictum fuerit, cùm ergo in caſu noſtro fuerit neceſſaria diſpenſatio ob impedimentum, quod erat ex perſona Galli, non potuerunt hi filii effici legitimi ex ſubſecuto matrimonio.

Quintò, vt huius ſim opinionis mouet me ratio hæc; quòd hic non uideo fuiſſe confecta inſtrumenta dotalia,
13 vt omninò † requiritur, ad hoc vt filii iam nati quò ad ſucceſsionem legitimati ex eo ſubſecuto matrimonio cēſeātur. etſi enim certi iuris ſit, inſtrumenta dotalia non fore neceſſaria, vt iuris Pontificii diſpoſitione inſpecta, filii legitimati cenſeantur; vt ſcribunt Abbas in capitulo tanta, primo notab. & ib. Butrig. Ancharan. & Cardina. qui filii ſint legitimi. Felinus in capit. eccleſia Sanctæ Mariæ. numero 19. de conſtitut. & Ruinus conſilio 78. libro tertio. Decius conſilio 155. Marſilius ſingula. 250. & Pariſius cōſ. *
Decius conſilio 155. Marſilius ſingular. 250. nihilominus
* in terris Imperii, quò ad ſucceſsionem verior * & receptior ſentētia eſt, requiri inſtrumenta dotalia. ita enim affirmarunt gloſſ. in §. vltim. Inſtitu. de nuptiis. Baldus in l. cùm multæ. numero quarto, C. de donatio. ante nuptias. idem in conſilio 461. Punctus talis eſt. colum. 1. verſiculo, C ideo dico. libro 5. & in capitul. illud. num. 2. de præſumptio. Angelus conſilio 29. Titius exiſtens. numero 3. Alua. in capitulo primo. §. naturales. & ibi Afflictus in quinto notabili. numero 4. ſi de feudo ſit controuerſio inter domin. & agn. vaſal. Card. Alexand. in dicto capitulo, tanta. columna 17. Ruinus conſili. 211. numer. 6. libro 1. conſilio 51. numero 7. libro quinto. Marſilius ſingula. 250. Curtius Iun. conſilio 136. numer. ſecundo. Socinus iunior conſilio 100. numer. 26. libro ſecundo, idem Socinus conſili. 52. nume. 4. libr. 1. refert huius opinionis fuiſſe Socinum Seniorem patruum ſuum, hanc eſſe veriorem & receptiorem probarunt Alciatus reſpon. 245. numero 5. & Petrus Duenas in ſuis regulis iuris. regula 350. in octaua limitatione.

Quibus accedit & Ioan.Brunellus in tracta. de ſponſal.&
matr. concluſ.2. & 14.& quorum ſententiam apertè pro-
bat tex.§. vlt.Inſt.de nuptijs.ibi,dotalibus inſtrumentis
compoſitis, &c.quæ verba ablatitiui abſoluti conditionē
ſignificant, & per conſequens formam:vt ſcribit Baldus
in auth.matri & auiæ. C.quan.mulier tutelæ officio fungi
poteſt.hanc ſententiam probant & tex.§. ſed quoniam,
in auth.de filijs ante dotalia inſtr.natis.§.vlt.in authe. de
trien.& ſemiſſ.& §.ſi quis autem.in auth. vt liberti de cæ
tero,&c.& l.cùm quis & l.nuper.C.de natural.liber. Et
ad rem noſtram confert tex.clarus l.Imperialis.§.præſen
ti.C.de nup.quo loci vult Iuſtinianus ita demum conſi-
ſtere matrimonium inter illam, quæ ad vitam honeſtam
redijt,& virum honeſtum & nobilem,ſi dotalia inſtrumē
ta erunt confecta,& ibidem ſubijcit, filios inde natos effi
ci hoc modo legitimos, nec dubitandum eſt,quin hæ Cæ-
ſarum conſtitutiones in eorum ditione obſeruari debeāt
cùm ſuis de rebus ad ſe pertinentibus ſancitæ ſint,nec pec
cati cauſam contineant.ita enim videmus,ꝙ licet quo ad
contrahendū matrimonia & cæteros actus ſpirituales,gra
dus affinitatum computantur de iure Canonico,attamen
quò ad cauſam ſucceſsionis bonorum,computantur de iu-
re ciuili.ita ſcribunt Decius l.1.num.20.C.de ſecun.nup.
Iaſ.conſi.205.lib.2.Gozad.conſi.19.nu.1.Soc.Iun.conſil.
94.num.16.lib.1.& Pariſius conſi.66.num.6.lib.2.vbi de
clarat.quibus intelligimus ius ciuile quò ad ſucceſsiones,
etiam in his, quæ ratione matrimonij à iure Canonico
ſancita ſunt,obſeruari.hinc fit, vt malè reſponderint hi,
qui ſcripſerunt,dotalia hæc inſtrumenta hoc in caſu non
requiri, vt cenſuit Iaſ.conſi.168.nu.7.8.libr. 4 qui tamen
in ſua vltima reſponſione ſentit, illam ſuam opinionem
ſaltem procedere in terris Imperij,atque ita de contraria
opinione dubitat.ita etiam Decius conſi.155.num.1.malè
reſpondit;qui & inconſideratè citat Angelum.d. conſil.
29.qui aliter reſpondit;vt iam retuli.ita Pariſius conſi.13.
nu.46.48.lib.2.qui plures recenſet aliter ſentientes quam
is retulerit.& his accedit Didacus in epitome de ſponſa.
parte 2.cap. 8.§.2.num. 8.& Ruino conſi.78.num.7.lib.3.
parum deferendum eſt,cùm alijs pluribus in locis aliter
ſcripſerit.& Angelus Aret.in §.vlt.num.7.in fine.Inſtit.
de nuptijs,ſentit ad eſſe matrimonij,vt filij cenſeantur le
gitimi,non requiri inſtrumenta dotalia;non tamen idem
affirmat.quo ad bonorum ſueceſsionem. Ita etiam in-
telligo Felinum in cap.1.nume.12.de ſponſa.& relata cō-
* munis * ſententiā, quam nunc probamus, verè procedit
hîc,vbi præter hos filios, de quorum legitimatione agi-
tur.extat & D.Ioan.Ant.filius verè legitimus.vt ſcribunt
Bald.in d.l.cùm multæ.nu.4.C.de do.antenup. Ang.in l.
neque.la.1.in fine.C.de nup. Ang.in l. contrahitur. ff.de
pigno,Ruinus conſil. 211.nume.7.lib.1.& Marſilius ſing.
250.

Sextò,hanc legitimationem nil prodeſſe his filijs hoc
in caſu manifeſtè conſtat,quòd ex tenore inueſtituræ quę
obſeruanda omninò eſt; ſolùm primo genitus ſuccedere
debet:ſequitur ergo quòd etiam ſi legitiuatio aliàs eſſet
efficax,non tamen hoc caſu quidquam prodeſt, cùm etiā
ea admiſſa D.Io.Ant.ſit primogenitus. quinimò etiamſi
14 † D.Carolus vel D.Iulius eſſet natus ante D.Io.Ant.non
tamen legitimatio auferret à D. Io.Ant.iura primogeni-
turæ ita cenſuit poſt multos Tiraq.in trac.de iure primg.
* q.34.& eſt communis,* vt teſtatur Soc.Iun.in l.Gallus.§.
& quid ſi tantùm.nu.135.

Septimò ac vltimo, ceſſat hîc omnis dubitatio poſtea-
quam conſtat D.Iulium & Carolum accepta certa pecu-
niarum ſumma omnibus ſuis iuribus renuntiaſſe. Quæ ſa-
nè renuntiatio & ceſsio eis obeſt: eſt enim clari iuris, re-
15 nuntiantem † excludi ab omni iure ſuo.l.quæritur. §.ſi
venditor.ff.de ædil edic.l.1.§.qui ſemel.ff.de ſucceſſ.edi-
cto.& reſpondit Bar. conſi.90.dilectus,col.1.lib.1.Iaſ.in l.
ſciendum nu.33.verſi.contrariam,de ver.ob.quorum do-
ctrinam multis comprobat Crau.conſ.290.nu.2.verſic.2.
nos Pariſius conſi.vigeſimoſexto numero 44.libro tertio
& Cephalus conſilio.137.numero quinto lib.1.nec hic di-
catur, renuntiationem atque ceſsionem fuiſſe generalem,
16 quæ † non comprehendit feuda.capitu. 1. §.in generali.ſi
de feudo fuerit controuerſia inter dom.& agna.vaſall.ca.
primò de capitul. qui curiam vendidit.quia reſpondetur,
hoc procedere, quando feudum prohibetur alienari in a-
liquem,nam tunc ſi in generali diſpoſitione cōprehende-
retur,is incideret in pœnam amiſsionis feudi: ſed vbi ceſ-
ſat hæc ratio prohibitionis, venit & feudum ſub gene-
rali diſpoſitione.Ita cenſuerunt Corneus conſ.421.in fi.
libr.4.Curt.Iun.conſ.29.num.8.quos ſecutus eſt Crauet.
conſi.256.nu.5.& conſ.203.nume.4.præterea renuntiatio
nō verbis generalibus,ſed vniuerſalibus facta eſt;quo ca-
ſu etiam feudum continetur,ita Corneus & Curtius præ-
citatis in locis,& Decius conſ.386.col.vlt.Crau.d.conſil.
256.nu.6.vbi copioſè diſſerit.

Non obſtant nunc adducta in contrarium,in quorum
reſponſione elaborandum eſt.ad primum itaque reſpon-
deo,quòd illa minor propoſitio. ꝙ ſcilicet legitimatus
per ſubſequēs matrimoniū ſit verè & propriè legitimus,
non eſt vera quò ad terminos noſtros : cōcedimus enim,
17 hūc ita † legitimatū eſſe idoneū,vt ad dignitatem epiſco-
palem & his ſimilia promoueatur,iuxta conſtitutionem
Pontificis Maxim. in dicto capi.cùm in cunctis. de elect.
potuit enim Pontifex beneficium illud ſuum huic imper-
tiri:non tamen potuit reddere hunc habilem ad feuda tē-
poralia. nam multi habiles ſunt ad prælaturam, qui non
iudicantur idonei ad feudum.ita reſpondet Angelus, d.
conſil.29.in fi.præterea reſpondetur,argumentationem
procedere,quando concurrunt neceſſaria requiſita,vt ex
illo ſubſecuto matrimonio ille cēſeatur factus legitimus.
quæ ſanè requiſita (vt diximus) hîc non adſunt:alias reſpō
ſiones infrà referam.

Non obſtat ſecundum, quia reſpondeo, & diſtinguo
18 emphyteuſim eccleſiaſticam à temporali: † cùm eccleſia-
ſtica eſt,hoc modo legitimatus admittitur,cùm iure Pon
tificio factus ſit habilis ad ea quæ à iure illo pendet, cùm
verò temporalis eſt,idem de eo quod de feudo eſt iudi-
candum. atqui in feudo temporali hic legitimatus non
ſuccedit, ergo nec in emphyteuſi. & conferunt quæ mox
ſubiiciam.

Non obſtat tertium,quia reſpondeo, contrariam ſen-
19 tentiam videri veriorem & magis receptam; ꝙ imò † hic
legitimatus nō facit deficere conditionem fideicommiſſ.
ita cenſent Baldus in l. Gallus.§.ſi eius.in fine,& ibi Soci
nus Senior,numero quinto,verſicul.tertius caſus, de lib.
& poſthumis.Calderi.conſilio primo,qui filii ſint legiti.
Alexan.in l.generaliter.§. cùm autem, numero ſeptimo.
verſicu.quid ſi aliquis.C.de inſtitu.& ſubſtitut. & clarius
idem conſilio 101.numero octauo,libro ſecundo,& con-
ſilio quinto.numero tertio, libro ſeptimo. Imola in l.ex
facto.§.ſi quis rogatus,in fi.ff.ad Trebell.Crotus conſilio
113.numero 20.& apertius Decius conſilio 624.numero
quarto,Ruinus conſilio 92.numero 16.libro tertio,Gra-
tus conſilio 29.numero 45.libro ſecundo, Zucchardus in
rubric.ff.ſi certum peta.numero tertio,Niconitius in ru-
bric.ff,ſoluto matrimonio,numero 35.Curtius Iunior cō-
ſilio 64.numero duodecimo.Berous conſilio 167.nume.
3.lib.2.Nata conſ.602.libr.3. Roland.conſ.vlti.num.47.
lib.2.& Cephalus conſ.82.num.16.& conſ. 117.nu.21.lib.
1.argumentum ergo, quod à fideicommiſſo ad feudū du-
citur,retorqueri facilè poteſt,& licet Alciatus reſpō.501
argumentis Alexandri reſpondeat,attamen cōſtat ex re-
latis malè ſentire.

Non obſtat quartum & vltimū fundamentum, quia re-
* ſpondetur multipliciter,ac primò, quòd immò * recepta
20 magis opinio eſt,legitimatum † per ſubſequēs matrimo-
nium non ſuccedere in feudo, quando verba inueſtituræ
reſpiciunt principium natiuitatis & originis:vt quando
feudum eſt conceſſum) vt verè hic fuit, pro ſe & legiti-
mè ab eo deſcendentibus vt plures huius opinionis retu-
li ſuprà in primo noſtræ ſententiæ argumento.ea eſt ra-
tio,quòd vbi de natalibus quærimus,initium ſpectari de-
bet:ita Baldus in capit.innotuit. numero vndecimo, ver-
ſicu.item vbi.de electtion.adductus reſponſo Vlpiani in
l.quid ergo,in princip.ff.de his qui notan.infam. Rolan-
dus conſ.vltim.nu.29.libr.2.vbi ſimilia recenſet,quocir-
cà, facilè euitatur illa Doctorum opinio, quam retuli in
dicto vltimo fundamento contrariæ partis. quòd ſcilicet
hic legitimatus ſuccedat in feudo:illa enim opinio proce
dere poteſt.cùm feudum conceſſum eſt pro ſe & filiis le-
gitimis:hæc verò poſterior cùm eſt conceſſum pro ſe &
legitimè natis,vel ex legitimo matrimonio. nec hic ob-
ſtat illa ratio,quòd ſi legitimatus ex certa ſcientia per re-
ſcriptum principis ſuccedit in feudo,fortius debet ſuc-
cedere iſte legitimatus per ſubſequēs matrimonium.quæ
ſanè legitimatio eſt illa omnino potentior & efficacior.
non inquam obeſt,quia legitimatio per ſubſequens ma-
trimonium



trimonium à iure diuino quodammodò prouenit: quod
quidem hæc,quæ prophana ſunt, non curat. ita reſpon-
det Curtius Iunior conſi.136.num.4.ſententia Angeli. d.
conſi.29.& Ruinus conſi.211.nume.6.lib.primo, qui ſcri-
21 bunt,ius canonicum † eſſe obſeruandum quò ad hoc, vt
matrimonium cenſeatur legitimum & verum, & illi filij
quò ad illud ius ſint legitimi;non tamen quò ad ſucceſsio
nes,de quibus, quantum iuris ciuilis ſunt,in terris Imperij
diſponere non potuit.Rurſus hoc retorqueri ita poteſt:
* eſt * magis recepta opinio, principem † feudi dominum
22 directum non poſſe etiam ex certa ſcientia legitimare
ad feuda paterna & antiqua(vti hæc ſunt) illegitimè natū,
quemadmodū cenſuerunt Aluar.d.cap. .§.naturales. ſi de
feudo ſit contentio inter dom.& agna vaſal.colu.2.verſic.
quæro cum glo.Ruin.conſi.36. num.16.lib.1.& conſil.69.
num.23.lib.3.& eiuſdem opinionis plures recenſet Socin.
Iun.conſi.95.num.47.50.lib.3.ſi ergo feudi dominus dire
ctus non poteſt ad hæc feuda legitimare : cum alioqui in
feudo ius habeat,nempè directum dominiū; quanto for-
tius non poteſt Pontifex Max.ſua conſtitutione, cùm ius
23 aliquod in his non habeat.hinc dicimus Pont.† Max.non
legitimare in terris Imperii:ita copioſè ſcribunt Cur.Sē.
conſi.65.col.13.Dec.conſi.85.num.8.Cur.Iun.conſili. 136.
num.6.fuſius Pariſ.conſ.1.nume.121.lib.1.& ſi ipſe ſuo illo
in caſu alijs rationibus diſſentiat Alci.reſp.530. nume. 14.
Soc.Iun.conſi.100.nu.25.lib.2.& Rol.conſi.88.quibus ſa-
tisfactum opinor illi fundamento,quod ducitur à ca.tan-
ta,qui filij ſint legit. vt procedat quò ad reliqua, præter
ſucceſsiones iuris ciuilis.ita etiam reſpondetur ad ca. cùm
in cunctis,de elect. iuncto.c.innotuit. eo. nam illa proce-
dūt quò ad dignitates eccleſiaſticas, ad quas potuit Pont.
Maxi.reddere hos habiles & idoneos.quandoquidē con-
ferendo illas iſtis legitimatis.nullum adfertur alteri detri
mentū,quòd non cōtingit in hac ſucceſsione feudi,in qua
Do.Io.Antonio graue adferretur præiuditium.ita Rola.
conſi.vlt.num.46.lib.2.reſpondet in cauſa ſucceſsionis fi
deicommiſsi. & ibid.num.45.poſt Alexan.conſi.5.num.
8.lib.7.intelligit. d.ca.innotuit,& ca.cum in cunctis,pro
cedere in diſpoſitione legali,nos,verò agimus de diſpoſi-
tione hominis:inter hæc eſt non leuis differentia. nam in
legis diſpoſitione mitius agitur quam in diſpoſitione
hominis.l.Celſus.in prin.ff.de arbi.& l.& ſi poſt tres. ff.
ſiquis cautio.copioſè Ripa in l.ſi inſulā. nu.6.ff. de verb.
24 oblig.vbi alios citat.Nec hic dicatur,imò † hominis diſ-
poſitionē largius interpretari quandoquidem in diſpoſi-
tione hominis naturalis excludit ſubſtitutum l. ex fa-
cto.§.ſi quis rogatus.il.1.ff.ad Trebelli.& tamen in diſpo
ſitione legis non excludit.l.generaliter.§.cùm autē.C.de
inſt.& ſubſt. ita pariter dicimus, quòd ſi lex ſua diſpoſi-
tione facit incapaces filios grauati, illi ſubſtitutum non
excludunt;& tamen ita ab homine effecti excludunt. ita
Alexand.in lege ex facto.§. vltimo, numero octauo ff.
ad Trebell.Ruinus conſilio.174.numero vndecimo,libro
ſecundo,Rubeus in l.pater filium.nume.trigeſimoprimo
C.de inoffi.teſta. Socinus Iunior conſilio 158.numer.24.
lib.2.

Non enim hæc repugnant,ſi quidem,quod dicimus,ſub
ſtitutum non excludi à naturali in conditione tacita à le-
ge ſubintellecta.d.§.cùm autem, procedit ob id quòd
lex preſumit eam fuiſſe teſtatoris,qui nihil expreſsè diſpo
ſuit,animum & voluntatem,vt declarant omnes in d.l.ex
facto,§.ſi quis rogatus.il.1.ibi Rip.nu.27.& Rui.conſ.140.
nu.14.libr.2. qui ſimilia adferunt:præterea dici verè po-
teſt,ꝙ illa diſpō d.§.cū autē. non eſt diſpō legis, ſed potiꝰ
hominis:quādoquidē lex præſumit ſuper eo actu, cuiꝰ vali
ditas & inualiditas pēdet à volūtate hominis,cùm ei poſ
ſit renuntiare,vt declarant Ripa.in d.l.ſi inſulā.nu.60. &
Alcia.in repet.l.4.§.Cato.nu.105.verſi.2.caſus,de verbor.
oblig.Alcia ad declarationem dictæ l.Celſus, ſcribunt Ri
pa d.l.ſi inſulam.num.58.Gomeſ.in §.item ſi quis in fran
dem.num.4.Inſti.de actio.& Neuizanus conſi.2.num.39.

Non etiam me in contrariam trahit opinionem egre-
gia atque erudita Palæoti argumentatio in tracta.de No-
this ſpurijsq; filijs.ca.12.num.6.7.quam argumentationē
ſenſit & Didacus in epitome de ſponſa.parte 2.cap.8.§.2.
nu.8. cùm (inquit Palæotus inſignis iuris conſultus)quid
de matrimonij cauſa in dubium reuocatur,iuxtà canones
vbique locorum id decidendum eſt cap.vltimo de ſecun-
dis nuptiis Francus in ca.2.de arbitr.in 6.atqui ſecundum
canones vbique hoc cenſetur verum & iuſtum matrimo-
nium.ergo & filii inde nati erunt iuſti & legitimi:quia ſi
25 † in matrimonio,quod principale eſt,ius canonicum ob-
ſeruamus, cur non & in legitimatiōe filiorum, ꝙ eſt ac-
ceſſorium ad matrimonium cap. tuam, de ordine cogna
Ang Aret. §.ulti. Inſt.de nupt.obſeruari non debet? Rur
ſus, ſi (inquit Palæotus) fatentur omnes ſecutis nuptiis,
quoſcunque qui hodie naturales vocantur, legitimos fie-
ri,idq; vbiq; ita ſe habere:cur non legitimi quò ad omnes
cauſas exiſtimentur,ſi eorum origo,id eſt matrimonium;
vndequaque iuſtum & legitimum habetur: (vt inquit De
cius d.conſi.155.) vbi enim cōcedit eos ſemel iuſtos filios
dici,iam & cætera,quibus legitimi potiūtur, ad hos quo-
que pertinere neceſſe eſt,arg.l.1.§.lex Falcidia.ff.ad l.Fal-
cid.Hæ rationes quò ad rem de qua hic agimus, me non
mouent.nam etſi quò ad iudicandum matrimonium, an
ſit iuſtum,vel iniuſtum obſeruemus, ius canonicum, non
tamen quò ad iudicandum, an filii tanquam legitimi
patri ſuccedere debeant: cùm acceſſorium hoc non ha-
beat naturam ſui principalis, nec ſit ab illo principali in-
ſeparabile,iuxta ea quæ ſcribunt Ripa,in l.1.§.ſi quis ita,
numer.39.in fin.de verbo.obligatio.& Socin.in l.mulcta.
de cond.& demonſtra.ita enim videmus, quòd ex matri-
moniis affinitas conſtituitur, & tamen quò ad ſucceſsio-
nes aliter dinumeratur affinitas de iure ciuili quàm de iu-
re Canonico,vt iam dictum fuit. ita etiam dicimus quòd
licèt ratione impedimenti,quo matrimonia poſſunt im-
pediri,obſeruandum ſit ius canonicum,attamen quò ad
hæreditatis ſucceſsionem in terris imperii ſpectamus ius
ciuile.ita Cynus & Baldus in l.& ſi contra. C.de nuptiis à
quibus non diſſentit Ancharan.in repetitio.capit.Cano-
num,colum.26.verſic.vtrum pro nuptiis, de conſtitutio.
Nec illa ratio vrget, ꝙ hoc cenſetur iuſtum matrimoniū
vbiq; locorū quia abſolutè non cenſetur iuſtū matrimo
nium,quo ſcilicet ad filiorum legitimationem,vt poſsint
in bonis ſuccedere. Et mirum non eſt, quòd actus talis
quò ad quid cenſeatur eſſe,& quò ad aliud non; vti vide-
mus quòd diuerſis reſpectibus vna & eadem res diuerſo
iure cenſetur.l.miles.§.pro parte,de lega.ſecundo. & co-
pioſè ſcripſi in tractatu de recuperanda poſſeſsione.reme
dio primo,numero 36.ſunt enim varii reſpectus,hoc eſt
variæ legum diſpoſitiones,cùm vnum ſtatuat lex Ciuilis,
alterū Canonica.his accedit,ꝙ licèt ſemper cā matrimo
nii ſpiritualis ſit,& à iudice eccleſiaſtico ſolùm cognoſci
poſsit.c.tuam.vbi omnes.de ordi.cog.& in l.Titio.ff.ſol.
mat.attamen cauſa dotis eſt temporalis, vt clari iuris eſt,
niſi cauſa dotis veniat in neceſſariam conſequens ad cau-
ſam matrimonii.vt in ca.plerunque.de donatio.inter vi-
rum & vxorem.

His ergo concludendum eſt,hos filios non eſſe effectos
legitimos,quinimò (vt hoc aduerſus Catinam ſubiungā)
meretur ipſa Catina non leui pœna affici,quòd Do. Pyr-
rhum,viuente adhuc Gallo primo viro,duxerit. Nam vt
nō licet viro habere duas vxores.l.ij.C. de inceſt.nuptiis.
ita nec mulieri habere duos viros:cū correlatiua hæc ſint,
maritus & vxor.iure enim diuino, naturali, ciuili & pon-
tificio binæ nuptię vnà ſimul eodem tempore eſſe,pœnis
indictis, prohibentur:quemadmodum copioſè diſſerunt
Andreas Tiraquel.in tracto.de legibus connubia.l.7.nu.
18.Ioannes de Turre cremata in c.dixit Sara.32.quæſtion.
quarta.& Albertinus in tracta.de hæreticis. q.23.atque ita
concludo,ſaluo tamen iudicio rectius ſentientis; & præ-
ſertim Pontificis Maximi,cui tota mente,totáque anima
me ac meas omnes ſcriptiones à capite ad calcem ſemper
humiliter ſubiicio.

Iacobus Menochius I.C.

## SVMMARIVM.

*1 Pontifex poteſt diſpenſare in ſecundo gradu conſanguinitatis, & quid in delegato, & ſubdelegato. & num.10.*

*2 Delegatus licèt non poſsit ſubdelegare, fallit tamen quando iuſtus præpeditus impedimentis ſubdelegat, & nu.11.*

*3 Delegatus ſi eſt delegatus cum cauſæ cognitione, poteſt ſubdelegare, ſecus ſi nudum miniſterium ſit demandatum : quia induſtria perſonæ videtur electa, & nu.12.*

*4 Vicarius Epiſcopi ea poſſe videtur quæ poteſt ipſe Epiſcopus.*

*5 Filij nati ex matrimonio illicito, ſed contracto ignorantibus contrahentibus de impedimento, an legitimentur per diſpenſationem factam*

*factam à ſubdelegato delegati Pontificis.& nu,15.*
6 *Matrimonialis cauſa an ſolis Epiſcopis poſsit delegari, vel etiam alijs ſubdelegari.*
7 *Induſtria perſonæ in materia delegationis quando dicatur electa.*
8 *Subdelegatus debet eſſe eiuſdem qualitatis, qualis eſt is in cuius locum ſubdelegatur, vt in ſubrogato dicitur: vnde Epiſcopus delegatus non poteſt vicarium ſuum ſubdelegare, ſed alium Epiſcopum ſubdelegare debet.*
9 *Legitimationis cauſa eſt de reſeruatis Principi, & vti reſeruata nō poſsint ſubdelegari.*
10 *Diſpenſatio à Pontifice facta in ſecundo gradu conſanguinitatis quando valeat, & ſuprà nu.1.*
11 *Delegatus quando, & quomodo iuſtis præpeditus impedimentis ſubdelegari poſsit.*
12 *Diſpenſatio an & quomodo poſsit ſubdelegari.*
13 *Delegati duo, ſi vnus alteri vices ſuas ſubdelegat, an videatur hoc ex mente delegantis.*
14 *Vicarij Epiſcoporum quam iuriſdictionem dicantur habere.*

## FACTI SPECIES.

*CVM Rodericus & Iſabella Hiſpalenſes in regno Hiſpaniarum in ſecundo conſanguinitatis gradu exiſterent, matrimoniū contraxerunt, & illud ſecuta carnali*
*copula cōprobarūt. Romano Pontifici res hæc expoſita fuit:* 4
*is abſolutionē & diſpenſationē Reuerendiſsimo Epiſcopo Hiſpalenſi mādauit. Epiſcopus negotium hoc ſuo Vicario*
*in totum ſubdelegauit. Vicarius coniuges hos abſoluit, atque vt in matrimonio perſeuerarent, diſpenſauit. hi in matrimonio perſiſtentes prolem procrearunt. Vita functa Iſabella*
*Rodericus duxit Ioannā, & filios ſuſcepit. dubitatur nunc,* 5
*an filij illi procreati à Roderico & Iſabella legitimi dici poſsint, vt æquè cum alijs ſuccedant.*

## CONSILIVM XVII.

# Initium à Domino.

CONSVLTATIONI propoſitæ vt ſatisfaciam rem quantum fieri poterit; paucis perſtringam. Dicendum videbatur prima (quod aiunt) fronte, diſpenſationem fuiſſe legitimè conceſſam; atq; ita filios ex Iſabella procreatos fuiſſe legitimatos: & per conſequens poſſe cum aliis ſuccedere.

Primò, quòd etſi Rodericus & Iſabella extiterint in ſecundo cō
1 ſanguinitatis gradu; attamen potuit Pontifex † Maxi. diſpenſare, vt ſcribunt in ſpecie Abbas in ca. per venerabilē. num. 4. qui filii ſint legitim. & Soc. Iun. conſ. 140. num. 39.
lib. 2. & extat exemplum Martini Quinti Pontificis Maxi. 6
qui ſimili in caſu diſpenſauit, vt refert Archiepiſco. Floren. in ſua ſumma, parte 3. tit. 1. c. 11. ſi potuit Pontifex Maxi. per ſe ipſum diſpenſare; potuit etiam per ſuum delegatum, qui quidem delegatus, vt is, qui à principe fuit delegatus, potuiſſe videtur ſubdelegare D. Vicario, iuxta l. à iudice, vbi latè Iaſ. num. 11. C. de iudiciis. & omnes in l. j. ff. de offi. eius. & c. in c. ſanè, de offic. deleg.

Secundò, vt huius opinionis eſſem, me mouebat quòd, 7
2 etſi multis caſibus delegatus † ſubdelegare non poſsit, poteſt tamen cùm iuſtis præpeditus impedimentis ſubdelegat; vt ſcribunt omnes in l. 1. ff. de of. eius & c. & in c. ſi pro debilitate, de of. delega. quod multo magis in Principis delegato dicendum eſt, qui etiam ſine iuſta cauſa videtur poſſe ſubdelegare, quemadmodum ſcribunt Iaſ. in d. l. à iudice. num. 11. verſ. 2. extende. C. de iudiciis. & Decius in dict. ca. Si pro debilitate, in primo nota. potuit ergo à fortiori Reuerendiſſimus D. Epiſcopus iuſtis de cauſis impeditus vices ſuas Vicario ſubdelegare.

Tertiò adducebar ea ratione, quòd diſpenſatio hæc
3 non eſt nudi miniſterij, ſed cauſæ † cognitionem requirit: quemadmodum ſcribunt omnes in capit. 1. & in capi. non eſt, de voto. Abbas in cap. ſignificaſti. de elect. Ruin. conſi. 109. nume. 19. lib. 3. Marſilius ſing. 328. Multi ſunt. & Rebuffus in praxi beneficiorum. in tit. de diſpenſatione ad plura beneficia. num. 52. 53. hoc clarius probant verba clara huius reſcripti, ibi, ſi ita eſt, &c. quę ſignificant cauſæ cognitionem adhibendam eſſe: ita reſpondit Goz. conſil. 2. numero 17. ſed vbi cauſæ, quæ requirunt cognitionem, delegantur. ſubdelegari poſſunt, cùm nudum miniſteriū non ſit demandatum. c. vl. in fi. de off. deleg. quo loci Felinus in ſecundo notabili ſcriptum reliquit perſonæ induſtriam cenſeri electam, cum nudum miniſterium demandatum fuit, non autem cùm neceſſaria eſt cauſæ cognitio. idem docuit Io. Baptiſta à S. Seuerino in l. more. nu. 16. de iuriſ. om. iud. & Iaſ. in l. à iudice, col. vlt. verſ. 12. limita. C. de iudicijs.

Quartò, hanc opinionem confirmare videtur text. in capit. ex literis, de reſtitut. in integrum. vbi cauſa matrimonialis à Pontifice duobus commiſſa fuit; & tamen alter alteri vices ſuas ſubdelegauit: qua ſanè decretali probari videtur cauſas matrimonij ſubdelegari poſſe etiamſi ſubdelegatus epiſcopali dignitate non ſit cohoneſtatus.

Quintò, ſuffragari videtur, quòd ſaltem huic Vicario
4 ſubdelegari cauſa hæc potuit: cùm Vicarius † ea poſſe videatur, quæ poteſt ipſe Epiſcopus. vt omnes in capit. 2. de off. Vica. Rota deciſ. vlt. tit, de off. Vica. in nouis. Capella Toloſa. q. 148. vbi Aufrerius & ideo Vicarius cùm ordinariam iuriſdictionem obtinere dicatur, idem Tribunal. cū ipſo Epiſcop. facit. ita Feli. in rubr. de off. deleg. Alex. poſt alios in rubr. ff. de off. eius. col. vlt. probat ca. Rom. de appellat. in 6.

5 Sextò ac vltimò. quòd filij † hi ex Iſabella ſint legitimi, ſuadere mirum in modum videtur: quia apud ipſos cōiuges Rodericum ſcilicèt & Iſabellam, adfuit vel ſaltem adfuiſſe præſumitur probabilis ignorantia illius impedimenti: quandoquidem ignorantia præſumitur, vbi non ꝓbatur ſcientia. ca. præſumitur, de regu. iur. in 6. vbi Dinus at vbi hæc adeſt ignorantia in contrahentibus hæc matrimonia, ſaltem excuſantur quò ad filiorum legitimationē. ita reſpōdent Dec. conſi. 153 nu 2. Iaſ. conſi. 168. nu. 4. lib. 4. Curt. Iun. conſi. 52. Pariſ. conſi. 13. nu. 18. & cōſi. 15. nu. 44. lib. 2. & Ripa in rub. ff. ſol. mat. nu. 65. Accedit, quod coniuges iſti confiſi ſunt auctoritate ipſius diſpenſationis D. Vicarii, quam iuri conſentaneam crediderunt: iuxtà notabilem glo. c. perlatum, vbi abbas nu. 5 & idem Abbas in c. per venerabilem. nu. 36. qui filij ſint legiti. qui quidem Abbas ſcriptum reliquit, errorem hunc probabilem prodeſſe. vt filij cenſeatur legitimi. & cum Abbate idem reſpondit Ruinus conſi. 100. num. 3. lib. 3. & conſi. 51, num. 5. lib. 5. Hæc me reddebant hæſitātem, ne aduerſus Iſabellæ filios reſponderem.

Re tamen ipſa longè melius & diligentius conſiderata totus in contrariam ſententiam diſceſsi; nempè diſpenſationem hāc ſubdelegari non potuiſſe à Reuerendiſsimo Epō ſuo Vicario: & ob id hos filios ex Iſabella procreatos, tanquam illegitimos æquè cum natis ex Ioanna non non poſſe in bonis patris ſuccedere. quam ſanè ſentētiam vt ſequar, mouent me multa.

Primò, quòd cauſæ matrimoniales ſolis Epiſcopis † delegari poſſunt, tam iure communi quàm curiæ ſtylo inſpecto. c. cauſam matrimonii. de of, dele. idem Dec. in c. ſi pro debilitate. num. 4. verſic. 2. quòd Abbas. co. ti. qui illud etiam ſcribit ex ſtylo curiæ ſolis Epiſcopis delegari, qui ſanè ſtylus ꝓ lege obſeruandus eſt, vt ſcribunt Deci. conſi. 11. nu. 16. Afflict. deciſ 79. ſi. & deciſ. 253. nu. 4. Cur. Iun. conſi. 162. nu. 2. & Pariſ. con. 44. in fin. libr. 1. cæteros ſciens prætereo. atqui, vbi factum † committitur, quod per vnum, & non per alterum explicari poteſt, electa dicitur perſonæ induſtria ita Felin. in c. vlt. col. 4. verſi. 1 ꝙ vbi, de off. deleg. Iaſ. in l. 1. in prin. nu. 28. ff. de off. eius. & Craue. conſi. 303. col. 2. ſi ergo Epiſcopi induſtria electa cenſetur, ſequitur dicendum cauſam ſubdelegari non potuiſſe Vicario: & per conſequens geſta à Vicario nullius momenti eſſe.

Secundò adducor, quòd inter cętera Pontifex Max. dū Reuerendiſsimo Epiſcopo cauſam hanc diſpenſationis & abſolutionis delegauit; ita voluit poſſe abſoluere vt illis coniugatis pro admiſſo crimine ſacramentalem pœnitentiam





indiceret, at delegare pœnitētiæ iniunctionem eſt delegare actū nudi miniſterii, quo perſonæ induſtria electa cenſetur, & per conſequens ſubdelegari non poteſt. hæc probantur apertè in c. vlt. §. vlt. de off. deleg. ibi, pœnitentias iniungere.

Tertiò accedit, ꝙ cùm cauſæ hæ matrimoniales ſolis *
Epiſcopis cōmitti poſſint; cæteri inhabiles & minus idonei cenſentur atque iudicantur; quibus hæ cauſæ poſſint mandari. d. ca. cauſam matrimonij. non ergo hic ſubde-
8 legatus † qui ſui natura inhabilis eſt, loco Epiſcopi potuit ſubrogari; ex doctrina Baldi in l. parabolanos. C. de Epiſco. & cler. dum docuit, ſubrogatum eiuſdē qualitatis eſſe debere, qualis is eſt in cuius locū vult ſubrogari. & ob id cenſet malè agere ciuitatem Magiſtratus qui illius ciuitatis, in qua ipſi ius dicunt, aduocatos, ſuos Vicarios & locū tenētes conſtituunt. ita dicimus, quòd Vicerector Gymnaſii eſſe non poteſt, qui rectoris munere fungi impeditur. quod annotarunt Romanus ſing. 362. Ruinus conſil.
148. nu. 2. lib. 4. Iaſ. l. 1. in prin. nu. 74. de off. eius. Felin. in *
c. 5. nu. 4. de Summa Trinitate & fide Catholica, & Deci. in c. ſanè il. 2. col. 1. in fi. de off. de leg. cùm ergo Vicarius eadem Epiſcopali dignitate non præfulgeat, qua Epiſcopus delegatus verè cum ſui loco non potuit ſubrogare.

Quartò relatum fundamentum confirmat elegans doctrina Felin. in c. ſi pro debilitate. col. 2. verſi. quæro. Papa committit. de off. deleg. dum affirmat à fortiori, ꝙ ſi Papa committi cauſam ex certa ſcientia illi, qui aliàs inhabilis eſt illius poteſtatis, commiſsionem valere. quippè quòd à Papa habilis ex ea commiſsione factus cenſetur, ſi modo
(inquit Felinus) is delegatus alteri inhabili ſubdelegare 12
vellet. non equidem poſſet: etſi cauſa illa ſit ſubdelegabilis. & licet Decius in d. c. ſi pro debilitate, colu. 3. à Felino diſſentiat, attamen verè Decius toto (vt dici ſolet) cælo errat, quemodmodū in interpretatione illius decretalis copioſè contra Decium diſſerui.

Quintò ſuffragatur, quòd hîc delegata fuit cauſa legitimationis filiorū; quemadmodū verba illa reſcripti, ibi, prolem exinde ſuſceptam & ſuſcipiendam legitimam de-
9 cernendo, &c. apertè ſignificant. quæ ſanè cauſa † legiti-
mationis ex Principi reſeruatis cenſetur in ſignum ſuæ ſu 13
premæ poteſtatis. §. ſi verò is qui ſolūmodo, in authētico quibus modis natura. efficiuntur ſui. Bald. in l. prima, col. prima, C. de iure aureo. anul. Felin. in capi. vlt. nu. 4. verſi. fallit in reſeruatis. de off. deleg. & Purpura. in l. prima, nu. 373. & nu. 374. de offic. eius Sed vbi principi reſeruata delegantur ſubdelegari illa non poſſunt: ita Baldus in rubrica de officio delegat. & in cap. vlti. eo. & ibi Felinus. nu.
4. idem Felinus in capit. quod ſedem. col. 2. de off. ordin: 14
Alex. in l. 1. num. 26. verſi. fallit tamen. & num. 91. de officio eius. & ibi Decius nu. 30 & Purpura. nu. 627. idem docuerunt Alex. in l. Imperium. nu. 24. & ibi Longouallius nu. 113. de iuriſdictione omnium iudicum, & Iaſ. in l. à iudice, col. vlt. verſi. 13. limita. C. de iudicijs. Non ergo potuit Reuerendiſsimus Epiſcopus Apoſtolicus delegatus cauſam hanc ſuo Vicario ſubdelegare.

Non obſtant nunc adducta in contrarium, in quorum diſſolutione non paruus videtur eſſe labor. nam ad primū reſpondetur, quòd etſi aliqui ſentiant, Pontificem Max. poſſe in ſecundo gradu conſanguinitatis diſpenſare, in
qua quidem opinione fuerunt relati in dicto primo fun- 15
damento: & alii etiam aliter ſentiant, non poſſe diſpenſare; vti ſcripſerunt gloſ. in cap. pictacium. 30. q 3. Abbas in cap. literas. nu. 17. de reſtitut. ſpolia. & Pariſ. conſil. 98. nu.
* 44. libro. 4. attamen in hoc * omnes conueniunt, Papam
10 † facere id debere ex iuſta cauſa, de qua quidem iuſta cauſa hic non conſtat; vt ſuprà diximus. Præterea & ſecundò reſpondetur, quòd etſi Pontifex diſpenſare potuerit, diſpenſare potuerit, & diſpenſandi poteſtatem delegare Reuerendiſsimo Epiſcopo, non tamen potuit ipſe Reuerendiſsimus Epiſcopus ſubdelegare.

Non obſtat ſecundū, quia reſpondetur primò hoc non procedere in cauſis grauibus & arduis, vt hæc eſt: ita Dec. in d. c. ſi pro debilitate. nu. 4. verſi. 2. iſtud. notabile, de off. deleg. poſt Alex, in l. 1. in prin. nu. 59. de officio eius & c.
11 † Reſpondetur ſecundò, hoc in caſu non credi aſſertioni huius Epiſcopi aſſerentis, ſe fuiſſe iuſtis de cauſis impeditum: & ob id ſubdelegaſſe. ita docent Cardinalis in c. paſtoralis & Felinus in capit. ſi pro debilitate. numero 5. de off. delegat. Iaſon in l. 1. in princ. numero 60. & ibi Iacobus Niger numero 122. de officio eius. Decius cap. quæ in eccleſiarum. numero 28. de conſtit. & Pariſius conſili. 75. numero 66. lib. 1 Scio tamen horum opinionem eſſe dubiam; cùm alij plures contrariam opinionem defendant: & quæ fortè magis recepta videtur, quòd ſcilicet credendum ſit aſſertioni huius ſubdelegantis, etiamſi aliàs ſubdelegare non poſsit. ita hanc eſſe * crebriorem teſtatur Decius in d. cap ſi pro debilitate. numero. 6. & in l. 1. in prin. numero 69. & ibi Purpur. num. 546. Sapia. numero 75. Orianus. numero 129. de officio eius. & hanc probauit ſibi parūm conſtans Iaſon in l. ſi donatione. colum. vlti. verſi. vltra. C. de colla. idem conſilio 227. columna 7. verſic. 10. ad idem. lib. 2. & conſil. 101. columna quarta verſiculo 3. & adhuc. libro 4. Ruinus conſilio 35. numero 38. & conſi. 50. in fin. lib. 1. idem conſilio 87. num. 26. lib. 3. & Ferrarius cautela 21. multoties. reſpondetur itaque tertiò, hanc ſubdelegationem à Reuerendiſsimo Epiſcopo factam fuiſſe ob impedimentum non infirmitatis, vel neceſſariæ abſentiæ, ſed aliorum negotiorum, quo fit vt cauſa ſubdelegandi minus legitima cenſeatur. nam communis * Doctorum opin. impedimentum publicarum occupationū non præſtare iuſtam cauſam delegato vt ſubdelegare poſsit. ita communem teſtatur Alex. in l. 1. in prin. numero 60. & ibi Iaſon in fin. de officio eius. eo loci ſcribit Camillus Plautius in verbo, non aliter. num. quinquageſimotertio, eſſe quando grauia eſſent negotia, ut puta capitalium cauſarum, quibus is delegatus impediretur. ita ergo fortiori dicendum eſt, non fuiſſe iuſtam ſubdelegandi cauſam.

Non obſtat tertium, quia reſpondetur ꝙ etſi cauſæ co-
12 gnitio † ſubdelegari poſsit; actus tamen ipſe diſpenſationis non poteſt. ita docuit Felin. in c. vlt. col. vlt. verſi. 4. limita, de off. dele. qui quidem ita declarat deciſionem Rotæ. deciſ. vlt. de officio Vicarij in antiquis in antiquis. Rota enim relatis quibuſdam hac de re opinionibus tandem reſidet cum illa Pauli de Leaza. in cle. iudices. de off. dele. Delegatum, cui commiſſa eſt diſpēſatio cum cognitione cauſæ; poſſe cauſæ cognitionem, non autem diſpenſationis actum ſubdelegare.

Non obſtat quartum fundamentum; quia reſpondeo d.
13 cap. ex literis, procedere quando iam Pontifex † ex certa ſcientia cauſam delegauit: quia cum illis diſpenſaſſe creditur. vt vnus alteri vices ſuas ſubdelegare poſsit. ita ſenſit Felinus in d. c. ſi pro debilitate. col. 3. in prin. verſic. ad ſextum. de off. deleg. & clarius Purpur. in l. Imperium. num. 602. ff. de off. eius, & Caſpar Vallaſcus in l. Imperium. nu. 219. de iuriſd. om. iud.

Non obſtat quintum, quia reſpondeo, ꝙ qū Epiſcopi
14 † conſtituunt ſuos Vicarios, ſolùm eis concedere atque tribuere ſolent quæ ad eos ratione ordinariæ iuriſdictionis ſpectant; non autem delegatæ ita Dec. in cap. quoniā Abbas. num. 15. de of. deleg. Federicus de Senis conſil. 130. in fi. Rui. conſ. 138. lib. 3. & Rol. conſi. 39. num. 17. lib. 1.

Non obſtat vltimum, in cuius diſſolutione omnis verſatur labor. Nam ab illo pendet tota ferè huius conſultationis difficultas. Non ergo obſtat hos coniuges erraſſe errore iuſto & probabili, quòd ſcilicèt ignorauerint ſe eſſe in aliquo gradu conſanguinitatis: quandoquidē contrarium clarè oſtendunt verba precum, ibi, non ignorantes de ſecundo conſanguinitatis gradu &c. Accedit quòd
15 in dubio † hic error & ignorātia non præſumitur probabilis; cum ambo contrahentes eiuſdem loci erāt, vt doctè & pulchrè ad rem noſtram ſcribit, Gabriel Palæotus in commentarijs, de nothis ſpurijſque filijs. cap. 9. nume. 13. Non etiam aduerſatur is error iuris & auctoritas gloſſ. in d. cap. perlatum. quia reſpondetur primò, Abbatem & cæteros loqui cum hic iuris error iuſtus & probabilis eſt; quemadmodum declarat Palæotus in d. c. 9. verſic. fateor ſanè. ſed in caſu iſto non poteſt dici error probabilis & iuſtus ſiquidem iuſtus & probabilis eſt cum ius dubiū eſt atque perplexum, in quo ſunt Doctorum opiniones: nam tunc errori facti æquiparatur. ita ſcribunt Inno. in c. per tuas. de ſimo. Baldus in l. ab eo columna pen. C. quemadmod. & quand. iud. Felinus in cap. de quarta. numero 27. de præſcrip. & Curtius Iunior. conſilio 71. numero 11. & conſi. 150. num. 15. Sed hoc in caſu non poteſt dici ius perplexum, cùm clara ſint iura. Quis enim dubitare potuit, ſubdelegari potuiſſe actum iniungendi pœnitentiam? cùm adſit caſus clarus legis in d. capit. vlt. §. vlt. de offi. deleg. Præterea quis probabiliter dubitare potuit, legitimationem filiorum eſſe ex reſeruatis Principi, & ob id delegatam

delegatam ſubdelegari non poſſe,etiam ob cauſam impedimenti,ex iam relatis;Accedit non conſtare, hos coniuges conſuluiſſe peritiores;quocircà non merentur excuſationem,iuxta copioſè ſcripta per omnes in l.iuris ignorantia.C.qui admitti.Nec aduerſatur auctoritas Ruini d.conſi.100.nume.3.lib.3.& conſi.51.numer.17.libro 5.dum reſpondit iuris ignorantiam ſufficere hoc in caſu, vt filii cenſeantur legitimi.Nam ipſemet Ruinus conſi.14.num. * 4.in fin.lib.3.contrarium verius & * receptiùs eſſe cēſuit. Et cum eo idem ſcripſit Palæotus d.tracta.de nothis ſpuriiſque filiis.cap.9.numer.7.8.cum quo illud nunc dicam æquitatem & benignitatem mouere multum poſſe iudicem,vt hos filios iudicet legitimos.Atque ita concludo. rectiore iudicio ſaluo.

Iacobus Menochius I. C.

## *SVMMARIVM.*

1 *Notarij ſunt perſonæ vilis conditionis,& de veritate,num.19.*
2 *Ignorantia facit perſonam vilem,ſicut econtrà virtus nobilitat.*
3 *Filij ex vetitis nuptijs procreati,legitimi non efficiuntur. & numero 19.*
4 *Matrimonium inter nobilem & vilem mulierem eſſe nequit,inſpecta lege ciuili,ac etiam lege 12.tabu.& nu.9.*
5 *Nobilis non poteſt in vxorem ducere vilem mulierem ſine conſenſu principis.*
6 *Filij tunc demum legitimantur per ſubſequens matrimonium,ſi matrimonium licitè poterat ſubſequi,& mater connubio digna eſſet,aliàs ſecus.*
7 *Argumentum ab auctoritate Doctorum valet,& nume.13.& de veritate.nu.20.*
8 *Pater an ſemper nominando filium naturalem,legitimum, dicatur ipſum legitimare,& nu.19.& 21.*
9 *Nobilis ſi duxerit ignobilem in vxorem,an filij nati ante matrimonium legitimentur per ſubſequens matrimonium.*
10 *Legitimatus per reſcriptum in quo differat à legitimato per ſubſequens matrimonium quò ad ſucceſsionem in bonis fideicommiſſo ſubiectis.*
11 *Quæſtio ſi ſit de iure ciuili dubia,& de iure canonico clara,ſtandū erit iuri canonico,etiam de iure ciuili.*
12 *Meretricem in vxorem ducere , & hæc connumeratur inter opera charitatis,& quomodo hoc intelligitur.*
13 *Legitimatio qualis ſit maior vel per ſubſequens matrimonium, vel per reſcriptum.*
14 *Omnes filij legitimantur per ſubſequens matrimonium, dummodo adſint dotalia inſtrumenta.*
15 *Opinio quæ fauet matrimonio,in dubio eſt attendenda,licèt ſit ſingularis, & contra eam extet communis opinio.*
16 *Legitimatio eſt actus fauorabilis.*
17 *Notariatus officium eſt nobile.*
18 *Notarius ad banchum iuris dicitur habere in ſe dignitatem. Meretrix propriè quæ dicatur.*
19 *Intellectus ad §.ſed & aliud,auth.quib.mod.na.effi.legi.*
20 *Opinio illa eſt tenenda,quæ rationibus perpenſis magis firmatur.*
21 *Opinio qualis præualeat,vel illa quæ eſt approbata in lecturis, vel in conſilijs.*
22 *Filiatio probatur ex nominatione facta à patre in actu, qui ſoli filio conuenit.*

## CONSILIVM XVIII.

# Initium à Domino.

PROPOSITA iuris cōſultatio verè nō leuē, mea quidem ſententia, dubitationē habet. Dubitari enī hic cōtingit,an filii illuſtriſ.D.Caroli Comitis ſuſcepti ex D.Lucretia cēſeātur ex ſubſecuto inter eos matrimonio legitimati:tāetſi aſſeratur dictā D. Lucretiā fuiſſe perſonam vilē, & conditionis imparē dicto D. Carolo. Et verè dicendum videbatur prima (vt dici ſolet) facie,hos filios,quò ad bonorum ſucceſsionem non eſſe effectos legitimos.Nam clari iuris eſſe videtur dictam D.Lucretiam fuiſſe perſonam vilem ſiue illius propriam perſonam & conditionem, ſiue patris conſideremus. Perſona enim eius propria creditur vilis,cùm malè audiret,ꝙ etiam antequam eſſet apud dictum D. Comitem,ab alijs fuerit carnaliter cognita:& in concubinatu cum dicto Dom. Comite multos annos fuit. Quo caſu nomen meretricis videtur adepta, & per conſequēs perſona vilis & minus honeſta. vt in ſpecie docuit Angelus in auth.quib.modis natura.eff.legi. in prin. & Gramma.voto 4.num.22.& infrà repetam. Vilis quoque conditionis fuiſſe videtur dicta.D.Lucretia inſpecta perſona patris, qui ſimplex notarius erat,& filius agricolæ. 1 Notarij † enim perſonæ viles creduntur , vt ſcribunt gloſſa & cæteri in l. vniuerſos.C.de decurio.lib.10.ex illo tex.Bal.in c.poſt ceſsionem.nu.6.de proba.Ang,conſili.284.num.1.Oldradus conſi.75.nume.2.Guido Pap.q.90. quos ſecutus eſt Crau.conſi.163.num.1.Et præter ab eo relatos idem ſenſuerunt Boe.q.222.num.5.Tiraq.in tract. de nobilitate.cap.30. numero.9.Decius in cap.ex literis. numero quintò de proba.Bonus de Curtili in tract.de nobilitate.num.130.Gomeſ.§.in perſonam.num.13.Inſt. de actio.idem ſenſit Rol.conſi.66.nu.39.libr.1. & Caſſaneus conſi.64.num.34. Accedit quòd hic notarius D. Lucretiæ pater aſſeritur,ꝙ adeò fuit ignarus & imperitus vt vix quatuor documenta quotannis inter ruſticos conſcrip-2 ſiſſet; quę ſanè ignorantia † ita reddit hominem vilem, vt cōtra virtus nobilitat:vti ſcribunt oēs in c.nos qui.40 diſtinct.in c.pen.de præb.ex illis iurib.copioſè Tiraq.in tract.de nobilitate.c.4.Hoc ita habito & conſtituto , dictam D.Lucretiam fuiſſe perſonam vilem,hoc matrimonio indignam,ſequitur dicendum atq;concludendum,filios ex ſubſecuto matrimo.non fuiſſe effectos legitimos. Quod quidem multis rationib.iurib.& Doctorum auctoritatibus probari videtur.

3 Primò,filij † vetitis nuptijs procreati legitimi nō efficiuntur.l. inceſtas.C.de inceſt.nupt.§.quoniam,in auth. quib.mo.nat.eff.legit.& §.vlt.in auth.quibus mod.natu. eff.ſui Atqui progeniti à dicto D.Comite & D.Lucretia ex vetitis atque prohibitis nuptijs progeniti cenſentur:ergo ex ſubſecuto matrimonio non ſunt effecti legitimi.Illa minor propoſitio probari ſatis clarè vel ex eo videtur quòd cùm(vt diximus)Domina Lucretia eſſet perſona vilis & Dominus Comes nobilis atque familiæ illuſtris 4 non potuit † inter eos conſiſtere matrimonium,inſpecto iure ciuili.Siquidem & antiqua lege duodecim tab.à decemuiris lata in duabus poſtremis notabil. vt auctor eſt Dionyſ.Halicarn.lib.11.antiq.Rom.)conſtitutum fuit,ne patricijs cum plebeiis Romæ connubium eſſet. idque ab Appio Claudio Decemuiro eſſe adiectum, vt in perpetuū patres à plebe diuelleret. Quod iuſta hac ratione(vt à Liuio in quarto primæ decadis memoriæ proditum eſt) factum anno ab vrbe condita 310. M. Genutius & P.Curiatius coſſ.defendebant:ne,ſi plebij cum patricijs miſcerentur,colluuio gentium perturbationem auſpiciorum publicorum priuatorumque afferret: nihil ſinceri eſſet, nihil incontaminati; & eo diſcrimine ſublato, nec ſe quiſque noſſet , nec ſuos. Quam enim aliam vim connubia promiſcua habere,niſi vt ferarum propè ritu, vulgentur cōcubitus plebis patruumque? vt qui natus ſit ignoret cuius ſanguinis,quorum ſacrorum ſit, dimidius patruum ſit;dimidius plebis, nec ſecum quidem ipſe cōcors. Hæc Liuius. Quinimò lege Iulia lata ab Auguſto Cæſare de maritandis ordinib.conſtitutum fuit,ne Senator,ſenatoriſve filius,nepos,pronepos duceret libertinā, nec cuius pater,materve artem ludicram facere: quemadmodum ſcriptum eſt in l.lege Iulia.ff.de ritu nup.Et cùm dubium eſſet, quæ vitæ conditio impediret mulierem ne viro patricio & nobili iungeretur matrimonio , declararunt Val.& Max.Impp.in l.humilem.C.de inceſt. nupti. humilem & abiectum eſſe,ancillam, libertam , ſcenicam tabernariā,lænam,earumque filias aut eā quæ mercimonijs publicè præfuit. Quas ſanè Cæſarum conſtitutiones ea ratione editas credimus,ꝙ indecorū eſſet , virum patricium & nobilem indecenti hoc connubio atque conſortio vileſcere:cùm ſenator Principis pater haheatur.§.ſed ex conſtitutione,Inſt.quib.modis ius patr.pot. ſol. Hinc legimus apud Sueto. in Nerone c.28.patrū abfuiſſe. quin Nero iuſto matrimonio ſibi coniungeret Acten libertam ſubmiſsis conſularibus qui regio genere ortum peierarēt.

Secundo,



Secundò,huic opinioni non parum videtur ſuffragari conſtitutio Iuſtiniani in l.Imperialis.§.vlt.C.de nup.cōſtituit Iuſtinianus,quòd † ſi patricius,à Cæſare impetrata 5 priùs licentia,duxiſſet in vxorem illam,quæ iam artem ludicram & ſcenicam exercuiſſet;ſed quæ reſipuiſſet,confectis dotalibus inſtrumentis, filios effici legitimos ex eo connubio, & patri ſuccedere. Ergo(à ſenſu contrario ducto argumento)ſi venia non fuit impetrata ab Imperatore filij inde nati non efficiuntur legitimi. Et conſtitutio hæc à fortiori vrgere videtur : nam , ſi negat hos procreatos è matre ſcenica, id eſt,ex ea , quæ in ſcenam prodibat, artem ludicram exercendi cauſa. effici legitimos, niſi principis licentia, de connubio contrahendo, præceſſerit;quantò fortius non efficiuntur legitimi , nati ex ea,quæ non præſumptiuè,vt in ſcenica,ſed verè(vt hæc corpus ſuum vulgauit? Quod mox confirmabimus.

Tertio, huc ſpectare videtur aperta eiuſdem Iuſtiniani cōſtitutio in §. ſed & aliud, in anth. quib. mod. nat. eff. legit.qui viſus eſt conſtituere,tnnc demum ex ſubſecuto 6 coniugio filios † effici legitimos,filiorum mater eo connubio digna fuit.Quemadmodū ex illis verbis;neq;dignā eam exiſtimauit legitimo quodam nomine, quæ etiam ſemetipſam iniuriauerat.&c. quæ ita eo loci interpretatur Angelus,dum ita ſcribit:Nota,licet quis ducat in vxorem concubinam.tamen filij ante nati non legitimantur,ſi talis mulier matrimonio non erat digna;vt quia mulier erat viliſsimæ conditionis,vel meretrix.Hîc Angelus alternatiuè interpretatur ſufficere.quòd ſit vēl vilis conditionis,vel olim meretrix. Verum Barthol.Cæpol.cautel.250. Debes ſcire,verſ.ſed aduerte.& Iaſ.conſi.234.in fin.lib.2. Simpliciter interpretantur illam conſtitutionem de ſola meretrice:ex illis verbis;quæ etiam ſemetipſam iniuriauerat. Verius tamen & probabilius dici poſſet,vtramq;cauſam ibi ſimul copulari;ꝙ ſ.eſſet indigna tum ob generis vilitatem,tum ob inhoneſtam à ſe actam vitam. Quemadmodum ſignificare videntur verba illa implicatiuè prolata, quæ etiam ſemetipſam iniuriauerat. Quæ ſanè ambæ copulatæ cauſæ in hac Lucretia adeſſe videbantur,vt iam diximus.

Quartò,multò fortius hanc opinionem adiuuare vide-7 tur multorum auctoritas, † qui in ſpecie cenſuerunt,illegitimè natos ex matre vilis & abiectæ conditionis,non effici legitimos ex ſubſecuto matrimonio. Ita enim affirmarunt gloſſ. ſit igitur,in verbo,permittimus,in auth.quib. mod.nat.eff.legit.Angelus in d.§.ſed & aliud . qui a erit ita aliquādo fuiſſe obſeruatū.Cæpol.cautel.250.debes ſcire.Mart.Lauden.in tract.de legitimatione.nu. 158.Et in hanc inclinare videtur Picus in repet.l.Titia.cū nuberet nu.52.de l.2. Lupus in c.per veſtras.§.7.col.2.nu.7.de do. inter virum & vxo.Ruin.conſi.211.nu.5.lib.1.conſi.92.nu. 26.verſi.& dato ꝙ,lib.3.& copioſè conſil.51.nu.821.lib.5. Iaſ.in l. Gallus.§.& quid ſi tantùm . nu.107.de lib.& poſt. & in l.neq;profeſsio.nu.4.C.de teſtam.Petraſancta ſing. 60.Cur.Iun.conſi.136. nu.10.quem ſecutus eſt Cagnolus in l. ſi qua illuſtris.nu.5.C.ad S.C.Orficianum.Soci. Iun. conſi.52.num.2.lib.1. qui ſcriptum reliquit,hāc eſſe communem * opinionem, & neminem ab ea diſſentire.Hanc pariter veram eſſe contendit Hippol.Riminal.inter conſilia matrimonialia conſi.80.idem reſpō Cephalus conſi. 82.nu.11. lib.1.Quorū opinio confirmatur reſponſo Bart. conſi.120.Verutius Coraducij.nu.3.lib.2.idem Barto. in diſputa.11.incip.Habeo filium.col.pen. verſi.2.ſciendum, 8 ſcribit Bar.quòd tunc demum pater † nominando filium naturalē eſſe filium ſuum legitimum, dicitur legaliter legitimare filium,iuxta auth.ſi quis.C.de natural.libe.quādo mater filij talis fuit , cùm qua matrimonium honeſtè ſecundum bonos mores & ciuitatis conſuetudinem contrahi potuit:ſecus autem ſi vilis & deploratæ conditionis fuiſſet.Nec enim poſſe dicimur quæ honeſtè non poſſumus.l.nepos Proculo,de verbo.ſignif.l.filius. ff.de cond. inſt.Bar.ſecuti ſunt Bal.in d.authen.ſi quis.idem conſilio 180.Mortuo filio,in fin. & conſi.195. In hac cauſa de qua quæritur,verſi.reſtat.lib.3.& in c.innotuit.col. pen. de electio.Oldradus conſi.196.Factum tale.Ang.in §.ad hæc, in auth.liceat matri& auiæ.Cur.Iun.d.conſi.136.nu.11.Riminal.d.conſi.80.nu.16.& præter eos Rui. con.211.nu.6. lib.1.& conſi.63.nu.12.Emmanuel Coſta in repet.l.Gallus §.& quid ſi tantū;in j.par.nu.104.de li. & poſth. copioſè Boer.q.240.nu.15. 15. Hæc filijs his maximè aduerſari videbantur

Cæterùm, re diligenti & accurato ſtudio conſiderata, contrariam ſententiam probabiliorem atque veriorē eſſe credo:quòd ſcilicet filii hi ex hoc ſubſecuto matrimonio legitimati cenſentur. Quandoquidem nec iure Cæſareo, nec Pontificio impeditur nobilis ducere vilem etiam quò ad generis nobilitatem ſibi imparē. Nec regulariter quò ad cauſam hanc matrimonii aliqua extat differentia inter mulierem nobilem & ignobilem. Quò rem hanc veram eſſe oſtēdam,prius iure ciuili antiquo & nouo, deinde iure Pontificio hoc eſſe permiſſum dicam.

9 Primò,quòd antiquo iure ciuili connubium eſſe poſsit inter nobilem & ignobilem , ſuadet lex lata à Canuleio Tribuno Plebis anno 310. ab vrbe condita , aduerſus M. Genutium & P. Curiatium coſs. Illis enim reluctantibus multis rationibus,quas ſuprà ex Liuio retulimus, lex rogata eſt; Quòd inter patres & plebeios connubia eſſe poſſent; ita tamen quòd patris ſolius conditionem ſequantur liberi;& per eum aut plebeis aſſcribantur, ſi plebeius eſt;aut patriciis ſi fuerit ipſe patricius : quemadmodum ſcriptum reliquit Liuius præcitato libro quarto decadis primæ.Nec legem hanc abrogauit, ſed confirmauit potius Cæſar Auguſtus lege illa , de maritandis ordinibus.Cùm, (vt ſcriptum eſt in illa l.lege Iulia.ff.de ritu nuptia.) ſolùm proſpexit, ne ſenator, ſenatoriſve filius , nepos & pronepos ducere poſſent libertinam. Quæ ſanè exceptio in cæteris ( vt dici ſolet) regulam confirmat. Et, ſi ſola hæc lex ſpectanda hîc foret,clara res eſſet, cùm iam conſtet D.Comitem non fuiſſe ſenatorem,ſenatoriſve filium,nepotem aut pronepotem.

Secundò, hanc ſententiam apertè probat conſtitutio Iuſtiniani in §.vltim.in authent.de triente & ſemiſſ. Et in verſione Haloandri eſt nouella 18. vt ſi plures filii nō ſint, &c.Quam quidem conſtitutionem ita cōſidero. Certum eſt,ancillam cenſeri perſonam humilem & conditionis abiectæ,reſpectu domini,vt in ſpecie probat l.humilem. C.de inceſt.nupt.At in eo.§.vlt.conſtituit Iuſtinianus,filios ex ancilla deinde in vxorem ducta, confectis dotalibus inſtrumentis,eſſe legitimos;& patri ab inteſtato poſſe ſuccedere.Ergo legitimum eſt connubium inter nobilem & ignobilem;& per conſequens legitimi ſunt effecti filii iam ex illis nati.

Tertiò,clarius probat hanc ſententiam eiuſdem Iuſtiniani conſtitutio in authenti.vt liberti decætero.§.ſi quis autem.& in verſione Haloandri eſt nouella 78 Ne libertini de cætero. Cuius ſanè cōſtitutionis verba ſunt ex Haloandro. Cæterùm, ſi quis libertinam ducere,& legitimam facere vxorem voluerit, is cuiuſcunque dignitatis ſit,nuptialia inſtrumenta componito ( hanc enim ſolam obſeruationem poſt libertatem requirimus) & ſunto tam procedentes filii,quàm poſt dotalia inſtrumenta nati,liberi,& ingenui,& legitimi patri ſucceſſores petitione aureorum annulorum & iure reſtitutorum natalium liberati, & nullam penitus differentiam ad reliqua ingenuorum matrimonia habentes. Hæc Iuſtinianus.Qui ex illis verbis,cuiuſcunque dignitatis,ampliſsima etiam Senatoribus conſenſiſſe videtur aduerſus l.lege Iulia.ff.de ritu nuptia.Et verba illa, Nullam penitus differentiam ad reliqua &c.ſignificant,hos filios ita effectos legitimos,nō ſolùm ipſemet patri immediatè ab inteſtato ſuccedere(vt paulo ſuprà Iuſtinianus ipſe aſſeruit)ſed & aliis,vt in fideicommiſſo & ſimilibus.quemadmodum in illis ſuccedunt aliorum matrimoniorum filii,à quibus nihil penitus hos vult differre.Quocirca,hinc intelligimus minus rectè fortè eruditiſsimum Hippolytum Riminaldum dicto conſ. 80.numer.21.reſpondiſſe, has Iuſtiniani conſtitutiones, ſolùm reddere legitimos filios iſtos, vt eorum patribus ſuccedant,non vt aliis.Si enim nihil penitus ab aliis legitimis vult differre,vt illi ſuccedunt in fideicommiſſo, ergo & his accedit, quòd Riminaldo non ſuffragatur ſua illa ſatis egregia conſideratio, quod ita videmus in legiti-10 matione per reſcriptum , † quæ quidem licèt fieri poſsit viuente patre,agnatis non citatis,quo ad bona ipſius patris, qui de illis ad libitum potuit diſponere; vt declarat Bar.in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm,nu.9. de lib. & poſth. quem ſequuti ſunt plures relati à Tiraq. in l.ſi vnquam, in verbo,ſuſceperit liberos.nu.65.C.de feu.do.attamē ſecus eſt quò ad bona ſubiecta fideicōmiſſo, & in quibus pater grauatus eſt.Nec enim valet talis legitimatio in præiudiciū ſubſtituti,nō citati,cui ius in ſpe ꝓbabili quæſitū eſt. Quod affirmarūt Anch.cōſ.427.nu.3.Alex.cōſi.67. nu.7.

& conſ.

& conſi.94.nu.5.lib.1.Dec.conſi.55.nu.7.& copioſè cõſi.
425.nu.5.& Pariſ.conſi.9.nu.30.li.2.quos ipſe Riminald.
recenſet.Et idem ſcripſerunt Docto. recentiores in d.l.
Gallus.§.& quid ſi tantùm.Non inquam ſuffragatur hæc
conſideratio,quandoquidẽ in hac ſpecie,magna eſt diffe-
rentia inter vnam & alteram iuris ſententiam.cùm enim
illegitimè natus per ſubſequens matrimonium,omni iu-
ris ſolennitate obſeruata,legitimatur: verè & propriè legi
timus efficitur,& ob id ſuccedit etiam in fideicommiſſo,
vt tradunt,poſt alios Soc.Sen.conſi.63.nu.22.lib.3.Dec.
in c.cum in cunctis. nu.30.de electio.& conſi.155.num.2.
Ripa in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.nu.47.ad Treb.Goz.
conſi.25.nu.3.Cæteros prætereo. Quod non contingit in
legitimato per reſcriptũ,qui non dicitur verè & propriè
legitimus inſpecto initio, vt tradunt ſatis copioſè Baldus
in l.eam.quam.C.de fideicom.Garzia in rep.l.Gallus. §.
&.quid ſi tamen.nu.270.de lib.& poſth.

Præterea(admiſſo etiam nullam eſſe differentiam inter
vnam & alteram legitimationem)dicimus,ꝙ quando ter-
mini pares ſunt ita ſubſtitutis per fideicommiſſum præiu-
dicat legitimatio ex reſcripto, vt illa ex ſubſecuto matri-
monio.Nam,ſi ex reſcripto legitimatio plenè fiat, etiam
in fideicõmiſſo legitimati ſuccedunt.ita Pariſ.conſ.1.nu.
97.& conſi.8.nu.16.lib.2.Goz.conſi.29.nu.22.conſ.48.n.
13.26.& conſi.85.nu.21.

Qartò,huic ſententiæ non parum ſuffragatur,quòd vbi
11 quid dubium † eſt de iure ciuili, & clarum de iure cano-
nico,iuri canonico ſtamus,etiam in foro ciuili.c.1.de op.
noui nun.& ſcribunt copioſè Neui.lib.5.ſyluæ nupt.nu.
69.& Rebuffus in tract.Nominationum.q.5.nu.num.16.
Atqui(admiſſo etiam ꝙ iure ciuili res dubia ſit)iure cano-
nico clarum eſt,viro nobili licere ducere ancillam&vilem
in vxorem,& filij inde nati ſunt æquè legitimi & ſucceſsi
biles vt nati ex vxore nobili.Quod probatur in ca.recur-
rat.32.q.4.vbi relatum eſt illud Geneſ.ca.21.ꝙ filij Iacob
ſuſcepti ex ancilla poſſederunt regnum & terram promiſ
ſionis.Quod equidem contigiſſe ſcribit gloſſ. in cap.non
omnis,in verbo conſtituente.32.q.2.quia ipſe Iacob. du-
xit ancillam in vxorem,atque ita iam illegitimè natos le-
gitimos fecit Clarius iure nouo Pontificio probatur in c.
2.&c.vl.de cõiugio ſeruo.vbi vir liber ſciens mulierẽ eſſe
ſeruam,ſi promittit eam ducere in vxorem, ducere omni-
no debet;& filij ex eis nati legitimi ſunt.ca.tanta,qui filij
ſint legi.Nec hic repugnat conſideratio Riminaldi,d.cõ
ſi.80.nu.22.quia ex relatis in precedenti fundamento re-
fellitur.

Quintò,confirmatur præcedens fundamentum,quia iã
conſtat, meretricem eſſe perſonam vilem & deploratæ
conditionis,vt ſuprà dictũ fuit.Sed iure canonico permiſ
12 ſum eſt cuicunque ducere meretricem † in vxorẽ,vt pro-
bat tex.in.c.integritas.§.vlt 32. q.1. imò inter charitatis
opera hoc connumeratur.ca. inter opera,de ſponſa.Quod
quidem intelligitur,cum credit atq; exiſtimat eam à tur-
pitudine meretricij reuocare,vt declarat Io.de TurreCre
mata in cap.2.nuct.3.32.q.1.Nam dicitur eius animam ſal.
uaſſe,iuxtà illud Ezechi.capi. 18.Et idem ſcribit Angelus
Clauaſius in ſua ſumma,in verbo, meretrix.nume.2.poſt
Card.in d.cap.inter opera.Eſt quoque apud Oſeam c.4.
ſcriptum, Deum permiſiſſe filijs Iſrael ducere in vxores
meretrices & fornicarias.Quod rectè explicat Dom.So-
to li.2.de iuſt.& iure.q.3.art.8.col.6.fornicarias illas qui-
dem fuiſſe ante matrimonium, non autem in matrimo-
nio.

13 Sextò ſuffragatur, quòd maior † eſt vis legitimationis
factæ per ſubſequens matrimonium quàm ex reſcripto,
cùm illa à natura,iſta ab arte,natura ſatis in feriore, pro-
ueniat. Et illa ex ſubſecueo matrimonio(vt ſupra dixi-
mus)eſt vera & propria.Atqui ex reſcripto poteſt legiti-
mari natus ex turpi & vili perſona,vt ex illa quæ thorum
violauit & meretricata eſt.§.ſit igitur. in d.authe. quibus
mo.nat.eff.leg.ergo etiam poterit iſte legitimari ex ſub
ſecuto matrimonio.

Septimò,accedit auctoritas plurimorum, qui inſpecie
cenſuerunt hos filios natos ex concubina uilis cõditionis
à viro legitimari per ſubſequens matrimonium:ita apertè
cenſuit Nicol.de Vbaldis in trac.de ſucceſsionibus ab in-
teſtato.nu.62.qui eiuſdẽ ſentẽtiæ recenſet Baldũ in l.eam
quã.nu.24.C.de fideicom.dum ſcribit,omnes legitimari
poſſe per ſubſequens matrimoniũ,modò ſaltẽ ex ex con-
feſsione is filius natus ſit ex ipſis contrahentibus. adfert
exemplum de meretrice,quæ concepit ex ſcholari, qui eã
deinde duxit in vxorem.Eiuſdem quoque opinionis citat
Angelum in §.quia verò,in authẽ.vt liceat matri & auiæ.
Cuius hæc ſunt verba:Et inter alios caſus nota de eo,qui
vult per matrimoniũ legitimare filios ex eo natos & mu-
liere vili,aut etiam meretrice;quia non poteſt,niſi inſtru-
menta dotalia ſequantur. Sentit ergo Angelus à contra-
14 rio ſenſu,quòd ſi adſint inſtrumenta † dotalia,ꝙ filii na-
ti efficiũtur legitimi.Idem ſenſit Ludouicus de Sardis in
tract.de legit.tit.de legitimatione per ſubſequẽs matri-
monium, in fine.& §.ſequenti.nu.3. clarius & copioſius
Iaſ.conſi.234.libr.2.Lupus in repet.c.per veſtras.§.21.nu.
8.Ioannes Brunellus in tract.de ſponſalibus & matrimo
niis,concluſ.2.nume.36.Card.Alexan.in d.c.tanta.q.6.&
q.10.Siluanus conſ.3.nu.41.Palæotus in tracta. de nothis
ſpuriiſque filiis.c.12.nu.7.Boer.q.240.nu.16.in fine.Dida
cus in epitome de ſponſal.parte 2.c.8.§.2.nu.9. Emma-
nuel Coſta in repet.l.Gallus.§.& quid ſi tantùm. parte 2.
nu.98.de lib.& poſthum.Caſſador. deciſi.1.nu.6.titul.de
* ſponſa.vbi teſtatur,hanc eſſe *communem.Tiraq.in tra-
cta.de nobilitate,ca.15.nu.23.& ſenſit c.20.num.173.Pha-
nucius in tract.de lucro dotis,in gl.per mortẽ.num.32.Et
ita fuiſſe deciſum in ſenatu Pedemontano nouiſsimè te-
ſtatur Oſaſcus in deciſ.154.vbi copioſè ſatis hac de re diſ
ſerit.Cuiustñ eruditæ deciſiones aliquot annos poſt red-
ditum à me reſponſum editæ fuerunt. His accedunt & a-
lii permulti,qui hoc quidẽ,ſed paulò obſcurius ſenſerũt,
vt Goffre.Bal.Ang.Aret.& alii relati à Ripa in l.ſi vnquã.
nu.55.C.de reuo.dona.dũ ſcripſerunt,filios legitimari ex
ſubſequenti matrimonio,etſi nati ſint ex quacunque,ta-
men duci potuerit in vxorem.Hæc(vt diximus) duci po-
tuit;ergo ſentiũt ij Doctores,filios factos eſſe legitimos.
Nec dubium eſt,quin hæc ſit opinio magis recepta,vt in-
frà reſpondendo contrariis dicemus

Octauò & vltimò,admiſſo rem hanc eſſe dubiã,quam
tamen pro legitimatis claram eſſe credimus: attamen ad-
15 huc dicimus,eſſe in dubio † pronuntiandum pro ipſa ma
trimonio,& ipſi filiis, vt legitimati cenſeantur.ita in ſpe-
cie cenſuit Caſſadorus deciſion.1.numer.7. de ſponſa.per
textum in capit.vltimo.de re iudicata. Et ibidem ſcribit
Caſſadorus, Hoſtienſem in cap.ſi vir. de cognatio.ſpiri-
tuali, affirmaſſe,eſſe potius inhærendum opinioni ſingu-
laris Doctoris,quàm commune, cùm illa ſingularis fauet
matrimonio.idem reſpondit Barbat.conſili.6.column.
ſecunda,libro 1.qui & Abbatem refert.etſi ipſemet Caſ-
ſadorus Hoſtienſem non probet, vt nec eum ſecutus eſt
Barba.conſi.3.colum.penu.lib.1. In re ergo dubia verè di
cendum eſt potius eſſe ſequendam opinionem, quæ ma-
16 trimonio & legitimationi fauet: cùm & legitimatio † a-
ctus ſit fauorabilis,vt inquit gloſſ.in authentic.licèt.C.de
natur.liber.& declarat Oſaſcus deciſ.11.nu.1.& num.6.&
clarius Garzia in repe.l.Gallus.§.& quid ſi tantùm. num.
281.de lib.& poſthum.

Nõ obſtãt nũc adducta in cõtrariũ,quia ſingulatim ita
rñderi põt.Ad primum rñdeo,primò, ꝙ hæc D.Lucretia
nõ poterit dici perſona vilis & abiecta, etiãſi nõ foret pa-
ris cõditionis & nobilitatis cũ ipſo D.Comite.Sufficit e-
nim ꝙ nẽ fuerit filia viri ignobilis,vt verè nõ fuit:qñqui-
dem eius pater habebatur inter nobiles,cũ eſſet notarius.
17 Et notarios † eſſe nobiles cenſuerunt Alciatus in l mercis
appellatione.de verb.ſign.Didacus lib.Pract.quæſtio. ca.
16.nu.5.verſ.& ſanè,& nu.7.& Caſſaneus in Catalogo glo
riæ mundi,parte 11.cõſidera.9.Et hîc ceiſat omnis cõten-
tio,tum quia ex vſu communi notarii inter nobiles habẽ
tur & connumeratur.quod ſufficit,vt ſcribunt Bar. & Lu
cas de Penna in l.1.C.de dignita.lib.12.Ripa.lib.2.r ſpor.
c.26.num.8.& Alciat.de præſump.regula prima,præſum.
48.in fi.tum etiam quia notarius fuit non ſemel notarius
18 †ad banchum iuris quòd ſanè officium dignitatem habe
re concedunt Alexan.conſilio 80.lib.2. Ruinus conſi.3.
nu.14.lib.4.Marſil. ſingu.283.ad finem,& Palæotus in tra
ctatu de nothis ſpuriiſque filiis,capit.56. Et inter nobiles
hos haberi ſcribunt Tiraquellus & alii ſnprà relati pro
contraria opinione.Nec etiam ex ſua perſona dici potuit
ignobilis dicta Dom.Lucretia, quandoquidẽ ex deductis
non probatur,quòd ab altero quàm à Do. Comite fuerit
carnaliter cognita: & cùm fuerit ſolum cognita ab ipſo
Comite, non poteſt dici meretrix; quæ illa propriè eſt
quæ multis ſui copiam fecit,& publicè ſe proſtituit.l.no,
ſolum.§.palam.ff.de ritu nuptia.ca.vidua.24.diſtinction.

Et quæ



Et quæ ſuam turpitudinem venalem habet. c. meretri-
ces.32.quæſt 3.

Reſpondeo ſecundò, quòd imò in caſu hæ nuptiæ pro-
hibitæ non ſunt,vt iam demonſtruimus.Nec lex 12.tabu-
larum.nec de maritandis ordinibus ſuna impedimento:
tum quia vna fuit iam olim abrogata,vt diximus. Altera
verò ſolùm Senatores,Senatorumq;filios & nepotes pro-
hibet:quorũ ex nu.non erat dictus D. Comes.

Non obſtat ſecundum: quia reſpondeo, vt paulò ſuprà
dicebam, loqui in viris patricijs, quibus turpe eſt habere
vxorem vilem; cùm ipſi à principe loco patris aſciti ſint.
d.§.ſed ex conſtitutione.Inſtit.quib.modis ius patriæ po-
teſt.ſoluitur. Et hodie iure Cæſareo nouiſsimo & aperti
iure Pontificio inſpecto abſolutè omnes poſſunt viles &
abiectas ducere.

Non obſtat tertium,quia reſpondetur primò, illam Ia-
ſonis, Cæpolæ & priùs Angeli interpretationem ad d. §.
eſt & aliud,in auth.quib.mod.nat. eff.legit.non eſſe verã,
19 nec caſui noſtro conuenire.Illa enim conſtitutio † loqui-
tur, quando mulier iam ducta in matrimonium, (ſi modò
de ea illa conſtitutio,vt mox ſubijciam,loquitur)quo iam
nati filij legitimi redduntur,adulterio thorum viri macu-
lauit. nam hoc caſu filij non legitimantur, ſed ob (vt ibi
ſcriptum eſt)matris delictum pœnam hanc ſuſtinent.Cu-
ius rei ratio eſſe poteſt,quòd dubitauerit lex, an filij ij ſint
à patre iſto procreati: cùm turpis conditio præſentis vitæ
ſuſpectam reddat & preteritam. Qua ratione diluitur cõ-
ſideratio Emmanuelis Coſtæ in d.§.& quid ſi tãtùm, par-
te 2.nu.101.verſi.ſed hoc ſine iudicio. Reſpondetur ſecun-
dò ex declaratione & intellectu præcitati Emmanuelis.
d.§.& quid ſi tantùm.num.103.verſic.Ergo ita conſtituẽ-
dum eſt,&c.qui ex ſentẽtia Nicolai Vbaldi in tract.de ſuc-
ceſsio.ab inteſtato.nu.73.diſtinguit matrimonium verum
à præſumpto.Et cùm verum contrahitur matrimonium e-
tiam cum meretrice, filij iam ex illis nati, modò conſtet
eſſe natos ex eis,legitimi efficiuntur.Et hic eſt caſus noſter,
qui ita à multis,(vt diximus)rectè probatur.Cùm verò a-
gitur de matrimonio præſumpto, tunc non præſumitur
filiios ex vili & inhoneſta muliere natos factos eſſe legiti-
mos,etiamſi pater teſtamento filios appellauerit, nec ad-
iecerit naturales.ita hoc caſu loqui d.§.ſed & aliud, in au-
then.quib.mod.nat.eff.legit. & tex.§.adhoc. in auth.vt
liceat matri & auiæ, intelligit Emmanuel poſt Bartolum
d.conſ.120.Verutius,nu.3.li.1.Angelum & alios quos ci-
tat,& infra dicemus.

Reſpondetur tertiò,tex.d.§.ſed & aliud,non loqui cùm
pater recuſat ducere in vxorem illam inhoneſtam, & quæ
thorum violauit, & ob id ex eo matrimonio non poteſt
eos legitimos reddere;etſi hoc maxime cuperet.atque ita
lex relinquit in poteſtate patris,quòd illam ducat vel non
ducat.id quod vno verbo ſenſit Emmanuel. in dict. §. &
quid ſi tantùm,parte 1.nu.104.verſ.denique.Qui ſanè ſen-
ſus ſuadetur ex illis verbis; neque dignam eſſe exiſtima-
uit.Quod quidem verbum exiſtimauit,ſignificat volunta
tem liberam,& idem eſt quod iudicare,ſtatuere, vel decer
nere,vt apud M.Tull.in oratio.4 in Verrem. Certiſsimũ
accipite argumentum, quo facilius de ſingulari eius im-
pudentia exiſtimare poſitis. Et hîc cenſeo animaduertan
dum ad illius conſtitutionis declarationem, quòd Iuſti-
nianus voluit illegitimos poſſe legitimari p reſcriptum,e-
tiam quando vnum ex tribus impedimentis obſtat.

Primum quorum eſt, cùm mater eſt mortua antequam
duceretur in vxorem, & dotalia inſtrumenta conficeren-
tur. Quod ſane impedimentum à natura ipſa & caſu pro-
uenit.de hoc impedimento loquitur text.d.§. ſed & aliud
in princ.
Secundum eſt impedimentum prouenicns à facto alte-
rius parentum.nempè à facto mulieris,quæ circa thorum
deliquit.de hoc impedimento loquitur tex.d.§. ſed & a-
liud verſ.& quidam etiam.

Tertium eſt impedimẽtum à facto tertij proueniens,
nempè eorum qui matrem filij legitimandi occultant.
De hoc loquitur.text.§.nouimus autem. Et tria hæc im-
pedimenta idem Iuſtinianus in §. ſi quis ſanè, illo tit. his
verbis complectitur.Siquis ſanè non habens filios legiti-
mos,naturales autem tantummodò,ipſos quidem ſuos fa-
cere voluerit; mulierem verò aut non habet penitus, &c.
Ecce primum impedimentum. Aut quæ non ſine delicto
ſit.Ecce ſecundum impedimẽtum, quod eſt ſolius delictæ
mulieris, non autem ob conditionem vilem ſui generis.
Aut quæ non appareat, habeat autem ſecundum quandam
legem ad matrimoniũ præpeditam.Ecce tertium impedi-
mentum, quod quidem à facto tertij proueniens efficit.vt
& lege videatur vir impeditus ducere illam, quæ adeſſe nõ
poteſt:etſi malè Accurſius & cum eo recentiores, vt Cuia
tius,interpretentur.præpeditã lege, vt ſi effecta eſſet mo-
nialis,vel, vir ſacerdos.

Non obſtat vltimum, quia reſpondetur, magis receptã
opinionem eſſe contra Angelum & ſequaces; quod tantò
verius eſſe conſtabit, ſi aliquos ex hoc ipſo numero ſub-
duxerimus. Et inter cæteros ſubducitur Picus, qui nec v-
nam nec alteram opinionem probat, ſed ſubdubius rem
reliquit indeciſam.Subducitur & Petraſancta qui etſi ſuæ
opinionis recenſeat Angelum; attamen cum recẽſet qua-
tenus Angelus probat opinionem Bar.d.conſ.120.quæ vt
j.dicemus) diuerſam admodum habet rationã ab hac no-
ſtra.Eſt etiam ſubducendus Ia.qui in d. §.& quid ſi tãtum
nu.107.& in d.l.neq;profeſsio.num.4. C.de teſta.ſimpli-
citer tantùm non diſcuſsis rationibus Angelum ſecutus
eſt.Et ideo ipſe Iaſon re diligentius examinata, contrariũ
reſpondit in d.conſ.234.li.2. Et illius opinioni in illo con-
20 ſilio magis deferendum eſt, cùm illa opinio † præualeat
quæ rationibus perpenſis firmatur, vt tradit Alciatus in
tract.de præſum.reg.1.præſumpt.51.& lib 4.Parerg.iuris,
21 c.17.& Neuizan.lib.5.ſyluæ nupt.nu.29. Ex eo etiam † ꝙ
opinio affirmata in conſiliis prȩualet illi,quæ fuit in lectu
ris approbata;vt ſcribunt Boer.q.155.nu.24.Alciatus reſp.
263.in fin.Gomeſ.in §.quædam.nume.26.inſt.de actio.&
Soc.Iu.conſ.23.nu.10.lib.1.Quod tamen poſtremum di-
ctum dubitatione non caret, cùm alij plures diſſentiant,
vt idem Soc.Iun.conſ.56.nu.7.li.1.Rub.conſ.127. nu.8.&
Craue. de antiq.tempo.3. par.primæ partis.nu.48.Et pa-
rum eſt deferendum.Soc.Iu.in d.conſ.52.nu.2. li.1.dũ ſe-
ſequitur opinionem Angeli; quandoquidem incõſidera-
tè loquitur Socinus dum aſſerit Angelũ non habere con-
tradictorem.Nec obſtat illa cõfirmatio ex doctrina Bar.
d.conſ.120.Verutius Coraducij.nu.3.lib.1.quia reſponde-
tur,diuerſos admodum eſſe terminos qõnis noſtræ ab il-
lis,in quibus loquitur Bar. Nam loquitur Bart.in matri-
monio præſumpto, quod ex ſola nominatione prouenit.
Cùm enim pater nominat filiũ illegitimum vt legitimũ
vt ſi dicit ſuum in eo actu, qui ſoli filio legitimo conue-
nit, ſatis probatur ille filius legitimus: quia lex præſumit
virum duxiſſe illam in vxorẽ.auth.ſiquis.vbi Salicetus.C.
de natural.liber & præter iã relatos ſcribunt Craue.conſ.
166.nu.12. Gozad.conſ. 21.nu.1.2.Soc.Iun.con.91.nu.29.
lib.3.& Alciatus reſp.507.in fi. Quemadmodum à fortio-
22 ri videmus,filiationem † ipſam probari nominatione facta
à patre in actu,qui ſoli filio conuenit, vt poſt Bar. in l.2.§.
idem. ff.de lib.agno. Decium in c.per tuas.nu.7.de prob.
ſcripſi copioſè lib.2.de arbitra.iudicum. caſu.89. nu.78.
Ab hac tamen præſumptione ex ipſa nominatione pro-
uenienti recedimus, cum altera contraria adeſt coniectu-
ra, qualis eſt hæc, quòd mater illius filij fuiſſet indigna,
quæ illo viro copularetur in matrimoniũ. Ex ea enim tur
pi & indecora mulieris conditione oritur præſumptio à
lege probata,quòd eam in vxotem non duxerit; & per cõ
ſequens non fecerit filios legitimos. Et licèt eos legiti-
mos, ſeu ſuos appellet, id ex quadam modeſtia prouenit;
nõ autem quòd tales eſſe verè cenſeat. atque ita iſta præ-
ſumptio ex nominatione diluitur atq;perimitur à contra-
ria efficaciori,quæ ex qualitate mulieris deſcẽdit. Ita Bar.
in d.con.120.& ſequaces interpretatur Nicolaus de Vbal-
dis in d.trac de ſucceſsionibus vbi inteſtato.num.73.Nos
verò loquimur in matrimonio verè contracto, quæ ſanè
veritas præualet illi efficaci præſumptioni, quam ex tur-
pi conditione mulieris prouenire diximus. Atque ita Ni-
colaus de Vbaldis rectè cenſuit. Et ab eo non diſſentit
Emmanuel Coſta in d.§.& quid ſi tantùm.num.140.Qui-
bus cõſtat rẽ hãc eſſe pro his filijs claram & apertam.

Iacobus Menochius I. C.

## SUMMARIUM.

1 *Comes Palatinus ſi non habuerit ſpeciale priuilegium legitimandi in-
fantem,& legitimauerit:an valeat talis legitimatio.*

i. I. 2 Legi-

2 *Legitimatio neceßario requirit legitimati conſenſum, & de ratio-* *
*ne, quare, & nu. 16.*
*Et ita in reſtitutionibus natalium. ibidem.*
3 *Legitimatio requirit cauſam, quæ eſt vel neceßaria, vel vtilis, vel*
*prærogatiua; quæ cauſæ nō præſumuntur niſi appareant, & hoc*
*eſt in legitimatione Comitis Palatini, non Principis; quia eius vo*
*luntas pro cauſa habetur.*
4 *Conſenſus aui an requiratur in legitimatione nepotis ex filio.*
5 *Qualitas naturalitatis legitimandi, eſt ſpecificanda Comiti legiti-*
*mãti, aliàs legitimatio non valet, & nu. 24. in fine.*
*Et idem dicimus de quocunque alio defectu. ibid.*
6 *Semel legitimatus non pōt amplius legitimari, vt de adoptato, ma*
*numiſſo, baptizato, & cæteris dicitur; quia aliàs eßet potius di-*
*ſpenſatio quàm legitimatio. & de veritate vide ſub num. 25,*
7 *Clauſula in legitimatione appoſita, ſinè præiudicio ſuccedere ab in-*
*teſtato debentium, quomodo intelligatur; & latius ſub num. 25.*
*in fin. & 27.*
*Legitimatus quomodo ſuccedat patri. ibid.*
8 *Verba priuilegij ſunt interpretanda vt aliquid poßint operari.*
9 *Homo vt aliquid faciat; tria requiruntur, primò poteſtas, ſecundò*
*voluntas, tertiò ſcientia.*
10 *Legitimandi poteſtas maxima in Principe, & quæ.*
11 *Princeps an poßit delegare Comiti maximam illam poteſtatem le-*
*gitimandi, quam habet, vt etiam ipſe Comes habeat eandem au*
*thoritatem.*
12 *Dictio plenè, plenißimè, vel pleno iure, quam habeat ſignificatio-*
*nem. & quid de dictione quoſcunque, & nu. 17.*
13 *Verba hæc, vt ſuccedat quibuſcunque in omnibus & per omnia,*
*quid ſignificent, & nu. ſequen.*
*Delegati authoritas. ibidem.*
14 *Legitimatus ſub his verbis, vt poßit ſuccedere omnib. & quibuſ-*
*cunque,, ac pro omnibus & quibuſcunque rebus, an poterit ſuc-*
*cedere in feudo & emphyteuſi eccleſiaſtica.*
*Clauſula generalis caſus expreßi habet vim. ibidem.*
14 *Credendum eſt Comiti in eo quod dependet à ſua ſcientia & ani-*
*mo, maximè quando non tractatur de eius intereſſe.*
16 *Infans an poßit legititimari abſque ſpeciali mandato ſeu priui-*
*legio.*
17 *Plena & ampla facultas conceßa, cuius ſit naturæ.*
18 *Legitimatio facta infanti cum conſenſu tutorum, an valeat.*
19 *Dictio omnimoda, maximum habet effectum.*
*Clauſulæ non obſtantibus legibus, &c. vis & energia. ibidem.*
20 *Infans ſi fuerit legitimatus cum conſenſu tutorum, an facto maiore*
*requiratur eius ratificatio. & num. 23. Et quid de tacito conſen-*
*ſu. ibidem.*
21 *Cauſa iuſta quòd interueniat in legitimatione an credatur patri le-*
*gitimanti.*
22 *Legitimatio poteſt fieri abſque cauſa, dū tamen ita uelit pater, quia*
*voluntas patris pro iuſta cauſa habetur.*
23 *Clauſulæ motu proprio, & ex certa ſcientia, quid operatur, & 25.*
24 *Legitimatio an requirat citationem aui, pro aui & maiorum, ſi ad-*
*ſunt.*
25 *Clauſula quorumcunque, & omni meliori modo, quid operetur.*
26 *Pater non poteſt plus relinquere legitimato ſpurio quàm legitimis.*
25 *Tranſuerſales an ſint vocandi in legitimatione filij ſpurij facienda.*
28 *Verbum ſuccedere, refertur tam ad cauſam teſtati quàm ad cau-*
*ſam inteſtati, & quomodo intelligatur.*

## CONSILIVM XIX.

# Initium à Domino.

HAEc magni ponderis con-
ſultatio perdifficiles ac per
multas habet dubitatio-
nes. Nam tot & tanta ob-
iiciuntur aduerſus hanc à
Comite Palatino factam le
gitimationem, vt in ma-
gno diſcrimine verſari vi-
deatur. Verè enim multis
eam non conſiſtere dicen-
dum, prima (vt aiunt) facie
videtur.
1 Primò, quia hîc à Comite Palatino non habente † ſpe-
ciale adhoc priuilegiū, legitimatus eſt infans. Et receptior
videtur doctorum opinio, neceſſarium fore illud ſpecia-
le & expreſſum priuilegium. ita communem * teſtatur
Curt. Sen. conſ. 65. Serioſa narratione, colu. 3. & 4. qua ita
ſenſiſſe Bart. in l. iubemus, in fi. C. de eman. liber. & in l. vl.
ff. de ijs qui ſunt ſui vel alie. iur. Salic. in d. l. iubemus. An-
char. cōſil. 241. Ex tenore. nu. 4. Ang. in diſputatione. No-
bilis quidam genere, col. 3. verſ. quantum autem. qui ſcri-
bit, ſolùm Principem poſſe legitimare non conſentientes,
vt mente captos, niſi ſpecialiter ſit conceſſum Comiti. de
infante idē cenſuit Ant. Roſellus in tract. legitima. Rubr.
de cauſa mater. & ſubiect. nu. 18. Martin. Laud. in tract. le-
gitima. num. 148. verſ. quæro, an baſtardus infans. Præpoſ.
in c. per venerabilem. §. quod autem. nu. 12. qui filij ſint
legit. Roman. conſ. 194. nu. 9. His etiam accedunt Lu. Sar-
dus in tract. de natura. liber. tit. de legitimat. per reſcrip-
tum. num. 4. Soc. Seni. conſi. 295. col. pen. verſ. ſed ad hoc,
Iaſ. in l. eam quam. nu. 8. C. de fideicomm. & conſ. 73. nu.
5. libro. 2. Dec. conſ. 367. nu. 2. Ruin. conſ. 72. num. 8. conſ.
90. nu. 1. conſi. 100. col. 6. verſ. & ex his. lib. 3. Curt. Iunior
conſ. 32. nu. 2. conſ. 145. in fi. Pariſ. conſ. 3. nu. 22. & conſilio
15. nu. 52. li. 2. Alcia. conſ. 490. nu. 17. Emanuel Coſta in l.
Gallus. §. & quid ſi tātum. par. 2. nu. 114. Rol. conſil. 61. co.
1. libr. 1. copioſè Siluanus conſil. 45. nu. 6. 7. 16. cum multis
ſequentibus.
Cuius quidem ſententiæ illa ſolida ratio eſt, quòd le-
2 gitimatio † neceſſariò requirit legitimati conſenſum. Quē
ſanè conſenſum cùm præſtare non poſsit infans, qui quod
videt ignorat. l. 1. §. infans. C. de falſa mone. cum ſimilib.
ille defectus ſuppleri debet ab ipſomet Principe, vel eius
loco à Comite Palatino. Quòd in legitimatione neceſſa-
rius ſit legitimati conſenſus, probat tex. in §. generaliter,
in auth. quib. mod. nat. effic. ſui. & ſcribunt relati. omnes.
Ratio huius conſenſus illa creditur, quòd filius iſte illegi-
timus cùm liber à patria poteſtate ſit, ei ſubijcitur, atq; ita
libertatem perdit; quæ cùm inæſtimabilis ſit. l. libertas, de
reg. iuris, efficit, vt ob id dicatur legitimatio damnoſa fi-
lio. ita Soc. Sen. d. conſ. 295. col. penult. in fi. li. 2. Barba. cō-
ſi. 34. col. 2. lib. 2. Ruin. conſil. 70. nu. 5. li. 3. Brun. conſi. 15.
nu. 5. & Boe. q. 160. nu. 3. Hinc reſpondit Bald. conſ. 388.
Reſpondendo ad dubia. lib. 5. abſentē, qui conſentire non
poteſt, cùm ignoret, nō poſſe legitimari. quod placuit &
Ruino conſil. 71. nu. 5. 6. li. 3. alios recenſet Boe. d. q. 160.
num. 4. Accedit & alia ratio, quòd cùm reſtituere natalib⁹
ſit donum & liberalitas, & ſic beneficium Principis. §. ſi
verò quis ſolummodo. in auth. quib. mod. nat. eff. ſui. & l.
nuper. in fin. C. de natur. lib. illud non acquiritur niſi ac-
ceptanti & conſentienti. l. qui abſenti. ff. de dona. Similia
ſunt apud Roma. in d. l. qui abſenti. Bartolum & Iaſ. in l.
beneficium. ff. de conſt. princ. Cùm ergo in caſu noſtro is
Comes Palatinus non videatur habuiſſe ſpeciale hoc pri-
uilegium, hæc legitimatio ab eo facta corruere. videtur.
Secundò, vel ex eo deficere videtur hæc legitimatio,
quòd ſine iuſta cauſa facta videtur. Nam, etſi ſola Princi-
3 pis † ſuperioris voluntas ſufficiat, & pro cauſa iuſta in
legitimatione habeatur, vt ſcribunt Iaſ. cōſil. 84. columna
ſecunda, libro ſecundo. & conſi. 127. columna ſexta. libro
quarto. Decius conſil. 579. numero ſecundo. Ruin conſi.
96. numero 11. libro tertio Cur. Se. conſ. 65. Serioſa, colu.
ſeptimo. verſi. venio ad ſecundum. & conſi. 74. Super me
morata, columna 27. verſic. veniamus ad tertiam. & Goz.
conſilio ſexto, numero primo, & num. 56. conſil. 85. num.
18. attamē in Comite Palatino iuſta omnino cauſa requi-
ritur: ita ferè omnes relati. & præter eos Pariſ. conſil. 12.
num. 158. lib. 2. & Curt. Iun. conſil. 75. num. 4. qui ſubiicit,
de cauſa conſtare oportere, cùm illa non preſumatur,
quod expreſsim fatentur & Ruin. d. conſ. 96. nu. 11. lib. 3.
Cur. Se. cōſ. 65. col. 7. in fi. Galliaula in l. Gallus. §. & quid
ſi tantùm. nu. 88. in fi. de lib. & poſth. Pariſ. conſ. 2. nu. 28.
conſ. 6. nu. 26. conſ. 9. nu. 35. & conſ. 12. nu. 160. li. 2. Soc. Iu.
conſ. 97. nu. 38. lib. 2. Rol. conſ. 89. nu. 51. lib. 1. & idē in diſ-
penſatione Rol. conſ. 61. nu. 25. eo. Cauſa autem iuſta eſſe
dicitur vel neceſsitas vel vtilitas vel prærogatiua perſo-
næ. capite per venerabilem. §. primo & ibi Præpoſ. in ter-
tio. notabili. qui filij ſint legitimi, illum ſecutus eſt Bru-
nus conſilio decimoquinto. numero ſexto. Atqui in caſu
noſtro hæ omnes deficere videntur: ſiquidem nulla ne-
ceſsitas vel vtilitas adeſſe videtur huic patri ligitiman-
ti, qui ſatis familiam ſuam conſeruare poterat per eius fra-
trem & cæteros ex ſua ipſa familia. Nulla etiam legi-
timati prærogatiua videtur conſiderabilis, cùm legitima-
tus infans nihil ætatis defectu meruiſſe potuit, vt egregiè
in ſpe-



in ſpecie conſiderat Curt. Iu. conſ. 75. nu. 5. & Anch. conſ.
124. Ex tenore. num. 2. 3.
Tertiò, corruere videtur hæc legitimatio, quia facta eſt
à patre auo non conſentiente: qui quidem auus † conſen-
4 tire omnino debuit, vt in ſpecie reſponderunt Iaſ. conſil.
184. col. 1. li. 2. Corneus conſ. 34. num. 2. li. 1. Dec. conſ. 338.
nu. 4. & conſ. 393. col. 3. verſ. 3. reſpondetur vbi conſ. 579.
num. 6. Ant. Roſellus in tract. de legitima. li. 2. tit. de cauſa
mater. & ſubiect. legitima. num. 10. Ruin. qui contra Iaſ. d.
conſi. 184. in eadem facti ſpecie reſpondit conſ. 70. nu. 5.
& conſ. 71. nu. 3. li. 3. Soc. Iun. conſ. 97. nu. 3. li. 2. Sylua. conſ.
45. nu. 37. verſ. 3. loco. & nu. 38. verſ. 4. moueor ea eſt ratio,
quòd ad hoc vt quis tranſeat in alterius poteſtatem, ita re-
quiritur conſenſus illius, cui poteſtas acquiritur, quemad-
modum & illius qui poteſtati ſubijcitur. Ita videmus in
adoptione, quæ non efficit adoptatum eſſe ſub poteſtate
aui, cum pater adoptatur, niſi is auus adoptioni conſen-
tiat. l. in adoptionibus. & l. cum nepos. ff. de adoptio. & l. is 7
qui eo. etſi cæteris agnatis ſine eorum conſenſu agnoſca-
tur agnatus, vt in adoptione fit. leg. cum adoptio. ff. de a-
dop. vbi gl. & Cor. d. conſ. 34. numero quarto Dec. conſi-
lio 316. n. 7.
Quartò, ea ratione impugnatur hæc legitimatio, ꝙ nō
ſolùm is auus non cōſenſit, verùm etiam in ea impetratio-
ne legitimationis nulla eſt de eo facta mentio, quæ tamē
requirebatur. ita Emmanuel Coſta Luſitanus in l. Gallus.
§. & quid ſi tantum. parte 2. num. 146. de lib. & poſth. Illa
videtur eſſe concludens ratio; quia, ſi filiorum legitimorū
facienda eſt ob id mentio quòd eis ſit debita ſucceſsio &
legitima, ita pariter & aui, cui tanquàm aſcendenti legiti-
ma debita eſt. §. 1. in auth. de hæred. & fal. omnes in aut. no-
uiſsima. C. de inoff. teſt. & verè ſi Comes Palatinus ſciuiſ-
ſet extare aſcendentes, difficilius conceſsiſſet; ergo illa vi-
tiare videtur. c. poſtulaſti, de reſcrip. & ibi ſcribunt Feli-
nus & cæteri.
Quintò, deficere videtur hęc legitimatio, quia cū plu-
res adeſſent in eo legitimato defectus oīum facta non eſt
mentio, vt tamen neceſſe eſt. ita Brunus conſil. 15. nu. 3. A-
lex. conſi. 60. nu. 23. & latè conſ. 195. nu. 5. lib. 2. Dec. conſi.
55. nu. 7. & 338. num. 5. conſ. 462. nu. 4. & conſ. 510. num. 5.
conſ. 462. nu. 4. & conſ. 510. nu. 5. Plures defectus extitiſſe
5 conſtat: nam primò erat illegitimus, † hoc eſt naturalis,
immò ſpurius. & tamen non expreſsit hoc ſpurietatis vi-
tium, cùm non dixerit eſſe natum ex muliere coniugata, vt
erat neceſſe, vt ſcribunt Goza. conſ. 6. nu. 72. & conſil. 85.
nu. 3. vbi multos recenſet. Ruin. conſ. 158. nu. 12. li. 1. conſ.
66. nu. 29. conſ. 68. nu. 4. li. 3. Neuiz. conſ. 99. nu. 14. imò in
ſpecie qualitas ſpurietatis erat exprimenda. ita Baldus in
l. eam quam, nu. 36. C. de fideic. latè Fel. in cap. poſtulaſti. 8
nu. 2. col. 6. verſ. 5. & vltima declaratio. de reſcr. Ripa in l.
ex facto. §. ſi quis rogatus. il 1. numero 3. ff. ad S. C. Trebell.
& præter eum Anch. conſi. 418. Circa primum Soc. Sen.
conſ. 47. nume. 26. & nu. 46. libr. 4. Barba. conſ. 9. nu. 4. li.
2. Dec. conſi. 579. nu. 4. & Soc. Iu. conſ. 79. nu. 38. li. 2. Rol.
à Valle conſ. 89. num. 42. lib. 1. idem cenſuit Ant. Roſellus
in tract. de legitimatione, tit. de cauſa formali legitima-
tionis & Neuiz. d, conſ. 99. nu. 13. Sextò, iure ſubſiſtere nō
videtur hæc legitimatio, quia dicitur legitimare iam le-
gitimatum. Nam ex facto præſupponitur, hunc filiū fuiſſe
5 ab alio † Comite Palatino legitimatum: ſed cùm de ea le-
gitimatione pater dubitaret, vt magis & diligentius filio
conſuleret, voluit iterum eum legitimare. Non ergo vale-
re videtur hæc ſecunda, cùm legitimatio actus reiterabi-
lis non videatur. ita enim videmus, quòd ſemel adoptatus
non poteſt amplius adoptari. l. adoptare. ff. de adoptio. ita
ſemel manumiſſus non poteſt amplius manumitti. l. 2. C. 9
de manumiſſ. vind. & ſemel baptizatus iterum baptizari
nō poteſt. c. ſicut presbyter. §. quod ergo. 58. diſtin. & to-
to titu. de ſanct. baptiſma reiter. Hinc Bald. in d. l. 2. C. de
manu. vind. regulam conſtituit, quòd vbi quid ex ſolo a-
ctu conſumitur nō amplius reiteratur. l. ſequitur. §. lana.
ff. de vſucap. Accedit quòd vbi alius eſt ſemel legitimatus,
non videtur ſecundæ legitimationis facultas tributa Co-
miti Palatino, qui ſolùm poteſt naturales & ſpurios legi- 10
timare: at ſemel legitimatus talis non eſt. l. Imperialis, vbi
Bal. & Salic. C. de nupt. cùm ergo verba priuilegij nō con
ueniant; ergo nec eius diſpoſitio. Confirmatur, quia hoc
modo non diceretur legitimare hic Comes Palatinus, ſed
potius diſpenſare. Nam legitimare iam legitimatum veri⁹
eſt diſpenſare: ita Soc Se, conſ. 246. col. 3. verſ. 2. prima legi-
timatio, lib. 2. Cur. Sen. cōſ. 16. col. 9. verſ. 4. comprobatur.
& conſ. 74. Super memorata, col. 11. ver. ſed præmiſsis om-
nib. quos refert Gozad. conſ. 6. nu. 19. Quæ ſanè diſpenſa-
tio cùm multum à legitimatione differat, non videtur cō-
ceſſa huic Comiti, qui legitimandi poteſtatem habet. Ita
deducit Goza. d. conſ. 6. nu. 17. qui nu. 24. ſubijcit, diſpoſi-
tionem intelligi de prima vice. l. boues. §. hoc ſermone.
de verb. ſignifi. ſufficit ergo quòd is ſemel fuerit legiti-
matus. Et in ſpecie, quòd ſemel legitimatus legitimari i-
terum non poſsit, affirmant Curt. Senior conſilio 74. Su-
per memorata. columna 12. 13. & 14. Socinus Senior conſi-
lio 246. columna tertia verſiculo ſecundo prima legiti-
matio. & Curtius Iunior conſilio 27. in fi. qui tamē decla-
rat, non procedere in ſecunda legitimatione facta per ſub-
ſequens matrimonium.
Septimò ac vltimò, hæc legitimatio non vř obeſſe fra-
tri huius legitimantis, cùm in ea legitimatione adiecta ſit
† clauſula, ſine præiudicio ſuccedere debentium ab inte-
ſtato. quæ quidem clauſula etſi multiplicem habet inter-
pretationem, vt copioſè recenſet Soc. Sen. conſi. 41. colu.
penult. libro tertio. Ruin conſ. 103. nu 4. lib. 3. & Ant. Ca-
picius deci. 22. verum tamen illa vř & verior & receptior,
quòd legitimatus non ſuccedat ex teſtamento patris, ſed
ab inteſtato non ſuccedentibus, ijs quib. aliàs ab inteſta-
to huius patris legitimantis ſucceſsio defertur, atque
ita omnium poſtremus in ſuccedendo eſt legitimatus i-
ſte. ita affirmarunt. Nicolaus Vbaldus in tractatu de ſuc-
ceſsio. ab inteſtato. parte prima principalis, in fin. qui eiuſ
dem opinionis recenſet Petrum Vbaldum, Dionyſium de
Peruſio, & Ioan. Petrucium. hanc ſecuti ſunt Capra conſ.
157. fuit diſpenſatum. num. 45. Caſtren. conſ. 220. viſa qua-
dam diſpenſatione. col. 2. lib. 1. idem in l. Gallus. §. & quid
ſi tantùm. num. 7. & ibidem Aret. num. 9. de lib. & poſth.
Ancha. conſ. 241. ex tenore. num. 3. Soc. Sen. conſ. 212. col.
6. verſi. 2. clarè. lib. 2. quod eſt relatum inter conſilia Curt.
Sen. conſ. 18. Cur. Sen. conſi. 74. ſuper memoratá. colum.
9. verſi. ſed ſolummodò. vbi teſtatur hanc eſſe commu-
* nem. * Eandem probauit Ruin. conſ. 103. nm. 4. lib 3. vbi
pariter ſcribit hanc eſſe communem. confirmatur aucto-
ritate Baldi ſuo reſponſo, quod eſt relatum inter conſilia
Angeli conſ. 265. verba autem, dū reſpondit ob hanc clau
ſulam agnatos aliàs ab inteſtato ſuccedētes vſque ad quar
tum gradum excludere hanc legitimatum ob id, ibi in ſpe
cie noſtri caſus ait, fratrem legitimantis excludere legiti-
* matum. & cum Baldo eſſe ēt cōem * opinionem teſtatur, &
eam probat Soc. Iun. conſ. 120. nu. 22. & conſi. 212. nu. 16. li.
2. Quorū opinio optimè ea rōne probari videtur, ꝙ clauſu
la hæc fruſtrà appoſita fuiſſet, quod non eſt dicendū. l. ſi
qñ. de l. 1. Et verba † priuilegij atq; ſcripti ita eſſe interpre-
tanda, vt aliquid operentur, egregie ſcribunt Dec. in l. 1. in
fi. C. de ſecun. nupt. Felin. in. c. 1. nu. 4. & ibidem Cec. col.
5, & Ripa. nu. 42. 43. de reſcr. qui latiſsimè diſſerunt. imò in
diſpoſitione odioſa & ſtrictæ interpretationis, verba ita
eſſe interpretanda, vt aliquid operentur, copioſè reſpon-
dit Crau. conſ. 272. nu. 7. & conſ. 294. nu. 3. & col. 12. ver. 5.
loco. Hæc me dubium & ancipitem reddebant.
Re tamen diligentius conſiderata, contraria ſententia
verior viſa eſt; nempè hunc legitimatum eſſe ritè & rectè
legitimatum, & ob id excludere patruum, & alios quoſcū
que alià ab inteſtato ſuccedentes. Quod verum eſſe ita pa-
làm faciam. nam ante omnia oſtendam amplam & omni-
nò perfectam eſſe hanc legitimationem, deinde adductis
in contrarium pro viribus ſatiſfaciam. Verè enim omnis
huius conſultationis dubitatio in diſſolutiōe eorum, quæ
obijciuntur. Quò autem clarius & apertius eluceſcat hæc
consultatio, dicendum nobis eſt, actus humanos † tria re-
quire vt conficiatur & conſiſtant. Primò conficientis po-
teſtatem, ſecundò eiuſdem voluntatem, tertiò ſcientiam.
ita ſcribunt gloſſ. in leg. ſi filiæ. C. de donat. ante nupt. in
cap. ſuper abbatia de off. deleg. & pulchrè ex Ariſtotelis
ſententia Afflic. deciſi. 305. numero. ſeptimo. In hac legi-
timatione hæc tria verè concurrunt. Nam primò con-
currit poteſtas: quia illud certum eſt, magnam, imò ma-
ximam eſſe principis poteſtatem in legitimando † & re-
ſtituendo illegitimum naturalibus & iuri ſuccedendi pro
prio parenti. Siquidem poteſt princeps hanc illegitiman-
qualitatem, quæ iuris poſitiui eſt, abolere: vt oſtendunt
duæ illæ conſtitutiones in auth. quibus modis natural. eff.
ſui. & authen. quibus mod. natural. efficia. legitimi. illegi-
timitatem iuris eſſe poſitiui vel ex eo cōſtat, quòd omnes
i. 2. legitimi

legitimi & æquales naſcebantur.§. natura.in auth.quibus
mod.nat eff.ſui.ex antiquis ita cenſuit Richard.Malumb.
vt refert.Bar in l.3.num.,.ff.de concub.Alb.l.1.§.ius natu
rale.de iuſt. & iu.Bal.nouellus tract.de dote. parte. 3.nu.
7.etſi alij à Palæoto relati de nothis ſpuriiſque filiis, cap.
1.diſſentiant.& cum Richardo etiam in ſpecie reſpondit
Pariſ.conſ.1.nu.74.lib.2.Hanc legitimandi facultatem ita
exercere poteſt Princeps, vt neceſſe non habeat citari fa-
cere agnatos,cùm ſua non interſi,ex quo patre volente fi-
lius legitimatur.ita omnes in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm
de lib.& poſthu.ibi Caſtr.col.penul.num.7. Soc. Sen col.
* 8.num.21.verſ.4.conclu. vbi cōmunem*teſtatur & Gal-
liaul.colum.antepe.Feder.de Sen. conſ. 57. Iaſ. conſ.110.
col.3.lib.4.Dec.conſ.393.col.antep. Pariſ. conſil.13.num.
36.lib.ſecundo.Boe.quæſt.122.Imò his ipſis agnatis inui-
tis à Principe legitimari poteſt filius mortuo pr̄e, etiamſi
hæreditas ab illis adita atque apprehenſa fuerit, ita Bart.
in dict.§. & quid ſi tantum.num, 14. & cum eo ſenſerunt
Lud.de Sardis in trac.de legitima.tit.de legitimatione per
reſcriptum.num.8.Caſtr.in leg.3.num.4.ff.de teſtam.&in
l.cùm hæredes,in prin.ff.de acq. poſſ. & conſ. 178. dona-
tio prædicta.colum.ſecunda.lib.1.Alexand.conſ.2. num.3.
lib.1.Crotus in d.§.& quid ſi tātum.nu.63.& ibidē Clau-
dius.Iaſ.conſilio 127.col.3.lib.4.Bertr. conſ.26.nume 19.
lib.2.Dec.in c.quæ in eccleſiarum,num.26.verſi. quintus
caſus.de conſt.& conſ.269.nu.10.conſ.498. nu.5.& conſ.
698.nu.8.& Cur.Iun.conſi.174.nu.15.etſi ab hac ſenten-
tia diſſentiant Alex.in d.§.& quid ſi tantùm. nu.25. Aret.
ibi col.pen.Soc.num.24.Rui. & Galliaul.col.vlt.Felin.in
cap.quæ in eccleſiarum.nu.46.de conſt. Non ergo dubi-
tandum eſt quin magna & maxima ſit Principis poteſtas
11 in legitimando. Hanc poteſtatem poteſt is Princeps†tri-
buere atque delegare Comiti Palatino; etſi legitimare de
regalibus ſit.ita Bald.in l.1.ff.de tuto.& cura.dat.ab his.&
in l.cùm filius.ff.de mil.teſta.Decius conſil.288.colum.2.
Iaſ.conſ.68.colum.5.num.12.libr.3. quos recenſet Rolan.
conſilio 89.nume.ſeptimo,lib.1. Quocircà dicimus, Co-
mitem Palatinum eandem poteſtatem habere, quam ha-
bet princeps ipſe.Nam(ſi ita Principi placuit)poteſt legi-
timare citatis & non citatis iis, de quòrum intereſſe agi-
tur,vti ſcribunt omnes in d.§.& quid ſi tantùm. ibi Iaſo.
* columna vltima,communem* eſſe teſtatur.idem Iaſ.cōſ.
39.col.4.num.7.&conſ.40.num.5.lib.3.Goza.conſ.6.nu.
69.conſi.25.num.15.conſi.85.nu. 12.& conſ.92. nume. 12.
Rui.conſi.68.col.2.conſ.69.col.1.conſ.74.num.22.conſ.
76.num.10.& conſ.81.col.1.lib.3.Pariſ.conſ.1. nume. 100.
conſ.7.nu.49.& conſ.8.col.pen,lib. 2. idem cenſuit cum
his Rolan.conſi.61.num.30.lib.1. Quibus accedunt Soci.
Sen.conſ.95.lib.4.Cæpo.con.66.num.19.in ciuilib.Curt.
Senſ.conſ.13.col.2.Comprobatur eorū ſententia, qui re-
ctè cenſuerunt,Comitem Palatinum ita poſſe ſpurios,vel
inceſtuoſos legitimare ac ipſemet Princeps, ſi modò ei
tributa eſt facultas hæc.ita omnes in d.§. & quod ſi tantū.
ibi Caſt.num.9.Alexād.nu.17.Iaſ.15.Alexād.conſi.67.nu.
16.conſ.82.col.1.lib.2.Rol.conſi.61.nu.31.li.1. Imò conce
dere poteſt Princeps Comiti Palatino vt poſsit ſine cau-
ſa legitimare:ita Goza.conſ.6.nu.35.& conſi. 25.nume.15.
poſt plures,quos recenſet. Quod aūt in caſu nr̄o huic Co
miti Palatino amplā atq; ampliſsimā legitimādi natura-
les ſpurios,& inceſtuoſos facultatē tribuerit Princeps,ſa-
tis oſtēdunt verba ipſius priuilegij. Si quidē primò ſcrip-
tum eſt,quòd poſsit.d.Comes legitimare,diſpēſare & na-
12 talib.reſtituere plene & pleniſsimè.Hæc verba,†plenè &
pleniſsimè, eā hn̄t vim vt is legitimatus nihil penitus à le
gitimè nato differat,ita quòd in ſtatuto loquēte de legiti-
mis continetur.ita in ſpecie Goza.conſ.6.nu.40.41.eſt.n.
magni effectus dictio plenè,& pleno iure. Nam plenum
dicitur,quòd eſt ſine aliqua diminutione.Bal.in l. precib.
nu.7.C.de impub.in ſpecie Rui conſ.100.col.6.verſ.3.li.3
vbi reſpōdit,ob hæc verba Comitem Palatinum poſſe le-
gitimare etiam in caſibus,qui requirunt ſpecialem ac ſpe
cialiſsimam conceſsionem.Præterea & ſecundò, perpēdo
illa verba priuilegij,vbi non ſolū naturales & ſpurios, ſed
& quoſcunq; inceſtuoſos & illegitimos. Quæ ſanè verba
operantur,vt comprehendantur,quæ aliàs non contine-
rentur:ita in ſpecie Goza.d.conſ.6.nu.41.& nu.45. qui af
firmauit, ob hæc verba legitimari poſſe ſpurium ad exclu-
ſionem fœminarum, iuxta ſtatuti diſpoſitionem; & poſſe
ēt legitimare infantes.Rurſus & tertiò conſidero illa ver-
13 ba,ita quòd poſsit ſuccedere d.eius genitori alijs†quibuſ-
cunque,in omnib.& per oīa ſine vlla dr̄ia.Quæ verba ma
gni ſunt effectus,vt poſt Caſtr.cōſil.34.& Deciū cōſ.316
nu.8.ſcribit Goza.conſil.6.nu.39.Nam,inquit Goza.tan-
ta eſt vis horum verborum, vt legitimatus excludat fœmī
nas ex diſpoſitione ſtatuti,quo fœminæ per maſculos ex-
cluduntur.idem Goza.conſ.48.num.15.& num.26. conſ.
85.nu.21.& conſ.92.col.5.& dixi s̄.Conſidero quartò ver-
ba illa,& quòd in his legitimationib.facere,quæ nos face-
re poſſumus. Hæc verba eum habent effectum, vt illa oīs
facultas,quæ Principi competebat,in hunc Comitem fue-
rit translata.ita ſenſit in ſpecie Goz.conſ.92.num.13.verſ.
præterea pondero,& rectè. nā omnia noſtra facimus, cū
aliquib. auctoritatem noſtram concedimus.l. 1. §.oīa. C.
de veter.iure enuclea.

Quintò etiam perpendo verba illa, nos præfatum Co-
mitem noſtri loco ſubrogamus,facimus & conſtituimus,
omnēque noſtram in his ptātem delegamus, atque decer-
nimus.Atqui delegatus illa poteſt quæ poteſt & delegās,
cuius perſonam ſuſtinet.l.1.in fi.& l.vlti.ff. de off.eius. &
in ſpecie hac Sylu. conſi.45.nu.33. dum ſimile de arroga-
tione adfert.qui tamen ait,hanc facultatem interponendi
auctoritatem in arrogationibus non competere, niſi ex
ſpeciali conceſsione. Dicamus nunc de ſecundo, nēpè de
voluntate Comitis Palatini, an ſcilicet voluerit hunc filiū
legitimare & plenè natalibus reſtituere. Et verè dicendū
eſt,voluiſſe:quādoquidem eiſdemmet verbis vſus eſt Co-
mes in legitimatione ipſa quib. eſt Princeps dum ei pri-
uilegiū tribuit;nempè quòd plenè & pleniſsimè reſtituit
hunc illegitimū natalibus.Deinde ſubijcit,ita quòd poſ-
ſit d.legitimatus ſuccedere omnibus,& quibuſcunque ac
pro omnib. & quibuſcumq; rebus. Quæ ſanè verba hunc
operantur effectū, vt ſuccedere valeat in emphyteuſi ec-
cleſiaſtica & in feudo,Goza.conſ.6.nu.44.& conſ.25. nu.
12.vbi multorum auctoritatib.hoc cōfirmauit. idē Goza.
conſ.46.nu.14.

Prætereà expreſſè dicitur,quòd plenè & efficaciter re-
ſtituit veræ ingenuitati & iuſtis natalib. & enumeratis a-
liquot caſib. ſpecialib. addit clauſulam generalē, quæ vim
caſus expreſſi hēt.Goz.d.cōſ.6.nu.53.54.& conſ.25.nu.13.
poſt Decium conſ.66.cæteros prætereo.

Quò verò ad ſcientiam; ſine controuerſia dicendū eſt,
Comitem hunc Palatinum plenè & optimè nouiſſe qua-
litatem & ſtatum huius legitimati: ſiquidem narratum ei
fuit,quòd erat ſex annorū,& natus ex his, qui inter ſe non
poterant contrahere matrimonium;& quòd aliàs quæſi-
tum fuit voluntate ſuorum anteceſſorum,vt poſſet legiti-
mari,& ad natales plenè reſtitui.Quod verè ſufficit, cum
ex his vera cognitio ſtatus & qualitatis perſonæ habeatur,
vt re ipſa patet.

Prætereà ipſemet Comes aſſeruit, ſe plenè & benè in-
formatum.Pariſ.conſ.15.nu.59.60.li.2.& Goza.conſ.48.
15 nu. 12. in fi.Et in his creditur†ipſi Comiti,cum hoc à ſua
ſcientia & animo pendeat. Nec præſumendus eſt in hoc
mendax, tum quia de ſuo intereſſe non agitur, tum quia
nemo præſumitur velle delinquere. vulgata l. merito. ff.
ꝓ ſocio.Et ſcribūt Alciatus in tract.præſump.reg.2.præ-
ſum.31.Crau.conſ.244.nu. 4.Accedit,quòd quemadmo-
dum creditur iudici aſſerenti aliquid,quòd in facto verſa-
tur,& alteri cognitum nō eſt,vt ſcribit Fel.in c. cum à no-
bis.nu.12.verſ.fallit nonò.de teſtibus. ita hoc in caſu adhi-
benda eſt fides huic Comiti Palatino.

Non obſtant nunc in contrarium adducta, in quorum
diſſolutione(vt dixi)omnis verſatur difficultas. Ad primū
itaque reſpondeo multis modis. Primò, quòd illa opinio
16 †magis recepta, fore neceſſarium ſpeciale priuilegiū le-
gitimandi infantes,vera non videtur. Siquidem ab ea diſ-
ſentiunt permulti,vt Bal.conſ.204.Super primo,li.2.cōſ.
105. Et primò eſt videndum,& conſ. 119. Quidam vxora-
tus.li. 5. Caſt.conſ. 42. Viſo teſtō Reliquiani.li.2.qui ab-
ſolutè reſpondit,infantem legitimari poſſe. Corn. conſi.
177.col.1.li. 1.Fulg.conſ. 16. Caſus talis eſt.col.2.& conſ.
83. Nicolaus de Capriolo. col. 1. Barb.conſ.134.colu.10.
verſ. ſtat difficultas. li. 2.Floria.in ſua diſputat.quæ inci-
pit,Baro,in fi.Iaſ.conſ.125.col.5.verſ.ſed permiſſis nō ob-
ſtan. & conſ.156.col. 4.li.4.Dec.conſ.55.nu. 6.& cōſ.157.
nu.7.Soc.iun.conſ.97.nu.21.li.2.& conſ.93. num.63. li.3.
Qui quidē iuris interpretes ea rōne mouētur, ꝙ ltīmatio
adfert cōmodū filio,redditur capax ſucceſsiōis pr̄næ.Atq
vbi de cōmodo agitur,ꝑſumitur cōſēſus infātis l.ſi infāti.
C.de iur.delib.Nec verū eſt quod ſcribit Syluan⁹ cōſ.45.
nu.9.



nu.9.hanc ſpem ſuccedendi non eſſe probabilem ex leg.
poſt emancipationem. de lib. leg. quia ille text. procedit
pr̄e viuente,vt diſponere filius poſſit,cum non ſit verè do
minus,Iaſ.l.in ſuis.nu.17.de lib.& poſth.Accedit, ꝙ quò
ad ſucceſsionem ſic infans legitimatus rectè dicitur, licèt
non redigatur ſub patria ptāte.ita Dec.d. conſ.55.num.6
Dr̄ enim legitimatio donū principis.§. ſi verò is,in auth.
quib.mo.na.eff.ſui,& fauor appellatur in l.nuper.in fi.C.
de natu.lib. Quocircà noſtri vt plurimū appellant legiti
mationem beneficiū principis:ita Ale.con.188.li.5. Dec.
conſ.78.nu.4.& Soci.Sen.cōſ.3.col.5.li.5. Nec rationes il-
lius magis receptæ opinionis probabiles vīr. Nam quòd
filius ex legitimatione damnū ſentiat,ob id, quòd liberta
tem perdit,leue certé damnum eſt, ſi cum lucro compa-
retur,quod ex patris ſucceſsione conſequitur.Non enim
ſua illa libertas talis eſt,qualis illa ſerui manumiſsi; atque
ita nec talis ſeruitus,qualis verè ſerui.iuxta d.l. libertas, de
reg.iu.quā de ſerui libertate oēs intelligunt.Nec me mo-
uet quod ſcribit Sylua.d.conſ.45.nu.11.hunc legitimatum
perdere facultatē abſtinēdi à ſucceſsione patris.§.&quo-
niam variè.in auth.quib. mod.nat.eff. ſui Rn̄detur, lucrū
eſſe maius quod acquirit quā quod perdit. Prætereà loqui
tur in ltī natione per oblationē curiæ. Rn̄deo ſecūdò,ad-
miſſa ea Bar. & aliorū receptiori opiniōe,dicēdum eſt hic
illam locū nō habere.Siquidē ſatis in ſpecie cōceſſa dr̄ fa-
17 cultas legitimandi infantē, cū dictū ſit, quod habeat †ple
nā & amplā facultatē ltīmandi. Quæ ſanè verba hoc ope-
rantur,vt & infans ltīmari poſsit:ita in terminis reſpōde-
runt Iaſ.conſi.125.colum.pen.verſ.1.per.libr.4.Rui.conſ.
100.col.pen.verſ.& ex his.li.3.Dec.conſ.55. nu.6.verſ.ſu-
pereſt.Cur.Iun.conſ.32.nu.8. & Rolan.cōſ.61.nu.34. li.1.
Reſpondeo tertiò,quòd ſatis in ſpecie dicitur cōceſſa fa-
cultas legitimandi infantes,ex illis verbis,quoſcunq; ſpu-
rios & inceſtuoſos:ergo ēt infantes.ita clare Soci.Sen. in
l.Gallus. §.forſitan. num.6.ff.de li.& poſthum.& cenſuit
etiam Iaſ.d.conſi.125.col.vlt.verſi.2.quia, poſt Bal. conſ.
204.lib.2.ſic quoq;Ruin.conſi.72.num.9.& con.90. nu.
1.cōſ.100.col.6.verſi.& ex his,li.3. & Goz.conſ.6.nu.45.
Cur.Iun.cōſ.32.nu.8.vbi declarat.Ceph.cōſ.66.nu.3.li.1.

Reſpondeo quartò,quòd ex quo data eſt facultas legiti-
mandi tam abſentes,quàm præſentes, cenſetur etiam da-
ta legitimandi infantes. ita argumētatur Iaſ.in d.con.125.
col.vlt.ver.tertiò facit.li.4.

13 Reſpondeo quintò, hanc legitimationem † factam fuiſſe
cū authoritate tutorū ipſius legitimati,quo caſu valet,ita.
poſt Fulgoſium in l.iubemus. C.de emācip.lib. & Roma.
cōſ.194.nu.4.tradit.Iaſ.d.conſ.125.col.vlt. verſ. 4.in iſta
&Cur.S.conſ.19.Viſo priuilegio.col.2.verſ.cum ergo in-
fans.Nec obſtat quod contrarium in hoc reſponderit Syl
uanus conſ.45.num.35.verſ.etſi dicatur.quia reſpōdeo hîc
ceſſare omnem dubitationem, cum hic legitimatus poſt-
quam factus eſt maior, ratum habuit eam legitimatio-
19 nem.Quæ ſanè ratificatio†hoc in caſu ſufficit.ita reſpon-
derunt Ang.conſilio 83.Spurius. idem in diſput. Nobilis
quidā,co.8.Reſpōdeo ſextò,eſſe datā liberā,&c.omnimo
20 dam†ptātē legitimandi.Ruini,conſ.100.col. 6. verſ. & ex
his.l.3.eſt enim dictum.quòd habeat omnimodā ptātem,
ac ſic ſpecialiſsimā,ita.Caſtr.conſi.229. Viſo teſta. libr.1.
Rom.conſ.194.nu.9.ver.ita & pariter.Cur.Se.d.conſ.19.
Viſo priuilegio.col.2.verſ.quòd ratificatio.Rui.conſ.90.
nu.2.lib.3.Dec.conſ.55.nu.7.& conſi.367.nu. 3.vbi nu.4.
reſpondet difficultati.quæ aduerſus hanc opinionem ex
citatur.Soc.Iun.conſ.93.nu.63.lib.3.Cepha. conſ.66. nu.
3.4.l.1.&.Tiraq.trac.de Nobilitate,c.6. nu.31. qui ſcribit
tacitum cōſenſum ſufficere ad confirmandam legitima-
tionem,nempè ſi ſcit factā eſſe legitimationem, & taceat
non cōtradicēdo.Reſpondeo ſeptimò,ex Ruin. con.100.
col.pen.ver.tertiò iſtud.lib.3.Rolan.conſ.61.nu 38.li.1. ꝙ
cùm data fuerit facultas legitimandi procreatos & naſci-
turos,intelligitur à fortiori data in legitimandi infantes.
Reſpondeo ēt octauò,quòd hæc facultas data huic Comi-
ti Palatino data eſt adhibita clauſula, Non obſtantib.le-
gibus,quibuſcunque impedientibus has legitimationes;
etiamſi foret neceſſaria ſpecialis & ſpecialiſsima deroga-
tio.ita in ſpecie Bal.conſ.413.lib.2.Dec.conſ.367.colum.
penult.& Curt.Iun.conſ.32. colum.penult. quos ſecutus
eſt Rol.vbi ſuprà.d.conſilio 61.numero 47. lib.1.id quod
probarunt & alij permulti,quos recenſet Emmanuel Co-
ſta Luſitanus in repet.leg.Gallus.§. & quid ſi tātum.parte
2.nu.117.118.de lib.& poſth.ipſe tamen,& rectius(vt opi-
nor)ſcripſit, ſolùm expreſſum cōſenſum claramq;ratiha-
bitionē ſufficere.Nec hîc repugnat quod reſpondit Ruin.
conſ.72.nu.9.& nu.12.lib.3.& ſenſit Sylu.conſ.45. nu. 17.
hanc ratificationem ſolum operari ex nunc, & non ratio-
ne præteriti temporis.Nam reſpondetur illud procedere,
cùm interim alteri eſt ius quæſitum. Vel & ſecundò,pro-
cedit quando actus ratificatus eſt ipſo iure nullus ab ini-
tio. vt declaraui in tract.de recupera. poſſeſ. remedio 15.
nu. 153. in caſu noſtro hæc legitimatio non eſt nulla, niſi
legitimato volēte.Non obſtat ſecundum, quòd hîc cauſa
iuſta legitimationis deficiat,quæ tamē neceſſaria eſt.Reſ-
pondeo primò,imò & Comitem Palatinum poſſe ſine iu-
ſta cauſa legitimare,cùm, vt id poſsit,à Principe conceſ-
ſum ei fuit.ita Lud.Sardus in tract.de legitima.tit.requi-
ſita in legitimatione.nu.2.Iaſ.conſ.40. col.pen.in fi.li.3.
Goza.conſ.6.nu.35.conſ.25.nu.15.qui alios recenſet Pariſ.
conſ.1.nu.109. li. 2.& ſi idem Pariſ.conſ.9.nu.33.& conſ.
12.nu.158.li.2.diſſentiat.Hanc facultatem ita fuiſſe Comi-
ti tributi oſtendūt verba illa ſui priuilegij:Et quòd poſsit
d. Comes legitimare, natalibus reſtituere liberè & abſo-
lutè,plenoq;iure omnes & quoſcunq; Nam illa verba li-
berè tribuunt amplam poteſtatem. ita reſponderunt A-
ret. conſ.76. num.3.Dec.conſ.360.num.5.& Dec.conſ.2.
numero 3.

Reſpondeo ſecundò, quòd imò hîc adfuit iuſta ltīmā-
di cauſa, quemadmodum aſſeruit & ipſe pater†ltīmans. 21
Cui quidem credendum eſt, ſecundum Soc. Iu. conſ.97.
nu.33.li.2.& conſ.93.nu.63.li.3.Quod ſcio dubitabile eſſe,
cum diſſentiant Cur.Sen. conſ.6.col.7.ver.ſed ſcrupulus
reſtat. Dec. conſ.392.col.vlt. & Pariſ.conſ. 6.nu.40.li.2.
& Rol.con.89.nu.56. li.1.de cauſa iuſta huius ltīmationis
verè conſtat:ſiquidem carebat hic ltīmans filio legitimo.
Quam cauſam eſſe iuſtam vno ore omnes ſcribunt, vt Iaſ.
cōſ.184.col.2.li.2.& conſ.40.col.penul.in fi.& conſ. 127.
nu.6.li.4.Goz.conſ.6.nu.60.conſ.48. nu. 12. & conſ. 85.
nu.18.& conſ.92.nu.12.vbi copiosè diſſerit. Pariſ. conſ. 1.
nu.21.& conſ.9.nu.40.li.2. vbi declarat.& Soc.Iun.conſ.
98. nu.34. verſ.3.etiā li.2. Accedit enixa & deliberata pa-
tris legitimātis volūtas. † quæ pro cauſa iuſta habetur ita 22
reſponderunt Alex.conſ.pen.col. vlt.li. 5. Iaſ.in l.filiusfā.
§.diui,lect.1.col.2.de leg.1.& conſ.40 col.pe.ver.2.nota-
biliter.li.3.& conſ.127.nu.6.in fi.li.4.Cur.Se. conſ. 19. in
2.dubio.& conſ.35.col.10.conſ.64.col.3. & conſ.73.colu.
28.Soc.iun.conſ.93.num.61.lib.3.Rol.conſ.89.nu.53. lib.
1.idem docuit poſt Bar.& Caſtr. Crotus in repe.leg Gal-
lus.§. & quid ſi tātum.num.175.de li & poſth.ij enim iuris
interpretes ſcribūt,quòd quando cōſtat de voluntate pr̄is
volentis legitimare, non requiritur alia iuſta cauſa, cum
ſua illa voluntas pro cauſa habeatur. Siquidem pōt,ſi vult
(ſalua tamen legitimi filij legitima) de rebus ſuis omni-
bus ad libitum diſponere.leg.Mæuius,de cond.& dem.&
reſpondit Dec. conſ. 246. num.4.& conſ.557.num.7.Nō
obſtat tertia illa argumētatio,quia rn̄deo primò, quòd ex
quo in hac legitimatione adiecta eſt clauſula derogato-
ria,cùm illa motus proprij†& ex certa ſcientia,quæ hunc 23
parit effectum, vt omnes ſubreptiones ſublatæ cenſean-
tur, vt tradunt omnes in cap.ſi motu proprio.de præb. in
6.Bald. in l.vlt. C. de crim.ſacrileg. & in ſpecie noſtra ita
reſpondet Iaſ.conſi.184.columna tertia.verſiculo ſecūdo
reſpondeo, &c.libro 2.cæterùm videtur dubitabilis hæc
conſideratio ex traditis per Socinum, Sen. inter conſilia
Ruini conſil.71.numer.31.32. libro tertio.qui & ipſe in ea-
dem ſpecie contra Iaſonem reſpondit.Prætereà & ſecun-
dò reſponderi poteſt eiuſdem Iaſonis ſententia d. conſil.
184.columna 3.verſ.tertiò reſpondetur,&c.adeò amplam
datam fuiſſe ptātem huic Comiti Palatino, vt ſuprà dixi-
mus, vt potuerit legitimare ſpurios inuito auo & cæte-
ris maioribus, ergo à fortiori potuit legitimari hic ſpu-
rius inſcio ipſo auo, ex regula lege qui poteſt inuitis. de
iur.leg.quarta.§.illud.ff.de fideicommiſſ. lib. Bal.in l. vlt.
C. quibus res iud. non nocet. & alibi ſæpe. Rurſus tertiò
reſpondetur, facta legitimatione, ſubſecutam fuiſſe aui
ratihabitionem:quæ quidem mandato æquiparatur. cap.
ratihabitionem.de reg.iur.in ſexto, & in ſpecie Socinus
Iun.conſi.97.nu.15. lib. 2. imò aſſeruit ipſe auus,quòd ſuo
mandato facta fuit hæc legitimatio:quæ ſane aſſertio pro
bat.ita in ſpecie reſpondit Ang.conſilio 87.Spurius natu-
ralis.columna 1.verſ.nec etiam obſtat.à quo non diſſentit
Rui.conſi.70.nu.5.verſi.nec obſtat.libro 3. etſi ſuo illo in
caſu dixerit Ruin.ratihabitionem nil potuiſſe operari, ex

quo aderant ſolennitatis defectus, qui à voluntate & po-
teſtate aui non pendebant.idem reſpondit Soc.Iun.conſ.
97.nu. 11. verſ.& iſtud.lib.2.Reſpondetur quartò ac vlti-
mò, auũ hunc annos permultos vixiſſe, & nunquam huic
ltĩmationi contradixiſſe:quo fit,vt tacita,per tẽporis diu-
turnitatem,ratificatio hac in ltĩmatione confirmãda ſuf-
ficiat.ita Curt.Iunior conſ.157.col.8.quẽ ſecutus eſt Soc.
Iu.d.conſ.97.nu. 9.lib. 2. Non obſtat quartum argumẽ-
tum,quia reſpondetur,vt ſuprà proximè dixi:nempè po-
tuiſſe hunc ſpurium ltĩmari inuito auo,& per conſequens
eo inſcio. Præterea ſubſecuta ratihabitio omnem tollit
defectum. Reſpondetur & tertiò, multos iuris interpre-
tes in ea opinione fuiſſe,quòd ad ltĩmãdum ſpurium ne-
ceſſe minimè ſit citari facere auum & alios maiores. ita
Soc.Sen.in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.num.21. & ibidẽ
Galliaula.nu.82.de lib.& poſthu.& idem reſpõdit Corn.
conſi.34.nu.13.lib.1.

Non obſtat quintum, quia reſpondeo immò defectus
omnes fuiſſe ſublatos: ſiquidem legitimationis verba a-
deò ampla ſunt,vt omne vitium cenſeatur extinctum. ita
Fel. in cap. poſtulaſti.col.5.verſ. declara prædicta primò,
de reſcr.quãdo adeſt clauſula,quòd poſsit legitimare na-
tos ex quocunque coitu,etiam damnato,poſt Caſtr. conſ.
219.ſuper puncto iſto ſubtiliter.& Nicol.de Vbaldis,co-
lu.17.verſ.requiritur ſecundò in ſpecie. Marſi. ſing. 492.
in legitimatione;qui poſt Caſtr.Soc.& alios ſcribit, quòd
etſi ſupplicatio ad legitimandum in aliquib.deficiat,atta-
men ſuppletur defectus ex amplo legitimationis reſcrip-
to.Hinc reſpondit Gozad.conſ.85.num.23.Comiti Pala-
tino poſſe dari facultatem legitimandi in præiudicium e-
tiam filiorum ſuccedere debentium. Reſpondeo ſecun-
dò ſufficere, quòd in genere dicatur, legitimandum eſſe
illegitimum, nec requiritur, quòd exprimatur in ſpecie
qualitas illegitimitatis.ita Roma.conſ.194.num.2. & cõ-
* munem * eſſe teſtatur Iaſ. conſ. 11.num. 2.lib.3.& ibidẽ
col. vlt. ver. non obſtat tertiò. Dec.conſ.55.nu.4.Verùm
quia dubia eſt hæc opinio, cùm alij permulti contrarium
aſſeruerint,vt refert Dec.vbi ſuprà,& Felin.in d.c.poſtu-
laſti.col. 4. de reſcr.ob id aliter reſpondetur. Reſpondeo
itaque tertiò ex declaratione Rui. conſ. 73.nu.12.ver.ter-
tium eſt, li. 3. dum ait,defectus in ſpecie ſatis dici relatos
& ſublatos, relatione vnius ſpecialis facta cum generali,
25 clauſula,quorumcunq;†Reſpondeo quando adeſt clauſu-
la non obſtante Bal.l.ſi qua illuſtris.num.9.C.ad S.C.Or-
fi.Feli.d.c. poſtulaſti.col.5. verſi.declara prædicta.Capra.
conſi.157. nu. 8.Pariſ.conſ.15.nu.66.lib.2.in ſpecie Goza.
conſ.48.nu.14.Capra conſ.157.nu.29.30.qui ait, per eam
tolli omnes defectus. Reſpondeo quinto ex clauſula mo-
tus proprij,quæ hos defectus ſenat. ita Pariſ. conſ. 15.nu.
59.lib.2.qui hoc apertè affirmauit. Accedat etiã illa clau-
ſula,omni meliori modo,&c.quæ eundem effectum parit
ita Gozad.conſ.48.nu.13.

Nob obſtat ſextum,quia reſpondeo primò,imo verio-
* rem &* receptam magis eſſe eorum ſententiam,qui ſcri
pſerunt,ſemel legitimatum poſſe iterum legitimari: &
pleniorem legitimationem præualere.ita Caſt. conſ.229.
Viſo teſtamento Reliquiani.li.2.Dec.conſ. 55. num.7.&
152.nu.5.& conſ.698.nu.1. idem in l.ſingularia, nume.25.
ff.ſi cert.pet.& in l.1.nu.5.C.de carb.edicto, idem in c.1.
colom.penul.de confir.vtili vel inutili.& in cap.bonæ.4.
nota de appel.Fel.in cap.pen.col.2.de præſc.Goza.conſ.
6.nu.55.& conſ.92.num.3.idem ſenſit Alciat.reſp.530.nu.
19.clarè Soc.Iun.conſ.120.nu.5.& conſ.154.nu.9.lib.2.&
latius explicat Rui.conſ.87.nu.23.verſ. ſola igitur vis.lib.
3. hanc quoq; viſus eſt potius probare quam improbare
Vincentius Palæotus inter conſilia Curt.Se.conſ.17. col.
4.verſ. Quantum ad quartum.qui dum in cæteris Curtio
ſubſcribit, non tamen in hoc illius opinionem eſt ſecu-
tus.Pariſ.conſ.15.nu.48.lib.2.Sylua.conſ.45. nu. 60. Reſ-
pondeo & ſecundò,rẽ hic eſſe claram & apertam, quan-
doquidem huic Comiti Palatino conceſſa fuit facultas le
gitimandi ſemel & pluries:quo caſu potuit iam legiti-
matum iterum plenius legitimare, ita in ſpecie reſpõdit
Gozad.conſilio nonageſimoſecundo nu.9.verſi.ſeptimo
hoc clariſsimè.

Non obſtat ſeptimum atque ita vltimum argumen-
tum,quia multipliciter reſpondetur. Primò,quòd clauſu-
la hæc,ſine præiudicio ſuccedere debentium ab inteſta-
to,duobus modis conſideratur,quò ad diuerſas perſonas
Nam quò ad cæteros filios legitimos hoc operatur, vt il-
li æquè cùm hoc legitimato ſuccedant. Quocirca ſi pater
habet alios filios legitimos,vel nepotes ex legitimis, illis
non ſit præiudicium:ſed hic legitimatus, ex quo incipit
tenere locum vnius legitimi, cum cæteris æquè ſuccedit
Eſt ratio,quia quando ſpurius eſt legitimatus,non poteſt
26 ei plus relinqui,†quã vni ex legitimis §.quoniã,in authe.
quibus modis nutu.effi.ſui.& ſcribunt egregie Bald.in ca
pitu. per tuas,de maiori.& obedien.Curtius Senior con-
ſilio decimoſexto. Clarus vir.calumnia tertia, verſiculo.
& conſueui pro iſta,Iaſon conſilio 68.in fine,libro tertio
* Socin Senior.conſil.95.num. 17.libro.4.&*communem
teſtatur Decius 393.numero ſecundo,qui interpretãtur di
ctum §.quoniã,loqui in legitimato per reſcriptũ:etſi diſ-
ſentiant.Angelus conſilio decimoſeptimo. Comẽſ. &c.
Ruinus conſilio 67.numero 15.conſilio 68. numero ſex-
to,conſilio 75.in fine,conſilio 83.numero nono. conſilio
87.numero 2.,conſilio 91.numero tertio, conſilio 95.in
fin.& conſi.107.nu.9.lib.3. & moderni Pariſ.in conſuet.
Pariſ.titu.primò,§.octauò,gl.1.num.42. qui ſcribunt di-
ctum §.quoniã, loqui de legitimato per oblationẽ curiæ.
cum ergo à Comite Palatino ſpurius ea adiecta clauſula
legitimatur, nec alijs præiudicet, eſt illa legitimatio iuri
communi conformis: ne ſcilicet plus huic relinquatur,
quam verè legitimo. Nec legitimo præiudicium adferri
dicitur, quandoquidem ſufficit ei ſaluam eſſe portionem
iure naturali,ſeu ratione ſibi debitam,nempe legitimam.
Non.n. ratione reſidui præiudicium legitimo adferri di-
citur:ex quo lucrum & cõmodum aufertur, iuxta doctri-
nam Bar.in l.ex facto,nu.2.de vulg.Præterea,non dicitur
præiudicium,cùm in totum nõ adfertur ei ſucceſsio, iux-
ta gl.c.cum olim.de conſue.Quò ad legitimos filios ope-
ratur hæc clauſula legitimationis alium effectum,nempe,
vt hoc legitimato inſtituto,& alio præterito;is præteritus
teſtamẽtum rumpat, & æquè cum legitimato ab inteſtato
ſuccedat.ita declarat Soc. Sen.conſi.41.col.pe.verſ.ope-
ratur etiam, li. 3. Quò verò ad tranſuerſales, hæc clauſula
appoſita in legitimatione operatur hunc effectum,vt legi-
timato non ſuccedente, illis non ſit præiudicium illatum,
quominus valeant ſuccedere: ſed vbi is legitimatus vult
ſuccedere, clauſula hæc ad commodum horum tranſuer-
ſalium nihil operatur. Nam ius horum tranſuerſalium in
ſuccedendo non eſt conſiderabile:cùm eis ex bonis legi-
timantis nihil penitus debeatur nec re, nec ſpe;ex quo vi-
uentis nulla eſt hæreditas.l.j.C.de hæred.vel acti.ven. Et
cùm dicitur,non præſumi principem velle alteri præiudi-
cium adferre;intelligitur,ſi is ius aliquod habet.cap.ſuper
eo,de off. dele. c.ex tuarum,de aucto.& vſu pallij. Acce-
dit ſecundò,quòd hæc clauſula legitimationis,quòd non
præiudicet ijs, qui ab inteſtato ſuccedere debent; ex illo
verbo debent,neceſsitatem quandam ſuccedendi ſignifi-
cat;quæ ſanè neceſsitas verè non eſt in tranſuerſalib.Præ-
tereà & tertiò confirmatur.quòd hoc ius non ſit conſide-
27 ratione dignum, quia quando † pater filium ſpurium le-
gitimat,neceſſe nõ habet vocare hos tranſuerſales,vt ſcri
bunt omnes in l.Gall.§.& quid ſit tamen de libe.& poſth.
ibi Bar.nu.12.Iaſ.nu.133.Gozad.conſi.6.nu.4.Pariſ.conſi.
1.nu.53.conſ.2.num.29.& conſi.12.nu.211.li.2.& Soc.Iun.
conſi.99.num.35.lib.2.Non ergo tranſuerſalium ius conſi
derabile eſt,alioqui eſſent vocandi.l.de vnoquoq;ff.de re
iu. Rurſus & quartò, quòd clauſula hæc non profit tranſ-
uerſalibus illud facit, quia ſi de illis intelligeretur, nihil
legitimatio operaretur: cũ ferè ſemper extent qui ſucce-
dere poſſunt.Non ergo ſumenda eſt,interpretatio,qua a-
ctus eluſorius redditur.leg.ſi quando de lege prima, &c.
ſi Papa,de priuile. in 6. cum ſi.His adducti rationibus ita
hanc probant ſententiam Anch.conſilio 149. Pro fratrib.
Caſtr.conſil.224. Dicendum eſt.lib.1. Alex.conſilio 187.
nu.10.lib.5.quos retulit & ſecutus eſt Soc.Senior conſilio
41.col.pen.& vlt.libro 3.& conſi.95.num.17.18. lib.4.qui
& alios recenſet ſententia vera eſt,quidquid reſponderint
Corn. d. conſil.93.nu.30.Rui. conſi. 72.num.15.& conſi.
103 4.libro.tertio & Pariſ.conſi.14.num. 44.libr.2. dum
ſcripſerunt.Ancharani & ſequacium cõſiderationes veras
non eſſe.Reſpondetur ſecundò,hanc clauſulam,ſine,præ-
iudicio ſuccedere debentium ab inteſtato, &c. procede-
re,atque ita locũ habere. cùm pater legitimans, nullo cõ-
dito teſtamento,decedit inteſtatus,at ſecus cùm teſtamen-
tum fecit.ita affirmarunt Caſt.in l.Gallus.§. & quid ſi tã-
tùm nume.16.de libe.& poſthu.& conſilio.27.dicendum
eſt dict.hæreditatem,libro primo Nic. de Vbal. in tract.
de ſuc-



de ſucceſſ.ab inteſt.part.1.num.118.Alex.conſi.51. num.1.
verſi.& licet in prædictis.lib.2.& conſi.187. nu.9. libro 5.
Cæpo.conſi.vlt.nu.19.verſi.ſed bene,in ciuilib.Soc.Sen.
conſi.212.col.3.verſi.ſecũdò cõfirmatur.lib.2.Ruin. cõſi.
72.nu.2.& conſi.103.nu.4.verſi.& iſta opinio.li.3. vbi te-
* ſtatur,hanc eſſe communem * & veram doctorum opin.
Cùm ergo hic pater legitimans teſtamentum condide-
rit,filiumq;hunc legitimatum hæredem inſtituerit, ceſſat
relata difficultas.Nec hîc repugnat,quod reſpondit Ruin.
d.conſil.72. ad ſin.lib.3.quòd cùm in legitimatione dictũ
ſit,ita quòd dictus legitimatꝰ poſsit ſuccedere, &c. vt hic
dictum fuit, illa verba tam de ſucceſsione teſtati, quàm
inteſtati intelliguntur: & ob id referuntur ad vtramque
cauſam. Quod reſpondiſſe Anchara. Corne. & Socinum
ille refert. Non inquam repugnat; ſiquidem vera non eſt
Ruini conſideratio,cùm idemmet Ruin.conſil. 103.nu.4.
verſic.itẽ non obſtat,lib.3. aliter ſentiat. Nec Ancha. So-
* cin.& Corneo eſt deferendum cùm communis * opinio
ſit aduerſus eos. Et ratio,qua illi moti ſunt, non eſt vera.
Nam eo modo dicendum foret, eandem eſſe qualitatem
ſucceſsionis ex teſtamẽto,quæ eſt ab inteſtato: cùm tamẽ
maior ſit & potentior ſucceſsio ex teſtamento; cùm hoc
caſu poſsit teſtator, etiam extraneo relinquere, & omni-
no hos collaterales excludere: quod in ſucceſsione inte-
ſtati non contingit.Et quod ſcribit Ruinus, verbum ſuc-
28 cedere,†referri ad vtramque cauſam,teſtati ſ. & inteſta-
ti,ex ſententia Sali.& Alex.in auth.ex teſtõ.C.de colllat.
procedit in materia indifferenti, nempe cùm nulla ratio
ſuadet,quòd magis de vna cauſa,quàm de altera valeat in-
telligi;at ſecus, cùm ſuadet ratio aliqua eſſe ſolùm intelli-
gendum de vna cauſa,vt hîc ſuaderi videtur eſſe intelligẽ-
dum de vna cauſa,vt hîc ſuaderi videtur eſſe intelligendũ
ſolùm de cauſa inteſtati, rationibus à relatis doctoribus
adductis.

Reſpondetur tertiò, ex declaratione Ruini conſi. 100.
colum.6.verſi.tertiò adhuc,lib.3.licuiſſe huic Comiti Pa-
latino ita legitimare, ob plenam, imò pleniſsimam facul-
tatem ſibi tributam.Atq;ita concludo iniquè hanc legiti-
mationẽ ſolenniter & rectè factã oppugnari.

Iacobus Menochius. I. C.

## *SVMMARIVM.*

1 *Princeps non poteſt teſtatorũ voluntates euertere.& nu.26.*
2 *Teſtamentum eſt de iure gentium quò ad ſubſtantiam, de iure verò ciuili quò ad ſolennitates.*
3 *Et an probari poſsit quòd ſit de iure naturali.*
4 *Princeps auferre non poteſt quæ ſunt iuriſgentium.*
5 *Princeps non poteſt irritare donationem à priuato factam.*
6 *Neque legitimare in præiudicium ſubſtituti.*
7 *Comes Palatinus an poſsit legitimare in præiudicium ſubſtituti.*
8 *Et an requiratur vt citetur dictus ſubſtitutus.*
9 *Legitimatio requirit. iuſtam cauſam.*
10 *Priuilegium legitimandi ſtrictam interpretationem recipit.*
11 *Et an poſsit interpretari vt legitimetur in præiudiciũ alterius, quãdo de leui præiudicio tractetur.*
12 *Legitimatio debet facere mentioaem de ſubſtituto, vel alio in cuius præiudicium ſit.*
13 *Princeps poteſt auferre impedimentum, quo quis inhabilis reddebatur ad obtinendum ius ſubſtitutionis fideicommiſſariæ.*
14 *Comes Palatinus in legitimandis ſpurijs tantam dicitur habere poteſtatem, quantam Princeps, qui ei conceſsit priuilegium.*
15 *Legitimare illegitimos eſt ex reſeruatis Principi.*
16 *Comes quando legitimat aliquem, facit vt cenſeatur ille legitimatus natus ex legitimo matrimonio.*
17 *Omnia dicens, nihil excludit.*
18 *Verba vniuerſalia in legitimatione quid operentur.*
19 *Dictio, perinde, refertur ad omnes qualitates, & æquiparat vnum alteri.*
20 *Filij nati ex legitimo matrimonio abſque dubio ſuccedunt in fideicommiſſo.*
21 *Verba hæc, omnia & ſingula, quid operentur.*
22 *Priuilegium legitimandi datum ſub his verbis, vt legitimet ad omnia & ſingula iura ſucceſsionem, an includat etiam ſucceſsionem feudorum.*
23 *Legitimatio, ſine tamen præiudicio filiorum legitimè natorum quid operetur.*
24 *Regalia non conceduntur, niſi expreſſe; ideò Princeps ſi aliqua ex regalibus excipiat, cætera conceſſa intelliguntur.*
25 *Verba hæc legitimationis, ita quòd dicti legitimati ad ſuccedendũ idonei & habiles reddantur, non obſtantibus legibus, &c. quid important.*
26 *Princeps quomodo poſsit habilitare inhabitabilẽ ad ſuccedendum per legitimationem contra defuncti voluntatem.*
27 *Intellectus l.ſi teſtamentum.C.de teſtam.*
28 *Subſtitutus quo caſu poſsit excludi, à legitimato. & nume. 33. & 34. & 36.*
29 *Legitimatio inuito eo de cuius ſucceſsione agitur, non conceditur.*
30 *Legitimatio quomodo poſsit fieri, cùm tractetur de dubia mẽte defuncti.*
31 *Filij illegitimi & legitimati quo ordine vocentur ad ſucceſsionem paternam.*
42 *Legitimatus excludit ſubſtitutum & quando, & ſuprà nu.24. & infra nu. 36.*
33 *Imperator poteſt legitimare ad excluſionem ſubſtitutorum.*
34 *Subſtitutus non excluderetur à legitimato quando teſtatoris voluntas etiam præſumpta aliud ſuaderet.*
35 *Princeps poteſt habilitare fœminas ad ſuccedendum in feudo.*
36 *Baldus dum in multis locis tenet Comitem poſſe legitimare in præiudicium ſubſtituti, quomodo intelligatur.*
37 *Legitimatio auferens ius iam quæſitum, vel probabili ſpe acquirendum verè legitimis, non valet.*
38 *Subſtitutus quando debeat citari pro legitimatione facienda.*
39 *Spes quæ non eſt probabilis, non attenditur.*
40 *Comes Palatinus cui conceſſa eſt facultas legitimandi, ea omnia põt, quæ & Princeps, quo ſcilicet ad illum actum.*
51 *Diſpenſatio requirit cauſam legitimam.*
42 *Voluntas patris pro iuſta cauſa habetur.*
43 *Filius an poſsit legitimari ex conſenſu patris inuito alio filio.*
44 *Legitimatio poteſt fieri exiſtentibus etiam alijs filijs legitimis vel agnatis.*
45 *Subſtitutus non eſt vocandus ad legitimationem, cùm eo inuito fieri poſsit.*
46 *Præter ſi filium ſuum legitimari facit, non cogitur citare agnotos, neque de eis in precibus mentionem facere.*
47 *Filij legitimi quo caſu ſint nominandi in precibus à patre factis par legitimando filio.*
48 *Subreptitiè obtentum non dicitur, quod à Principe eſt conceſſum.*
49 *Subreptitiæ illæ literæ dicuntur, quibus beneficium reſeruatum eſt impetratum, nulla mentione facta ipſius reſeruationis, quæ concedenti iam erat cognita.*
50 *Comes legitimando illegitimum ſi dicat in præiudicium quorũcunque legitimorum, non requiritur alia expreſsio, neque citatio.*
51 *Scientia in genere ſufficit, ne reſcriptum impetratum dicatur ſubreptitium.*
52 *Qualitates ſpuritatis in genere ſufficit vt ſint legitimanti cognitæ.*
53 *Non opponens legitimationi, videtur ei conſentire.*
54 *Inducta in fauorem alicuius, intelliguntur, ſi ei placebunt.*
55 *Contractus bonæfidei cui cauſam dedit, licet ipſo iure ſit nullus, tamen intelligitur ſi is in cuius fauorem annullatur, declarauit.*
56 *Emphyteuta incidit in commiſſum ob non ſolutum canonem, vel aliam ſimilem cauſam.*
57 *Priuatio feudi ex iuſta cauſa fieri debet.*
58 *Dominus recipiendo canonem ab emphyieuta, quem declarare poterat emphyteuſim perdidiſſe, dicitur remiſiſſe caducitatem.*

## CONSILIVM XX.

# Initium à Domino.

QVOD Magnificus Dom. Honorius Brunus in præiudicium & excluſionem Do. Cæſaris ſubſtituti ex teſtamento D.Brunori legitimari nõ potuerit à D. Comite Palatino, multa quidem ſuadere videbantur:quæ me (vt ingenuè fatear) dubium & ancipitem fecerunt.

Primò,ea ratione, quòd plus poſſe non debet Comes ipſe Palatinus, quàm poſsit ipſe princeps,à quo legitimãdi poteſtatem recepit, quod clari iuris eſt. Atqui non poteſt princeps legitimando euertere teſtatorum voluntates.ergo nec id facere pote-

1 rit ipſe Comes Palatinus. Quòd non poſsit† prin ceps te-
ſtatorum voluntates euertere, probatur in l. ſi teſtamen-
tum. C. de teſta. Quo loci ſcriptum eſt, teſtamentum au-
ctoritate reſcripti Imperatoris non poſſe reſcindi. Ea vi-
2 detur ratio, quod† teſtamentum iuriſgentium eſt quò ad
ſubſtantiam, licèt quo ad ſolennitatem iuris ciuilis ſit. Ita
ſcribunt Bar. in l. interdum. ff. de cond. indebiti. Caſtren.
in l. teſtandi. C. de teſtam. & omnes in rubr. de teſt. in In-
3 ſtit. imò† eſſe iuris naturalis probat text. in cap. vlt. 13. q. 2.
& ſcribit Fortuni⁹ Garzia in l. Gallus. §. & quid ſi tãtum.
4 nu. 288. de lib. & poſt. Et † princeps auferre non poteſt
quæ iuriſgentium ſunt. Bal. in l. reſcripta. in fi. C. de pre-
cibus Imperat. offeren. Abbas in cap. quæ in eccleſia-
rum. col. pen. de conſti. Et hac ratione ita ſcribunt om-
nes ferè in d. l. ſi teſtamentum. C. de teſta. ibi Iaſ. nu. 6. idẽ
in rubr. ff. de acq. hære. Fortunius Garzia in d. §. & quid ſi
tantùm. nu. 289. de lib. & poſth. Et principem non poſſe
5 reuocare† & irritam decernere donationem à priuato fa-
ctam, probat l. ſi donationem. C. de reuoca. donatio. Et
clauſulas fideicommiſsi & teſtamenti non poſſe mutare,
ſcribunt omnes in dicta l. ſi teſtamentum. Decius cõſ. 357.
vt ſupra, conſ. 403. nume. 14. conſi. 519. num. 5. & cõſi. 608.
6 num. 5. 6. Et in ſpecie† legitimationis faciendæ in præiu-
dicium ſubſtituti, hac ratione vſus eſt Decius d. conſilio
357. num. 5.
Secundò, admiſſo quòd princeps poſsit legitimare in
præiudicium ſubſtituti, non videtur tamen quòd Comes
7 Palatinus hanc poteſtatem habeat. ita ſcribunt Bald. in l.
cùm filiusfamiliàs. ff. de teſta. mil. in l. 2. nu. 39. C. de ſeruit.
& aqua. in l. ſi teſtamentum. C. de teſta. & in cap. domino
guerram. hîc finit lex. Alex. conſ. 68. nu. 15. lib. 1. Felinus
in ca. quæ in eccleſiarum. num. 50. in fin. de conſtit. Pariſ.
cõſi. 6. num. 31. lib. 2. & nouiſsimè bene eruditus compa-
ter meus D. Ceph. conſ. 117. nu. 19. lib. 1. idem ſentit Ripa
in leg. ex facto. §. ſi quis rogatus, nu. 45. ff. ad S. C. Trebel.
Tertio, dato quòd Comes Palatinus hanc legitiman-
8 di poteſtatem habuiſſet; attamen† eam exercere nõ po-
tuit, non monito & vocato Do. Cæſare ſubſtituto. Nam
cauſa cognita fieri hoc debuiſſe affirmant Baldus in dicta
leg. ſi teſtamentum. numero tertio. C. de teſtam. Curtius
Senior con. 74. Super memorata. in quarto dubio. Decius
conſilio. 425. numero 9. Cepha. dict. conſ. 117. numero 31.
lib. primo. & copioſè in ſpecie Pariſ. con. 14. nu. 2. lib. 2. 3
Quartò, ea rationone hæc legitimatio non debet poſſe
9 detrimento eſſe D. Cæſari, quòd† ſine cauſa iuſta, honeſta
& rationabili facta creditur, cùm tamen iuſta cauſa requi-
ratur. ita Butrius & cæteri in cap. per venerabilem, qui fi-
lij ſint legit. copioſè Curtius Seni. conſil. 16. colum. 6. &
conſi. 17. col. pen. & idem conſi. 19. in ſecundo dubio. vbi
* hanc eſſe* receptam Doctorum opinionem atteſtatur. I-
dem reſponderunt Pariſ. conſi. 6. nu. 37. conſi. 9. nu. 38. li.
3. & Cephal. d. conſ. 117. nu. 32. lib. 1.
10 Quintò, contra D. Honorium vrgere videtur, quòd† pri
uilegium legitimandi ſtrictam interpretationem recipit:
atque ita interpretari debet, vt minus quàm fieri poteſt
lædat ius commune. Erit ergo interpretandum, vt poſsit
11 † legitimare, cùm de leui alterius præiudicio agitur, non
autem cùm de graui. ita Pariſ. cõſi. 6. nu. 13. & conſi. 9. nu.
52. lib. 2. & Cephalus d. conſi. 117. nu. 33. lib. 1. Non ergo po
tuit hæc legitimatio fieri in detrimentum tam graue di-
cti D. Cæſaris.
Sextò & vltimò, aduerſus Do. Honorium dubitationem
12 mouet quòd in ipſius† legitimationis impetratione non
eſt facta mentio ipſius D. Cæſaris ſubſtituti, qui alias etiã
ab inteſtate erat ſucceſſurus dicto Do. Brunoro, cùm ta-
men mentio fieri debuerit: ſicuti multorum auctoritate
reſpondit Curt. Senior. conſil. 13. Statuto Ianuæ. columna
3. verſi. vel ſaltem ſecundum præfatos. & conſi. 35. Statuto
ſeu. col. 8. verſi. quia ad legitimationem. Ruin. conſi. 74.
colum. 2. & conſ. 94. col. 2. lib. 3. conſ. 124. num. 3. lib. 4. &
conſilio 28. num. 10. lib. 5. Decius conſi. 288. col. 2. & Pari-
ſius conſi. 3. num. 16. lib. 2. Hæc contra D. Honorium du-
bium faciebant.
Re tamen hac diligenti ſtudio ac cura peruigili examina-
ta, contrariam opinionem veriorem eſſe exiſtimo, nem-
pè legitimari ita potuiſſe Do. Honorium etiam ad detri-
mentum D. Cæſaris ſubſtituti. Quam ſententiam vt ve-
ram eſſe patefaciam & clarius explicem moneo prius eſſe
duo præmittanda.
13 Primum eſt, quòd princeps † põt auferre impedimen-
tum, quo quis inhabilis reddebatur ad obtinendum ius
ſubſtitutiõis fideicõmiſſariæ, quod infrà in rñſione ad pri
mã cõtrariã argumẽtationem explicabimus. Alterum eſt
14 præmittendũ, ꝙ† Comitis Palatini auctoritas & poteſtas
in legitimãdis ſpurijs & illegitimè natis tãta eſt, quãta illa
principis. qui eam expreſsim cõceſsit. Ita ſcribũt So. Sen.
conſi. 63. nu. 2. lib. 3. Pariſ. conſi. 1. nu. 97. lib. 1. ex ſententia
Bal. conſ. 373. Præmittendũ. li. 1. & cõſ. 214. Caſus talis eſt.
li. 2. Nam, etſi legitimare illegitimos ſit ex principi reſer-
uatis. §. ſi verò is qui in auth. quib. mo. natura. eff. ſui & ſcri-
bũt. Bal. l. 1. C. de iure aureo. anul. Purpur. in l. 1. nu. 373. ff.
15 de off. eius cui mand. eſt iuriſ. † attamen mandari ea pote-
ſtas põt, vt oẽs ſcribũt in c. per venerabilẽ, qui filij ſint le-
git. Et ob id tãtũ põt ipſe Comes Palatinus delegat⁹, quan
tũ ipſe Princeps deligãs. Sola ergo verſatur difficulcultas
demõſtrare, ꝙ in caſu noſtro Comes Palatin⁹ eã habuerit
ad legitimandũ poteſtatẽ, quã ipſe imperator, qui eã pote
ſtatem tribuit, iure obtinet. Et quòd habuerit, ita multis
demonſtratur.
Primò conſidero verba illa adſcripta in priuilegio dicti
Do. Comitis Palatini: Et quòd præfatus Comes liberè
16 poſsit † legitimos creare, & naturalibus reſtituere ad om-
nia ſucceſsionum iura, perinde acſi eſſent de legitimo ma
trimonio procreati. Quæ ſanè verba, ad omnia ſucceſsio-
nem iura apertè ſignificant eſſe tributam poteſtatem le-
gitimandi ad ſucceſsionem etiam ex fideicommiſſo. Nã
17 qui omnia† dicit, nihil excludit. l. Iulianus de lega. 3. l. om-
nia, vbi Dec. ſi cert. pet. Cur. Iun. conſi. 26. nu. 8. Rub. cõſ.
135. nu. 2. & copioſè declarant Craue. conſ. 290. num. 1. &
18 Didacus. lib. 1. varia reſolut. c. 13. num. 2. & in ſpecie † legi-
timationis verba hæc vniuerſalia conſiderant Dec. conſ.
316. num. 8. Goza. conſi. 6. nu. 89. conſi. 48. nu. 13. verſ. ſex-
tò aduertendum. & nu. 26. conſi. 85. nu. 21. & conſi. 92. nu.
15. verſ. præterea datur. Et idem verè reſpondit Soc. Seni.
conſ. 63. col. pen. ver. præterea ex quo. lib. 3.
Secundò, perpendo illa verba, perinde acſi eſſent de le
gitimo matrimonio procreati. Quib. verbis tribuit prin-
ceps facultatem legitimandi & reddendi illegitimos ad
priſtina iura legitimatis, æquiparando eos natis ex vero &
19 legitimo matrimonio. Nam illa dictio† perinde, refertur
ad omnes qualitates, & æquiparat vnum alteri. leg. filio. §.
penult. ff. de alim. & ciba. lega. ſcribunt gloſſ. in lege ſacri-
legii. §. is autem. ff. ad l. Iul. pecula. Bart. in l. 1. in prin. ff.
de recepta. Dec. conſi. 361. num. 4. Craue. conſi. 45. nume.
4. ita de dictione illa, perinde acſi. reſpondit Soc. Senior.
20 conſi. 240. col. 2. lib. 2. Atqui dubium non eſt, quin† nati
ex legitimo matrimonio ſuccedant & in fideicommiſſo;
ergo vt vera ſit æquiparatio, dicamus etiam huic Comiti
fuiſſe tributam facultatem legitimandi etiam in præiudi-
cium eorum, qui ex ſubſtitutio erant ſucceſſuri. Et in ſpe-
cie ſenſerunt. Soc. Sen. d. conſi. 63. col. pen. verſi. præterea
lib. 3. & Goz. conſ. 29. nu. 22. & d. conſi. 92. nu. 15.
Tertiò, ponderanda ſunt illa verba priuilegij: Et ad om-
nia & ſingula iura ſucceſsionum & hæreditatum. Quæ ſa-
21 nè verba † omnia & ſingula, idem operantur acſi expreſ-
ſim, ſpecificè & in diuiduo tributa eſſet hæc poteſtas ad
hunc actum, iuxta gloſſ. cap. vt circa. in verbo, & ſingula,
de electio. in ſexto, Baldus ſcribit in l. ſecunda. ff. de pro-
bat. Aret. conſi. 113. col. 1. verſi. ad ſecundum. Et in ſpecie
reſpondit Soc. Sen. conſi. 3. nu. 17. lib. 3. qui affirmat his ver
22 bis† cenſeri datam facultatem legitimandi ad ſucceſſio-
nem feudorum, in quibus ſolùm legitimi ſuccedere poſ-
ſunt. Et Soc. in ſpecie ſecutus eſt Ripa in l. prima, nu. 55.
de vulg. & pupil. ſubſtit.
Quartò huc ſpectat, quòd princeps conceſsit huic Co-
miti Palatino facultatem legitimandi, ſiue tamen præiu-
23 dicio filiorum† legitimè natorum, cùm quibus vult poſſe
legitimatos ſuccedere æquis portionibus. cùm ergo exci-
piat hunc caſum, ne ſcilicèt ex toto ſucceſsio à legitimè
natis auferatur; ſequitur, tributam eſſe legitimandi facul-
tatem quò ad aliorum præiudicium. ita in ſpecie ſenſerũt
Soc. Sen. conſi. 63. num. 9. lib. 3. & Ruinus conſi. 90. num.
4. libr. 3. comprobatur ex doctrina Romani conſil. 271. &
Decij conſi. 197. col. pen. qui reſponderunt, quòd ſi incõ-
24 ceſsione facta à principe aliqua† ex regalibus excipian-
tur, cætera conceſſa intelliguntur; cùm tamẽ regalia non
niſi expreſſè concedi poſsint. cap. 1. de capita. qui curiam
vend. & Decium ac Romanum ſecuti ſunt Ripa in l. 1. nu.
55. de vul. & pup. ſubſt. & Tiraquel. in tract. de legi. connu-
bial. in gl. 5. nu. 157.

Quinto,



Quintò, ſuffragantur non mediocriter illa verba, ita ꝙ,
dicti legitimati ad ſuccedendum idonei & habiles reddã-
tur, non obſtantibus legibus contrarium diſponentibus
quibus volumus eſſe derogatum, ac ſi ſpecialiter & nomi
natim eſſent in hac conceſſione noſtra inſertæ. hæc enim
25 † verba effectum pariunt, vt ſatisfactum ſit conſtitutioni
volentialiquid expreſſè fieri. ita ꝓbat l. omnes. C. de pre-
ſcri. 30. vel 40. anno. vbi Bal. & Sali. & eo textu adductus
ita in his terminis reſpondit Bal. conſ. 119. quidam vxora
tus. in fi. li. 5. quæ aſſertio multis ſimilib. doctrinis ex ea.
l. omnes. adductis poſſet confirmari, quæ recenſentur à
Iaſon. conſilio 184 numero 3. lib. 2. & copioſè admodum
à Tiraquello in tractat. de legibus connubial. in gl. 5. nu-
mero 194. & Ripa in leg. 1. numero 71. ff. de vul. & pup.
ſubſt.
Non obſtant nunc adducta in contrarium, ex quorum
diſſolutione, quæ iam diximus, reddentur clariora· ad pri
mum itaque reſpondeo: quòd licet princeps non poſſit
euertere voluntates teſtatorum. d. leg. ſi teſtamentum. C.
26 de teſt. poteſt tamen † filios inhabiles ad ſuccedendum
reddere habiles, auferendo ab eis illud vitium illegitimi
tatis, quo ſuccedere impediuntur. ita apertè probat leg.
quæris. ff. de natal. reſti. & tex. in §. ſi quis verò non ha-
bens in auth. quibus mod. natura. efficia. legi. & in §. il-
lud tamen à nobis, in auth. quib. mod. nat. effici. ſui. quod
maximè hoc in caſu procedit, quia hîc non impeditur
ſeu derogatur voluntati teſtatoris: ex quo in ſpecie il-
le non excludit illegitimè natos deinde legitimatos; ſed
ſolùm ſimpliciter vocauit atque ſubſtituit filios legi-
timos & naturales. & quò facilius, quæ pro huius rei de-
claratione dicturus ſum, intelligantur, duos caſus ita di-
ſtinguo.
Primus eſt, cùm teſtator inſtituit & ſubſtituit filios le-
gitimos naturaléſq; expreſſè excludendo illegitimè na-
tos, ita vt conſtet voluntatem teſtatoris fuiſſe, quòd non
admitterentur legitimati. Hoc in caſu non poteſt prin-
ceps legitimando illegitimos hos, euertere teſtatoris cla
27 ram & certam voluntatem. & hoc in caſu † procedit diſ-
poſitio d. l. ſi teſtamentum. C. de teſta. & quæ diximus in
dicto primo fundamento. & ſi rectè perpendatur, hæc
28 eſt Doctorum vera ſententia. cùm ſcripſerunt, tunc† ſub
ſtitutum nullo modo excludi à legitimato, quando teſta-
tor ſubſtituit & vocauit de legitimo matrimonio natos
& procreatos: ſicuti affirmarunt Bald. in l. ſi quis poſthu-
mos. & in l. Gallus. §. ſi eius, vbi cæteri de libe. & poſthu.
Ripa. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. nu. 46. ff. ad S. C. Treb.
nam ob id hi à principe legitimati effecti non ſunt ad ſuc-
cedendum habiles, quòd legitimatio illa teſtatoris vo-
29 luntati certæ & latæ derogare non potuit. cùm † legiti-
matio inuito eo, de cuius ſucceſſione agitur, non conce-
datur. l. nec filio. ff. de natal. reſti. ſcribit Fortunius Gar-
zia in leg. Gallus. §. & quid ſi tantùm. num. 290. de libe.
& poſth. & in ſpecie noſtra Rui. conſi. 80. num. 7. lib. 3. a-
lios infrà referam. & hic caſus non eſt noſter, de quo con-
tendimus.
Secundus eſt caſus, quando teſtator non excludit ille-
gitimos ſed ſimpliciter (vt noſtro in caſu) vocat & ſubſti-
30 tuit legitimos. hoc caſu† princeps poteſt auferre illud im
pedimentum illegitimitatis, atque ita poteſt facere, vt il-
legitimè nati ſint legitimi & habiles, vt ſub ea ſubſtitutio
ne comprehenſi à teſtatore dicantur. ea eſt rõ, quia non
videtur hoc caſu derogari voluntati teſtatoris, qui credi-
tur vocaſſe omnes, qui legis diſpoſitione legitimè ſibi
31 ſuccedere poſſunt: inter quos† illegitimè nati deinde le-
32 gitimati connumerari poſſunt. d. §. ſi quis verò. in auth.
quib. mod. nat. efficia. ſui. Hinc ſcribunt Doct. quòd† le-
gitimatus excludit ſubſtitutum. ita inquam Doctores in
l. generaliter. §. cùm autem. C. de inſti. & ſubſt. Alex. conſ.
2. lib. 1. Ripa in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. nu. 44. ff. ad
Trebel. & in ſpecie copioſè reſpondit Pariſius conſil. 1.
33 nu. 64. li. 2. † Imperatorem poſſe legitimare ad excluſio-
nem ſubſtitutorum. ea eſt ratio, quia non videtur hæc
legitimatio quæ fit à principe ad ſubſtituti excluſionem,
eſſe contra voluntatem teſtatoris. ita ſenſit Galliaula in
in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, num. 87. de libe. & poſth.
34 & ideò dicimus, quòd quando teſtatoris† præſumpta vo-
luntas repugnaret legitimato, non excluderetur ſubſtitu-
tus; vt eſt illo caſu quando teſtator eſſet in dignitate poſi
tus, vel quando aliis verbis eſſet vſus teſtator, quibus con
ſtaret voluiſſe omnino excludere legitimatos, vt ſcribit
Ripa in d. §. ſi quis rogatus. nu. 44. 46. 47. & omnes in le.
generaliter. §. cum autẽ. C. de inſtitu. & ſubſt. Brunus cõſ.
15. nu. 11. confirmatur relata declaratio & doctrina ea in-
35 terpretum ſententia, qua aſſeruerunt, † principem poſſe
efficere atque reddere fœminas habiles ad ſuccedendum
in feudo, etſi aliàs vt inhabiles à maſculis excludantur. ita
Curtius Iunior conſilio 1. nume. 23. idem in tract. feudo.
parte 3. q. 1. Iacobinus de Sancto Georgio in inueſtitura
feudali, in verbo, & fœminis. quam doctrinam ego intel-
ligo eſſe veram, niſi fœminæ expreſſo pacto in inueſtitura
ſcripto excludantur, & mecum ſentit Didacus lib. 3. varia.
reſolu. ca. 6. num. 7. verſi. 7. quod ex Curtio. & idem viſus
eſt ſentire Campeius inter conſilia Bruni conſ. 2. nu. 42.
verſ. fortificari. & clarius in illamet facti ſpecie Curtij
Iunioris ſenſit Iaſ. inter conſilia Bruni conſ. 8. nu. 28. & in
diſcurſu illius reſponſi. & in eodem caſu Alcia. reſp. 188.
numer. 2. & ad rem noſtram apertius idem reſpondit Rui.
conſilio 80. num. 6. verſ. & ex plurib. & nume. 11. verſic.
præterea. lib. 3.
Non obſtat ſecundum fundamentum, quia reſpõdeo,
36 † Baldum & illius ſequaces loqui quando non conſtat co
mitti Palatino tributam fuiſſe facultatem legitimãdi hoc
in caſu: at ſecus ſi expreſſè data fuit hæc poteſtas, quem-
admodum fuiſſe conceſſam in caſu noſtro multis ſuprà
demonſtrauimus.
Non obſtat tertium argumentum, quia reſpondeo, re-
latos iuris interpretes loqui illis in caſibus, in quibus per
37 † legitimationem aufertur ius iam quæſitum, vel proba-
bili ſpe acquirendum verè legitimis: ſed in caſu noſtro
diuerſum eſt; quia nullum ius legitimorum læditur, cùm
tantùm ſuſtulerit comes legitimans impedimentum,
quo D. Honorius impediebatur ſuccedere iuxta volunta-
tem teſtatoris, quæ fuit, vt legitimi ſuccederent: inter
quos quidem legitimos & legitimatus connumerari po-
teſt, ſublato illo illegitimitatis obſtaculo. & ideo hoc
38 in caſu neceſſaria non fuit † ſubſtitutorum citatio. ita in-
telligo ſcribentes in leg. Gallus. §. & quid ſi tantùm, de
libro & poſthum. ibi Iaſon numero 140. Socinus Senior.
numero 30. qui ſi alio in caſu, cùm ſcilicèt certa & clara,
imò etiam præſumpta teſtatoris voluntas repugnat, lo-
quuntur, malè certè ſentiunt. ita etiam declaro Pariſium
conſ. 1. nu. 69. 75. lib. 2.
Reſpondeo & ſecundò, neceſſarium non fuiſſe hoc in
caſu citare Cæſarem, cùm nullum ius ei non eſſet nec re,
nec ſpe probabili acquiſitum. nam eo tempore adhuc e-
rat in humanis Carolus filius ipſius teſtatoris hæres ab
eo inſtitutus, & iuuenis erat ita, quòd erat ſpes eum pro-
39 lem ſuſcepturum. & Ideo cùm † ſpes non eſt probabilis,
illius rõ hñda non eſt atq; ita illam auferre põt Princeps,
ſicuti rñderunt Dec. conſil. 269. nu. 7. & conſi. 390. nu. 11.
Goza. conſ. 9. nu. 39. & Craue. conſi. 135. nu. 7. quos intelli-
go (vt dixi) cùm ſpes ſucceſsionis non eſt probabilis; aliàs
ſecus: etſi potuit Princeps hoc facere, præſertim ex ſuæ
40 † ptãtis plenitudine, potuit & ipſe Comes Palatinus, in
quẽ omnis illa ptãs tranſlata fuit, iuxta declarationem in
ſpecie Soc. Sen. conſi. 63. num. 11. verſ. ex quibus infertur.
lib. 3. Alex. conſ. 187. lib. 2. & Galliau. in l. Gallus. §. & quid
ſi tantùm. nu. 92. de lib. & poſth.
Non obſtat quartum argumentum: quia reſpondeo, pri
mò ex aliquorum opinione, quòd etſi in diſpenſatione
41 † legitima cauſa requiratur, non tamen in legitimatione
ita Curt. Sen. conſi. 74. colum. 27. verſ. Veniamus ad quar-
tam. Dec. conſ. 307. num. 11. verſi. tertius. Pariſ. conſ. 1. nu.
22. lib. 2. Gozad. conſi. 6. nu. 60. & Curt. Iun. conſ. 75. num.
4. & Pariſ. conſi. 1. num. 23. lib. 2. reſpondeo & ſecũdo hic
42 adfuiſſe iuſtam † cauſam, nempè patris voluntatem, quæ
loco iuſtæ cauſæ eſt, vt ſcribunt Doc. conſil. 307. col. pen.
Gozad. conſi. 6. num. 37. & conſi. 48. num. 12. Præterea ad
fuit iuſta cauſa, quia in facto præſupponitur, ꝙ D. Cæſar
eo tempore graui quadam infirmitate laborabat, ita quòd
ſpes apud medicos non erat, quòd diu poſſet viuere, quo-
circà quemadmodum iuſta eſt cauſa legitimandi, cùm fi-
lij non extant legitimi, vt ſcribunt Dec. Gozad. dictis lo
cis, ita pariter iuſtã cauſam eſſe exiſtimo cùm adeſt iuſtus
timor, ꝙ diu non viuant & patri non ſint ſuperſtites, filij
cùm paria, ſint, ꝙ quis ſit mortuus, vel de proximo mori-
turus iuxtà l. vlt. de mili. teſta.
Non ob. quintum argumentum, quia reſpondeo ꝙ imo
eo tempore legitimationis factæ de leui præiudicio D.
Cæſaris agebatur ſi inſpicimus ſolùm caſũ ſubſtitutionis

 de quo

de quo præſens eſt diſputatio, cum (vt iam diximus) adhuc non adeſſet ſpes aliqua probabilis ſucceſſionis. idem pariter eſt dicendum ſi conſideramus patrimoniũ ipſius patris legitimantis. nam is potuit etiam inuito D. Cæſare
43 †legitimari facere D. Honorium, cùm, viuente patre, eius hæreditas debita non ſit omninò filio. Atque ita ſcribunt Doct. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. de li. & poſth. ibi Aret. colum. vltim. & Crot. num. 61. Iaſon conſili. 68. colum. 5. lib. 3. Ruinus conſilio 104. numero 8. libro 3. nec
44 dubitandum eſt, quin hæc†legitimandi poteſtas, exiſtentibus etiam aliis filiis legitimis vel agnatis, ita competat Comiti Palatino, vt Principi; quando ſcilicèt Princeps eam conceſſit, quemadmodum ſcribunt Alexad. conſilio 60. colum. penult. verſi. poteſtas. libro 2. & conſilio 188. colum. pen. libro 5. Ruinus conſ. 67. colum. 1. & conſilio 68. colum. 2. libro 3. & Socin. Senio. conſ. 95. numero 19. libro 4. cæteros prætereo. nec multum in hoc immoror, cùm non ſit nunc de patrimonio Dom. Iacobi patris diſputatio.

Non obſtat vltimum, quia reſpondeo, primò, non fuiſſe neceſſe facere†mentionem dict. Dom. Cęſaris, ex quo
45 eo inuito & non citato legitimatio fieri potuit. ita in ſpecie reſpondet Pariſ. conſil. 1. numer. 83. libr. 2. Ita dicimus
46 quòd quando † pater quò ad ſui ſucceſſionem legitimari facit filium ſuum, nõ tenetur citari facere agnatos, ita nec ẽt de eis mentionem in precibus facere: quemadmodum ſcribunt Caſtr. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. nu. 16. ver. ſed aduerte quia. & ibidem Soc. Sen. nu. 21. & Galliau. nu. 84. de lib. & poſth. Soc. Sen. conſi. 95. col. pen. lib. 4. Dec. conſi. 393. nu. 5. & in fine, & Boer. q. 122. nu. 2. qui alios recenſent.

47 Reſpondeo ſecundò, quòd tunc demum facienda † eſt mentio in precibus filiorum legitimorum, quando ipſe Princeps, vel Comes Palatinus omninò ignorat patrem ipſum legitimantem habere filios legitimos, ſecus ſi ſcit: ita in ſpecie & clarè reſpondit Ruin. conſil. 68. colum. 3. verſ. ſola igitur, lib. 3. & clarius conſ. 124. num. 10. lib. 4. ea
48 ratione adductus, quòd non poteſt dici†ſubreptitiè obtentum, quod eſt à Principe conceſſum, qui optimè nouit quid illud eſſet, quod impetrabatur. non enim certus eſt certificandus. l. 1. §. vlt. ff. de actio. emp. quocircà ſub-
49 reptitiæ†ſunt literæ, quib. beneficium reſeruatum eſt impetratum, nulla mentione facta ipſius reſeruationis, quæ iam erat cognita concedenti; ex ſententia Feder. de Senis in tractat. de rerum permu. q. 4. & Felin. in c. ſuper literis, col. 7. num. 8. verſic. tertia regula, & in cap. in noſtra, nu. 15. verſ. incidenter nota. de reſcrip. & noſtro in caſu non eſt dubium, quin Dom. Comes Palatinus eiuſdem loci & vicinus familiariſque dicti Dom. Iacobi, ſciuerit ipſum habuiſſe eo tempore dictum Dom. Cæſarem filium. & verè ſufficit hæc ſcientia in genere, vt ſenſit Caſtr. quem paulò ſuprà allegaui. & in ſpecie ita conſiderat Ruinus vbi ſuprà.

50 Reſpondeo tertiò, quòd Comes Palatinus ſatis†cogitauit de ipſo Dom. Cæſare: quia legitimando dixit, ſe legitimare in præiudicium quorumcunque legitimorum: & verè ſufficit quòd in generatione ſciuerit & cogitauerit. quod in ſpecie affirmat Ruinus dicto conſil. 68. num.
51 quarto, libro 3. Nam (ait ille) ſufficit†ſcientia in genere, ne dicatur impetratum reſcriptum eſſe ſurreptitium, vt probat Caſtren. in conſilio 221. ſuper puncto iſto ſubtiliter, in fine. libro 1. quem Ruinus recenſet. Et in ſpecie Caſtren. ſecutus eſt & Iaſon. conſil. 110. colum. 5. in fin. libro 4. & egregiè declarat Ruinus conſil. 82. numer. 7. lib. 3. ait
52 Caſtren. †ſufficere quòd qualitates ſpurietatis ſint in genere cognitæ Comiti Palatino legitimanti. idem reſpondit Decius conſ. 157. nu. 8. in diſpenſatione ſufficere, quòd Pont. Max. diſpenſans habuerit ſcientiam in genere commiſſi erroris.

Reſpondeo quartò & vltimò, quòd ex quo Do. Cæſar
53 nunquam conqueſtus eſt, nec declarauit, † ſe uelle illã legitimationem quò ad ſui præiudicium eſſe nullam, illi conſenſiſſe dr̃. ita in ſpecie reſpondit Ruinus conſ. 93. n. 8. lib. 3 quæ ſanè declaratio erat omninò neceſſaria, ſi-
54 quidem quæ † in fauorem alicuius inducta ſunt tacitam habent conditionem, ſi illi placuerit. l. ij. ff. de lege cõmiſſo. & ſcribit Fulgoſ. in in leg. ſi quis rogatus. ff. de dona.
55 inter virum & vx. ita videmus, quòd licèt† contractus bonæ fidei, cui, cauſam dedit dolus, ipſo iure ſit nullus; attamen id intelligitur, ſi is, in cuius fauorem annullatur, declarauit. l. Iulianus. §. ſi quis à colludente. ff. de actio. emp. & ſcribunt Bart. & cæteri in l. & eleganter, in princip. ff. de dolo. Iaſ. in l. tranſactione finita. nu. 3. C. de tran-
56 ſact. ita quoque † emphyteuta incidit in commiſſum ob non ſolutum canonem, vel aliam ſimilem cauſam. l. ij. C. de iur. emph. quod intelligitur dño volente, vt ibi conſtitutum eſt. & ibi copioſè ſcribit Iaſ. num. 6. Ita etiam
57 de † feudi priuatione ex iuſta cauſa dicimus, ꝙ ſcilicèt volente domino id fiat, ſicuti poſt alios ſcribunt Dec. conſ. 158. nu. 6. Brun. conſil. 41. nu. 46. & copioſè Tiraq. in l. ſi vnquam, in verbo, reuertatur. nu. 10. C. de reuoc. don. & in caſu noſtro non ſolùm reperitur facta declaratio à D. Cæſare, quòd non intendebat eam legitimationem eſſe factã ad ſui detrimentum, verùm (quod eſt fortius) vr̃ ab eo approbata, cùm mortuo patre & delata ſibi ſucceſsione dicti D. Brunori, æquè eam diuiſerint, & multos annos ſinguli ſuam portionem poſſederint. Declaraſſe igitur viſus eſt D. Cæſar ſe ratam habere eam legitimationem, ſic-
58 uti videmus in † domino, qui recipiendo canonem ab emphyteuta quem declarare poterat emphyteuſim perdidiſſe, dicitur remiſiſſe caducitatem, vt ſcribit copioſè Iaſ. in dicta l. 2. num. 124. C. de iure emphy. Dec. conſil. 329. nu. 3. Pariſ. conſil. 108. num. 43. lib. 1. affatim Boer. q. 309. nu. 5. cæteros prætereo. Concludo itaque legitimationem iure conſiſtere ad commodum dicti D. Honorij, & per cõſequens eum iniuria moleſtari à dicto D. Cæſare, cui certè melius conſultum foret, ſi liti & ſumptui parceret.

Iacobus Menochius I. C.

## *SVMMARIVM.*

1. *Tenor compromiſſi ac ſententiæ maximè eſt conſiderandus.*
2. *Prædia poſita intra fines caſtri, præſumuntur de finibus & pertinentijs.*
3. *Præſumptio reijcit onus probandi in aduerſarium.*
4. *Verbum pertinere & ſpectare, ſignificat tam poſſeſsionem quàm dominium, & tam directum quàm vtile, vt nu. 25.*
5. *Verba pleno iure, quam habeant ſignificationem, & nu. 26.*
6. *Dictio nunc, & præſentialiter, denotat temporis extremitatem, & num. 27.*
7. *Poſſeſsio præſens non denotat præteritam.*
8. *Proprietas prædiorum quomodo dicatur differre à iure finium territorij.*
9. *Dubietas rei poteſt clarificari ex longa obſeruatione ipſius rei.*
10. *Iuriſdictionis exercitium arguit fines eſſe illius territorij, cuius iudex ius dicit, & nu. 17.*
11. *Cuſtodiendi ius arguit tales fines eſſe fines illius loci, qui cuſtodem adhibet. Idem iudicatur ex participatione ſacramentorum, num. 29.*
12. *Propriè quid tale non dicitur, quod ratione alterius rei eſt tale, & ſic ſecundum quid.*
13. *Grauari quis non debet duplici onere. ſed ſecunda vice grauatus à primo grauamine dicitur liberatus.*
14. *Teſtis ſemel approbatus, non poteſt amplius reprobari.*
15. *Confeſsio maior omnium probotionum eſt.*
    *Obſeruantia interpretatiua multum operatur ad probandum fines locorum, quæ conſuetudo vel obſeruantia longum tempus non requirit.*
16. *Fama & denominationes in antiquis optimè probant, & n. 31.*
17. *Fines loci in antiquis poſſunt rectè probari ſolis verbis enuntiatiuis.*
18. *Item poſſunt probari per libros cenſus.*
19. *Item & per ſolutionem onerum antiquam & continuam factam tali domino: & quanto tempore iuriſdictio præſcribatur.*
20. *Regalia quanto tempore præſcribantur.*
21. *Fines inter communitates præſcribuntur poſſeſsione tacita & quieta 30. ann. & quomodò habeat locum.*
    *Fraus & dolus non debet prodeſſe, nec in dubio præſumitur.*
22. *Impedimentum belli quando dicatur iuſtum.*
23. *Immunitas præſumitur ab onere publico, quando talis non reperitur deſcriptus in libro grauedinum.*
24. *Præſumptiones & coniecturæ quæ diſiunctim non probant, ſi coniungantur, plenam faciunt probationem.*
25. *Præſumptio poteſt ab alia tolli.*
26. *Verba pleno iure, intelliguntur & interpretantur ſecundum ſubiectam materiam.*
27. *Dictio, videlicet, cuius ſit naturæ.*
28. *Gabellas imponentes tranſeuntibus debent reddere iter ſecurum.*

29 *Argu-*



29. *Argumentum de temporali ad ſpirituale, non procedit, nec è contra neque ex diuerſis fit illatio.*
30. *Confines locorum ſolent terminari quodam lapide, & qualiter debeat eſſe talis lapis.*
31. *Opinio vulgi quomodò in antiquis probare dicatur.*
32. *Identitas omnino probari debet, & an poſsit probari per ſolas coniecturas.*
33. *Qualis qualis probatio ſufficit ad probandum antiqua.*
34. *Reus debet probare vnitatem confinium per poſitionem, quando in ipſa facit fundamentum.*

## FACTI SPECIES.

*CVm ante annum 1395. grauis eſſet controuerſia inter duo nobiliſsima oppida, Cunei ſcilicèt & Piperagni Pedemontanæ regionis, de eorum finibus tandem eo an. 1395. ex compromiſſo electi arbitri ſuo laudo ita pronuntiarunt.*

*Primò, quòd fines exiſtentes à flumine Collæ verſus Piperagnum pleno iure pertineant ad commune Piperagni: & ſint de territorio dicti communis, Et fines exiſtentes à dicto flumine Collæ citra verſus Cuneum iuxtà fines Bouiſij à latere ſuperiori, & iuxtà fines Bennarum à latere inferiori, videlicet à termino poſito inter fines Bouiſij, Cunei & Piperagni, tendendo recta linea vſque ad dictum flumen Collæ, & diſcurrendo inferius per dictum flumen vſque ad viam Furiam verſus Cuneum, pertineant & ſpectent pleno iure ad territorium dictæ communitatis Cunei Item, quòd dicta communitas pro fodris & taleis altinorum, terrarum & poſſeſsionum, quas præſentialiter habent homines Piperagni à dicto flumine Collæ citrà verſus Cuneum, videlicèt à dicto termino exiſtente inter fines Cunei, Bouiſij & Piperagni à latere ſuperiori, veniendo recta linea iuxtà fines Bouiſij, vſque ad Bialeriam Foraneam, & à dicta Bialeria veniendo inferius vſque ad viã inferiorem Piperagni, & ibi accipiendo viam Zuchi, eundo vſque ad viam Furiam; teneatur ſoluere quolibet anno in perpetuum in feſto Sancti Martini libras vigintiquinque Aſtenſis dicto communi Cunei, excepto iſto primo feſto. San. Martini proximè venturi. Pro quibus libr. vigintiquinque Aſtenſibus dicti de Piperagno ſint exempti à dictis fodris, regiſtris & taleis communis Cunei, & dictis earum poſſeſsionib. inter dictos confines ſuprà declaratos, nunc exiſtentibus. Item, quòd in dictis confinibus & capitulo intelligantur eſſe poſſeſsiones, quas habent illi de Piperagno à Chiaperio monachæ eundo recta linea per teſtam terrarum Gandulphi de Gandulphis, & Ludouicæ Boueriæ, vſque viam furiam, & eundo per dictam viam verſus Collam.*

*Hoc laudum ita ſemper obſeruatum fuit: immò anno 1442. de menſe Iunij fuit ab eiuſdem oppidanis hinc inde confirmatum.*

*Anno verò 1560. Menſe Maio, communitas Cunei ordinauit, quòd poſſeſſores omnes, qui poſſident in finibus Cunei, vbi dicitur in Villaſco, ſub terminis, qui diuidunt fines Piperagni, Bennetarum & Cunei, hoc eſt à flumine Collæ verſus Cuneum per longitudinem, & à via furia, incipiendo à parte inferiori verſus oppidum Bennetarum, & tenendo ab illa via verſus oppidum Bouiſij à parte ſuperiori vſque ad Bialeriam ſopranam, quæ a Vermegnana deſcendit; & ad terminos, qui diuidunt fines Piperagni, Bouiſii & Cunei; dictos inquam poſſeſſores debere eorum prædia in Cataſtro Cunei regiſtrare; & iuſsit dicta communitas Cunei, ſuam hanc ordinationem publicari & exequi. huic ordinationi contradixit communitas Piperagni, aſſerens dictam regiſtrationem fieri non debere. hactenus multa ſunt hinc inde acta: dubitari nunc contingit, vtrúmne valeant Cunienſes hanc regiſtrationem facere.*

## CONSILIVM XXI.

# Initium à Domino.

EST (mea quidem ſententia (& difficilis & perplexa quæ ꝓponitur cõſultatio, quam, vt abſoluã, duo conſtituam capita; quorum primum verſabitur circa interpretationem verborum illius laudi, an ſcilicèt ex eo, & eius obſeruantia conſtare poſſit, hæc prædia à flumine Collæ vſque ad oppidũ Cunei indiſtinctè fore regiſtrãda in regiſtro Cunei, ita vt ibi taleas & collectas ſoluant. Secundum verſabitur circa declarationem finium: qui ſcilicèt cenſeantur fines conuentionati, hoc eſt, quibus terminis deſignentur.

Quò ad primam dubitationem, multis dicendũ videbatur, Cunienſes ius fouere, atque ita poſſe regiſtrari facere dicta prædia à flumine Collæ vſque ad oppidum Cunei. Primò ea ratione adducebar, ꝙ laudi tenor ac com-
1 promiſſi†diligenter conſiderari, atque obſeruari debet. l. non diſtinguemus. §. de off. ff. de recept. arb. quemadmodum in ſpecie laudi lati inter Syndicos ciuitatum ſuper finibus ſcribunt Alciat. in trac. præſump. reg. 2. præſũpt. 12. nu. 1. & Cra. conſ. 54. nu. 12. ita etiam ſententiæ tenorẽ eſſe maximè conſiderandũ, reſpondit Cur. Sen. conſ. 50. memoriæ recolendæ. colum. 24. Atqui tenor huius laudi oſtendere videtur, quòd omnia prædia exiſtentia à flumine Collæ circa vſque ad oppidum Cunei ſint Cunei, vt oſtendunt illa verba, quòd à flumine Collæ verſus Cuneum ſit Cunei. ergo omnia, quæ intra dictos fines continentur dicuntur eſſe Cunei. l. ſi fines. C. de euict. & tradunt Dec. in conſi. 500. in prin. Pariſ. conſ. 4. nu. nu. 1. libr. 4. &
2 Crau. conſ. 105. nu. 1. & dicere ſolemus, ꝙ prædia † poſita intra fines Caſtri præſumuntur eſſe de finibus & pertinentijs Caſtri. ita reſponderunt Soci. Sen. conſil. 146. col. 2. lib. 2. & Deci. conſ. 507. in fi. quos ſecutus eſt Crau. cõſ. 54. nu. 9. & præter eos idem reſponderunt Pariſ. conſil. 15. nu. 9. & conſi. 27. nu. 13. lib. 1. & Soc. Iun conſi. 139. nu. 2. li. 3. erit ergo ſtandum huic vrgenti præſumptioni donec
3 contrariũ fuerit probatum, cùm præſumptio†reiiciat ꝓbandi onus in aduerſarium. l. generaliter. §. ſi petitũ. ff. de fideicom. lib. & tradunt Dec. conſ. 540. nu. 11. Gozad. cõſ. 50. nu. 16. Brun. 109. nu. 1. & copioſè Didac. lib. 2. varia. reſol. c. 6. nu. 1.

Secundò, non mediocriter vrgere videtur illa eiuſdem laudi verba, ꝙ omnia prædia exiſtentia à flumine Collæ citra vſque ad locum Cunei ſpectent & pertineant ad com-
4 munitatem Cunei. hæc verba, † ſpectẽt & pertineant, vim maximam hoc in caſu habere videntur, cùm non ſolùm poſſeſsionem, ſed & dominium ſignificent. l. verbum pertinere. ff. de verb. ſign. c. cùm veniſſent, de conſtit. ſcribũt Aret. conſ. 6. nu. 8. Soc. Sen. conſi. 13. col. pen. lib. 1. Marſi. conſ. 26. nu. 13. & ſing 275. & Cra. conſ. 260. col. pen. verſ. 8. reſpondetur. ſi ergo hi fines & iure poſſeſsionis & proprietatis ſunt Cunienſium; in eorum regiſtris & cataſtris referri debent.

Tertio, conferre videntur illa verba laudi, pleno iure,
5 &c. quorum † vis & ſignificatio eſt, vt dicatur, nihil penitus deficere: quemadmodũ ſcribit Caſt. in l. mater. C. ad S.C. Tertul. dũ inquit, rem pleno iure ad aliquẽ ſpectare, quæ reſtituenda alteri non eſt. & reſpondit Gozad. conſ. 48. nu. 23. legitimatũ pleno iure dici illũ, qui in omnibus & per omnia, iura legitimorum conſequitur. ita donatio pleno iure facta intelligitur, cùm ꝓprietas & fructus do-

nata

nata ſunt vnà cũ abſoluta alienandi facultate.ita reſpon-
derunt Dec.conſ.468.nu.11.& cõſ.498.nu.10.Ruin.cõſ.
1.nu.21.lib.1.& conſil.121.col.4.lib. 2. & pleno iure id fa-
ctum cenſetur, quod diminutionẽ aliquam non recipit.
Ruin.conſ.38.nu.2.& conſ.84.nu.12.lib.1.idem conſi.59.
in fi.lib.2.Pariſ.conſ.45 nu.2.& conſ.58.nume.55. lib.3.ſi
ergo pleno iure hi fines Cunienſium ſunt; ſequitur di-
cendum in eorum regiſtris eſſe conſcribendos & cen-
ſendos.

Quartò, me aliquando mouebant illa verba laudi, in
quo dictum eſt; quòd Piperagnenſes teneantur ſoluere
pro prædiis,quæ præſentialiter tenent intra dictos fines.
& paulò poſt,ibi,eorum poſſeſſionib. inter dictos cõfi-
nes ſupra declaratos,nunc exiſtentibus .hæc dictio,nũc,
6 †& illa,præſentialiter,temporis extremitatem ſignificãt,
vt dedictione,tunc,ſcribunt Dec. conſ.322.nu.1. conſil.
433.nu.6.Gozad.conſi.64.num.6.Ruinus conſi.180.nu-
mero 8.libro 2.Pariſius conſil.86. numero 34. libro 2. &
conſi.14.numero 9. libro 3.& Alciatus reſpo. 485.nume.
9.& reſpon. 492. numero 15. habent ergo Cunienſes in
toto ipſo territorio& finibus fundatam eorum intentio-
nem(vt iam videtur demonſtratum)ſequitur ergo Pipera
gnenſes debere probare quænam ſint illa prædia, quæ eo
anno 1395.quo latum eſt laudum, per ipſos Piperagenſes
poſsidebantur.Atqui probatum non videtur,an hæc præ
dia, quæ nunc poſſidentur, ſint illa, quæ tempore lati
7 laudi poſſidebantur. non enim ex poſſeſſione † præſenti
infertur poſſeſſio de præterito, vt tradunt Baldus in leg.
ex perſona. C.de prob.Socinus Senior.conſilio.89.colu.
pen.lib.1.& Alcia.in tract.præſump.reg. 2.præſump. 21.
num.15.

Quintò,vrget non parum quod dicimus, diuerſam eſſe
8 prædiorum proprietatem†à iure finium territorij ſeu iu-
riſdictionis:quemadmodum in ſpecie reſpondit Oldrad.
conſ.176.factum tale eſt;in vertice montis, &c. in 2.du-
bio.dum enim reſpondit Oldradus de laudo lato pro di-
uiſione finium, ſcribit, illum contra quem latum eſt lau-
dum ne ius territorij & iuriſdictionis in eo monte habe-
ret,poſſe tamen habere prædia propria priuata & parti-
cularia.& Oldrad.ſecutus eſt Dec.in l.j. nu. 44. ff.de iu-
riſ.om.iud.& rectè,nam territorium & iuriſdictio qua-
litatem habeat ſeparatam à rei proprietate. ita Alex. ad
Bar.in leg.inter quos.ff. de acquir.rerum dom.ita etiam
dicimus riparum vſum iuriſgentium eſſe,proprietatẽ ve-
rò ſingularium.l.riparum.ff.de rerum diuiſ.& doctè ſcri-
bit Fran.Ripa in l.quominus.nu.64.ff.de flumi.ita quoq;
hoc in caſu dicendum videtur,ꝙ licèt aliqui Piperagnen-
ſes habeant aliqua prædia à dicto flumine Collæ vſque ad
illam Bialeriam Foraneam,non tamen ſequitur,ꝙ hi ſint
fines & iuriſdictio Piperagnenſium,ſed Cunienſium po-
tius ex verbis laudi.

Sextò, res hæc clarior reddi videtur ad fauorem Cu-
9 nienſium ex longa † obſeruatione,quæ rei dubiæ certam
adferre ſolet interpretationem. nam ita Piperagnenſes
ſoluerunt annuos cenſus Cunienſibus ob prædia à dicto
flumine Collæ vſque ad dictam Bialeriã Foraneam: er-
go ex hoc infertur ſubiectio. capitul. 2. de cenſibus De-
cius conſilio 308.numero 8. qui Bald. Abbatem & Ale-
xandrum recenſet. Iaſon.conſil.196.num.2.libro 4.&Pa-
riſius conſil.13.num.11.lib. 4. & per conſequens infertur
etiam, fines hos eſſe cẽſendos in regiſtro & Cataſtro Cu-
nienſium.

Septimò accedit, quòd iuſdicens Cunei, etiam iuſdi-
cit illis & in illos habitantes & moram trahentes in his
10 finibus.†Atqui exercitium iuriſdictionis arguit fines eſ-
ſe illius territorij,cuius iudex iuſdicit. ita probat c. cùm
olim.de cenſib.& ibi Doc.& in ſpecie Abbas in conſ.52.
in 3.dub.lib.2.quem ſecutus eſt Crauet. in reſponſo pro
Rep.Sauiliani.numer. 83. quibus addo Bald. conſi. 420
Verba principis,colum.2.lib.1.Iaſ. conſil.166.libro 4.&
Brun.conſilio 34.numer.8. 11. 14. ergo ſequitur hos eſſe
fines Cunei,& per conſequens regiſtrandos in illius Ca-
taſtro.

Octauò ſuffragari videtur, quòd Cunienſes conſue-
uerunt adhibere cuſtodes, qui hos fines cuſtodiunt. At-
11 qui ius † cuſtodiendi arguit hos eſſe fines illius loci, qui
cuſtodem adhibet.ita Baldus d. conſil. 420. colum.2.in
prin.lib.1.& Brunus d.conſ.34.num.4.ſequitur ergo hos
fines eſſe ſub finib.Cunei,& ob id eſſe regiſtrãdos in eius
Cataſtro.

Nonò conferre non parum videtur, quòd habitantes
in his confinibus, qui Villaſchi vulgò appellantur,ſuſci-
piunt eccleſiæ ſacramenta in oppido Cunei, ſeu plebis
Cunei. qua quidem in eccleſia & ipſorum habitantiũ ca-
dauera ſepeliuntur·quæ certè omnia argũt eſſe fines Cu-
nei,& in regiſtro Cunei eſſe reponendos.

Decimò & vltimò,hos eſſe fines Cunei arguere videtur
ꝙ belli tempore obſeruatum fuit ab ipſius belli Ducibus,
vt habitãtes in loco Villaſchi,atque ita in his finibus poſ-
ſent à Gallis capi,ſi extra illos fines reperirentur:& capti-
ui effecti neceſſe haberẽt pro redemptione taleã ſoluere.
arguitur ergo hos eſſe fines Cunei; quia ſi Piperagni fuiſ-
ſent à Gallis,ſub quibus erat Piperagnum, capi non po-
tuiſſent.

Re tamen diligentiſſimo ſtudio diſcuſſa, contrariam
ſententiam veriorem & propabiliorem eſſe opinor.nẽpè
prædia horum confinium non eſſe in Cataſtro Cunei re-
giſtranda.quod,vt verum eſſe oſtendam, multis rationib.
& argumentis adducor.

Primò,ex verbis ipſius laudi, quod tria habere partes
& capita animaduerti.Primum eſt vſque ad illa verba,&
fines exiſtentes à flumine Collæ citra verſus Cuneum
&c.quæ ſanè pars certos & abſolutos fines Piperagni de-
ſignat,nec de illis vlla vnquã controuerſia extitit:quem-
admodum ex narratione litis, quæ fit in principio inſtru-
menti de laudo conſtat.Secundum caput laudi incipit ab
illis verbis iam relatis,& fines exiſtentes &c.vſq; ad ſub-
ſequentia verba,ibi,item ꝙ dicta cõmunitas&c.quæ pars
deſignat fines Cunei à flumine Collæ vſq; ad ipſummet
oppidum Cunei.

Tertium caput deinde ſubſequitur, quod incipit à di-
ctis verbis; item quòd dicta communitas &c. vſque ad
finem. quod ſanè caput venit ad præcedentia limitatiuè;
& à præcedentibus finibus illis à flumine Collæ verſus
Cuneum vſq; ad Bialeriam Foraneam; ſuper his ante lau-
dum latum inter partes erat controuerſia:& laudo con-
ſtitutum eſt vt eorum nomine Piperagnenſes quotannis
cenſus nomine ſoluerent Cunienſibus libras vigintiquin
que monetæ Aſtenſis. & in cæteris ipſi Piperagnenſes eſ-
ſent immunes & exempti.hi ergo fines nudo quodam
nomine,vel ſaltem ſola ratione ipſius cenſus appellantur
fines Cunei,non autem abſolutè, iuxta doctrinam Bart.
in leg.Lucius.§. quæſitum, de leg.3. dum docuit, illud
12 non dici † propriè tale,quod eſt tale ſecundum quid. il-
lum ſecuti ſunt Decius in l. velle non creditur. numer. 5.
de reg.iur.Curt.Iun.in l.1.nu.73.& ibi Ripa num.101.ff.ſi
cert.pet.copioſè Tiraq.in l.boues.§. hoc ſermone. num.
82.de verb.ſig.& in trac. *le mort ſaiſit le vif.* par. 2. decla.9.
num. 4. non ergo hi dicuntur propriè fines Cunienſium,
ſed ratione illius cenſus.& in hoc verificari poſſunt verba
dicti tertij capitis laudi, quibus fines hi appellantur fines
Cunei:attamen verè & propriè dicuntur fines Piperagni.
confert in ſimili caſu notabili egregia doctrina Bartol.
in l.Ariſto.num.2.ff.de donat.dum ſcribit, illam cenſeri
emptionem vel permutationem,in qua plus viget natu-
ra contractus.& quæ plus valet.illum ſecuti ſunt Decius
in leg.imaginaria,in fi.de reg.iur.Goza.conſil.90. num.
10.Rub.conſi.142.num. 3 Ruin.conſil.182.num.15.lib.1.
Boer.q.144.& Didacus lib.2.variar.reſol.cap.4.numero
9.cùm ergo præter ſolutionem illius cenſus, appellen-
tur hi fines Piperagni, uerè & propriè Piperagni dicen-
di ſunt;& ob id in Cataſtro Piperagni, & non Cunei re-
giſtrandi.

Secundò, confirmatur præcedens fundamentum ex il-
lis verbis laudi, quibus dictum eſt, quòd nomine cenſus
Piperagnenſes ſoluant quotannis libras 25. pro omnibus
fodris & taleis, pro quibus ſint deinde exempti à dictis
fodris, taleis & regiſtris. hæc ergo prædia dicuntur
eſſe conuentionata:quorum ea eſt natura,vt præter ſolu-
tionem illius annui cenſus ſint omninò libera.ita egregiè
reſpondit Bart.conſ.58.commune Spoleti. lib.1.quem ſe
cutus eſt Crau.conſi.11.numero 4.7.qui alios plures re-
cenſet.illis addo Neuiz.conſ.66.num.18.verſ.tertiò mo
ueor. ea eſt præcipua huius ſententiæ ratio, quòd duplici
13 †onere res grauari non debet.leg.Titia.§. qui in vita. de
leg.2.l.nauis.§.cùm autem.ff.ad l.Rhod.de iactu.& ſimi
lia congerunt Decius conſilio 457.num.3.& Boer. q.162.
& Io.Iacobus de Leonardis inter conſi. Bruni conſilio
117. num. 77. qui reſpondit, vaſallum qui ad aliquod o-
nus tenetur, in cæteris cenſeri liberum. ſi ergo cenſum
iuxta



iuxta conuentionem ſoluunt Piperagnenſes, ergo ab o-
nere aliarum collectarũ eximi debent,& per conſequens
nec regiſtrari; cùm vno poſito alterum amoueri debeat.
ita in ſpecie docuit Baldus. in leg. vltim. C. ſine cenſu
vel reliq. & illum ſecutus eſt Neuiza. conſil.66.nu.20.

Quòd autem Piperagnenſes cenſum hunc hactenus eã
ob cauſam ſoluerint,permulti teſtes ex parte Cuniẽſium
examinati affirmant: vti Franciſcus Gionus, & Obertus
Chiaualerius.quorum alter eſt atteſtatus,ſe cum Pipera-
gnenſibus Cuneum contuliſſe,vt cenſum ſoluerent; atq;
ita ſoluiſſe. quorum teſtimonium maximè probat con-
tra ipſos Cunienſes, qui amplius non poſſunt à ſe ſemel
14 †probatum improbare. leg.ſi quis teſtibus. C. de teſtib.
& ibi Doc.copioſè Crau.conſi.188.num.5. Soc.Iunior.
conſi.178.in fi.lib.2.Pariſ.conſil.31.nu.4.lib. 4.& Boer.
q.245.& illi Franc. Giono maximè credendum eſt, cùm
de facto à ſe ipſo deponat:vt tradunt Cra. conſi. 2.nu.9.
conſi.73.num.30.etiamſi aliàs eſſet infamis.ita Soci.Iun.
conſi.61.nu.16.lib.2.& alibi.prætereà hæc ſolutio proba-
tur ex apochis authenticis ipſorum Cunienſium, quibus
quidem apochis vt propriis Cunienſium confeſſionibus
adhibenda eſt maxima fides,cùm confeſſio omnibus pro-
bationibus maior cenſeatur.l.vlt.C.de fideicom. & ſcri-
bunt Gram.deciſ.36.num.66.Socin.Iun.conſ. 39.nu.18.
lib.2.& Crau.conſ.61.nu.3.& conſi.171.num.4. his ergo
dicendum eſt,non eſſe hæc prædia in cataſtro Cunei regi
ſtranda.

Tertiò his accedit, quòd etiamſi concederemus rem
eſſe dubiam ex verbis laudi, attamen negari non poteſt,
15 quin ex longiſſimo † vſu ſit ſemper obſeruata hæc inter-
pretatio,vt hi cenſeantur fines Piperagnenſium: ab ea i-
gitur interpretatione non eſt recedendum.l. minimè. ff.
de legib.cum vulgatis ſimilibus. & ſcribunt Rom. conſi.
271.colu.2.verſi. tertiò non eſt dubium,& Decius conſi.
49.colu.2. verſic. ſecundum ſupradicta. & hæc cenſetur
conſuetudo atque obſeruatio interpretatiua, quæ cur-
ſum longi temporis non requirit,vt reſponderunt Aret.
conſil.11.colu.3. verſ.ſed tamen ex ſupra abundanti. Soc.
Sen.conſ.111.col.vlt.lib.1.Dec.in c.cum M. Ferrarienſis,
colum.2.verſic.ex ſuprà dictis.de conſt.& conſ.156. co-
lum.vlt.& egregiè Crau.conſ.101.num.4.conſi.118.num.
2.idem Craue. in reſponſo pro Rep.Sauiliani.nu. 22. qui
hoc argumenti genere in ſpecie confinium vtitur.& pre-
ter eum Neuiz.conſ.66.nu.22. quib. accedit gl.in l.2.C.
de exact.& tranſl.mil.ann.lib.10.quæ cenſuit in his oneri
bus & collectis atque ita regiſtris conficiendis & ſoluen
dis,eſſe ſtandũ conſuetudini.& gl. illam cenſuit notabilẽ
Alciat.reſp.168.nu.3.

Quartò,ſuffragatur frequens fama iam inueterata & de-
nominatio,quibus conſtat hos fines appellari fines Pipe-
ragni,& nõ Cunei:vti infinitis propè teſtibus probatum
16 fuit.nec dubium eſt in his antiquis † famam & denomi-
nationem probare fines,vt ex c.cùm olim,de cenſib. reſ-
ponderunt Bald. conſil. 420. verba Principis. colum.2.
libr.1.Barb.conſ.6.colum.2.lib.2. Soc.Sen.conſ.86.co-
lum.1.lib.1.& Dec.conſ.42.nu.9.quibus accedunt Guid.
Pap.q.193.verſ.tertiò.Grat.conſi.138.nu. 11.lib.1.& Mar-
ſil.in l.de minore.§.ſi plurium.num.55.ff.de quæſt. quos
nouiſſimè ſecutus eſt Hiero. de Monte in tract. fin. re-
7 gund.cap.55.num.10. quinimmo verbis ſolis†enuntiati-
uis fines probari in antiquis reſponderunt Brunus conſ.
34.num.4.5.& Pariſ.conſ.27.nu. 15. libro 1.qui affirmant
probationem ſemiplenam in antiquis ſufficere.& in ſpe-
cie Crau.conſi.54.num. 12. qui in ſimili laudo de finibus
loquitur.

Quintò accedit, quòd ſemper Piperagnenſes ius dixe-
runt de illis prædiis & finibus.nam, cùm aliqua exorta
eſt cõtrouerſia de illis ad prætorem Piperagni delata illa
fuit,& ab eo diffinita:ſequitur ergo quòd hi,non Cunei,
ſed Piperagni fines cenſentur,vt probat ca.cùm olim,de
cenſib.vbi Docto. & in ſpecie reſponderunt Abb. conſ.
52.in 3.dub.lib.2.& Bal.conſil.420.col.2.lib.1. cum aliis
quos retuli ſuprà in ſeptimo fundamento facto pro Cu-
nienſibus.

Sextò confirmantur relata, ꝙ clarè conſtat omnia hæc
prædia à flumine Collæ vſque ad Bialeriam Foraneã ſem-
per fuiſſe regiſtrata in cataſtro Piperagni,non autem Cu-
nei;& ſemper poſſeſſores illorũ prædiorũ ſoluiſſe onera
Piperagnenſium :ſequitur ergo hos eſſe fines Piperagni;
18 cùm † libri cenſus, quæ vulgò regiſtra appellantur, fines
probẽt. §. ſi quis igitur. in auth. de natura. libr.l.3. & ibi
Bald.C.de natur.libe.Alex.conſ.23. col.1.nu.3.lib.5.Cal-
ca.conſ.34.col.2.nu. 5.& Iaſ.conſ.166 nu.2.libr. 4. quos
ſecutus eſt Crau.in reſp.pro Rep.Sauiliani.nu.83.verſic.
rurſus.quibus accedunt Soc.Sen. conſi. 205. colum. 2. &
3.libro 2.& conſ.46.colum.pen.verſic.prætereà.lib. 3.&
clarè & pulchrè Bolog.conſ.4.col. 2. verſ.capio primũ.
Decius conſ.146.num.13.& Alba conſ.6.num.6.& in ſpe
cie reſpondit Brun.conſ.34.num.7.ſolutionem collecta-
rum & regiſtra probare confines. ita etiam fines probã-
tur ex ſolutione gabellæ per eos, qui eò tranſeunt, vt re-
ſpondit Corneus cõſilio 333. columna 8. verſic. itẽ pro-
batur per multos teſtes.num.9. in fin. lib.1. cùm ergo hi
ſint fines Piperagni, nulla ratione debent regiſtrari in
cataſtro Cunei.

Septimò,maximè ſuffragatur curſus longiſſimi tempo-
ris, quòd vbi aliquod ius alio modo non eſſet his Pipe-
ragnenſibus quæſitum,ſufficeret ad eorum partes tuen-
19 das.hæc enim † prædia à tempore cuius initij non extat
memoria fuerũt ſemper regiſtrata in cataſtris Piperagni,
& ibi ſoluerunt onera & collectas:eſt ergo quæſitum ius
Piperagnenſib.regiſtrandi atque collectandi hæc prædia,
etiamſi aliàs hæc prædia eſſent ex finibus Cunei: cùm qua
draginta annis huic iuri præſcribatur.l.licitatio.§.earum.
ff.de publican.& vectig.dum docuit,libertatem non ſol-
uendi onera in loco tanto tempore præſcribi. Bartolum
ſecuti ſunt Alex.conſ.16.nu.27. verſ. tertiò conſideratur.
lib.5.Ruin.conſ.219.num.19.verſ.prætereà ex quo,lib.1.
quos in ſpecie noſtra probauit Crau.conſil.111.nu.12.& in
reſponſo pro Rep.Sauiliani.nu.24.eiuſdẽ opinionis fue-
runt Balbus in tract.præſcrip.2.partic.quintæ par.princ.
q.5.Rip.li.j.rñſ.c.14.nu.23.Ruin.conſ.217.nu.8.lib.1. Pa-
riſ.conſil.69.nu.8.lib.1.& Didac.in c.poſſeſſor.§.2.nu.8.
de reg.iur.in 6.ſi ergo tempus quadraginta annorum ſuf
ficit,quantò fortius tempus immemoriale, quod & con-
ſtituti & priuilegij loco eſſe ſolet? l. hoc iure. §. ductus a-
quæ. ff. de aqua quoti. & æſti. copioſè Decius conſil. 85.
num. 2. conſil. 117. in fin. & conſil.271.num.3.& Afflict.
deciſ.254.nu.4.qui & illud ſcribunt, ius piſcãdi hoc diu-
turno tempore acquiri atque præſcribi:immò tanto tem-
pore acquiritur dominium.ita Dec.in leg.traditionibus.
num.11.C.de pact.Baldus in tract.præſcrip. 2.partic.ter-
tiæ part.prin.q.6.verſ.limita iſtam concluſionem.& co-
pioſè Crau.in tract.de antiq.temp.4. par. prin.nu. 24.&
20 tam longiſſimo tempore regalia†etiam præſcribi reſpon
dit Crau.conſ.54.nu.8.quinimmò tanti temporis curſus
conſenſum Cunienſium arguit.ita Soc. conſ. 181.nu.59.
lib.2.quòd autem à centum annis citra Piperagnẽſes re-
giſtrauerint in ſuis cataſtris, & collectas indixerint his
prædiis,clarè affirmant permulti teſtes Cunienſium, vt
Franciſcus Struga,Laurentius Gionius,Franciſcus Bana-
chus,Antonius Gauiterius & alij plures.

21 Octauò accedit,†quòd ſaltẽ à triginta annis citra quie
tè & pacificè Piperagnenſes hæc prædia poſſederunt, &
pro ſuis finibus habuerunt;quo fit, vt cenſeantur illa pre
ſcripſiſſe;vt in ſpecie reſpondit Caſtr.conſil.458.Reſpõ-
deo.col.1.lib.1.quem ſecutus eſt. Hier.de Monte in tra-
cta.finium reg.c.74. nu. 6. ij cenſent inter communita-
tes ſpatio triginta annorum confinia præſcribi.ex l. vlti.
C.finium regun.quæ ſanè vera ſententia locum hìc ha-
bet, vbi fines ij non erant certi, diffiniti & limitati, ſed
dubij & obſcuri, ſaltem ex parte ipſorum Cunienſium;
quo caſu præſcribi poſſunt.ita gl.in ca.quia indicante, in
glo.vltim.de præſcri.Curt.Sen.conſil.57.col.11.& tradit
Hier.de Monte loco iam citato c.76.nu. 4.qui ob id ſub-
iungit, fines limitatos & diſtinctos non præſcribi, ex e-
iuſdem gloſſæ & Doctorum opinione, & ex Calcaneo
conſil.90.num.6.ea ratione,quòd iuris publici hæc ſunt,
& propterea non ad priuatos, ſed ad ſolum Principem
ſpectant.

Non enim clarè limitati fuerunt, ſed maximè obſcuri
contra Cunien.nec repugnat quod aſſerunt iidem Cuniẽ
ſes hæc prædia dolo, vi & fraude à Piperagnenſib. fuiſſe
poſſeſſa & regiſtrata ab anno 1536. citra tempore belli,
quo Cunienſes impediebantur iure ſuo vti. ex quo erant
ſub ditione & poteſtate Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ, &
Piperagnenſes ſub Gallis, & ob id (aiunt Cunienſes) vis,
dolus & fraus prodeſſe non debent.l.ne ex dolo.ff.de do-
lo,&

lo.& copioſè tradit Tiraq.in trac.de retractu conſang.§.1.gl.9.nu.67.non inquam hoc repugnat,ſi quidem multipliciter reſpondetur.

Primò,ꝙ de dolo & fraude non conſtat,& in dubio nō præſumitur.l.dolum.C.de dolo.l.quoties.§.qui dolo.ff.de prob.& ideo debuit claris & perſpicuis indiciis probari,vt latè reſpondit Crau.conſi.8.nu.1.

Secundò reſpondetur,non eſſe veriſimile, dolum vim & fraudem eſſe commiſſam à Piperagnenſibus cōtra Cunienſes,cùm Cunienſes ſint & ſapientiores, ex quo ſemper habuerunt Doctores excellentes & probos atque diligentes,vt Magnificum D.Dominicum Sirenum& alios plures; & fortiores atque potentiores ſint diuitiis & oppido munitiſſimo:& econtrà Piperagnenſes ignari agrorum cultores & inopes,atque ita ſine viribus & conſilio. non ergo præſumitur dolo & vi quidquā egiſſe aduerſus Cunienſes.ita in ſpecie regiſtrationū arguit Crau.conſi.293.col.pen.in fine.Tertiò reſpondetur, quòd etſi bellū aliquot annos exarſerit inter Cæſarem & Gallum;attamē in oppido Cunei iura adminiſtrabantur,& Cunienſes facilè in ius vocare poterant Piperagnenſes, & contra eos
22 expiri.† Non ergo iuſtum dici poteſt hoc belli impedimentum,quod remoueri facilè potuit:vt tradunt Goza.conſil.38.nu.11.Soc.Iun.conſi.76.num.79.lib.1.Craueta conſi.6.nu.73.& impedimentum iuſtum non eſſe, cùm ius redditur,ſcribunt Felin.in c.ex tranſmiſſa,colu.2.de præſcri.& Balbus in tract.præſcrip.par.6.princ.partic.2.in 1.caſu.verſic.limitatur iſta.confirmatur ex eo, quòd quemadmodum ipſi Piperagnenſes eo tempore Cuneum accedebant,vt annuam afferrent penſionem librarum 25.ita potuerunt Cunienſes conqueri,& ius ſuum tueri.quin immò ex ea receptione dictæ ſummæ librarum 25.declararunt Cunienſes, ſe illi regiſtrationi Piperagnenſium acquieuiſſe.

Quartò reſpondetur, Cunienſes nullam aliquo tempore proteſtationem huius ſui impedimenti feciſſe: quemadmodum neceſſe erat,quòd proteſtarentur.ita Barto.in leg.item illa.ff.de conſt.pecun. Ruinus.conſil.172.nu.14.lib.4.Boerius q.40.& Socin.Iun.conſi.104.numero 26.lib.3.

Quintò reſpondetur,nil hoc penitus Cunienſib. prodeſſe,cùm ante bellum fuerint ſemper hæc prædia regiſtrata apud Piperagnenſes,quibus, etiam ſubducto belli tempore,ſatis acquiſitum fuit ius ita regiſtrandi & collectandi.

Nonò ꝙ Cunienſes nullum ius regiſtrandi & collectandi hæc prædia habeant,vel ex eo conſtat,quòd in antiquis eorum regiſtris non reperiuntur deſcripta. hæc ergo deſcriptio non facta arguit eis ius regiſtrandi non competere.ita in ſpecie argumentatur Cur.Iun. conſ.106.col.1.quem ſecutus eſt Craue.conſi.111.nu.13.Ita etiam ex inſpectione librorum æſtimi & cataſtri arguimus, aliquem
23 †eſſe immunem,ſi in eo non reperitur diſcriptus,vt ſcribunt Alex. & Iaſ. in l. Titiæ textores. de l.1.& Bart. in l.vlt.C.de reb.cred.Bald.in l.non iuſtum. C.de edendo. Crau.conſ.38.col.1.& alios recenſet Gram.dec.69.num.16.quibus accedit Dec.conſi.213.nu.6 & conſi.286.col.1.quod tunc maximè procedit, cùm ſolutiones in libro communis ſunt deſcribendæ,ita declarat Alex.conſ.219.col.pen.lib.6.

Decimò & vltimò, rem hanc pro ipſis Piperagnēſibus claram reddunt permultæ coniecturæ & præſumptiones
42 iam relatæ, quæ ſi ſimul iungantur, † plenam & abſolutam facient probationem, vbi aliàs non facerent (quod negatur) ita in ſpecie reſpondit Aret. conſil.42.nu.nu.3.quē ſecutus eſt Hier. de Monte in tract.finium regūdo.cap.53.nu.4.& hoc caſu recipiendæ ſunt hæc coniecturæ & præſumptiones,cùm tendant ad vnum eundemque finem vt multis eo loci Montanus probat. & illi accedunt quæ ſcribunt Ripa in l.admonendi.num.208. de iureiur. Marſilius conſ.20.nu.47.& præter eos copioſè Barba.conſ.6.col.pen.& vlt.lib.2.cæteros prætereo.

Non obſtant nunc adducta in contrarium,quia ſigillatim ſingulis reſpondetur.ad primū reſpondeo vno verbo,
25 illam præſumptionem † non ſolùm veritati,ſed & efficaciori præſumptioni ſubiacere.leg.diuus. ff. de in integrū reſtitutione Decius conſilio 470. numero 10. Socinus Iunior. conſilio 59. numero 10. libro ſecundo & Craueta conſ.250.numero 2.pro Piperagnenſibus, & veritatem & efficaciorem præſumptionem eſſe iam ſuprà oſtendimus.Non obſtat ſecundum,quia reſpondeo, illa verba, ſpectent & pertineant,referri ad eos fines,qui ſunt vere liberi ipſorum Cunienſium,hoc eſt à Bialeria Foranea Cuneum vſque,& vel ſecundò poſſunt intelligi ratione cenſus,qui ipſis Cunienſibus quotannis à Piperagnenſibus præſtatur,atque ita,ſi verba hæc reſpiciunt prædia à Bialeria Foranea Cuneum vſque (vt verè reſpiciunt) ſignificant abſolutum dominium Cuniēſium in illis:ſi verò verba hæc prolata ſunt de his finibus,de quibus nunc eſt contentio,ratione ſolutionis cenſus,ad Cunienſis ſpectant. nec mirum,quia verbum pertinere,amplam habet ſignificationem,& non ſolùm directum dominium, vel vtile ſignificat,ſed ēt ſolam aliquam aliquando poſſeſſionem; glo.in ca.querelam,de electio.& ſcripſi copioſè in tract.de recuperanda poſſeſſione,in præludijs.num.13.

Reſpondetur etiam dicta verba reſpicere ſecundam partem ipſius laudi,iuxtà declarationem, quam ſuprà retuli in primo fundamento ad fauorem Cuniēſium facto. in qua quidem ſecunda parte generaliter aſſignantur illa prædia à flumine Collæ Cuneū verſus ipſis Cunienſibus: ſed ſtatim deinde in tertia parte verſic. item &c. ponitur illa exceptio;de qua ſuo loco diximus.Non obſtat tertiū,
26 quia illa verba,pleno iure, † ad ſubiectam materiam reſtringuntur.ita poſt & Alexandrum & alios,quos recenſet,reſpondit Gozad.conſil.58.num.22.& egregiè Ruinus.conſi.137.num.8.& conſil.138.numer.7.lib.2.at hîc ſubiecta materia oſtendit, dictos Cunienſes à flumine Collæ vſque ad Bialeriam Foraneam non habere hoc plenum ius,ſed cenſus præſtationem:non ergo illa verba pleno iure eis prodeſſe poſſunt.Non obſtat quartum,quia reſpondeo etiam nunc ſatis clarum eſſe,quæ bona ſint illa,quæ tempore lati laudi,atque ita eo anno 1395.poſſidebantur à Piperagnenſibus. nam in ipſo laudo termini deſignantur, ibi, videlicèt à dicto termino exiſtente &c.
27 quæ † dictio,videlicet,eſt ſui natura præcedentium declaratiua,& ſimul reſtrictiua,vt ſcribunt Bartol. in leg.quæſitum.§.ſi quis fundum,colum.penultim.ff. de fundo inſtru.& inſtru.leg.Iaſon.in leg.ſi pluribus.nu.12.de leg.1.pulchrè Pariſius.conſil.17.num.38.lib.3. Craueta conſil.273.num.9.& conſi.310.colum.2.verſi.3.ſi velimus. ex inſpectione enim laudi,cuius,declarationi factæ in ſpecie ſtandum eſſe reſpondit Crau.conſil.54.nu.9.verſi.ſecundò probatur, res clara & aperta eſt; & ob id ceſſat ius dictionis,nunc,& præſentialiter,vt declarat Soc.Iun.conſi.145.nu.29.lib.3.

Non obſtat quintum,quia reſpondetur vno verbo,Piperagenſes non niti ea ratione,quòd ſui incolæ ſingulariter & priuatim poſsideant prædia in his finibus,ſed aſſerunt hos fines eſſe ſuos in vniuerſum, hoc eſt ſuæ communitatis; atque ita facilè corruit fundamentum illud.

Non obſtat ſextum,quia reſpondeo vnà, cum Neuiza.d.conſil.66.numero 32.hanc ſolutionem cenſus eſſe limitatam,& ob id effectum parit limitatum, vt ſcilicet pro ea partè tantùm teneantur Piperagnenſes, & in reſiduo liberi ſint, non ergo licet Cunienſibus prædia hæc in vniuerſum in ſuis regiſtris & cataſtris referre; ſed ſolum poſſunt reſtiſtrare ſummam illam cenſus cenſus, quam ipſa communitas Piperagni nomine ipſius vniuerſitatis ſoluit.

Non obſtat ſeptimum,quia reſpōdetur primò,hoc argumentum retorqueri poſſe contra ipſos Cunienſes;quia imo iuſdicens Piperagni inter habitantes in his finibus iuſdicere conſueuit;vt dixi ſuprà quinto fundamento Piperagnenſium reſpondetur ſecundò, quòd ſi reperitur Cunienſium iudices iuſdixiſſe in his cauſis ſequitur hunc actum non inferre ius aliquod nec vni alteri partium.

Reſpondetur tertiò,ꝙ ſi Cunienſes ius dixerunt in his cauſis,id factum eſt,defenderent, atque tuerentur hos fines ad commodum Piperagnenſium iuxta laudū d.anni 1395.vt mox ſubiiciam.

Non obſtat octauū,quia reſpondeo, hoc eueniſſe ex vi & diſpoſitione laudi,quod inter cætera habet hoc caput: item,ꝙ dicti de Cuneo à dicto flumine Collæ citrà verCuneum in dictis finibus poſsint & valeant ponere camparios & cuſtodes vinearum & altenorum ac aliarum poſſeſsionem prædictarum & prædictorum.quibus camparijs ſeu cuſtodibus dicti de Piperagno,quorum ſunt & erunt poſſeſsiones,teneantur ſoluere campariam, &c.

reſpon-



reſpondetur ſecundò, hoc eſſe factum ad commodum ipſorum Piperagnenſium, ergo in eorum odium non debet retorqueri.l.quod fauore.C.de legib.l.legata inutiliter.ff.de alimen. lega.Quòd autem ſit ad commodum Piperagnenſium,vel ex eo demonſtratur,quòd ex quo ipſis Cunienſibus præſtatur annuus ille cenſus, debent vice
28 verſa reddere tutos & ſecutos hos fines.ita dicimus,† imponentes gabellas & pedagia tranſeuntibus debere reddere iter ſecurum,quemadmodum reſpondit Dec. conſ.534.num.6.& conſi.649.nume.4.qui alios citat.ita dicimus,dominum teneri defendere & ſecurum facere ſuum vaſallum:vt docuit Bald.in ca.1.§.conuenticula.de pace iura.firm.& ſcribit Afflictus deciſ.265.num.4.5. Non 31
obſtat nonum, quia reſpondeo nil penitus concludere, cùm diuerſa admodum ſit diuiſio iuriſdictionis ſpiritualis à temporali,vt clarè patet etiam in his regionibus.nam videmus oppida Piperagni,Bouiſij,imò & Cunei eſſe ſub iuriſdictione, atque ita ſub diœceſi Epiſcopi Montiſregalis:& illa ipſa oppida fines temporales diſtinctos habēt
29 à ciuitate Montiſregalis. non ergo ex diuerſis † bona fit illatio.leg.Papinianus exuli.ff.de minor.& leg. vltim.C.de calumnia. & in ſpecie noſtra non licere argumentati à finibus ſpiritualibus ad temporales, tradunt Craueta in reſponſo pro repub.Sauiliani.numero 83.in fi.& Hier. de Monte in tractat. finium regundo. capitulo 25. numero 7.

Non obſtat vltimum,quia reſpondetur primò,ad rem nihil penitus conferre: ſi quidem pacta & conuentiones Ducum militiæ nec tribuunt,nec auferunt cuiquam priuatorum ius aliquod.ſunt enim hæ res inter alios actæ, quæ alteri nec proſunt nec nocent.leg.vnica. C. res inter alios acta.accedit etiam in ea cauſa quid limitatum ita eſſe conſtitutum & conuentum, vt ad alia extendi minimè poſſit,iuxta regulam.l.in agris.ff.de acquir.rer.dom. cum ſimilibus.

Secundò reſpondetur,non eſſe mirum,quòd tempore belli fines iſti conuentionati Cunienſium iudicarentur; quia habent Cunienſes dominium quoddam directum ob cenſum illum librarum 25.quæ illis quotannis ſoluuntur. Ne igitur ratione illius ſuperioritatis eorum ius læderetur,ita ad eorum fauorem creditur conuentum: non tamen hinc argumentari licet, hos fines eſſe abſolutè Cunienſium,& ob id in eorum cataſtris regiſtrandos fore.

Tertiò reſpondetur,non fuiſſe à Cunienſibus expreſſim & clarè probatum, hanc ob cauſam, quòd ſcilicèt hi eſſent fines Cunienſium, ita fuiſſe inter eos conuentum, potuit ergo eſſe & aliam ob cauſam, vt puta quòd eſſet locus medius inter Cæſarianos & Gallos. illa ergo probatio,quæ neceſſariò non concludit, nil prodeſt.leg. neque natales.C.de prob.cap.in præſentia,de prob. vbi omnes.

Aggredior nunc ſecundum caput propoſitæ conſultationis,qui ſcilicèt ſint fines ij conuentionati, hoc eſt qui bus terminis deſignentur. & verè ſolùm agēdum hîc eſt, an cōfines in viſitatione deſcripti ſint demonſtrati & ꝓbati.Et quò res ſit clarior, ſequar ordinem ipſius viſitationis terminorum, ac in ſingulis terminis immorabor, vt intelligamus, an Cunienſes ipſi probauerint hos à ſe deſignatos terminos.
30 Primus itaque terminus aſſignatur lapis† apud tectum ſeu domum Bertini,& ſolent lapides ij ita plantati eſſe loco terminorum deſignantium fines,quemadmodum reſponderunt Bal.conſ.420.verba Principis,col.1.lib.1.repetito in conſ.468.qualiter probentur,li.3.Calcan.conſ.90.nu.8.ver.ad ſecundum.Paris de Puteo in c.1.nu.20.de finib. feud. quem recenſet & ſequitur Hier. de Monte in tract.finium regund.c.17.nu.3.his accedit Afflictus deciſ.23.nu.4.

Verùm apertè conſtat ex viſitatione hunc lapidē non eſſe terminū:nā,recognitione de eo facta, cōpertum eſt, deficere illa quæ lapidem eſſe loco termini oſtendunt.nō enim habet lapides paruos hincinde: quos quidem lapides paruos appellare ſolemus,iudices, qui oſtendunt quē confinant.ita poſt Paridem loco iam citato ſcribit Hier. de Mon.d.c.17.num.4.non iſte lapis aliquas literas, quæ his lapidibus ſolent inſculpi, vt oſtendant eſſe loco termini, vt ſcribit Calcan. conſil.90.numer.8.& cum eo
Hier.de Monte d.tractat.finium reg.cap.18.num.2.3.& 32
ibid.num.4.5.ſubiungit, lapidem & literas illi inſculptas debere directò in ſui parte latiori reſpicere alterum terminum, cùm tamen hîc à lateribus reſpiciat. & idem reſpondit Corn.conſ.333.numer.37.lib.1.cùm ergo conſtet de veritate, illi ſtandū eſt.leg.cùm falſa. C.de iur. & fac.ign.Fulg.conſ.257.Cynus Guidonis.Soc.Iun.conſil.112.numer.2.lib.1.& Pariſ.conſilio 51.in fin. libro 4. etſi vna præſumptio aliam tollit.l.diuus.ff.de in integ.reſtit.& dixi ſuprà.quantò fortius ipſi veritati cedere debet coniectura & præſumptio eſt ergo dicendum, hunc lapidem revera non eſſe loco termini. nec hîc repugnant atteſtationes multorum teſtium ex parte Cunienſium, qui aſſerunt,hunc eſſe terminum.& in his antiquis videtur ſufficere † vulgi opinio & fama, vt tradunt in ſpecie hac Bal.d.conſi.420.colum.2. libr.1. Socinus Senior. conſil. 89.colum.1.lib.1.Barba.conſi.6.colum.6.lib.2.& Afflic.deciſ.23.num.5.qui etiam affirmant,teſtes de auditu probare.quod reſpondit & Pariſ.conſil.107.num.7.lib.1. non inquam hæ atteſtationes repugnant;quandoquidem ſunt ſecuti teſtes hi falſam vulgi opinionem, quæ veritati cedere debet,vt iam diximus.non enim falſus rumor veritati nocere poteſt.l.vlt.ff.de hæred.inſt.Relati itaque teſtes nihil probant, cùm etiam ſolùm aſſerant, lapidem illum fuiſſe habitum pro termino, non autem affirmant fuiſſe aliquando factam recognitionem, an verus eſſet terminus,vel non. cùm ergo ex effectuali recognitione nunc compertum ſit,non eſſe terminum,ſequitur,falſam illam vulgi opinionem Cunienſibus non prodeſſe. Præterea, cùm permulti ex teſtibus atteſtentur ſolùm de auditu auditus, credendum eis non eſt, cùm aliæ coniecturæ non concurrant, vt in ſpecie reſpondit Ruinus conſilio 92.numero 13. in fi.lib.4. & quamquam Franc.Benachus atteſtetur aliquando factam fuiſſe huius termini recognitionem,& fuiſſe compertum eſſe verum terminum, non tamen teſtimonio huius perſonæ ſingularis credendum eſt.leg.iuriſiurandi. C.de teſtib. cum ſimilib. Cùm ergo non conſtet de primo hoc termino,ſequitur, lineam rectam duci non potuiſſe ab illo lapide ad arborem poſitam ſuper Bialeria Vermegnanæ,ſeu Foraneæ. Non enim recta linea cum cordula duci poteſt, ſi de altero extremo non conſtat, quemadmodum reſpondit nouiſſimè doctiſſimus Cephalus compater meus conſi.77.numer.12.lib.1.& ſenſit Calca.conſil.90.num.8.quinimmò aliqui ſunt ex teſtibus Cunienſium,qui affirmant rectam lineam non duci ab lapide iſto ad arborem, ſed ad viam Zuchi, vbi Bialeria illa Foranea duo capita facit. ita deponit Sigandus,& cum eo alij nonnulli. quocirca horum teſtimonio contra ipſos Cunienſes omninò credendum eſt, iuxtà glo.§.& licet.in verbo,ſuppliciis,in auth.de teſtib.Corſetus in ſuis ſing.in verbo, teſtis. Marſi. ſing.92. Neuiz.conſil.47.num.2.& Crauet.conſil.100.in fin. & alios ſuprà retuli.

Cæterùm,admiſſo rectam lineam ab hoc lapide ad arborem poſſe duci,videndum nunc eſt, quouſque hi fines, ſequendo Bialeriam, tendāt. Cunienſes tertium terminū conſtituunt apud tectum illorum de Gauteriis, vbi aſſerunt,reperiri viam Zuchi, iuxta formam relati laudi. Verùm,non ſatis conſtat,quòd illa ſit via Zuchi. nam etſi ex relatis triginta nouem teſtibus multi ſint, qui affirment, dictam viam apud tectum horum de Gauteriis eſſe viam Zuchi,attamē alij plures aſſurunt,hanc viam appellari viā Cerri.& cùm diuerſa ſint nomina Cerri & Zuchi, ſequitur in dubio cenſeri diuerſas eſſe vias, iuxtà l.ſi idem. C.de cod.& ſcribit Crau.conſ.6.nu.1.accedit, ꝙ teſtes permulti ex relatis aſſerunt,viam Zuchi amplius nō reperiri. præterea, hanc non eſſe viam Zuchi oſtendūt deſcriptiones confinium factæ ab Vberto & Iacobino Ciaualerijs, & aliis nonnullis.

Nunc ſupereſt videre quo in loco ſitum ſit Chiaperium monacharum,quoniam in laudo legitur in hæc verba: quòd in dictis confinibus & capitulo intelligantur eſſe poſſeſſiones,quas habent illi de Piperagno à Chiaperio monachæ,eundo recta linea per teſtam terrarum Gandulphi de Gandulphis; & Ludouicæ Bouériæ vſque ad viam Furiam. Volunt ergo Cunienſes Chiaperium eſſe apud tectum illorum de Cauallis: attamen examinati teſtes non probant;quia aliqui nihil affirmant, aliqui verò aſſerunt, prædium apud dictum tectum dici Chiaperiū; ſed non aſſerunt eſſe illud monacharum. non ergo identitas probatur;vt probanda† erat,vt ſcribunt Iaſon in le.non hoc.numer.10.C.vnde legitim. Dec.conſilio 91. in

fine &

fine & Crau.conſi.112.nu.3.& conſ. 269.nu.3.quod equidem omninò hîc procedit, quia Iacobus Varnerius teſtis à Cunienſibus productus aſſerit,in his cõfinibus conuentionatis reperiri aliud prædiũ,quod appellatur Chiaperium monachorum.

Nec repugnat,quòd identitas probari poſſit ſolis coniecturis;vt apertè tradit Afflictus deciſ.23.nu.4.& præſer
33 tim in antiquis,†in quibus ſufficit qualiſqualis probatio, vt affirmarunt Soc.Sen.conſ.166.col.2.in prin.lib.2.Rui. conſil.92.nu.9.lib.4.Dec.conſi.104.numer. 23.quoniam reſpondetur, verum id eſſe, cùm nil aliud obſtat; ſed in caſu noſtro apparet aliud Chiaperium reperiri, præter illud deſignatum Cunienſibus.quocircà, cùm ex temporis antiquitate fines iſti & termini videantur immutati, Cunienſium partes erant, deducere hoc nunc deſignatum Chiaperium eſſe illud antiquum in antiquo laudo relatum: quemadmodum ita rectè aduocatos inſtruit & docet Bart.in l.1.C.ſi vnus ex plurib.appella.quem ſecuti ſunt Dec.conſi.109.nu. 2. & nouiſſimè AEgidius Boſſius in tractatu cauſarum Criminalium,titu. de principe.
34 nu.270.accedit,ꝙ rei†identitas vnitaſq; ab eo deduci atque probari debet,qui in ea fundamentum facit.l.ſi in rē, in fi.ff.de rei vind.l.1.§.ſi quis argentũ.ff.depoſ.l.actione. ff.de furtis.Bart.in l.1.num.3.C.ſi vnus ex plurib.appell. & Alex.conſi.183.nu.19.lib.6.ſenſit Craue.conſi. 198.nu. 4.qui nu.2.idem ait de actus idẽtitate, quod reſpondit & Alex.conſi.105.nu.2.lib.2.& conſ.20.nu.7.lib.7 .atq; ita iuris eſſe concludo.

Iacobus Menochius I.C.

## *SVMMARIVM.*

1 *Tutor an liberari poſsit à redditione rationis administrationis ſuæ.*

2 *Liberatio generalis rerum apud talem exiſtentium,non habet locum,neque comprehendit bona, quæ eßent petita reſtituenda fore,quæ ſententia habet locum tam in contractibus quàm in vltimis voluntatibus.*

3 *Socer & gener in quàm pluribus cauſis aſsimilantur patri & filio.*

4 *Pater ſi fuerit relictus tutor à filio, cenſetur liberatus à redditione rationum.*

5 *Tutor poteſt liberari à redditione rationum adminiſtrationis negligenter factæ, vel dolo præſumpto,ſecus adminiſtrationis dolo factæ.*

6 *Allegans dolum,illum probare debet.*

7 *Tutor diues & nobilis præſumitur rectè adminiſtraſſe,& ſine dolo & fraude.*

8 *Verba generalia non debent interpretari contra naturam ſuam. & nu.16.*

9 *Dictio nullo modo,eſt dictio præciſa,& nu.16.*

10 *Error calculi quando allegatur, non ſolùm ſemel,ſed bis, ter & pluries calculari debet.*

*Tutor qui reddit ſemel rationem adminiſtrationis, an poſsit cogi pluries reddere vſque in fi.conſilij.*

11 *Negligentia & dolus tutoris quomodo cognoſcatur quando reddit rationem adminiſtrationis ſuæ.*

12 *Tutori an credatur aßerenti de ſolutione facta, etiamſi conſtaret de confeſsione creditorum.*

13 *Mutuum factum eſſe non probatur ex verbis procuratoris recipientis,& verbis datis,ſed apparere debet de actuali numeratione pecuniæ.& quomodo procedat.nu.24.*

14 *Tutor non debet donare ea quæ ſunt pupilli, licèt ampla ei adminiſtratio demandata ſit,& an verum ſemper ſit,nu.25.*

15 *Pupillus non poteſt rem ſuam donare etiam cum auctoritate tutoris.*

16 *Tutor ſi reddiderit rationem adminiſtrationis ſoli pupillo,& ab ipſo fuerit facta liberatio, vel quitatio, non propterea liberatus intelligitur.*

17 *Tutor ſi reddiderit rationem cum pacto non contraueenindi erroris cauſa,liberatur ab alia redditione in perpetuum.*

18 *Iuramentum perimit omnem moleſtiam, neque aliud petendum eſt,ne iurans periurus efficiatur.*

19 *Suſpicio fraudis non conſiderari poteſt, vbi quid factum eſt cum decreto iudicis.*

20 *Error & dolus ad hoc vt probetur, requiritur concludens & legitima probatio.*

21 *Ob fidem viri boni receditur à regulis iuris communis.*

22 *Præſumptio tollitur per aliam efficaciorem contrariam.*

23 *Libro notarij non creditur contra librum tutoris.*

24 *Fides in vno approbata,& in cæteris creditur vera.*

25 *Memoria morientis qualis dicatur eße.*

26 *Curator datus à iudice, cui redditiæ ſunt rationes adminiſtrationis tutoris,ſi error vel dolus reperiatur,an ipſe tenetur.*

# CONSILIVM XXII.

## Initium à Domino.

HAEC conſultatio duas habet difficultates atq; iuris dubitationes enucleandas: prima eſt,an Magnificus D. Auguſtinus Taparellus teſtamentarius tutor Magnifici D.Franciſci Conradi Taparelli Sauilianenſis potuerit à teſtatore liberari ne teneretur reddere rationem adminiſtratæ tutelæ: ita vt non conueniri potuerit à D.Conrado pupillo ad eas rationes reddendum.Secunda eſt,an admiſſo Do. Auguſtinum teneri reddere rationes has,ſatis fuerit ſemel eas rationes reddidiſſe;vt cogi nunc non poſſit iterum reddere.

Quò ad primam dubitationem dicendum videbatur,D. Auguſtinum tutorem non eſſe liberatũ à redditione rõnum,ob illam teſtatoris diſpoſitionem.

Primò,quia hîc arguitur Do. Auguſtinus de doloſa &
1 mala adminiſtratione tutelæ: quo fit,vt à teſtatore†liberari nulla ratione potuerit.l.Aurelio.§.Caius. ff.de liber. lega.vbi Bart.idem in leg. quidam decedens,in prin.ff.de adm.tuto.& reſpondit Decius conſi.178.nu.3 conſi.192. num.4.verſicu.ſecundò principaliter.conſi. 349.in fin.& conſi.418.nume.21.idem in l.contractus.num.42 de reg. iuris.& præter eum late idem reſponderunt Soc.Sen.cõſi. 201.col.2.lib.2.Iaſ.conſi.14.col.2 & 3.lib.Gozad.conſi.47 nu.15.Pariſi.conſi.84.numero 22.31.32.conſilio 87.nume. 17.libr.1. & Ferratius caut.51.ſi quis.qui vno ore ſcribunt non poſſe dari cautelam qua tutor ab huius rationis redditione valeat liberari:quandoquidem ſi liberaai poſſet, parata eſſet via fraudib.&dolis,quę alioqui ſunt coercẽda. l.cõueuire.ff.de pact.dotal.l. in fundo,in fi.ff.de rei vind. & hæ liberationes,quæ liberalitatis ſunt, captioſæ efficerentur,contra l.cum Aquiliana.ff.de tranſa.& l.5.§. contrariũ.ff.de contr.iud.tute.Secundò,ſuffragari videbatur illa ratio,ꝙ hîc conuenitur tutor, vt reſtituat multa bona ipſius teſtatoris & pupilli, quæ penes ſe ſunt.atqui vbi de
2 his reſtituendis † agitur nunquam ex generali liberatione facta à teſtatore de non reddendis rationibns.cenſeatur conceſſa liberatio de his non reſtituendis. l.Aurelius. §.Mæuio.ff de liber.leg.& ſcribũt relati ferè omnes, quæ ſanè ſententia procedit tam in contractibus quàm in vltimis his diſpoſitionibus,quemadmodum tradunt Iaſon in l.ſub prætextu,la.2.nu. 2.verſi.ſecundò moueor. C. de tranſact.& conſi.171.col.3.lib.2.Soc.Sen.conſi.190. colu. pen.in fi.lib.2.Ruin.conſ.25.nu.17.lib.1.& conſ.42.nu.16. lib.4.Didacus lib.2.varia.reſol.c.14.cæteros ſciens prætereo.

Cæterùm,re diligentius conſiderata, ſum contrariæ ſententiæ,liberationem hanc omninò iuuare dictum D. Auguſtinum tutorem:quòd vt dicam, multis adducor rationibus;eo in primis præſuppoſito inter d. teſtatorem & D. Auguſtinum tutorem arctum vinculum affinitatis interceſsiſſe.nam præter antiquam affinitatem, erat is teſ
3 tator Socer † dicti D.Auguſtini,atque ita patris loco.iuxta l.quia parentis.ff.ſo.matr.quo loci ſocer loco patris eſt in ea materia priuilegiorum, que alioqui ſtrictam ſolùm admittit interpretationem.ita videmus.Socerum prohiberi ferre teſtimonium pro genero illis in caſibus quibus prohibetur & pater pro filio.ita gloſſ.in l.teſtis idoneus ff.de teſtib.& reſpondit Gramma.conſi.45.num.16. conſert.doct.Baldi & Salice. in auth.ſi qua mulier.C.ad S.C. Velleia.dum aſſerunt diſpoſitionẽ illius authenticæ, qua mulier



mulier prohibetur obligari pro marito, extendi, vt nec ꝓ ſocero id poſsit.Baldum ſecutus eſt Iaſon in l.ſi conſtante, in princ.nu.26.ff.ſolut.matr.ita donatio,quæ prohibetur inter virum & vxorem; ita & inter ſocerum & nurum non recipitur:vt reſpondit Ruin.conſ.69.num.26.libr.3. ita etiam reſpondit idem Ruin.conſ.144.num. 6.libro 5. Socerum teneri alere generum, vt tenetur pater filium. & idem reſpondit Soc. Iun. conſilio 113.numero 17. libr. 3.& probat l.cùm pater. ff.ad l. Pomp. de parricid. ita reuerentia patri debita, ne ſine venia in ius vocetur. eſt etiam debita Socero, vt cenſuit gl. & ibi omnes in l.generaliter.ff.de in ius voca.his ita conſtitutis,primò,vt oſtendam D.Auguſtinum non teneri ob relictam à teſtatore liberationem, reddere adminiſtrationis rationem, moueor ex l.Aurelius.§.ſi Titius.ff.de liber.leg.quo loci
4 reſponſum extat à iuriſconſulto,†patrem à filio in tutorem relictum liberatum cenſeri ab omni redditione rationum,ſiue in vſus proprios filij bona conuertit,ſiue illius pecunias proprio nomine fœnori dedit. illud reſponſum dixit ſingulare Rom.ſing.111.vltimò ſi adultus idem ergo & in ſocero quem patris locum obtinere diximus, dicendum eſt. quod confirmatur auctoritate eorum qui illo textu idem eſſe dixerunt in patruo tutore relicto à nepote.ita Dec.conſil.178.colum. pen. Pariſ.conſi. 87.nu. 23.lib.1.Alciat.tract. præſump.reg.1.præſump. 6.& Didacus lib.2.varia.reſol. cap.14.num.1.verſicul.poſtremò. idem de matre tutrice reſpondit Gozad.conſ.94.numer.
5 14.Secundò adducor,ꝙ etſi de dolo adminiſtrantis† reddere rationem tutor habeat, non tamen de negligenter adminiſtratis.nam ab illis liberatus dicitur,vt à dolo præſumpto Bar.in l.Aurelius.§.Caio.de lib.leg.Iaſ.in leg.actione,in fi.C.de tranſact.Dec.conſ.168.& conſi.192.Gozad.conſ.94.nu.12.& latè Craue.conſi.193.numer.9. quo loci reiecta quadam Decij diſtinctione,abſolutè affirmauit, hac liberatione dolum præſumptum poſſe remitti. quod placuit & Pariſ.conſ.48.num.32.lib. 1.&Didaco.d. lib.2.varia.reſol.c.14.nu.4.verſi.quintum,dolus præſumptus.atqui in caſu noſtro de dolo vero D.Auguſtini nullo modo conſtat:quandoquidem D.Conradus pupillus,
6 vt ſuę erant partes,dolum hunc verum probare† debebat. l.quoties.§.qui dolo. ff. de probat.& in ſpecie reſpondit Goz. d.conſi.94.num.13.immò omnis dolus à D.Auguſtino abeſſe videtur, cùm iam ſemel reddiderit rationem adminiſtratæ tutelæ: & iam à d.pupillo eſt conſecutus liberationem,his ergo fit conſequens ob illam liberationem teſtatore factam,nullo modo teneri reddere rationem. Tertiò ſuffragatur,quòd.Do. Auguſtinus tutor erat
7 nobilis†ac multum diues;& ob id pro eo magna eſt præſumptio;vt latè reſpondit Craue.conſ.6.nu.28.& præter eum Barb.conſ.41.col.14.conſi.62.col.4.libr.1.& conſil. 35.col.1.lib.2.& tantò fortius in caſu noſtro, in quo non fuit demonſtratum ipſum D. Auguſtinum factum fuiſſe ex ea adminiſtratione locupletiorem.iure ergo à teſtatore liberari potuit ab ea redditione rationum. Dec.d.cõſ. 178.col.2.& conſi.192.num.4.& Craue.d.conſi.193 nu.9. & latè Didacus.d.c. 14.nu. 4. verſ.ſeptimò erit.qui & alios plures huius ſententiæ recenſent. Quartò & vltimò, me multum mouent illa verba tam præciſa in liberatione appoſita:ita quòd nulla via,modo & forma d. D. Auguſtinus tutor moleſtari poſſit ratione dictæ adminiſtrationis; ſed quòd ſit liber ab omnib.& ſingulis &c.quæ quidem verba generalia operantur effectum hunc, vt nullo
8 caſu teneatur reddere rationẽ:†alioqui illa verba vniuerſalia parum aut nihil contra ſuam naturam operarentur. ita in ſpecie argumentatur Goz.d.conſ.94. nu.18. verſic.
9 decimò pondero.cui accedit,quòd illa dictio,†nullo modo, eſt omnino præciſa,vt tradunt Iaſ.conſ.7. nu.4. lib.1. copioſè Tiraq.in l.ſi vnquàm,in verbo,reuertatur.nu.95. C.de reuoca.donatio.

Non obſtant nunc adducta in oppoſitum:quomodo reſpondetur ad primum, hîc non agi de remiſſione veri doli,ſed præſumpti tantùm; vt iam dixi.

Non obſtat ſecundum, quia hîc non conſtat, aliqua bona pupilli eſſe apud ipſum tutorem,vel illius nunc hæredes,nec quidquàm ad ſui vtilitatem verſum: imò etiamſi aliqua extarent,non eſſet facienda aliqua reſtitutio iurib. atque rationibus iam relatis. Concludo itaque in hac prima dubitatione, Dominum Auguſtinum tutorem non potuiſſe compelli reddere rationem adminiſtratæ tutelæ.

Secunda eſt dubitatio, quæ diſcutienda proponitur, an.ſ. poſito ꝙ dictus D. Auguſtinus extiterit obligatus reddere de adminiſtratis rõnem ſufficiat ꝗiam ſemel eã rõnẽ nem reddiderit. qua quidem in re dicendum fortè videbatur, denuo teneri.Primò,ꝗa vera eſt iuris ſnĩa,ꝙ vbi error
10 †calculi allegatur,non ſolùm ſemel,ſed bis,ter & quater, calculandæ atq; ineundæ ſunt rõnes.l.1. C.de errore calc. vbi oẽs,& preſertim,cùm de aliqua negligẽtia adminiſtratoris conſtat.ita in ſpecie nr̃a Caſtr.conſ.342.aduertendũ eſt, quòd ſi de mala,col.2.lib.1. & Ancha. conſil. 331. hos ſecuti ſunt Iaſ.conſ.219.num.2.li.2.& conſ.14.col.3.lib. 3. So.Se.conſ.159.col.5.& conſ.190.col. 1.lib.2.Neuiz.conſ.
* 94.in fi.& Rol.conſ.49.nu.62.li.1.qui*vno ore affirmãt, quòd vbi dolus arguitur commiſſus, vel error in redditione rationis,iterũ ſunt conficiendi calculi.quòd aũt D.Au
11 guſtini dolus & error†arguatur,multis conſtare videtur. nam cùm multa præſtare debeat tutor dum tutelam adminiſtrat,vt latè recenſet Roma.conſi.413 & conſi. 425. nihil horũ hic videtur præſtitiſſe. ac primò non confecit ex ordine librũ rationum, cùm in eo nõ fuerint diſtinctè deſcripti annui reditus in ſingulos annos, ex illo & illo prædio,quod tñ faciendũ erat.vt reſpondit Bar.conſ.150. prædicta.nu.7.lib.1.quem ſecuti ſunt Soc.Sen. conſi.159. col.2.& conſi.190.col.1.lib.2.Goza.conſi. 17. num.10.& Rol.d.conſi.49.nu.22.& mod.Pariſ.in conſuetud. Pariſ. tit.1.§.6.glo.6.nu.16.quod hîc fortius videtur procedere,quia ex libro Bellini negotiorum geſtoris dicti D. Auguſtini aſſeritur cõſtare,maiores fuiſſe hos reditus,quàm in ſuum codicem ipſe D.Auguſtinus retulerit.

Secundò dolus arguitur,ꝗa in eo codice conſcriptæ ſũt plures parcellæ expenſarum, de quib. non conſtat.nam aſſeritur fuiſſe ſolutam egregiam ſummam, D.Brianzo, cùm tñ non conſtet eum fuiſſe creditorem ipſius teſtatoris.idẽ aſſeritur ſolutũ fuiſſe medico, & tamẽ falſũ hoc ẽt
12 creditur,nec†creditur tutori aſſerenti ſe ſoluiſſe, ẽtſi conſtaret de confeſſione ipſorum creditorum,qui ſe recepiſſe dicerent,l.certum.§.an ipſos.ff.de confeſſ.l. Lucius.§. tutelæ.ff.de adm.tuto.quocircà Bart. in l.2.§.vlt.num.6.
13 ff. ſi certum peta.docuit non ſufficere † procuratorem fateri accepiſſe mutuò pecunias, niſi de actuali ipſa numeratione appareat.quod probarunt & Tiraq.tract.de retractu conuent.§.4.glo.6.nu.10.& præter eum Rui.cõſ. 140.nu.5.li.1.& Soc.Iun.conſi.57.nu.4.libr.2.ꝙ quidẽ fortius hîc procedit,vbi teſtator in ſuo teſtamento enumerauit ſuos omnes creditores, quibus voluit ſatisfieri:& tamen enumerati ij non fuerunt:non ergo veriſimile eſt ſoluiſſe,ſed potius præſumitur in proprios vſus conuertiſſe ita dolũ arguit Ang.in l.Pomponius.§.ex facto.ff.de acq. poſ.& in ſpecie noſtra Soc.Iun.conſ.159.col.3.verſi.4.arguitur.lib.2.Cur.Iun.conſi.19.nu.13 Grau.conſ.286.col. verſic.ſecundò reſpondeò.& Rol. conſil. 49.nu.26. lib.1.

Tertiò, argui videtur dolus ob id ꝙ integrè & perfectè non retulit in codice rationum annuos reditus, & exacta credita.ita dolum arguit Soc.Iun.d.conſil.159.Sol. 2.verſi.3.confirmatur.& conſ.190.col. 2.verſi.3.quia narratur,li.2.exacta fuiſſe credita non relata,deinde in codice rationum demonſtratum fuit ex libro Bellini adminiſtratoris.

Quartò dolus ex eo etiam argui videtur, quia in ipſo codice rationum retulit D.auguſtinus,ſe multa quibuſdã donaſſe.hoc videtur factum, vt pupillum fraudaret. non
14 enim licèt tutori † donare ea quæ ſunt pupilli.l. cõtra iuris.§.vlt.ff.de pactis.l.pactum curatoris,vbi omnes.C.de pactis.& reſpondit Dec. conſi.402.nu.2. tutorem & adminiſtratorem ex ampliſsima adminiſtratione conceſſa, donare non poſſe:& tutorem ad donandum dari non poſſe,reſpondit Rui.conſi.107.nu.12.& conſi.170.nu.27.lib.
15 1.imò † nec ipſemet pupillus cùm tutoris auctoritate donare poteſt.ita Neuiz.conſi.8.num.40.Cùm ergo de dolo conſtare videatur,iure dicendum videtur, denuô calculandas eſſe rationes.

Secundò,alia ratione dicẽdũ videtur,iterũ eſſe calculandas has rationes: cùm prima calculatio & liberatio nihil D.Auguſtino prodeſſe videatur.ſi quidè illi refragari videtur Decretum antiquum Ducale lib.3. ſub rubr. quitationes factæ per minores ſuis tutoribus.&c. quo quidem Decreto annullantut quitationes & liberationes factæ tutorib.ſine præſentia & decreto iudicis.quod confirmatur ex reſponſo Soc.Sen.conſi.92.nu.13.verſi.proſtremò.li.4.
16 qui reſpõdit,† ſoli pupillo malè reddi rationes, ergo &c.

Re tamen ipſa longè melius perpenſa ſentio nõ eſſe ite- 24
rum reddendam rõnem huius adminiſtratæ tutelæ, cùm
iam ſemel ritè ac rectè reddita fuerit.
Primò, eò quia D. Conradus pupillus cùm eam ætatem
exiuiſſet confectis calculis, redditáque rõne per ipſum
D. Auguſtinum, eum ampliſſimis & gñaliſſimis verbis ab
ea adminiſtratione liberauit, quæ ſane verba extẽduntur
ad ea omnia, quæ illam adminiſtrationem reſpiciunt. l. em
ptor. §. ff. de pactis. l. ſub prætextu. C. de tranſ. & in ſpecie
ita reſpondit Soc. Sen. conſ. 92. nu. 3. li. 4. qui ob id cenſuit
nil vltra eſſe quærendum.
Secundò ſuffragatur, quia non modo calculatio fuit 25
17 confecta, verum etiam abſolutio & pactum† de non con
traueniendo erroris cauſa interceſſit. non ergo licèt no-
uam rationum redditionem petere. ita Bar. in l. 2. nu. 12.
C. de iure fiſci, lib. 10. quem ſecuti ſunt So. Se. conſ. 92. nu.
4. lib. 4. & Rui. conſ. 16. in fi. lib. 5.
Tertiò, me multum mouet, ꝙ ea liberatio ſolenniter fa
cta fuit cõfectis calculis præſẽte curatore ſpeciali iudicis
auctoritate aſſignato D. Conrado minori ad hũc effectũ:
& liberatio illa iuro fuit confirmata: nulla ergo rõne in
18 dubiũ illa reuocari debet. nam iurm† perimit oẽm mole-
ſtiam, vt inquit gl. notab. in l. 3. §. 1. in verbo, liberationẽ.
ff. de cõtra. & vtil. actio. tutel. quam ita citat Caſtr. d. conſ.
342. aduertendum eſt, in prin. l. 1. & ſingularem eſſe cẽſuit
Tiraq. in trac. de legib. connubial. in gl. 3. nu. 7. non ergo
licèt amplius Do. Conrado petere nouam calculationem
& redditionem rõnum, ne periurus ſit. atque ita in ſpe-
cie ſenſerunt Soc. Sen. conſ. 92. nu. 1. lib. 4. Dec. conſ. 94.
nu. 4. & clarius Pariſ. conſ. 96. nu. 47. lib. 1. quo loci is Pa-
19 riſ. nu. 39. reſpondit, decretum† liberationis à iudice adhi
bitum oẽm controuerſiam auferre, cùm ex adhibito de-
creto ceſſet omnis fraudis ſuſpicio, vt inquit Bar. in l. fra-
ter à fratre nu. 51. ff. de cond. indeb. Dec. conſ. 448. nu. 14.
& conſ. 463. nu. 7. & egregiè reſpondit Cur. Iun. conſ. 67. 26
nu. 3. 4. decretum iudicis dolum & fraudem tollere; atq;
efficere, ne quis conqueri poſſit.
Non obſtant nũc adducta in contrariũ. ad primũ reſpõ
deo, in caſu noſtro nõ cõſtare de aliquo errore vel dolo:
quamquã multæ adductæ ſint coniecturæ ad demõſtran
dum D. Auguſtinũ doloſè adminiſtraſſe, & rationes red-
20 didiſſe: verè tamẽ nil obſunt, nã vt dolus† & error ꝓbetur,
concludens & legitima ꝓbatio requiritur, cùm ſit cõtra
rõnes ſemel calculatas nõ leui diligentia; atq; ita contra
veriſimile. ita in ſpecie hac reſpõdit Dec. conſ. 94. nu. 4.
ver. non obſtat. & in l. 1. nu. 8. in fi. C. de errore calc. Cra.
conſ. 6. nu. 43. & conſ. 190. nu. 3. 4. quod quidẽ fortius hîc
procedit, cum iam de fide & legalitate D. Auguſtini con
ſtet, & quã ipſe teſtõr approbauit: manifeſtis ergo proba
tionib. eius dolus erat probandus. ita Dec. conſi. 463. nu.
21 24. & conſ. 575. nu. 6. nam (inquit ille) ob fidem† viri boni
& legalis recedendum eſt à cõibus iuris regulis. quod &
affirmarunt Barba. conſ. 77. col. pe. li. 3. Iaſ. conſ. 170. col.
5. verſ. duodecimò, lib. 2. Pariſ. conſ. 67. nu. 93. li. 3. & Ti-
raq. trac. de pœnis legũ, cauſa ſi. cùm ergo claris & mani-
feſtis probationib. non cõſtet de dolo, nec de errore red
ditæ rõnis, ſequitur fruſtrà contendi. nec coniecturæ iam
relatæ aduerſantur. Illi primæ reſpondetur, ex ea non ar-
gui verum dolum, ſed tantũ præſumptum. vt verè ita ſcri
bũt ibi relati So. & cæteri, & præſertim Rol. d. conſ. 49.
22 nu. 22. † quæ quidem præſumptio contraria efficaciori tol
litur. iuxtà l. diuus. ff. de in integr. reſt. & tradunt Decius
conſ. 470. nu. 10. & So. Iu. conſ. 59. nu. 10. li. 2. cæteros ex
induſtria prætereo. atqui diximus maximam eſſe præſum
ptionem legalitatis & fidei D. Auguſt. illa ergo contra-
ria perimitur. & tantò fortius, quia iam ſuprà oſtẽdimus,
teſtatorem liberaſſe ipſũ tutorem ab oĩ dolo præſumpto:
in eo ergo dolo nullũ conſtitui poteſt ſolidũ fundamen
tũ. nec illi lib. Bellini negotiorũ geſtoris fides maior eſt
adhibenda, quàm lib. rõnum ipſius D. Auguſt. tutoris. vt
in fortiorib. terminis reſpõdit Caſt. cõſ. 302. ad bene ex-
aĩandũ dubia. col. 2. ver. nec etiã obſtat. li. 2. q̃ reſpondit,
23 non† credi lib. notarij contra librũ tutoris. idem ſenſit
Dec. conſ. 94. nu. 2. ver. ſimiliter ſcriptura. non aduerſatur
illa ſecũda cõiectura, q̃a tollitur ex eo, ꝙ multis in caſib.
conſtat de vera ſolutione & de documentis ſuperinde cõ
fectis. ex quib. multæ parcellæ illius libri rationũ verificã
tur: cæteris ergo adhibenda eſt fides. ita Iaſ. in repe. l. ad-
monendi. nu. 124. verſi. quintò principaliter, de iureiur.
poſt Caſt. conſ. 236. ad bene examinãdũ, col. 1. li. 1. & egre-
giè reſpondit conſ. 158. nu. 6. nã fides† in vno approbata,
& in cæteris creditur vera. l. ſi quis teſtib. C. de teſt. & ibi
Docto. nec officit quod ex d. l. certum. §. ſed an ipſos, di
ctum fuit, conſtare ſ. debere de reali ipſa numeratione, cũ
ſola confeſſio nõ videatur ſufficere. nã illud ꝓcedit in ſo
lo mutuo. ita declarat Dec. in l. 2. §. vlt. 2. lect. nu. 34. ff. ſi
cer. pet. & conſ. 493. col. pen. non etiã repugnat, hos non
fuiſſe creditores, cùm de illis facta non fuerit mentio à te
ſtatore, qui alios retulit. nam non ſequitur concludens ar
gumentatio, quia illi omiſſi fortè fuerunt per obliuio-
nem, quæ facilis eſt in hoĩe. l. c. peregrè. ff. de acqu. poſſ.
præſertim in moriente, † à cuius memoria, mortis timo-
re, omnia ferè excidunt. l. hac conſultiſſima. §. at cùm hu
mana fragilitas. C. qui teſta. face. poſſ.
Non obſtat tertia ſuſpicio, quia ex iam relatis fuit re-
ſpõſum: imò dicimus reditus omnes fuiſſe relatos perfe-
ctè in codice rationum. Non etiam repugnat quarta ſu-
ſpicio, quia reſpondetur ex ea donatione dolum non ar-
gui: ſi quidem bonafide & iuſtis de cauſis donare potuit,
cùm multi ſint caſus, quibus permiſſum eſt tutoribus do
nare, vt ꝓbat d. l. cõtra iuris. §. in fi. ff. de pactis. & l. filiuſ.
fam. in prin. ff. de dona. & ibidem Docto. latè Tiraq. in
l. ſi vnquam, in verbo, donatione largitus. nu. 174. C. de re
uo. don. eſt ergo præſumendum, D. Auguſt. virum ꝓbum
& legalem donaſſe iuſtis de cauſis: & pro pupilli vtilitate.
Nõ obſtat illud ſecundum ex Decreto Ducali; q̃a reſpõ
deo, imò in ea liberatione fuiſſe adhibitam cauſæ cognitio
nem, cum D. Io. Baptiſta patruus dicti D. Conradi conſti
tutus fuerit curator ipſi. D. Conrado, dum rõnes redde-
bantur per d. Auguſt. quocirca ceſſat etiam q̃d reſpondit
So. Se. conſ. 92. nu. 13. ver. poſtremò, li. 4. qui loquitur cùm
ipſi ſoli pupillo, ſeu minori rõnes redduntur. at diuerſum
eſt cùm Curator interuenit: illi. n. creditur. ita in ſpecie
reſpondit Pariſ. conſ. 96. nu. 26. 32. li. 1. nec quidquam con
tra curatorem† obiici poteſt: cùm à iudice aſſignatus fue
rit, vt in his terminis conſuluit Iaſ. conſ. 200. col. pe. verſ.
non obſtat ſecundum li. 2. Reſpondetur & ſecundò, poſt
factã liberationem nullũ verũ dolum ipſius tutoris dete-
ctũ fuiſſe: quare ceſſat oĩs difficultas ex illo decreto, vt in ſi
mili decreto Tridentino rñdit in ſpecie hac Pariſ. d. conſ.
96. nu. 44. li. 1. Rñdetur & tertiò, illam liberationem fuiſ
ſe iuratam, ob id contrauenire non potuit D. Conradus,
quem verè opinor iniuria aduerſus hos hæredes D. Augu.
tutoris contendere. & ita iuris eſſe cenſeo.

Iacobus Menochius. I. C.

## SVMMARIVM.

1 *Fides teſtis dicitur approbat à aproducente.*
2 *Et licèt fuerit teſtis tantùm productus, etſi non examinatus.*
3 *Approbans fidem teſtis non poteſt amplius ipſam improbare.*
4 *Geminationis maxima virtus.*
5 *Fides adhiberi debet libro alicuius & cuicunque ſcripturæ priuatæ contra ſcribentem.*
6 *Fides maxima præſtatur libro, in quo aliquid ſcriptum eſt contra ſcribentem.*
7 *Teſti creditur quando aliquid contra ſe deponit, licèt aliàs ei fides in alio non præſtaretur.*
8 *Probatio facilius ſuppletur quàm de nouo inducatur.*
9 *Mors habet vim iuriſiurandi.*
10 *Benefacienti benefaciendum eſt.*
11 *Veriſimilia veritati cognata dicuntur.*
12 *Fides illius qui dum viuebat optimæ erat famæ, non eſt improbanda.*
13 *Libro rationum, qui formam libri non habet, vel ſcriptum habet ſolutum & receptum, ſed ſine expreſſione cauſæ, non eſt adhibenda fides.*
14 *Libro rationum non creditur, niſi ſit iuratũ, contenta in eo vera eſſe.*
15 *Liber rationum pro tertio, & contra tertium non probat.*
16 *Liber rationum ſcriptus diuerſa manu & atramento, non caret ſuſpicione.*
17 *Suſpicio in parte ſubſtantiali, vitiat in totum.*
18 *Inſtrumẽta, ſeu ſcripturæ debẽt exhiberi dato termino ad opponẽdũ.*
19 *Oppugnantium duorum, vtrumque verum eſſe non poteſt.*
20 *Notario an magis credatur quàm teſti, q̃n inter eos eſſet repugnãtia.*
21 *Si duo ſint libri rationum contrarij, cui magis credatur.*
22 *Liber rationum cui immediatè fides non præſtatur, an probet.*
23 *Approbans perſonam, an dicatur approbaſſe etiam eius ſcripta.*
24 *An credatur ei, qui agit de ſe ipſo exonerando.*
25 *Bar. in conſ. 150. nu. 7. reprobatur.*





26 *Fides alicuius augetur ex nobilitate, diuitijs, & alijs ſimilibus.*
*Tutor teſtamentarius nõ præſumitur falſum in libro rationũ ſcripſiſſe, cùm eius fides à teſtatore fuerit approbata ibidem.*
27 *Socer & pater à patri procedunt quo ad contrahendum.*
28 *Iudex an debeat præſtare fidem ei, cui non eſt præſtanda, ſed præſtita fuit à partibus.*

## CONSILIVM XXIII.

# Initium à Domino.

REVOCANTVR in du
bium à viro cõſultiſſ. & cõ-
patre meo colẽdiſſ. D. Ay-
mone Crau. nõnulla ex his,
q̃ ꝓ magnifico D. Auguſti-
no Taparella, ſeu illius hæ-
redib. à me adducta fuerũt.
ſed illud eſt vnũ præcipuè,
fidem maximam adhiben-
dam eſſe libro rõnũ Bellini
negotiorum geſtoris d. D.
Auguſt. tutoris, cõtra ipſũ
tutorem: qui ob id dolo adminiſtraſſe arguitur.
Quò ad primam dubitationem verè dicendum vide-
batur, illi libro Bellini fidem eſſe adhibendam aduerſus
D. Auguſtinum.
Primò ea ratione, quia iſte Bellinus præpoſitus fuit à
D. Auguſtino, vt adminiſtraret bona ipſius Do. Conradi
pupilli. quo fit vt illius fidem & probitatem approbaſſe
1 cẽſeatur. ita dicimus de teſte, cuius, † fides approbata cen
ſetur à producente eum. l. ſi quis teſtib. C. de teſtib. ca. de
de teſtib. ca. vlt. §. item ſi quis. 4. q. 3. quod locum obtinet
ẽt inter alias perſonas, & alia cauſa, vt reſpõdit Alex. cõſ.
313. nu. 13. li. 7. Iaſ. l. 1. §. editiones. num. 17. verſ. adde etiam.
2 ff. de eden. quinimò ſola† ipſa productione fides teſtis ap-
probata cenſetur, etiamſi producens teſtimonio illius nõ
vtatur. ita reſponderunt Alex. conſ. 191. nu. 3. lib. 7. & Soc.
Iun. conſi. 159. numer. 2. vol. 2. fortius ergo dicendum eſt
idem hoc in caſu, cùm fide ipſius Bellini non ſemel vſus
fuerit.
Secundò, vrgere magis vr̃, quòd duplici mõ approbata
dr̃ fides perſonæ Bellini à d. Do. Auguſtino. primò dum
adminiſtrationem ei credidit: ſecundò dum in teſtem i-
pſum produxit, vt ẽ fuit productus teſtis à d. D. Conrado
3 non ergo ex iã dictis, illius fides† improbari amplius põt.
& confert egregium reſponſum Boerij conſ. 40. nu. 108.
quid ergo in duplicata approbatione, iuxtà regulam l. Ba-
4 liſta. ff. ad Trebe. eſt enim maxima† virtus geminationis,
quemadmodum videmus in geminata prohibitione alie
nandi bona, quæ impedit alienationem illis in caſib. aliàs
à iure permiſſis. §. ſanctiſſimas. in authe. de alie. & emph.
Bar. in l. filiusfa. §. diui. 2. oppoſ. & ibi Alex. col. 2. de leg.
1. Dec. conſ. 101. col. 1. & So. Iu. conſ. 48. nu. 9. li. 1. & conſ.
31. nu. 72. li. 2. cæteros prætereo.
Tertiò, omnem hanc controuerſiam dirimere videtur
rñſum Fulgoſij conſ. 103. nobilis vir. col. 2. quo loci rñdit,
5 libro adminiſtratoris fidem † eſſe adhibẽdam cõtra dñm
ad fauorem tertij: cùm idem ſit acſi ab ipſomet domino
ſcriptus fuiſſet liber. cap. qui per alium, de reg. iur. in 6. l.
2. §. omnia. C. de vet. iur. enucl. nec dubium eſt, quin ſcri-
pturæ, quantumuis priuatę, fides adhibeatur cõtra ipſum
ſcribentem. l. Publia. §. vlt. ff. depoſ. l. cùm de indebito. ff.
de proba. l. nec ſatiſdatio. ff. rem ratam hab. l. generaliter.
C. de non num. pecu. tradit Crau. in tract. de antiq. temp.
par. 1. num. 97. immò fortius reſpondit Caſtr. conſ. 314. o-
miſſo. in pimo & ſecundo dubio. col. 2. ver. his ergo præ-
ſuppoſitis. lib. 2. libro rationum inſtitoris ad ſui fauorem
contra dominum credi.
Quartò cõfirmatur, quia in eo libro Bellini multa con
6 tra eũ ſcripta ſũt; maior† ergo fides eſt illi adhibẽda, cùm
præſumẽdũ non ſit falsò quidquã contra ſe ſcripſiſſe, ex
quo tenebatur reddere rõnẽ eorũ, q̃ ibi ſcripta erãt. l. quę-
dã. ff. de proc. l. ſi verò nõ remunerãdi. l. ſi ꝓcuratorẽ. §. 1.
l. ex mãdato. ff. mand. & rñdit So. Se. conſ. 46. col. 1. & cõſ.
71. col. 1. li. q̃d ꝓcedere rñdit Imola conſ. 29. ẽtſi dominus
promiſerit adminiſtratori, ſe nullam illi illaturum mole
7 ſtiam. eadem rõne dicimus credi† teſti, cui aliàs non cre-
deretur, cùm quid contra ſe ipſum aſſerit. ita reſponde-
runt Crau. conſ. 6. nu. 62. & Soc. Iun. conſ. 61. nu. 19. lib. 2.
Quintò, ad rẽ maximè conferre vr̃, quòd hic non reuo
catur in dubiũ negotij ſubſtantia. i. fructuum perceptio:
ſed ſolùm ipſa fructuum quãtitas. quo fit vt facilè crede
re debeamus lib. Bellini. qui illũ ſcripſit, ẽtſi agere videa-
tur de ſe ipſo exonerando. ita in ſpecie reſpõdit Bar. conſ.
8 150. cum prædicta. col. vl. li. 3. verè. n. facilius ꝓbatio† ſup-
pletur, quàm noua inducatur. Bar. & alij in l. certi condi-
ctio. §. 1. ibi Dec. ff. ſi cer. pet. ita reus edit actori ad ſupplẽ
dũ eius ꝓbationes, etſi non edat vt ex toto ſuã intẽtionẽ
fundet. ita oẽs in l. vlt. C. de eden. & rñdit Bal. conſ. 363.
creditor. lib. 3. idem ergo dicendum videtur in caſu nr̃o.
Sextò accedit, quòd iſte Bellinus eſt iã vita functus: quo
fit, vt magna ſit ꝓ illius lib. fides & præſumptio: ſiquidem.
ſi rei veritas aliter ſe habuiſſet, librũ immutaſſet, ne in pec
9 cato moreretur. quare dicere ſolemus, mortẽ† vim habe-
re iuriſiurandi. ita Cra. trac. de antiq. temp. 6. parte primæ
partis prin. quæ incipit, quartò limitatur. nu. 48. citat Ca-
ſtrenſ. d. conſ. 302. ad bene examinandum, lib. 1.
Septimò non parũ hanc opinionem adiuuare vr̃ rõ du
10 cta à iure naturali. dictat ius naturale, benefaciẽti† eſſe be
nefaciendum. l. ſed & ſi lege. §. conſulit. ff. de peti. hære.
Soc. Se. in rub. ff. de verb. obli. nu. 4. atqui Bellinus eſt con
ſecutus beneficiũ adminiſtrandi à d. D. Auguſt. non ergo
veriſimile eſt Bellinum voluiſſe detrimẽtum adferre ipſi
D. Auguſtino, ſcribendo aliquid contra eũ, ſed potius eſt
credendum ad illius beneficium contra ipſum pupillum
11 ſcripſiſſe. quæ autem veriſimilia † ſunt, veritatis cognata
ſunt, vt tradit Crau. conſ. 61. nu. 9. & conſ. 73. nu. 41. hinc
& teſti non idoneo creditur, & ſtatur, cùm veriſimilia de-
ponit: ẽt vbi aliàs non ſtaretur. ita Cra. conſ. 202. num. 48.
Octauò ac vltimò conferre videtur. quòd perſona Bel
lini dum in humanis fuit, probatiſſima ſemper extitit
apud d. Do. Auguſtinum, & illius deinde hæredes. illius
12 ergo fidem † nulla ratione improbare potuit Dominus
Auguſtinus, nec illius hæredes. ex tex. in capitul. nulli, v-
bi, glo. de accu. hæc, quæ doctiſſimè à conſultiſſimo Do-
min. Crauetta pro Dom. Conrado, ſeu illius hæredibus
adferuntur, me etiam dubium & ancipitem aliqunadò
fecerunt. vt contra Do. Auguſtinum ſeu illius hæredes
ſentirem.
Cæterùm, re ipſa diligentius & accuratius examinta cõ
trarium verius eſſe exiſtimo: nempè nullam fidem eſſe a d
hibendã illi libro Bellini adminiſtratoris: quod equidem
multis demonſtrari poteſt.
13 Primo, ea rõne adducor, ꝙ hic lib. † Bellini libri formã
non habet; cùm clarè in eo ſcriptũ non ſit, quid ab eo re-
ceptũ, quod domino ſolutũ & datũ: non ergo ei adhiben
da eſt. fides ita docuit Bar. in cõperimus. C. de nauic. li. 11.
nõ credi li. de receptis, niſi ſcriptũ etiã fuerit, à quo & qua
ex cauſa receptum ſit. idẽ reſpondi Alex. conſ. vl. col. 3. li.
7. & Crau. trac. de antiq. temp. 6. parti. 1. par. princ. nu. 44.
qui & alios recenſet. cum ergo ſit merè priuata ſcriptura,
nulla ei fides adhibenda, eſt cum nullum ꝓbõnis gradum
faciat. l. inſtrã. C. de ꝓba. §. ſi verò quidquam. in auth. de
inſtr. fide & cautela. Mod. in conſuetu. Pariſ. tit. 1. §. 1. nu.
11. nam memoriale, quale eſt hic quinternetus, ita appella-
tus ab omnibus, nihil penitus probat. ita Bal. in rub. C. de
conſt. pecu. nu. 14. verſi. ſi autẽ non eſt codex. Feli. in c. 2.
nu. 29. de fi. inſtr. vbi Mod. apoſtillantes ad Dec. nu. 19. re
iiciunt opinionem Decij contrariam.
Secundò, libro Bellini nullam eſſe fidem adhibendam
illud facit, quòd nullo iuramento illius fides eſt à Bellino
14 confirmata. iurare enim debuit, contenta † in eo vera. ita
poſt Gulielmum de Cuneo ſcribit Crau. d. tract. de antiq.
temp. ſexta particula primæ partis principalis. nu. 47. qui
in ſimili citat doctrinam Bar. in l. Theopompus. ff. de do
te præleg. dũ. docuit, ꝙ quando aſſertioni alicuius ex diſ-
poſitione ſtatuti adhibenda eſt fides, intelligitur, modò
is aſſerens ſuo iuramento id aſſerat: ita ſuo iuramento, qui
ex partium conſenſu declarare poteſt, ſuam declarationẽ
confirmare debere, reſpondit Iaſ. conſ. 147. col. pen. verſi.
confirmatur & 3. lib. 2. ita & in electo teſte partibus tradit
Didacus lib. varia. reſol. c. 13. nu. 3. & in ſpecie & claris no-
ſtris terminis ita ſcribit ipſemet Clariſſ. Crau. in d. tract.
de antiq. temp. ſexta particula primæ partis. nu. 26. vbi in-
quit non credi libro negotiatoris præpoſiti contra ipſum
præponentem, niſi adſit iuramentum. & ibi huius opinio
nis recenſet Caſtren. conſi. 314. col. 2. lib. 2. in meo codice
eſt conſi. 311.

Tertiò ſuffragatur,quia, ſi rectè perpendimus,hîc agi-
tur de probatione libri à tertio conſcripti. vt contra ter-
tium probet.nam,ſi quæſtio eſſet. inter D. Auguſtinum
tutorem & Bellinũ,eſſet diſputandum an hic liber Belli-
ni ꝓbaret contra ipſum D.Auguſtinum: ſed hîc diſputa-
15 tur† inter tutorem & pupillũ,atq; ita rõne libri inter ter-
tios agitur:quocircà dicendũ eſt,librũ huncnon probare.
ita docuit Fel.in c. 2. num. 32.de fide inſtr.& licèt eo loci
ſubiungat Fel.ex multorũ opinione ſaltẽ ſemiplenè pro-
bare,attamen hoc verũ nõ eſſe idem Fely.fatetur,& Mo-
dernus in conſuetud.Pariſien.ti.1.§.5.nu.11.ſcribit, nullã
fidẽ ſcripturã hanc facere ad vtilitatem tertij. ita ẽt vide-
mus, librũ Gabellarij fidem non facere ad vtilitatem ter-
tij,cùm tñ ei credatur,cùm eſt quæſtio inter Gabellariũ
& deſcriptũ,vt docuit Bal.in l.quædam.§.numularios.ff.
de eden.& reſponderunt Iaſ.conſ.103.lib.1.& Dec. conſ.
13. nu.5.verſ.non obſtat.

Quartò, nullam fidem eſſe adhibendam libro Bellini
ſuadet, ꝙ is liber falſi ſuſpicione non caret: cùm diuerſa
16 †manu & atramento plura ſint in eo conſcripta. ita Dec.
conſ.447.nu.8.Cra.conſ.88.nu.6.& cõſ.134.nu.27. quæ
17 ſanè falſi ſuſpicio† in parte lib.ſubſtantiali in totũ vitiat.
l.ſi ex falſis.vbi Iaſ.& cæteri.C.de tranſact.&in ſpecie nr̃a
Caſtr.cõſ.121.omiſſo,col.1.li.2.Ruin.conſi. 17. nu. 2. li.4.
Cur.Iun.conſ.166.nu.9.& Soc.Iun.conſi.132.nu.6.lib.3.
& cum hæc falſi ſuſpicio ſufficiat in ciuilibus ad proſter-
nendam fidem ſcripturæ.l.iubemus.C.de fide inſtr.&re-
ſponderunt Cra.conſ.134.nu.26.Gramma.conſ.30.num.
2.in criminalib.Soc.Iun.conſ.39.nu. 3.li.2.& Neui.conſ.
27.nu.25.ſequitur, & huic libro nullã eſſe præſtandã fidẽ.

Quintò,ex eo confirmatur hæc noſtra ſnĩa, ꝙ non ſe-
mel in actis oppoſitum fuit librũ illum non fuiſſe ſcriptũ
manu d.Bellini,nec mandato ipſius D.Auguſtini,fuit ẽt
petitũ illos quinternetos exhiberi,vt diligentius cognoſ-
ci poſſent,& vt liceret illis opponere.quod quidem factũ
non fuit:ob id eius fides non eſt legitima,cùm inſtrumen
18 ta † ſcripturæ & ſimilia exhiberi debeant dato termino
ad opponendum, ita Bart. in extrauag. ad reprimen. in
verbo de plano,in fine.Rom.conſi.156.Marſil.ſing.81.ad
uertas. Didacus lib. 1.variar. reſol.cap. 1. nu.5. quinimo
erat per comparationem literarum, vel aliis mediis faci-
enda fides, librum hunc fuiſſe ſcriptum manu d. Bellini,
ut tradunt omnes in l. comparationes. C. de fide inſtr. &
in l. admonendi. de iureiur. Bart. l. nuda. nu. 9. de don.
Dec. id c. 2. nu. 9. de proba. & alibi ſæpe.

Sextò, adducor ea ratione; quia video, librum tutoris
aduerſari libro Bellini,atq; ita ſimul pugnant: vnus ergo
eorũ falſo conſcriptus eſt,nec.n.†ex duob.pugnantib.v-
19 trumq; eſt verũ.atqui liber D.Auguſtini multis de cauſis
fideliter eſt cõſcriptus:& illi fides adhibenda eſt:ſequitur
ergo,libro Bellini credendum non eſſe. Libro D.Augu-
ſtini fidẽ eſſe adhibendã vel ex eo probatur.Primò,ꝙ eius
fides à teſtatore fuit approbata; & tutor dr̃ fungi mune-
re publico:illi ergo magis quàm Bellino credẽdũ ẽ, ita in
ſimili dicimus,notario†magis credi,quàm teſti,cũ inter
20 eos eſt repugnantia,an ita ſit ſcriptum,vt fuit dictũ. idq;
rõne publici muneris.l.ſi quis decurio.C.de falſis. Anto.
Capicius deciſ.94.num.2.Alcia.tract.præſum.reg.3.præ-
ſump.13.& Didacus lib.2.varia.reſol.c.13.num.10.Præte-
21 reà& ſecũdò,liber†Bellini caret omni forma,vt iam oſtẽ
dimus,cùm tñ liber D.Auguſtini ſit ſolenniter conſcrip-
tus. Prætereà & tertiò, liber Bellini nõ fuit ex aliquibus
ſuis particellis verificatus:cùm tamen liber D.Auguſtini
ex multis particellis probatus fuerit iuſtificatus.illi ergo
adhibenda eſt fides,& non libro Bellini, vt egregiè do-
cuit Ang.Aret.in §.actionum.nu.36. in fi.Inſt. de actio.
Alcia.reſp.423.in fi.& Moder.in conſuetud.Pariſien. tit.
1.§.5.num.20.Prætereà & quartò,liber tutoris caret om-
ni vitio viſibili. vt econtrà liber Bellini multa habet vi-
tia. Prætereà,& vltimò, liber tutoris eſt viri nobilis ac
ſoceri ipſius D.Conradi teſtatoris, atque ita probatæ fi-
dei,vt iam diximus:ille verò Bellini eſt viri ignobilis, &
vitæ ſatis deploratæ:ſequitur ergo,illi libro Bellini,tam-
quam repugnanti libro D.Auguſtini, nullam fidem eſſe
adhibendam.

Septimò,& vltimò,hanc noſtram & iuris ſententiã con
firmat auctoritas eorum,qui in ſpecie affirmarũt libro ſi-
22 milis adminiſtratoris fidem non ẽ adhibẽdam†contra i-
pſum tutorẽ.ita in ſpecie rñdit Caſtr.conſil. 302. ad bene
examinandũ dubia,col.2.verſ.nec ẽt obſtat.li.1. libro nõ
tarij,ab eo tanquam adminiſtratore conſcripto,nõ credi
contra librum tutoris.Idẽ ſenſit Dec.conſ.94.nu.2.verſ.
ſimiliter ſcriptum.Idem ſenſit ipſemet Clariſſ.Crauet.in
ſuo trac.de antiq.tempo.ſexta particula primę partis.nu.
26.dũ ſcripſit,nõ eſſe adhibendam fidẽ ſine iuramẽto.Et
rectè,quia,vt eo loci ſcribit idẽ Cra. nu. 30.in fi.verſ nec
obſtat,licèt perſona adminiſtratoris fuerit à D. Auguſti-
no approbata,non tamen illius ſcripta apprabata cenſen-
tur;vt infrà latius dicam.

Non obſtant adducta in contrariũ, q a rñdeo. Et ad pri
mum dico,vt paulò ante dicebã,ex eiuſdem Clariſs.Cra
uettæ ſententia,d.ſexta particula.nu.30 .ver.nec obſtat.ꝙ
23 licèt præponens aliquẽ adminiſtrationi,cẽſeatur illius ꝑ-
ſonã approbaſſe;non tñ dr̃ approbaſſe illius ſcripta. atq;
ita declarat d.l.ſi quis teſtib. C.de teſtib. Idẽ in teſte reſ-
pondit Pariſ.conſ.88.nu.85.lib.3.

Reſpondeo & ſecundò, perſonã teſtis & ſimilium ac
illorum facta cenſeri ſolùm approbata, quantũ illorum
qualitas eſt cognita.ita docuit Franc. Arc. in l.ſi quis te-
ſtamento.§.quæcunq;.col.3.verſ.ſi verò qualitas iſta non
erat nota.ff.de teſta.At in caſu noſtro ſtat ſimul quòd Bel
linus perceperit fructus in ſuo libro deſcriptos, & quòd
de illius rectam & iuſtam rationem non reddiderit. Do.
Auguſtino, atque ita ab eo fuerit deceptus: non ergo
dicitur approbaſſe illius perſonam & ſcripta;& per con-
ſequens illius Bellini libro credendum non eſt contra D.
Auguſtinum.

Non obſtat ſecundum,quia reſpondetur vt ſuprà.Præ-
tereà & ſecundò cenſeo aduertendum,Bellinũ poſt mor-
tem dicti D.Auguſtini tutoris reddidiſſe rationem eorũ,
quæ noĩe ipſius Do.Auguſtini adminiſtrauit: vti conſtat
ex inſtrumento quitationis & liberationis confecto anno
1555. Et ex illo probatur,d.Bellinum reſtituiſſe frumentũ
& alia multa, quæ penès eum erant, & de quibus non vi-
detur reddidiſſe rationem dict. D.Auguſtino.Hinc duo
eliciuntur,vnum quòd D. Conradus fuerit conſecutis à
Bellino id totum,quod erat conſecuturus à D.Auguſti-
no, ſi is à Bellino integram redditionem rationum ha-
buiſſet.Alterum,D.Auguſtinum nihil minus retuliſſe in
ſuo libro,quàm acceperit à d.Bellino;& per conſequens
dolum nullum argui poſſe contra D.Auguſtinum ex li-
bro d.Bellini.

Non obſtat tertium ex Fulgo.d.conſ.103. Nobilis vir,
col.2.quia loquitur Fulgo.eo in caſu, in quo aderant duo
libri duarum perſonarum authenticarũ: qui quidẽ libri
conueniebant,habebantq; debitã formam: cũ tñ diuerſũ
hîc ſit,vt iam diximus.Reſpõdeo & ſecundò,quòd in ca-
ſu Fulgoſij nulla erat controuerſia inter librum factoris,
ſeu negotiorum geſtoris & librũ tutoris:cùm liber tuto-
ris nunquã fuiſſet exhibitus.Eſt.n.credendum,quòd ſi in
ea ſpecie repugnaſſet liber tutoris libro adminiſtratoris,
rñdiſſet Fulgoſius,vt ẽt reſpondit Caſtrenſis, eſſe potius
adhibendam fidem libro tutoris,quàm ipſius adminiſtra
toris.Ita ẽt reſpondeo Paulo Caſtren. in d. conſ.314. Po-
ſtremò loquitur Caſtrenſis, cùm liber ab eo præpoſito
inſtitore eſt ſolenniter conſcriptus. cui quidem libro cen
ſuit Caſtrenſis eſſe credendum cùm adeſt ſcriptoris iura
mentum;quod hîc deficit.

Rurſus in caſu Caſtrenſis is dominus, qui inſtitorem
prępoſuit,ſæpius librum inſtitoris opprobauit:cùm tamẽ
in caſu noſtro numquam liber Bellini fuerit approbatus
à dicto D.Auguſtino.

Non obſtant quartum,quia reſpondeo illud procedere,
ſi liber Bellini debitam & ſolennem formam contineret.
At cùm ſit ſcriptura merè priuata & memoriale quoddã,
quod & multiplici vitio laborat, dicendũ eſt nullam illi
fidem fore adhibendam. Prætereà & ſecundò, procede-
ret hæc argumentatio, quãdo conſtaret ipſum Bellinum
reddidiſſe rationem ſecundum formã illius ſui libri:quod
tamen non conſtat. Nec Bellino credendum eſt ſe ita red
24 didiſſe rationem,cùm agat†de ſe ipſo exonerando; atque
ita ſuſpectus eſt,& fide caret:vt tradunt Bart.in l.deferre,
in fine.ff.de iure fiſci.Curt.Iun.cõſ.19.num. 15. & Ruin.
conſ.41.nu.4.li.4.

Non obſtat quintum ex illo reſponſo Bartol. conſilio
150.colum.vltim.quia reſpondeo Bartol.ibi num,7. ver.
& eſt aduertendum;ſe ipſum declarare:nempè, hoc pro-
cedere quando is tutor librũ rationum à ſe confectum
non exhiberet. Nam tunc,cùm ei aduerſetur iuris præ-
ſumptio,creditur teſtibus, qui de ſe exonerando agunt,
vt co-



lonis, adminiſtratori & his ſimilib.cõtra ergo,cùm
tutor librum rationũ exhibet, vt in caſu noſtro. Et licet
eo loci ſubiungat Bar.num.7.verſ.ſed ſi poneremusquòd
tuto,credi colonis contra tutorem ratione quãtitatis fru.
25 ctuum,dico † Bartholum minus rectè ſentire:tum quia
eius aſſertio nullo iure probatur; tum etiam quia repu-
gnat præcedenti rationi, quòd ipſi coloni agant de ſe
ipſis exonerandis:& quibus verè non creditur,eùm liber à
tutore exhibetur. Nec tex. l.1.§.de ſeruis.ff. de tutelis, &
ratio.diſtrah.quem citat Bar.diſtinguit caſum cùm agitur
de probanda ſubſtantia abillo,cum agitur de probanda
quantitate.Et licet facilius qualitas & quantitas probe-
tur, quam ipſa ſubſtantia, non tamen fit, quin & le-
gitimis probationib.probari debeant.Quocirca reſpõdit
Cur.Iun.conſ.165.nu.20.non eſſe credendũ artificibusde
melioramentorum quantitate,etſi conſtare de ipſa melio
ramentorum ſubſtantia. idq;ea ratione,quiailli artifices
agebant de ſe exonerando;atq;de proprio commodo:ita
hic dicendnm eſt.Non obſtat ſextum,quia reſpõdeo fun
damentum hoc retorqueri contra D. Corãdum.iam con
ſtat eſſe vita functum nunc D.Auguſtinum tutorem,non
mutato libro rationum,aduerſatur libro.Bellini:illi ergo
libro Domini Auguſtini ſtandum eſt contra librum d.
Bellini,tum præſertim alia permulta concurrunt in per-
ſonam. Domini Auguſtini, quæ illius fidem augent,vt
26 nobilitas, † diuitiæ & affinitas, vt iam dixi. Et econtra
multa ſunt quæ minuunt fidem libri Bellini quod eſ-
ſet,vilis pauper,haberet librum inordinatum, & vitioſè
conſcriptum.

Non obſtat ſeptimum, quia retorqueo fundamẽtum
non enim eſt præſumendum,quòd tutor quid contra ve-
ritatem ſcripſerit in ſuo Codice rationum, cũ iam illius
fides eſſet à teſtatore approbata.cùm ſoceri,atque ita lo-
co patris eſſet.Quocircà quemadmodum omnis ſuſpicio
27 † ceſſat in patre cùm contrahit,aliquidue agit cũ filio:ita
etiam ceſſat in ſocero: vt in ſpecie docuit Iaſ.in l.trãſact.
nu.2.C.de tranſact.Reſpõdeo & ſecundò,argumentatio-
nem hanc poſſe ꝓcedere ſi nihil eſſet ſcriptũ ad commo-
dũ ipſius Bellini, ſed ſolùm cauſam pupilli & tutoris reſ-
piceret.nã tunc eſſet præſumptio, ꝙ potius ad fauorem
tutoris, à quo magis diligebatur quàm ad commodum
pupilli ſcripſiſſet.At in caſu noſtro agitur de commodo
ipſius Bellini, qui ex eo libro aſſerit tot fructus à ſe per-
ceptos ipſi tutori dediſſe:non autem in ſuos vſus vertiſſe:
cùm tamen contrarium verius ſit.

Non obſtat vltimum, quia reſpondeo ex iam relatis,
perſonam Bellini fuiſſe approbatam :non autem illius
ſcripta.Prætereà etiamſi videatur approbata Bellini per-
28 ſona,& eius etiam ſcripta:attamen† illis fidem non adhi
bere poſſunt æquiſſimi iudices, vt egregiè declarat Ab-
bas in dicto cap.nulli.num.3.de accuſ. &ibidem Ioan.de
Anna.& Felin.etiam num.2.qui ſcribit,iudicem peccare,
ſi in his officium ſuum non impertitur. Nec dubito
quin omnibus perpenſis iudicaturi ſint æquiſſimi at-
que illuſtriſſimi huius cauſæ iudices nullam fidem illi
libro Bellini adhibẽdam eſſe. Atque ita iuris eſſe cenſeo.

Iacobus Menochius. I. C.

## SVMMARIVM.

1 *Iuramentum eſt perſonale, neque obligat hæredem ad pœnam periurij.num.22.*

2 *Abſolutio fruſtrà petitur,quando condemnari non poteſt.*

3 *Subſtantia actionis quando non obeſt,ſed ſolùm illius exercitium, & aliquod ei obijciatur impedimentum, ſi iudicio pendente impedimentum illud tollitur,actio ipſa reconualidatur, & omnia in iudicio acta firmantur.*

4 *Actio quando mero iure competit,& aliqua exceptio obijcitur,ſatis eſt diſpoſitionem ſuperuenire, qua impedimentum illud exceptionis tollatur.*

5 *Iuramentum quando enormis eſt læſio,non obligat, & fruſtrà ab eo petitur abſolutio. Et quomodo intelligitur.nu.24.*

6 *Iuramentum errore emiſſum non obligat.*

7 *Conſenſus eſt fundamentum iuramenti, quo remoto, iuramentum vim non obtinet.*

8 *Exceptio periurij detecti in actore iam admiſſo ad agendum, non eſt impedimento ad actionem perſequendam.& nu.28.*

9 *Iudex videtur rejcere oppoſitionem factam actori iam admiſſo ad agendum per proceſſum ad vlteriora, & quomodo hoc procedat nu.29.*

10 *Accuſatio de periurio facta dolo,non habetur in conſideratione.*

11 *Abſolutio à iuramento non poteſt dari niſi cauſa cognita, & citata parte.*

12 *Et quæ huius rei ratio.*

13 *Abſolutio à iuramento debet concedi iuſtis de cauſis*

14 *Abſolutio à iuramento non ſeruato iuris ordine conceſſa,non valet,& iuramentum obtinet vires ſuas.*

15 *Abſolutio vnica non liberat quem à pluribus iuramentis.*

16 *Excommunicatus multiplici excommunicatione non poteſt liberari vnica abſolutione.*

17 *Iuramentum nullo modo abſolui poteſt cœpto iudicio & periurio patrato.*

18 *Abſolutio à iuramento non tollit vim & effectum perfecti contractus.*

19 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*

20 *Contractus vallatus ex iuramento, ſi ſublatum ſit iuramentum per abſolutionem,an contractus irritetur.*

21 *Cauſa confirmans ſi ceſſet,an actus confirmatus ceſſare dicatur.*

22 *Hæredes obligantur ex iuramento facto à defuncto ſuper contractus.*

23 *Hæredes virtute iuramenti tenetur exonerare conſcientiam defuncti.*

24 *Læſus enormiter ex iuramento quomodò ei poſſit contrauenire.*

25 *Iuramentum auctoritate propria & ſpontè ſperni non debet.*

26 *Iurans ſoluere vſuras, tenetur petere abſolutionem à iuramento: in qua abſolutione citandus eſt aduerſarius.*

27 *Petenti abſolutionem à iuramento vti per errorem emiſſo, non creditur.*

28 *Periurus qui vult agere,ſi de periurio opponatur,non auditur: ſecus ſi non opponatur.*

29 *Exceptio periurij an, quando & quomodo tollatur per proceſſum ad vlteriora.*

30 *Exceptio non præſtitæ fideiuſſionis requiſita à ſtatuto ad hoc vt quis audiatur, non dicitur reiecta per proceſſum ad vlteriora.*

## CONSILIVM XXIIII.

# Initium à Domino.

IAM me ſolutum opinabar
ab hoc munere ſcribendi
pro defenſione veritatis D.
Auguſtini Taparelli,vel ve
rius hæredũ ſuorũ. Verùm
noua excitatur dubitatio
ex reſponſo Clariſſ. compa
tris mei D. Aymonis Cra-
uettæ, qui pro hæredibus
D.Conradi pupilli reſpon
dit eam, quam obiiciebamus
iuriſiurãdi exceptionẽ
nihil his hæredibus D. Conradi obeſſe,quin experiri poſ
ſint, reiecta illa iurata liberatione facta à Do. Conrado
d.D.Auguſtino tutori.Nam multis de cauſis illud iuramẽ
tum non obeſt his hæredibus D.Conradi, inquit Clariſſ.
Craue.
1 Primò,quia iuramentum†perſonale eſt,& ob id non o-
bligat hæredem ad periurij pœnam.cap.veritatis, de iu-
reiur. Quocircà ſuperfluo petita fuit ab his hæredibus ab
2 ſolutio ab eo iuramento.Quorſum abſolui,ſi†nullũ quò
ad eos erat obligationis vinculum? quemadm.ita in ſpe-
cie ſcribũt omnes in d.c.veritatis.Bald.in l.3.col.1.C.plus
val.quod agit.& conſ.398.Quęſtio talis.nu.3.lib.1.Caſtr.
conſ.306.Quamquam longa.col.2.libr.2.Guido Pap. q.
224.in fin. & q.416.ad finem.His addo Pariſ.conſ.65.nu.
23. lib. 3.
Secundò, hoc iuramentum his hæredibus nihil obeſſe
3 vel ex eo demonſtratur, ꝙ vbi ſubſtantia † actionis non
obeſt ſed ſolùm illius exercitium, & aliquod ei obiicia-
tur impedimentum;ſi iudicio pendente impedimentum
illud tollitur, actio ipſa reconualidatur,& omnia in iudi-
cio acta firmantur,ita reſpondit Soc. Sen. conſ.41. nu.3.
verſi.tertiò etiam reſponderi.lib.3.& idem ſenſit Signo-
rol.conſi.98.nu.10. verſ.modò ſic arguitur. dum inquit,
4 quòd quoties mero iure actio † competit, & aliqua
exceptio obiicitur, ſatis eſt diſpoſitionem ſuperuenire,
qua Impedimentum illud exceptionis tollatur, ex leg.ſi

vnus. §.pactus.ff.de pactis.l.lect.ff.ſi certum peta. Atqui
in hoc caſu actio mero iure competebat D.Conrado ad
petendum rationem ſibi reddi à D.Auguſtino adminiſtra
tæ tutelæ.Licèt ergo illa actio, ſeu eius exercitium fuerit
per iuramentum impeditum;attamen mortuo D. Conra
do,atque ita ſublato iuriſiurandi impedimento in perſo-
nam hæredum,ſequitur actionem ſuas vires recuperaſſe,
& nunc conſiſtere.

Tertiò, ſuffragari hæredibus D. Cõradi videtur quod
fruſtrà diſputetur de virtute obtentæ abſolutionis ab eo
iuramento, quod adeò erat infirmũ & inualidum, vt nec
D. Conradus viuẽs obligatus ad illius obſeruationem fu
5 iſſet. Nam enormis † aderat læſio, &ob id erat non ob-
ſeruandũ: atq; ita non erat neceſſaria abſolutio. ita Butr.
in c.cùm contingat,num.13. verſ. ſi non conſtat. de iure-
iur. Ang.in l.vlt.nu.2.3.ff.qui ſatiſd.cog. Comenſ.conſil.
180. Videtur prima facie.col.2.Corn.conſ.11.col.6.in fi.
verſ.ex quibus videtur lib.3.Iaſ.conſil.133.in fi.li.4.Dec.
conſ.180.nu.6.& conſ.349.nu.3.& conſ.379.col.vlt. Soc.
Iun.conſ. 48.num.9.lib.1.Alba conſ. 81. num.54.& Rol.
conſil.59.num.27.ſcribunt ij,neceſſariam non eſſe abſo-
lutionem à iuramento,cùm adeſt enormis læſio, quæ ab-
ſolutio ſi petitur,ex abundanti id fit: vt tradit Curt. Sen.
conſil.43.num.25.

Quartò,neceſſariam minimè fuiſſe abſolutionem hanc
6 detegitur ex eo,quòd illud iuramentum errore † emiſſum
fuit à D.Conrado, qui fidem adhibuit aſſertioni dicti D.
Auguſtini tutoris,iuxtà glo.l.2.in fin. C.quando actio de
pecul.eſt annal.cum multis relatis à Crau.conſ.157.num.
14.Quibus accedunt Abbas in cap. vlt. in fin. de confeſſ.
Ruin.conſil.137.nu.11.lib.5.& Alba conſ.9.nu.50. Quo ſa
nè errore admiſſo nullus fuit in iurante conſenſus. l. ſi
7 per errorem,de iuriſd.omn.iud.l.2.de iud.Atqui † remo-
to conſenſu iuramentum vim aliquam non obtinet. l.vlt.
C.de non nume.pecu.Craue. conſ. 144. nu.16. & conſil.
192.nu.6.Inde ſequitur, neceſſariam nõ eſſe aliquam ab-
ſolutionem: quemadmodum in ſpecie memoriæ proditũ
eſt à Baldo in d.l.vlt.in prin.C.de non nu.pec. Butrio in
c. cùm contingat.nu.13.in 4.caſu de iureiur. Caſtr. conſ.
122.Viſo puncto ſupra ſcripto,& alij de quibus in 4.du-
bio conſil.189.Viſo inſtrumento, col.vlt. verſ. tertium e-
tiam fundamentum tollitur.& conſ.377.Ad primum vi-
detur dicendum diſpoſitionem. nu. 2.li.2.Corn.conſ.11.
col.7.verſ.in caſu autem noſtro,li.3.Rui.conſ.134.nu.10.
lib.1.& Decio conſ.350.col.vlt.

Quintò, non videtur fuiſſe neceſſariam abſolutionem,
quia eius omiſſio hoc caſu nil obfuit:quandoquidem vbi
8 iam,admiſſo † actore ad agendum,detecta eſt periurij tur
pitudo,periurij exceptio ad actionem perſequendam im-
pedimento non eſt.ita Bal.& Salic.in l.vlt.C. de non nu.
pec.ille col.vlt.verſ.2.quæro,iſte.nu.2. Alex.l.nemo po-
teſt. nu.17.verſ. limita ſingulariter.de leg. 1. in l. Seius &
Augerius col. vlt. verſ. & vide ẽt. ff.ad l.Falc.& conſ.89.
14.verſ.ad vnum tamen.lib.2.Soc.Sen.conſ.264.num.11.
verſ.non obſtat etiam iuramentum.lib.2.Iaſ.in l.patre fu
rioſo.num.17.ff.de iis qui ſunt ſui,vel alic.iur. Rui.conſ.
142.nu.6.li.1.& Natta conſ.305.nu.9.lib.2. Atqui hoc in
caſu iam D.Conradus & illius etiã hæredes admiſſi fue-
runt ad agendum,non ergo neceſſaria fuit abſolutio.Nec
dicendum eſt, factam eſſe admiſſionem inuito D.Augu-
ſtino, qui periurij exceptionem oppoſuit: tum quia op-
9 poſitio nil hoc in caſu prodeſſe videtur;tum quia † iudex
eam videtur reieciſſe per proceſſum ad vlteriora. leg. ait
prætor.§.1.ff.de mino.Bartol.leg.à procedente. C.de di-
lat.Bal.in l.1.nu.9. C.de ord.iud.Aret.conſ.73.col.2.ver.
aliquando iudex.Ruin.conſi.61.nu.36.li.5.qui ſcribit,hoc
caſu fore neceſſariam appellationem à proceſſu ad vlte-
riora.quod tradit & Aret.conſ.107. nu. 2. verſ.ſecundus
caſus.& egregiè reſpõdit Anc. conſ.192.nu.4.verſ.confir
mat hoc,contradictionem ſine appellatione hoc in caſu
nil operari.

Sextò ac vltimò, non videtur fuiſſe neceſſe petere ali-
quam abſolutionem à iuramento iſto.Sequidem † iam de
10 dolo D.Auguſtini tutoris dicitur conſtare: ob id ſi is,vel
eius hæredes obiiciunt exceptionem periurij contra Do.
Conradum,is de dolo replicare potuerit.ita Corn.conſi.
161.in fin.libro 3.& conſil.139. in fi.libro 4. Hæc aduer-
ſus hæredes Dom. Auguſtini non parum vrgere vide-
bantur.

Cæterùm,re diligentiori accuratorique ſtudio conſi-
derata,arbitror iuramenti vinculum adhuc ligatos tene-
re dicti Do.Conradi hæredes, eóſq; à iudicio hoc exclu-
dere.Quod,vt dicam,multis moueor.

Primò,quia à iuramento iuſto,quo (vt infra dicemus)
etiam hæredes D.Conradi obligantur, minus ritè & re-
11 ctè fuit conceſſa abſolutio.Siquidem cauſa † cognita erat
concedenda, poſteaquam conceſſa fuit ad effectum, vt
contrauenirent immediatè illi liberationi & quitationi.
ita ex c.quanto,de iureiura.tradunt Innoc. in cap. ad au-
res,de eo quod metus cauſa.Specul. titul. de lega.§.nunc
oſtendendum.Guido Papa. q. 140. Socin. Sen. conſ.59.
colum.5.verſ.poſtremò.lib.3.Decius in c.qua fronte.nu.
7.de appella.& Didacus lib.1.varia.reſol.c.4.numer.5.Et
ob id rectè ſcribunt multi, hoc in caſu neceſſariam fore
aduerſarij citationem.ita Abbas in cap.1.nu.13.& ibi Fe-
lin.nu.23.de iureiur.Curt.Sen.conſ.65.col.vlt. Dec.d.c.
qua fronte numero 6.Guido Papæ.q.252. & Dida.d.cap.
4.nu.5.& Ioan.de Sylua tract. de iureiur. q. vlt. Capella
12 Toloſ.q.62.& rectè.nam cùm † iædi aduerſarius ex ea ab-
ſolutione poſſit,citari omnino debet.l de vnoquoque.ff.
de re iud.cap.1.de cauſa poſſ.& propr.cap.inter quatuor,
13 de maio. & obed. Et cùm abſolutio † hæc concedi non
debeat,niſi iuſtis de cauſis,vt inquit Innoc.in cap.2.in fi.
de renuntia.& Abbas in ca.1.numero 13.de iureiur. & eo
loci cæteri.Quæ ſanè iuſtæ cauſæ iudici cognitæ eſſe non
poſſunt, niſi aduerſarius petẽtis abſolutionem audiatur:
nam partium aſſertione iura panduntur.l.fi. C.ſi per vim
vel alio modo.& in ſimili ſcribit Bar. in l. multum. ff. de
cond.& demon. Cùm ergo nil horum obſeruatum † hoc
in caſu fuerit; ſequitur iuramentum adhuc vires ſuas ob-
tinere; & per conſequens impedire actionẽ. l.ſi quis ma-
ior.C.de tranſ.& in ſpecie reſpondit Anch.conſ.382.Re
tento ordine.col.vlt.verſ.prætereà in caſu noſtro.Ripa c.
ex parte nu.2.de reſcr. & Crau.conſ.7. nu. 12. & Socinus
Iun.conſilio centeſimovigeſimoquinto, nu.3.libr.3. qui
vno ore aſſerunt,hunc ita periurum eſſe omnino à limine
iudicij reijciendum.

Secundò, nihil prodeſſe cõceſſam abſolutionem vel ex
eo conſtat,quòd plura hîc extant iuramenta, dum iuratũ
fuit contentata in liberatione eſſe vera; & iuratum etiam
fuit non contrauenire,ſed obſeruare ſe velle.Erant ergo
15 tot abſolutiones † concedendæ, quot erant ipſa iuramen-
ta.ita tradunt Roman.conſ.326.num.2.Soc.Sen.conſ.59.
col.4.verſ.ſecundò iſta concluſio lib.3. Felin. in cap. de-
bitores.nu.9.de iureiur.Pariſ.conſ.43.nu.18. & con. 96.
nu.92.lib.1.alios recenſet Rol.conſil.34.num.7.lib. 1. qui
praxim petendi hanc abſolutionem recenſet. Addo Caſ-
* ſa.conſ.21.nu.16.& communem * teſtatur Did.lib.1.varia
reſol.cap.4.nu.6.& Neuiz.conſ.22. Ita dicimus in excõ-
16 municato † multiplici excommunicatione, non ſuffice-
re vnicam abſolutionem, vt ſcribit etiam in bannito mul
tiplici banno.Modernus in conſuetud.Pariſien.tit.1.§.1.
glo.9. nu.39. Hinc dicimus quòd vbi plura obſtant, non
ſufficere ſimplicem clauſulam derogatoriam, Non ob-
ſtantibus,&c.ita ſcribunt Bald.in l. 1. C. de furtis. Caſtr.
l.humanum.primò nota.C.de legibus. Iaſ. in l. vlt. num.
32.in fi.ff.de cõſt.prin.&Cra.cõſ.241.col.9.verſ.7.rñdeo.

Tertiò,nihil profuiſſe conceſſam abſolutionem vel ex
17 eo conſtat,quòd iam cœpto iudicio, † atque ita periurio
patrato per dictum D.Conradum cõceſſa abſolutio eſt:
quæ quidem concedi nullo modo potuit; ita reſponde-
runt Feder.de Senis conſil.301.in fin. Anch.conſ.198.col.
vlt. Alex.conſ.222.nu.9.li.2.Brunus conſ.46. Dec.conſ.
442.col.pen.Rol.conſ.34.nu.2.Gozad.conſ.69.nu.21.&
Natta conſilio decimo,numero quinto,& conſilio ducẽ-
teſimotrigeſimotertio numer.3.lib.primo, & rectè,mea
quidem opinione.Siquidem iam periuro legis auxilium,
quod iam oſtendit,negari iure debet.l.auxilium, in fin.ff.
de minor.&c.fruſtrà,de vſuris.

Vltimò,(admiſſo ritè & rectè conceſſam fuiſſe abſolu-
tionem hanc) nihil prodeſt hæc abſolutio dictis hæredi-
18 bus domini Conradi. Siquidem abſolutio † à iuramen-
to non tollit vim & effectum perfecti contractus: ita Ab
bas in capitulo cùm contingat, numero decimo tertio.
de iureiurand. Socin. Sen. conſilio 115.columna penulti-
ma.liber primus.Felin.in capitulo primo,nume. 26. verſ.
concluditur, de iureiurand. poſt Angelum, quem citat.
Marſilius ſing.529.Non omitto. & pulchrè in ſpecie hac
Craueta conſilio ſeptimo, numero 7. 8. Et rectè equ-
dem ſentiunt.Si enim iuramenti vinculum reſpicit abſo-
lutio,



lutio,& ſolam illius qualitatem attingit;qua ratione fieri
poteſt vt contractum reſcindere valeat?cùm limitata † cã
19 limitatum effectum pariat. l.cancellauerat. ff. de his quæ
in teſtam.delent.l.in agris.ff.de acq.rer. dom. Accedit,q,
20 iuramentum † eſt acceſſorium contractus. leg. vltim. C.
de non num.pec.quam ſingularem dixit Abbas in c. cùm
contingat.nu.14. de iureiuran. cùm ergo acceſſorium nõ
regulet ſuum principale,ſed ab eo reguletur.l.e.quod per
manus.ff. de iure cod. cap. acceſſorium, de reg.iur.in 6.
dicendum eſt,ſublato iuramento, non eſſe ſublatum con
tractum.Confirmatur,quia duo hîc ſunt,vinculum iura-
menti, & vinculum contractus: abſolutio ergo non po-
teſt duo ſimul obſtantia & impedimenta tollere, quem-
admodum diximus ſuprà de clauſula non obſtante, & de
21 iuramento duplicato.Huc ſpectat,quòd vbi cauſa † con-
firmans actum ceſſat, actu iam perfecto & confirmato,
non corruit nec infringitur actus. l. ſi ſub vno. §. ſi quis
viam.ff.de ver.ob. & confert quod ſcribit Bart. in l.ex fa-
cto.nu.3.ne vulg. Cùm ergo ex iuramento liberatio om-
nem perfectionem receperit, ſeu ab eo confirmata fuerit;
ſequitur, eo iuramento ſublato,firmam adhuc & illæſam
manere.

Non obſtant nunc adducta in contrarium:ſiquidem ad
illud primum reſpondetur, non hos ipſos hæredes iuran-
tes agere cœpiſſe,ſed ipſum D.Conradum.quo caſu,cùm
in eo iam omnis actio eſſet extincta,ſequitur geſta tem-
pore vitæ dicti D. Conradi eſſe nulla, cùm nulla eſſet a-
pud eum actio,vt iam diximus.& vbi fundamentum cor-
ruit,& omnia ſuperædificata corruant neceſſe eſt.c.cùm
Paulus.1.q.1.Nec his actibus annullatis cauſa proſequi ab
hæredibus potuit; vt re ipſa patet: diuerſum fortè eſſet,
quando de nouo ab ipſis hæredib.foret cœpta,quo in ca-
ſu allegata in contrarium loquuntur. Reſpondeo ſecun-
dò.vinculum contractus, ſeu quaſi,huius liberationis eſ-
22 ſe ad hæredes tranſitorium, ob id & hæredes † ipſi iura-
mento illo adhibito in contractu obligantur:ita clarè re-
ſpondit Caſtren.conſil.77.Viſis & conſideratis,lib.2.quẽ
citat Socin.Sen.conſi.38.col.1. verſi. & ad dicta Iun. libr.
3.& eiuſdem opinionis fuit Angelus, quem recenſet
Thomas Parpal.in l.ſi quis maior. q. 5. in tertio caſu. C.
de tranſact.qui ſcribit,hoc in praxi ſeruari. idem ſcriptũ
reliquit M.Ant.Baueria in tract.de virtute iuramenti,ca-
ſu 45.Quorum vera ſententia ea ratione cõfirmatur,quòd
23 virtute iuramenti tenetur hæres † exonerare defuncti
conſcientiam.ita Abbas in c. cum ſit generale.nu.22. de
foro comp.Rui.conſi.20.nu.2.lib.4.

Non obſtat ſecundum fundamẽtum ex doctrina Signo
roli & Socini Sen.quia reſpondeo,ex periurio non fuiſſe
ſolummodò impeditum actionis exercitium,ſed illã fuiſ
ſe penitus extinctam atque peremptam.d.l.ſi quis maior
C.de tranſactio.Quæ procedit etiam cum ſola culpa iurã-
tis violatum eſt iuſirandum;ita Iaſ.in d.l.ſi quis maior.co.
1.& conſi.179.lib.2.reiecta Baldi opinione.

Non obſtat tertium,quia reſpondeo,hoc fundamen-
tum non firmari ab ipſo Clariſſ.Conſultore, dum in fine
ſubijcit in hæc verba; Reſponſioni huic tertiæ omnino
non fiderem, ne occaſionem peierandi præbere videret.
Rectè certè non fidit,cùm in caſu noſtro preſertim falſum
ſit:nam nulla hic enormis læſio à pupillo probata fuit.
Quinimò, etſi recepta ſit Doctorum opinio. enormiter
24 læſum † poſſe contrauenire iuramento; attamen intelli-
gitus,petita prius abſolutione:quemadmodum Docto-
res propè infiniti tradunt relati à Neuiz.conſi.22.pag.pe.
& vlt.& conſi.23.num.2.3.Idem ſenſit ipſemet Crau.cõſ.
19.num.5.6.& clarius conſi.192.num.11.Rubeus conſi.12.
col.1.& 2.latè Didac.in c.quamuis,parte 3. §.2.numero 3.
25 de pactis,in 6.Non enim iuramentum † auctoritate pro
pria & ſponte ſperni poteſt:ita egregiè decidit in caſu for
tiori Afflict.deciſ.322.num.6.nempè cùm vi & metu iura-
tum fuit.Huc ſpectat quod ſcribunt Io. Andreas in addi-
tio.ad Specul.ſuper rubri.de iureiu.Imola in ca.debitores
de iureiur.& Felinus in cap.1.numer.25. verſic. ſed contra
26 iſta.eo.ti.iurante † ſoluere vſuras teri pete abſolutionem
ab eo iuramento:& in ea petitione citandum eſſe aduer-
ſarium.Et tamen Io.And.Imola & Felinus loquuntur eo
in caſu quo vſuræ iure non debentur. Cuius quidem ſen-
tentiæ ratio eſſe poteſt; quia poſſet aduerſarius excep-
tionem aliquam oijcere,qua qui abſolutionem eſt con-
ceſſurus, eam non concederet. capite quia fruſtrà, de
vſuris.

Non obſtat quartum quia reſpondeo, errorem aliquẽ
27 hîc non demonſtrari.Non enim credidit Do.Conradus
ſimplici dicto & aſſertioni dicti D.Auguſtini tutoris,ſed
codices rationum exhibiti fuerunt; datus fuit curator
dicto D.Conrado & ad conficiendum calculos, adhibi-
tum fuit iudicis decretum, ceſſat ergo omnis error: &
ſaltem erat apertis probationibus demonſtrandus, vt à-
liàs dixi.

Non obſtat quintum,quia reſpondetur, hoc ita demũ
28 contingere,quando † nihil ab aduerſario oppoſitum fuit:
at ſecus econtrà.ita Iaſ.in l.patre furioſo. nu. 19. verſ. ſe-
cundò facit.ff.de iis qui ſunt ſui vel alic.iur.Quocircà hũc
reluctante aduerſario non admitti reſponderunt Soc. Se.
conſi.48.in fine,verſi.& aduertant.libr.4.& Neuiz. con-
ſil.23.num.12.Et eo ipſo quòd fuit oppoſitum, conſtitit,
ipſum D. Conradum fuiſſe periurum, & ob id non au-
diendum quia iam extincta erat actio. Nec illud aduerſa-
29 tur, quòd inquit D. Conſultor, illam periurij exceptio-
nem fuiſſe à iudice reiectam per proceſſum ad vlteriora,
ex Bar.in d.l.à procedente,num.4.C.de dilat. Reſponde
tur primò,hoc ita † demum procedere,ſi iudex cognouit
ſuper oppoſita illa exceptione,& ad vlteriora deinde ꝓ-
ceſſit.ita declarant Bald.in d.l.à procedente. Felin.in ca.
ſuborta.colum.4.verſic.limita tamen prædicta.de re iud.
qui multos huius opinionis recenſet. Quibus accedit
Barba. conſi.45.colum.pen.in fin.libr. 2. Sed in caſu no-
ſtro ſuper ea oppoſitione non cognouit iudex, quemad-
modum ex actis ſatis conſtat. non ergo dicitur exceptio
illa reiecta per proceſſum ad vlteriora. Reſpondeo & ſe-
cundò, exceptionem periurij eſſe omnino annullatiuam
iuris & actionis;& audientiam impedire. Quo fit,vt per
proceſſum ad vlteriora,reiecta & ſublata non cenſeatur.
ita Fel.in d.c.ſuborta num.9.idem reſpondit Iaſ.conſil.
100.in fi.& conſ.105.nu.5.lib.1.Hinc reſpondit Dec.conſ.
326.num.4.quòd ſi ſtatuto negetur audientia actori, niſi
30 fideiuſſerit; & obiiciatur exceptio † non præſtitæ fide-
iuſſionis,non dicitur reiecta illa exceptio per proceſſum
ad vlteriora.ita in caſu noſtro dicendum eſt.Reſpondeo
& tertiò,D.Auguſtinũ tutorẽ non fuiſſe citatum ad vidẽ
dum procedi ad vlteriora,non obſtãte d.exceptione per-
iurij:non ergo dicitur reiecta.ita Fel.in d. c. ſuborta.nu.
8.& cum eo Alcia.reſp.409.nu.3.

Non obſtat vltimum, qui reſpondetur ex iam relatis,
non conſtare hîc de aliquo dolo d.Do.Auguſtini. Atque
ita iuris eſſe arbitror.

Iacobus Menochius I. C.

## *SVMMARIVM.*

1 *Princeps licèt legibus ſit ſolutus, legibus tamen viuere profite-
tur.*
2 *Creditor priuatus cæteris prior non poteſt reuocare à ſecundo
creditore,quod illi ab eodem debitore perſolutum fuit, & nu-
mero 10.*
3 *Fallit hoc in fiſco.*
4 *Conceſſum fiſco propter aliquod priuilegium,dicitur conceſſum cui
cunque alio habent illudmet priuilegium.*
5 *Mandatum regulariter obligat mandantem.*
6 *Pecuniam mutuam acceptam à procuratore difficile eſt probare ver
ſam in vtilitatem principalis domini.*
7 *Pecunia valde neceſſaria tempore belli.*
8 *Confeſsio que aliàs nõ valeret,ſi facta eſt in articulo mortis, valet.*
9 *Fiſcus qui confiſcauit bona condemnati,an teneatur ſatisfacere cre
ditoribus ipſius condemnati.*
10 *Princeps creditor prior nõ poteſt reuocare à ſecundo creditore,quod
illi ab eodem debitore ſolutum fuit,niſi iuſta ex cauſa, & quo.*
11 *Excuſsiõis cauſa an debeat expediri ſola veritate facti inſpecta.*
12 *Excuſionis beneficium eſt iuris naturalis.*
13 *Creditor recipiens pecuniam ſuam mutuatam dicitur recepiſſe ti-
tulo oneroſo.*
14 *Dictio,fortè,cuius ſit naturæ.*
15 *Dominium pecuniæ conſumptæ etiam à tertiò extinctum dicitur.*
16 *Filius non tenetur in legitimam ſeu Trebellianicam imputare pecu
niam conſumptam.*
17 *Intellectus ad l. deferre. §.fi.ff.de iure fiſci. & ad l. pecuniam.C.
de priuileg.fiſci.*

## FACTI SPECIES.

*ILluſtris Do. Thomas Fornarius Caroli V. Theſaurarius in Mediolanenſi ditione, ac illius negotiorum geſtor, egregiam pecuniarum ſummam à permultis mercatoribus & argentarijs mutuò ſumpſit. Quam quidem ſummam cùm viuens reſtituere non potuiſſet, cauit ſuo teſtamento, ſe eas pecunias pro belli neceſſitate ipſius Cæſaris nomine mutuò accepiſſe; & ob id velle ſuos hæredes illam reſtituere. Vita functo Fornario curarunt creditores ſibi debitam ſummam ab hæredibus perſolui: quod quidem factum fuit. Cæſar de inde iuſsit ſuis viſitatoribus vt Fornarij rationes expenderent, accepti atque expenſi rationem haberent. Id factum fuit diligenter: & tandem eſt compertum Fornarium plus debere Cæſari, quàm in bonis reliquiſſet. Cræditores, illi quibus ab hæredibus Fornarij ſoluta fuit debita eis ſumma, citantur, vt reſtituant Cæſari quod perſolutum eis fuit, vt conſequatur Cæſar tanquam creditor potior: & ſi quid ſupererit, illis deinde perſoluatur: ambigitur, an iure compelli poſsint ij creditores has pecunias Cæſaris reſtituere.*

## CONSILIVM XXV.

# Initium à Domino.

1
CAESARIS maxima eſt modeſtia, quippè qui, cùm
1 legib. † ſolutus ſit, legib. tamen viuere velle profiteatur. l. princeps. ff. de legib. l. digna vox. C. eo. Illi hac in re fauendum & pro eo reſ-
* pondendum videbatur.
Primò, quia etſi * recepta magis ſit Doctorũ ſñia,
2 creditorem † priuatum cæteris priorem atq; potiorẽ non poſſe reuocare à ſecũdo creditore qđ illi ab eodẽ debitore perſolutũ fuit: quemadm. ex l. ſi nõ expedierit. ff. bon. auto. iudi. poſſid. & l. pupil. ff. de his quæ in fraudem credi. ita ibi oẽs ſcribunt. ea ratione, qua vtitur ibi iuriſc. ꝙ vigilantibus & non dormientibus iura ſubueniũt: atta-
3 men fiſco † ſpeciali priuilegio conceſſum videtur, vt liceat reuocare à ſecundis creditoribus, quòd eis per debitorem ſolutum fuit, vti eſt conſtitutum in leg. deferre. §. vlt. ff. de iure fiſci. & in l. pecunia. C. de priuileg. fiſci. atque ita deciſum fuit in conſilio Neapolitano, vt refert Afflic. deciſ. 190. Pariſius conſ. 69. numer. 2. libro 4. Quod comprobari poſſe videtur ſententia eorum. qui affirmarunt, hoc quod in fiſco conſtitutum eſt, concedi & ha-
4 benti priuilegium † hypothecæ ſimile priuilegio fiſci, vt eſt mulieri ſuæ dotis nomine. id quod in ſpecie probarunt glo. in leg. ſed an hîc. ff. quod cum eo, in dict. le. deferre. §. vlt. ff. de iure fiſci. & in d. leg. pecunia, & ibi Petrus Perticenſis, Caſtren. & Sali. idem ſcripſerunt, Iac. de Aret. & Bartol. in leg. pupillus. ff. de iis quæ in frau. cred. &
* communem * teſtatur Afflict. deciſ. 190. etſi alij diſſentiant, vt refert Didac. libr. Pract. quæſtio. c. 29. num. 1. qui & ipſe à communi diſſentit. qui num. 2. verſ. quod ſi vera eſt. idem eſſe ait cùm cauſa eſt lucratiua. & ab illa communi etiam recedit & Benuenutus Straccha tract. de mercatura. tit. de decoctoribus, vltima particula vltimæ partis. nu. 30.

Cæterùm, re diligentius conſiderata, contrariã ſñiam veriorem eſſe opinor; nempè non licere Cæſari reuocare quod iam poſterioribus creditoribus ſolutũ fuit. Quod, vt dicam, multis adducor.

Primò, quia fruſtrà conari videtur Cæſar, dum vult, reuocare hanc ſummam ab his creditoribus, quibus niſi foret ſatisfactum, ipſe Cæſar ſatisfacere teneretur. Siquidem ita is ac Fornarius obligatus erat creditoribus iſtis. id quod vel ex eo demonſtratur, ꝙ Fornarius Cæſaris mandato pecunias has mutuò ſuſcepit: quod ſanè manda-
5 tum † obligare ſolet mandantem ad reſtituendum. l. 1. C. de offic. procur. Cæſa. & in adminiſtratore atque procuratore fiſci, ita docuit Bart. in l. 1. num. 8. C. de fide inſtr. & iure haſtæ fiſca. libro 10. ita in adminiſtratore ciuitatis ſcribunt doctores in leg. ciuitas. ff. ſi cert. peta. & in ſpecie reſpondit Bald. conſ. 360. concluſio facti, lib. 1. repetitum in conſ. 252. Ordo rei. li. 3. Ducem Mediolani obligatum fuiſſe ad reſtitutionem ſummæ mutuò ſuſceptæ ſuo mandato per Theſauriarum ſuum à quibuſdam Cã ploribus. Quin fortius reſpondit Baldus, dominum ſatis obligari ex ſuo generali mandato, modò ſit à mandatario probatum, eam ſummam fuiſſe in ipſius domini vtilitatem verſam. iuxta l. 3. §. ſed ſi ſic. ff. de in rem verſo. & ſcribunt omnes in adminiſtratoribus ciuitatum & eccleſiarum in d. l. ciuitas. ff. ſi cer. pe. & in auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſ. ecc. Barb. conſ. 18. col. 7. lib. 1. Socin. Sen. conſ. 15. col. 3. & col. 7. & conſ. 29. col. 4. lib. 1. Decius l. ſi inſtitorem. nu. 5. ff. ſi cer. pet. & in conſil. 36. numero 8. & conſ. 330. num. 2. Quemadmodum in caſu noſtro ſatis conſtat, hanc ſummam fuiſſe verſam in vtilitatem domini. Si quidem hoc coniecturis permultis demõſtratur;
6 quæ ſanè coniecturæ ſufficiunt, cùm hoc ſit difficilis † ꝓbationis, vti in ſpecie ſcribunt Bartol. in auth. hoc ius porrectum, num. 17. C. de ſacroſ. ecc. Bal. in l. vnica in fi. C. ſi aduer. cred. & Ruin. conſ. 142. nu. 4. li. 1. Coniectura
7 vrgens illa eſt, quòd atrox bellum Parmenſe vrgebat, & pecuniis maximè opus erat. Hanc coniecturam eſſe optimam cen ſuit iuriſcon. in l. vl. ff. de exercit. Alex. in d. l. ciuitas. nu. 11. in fi. & ibi Iaſ. nu. 18. ff. ſi cer. pet. & reſpondit Ruinus conſ. 76. col. 4. in fi. li. 4. idem docuit Ripa in l. ſi is qui bona. nu. 10. ff. de pigno. Extat & altera conie-
8 ctura, imò probatio, quia ipſe Fornarius moriens cõfeſſus eſt, ſe in Cæſaris vtilitatem vertiſſe eam ſummã: † quæ quidem confeſſio probat, vti reſpondit Ruin. conſ. 120. nu. lib. 5. & Marſil. conſ. 5. num. 17. poſt Butrium, inquit, quòd licèt aliàs confeſſio facta ſine cauſa nil proſit; attamen prodeſt facta in mortis articulo. Ad rem maximè confert reſponſum Baldi conſ. 476. Teſtamenta. libro 5. dum reſpondit, cõdemnato ad mortem, cuius bona fiſco
9 delata ſunt, cedi † ad fiſci detrimentum, ſi moriens fatetur, ſe debere ſummam alicui. Quod à fortiori procedit, cùm plures coniecturæ concurrunt, vti reſponderunt Cur. Se. conſ. 70. col. 1. verſ. ſed præmiſſis. & Barba. cõſ. 30. col. pe. in fi. li. 1. Dicendum eſt ergo (vt ad rem reuertar) Cæſarem reuocare non poſſe hanc ſummam, quam ſolue re teneretur, ſi ſoluta non foret. quod confirmat regula l. vindicantem. ff. de euict.

Secundò, ea ratione in hãc ſñiam adducor, quòd nõ potuit, poteſtve Cæſar hanc ſummam à dictis creditoribus
10 reuocare ſine iuſta cauſa, † vti probat in ſpecie is tex. leg. pecunia. C. de priuileg. fiſci. Cã aũt iuſta ſaltem tũc iudicatur, cùm Cæſari aliunde ſatisfactum non foret; & ob id in ſubſiduũ, excuſſione bonorũ Fornarij facta, erat agendum. iuxta l. ſi non expediatur. §. 1. vbi Bar. & cæteri. ff. de bonis auct. iud. poſſid. Ang. in l. pupil. ff. de his quę in fraudẽ credito. & probat tex. clarè l. Moſchis. ff. de iur. fiſci. & & ſcribunt Bal. in l. cùm eorũ. C. de ſent. & interlo. omn. iud. & Iaſ. in §. item ſi quis in fraudẽ. nu. 67. Inſt. de actio. & præter alios eſt clarus tex. l. j. C. de conue. fiſ. debito. li. 10. Atqui in caſu noſtro nulla facta fuit excuſſio bonorũ d. Fornarij: ſequitur ergo, à creditoribus reuocari aliquid nõ poſſe. Nec eſt ꝙ dicatur neceſſariã minimè fuiſſe hoc
11 in caſu excuſſionẽ; cùm ſola facti † veritate inſpecta in cauſis his procedi ſoleat, vt tradunt gl. in l. ſi mancipium. §. 1. ff. de euict. Aret. conſ. 127. in 2. dubio. Alex. conſ. 114. col. vlt. lib. 6. Soc. Sen. conſ. 24. col. vlt. li. 1. Dec. in l. vlt. in prin. nu. 23. ff. ſi cer. pet. & reſpondit Barb. conſ. 86. col. 8. lib. 3. in foro mercatorum diſcuſſioni locum non eſſe. Boe. q. 221. nu. 14. & Benuenutus Straccha tract. de mercatura, ti. Quomodo in cauſis mercatorum procedendũ ſit. verſ. de exceptionibus. nu. 5. & 6. Rñdetur, receptam magis opinionem eſſe neceſſariam fore excuſſionem in cauſis, in quibus proceditur ſola facti veritate inſpecta, vt
* communem * teſtatur Craueta conſilio 263, numero 3. 4. quo loci multis oſtendit, excuſſionis † beneficium eſſe iuris naturalis, cùm æquitatem ſapiat. Quocircà reſpon-



dit Calcan. conſi. 29. nu. 10. ex ſententia gl. in l. licèt. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſta. hãc excuſsionẽ adeò beneficiatam eſſe, vt cuicumq; creditori etiam fraudulento cõcedi debeat.

Tertiò, vt huius ſim opinionis, me non parum mouet
13 illa ratio, quòd creditores † ij conſecuti ſunt pecunias nõ ex titulo lucratiuo, ſed ex oneroſo; nempè quia iam illas mutuò dederant. Quo fit, vt Cæſari non liceat eas reuocare; vti in ſpecie docuit Io. Fab. in §. item ſi quis in fraudẽ. nu. 23. in fi. Inſtit. de actio. qui ita interpretatur, & declarat d. l. pecunia. C. de priuileg. fiſci. Et licèt Io. Fab. loqui
14 videatur per dictionem † fortè, dubitatiuam, attamen verè id dicitur aſſerere: quemadmodum ſcribit Ang. in l. in ſubſtitutione, ex illo tex. ff. de vulga. qui inquit, Doctorem conſulentem per illam dictionem fortè, non dubitatiuè, ſed aſſertiuè conſulere. idem tradunt Soc. Sen. conſ. 93. col. 8. in fi. li. 1. Barba. conſ. 13. col. 5. in fi. lib. 1. Pariſ. cõſi. 29. nu. 105. li. 2. & Crau. conſ. 91. nu. 4. Quod maxime procedit in his, quæ de apicibus iuris ſunt, vt declarat Barba. in cap. Raynaldus, col. 2. de teſta. Et verè Io. Fab. aſſertiuè loqui intellexit Gramm. quæſt. prima. poſt deciſiones. nu. 6. & 7. qui ad confirmandam Fabri ſententiam ea ratione, vtitur quòd per creditorem recepta & conſump-
15 ta extingui † facit ipſius pecuniæ dominium exiſtens apud quemuis; & rei vindicationem, quæ ratione dominij competit, impedit. l. cùm fundus. §. ſeruum tuum. ff. ſi certum peta. & l. ſi alieni. ff. de ſolutio. ergo tãtò fortius extinguere debet hypothecam, quæ eſt debilior dominio. Huc ſpectat, quod poſt Corneum conſi. 105. colu. vlt. lib. 3. reſpõ-
16 dit Pariſ. conſ. 25. col. vlt. lib. 2. filium † non teneri imputare in ſuam legitimam, vel Trebellianicam conſumptas pecunias, etſi non conſumptas teneatur. Ad rem magis confert quod reſpondit Bal. d. conſ. 360. Concluſio facti. lib. 1. repetitum in con. 252. Ordo rei geſtæ. lib. 3. dum ex l. deferre. §. vlt. de iure fiſci, ſenſit creditorẽ Ducis Mediolani ex cauſa vſurarũ decurſarum pro pecunijs à Theſaurario mutuò ſuſceptis, atq; ita ob cauſam lucratiuam teneri reſtituere Duci illam ſummam à Theſaurario acceptam.

Non obſtat nunc excitata argumentatio contraria; cui, etſi ex relatis ſuprà, ſit ſatis ſuperque ſatisfactum, attamen in ſpecie reſpondetur. d. l. defere. §. vlt. ff. de iure fiſci, & d.
17 l. pecunia. C. de priuilegio fiſci, non procederet † cùm creditor conſecutus eſt creditum ſuum, quod erat ex cauſa oneroſa, vt hîc, ex ſententia Io. Fabri & Grãm. Quocircà intelligimus Didacum d. libro pract. quæſtio. capite 29. numero 2. verſicu. quòd ſi vera eſt, malè à Io. Fab. opinione recedere.

Reſpondetur & ſecundò, relatum fundamentum poſſe procedere quando ipſe Cæſar ex ſuo mandato obligatus non eſſet: at ſecus hîc, nam exceptione repelli poſſet, vt iã diximus ex l. vindicãtem. ff. de euictio. Atque ita iuris eſſe cenſeo rectiore iudicio ſaluo.

*Hoc reſponſum comprobauit Conſultiſ. Ioan. Cephalus ſuo conſ. 86. lib. 1.*

Iacobus Menochius I. C.

## SVMMARIVM.

1 *Argumẽtum prædij venditi an ſit in vtilitatem emptoris vel vẽditoris, & num. 2.*
2 *Commodum & incommodum quod accedit rei, contractu perfecto etiam ante traditionem emptori cedit & nu. 15.*
3 *Alluuio non ſolet mutare confines.*
4 *Venditio ſeu contractus ſi reſoluatur, omnia reſtituuntur venditori, etiam ea quæ venditioni acceſſerunt.*
5 *Augmentum lacus non cedit commodo emptoris, ſed venditoris, & quæ ſit ratio.*
6 *Augmentum regulatur ſecundum naturam ſui principalis.*
7 *Augmentum rei obligatæ vel que ex contractu debetur, ſuperueniens, ei acquiritur cui res debetur, vel cui obligata eſt.*
8 *Idem dicendum in augmento latenti, vt eſt alluuio.*
9 *Augmentum alluuionis venit in retrouenditione ad commodum retroementis.*
10 *Emens fundum ſi retrouendit venditori, non tenetur etiam fructus perceptos retrouendere.*
11 *Dominus verè is dicitur, qui facit fructus ſuos: quia fructus dominium ſequitur.*
12 *Emptor pendente pacto retrouenditionis poteſt ipſam rem pignori dare, vendere & dominium transferre.*
13 *Diminutio alluuionis vti etiam augmentum cedit commodo emptoris.*
14 *Sentiens commodum, debet & incommodũm ſentire.*
15 *Augmentum gabellæ cedit commodo emptoris ſeu conductoris gabellæ perfecto contractu.*
16 *Periculum rei venditæ ſpectat ad emptorem.*
17 *Dictio, omne, eſt vniuerſalis omnia comprehendens.*
18 *Augmentum alluuionis poſſeſſori ſpectat.*
19 *Opus, facienti vtile, non damnoſum eſſe debet.*
20 *Mutatio aluei manu & opera alicuius facta ſi ſit, eius augmentum ad ipſum ſpectat.*
21 *Vtilitas ſeu damnum proueniens ex cauſa alicuius, ad ipſum ſpectare debet.*
22 *Aequalitas in contractibus eſt ſeruanda.*
23 *Mala fides præſumitur ex diſparitate ſeu inæqualitate contractus.*
24 *Nemo præſumitur iactare ſuum.*
25 *Accedens prædio dicitur illi cohærere.*
26 *Vnic qualem habeat naturam.*
27 *Dominus vendicans fundum è manibus occupantis, debet habere etiam omnes fructus, & acceſsiones, & quod fundo per alluuionem acceſſit, cùm domino acquiſita cenſeantur.*
28 *Contractus factus ad menſuram, ante menſuram non eſt contractus; & ideo ſi res augeatur, augetur ad commodum venditoris.*
29 *Venditio facta ad menſuram dicitur conditionalis.*
30 *Res data pro confinibus intelligitur data rebus ſic ſtantibus.*
31 *Confines ponuntur tantùm ad rem ipſam oſtendendam, neque mutant, neque alterant rei ſubſtantiam.*
32 *Reſolutia contractus emptionis ex pacto legis commiſſariæ vel adiectionis in diẽ, in quibus differat à reſolutione retrouenditionis.*
*Contractus aliquando reſoluuntur ipſo iuure, aliquando non, & quomodo.*
33 *Venditio facta ſub conditione nihil ponit in eſſe.*
34 *Lacus ſi fuerit venditus cum 10. pedibus terræ circumcirca, ſi lacus augeretur, an etiam illi pedes augeantur.*
35 *Augmentum rei non regulatur, nec idem eſt cum re principali, quando diuerſa extat ratio.*
36 *Incrementum ſemper ſpectat ad eum, ad quem ſpectat ager.*
37 *Augmentum alluuionis ad quem ſpectet, vel ad poſſeſſorem, vel ad dominum proprietatis.*
38 *Dominum rei emphyteuticæ ex legis diſpoſitione & culpa ipſius emphyteutæ reſolui poteſt.*

## CONSILIVM XXVI.

# Initium à Domino.

CONTROVERSIA hæc, quæ agitatur inter Illuſtrem D. Carolũ ex Marchionib. Ceuæ, & illuſtres D. Stephanum & Robertũ eiuſdem nobiliſsimæ familiæ, non leuis ponderis eſt. Dubitari enim contingit, an augmentum alluuionis, quod acceſsit fundo, quem redimere ex pacto conuento poſſunt D. Robertus & frater, cedere habeat ad commodum dicti D. Roberti, vel potius dicti D. Caroli; cùm intra tempus retrouendendi augmentum factum ſit. Dicendum videbatur prima (vt aiũt) facie, hoc augmentum debere cedere commodo dicti D. Roberti & fratris.

Primò, eò quia pactum de retrouendendo his verbis, fuit conceptum: Quod dicti domini Robertus & frater poſsint redimere petiam vnam prati in molendinis ſextariorum quinquaginta in circa ſuper finibus Scagnelli: cohærent fines Scagnelli, fines Lyſi, & flumẽ Muntiæ. & hoc pro ſcutis ſexcentum. Quæ ſanè pactio eſt vnius pretij
1 pro integro prædio. Quo fit, vt augmẽtum † quod rei accedit in emptorem, vnà cũ re ipſa trãſire credatur. l. quod ſæpe. §. in his. ff. de contrah. empt. & l. Iulianus. §. ſi Titius. ff. de actio. em. Quibus ſanè iuribus adducti in ſpecie hac

ita concludunt Brunus in tracta. de augmento, concluſ.
16.limita.5.& Gozad. in repe.l.2.nũm.180.verſ.tertia cõ-
cluſio.C.de pactis inter empt.& vend. & eo loci Gozadi-
nus eam rationem reddit, quòd ex quo prædium non eſt
venditum ad menſuram, ex ſententia Bart.in d.§.ſi Titius,
augmentum cum prædio principali dicitur vnum & idẽ.
Et ideo ad quem ſpectat prædium, ad eum quoque ſpe-
ctare debet augmentum.
2 Secundò, omne commodum † & incommodum, quod
accedit rei, contractu perfecto, etiam ante traditionem
emptori cedit.l.2.C.de pericul. & commodo rei vend.§.
ſi poſt emptionem. Inſt. de empt.& vend.At D.Carolus
qui retrouendere promiſit, contractum pro perfecto ha-
buit; ergo quod fundo acceſsit, cedere debet ad commo-
dum retroementis, atque ita dicti D. Roberti. ita hac ra-
tione concludit Goza.d.l.2.nu. 178.verſ. prima cõcluſio.
C.de pactis inter empt.& vend.
Tertiò, ſuffragatur D.Roberto ratio ducta à verbis pa-
cti.Pactum eſt retrouendere prædium, cui inter cætera co-
hæret flumen Muntiæ.Si augmentum, quod eſt circa flu-
men hoc cederet D.Carolo, non haberet poſtmodum D.
Robertus prædium, cui cohæreat flumen Muntiæ. Illi e-
nim tunc cohęreret D.Carolus; vt ergo pacta ſeruentur,
dicendum videtur, hoc augmentum cedere debere dicto
3 D. Roberto: cùm præſertim alluuio † mutare non ſoleat
confines: ita reſpondit Iaſ. conſ. 146.colum.5. verſ.8.be-
ne.lib.2.poſt Baldum in c.1.§.ſi quis de manſo.de contro-
uerſ.inueſt.
4 Quartò accedit, quòd reſoluta venditione, † reſtituitur
& quod venditioni acceſsit: vt in pacto legis commiſſo-
riæ, & adiectionis in diem. l. quod dictum. l. Imperator.
ff.de in diem adiec.l.cùm fundus.ff.de lege cõmiſſo. con-
fert text.notab.l.cùm autem.§.1.ff.de ædil.edicto.&l.ho-
minem.ff.de vſucap.vbi ſi res ad venditorem ex pacto vẽ-
ditioni adiecto reuertitur, illi conceditur acceſsio illius
temporis. quo res apud emptorem fuit, ad vſucapionis
perfectionem. Ita & in caſu l. voluntate. ff. quibus mod.
pig. vel hypo. ſol. vbi venditione reſoluta, res ad priſtinã
cauſam reuertitur, ac ſi nulla facta eſſet venditio. Confert
tex.l. lege. in fi.cum l. ſeq.ff.de lege commiſſ.l.eum qui.§.
fundo, iuncta, l.2.ff.de in diem adiect.quæ probant, quòd
reſoluto contractu, reſoluuntur & acceſsiones ac augmẽ-
ta.atque ita ſcribit Brunus .ract.de augmento, concluſ.20.
in principio.Cùm ergo ex retrouenditione reſoluatur vẽ-
ditio D. Carolo facta, & prædiũ reuertatur ad D. Rober-
tum; ita etiam ad eum videtur reuerti augmentum.
Quintò, D. Roberto fauere videtur tex.l. Rutilia Pola.
5 ff.de contrah. empt. Quo loci ſcriptum eſt, augmentũ † la
cus non cedere cõmodo emptoris: cùm res cenſeatur vẽ-
dita in eo ſtatu, in quo reperitur.ita augmentum contin-
gens poſt venditionem D. Carolo factam, eius cõmodo
cedere non videtur.
Sextò, cõfert pro hac opinione hæc argumẽtatio: Aug-
6 mentum † regulatur à natura ſui principalis, cui accedit
l.etiam.C. de iure dot.l.inter ſocerum.§.cùm inter. ff. de
pactis dota.l.ſi ex toto.l.quod in rerum.§.ſi quid poſt. ff.
de leg.1.Atqui res principalis, hoc eſt prædium ex pacto
reuenditionis ad D. Robertum ſpectat ergo & ad eũ ſpe-
ctare debet augmentum hoc alluuionis.
Septimò huc ſpectat, quòd dici ſolet, in contractibus
aucto iure datoris, vel re debita ex contractu aucta, auge-
tur & ius acceptoris, vel ipſum debitum: ita augmentum
7 † rei obligatæ, vel quæ ex contractu debetur, ſuperueniẽs
ei acquiritur, cui res debetur, vel cui obligata eſt. l. ſi fun-
dus, in principi.& §.ſi res l.Paulus. §.ſi domus.ff. de pign.
8 Quod procedit.etiam in augmento † latenti, vt eſt alluuio
l.ſi conuenerit.§.ſi nuda.ff.de pigno.actio.l.id quod.ff. de
peri & com.rei vend.l.ſi ergo.§.vlt.ff.de publica. atq; ita
cenſuit Brunus trac.de augmento, concluſ.16.ampl.3.Quę
facilius procedunt in augmento alluuionis, quod, vt latẽs
facilius acquiritur & accedit.quemadmodum ſcribit Bru
nus præcitato loco concluſ.18.Cùm ergo ex pacto prædiũ
ſit debitum.Do. Roberto, vt ei ſit ex reuenditione reſti-
tuendum ei quoque videtur debitum hoc alluuionis aug-
mentum.
Octauò ac vltimò D.Roberti partes tueri videtur Pau-
lus Caſtr.conſ.388. Videtur dicendum, lib.1. quem recen-
ſet Cagnol. in l. 2. nu.189.C. de pactis inter emp.& vend.
9 reſpondit Caſtrenſis, augmẽtum † alluuionis venire in re-
trouenditione ad commodum retroementis ex l. item ſi
fundi.§.huic vicinus.ff.de vſufructu. idem viſus eſt reſpõ-
dere Corn. conſ.15.nu.6. verſ. his tamen nõ obſtantibus.
lib.4.magna hac in cauſa dubitatio adfertur.
Re tamen ipſa diligentiſsimè perpenſa, contrariã ſen-
tentiam, quam veriorem credo atque æquiorem, ſequor.
nempè, hoc augmentum alluuionis ſpectare ad Do.Ca-
rolum, qui prædium reuendere tenetur. Quod vt dicam,
multis adducor, priùs præſuppoſito, quòd contractus em
ptionis, cui adiectum fuit pactum reuenditionis, perfectus
dicitur.Siquidem, qui ita eo adiecto pacto emit, verus em
ptor & dominus dicitur, Quandoquidem is facit fructus
10 ſuos, nec † illos, cùm rem retrouendit, cum re principali re
ſtituit.leg.ſecunda, C.de pactis inter empt.& vendict.vbi
Bal.& Caſt.ita reſpondit Dec.con.167. conſ.178.col.pen.
verſ.non obſtat, & conſ.308.col.2.verſ.3.hoc, alios recen
ſet Tiraq.trac.de retractu conuentio.§.5.gloſſ.2.nume.1.
11 Si ergo hic facit fructus ſuos.verè dicitur dominus † cum
fructus dominum ſequantur. l. ex diuerſo. ff.de rei vind.
& in ſpecie hac reſpõdit Ang.conſ.55.Ex pacto, &c.Præ-
12 tereà, emptor † iſte pendente reuenditionis pacto poteſt
rem ipſam pignori dare & eam vendere, & dominiũ trãſ-
ferre: ita reſponderunt Alexand.conſi.10.lib.1. & Curtius
Sen.conſi.12. Lucius.& in ſpecie noſtra ita concludit Ti-
raquell.in tract.de retractu conuentio.§.2.glo.1.num.34.
Hoc ita poſito.
Primò adducor ex l.id quod, in prin.ff.de peric. & cõ-
mod.rei vend.quo loci apertè ſcriptum eſt, augmentum
alluuionis cedere commodo emptoris; vt etiam ad eum
13 ſpecta.et diminutionis † incommodum. idem probat.in
§.ſed ſi poſt.Inſt.de emp.& ven.Et huic fundamẽto ineſt
14 naturalis ratio, quæ dictat, ad eum ſpectare debere † com-
modum, ad quem ſpectat incommodum.l.ſecundum na
turam, de reg.iuris.Quam rationem in ſpecie alluuionis
cõſiderat text.l.ſed & ſi quid, & l.ex mille.§. primo.ff. de
euict.& in ſpicie Brunus in tract. de augmento concluſi.
16.Confirmat hoc fundamentum, quòd reſpondit Decius
conſilio 54. nume.2.ex.d. l.id quod. augmentum gabellæ
15 † cedere debere commodo emptoris ſeu conductoris, ga-
bellæ, perfecto contractu.idem probarunt Felinus & Ri
pa in cap.cùm Marthæ Ferrarienſis, de conſt.ille, num.5.
verſic.tertiò dicit: iſte, numero 37. & in terminis noſtris
hanc conſequentiam facit & Iaſ.in l.1.num.79. C. de iure
emphy.dum docuit, quòd omne augmentum ſiue patens,
ſiue latens cedit commodo emphyteutæ, cui etiam ſpe-
ctat damnum.
Secundò confert text.clarus l.1.C.de periculo & com-
16 mo.rei vend.quo conſtitutum eſt, omne commodum † vel
incommodum, quòd rei venditæ contingit. ad empto-
rem pertinere.Atqui iam diximus, hunc contractum eſſe
perfectum, et ſi reuenditionis pactum adſit, ergo argumẽ
tum pertinet ad Do.Carolum.& eo in tex.leg. prima, eſt
17 perpendenda illa vniuerſalis, omne, &c. † quæ omnia com
plectitur.leg.Iulianus, de leg.tertia.latè ſcribunt Dec.leg.
omnia.num.1.ff.cert.pet.Crau.conſi.290.num.4.& conſi.
294.num.1.Didacus lib.1.varia.reſolu.cap.13. nu. 2. cæte-
ros prætereos.
Tertiò, ad rem maximè facit tex.l.vltim.in princi.C.de
18 alluuio. Quo conſtitutum eſt, augmentnm † alluuionis
prodeſſe poſſeſſori, non autem alteri. Quo ſanè textu ita
etiam ſcribunt Brunus in tract.de augmento concluſi.17.
num.2.& Moder.in conſuetud. Pariſienſ.tit.1.§.1.gloſſ.5.
num.99.Cùm ergo Do.Carolus tempore augmenti fue-
rit poſſeſſor.ad eum alluuionis augmentum, & non ad D.
Robertum pertinet.
Quartò accedit, quòd ex actis clarè conſtat eſſe proba-
tum, quòd augmentum hoc non euenit ex ſola ipſius flu-
minis natura, ſed opera & induſtria dicti Do. Caroli, qui
ſuis impenſis aggeres, quibus fluminis impetus aliò verte-
19 ret, ſtruxit.Quo fit, vt ſua hæc opera † debeat ei eſſe vtilis,
& non damnoſa.vt in ſpecie conſtitutum eſt in dict.l.vlt.
§.ſimiliter.C.de alluuio. quem in hac ſpecie citant Curti.
20 ſen.conſi.73.in fin.dum reſpondit, quòd multato † alueo
manu & opera alicuius, ei acquiritur augmentum. & Al-
cia.reſp.302.num.1.idem reſpondit.& clarius Natta cõſi.
55.in fin.lib.1.dum affirmauit etiam poſt Baldum in cap.j.
§.ſi quis de manſo.de controuer.inueſ. quòd quando va-
ſallus facit aliquod incrementum feudo, ſibi, & non domi
no acquiritur. ita etiam econtrà videmus, quòd ſi culpa
21 † & negligẽtia poſſeſſoris prædium eſt effectum deterius,
detrimentum eſſe poſſeſſoris, vt eſt notab.text.in le cùm
propo-



proponas.C.de naut.fœnore. & ſimili in caſu ex d. l. cum
proponas, reſpondit Dec.conſ.4.nu. 1.verſic.comproba-
tur.& præter eum pulchrè Soc. Sen. conſ. 70. col 2.verſi.
tertiò etiam.lib. 3. Ripa in trac de peſte, tit. de priuilegiis
contractuum.nu.81.& Neuiz.conſ.91.num.9.
Quintò, vt pro D.Carolo reſpondeam, me multum mo
22 uet ratio æqualitas † ſeruandæ in contractibus, iuxta l.ſi
id quod.§.vlt.ff.de reſcind. vendit. quem textum in hanc
ſententiam citauit Craue.conſil.245.num.7.qui de ęqua-
23 litate ſeruanda plura ſcripſit.& inquit, malam fidem † prę-
ſumi cùm æqualitas non ſeruatur. Atqui in caſu noſtro, (ſi
æqualitatem ſeruare volumus) Dicendum eſt Dom.Caro
lum non teneri retrouendere eodem pretio augmentum
alluuionis; quia ſi ex eadem alluuione prædium fuiſſet di
minutum cogi non potuiſſet.Do.Robertus ad illud ree-
mendum, cùm hoc ſit in ſua facultate, nec præſumitur ꝙ
24 reemiſſet, ex quo nemo † præſumitur iactare ſuum.l. cùm
de indebito.cum vulgatis ſimilibus. ff.de probat. & hac
ratione in ſpecie vſus eſt Cagn.in d.l. 2.num. 190. in fi.C.
de pactis inter emp. & vend.idem reſpondit Silua conſil.
70.num.10.lib.2.
Sextò, ſuadetur hæc vera iuris ſententia, quòd prædio ac
25 cedit † dicitur illi cohærere & inniti.l.adeò. §. prætereà.ff.
26 de acq.rerum dom.Sed ea eſt vnionis † natura, vt vnita re-
ducat ad eandem eſſentiam, ita quòd vnum ab altero non
poſsit diuelli, nec ſeparari.l.in rem.§.item quæcunque.de
rei vind.& quod vnitur alteri acceſſoriè, aſſumit naturam
re principalis, vt in ſpecie probat.l.vlt.C.de alluuio.Cùm
ergo Do. Carolus tempore augmenti eſſet prædij domi-
nus & poſſeſſor, ſequitur fuiſſe effectum etiam dominum
augmenti. Nec hìc dicatur, ſi augmentum aſſumpſit natu
ram & eſſentiam prædij, ſequitur vnà ſimul eſſe reuenden
dum: quia cõcedo eſſe reuẽdendum, ſed aucto pretio pro
quantitate augmenti. ita etiam videmus quòd vbi per fer-
ruminationem & connexionem vna res eſt alteri iuncta,
licèt ſeparari non poſsit ad detrimentum illius, cui reſti-
tuenda res eſt, attamen illi, qui augmentum addidit, actio
in factum redditur, ne beneficio illius augmẽti priuetur.
Septimò, hanc adiuuat ſententiam text.l.idem eſt.ff.de
27 rei vind.quo loci reſpondit Iuriſc. quod domino † vindi-
canti fundum è manibus occupatoris reſtituũtur fructus
& acceſsiones, & quod fundo per alluuionẽ acceſsit: cùm
domino acquiſita cenſeantur. Atqui iam ſuprà oſtendi
mus, tpe augmenti Dom. Carolum fuiſſe dominum fun-
di, & illi fructus eſſe quæſitos; ergo idem dicendum eſt de
alluuione & cæteris acceſsionibus.
Octauo & vltimò, pro D.Carolo ſunt auctoritates Bart.
in l.Iulianus.§.ſi Titius.ff.de actio.empt. vt eum mox de-
clarabo.Cornei conſ.15.lib.4. declarabo in fine huius reſ-
ponſi Bruni tract.de augmento concluſ.16.vt dicam infrà
in reſponſione ſeptimi fundamenti.Moder Pariſ. in con-
ſuetu. Pariſ.tit 1.§.13.gl.1.num.87.
Non obſtant nunc in contrarium adducta.Ad primum
reſpondeo, & verè credo potius probare ſententiam Do.
Caroli.Nam in iuribus in eo fundamento relatis, clarè di-
28 citur, quòd ſi facta eſt venditio † ad menſurã; & ante mẽ-
ſuram aliquid rei accedit, commodo venditoris cedit. Ea
eſt ratio, quia ante menſuram, contractus non dicitur. ita
Bar.in d. l. Iulianus. §. ſi Titius. ff.de actio.emp.Soc. ſen.
conſ.26.col.vlt.verſ.poſtremò, lib. 3. Afflictus deciſ. 280.
nu.1.& deciſ.399.nu.4.Ant.Capicius deciſ. 14. num. 6.&
29 Boer.q.183.nu.8.9.Immò venditionem † hanc ad menſu-
ram factam eſſe conditionalem, ſunt qui ſcribunt, vt mul-
tos recenſent Neuiz. conſ.38. nu.24. & Didac. li. Pract.q.
cap.3. nu.6. At contra (inquiunt relati omnes) cum abſo-
lutè res vendita & tradita eſt: nam augmentum emptoris
eſt.& in ſpecie Bart.in d. §. ſi Titius. ſcribunt in hæc ver-
ba: Vendo tibi tale prædium pro mille, & dico quòd ſunt
centum iugera, non dicitur venditio ad mẽſuram.& ideo,
ſi per alluuionem minuitur, detrimento emptoris minui-
tur.ergo idem & nos dicamus, commodo D.Caroli emp-
toris ceſsiſſe augmentum, cùm eo tempore eſſet perfectus
dominus. & cum Bartolo alij ſentiunt, præſertim Dida-
cus d. capite tertio num. 6. qui de augmento & diminu-
tione loquitur.
Non obſtat ſecundum, quia iam ſuprà oſtendi d. §. ſed
ſi poſt venditionẽ, & l.2.C.de pericul.& commo.rei vend.
vrgere pro D.Carolo aduerſus D. Robertũ, quemadmo-
dum & eadem iura contra Gozadinum, in d.ſecundo fun-
damento, inducit Cagnolus in d.l.2.nu.190.in fi. C.de pa-
ctis inter empt.& vend.
Non obſtat tertium, quia reſpõdeo, primò, flumẽ Mun-
30 tiæ datum fuiſſe pro altero ex confinibus, rebus † ita ſtan-
tibus, non autem mutatis, iuxtà regulam l. quod Seruius.
ff.de cond.ob cauſam: & ibi latè Iaſ.nu.6.& tradũt copio-
sè Boer. q.204. num.25.26.Crau.conſi.95. nu.4.& conſil.
233.nu.3. Tiraquell.l. ſi vnquam.in præfatione nu. 166. C.
de reuo.dona. & Rebuffus in tract. de priuilegijs Schola-
31 rium, priuilegio 76.Prætereà & ſecũdò dico, cõfines. † ſo-
lùm poni ad rem ipſam demonſtrandam; ob id nec mu-
tant, nec alterant rei ſubſtantiam l. demonſtratio falſa. ff.
de cond. & demonſtr. licèt ergo confines fuerint immu-
tati, attamen ſufficit fundũ ipſum in ſui ſubſtantia & quã-
titate reſtitui.Quòd verò dictum eſt alluuionem non mu-
tare confines, nihil ad rem: ſi quidem, non dicitur mutari
quod eſt ſub vna diœceſi., & ſub altera efficitur, vt decla-
rat Iaſ.dict.conſ.146.lib.2.Sed hoc nihil ad caſum noſtrũ,
cũ ſolum nos quæramus, cui ex alluuione acquiritur aug-
mentum: & acquiri dicimus emptori, non obſtant quòd
confines mutari videantur.
Non ob quartum, qa reſpondeo, magnam eſſe differen
32 tiam, cum emptionis cõtractus † reſoluitur ex pacto l.com.
vel adiectionis in diẽ; & cum reſoluitur ex retrouenditio-
ne.Primo caſu reſolutio dr̃ fieri ipſo iure volẽte emptore,
qui ob id non facit fructus ſuos, nec cæteras acceſsiones. l.
quod dictum eſt. & l. Imp. ff.de in diem adiect.l.cũ fund'
de l.comm.Secùndo verò caſu, reſolutio fit non ipſo iure
ſed mediante noua reuenditione, volente venditore.l.pa-
cta conuenta.ff.de contr.emp.iuncta l.ſi vnus.§. pactus.ff.
de pactis. & hoc caſu emptor interim facit fructus ſuos.
l.Iulianus. §. ſi fructibus.ff.de actio. empt.& vend. Hanc
differentiam in ſpecie facit Tiraq. in tract.de retractu cõ-
uentio.§. 5. gl.2.nu.2.Cùm ergo nos in ſecundo hoc caſu
verſemur, in quo fructus emptori acquiruntur, dicendum
eſt & ei acquiri hoc augmentum alluuionis. His reſpõde-
ri poteſt ad nonnulla iura, quæ in eo quarto fundamento
adducebantur, vt ad l.cùm autem.§.1.ff.de ædil.edict.quæ
loquitur in contractu, qui ipſo iure reſoluitur mediante
redhibitione, ob vitium repertum in re vendita. Quocir-
cà emptor, qui pro ſui vtilitate rem reſtituendo, cõtractũ
ipſo iure reſoluere facit, & ac ſi nũquam eſſet factus, om-
nia reſtituit, ne dolo egiſſe videatur.immò in d.l.cùm au-
tem.§.vlt. ſcriptum eſt, & fructus reſtitui, cùm tamen di-
uerſum hìc ſit; non ergo argumentari licèt à caſu illo ad
hunc noſtrum, iuxta l. vlti.de calumniat. Ita etiam decla-
randus eſt tex. in l.ſi hominem.ff.de vſucap.Nam ibi ven-
33 ditio † facta fuerat ſub conditione, quæ nihil in eſſe po-
nit.l.ſi quis ſub conditione dandorum decem.ff.ſi quis o-
miſſa cau. teſta.cõditione ergo deficiente, cõtractus ipſo
iure reſoluitur.atq; ita d.l.ſi hominẽ, intellexit Ruin. cõſ.
33.nu.3.li.1.Cætera iura clara & plana ſunt.
Non obſtat quintum ex l.Rutilia. ff.de contr.emp.quia
reſpõdeo, caſum illum eſſe à noſtro admodum diuerſum.
Nam ibi qui lacum vendidit Rutiliæ, vnà cum terræ pe-
dibus decem ex ripa circumcirca: erat dominus lacus, &
prædiorum, quæ erant circa ripam. Cum ergo lacum cum
34 decem pedibus terræ tantùm circumcirca vendiderit, † di
ctum fuit, aucto lacu, non augeri decem pedes ripæ.Ita nec
lacu diminuto, commodum aliquod ſenſiſſet: ex quo om-
ne damnum & omne commodũ erat illius Rutiliæ. quod
& gloſſ.vlt. ibidem declarat. At diuerſum eſt in caſu no-
ſtro, quia prædium à flumine relictum non poterat dici
dicti D.Roberti, vt ad eum ſpectaret vel commodum, vel
damnum, ſed erat iuris publici.
Non obſtat ſextum, quia reſpondeo, illam minorem
propſitionem eſſe falſam. Siquidem verius eſt, prædium
tempore augmẽti fuiſſe Caroli, vt ſuprà dixi: ergo ad eum
augmentum pertinet: atque ita fundamentum retorque-
35 tur.Prætereà & ſecundò reſpondetur, augmentum † non
regulari, nec idem eſſe cum re principali, quando diuerſa
extat ratio.ita ex l.qui fundum.§.1.ff.pro emptore, cẽſuit,
poſt Corneũ conſ.140.col.vlt.verſ.non obſtat.quòd aug-
mentum.lib.3.Tiraq. de retrac.conſang.§.1.gloſ.18.num.
59.At in caſu noſtro, inſpecta perſona D.Roberti, non eſt
bona argumentatio de augmẽto ad rem princincipalem.
Nam Robertus prædium ab initio habuit obligatum pro
reuenditione; ſolùm ergo habuit obligatum quod in D.
Carolum tranſtulit. Sed augmentum ſuperuenit poſtquã
D.Carolus factus eſt prædij dominus; non ergo in ea obli
gatione de prædio continetur hoc augmentum. Confert.
text.

text. d.l.qui fundum. §.1.ff.pro emptore, quem ſingularẽ dixit Rom.ſing. 577. Tu habes regulã. & Balbus in trac. præſcrip.ſecunda parte princ.columna 5. verſ. prædictam limitationem.

Non obſtat ſeptimum,quia reſpondeo, fundamentum hoc eſſe deſumptum ad verbum ex Bruno in dicto tra- de augmento. dict. concluſi.16. Cuius quidem Doctoris verba,ſi prependantur,optimè pro D. Carolo contra D.Robertum concludunt.Is enim citando l.id quod. ff. de periculo & comm.rei vend. vbi augmentum poſt venditionem ſuperueniens cedit commodo emptoris.ita ſcribit,ratio eſt in promptu,quia ſicut ad emptorem ſpectare debet incõmodum,conueniens eſt,vt ei ſpectet ſuperueniens augmentum.l.ſecundũ naturam.de reg.iuris.Hęc Brunus.Cuius quidem rationem & nos ſuprà pro D. Carolo cõſiderauimus.Cum ergo D.Carolus tanquam emptor eſſet dominus prædij,tempore facti augmenti,dicendum eſt ad eum ſpectare.

Non obſtat vltimum,qui ſingulatim ad Doctorum auctoritates reſpõdeo.& primò dico, Caſtrenſem ne verbũ quidem aliquo in loco hac de re facere, vt ita etiam de eo ſcribit Tiraq.de retractu conuentio.ad finem.nu.92.in fine. qui ingenuè fatetur ſe perquiſiuiſſe illud reſponſum Caſtrenſis, & non potuiſſe inuenire. Quinimò conceſſo, Paulum Caſtrenſem ita reſpondiſſe,malè certè reſpondit: quandoquidem eius ratio , quam recenſet Cagnolus in d. l.2.nu.190.non concludit,vt ibidem ipſe Cagnolus num. 191.animaduertit:imò ratio illa iuuat D.Caroli partes,dũ ait, augmẽtum ad fructuarium ſpectare. ad quem ſpectat & incommodum. ſed D. Carolus erat eo tẽpore fructuarius,& ad eum ſpectaſſet diminutio, ergo & ad eum augmentum hoc ſpectare debet. Non etiam aduerſatur reſponſum Cornei d.conſil.15.lib.4.quia iam ſuprà dixi Corneum ſentire pro D.Carolo,quod & eius verba oſtẽdunt: inquit ille d. conſ. 15. Conſtat enim,quòd regulariter in-
36 crementum†ſpectat ad eum,ad quem ſpectat ager,cui adijcitur.§. prætereà, Inſti.de rer. diuiſ.l.adeò.§.1.ff.eo.ſiue ſpectet iure plenæ proprietatis,prout loqui videntur iura prædicta,&l. 1. 2. & 3.C.de alluuio.ſiue ſpectet iure quaſi dominij,vt eſt tex.in l.ſi ego. §.itẽ ait.ff.de publicia. Hæc Corneus ,qui & alia ſubijcit,& deinde concludit, augmẽ-
37 tum†alluuionis cedere ad commodum domini , & tunc poſſeſſoris.Cùm ergo tempore huius augmenti D. Carolus eſſet & poſſeſſor & dominus prędij , ad eum commodem illud ſpectare debet.& ibidem Corn. verſ. nec etiam obſtat ſecundum , ſentit illam rationem naturalem , quòd quemadmodum damnum contingens ſpectaſſet, ad eundem quoq; ſpectare & augmentum. Quinimò fortius oſtendo,Corneum pro D.Carolo concludere.Nam ibi reſpondit Corneus,augmentum alluuionis cõtingens cedere commodo emphyteutæ eccleſiæ,cùm tamen euenire poſſit caſus,quo legis diſpoſitione fundus ille emphyteuticus ad eccleſiam ipſo iure reuerteretur.Si ergo illud eſt verum
38 in emphyteuta , cuius † dominij ius legis diſpoſitione & culpa ipſius emphyteutæ reſolui poteſt , quantò fortius hoc caſu vbi nõ reſoluitur nec legis diſpoſitione, nec voluntate & facto D. Caroli. Quocircà miror , quòd clariſſ. Conſultores & Aduocati D.Roberti in ſuam opinionem Corneũ citauerint. Concludo ergo , dictum augmentum cedere debere commodo prædicti D.Caroli.

Iacobus Menochius I. C.

## SVMMARIVM.

1 *In claris non eſt opus coniecturis & à verbis contractus non eſt recedendum.*
2 *Contractus qualis ſit ex tenore diſpoſitionis oſtenditur.*
3 *Geminatio non parum operatur.*
4 *Pretij mentio vbi facta eſt,ibi dicitur emptio & venditio fieri.*
5 *Periculum contingens confecto & perfecto contractu , ad quam ſpectet.*
6 *Et quid ſi vnus ex contrahentibus ſuſciperet omne periculum fortunæ in ſe,& hoc in quocunque contractu.*
7 *Verba hæc generalia,quòd teneatur ad omnes & quoſcunque caſus quoquo modo contingentes,comprehendunt omnes caſus. ſed limitatur nu.18.*
8 *Iuramentum in clauſula generali habet vim expreſsionis caſus non comprehenſi.*
9 *Iuramentum præciſè obligat,& quomodò intelligatur.num. 50.*
10 *Remiſsio non eſt concedenda ſuſcipienti in ſe omne periculum tam cogitatum quàm incogitatum,licet ex incogitato euenerit, quia ſibi eſt imputandum,& de veritate nu.15.& 16.*
11 *Suſcipiens in ſe periculum ſimpliciter caſus fortuiti, intelligitur de inſolito,& non incogitato.& nu.18.*
12 *Et an comprehendatur caſus proueniens ex facto locatoris.*
13 *Voluntates hominum facilè in dies ob varios caſus poſſunt mutari.*
14 *Inſolitus caſus qualis dicatur.*
15 *Penſio non remittitur ob detrimentum,quod belli cauſa obuenit.*
16 *Contrarium magis eſt verius ob caſum fortuitum in contractu conductionis & locationis.*
17 *Solutio pretij in ſingulos menſes diſtincta,indicat illum eſſe contractum locationis.*
18 *Suſcipiens in ſe omne periculum,non videtur ſuſcipere caſum valde inſolitum,& non cogitatum.*
19 *Etiamſi adhibitum ſit iuramentum.*
*Pactum factũ verbis generalibus,non comprehẽdit caſus inſolitos.*
20 *Etiamſi ſint appoſita verba generaliſsima comprehendentia caſus maiores expreſsis.*
21 *Exceptio caſus inſoliti an reiecta videatur per clauſulam, non obſtantibus quibuſcunque exceptionibus, occaſionibus, & impedimentis.&c.*
22 *Bellum eſt caſus inſolitus & incogitatus; quia à fide principum dependet,quam inuiolabiliter (vti promiſerunt) obſeruare ſolet & debent.*
23 *Princeps licet ſit legibus ſolutus,non eſt tamen ſolutus à dictamine rationis.*
24 *Princeps frangendo fidem magis peccat quàm perſona priuata.*
25 *Contractus principum bonæ fidei dicuntur eſſe,& quæ ſit ratio,& num.36.*
26 *Princeps non poteſt recedere etiam ex cauſa à contractu & pacto initio cum ſubdito.*
27 *Remiſsio eſt facienda gabellarum conductoribus,de mercede ob maximum detrimentum,quod illis obuenerat,dum Princeps conuẽtionis,& pacta non obſeruarunt.*
28 *Princeps in pactis & conuentionibus conſiderandus eſt , non qualis aliquis eſt,ſed qualis eſſe debet.*
29 *Fortuitus caſus dicitur,qui à facto Principis pendet.*
30 *Obligari non poteſt contra factum Principis , etiam cum iuramento.*
31 *Renuntiatio generalis caſuum eon comprehendit caſum fortuitum, qui ex plenitudine poteſtatis Principis pendet.*
32 *Contractus emptionis & venditionis quando eſt celebratus,periculum ſpectat ad emptorem,ſed intereſſe ad venditore.& nu.54.*
33 *Conductor qui damnum paſſus eſt ab inimicis lacatoris,debet reintegrari ab ipſo locatore.*
34 *Damnum facto Principis contingens ab eo compenſari debet,remittando mercedis præſtationem,vel alia via.*
35 *Conductori gabellarum,qui ob peſtem detrimentum conſecutus eſt, penſio remitti debet.& nu.53.*
36 *Locupletari nemo debet cum alterius iactura.*
37 *Clauſulæ renuntiationis caſuum fortuitorum latè & copioſè appoſitæ,non videntur adſcriptæ voluntate partium,ſed potius ex capite notarij.*
38 *Cluſulæ renuntiationum ex more notariorum potius quàm partium conſenſu apponi ſolent.*
39 *Ignorans non obligatur.*
40 *Renuntiare non dicitur iuri,quod quis ignorat.*
41 *Inſtrumentum adhoc vt liget & obliget à notario debet coram partibus legi.*
42 *Mens verbis non econtra præualet in conuentionibus.*
43 *Contractus natura eſt,vt à falſa denominatione recedamus.*
44 *Verbum emit,aliquando exponitur pro conduxit.*
45 *Contractus denominatur ab effectu,non à verbis,nec ab alijs.*
46 *Pretium pro mercede exponi poteſt.*
47 *Pactum & conuentio intelligitur rebus ſic ſtantibus.*
48 *Iuramentum obligat iurantem rebus ſic ſtantibus , non autem mutatis,*
49 *Iuramentum ſequitur naturam illius actus,ſuper quo ponitur.*
50 *Conuentio intelligitur ſecundum naturam actus.*
51 *Iuramentũ magis præciſè non obligat quàm eſt ipſa natura actus.*
52 *Renuntiatio caſuum inſolitorum, & non cogitatorũ, nõ valet;quia eſt contra naturam contractus.& in fine conſilij.*
53 *Conductor gabellarum non obſtante renuntiatione caſuum fortuitorum,poteſt petere remiſsionem mercedis ob damnum, quod ei obuenit facto ciuitatis,etiam iuſto.*
54 *Locator impediens proprio facto conductorem re conducta vti poſſe tenetur ad omne intereſſe.*
55 *Statutum quod vnus teneatur emendare delictum alterius,eſt iniquum.*
56 *Pater quod teneatur pro debito filij ex forma ſtatuti,eſt iniquum,& odioſum.*

CON-



## CONSILIVM XXVII.

# Initium à Domino.

RIGOROSIS atque duris verbis conuentionis diligenti ſtudio & peruigili cura perpenſis atque animaduerſis, reſpondendum mihi videbatur,nullam D. Ghiſulpho faciendam eſſe à Cuniẽſibus penſionis ſeu mercedis pedagiorum remiſsionem,ob id quòd caſus inſolitus euenerit,dum Cæſariani & Galli à pactis & inducijs tam repentè receſſerunt,& bellũ inter ſe, præter hominum ſpem,nuntiauerint.

Primò, hæc ratio non parum videtur vrgere, quòd hic contractus emptionis & venditionis in conuentionibus
1 his appellatur.Et in claris†non eſt opus coniecturis.l.ille aut ille.§.cùm in verbis.de lega. 1. l.continuus. §. cùm ita. de verbor.obliga. Hinc dicimus , à verbis contractus
2 non eſſe recedendum.l.intereſt.ff.de ſolut.& tenor† diſpoſitionis oſtendit qualis ſit contractus.ita in ſpecie,multorum adductis auctoritatibus , cenſuit Ripa in tract. de peſte,in titulo de priuilegijs contractuum.nu. 47. Et alia ſcribunt Soc.Sen. conſil. 88.col. 1.li. 1. Decius conſil.552. nu.1. & Natta conſil.49.nu.14.lib. 1. Qui omnes in ſpecie noſtra affirmant, his verbis verè cenſeri celebratum eſſe contractum emptionis & venditionis.

Quod equidem fortius hîc procedere videtur, vbi pluries verba hæc ſunt geminata.Quæ ſanè geminatio,vt cla-
3 ri iuris eſt, non parum†operatur. l. Baliſta.ff.ad Trebell. Et in ſpecie geminationem hanc conſiderat Neuiz. cõſil. 66.nu. 28. & conſ. 91.nu. 23. Accedit quoq;quòd facta eſt
4 mentio†pretij,ob id emptio & venditio eſſe videtur.l.2. C. de prædijs curial. & gl.in l.cùm dotem. C.de iure dotiũ.Iaſ.in l.1.num.23.C.de iure emphyt. & plures recenſet Marſilius ſing.105. vbicunq;& Tiraq. in tract.de retractu conſang.§.1.glo.2.nu.1.& in ſpecie Anch.conſ. 402. Circa principium.Bart. in ſua diſputa.4. Publicanus.nu. 1. in ſolutione.Soc.Sen.conſ.88.col.2.lib.1.& Ripa.in tract.de peſte, tit. de priuilegjis contractuum. nu. 48.Si ergo hic contractus venditionis & emptionis fuit,ſequitur dicen-
5 dum , quòd omne periculum† contingens perfecto ipſo cõtractu,pertinet ad ipſum Ghiſulphum.l.id quod,& l.neceſſariò.ff.de periculo & commod. rei vend.cum aliis telatis à Ripa loca paulò ſ.citato.num.46. Et in ſpecie ita cenſuerunt Dec.conſ.313.nu.2.Goz.conſ.27.nu.13 Neuiz.cõſ. 91.nu.7.Bellonus conſ.21.num.4.& Franciſc.de Marchis. q.62.in fi.parte prima.

Secundò,Ghiſulpho aduerſatur,quòd etſi hic cõtractus dici poſsit locationis & conductionis , ita vt regulariter periculum ſpectet ad locatorem; attamẽ hoc in caſu cùm
6 Ghiſulphus in ſe ſuſceperit omne periculum † caſus fortuiti.omnémque aduerſam fortunam,non eſt illi facienda remiſsio,ſed ipſemet imputandum.quòd fortunæ ſe obiecerit.l.ſed & ſi quis.§.quæſitum.ff.ſi quis cautio.Et ſcribit in ſpecie Ripa in d.tract. de peſte,titu. de priuilegiis con-
* tractuum.nu. 70. qui hanc communem * eſſe ſententiam aſſerit.& ibidem,nu.71.idem eſſe cenſet,quando in ſe cõductor ſuſcepit periculũ.Illi addo Anchar.conſ. 402.col. 1.verſ.4.& vltimò.& Decium conſi.552.num.2.3. qui ſcribunt,ita fore obſeruandum quemadmodum partes conuenerunt.Hoc confirmari vel ex eo poteſt,quòd hîc poſt enumeratas varias ſpecies caſuum fortuitorum, adiecta eſt ge-
7 neralis clauſula,quòd ipſe Ghiſulphus teneatur† , ad omnes & quoſcunq; caſus quoquomodo contingentes. Quæ ſanè verba apta ſunt comprehendere omnes caſus,vt ſcribunt Decius d.conſ.155.num. 4.& Ripa loco iam citato. nu.77.Comprobatur ex eo quod adhibitum eſt iuramen-
8 tum,†quod habet vim expreſsi.cap.ex reſcripto , de iureiuran. Et ob id tenetur de quouis caſu fortuito , acſi in ſpecie foret expreſſus.ita poſt Baldum in l.1.q.2.C.commod.& alios cenſuit Ripa in d.tit. de priuilegiis contractuum.nume.82.83. Quibus accedunt in ſpecie Alexand. conſi.3.num.5.lib.1.Iaſ.conſ.107.In ciuitate Sauonæ. col. 2.verſic. multum pondero li. 1. Decium conſil.552.in fine. & Neuiza. conſ.66. nu.25.& conſil.57.in fine. Quinimò.
9 iuramentum†præciſè obligare ſolet,vt ſcribunt gl.in l. ſi pecuniam,& ibi Iaſ. nu. 23.ff.de condit. cauſa data. Brunus conſ. 89.nu. 4.Rubeus conſ. 29.nu.6.Goza.conſ. 32. lib.1.Ghiſulphus ergo vti præciſè obligatus ad omnes caſus fortuitos,remiſsionem pretij hoc noſtro caſu petere non poſſe videtur.

Tertiò non parum vrget, quòd ipſe Ghiſulphus nõ ſolùm in ſe ſuſcepit caſus cogitatos, qui ab euentu fortunæ pendẽt. ſed etiam caſus incogitatos,qui euenire poſſent, & tam ſolitos quàm inſolitos. Quo fit,vt ſibi videatur eſſe
10 imputandum, †quòd minus effuſo ſermone in paratum à ſe periculum inciderit. l. vl. C. de dotis promiſsio. Et in ſpecie ita argumentatur Neuiz.conſ.66.nu.59 .qui reſpõdit , non eſſe concedendam remiſsionem, etſi caſus inſolitus ac minimè cogitatus euenerit. Quod ſcribunt & Iaſ. d.conſ. 107.col.3. verſ.3. principaliter.lib. 1. & Ripa in d. tract.de peſte,tit. de priuilegijs contractũ.nu.108. Et ante Iaſonem & Ripam ita etiam reſpondit Alex. conſ. 97.
11 in fi.lib.3.dum ſcribit,quòd etiam ſuſcipiens†ſimpliciter in ſe periculum caſus fortuiti, intelligitur de inſolito, & non cogitato.quod probari ait ex l.fiſtulas.§.frumenta.ff. de contrahen. emptio. qui citari in contrarium ſolet. Ita ergo à fortiori dicendum hîc eſt , vbi inſolitorum & non cogitatorum facta eſt mentio.

Quartò,à fortiori augmentari contra Ghiſulphum poſſe videtur.Suſcepit in ſe Ghiſulphus caſus contingentes facto ipſorum Cunienſium,quod eſt quid plus, vt ſcribunt Ripa.d.ti.de priuilegiis contractuum.num. 81.& copioſè Pariſ.conſi.40.nu.6.lib.1.qui quidẽ Pariſ.ſcribit,quòd ſuſceptio caſus fortuiti & aliorum quantumuis generalis
12 & generaliſsima,non comprehendit † caſum euenientem facto locatorum.idem vno verbo ſenſit Crauetta conſ.99. nu.8.poſt.Anch.conſ.414.& Ana.conſi.74.nu.2. Quibus accedunt Ruinus conſi.65.nu.3.li.1.Soc.Iun.conſ.120.nu. 2.lib.3.& Alciatus reſpõ.689.nu.4.Si ergo voluit Ghiſulphus penſionis remiſsionem fieri ſibi nõ debere ex facto euenienti ex perſona ipſius vniuerſitatis Cunei: ergo à fortiori voluit eam vniuerſitatem non teneri ex facto fortuito,inſolito & non cogitato.

Quintò,ſuffragari Cunienſibus mirum in modum videtur,quòd hic caſus belli & obſeſsionis Gunei , non videtur inſolitus, & qui cogitari non potuerit. Nom licèt inter Cæſarem & Galliarum Regem pactæ induciæ fuiſſent, attamen probaliter poterat cogitare Ghiſulphus multa in
13 dies euenire,quibus facilè hominum voluntates†mutantur.Ita enim ſæpe videmus , pacem arctiſsimis vinculis initam violari ; præſertim inter Italos noſtros & Gallos, qui(vt C. Cæſar lib.2.de bello Gallico ſcriptum reliquit) rebus nouis facilè ſtudent.Nam inter hos perpetuum erit bellum,ſi verum eſt illud Lucani:

“ *O malè vicinis hæc mœnia condita Gallis,*
“ *O triſti damnata loco.*

Et illud Beati Bedæ:Beda,Beda tace,quia Italia nunquã erit in pace.Hęc ita in ſpecie recenſet Neuiza. 3.cõ.66.nu. 43.& conſ.91.nu.23 poſt Calcaneum conſil.24.nu.9. Nec obſeſsionis caſus dici poterat incogitatus: quia potuit cogitare Ghiſulphus,quòd indicto bello,facilè Cuneum obſideri à Gallis poterat, cùm iam illi tenerent vicina oppida & ciuitates munitiſsimas , vt Sauilani & Montiſregalis.Et ideò caſus non videtur inſolitus & qui cogitari non
14 potuerit.Nam†inſolitus is caſus creditur, qui in mille annis,vel centum ſaltem non euenit,niſi ſemel. ita multorũ auctoritate cenſuit Ripa in tract.de peſte, tit. de priuilegiis contractuum.nu.101.& 102 quibus accedunt Iaſ.con. 107.col.3.verſ.præterea & ſecundò dicitur.lib.1.Goz.cõſ. 27.nu.9.verſi.præterea.& nu.24.Rubeus conſ.153.nu.2.& Alba.conſ.1.nu 8.

Sextò ac vltimò adducebar , quòd ipſe Giſulphus pacto expreſſo conuenit,quòd ipſe non opponeret aduerſus vniuerſitatem Cunei aliquam exceptionem de iure vel de facto,vel doli mali,&c.Quæ ſanè renuntiatio operatur,vt
15 contractum obſeruari†debeat etiam tempore belli. ita in ſpecie docuit Albe.in leg.licèt,in fine.C.locati , qui ob id ſcriptum reliquit,non eſſe faciendam penſionis remiſsio-
nem

nem ob detrimentũ quod belli cauſa obuenit. Albericum
ſecuti ſunt Calcan.conſ.24.nu.9.Neuiz.66.nu.23.& conſ.
91.num.14.& nu.17.& Bello.conſ.21.nu.4.verſ.3. His ita-
que dicendum videbatur,nullo iure licere Ghiſulpho pe-
tere remiſsionem conuentę penſionis atq; mercedis. Re
tamen ipſa diligentiſsimè conſiderata atque perpenſa, cõ
trarium verius eſſe cenſui;nempè faciendam eſſe mercedis
ſeu penſionis remiſsionem ipſi Ghiſulpho.Hoc vt dicam,
mouent me multa.
Primò illud facit,quòd Ghiſulphi intentio ſatiſ.ſuperq;
fundata dicitur.Nam vera eſt Doctorum ſententia, in cõ
16 tractu†locationis & conductionis eſſe faciendam penſio-
nis remiſsionem ſi aliquis caſus fortuitus conductorem
vti & frui re conducta impediat. ita poſt multos cenſue-
runt Rubeus conſ.153.in fi.Boer. q. 249. nu. 4.& Franc de
Marchis.q.62.ad finē parte 1.Sed hic cõtractus inter Ghi-
ſulphum & Cunienſes celebratus vere locationis & con-
ductionis eſt. Si quidē pretij†ſolutio eſt in ſingulos men-
ſes diſtincta:id quod eſſe cõtractum locationis ſignificat.
ita Bart.in diſput.4.inci.Publicanus,in ſolutione.num.1.
verſ.qui vult dicere.ex ſententia gloſſæ.vt per eum ibidē.
Fabian.in trac.de empt.&vend.q.2.principali.nu.16.Soc.
Sen.conſ.88.col.2.verſi.diſtinguitur.li.1. & conſ.156. li.2.
Imola in c.propter ſterilitatem.num.33.de locato. Anch.
conſ.402.col.2.Corn.conſ.38.nu.9.lib.2.& conſ.12.col.1.
lib.2.Ripa in trac.da peſte.ti.de priuilegijs contractuum.
nu.56.Boer.q.249.ad finem.& Soc.Iun.conſi. 68.num.2.
lib.2.& Alciat.in ſpecie reſp.513.nu.1.
Secundò,adducor ea ratione,quòd licet Ghiſulphus. In
ſe ſuſceperit omnes caſus,& omnem fortunā, periculum
& caſum inſolitum:non tamen conuentio hæc compre-
18 hendit†caſum valdè inſolitum,& non cogitatum:vt pro
bat tex.l.fiſtulas.§.frumenta.ff.de contrah.empt oēs in l.
ſed etſi quis.§.quæſitum.ff.ſi quis cautio,Bart.in l.Scio.§.
medico.ff.de annuis lega.copioſè Ripa in trac.de peſte.
tit.de priuil.contractuum.nu.97.vbi huius ſententiæ re-
cenſet Angelum,Fulgoſium,Alexandrum,& Soc.& Feli-
num.Quibus accedunt Cor.conſi. 12.libr.4. Claudius de
Seyſellio in l. interdū.§.quòd ex naufragio,ff.d.acq.poſſ.
quos ſecutus eſt Neuiz. conſ.91.num.5. qui hoc affirmat
19 procedere,etiamſi†adhibitum ſit iuram.Idē reſpondit Al-
cia.reſp.157.nu.7.qui ſcribit,ꝙ etſi verbis generalibus pa-
ctum ſit conceptum,nō tamē cõprehendit caſum tā inſo-
litum.Idē reſpõdit Iacobus Mandel.Alba conſ.1.nu.5.qui
inter multos recenſet Alex.col.107.nu.16.lib.1. affirman-
tem,quòd ſuſcipiens in ſe omne periculum, quod dici at-
que excogitari poteſt ; non dicitur ſuſcepiſſe caſum valde
inſolitum.citat quoque Alba Alexandrum conſ.28. num.
10.11.lib.1.dicentē. quod etſi quis in ſe ſuſcepit caſus om-
nes fortuitos,nō intelligitur tamē ſuſcepiſſe caſus non cõ
ſuetos euenire.Et idem Alexander ſubiungit, ēt per enu-
merationem ſpecierum & vim clauſulæ generalis,non in-
telligi comprehenſos hos caſus valdè inſolitos. citat etiā
Alba Barbatiam conſ.21.col.5.li.2.qui reſpondit,quòd etſi
20 appoſita†ſint verba generaliſsima cõprehendentia caſus
maiores expreſsis,non tamē comprehendūt caſum tam in
ſolitum atq; incogitatū.Præter cæteros eiuſdem opiniõis
addo Bal.conſ.247.Si propter guerras,in fi.l.3. qui reſpon
dit,ex clauſula,non obſtantibus quibuſcunque exceptio-
nibus,occaſionibus & impedimentis,&c. non cenſeri re-
21 iectam exceptionem†caſus inſoliti & incogitati. Idem
cenſuit Franciſ.de Marchis.q.62.in fin.parte prima. Quòd
a item hic caſus ſit omninò inſolitus atque incogitatus,
22 †ex multis conſtat.Primò,quòd à fide Principum pendet;
qui ſanè Principes inuiolabiliter quæ promiſerunt obſer-
uare ſolent.& debent.ita Baldus in c.1.de natura feudi, &
in l.2.nu.30.C.de ſer.& aqua qui docuit, quòd licet Prin-
23 ceps†ſolutus ſit legibus,non tamē ſolutus eſt à dictamine
rationis;quæ dicta premiſſa obſeruanda eſſe docet.Quod
ſcribit & Crau.conſ.conſ.241.nu.17.qui nu.19. ſubiungit,
24 principem†frangendo fidem grauius peccare, quàm priua
ta perſona.Et copioſè idem affirmant Iaſon conſ.10.lib.3.
Pariſ.conſi.82.nu.99.lib.1.Bellonus conſi.37.in fi.Et ideo
25 contractus†ipſorum Principum dicuntur eſſe bonæ fidei.
ita Neuiza.inter conſilia Bruni conſil. 12.num. 27.Et legis
vim obtinere reſpondit Ruin.conſilio. 99. numero 11.lib.
primo. Quocirca idem Ruin.conſi.90.nu.4. li.1. & conſi.
26 150.num.19.lib.5.cenſuit principem†non poſſe etiam ex
cauſa recedere à contractu & pacto inito cum ſubdito.
Cum ergo pactæ eſſent induciæ illæ quinquennales inter
ipſos Principes,quis ille eſt,qui excogitare potuit tā re-
pentinam mutationē? Hic ergo caſus erat omninò inex-
cogitatus, & extra omnium mentem. Et , ne auctoritate
deficere videamur,ita in ſpecie argumentatur Barba.cõſ.
21. col.5. lib. 2. qui reſpondit,gabellarum conductoribus
27 remiſsionem † mercedis faciendam eſſe ob maximum
detrimentum, quod illis obuenerat, dum Principes con-
uentiones & pacta non obſeruarunt. & inquit Barbatia
hunc eſſe caſum inſolitum & inexcogitatum. Et in ſpecie
illa Barbatiæ idem reſpondit interrogatus Soc. Sen. con-
ſil.44.col. penul.verſ.præterea partes.lib.1.Et licet Alex.
conſ. 97.nu.11.lib. 3. in indiuiduo aduerſus Barbatiam &
Soc. reſponderit ; dixeritque non eſſe inauditum , quòd
Princeps non ſeruet pacta : attamen minus rectè ſenſit A-
lexander ; quandoquidem ſeruare de iure tenetur, etſi de
facto aliquando non ſeruet;& præſumptio eſt, quòd ob-
28 ſeruabit,& id faciat quod de iure facere debet: † & Prin-
ceps talis præſumitur,non qualis aliquando eſt;ſed qualis
eſſe debet.l.reſcripta.C.de precib.Imper.offeren.Confir-
matur Barbatiæ & Socini ſentētia ex doctrina Craue. cõ-
29 ſil.95.nu.1.dum cenſuit,illum cenſeri caſum†fortuitum,
qui à Principis facto pendet. Et eo loci recenſet Baldum
conſ.395.Pro D.Dinaldo li.2.dicentem,quòd non poteſt
30 quis ſe obligare † contra factum principis etiam cum iu-
ramento. Et ſimili in caſu Baldum ſecutus eſt idem Cra-
ue.conſ.233.nu.1. Et idem Crau.d.conſil. 95.nu. 5. ſcribit,
31 quòd†generalis renuntiatio caſuum fortuitorum nō cõ-
prehendit caſus , qui ex plenitudine poteſtatis Principis
pendent : cùm illi non ſint in hominum conſideratione,
nec excogitari poſsint : ergo idem dicendum eſt in caſu
noſtro.
Tertiò ſuffragatur Ghiſulpho, quòd damnum hoc ſibi
obuenit culpa ipſorum Cunienſium; quorum oppidum à
Gallis obſeſſum ob id fuit, quia acriter eis erant infeſti, &
magnam eis moleſtiā quotidie inferebant:iure ergo Ghi-
ſulpho remiſsionē mercedis facere debēt. ita docuit Bar.
in l.ſi merces.§. culpa. ff.locati.qui ex ſententia gloſſæ ibi
cenſuit , hoc etiam procedere, ſiue inimicitia prouenerit
culpa ipſius loci, ſiue non. Et idem ibi affirmant Caſtren.
& Salicetus,qui idem eſſe probant, quando eſſet celebra-
32 tus contractus †emptionis & venditionis. Nam licèt re-
gulariter periculum ad emptorem ſpectet, attamen ven-
ditor ad omne intereſſe tenetur. Atque ita etiam poſt A-
retinum, Abbatem, Alexandrum, Corneum & Iaſonem,
reſpondit Gozad.conſil.27.nu.20.qui verè loquitur in no-
ſtris his terminis de eo qui ſuſcepit in ſe, omne periculum
& aduerſam fortunam ; vt ei ſuccurendum omninò ſit, &
33 remiſsio†facienda, ſi damnum contingat facto inimico-
rum ipſius locatoris. Eiuſdem ſententiæ addo Ripam in
trac.de peſte,tit.de priuilegijs contractuum.num.88. 89.
idem cenſuit Soc.Sen.conſ.156.in fi.lib.2.Rui. conſilio 2.
num.5.conſilio 65.num.3.conſilio 85.num.4. & copioſius
conſ.147.li.1.& conſ.59.nu.13.li.4.Pariſ.cõſ. 40.nu.6.lib.
1.Neuiz.conſi.91.nu.9.& Alciatus reſp.689.
Quartò confert, quia dato (non conceſſo tamen ) obſeſ-
ſionem culpa Cunienſium factam à Gallis non fuiſſe, ne-
gari ſaltem non poteſt,quin obſeſsio Cunei ſecuta ſit cau-
ſa Sereniſſ.Ducis Sabaudiæ,aduerſus quē bellum gerebant
Galli,& totis viribus conabantur illius loca,oppida & ci-
uitates expugnare atque inuadere. Ergo à Sereniſsimo ip
ſo Duce debuit & potuit Cuneum conſequi) ſi re ipſa nō
eſt conſecutum)remiſsionem reditus fogagiorum(vt cum
vulgo loquar)illius anni;quarum redituum cauſa pedagiū
hoc Ghiſulpho locatum fuit indictum: quemadmodum
oſtendit tenor inſtrumenti licitationis Ghiſulpho factæ.
Et quemadmodum æquum fuit, & eſt, hanc remiſsionem
fieri debere ab ipſo Duce ; ita etiā erat ſperandū, ob maxi
mam tanti Principis liberalitatem,quod eam feciſſet.Cu-
ius rei præſtat argumentum,quod doctè reſpondit Craue.
34 conſil.95.dum affirmat,damnum facto† Principis cõtin-
gens compenſari ab eo debere ,remittendo mercedis pre-
ſtationem;vel alia via. Idem cenſuit Franc.de Marchis. q.
62.nume. ſecundo.par.j.Et præter hos interpretes,in ſpe-
cie videtur reſponſum Barbatiæ conſi. 21. col.4.verſi.mo-
dò in caſu noſtro.libr.2.iunctis his , quæ ipſe recenſet in 1.
& 2.colum.illius conſilij. Scribit Barbatio,quòd ſi prim*
35 gabellæ conductor † potuit conſequi remiſsionem pen-
ſionis ob peſtis cauſam , qua multum detrimenti condu-
ctor ſenſerat, & re ipſa non ſit conſecutus ; tenetur tamen
ſuo cōductori remiſsionē facere;er go idē in caſu noſtro.
Quintò,



Quintò,æquitate ſaltem inſpecta facienda eſt huius mer
cedis remiſsio.Nam,non concedit æquitas aliquem locu
36 pletari † cum alterius iactura. leg. nam hoc natura.ff.de
cond.indeb. Quod hoc præſertim in caſu procedit, quia
contractus cum Republ. celebrati bonæfidei eſſe dicun-
tur,& ſecundum æquitatem regulantur : ita docuit Bald.
in §.ſi qua vero , in tit.de pace Conſtantiæ. quem ſecuti
ſunt Iaſ.in §.actionum,columna prima. Inſt de Actio.&
alij permulti, quos recenſet Neuiz.conſi. 66.nume.30.&
Alciatus reſp. 157. numero duodecimo qui in ſpecie reſ-
pondit, non eſſe habendam tantam rationem rigoris re-
nuntiationis caſuum fortuitorum & inſolitorum, quin
ſecundum æquitatem Reſpublicam habeat aliquam re-
miſsionem penſionis facere. quod reſpondit & Fulgoſ.
conſilio 193. ad finem : alioqui ſequeretur(vt dixi ) quod
Reſpublic. locupletaretur cum alterius iactura, nempè
Ghiſulphi,dum ab eo exigeret, quod ipſe ex pedagio non
percepit.
37 Sextò accedit, quòd clauſulæ † illæ renuntiationis ca-
ſuum fortuitorum tam latè & copioſè appoſitæ, non vi-
dentur adſcriptę voluntate partium , ſed potius ex capite
notarij.ita in ſpecie reſpondit Neuiz. conſil.91.nume.23.
qui Decium conſilio.352.num. 7. & alios plures recenſet.
Et licet ipſe Neuiz.ſcriptum reliquerit , ſatis eſſe quòd in
genere cogitatum fuerit,attamen ex iam relatis malè reſ-
38 pondit. Idem de ſimilibus clauſulis†renuntiationum, vt
ex more notariorum potius quam partium conſenſu ap-
poni ſoleant,ſcribit Ripa in l.vlt.nu.181.C. de reuo.dona.
& de ſimilibus copioſè Bart.in leg.1.nume. 10.ff. de iure
cod.Alexand.conſi.52.col.6.lib.4.Decius conſi. 39;.col.
penul.& conſi.399.colum.pen.Cor.Iun.conſi. 101.nume.
* 1.,qui hanc eſſe communem* Doctorum opinionem te-
ſtatur.Ripa copioſe in leg. Centurio. nume.80. de vulga
Gram.deci.62.num.22. Socinus Iunior conſilio 116.num.
21.& conſi.158.num.18.libro ſecundo.Pariſius conſi.6.nu.
22.lib.1.& conſi.73.num.50.lib.2.& Ferrarius cautel.30.
30.non ergo hæ clauſulæ obligant Ghiſulphum, quin hāc
mercedis remiſsionem,iuxta iuris communis diſpoſitio-
nem conſequi poſsit & valeat.
Septimò ac vltimò confirmatur iam relatum fundamē-
tum,quòd nullo modo dicere poſſumus,Ghiſulphum ſu-
ſcepiſſe in ſe hos caſus fortuitos tam inſolitos ; cùm illa
ſcriptura, quæ eam caſuum fortuitorum renuntiationem
& ſuſceptionem continebat , nec declarata ipſi
Ghiſulpho fuerit.quo fit, vt dici non poſsit conſenſiſſe
huic ſuſceptioni & renuntiationi:quandoquidem conſen
ſus,qui in omni obligatione neceſſarius eſt , hîc deficit.
39 †Et ideo ignorãs non obligatur.l.ſi per errorem,vbi Bar.
ff.de iuriſdict.om.iud.& leg.cuius per errorem , vbe Dec.
40 de reg.iuris.non enim iuri † quod quis ignorat,dicitur re-
nuntiare.l.mater.C.de inoffi.teſtament.& alibi.quocircā
* communis*eſt Doctorum ſententia,quòd ad hoc, vt in-
41 ſtrumentum†liget partes contrahentes , vel negotium a-
liquod agentes,legi debet à notario coram partibus,vt de
eo rogatus cenſeatur.l.fideicommiſſ.§.1.de leg. tertio vbi
Bart. Alexand.in l.ſciendum. nume. 38.de verb.obliga.&
in ſpecie de inſtrumento conuentionis ita reſponderunt
Dec.conſi.97.nu.3.& Soc.Iun.conſi.144.num. 19.& cõſi.
147.num.15.lib.2.
Non obſtant nunc adducta in contrarium, quibus etſi
ex iam relatis ſatisfactum videatur, in ſpecie & ſingulatim
ita reſpondetur.ad primum reſpondeo hunc contractum
verè non eſſe emptionis & venditionis , ſed locationis &
conductionis , vt iam ſuprà demonſtrauimus. & licet ex
verbis videatur emptio & venditio ; attamen in conuen-
42 tionibus mens†verbis prævaleat.l.ſi debitor.§. verſi nile.
ff.de contrah.empt.& l.in conuentionibus.de verbo.obli
gat.& in ſpecie ſcribit Alba conſi.1.num. 4. & ſimilia re-
cenſet Tiraq.in l.ſi vnquam in verbo,libertis.num.54.C.
de reuo.donat.Præterea & ſecundò reſpondetur,quòd na
43 tura contractus † facit, vt à falſa denominatione receda-
mus.l.inſulam. ff.de præſcrip.verbis.leg. ſi olei. C. locati.
& in terminis his claris Ripa in tract.peſtis,tit. de priui-
legijs contractuum. nume.57.58. dum ſcriptum reliquit,
44 quòd verbum†emit,exponi poteſt,id eſt,cõduxit.l.ſi qui.
C.locati.leg. quoties.§.vlti.ff.de publica. atque ita etiam
cenſuerunt Imola in cap.propter ſterilitatem,num.33.ver.
non obſtat,de locato.& Afflictus deciſ.72. in fin.copioſè
Tiraq.in tract.de retractu conſang.§.1.gloſſ.14.num.8.&
§.32.gloſſ.1.num.36.& Soc.Iun.conſi.68.num.1.lib.2.& ſi-
milia ſcribit Dec.in l.ſi paſcenda.num.10.C.de pactis. dū
docuit ſocietatem nō eſſe propriè etſi eo nomine appel-
letur, cùm rei dominium tranſlatum fuit. ita contractus
45 emptionis appellatur emphyteuticus,†& ſpreto nomine
effectus attenditur & natura.ita Afflictus.d.deciſ. 72.in fi.
& Rubeus conſilio 142.numero 2.& copioſe Neuiz. con-
ſil.92.num.19.cùm multis ſequentibus, & ibi num. 44. in
ſpecie cenſuit,non eſſe curandum,quòd contractus emp-
tionis nomine appellatur , cum ſecundum effectū eſt lo-
catio,idem ſenſit Bellonus conſilio 21. num.5. Et ſimilib.
alijs in caſibus, quòd ſcilicet ſpreta denominatione, effe-
ctus ſpectandus ſit,plura ſcribunt Craue. conſi. 20. num.
5. conſilio 186. num. 5. conſilio 214.num. 2.& conſilio 93.
num. 9.Bellonus conſilio 60.num. 4.& Pariſ.conſilio 82.
num.44.& conſilio 83. num.35.libro 3. nec etiam obſtat,
46 quòd facta fuerit mentio † pretij , quia exponi poteſt, id
eſt,mercedis.ita in ſpecie cenſuerunt Imola in c. propter
ſterilitatem.num.33. verſi.nec obſtat.de locato.& Ripa in
trac.de peſte,tit.de priuilegijs contractuum.num.59.atq;
ita etiam dici poteſt pretium redituum,& non deſinit eſſe
locatio.ita in terminis cenſuit Natta conſi.49. nu.10.lib.
1.vbi inquit,huius pretij remiſsionem eſſe faciendam, ob
caſum fortuitum & inſperatum contingentem. & quòd
pretium pro mercede ponatur, reſpondit Ancharanus in
his terminis.d.conſi.402.col.2.& apertè probant tex. l.ea
lege.§.locaui.&l.inſulam.§.qui ædem.ff.locati.
Non obſtat ſecundum,quia reſpondeo,vt iam dixi, hāc
renuntiationem caſuum fortuitorū non extendi ad caſum
tam inſolitum,& inexcogitatum,quemadmodum ſuo lo-
co diximus. & quanquam ita conuentum & pactum fue-
47 rit,attamen pactum†intelligitur rebus ſic ſtantibus;que-
madmodum in his terminis reſpondit Ancha.conſi. 402.
in fine.verſi.non obſtat contrarium. ita etiam dicere ſole-
48 mus, iuramentum†obligare iurantem rebus ſic ſtantibus,
non autem mutatis:vt in ſpecie reſponderunt Gozad. cõ-
ſil.27. nu.19 Alciat. reſp.157. nu. 5.Alba conſi.1.num.6.&
Craue. conſi. 95. nu.4.præterea & ſecundò reſpondetur,
iuramentum ad eos caſus ſe extendere ad quos & ipſa re-
nuntiatio ; quemadmodum in his terminis cenſuit Alex.
49 conſ.28.num.12.lib.1.ea eſt ratio,quòd iuramentum † ſe-
quitur naturam illius actus,ſuper quo ponitur. l.vlt.C. de
non numer.pecun. & copioſe ſcribit Cur.Iun.in l.ſi quis
maior.nu.30.C.de tranſact.Gomeſ.in §. item. ſi quis po-
ſtulante.nu.7.Inſt.de actio.copioſè Didac.in c. quamuis,
parte prima. §. 4. num. 1.2.de pact.in 6.& in ſpecie docuit
Iaſon in l.ſed & ſi quis.§. quæſitum.num.42.ff.ſi quis cau-
50 tio.ita quæ que†conuentio intelligitur ſecundum naturā
actus,vt in ſpecie reſpondit Fulgoſius conſi.193.col.2.ver-
ſi.intelligenda eſt igitur. Nec verum eſt quòd iuramētum
habeat vim expreſsi & ſpecifici conſenſus hoc in caſu: ſi
quidem iuramentum ſolùm operatur, vbi ſolennitas defi-
cit, non autem vbi deeſt ſubſtantia actus , qualis eſt con-
ſenſus. ita Iaſon in d. §. quæſitum,in fin. quem ſecutus eſt
Boer.q.3.num.8. qui alios recenſet.& copioſè in terminis
noſtris ſcriptū reliquit Ripa in d.tract.de peſte,tit. de pri-
uilegijs contractuum.nume 84.& ſimili in caſu Rui. cõſ.
6. num.9.lib.2.Dec.conſi.374.in fi.& Tiraq.in tract.de le-
gibus connubial. in gloſſ.5. nume.150. nec iuramentum
51 †magis præciſè obligat quàm eſt ipſa natura actus; vti do-
ctè declarat Didac. in dict.cap.quamuis , parte prima.§.
4.num.6.de pactis,in 6. quocircà,ſi obligatio eſt impoſsi-
bilis vt noſtro in caſu vt ſecundum Fulgoſ.dict.conſ.193.
columna vlt., iuramentum non obligat præciſè,vt eo loci
ſcribit Didacus poſt Braue. conſilio 12. & conſil. 203. nu-
mero.12.
Non obſtat tertium,quia reſpondeo, hanc obligationē
52 ſeu renuntiationem†caſuum tam inſolitorum & non co-
gitatorum eſſe nullam,vt poſt Corneum conſi.23.li.2.ſen-
ſit Ripa in dict. tracta de peſte.tit. de priuilegijs contra-
ctuum.nu.108. quorum opinionem ſecutus eſt Alcia.reſ.
157.num.7.qui num.13.ſubiungit,hoc pactum eſſe contra
naturam contractus ; & ob id non valere.eſt enim cõtra
naturam locationis & conductionis , vt caſus fortuiti tam
inſoliti ſint detrimento conductoris.
Non obſtat quartum,quia reſpondeo,quòd illa ſuſcep-
tio caſus contingentis facto Cunienſium eſt contra cões
iuris regulas,ac etiam repugnat æquitati:quo fit, vt iure nō
poſsit defendi.ita in ſpecie poſt Anch.conſi.414.reſpon-
dit Craue. conſi. 95. num.8.qui & eiuſdem opinionis re-
cenſet Ioan.de Anania,conſilio 74.num.2.3.qui in termi-
nis

53 nis his claris reſpondit, quòd conductor † gabellarum ci-
uitatis Bononiæ, nõ obſtante quauis caſuum fortuitorum
renunciatione, poteſt petere remiſsionem mercedis ob
damnum, quòd ei obuenit ex facto etiam iuſto ipſius ciui
tatis Bononiæ. & is Io. de Anania inter multos citat Bart.
in l. ſi vno. §. item cum quidam. nu. 2. ff. locati. qui docuit,
54 locatorem † impedientem proprio facto conductorem v-
ti re conducta, teneri ad omne intereſſe. & Bartolum ſe-
cuti ſunt Ruin. conſi. 65. nu. 3. lib. 1. & Pariſ. conſ. 40. nu. 2.
lib. 1. quòd autem hoc ſit iniquum, vel ex eo conſtat, quòd
is conductor ex facto alterius damnum ſentiret, quod eſt
iniquum, vt ſcribit Bal. in l. dotis tuæ. C. de iure dotium.
Soc. Sen. conſi. 122. col. 2. verſi. moueor libr. 1. & Calcan.
55 conſi. 66. num. 12. qui reſpondit, ſtatutum † illud cenſeri
odioſum & iniquum, quòd villa teneatur emendare dam-
num ab aliquo in ea datum. ita quoque ſtatutum illud.
56 quòd pater † teneatur pro debito filij eſſe odioſum, rigo-
ris plenum, eſt vt cenſuit Dec. in l. vlt. nu. 5. de iuriſd. om.
iud. & in l. filius. num. 1. C. de pactis. & Marſil. ſing. 244. fi-
lius, &c. & ſing. 362. ſtatutum volens, &c. non ergo licet ab
hac parte ſumere argumentũ; quinimò quemadmodũ vi-
demus in hoc adeſſe iniquitatem? ita & in cæteris idem
eſſe iure meritò exiſtimandum eſt.

Non obſtat quintum, quia reſpondeo, quòd imò caſus
iſte admodum inſolitus & inexcogitatus eſt, vt demon-
ſtrauimus. iam dicta non repeto.

Non obſtat vltimũ, quia reſpondeo, clauſulas illas non
operari, vt ſit renuntiatum caſibus tam inſolitis & inexco
gitatis: ita in ſpecie docuit Claudius Seyſellius in l. inter-
dum. §. ſi ex naufragio. ff. de acq. poſſeſ. quam malè repre-
hendit Neuiz. conſ. 91. num. 23. & has clauſulas nil prodeſ-
ſe vno verbo ſenſit Bellonus. d. conſ. 21. num. 12. his con-
cludo, D. Ghiſulpho faciendam eſſe penſionis atque mer
cedis dictarum gabellarum remiſsionem.

Iacobus Menochius. I.C.

## *SVMMARIVM.*

1 *Congregationes quæ conuenticulæ vocantur, à iure reprobãtur, & numero 11.*
2 *Et illicitæ præſumuntur & malæ, niſi contrarium probetur.*
3 *Inobedientia rebellionem & crimen læſæ maieſtatis arguit, & qui maioribus non obedierit, morte morietur.*
4 *Attentatio & conatus in inobediente ſufficit, vt puniatur.*
5 *Vnio à maioribus facienda eſt, non autem inferioribus. & numero 24.*
6 *Pactum de tollendis excubijs, ſeu guardijs à minoribus vniuerſitatis factum, minimè valet, quia tractatur de iuriſdictione maiorum, & nu. 25.*
7 *Subditi facientes pactũ de aſſumendo omnes lites tã ciuiles quàm criminales in communi, & de communi expenſa, videntur coniurare contra dominos, & quæ ſit ratio.*
8 *Collectarum diſtributio ad dominorum iuriſdictionem tantùm ſpectare dicitur.*
9 *Poteſtatio, ſaluo iure talis &c. appoſita in inſtrumento, ſi eſt contraria facto, non prodeſt proteſtanti. & nu. 36.*
10 *Vaſallus ſi alienauerit feudum inſciente domino, ſed cum proteſtatione quòd ſaluum ſit ius domino, an aliquid agat. & nu. 36.*
11 *Vniuerſitates poſſunt agere ſine præſentia & interuentu maiorum, dum tamen actus maiorum auctoritate ſit vallatus ex poſt facto.*
12 *Congregationes quæ ad bonum finem fiunt, non improbantur non obſtante etiam ſuperiorum decreto.*
13 *Dolus vbi non eſt; ibi neque delictum pœna dignum eſſe dicitur.*
14 *Dolus in pacto ſubditorum multipliciter non poteſt conſiderari.*
15 *Qui malè agit, odit lucem.*
16 *Leuis cauſa excuſat quem à dolo.*
17 *Et etiam à crimine maieſtatis læſæ.*
18 *Item à pœna homicidij.*
19 *Inobedientia dicitur cũ quis de iure obedire non tenetur: quia qui iure contendit, non dicitur inobediens.*
20 *Vniuerſitatibus permiſſum eſt de rebus ſuis ſtatuere, cùm ius ſuperiorum non lædatur.*
21 *Proteſtatio eſt declaratoria animi, & oportet fieri etiam abſentibus.*
22 *Pœna quando à iure indicta eſt, neque ab homine indicenda eſt.*
23 *Subditos eſſe diuites & locupletes, eſt vtile principi.*
24 *Vnio vniuerſitatum à quibus & quomodo poſſit fieri.*
25 *Veriſimilia ſpectanda ſunt, quia non veriſimilia falſi ſpeciem habent.*
26 *Excubias facere, eſt angarias & perangarias ſubire.*
27 *Forenſes non tenentur ad excubias loci, quem tunc incolunt.*
28 *Tertius pro ſuo intereſſe in iudicio comparere poteſt etiam inuito principali, & etiam allegare quæ omiſſa, vel ignorata ſunt à principali.*
29 *Defendere ſe vel per ſe vel per alium licitum eſt.*
30 *Defendens aliquem etiamſi defenſio ſit facti, aduerſus tamen facti moleſtiam, licitè poteſt mercedem accipere.*
31 *Paciſcendo in potentiores iura tranſmittuntur.*
32 *Vniuerſitas licitè poteſt aſſumere lites ſingularis perſonæ illius vniuerſitatis, licèt de eius principali intereſſe non tractetur: quia erga ciuem & incolam loco patris eſt.*
33 *Diſtributio collectarum non eſt iuriſdictionis, ideo à minoribus etiã vniuerſitatis fieri poteſt.*
34 *Vniuerſitas poteſt iudicere collectas.*
35 *Interpretatio illa ſumenda eſt per quam delictum euitemus, & culpam effugiamus.*
36 *Proteſtatio ex poſtfacto facta nil operatur, ſecus ſi ante.*
37 *Et quid ſi actus facili eſſet reuocabilis, an proteſtatio ex poſtfacto proſit.*

## CONSILIVM XXVIII.

# Initium à Domino.

EST grauis certè & diligẽ-
ti conſideratione digna,
quò enucleanda nunc mihi
proponitur conſultatio: ſi
quidem verſari hîc video
periculum capitis & æris (vt
aiunt) multorum qui con-
tra proprios dominos con
ſpiraſſe accuſantur. ambigi
tur enim, an duæ vniuerſi-
tates, Milleſimi ſcilicet &
Crucisferreæ, ob id in do-
minos ſuos deliquerint, quòd ſimul congregatæ de multis in-
inter ſe pactæ fuerint, ſine dominorum conſenſu expreſ-
ſo. Qui ſanè inter re dicendum videbatur grauiter de-
liquiſſe.

1 Primò quia prohibẽtur regulariter hæ † congregationes,
quæ conuenticulæ appellantur. cap. primo. §. conuenti-
culas, de iura. firma. quo loci ita ſcribunt Iſer. Alua. Affli.
& cæteri. & ex tex. in l. vlt. ff. de colleg. illicitis. Cardin. in
clemen. paſto. in princ. 7. nu. de re iud. Bald. in l. prima. §.
huius ſtudij, & colum. pen. de iuſti. & iure. & in auth. habi
ta. C. ne filius pro patre. qui & illud affirmat congregatio-
2 nes † & conuenticulas præſumi illicitas & malas, niſi con-
trarium probetur. alios recenſet conſultiſsimus Cra. con-
ſil. 4. 1. & præter eum ita ſcribunt Bar. in tracta. ſuper con-
ſtit. qui ſint rebelles, in verbo, occultè. Calde. conſ. 4. an le
gatus. ve. ſed ſi apparet, tit. de iureiu. & Brun. conſ. 29. nu.
8. videntur ergo hæ vniuerſitates puniendæ pœnis indi-
ctis à dicto. §. conuenticulas; & alijs ſanctionibus.

Secundò, vt contra has vniuerſitates reſponderem, ad-
ducebar, quòd initæ pactiones & conuentiones inter
has vniuerſitates arguere videntur earum inobedientiam
aduerſus dominos. nam domini ij ita quaſdam exortas in
ter eas controuerſias ſedarunt & compoſuerunt, vt certam
formam omnibus dediſſe videantur. quam ſanè formam
contempſiſſe videntur hæ vniuerſitates aliter paciſcẽdo.
3 atqui inobedientia † rebellionem ſeu læſæ maieſtatis cri-
men arguit. ita Bart. de tract. ſuper conſti. qui ſint rebel-
les, in verbo, rebellando. num. 1. & qui maioribus nõ obe
dierit, morte morietur, vt ſcriptum eſt Regum lib. 1. c. 14.
& relatum eſt in capite ſecundo. de maiorib. & obed. vbi
Ab. & Felin. qui quidem Feli. ſcribit, ſcienter inobedien-
tem dici contemnere. & in atroci grauique crimine ſola
4 attentatio † & conatus ſufficit. l. quiſquis, in prin. C. ad l.
Iulian. maieſta. & ſcribunt Angel. & Iaſ. in leg. prima. §.
vlt. ff. quod quiſque iuris. copioſè Gigas in tract. de crimi
ne læſæ maieſt. tit. qui & à quib. crimin. læſæ maieſt. com-
mitta. q. 66. Didacus clem. ſi furioſus. parte 2. in initio. nu.
7. de homicid.

Tertiò, me non parum mouebat, quòd inter ceteras pa-
ctiones



ctiones illa videtur omninò illicita, qua conuenerunt de
vniendis ipſis vniuerſitatib. quæ quidem hactenus ſe para
tim vixerunt. non † enim vnio ab inferiorib. ſed à domi-
5 nis & maioribus fieri permittitur. cap. ſicut vnire, de ex-
ceſſ. præla. §. illud in auth. vt iud. ſine quoquo ſuffra. fiant.
& clarè tradunt Bru. conſ. 54. nu. 4. & Crau. conſi. 258. nu.
10. his ergo pactionib. videntur hæ vniuerſitates ſuperio
rum poteſtatem occupaſſe.

Quartò, non leuẽ conſpirationis ſuſpicionem aduer-
ſus dominos arguere videtur illa conuentio, qua conuen-
tum fuit quòd vniuerſitas Crucisferreæ non teneatur excu-
bias (quas guardias vulgò appellant) in oppido Milleſimi
6 facere. nam hac pactione † minuere videntur domino-
rum iuriſdictionem & poteſtatem: cùm eorũ iuriſdictio
ſit excubias incolis & oppidanis iubere, & eos ad illas fa-
ciẽdas cogere, vt ſcribũt permulti, quos recenſet Boe. quæ
ſtione 212. nu. 6. & 7. quanquam alij plures ab eo in princi
pio relati diſſentiant. & alia ibi ſcribit ad rem hanc. quini.
mò viſi ſunt ij ita paciſcendo voluiſſe quid moliri contra
dominos, vt ſcilicet diminutis excubijs facilè poſſent op
primi: cùm per excubias tuti reddantur vt præcitato loco
copioſè Boerius diſſerit.

Quintò, iam relata confirmare videtur illa conuentio
7 de aſſumendo † omnes lites tam ciuiles, quàm crimina-
les in communi; & defenſiones tam in iudicio quàm extra
expenſis ipſarum vniuerſitatũ fiant nam pactio hæc conſ
ſpirationem & coniurationem contra dominos arguere vi
detur. vt tex. apertus eſſe uidetur in c. conſtitutionem. §.
cæterùm, de verb. ſig. in 6. his enim pactionib. ſubditi red
di videntur audaciores aduerſus dominos, quibus facilè
reſiſtent adiuti auxilio publico. id quod repugnat publi-
cæ vtilitati quæ dictat debere puniri. l. ita vulneratus, §. in
fi. ff. ad l. Aqui. imò lege prohibetur tranſlatio iuris in po-
tentiores. l. 1. & l. 2. C. ne liceat potentio.

Sextò ac vltimò accedit, quòd maximè iuriſdictionis
turbatiua videtur illa pactio, qua inter has vniuerſitates
conuentum fuit ſuper diſtributione collectarum & one-
8 rum: quæ † quidem ſolam dominorum iuriſdictionem
reſpiciunt, ita Sal. in l. neminem. C. de ſacroſa. Ecc. Ang.
& Imola in l. 4. §. actor. ff. de re iu. & in ſpecie Brunus cõſ.
29. nu. 9. nec hos paciſcentes iuuare videtur illa proteſta-
tio, qua vſi ſunt in eo pactionum inſtrumento, quòd ſcili-
cet non intendunt lædere ius & iuriſdictionem domino-
9 rum: ſi quidem videtur proteſtatio † hæc contraria facto,
quæ proteſtanti non prodeſt. c. gratum. de off. deleg. c. ſo.
licitudinem. de appel. ita etiam in ſimili dicimus, quod il-
10 la proteſtatio vaſalli † alienantis feudum, inſcio domino,
quòd ſaluum ſit ius domini, eum non adiuuare. ita ſcribũt
Ba. in l. vnica. q. 16. C. de ijs quæ pœnæ nõ. Iaſ. in l. nõ ſolũ.
§. morte. nu. 27. de ope. no. nun. & ibidẽ Rub. nu. 316. Dec.
* conſ. 160. col. 3. * communem teſtatur Ripa. in c. cũ Mar-
thæ. Ferra. nu. 80. de conſti. & li. 2. reſp. c. 29. nu. 6. & Bru-
nus conſi. 23. & conſi. 121.

Cæterùm, re ipſa diligentius perpenſa, in contrariã ſen
tentiam totus diſceſſi. nempè, has uniuerſitates nihil ta-
le egiſſe, quò pœnam mereantur, aut reprehenſione dig-
næ iudicentur. quod permultis rationibus demõſtrari ita
poteſt.

Primò, quia vniuerſitatum congregationes & conſilia
iure non prohibentur, nec iuris neceſsitate requirunt ſu
11 periorum præſentiam, vel licentiam: cùm licentia † ſolùm
requiratur, vt actus geſti eorũ auctoritate confirmati va-
leant. ita reſponderunt. Soc. Sen. conſi. 95. col. 2. libro 3. &
Crau. conſ. 134. nu. 5. ex ſententia Bar. in l. obſeruare. nu. 1.
C. de decur. lib. 10. idem Crau. conſi. 4. nu. nu. 20. verſic. 6.
conſidero. & idem reſpõdit Iaſ. conſ. 71. col. vl. li. 3. ſi ergo
his vniuerſitatibus impunè. licuit ſe congregare, fruſtrà
imò iniquè à dominis moleſtia afficiuntur.

Secundò, eo adducor fundamento, quo vſus eſt Crau. d.
conſi. 4. nu. 14. & nu. 14. & nu. 15. congregationes † que ad
finem bonum fiunt, non improbantur, nec iure aliquo pu
niuntur. idq; auctoritate Baldi conſi. 319. Decreto domini
li. 2. qui reſpõdit, quòd nõ obſtãte expreſſo ſuperioris de-
creto, ne hæ cõgregationes fierẽt, iure hæ cõgregationes
ad bonũ finẽ fieri potuerũt. Bald. probauit idẽ Crau. cõſ.
18. n. 10. & cõſ. 319. col. antep. ver. rñdeo, quòd idẽ placuit Bal.
cõſ. 425. ſtatuto cauetur. li. 5. & Cor. cõſ. 216. co. 2. li. 3. quos
refert & ſequitur idẽ Cra. d. cõſ. 4. nu. 17. 18. addo Dec. cõſ.
256. nu. 2. & præter hos idem ſcribunt Iſernia in c. 1. §. con
uenticulas, de pace iura. fir. & Bald. in l. 1. §. huius ſtudij,
col. pe. de iuſt. & iure. quos ſequutus eſt in ſpecie hac Iaſ.
conſi. 20. col. vlt. verſ. 2. pro abſoluto. & clarius conſi. 86.
nu. 1. li. 3. cùm ergo hæ congregationes (vt ſtatim oſtendã)
ad bonum finem & omni laude dignum factæ fuerint, ſe-
quitur ob earum cauſam pœnam aliquam non eſſe indi-
cendã. quod tanto fortius procedit, ſi conſiderentur duo
illa quæ conſideranda proponunt Bal. conſi. 262. Decretũ
domini. li. 2. & Crau. d. cõſi. 4. nu. 16. qualitas ſcilicet per-
ſonarum, quę congregationes fecerunt, & cauſa ob quam
facta eſt congregatio. ſiquidem hîc non niſi perſona bo-
næ famæ, & cauſa laudabilis & honeſta extiterunt.

Tertiò moueor argumẽto à fortiori ducto: ſi iura & le
ges concedunt congregationes armata manu & violenta
pro re propria recuperanda; iuréq; proprio tuendo, vti
docuit Bar. in l. prohibitum. 3. not. C. de iure fiſci. lib. 10. &
in l. deuotum. C. de meta. li. 10. quem in his terminis ſecu-
tus eſt Iaſ. conſi. 20. col. vlti. in prin. lib. 3. & pulchrè rñdit
Rui. conſi. 1. nu. 2. li. 5. licitã fuiſſe congregationẽ amicorũ
ad occidendũ rebellẽ & bannitum, qui ciuiũ bonis & vi-
tę inſidiabatur. imò citando Barto. in dicta l. deuotum. &
alios plures ſcriptum reliquit Marſil. ſingu. 456. Habuiſti,
licere conuocatis amicis reſiſtere iudici iniquã ſententiã
exequenti. hinc etiam poſt Iaſ. conſ. 86. col. 2. li. 3. reſpõdit
Soc. Iun. conſil. 63. num. 66. lib. 3. licitam fuiſſe congrega-
tionem pro defenſione ciuiuatum fœdere cõiunctarum.
& aliqua ſcribunt ad rem hanc Neuiz. conſil. 82. numer. 3.
& Alciat. reſpon. 286. in fi. quantò ergo fortius licuit cõ-
gregationes has inire in caſu tam æquo & laudabili, vt hæ
vniuerſitates adinuicem ſibi auxilium ferrent aduerſus
moleſtos & iniurios? Quartò, quòd hæ vniuerſitates nul
lam pœnam ex his congregationibus mereantur, vel ex
13 eo demonſtratur, quòd vbi † non eſt dolus, nec ibi eſt de
lictum pœna dignum. ita omnes. præſertim Iaſon in l. 1.
ff. de legibus. copioſè Tiraq. tract. de pœnis legum, cauſa
13. Boc. q. 83. nu. 9. & q. 403. nu. 9. Soc. Iun. conſi. 117. nu. 14.
lib. 3. & nouiſsimè Petrus Placa. lib. 1. epito. delicto. ca. 10.
14 nu. 6. atqui in caſu noſtro multiplici † ex capite ceſſat do-
lus; ergo & delictum. quòd dolus ceſſet oſtendunt multa.
Primò, quia paciſcentes proteſtati ſunt, ex ſuis pactionib.
nullum inferri debere pręiudiciũ iuribus dñorum ſuorũ.
quæ ſanè proteſtatio maximi ponderis eſt, & ipſos prote-
ſtantes (vt mox ſubiiciã) tuetur. Illa enim verè oſtendit,
non fuiſſe mentis paciſcentium lædere iura ipſorum do-
minorum. Secundò, non priùs deuentum fuit ad conclu-
ſionem, conuentionẽ & earum ratificationẽ per ipſas v-
niuerſitates, quàm fuerit impetrata licentia ab ipſis dñis
de ſe congregando in loco ſolito: quo fit vt omnis dolus
abeſſe dicendus ſit. ita in ſpecie hac in terminis, tamẽ for
tiorib. reſpõdit Pariſ. conſ. 171. nu. 16. li. 4. Tertiò. præſen-
tib. ipſis dominis lectæ fuerunt hæ conuentiones ab eis, ſi
ita placeret ratificandæ. id quòd non dolum, ſed fidẽ bonam
ineſſe oſtendit. nam, ſi quid doloſè hæ vniuerſitates age-
re voluiſſent, non ita palàm hæc feciſſent, nec dominis a-
15 peruiſſent: † ſi quidem lucem odit, qui malè agit, ca. con-
ſuluit, de offi. delega. & in his fere terminis ita argumen-
tatur Crau. conſ. 319. nu. 8. verſ. 10. & verſ. 11.
16 Quartò, ex eo dolus ceſſat, quia omnis leuis cauſa † ex-
cuſat à dolo. l. igitur. §. poteſt. ff. de liberali. cauſ. latè Iaſ.
in l. 1. num. 24. ff. de eo per quem factum erit. idem in l. qui
iuraſſe. nu. 6. de iureiur. Afflict. deciſ. 360. nu. 6. Gramma.
deciſi. 29. nu. 16. imò cauſam quantumuis leuem excuſare
17 à dolo & à crimine † læſæ maieſtatis reſpondit Crauet. d.
conſ. 319. nu. 14. verſ. 20. primò. & conſi. 6. nu. 90. verſ. de-
18 cimotertio. ita † leuem cauſam excuſare à dolo, & per cõ-
ſequẽs à pœna homicidii reſpondit Soci. Iun. conſ. 37. nu.
33. lib. 2. & in ſpecie noſtra ita etiam arguit Crau. conſi. 4.
nu. 26. verſ. licèt octauò, quòd autẽ nõ modò leuis, ſed ẽt-
iuſta extiterit cauſa ab his vniuerſitatib. vt ita paciſceren-
tur, multa ſunt argumẽto: vt mox dicã. interim hoc refero,
quòd iam aliàs inter has vniuerſitates diſputatum fuit, quòd
nõ eſſent duo corpora, ſed vnum & idem: cùm vnus eſſet
cõis prætor, qui oĩbus æquè iuſdicebat, eadem etiam erãt
ſtatuta. multa alia oſtendebant hanc corporis vnitatem,
quemadmodum ſtatutum illud ſub rubrica de vnimen-
to, iure ergo hæ vniuerſitates crediderunt, at nunc etiam
credunt potuiſſe conuenire, & ſeipſas vnire: atque ita vnũ
tantùm corpus facere, & per conſequens non leues mo
dò. ſed iuſtas excuſationis cauſas habent.

Non obſtant nunc adducta in contrarium. ad primũ re
ſpondeo, l. conuenticulã. C. de Epiſc. & cler. & illi ſimilia,
l. 1. non

non procedere in congregationib.honeſtis,& ad bonum
finem factis: quemadmodum ſ.deduximus in primo & ſe
cundo noſtræ opinionis fundamento.
Non obſtat ſecundum,quod de inobedientia dictũfuit:
19 quia non eſt inobedientia † cùm quis non tenetur de iu-
re obedire. qui enim iure contendit, non dicitur inobe-
diens. c.ſi quando.de reſcrip. ibi,patienter ſuſtinemus, ſi
non feceris,quod praua nobis fuit inſinuatione ſuggeſtũ.
& ſcribit in ſpecie Dec. conſil. 256.col.2.in prin.confert.
l. reſcripta. C. de precibus Impe.offerend.& ſcribut om-
nes in cap. 2. de reſcriptis. quod autem hæ vniuerſitates
nõ teneantur ſuis dominis in his parere ſtatim palàm fiet.
Non obſtat tertium,quòd ſẽper vnione vniuerſitatum
conuentum fuerit.Reſpondetur primò.ita paciſci licuiſſet
20 † nam vniuerſitatibus de rebus ſuis ſtatuere permiſſum
eſt.ita Bart.in l.omnes populi.nu.6.de iuſt.& iure.Barb.
conſi.29.col.4.lig.3.egregiè Ruin conſi.109.nu.2.3.& nu.
10.lib.4.nec eſt qui diſſentiat, quod quidem intelligitur,
cũ ius ſuperioris non læditur. atqui in caſu noſtro,re ipſa
conſtat ius dominorum nullo modo aliquod detrimenti
ſenſiſſe,nec intentionis paciſcentium fuiſſe quid cõtra illa
21 moliri id quod vel ex eo patet, ex proteſtatione † declara
toria animi,quæ etiam abſentib. ipſis dominis fieri potuit
v ſcribunt Bar.& Iaſ.in l.non ſolum.§.morte.de ope.no-
ui nuntia.ille,nu.14.iſte,nu.12.& ibidẽ Rube.nu.183.Dec.
conſil. 229 nu.3.& Ripa in c.cùm M.Ferrarien.nu.107.de
conſtitu. nec dici poteſt,hæc proteſtatio contraria facto,
vt infrà in fine reſpondendo ſexto ac vltimo fundamento
dicemus.
Reſpondeo ſecundò, ob hanc vnionem non eſt à iure
22 aliqua pœna † indicta,vt ſenſit Brunus conſi.29.nu.7. dũ
reſpõdit pro hominib.Garreſij & Pontis Tanagri,qui ita
ſe vnierant.ergo nec ab homine eſt indicenda:iuxta.l.at ſi
quis.§.diuus.ff.de relig.& ſumpt.fune.& ſcribunt Decius
conſ.90.col.2.Goz.conſ.46.nu.3.& Soc.Iun.conſil.3.nu.
32.lib.2.& alibi ſæpe.
Reſpondeo tertiò, hanc vnionem non modò non eſſe
pœna dignam,verùm etiam laudabilem & per vtilem do-
minis,ſi recto oculo, iuſtaque mente cernere atque vide-
23 re volunt.nam vtile admodum eſt Principi † habere ſub-
ditos diuites & opulentos.l.1.ff.de bonis damnato.at diui
tiæ & opulentia non niſi magna concordia comparari ſo
lent:vt è cõtra diſcordia,quæ maxima ſunt,dilabuntur,vt
eſt illa Saluſtij pulchra ſententia,& quantum proſit con-
cordia, quantumq; diſcordia noceat, ex M. Tullio de a-
micitia & alijs ſæpe didicimus;quos nũc prætereo,nec re-
pugnat illud ex c.ſicut vnire,de exceſſ.præla & ex Bruno
conſi.54.nu.4.ac Crau.conſi.258.nu.10.ꝙ vnire ſit iuriſdi
24 ctionis † ſuperioris domini.nã reſpondeo procedere quo
ad vnionem vniuerſalem etiam de rebus illis,quæ ad ſupe
rioris iuriſdictionem & poteſtatem pertinent,ſecus quò
ad alia, quæ eorum ſuperioritatem non lædunt: qualia
hæc ſunt.
Non obſtat quartum, quia reſpõdeo eſſe falſum, ꝙ ex
ea pactione, quod homines Crucisferreæ non teneantur
facere excubias in oppido Milleſimi, ſuſpicio oriatur a-
licuius conſpirationis cõtra dominos. nam verius eſt hãc
ſuſpicionem oriri non poſſe: illa quidem eſſet,ſi contra-
rium fuiſſet conuentũ,nempè ꝙ ij de Cruceferrea teneren
tur eas excubias in loco Milleſimi facere:quia hoc modo
homines milleſimi viderentur curare multos ſibi fauentes
apud ſe habere tempore noctis ad opprimendum domi-
nos.cuius contrarium cùm ſuadet contraria pactio,veriſi-
milius ſit mente bona ita fuiſſe conuentum.quocircà ſpe-
25 ctandũ † eſt hoc ꝙ veriſimile eſt cũ nõ veriſimile falſi ſpe
ciẽ habeat ita Iaſ.in l.ſi extraneus. nu.6.ff.de cond.cauſ.
data Dec. conſi.644.nu. 6. Marſi.ſing.298.copioſe Tir.
in l. ſi vnquam, in præfat. num. 37. C. de reuo. dona. &
Crauet. conſi. 249. nu. 7. reſpondeo ſecundò. ex eo pa-
cto nihil aduerſus iuris communis diſpoſitionẽ innoua-
tum fuiſſe. nam iure cõni non tenẽtur homines Crucis-
ferreæ excubias facere in oppido Milleſimi,cùm excubias
26 † facere ſit angarias & perangarias ſubire:vt ſcribit Iaco-
binus à S.Georgio in trac.de Homagijs,in fine.cùm con
uentione hac circumſcripta, ergo locus Crucisferreæ ſit
ſeparatus & diſtinctus à loco Milleſimi: cogi non poſſunt
homines Crucisferreæ ſubire onera Milleſimi. ita in ſpe-
cie de excubijs verba facientes ſcribunt Baldus & Albert.
in l.non tamen.§.vlt.ff.de excuſ.tuto.& Parpalea in l.pla
cet.numero 56.C.de ſacroſ.eccle.dum affirmant,forenſes
27 † & aduenas non teneri ad excubias loci,quem tunc inco
lunt.Reſpondeo tertiò,hoc pactum eſſe potius ad vtilita-
tem & fauorem ipſorum dominorum,cùm ex eo ipſi ho-
mines Milleſimi ſe arctaſſe videantur ad faciẽdum excu-
bias,quas iure communi inſpecto, facere non tenentur:
vt multis rationibus & argumẽtis probauit Iacobinus lo-
co paulò ante citato & poſito quòd teneantur,eſt pactio
hæc cõfirmatoria iuris dominorum; non ergo conqueri
iure poſſunt.
Non obſtat quintũ,quia reſpõdeo primò,hoc pactum
nil cõtra iuris cõis diſpoſitionẽ cõtinere.eſt.n. cõuentũ,
quòd aſſumãtur lites & cõtrouerſiæ motæ cõtra ſingula-
res perſonas,ſi directè, vel indirectè reſpiciunt detrimẽ-
tũ vniuerſitatis.hoc iure cõi permiſſum eſt, cùm tertius
28 † pro ſuo intereſſe poſſit in iudicio cõparere.Bar.& cæ-
teri in l.ſi perluſorio.§.1.& in l.à ſnĩa.ff.de appel.Grauet.
cõſ.14.nu.3.4.& clarius conſ.220.nu.2.3.qui citãdo Fede.
de Senis conſ.242.reſpõdit,tertiũ ꝓ ſuo intereſſe,ẽt inui-
to principali,poſſe ad iudiciũ venire,ac litẽ aſſumere.qui
nimò põt is tertius ad ſuæ cauſæ defenſionẽ illa oĩa allega
re,quæ vel omiſſa ſunt à principali, vel ab eo ignorata.ita
glo.notab.in l.ſi ſuſpectam,in prin.ff.de inoffi.teſta.& in
c.2.de procu.in 6.& doctè ſcribit Didacus libr.practica.
quæſtio.ca.13.col.4.verſic.primum ex his. & eo loci plura
adfert quæ caſui noſtro conueniunt.
Reſpondeo ſecundò,pactum legitimum & iuri conſen
29 taneum fuiſſe.Nam licet vnicuique † per ſe, vel per alium
ſe tueri & defendere.l.vt vim,vbi omnes.ff. de iuſt.& iu-
re.gloſſ.notab.in l.cùm fundum, in verbo,poſtea.ff.de vi
& vi arma.Bar.in l.deuotum.C.de meta.& epid.li.12.Iaſ.
conſi.86.col.3.lib.3.Soc.Iun.conſil.68.nu.66.li.3.Marſil.
30 ſing.456.quinimò licèt mercedem † & præmium pro al-
terius defenſione accipere;etiãſi defenſio facti aduerſus
tamen facti moleſtiam promittatur.ita probat tex.not.l.
metum.§.ſed licet.ff.quod metus cauſa. quantò ergo for-
tius in caſu hoc noſtro licuit,cùm pactũ ita non alia rõne
ſit,quàm ne quis oppidorũ, vel verius ipſa oppida iniu-
ria,litibus & armis opprimantur? nec ad rem facit,quod
31 hoc modo paciſcendo † in potentiores iura tranſmittan-
tur,contra l.1.C.ne liceat potentio.ſiquidem procedit il-
la prohibitio, cùm is potentior talis eſt, qui aduerſario
metum & terrorem incutere poteſt:vt ſi eſt caſtri domi-
nus,qui metum habeat & mixtũ imperiũ. Ita Bal.in conſ.
151.caſus,quædam mulier vidua.libro 1.quem ſecutus eſt
Craue.conſ.205.nu.43.his addo Abb.in c.2.de aliena.iu-
di.muta.cauſ.facta.& Ioann.Iacobum de Leonardis inter
conſilia Bruni conſil.114.nu.349.hæc in caſu noſtro ceſ-
ſant, vt re ipſa videre eſt. nec etiã mouet probabile du-
bium.c.conſtitutionem.§. cæterùm.de verb.ſignifi.in 9.
nã ibi dicti ſunt canonici illi conſpiratores,quòd ſtatue-
rint non admittere quendam in canonicũ,cùm de canoni
catu à Pontifice prouiſum fuerat.nõ ergo ibi agebatur de
iure proprio defendendo, ſed verius ob contemptum &
inobedientiam ita dicti ſunt:quemadmodum gloſſ.ibi in
verbo,ſtatutum,interpretatur.atqui diuerſum eſt in caſu
iſto,in quo ſolùm conuentum fuit de ſe ipſis defendendis
ab alterius moleſtia.quod iure permiſſum eſt:ita poſt Ar
chidia.declarat Ancha.in d.§.cæterùm,col.3.verſic.item
quæſtio loquitur.qui præter alia (relata quadam dubita-
tione) tandem concludit,licere paciſci de defendenda re
communi,vt hîc contingit.
32 Rñdeo tertiò,iure licere abſolutè vniuerſitati † aſſumere
litẽ ſingularis perſonæ illius vniuerſitatis,etiãſi de princi-
pali intereſſe vniuerſitatis nõ agatur. nã vniuerſitas erga
ciuem & incolã ſuũ loco patris eſt.ita Bal.conſ.288.col.1.
li.1.quem ſecutus eſt Crau.conſ.45.nu.1.verſ.addo quod.
qui pariter reſpondit,vniuerſitatem agere poſſe nomine
iniuria affecti;quemadmodum & pater noĩe filii poteſt.
Non obſtat vltimum, quia reſpondeo vniuerſitates non
prohiberi ordinare à ſe ipſis ſuper diſtributione ſolutio-
33 nis collectarum,nõ enim diſtributio † eſt iuriſdictionis,
vt ipſa collectarum impoſitio;vt relata loquuntur, quo
circa,iure permittitur hæc diſtributio & earum cauſa re-
giſtrorum confectio his vniuerſitatib.ita copioſè & do-
ctè in ſpecie reſpondit Craue.conſil.195. col.1.cùm ergo
hæ vniuerſitates ſolùm conuenerint de modo conficien-
di regiſtrũ à dominis reprehendi non merentur,ſed lauda
ri potius,vt potè,qui viam quæſierint faciliorem, qua indi
ctę ab ipſis dñis collectæ exigi & eis ſolui valeant.Reſpõ-
deo ſecundò, quòd etiamſi intelligeretur pactũ de colle-
ctis



ctis indicendis, attamen eſſet interpretandum de colle-
ctis ab vniuerſitate indicendis pro negotij ac vrgente ne-
34 ceſſitate vniuerſitatis,quas quidem collectas † iure indi-
cere poteſt vniuerſitas,ita ſcribunt Ang.& cæteri in l.4.
in prin.& ibidem Ripa.nu.28.de re iud.& Crau.d.conſil.
35 195.num.2.& hæc interpretatio † tuere probãda eſt cùm
delictum per eam euitemus, iuxta l.meritò.ff.pro ſocio.
imò ſumitur illa in terpretatio qua culpam effugimus. ita
Ang.in l.ſi damnum.§. 1.ff.de pecul.& copioſè multis e-
xemplis tradit Crau.conſi.151.nu.18.
Reſpondeo tertio ꝙ etiamſi hæc pactio verſaretur cir-
ca ius dominorum, attamen nihil ex eo imminutum fuit;
cùm ambæ hæ vniuerſitates proteſtatæ fuerint,ꝙ non in-
tẽdebant quidquam agere ſine cõſenſu & voluntate do-
minorum.que ſanè poteſtatio ipſis vniuerſitatibus ma-
ximè prodeſt,vt iam ſ.dixi.nec dici poteſt hæc protaſta-
tio contraria facto,quia ſupra in reſponſione ad tertium
fundamentum oſtendi verum illud non eſſe.nec repugnat
illorum opinio,qui dixerunt vaſallum alienãtem feudum
ea adhibita proteſtatione,ſaluo & reſeruato iure domini,
non euitare iuris pœnã,quandoquidẽ illud procedit,cùm
feudum alienatur,quod difficilis eſt recuperationis,& tra
36 ditione † facta adhibetur proteſtatio ſaluo & reſeruato
iure domini, nam tunc illa proteſtatio nil prodeſt proteſ
tanti,quin potius illudi ex ea dominus videtur: non ergo
mirum,ſi vaſallus feudo priuatur. ita in ſpecie declarant
Neuiz.inter conſilia Bruni conſi.12.nu.50.Io. Iacobus de
Leonardis inter eiuſdem Bruni reſponſa conſi.114.nu. 83.
& Rubeus conſi. 13. nu.18.at cùm feudum alienatur.& tra-
ditio adhuc facta non eſt,atq;ita nullo modo læſum eſt ius
domini tunc proteſtatio vaſallo ꝓdeſt.ita Bal. in c.1.que
fuer.prima cauſ.benef.amitt.Alex.conſ.111.in fi.li.6.Dec.
cõſ.18 col.3.alios recenſet Crau.conſ.273.nu.11.verſ. nec
obſtat quod his addo Cur.Iun.conſi.8.col.2.Rui.conſi. 2.
nu.3.& conſi.36.nu.19.lib.3.& Tiraq.de retractu conſang
§.1.glo.2.nu.42.& in tract.de iure conſtit.parte 3.limit. 26
imò idem eſt,cùm facta eſt alienatio feudi & traditio, ſed
37 recuperatio eſt facilis. nam & tunc proteſtatio † prodeſt
vaſallo:ita Bal.in l.ſi quis locuples. ff.de manumiſſ. teſta.
Feli.in c.quæ in eccleſiarum.num.85.de conſt.Iaſ.in l.vbi
pactum,nu.23.C.de tranſact.Marſil.ſing.28.C.rau. conſ.
63.in fi.his addo Guido.Pap.q.101.Ripã in c.cùm M.Fer-
ra.nu.80.de conſti.Cur.Iun.tract.feudo.4.parte princ.q.
21.Tiraq.tract.de retractu conſang.§.26.glo.2.num.11.&
Iulium Clarum libro quarto ſentent. iuris. §.feudum. q.
31.ita ergo in re noſtra dicendum eſt, hanc proteſtatio-
nem maximè prodeſſe his vniuerſitatibus cùm ex earum
pactionibus nullum detrimentum iuriſdictioni domino-
rum allatum ſit.atque ita iuris eſſe opinor,rectiore iudi-
cio ſaluo.

Iacobus Menochius I.C.

## *SVMMARIVM.*

1 *Inſtrumentum rem claram & notoriã reddit,cùm ſi probatio pro-
batiſſima, & nu 30.*
2 *Minor poteſt facere donationem remuneratoriam.*
3 *Tutores & curatores ex cauſa remunerationis donare poſſunt.
& 33.*
4 *Donatio remuneratoria per lapſum decennij an cõfirmata dicatur.*
5 *Donatio remuneratoria prætextu illati metus & timoris, reſcindi
non poteſt. & nu. 34.*
6 *Neque reuocari poteſt ex iuſta ingratitudinis cauſa.*
7 *Neque per ſuperuenientiam filiorum.*
8 *Eoque magis quando appoſitum eſt iuramentum,licèt à minore fa-
cta ſit.*
9 *Neque conceditur reſtitutio in integrum.*
10 *Iuramentum ſi non poſſit rumpi ſine interitu ſalutis æternæ, omni-
no ſeruandum erit.*
11 *Promiſſio vt defendatur,æqua & iuſta dicitur.*
12 *Neque in ea conſiderari poteſt dolus,læſio, vel metus.*
13 *Minor ſi donauerit aliquam penſionem alicui,& factus maior eam
ſoluerit, videtur ratam habuiſſe illam donationem.*
14 *Minor etiam cum decreto donare immobilia nequit.*
15 *Neque ob cauſam nuptiarum abſque Prætoris decreto.*
16 *Reditus annui inter immobilia communeratur.*
17 *Minor non poteſt emphyteuſim conſtituere.*
18 *Obligatio alteri facta à filio ætatis 15. annorum ex cauſa & ſua-
ſionibus patris cui conttadicere non audebat,non valet.*
19 *Metus iuſtus in filio ex eo probatur,quòd pater erat iracundus,fi-
lios verberabat. & minas exequebatur.*
20 *Donatio facta ob benemerita,ſi de benemeritis non conſtat,donatio
vti ex falſa cauſa non valet.*
21 *Argumentum à veriſimili valet.*
22 *Hæres tenetur de euictione prout tenebatur defunctus.*
23 *Princeps ſolus poteſt concedere abſolutam & plenam ſecuritatem,
ſeu ſaluamgardiam bonorum alicuius.*
24 *Promittens protectionem ſub nomine ſuo expreſſè.dicitur feciſſe
promiſſionem perſonalem.*
25 *Defenſio ad ſolum factum,non ad ius refertur.*
26 *Promiſſio perſonalis non tranſit ad hæredes.*
27 *Induſtria perſonæ ſi ſit electa.ab altero præſtari non poteſt.*
28 *Verbum perpetuum intelligitur dum vixerit, & etiam ſecũdum
ſubiectam materiam.*
29 *Contractus claudicare non debet.*
30 *Inſtrumentum rectè probat,ſi nil obijciatur.*
31 *Minor ſine decreto donare non poteſt.neque etiamſi adeſſet iuſta
cauſa.*
32 *Donationes regulariter quanto tempore confirmentur.*
33 *Tutores quomodo donare poſſint.*
34 *Metus iuſtus an & quando irritare dicatur donationem remune-
ratoriam,*
35 *Iuramentum ad hoc vt liget,tria neceſſario requiruntur.*
36 *Pupillus omnia ignorare præſumitur.*
37 *Iuramentum non ligat impuberem propter defectum iudicij,etiam
ſi ſit proximus pubertati.*
38 *Pauper non debet donare diuiti,præſertim nulla vrgente cauſa.*
39 *Auth ſacramenta puberum.C.ſi aduer.vend.quomodo procedat.*
40 *Iuramentum vnum defectum,non autem plures ſanare poteſt.*
4 *Iuramentum non ligat aliquid facientem vi & metu.*
41 *In claris non eſt opus coniecturis.*
43 *Donatio ob cauſam facta,ſi deficit cauſa,reuocatur ipſa donatio.*
44 *Maior debet tueri minorem.*
45 *Vaſallus Pontificis debet ſeruare ius canonicum.*
46 *Malæ fidei poſſeſſor non poteſt aliquid curſu temporis acquirere.*
47 *Contrahens cum minore non ſeruatis ſolennitatibus requiſitis,dici-
tur in mala fide. & nu. 49.*
48 *Præſumptio iuris & de iure non admittit contra ſe probationem.*
49 *Contractus minoris non ſolẽniter celebratus,licèt nõ valeat. fallit
tamen,ſi bona fide ſit celebratus:quia lapſu decennij confirmatur.*
50 *Allegans pupillum maiorem factum ratificaſſe actum factum in
pupillari ætate,non ſufficit, vt probet, puta ſolutionem,ſed re-
quiritur vt probet quo tempore fecerit.*
51 *Pupillus ſine tutoris auctoritate donare nequit.*
52 *Franciſcus Gallorum Rex apud Papiam captus fuit fuit anno 1525.
die 24. Februarij.*
53 *Teſtes quorum aliqui deponunt,put anno primo, alij anno ſecun-
do,alij anno tertio,alij quarto,an probent.*
54 *Diſcordia teſtium in accidentalibus non nocet,dummodo inſtantia
conueniant.*

## CONSILIVM XXIX.

# Initium à Domino.

NON parũ ſubſtiti in hac cau
ſa,ne,interrogatus pro egre
gio D.Bartholomæo Caſina
aduerſus illuſtrem D. Mar-
chionem Meſſerani,reſpon-
derem:ſiquidẽ omni ex par-
te bene fulcitum atque fun-
datum videbatur Do. Mar-
chionis ius,
Primò extat clarum inſtru
mẽtum donationis factæ ab
ipſo Bartholomæo d.Mar-
1 chioni.quod ſanè inſtrumentum † rem claram atque no-
toriam reddit, cùm ſit probatio probatiſſima, ſi modò
nihil obiicitur.ita multorum auctoritate ſcribunt Iaſ.in l.
1.in princip.num.10.de operis noui nuntia. vberius Tira-
quel.in tract.de retractu conſang.§.2.glo.num.20.Craue.
conſil.10.num.7.& Gramma.deciſ.45.nume.9. Cæteros
ſciens prætereo.
Secundò,Marchioni ſuffragatur,ꝙ donatio facta ei fuit
ob benemerita ipſius Marchionis erga dictum Bartholo-
mæũ,in quẽ aſſeritur multa beneficia contuliſſe. quẽ ſanè


remu-

2 remuneratoria † donatio ab ipſo Bartholomæo, quam-
quam minori fieri pouit.l.vlti.§.vlt.C. ſi maior factus.in
3 illa parentheſi,quã ibi textus facit.ita enim videmus;† tu-
tores & curatores ex cauſa remunerationis donare poſſe.
l.cùm plures.§.penul.ff.de adminiſtr.tuto.l.1.§. ſed non-
nullos.ff.de tutel. & ratio.diſtrahen. Iaſ.in l.contra iuris.
§.ſi filius nu.7.verſic.ſecundò fallit.ff.de pactis.& conſil.
191.num.2.libr.4.& ſaltem donatio hæc ob lapſum quin-
4 quennium † vel decennium cõfirmata omninò creditur.
quod reſponderunt Corne.conſi.36.col.2.verſic.item fa-
cta fuit.lib.2.& Soc.Iun.con.102. nu.29.lib.2. & tanta eſt
5 huius donationis remuneratoriæ vis.vt prætextu illati † me
tus & timoris reſcindi nequeat.l. metum. §.ſed licèt.ff.
quod metus cauſa. Barbat.conſilio 11.colum.4 lib.2.imò
6 † nequit reuocari ob iuſtam ingratitudinis cauſam.l.cùm
poſt diuortinm §.pa rona. ff.de iure dotium. & ſcribunt
Ripa in l.vlt,nu.150.C.de reuo.don.& Boer.q,27.quem-
7 admodum † nec ob filiorum ſuperuenientiam reuocatur.
ita Ripa in l.ſi vnquã.nu.29.& ibi vberius Tiraq.in verb.
donatione largitus.nu.79.C.de reuoc.dona.
8 Tertiò,accedit iurm † à Bartholomæo de donatione
obſeruãda præſtitũ:quo facta à minore cõfirmatur,auth.
ſacramenta puberũ.C.ſi aduer.vend. Imò reſpõdit Corn.
conſ.140.li. 4.donationẽ ab impubere,doli tñ capace fa-
9 ctam iuramento.ſine reſtitutionis auxilio † firmari.quod
reſpondit & Soc.Sen.conſ.279.lib.2.idem conſ.48.lib.4.
10 Abbas conſ.72.in fi.lib.1.nam vbi ſeruari iuramentũ † po
teſt,ſine interitu ſalutis æternæ,ſeruari omninò debet.ca.
quemadmodum.c.ſi verò,de iureiuran.

Quartò, D.Marchioni fauet quòd hæc non vr̃ donatio,
ſed potius cõtractus,do vt facias; atque ita innuminatus.
ſi quidẽ viſus eſt Bartholomæus promittere hanc annuã
penſionem Marchioni,vt eum protegeret,atque à mole-
11 ſtia facti defenderet.quæ ſanè promiſsio,† vt defendatur-
æqua uidetur; vt in ſpecie probat l.metum.§. ſed licet.ff.
de eo quod metus cauſa.Eſt enim iure vnicuique permiſ-
ſum vel per ſe,vel per alium ſe ipſum defendere & tueri.i-
ta gl.in l.cùm fundum,in verbo,poſtea,de vi & ui armat.
Bart.l.votum.C.de meta.& epid.lib.12.Iaſ.conſi.86. col.
3.lib.3.Marſil.ſing.456.Soc.Iun.conſil.68.nu.66.libr.3.&
12 in hac promiſsione † hinc inde facta nullus dolus, nulla
læſio, nullúſve metus conſiderari poſſe videtur, vt poſt
Decium conſi.170.colum.pen.in ſpecie cenſuit Ripa lib.
1.reſponſo.cap.15.nu.14.

Quintò & vltimò,non parum contra Bartholomæũ vr
13 gere vr̃,ꝙ ſaltem maior † factus, poſt decenninm dr̃ ratũ
habuiſſe,quod iam ætate minor fecit,iuxta l.vlt.§. vlti.C.
ſi maior factus, & c.ratũ,inquã,habuiſſe vr̃,& expreſſè &
tacitè expreſsè, ex literis, quas Bartholomæus ipſi Mar-
chioni dedit,quibus confeſſus eſt ſe illi debere annuam il
lam vini præſtationem:tacitè,quia pluries] ſoluit Bartho
lomæus eam præſtationem.quæ ſanè ſolutio ratihabitio-
nem operatur.l.Paulus.ff.rem ratam haberi.l.ad ſolutio-
nem.C.de re iud.& in ſpecie reſponderunt Decius conſ.
232.nu.5.& Curt.Iun.conſi.50.nu.9.dubitationẽ hæc non
leuem hac in cauſa mouebant.

Re tamẽ ipſa lõge melius atq; diligẽtius perpẽſa cõtra-
riã ſententiã & veriorem ſequor:nempe D.Batholomęũ
Catinam nullo iure eſſe adſtrictum,annum reditum pro-
miſſum præſtare.quod multis ita demonſtratur.

Primò,iã conſtat D. Bartholomęũ tempore huius à ſe
14 factæ promiſsionis fuiſſe ætate minorẽ.atqui minor † nõ
põt etiam cum decreto immobilia donare.l.vlt.§. vlt.C.
ſi maior factus.Caſtr.conſi.302.notandũ eſt,lib.1.quẽ ci-
tare voluit Ripa lib.3.reſp.c.15.nu.12. imò nec ob cauſam
15 † nuptiarum donare poteſt minor ſine prætoris decreto.
l.prædia.C.de prædiis min.Bart.in l.ſi conſtante,in prin.
16 nu.67.ff.ſolu.mat. & Curt.Iun.conſ.168.nu.20. † Redi-
tus annuos inter immobilia numerari,probat notab.glo.
in l.iubemus,in verbo,annonas.C.de ſacroſ. eccle. copio
ſè ſcribit Tiraq.in tract.de retractu conſang.§.1.gl.6.nu.
quibus accedunt Barba.conſi.22.col.2.lib.3.Pariſ.conſ.36.
nu.13.conſi.85.nu.10.conſ.86.nu.7.li.3. & Bellonus cõſi.
23.nu.9.non ergo potuit hic Bartholomæus minor hunc
annuum reditum cõſtituere.ita enim dicimus, minorem
17 † non poſſe emphyteuſim conſtituere.l.etiam.C. de prę-
diis mino.l.ſed ſi pecunia.§.ſi ius.ff.de rebus eorum.Ab-
bas in c.nulli.col.3.verſi.quid autem,de rebus eccleſ.non
alie.Pariſ.conſi.85.nu.12.lib.3.non enim poteſt minor ſi-
ne decreto rem propriam obligare.

Secundò,vel ex eo hæc annui redditur conſtitutio non
conſiſtit,quòd metu facta dicitur. Metus ſatis probatur,
quia Batholomæus ſuaſioni. paternis id egit.hic ergo me
18 tus † reuerentialis adfuit,ob perſonam patris, adfuit etiã
ob perſonam ipſius Marchionis,qui de facto ſaltem prin
cipis locum obtinebat.ita egregiè in ſpecie reſpõdit Arc.
conſi.24.nu.9.quem ſequitur & Ripa lib.3.reſp.cap.15. n.
8.& clarius copioſiuſque Soc.Iun.conſi.47.nu.33.lib.3.qui
reſpondit,obligationem à filio ætatis quindecim annorũ
factam alteri,ex cauſa & ſuaſionibus.patris, cui contradi-
cere non audebat,nullius eſſe momenti.accedit, quòd mi
nis fuit coactus Bartholomæus à patre ita promittere.&
teſtibus probatum fuit,Bartholomæi patrem fuiſſe virum
19 † iracundum qui filios ſuos acriter verberabat: & minas
exequebatur.qua ex re iuſtus metus probatur, vt ſcribunt
Bar.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.num.14.de operis
noui nuntia.Soc.Sen.conſi.27.col.vlt.lib.3.Cur.Iun.cõſ.
126.nu.6.Boer.q.100.nu.12.& Bellonus conſi.18.nu.15.

Tertiò accedit,ꝙ etiamſi nullus adfuiſſet metus atta-
20 men adhuc eſt inualida hæc donatio, cùm ex cauſa † verè
falſa fuerit facta.nam dicitur facta ob beneficia collata ab
ipſo Marchione in d.Bartholomeum.& tamen reuera de
his beneficijs nullo modo conſtat.erant vel ſunt nunc ꝓ-
banda beneficia hæc, quãdoquidem non præſumũtur hoc
in caſu.vbi minor regulariter donare prohibetur.iuxta l.
ſi fortè.vbi Bart.ff.de caſtren.pecul. omnes in l. ſi dona-
tione.vbi Decius.num.18.C.de collatio.& ibi nu.22.ſcri-
bit, quòd quando effectus benemeritorum non pendet à
voluntate donantis non ſtatur aſſertioni benemeritorum
in genere.nam,vt non eſt in facultate minoris donare ſine
cauſa remunerationis,ita non eſt in ſua poteſtate fingere
hanc remunerationis caſam.d.l.ſi fortè. Præterea conſtat
21 argumento ducto † à veriſimili, nulla beneficia fuiſſe col-
lata à Marchione in ipſum Bartholomæum,tum quia æta.
te minor erat tempore promiſsionis, & nil egerat adhuc,
nec aliqua bona habebat.& ſi aliquod beneficium fuit à
Marchione collatum,non ipſi Bartholomæo, ſed D. Ia-
cobo eius patri collatum fuit:cuius quidem Iacobi patris
perſonam non ſuſtinet Bartholomæus,ex quo eius hæres
nõ fuit.non ergo hoc in caſu ex patris perſona grauari po.
teſt filius,iuxta regulam l.ab eo.C.de fideicomm.& argu-
mento à ſenſu contrario ducto à l.cùm à matre. C de rei
vind.

Quartò,ea ratione manifeſta conſtat,ꝙ non ſolum reſ-
pectu perſonæ Bartholomæi,ſed & eius patris donatio nõ
ſubſiſtit.ſi quidem ex cauſa minus vera & minus probabi-
li facta fuit.enim facta eã ob cauſam,ꝙ ipſe Marchio ſub
ſua protectione haberet ipſum Iacobum & Bartholomeũ
vt ſcilicet eos tueretur in poſſeſione bonorum eis dona-
torum à Reuerẽdiſs.Epiſcopo Vercellẽſi;cuius, quidẽ E-
piſcopi hæres extitit ipſe March. hæc cã ex duob. min⁹ ꝓ
22 babilis eſt.primò,quia ſi Marchio fuit † Epiſcopi hæres,te
nebatur ipſa bona tueri & defendere,vt tenebatur ipſe do
nator iuxta l.2.C.de euictio.vbi glo. & ſcribentes decla-
rant:& decidit Boer. q.33.nu.26.& cum defenſio ex eui-
ctione tam iuris quam facti cenſeatur promiſſa,vt decla-
rant Dec.in l.non videtur defendere.num.5. de reg.iuris.
Iaſon in l.ſtipulatio iſta.num.14.de verb.oblig. ſi ergo iã
tenebatur eum defendere,fruſtra promiſit ſpe præmij de
fendere.Secundò,quia non potuit ipſe Marchio hanc pro
tectionem promittere,impediente decreto Ducali libr.3.
ſub rubr.de Guardijs,& earum prohibitione.quo ſanè de
creto prohibentur inferiores principes & domini à Du-
ce Sereniſsimo Sabaudiæ concedere protectionẽm,quam
ſaluaguardiam appellant.iuri communi decretum con-
23 ueniat.non enim ius † cõmune alteri quam ſupremo prin
cipi tribuit facultatem concedendi abſolutam & plenam
ſecuritatem ſeu ſaluaguardiam vt ſcribunt Io.à Platea in l.
cùm ſæpe.C.de eroga.mil.anno.lib.12. Caſſa.in catalogo
gloriæ mundi.parte 5.num.195. & conſ.66.num.18.Iaſon
conſ.57.col.2.lib.3.Cagnolus in l.non videtur defendere.
nu. 4.de reg.iuris.& Neuiz.conſi.83.nu.5.cùm ergo cauſa
donationis inualida ſit,dicendum eſt donationem nõ eſſe
obſeruandam.

Quintò ac vltimo accedit,quòd etiamſi cauſa hæc ſuſti-
neri poſſet;attamen ea ceſſante ceſſare debet & donatio-
iuxta vulgarem regulã l.adigere.§.quãuis,de iure patruo
cum ſimilib.quòd ceſſauerit cauſa hæc, vel ex eo conſtat
ꝙ Marchio pater D.Marchionis nunc agentis,is fuit,qui
24 eam protectionem promiſit,& † ſub nomine ſuo expreſſo
promiſit



promiſit:quo caſu perſonalis promiſsio eſt,iuxta c. quo-
niam Abbas,de off.dele.& c.ſi is qui,eo.tit.in 6. Alc.& Iaſ.
in l.Iuliã§.ſi quis alicui de leg.1.& in l.ſi ſic ſtipulatus.nu.
10.de verb.oblig.& Dec.conſ.262.n.1.quod clarius ex eo
cõſtat,quia ad ſolũ † factũ,nõ ad ius refertur defenſio, vt
25 ſcribũt Bar.in l.pater.n.7.de ſeruit.leg.& Dec.d.cõſ.262.
nu.3.verſ.5.ad idẽ.ſi.ergo perſonalis fuit promiſ.ſequitur
26 ꝙ in hanc † hæredẽ non tranſiuit.d.§.ſi quis aliqui,& tra
dunt Ripa in l.ſi hæres.nume. 4.ff.ad Trebel.Ruin.conſi.
27 93.col.1.lib.4.eſt enim hoc in caſu electa † perſonæ induſ
tria,quæ ab altero præſtari nõ poteſt.l.inter artifices.ff.de
ſolutio. quam in hanc ſententiam citauit Iaſ.in d.l.ſi ſic
ſtipulatus.num.19.de verb.oblig.Nec hic dicatur pomiſ-
ſionem factam fuiſſe in perpetuum:quia reſpondetur,ver
28 bum,perpetuum,† intelligi idest, donec vixerit;iuxta l.1.
& ibi glo.ff.pro ſocio. Dec.conſi.521.nume.12.& Ruinus
conſi.143.num.11. lib. 4. qui ita in perſonali ogligatione
interpretantur. & copioſè diſſerit Tiraqe.in tract.de re-
tractu conſang.§.1.glo. 6.num.9.dictionem hanc ſummi
iuxta ſubiectam materiam.cùm itaque cã hæc ceſſauerit,
extinctaq;fuerit,ſequitur dicendũ(vt diximus) & dona-
26 tionem eſſe extinctam, aliàs contractus † (vt dici ſolet)
claudicaret,contra.l.ſi id quod.§.vlt.de reſcind.vend. &
ſcribit Crau.conſi.239.ad finem.claudicaret inquam, quia
Marchio hic non teneretur præſtare protectionem;& ta-
men ad penſionen annuam eſſet adſtrictus Bartholo-
mæus.

Non obſtant nunc in contrarium adducta.& ad primũ
facilè reſpondetur?ꝙ tunc demum inſtrumento ſtãdum
30 † eſt cũ nulla obijcitur in illud exceptio:at ſecus ſi obijci
tur iuſta ac iure probata.ita Bellame.conſi.3.Feli.in c.ſi-
gnificarunt,col.2.de teſtib. Neuiz.conſ.46.nu.13.& conſ.
57.num.18.qui eiuſdem opinionis recenſet Iaſon in l.iu-
riſgentium §. quòd ferè. 2. notab.ff. de pactis. ſed in caſu
noſtro,donationis inſtrumento permulto ita iuſtè & ſan-
ctè obijciuntur,vt apertè conſtare qoſsit, illi nihil defe-
rendum eſſe.

Non obſtat ſecũdum,quia reſpõdetur:primò hic non
conſtare de aliquibus beneficijs ipſum Bartholomæum
collatis:& ideo ſua cauſa ceſſant hæc quæ allegantur Mar
chionis Benemerita.reſpondetur & ſecundò,quòd etiam
ſi adfuiſſent benemerita Marchionis erga Bartholomeũ
31 non tamen licuit Bartholomæo ætate minori † ſine ſolẽ-
nitatibus & decreto donare.l.lex quæ tutores.§.1.C.de ad
mi. tuto.& l.prædia.C.de prædijs minor. ſuprà diximus,
nec repugnat text. d.l.vlt.§.vlt.C.ſi maior factus. in illa
parentheſi,excepta propter nuptias donatione,cùm ver-
ba illa plures habeant intllectus:vt ibi animaduertit glo.
& is cæteris verior eſt, quòd illa donatio propter nup-
tias confirmatur lapſu quiquennij,poſtquam is minor fa-
32 ctus eſt maior,cùm tamen † aliæ donationes non confir-
mentur,niſi lapſu decennij vel vicennij.ita declarãt Corn
conſi.36.nu.13.lib.2.& Soc.Iun.conſ.102.nu.39.lib.2.qui-
nimò ſi intelligeretur,quòd donatio propter nuptias fieri
poſſet à minore ſine peccato,adhuc nihil obeſſet: cum ob
cauſam tã fauorabilem non donauerit Bartholomæus.nec
obſtat quòd ipſi tutores & curatores poſſunt donare.d l.
33 cùm plures.§.penul. ff. de adm.tuto.quia procedit † quò
ad ea,quæ modici præiudicij ſunt: atq;ita bene conſidera-
tis facultatibus minoris & benemeritis donatarij. ita de-
clarat Aret.conſi.24.nume.14.hinc reſpondit Soc.Senior
conſi.112 colum.6.in fine.num.15.lib. 1. quòd mandatum
de donando intelligitur,vt donet modicum.quòd hic fa-
ctum non fuit.vbi donatio immenſa fuit, iuxta facultates
tenues ipſius Bartholomæi.nec illud quoque obſtat, do-
34 nationem per remuneratoriam ob metum non vitiari.ex
d.l.metum.§.ſed licet.ff.quod metus cauſa. quãdoquidem
is text.hoc non probat,ſed illud ſolùm,quòd iure permiſ-
ſum eſt aliquid accipere pro alterius defenſione, vel ad-
uerſus inferentes metum,vel latrocinium,vel hoſtium in
curſum. id quod doctè explicat Decius in l. culpa caret.
num.4.de regul iuris.& verè contrarium probat, eius ad
quod illum citauit Barba, dicto conſi.11.col.4,lib.2. cum
ſcriptum eo loci,quòd ſi promiſsione facta contingat me
tum inferre facto illius cui facta eſt illa erit nulla, ſeu non
efficax, ita textum illum intellexit, & rectè, Afflictus
deciſionib. 149. in principio, qui teſtatur in conſilio
Neapolitano fuiſſe communi voto illorum patruum de-
ciſum.

Non obſtat tertium,quia reſpondeo,tunc demum iura-
35 mentum † ligare, cùm tres in eo abſunt comites, nempè
iudicium veritas & iuſtitia.capi.& ſi Chriſtus.de iureiu-
rand.ſcribunt Dec.conſi.180.dum.5.Iaſ.conſil.135.col.4.
Curt.Iun.conſil.141.num.9.& Crauet.conſ.144.num.16.
atqui hoc in caſu tres hi comites non adfuerunt;ergo iu-
ramentum non obligauit. Probatur minor,quia defuit in
36 Bartholomæo pupillo iudicium: cùm † pupillus ignora-
re præſumatur quod agit.1.§.impuberes. C.de falſa mone
ta.& ob id reſtitui ſemper põt in integrum.Ita Curt.Iun.
conſi.8.nu.3.& ſcribunt in ſpecie Dec.dicto conſilio 180.
num.5.& Ripa lib.3.reſpon.c.14.nu.6.iuramentum non
37 † ligare impuberem,defectu iudicii.& idem ſenſit Iaſ.in
auth.ſacramenta,nu.15.19.20.dum ſcribit,illam conſtitu-
tionem nõ habere locum in pupillo etiã pubertati pro-
ximo.non etiã adfuit veritas,quia (vt diximus ſuõ loco)
falſam ob cauſam facta donatio, defuit & iuſtitia,quæ nõ
38 patitur,inopem † donare in immenſum, præſertim nulla
ratione vrgente.Reſpõdeo & ſecundò,quòd tũc demum
39 diſpoſitio † authenti.ſacramenta puberum.C.ſi aduerſus
vendi.locum habet,cùm adeſt ſolus defectus ætatis,at ſe-
cus cùm aliud adeſt initium.ita cenſuerunt Bart. in d.au-
thentica,ſacramenta,col.2 & ibi Iaſ.nu.46.Rui. conſ.98.
nu.7.lib.1.Ripa d.lib.3.reſpon.capit.15.nu,12.Pariſ.conſi.
96.nu.63 libr.1.& conſi. 93.nu.17.lib.3.Ea eſt ratio,quòd
40 iuramentum † vnum defectum, non autem plures ſanare
poteſt,vt ſcribũt Soc.Sen.in l.1.§.ſi quis ita. nu.10.de ver.
obli.Ruin.d.conſ.98.nu.7.Dec.conſ.239.Bellonus conſ.
4.nu.4.& Soc.Iun.conſ.48.nu.18.lib.1. cum ergo in caſu
noſtro plura vitia plures defectus (vt diximus) adfuerint.
dicendum erit,iuramentum nihil operari.

Reſpõdeo tertiò,iuramentum hoc non ligare Bartho-
41 lomæum,qui metu † compulſus donauit & iurauit.ita in
ſpecie declarat Ripa d.cap.15.nu.8.& Gramma. conſil.31.
num.13.in criminalibus.idem ſenſit Iaſ.in d.authentic.ſa-
cramenta.num.60.

Non obſtat quartum fundamentum, quia reſpondeo,
hanc eſſe veram donationem, vt aperta illius verba ſigni-
42 ficant:non enim in claris † opus eſt coniecturis, vulgata l.
ille aut ille.§.cùm in verbis.de legat.tertio. quæ ſanè do-
natio ea de cauſa fieri non potuit.Accedit, quòd iuſtè re-
cuſare potuit ipſe Bartholomæus ſoluere annuũ illũ re-
ditũ;cùm non ſemel ipſe Marchio requiſitus,non defen-
dit Bartholomæum à moleſtiis, quibus à nonnullis effi-
ciebatur:quemadmodum multorum teſtimonio proba-
43 tum fuit:potuit ergo † donatio & adhuc poteſt reuocari.
l.1.C.de donation.quæ ſub modo.& l.ſi vt proponis.C.de
condi.ob cauſam.& in ſpecie reſpondit Ripa d.libr.3. re-
ſpon.cap.15.nu.13.verſic.ſeptimò donata. illud etiam nũc
addo,quòd donatio eã ob cauſam facta fuit, vt ipſe Bar-
tholomæus ab oppreſsionibus defenderetur. atqui tene-
batur Marchio id ſpontè præſtare: quandoquidem iure
44 pontificio ita iubente,maior † tenetur defendere mino-
rem.capitul.quantæ.de ſentent.excommunica. & docuit
Decius in l.culpa caret.nu.10.de regul. iuris.& in capit.1.
nu.8.de offic.deleg.quod ſanè ius canonicũ ab ipſo Mar-
45 chione ſeruandum erat.cùm ſit Pontificis † vaſallus,iux-
ta ea quæ ſcribunt Felinus in capitul. quæ in eccleſiarum,
nume.44.de conſti.& perbellè,atque appoſitè reſpondit
Corne.conſi.261.in fin.lib.4.in ciuitate Ferrariæ & Vrbi
ni,quæ mediatè Eccleſiæ ſunt, ſeruari ius canonicũ, cùm
lex propria ciuitatis deficit.

Non obſtat vltimum,quia reſpõdeo multipliciter.pri-
mò, diſpoſitionem dictæ l. vltimæ.C. ſi maior factus,&c.
non procedere iure canonico impediente.eſt enim eo iu
46 re ſancitum,malefidei poſſeſorem † nõ poſſe aliquid cur-
ſu temporis acquirere.ca.vlt. de præſcrip.at noſtro in ca
ſu in mala fide ſemper fuit Marchio,cùm à Bartholomæo
47 minori donationem receperit, non ſeruatis † ſolennita-
tibus;& aduerſus omnes iuris regulas.capi.qui contra,de
regul.iuris, in ſexto, gloſſa notab.in l.1.in fine. C.de fide
inſtrumen.& iure haſtæ fiſca.libr.10.quinimò adeò in ma
la fide verſari is creditur,qui non ſeruatis iuris ſolennita-
48 tibus contrahit,vt contra eum ſit præſumptio † iuris &
de iure;quæ contra ſe probationem non admittit:vt ſcri-
bunt Iaſon in §.ſi quis in fraudem.nu.45.Inſti. de action.
Soc.Iun.conſ.69.nu.4.lib.1.& Neuiz.conſi.85.nu.14.& in
ſpecie noſtra,quòd ſcilicet impediente malafide locus nõ
dictæ l.vltimę;ſcribunt Butrius conſ.45. Domina orabi-
lis,col.3.Rui.conſi.41.num.51.lib,1.& Pariſius in annota.
ad Bartolum in dicta l.vltima, apud me tamẽ ſemper du-

bia fuit horum interpretum opinio. Reſpōdeo ſecundò
ex doctrina Baldi conſi.45.contractus,lib.2.dum reſpon-
40 dit ꝙ etſi.contractus † minoris ſine iuris ſolennitatibus
celebratus,nullius momenti ſit iuris rigore, nihilominus
cùm bonafide eſt confectus,lapſu quinquennij vel decen-
nij confirmatur:ſecus vero vbi adeſt malafides in cæteris
quia tunc non poteſt effici validus. atqui noſtro in caſu
non ſolùm iuris ſolennitates obſeruatæ non fuerunt, ve-
rùm etiam ex eo malafides verè interuenit,quòd vero do
lo & metu compulſus fuit Bartholomæus donare,vel do
nationi conſentire.idem quod Baldus viſus eſt ſentire Ro
man. conſi. 54. col.2.verſi.contrarium credo verius.vbe-
rius idem firmant Cur.Iun.conſi.50.col. 2.& 3. & Natta
conſi.162.nu.54.li.1.& non ſolùm hîc adfuit dolus verus
verùm etiam enormis læſio:cum nulla de cauſa immenſa
donatio facta fuerit.quo fit vt ceſſet diſpoſitio dictæ le-
gis vltimæ, quemadmodum declarat ibi Baldus. & Pan-
thal. Cremen.in l.ſecunda,nu.98.C.de reſcind.vend.nec
illud me mouet, quòd ex parte Marchionis allegatur,nē-
pè,ipſum Bartholomæum maiorem factum expreſsè ra-
tificaſſe donationem,cùm eam annuam ſolutionem ſciens
fecerit.quia reſpondeo,non fuiſſe teſtib.probatū ꝙ Bar-
tholomæus maior iam factus ſoluerit,ſolum illi affirma-
runt,Bartholomæum ſoluiſſe;non tamen concludunt quo
tempore ſoluerit:potuit ergo eſſe tempore ætatis mino-
ris.quod in ſpecie reſpondit Dec.conſ.232.numero.5.erat
50 enim in ſpecie † probandum de tempore,vt ſcribunt Soc
Senior conſi.43.col.3. verſi.præterea non probant. libro.
1.Decius in rubr.C.qui admitt.3.lect.num.37.& ibi Cur.
Iun.numero 19.& Crauet.conſilio 201.numero 32.verſic.
rurſus.

Reſpondeò tertio,dictam legem vltimam. C. ſi maior
factus ſolùm procedere in minore vigintiquinque annis,
non autem in pupillo;ꝙ apertè probant verba illius con-
ſtitutionis,& tex.l.1.& l.ſecunda C.ſi maior factus ratum
habuerit, li.2.C.cuius ſententiæ ea eſt ratio, quòd pupil-
51 lus † ſine tutoris authoritate, qua Bartholomeus caruit,
obligari efficaciter nod poteſt.l.oligari.ff.de aucto. tuto.
l.pupillus.ff.de actionib.& obligationibus, cum ſimilib.
quòd autem Bartholomeus eo tempore pupillus adhuc
eſſet,clarè probatur multorum teſtimonio;qui depoſue-
runt,dictum Bartholomæum eſſe natum anno ſecundo à
52 capto Franciſco † Gallorum rege apud Papiam.cum ergo
is Rex captus fuerit anno 1525.die 24.Februarij, hic dici-
tur natus anno 1527.& tamen donatio fuit celebrata anno
1539.die 26.Octobris; ſequitur dicendum, eſſe à pupillo
confectam.

Nec repugnat,quòd aliqui teſtium affirment hunc eſſe
natum anno ſecundo,aliqui tertio,aliqui quarto,à capto
53 rege,quia facilè reſpondetur,teſtes † hos eſſe ſaltem con-
cordes in minori tempore;vt in ſpecie reſpondit Alexan
der conſi.88.nu.5.& nu.24.li.5. Nec repugnat,quòd inter
ſe ij teſtes diſſentiant à quo & qua hora Bartholomæus
baptizatus fuerit:quia reſpondetur,hos non diſſentire in
ter ſe,cùm maior & ſanior eorum pars conueniat, quòd
baptizatus fuerit à D.Dartino,idque hora matutina.Præ
54 terea.hæc † diſcordia in accidentalibus non nocet:ſuffi-
cit enim ꝙ in ſubſtantia conueniant, vt copioſè ſcribunt
Iaſon in l.2.nu.18.C.de bono. poſſeſsio. ſecund.tab Rui.
conſi.36.nu.3.lib.4.Pariſius conſi.13.num.2.libr.3.Socin.
Iun.conſi.29.numero 22.libro 2.& Crauet.conſil. 78.nu.
10. Coeludo itaque, donationem hanc nullius momenti
eſſe.

Iacobus Menochius I. C.

*SVMMARIVM.*

1 *Nomen & inſignia familiæ in ſolos ſucceſſores ſanguinis tranſeunt,*
*nec ad ſpurios tranſire poſſunt.*
2 *Verba cui non conueniunt,nec diſpoſitio conuenire debet.*
3 *Teſtator in dubio videtur ſenſiſſe potius de familia ſua,quam de*
*extraneis,& vt ea præferatur cæteris.*
4 *Ratio ob quam ita diſpoſitum ſit,conſiderari debet.*
5 *Ratio eſt,anima diſpoſitionis.*
6 *Teſtator ſemper preſumitur diſponere ad bneficium familiæ, &*
*ad eius conſeruationem.*
7 *Hæres quis poteſt inſtitui,adiecto quòd ferat nomen & inſignia*
*teſtatoris.*
8 *Teſtator vel lex id noluiſſe dicitur,cum facilè illud exprimere po-*
*tuit,nec expreſſit.*
9 *Teſtator præſumitur voluiſſe diſponere in caſu magis neceſſario.*
10 *Electio hæredis dicitur in teſtatore libera.*
11 *Verbum,voluerit,denotat liberum arbitrium.*
12 *Teſtator non præſumitur intellexiſſe de rebus futuris.*
13 *Teſtator ſi diſponat quòd bona cōſeruentur in familia,ſi eſſent plu-*
*res familiæ eiuſdem nominis, videtur intellexiſſe de propria, nō*
*aliena,licet illudmet habeat nomen.*
14 *Priuilegium conceſſum tali familiæ,ſi plures eſſent familiæ eiuſdem*
*nominis,cui familiæ conceſſum videatur.*
15 *Teſtator ſi diſponat de familia ſua,non videtur ſenſiſſe de illis,qui*
*tempore teſtamenti erant inimici ipſius teſtatoris.*
16 *Sermo generalis non comprehendit perſonam odioſam.*
17 *Inimicitia ſuperueniens facit vt præſumatur legatum ſeu fideicom*
*miſſum à teſtatore reuocatum.*
18 *Conditio poteſtatiua pendet à volutate hæredum.*
19 *Hæres ſub conditione debet bona conſequi,non tantùm ſi cōditio ſit*
*adimpleta,verùm etiam ſi pro impleta habeatur.*
20 *Verborum proprietas ſpernenda eſt.cùm conſtet de clara teſtatoris*
*mente.*
21 *Mens teſtatoris ſeruanda eſt,etiamſi verba impropriè conueniant.*
22 *Verba tunc improprientur,quando diſpoſitio ſecundum proprieta-*
*tem nihil operaretur.*

## CONSILIVM XXX.

# Initium à Domino.

PROPOSITA facti ſerie
diligenter, pro ingenii mei
mediocritate perpēſa, & nō
leui ſtuſtio cōſideratis exci
tatis iuris dubitationibus,in
eo ſolo omnem verſari dubi
tationē intellexi:an illuſtres
Do.fratres de Pinguonibus
potuerint hæredes inſtitui
eo ſub modo, vt neceſſe ha-
beant aſſumere atque ferre
cognomen & inſignia familiæ de Thoueria.dicendū hac
in re vtdebatur,ita inſtitui non poſſe,cùm permulti nobi
les ex ea familia de Thoueria reluctēt huic diſpoſitioni.
1 Primò ea ratione, quòd nomen † & inſignia familiæ in
ſolos ſucceſſores ſanguinis tranſeunt.l.ius familiarum.l.
ius ſepulchri.C.de religio.& ſumpt.funer. atque ita ſcri-
ptum reliquit Bart.in tract.de inſigniis & armis.nu.10.&
ibi nu.11.ſubiicit,nec ad ſpurios,vel baſtardos eiuſdem fa
miliæ tranſire.idem reſponderunt Pariſ.conſi.29.nu.7.li.
1.& Curt.Iun.conſi.177.ad finem,verſic. ſupereſt tamen.
& nomen ac familiæ inſignia alteri quàm ex familia non
poſſe cedi,decidit Boer.q.146. nu.6 .cùm ergo ij fratres
2 de Pinguonibus alterius familiæ ſint,verba † teſtamenti in
eis locum habere non poſſunt; & per conſequens nec di-
ſpoſitio:iuxta tex.l.4.§.toties.ff.de damno infect. & plu-
ra congeſſit Tiraq.in l. ſi vnquam,in verbo,libertis.num.
2.C.de reuoc.dona.

Secundò, vt reſponderem contra hos dominos de Pin-
guonibus, non me parum illa ratio mouebat,ꝙ ſenſus ver
borum teſtamenti dicti D.Claudii teſtatoris hic vr̄,quòd
D.Clara non poſſit alicui relinquere d.bona, niſi ille ſit
ex propria familia Thoueria:& quòd illius inſignia ferat.
dum enim his verbis vſus eſt, & qui non ferat nomen &
inſignia familiæ de Thoueria,loqui videtur teſtator per
verba preſentis temporis.quocirca ſenſiſſe dicitur de fra-
tribus illis de Thoueria,cùm illius diſpoſitionis verba cō
ueniant:ex quo eo tempore nomen & inſignia illius fami
liæ ferebant;& per conſequens viſus eſt teſtator exclude-
re dominos de Pinguonibus, quia eo tempore nomen il-
3 lud non obtinebant:atq; ita etiam præſumitur † in dubio
teſtatorem voluiſſe intelligere de vera & propria familia.
quam cæteris voluit anteferre;iuxta l.cùm acutiſsimi.C.
de fideicom.& egregiè ſcribunt Bart.in l. peto.§.fratre.
nu.1.de leg.2.& in l.ex facto, in princ. ff.ad Trebel.Soci.
in l.ſi cognatis.nu.31.ff.de rebus dubiis.Iaſ.conſi.215.col.
1.libr.2.pulchrè Ruin.conſi.149.nu.3.lib.2.Pariſ. conſilio
51.nu.19.lib.2.& Rol.conſil.vlti.nu.5. dicendum ergo vi-
detur ſiue verba ſpectemus, ſiue iuris ſolam præſumptio-
nem,



nem,teſtatorem nō ſenſiſſe de his D. de Pinguonibus,ſed et
de illis de Thoueria.
4 Tertiò ac vltimò huc ſpectat.quòd † ratio.ob quā quid
diſpoſitum eſt,conſiderari debet.glo.vlti.l.tale pactum.
ff.de pactis.quam ita probat Abbas conſi.79.col.2.libr.2.
Baldus idem cenſuit in l.ſcire oportet.ff.de excuſa.tutor.
& Craue.tract.de antiq.temp.quarta parte principali,nu.
5 95.& rectè,mea quidem opinione, ſi quidem ratio † ani-
ma eſt diſpoſitionis, vt inquit Bart.in l.cùm mulieri.nu.
1.& ibi Alex.nu.3.ff.ſol.mat.Iaſ.in l.de quibus.nu.5.ff de
legibus.& idem pulchrè conſi.42.col.1.& conſil.63.col.3.
verſicu.ſecundò principaliter.lib.3.& in his ferè terminis
Pariſ.conſ.72.nu.87.lib.4.Atqui ratio diſpoſitionis Do.
6 Claudii teſtatoris † illa fuit,vt familiam conſeruaret, ciúſ
que dignitatem per hanc hæreditatem & bona augeret;
quemadmodum à cæteris nobilibus & prudentibus fieri
conſueuit,quod ſcribunt Barba.conſi.4.col.2.& conſi.13.
col.2.libr.1.Son.Sen.conſi.26.in fin.lib.4.Soc.Iun. conſ.
158.nu.42.conſi.168.nu.38.conſ.181.nu.26.libr.2. latè Pa-
riſ.conſi.85.nu.25.conſi.91.num.33.lib.2. conſi.1.num.28.
conſi.3.nu.48.& conſi.11.nu.19 lib.3.& nouiſsimè Alciat.
reſpon.126.nu.13. cùm ergo per hos fratres de Thoueria
conſeruari valeat teſtatoris familia,dicendum videtur,te-
ſtatorem de illis intellexiſſe; nō autem de his fratribus de
Pinguonibus, qui eam familiam Thoueriam conſeruare
non poſſe videntur.

Cæterùm,re ipſa longè melius perpenſa,totus in hanc
deſcēdi ſentētiam:licuiſſe D.Claræ ad commodū horum
illuſtrium fratrum de Pinguonibus diſponere, vt ij eā hæ
reditatem & bona Do.Claudii teſtatoris habeant,eo ſub
modo, vt ferant nomen & inſignia familię de Thoueria.
quod,vt dicam.multis moueor.
7 Primò,quia iure conceſſum ſcimus,hæredem † inſtitui
poſſe,hoc modo adiecto,vt ferat nomen & inſignia ipſius
teſtatoris:ita probant l.facta.§.ſi in danda,verſicu.ſi verò
nominis.ff.ad Trebell.& l.hoc iure.§.vlt.ff.de donat.& in
ſpecie ita reſponderunt Soc.Sen.conſil.259.libr.2.Gratus
conſ.5.nu.77.78.lib.2.& Pariſ.conſ.19.nu.29.libr.2.idem
ſcribit Tiraq.in tract.de legibus connubial.l.lege 5.num.
24.quo loci eiuſdem ſententiæ citat Guid.Pap.qō.261. &
q.467.& Decium conſ.273.nu.2.verſ.ſed tamen. cùm er-
go D.Clara iuxta hanc iuris diſpoſitionem, cui teſtator
ſe conformare voluit.l.hæredes mei §.cū ita.vbi latè Ri-
pa.ff.ad Trebellianum,diſpoſuerit,dicendum eſt ſeruan-
dam eſſe.

Secundò adducor ea ratione,qua oſtendo mentem do-
min.Claudii hanc fuiſſe.nam D. Claudius ſatis cognitos
habebat tempore conditi à ſe teſtamenti fratres illos de
Thoueria.ſi ergo illos hæredes eſſe voluiſſet, & illos fer-
re nomen & inſignia ſuæ familiæ,parum ei fuiſſet hoc ex-
8 primere:hoc † non fecit. ergo dicendum eſt nullam eorū
rationem habuiſſe.l.vnica.§. ſin autem ad deficientis. C.
de caduc.toll. c.2.de tranſla.prælat.quibus adducti inter-
pretes noſtri dicere ſolēt,præſumptionem eſſe, quòd nec
lex,nec teſtator aliquid voluerit,cùm facilè exprimere il
lud potuit,& non expreſsit,ita reſponderunt Dec.conſil.
442.nu.9.conſi.513.nu.11.& conſi.581.num.7.Goza.con-
ſil.29.nu.16.uerſi.4.ex quo.& conſi.83.nu.9.Pariſ.conſil.
31.nu.7.& conſi.58.nu.5.lib.2.Socin.Iun.conſi.100.nu.12.
lib.1.Curt.Iun.conſi.33.in fine.& conſil.49.nu.7.Cæteros
ex induſtria prætereo.

Tertiò ſuffragatur,quia ſi D.Claudius teſtator intelle-
xiſſet de his fratribus de Thoueria,non eo modo diſpo-
ſuiſſet,quòd ſcilicet dicta D.Clara relinqueret viro no-
bili tantum, & qui eſſet ex optima progenie. nam ex quo
fratres ij de Thoueria ſunt nobiles,& ex optima nobiliq;
familia,fatuum certè eſſet dicere D.Claudium de illis in-
tellexiſſe.ſatis enim erat vno verbo eos vocare,quod cū
9 non fecerit,intelligere † debemus,teſtatorem hūc voluiſſe
prouidere in caſu magis neceſſario.l.in his.§.ſed & ſi for-
tè.ff.de ſolutio.& egregiè Graue.conſi.135.nu.34.& con-
ſil.149.num.12.nempè eſſe inſtituendo alios ex alia fami-
lia,qui tamen nomen & inſignia huius familiæ Thoueriæ
aſſumerent.

Quartò,huc pertinet electio,quā D. Claudius teſtator
contulit dictæ D.Claræ,vt hæredem dum moreretur ſibi
elegeret,modò is eſſet ex nobili & optima familia,quæ ſa
10 nè electio † libera eſſe dicitur.capit.vbi periculum.§.cæ-
terū, & ibi gl.de elect.in 6. c.cùm terra.de elect. Doct.in
c.Abbate.de ver.ſig.imò electio illa dicitur eſſe in libera
poteſtate & arbitrio dictæ D.Claræ,ob vim illius † verbi
voluerit, quo liberum arbitriū dicitur conceſſum.l. cùm
quidam,de legat.2.Feli.in c.1.num.51.de conſt, & Afflict.
deciſ.371.num.8.nec dicatur,electionem datam fuiſſe D.
Claræ ea ſub conditione, vt eligeret vnum ex hac domo
de Thoueria,quia dico,quòd aut volumus intelligere de
duobus his fratribus ex tantibus,tunc fatuum eſt hoc di-
cere,vt ſuprà dixi.aut.de futuris & naſcituris,& tunc dico
12 de eis hanc teſtatoris † diſpoſitionem non poſſe intelligi,
cùm de illis cogitaſſe non dicatur,iuxta text.l.1.§. ſi quis
proximior.ff.unde cōgna. & reſponderunt Rubeus conſ.
128.num.4.& Soc.Iun.conſi.69.nu.36.& conſi. 129.num.
27.lib.3. alios omitto.nec diuinare potuit.D.Claudius,ꝙ
D.Clara eo tempore decederet,quo alij ex ea Thoueria
familia nati foren t.eſt ergo dicendum,teſtatorem de illis
nullo pacto cogitaſſe.

Quintò,quòd D Claudius teſtator nullo modo intelle
xerit,ꝙ hæredes eſſent d.fratres de Thoueria , vel ex eo
conſtat,quia ij duo fratres appellantur de Thoueria de
Sermignac;& tamen D. Claudius teſtator erat atque dice
batur de familia de Thoueria de Perien.quo fit,vt ipſe teſ
tator,dum dixit,quòd is electus hæres ferat nomen & in-
13 ſignia familiæ de Thoueria,intellexit † de propria familia
de Thoueria de Perien, non autem de familia Thoueria
de Sermignac:quandoquidem cenſentur diuerſæ familiæ
ita in ſpecie admodum ſimili reſpondit Socinus Senior
inter conſilia Cur.Sen.conſilio 40.cùm in præſentiarum
columna ſexta,cum in ciuitate Placentiæ plures eſſent fa-
miliæ de Fontana,quæ in genere eadem erat familia,atta-
men vna appellabatur Fontana de Paueris:altera de Arcel
lis:tertia de Maluicinis;quarta de Bandicis.teſtator quidē
ex familia Fontanæ de Paueris fideicommiſſum conſti-
tuit,vt eius bona conſeruarentur in familia de Fontana:
reſpondit Socinus,teſtatorē voluiſſe intelligere de fami-
lia Fontanæ de Paueris in ſpecie tanquam de propria,cæ-
teráſque familias de Fontana indicans ex ſua familia non
eſſe.Socinum ſecuti ſunt Pariſius conſilio.51.numero 10.
conſil.88.num.56.libro 2. conſilio 1.num.59.lib.3.confert
clara & notabilis ratio,quam in his terminis attulit Signo
rolus conſil.81. num.5.huc ſpectat quod reſpondit Curt.
Sen.conſi.16 .Clarus vir Iacobus,colum.12.verſ.vel reſpō
demus,& conſi.17.col.pen.quod eſt reſponſum Vincen-
tij Palæoti,& conſi.18.col.2.verſi.ſecunda ratio,quod eſt
reſponſum Socini Senior.vt eſt relatum inter conſilia e-
iuſdem Soci.Seni. conſi.246.lib.2.dicebant ij interpretes
14 quòd quando eſt conceſſum priuilegium † vni familiæ,
vt puta familiæ de Caſtelliono,ſi plures ſunt familiæ de
Caſtelliono,is qui vult priuilegium illud ſibi conpetere
tanquam vni ex ea familia,probare debet, ſe eſſe ex ea fa-
milia in ſpecie,non autem in genere, cui priuilegium cō-
ceſſum fuit.ita hoc in caſu noſtro eſt dicendum,D.Clau-
dium non intellexiſſe de fratribus de Thoueria de Sermi
gnac,cùm eos iudicauerit non de propria, ſed de diuerſa
familia.ſequitur ergo,ꝙ excluſis his tribus de Thoueria,
fuerit in libera facultate dictæ D.Claræ eligere hos fratres
de Pinguonibus, qui nomen & inſignia de familia Tho-
ueriæ de Perien ferrent.

Sextò ac vltimò, hos fratres de Thoueria non fuiſſe à
Do.Claudio teſtatore vocatos,vel eo clarè coniicitur , ꝙ
inter ipſum D.Claudium & hos fratres,illorumque ante-
ceſſores grauiſsimæ & capitales extabant inimicitiæ. Nō
15 ergo in ea generali † diſpoſitione D.Claudij comprehen
ſi dicuntur,vt eſt tex,in terminis in l.Lucius Titius teſta-
mento.§.Lucius Titius Damam,de lege.2.quo adductus
reſpondit in ſpecie Soc.Sen.conſ.37.col.2.verſ.1. quia præ
ſupponitur,lib.3.in ſubſtitutione à teſtatore facta aliqui-
bus de familia, non contineri illos,qui tempore conditi
teſtamenti erunt inimici teſtatoris,& ab eo odio proſe-
quebantur.& ante Socinum idem reſpondit Alex. conſil.
213.num.4.lib. 6. quos ſecutus eſt Rubeus in l. Gallus.§.
quidam rectè,numer.91. de lib. & poſth.qui ſcribit, ſe ita
conſuluiſſe Valentiæ Delphinatus.ſimile eſt quod reſpō-
dit Barb.conſi.11.col.15.lib.2.& ex d.§.Lucius Titius, di-
16 cere ſolemus,in ſermone † generali non contineri perſo-
nam odioſam.quod relati Barb.& Socinus ac alij permul
ti,quos recenſet Craue.conſilio 284.numero primo,verſ.
ſecundo, conſidero ſcribunt comprobatur ſolidum hoc
fundamentum ea ratione, qua dicere ſolemus , ſuper-
17 uenientem † inimicitiam eſſe in cauſa , vt legatum
vel fideicommiſſum cenſeatur à teſtatore reuocatum.
l. 4. atque

atque ademptum illlis,quibus relictum erat.l.3.§. vlt. vbi
Bartol.ff.de adimen.leg.& l.inimicitiæ.ff.de ijs.quibus vt
indig.Iaſ.in l.fideicom.C.de fideicom. Rui.conſi.162.co.
1.lib.4.Petraſancta ſing.5.Tiraq.tract.quod ceſſante cau-
ſa.&c.in principio.num.122.Quantò fortius ergò in caſus
noſtro.in quo & ante diſpoſitionem, & tempore diſpo-
tionis dicti D. Claudij hæc extabat inimicitia inter dictũ
D.Claudium & hos fratres de Thoueria?cùm ergo mens
dicti D.Claudij reſtatoris fuerit excludere d. fratres de
Thoueria,ſatis clarè conijcimus tributam eſſe facultatẽ
dictæ D.Claræ eligendi hæredes ex altera familia,qui ta-
men ferrẽt nomen & inſignia familiæ de Thoueria, &ob
id rectè electi fuerunt ij illuſtres fratres de Pinguionibus.

Non obſtant nunc in contrarium adducta:nam ad pri-
mum reſpondetur ex iam relatis,hos fratres de Thoueria
non eſſe ex familia teſtatoris in ſpecie; ob id prohibere
non poſſunt,quin ij fratres de Pinguionibus ferant arma
& inſignia ipſius teſtatoris.Reſpondeo ſecundoloco,hãc
18 conditionem † eſſe poteſtatiuam, cùm ſolùm pendeat à
voluntate horum hæredum electorum. l. ſuus quoque in
princ.& §.puto,vbi gloſſ.& Doctores ff. de hæred.inſtit
Socinus & cæteri in leg. ſecunda ff. de cond. & demonſt.
cùm ergo huic conditioni cenſeatur ſatisfactum ex latere
horum fratrum de Pinguionibus,qui ſunt parati ferre no
men & inſignia huius familiæ de Thoueria, niſi impediã-
tur facto aduerſariorum, dicendum eſt hæreditatem con
19 ſequi debere;cùm conditio † pro impleta habeatur.l.iu-
re ciuili.ff.de cond.& demon.vbi Bar.& Soc. & text.in l.
in iure ciuili.vbi Dec. de reg.iuris.idem Dec.in.l.1.nu. 5.
C.de inſt.& ſubſt.& plura ſimilia congeſsit idem Decius
conſi.269.in fi.& plura alia Tiraq.in tract. de retractu.cõ
ſang.§.15.glo.2.nu.7.quod fortius hic dicendum eſt, quia
ſi ij fratres de Pinguionibus impedirentur;ab aduerſarijs,
iniuria impedirentur ſi quidẽ id facerent aduerſarij vt in
directè ſpoliarent hos fratres ea hæreditate ſibi relicta.

Non obſtat ſecũdum,quia reſpondetur ex multis con-
iecturis ſuprà ralatis,D. Claudium teſtatorem non intel
lexiſſe de his fratribus de Thoueria:ſed de alijs alterius fa
miliæ qui tamen & inſignia familæ ipſius teſtatoris fer-
20 rent.cùm ergo conſtet, † qualis fuerit teſtatoris mens,
illa verborum proprietas ſperni poteſt.l.non aliter.deleg.
3.Socinus tract.fallen.reg.441.fallen.2.Ripa libro ſecun-
do,reſpo.capite 30.numero 11.pulchrè Rui. conſilio. 29.
num. 11.lib.2.& conſi.144.num.4.lib.3.reſpondit,teſtato
21 ris † mentẽ eſſe ſeruandam,etiam ſi verba impropriè cõ-
22 ueniant.Præterea,& ſecundò,verba † diſpoſitionis tunc
impropriantur,quando diſpoſitio ſecundum proprieta-
tem nihil operaretur ita poſt Angelum in l.ſi cùm ante.
C.de dona.ante nupt.tradit Soc.tract.Fallen.reg.441.fal-
len.4.qui in hanc ſententiã citat.l.cùm anguſt.ff.de ſeruit
& l.Proculus.ff.de vſufruct. atqui in caſu noſtro illa diſ-
poſitio nihil operaretur;nã ex quo ij fratres de Thoueria
excluſi ſunt,non daretur caſus,in quo diſpoſitio teeſtato-
ris effectum ſuum poſſet habere & conſequi.

Non obſtat tertium, quia rerpondeo,mentem teſtato-
ris non fuiſſe,ſuam familiam cõſeruari per hos fratres de
Thoueria,cùm non ſolùm eos non nominauerit, verùm
etiam excluſit.præterea;ſi hæ familiæ ſunt in ſpecie diuer
ſæ,quomodo dicere poſſumus,teſtatorẽ voluiſſe ſuam fa.
miliam per hos conſeruari?& ſi de ijs fratribus intellexiſ-
ſet,ſatis erat eos inſtituere,abſque alia conditione appo-
ſita.nam ſatis dicerentur eam familiam conſeruare, ſi vna
& eadem eſſet cum illa ipſius teſtatoris. Concludo ita-
que, iure electos eſſe hæredes illuſtres hos de Pinguio-
nibus,& perperam ab aduerſarijs de Thoueria moleſtari.

Iacobus Menochius I. C.

## SVMMARIVM.

1 *Priuilegia dotis non competunt mulieri, quæ legem offendit, licet dos præcipua ſit vbique.*
2 *Crimen adulterij graue eſt, & excedit omnia crimina excepto crimine læſæ maieſtatis.*
3 *Homo probus, & honoris cupidus ægrè magis fert adulterium coniugis, quam filij mortem,*
4 *Crimen ſi grauiſſimam habet cauſam. efficatioribus indiget probationibus & nu.25.*
5 *Crimen hæreſis requirit probationes bene concludentes.*
6 *Adulterium non probatur ex eo. quòd ſi quis viderit nudum cum nuda. & nu.25.*
7 *Neque ex eo, quòd ſi quis ſolus cum ſola in thalamo clauſo apertus ſit, & vir ſolutas habeat calligas, & mulier recuſet aperire oſtiũ.*
8 *Caſus leuis excuſat quem à dolo, & delicto.*
9 *Adulterium neceſſitate famis commiſſum an ſit excuſabile. & numero 30. & 32.*
10 *Pater neceſſitate famis poteſt filium diſtrahere.*
11 *Famis neceſſitas quid operetur.*
12 *Mulier non poteſt dote priuari, ſi non adeſt iudicialis accuſatio mariti: ſed diſtinguitur, & de veritate nu.33.*
13 *Ignorans non dicitur conſentire, nec iuri proprio renuntiare.*
14 *Hæres indignus qui non ſit moleſtia affectus vt priuaretur hæreditate, eo mortuo querela amplius moueri non poteſt.*
15 *Actio vel accuſatio omnis de adulterio intra ſemeſtre inſtituenda eſt, aliàs dicitur extincta, vel ſaltem intra quinquennium.*
16 *Fallit tamen quò ad pœnam ſpiritualem.*
17 *Filius qui promiſit matri dotem reſtituere, videtur non poſſe eam de adulterio accuſare.*
18 *Adulterium eſt difficilis probationis, neque alio modo probari poteſt niſi ſolis coniecturis. & præſumptionibus.*
19 *Probationes imperfectæ ſimul iunguntur in probando adulterio vt perfectæ efficiantur.*
20 *Adulterium fama publica probari poteſt.*
21 *Adulterium probari poteſt ex eo quòd quis vidit mulierem cõuerſari cum militibus, & dicit vidiſſe eam edere & bibere cũ eis.*
22 *Mulier recedens à marito, adulterium commiſiſſe præſumitur.*
23 *Producens teſtes, eis obijcere non poteſt.*
24 *Stuprum commiſſum poſt mortem mariti indicat & denotat adulterium commiſiſſe etiam ante mortem.*
25 *Coniecturæ, & præſumptiones quando in criminalibus vel ciuilibus probent.*
26 *Deus ſolus eſt ſcrutator cordium.*
27 *Teſtis nimis animosè deponens, eſt ſuſpectus.*
28 *Teſtis deponere debet ea quæ oculis vidit, non autem circa factum iudicare.*
29 *Domeſticus ſeu affinis non admittitur in cauſa matrimoniali, & multò minus in cauſa adulterij.*
30 *Mulier an ſicut furari licitè poſſet ratione famis, poſſit pariter adulterium committere. & nu.9.*
31 *Et quæ ſit differentia inter hæc duo.*
32 *Cauſa iuſta & beſtialis quo dicatur excuſare à dolo & delicto.*
33 *Maritus ſi iudicialiter non accuſauerit vxorem adulteram, an agere contra ipſam poſſit de amittendo dotem.*
34 *Actio adulterij contra vxorẽ quæ à viro receſſit cum adultero, cõpetit etiam hæredibus.*
35 *Confeſſio tutoris pupillo nocere dicitur.*
36 *Secus quando reſultaret remiſſio debiti alicuius debitoris pupilli*
37 *Tutor non poteſt dari ad donandum.*
38 *Adminiſtrator num poſſit ius ſui principalis remittere.*
39 *Syndicus ciuitatis tutori æquiparatur: & non poteſt remittere ius ſententiæ ad ſuæ ciuitatis detrimentum.*
40 *Confeſſio tutoris licèt iudicialiter ſit facta, tamen ſi iuſſu, vel mandato iudicis non ſit facta, non nocet pupillo.*

# CONSILIVM XXXI.

## Initium à Domino.

GRAVIS eſt hæc contro-
uerſia,quæ inter matrem ac
filium tractatur: nam de v-
triuſque fama agitur, cum
adulterii mater accuſetur:
nec min⁹ de amiſsionis do-
tis periculo eã ob cauſam
adulterii mulier hæc ſubii-
citur.licèt enim dotis cau-
ſa ſemper & vbique præci-
pua ſit.l. 1.ff.ſolu. mat.atta-
1 men commoda † & priui-
legia dotis illa perdit,quę legem offendit.l. auxilium.§.in
delictis.in fi.ff.de mino.25.ann.& egregiè,de his in ſpecie
verba faciens,docuit Alex.in l.viro.in fi.ff.ſolu.mat. &a-
lia apud Dec.in l.1.nu.2.C.de ſecund.nup. Soc.Sen.conſ.
59.col.2.in princip. lib.1.& Soc.Iun.conſi.117.in fi.libr.3.
hac ergo in re dicendum videbatur, crimen hoc adulterij
à Petro



à Petro Fornatore filio contra matrem,dotem ſibi reſti-
tui petentem,oppoſitũ,non fuiſſe probatum,etſi probatũ
nihil prodeſſe huic filio,quin dotem reſtituere debeat.

2 Primò, adulterij crimen † graue admodum eſt.cap.1.81.
diſt.cap.qui in omnibus.32. q. 7. Baldus in c. at ſi clerici.
§.de adulterijs,colu.pen.de iud.hinc.Bar. in rubr.ff.ad l.
Iul.de adulter.cenſuit adulterium,excedere cætera omnia
3 crimina, excepto crimine læſæ maieſtatis.Quocircà vir †
probus & honoris cupidus ægrè magis fert adulterium cõ
iugis,quàm filij mortem,vt ſcribunt Io.Fabri in §. ſcien-
dum,Inſt.de don.Dec.c.d.at ſi clerici.§.de adulte.nu. 5.
de iud,Rip.in l.vlt.q.11.C.de reuo.dona.& Boe.q.23.nu.
77.hi vno ore affirmant,adulterium eſſe grauiſſimum ſce
4 lus.atqui in † his,quæ graue ac grauiſſimam † cauſam haẽt
probationes efficatiores eſſe dẽt.l.vlt.C.de probat. Dec.
conſi.429.nume.9.10.conſilio 458.numero 4.& conſilio
615. numero 9.Soc.Iun conſil.38. nu.29.li.1.& Pariſ. con
5 ſi.153.num.5.lib.4.Hinc videmus in crimine † hæreſis tam
priuilegiato fore neceſſarias probationes bene conclu-
dentes.Pariſ.conſi.2.num.101.lib.4.& in ſeditione Iaſon
conſi.167.num.6.lib.4.Et in ſpecie hac noſtra, vt adulte-
rium probetur, requiri præſumptiones & coniecturas
valde vrgentes,ſcribit Mattheſ.notab.119.not. quod præ
6 ſumptio.qui ait nec etiam ſufficere † illam tam violen-
tam coniecturam & præſumptionem, cum quis nudus cũ
nuda repertus fuit.idem quod Mattheſilanus ſcripſerunt
Corn.conſi.192.in fi.l.4.& Craue.conſi.205.num.20.vbi
num.21.poſt Antonium Roſellum reſpondit, adulterium
7 † non cenſeri probatum ex eo, quòd quis ſolus cum ſola
in thalamo clauſo repertus eſt,& vir ſolutas habeat calli-
gas,& mulier recuſet aperire clauſum oſtium cùm ergo
in caſu noſtro deficere videantur vrgentes præſumptio-
nes, ſequitur dicendum,mulierem hanc condemnandam
non eſſe,vt tamquam adultera puniatur,& dotem perdat.

Secundò, vt pro Catherina ſentirem, adducebar;quia
ſuppoſito adulterium commiſiſſe; attamen veniam mere
ri videtur,quod neceſſitate potius compulſa,quam ſpon
te deliquerit.nam non ſolùm cauſa iuſta & magna, ſed ẽt
8 leuis,&(vt nri aiunt)beſtialis,excuſat à dolo, † atque ita
à delicto.l.igitur.§.poteſt.ff.de lib.ca.gl.l.1.ff. ſi quis iuſ-
dicenti non obtem.Ang.in l.plagij. C. ad l. Flau. de pla-
gia.Alex.conſi.127.num.11.lib.4.Grama.deciſ.5.nu.25.&
deciſ.29.nu.16.Crau.conſi.6.num.90.verſic. 13. & conſi.
319.num.14.verſi.21.& Boe.q.403.num.7. cæteros præte-
reo.cauſa autem hic allegatur,quæ iuſtiſſima eſſe videtur,
nempè quod ſi quid egit,ne fame necaretur,egiſſe.eſt ne-
9 ceſſitas † fames vrgens,& excuſatione digna, cum ob eam
10 concedat lex patri † filium diſtrahere.l.2.C.de patrib.qui
filios diſtr.hinc Neuiz.conſi.68.num.39. poſt Angelum.
11 quem recenſet,reſpondit crudelius eſſe,fame necari,quam
peſte decedere.quare à furto excuſat fames. ce. diſcipu-
los.de conſecra.diſt.5.& c.3.de fur.Dec.conſi. 555. nu. 12.
& Neuiz.conſi.66.nu.39.& quanta ſit famis neceſſitas,ac
quantum excuſet, egregiè & copiosè ſcribunt Tiraq. in
trac.de retractu conſang.§.261.gl.1.num.13.14.Didac.lib.
3.varia reſo.c.14.num.4. quod autem Catherina hæc fa-
me premeretur,affirmant tres examinati in iudicio, qui
atteſtantur,quod niſi cum adultero Vgheto cohabitaſſet,
futurum erat quod fame moreretur.cùm illius maritus il-
li ſuccurrere recuſaret.Tertiò ſuffragari videtur Catheri-
næ,quod donec Iacob.illius vir ſuperſtes fuit, nunquam
vel apud iudices,vel apud priuatos conqueſtus eſt. adulte
rium à Catherina fuiſſe perpetratum.quocirca non dici-
tur Catherina dote priuatam fuiſſe: ſi quidem neceſſaria
12 erat iudicialis accuſatio:ita Bar.in l.miles.§.ſocer.in fi. ff.
ad l.Iul.de adult.Alex.in l.rei iudicatæ,in prin.nu.3.ff.ſol.
matr.qui alios recenſet.accedit Bal.conſi.182.Petr.de Fir-
mo.li.3.idem ſenſit Ruin.conſi.155.num.1.verſi.ſed rema-
net,lib.3.dum ita diſtinguit.aut maritus ſciuit, & tunc nõ
accuſando videtur quodammodo illi cenſiſſe, quod ſen-
ſit & Bal.conſi.310.Aut mulier,in fine libro primo & cla
rius conſilio 303.iſta dos.lib.3. atque in hoc caſu nullum
ius accuſandi adulterium hoc tranſit ad hæredem. aut is
13 maritus ignorauit; & tunc quia ignorans † non dicitur cõ
ſentire,nec iuri proprio renuntiare.l.mater decedens. C.
de inoff.teſta.cum ſimilib. ob id vbi à viro acuſatio non
fuit inſtituta,iure ab eius hærede, vbi adulterij ſciens fa-
ctus eſt,accuſatio inſtitui poteſt.idem ſenſerunt Salic. in
l.vlt.C.de adul.Abbas conſi.3.num.7.lib.2.& Craue. cõ
14 ſi.59.in fi.quo loci ait Craue.quod ſi hæres † indignus non
fuit moleſtia affectus,priuaretur hæreditate, eo mortuo
quærela moueri amplius non poteſt & ibi alios huius ſen
tentiæ recenſet.

Quartò iuuari vr̃ Catherina, ꝙ Iacobus eius vir comiſſo à
15 ſe adulterio multos annos vixit:extincta † ergo eſt oĩs a-
ctio vel accuſatio de adulterio,quæ intra ſemeſtre inſtituẽ
da eſt.l.mariti. §.ſex menſ.ff.ad l.Iul.de adulter.vel ſaltem
intra quinquennium,iuxta le. adulter.C. ad leg.Iul.de a-
dulterijs & ſcribit Craue.in trac.de antiq.temp.4.parti-
cula 4. partis prin.num.88.qui declarat poſt Felinum nõ
16 procedere,† quo ad pœnam ſpiritualem. & in terminis
his noſtris reſpondit Bal.conſi.428.Inquiſitio prædicta.
col.2.verſi.item deficit,lib.5.ſiue ergo accuſationis tem-
pus erat ſex menſium,ſiue quinquennij,certum eſt elapſũ
illud fuiſſe ſuperſtite dicto Iacobo : vt ergo is fuit exclu-
ſus; ita fortius nunc eius filius & hæres.

Quintò ac vltimò,non videtur licuiſſe huic Petro filio
accuſare matrem de adulterio; cùm iã illi promiſerit do-
17 tem reſtituere.ex ea enim promiſſione † videtur remiſ-
ſum omne ius accuſationis & exceptionis de adulterio;
ex quo illi cenſenſiſſe videtur, vt inquit Bal.d. conſil. 310.
lib.1.& conſi.303.lib.3.ita in ſimili dicimus, filium,qui ma
tri tranſeunti ad ſecunda vota conſenſit, cenſeri ei remi-
ſiſſe pœnam.l.1.& l.2.C.de ſecund.nup.in glo. notab. in
auth.de non eligen.ſecum.nub.in prin.in verbo,copulã-
tur.quam ibi probat Ang.idem in l. mater.col.2.C. ad S.
C.Tertull.Iaſ.conſi.53.colu.2.verſic.circa ſecundum du-
bium.lib.1.Dec.conſi.206.num.4.conſi.318.num.6. con.
604.num.5.conſi.920.num.5.& conſ.646.num.4.Pariſ.
conſi.29.num.82.lib.3.& Boe.q.185.nu.19.& Coraſius
lib.3.miſcella.iuris,cap.1.num.11.

His tamen refragrantib. contrarium verius eſſe exiſti-
mo,nempè exceptionem adulterij à Petro obiectam eſſe
probatam,& ob illud crimen Catherinam dotem amiſiſ-
ſe atque ita eam repetere non poſſe: quandoquidem ve-
rè conſtat,d.Catherinam adulterium commiſiſſe, ſuper-
ſtite eius viro Iacobo.quo fit vt dotem perdidiſſe dicen-
dum ſit.l.miles.§.ſocer.ff.ad l.Iul.de adulter. l. conſenſu.
C.de repub.& eſt clarè deciſum in c.plerumque de dona.
inter virum & vxo.omnes in l.cum mulier.ff.ſol.matr. &
in rubr.C.de eden.tota hinc pendet difficultas, demon-
ſtrare fuiſſe commiſſum hoc adulterium.quod quidem(vt
18 hoc ante omnia dicam)ſolis coniecturis † & præſumptio-
nib.probari poteſt,ex quo difficilis admodum probatio-
nis eſt:ita probat c.præterea,vbi latè Felinus.col.1.de te-
ſtib.Bar.in l.2.§.vlt.ff.adulter.Marſil.conſi.1.nu.47.Dec.
19 conſi.577.num.12.imò perfectæ † probationes ſimul iun-
guntur,vt perfectam in his probationem efficiant. ita re
ſpondit Soc.Iun.in.conſi.32.num.12.lib.2.hinc etiam Pa-
20 riſius reſpondit conſi.54. nu. 61.lib. 4. adulterium † fama
publica probari.& idem Pariſ.conſi.57.num.34.& conſi.
170.num.12.lib.4.reſpondit,damnatum hunc coitum ꝓ-
bari his coniecturis atque præſumptionibus. his ita con-
ſtitutis,demonſtratur vrgentiſſimis præſumptionibus &
coniecturis,Catherinam adulterium perpetraſſe.

Primò,quia tres ex examinatis teſtib. Laur.de Ammi-
ſtate,Dominicus de Clericis & Io. Ant. Bagnaſcus clarè
affirmant,hanc Catherinam conſueuiſſe moram trahere
& conſeruari cum militibus,& vidiſſe eam edere,bibere &
21 cum illis dormire,quæ ſanè omnia ſunt † validiſſima argu
menta & præſumptiones perpetrati adulterij.ita de per-
noctatione probat l.conſenſu.C.de repud.& de alijs ſcri
bunt Dec.con.quingenteſimoſeptuageſimoſeptim. nu.
10.Boc.q.297.num.9.& Alci. reſp. 25.in fine, qui tamen
hæc intelligit,nõ procedere in impuberib. ad coeundum
impotentibus.

22 Secundò,probatur adulterium ex ipſo receſſu † Cathe-
rinæ à Iacobo marito,& cohabitatione cum Vgheto adul
tero.iuxta textum.c. plerumque. de dona. inter virum &
vxo.& probat etiam.l.conſenſu. C. de repud. & in ſpecie
ſolam receſſus à viro cauſam reddere mulierem de adul-
terio ſuſpectam,vt dotem perdat,ſcitè reſpondit Bal. cõ
ſi.221.nam quandoque,lib.2.hunc receſſum & cum adul-
tero cohabitationem permulti teſtes ita probant, vt ſtul
tum ſit dubitare.

Tertiò,hoc apertè detegitur ex ipſiſmet teſtibus pro d.
Catherina examinatis:illi enim expreſſim fatentur Cathe
rinam cum Vgheto adultero cohabitaſſe,& cum illo con
ſuetudinem diuturnam habuiſſe: ſed eã ob cauſam, quod
à viro deſtituta erat,& neceſſitate famis ita agere compel

lebatur.etſi ergo cauſa hęc minimè iuſta ſit (vt mox dicã)
attamen non fit quin his teſtib. aduerſus Catherinã fides
23 præſtanda ſit: quin imò nec illis quicquam obiicere † va-
let Catherina:ita docuit Bal.in.l.bonæ fidei.col.pe. C.de
reb.cred.quem.poſt Felin.in c.veniens,colu.8. de teſtib.
probruit Marſil. ſing. 92. licèt teſtis. idem ſcribit Curt.
Sen.in tract.de teſtibus concluſ.22.& alios huius ſenten-
tiæ plures recenſet Craue.conſi.100.in fine.

Quartò ac vltimò,iam commiſſum adulterium viuente
24 viro arguit eo mortuo ſubſecutum † ſtuprum, quemad-
modum probat tex.in §.pen. verſ. mulier etiam, in gl. in
verbo malignè,in auth.de reſtit& ea quæ parit in vndeci-
mo menſe.& clarè ex illò textu ita cenſuit Alcia. in trac.
præſump.reg.2.præſump.9.num.5.de ſtupro à Catherina
commiſſo non ambigitur.nam conſtans & probatiſſima
eſt fama,illam octo annos vixiſſe cum illo Vgheto, à quo
paucis ab hinc menſib.ducta eſt in vxorem. hæc clariora
& firmiora reddentur ex reſponſionibus,quæ ad contra-
ria referam.

Non ergo obſtant in contrárium adducta. Nam ad pri
mum reſpondeo,veriorem eſſe illam opinionem, quam
25 multis ſuprà probaui,nempè† præſumptionibus & conie
cturis adulterium ſatis probari. Nec repugnat doctrina
Mattheſ.nota.119.& ſequacium,quoniam illa procedit,cũ
in cauſa criminaliter proceditur, non autem cùm ciuili-
ter.quod & clarè ſenſit Bal.conſ.6.Factum tale eſt, qui-
dam,in fin.lib.5.Prætereà,fatetur Mattheſ. etiam in cri-
minalib.coniecturas & præſumptiones à iure probatas
ſufficere:atqui hoc in caſu retulimus coniecturas plures&
præſumptiones à iure receptas,vt illa pernoctatio, diutur
na cohabitatio,& ſtuprum deinde deinde ſubſecutum,re
ctè ergo dicitur probatum adulterium. Nec vera eſt illa
Antonij Roſeili opinio,quam recenſent Crau.d. conſil.
205.num.21. Siquidem verius eſt ex tam vrgenti præſum-
ptione adulterium probari.imò Cra.d.conſil.205.nume.
24.reſpondit poſt Baldum,probatum cēſeri commiſſum
adulterium† quando ſolus reperitur cum ſola in loco ab-
dito. Quantò ergo fortius hîc vbi plura concurrunt.

Non obſtat ſecundum, quia reſpondeo, cauſam illam
non fuiſſe probatam. Nam Io. Ant. teſtis primus animosè
nimis deponit:& ob id ſuſpectus admodum eſt:inquit e-
nim, *E lui tenę certo che ſe la detta Catherina tornò poi ad aban-
donare detto ſuo marito, fù, perche egli gli negaua gli alimenti, è
la laſciaua patire; & non per voglia ch' ella haueſse di far male.*
Eſt animoſa nimis & incognita teſtificatio. Quis enim no
26 uit Catherinæ voluntatem (Deo excepto) qui ſolus† cor-
dium ſcrutator eſt? ca.de occidentis.vbi glo.23.q.5. Ang.
in l.plagij,col.1.C.de plagia.& Ioan.Iac. de Leonardis in
ter conſilia Bruni conſilio 114.numero 522. Cùm ergo ani
27 mosè † nimis deponat illi præſtanda fides non eſt.ita Cra
ue.conſi.249.num.4.verſi.ſaltem negari, vbi reſpondit,
non eſſe credendum teſti affirmanti quod verè ſcire non
poterat. Idem præter eum reſponderunt Soc.Sen.conſil.
229.col.4.in fi.lib.2.Brunus conſi.27.in fi.& Gram. con.
12.nu.14.in criminalibus.

Rurſus, dum hic teſtis dixit, *Tengo per certo che ſe detta Ca-
terina tornò ad abbandonare detto ſuo marito, fù, perche egli gli ne
gaua gli alimenti: è non per voglia ch' ella haueſse di far male,*
facit iudicium iudicando de animo & cauſa dicti receſſus
28 Catherinæ. Atqui† fides non adhibetur teſti ita iudican-
ti,cùm munus ſuum non ſit iudicare, ſed quod oculis vi-
dit, dicere, ſeu teſtimonium ferre.ita Bar. & cæteri in le.
quod tamen.§.ſi arbitrer.ff.de arbitr. & clarè reſpondit,
poſt multos,quos recenſet Curt.Iun.conſi.165.num.17.il
lis accedunt Dec.conſ.459.nu.10.cõ.469.nume.9. Pariſ.
conſi.104.num.37.lib.1.conſi.56.num.14.lib.2. & conſil.
54.num.20.lib.4. Hanc cauſam pariter non probat Fran
ciſchina teſtis ſecundo loco examinata: ſi quidem huius
29 Catherinæ conſanguinea† eſt; non ergo illi credendum
eſt,l.parentes.ff.de teſtib.l.2.C. eo. non enim affectione
caret: qua quidem domeſtici teſtimonium exploditur
in cauſa matrimoniali,Dec.conſi.133.num.3.Soc.Iun.cõ.
ſi.29.num.11.lib.2.Gram.conſi.27.num.32.34.in crimina
libus.quando fortius in hac ipſa,in qua verſatur honor &
decus totius familiæ?

Prætereà,& ſecundò admiſſo quod optimè & conclu-
denter cauſa hæc probata fuiſſet,adhuc illa Catherinam
ab hoc crimine non excuſat. Quandoquidem, etſi furari
30 neceſſitate famis licet, non tamen conceditur fornicari,
& ſe ipſam proſtituere.ita probat tex.notab.in l.palàm.§.
non eſt ignoſcendum.ff.de ritu nuptia. & ſcribunt Dec.
in l.quæ propter neceſſitatem nu.5.de reg.iuris.& in ſpe-
cie reſpondit Marſil.conſi.13.in fi.qui rectè cenſuit, hanc
excuſationem eſſe leuem & friuolam:atque ita non excu-
ſare ab adulterio,quin ob illud mulier dotem perdat. Qua
autem ratione conſtitutum ſit,quod ob neceſſitatem li-
ceat furari,& non fornicari,ambigunt omnes in d.le.qua
propter neceſſitatem,& in c.ſi quis,de furtis. Illa vera di-
citur,quam doctè conſiderauit Io.à Medina in trac. de re
ſtitutione.q.19.col.vlt. Futurum ideo reprobatum eſt, ꝙ
proximo iniuriam & detrimentum adfert. Hæc iniuria &
damnum ceſſat ex conſenſu domini expreſſo; vel tacito.
Atqui neceſſitatis tempore debet diues pauperi ſuccede-
51 re,& auxilium ferre.† Qui ergo alienum accepit ob neceſ
ſitatem,accipere dicitur ex tacito conſenſu domini, qui
ob id quod debet ſuccurrere,videtur accipienti conſentio
ne. At in fornicatione & adulterio, quæ per ſe mala ſunt,
diuerſum eſt. Nam illa malitia humana voluntate tolli nõ
poteſt:ob id voluntas viri vel mulieris non tollit illam
circunſtantiam malitiæ,quæ aliàs facit ob neceſſitatem li-
citum,qnod illicitum eſt,rem alienam furari. Duas alias
differentiæ rõnes maximè egregias adfert Didac.Couarr.
in c.peccatum,part.2.§.1. de reg.iur.in 6. His infertur,ve
rum non eſſe,quod ex aduerſo pro Catherina dicebatur,
32 cauſam † iuſtam imò & iniuſtam ac beſtialem excuſare à
dolo,& per conſequens à delicto. Nam illud non proce-
dit cũ quis peccat contra præcepta iuris naturalis.ita de-
clarat Ang. in l.plagij. C.ad.l.Flau.de plagia. qui ita lo-
quitur de adulterio,homicidio & his ſimilib. lege diuina
& naturali prohibitis.idem reſponderunt Alex.conſ.103.
numero 14.libro 1.Cæpol.conſilio 21.col.pen. & conſilio
24.col.2.in crim.& Gomeſ.in §.ex maleficijs.numer. 32.
Inſt.de actio.

33 Non obſtat tertium,quia reſpondeo,receptam†* ma-
* gis opinionem eſſe contra Bart.in d.l.miles.§.ſocer. ff.ad
l.Iul.de adulter. vt ibidem in annot. ad Bart. annotauit
Alex.& idem in l.cùm mulier,col.vlt.ff.ſol.matr.& con.
189.nu.8.lib.6.Craue.d.conſi.59.in fi.qui intelligit, cùm
ſcienter factum eſt.

Reſpondeo ſecundò,d.Iacobum fuiſſe non ſemel de Ca
therinæ adulterio conqueſtum, vti in actis probatum
fuit multorũ teſtimonio. Quo fit vt hoc ſufficiat ad repel
lendum mulierem repetentem dotem ab hæredibus mari
ti.ita Alex.in.l.rei iudicatæ,col.2.verſ.limita.tamen iſtum
tex.ff.ſol.matri.Campegius in trac.de dote. q. 228. & il-
lum ſecutus eſt Boer.q.338.nu.8.in fi.

Reſpondeo tertio,Iacobum virum non ſua negligen-
tia,ſed potius præuentione mortis non accuſaſſe. Nam
multi teſtes affirmarunt in actis.d.Iacobum vixiſſe quos
menſes ſolùm poſt diſceſſum d.Catherinæ:quocircà ſal-
ua adhuc eſt adulterij exceptio huic hæredi aduerſus Ca
therinam dotem repetentem;ita omnes in d.l. rei iudica-
tæ.& expreſſim Campeius d.q.228.& Boer.d.q.338.nu.8.

Reſpondeo quartò,iam eſſe in actis probatum,(& ſupra
retuli ſæpius) hanc Catherinam non ſolum adulterium cõ
34 miſiſſe,verum etiam cum † adultero receſſiſſe:ob id ſem-
per tranſit hæc exceptio in hæredem ad eã mulierem do
tem repetentem repellendam.ita egregiè in ſpecie reſpõ-
dit Bal.conſi.221. Nam quandoque, lib.2.

Non obſtat quartum,quia reſpondeo d.l.adulter.C.ad
l.Iul.de adulter.ſolùm procedere quò ad accuſationẽ,nõ
autem quò ad exceptionem (in qua nos verſamur) nam
illa eo tempore non perimitur: ita egregiè declarat Bal-
bus in tract.præſcr.quarta parte principali, in quarta par
ticula.q.2.verſ.ſeptimò limita.

Non obſtat vltimum,quia reſpondetur,Petrum hære-
dem nihil promiſiſſe d.Catherinæ eius matri. Nec aduer-
ſatur,quòd eius nomine facta ſit confeſſio dotis receptæ,
& promiſſo reſtitutionis à tutorib. d. Petri. Quæ quidem
35 confeſſio † pupillo præiudicare ſolet,vt ſcribunt Bar. in
l.certum.§.ſed an ipſos. ff. de confeſ.Alex.conſil.66.nu.
22.lib.6.& conſi.97.num.2.lib.7.Soc.Sen.conſil.57. nu.
11.lib.4.Neuiz.conſi.17.num.39.& Alcia reſp. 410. num.
2.Nam reſpondetur hanc confeſſionem & promiſſionem
verè Petro non poſſe præiudicare. Siquidem ex ea reſultat
36 † remiſſo iuris Petri,atque ita donatio,quę tutoribus non
conceditur.l.contra iuris.§.vl.ff.de pactis.omnes in l. pa-
37 ctum curatoris.C. eo. Nec tutor† ad donandum dari po-
teſt.Rui.conſi.107.num.12.& conſi.170.nu.27. lib.1.Imò
38 quiuis adminiſtrator† non poteſt ius ſui principalis remit
tere



tere.Iaſ.in l.ſi præſes.nu.12.verſi.quartò nota.C.de trãſ.
& Dec.conſi.402.nu. 9. qui reſpondit, adminiſtratorem
non poſſe remittere exceptionem peremptoriam,qualis
39 vna hæc eſt. Ita videmus ſyndicum† ciuitatis, qui tutori
æquiparatur,non poſſe remittere ius ſententiæ ad ſuæ ci
uitatis detrimentum. Quinimò,omni caſu, ex quo cõſtat
ex ea tutorem confeſſione hunc Petrum eſſe enormiter
læſum,is reſtituendus erit.ita Soc.Sen.d.conſi. 57. num.
12.lib.4.

40 Prætereà & ſecundo reſpondetur,hanc tutorum † con
feſſionem quamquam iudicialem,fuiſſe ſpontaneam,non
autem iudicis iuſſu vel mandato: quo fit vt pupillo nihil
penitus nocere poſſit:ita declarant Bart.in d.§.ſed an ip-
ſos,col.2.Alex.conſi.222.num.16.li.2.& conſil.66 nu,22.
lib.6.& Pariſ.conſil.115.nu.21.lib.1. Concludo ergo hunc
Petrum rem conuentum eſſe abſoluendũ a petitione dic.
Catherinæ matris & declarandum eſſe illam ob adulte-
rium dotem amiſiſſe.

Iacobus Menochius. I.C.

## *SVMMARIVM.*

1 *Iurans domino quòd de cætero erit ei fidelis, & quòd eum contra omnes adiuuabit, poterit idem alteri ſecundo domino præſtare.*
2 *Vaſallus duorum an quis eſſe poßit.*
3 *Confœderatio, & adhærentia poteſt fieri enim ſine licentia & conſenſu Principis, & quomodo procedat.nu.27.*
4 *Ciuitas poteſt ſe alteri ſubmittere, vt ab ea defendatur.*
5 *Ratificatio præſumitur ex actis iudiciariis agitatis ex poſt facto.*
6 *Feudum ligium dicitur conceſſum nulla alteri reſeruata fidelitate.*
7 *Homo ligius vnius, non poteſt eſſe ligius alterius.*
8 *Vaſallus ligius duorum quis eſſe non poteſt, etiam pro duabus diuerſis rebus.*
9 *Feuda quæ ſunt dignitatis, ſolent concedi tantùm ab Imperatore.*
10 *Vaſallus vnius Principis non debet petere inueſtituram ab alio.*
11 *Obtinens eccleſiam à ſuperiore, ſi petat confirmationem ab inferiore, eſt vti ingratus beneficio priuandus.*
12 *Vaſallus qui alij Principi ſe ſubmittit, ſibi tantùm, non poſteris præiudicium affert,*
13 *Vaſallus alteri feudum donare nequit.*
14 *Nec æſtimatio debetur.*
15 *Imò neque pro cauſa fauorabili, vt pro anima donare poteſt.*
16 *Fallit tamen ſi donatum fuerit conſentiente Principe.*
17 *Argumentum ab æquiparatis validum eſt in iure.*
18 *Argumentum à duobus correlatiuis valet.*
19 *Dominus & vaſallus in materia feudali ſunt correlatiui, & diſpoſitum in vno cenſetur diſpoſitum & in alio.*
20 *Dominus directus non poteſt alienare directum dominium feudi, & facere vt vaſallus efficiatur vaſallus alterius, eo vaſallo inuito.*
21 *Princeps non poteſt alienare ciuitatem inuitis ſubditis.*
22 *Subditis vtile eſt dominum non mutare.*
23 *Dominus quod non poteſt: multò minus poterit ſeruus & vaſallus.*
24 *Vaſallus non poteſt alium directum dominum recognoſcere ſine conſenſu ſubditorum.*
25 *Proteſtatio contraria facto, nihil releuat.*
26 *Subditis magis vtile eſt, eſſe ſub dominio maioris Principis, quàm minoris.*
27 *Confœderatio & adhærentia ſolum permißa eſt ad ſui præiudicium, non autem ad alterius. & nu.30.*
28 *Et conceditur etiam illi, qui non poteſt ſe ipſum defendere.*
29 *Iuriſdictio feudi an tranſeat cum vaſallo in Principem, ſeu alium dominum quem per cohærentiam & confœderationem pro domino recognoſcit.*
30 *Collectas indicere eſt de regalibus. & nu.55.*
31 *Iuramentum fidelitatis quod à vaſallo præſtatur, requirit verborum ſolennitatem.*
32 *Subditi debent ratificare recognitionem alterius Principis intra annum, aliàs vaſallus non poteſt recognoſcere illum alium Principem in dominum.*
33 *Sollennitas quæ requiritur in contractu requiritur etiam in ratificatione eius.*
34 *Ratihabitio quæ fit ligitando, & faciendo actus iudiciarios, non valet.*
35 *Bellum tam præteritum quam præſens à ſubditis petit auxilium.*
36 *Collectæ & taliæ per Principem ſubditis imponi poßunt pro filia maritanda, vel pro terra emenda, vel ſi earum aliqui ad hoſtibus capientur.*
37 *Conſeruationis & recuperationis cauſa fauorabilior eſt cauſa acquiſitionis de nouo.*
8 *Vaſallus mei vaſalli non eſt meus vaſallus.*
39 *Homo hominis mei, non eſt homo meus.*
40 *Argumentum ab iniquitate euitanda valet.*
*Grauari quis non debet duplici onere.*
41 *Clericus grauari non poteſt onere duplicis penſionis.*
42 *Homines vaſallorum non poßunt aliquo onere collectarum grauari à dominis directis, ne contingat duplici onere premi.*
43 *Imperator licèt poßit imponere ſuperindictum ſuo vaſallo, publica vrgente neceßitate, non tamen hominibus dicti vaſalli.*
44 *Obſeruantia & conſuetudo antiqua & diuturna eſt optima rei dubiæ interpres.*
45 *Obſeruanria mirum in modum in feudali materia conſiderari ſolet. & num 64,*
46 *Bonaque non ſunt deſcripta in æſtimo, libera dicuntur. & nu. ſeq.*
47 *Non ſubditus regiſtrando bona ſua in æſtimo & cataſtro, illi ſe ſubmittit & obligat.*
48 *Dominus directus non poteſt aliquas collectas ſuis vaſallis indicere, ſed debet propriam crumenam prius excutere. deinde à vaſallis auxilium poſtulare.nu.ſeq.*
49 *Vaſallus non tenetur ex proprijs domino verſanti in mortis periculo.*
50 *Nemo dat. quod non habet.*
51 *Contractus eſt ſtricti iuris, & tantum in eo continetur quantum expreſſum eſt, neque extenſio fit de ſimilibus ad ſimilia, nec de caſu ad caſum, vel de perſona ad perſonam niſi quando conſtat de mente coutrahentium.*
52 *In contractibus ſumitur ea interpretotio, vt quis minus obligetur.*
53 *Marchiones habentes omnimodam poteſtatem poſſunt iura Imperij & dominij in homines ſuos exercere.*
54 *Idem de comitibus dicitur.*
55 *Collectas imponere non eſt de regalibus.*
56 *Argumentum ab euitanda impietate, & iniquitate valet.*
57 *Aequales Deo omnes ſumus, & quomodo.*
58 *Conuentio & pactum partium pro lege obſeruatur.*
59 *Libertus non tenetur ad alia opera quàm in manumißione deſcripta.*
60 *Vaſallus ſufficit vt præſtet quod ab initio promiſit.*
61 *Loca illa cenſentur conuentionata, quæ pacto conuento quid ſoluunt annuatim.*
62 *Seruitia debent eſſe ſuis finibus contenta.*
63 *Nobiles non poßunt indicere collectas ſuis ſubditis, niſi vel conſuetudine vel pacto & conuentione.*
64 *Argumentum à conſuetudine ductum valet.*
*Conſuetudo in materia feudali multum conſiderari debet, & ſupra nu. 45.*
65 *Conſuetudo ab illo debet probari qui eam allegat.*
66 *Collectæ ſi fuerint indictæ contra conſuetudinem, dicuntur metu exortæ.*
67 *Neque dominis licèt in his ius dicere.*
68 *Domini qui non collectantur Principe non poſſunt pariter ſubditos ſuos collectare, aliàs feudo ſunt priuandi.*
69 *Eóque magis ſi domini moniti ſunt.*
70 *Collectæ ſecundum magis communem ſunt de regalibus.*

## FACTI SPECIES.

*ILluſtres Domini de Caretto à Cæſare inueſtiti fuerunt de feudo oppidorum Bozulaſchi ac ſancti Benedicti. Horum inueſtituræ confirmatæ fuerunt à cæteris imperatoribus, qui pro tempore imperarunt: Anno 1426. Illuſtris Do. Io. Bartholomæus de Caretto, horum feudorum tunc dominus, ſuſcepit inueſtituram, ſeu confirmationem antiquarũ inueſtiturarum à Sigiſmundo tunc Imperatore. Deinde anno 1454. aliam ſuſcepit inueſtituram à Duce Mediolani, feudum hoc ab illo recognoſcendo. Huius tamen D. Io. Bartholomæi ſucceſſor Do. Antonius nullam aliam inueſtituram & confirmationem recepit ab alijs Ducibus Mediolani. Nunc illuſtres Commißarij Ducatus Mediolani, ſub prætextu illius inueſtituræ ſuſceptæ à Duce Mediolani per D. Io Bartholomæum collectas taxæ ſalis & equorum indixerunt incolis dictorum oppidorum. Recuſant ij incolæ, ob id, quòd non credunt, ſe eſſe ſub feudo Ducis Mediolani. ſed Imperij. tum etiam quòd nunquàm eorum bona fuerunt æſtimata & regiſtrata in libro æſtimi Ducatus Mediolani; nec aliquas vnquàm collectas Duci Mediolanenſi ſoluerũt.*

tum

3

*tum etiam quia quaſdam conuentiones (quas franchiſias vocant) cum ſuis Dominis de Carretto habent; & propterea opinantur, ſe præſtare quidquam non debere vltra in conuentionibus contenta. Quid iuris ſit, quæritur.*

## CONSILIVM XXXII.

# Initium à Domino.

ARDVA eſt, etſi egregia, quæ proponitur conſultatio. Quam, vt diligẽter abſoluam, eã in tres quæſtiones diducam. Prima eſt, an hæc oppida effecta ſint feudalia Ducis Mediolani ex illa inueſtitura ab illuſtri Do. Io. Bartholomæo; vt nunc liceat illuſtriſſimis adminiſtratoribus Ducatus Mediolani collectas indicere incolis dictorum oppidorum. Secunda eſt, dato quòd oppida hæc ſint effecta feudalia Ducis Mediolani, an liceat his illuſtriſſimis adminiſtratoribus incidere has collectas his incolis, cùm non ſint immediatè ſubditi ipſi duci. Tertia eſt iuris dubitatio, poſito, quod ij homines & incolæ collectari non poſſint ab illuſtriſſimis his adminiſtratorib. an ſaltem valeant collectari à Dominis ſuis immediatis, ſi contingat eos moleſtia affici à prædictis D. adminiſtratoribus.

Quò ad primam illam dubitationem dicendum videbatur, licuiſſe d. D. Io. Bartholomæo ſuſcipere nouam inueſtituram à Duce Mediolani: atque ita feudum ab eo recognoſcere.

Primò, ex doctrina Io. And. in cap. recolentes, de ſtatu
1 mona. dum docuit, quòd ille qui iurauit† domino, quod
de cætero erit ei fidelis & homo ligius; & quod eum contra omnes adiuuabit: eique opem quouis in loco feret, poterit idem alteri ſecundo domino præſtare. idem reſpondit Rom. conſi. 47. Viſis neceſſarijs nu. 6. verſic. ego autem idem ſcribunt Decius in cap. cum parati num. 9. de appella. Afflictus deciſ. 307. nu. 3. qui decidit, vaſallum †eſ
2 ſe poſſe vaſallum duorum. Quod etiam viſus eſt ſentire Iaſõ in præludijs feudorum. nu. 107. & clarius Gui. Pap. q. 310. Homagium ligium. Hanc opinionem probare videtur cap. Imperialem. §. vlt. de prohib. feud. alien. per Feder. & c. 1. de noua forma fidel. quibus conſtitutum videtur, quod ligius vel confœderatus Principis cum altero poteſt iuratam confœderationem facere.

Secundò, huic opinioni ſuffragari videtur non parum, quòd hæc videtur quædam adhærentia & confœderatio
3 †ſola, quæ ſine Imperatoris licentia & conſenſu fieri potuit cum Duce Mediolani, ita cenſuit Bar. in extrauag. qui ſunt rebelles, in verbo occultè. & clarius Baldus in ca. 1. 2. lect. col. 3. nu. 9. de iudicijs. qui ſcriptum & illud reli-
4 quit, Ciuitatem† poſſe ſe alteri ſubmittere vt ab ea defendatur. Baldum ſecutus eſt Brun. conſi. 86. nu. 2. qui reſpõdit Marchiones Inciſæ imperij vaſallos potuiſſe adhærentiam facere cum Duce Mediolani. His addo Baldum conſilio 369. Quæritur primò, an vaſallus, libro 1. qui idem reſpondit

Tertiò confirmantur relata ex multis ſubſecutis ratihabitionibus factis per hos homines & incolas. Nam ex
5 actis† iudiciarijs agitatis per eos in curia Mediolanẽſi, cõſtat eos approbaſſe, hanc recognitionem, vel adhærentiam: non ergo amplius eis licet conqueri. ita in ſpecie reſpondit Cra. conſi. 54. nu. 3. & in fi. & nu. 4. & præter eum ita clarè decidit Guido Pap. q. 560.

Re tamen ipſa longè melius atque diligentius conſiderata atque diſcuſſa, contraria ſententia viſa eſt verior, nẽpè, non licuiſſe de D. Io. Bartholomæo ſuſcipere inueſtituram à Duce Mediolani inconſulto Cæſare: & ad detrimẽtum horum hominum & incolarum. Quod ut verum oſtendam multis moueor.

Primò ea ratione, quòd feudum hoc dicitur eſſe feudum
6 ligium; †hoc eſt feudum conceſſum à Cæſare Io. Bartholomæo, eiuſque anteceſſoribus, nulla reſeruata fidelitate alteri: vt ſcribunt omnes in c. 1. §. in feudum. de prohi. feudum alien. per Fride. Guido Pap. q. 309. Vltra octo, decla-
7 rat Iaſ. in prælu. feudorum. num. 106. Quo fit, vt homo †ligius vnius non poſſit eſſe ligius alterius ita probat text. apertus in c. ſi quis inueſtierit, de feudo dato in vicem legis commiſ. glo. in cle. paſto. §. denique in verbo ligius, de re iud. Iſernia in cap. 1. §. omnem. de noua forma fidel. Io. de Ana. conſi. 7. nu. 9. Iacobus de S. Georgio in inueſtitura feudali, in verbo Feudum, col. 3. verſi. ſeptima diuiſio. Guido Pap. conſi. 215. ſequuntur. nu. 4. qui reſpon-
8 dit, aliquem non poſſe† eſſe vaſallum ligium duorum, etiã pro duabus diuerſis rebus. Afflic. deciſ. 307. nu. 3. alia ſcribit Iaſ. in l. de pupillo. §. ſi plurim. num. 7. de oper. noui nunt. Et præter hos omnes adduco elegans reſponſum Baldi conſil. 291. Ad euidentiam præmittendum eſt. lib. 2. qui in primis verbis recitat cap. ſi quis inueſtitus, de cap. extraor. feud. quod capitulum non videtur impreſſum. & eo loci multis confirmat, vaſallum eſſe non poſſe ligium duorum: quia periurus efficeretur.
9 Secundò adducor hac argumentatione: Hæc feuda† dignitatis ſunt, & ob id à ſolo Imperatore concedi ſolent, vt hæc fuerunt conceſſa. ita Iaſ. in præludijs feud. nu. 76. & Iacobinus à S. Georgio in inueſtitura feudali, in verb. in feudum, col. 1. in prima diuiſione. ex ca. 1. quis dicatur Dux, vel Marchio. Idem ſcribit Rebuffus in arbore feudali in 2. diuiſione. & præter eum Pariſ. conſi. 23. nu. 17. lib. 1. & Natta conſi. 288. nu. 1. lib. 2. qui in ſpecie hac noſtra loquitur. Quo ſtante, ſequitur quod cùm ipſe D. Io. Bartholomæus & cæteri eius anteceſſores conſecuti ſint hoc feudum ab Imperatore, non potuerunt aliquo modo reco-
10 gnoſcere† Ducem Mediolani: & ab eo inueſtituras ſuſcipere, vt clarè docuit Abb. in ca. cum olim. nu. 18. de re iud.
11 dum ſcribit, quod quemadmodum obtinens † eccleſiam à ſuperiore petendo confirmationem ab inferiori, dicitur ingratus & beneficio priuandus; ita & vaſallus, qui pręter primum dominum alium recognoſcit. Idem in ſpecie reſpondit Rui. conſi. 70. nu. 13. li. 5. quo loci eiuſdem ſententiæ citat Paulum Caſtren. conſi. 35. eſt in meo Codicẽ conſi. 366. incipit. Viſo & examinato. li. 2. idem reſpondit Gram. conſi. 31. nu. 2. in criminalib. & in claris terminis confert quod reſpondit Gozad. con. 9. nu. 70. dum inquit non licuiſſe ciuitati Albæ recognoſcere Marchionem Salutiarum, cum iam fuerit à Sigiſmundo Imperatore conceſſa Theodoro Palæologo. Non enim inquit Goza.) potuit notare dominum in præiudicium directi, ergo idem hîc.

Tertiò, dato (non conceſſo tamen) quòd licuerit dicto D. Io. Bartholomæo ſuſcipere inueſtituram à Duce Mediolani, & eum in dominum directum recognoſcere at-
12 tamen† ſibi tantùm & non poſteris præiudicium attulit. ita clarè & in ſpecie reſpondit Rubeus conſi. 11. num. 8. & poſt eum Alciat reſp. 160. nu. 26. ex ſententia tex. le. tranſactione. C. de tranſact. & ibi Salic. Caſtrenſ. Iaſ. & Cur. Sen. & pulchrè idem Alc. reſp. 178. nu. 2. Nõ diſſentit Iac. à S. Georgio in inueſtitura feudali in verbo, de adhærentibus; colu. 3. verſ. limita tamen quod adhærens ſubmittẽs ſe iuriſdictioni illius, cui adhæret, ſibi tantum pręiudicat. Quorum opinio æquiſſima eſt; cum aliàs non liceat vaſallo de feudo cum extraneo paciſci in detrimentum ſucceſſorum.

Quartò, hanc noſtram & iuris ſententiam confirmat, quod donatio præcedit inueſtituræ ſuſceptionem, nã antequam Io. Bartholomæus ſuſciperet inueſtituram, feudũ hoc Duci Mediolani donauit, & illud deinde ſuſcepta in-
13 ueſtitura ab eo recognouit. Donare autem feudum† alteri non licet. ca. 1. §. donare, qual. olim feud. alien. pote. & ibi omnes & reſpondit Soc. Iun. conſi. 72. nu. 60. lib. 2. adeo nullã eſſe feudi donationem, vt nec eius æſtimatio
14 †debeatur. Imò nec ex caſu multum fauorabili † donari
15 poteſt feudum, vt pro anima; ita tradunt Iaſ. conſil. 95. col. 1. lib. 1. Pariſ. conſi. 7. nu. 13. lib. 1. & Rolan. conſi. 42. nu. 2. lib. 1. qui affirmant, non poſſe donari pro eleemoſyna
16 animæ. Nec dicatur, vaſallum† poſſe donare feudum conſentiente Principe, vt reſponderunt Dec. conſi. 524. num. 33. Ruin. conſi. 45. num. 17. lib. 1. & Capicius deciſ. 115. nu. 2. Reſpondeo, hîc nullum Imperatoris conſenſum adfuiſſe, quod latius infrà dicemus.
17 Quintò, adducor, ſolidiſſimo argumento† ab æquiparatis ducto, quod quidem iure noſtro optimum iudicatur. l. 1. de



l. 1. de leg. 1. latè ſcribit Euerard. in centuria legali in argu-
18 mento ab æquiparatis. Ita & argumentum† hîc ſimul ducitur à duobus correlatiuis. l. vlt. vbi latè Iaſ. C. de indict. vid. tollen. Euerard. in d. centuria legali. in argumento à
19 correlatiuis. In diſpoſitione feudali dominus † & vaſallus ſunt duo correlatiua, diſpoſitum in vno locum habet & in altero Alua in c. 1. §. præterea. 2. nota. quid ſit inueſt. Ita etiam dominus & vaſallus æquiparantur. c. 1. de noua forma fidel. Bald. conſi. 97. Proponitur quod dominus Viſcarij. lib. 3. Afflic. deciſ. 265. num. 2. & Io. Iacobus de Leonardis inter conſilia Bruni conſi. 117. nu. 114. Atque iure
20 clarum eſt, non licere domino† directo alienare directũ dominium, & facere vt vaſallus efficiatur vaſallus alterius eo vaſallo inuito, vt probat l. inuitus. ff. de fideicomm. li. quem ita in hanc ſententiam citant omnes. Hinc dicit
21 Hoſtien. in. c. dilecti. maio. & obedien. principem †non poſſe alienare ciuitatem inuitis ſubditis. Quocircà ſcribit Bald. in cap. 1. §. in generali, verſic. quæro vtrum rex. ſi de feudo fuer. controuerſ. inter dom. & agn. vaſall. Conſtantinum cùm donaret Romam Syluestro, curaſſe ciues Romanos conſentire donationi. Ea eſt ratio, quia maximè
22 vtile eſt ſubditis† non mutare dominum, ut inquit Baldus in cap. 1. §. ſi quis, quo temp. miles. Baldum & Hoſtien. ſecuti ſunt Dec. conſi. 689. nu. 5. Craue. conſi. 314. colu. 4. verſi. quæ ipſa proteſtatio. Idem latius affirmarunt Curt. Sen. in l. debitorum. nu. 5. C. de pactis. qui plures recenſet Pariſ. conſi. 22. nu. 70. conſi. 23. nu. 9 lib. 1. refert Neuiz. inter conſilia Bruni con. 12. nu. 64. 93. & nu. 108. idem reſpõdit Io. Iac. de Leonardis inter conſilia Bruni conſil. 114. num. 58. & docuit Gomeſ. in §. item Seruiana. nu. 14. Inſt. de actio. latè tradunt Tiraq. in tract. de retractu conſang. §. 26. gl. 1. nu. 78. Alcia. reſp. 267. nu. 1. Moderni Pariſien. in commentarijs ad conſuetu. Pariſ. tit. 1. §. 1. gl. 3. num. 23. & præter relatos Bal. d. conſi. 97. col. 1. li. 3. qui pulchrè lo-
23 quitur. Si ergo dominus† directus non poteſt in detrimẽtum vaſalli & ſubditorum transferre feudi dominium directum in aliũ ita nec vaſallo licet alterũ indirectũ dominũ recognoſcere. Hanc eſſe optimam cõſequentiam aſſerit Crau. con. 241. nu. 7. vbi Inn. Abb. Bar. & Soc. ac alios recenſet. ſcribitque ei loci, principi domino directi competere ius vindicandi eam recognitionem alteri factam.

Sextò ac vltimò, hac de re extat in ſpecie deciſio Guid. Papæ. q. 560. Dominus Oddo. ſcribit Guido fuiſſe aliquã-
24 do deciſum in eo conſilio Gratianopolitano, vaſallo †nõ licere ſine conſenſu ſuorum ſubditorum recognoſcere alium directum dominum, cùm præſertim eſt inferior primo ibique huius opinionis recenſet Bald. in c. 1. id fi. qui feud. dare poſſ. Quibus accedit Alua. in ca. 1. §. ex eadem. de lege Corrad.

Non obſtant in contrarium adducta. Ad primum reſpondeo, Io. Andr. loqui cùm illa adhærentia, confœderatio, vel recognitio fit ſine præiudicio primi domini. At que ita Io. Andr. intellexit Roman. d. conſi. 47. num. 6. & Mart. Lauden. in tract. de confœdera. princip. Nec contraria adhibita proteſtatio à D. Io. Bartholomæo, quod ſine præiudicio Imperatoris hoc faciebat, profuit: cùm pro-
25 teſtatio† contraria facto, nil releuet. c. gratum, de appel. ſcribunt omnes in c. cum M. Ferra. de conſtit. & in l. non ſolùm. §. morte. de oper. nou. nun. Nec aduerſatur illa deciſio Afflict. deciſ. 307. nu. 20. Siquidem ſeipſum declarat, vt non liceat vaſallo ſine licentia domini renuntiare iuris illius vaſallagij Iaſon verò in pręludijs feud. num. 107. & Guido Pap. d. q. 310. loquuntur quo ad diuerſum feudũ. Præterea, etiamſi foret hæc recognitio ſine præiudicio
26 Cæſaris, non tamen eſt ſine detrimento† ſubditorum, quibus plus prodeſt habere Imperatorem in dominum mediatum, quàm Ducem Mediolani. facilius enim & melius ab Imperatore, vt à potentiori, quam à Duce debiliori adiuuari poſſunt.

Non obſtat ſecundum, quia reſpondetur, hanc non eſſe veram, propriam & ſimplicem adhærentiam; ſed ſubmiſſionem & veram noui domini recognitionem. Quæ quidem in præiudicium primi domini non conceditur, vt
27 (iam dixi) ſolùm enim permiſſa eſt confœderatio† & adhærentia ad ſui detimentum, vt docuit Iacobinus in dict inueſtitura feudali, in verbo, de adhærentibus, col. 3. verſ. li-
28 mita tamen. Ita etiam conceditur adhærentia, †cùm quis non poteſt ſeipſum defendere, vt ſcribunt Bart. & Bald. in d. ſecundo fundamento relati. id quod hîc non contingit. Nec eſt credendum ſimplici aſſertioni dicti D. Io. Bartholomæi, quod ducem Mediolani recognouerit neceſſitate ductus, vt ſeipſum tueri ab hoſtibus poſſet. Quinimò magna videtur perpetrata ingratitudo contra Cæſarem, cùm tunc foret inimicus Ducis Mediolani, vt annales omnes teſtantur.

Præterea & ſecundò reſpondetur, per adhęrentiam &
29 confœderationem non tranſire iuriſdictionem† in eum cum quo eſt facta. ita cenſuerunt Roma. conſil. 444. col. 2. Iacobus a S. Georgio, in d. verb. de adhærentibus. col. 2. verſ. ſubſequenter quæro de notabili, vbi ſcribit D. Nanum Marchionem Ceuæ ex adhærentia, quam fecit cum Duce Aurelianenſi, non tranſtuliſſe in eum iuriſdictionem, atque ita recenſet à Baldo fuiſſe reſponſum conſil. 393. in meo codice eſt conſi. 482. In tres Marchiones, lib. 3. eiuſdem opinionis fuerunt Soc. Sen. conſi. 7. col. 2. verſ. vndecimus. & conſi. 74. columna 3. verſ. præterea dictum caſtrum, lib. 1. Brunus conſ. 86. num. 3. 4. Cagnol. in pœm. Digeſtorum in prin. nu. 56. & clarè in ſpecie Natta conſil. 301. lib. 2. Si ergo nulla fuit tranſlata in Ducem Mediolani iuriſdictio, ſequitur dicendum, non licere ipſi Duci collectas aliquas his hominibus imponere: cum collectas
30 †indicere ſit de regalibus ca. 1. vbi omnes, quæ ſint regal. & tradunt Bar. in l. 1. num. 24. C. de mulie. & in quo loco. lib. 10. Pariſi. conſi. 25. num. 1. lib. 1. Cra. conſi. 195. nume. 2. & conſi. 201. num. 14. Soc. Iun. conſi. 98. num. 16. lib. 3. & Alcia. reſp. 493. num. 4. quo loci reſpondit Alciatus, has impoſitiones taxarum ſalis & equorum eſſe de regalibus; quæ non niſi ab obtinentibus regalia incidi poſſunt. & alia plura tradit Soc. Sen. conſi. 7. col. 1. lib. 3. & in ſpecie reſpondit Natta conſi. 301. lib. 2. his adhærentibus collectas indici non poſſe.

Præterea tertio loco reſpondetur, quòd ſiue hæc ſit adhærentia, ſiue recognitio, attamen (vt iam dictum fuit) ſolùm recognoſcenti & non cæteris nocet. ita de hac recognitione facta ex ſuſcepta inueſtitura reſpondit Alciat. reſp. 178. nu. 2. Quo loci ait, quod multotis nobiles etiam bona allodialia à Principe aliquo recognoſcunt, vt ſi quando opus erit, valeant vtiliori titulo ſe tueri: non quod velint detrimentum aliquod ſibi adferri, ſed vt abundantiori cautela ſibi prouideant. in hanc ſententiam citat c. poſt electionem, de conceſſ. preben. Alciati reſponſum in indiuiduo probauit Soc. Iun. conſi. 65. lib. 3.

Non obſtat tertium ac vltimum, quia multipliciter reſpondeo. Primò, ex declaratione Alciati reſpon. 160. num. 26. dum ſcripſit, ſolam tacitam ratihabitionem non operari, vt ex recognitione tranſeat ius in dominum recogni-
31 tum: cùm iuramentum† fidelitatis, quo opus in his eſt, verborum ſolennitatem requirat. c. pe. de ſucceſſ. ab inteſt. Iaſ. in l. ex ea. ff. de verb. obl.

Secundò reſpondetur, non conſtare quod Imperator,
32 vel ij homines eam recognitionem ratificauerint † intra annum quemadmodum erat neceſſe, vt in ſpecie reſpon-
33 dit Brunus con. 115. nu. 21. Nam ſi eadem ſolennitas † quæ in actu requiritur, neceſſaria eſt in ratihabitatione, vt egregiè reſpondit Calcan. conſi. 57. nu. 6. dicendum eſt, huius inueſtituræ ratihabitionem ſequi debere intra annum cum intra annum illa eſt à nouo vaſallo ſuſcipienda. c. j. re quo tempo. miles.
34 Præterea & tertiò reſpondeo, has ratificationes † nullius fuiſſe momenti, ex quo litigando & alios actus iudiciarios faciendo, non potuerunt conſentire in Ducem Mediolani, ſine Imperatoris licentia. ita in ſpecie clarè reſponderunt Abbas conſi. 3. nu. 5. li. 2. & Soc. Sen. con. 99. col. 11. verſi. ex quibus infero. lib. 3. Concludo itaque ex hoc capite, non fuiſſe acquiſitum aliquod ius Duci Mediolani, vt ex eo poſſit collectas indicere & ius dicere his hominibus Bozulaſchi & ſancti Benedicti.

Quò verò ad ſecundam dubitationem, admiſſo, quod hæc D. Io. Bartholomæi recognitio fuerit legitimè facta; an liceat Duci Mediolani, vel eius adminiſtratoribus collectas & onera his hominibus & incolis Bozulaſchi & ſancti Benedicti indicere, dicendum videbatur, licere.

Primò, quia iam conſtat ex tenore franchiſiarum his hominibus conceſſarum per anteceſſores dicti D. Io. Bartholomæi, d. homines teneri adiuuare, & auxilium ferre his ſuis dominis, ſi bellum eis cum hoſtibus gerere contigerit. Quam obligationem videtur dictus Do. Bartholomæus tranſtuliſſe in Ducem Mediolani, cùm in ea dictum fuerit, ꝙ non liceret ipſi Duci aliqua onera imponere ipſis hominibus, niſi ex conſenſu d. dominorum, ergo cõſentien-

ſentientib. ipſis dominis licere videtur. Quod quidem in
telligitur ratione belli, vti hoc caſu factum videtur: nam
35 †& præterita & præſentia quæ maximi ſumptus ſunt, au-
xilium à ſubditis poſtulant.

Secundò, me non parum mouebant verba franchiſia-
rum, quibus quidem promiſſum eſt à d. hominib. ſubdi-
tis his ſuis dominis contribuere, ſi contingeret quod vel-
lent filiam matrimonio collocare, vel terram emere, vel ſi
36 aliqui eorum ab hoſtibus capientur. Quæ ſanè cauſę †iuſtę
ſunt, vt ſubditi auxilium ferant dominis, quemadmodum
latè ſcribit Boer. q. 126. q. 127. & q. 128. Si ergo collectari
pro his cauſis poterant ij homines à ſuis antiquis domi-
nis; ergo & nunc à Duce Mediolani, in quem iura illorũ
dominorum tranſlata fuerunt, collectari poſſunt pro his
expenſis belli, quod à Duce atque Rege Catholico ipſo
pro communi omnium ſubditorum defenſione geritur,
37 geſtúmque fuit. Eſt enim †fauorabilior cauſa conſerua-
tionis & recuperationis cauſæ nouæ acquiſitionis: vt in-
quit poſt alios Alcia. in l. vnica. num. 45. C. de ſenten. quæ
pro eo quod intereſt proferuntur.

Cæterùm his minimè refragrantib. contrariam opinio
nem veriorem eſſe opinor; nempè, non licere illuſtriſſi-
mis his adminiſtrationibus Regis Catholici ac Ducis Me
diolani collectas & onera imponere his hominib. & in-
colis Bozulaſchi & ſancti Benedicti.

Primò ea adducor ratione, quòd non poteſt dicere Dux
Mediolani, hos homines eſſe ſuos ſubditos immediatè. Si
38 quidem vaſallus †mei vaſalli, non eſt meus vaſallus. cap.
Imperialem. §. firmiter, de prohib. feudi alien. per Feder.
c. paſtoralis, & c. Romana, de cler. non reſid, Quibus addu
ctus dicebat Specul. quem ſequitur Ruin. conſi. 219. nu. 5.
lib. 1. quod licet Rex & Dux dicantur habere ſub ſe Baro-
nes: non tamen habent homines ipſorum Baronum & va
39 ſallorum: cùm homo † hominis mei, non dicatur homo
meus, lege Modeſtinus. ff. de donation. Hinc reſpondit
Curtius Iunnior conſilio ſecundo, nu. 2. dominum dire-
cti non poſſe cognoſcere cauſas, & eas iudicare hominum
ſui vaſalli. Idem reſponderunt Iaſon inter conſilia Bruni
conſi. 8. num. 55. Brunus conſi. 27. nu. 18. Neuiz. conſil. 61.
nu. 12. Soc. Iun. conſi. 126. num. 4. lib. 3. & Caſſa conſil. 66.
nu. 12. Si ergo ij homines non ſubijciuntur ditioni Ducis
Mediolani immediatè, ergo nec ab eo collectari poſſunt.
ita poſt Marſilienſem ſcriptum reliquit Iacobinus à ſan-
cto Georgio in inueſtitura feudali, in tract. de homagijs.
col. 8. verſ. ſed cadit hîc alia dubitatio. & præter eum ita
in ſpecie reſpondi. Oldr. conſi. 233. Factũ tale eſt. Quidam
miles. col. 3. verſ. inter hæc autem.

Secundò, ſuffragatur vrgens hæc & ſolida argumenta-
40 tio †ducta ab iniquitate euitãda. Eſt iniquum aliquem du
plici onere grauari. l. naues onuſtę. §. cùm autem. ff. ad le.
Rhod. de iactu. l. Titia. §. qui inuita, de leg. 2. Quibus ad-
ductus cenſuit Boe. q. 16. nu. 12 clericum †grauari nõ poſ
ſe onere duplicis penſionis. Quod & præter eum reſpon
dit Barb. conſi. 1. col. 4. lib. 3. clericum grauari non poſſe
præſtare gabellas & onera Pontifici & cæſari. Alia recen-
ſet Neuiz. conſi. 66. num. 50. & Crau. conſi. 111. num. 8. &
conſi. 210. nu. 23. & in ſpecie noſtra Brunus conſi. 32. colu.
vlt. & Cra. conſi. 263. col. 8. verſi. ſeptimò conſidero, re-
42 ſponderunt, homines †vaſallorum non poſſe aliquo onere
collectarũ grauari à dominis directi; ne contingat dupli
ci onere premi. Clarius hoc idem docuit Aluarotus in ca.
1. quæ ſint regal. dum ſcriptum reliquit, quòd licèt Impe
43 rator †poſſit imponere ſuperindictum ſuis vaſallis publi-
ca vrgente neceſſitate; & pariter poſſint vaſalli ſuis ip-
ſis ſubditis; non tamen poteſt Imperator imponere illud
ſuperindictum hominibus ſui vaſalli. quæ doctrina à for-
tiori, ſi perpendatur; concludit. Aluarotum ſecuti ſunt Ia
cobinus à ſancto Georgio d. trac. de homagijs. col. 8. ver.
ſed hîc cadit alia dubitatio, & Iacobus de Leonardis in cõ
ſilia Bruni conſi. 117. nu. 116. Cum ergo ij homines Bozu-
laſchi teneantur annuatim ad multa ſuis dominis imme-
diatis, & ad alia plura ex euentu, dicendum eſt collectari
nunc non poſſe à Duce Mediolani.

Tertiò accedit, quòd & ſi res dubia eſſe poſſit ex iuris di
ſpoſitione, quam tamen claram eſſe opinor: attamen ceſ-
44 ſat omnis dubitatio ex longa & antiqua † obſeruatione,
quæ dicitur optima rei dubiæ interpres. l. minimè. ff. de le
gibus. Siquidem effectus atque rei exitus ſolet declarare
rem dubiam. ita Bal. conſil. 136. Proponitur quod Titius
col. 1. li. 2. Iaſ. conſ. 128. col. pe. li. 1. Quod in his feudalibus
45 maximè procedit, cùm in his obſeruantia †ſpectari mul-
tum ſoleat, vt docuit Bal. in l. ij quib. C. de fideicom. li-
ber. & alia mox ſubiiciam. Atqui in caſu noſtro antiquiſ-
ſima extat obſeruantia, vt Dux Mediolani non imponat
collectas & onera hominib. cùm eorum bona nullo vn-
quam tempore deſcripta fuerint in æſtimo Ducatus Me
47 diolan. †quocircà libera. ita in ſpecie reſponderunt Curt.
Iun. conſ. 106. col. 1. & Craue. conſi. 111. nu. 13. 14. qui ſcribit
46 quod quemadmodum non ſubditus †regiſtrando in æſti-
mo & cataſtro illi ſe ſubmittit & obligat. l. pen. & l. vit. C.
ſine ſenſu, vel reliq. ita à fortiori, libertatem conſequitur,
qui in libro æſtimi, & cataſtri bona non regiſtrat. Cùm
ego duo hîc concurrunt, nempè hos homines non eſſe im
mediatè ſubditos Duci Mediolani, & eorum bona non eſ
ſe deſcripta in libris æſtimi ipſius Ducatus Mediolani, &
eorum bona non eſſe deſcripta in libris æſtimi ipſius Du
catus Mediolani. dicendum eſt præſumi omnino liberos
eſſe. ita poſt. Anch. conſ. 310. reſpondit Cra. con. 293. col.
pen. verſic. 8. conſidero. & verſ. 9. conſidero. & eo loci a-
lia ſcribit, quæ ad rem hanc noſtram conferunt.

Quartò ac vltimò me mouet argumentum ductum: à
48 fortiori: †Domino directo non licet aliquas collectas ſuis
vaſallis indicere. c. 1. §. licèt vaſallus domino, ſi de feudo
ſit conten. inter dominum & vaſall. & in ſpecie ita reſpõ
dit Io. de Ana. conſi. 7. nu. 14. & Boe. q. 126. num. 3. ita etiã
decidit Boe. q. 128. nu. 6. ex d. §. licèt vaſallus, dominum
directum non poſſe cogere vaſallos exponere proprias
pecunias, vt æs à ſe conflatum ſoluant, & fortius reſpon-
dit Alcia. reſp. 161. nu. 9. ex d. §. licèt, vaſallum †non tene-
49 ri ex propriis pecuniis domino verſanti in mortis pericu
* lo. & ibi hanc eſſe communem * Doctorum ſententiam
teſtatur. & alia permulta quæ huc pertinent ſcribit Alcia.
Debet (inquit Alciatus) dominus directus in primis excu-
tere propriam crumenam, & deinde à vaſallis auxiliũ po-
ſtulare, quod cenſuit & Guido Pap. q. 551. de hoc anno, in
fine. & reſpond. Soc. Iun. conſi. 98. nu. 11. lib. 3. & Io. Iaco-
bus de Leonardis inter conſilia Bruni conſ. 17. nu. 62. 66.
Si ergo non licet domino directo. collectas & onera im-
ponere ſuo vaſallo immediato, quanto fortius dicendum
eſt, non licere ea onera indicere hominibus ſui vaſalli, ſibi
ſubiectis mediatè?

Non obſtant nunc adducta in contrariũ. Ad primum
reſpondeo vno verbo, non licuiſſe dicto Do. Io. Barthol.
eam promiſſionem facere in detrimentum ſuorum ſub-
ditorum. Qui quidem cùm non potuerint, nec poſſint o-
nere aliquarum collectarum à ſuis dominis immediatis
grauari ob ſuas franchiſias, minus grauari poſſunt à do-
mino mediato Duce Mediolani, in quem ius aliquod traſ
latum non fuit hac de cauſa per dictum Io. Bartholomeũ:
50 quia nemo † dat, quod non habet. l. traditio. ff. de acqui.
rer. dom. Et vnius pactio alteri non nocet. l. ſi vnus. §. an-
te omnia. ff. de pactis. Dec. conſi. 551. num. 9. & conſi. 697.
num. 3. cæteros prætereo.
51 Non obſtat ſecundum, quia reſpondeo, contractus †eſ-
ſe ſtricti iuris. l. quidquid aſtringendæ. de verb. obl. Quo-
circà tantum in eo continet, quantum expreſſum fuit: nõ
enim extenſio fit de ſimilibus ad ſimilia: nec de caſu ad ca
ſum, vel de perſona ad perſonam. ita latè tradunt Decius
conſi. 555. num. 2. 3. 4. & conſi. 697. nu. 4. & Pariſ. conſil. 32.
nu. 10. lib. 1. qui num. 75. ſcribit extẽſionem concedi, cùm
eadem adeſt ratio & mens contrahentiũ, quæ ceſſant hoc
in caſu, vt ex relatis conſtat. Accedit, quod in contracti-
52 bus †ſumitur interpretatio, vt quis minus obligetur, vt re-
ſpondit Ang. conſi. 77. in fi. quem ſecutus eſt Pariſ. conſi.
69. nu. 22. lib. 3. Debent ego ij homines ſolùm obligari
quantum verba ſuarum franchiſiarum apertè loquuntur,
& non vltra. Atque ita concludo.

Quò ad tertiam propoſitam dubitationem, an poſſint
ij homines Bozulaſchi collectari ab illuſtribus ſuis Do
minis de Caretto immdiatis dominis, ſi contingat ip-
ſos dominos de Carretto collectari, ſeu moleſtia affici ab
illuſtriſſimis adminiſtratorib. Ducis Mediolani ſeu Regis
Catholici. Qua in re dicendum fortè erat collectari poſ-
ſe.

Primò, quia ij domini ſunt horum oppidorum Mar-
53 chiones †cum omnimoda poteſtate, ſiue ſpectemus inue-
ſtituras Imperatorum, ſiue inueſtituras Ducum Medio-
lani (ſi modò iure illæ ſubſiſtant.) Poſſunt ergo ij iura Im-
perij & dominij in hos homines exercere. vt reſpondit
Caſtren. conſi. 34. lib. 2. quem ſecutus eſt Alex. conſ. 2. nu.
25. lib.



25. lib. 1. & idem reſpondit Decius conſi. 403. col. 2. Cur.
Iun. conſi. 61. num. 9. qui num. 10. de Duce Mediolani idẽ
ſcribit. & idem reſponderunt Iaſ. conſi. 70. col. pe. ver. cõ
firmo. lib. 3. Ruinus conſi. 23. num. 6. & conſil. 200. num.
4. libro. 2. & de Marchione Montisferrati, quòd iura Im-
perij in ſua Marchia obtineat reſponderunt Iaſ. conſilio
235. col. 1. lib. 2. & Rolan. conſi. 29. nu. 30. lib. 1. Idem de Co
54 mitibus †placuit Soc. Iun. conſi. 26. num. 2. lib. 3. & Cra-
ue. conſi. 135. nu. 2. Si ergo ij domini habent iura imperij
in ſuos, ergo eos collectare poſſe videntur.

Secundò ſuffragari videtur, quod ex aliquorum opinio-
55 ne collectas †imponere, non eſt de regalibus: ita Alexan.
conſi. 68. num. 13. lib. 2. Iaſ. in l. de quib. num. 47. ff. de le-
gib. & Soc. Iun. conſi. 98. num. 2. lib. 3. admiſſo ergo quod
ij domini non obtineant iura Imperij in ſuos, nihilomi-
nus ex ea poteſtate, quam habent, collectas has videntur
poſſe imponere.
56 Tertiò, hæc opinio confirmare videtur argumento † du-
cto ab euitanda impietate & iniquitate. Si enim dicere-
mus, non licere his dominis aliquid exigere ab his homi-
nibus; ſequeretur hoc iniquum & impium, quòd ſcilicèt
domini ad extremam inopiam redigerentur ſi Duci Me-
diolani ipſi contribuere tenerentur, & nihil poſſent exi-
57 gere ab his ſubditis, æquitas ergo & pietas; quæ nos † æ-
quales Deo facit. l. Imperialis. C. de nupt. latè Tiraquel.
tract. de pœnis legum, cauſa 24. ſuadere videtur, hos ho-
mines collectari hanc ob cauſam poſſe.

His tamen minimè obſtantibus, contrarium verius eſt.
nempè, non licere his dominis collectas ſuis ſubditis, his
de cauſis indicere.

Primò ea ratione, quod inter multa, quæ in his ſolent cõ
ſiderari, eſt ipſa conuentio. Nam geſta à partium con-
58 uentione †legem accipiunt. lib. 1. §. ſi conueniat. ff. depoſi.
Affli. deciſ. 335. num. 16. & declarat Dec. in l. contractus.
num. 41. de reg. iu. Atqui initæ conuentiones inter hos
dominos & ſuos ſubditos ſuadent, eis non licere impone-
re has collectas: ergo liberi illi cenſendi ſunt. Quòd con-
uentiones id præ ſe ferant, vel ex eo conſtat, quod cùm ij
homines certum quid annuatim præſtare ſoleant, in cæ-
59 teris liberi dñr. Quemadmodum de liberto †ſcriptum eſt
in l. vt iuſiurandi. ff. de ope. lib. & l. vlt. ff. de ope. lib. & l.
vlt. ff. de lib. cau. qui non tenentur ad alia opera, præter iſt
manumiſſione contenta. Quibus ſanè iuribus adducti ita
in ſpecie noſtra reſponderunt Oldr. conſi. 223. Factum ta
le eſt, quidam miles, col. 3. Neuiz. conſi. 66. num. 52. Io. Ia
cobus de Leonardis inter conſil. Bruni conſi. 117. nu. 72.
Soc. Iun. conſi. 98. nu. 25. lib. 3. & Alcia. reſp. 167. nu. 13. idẽ
60 reſp. 161. num. 10. inquit, ſufficere, quod vaſallus †præſtet
quod ab initio promiſit. arg. l. 1. C. de colla. fund. patr. lib.
11. & l. operas. ff. de ope. lib. quæ iura dum citat idem Al-
cia. reſ. 535. num. 3. concludit. Ducem Mediolani non po-
tuiſſe exigere aliquas collectas ex cauſa belli indictas ab
hominibus Caſtri noui; cum quibus ipſe Dux pacto con
uenerat, vt dicti homines qui manum tantum præſta-
rent. & eo multis oſtendit, eam conuentionem eſſe omni-
no obſeruandam. Huc pertinet quod reſponderunt Bar.
conſi. 59. Commune Spoleti, lib. 1. Neui. 2. conſi. 66. nu.
19. Crau. conſi. 111. nu. 4. & nu. 7. & conſi. 241. nu. 17. ver.
61 rurſus illa ſubmiſſio, illa loca †cenſeri conuentionata, quę
pacto conuento quid ſoluunt annuatim: & ob id quò ad
reliqua libera cenſentur.

Secundò, adducor in hanc ſententiam ex tex. l. cùm ſatis
§. caueant. C. de agr. & cenſ. lib. 1. quo conſtitutum eſt, ſer-
62 uitia †eſſe debere ſuis finibus contenta. Quo textu addu-
ctus docuit Bal. in l. ij quib. C. de fideicom. libe. nobiles
63 †non poſſe indicere collectas ſuis ſubditis, niſi conſtet id
eis licere conuentione, vel conſuetudine: quãdoquidem
ſubditi ij ab his ſui natura liberi eſſe cenſentur. Baldum
ſecutus eſt Iacobinus à S. Georgio in tract. de homagijs,
colu. 8. verſi. iuxta prædicta quæro. idem cenſuit Boe. q.
126. nu. 5. & q. 132. nu. 3. qui citando Brunum & alios non-
nullos inquit, ita in conſilio Burdegalenſi fuiſſe deciſum.
Cùm ego in caſu noſtro nulla adſit conuentio, nulla con
ſuetudo, quib. hæc collectandi facultas his dominis tribu
ta ſit, dicendum eſt, hac facultate eos carere.
64 Tertiò, me non parum mouet argumentum †à conſue
tudine ductum. Siquidem (vt vno verbo ſupra admonui)
conſuetudo in his ſpectari ſolet. ita Bal. in d. l. ij quibus
Albe. in l. 1. col. 8. nu. 15. de iuriſd. om. iud. Alex. cõ. 35. nu.
3. li. 2. & Iacobin. à S. Georgio in d. tract. de homagijs. co.
8. verſi. iuxta prædicta quæro. Atqui in caſu noſtro nul-
la extat ex parte dominorũ collectandi conſuetudo, quã
65 quidem illi probare †tenentur eſſe antiquiſſimam; vti re-
ſponderunt Crau. conſi. 111. nu. 9. 10. 11. Alcia. reſp. 167. nu.
12. & Boe. q. 132. nu. 4. & q. 263. nu. 6. non ergo collectandi
nunc ſunt. Quin eſt illud hîc obſeruandum quòd ſi aduer
66 ſus hanc conſuetudinem † non collectandi eſſet factum
aliquando per hos dominos, factum cenſebitur metu: ita
præcitati Iacobi Boer. & Alciat. ſcribunt. & Boe. d. q. 126.
67 nu. 2. decidit, non licere his dominis †ſibi in his cauſis iuſ-
dicere. Idem cenſuit Gramm. voto 12. nu. 10. Si etiam con
ſiderabimus obſeruantiam ex latere hominum, conſtabit,
nil vnquam ſoluiſſe harum collectarum nomine. Quo fit,
vt libertatem conſecuti cenſeantur, etiam ſi aliàs colle-
ctari (quod negatur) potuerint: ita reſpondit Crau. conſi.
111. num. 3. poſt alios, quos recenſet.

Quartò, non mediocriter confert, quod cùm ij domi-
ni non poſſint à Duce Mediolani collectari (vt ſuprà o-
ſtendimus in quarto fundamento præcedentis dubita-
68 tionis, non debent † ipſi collectas ſuis ſubditis indicere,
alioqui malè verſari, & agere cum illis dicerentur, & ob id
feudo priuari mererentur. ita poſt multos reſponderunt
Cur. Iun. conſi. 137. nu. 4. Boe. q. 55. in fi. & q. 304. col. pen.
& Socin. Iun. conſi. 34. nu. 38. li. 3. & Alcia. reſp. 167. in fi.
qui poſt præpoſitum in præludijs feudo. in ſpecie hac no-
69 ſtra ſcribit, quod ſi domini †moniti non deſiſtunt ab im-
poſitione harum collectarum, feudo debent priuari.

Quintò ac vltimò accedit ratio, qua in ſpecie noſtra v-
ſus eſt Soc. Iun. conſi. 98. nu. 19. lib. 3. Plura loca & caſtra
conceſſa fuerunt ijs dominis de Caretto ab Imperatori-
bus Federico primo. Federico ſecundò, Carolo quarto, &
Sigiſmundo. In multis ex his locis & caſtris non cõſueue
runt ij domini aliquas collectas indicere, ergo nec eis lice
re nunc debent grauare hæc loca Bozulaſchi, & ſancti Be
nedicti.

Non obſtant nunc adducta in contrarium. Ad primum
reſpondetur multipliciter à Socino Iun. dicto conſi. 98.
nu. 20. 21. lib. 3. vbi ſex reſponſiones recenſet. Quinta illa
quam eo loci nu. 25. 26. recenſet, multum conuenit, ait
ille, quod quando ex cõuentionibus quid annuum præſta
tur, in cæteris eſſe liberos, nec collectari poſſe, vt multis
ſuprà oſtendi.

Non obſtat ſecundum, quia reſpondeo, imò eſſe de re-
70 galibus †indicere collectas, vt iam ſuprà probaui: & reſpõ
dit multis Socin. Iun. d. conſi. 98. num. 15. 16. qui. num. 29.
ita huic fundamento ſatisfacit.

Non obſtant tertium & vltimũ, quia reſpondeo, imò
eſſe iniquum (vt dixi) hos homines grauere. Debent enim
illuſtres ij domini ſe & homines ſuos defendere & tue-
ri. Atque ita concludo.

Iacobus Menochius I. C.

## SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum licèt poſſit alienari pro conſtituenda dote filiæ teſtatoris, hoc tamen non eſt permiſſum pro reſtitutione dotis.*
2 *Verbum dare, à verbo reſtituere, in quo differat.*
3 *Fideicommiſſum alienari non poteſt pro reſtitutione dotis, quando ipſi grauato relicta fuit legitima vel Trebellianica, & eas is male conſumpſit.*
*Et pro intelligentia huius diſtinguuntur nonnulli caſus nu. 38*
4 *Mulier ſi videns virum dilapidare & ad inopiam vergere, non egregit ad reſtitutionem dotis, ſibi eſt imputandum & negligentiæ ſuæ.*
5 *Auth. res quæ. C. commu. de lega. habet locum ſolum in filijs deſcendentibus, & non in tranſuerſalibus.*
7 *Neque in nepte reſpectu aui.*
*Priuilegia perſonalia cum perſona extinguuntur.*
8 *Pater agens ad reſtitutionem dotis illud habet priuilegium, quod habet mulier, & quomodo procedat.*
9 *Pater, mortua filia pro qua dotem ex bonis fideicommiſſi conſtituerat, ſi eam dotem recuperauerit, tenetur eam reſtituere ac ſi nunquam dos reſtituta fuiſſet.*
10 *Dos poteſt filiæ conſtitui ex bonis fideicommiſſo iam obnoxijs, cum alia bona non ſuperſint. & nu. 27.*
11 *Grauatus onere fideicommiſſi poteſt dotem conſtituere filiæ.*
12 *Fideicommiſſum an ſicut alienari poteſt pro conſtituenda dote, an poſſit pariter alienari pro eius reſtitutione.*
13 *Reſponſio, ſeu determinatio à præcedenti interrogatione declarari ſolet.*

14 Re-

14 *Reſcriptum declaratur à precibus præcedentibus.*
15 *Eorum quæ non ſunt, nullum eſt eſſe.*
16 *Fauor publicus ſemper priuato præfertur.*
17 *Mulier quando agit pro dote conſtituenda ex fideicommiſſo agit de lucro aſſequendo cum iactura ſuccedere debentium in fideicommiſſo; ſed quando agit de dote reſtituenda, agit de damno euitando.*
18 *Bona ſoceri intelliguntur tacitè hypotecata pro dote à nuru recepta.*
19 *Pater cogitur conſentire filio recipienti dotem ab vxore & ſe obligare. & nu. 23.*
20 *Mulier poteſt agere hypothecaria contra bona ſoceri.*
21 *Auth. de reſtitutio. & ea quæ parit in vndeci. menſe. §. hæc igitur an habeat locum in reſtitutione dotis, latius & nu. ſuperioribus & inferioribus. & quomodo procedat. nu. 28.*
22 *Augmentum dotis poteſt conſtitui à muliere de bonis fideicommiſſo ſuppoſitis. & multo magis reſtitutio conceditur ex eiuſdem bonis.*
23 *Teſtator præſumitur quod velit hæredem ſuũ facere debere, quòd ipſe teſtator, ſi viueret facturus erat.*
24 *Donatio propter nuptias qua de cauſa ſoleat fieri.*
25 *Pater quo caſu dicatur obligatus pro dote accepta.*
26 *Pater non cogitur conſentire filio ducenti vxorem, & recipienti dotem, ſi ſuſpicio adeſt quòd dilapidabit bona.*
27 *Argumentum ab auctoritate valet.*
28 *Opinio in iudicijs illa præualet quæ maiores & plures auctoritates habet.*
29 *Nemo præſumitur quod in aliquo damno vel periculo ſe exponere velit.*
30 *Succedere alteri potius eſt lucrum, quam damnum & onus.*
31 *Fideicommiſſum priuatam, dos uerò publicam vtilitatem reſpicit intellectus ad l. qui cum alio. ff. de reg. iur. ibid. & nu. ſequen.*
32 *Mulier non habet facultates ſuas æſtimare atque perquirere, quia virile officium potius eſt.*
33 *Iuſta ignorantia in muliere quæ, & quomodo dicatur.*
34 *Libro de natiuitate filij creditur.*
35 *Mulier poteſt petere & conſequi reſtitutionẽ dotis ex bonis fideicommiſſi, etiam quando ſciuit fideicommiſſum extare.*
36 *Diſpoſitum de ſimplici, dicitur & de compoſito illudmet diſpoſitũ eſſe.*
37 *Fideicõmiſſum qua de cauſa pro conſtitutione dotis poteſt alienari.*
38 *Mulier abſque culpa ſua dotem amittere non debet.*
39 *Homines plus ſperant in facultatibus poſſidere quàm re ipſa poſſideatur.*
40 *Dos à patre conſtitui debet, quia ei à lege hoc onus iniunctum eſt.*
41 *Pater non præſumitur velle filiam dote priuare faciendo fideicommiſſum.*
42 *Priuilegium dotale an ſit perſonale vel reale. & nu. 44.*
43 *Priuilegium dotali præualet priuilegio fideicommiſſi.*
44 *Mulieres qua de cauſa debeant dotari.*
45 *Beneficium reſtitutionis minoris eſt perſonale, & trãſit ad hæredes, & qua de cauſa.*

## FACTI SPECIES.

*Magnificus. D. A. Iuſtinianus Rebuffus Genuenſis hæredem ſibi fecit Magnificum D. Ioan. Baptiſtam hac ſub conditione. Quòd, eo quandocunque decedente abſque liberis legitimis & naturalibus in eo, quod ei ſuperfuerit de bonis hæreditatis ipſius teſtatoris, eidem ſuccederent Ioſeph & Bernardus Iuſtiniani Rebuffi, & alij in ea ſubſtitutione nominati; Et ipſum Io. Baptiſtam hæredem liberauit teſtator à cautionis præſtatione & ponendo in tuto, perinde ac ſi nulla ei eſſet facta ſubſtitutio & aliquod iniunctum onus reſtitutionis illius quod ſupererit. Teſtatore vita functo, hæres iſte vxorem duxit, à qua ſatis egregiam dotem conſecutus eſt. Deinde luxurioſè viuens omnia bona ferè conſumpſit. Eo mortuo, vxor ſuperſtes teſtamento ſuo hæredes reliquit proprios fratres. qui quidem nunc aduerſus hæreditatem. Do. Io. Baptiſtæ: & quatenus opus ſit aduerſus ſubſtitutos volunt eam dotem detrahere. obijciunt ſubſtituti, ſibi quadrantem ex hæreditate teſtatoris eſſe omninò reſtituendum iuxta conſtitutionem auth. contra rogatus. C. ad S. C. Trebell. Et hoc caſu nullam eſſe habendam rationem ipſius dotis; quæ ſi reſtitueretur, tantum non ſupereſſet quod quadranti ſufficeret. Dubitari itaque contingit, an dos hoc in caſu reſtitui debeat.*

## CONSILIVM XXXIII.

# Initium à Domino.

EGREGIA eſt admodum
propoſita conſultatio, etſi,
ob varias interpretum traditiones,
non parum dificilis & perplexa ſit. Reſpondendum
fortè videtur, dotis reſtitutionem fieri non
oportere ante quadrantis
detractionem.
Primò, quia etſi bona fideicommiſſo
ſuppoſita alienari
poſſint, vt dos filiæ
teſtatoris ac alijs deſcendentibus conſtituti poſſit. iuxtà
authenti. res quæ. C. commu. de leg. non tamen permiſ-
1 ſum videtur alienare †bona fideicommiſſi pro reſtitutio-
ne dotis; cum præſertim data fuit grauato poſt iniunctũ
fideicommiſſi onus. Ita cenſuerunt Angel. in d. auth. de re
ſtitu. & ea quæ par. &c. in prin. col. 4. Iaſ. in auth. res quæ.
nu. 29. C. com. de leg. & conſi. 231. num. 3. li. 2. & conſi. 23.
nu. 2. lib. 3. Rui. conſi. 123. nu. 13. conſi. 137. num. 18. in fi. lib.
2. Pariſi. conſi. 51. nu. 34. & conſi. 63. nu. 46. li. 2. Alcia. reſp.
555. nu. 3. & in l. 1. nu. 65. ff. ſol. matr. & Soc. Iun. conſi. 119.
num. 7. lib. 2. Quam ſanè opinionem probare videtur tex.
in. §. hæc igitur, in auth. de reſtitu. & ea quæ parit in vnde
cimo menſe. Accedit ratio, quam maximè perpendunt Ia
ſon & Alciatus, quod (ſi hoc liceret) hoc mõ inuenta eſ-
ſet via, qua indirectè fideicommiſſa ſubuerterentur. quam
rationem videtur probare tex. d. §. hæc igitur omnia.
Nam quando dos eſt data ante iniunctum onus fideicom
miſſi, ex quo bona patris obligata cenſentur pro dotis re
ſtitutione, non potuit onus ad dotis detrimentum impo
ni. At contra eſſe videtur quando poſt iniunctum fidei-
commiſſi onus dos accepta fuit. ex quo ſucceſſionibus bo
na hæc obnoxia videntur. Et hanc opinionem probare
videntur apertè verba §. ſi verò ipſam quartam, in auth.
2 de reſti. ibi, dotem dare; †quod verbum dare, à verbo re-
ſtituere non parum differt: cùm præſertim ſubijciat,
hæc verba, Si multa eiuſmodi cauſa ſubſit prorſus ne-
ceſſe habeat quartam inſtitutionis ſuæ partem ſerua-
re. quæ ſanè verba ita ſunt præciſa, vt alium caſum non
reſeruẽt quam dationis dotis. cùm ergo hæc dos data fue
rit d. D. Ioan. Baptiſtæ poſt onus fideicommiſſi ſibi iniũ-
ctum; dicendum videtur, dotem non eſſe ante omnia re-
ſtituendam, ſed priùs fideicommiſſi debitam portionem
eſſe deducendam.
Secundò, vt pro ſubſtitutis reſponderem, me aliquando
mouebat illa elegans & notabilis interpretum ſententia
qua affirmant, bona fideicommiſſi alienari non poſſe pro
dotis reſtitutione, quando ipſi grauato relicta fuit legiti-
ma, vel Trebellianica, & eas malè is conſumpſit. ita reſpõ
derunt Rom. conſi. 232. nu. 1. Pariſ. conſi. 63. nu. 45. li. 2. Iaſ.
conſi. 157. col. pen. verſi. circa tertiam, lib. 2. & in auth. res
quæ, col. vlt. verſi. 14. limita. C. commu. de leg. & Socin. in
l. Marcellus. §. res quæ. nu. 4. verſic. ſed ſi tempore mortis.
ff. ad Trebel. & Alcia. d. reſp. 555. in fin. Et in claris termi-
nis eſt glo. in d. auth. contra rogatus, in glo. vlti. C. ad
Trebel. Cùm ergo D. Ioan. Baptiſta, tempore à ſe receptę
dotis habuerit non modò duas partes atque ita dimidiam
dictæ hæreditatis fraternæ (quæ ſanè duæ partes loco legi
timæ & Trebellianicæ eſſent, quando hæ fuiſſent debitæ)
ſed etiam tres partes, hoc eſt, dodrantem habuerit; cùm
rogatus fuerit reſtituere quod ſupererit, iuxtà auth. con-
tra rogatus. C. ad Trebel. Habuit ergo vnde dotem reſti
tueret; quod cùm non fecerit, ſibi eſt imputãdum, & mu-
4 lieris †negligentiæ adſcribendum. quæ cùm animaduerte
ret virum dilapidare & ad inopiam vergere, debeat agere
ad ſuæ dotis reſtitutionem, iuxtà l. ſi conſtante. ff. ſolu. ma
trim. Et hanc mulieris negligentiam conſiderat & in ſpe
cie Iaſo in d. auth. res quæ, col. vlt. verſi. 14. limita. in fin.
C. commu. de legatis.





Tertiò, ſubſtitutis ſuffragati non parum videtur, quòd
5 diſpoſitio d. auth. †res quæ, ſolùm videtur habere locum
in liberis deſcendentibus, & non in tranſuerſalibus: ita
Ang. in d. auth. res quæ. quem ibi recenſet Iaſ. nu. 12. qui
eiuſdem opinionis refert Areti. conſi. 37. in 2. dub. Illum
ſecuti ſunt Ruin. conſi. 137. nu. 17. li. 2. & Curtius Iun. in d.
auth. res quæ. num. 18. & communem *teſtatur Ferdinan
dus Loazes in repe. l. filiusfa. 9. diui. nu. 361. de leg. 1. & Di
dacus Couarr. lib. 3. varia. reſolu. ca. 6. nu. 10. verſic. primũ
illud. Imò fortius, poſt alios, quos recenſet, ſcribit Iaſ. in
d. authen. res quæ. nu. 32. verſi. 2. limita. illam diſpoſitionẽ
6 †locum non habere in nepte, reſpectu aui. Quam qui-
dem opinionem probarunt Rub. conſil. 124. nu. 3. & co-
pioſius Alcia. reſp. 640. Cum ergo hoc noſtro in caſu ſit
iniunctum fideicommiſſum, & agatur de dote ſorori re-
ſtituenda, ceſſare videtur diſpoſitio d. auth. res quæ. at-
que ita fideicommiſſum ob hanc dotis reſtitutionem mi
nui non poſſe.
Quartò & vltimò, his hæredibus repetentibus dotem
defunctæ mulieris repugnare videtur, quod ipſi mulieri
tributum videtur in perſonale priuilegium, vt ex fideicõ
miſſo conſequi valeat dotis reſtitutionem, nec ſcilicèt re
7 maneat indotata. Atqui hæc priuilegia † perſonalia vnà
cum perſona pereunt. l. quia perſonale. ff. ſol. mat. Et ad rẽ
hanc confert notabilis doctri. Bar. in l. poſt dotem. num.
8 33. ff. ſolu. mat, dum ſcribit, patrem, †vel alium ſucceſſo-
rem agentem ad dotis recuperationem eadem habere pri
uilegia, quæ habebat mulier, ſi tamen actores illi, viuen-
te muliere, actionem inſtituant: at ſecus ea mortua, quia
ceſſante muliere, quæ priuilegij cauſa fuit, ceſſat & priui-
legium actionis ad dotem. Bartolum ſecuti ſunt omnes,
vt copioſè pro ſuo more refert Tiraq. id trac. de retractu
conſan. §. 26. gl. 1. nu. 81. & præter eum Soc. Sen. conſ. 143.
in fi. lib. 1. & Pariſ. conſ. 64. nu. 10. li. 4. Cum ergo hæc mu-
lier, de cuius dote repetenda agitur, ſi vita functa, dicen-
dum videtur, hos ſuos hæredes non poſſe vti eo priuile-
gio, quo illa vſa fuiſſet, ſi vixiſſet, & dotem repetere tentaſ
ſet. Qua de re ita videtur ſenſiſſe in ſpecie Bar. in. d. auth.
res quæ. nu. 8. ver. redeo ad glo. Bartholum eſt ibidem ſe-
cutus Cur. Iun. nu. 77. verſi. 2. concluſio. qui & illud ſub-
* iungit, cum Bartolo communem *eſſe opinionem. Scri-
9 bit itaque Bartolus quod ſi pater: †mortua filia, pro qua
dotem ex bonis fideicommiſſi conſtituerat, eã dotem re-
cuperet, tenetur dicta omnia bona ſic recuperata reſtitue
re, ac ſi nunquam dos fuiſſet cõſtituta, ex quo ceſſauit cau
ſa illius diminutionis fideicõmiſſi, hoc eſt, ipſa filia, atque
ita perſona, ob quam lex conſtituit bona fideicommiſſo
ſuppoſita alienari poſſe. Nam ceſſante cauſa, ceſſat effectus
lege adigere. §. quamuis. de iure part. cum vulgatis ſimi-
libus.
Cæterùm, his minimè refragantib. contraria ſententiã
veriorem & probabiliorem eſſe exiſtimo, dotem ſcilicèt
omnia detrahendam ex bonis his, tametſi iam fideicom-
miſſo ſuppoſitis, licèt quadrans ſubſtitutis debitus mi-
nuatur. Quam ſanè ſententiam, vt veram eſſe oſtendam,
adducor multis. Illud vnum tamen dicam ante omnia, re
* ceptiſſimam eſſe omnium *ſententiam, dotem† poſſe fi-
10 liæ conſtitui ex bonis fideicõmmiſſo iam obnoxijs, cum
alia non ſuperſunt. Quam ſanè veram ſententiam probat
tex. §. quamobrem, it auth. de reſtitu. & ea, quæ parit in
vnd. menſ. quæ quidem conſtitutio relata eſt in auth. res
11 quæ C. com. de leg. Eſt ibi ſancitum, grauatum †onere fi-
deicommiſſi poſſe conſtituere dotem filiæ. idem conſti-
tutum eſſe in. §. nobis ergo rectè, in auth. de reſtitu. quæ
ſanè conſtitutio relata eſt in d. auth. contra rogatus. C. ad
Trebell. ibi enim multò clarius ſtatutum eſt, quod graua
tus reſtituere quod poſt mortem ſuam ſupererit, atque i-
ta ſaltem quadrantem, poſſe dotem filiæ conſtituere. Et
hoc omnes admittunt, nempè licere alienare fideicommiſ
ſo obnoxia pro dotis conſtitutione. ita omnes ſcribunt
in d. auth. res quæ. & in l. filiusfa. §. diui. de leg. 1. Qui qui-
dem iuris interpretes, his adducti conſtitutionibus, ita eſ
ſe affirmant, cùm onus fideicommiſſi iam ante dotis con
ſtitutionem eſt iniunctum: quemadmodum & clarius in
frà ſuo loco dicemus. Et apertè hoc eſſe ex mente om-
nium cenſuit Socin. Sen. conſi. 23. nu. 4. li. 3. Supereſt ſo-
lùm demonſtrare has conſtitutiones permittentes aliena
tionem fideicommiſſi pro dotis conſtitutione permitte-
12 re †etiam eandem alienationem pro dotis reſtitutione.
Quod equidem demonſtrari ita poteſt.

Primò, ex tex. in §. 1. verſ. adierũt. in auth. de reſtit. &
ea quæ parit in vnd. menſ. vbi Iuſtinianus controuerſiam,
quæ fuit inter mulierem & fratrem viri defuncti & graua
ti reſtituere fideicommiſſum his verbis recenſet: Morien
te namque viro vxor quidem & dotem exigebat & dona-
tionis ante nuptias factæ partem, ſeu propter nuptis, quã
viri mors dabat. Defuncti verò frater aliunde vindicabat
res, & patris proferebat uoluntatem, &c. ita legitur in vul
gatis codicib. Et melius ac clarius fortè in codice Haloã-
dri. Siquidem in controuerſia quadam defuncto marito
mota, cum vxor dotem & donationis ante nuptias ſiue
propter nuptias partem, quam mariti mors illi tribuebat
exigeret: pertinaciter res ipſas ex altera parte defuncti fra
ter prætextu paternæ voluntatis retinere, eáſque mulieri
eripere conabatur, &c. Hæc ergo querela mulieris erat de
dotis reſtitutione, & econtrà querela fratris erat de fidei-
commiſſo ſibi ex patris diſpoſitione reſtituendo. Iuſtinia
nus ergo auditis hinc inde querelis, totam controuerſiam
diffinit: & ſtatuit, dotis cauſam eſſe fideicommiſſo præfe-
rendam. Licet ergo Iuſtiniani diffinitio ſolùm eſſe videa-
tur de dotis conſtitutione, attamen & caſum reſtitutio-
nis continet. tum quia reſponſio †atque ita determina- 13
tio à præcedenti interrogatione declarari ſolet. l. ſi defen
ſor. §. qui interrogatus. ff. de interr. actio. & §. præterea.
Inſt. de inut. ſtipu. ita etiam diximus reſcriptum †declara 14
ri à præcib. præcedentib. ca. inter dilectos, vbi Felin. nu.
14. de fide inſtr. & Pariſi. conſi. 3. nu. 56. lib. 4. tum etiam,
quia ſi aliter diceremus, non diffiniuiſſet Iuſtinianus pro-
poſitam querelam; quod dictum abſurdiſſimum eſt. Illud
etiam relata verba præſupponunt fideicommiſſum præ-
ceſſiſſe dotis traditionem; quia ſi non præceſſiſſet, ſed e-
contrà, nullum eſſet doti tributum priuilegium, vt mox
clarius dicemus.
Secundò, mouet me tex. §. ſancimus, in d. auth. de reſti-
tutio. & ea quæ parit in vndec. menſe. Sancimus enim (in-
quit Iuſtinianus) ſecundum hunc modum excipi modis
omnibus ad reſtitutionem nuptialia documenta, & ſuper
his factas alienationes, ant hypothecas. Vel (vt in codice
Haloandri) ita, ſancimus enim vt prorſus ea ratione con-
iugalia inſtrumenta, & eo nomine celebratæ alienatio-
nes, ſeu hypothecæ à reſtitutione eximantur. Duo hic fa-
cit Iuſtinianus. Primùm vult à reſtitutione fideicommiſſi
eximi dotem. dum ergo excipit ſeu eximit dotem præſup
ponit præceſſiſſe fideicommiſſum. Secundùm præſuppo-
nit Iuſtinianus de reſtitutione dotis hîc agi; quia dicit
inſtrumenta coniugalia eximi. Si de dotis conſtitutione
ageretur, nõ cõueniret illa verba, inſtra cõiugalia; quæ fu
turo tempori non adaptantur, cùm præteriti ſint tẽporis.
Tertiò, non leuiter ſuffragantur illa verba, querelę mu
lieris, quæ conquerebatur ſe ignorantia fideicommiſſi de
cipi atq; fraudari. ita enim legitur in d. §. 1. verſ. adierunt,
in auth. de reſtit. & ea quæ parit in vnd. mẽſ. ibi: Nũc poſt
quam maritus prior mortem obijſſet, ipſa reſtitutionem
ignorans, ad amiſſionis earum rerum periculum veluti
per fraudem indicatur. Duo etiam hîc præſupponit Iuſti
nianus primùm, dotem fuiſſe datam, & de reſtitutione e-
ius agi, quod ſignificant illa verba, amiſſionis, &c. priua-
tio habitum præcedere præſupponit. l. decem. §. decem.
de ver. obli. Secundum præſupponit fideicommiſſum iã
ante datam dotem eſſe à teſtatore factum. quod oſtendũt
illa verba, ignorantia fideicommiſſi. ignorari enim dicun
tur iam in eſſe deducta, & non futura: cùm eorum † quæ 15
non ſunt, nullum ſit eſſe.
Quartò, conſidero rationem, qua motus eſt Iuſtinianus
ad ita conſtituendum, vt ſcilicèt dos dari poſſit ex bonis
fideicommiſſi. Ratio inquam eſt, quam his verbis expri-
mit. Ea enim, quæ communiter omnibus proſunt, ijs quę
ſpecialiter quibuſdã vtilia ſunt, præponimus, &c. Et pau-
lo ſuprà dixerat: Maximè in nuptijs quibus nihil eſt ho-
minum vitæ vtilius, vt quæ ſolæ homines procreare & ꝓ-
ducere poſſint. Hæc ratio ita locum obtinet cùm agitur
de ipſius dotis reſtitutione, potiuſquàm quando agitur de
conſtitutione. Et ita locum habet cùm agitur de reſtitu-
tione dotis datę poſt fideicommiſſum iam iniunctũ poti⁹
quàm ante. Siquidẽ omnibus in caſibus ſemper fauor †pu 16
blicus eiúſque vtilitas priuato pręfertur: cũ cõtingat mu-
lieres & ſecundò & tertiò nubere. quæ ſanè nuptiæ im-
pedirentur, nihil ab hæredibus præmortui viri dotem exi
gere non poſſent. Et niſi intelligeremus, dotẽ reſtitui ex
bonis fideicommiſſi iam conſtituti, verè nullum priuile-

gium eſſet doti tributum
Quintò, vrget plurimum, quod omnium eſt ſententia
17 †dotem poſſe ex bonis iam fideicommiſſo ſuppoſitis cō
ſtitui, vt ſuprà diximus. Atqui maior rō eſt quod fideicom
miſſum iam iniunctum pro reſtitutione dotis alienetur,
quam pro conſtitutione. Hoc vel ex eo demonſtratur;
quia quando agitur de dotis conſtitutione, quodammo-
do agit mulier de lucro aſſequendo cum iactura ſuccede-
re debentium in fideicommiſſo; quibus cùm obnoxia
ſint bona hæc, dos vti ex re aliena non videtur poſſe à mu
liere conſtitui. Cum verò agitur de dote reſtituenda, de
damno euitando agit mulier, cum ſolum quærat, vt ſibi
reſtituatur, quod ſuum erat, & iam ex re propria dedit. Si
ergo permiſit Iuſtinianus alienare bona iam fideicom-
miſſo obnoxia pro dotis conſtitutione; ergo fortius pro
reſtitutione.
Sextò accedit, quod niſi illa conſtitutio Iuſtiniani in d.
auth. de reſt. & ea quæ parit in vndec. menſ. intelligatur
diffinire hanc controuerſiam, cùm agitur de reſtitutione
dotis datæ poſt onus fideicommiſſi, eſſet de indubitabili:
quod quidem dicendum non eſt vulgatis iurib. Hoc de-
monſtratur, priùs duobus præmiſſis. Primò, quod bona ſo
18 ceri † idtelliguntur tacitè hypothecata pro dote à nuru
recepta. ita cenſuit gl. in l. aſſiduis, in gl. magna. C. qui po
* tio. in pig. habea. quam * omnes ibi ſequuntur. Secundò,
19 quòd pater † cogitur conſentire filio recipienti dotem ab
vxore, & ſe obligare, vt notat Bartol. & cum eo cæteri in
l. ſi cum dotē. §. tranſgrediamur. ff. ſol. matrimo. His præ
miſſis, dicimus nunc, quòd ſi illa conſtitutio Iuſtiniani de
dote data viuente patre, nullam probabilem dubitationē
contineret, quia cùm bona ſoceri pro ipſa dote ſint hypo
thecata, non potuit teſtator fideicommittendo ius hypo
20 thecæ auferre, qua mulieri † datur facultas agendi hypo-
thecaria contra bona ſoceri. l. creditoris. ff. de diſtract. pi-
gno. vt ergo ille textus contineat dubitationem, & ali-
21 quod noui inducat, intelligendus † eſt hoc in caſu, in quo
mulier agit ad reſtitutionem dotis datæ poſt fideicom-
miſſum iam inductum. ita argumentum in ſpecie Crotus
in repe. l. filiusfam. §. diui. nu. 167. verſi. ſecundò inducò,
&c. & eum ſecutus eſt Natta conſi. 61. col. 3. lib. 1. Verùm
hæc argumentatio nō multū concludit, quia illa ſuppoſita
à Croto facta non videntur vera, vt mox ſubijciam. Et i-
deo melius hæc argumentatio confirmatur, quia Iuſtinia
nus tribuit priuilegium doti hoc caſu ob communem vti
litatem. Quòd ſi verum eſſet, dotem fuiſſe datam ante fi-
deicommiſſi conſtitutionem, non ex priuilegio, ſed iure
communi poſſet dotem mulier repetere: cum eo caſu cen
ſeatur æs alienum, quod de fideicommiſſo venit prius de
trahendum, vt clari iuris eſt. Vt ergo priuilegiatam do-
tem eſſe cum Iuſtiniano dicamus, erit concedendum, do-
tem poſt fideicommiſſum fuiſſe datam.
Septimò, ſuffragatur egregia doctrina eruditiſſimi Cra
uettæ compatris mei colendiſſimi, conſil. 291. col. 1. qui e-
gregiè & ſubtiliter reſpondit multis rationibus, augmen-
22 tum † dotis conſtitui poſſe à muliere de bonis fideicom-
miſſo ſuppoſitis. Si ergo licet conſtituere hoc argumen-
tum, quantò fortius licebit dotem iam datam ex ipſo fidei
commiſſo repetere, cum in augmento ceſſare quodammo
do videatur cauſa priuilegij, quæ eſt, ne indotata mulier
remaneat? cum ſine augmento dotata ſit, vt egregiè ſen-
ſit Caſtr. conſi. 311. Viſo libello. nu. 3. verſic. ſed quando,
li. 1 etſi non multum congruè data cenſeatur. Nec reſpon
ſo doctiſſimi Crauettæ repugnat text. §. hæc igitur in
auth. de reſtitu & ea quæ parit in vndec. menſe. quo ex-
preſsè prohibetur alienatio fideicommiſſi, vt dos augea-
tur, vel donatio propter nuptias conſtituatur. Siquidem
procedit is textus cum vir vult dotem augere, ſeu propter
nuptias donare, vt egregiè ſenſit Rui. conſi. 199. nu. 5. lib.
2. Vel etiam quando mulier vult augere dotem, quæ iam
pro rei familiaris, perſonarum qualitate nec non & tem-
pore congrua eſt.
Octauò, ita Caſtrenſis & alij, quos mox referam, argu
mentātur eleganter certè atque ſubtiliter. Iuris præſum-
23 ptio eſt, quod teſtator † velit hæredem ſuum facere debe
re, quod ipſe teſtator, ſi viueres facturus erat. l. cum ſeruus
ff. de condit. & demon. ibi. Nam, quod ipſe viuus facturus
ſit, ab hæredibus ſuis fieri iuſſiſſe intelligitur. Atqui, ſi pa
ter, hoc eſt, teſtator fideicommittens viueret, conſenti-
rét filio nubenti & recipienti dotem, vt ſua bona eſſent o-
bligata pro reſtitutione dotis ſuæ nurus: cùm, ſi ſpontè
conſentire nollet, compelli poſſet, vt ſcribit Barth. in l. ſi
cum dotem. §. tranſgrediamur. num. 6. ff. ſolut. matrimo.
quem alij plures ſecuti ſunt. Ergo filius, mortuo patre, du
cendo vxorem & recipiendo dotem, poterit is obligare
bona fideicōm. obnoxia, pro ipſius dotis reſtitutiōe. Hac
argumentatione vſi ſunt Caſtr. id d. authen. res quæ. num.
7. C. commu. de lega. in l. mulier. cùm proponeretur. ff. ad
Trebell. Dec. conſi. 376 nu. 5. Bal. nouellus in trac. de do-
te. parte 6. priuil. 20. nu. 8. Cur. Iun. conſi. 59. nu. 6. Natta
conſi. 61. col. 3. li. 1. & Roland. conſi. 85. nu. 36. Quamquam
ab omnibus his ſolida hæc credatur argumentatio; atta-
men (vt dicam ingenuè, quod ſoleo, meam ſententiam) nō
multum roboris habet. Non enim verū omninò eſt, quod
pater (ſi pater etiam foret hic quid fideicommiſſum con-
ſtituit, vt verè frater) teneatur obligare bona ſua pro reſti
tutione dotis ſuæ nurus. Nam contra Bar. in d. §. tranſgre
diamur. nu. 6. ſenſerunt & rectius Albericus ibi. num. 2. &
Comenſ. nu. 5. qui aſſerunt, patrem compelli minimè poſ
ſe ad conſtituendum donationem propter nuptias; cùm
illa ſi non fiat) impedimento non ſit quominus filius v-
24 xorem ducere poſſit. Nam, etſi donatio † fieri ſoleat, vt cau
tum magis ſit mulieri pro reſtitutione dotis ſuæ auth. do
nationem. C. de iure dotium. & auth. præmiſſa. vbi Bald.
C. de dona. ante nupt. attamen alia via ſuccurſum eſt mu-
lieri, ſi ex dote ab ea data fūdus ematur; vt Albericus ait.
Nec iura à Bartolo pro ſua ſententia citata probant: quan
doquidem l. ſpurij. §. pater: & l. hæredes. §. vlt. ff. de decu-
rio. & l. 2. ff. ad munic. loquuntur illis in caſibus in quib.
filius decurio factus non habet vnde Reipub. cuius gerit
honores, caueat: quod hîc non contingit, vbi ſatis eſt cau-
tum mulieri, ſi prædium ematur. Prætereà accedit, quod
hoc in caſu locum habere non poteſt Bartoli & ſequaciū
aſſertio. Nam quod dicitur patrem debere dotare filiam.
25 l. qui liberos. ff. de ritu nuptia. & obligare bona ſua † pro
dote accepta, ſi aliqua ex cauſa non eſt locus donationi
propter nuptias: hoc inquā dicitur inductum à lege, quan
do pater habet filium in ſua poteſtate, & ei tenetur relin-
quere legitimam ratione naturali ſibi debitā. Quod ſen-
ſerunt Cur. Iun. conſi. 133. & Coraſius in d. le. qui liberos.
nu. 10. ff. de ritu nuptia. dum ſcriptum reliquerunt, patrē
non teneri donationem propter nuptias conſtituere, vel
ſua bona obligare pro dotis reſtitutione; cùm filius eman
cipatus vxorem duxit; ex quo legitima portio non debe-
tur. Cùm ergo in caſu noſtro filio reliquerit debitam por
tionem, quam is filius iam conſumpſit, pater ſolutus eſt
debito naturæ: & per conſequens, ſi in humanis eſſet, non
poſſet compelli donare, vel obligare bona ſua. Ergo ſe-
quitur, quod non præſumitur patrem voluiſſe filium poſ-
ſe obligare bona fideicommiſſi pro dotis reſtitutione:
quia nec hoc caſu ipſe id feciſſet. Cōfert quod ſcribit poſt
alios Bal. nouellus in trac. de dote. parte ſexta, priuilegio
26 20. nu. 6. dum ait, quod pater non cogitur conſentire fi-
lio ducenti vxorem, & recipienti dotem ſi ſuſpicio adeſt,
quòd dilapidabit bona. Quæ iuſta cauſa hîc adeſt; quan-
doquidem iam conſtat, hunc fideicommiſſarium legiti-
mam & Trebellianicam malè conſumpſiſſe. Nulla ergo
habenda eſt ratio huius argumentationis Caſtrenſis, ſed
alijs medijs iam relatis noſtra hæc ſententia defenditur.
Nonò & vltimò hæc vera iuris ſententia auctoritate
27 †multorum iuuatur. ita enim cenſuerunt Io. de Anania
conſi. 61. Viſis. Caſtr. conſi. 15. circa ea, quæ ſuperius col.
1. & conſi. 219. Viſis & conſideratis, quæ ſuprà narrantur.
col. 2. lib. 1. Alexand. conſi. 67. nu. 4. lib. 4. Soc. Sen. conſil.
23. col 1. li. 3. Iaſ. ſibi parum conſtans. conſi. 157. col. 1. li. 2.
Ita etiam inconſtans. Rui. conſi. 89. num. 41. verſ. ſed tamē
his non obſtantibus & conſi. 199. nu. 13. lib. 2. Dec. conſi.
* 376 & conſi. 519. nu. 2. qui teſtantur communem * magis
eſſe ſententiam; quod dos data poſt iniunctum fideicom
miſſum, poteſt ex illo fideicommiſſo reſtitui. idem affir-
marunt Cor. in d. auth. res quæ nu. 12. & ibi Cur. Iun. nu.
11. idem Curt. conſ. 59. num. 3 & Goza. conſi. 97. num. 10.
Crotus in repe. l. filiusfam. §. diui. num. 166. 167. & ibi Ri-
pa. nu. 76. de leg. 1. Rubeus conſi. 78. nu. 1. Crau. conſ. 291.
in fi. Natta conſi. 61. nu. 3. li. 1. Did. li. 3. varia. reſol. c. 6. nu.
10. verſ. 4. non tantum. Siluanus conſi. 90. nu. 1. Mantua.
cō. 291. nu. 5. li. 1. Rol. cō. 85. nu. 33. li. 1. & Aemylianus cōſ.
144. Coraſius in l. qui liberos. nu. 190. in fi. ff. de ritu. nup.
Non obſtant nunc adducta in contrarium, in quorum
quidam diſſolutione non mediocris verſatur labor. Ad
primum itaque reſpondetur primò, aduerſus Angelū eſſe
magis



magis receptam opinionem, vt paulò ſuprà diximus. Et i-
deo ſi auctoritatibus certandum eſt, ab hac ſententia con
tra Angelum in iudicijs recedendum non eſt.
Secundò reſpondetur, eſſe etiam veriorem de iure hanc
poſteriorem opinionem. Si quidem leuia & falſa ſunt An
geli & ſequacium fundamenta; quemadmodum ſingula
tim oſtendit Crotus in d. §. diui. nu. 169. & 170. Et præter
eum non obſtat tex. §. hæc igitur, in auth. de reſtitu. & ea
quæ parit in vndecimo menſe. quia ille textus loquitur
ne augmento dotis quando competens fuit data ac e-
tiam de augmento donationis propter nuptias: quæ
quidem augmenta cùm ad euerſionem fideicommiſſi
per fraudem facta præſumantur, non merentur hoc
priuilegium, vt ex bonis fideicommiſſi reſtituantur: at
que ita textum hunc intellexit Soc. Sen. conſilio 23. nu-
mero 5. libro tertiò & cum eo Dec. conſilio 376. nume.
1. in fin. & Rolan. d. conſil. 85. num. 35. lib. 1. Nos enim lo-
quimur in muliere, quæ dotē dedit marito grauato, quæ
ob fideicommiſſi ignorantiam excuſatur; & quæ verè fra
dem committere non poteſt, cùm plus non repetat quam
quod iam dedit: imò fatua diceretur, ſi ſciens adeſſe fidei-
commiſſum, dotem ſub tanto periculo daret. Non enim
29 præſumitur † quod quis in aliquo damno & periculo da-
mno & periculo exponere ſe velit. ar. l. cùm de indebito.
§. 1. de probat. Non etiam obſtat illa ratio Angeli, Iaſo-
nis & Alciati, dum magnam eſſe diuerſitatem cenſent in-
ter caſum, quando dos eſt data ante conſtitutionem fidei
commiſſi, & quando poſt. Nam quando datur ante, iam
pater eſt obligatus reſtituere. l. ſi cùm dotem. §. tranſgre-
diamur. ff. ſolu. matr. quod no eſt quando datur poſt fidei
commiſſum. Non inquam obſtat hæc conſideratio, quia
reſpondeo (præter Caſtren & alios quos refert Rolan. d.
conſi. 85. nū. 36. lib. 1.) iure communi & regulari inſpecto,
dos data poſt fideicommiſſum iam conſtitutum ex illis
bonis iam alteri obnoxijs reſtitui non debet: at inſpecto
priuilegio ſpeciali tributo mulieri, accedente præſertim
cauſa iuſta ignorantiæ fideicommiſſi reſtitui debet. Non
etiam repugnat ratio illa, quòd hoc modo ſequeretur e-
uerſio fideicommiſſi: quia reſpondeo primò, vnà cū Cur
tio Iuniori conſi. 59. nu. 7. in fi. quod nō ſequitur euerſio
fideicommiſſi; cùm permiſſum ſit ſucceſſoribus his fidei-
commiſſi recuperare alia bona alienata è manibus empto
rum. Quam quidem conſiderationem, etſi non animaduer
tat Curtius apertè probat text. §. ſi verò contigerit quar-
tam, in authen. de reſtitu.
Vel & ſecundò reſpondeo & rationem hāc retorqueo,
quod hoc modo eſſet adinuenta aperta via, qua mulieres
dotem amitterent & fraude aliorum læderentur. Nam fa
cilè fieret, quòd vir ſciens ſe fideicommiſſo grauatam do-
tem ab vxore acciperet, & illam conſumeret, cùm præſer
tim ſoleat dos numerata pecunia conſtitui, atque ita mu-
lier ſine ſua culpa iure ſuo fraudaretur. Et maior quidem
ratio eſt pro muliere quàm pro ſuccedente in fideicom-
miſſo agit quodāmodo de lucro captando, cùm ſuccede-
30 re † alteri lucrum ſit potius quam onus & damnum. l. ſi hæ
reditatem. in prin. ff. mand. mulier verò agit de damno e-
uitando, cum (vt dixi) ſolùm quærat recuperare quæ iam
dedit Quocircà iure ſua cauſa fuit antepoſita iuri fideicō
31 miſſi cùm etiam fideicommiſſum † priuatam vtilitatē, dos
verò publicam reſpiciat. d. §. ſancimus, verſ. ea enim quæ,
in auth. de reſtitu. & ea quæ parit in vndec. menſ. Non e-
tiam difficultatem, facit, quod mulier debuit proſpicere
cum quo contraheret, & cui dotem daret, iuxta l. qui cum
alio, de regul. iuris. Quia reſpondetur primò, vt reſpondet
Curt. Iun. in d. conſi. 59. in fin. & ante eum Crotus in d. §.
diui. nu. 170. quos ſequtus eſt Cagnolus in illa l. qui cum
alio nu. 18. quòd regula d. l. qui cum alio, non procedit in
32 muliere † cuius officium non eſt viri & illius facultates æ-
ſtimare atque perquirere iuxta l. vlt. in fine. ff. qui petant tu
tor vel cur. Et ideo non poteſt adſcribi aliqua culpa mu-
lieri non exploranti conditionem mariti. Accedit, quod
vix cognoſci poteſt, an bona ſubſint fideicommiſſo, vt ad
uertit Curtius: quocircà iuſta ignorantia hæc à Iuſtinia-
33 no appellatur. Quam quidem iuſtam † non dixiſſet, vbi
neceſſaria fuiſſet exploratio atque perquiſitio conditio-
nis mariti, vt ſcribit Dec. in. d. l. qui cum alio nu. 3. verſ. &
iſta. Reſpondetur & ſecundò, vt etiam ipſemet Cur. Iun.
d. conſi. 59. in fin. ſcribit d. regulam l. qui cum alio, non ꝓ-
cedere in minori, iuxta l. ſi quis patrem. ff. ad Macedon.
Quemadmodum verè & ex libro patris minor ætas ip-
34 ſius mulieris probatur. Cui quidem libro † ſatis ſuperque
credendum eſt, vt ſcribit Bart in l. de ætate. nu. 7. ff. de mi-
nor. Cur. Iun. conſi. 118. nu. 8. & Soc. Iun. conſi. 3. num. 10.
libro ſecundo. Eſt etiam ætas ipſa multorum teſtimonio
comprobata.
Reſpondetur tertiò ex doctrina Ripæ in l. filiusfamil. §.
35 diui. nu. 77. de leg. 1. qui aſſerit, mulierem † poſſe petere
atque conſequi reſtitutiones dotis ex bonis fideicommiſ-
ſi, etiam quando ſciuit fideicommiſſum extare. Quam do
ctrinam probauit & Didacus li. 3. varia. reſolu. ca. 6. num.
19. verſi. quartò non tantùm. Non quoque obſtat text. in
§. ſi verò ipſam quartam, in auth. de reſtit. quia etſi loqua-
tur de dote conſtituenda & danda; attamen, ex quo eadē
adeſt ratio, etiam de reſtituenda intelligi debet. Siquidem
eadem adeſt ratio in verbo compoſito, quæ eſt in ſimpli-
36 ci; & quod diſpoſitum † eſt de verbo ſimplici, dicitur etiam
eſſe diſpoſitum in compoſito, vt egregiè docuit Soc. Iun.
in l. 1. nu. 107. verſi. quapropter. ff. ſolu. matr.
Non tandem repugnat illa conſideratio quam facit Al-
ciat. de reſp. 555. in fi. poſt alios a ſe relatos, qꝫ ſcilicèt hoc
in caſu ceſſet ratio præcipua, qua permiſſum eſt alienare
bona fideicommiſſi pro conſtitutione dotis. Quæ ſanè ra
tio illa eſt, quod mens fideicommittentis non fuit per fi-
deicommiſſum velle impedire filiam, quominùs nubat &
dotem viro det. l. mulier. §. cùm proponeretur ff. ad Sena
tuſ. Trebellia. Hæc ſanè ratio (inquit Alciatus) ceſſat hoc
caſu, cum filius conſumpſit legitimam & Trebellianicā,
quia mens teſtatoris non eſt, vt tota portio imputetur fi-
deicommiſſo, ſed deducta priùs legitima. Hæc equidem
conſideratio (mea opinione) nil concludit. Non enim in
caſu reſtitutionis dotis conſideramus mentem fideicom-
mittentis, vt in caſu conſtitutionis, ſed ſolùm conſidera-
38 mus perſonam mulieris, quæ † ſine ſua culpa dotem amit
tere non debet. Et conſtitutio Iuſtiniani in caſu reſtitu-
tionis dotis non conſiderat præſumptam mentem fidei-
committentis, ſed ne ignara mulier fallatur.
Non obſtat ſecundum principale fundamentum, quia
reſpondeo, aliquot caſus diſtinguendo. Primus eſt, cùm
agitur de conſtitutione dotis filiæ vel alterius deſcenden
tis ipſius teſtatoris, qui fideicommiſſum fecit: & fideicom
miſſarius conſumpſit antequàm dotem daret, conſum-
pſit duas quartas, hoc eſt, legitimam & Trebellianicam.
Hic caſus non eſt de quo agimus: attamen crederem, dotē
ex reſiduo fideicommiſſi poſſe conſtitui, cùm non præ-
ſumatur eſſe mentis ipſius teſtatoris, quod ex facto fidei-
commiſſarij, filia vel neptis dote ſua ſpoliata remaneat.
Et cùm portio dotis ſit filiæ vel nepti debita à patre, non
potuit ad ſui detrimentum fideicommiſſum conſtitui.
Quòd ſi dicatur relictam fuiſſe quartam legitimæ ac etiā
Trebellianicæ, quia dicitur nihil culpæ eſſe adſcribēdum
mulieri ſed fideicommiſſario.
Secundus eſt caſus, cùm agitur de dote reſtituenda, quæ
data fuit tempore quo adhuc vir nihil malè conſumpſit
ex bonis fideicommiſſi, ſed deinde conſtante matrimo-
nio duas illas quartas dilapidauit. Hic caſus eſt ille de
quo agitur, in quo quidem eſt dicendum, vt iam diximus,
dotem eſſe reſtituendam ex cæteris bonis ſuperſunt: cùm
nihil hoc caſu ſit quod mulieri imputari poſſit. atque ita
in ſpecie reſpondit Caſtr. congl. 15. Circa ea quę ſuperius
conſilio 80. Quia per ſuperſcriptum eximium conſulto-
rem colu. 2. & conſilio 219. Viſis & conſideratis, lib 1. quē
verè ſequuti ſunt Iaſ. in d. auth. res quæ. col. vltima ver. 14.
limita, poſt Caſtrenſem ibi. nu. 11. & Craue. d. conſi. 291. in
fi. qui Decium, Curtium Iuniorem & alios ſuprà relatos
recenſet. Idem cenſent Gozad. conſi. 97. nu. 10. Natta con
ſi. 61. in fi. li. 1. Et verè hic caſus eſt ille met, quem ſuprà in
præcedenti reſponſione defendi à contraria opinione
Angeli & ſequacium. Si quidem in ſola fideicommiſſi re-
ſtitutione remanēt duæ quartæ, detractis ſcilicèt alijs dua
bus quartis pro legitima & Trebellianica, atque ita fidei
commiſſum eſſe dicitur reſpectu illarum duarum quarta-
* rum & tamen concludunt magis communiter * Docto-
res, dotem debere reſtitui ex dicto fideicōmiſſo. Et quod
dicitur tempore datæ dotis adfuiſſe tot bona ex dodran-
te, quæ ſufficiebant ad ipſius dotis reſtitutionem. Reſpon
detur, hoc nihil referre, quandoquidem tempus reſtitu-
tionis dotis. non autem dationis conſideratur, vt ſciamus
an ex fideicommiſſo deberet reſtitui. ita cenſuerunt Caſt.
& cæteri, quos paulò ſuprà retuli.
Tertius eſt caſus, cùm agitur de dote reſtituenda, quæ

data fuit fideicommiſſario,qui iam duas quartas conſum
pſerat eo tempore, quo dos data fuit. Hoc etiam in caſu
rectè reſpondit Cur.Iun.conſi.59.nu.3.verſic.tota igitur,
dotem debere reſtitui ex bonis fideicommiſſo ſuppoſi-
tis.Curtium ſecutus eſt Rolan.d.conſ.85. in fi.li.1. Ea ra-
tione prima is vtitur,quod conſtitutio Iuſtiniani in auth.
de reſtitutio & ea quæ parit in vnd.menſe in §. quamob-
rem,& adierunt,generaliter loquitur, non diſtinguendo,
an ante datam dotem vel poſt,ille fideicommiſſarius con
ſumpſerit duas illas quartas,Trebellianicam ſcilicet & le
gitimam.Accedit,quod(vt doctè conſiderauit Curt.)cau
ſa ob quam mulier cõquerebatur,ſe fraudari dote ſua, eſt
fundata ſuper ignorantia fideicommiſſi;vt iam ex d. §. 1.
verſi.adierunt,ſuprà diximus. Quæ ſanè ignorantia locũ
etiam habet hoc in caſu (vt præter Curtium hoc dicam)
ſiquidem verè ſciri non potuit à muliere nec ab illis, qui
eam huic viro nubere curarunt,quæ eſſent viri facultates
39 cùm permultæ eius eſſent negotiationes.E ſæpe†de facul
tatibus ſuis,amplius quàm in his eſt,ſperant homines, vt
cum Iuſtiniano dicam.§.in fraudem.ver.ſæpe enim,Inſt.
quib.ex cau.manumitt.licet,vel non. Et egregiè declarat
Gomeſ.in §.item ſi quis in fraudem.nu.25.Inſtit.de actio.
Nec repugnat conſideratio Alci.d.reſp.555.ad finem,ver.
fortiùs dico.dum reſpondit relatam conſtitutionem non
fundatam ſuper cauſa ignorantiæ, ſed ſuper præſumpta
voluntate fideicommittentis. Hæc conſideratio proce-
dere põt,cùm agitur de cõſtitutiõe dotis,quæ ex patris vo
luntate datur; non autem cùm agitur de reſtitutione,quæ
eſt vel contra vel præter eius voluntatem,& ſola legis di-
ſpoſitio ſpectatur. Cæteræ Curtij conſiderationes , quæ
huc pertinent,apud eum videri poſſunt.

Non obſtat tertium, quia reſpondeo , ad rem noſtram
non conferre.Siquidem illud procedit,vbi agitur de dote
40 conſtituenda; in qua ex latere patris†conſideratur dotan
di onus à lege ei iniunctum. le. qui liberos. ff. de ritu nu-
ptia.Et ideo dum fideicommiſſum facit, mentis ſuæ non
41 eſt priuare†filiam vel neptem debita portione. l.mulier.
§.cùm proponeretur.ff.ad Trebell. At nos loquimur cũ
agitur de dotis reſtitutione, ad quam tenetur quiſquis eã
à muliere recepit. Et ſi ex propriis bonis eã reſtituere nõ
poteſt,ex bonis fideicommiſſi,ne mulier ſua dote priue-
tur,reſtituere debet.Nec teſtator fideicommiſſum conſti
tuendo poteſt impedire hanc legis diſpoſitionem etiam
fauore publico,ne ſcilicèt mulieres indotatæ remaneant.

Non obſtat vltimum,quia reſpondetur primò,hoc pri
42 uilegium†non eſſe perſonale , ſed reale. Non enim fuit
conceſſum mulieri ob ipſius mulieris perſonam, ſed ob
dotem ipſam.Nam tex.in d.§.1.verſ.adierunt nos, conſi-
derat mulieres olim decipi conſueuiſſe,& dum dotẽ dãt,
43 ignorantes viri conditionem,eam amittunt.Et ideo†pre
ualet priuilegium dotis priuilegio fideicommiſſi. Et hãc
opinionem i ſpecie probarunt Caſtren.in d.auth.res quæ
& ibi Iaſ.nu.23.verſ.8.extende.& Cur.Iun.nu.48.Scribit
enim apertè Caſt. priuilegium à d.auth.res quæ conceſ-
ſum,ad hæredes mulieris tranſire.Et loquitur Caſtr. in ca
ſu fortiori; quandò ſcilicèt mulier ſibi dotem ex bonis
fideicõmiſſi cõſtituit.qui ſanè caſus eſt magis dubitabilis
hoc ipſo noſtro : Quandoquidem illa bona è quibus
dotem mulier ſibi conſtituit ſunt bona aliena,nempè fi-
deicommiſſo ſuppoſita : in caſu verò noſtro agitur de
recuperatione bonorũ,quæ propria ipſius mulieris ſunt,
quæ ad eius hęredes ſpectant.Accedit quòd finis,quo dos
44 mulieri datur,eſt†vt nubat,& vrbem filijs repleat:filijs au
tem procreatis dos matris,vt inde ſe ipſos alere poſſint,
debetur,vt ſcribunt omnes in l.1.ff. ſolu.matrimo. Si er-
go ad filios tranſmittitur dos,conſtat eam eſſe tranſibilẽ
ob id & ad hæredes, ex quo reale quoddam eſt Bart. in l.
poſt dotem.nu.34.ff.ſolu.matr.vt declarat Pariſ.con.64.
nu.10.li.4.Et in ſpecie noſtra quando agitur de reſtitu-
tione dotis,quod ad hæredem tranſeat priuilegium con-
ceſſum à d.auth.res quæ,affirmarũt Cror.in d.§.diui. nu.
171.& Cra.d. conſilio 291.in fi.& clarius Rol.d. conſil.85.
num.33.li.1.

Secundò reſpondetur,quòd etiamſi concederemus pri
uilegium hoc eſſe perſonale; non tamen perſona fuit cau
ſa immediata priuilegij,ſed iuſta illa cauſa ab ignorantia
proueniens,vt iam dixi.Quo fit,vt & ad hæredes trãſmit-
45 ti poſſit.Ita enim videmus, beneficium † reſtitutionis in
integrum minori conceſſum,eſſe perſonale; & tamen ad
hæredes tranſit.& hoc profectò ratione læſionis, quæ eſt
cã immediata priuilegij,& non perſona ipſa minoris: quã
doquidem minor tũc reſtitutionis beneficio potitur,quo
ties læditur,damnóque afficitur.ita perbellè docuit Dec.
in l.in omnibus cauſis id obſeruatur.num.4.de reg.iur.ex
l.non ſolùm.ff.de in integr.reſtitutio.Atq; ita concludo.

Iacobus Menochius I. C.

## SVMMARIVM.

1 *Dominus quilibet in re ſua eſt moderator & arbiter.& nu.17.*
2 *Quod tibi non nocet,& mihi prodeſt,facilè eſt concedendum.*
3 *Induſtria mea mihi prodeſſe,non nocere debet.*
4 *Pedagia vendita an augeri poſſint.& per totum conſilium.*
5 *Veriſimile quod non eſt,habet imaginem falſi.*
6 *Pretij quantitas denotat quid in venditione contineatur , & quid voluerint contrahentes.*
7 *Gabellæ exactio ſi vendatur,& augmentatur, an iſtud augmentum ſpectet ad commodum venditoris vel emptoris. & quid in prædio vendito.*
8 *Conſuetudo habet vim legis.*
9 *Alleganti conſuetudinem(ſi eſt perſona illuſtris)creditur,& qualiter procedat nu.20.*
10 *Diſpoſitio quælibet intelligitur rebus ita ſtantibus.*
11 *Aequalitas in contractibus eſt ſeruanda.*
12 *Emptor exactionis gabellarum poteſt experiri contra ciuitatem ad ad remiſſionem penſionis,ſi exactio impediatur ab inimicis ipſius ciuitatis.*
13 *Ciuitas non poteſt augere exactionem,gabellis venditis.*
14 *Collegiorum maxima eſt auctoritas.*
15 *Augmentum rei venditæ quem ſpectet, vel ad venditorem vel ad emptorem.*
16 *Augmentum vt quid intrinſecum ad fructuarium pertinet.*
17 *Dominus quomodo de re ſua ad libitum diſponere poteſt.*
18 *Emolumentum induſtria acquiſitum,non ſpectat ad illum qui ſenſit onus negligentia propria.*
19 *Augmentum rei venditæ indeterminatè, an ſpectet ad emptorem vel venditorem.*
20 *Alleganti conſuetudinem,qualiter credatur.*
21 *Conſuetudo ſtrictè ſumitur,nec locum egreditur.*
22 *Idem in conſuetudine exorbitanti.*

## CONSILIVM XXXIIII.

# Initium à Domino.

NON mediocri dubitatio-
ne ambigitur an Claraſchi
vniuerſitas augere potuerit
exactionem pedagij & ve-
ctigalis ad ſui commodum
poſt venditionem de eo fa-
ctam illuſtri Do. Antonio
Caretto.Dicendum videba
tur augere potuiſſe.

Primò ex vulgari illa iu-
ris ſententia, quia dicere ſo
lemus, quod vnuſquiſque
1 eſt Domin⁹,†arbiter & moderator rei propriæ.l.in re mã
data.C. mand.cum ſexentis his ſimilibus congeſtis per
Craue.conſi.217.nu.2.& 3.Cùm ergo Claraſchum ſolùm
vendiderit certam exactionem ſui pedagij,dicendum vi-
detur,vt in re propria maius onus potuiſſe imponere.Nõ
enim augmentum hoc impedire videtur exactionem di-
cti D.Antonij.Quocircà dicere poſſet Claraſchum,quod
2 tibi †non nocet,& mihi prodeſt,facilè concedi debet. l.
2.§.item Varus. ff. de aqua plu.arcen. Alex.in l.2.in prin.
colu.vlt.ff.ſol.matr.& Soc.Iun.conſi.76.num.13.lib.2.&
alibi ſæpe.

Secundò,ratio hæc vrgere pro Claraſcho videtur.Si Cla
raſchum augere non poſſet hoc pedagium,vnum in con-
ueniens,imò iniquum ſequeretur,nempè , quod propria
3 opera & induſtria † nihil ſibi prodeſſet , ſed noceret po
tius. contra textum lege vlt.C. de alluuio. Quemadmo-
dum enim factum ipſius Claraſchi poteſt ſibi eſſe dãno-
ſum,



ſi ſua culpa pedagiũ minueretur:ita ſi ſua induſtria au
4 geretur,vtile†eſſe ei debet.l.cùm proponas.C.de naut. fœ-
no.quem textum in hanc ſententiam citant in ſpecie Soc.
Sen.conſi.70.col.ẽ.verſ.tertiò etiam lib.3.Dec.con.4.nu.
1.verſ.comprobatur.&Ripa in tract.de peſte. titu. de pri
uileg.contract.nu.8.& Neuiza.conſi.91.nu.9.

Tertiò,Claraſcho ſuffragari videtur argumentum ductũ
5 à veriſimili.Siquidem quod veriſimile†non eſt, falſi ha-
bet imaginem,vt inquit poſt Bal.& alios Iaſ.in l. ſi extra-
neus.nu.6.ff.de condict.cau.dat.& latiſſimè Tiraq.in l.ſi
vnquam,in præfatione nu.37.C.de reuoc.dona. Atqui ve
riſimili non eſt,quod hæc Claraſchi vniuerſitas intele-
xerit ex ea venditione ſublatam ſibi eſſe facultatem augen
di pedagium ad commodum proprium. Nec enim tanti
fuit pretium,quod mille coronatorum fuit, vt veriſimili-
ter voluerit Claraſchum hac facultate augendi pedagiũ
6 priuari. Pretij †namque quantitas declarare ſolet quid in
venditione contineri voluerint contrahentes,vt ſcribunt
Bart.in l.ſemper in ſtipulationibus.vbi Dec.nu.6.de reg.
iuris.Soc.Sen.conſi.98.col.pen.lib.1.Neuiz. conſi. 7. nu.
3.4.conſi.38.nu.4. Craue.conſi.234.nu.3. verſi. quartò an
aliquid.& conſi.310.nu.3.

Quartò , adiuuari uidentur partes Claraſchi doctrina
Bal.in l.at vbi,in fi.ff.de petitio. hæred. quem ibi ſecutus
eſt Angelus. & Boer.q.180.nu.8.inquit Baldus,quod quã
7 do venditur gabellæ†exactio , certa ſub forma & modo
exactionis,ſi augmentum aliquod gabellæ accedit , com-
modo venditoris accedit.ſentit ergo Baldus venditorem
gabellæ exactionem poſſe augere.Confert l.Rutilia ff. de
contrah.emp.vbi cùm venditur prædium ſub certa for-
ma,augmentum contingens cedit commodo venditoris
ita in l.in lege.eo.tit.de contrahen.emptio.

Quinto ac vltimo Claraſchum tueri videtur auctoritas
Boerij q.188.nu.4.propè medium.is poſtquam locutus
eſt,quomodo liceat vel non domino gabellæ eam augere
ad detrimentum conductoris; ſubijcit, quod etſi de iure
verum eſſe videatur . hunc dominum teneri ad intereſſe
ipſi conductori,quod tamen de conſuetudine non ſerua
8 tur,quæ conſuetudo†legis vim obtinet. l.minimè. de le-
gib. & doctori tam illuſtri atteſtanti de conſuetudine
9 †credendum eſt.ut latè ſcribunt Dec.ie repet. l. 2.§.1. in
fi.ff.ſi certum peta.Soc.Iun.conſi.conſi.60.nu.10.lib.2.&
Craue.conſi.166.nu.9.& conſi.325.col.1 verſ. nam reſpõ
detur. qui infinitos propè recenſent huius opinionis.
Hæc me reddebant hæſitantem,vt contra D. Antonium
reſponderem.

Cæterùm diligentiori atque accuratiori ſtudio dubita
tione hac examinata,contrarium verius eſſe exiſtimo; nẽ
pè,nulla ratione licuiſſe Claraſcho padagij exactionem
augere.Quod vt dicam,multis adducor.
Primò ex notabili illa, etſi vulgari iuris regula, quod om-
10 nis diſpoſitio†intelligi debet,rebus ſic ſtantib.l.quod Ser
uius.ibi Iaſ.nu.8.ff.de condi.cauſ.data.Tiraq.in repe. le.
ſi vnquam,in præfa.l.nu.266.C. de reuo. dona. Boer. q.
204.nu.25.Cra.conſ.95. nu. 4. qui infinita propè conge-
runt.& eo loci Craue.poſt Decium conſili: 335.in his fe-
re terminis loquitur.Ita ergo hîc eſt dicendum , vendi-
tionem pedagij cenſeri factam rebus ita ſtantibus, non au
tem,vt mutare liceret.& huic ſententiæ ſuffragatur l. Ru
tilia.ff.de contrahen.emp.vt infrà declarabimus.

11 Secundò confert, quod æqualitas†eſt ſeruanda in con-
tractibus.l.ſi id quod.§.vlt.ff.de reſcind.vendi.latè reſpõ
dit Craue.conſi.245.nu 7.Si ergo æqualitas debet hîc ſer
uari,dicendum eſt.quod quemadmodum nõn licuiſſet ip
ſi D,Antonio exactionem hanc augere , aut aliud quid ſi-
mile facere in detrimentum Claraſchi;ita nec licuit ipſi
Claraſcho ad detrimentum D.Antonij id agere.

Tertiò,adducor in hanc ſententiam ea ratione , quod
non licet venditori,aut locatori aliquid facere in detrimẽ
tum emptoris,aut conductoris , alioqui eis tenentur ad
intereſſe.ita in ſpecie ferè docuit Barth. in l. ſi merces.§.
12 culpæ.ff.locati.dum ſcribit , emptorem † exactionis ga-
bellarum poſſe experiri contra ciuitatem ad remiſſionẽ
penſionis,ſi exactio impeditur ab inimicis ipſius ciuita-
tis.Idem reſpondit in hac ferè ſpecie Soc.Sen. conſi. 156.
in fi.li.2.idem ſenſit Ruinus conſi.75.nu.3.li.1.Goza.con.
27.nu.21.Ripa in tract.de peſte.tit.de priuileg.cõtractuũ
nu.89.Imò eo loci.nu.8..& nu.88.ſcriptum reliquit,nun
quàm cenſeri exceptum caſum , quo conductor, vel em-
ptor, facto locatoris, vel venditoris impeditur. Idem in
hac ſpecie reſponderunt Pariſ.conſi.40.nu.7.lib.1.Alcia.
reſp.689,nu.4.& Craue.conſi.95.nu.8.Cùm ergo ex hoc
augmento facto per Claraſchum,non parum ſolita exa-
ctio impediatur; dubium non eſt quin teneatur præſtare
integrum intereſſe dicto D.Antonio.Quòd autem aucta
hæc exactio adferat detrimentum D.Antonio,mox ſub-
ijciam.

Quartò,omnem hanc controuerſiam dirimit elegans
& in claris his terminis doctrina Alberici in trac.ſtatuto.
parte 1.q.123.incip.Vidi etiam.& eiuſdem in rubr. C. de
publica.& vectigal.ſcribit Albericus ex Martini Silimani
13 ſententia,non licere†ciuitati,venditis gabellis,exactionẽ
augere,vt locus vnius denarij,quod exigi conſueuit , duo
exigantur.teſtatur etiam Albericus ita Silimanum obti-
nuiſſe coram collegio Bergomenſi.Quod quidem magni
14 faciendum eſt:ſiquidem ſumma eſſe auctoritas† collegij
& pro tantorum patrum opinione præſumendum eſt:vti
ſcribunt Neuiza.lib.5.Syluę nup.nu.35.&Craue. con.132.
nu.16.Eiuſdem opinionis fuit Angel.in l.at vbi,ad finem
verſi.ſi tamen.ff.de petitio.hæred.etſi Albericum non re
ferat.Ea eſt ratio,quia ob augmentum gabellæ non per-
tranſeunt tot mercatores & viatores,vt tranſire conſue-
uerunt:aliò enim iter ſuum vertunt.Huc pertinet doctri
na Io.de Anan.conſi. 74. qui reſpondit , licuiſſe emptori
gabellarum Bononiæ conſequi intereſſe ſuum,cum facto
ciuitatis,qui pertranſire conſueuerant,aliò iter verterunt
Confert & elegans reſponſum Craue conſi.95.qui conſul
uit,non licuiſſe Francorum Regi nouas ordinationes con
ſtituere , quibus emptor graphariatus damnum ſentiebat;
cùm accedentes ad illud officium deinde abſtinerent.

15 Vltimò & fortius dico omne hoc augmentum † cede
re debere commodo d.D.Antonij;ex doctrina Bal. in d.
l.at vbi,& ibidem Ang.ff.de petit. hæredita. inquit Bal-
dus,quod ſi vendita eſt exactio gabellæ in genere,nulla fa
cta mentione quantum exigi debeat , pro ſingulis rebus
& perſonis , ( vt contingit in caſu noſtro)ſi ciuitas gabel-
lam auget,vt quid plus exigatur,augmentum cedit commo-
modo emptoris gabellæ.ea ratione vſi ſunt,quod augmẽ
tum dicitur quodammodo prouenire ratione rei per no-
16 mina multiplicatiua:quod quidem augmentum†vt quid
intrinſecum ad fructuarium pertinet.ex d.l.at vbi , Ange
lum ſecutus eſt Dec.in c.cùm M.Ferrarienſis.nu.5. de cõ
ſtit.& ibidem Ripa nu.36.poſt Felin.nu.5.Baldum quoque
& Angelum ſecuti ſint .dem Dec.conſi.4.Soc.Sen.conſ.
39.nu.3.li.4.& Boe.q.180.nu.7.vbi declarat verba Ange
li ſuboſcura atque non parum perplexa.

Non obſtant adducta in contrarium.ad primum reſpõ
17 deo,regulam†l. in re mandata. C. mand. intelligi modò
dominus rei,dum re ſua vtitur,alteri damnum non adferat
ita poſt Anch.conſi.155.col.2.reſpondit Craue.conſi.241.
nu.8.verſi.ſecundò reſpondeo.illis addo Barb.conſi.18.
& colu.7.li.2. & Ripam in l.ex facto.§.ſi quis rogatus. il.
1.nu.39. verſi.2.mouetur.ff.ad Trebell.Præterea & 2. re-
ſpondetur,Claraſchum non fuiſſe dominum huius peda-
gij venditione facta D.Antonio.augmentum ergo ſi fie-
ri potuit D.Antonij domini eſſe debet.nec hoc caſu po-
teſt Claraſchum dicere,quod tibi non nocet,& mihi pro
deſt, facilè concedendum eſt.quandoquidem iam oſten-
dimus hoc augmentum multum detrimenti D. Antonio
adferre.

Non obſtat ſecundum , quia reſpondeo ex traditione
Decij,d.conſi.4.ad finem.non eſſe parem rationem, vt il
18 li emolumento†ſit alicuius opera,cui & detrimẽto foret
negligentia.d. l.cùm proponas. ſi quidem ſua opera po-
tuit Claraſchum commodum adferre Domin. Antonio,
non tamen aliquod detrimentum.

Non obſtat tertium.quia reſpondetur,& retorquetur
fundamentum contra Claraſchum . non enim veriſimile
eſt,D.Antonium voluiſſe emere exactionem d. gabellæ,
vt eſſet adhud in facultate d.oppidi augere eam exactio-
nem ad ſui damnum. Nec potuit cogitare Do. Antonius
Claraſchum fuiſſe aliquid noui contra ſe moliturum
quòt aũt dr̃,pretij quantitatẽ declarare , quæ in emptio-
ne cõtineãtur,ad rẽ nõ facit.quãdoquidẽ nihil hîc de aug
mẽto cogitatũ fuit,cùm nõ eſſet deductũ in eſſe,vt loquũ
tur Doctores in hac p̃ſumptiõe & cõiectura, qua dicũt ex
p̃tij quantitate cõijci quid in emptione veniat.vt ſi dubiũ
eſt,an uendita domo contineatur apotheca,iã ſupponunt
apothecam eſſe deductam in eſſe:quod hîc non cõtingit.
Non obſtat quartũ,quia rñdeo, ꝙ licet ex conſuetudine

certum quid determinatè exigi conſueuerit;attamen ven
19 ditio gabellæ & pedagij indeterminatè†facta eſt Do. An
tonio quo fit,vt augmentum potius cedere debeat com
modo dicti D.Antonij,vt cenſuit Angelus in d.l. at vbi.
quæ quidem Angeli doctrina(vt s̃.retuli) multum vrget
pro D.Antonio contra Claraſchum.Non obſtat vltimũ
ex doctrina Boe.d.q.180.nu. 8. quia reſpondeo Boerium
ſolùm affirmare augmentum gabellæ ex conſuetudine de
ferri vniuerſitati,& gabellarum venditorij: non tamen ne
gat Boerius,emptorem poſſe conſequi,quanti ſua intereſt
præterea & ſecundò, Boerio atteſtanti de conſuetudine
creditur,quò ad regionem illam,in qua ipſe commoraba
20 tur,non autem†quò ad cæteras omnes: ita declarant Ol-
dra.conſi.237.col.1.Alex.conſi.16.li.5.Rui. conſi. 157. in
fi.lib.3. Dec.conſilio 8.numero 4.verſic.3.talis.conſilio
289.column. vlt.verſic. non obſtant quod & conſilio
21 483.nu.22.ij enim ea rõne vtuntur,quod cõſuetudo † ſtri
ctè ſumitur,nec locum egreditur.ꝙ præſertim procedit,
cùm conſuetudo eſt aduerſus iuris communis diſpoſitio-
nem vt egregiè reſpondit Aret.conſi..44.in prin.&con-
ſilio 132. colu. 3.verſi.non obſtat ſecunda ratio.immò idẽ
22 in conſuetudine † exorbitanti reſpondit idem Aret.conſ.
15.col.2.illa ergo conſuetudo cuius meminit Boerius, il-
lius ſuæ regionis tantùm eſt,nõ autem huius noſtræ.qua
enim rõne fieri poteſt,vt quis atteſtatur de conſuetudine
loci, ſi in eo nunquam moram traxit? quemadmodum
reſpondit Neuiz.conſi.66.nu.nu.31.qui alios recenſet.cõ
cludo ergo,Claraſchum non potuiſſe augere hanc gabel-
læ exactionem ad detrimentum exactionis dicti Do.An-
tonij.

Iacobus Menochius I. C.

## *SVMMARIVM.*

1 *Pacta & conuentiones ad vnguem adamuſsim ſunt obſeruanda. & nu.16.*
2 *Conuentio vel pactum vt violatum cenſeatur, ſufficit quòquid minimum immutatum ſit.*
3 *Fides ſeruata non dicitur, ſi in re quantumuis minima deficiat.*
4 *Modus & conditio omnino & diligenter eſt ſeruandus, non tantũ in vltimis voluntatibus, ſed etiam inter viuos.*
5 *Conditio de prætio rei venditæ ſoluendo obſeruata non dicitur, ſi ſolus etiam nummus deficiat.*
6 *Conditio formam ſignificat.*
7 *Forma ad vnguem obſeruari debet.*
8 *Additio vel detractio verborum in aliquo actu facit, vt ille actus non dicatur ille antiquus, ſed nouus dicitur. & numer, 27. 28. & 29.*
9 *Dictio aliquid, verificatur in qualibet re minima.*
10 *Compromiſſum cui adiecta eſt noua qualitas, nouum quoque compromiſſum dicitur.*
11 *Stipulatio, ſi aliquid illi addatur vel minuatur, vitiatur: & ſi hoc fit de conſenſu partium, dicitur noua ſtipulatio.*
12 *Teſtamentum cui clauſula noua addita eſt, non eſt illud primum teſtamentum ſed nouum cenſetur.*
13 *Qualitas adueniens enti, qualificat nouum ens, & illud in diuerſa ſpecie ponit.*
14 *Pendente cauſa nil innouandum eſt, & qubmodo procedat, nu. 31.*
15 *Offerens libellum vel preces Principi, is dicitur pacto & conuentioni contrauenire, licet libello vſus non ſit. & num. 25. & melius nume. 3.*
17 *Tenor pacti diligenter conſiderari debet.*
18 *Verba contrahentium eorum mentem declarant.*
*Immutatum quid non dicitur per correctionem factam, ſalua rerum ſubſtantia.*
19 *Accidens non mutat ſubſtantiã, quia poteſt abeſſe & adeſſe præter ſubiecti corruptionem num.ſeq.*
20 *Feudi natura mutata non dicitur, cùm pacta accidentalia appoſita fuerunt, quæ priùs non aderant.*
21 *Talem eſſe, & pro tali haberi, differt, & non infertur ex vno ad aliud.*
22 *Modus non attenditur, dummodo effectum habeamus.*
23 *Mens & intellectus attenditur, quem rei effectus demonſtrat.*
24 *Ignorantia iuris neminem excuſat etiam mulierem vel ruſticum, ſi iuriſperitos conſulere potuerunt, & non conſuluerunt.*
25 *Contrauenire is actui dicitur, qui dolo aliquid agit, quo aduerſarij ius lædatur.*
26 *Dolus non præſumitur.*
27 *Soluere minus dicitur, qui ſerò ſoluit.*
28 *Minima non habentur in conſideratione.*
29 *Additio vel diminutio ſubſtantiæ facit nouum, actum non aliàs.*
30 *Doctores ſunt intelligendi ſecundum iura, quæ allegant.*
31 *Qualitas illa dicitur, quæ eſt accidens, & ſubſtantiam non attingit vel immutat.*
32 *Innouationem lite pendente quando liceat fieri.*

# CONSILIVM XXXV.

## Initium à Domino.

CVM hæc non leuis contro
uerſia, quæ inter duos hos
eruditiſſimos & maximino
minis Theologos reueren-
dum Franciſcum Medden-
ſem,Franciſcanum Minori
tanum,& Reuerendum Ia-
comellum Dominicanum
agitatur,à Beatiſſimi Ponti
ficis delegatis viri doctiſſi-
mis diffinienda ſit, quantũ
fieri poterit paucis dicam
cam quod de ea ſentio.ambigitur enim an Meddenſis cõ
uentioni & pacto contrauenerit, quod promiſit ſuos de
rebus Theologicis editos commentarios non immutatu
rum nihílque additurum, vel detracturum, vt illis col-
latis cum editis contrarijs commentarijs à Iacomello va-
leat cognoſcere Pontifex Maxi.vel illius loco cauſæ dele-
gati,qui ex illis probandi, & qui damnandi ſint.an inquã
conuentioni contrauenerit, dum plures eminentiſſimos
Theologos conſuluit, an ſui illi commentarij Catholici
& eccleſiæ Romanæ dogmatibus conſentanei ſint:& eo-
rum reſponſa,quibus catholica eſſe affirmarunt imprimi
curauit, cùm nihil de illis ipſis commentariis mutauerit:
quin eandem formam,ſubſtantiã & verba prima habeãt.
Dicendum verè dicebatur, pactionem violatam fuiſſe:
idque rationibus permultis.
1 Primò,quia pacta†& conuentiones ſunt diligenter &
ad amuſſim obſeruanda.l.1.& l. iuriſgentium.§.prætor ait
ff.de pactis.& copiosè ſcribunt ibidem oẽs & Iaſ.con.10.
lib.3.Dec.conſi.287.col.pen.conſi.293.nu.7.Neuiz.inter
conſilia Bruni conſ.12.nu.25.& Craue.conſi.241nu.19.Cæ
teros prætereo. atqui hoc in caſu conſtare ſatis videtur
obſeruata non fuiſſe contenta cùm libro addita permul-
2 ta videantur. nam vt conuentio vel pactum † cen-
ſeatur violatum, ſufficit quòd quid minimum immuta-
tum ſit. ita reſpondit Fulgo. conſil.223. ex facto propo-
nitur,illum cenſeri contrauenifſe conuentioni de pretio
rei venditæ numerando,cùm non coram prætore,vt erat
conuentum,ſed coram Epiſcopo numerare vellet. & in
non diſſimili caſu reſpondit Comenſ.con.179.Facta fuit,
in 2.dubio,non fuiſſe obſeruatã conuentionem de ſolu-
tione fienda,cùm paulò ſerius,quàm debuerat oblata illa
fuiſſet.hinc docuit Dec.in l.cùm proponas.la.2.nu.5.ver.
3 ſi.4.ampliatur.C.de pactis,quod fides†ſeruata non dici-
tur,ſi in re quantumuis minima defecit.idem placuit Bru
no conſi.4.nu.5.& conſi.118.nu.11.
Secundò aduerſus Meddenſem rõ hæc non parum vrge
re videtur.quod extitit conuentum, quod commentarijs
his nihil adderetur,ſed quod vt extabant,à Pontifice Ma-
4 ximo viderentur & iudicarentur. quæ ſanè conditio † &
modus obſeruari ad vnguem debet. l. Mæuius. l. qui fun-
dus.ff.de cond.& demon.quod non modò in vltimis vo-
luntatibus,ſed etiam in actibus inter viuos procedit.l. fi-
ſtulas.§.ſiqui fundum. ff. de contrahenda emp. & le.ſi
ſeruus §.ſi plurimum.ff.ſi quis cautio.ídque etiam ratione
rei minime & leuis procedit: ita gl.notab. in l. res bona
fide.& ibi Bald.ff.de contrah.empt.dum inquit, non dici
5 obſeruatam conditionem†de pretio rei venditæ ſoluen-
do;ſi ſolus etiam nũmus deficit.idem reſponderunt Dec.
conſi.532.nu.4.Iaſ.conſi.94.num.2.lib.2.&Ruin.con. 22.
6 nu.5.li.2.& rectè,nam conditio† formam ſignificat,vt do
cuit Bal.in auth.matri & æuiæ.C.quam.mult.tut. off.fun
gi põt.Rui.conſi.199.nu.1.li.1.& copiosè Tiraq. in tract.
7 de retractum conuentio.§.2.gl.1. nu. 3. atqui forma† dẽt
ad vnguẽ obſeruari. vt oẽs ſcribũt in l.1.ff.de li.& poſthu.
cùm



cùm forma illa ſit quæ dat eſſe rei.l.Iulianus.§.ſi quis. ff.
exhibentem.
Tertiò ſuffragari videtur huic opinioni,quod cõuentio
facta eſt,quod ij commentarij non debeant immutari:ita
quòd,vt extant,à Pontifice poſſint iudicari. atqui ex his
8 additionibus † videntur effecti alij commentarij. quod
probare videtur notab.text.in l.ius ciuile.de iuſt.& iure.
quo loci ita ſcriptum eſt: itaque cùm aliquid addimus,
vel detrahimus iuri communi,ius proprium,id eſt,ciuile
efficimus. loquitur is iuriſcon. per dictionem aliquid,
9 quæ†in re qualibet minima verificatur.quod multis ſcri-
bunt Dec.in l.cùm quid,lectura vltima.nu.2.ff. ſi certum
peta.& conſi.581.nu.2.Iaſ.conſi.224.col.2.li.2.Cur.Iun.
conſi.177.num.7.& copiosè Tiraq.in l.ſi vnquam, in ver
bo,omnia vel partem.nu.52.C.de reuo.dona.& Cra.cõ.
294.num.4.hinc ex d.l. ius ciuile.reſpondit Soc.Sen. cõ.
10 27.col.4.in prin.li.1.nouum dici compromiſſum † cùm
noua adiecta eſt qualitas.conf rt gl.clem.2.in fi. in verbo
ſanctioni,de vita & honeſt.cle.Summus Pontifex conſti
tutionem pœnalem ſanciuit,illi deinde aliquid addidit in
quit glo.illam non dici amplius antiquam conſtitutionẽ
pœnalem,ſed potius nouæ legis nomen obtinere. Huc
pertinet tex.l.1.§. ſi quis ſimpliciter.ff.de verb.oblig.qui
ita habet,cùm aliquid adijcitur,vel detrahitur,vitiatur ſti
11 pulatio,niſi interroganti†placuerit,vt valeat:quia tunc a-
lia ſtipulatio contracta eſſe videtur inquit alia,nouam ſti
pulationem ſignificans.atque ita eo loci omnes ſcribunt
accedit his quod reſpondit Curt. Sen. conſi. 43. teſtatur
12 Auguſtinus,ad finem teſtamentum†cenſeri mutatũ, nec
amplius antiqui teſtamenti nomen retinere,cùm clauſu-
la aliqua noua addita fuit.ita pariter in l ſi cui ædes, de le.
3.ædes antiquæ nomen amittunt, & nouæ efficiuntur, ſi
illis aliquid adijcitur.quocircà ex cap. ſtatutum, iuncto
13 cap.licet canon,de elect.in dicimus,quod qualitas†adue
niens enti qualificat nouum ens,& illud in diuerſa ſpecie
ponit.id quod ſcribunt Gomeſ.in §.perſonam.num. 16.
Inſt.de actio.& Marſil.520.qual.qui alios plures recẽſet.
Quartò,hanc opinionem adiuuare mirum in modum
videtur tex.in cap. vlt. vbi Abbas & cæteri, vt lite pend.
conſtituit Pontifex, cauſam diffiniendam eſſe ſecundum
ſuos primos terminos,nulla habita ratione priuilegij im
petrati lite pendente.ita hîc dicendum videtur, iudican-
dos hos commentarios,omiſſa ea additione,quæ videtur
confirmatio quædam ac priuilegium ſuperueniens pẽden
te diſcuſsione cauſę.nam ex quo cauſa adhuc cognoſcen
14 da,eſt pendere videtur.†non ergo interim quid addi de-
buit.d.cap.vlt.& ſimilibus,vt lite pendente nihil innoue-
tur,loquuntur hæc iura per dictionem nihil,vniuerſam ne
gatiuam,quæ dum negat omnem potentiam,efficit vt etiã
in aliquo minimo verificatur.Soc.Sen.conſi.21.col.3.ver-
ſi.& pro prædicta,lib.1.qui ita declarat. l.vlt. C.de noua.
in illis verbis,nihil innouari.
Quintò ac ultimò,ita pro hac parte à fortiorum argu-
15 mentum duci poſſe videtur: is dicitur†pacto& conuentio
ni contrauenire,qui libellum vel preces principi obtulit
l.ſi quis maior,vbi ſcribentes.C.de tranſactio.qui intelli
gunt,verum etiam eſſe,quando is libellum offerens, eo v-
ſus non eſt.quæ ſanè conſtitutio cùm non modò in tran-
ſactione,ſed & in alia cõuentione locum habeat,vt inquit
ibi poſt alios Cagnolus,nu.43.dicendum eſt,& hoc in ca
ſu procedere. Hæc vt huius eſſem opinionis, me aliquan
do mouebant.
Cæterùm,re hac longè melius atque diligentius conſi-
derata,contrariam ſententiam probo: nempè Reueren-
dum Meddenſem nihil egiſſe, quo conuentionem & pa-
ctum uiolaſſe dicatur.
16 Primò,eo adducor argumento,quod tenor † conuen-
tionis & pacti diligenter conſiderari debet. l. ſemper in
ſtipulationibus,vbi recentiores,de reg. iuris.nam ex ver-
17 bis†contrahentium atque paciſcentium mens declaratur
l.in conuentionibus.ff.de verb.ſig.& notab. tex. in l. in-
tereſt,ibi,quantum lectio probat.ff.de ſolutio. hinc ſcri-
bit Ripa in tract.de peſte,tit. de priuilegijs contractuum.
nu.47.poſt Caſtren.& alios plures, diſpoſitiones teno-
rem oſtendere qualitatem conuentionis.ídque tradunt&
Soc.Sen.conſi.88.col.1.lib.1:& Dec.conſi.552.nu. 1. idem
in l. ſi paciſcenda.nu.10.C.de pactis. atqui in caſu noſtro
conuentionis tenor is eſt,quod Summus Pontifex cogno
ſcere habeat,an hi commentarij contineãt doctrinã Chri
ſtianam & Catholicam eſt ergo videndum,an hæc doctri
na immutata fuerit ex illis Theologorum approbationi-
bus,quibus atteſtati ſunt,nihil in commentarijs his eſſe
ſcriptum,quod Orthodoxæ fidei repugnet.& verè dicen
dum eſt,nihil eſſe immutatum: cùm ne verbum quidem
ſit additum vel diminutum à commentarijs illis.quod do
ctrina omnium probauit in l.edita.C.de eden. dum ſcri-
18 bunt,libellum†illum non dici nouum,qui emẽdatus fuit,
ſalua eius ſubſtantia,ita Bar.ib..nu.1.Iaſ.nu.11.& Dec.nu.
17.nam,cùm ſubſtantia eadem eſt,actus non dicitur no-
19 uus,etſi verba aliqua ſint immutata:cùm accidens†nõ im
mutet ſubſtãtiam. l.generaliter.§.proinde. ff. de fideicõ.
liber.& multa ſcribit Gomeſ.in §.in perſonam.num. 14.
Inſt.de actio.Hîc reſpondit Calder.conſi1.Epſ rem.col.
20 2.ver.2.& per hoc,ti.de feudis.feudi†naturã non cenſeri
immutatã,cùm pacto accidentalia appoſita fuerunt,quæ
priùs non aderant.Et eſt vulgaris dialecticorum propoſi-
tio,accidens adeſſe & abeſſe poteſt, pręter ſubiecti cor-
ruptionem:quantò fortius dicendum eſt hîc,vbi nec ver-
ba ipſa commentariorum fuerunt immutata.
Secundò moueor hac ratione: duo hæc ſunt inter ſe di-
uerſa,ꝙ hi commentarij ſint re ipſa catholici,ab eo,ꝙ pro
21 catholicis habiti ſint à Theologis. eſt enim aliud † quòd
quis ſit talis, & quòd pro tali habeatur.l.mercis,vbi Alcia.
de verbo.ſi.Bar.in l.ſi maritus.§.leg.1.nu.1. ff. ad l.Iul. de
adulter.l.rei iudicatæ. ff. ſolu. matr. & pulchrè Soc.Sen.
con.275.col.4.verſ.ſed poſito,li.2.cum ergo ſint hæc duo
diuerſa,ex vno ad alterum non infert.l.Papinianus exuli.
ff..de mino.& l. vlt.C.de calũ.licet ergo permulti Theo
logi ſuo iudicio cenſuerint commentarios ſibi videri Ca
tholicos,non tamen pronuntiarunt eſſe verè catholicos,
nec Pontificis Maximi iudicium & ſententiã atque pro-
nuntiationem impedire dicuntur.nec enim illorum iudi
cium facit.quod tales ſint,ſi verè non ſunt.ſi ergo Ponti
ficis pronuntiatio non impeditur,ſequitur,pacto & con-
uentioni contrauentum non eſſe.
Tertiò confirmatur:quia dicere conſueuimus,non eſſe
22 curandũ†quid & quomodò res tractetur,cum idem om-
nino effectus inde ſequitur.l.cum ſeru',de verbo.obliga.
quo loci plura ſcribit Iaſ.& alia Marſil.conſi.8.nu.19.ſolet
enim rei effectus,cæteris omiſſis ſpectari l.3.C.de inſt. &
ſubſt.Soc.Sen.conſi.259.col.1.in fi. li. 2. & Gramma. de-
23 ciſ.36.num.75.hinc dicimus eſſe obſeruandum mentẽ †&
intellectum,quem rei effectus demonſtrat.ita Iaſ.cõ. 138.
col.pen.li.1.& Cra.conſi.293,col.pen.in prin.at hîc harũ
approbationum effectus non eſt,vt Pontificis maximi iu-
dicium impediatur,non etiam eſt.vt ij commentarij red-
dantur catholici,ſi re ipſa non fuerunt ita conſcripti: ſo-
lum dixerunt Theologi quid ſibi de illis vr̃:non ergo di-
cendum eſt violatam eſſe conuentionem,q̃ reſpicit verita
tem hanc,an ſint,vel non ſint catholici illi commentarij.
Quartò ſuffragatur,ꝙ ſi codſideramus ha Theologorũ
approbationes,verè nil aliud oſtendunt,quã cõſulationes
& reſponſa prudentium,quia interrogati reſponderunt,
ſibi videri Meddenſem non erraſſe.quò fit, vt iure licue-
rit ipſi Meddẽſi hæc reſpõſa habere:imò,vbi peritos non
24 conſuluiſſet,iure reprehendi meruiſſet,ſi per iuris† igno-
rantiã quid deinde egiſſet.cum illa neminẽ excuſet.l.iuris
ignorantia.C.qui adm.quo loci ſcribũt oẽs,nõ ẽt ruſticũ,
vel mulierẽ excuſari ſi iuris peritos cõſulere potuerunt,&
nõ cõſuluerunt.idẽ ſcribunt Iaſ.con.28.colu.1.li.3. Dec.
cõ.351. ad fi.Rui.con.139.in fi.li.2.Alcia.trac.pręſum.reg.
3.præſum.31.& Cra.con.285.in fi.cum ergo Meddenſis a-
ctum iure permiſſum,& viro diligenti dignum egerit, di
cendum non eſt violaſſe conuentionem, quæ non actum
extrinſecum & accidens reſpicit,ſed intrinſecum & ſub-
ſtantiam.& quemadmodum ius alterius collitigantis nõ
alteratur dum lite pendente aduerſarius peritiores con-
ſuluit.ita verè dicendum eſt in caſu iſto.
25 Quintò ac vltimò accedit,ꝙ†is dr̃ actui cõtrauenire,qui
dolo aliqđ agit,quò aduerſarij ius lædatur:ita tradũt oẽs
in l.ſi quis maior.C.de trãſ.ibi Cur.Iu.nu.16. ita declarã-
tes illã cõſtitutiõẽ.ꝙ placuit & Alc.cõ.92.col.1.li.1.Atqui
in caſu nr̃o nihil egit dolosè Meddẽſis,vt Iacomelli ius lę
26 ſum dicatur.nã,eo omiſſo, quia†dolus non præſumitur,
iuxtà l.dolũ.C.de dolo,conſtat Meddẽſem feciſſe actum
iure permiſſum:nõ ergo dolo quid egit,cùm nõ iudicetur
delictum,ꝙ à iure conceditur.l.Gracchus.C.ad l.Iul.de a-
dulter.nõ ẽt læſum fuit ius Iacomeli, cùm ſubſtantia, ne-
dũ ipſorũ cõmentariorum, non fuerit à Meddenſe immu
tata,ſed ne quidem verba ipſa inuerſa aut commutata.

Non obſtant nunc adducta in contrarium. Ad primum
reſpondeo: hîc nihil dici innouatum cùm libri verba &
ſubſtantia non ſint immutata, vt iam ſæpius dictum fuit.
Nec dubium facit illud reſponſum Fulg. conſil. 223. cùm
eo in caſu, non leue præiudicium fuerit ſoluere corã præ-
tore, vel coram Epiſcopo, ratione licentiæ impetrandæ,
ſine qua alienari res illa non poterat. non ita dubitationẽ
mouet reſponſum Comenſ. d. conſi. 179. ſi quidem & ibi
magna verſabatur creditoris vtilitas, quod pręſtituto tpe
pretium numeraretur, vel paulò poſt, cùm minus ſoluere
27 †dicatur, qui ſerò ſoluit. §. plus, inſt. de actio. quod autem
dicitur, conuentionem cenſeri violatam, cùm in re mini-
ma obſeruata non fuerit, procedit, cùm aduerſarij ius in
28 ſubſtantia lædatur; alioqui quæ minima † ſunt, conſiderari
non ſolent. l. ſcio. ff. de in integr. reſt. Iaſ. in le. ſciendum,
col. 3. ff. qui ſatiſd. cog. Socin. tracta. Fallen. regu. 78. Fallẽ.
1. cæteros prætereo.

Non obſtat ſecundũ, quia reſpondetur, & negatur præ
ſcriptam hîc fuiſſe formam huic conuentioni, ſed ſimpli
citer pactum eſt, quod librorum determinatio fieret per
Pontificem Maxim. cùm ergo ita nunc ac olim de his cõ-
mentarijs fieri poſſit à Pontifice iudicium, ex quo eadem
verba, eadèmque commentariorum eſt ſubſtantia, dicen
dum eſt, non eſſe violatam conuentionem.

29 Non obſtat tertium, † quia illi dicitur ex relatis ſuprà in
primo fundamento ſatisfactum. nam tex. d. l. ius ciuile, de
iuſt. & iure, loquitur, cùm additio vel detractio fit in ſub-
ſtantia: tunc enim actus nouus conſtituitur. ita ibi Bar. &
alij quos ſuprà retuli. ita etiam declarat Craue. conſi. 223.
num. 6. qui eiuſdem opinionis retulit Corneum & alios.
idem docuit Alciatus in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. 3. notab.
de verb. oblig. & Tiraq. tract. de retractu conſang. §. 39.
glo. 1. num. 6. nec refragãtur allegatæ interpretum tradi-
tiones. nam Soc. Sen. d. conſi. 27. col. 4. li. 1. verè loquitur
de qualitate ſubſtantiali & formali, dum negat arbitros
poſſe adijcere laudo noua qualitatem, vel formam. ex d. l.
30 ius ciuile. ſi enim dictum doctoris † intelligi debet ſecun
dum iura ab eo allegatá, vt inquit Bar. in l. non ſolùm. §.
liberationis verba. nu. 7. de liber. leg. Rom. conſi. 76. col.
vlt. & Soc. Iun. conſi. 68. num. 27. li. 1. dicendum eſt, Soc.
loqui de qualitate ſubſtantiali, vt pariter loquitur d. l. ius
ciuile. accedit quod idem Socin. nititur & autoritate Bu-
trij conſ. 66. in facto, quidem Butrius loquitur cùm quid
ſubſtantiale actui adijcitur. ita quoq; intelligitur tex. cle-
2. de vita & honeſt. cler. qui verè loquitur de noua pœna-
li conſtitutione. ita quoque procedunt & cætera omnia,
31 quæ retuli. comprobatur ex eo, quod vera qualitas † illa eſ
ſe dicitur, quæ accidens eſt, & ſubſtantiam non attingit,
vel immutat: at illa quæ ſubſtantiam attingit, impro-
priè qualitas eſt, & verius ſubſtantia dici poteſt. ita Baldus
in l. eius qui in prouincia ad finem. ff. ſi certum peta. & in
l. 2. col. 1. C. de bono. poſſeſſ. ſecund. tab. atqui in caſu no-
ſtro conſtat, additionem hanc eſſe ſeparatim factam non
modò à ſubſtantia, ſed & à verbis horum commentario-
rum: non ergo violata eſt conuentio.

Nõ obſtat quartũ ex d. capit. vlt. vt lite pend. quia reſpõ
deo, eo in caſu, nouum illud priuilegium quod ſuperue-
nerat, nouum quoque tribuebat ius illi impetrandi: nõ mi
rum, ſi lite pendente aliquid innouaſſe dicitur, at hîc nul-
lum ius tribuit hæc additio ipſi Meddenſi, cùm illa quid
diuerſum à ſubſtantia commentariorum non contineat;
32 iure ergo & lite pendente innouare † licuit. ita Baldus in
ca. 1. §. ſancimus, quo tempo. miles. in vſib. feud. Corſetus
ſuo ſing. in verbo, appellatio, incip. regula eſt, verſi. limi-
ta quintò. qui alios recenſet. Præterea, iam diximus, licuiſ
ſe Meddenſi perquirere & habere conſilia & approbatio
nes Theologorum; non ergo aliquid innouaſſe dicitur:
ita Corſetus præcitato loco, verſi. ſextò limita. Alcia. reſp.
464. num. 12. & Gramma. deciſ. 14. num. 8.

Non obſtat vltimum, qu a reſpondetur primò, quod
imò verior eſt illa doctorum opinio, non cenſeri contra
uentum tranſactioni ex ſola reſcripti impetratione, niſi
eo reſcripto is impetrans vtatur. ita Iaſ. in d. l. ſi quis maior
nu. 17. C. de tranſ. eſt. n. neceſſaria actualis contrauentio,
vt ibidem docuit Cagno. nu. 83. ſecundò reſpondetur, in
caſu noſtro ceſſare & dolum & aduerſarij læſionem, quæ
neceſſariò requiruntur in caſu d. l. ſi quis maior. concludo
itaque ex his additionib. conuentioni & pacto non fuiſſe
à Meddenſi contrauentum.

Iacobus Menochius I. C.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudicantem cuncta rimari oportet.*
2 *Decimæ noualium quales ſint.*
3 *Creditor habere poteſt ius ad rem tantùm, non autem in re, & quomodo.*
*Creditor fructuum qui ſunt naſcituri dicitur habere ſpem tãtum.*
4 *Priuilegium ſecundum ſpeciale regulariter tollit primum generale quo ius ad rem tantùm erat acquiſitum, nullàque facta mentione de dicto generali priuilegio.*
5 *Ius ad rem facilius tollitur quam ius in re, & qua ratione.*
6 *Priuilegium ſecundum ſpeciale non videtur in totum abſorbere priuilegium primum generale, ſed tantùm in aliqua eius parte,*
7 *Priuilegium conceſſum alicui de non ſoluenda decima pro quatuor capis per eum nominandis, ſi ante nominationem impetretur aliud ſpeciale, nec certa poſſeſſio nominetur, primo dicitur derogatum.*
8 *Priuilegium generale cui conceſſum eſt, illi dicitur quæſitum eſſe ius ad rem tantùm.*
9. *Priuilegia duo ſi concurrant, illud præualet, quod eſt magis ſpeciale.*
10 *Priuilegium magis ſpeciale quomodo probetur.*
11 *Priuilegium conceſſum perſonæ, maiorem ſpecialitatẽ quàm conceſſum loco.*
12 *Conductor qui cultura ſua functos ſteriles fecit fertiles, non poteſt per dominum à cultura remoueri, nec ei penſio augeri.*
13 *Negatiua potentior eſt affimatiua, ideo priuilegium negatiuum plus operatur quam affirmatiuum.*
14 *Priuilegium vel cauſa ad damnum euitandum potentius vel potentior eſt, quàm quando tractatur de lucro captando.*
15 *Priuilegium conceſſum fœminis, præualet priuilegio conceſſo maſculis propter ſexum.*
16 *Plebani de iure communi habent facultatem percipiendi decimam.*
17 *Clauſa ex certa ſcientia*
18 *Item non obſtante &c.*
19 *Item motu proprio &c.*
*quem habent effectum ſimul poſitæ in priuilegio.*
20 *Plebani habent intentionem ſuam fundatam in recipiendis decimis ex prædijs ſub ſua parochia exiſtentibus, etiam contra Epiſcopum.*
21 *Noualia & decimæ non differunt, & cui decima conceditur, & illi noualia conceſſa eſſe dicuntur.*
22 *Priuilegium ſecundum in his dicitur derogaſſe primo de quibus fecit mentionem.*
23 *Ius ad rem continet ſpem, quæ ex quo cauſam habet de præterito, probabile & conſiderabile dicitur.*
24 *Princeps ſicut præſumitur nolle aliquem in iure ſuo lædere, ita pariter non præſumitur velle lædere in acquiſitione ſpe probabili.*
25 *Impetrans reſcriptum gratioſum, facere debet mentionem iuris ad rem quod is obtinet in alio beneficio, ne ſecunda impetratio reddatur ſubreptitia.*
26 *Et quæ ſit ratio.*
27 *Priuilegium concedens, quod conceditur à iure communi, fauorabile eſt.*
28 *Priuilegium confirmatorium iuris communis, magis eſt fauorabile, quàm derogatorium.*
29 *Clerici an plebano teneantur quicquàm ſoluere.*
30 *Priuilegia concedentia immunitates à decima ſoluenda eccleſiæ, ſunt ſtrictiſſimè interpretanda.*
31 *Ad acquirendam quaſi poſſeſſionem exigendi decimam, ſufficit vt ſemel decima ſit ſoluta.*
32 *Decimarum appellatione veniunt & noualia.*
*Et habens poſſeſſionem decimarum an habeat etiam noualiũ. ibi.*
33 *Præſcripſiſſe dicitur noualia, qui & decimam præſcripſit.*
34 *Vnitas ſubiecti in acquirendo facit vt in totum dicatur acquiſitum*
35 *Poſſeſſio nihil habet commune cum proprietate.*
36 *Obligatus duplici vinculo, ſublato altero, nõ dicitur liberatus, quia aliud ſupereſt.*
37 *Si ineſt de quo minus, ergo de quo magis.*
38 *Prædium trahi ad ſe nemora & paſcua ſua.*
39 *Præſcribens decimas in nemoribus, vel paſcuis, tunc ſi illa ad culturam redigantur, habebit, & nouales.*
40 *Papa non ſolet conuentiones de decimis perſoluendis factas ſuo priuilegio perimere.*
41 *Decimæ & noualia an differant inter ſe.*
42 *Priuilegium primum generale quò acquiſitum eſt ius ad rem, an ſoluatur per ſecundum ſpeciale, nulla facta mentione de illo iure ad rem.*
43 *De minimis non eſt curandum, cùm quid eſt contra ius commune.*
44 *Læſio minima an habeatur in conſideratione.*
45 *Reſcriptum ſecundum ad beneficia facilè tollit ius expectantis.* *quò*



*quò ad illud beneficium pro quo reſcribit ſecundo loco Papa, & quæ ſit ratio.*
46 *Papa non dicitur tollere per ſecundum reſcriptum ſeu priuilegium ius pendens ab electione vel præſentatione.*
47 *Ius ad rem competens ob acceptationem vigore gratiæ expectatiuæ eſt conſiderabile, & non cenſetur ſublatum per ſecundum reſcriptum ab alio impetratum, nulla de illo iure facta mentione.*
48 *Generi per ſpeciem non derogatur in priuilegiis.*
49 *Priuilegium conceſſum plebi an dicatur conceſſum rei vel perſonæ.*
50 *Decimæ an ſint ſoluendæ prædio inculto, & nouiter ad culturam redacto induſtria alicuius.*
51 *Potentior an dignior ſit.*
52 *Prohibitiua cauſa an ſit potentior affirmatiua.*
53 *Damnum is ſentit, qui rem vel lucrum acquiſitum amittit.*
54 *Sexus non debet adiuuari, adeò vt lædatur ius tertij.*
55 *Princeps non præſumitur etiam reſcribendo fauore piæ cauſæ auferre ius tertij.*
56 *Priuilegium habens clauſulam derogatoriam vt aliud tollat, de eo debet facere mentionem.*
57 *Conuentio quando inita eſt cum aliquo, ſi poſtea impetratur priuilegium, in ipſo de ipſa conuentione facienda eſt mentio.*
58 *Priuilegium conceſſum contra ius commune, de eo iure communi debet facere mentionem, vt ei derogaſſe cenſeatur.*
59 *Clauſula ex certa ſcientia, quando habeat vim ſpecialis derogationis.*
60 *Et quid ſi priuilegium conceſſum eum tali clauſula ſit conceſſum ignoranti, & ignorante Papa de conuentionibus inter partes ipſas initas.*
61 *Quid de clauſula non obſtante.*
62 *Clauſula non obſtante, non dicitur derogare diſpoſitioni firmatæ conſenſu partium.*
63 *Clauſulæ ſimul iunctæ an plus operentur quàm diſiunctæ.*
*Princeps ex multiplicatis clauſulis in priuilegio poſitis non præſumitur ius alterius auferre.*
64 *Clauſula motus proprij non prodeſt alicui in præiudicium tertij.*

## FACTI SPECIES.

P*Aulus IIII. Pontifex Max. eccleſiæ parochiali plebaniæ Sancti Germani, facultatem conceſſit percipiendi decimas ex omnibus prædiis illius oppidi: quas quidem decimas aſſeruit ipſe ſummus Pontifex iam antiquitus conſueuiſſe à plebanis illius parochialis percipi: etiamſi longo tempore perceptæ non fuerint. Deinde ipſemet Pontifex anno ſubſequenti, non habita mentione illius conceſſionis factæ d. plebano, conceſſit priuilegium, multis appoſitis clauſulis, monialibus Sanctæ Claræ eiuſdem oppidi, ne tenerentur perſoluere decimas ex quibuſdam prædiis, quæ nuper ad culturam redacta fuerant. ex quibus quidem prædiis iam vnam decimam frumenti primo anno ſoluerant hæ moniales ipſi plebano: cuius quidem ſolutionis facta non eſt mentio à monialibus in illa ſui priuilegij impetratione: nunc dubitatur, an iure poſſit is plebanus exigere decimas à d. monialibus pro prædiis nouiter ad culturam redactis.*

## CONSILIVM XXXVI.

# Initium à Domino.

1 SI iudicantem † cuncta ri-
mari oportet, vt inquit tex.
cap. iudicantem. 30. q. 5.
ſunt, mea quidem opinio-
ne, in hac facti ſpecie multa
hincinde diligenter & accu
ratè perpendenda. prima e-
nim (vt aiunt) fronte dicen-
dum videbatur, Plebanum
non poſſe percipere deci-
mas ex prædiis à Moniali-
bus his nuper ad culturam
redactis: quas quidem decimas noualia noſtri hoc in caſu
appellant: vt pro Monialibus reſponderem multa me
mouebant.

Primò, quia priuilegium ſeu conceſsio Plebani gene-
rale dicitur reſpectu priuilegij conceſsi Monialibus: &
continet hoc priuilegium Plebani ius ad rem, cùm deci-
2 mæ † noualium ſint, quæ percipiuntur ex agris nouiter
ad culturam redactis. l. agraria, in fine. ff. de term. moto.
cap. vlt. de priuileg. cap. quid per nouale. de verb. ſignific.
& cap. 2. de decimis, in 6. Si ergo tempore conceſsi priui-
legij Plebano nondum hæc Monialium prædia erant ad
culturam redacta; ſequitur, decimas ex illis præſtare non
3 potuiſſe: ob id dicitur Plebano † quæſitum ius ad rem tan
tum, non autem in re. iuxta l. interdum, in princ. de verb.
oblig. vbi creditor cõditionalis dicitur, cui facta fuit pro
miſsio de fructibus naſcituris. qui quidem creditor ius in
ſpe tantum habere dicitur. §. ex conditionali. Inſtit. de
verbor. obligat. ſi ergo Plebanus ius ad rem ſolummodo
habuit, ſequitur, illud cenſeri ſublatum ex ſecundo priui-
* legio ſpeciali Monialibus conceſſo: cùm recepta * magis
videatur Doctorum opinio, per ſecundum priuilegium
4 † ſpeciale dici derogatum primo generali, quo ius ad rem
tantùm erat acquiſitum, etiam de eo generali priuilegio
nulla mentione facta in ſpeciali. ita cenſuerunt Abbas in
cap. 1. num. 10. in fin. de reſcript. & ibi Barba. num. 35. Fel.
nu. 3. & Ripa, num. 49. idem cenſuit Abbas in capitulo ve-
niens. num. 12. de reſcript. reſpondit Aret. conſil. 76. nu. 4.
& in claris noſtris terminis conſuluit Dec. conſil. 147.
num. 4. verſ. his præmiſsis. quam ſanè opinionem probat
ex d. capitulo primo, de reſcript. capitulo paſtoralis. §. 1.
capitulo poſtulaſti. eod. & ex cap. dudum. §. nos. capitulo
quamuis. il. 2. de præbend. in 6. ea quoque præcipua ra-
5 tione vtuntur, quòd ius † ad rem facilius tollitur, quippè
quòd ſit ius quærendum, & non quæſitum: iuxta l. qui au-
tem, in princ. ff. de his quæ in fraud. cred. & l. ſi ſponſus. §.
ſi maritus. il 2. de dona. inter vir. & vxor. atque ita facilius
tolli hoc ius ad rem ſcribunt Abbas in cap. in noſtra. 4.
notab. de reſcrip. Calder. conſil. 8. in fin. de reſcript. Card.
conſil. 61. in fin. & Rota deciſ. 6. Licèt de more. de præb.
in nouis. & probat text. in c. pen. de præb. in 6. cùm ergo
dicatur derogatum priuilegio Plebani; non poteſt is à
Monialibus has decimas exigere.

Secundò, vt pro his Monialibus reſponderem, adduce-
bar ea ratione, qua vſus eſt Dec. in d. conſil. 147. col. pen.
6 verſic. & iſta concluſio. nempè, hoc ſecundum † priuile-
gium ſpeciale monialibus conceſſum, non auferre, atque
ita non abſorbere in totum priuilegium plebani; ſed tan-
tum in aliqua eius parte, quod fieri poteſt, nulla priuile-
gij Plebani mentione facta. iuxta doctrinam Hoſtien. in
ſumma de reſcriptis. num. 15. verſic. dicendum eſt igitur.
illum ſecuti ſunt Butrius in cap. 1. num. 25. verſic. Hoſtien
ſis dicit. & ibi Immola. num. 7. in fin. & Felin. col. 3. verſic.
primò niſi, de reſcriptis.

Tertiò, huc ſpectare videtur doctrina Card. & Imolæ
in cap. cùm ordinem, num. 8. de reſcript. quos ſecutus eſt
Fel. in capitulo primò columna tertia verſiculo tertiò re-
7 ſtringe. eo. ſcribunt ij, quòd priuilegio † conceſſo reli-
gioſis, vt non teneantur ſoluere decimas de quatuor poſ-
ſeſsionibus ab eis nominandis, derogatur per ſecundum
ſpeciale priuilegium impetratum ante nominationem il-
larum quatuor poſſeſsionum, ne certa poſſeſsio nomina-
8 ri poſſet ea videtur ratio, quia illi † cui conceſſum eſt ge-
nerale priuilegium, dicitur eſſe quæſitum ius ad rem
tantùm, quod facilè tolli poteſt, quemadmodum &
hîc.

Quartò, illud non parum vrgere videtur, quòd vbi duo
9 priuilegia † concurrunt, illud alteri præualet, quod eſt ma
gis ſpeciale: ita de duobus reſcriptis tradunt Dec. in d. ca.
1. num. 7. verſic. eſſet tamen, de reſcript. & ibidem Ripa.
num. 65. 67. & Bero. nu. 49. & in ſpecie noſtra idem Dec.
in d. conſil. 147. col. pen. verſic. non obſtat quod, poſt Bal
dum in l. hac conſultiſsima. num. 1. verſic. tu verò. C. qui
teſtam. facer. poſſ. & Bart. in extrauag. ad reprimen. in ver
bo non obſtantibus. num. 9. Idem ſcribunt Iaſ. conſil. 12.
num. 3. lib. 3. & Dec. in l. in toto iure. num. 4. de reg. iuris,
atqui priuilegium conceſſum monialibus magis ſpeciale
illo plebani videtur, ergo illi præfertur. quòd magis ſpe-
10 ciale † cenſeatur, multis à Decio relatis demonſtrari ita
poteſt. primò, quia priuilegium plebani loquitur de deci-
mis & noualibus in genere: priuilegium verò monialium

loquitur de noualibus in ſpecie, hoc eſt de prædiis à ſe de
nouo colendis.eſt ergo magis ſpeciale, vt etiam ita in his
terminis arguit Ruin.conſil.16;.nu.14.lib.5.Secundò,pri-
uilegium Plebani dicitur conceſſum loco,priuilegium ve
11 rò Monialium ipſis perſonis:atqui priuilegium † perſonæ
conceſſum habet maiorem ſpecialitatem quàm conceſ-
ſum loco.ita Baldus in l.1.q.3.ff.de off.conſulis. in l. Gal-
lus.§.ille caſus.col.vl .de lib.& poſthu.& in l.vnica. §.ſin
autem.num.7.C.de caduc.tollend. Dec. in l.in toto iure.
nu.3.de regulis iuris.& in c.præſentia,nu.51.prope finem,
de probatio.
Tertiò,quia opera Monialium prædia hæc ad culturam
redacta fuerunt; quo fit vt maior ſpecialitatis ratio inſit.
argum.tex.l.quicunque, vbi Bart. C.de omni agro deſer.
12 lib.11.quo loci conſtitutum eſt,quòd illi † qui cultura ſua
fundos ſteriles fecerunt fertiles,non poſſunt per dominos
à cultura remoueri: nec eis penſio augeri poteſt. confert
l.cognouimus.C.de mancip.& colo.pat.& ſalt.lib.11.vbi
Bartolus ad idem textus in l.vltim.C.de alluuio.ibi.ne do
leant diligenter operam ſuam dediſſe culturæ. & egregiè
tradunt ex dicta l.vltim.Curt.Sen.conſilio ſeptuageſimo
tertio in fine.Alc.reſponſ.302. & Nat. conſilio 55. in fin.
lib. 1.
Quartò, maior ſpecialitas demonſtrari ex eo videtur,
13 quòd priuilegium Monialium eſt negatiuè †conceptum,
de noualibus non ſoluendis:priuilegium verò Plebani af-
firmatiuè,quòd decimas noualium exigere poſſit: ergo
priuilegium monialium præualere debet: cùm negatiua
potentior ſit affirmatiua.ita Baldus in l. ſi Rufinus. C. de
teſtam.milit.& ibi in ſpecie Iaſ.num.3.& Dec. numer. 6.
ſcribunt, regulam prohibitiuam eſſe magis ſpecialem.
Dec.in c.in præſentia.num.51.de proba.
Quintò maior ſpecialitas ex latere Monialium demon-
ſtrari videtur, quòd ipſæ agunt de damno euitando, Ple-
14 banus verò de lucro: at cauſa † quæ eſt ad damnum eui-
tandum,dicitur altera potior.l.verum. §. vlt. vbi Bart.ff.
de min.idem Bart.in aut.quas actiones,nume. 3. C.de ſa-
croſanct. eccleſ. Abbas in capitulo in præſentia, de pro-
bat.Dec.in l.non debet actori.§.in re obſcura.ff. de regu-
lis iuris.
Sextò:præter Decium,ego addo in pari cauſa eſſe iudi-
15 candum priuilegium Monialium ratione ſexus † magis
ſpeciale & fauorabile,vt tradunt Præpoſ. in capitulo ve-
rùm,colum.4.de cond.appoſ. Dec. in cap. in præſentia.
num.53.de probatio.idem Dec. in l. 2. num, 77. in fin. de
reg.iur.& Neuiz.lib.6.Syluæ nupt.nu.47.
Quintò, his Monialibus illud maximè ſuffragari vide-
tur, quòd neceſſe minimè fuerit eis mentionem facere il-
lius priuilegij Plebani:ex quo illud priuilegium iuri com-
muni conuenit. continet enim priuilegium facultatem
percipiendi decimas, quæ & iure communi Plebanis
16 †tributa eſt.cap. veniens, vbi omnes. de præſcript. latè
Rebuffus in tract. de decimis. q. 14. cùm ergo contineat
idem quod ius commune, neceſſe non fuit de eo à Monia-
libus mentionem facere:ita ſcribunt Inno. in cap. 1. nu.3.
de reſcrip.& ibi Zabarella col.pen.in fine. Imola.nume.5.
Abbas.num.7.Barba.num.31.Felin.col.3.& Ripa.num.52.
ea eſt ratio, quia quemadmodum ius commune cogni-
tum eſt ſummo Pontifici capitulo primo, de conſt.in 6.
ita & priuilegium iuri communi conforme.
Sextò ac vltimò, mirum in modum vrgere videtur, ꝙ
priuilegium hoc Monialium habet clauſulas maximi ef-
fectus ad derogandum. ſi quidem habet primò clauſulam
17 † ex certa ſcientia,quæ quidem vim habet ſpecialis dero-
gationis. ita clarè cenſuerunt Guido Pap. conſil. 65. nu.
5.verſic.in contrarium.Soc.Sen.conſil.63.col. 3. verſi.ſed
* ad hoc faciliter.lib.3. qui hanc eſſe communem*opinio-
nem teſtatur.& alios recenſet Io.de Milis in ſuo reperto-
rio,in verbo,ſcientia certa.imò clauſula hæc adeò potens
eſt,vt ius alteri in re quæſitum auferat. Alexan.conſil.216.
col.6 num.22.lib.?.Corn conſil.83.col.pen.lib.4.Socin.
Sen. conſil.272.colum.pen.lib.2.Ruinus conſil.175.num.
22.& conſil.229.num.2.lib.1.Dec.conſil.191.col.1.& con-
ſil.341.col.1.
18 Secundò,adeſt clauſula † non obſtante,quæ pariter o-
peratur ſpecialem derogationem.Soc.Sen.conſ.3.col.2.&
conſil.63.col.3.lib.3. imò hæc iuncta cum præcedenti o-
peratur etiam magnum & notabile alterius præiudicium.
ita reſponderunt Ruin.conſil.12.num.24.lib.3.conſil. 86.
nu.8.lib.5.& Gozad.conſ.5.nu.16.

19 Tertiò,adeſt & clauſula, †motu proprio, quæ quidem
operatur derogationem iuris alterius; cùm omnem ſub-
reptionem auferat.c.ſi motu proprio; de præbend.in 6.
clem.ſi Romanus.de præben.copioſè ſcribunt Felinus in
cap.cæterùm.num.9.verſic.ſeptima reſtrictio,de reſcrip.
Iaſon in l.nec damnoſa. C.de precib.imper.offeren.Dec.
conſil.33.num.2. & alibi. & in ſpecie noſtra priuilegij de-
cimarum alteri contrario, ita clarè argumentatur & hãc
opinionem tuetur ex clauſulis his ſimul appoſitis Ruin.
conſil.163.numer.20.21. lib. 5. qui aſſerit has clauſulas ſi-
mul iunctas operari etiam in graue præiudicium alte-
rius.idem Ruin.conſil.98.num.13.lib.2. conſil.12.nu.124.
lib.3.& conſil.86.num.8 lib.5.& Gozad.conſi.5.num.16.
Hæc me anticipitem reddebant vt contra Plebanum re-
ſponderem.
Re tamen diligentiſsimè conſiderata atque examinata,
contrariam ſententiam veriorem eſſe opinor,nempè præ
ualere priuilegium Plebani, nec illi cenſeri aliquo pacto
derogatum per priuilegium Monialium. quam ſanè ſen-
tentiam multis veram mox oſtendam, illud ante omnia
20 ſciendum eſt; Plebano † deberi decimas omnium præ-
diorum, quæ ſub ſua parochia ſunt, vt apertè probant
text. in capit. cùm contingat.&c.cùm in tua,de decimis.
cap.veniens,vbi omnes de reſcript. cap. ad decimas, de
reſtit. ſpolia. in 6. & ob id habet Plebanus intentionem
de iure communi fundatam, ita Rebuffus in tract.de de-
cimis.quæſt.7.num.4.& nume.5.ſubiungit, poſt multos,
habere intentionem hanc fundatam etiam contra Epi-
ſcopum, ex capitulo vltimo de paroch.& capitulo vlti-
mo vt lite pendente,atque ita multò fortius fundatam ha
bet contra alios quoſcunque eccleſiaſticos, vt infrà di-
cemus.
Primò ea ratione adducor, quòd priuilegium conceſ-
21 ſum Plebano ei contulit ius in re tam † ratione decimarũ
quàm noualium. de decimis non eſt dubium, ita enim
apertè probat tex.cap.veniens,vbi Abbas de reſcrip.Dec.
in cap.1.num.4.& ibi Ripa. num. 49.de reſcript.Roder.
Suarez.allegat.28.num.6.dubium eſt in noualibus,in qui
bus verè idem dicendum eſt. ſiquidem noualia ita iure
communi antiquo debentur ipſi Plebano agenti curam
animarum,vt ipſæmet decimæ; vt probat cap. cùm con-
tingat. de decimis. & ibi Ioan. And. & Ancha. & ſcribit
Rebuffus in tractat.de decimis.quæſt.14.num.24.& clarè
probat cap.ex parte. il 3. de decimis. iuxta interpretatio-
nem Petri,quam probauit Fortunius Garzia in rep. l.Gal
lus.§.& quid ſi tantùm,num.194.ff.de lib.& poſthum. &
Roder.Suarez.d.alleg.28.num.7.& 8.quò ergo ad origi-
nem acquiſitionis ſeu debiti,nulla eſt differẽtia inter de-
cimas & noualia. non etiam eſt in cæteris differentia: nã
etſi noualia reſpiciant fructus naſcituros ex prædiis noui
ter cultis, ita etiam decimæ ſunt de fructibus naſcituris:
vt copioſius ſuo loco dicemus. ita ergo noualia tribuunt
ius in re,vt decimæ, cùm ſola videatur eſſe nudi nominis
differentia,ſi ergo priuilegium Plebani cõtinet ius in re,
ſequitur illi non cenſeri derogatum per priuilegium Mo
nialibus conceſſum; cum illius priuilegij Plebani nulla
ſit habita mentio,ex d.c.veniens.de præſcrip.Dec.& Ri-
pa præcitatis locis.
Secundò dato,non conceſſo tamen,quòd priuilegium
Plebani contineat reſpectu noualium ius ad rem tantũ;
attamen adhuc dico illi non cenſeri derogatum per pri-
uilegium Monialibus conceſſum. Quandoquidem verior
22 eſt opinio, eſſe faciendam † mentionem iuris ad rem vt
cenſeatur illud ſublatum per ſecundam conceſsionem:
ita docuit ipſemet Dec.in cap.1.num.4.verſic. ſed aduer-
tendum eſt, de reſcriptis. & præter eum idem reſpondit
Alex.conſil.7.col.2.verſic.prætereà. quæquidem ſenten-
tia,quam ego ſemper veram exiſtimaui, clarè probatur
in c.quamuis,de reſcript. in 6. vt illum egregiè perpen-
dit Aret.d.conſil.7.col.2.verſic.pro his facit. & Aret. ea
23 ratione,quæ hîc conuenit,vtitur:quia hoc ius† ad rẽ con-
tinet ſpem,quæ ex eo quo cauſam habet de præterito,(vt
hîc, cùm iure communi noualia ſint Plebano debita, vt
ſuprà dixi) probabile & conſiderabile dicitur. l. poſt e-
mancipationem.§.1.vbi Bar.ff.de lib.legat. l. in diem. §.
non autem.ff.de aqua plu.arcen.l.ſpem. C. de donat.co-
pioſè ſcribit Tiraq.in tract.de legibus connubial.poſt le
ges.num.40.idem in tract.de retractu conſang. §.26.gl.
3.nu.4.& Aretinum ſunt ſecuti Gomeſ.in reg. Cancella.
de non tollendo iure quæſito.q.4.& Cagnol. in l. vltim.
num.137.



num.137. C. de pactis. quemadmodum ergo non præſu-
24 mitur principem † velle aliquem in iure ſuo lædere; ita
pariter non præſumitur velle lædere in hac ſpe probabi-
li,cùm adſit par ratio lædendi ius alterius.Accedit,ꝙ ſi(vt
ſcribunt Dec.in d.cap 1.num.4.uerſic.ſimiliter, & aper-
25 tius Ripa.num.50.de reſcript.) in impetratione†reſcripti
gratioſi facienda eſt mentio iuris ad rem, quod is impe-
trans obtinet in alio beneficio, ne ſecunda impetratio
ſubreptitia ſit:vt ſcribunt Abbas & Fel.in cap. in noſtra.
num. 4. de reſcript. & Io. de Selua in tract. de beneficio
26 part.3.q.11.nume.1.quod quidem factum † eſt ad euitan-
dum eccleſiæ præiudicium; quod & per pluralitatem in-
fertur.cap.quia nonnulli,de cler.non reſid.& poſt Abb.
Butrium & Imolam docuit Pariſius in cap.veniens.nu.9.
de præſcript. idem dicendum eſt in caſu priuilegij, cùm
adſit eadem ratio, ne ius alterius lædatur. imò maior eſt
hîc ratio,ex quo ius Plebani iure communi etiam nititur.
huc etiam ſpectat, quòd adeò ius ad rem conſiderabile
eſt, vt illi non cenſeatur derogatum in dubio per clauſu-
lam motus proprij,vt ſuo loco dicemus,vbi aliis hæc com
probabimus.
Tertiò, ex eo in hanc ſententiam adducor, quòd hoc
priuilegiũ Plebani dicitur eſſe fauorabile,illud verò Mo-
nialium odioſum:quocircà priuilegium Plebani anteferri
debet.quòd autem vera hæc ſint,vel ex eo demonſtratur,
quòd priuilegium Plebani nil aliud continet quam illud,
quod iure communi antiquo eſt ſibi conceſſum, vt iam
diximus. ſi ergo priuilegium confirmat Plebanum in ſuo
27 iure antiquo,ſequitur eſſe † fauorabile.argumento ducto
à fortiori ex glo.in cap.ſtatutum, in verbo dinumeran-
dum.de præbend.in 6.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret,& i-
bi copioſè Iaſ.num.6.de pactis.ita è contra odioſum di-
citur priuilegium Monialium, quia aufert ius Plebani.
quod in ſpecie docuit Fortunius Garzia in d. §. & quid ſi
tantum, num.162. quem hac in re probauit Didac. lib. 1.
varia.reſol.cap.17.num.13.& in his terminis Dec.c.in præ
ſentia.num.51.de proba. Rurſus & ſecundò priuilegium
28 Plebani(vt iam diximus) eſt iuris communis † confirma-
torium; atque ita ius commune continet: illud verò Mo-
nialium continet ſolùm ius ſpeciale,ex quo eis dicitur ex
priuilegio conceſſum, ne ſoluant de noualibus de quibus
iure communi tenentur. eſt ergo priuilegium hoc Mo-
nialium minus fauorabile & minus potens illo priuile-
gio Plebani, iuxta l. eius militis. §. militia miſſus. ff. de
mil.teſt.& l.adminiſtrantes.§.vlt.ff.de admin. tut. ita in
ſpecie noſtra conſiderat Oldradus conſil. 268. numer.4.
Prætereà & tertiò, Moniales agunt de lucro, cùm omni-
no teneantur iure communi inſpecto ſoluere decimas e-
tiam de noualibus ipſi Plebano,quemadmodum & cæteri
29 clerici † etiam maiores tenentur.vt tradunt Imola in ca.
cùm ordinem.num.7 .de reſcript.Garzia in d.§.& quid ſi
tantùm.nume.165.& Rebuffus tract.de decimis. d. q.14.
num.40.42. & dixi ſuprà. Plebanus verò agit de damno
euitando,cùm ius ſuum, quod in perceptione noualium
exiſtit, amittere dicatur. quocircà in ſpecie hac reſpon-
derunt Oldradus d.conſ.268 num.1.Roma.conſil.180.in
30 fin.hæc priuilegia, †quibus decimarum eccleſiæ iure cõ-
muni debitarum immunitas conceditur,eſſe ſtrictiſsimè
interpretanda.Oldradum & Romanum ſecutus eſt Dec.
in cap.cùm ordinem.nume.1. de reſcript.& in conſil.113.
num.1.& col.2.verſic.& iſta interpretatio.illud ergo pri-
uilegium Plebani præualet.Dec.d.c.in præſentia,num.51.
de proba.
Quartò ſuffragatur non mediocriter,quòd iam conſtat
Plebanum eſſe in quaſi poſſeſsione exigendi decimas &
noualia à d.monialibus,cùm iam ſemel ipſas decimas ſol-
31 uerint. quod ad acquirendam † quaſi poſſeſsionem ſuffi-
cit.vt in ſpecie tradit Rebuffus in tract. de decimis.q.14.
nu.113.& licèt Plebanus nihil de noualibus exegerit, id ſa
ctum eſt quia caſus adhuc non euenerat.attamẽ hæc qua-
ſi poſſeſsio exigendi decimas comprehendit & noualia:
32 cùm ex ſermonis proprietate appellatione † decimarum
& noualia contineantur.d.cap.ex parte, il 3.vbi Abbas de
decimis, & ſuprà diximus. & dum, quò ad ipſum Pleba-
num,idem ſunt noualia quòd decimæ.d.cap.ex parte,ſe-
quitur ſatis fuiſſe adipiſci poſſeſsionem in decimis, vt in
parte: quandoquidem in his incorporalibus ſufficit adi-
piſci poſſ.vnius rei pro toto.ita Bart.in l.3.in princ.& ibi
Iaſ.num.34.ff.de acquir.poſſ.confert elegans reſponſum
Abbatis conſil.71.lib.2.vbi col.2.in ſpecie reſpondit, il-
33 lum dici †poſſediſſe & præſcripſiſſe noualia,qui poſſedit
& præſcripſit decimas etiam vnius prædij.quia ob ſubie-
34 cti vnitatem † dicitur acquiſiuiſſe in totum.Abbatem ſe-
cuti ſunt Craue. de antiq. tempo.4. parte principali.nu.
57.58.& Rebuffus in tract.de decimis.q.14.nume.20. nec
obſtat cap.cùm contingat.de decimis.quia præter Abba
tem reſpondeo loqui in eo,qui præſcripſit decimas, iure
communi ſibi minimè debitas. quo ſanè in caſu ſtrictiſ-
ſima interpretatio ſumitur.nos verò loquimur in eo, qui
conſequitur quod iure communi ſibi debetur.ita declarat
& intelligit Didacus lib.1.varia.reſol.cap.17. num.13. vbi
cum Garzia declarat.& præter eos Rebuffus in tracta. de
decimis.q.14. num.9.10.hoc ita poſito,ſequitur quòd pri
uilegium Monialium ſolùm reſpicit ius dominij,non ta-
men reſpicit ius poſſeſsionis, cuius in ipſo priuilegio
Monialium mentio non eſt facta. quæ quidem poſſeſsio,
35 †cùm nihil commune habeat cum proprietate. l.natura-
liter.§.nihil commune,de acquir. poſſ. ſequitur dicendũ,
priuilegium ac ius Plebani non eſſe ſublatum.ſi quidem,
36 cùm quis duplici † vinculo per ſe diuiſim alteri efficaci-
ter obligatus eſt,altero eorum ſublato,alterum adhuc ſu-
pereſt.l.ſi dominus.ff.de ſeruit.vrba.præd.& optimè pro
bat l.ſi ſeruus hæredi.ff. de ſtatulib. & cap. ex tuarum, de
aucto.& vſu pall.atque ita in ſpecie hac eſt argumenta-
tus & reſpondit Oldr.conſil.268.num.2.verſic.3.pro hac
parte quem ſecutus eſt Rebuffus vno verbo in tractat.de
decimis.q.13.in fin.& apertius Felin. in cap. cauſam quæ.
num.11.de reſcri.Rodericus Suarez.d.alleg.28.num.15. &
Catelia.Cotta in ſuis memorab.in verbo,priuilegia.quib.
* conſtat hanc eſſe communem:*etſi ab ea diſſentiant Ab.
in c.pe.de priuil.& Dec.nu.113.col.vlt.verſ.prætereà pro
declaratione. quas opiniones nititur conciliare Didacus
d.c.17.ad finem,ſed fortè fruſtra.
Quintò confert ſecundum Old.d.conſil.268.nume.4.
quòd ſi ſola poſſeſsio ſufficit ad impediendum priuile-
gium in contrarium conceſſum; ſi de ea poſſeſsione men
tio facta non eſt, ca.dudum,de priuilegiis. à fortiori hoc
in caſu idem eſt dicendum; cùm vnà cum poſſeſsione iun
37 ctum eſt ius commune & priuilegium: nam † ſi ineſt de
quo minus,ergo & de quo magis.l.1.C.de neg. geſt. cap.
cùm in cunctis, de electio. & cum Oldrado argumentari
ita quoque viſus eſt Rodericus Suarez. d. allegat.28. nu-
mero 20.
Sextò fortius vrget, quòd Plebanus ius iam in re quæ-
ſitum habebat in his noualibus, tempore quo Moniales
impetrarunt priuilegium. id quod demonſtratur ex eo,
quòd in facto præſupponitur, hæc prædia ad culturam
nouiter redacta erant prædia comprehenſa ſub amplo il-
lo prædio, quod vulgò appellabant, *il campo del mare* (ita
fortè ab antiquis nomen impoſitum à ſua amplitudine,
38 quæ inſtar eſſet pelagi) & illa † nemora & paſcua dice-
bantur,*il boſco & i paſcoli dil mare:* & vna clauſura contine-
bantur. cùm ergo decimæ pro illo prædio maris ſolutæ
fuerint huic Plebano, & ei ius in re quæſitum etiam de iu
re communi ſit,d cap.veniens.de præſcript.idem dicen-
dum eſt pro his paſcuis & nemoribus: cùm idem ſint cũ
illo prædio principali. ita conſuluit Abbas, d. conſil. 71.
col.2.lib.2.quem ſuprà retuli ad confirmandum illam ar-
gumentationem ab Oldrado perpenſam. ea ratione vti-
tur Abbas,quia,ſi hoc eſt vnicum prædium, debet etiam
cenſeri eiuſdem iuris,iuxta l. eum qui ædes. ff. de vſucap.
& cap.cùm in tua. de decimis. & ſuæ opinionis auctores
citat Abbas Io.And.in additio.ad Specul.tit. de probat.
§. j. verſic. quid ſi vna. Abbatem ſecuti ſunt Balbus in
tract.de præſcript.parte 2.princi.q.2.nume.17. Brunus in
tract.de augmento.concluſ.17.Rebuffus,d.tract.de deci-
mis.q.14.nu.20.& Craue.tractat.de antiq tempo.4.parte
prin. nume.57.58. ſi ergo Plebano iam erat quæſitum ius
in re,de eo erat à Monialibus faciẽda mentio, quod cùm
factum non fuerit,dicendum eſt, eorum priuilegium Ple
bano non obeſſe.
Septimò,huc maximè pertinet illa conuentio, qua pa-
cti ſunt Plebanus & Moniales, vt pro decimis illius præ-
dij del mare, tam ratione nemoris & paſcui ſoluerent illã
ſolam ſummam ſextariorum triginta frumenti. quæ ſanè
conuentio manifeſtè probat Plebano fuiſſe iam acquiſi-
tum ius in re etiam reſpectu decimarum nemoris & pa-
ſcui.eſt enim perinde ac ſi ipſe Plebanus eſſet conſecu-
tus diſtinctim decimas nemoris & paſcui. atqui ſi in ſpe-
cie Plebanus exegiſſet illas decimas nemoris & paſcui,
dubio

dubio procul & noualium ius ſibi fuiſſet quæſitum,vt pro
bat tex.notab.in c.cùm contingat, de decimis,argumen-
39 to à fortiori ſumpto.nam eſt ibi diffinitum,quòd † is qui
præſcripſit decimas in nemoribus vel paſcuis, tunc ſi illa
ad culturam redigantur,habebit & nouales. & ibi in ſpe-
cie hoc affirmant Abbas & alij.& tradunt Rui.conſil.163.
nu.15.lib.5.Pariſ.conſil.73.lib.4.Rebuffus in d.tractat.de
decimis.quæſt.14.num.22.& Didacus lib.j.varia.reſol.c.
17.nu.15. cùm ergo iam eſſet Plebano quæſitum ius in re,
illius erat facienda mẽtio.quod præſertim procedit,quia
mediante illa conuentione;cuius quidem erat omnino fa
cienda mentio: quia ſi eam intellexiſſet factam Pontifex,
non fortè illud priuilegium Monialibus cõceſsiſſet.cùm
40 non ſoleat Papa † conuentiones de his decimis perſoluen-
dis factas ſuo priuilegio perimere: vt probat tex.in ca. ex
multiplici,de decimis.& reſpondit Ruin.d.conſil.163.nu.
11.& num.23.lib.5.ob clauſulam non obſtante, ex certa
ſcientia & motu proprio, attamen falſum hoc eſſe infrà
oſtendemus.

Non obſtant nunc adducta in contrarium. ad primum
multipliciter reſpondetur.primò reſpondeo,quod verè,
41 quò ad rem noſtram,nulla eſt differentia † inter decimas
& noualia:cùm par ſit ius vtriuſque. ſi quidem priuilegiũ
concedens decimas reſpicit fructus naſcituros; & tamen
illud ius exigendi dicitur ius in re, quanquam adhuc nata
non ſit actio ad exigendum, fructibus nondum natis: ita
etiam in noualibus.nam ex quo iure communi noualia i-
ta Plebano ac decimæ debentur: & in conceſsione priui-
legij decimarum continentur, ius in re tribuunt: & ſola
exactio ſtat in pendenti, ita in noualibus ac in decimis.
Secundò reſpõdeo,quòd ex aliis ſuprà relatis apertè con
ſtat eſſe quæſitum ius in re ipſi Plebano ex illa conuen-
tione,ſolutione, & quaſi poſſeſsione ipſarum decimarũ,
quæ & dicta nemora & paſcua continent.

Tertiò reſpondeo, admiſſo hîc quæſitum fuiſſe ius ad
rem Plebano tantùm reſpectu noualium,attamen auferri
illud non potuit, nulla de eo mentione facta in priuile-
gio Monialium.ſiquidem(vt ſupra dixi) verior eſt illa o-
42 pinio,etiam † iuris ad rem eſſe faciendam mentionem, vt
Aret.d.conſil.7.col.2.& Dec.d.cap.1.col.3. de reſcriptis,
tradunt.& probat d.cap.quamuis, de reſcriptis in 6. nec
iura & rationes,quæ pro contraria opinione adferuntur,
vrgent,nam rectè ſatisfacit Decius vbi ſuprà, etſi enim
ius ad rem facilius tolli poſsit, non tamen fit quin de eo
ſit facienda mentio: quandoquidem nec motu ſuo pro-
prio intendit Pontifex illi derogare in dubio, vt infrà
dicemus.

Non obſtat ſecundum fundamentum, quia reſponde-
tur,primò, quòd licèt in totum decimæ non auferantur:
attamen hæc non modica læſio eſt; cùm magni ſint ho-
rum noualium reditus.

Secundò reſpondetur ex ſententia Imolæ in d. ca.1.nu.
7.in fin.de reſcrip.illud damnum ab Hoſt. & Butrio con
ſideratum, dici poſſe quando de iure communi decimæ
non debentur illi cui priuilegium eſt conceſſum; ſecus,
ſi debitæ ſunt,vt huic Plebano,quemadmodum ſuprà di-
ximus,confert in argumentum declaratio Bart. ad l.ſcio.
43 ff.de in integr. reſt. vbi ait non eſſe † curandum de mini-
mis cùm eſt quid contra ius commune;ſecus ſi ſecundum
ius commune. idem Bart.in l.ſi proprietarius. nume.2.ff.
44 de damn. infect.& quòd læſio † minima ſit in conſidera-
tione,ſcribunt egregiè Gomeſ. in §. pœnales. numer. 4.
Inſtit. de actio. & Didacus, lib. 1. variarum reſol. cap. 3.
num.11.12.

Non obſtat tertium; quia reſpondeo, quòd doctrina
Card.& Imolæ procedit in illo iure ad rem, quo ſublato
leue admodum damnum infertur priuilegiato. nam etſi
adimatur facultas illis religioſis,ne vnam ex quatuor poſ-
ſeſsionibus nominare poſsint, quam fortè nominaſſent:
attamen non adimitur in totum nominãdi facultas, quia
ſi vnam non nominant; alteram nominare poterũt. quod
non contingit in caſu noſtro, vbi omne ius Plebani quò
ad noualia eſſet ſublatum. hoc in his ferè terminis confir
matur ex doctrina atque eleganti deciſione Rotæ deciſ.
45 16.de præben.in nouis.quæ decidit quòd ex ſecundo † re-
ſcripto ad beneficia facilè tollitur ius expectantis, quò
ad illud beneficium,pro quo reſcribit ſecundo loco Pa-
pa:ea ratione, qua ius ad rem illius expectantis in totum
non tollitur:quia,ſi nunc hanc vacantem non conſequi-
tur, ſequentem atque ita alteram conſequi poterit, cùm
hoc à voluntate ſua pendeat:ſecus verò eſſet quando illud
46 ius in totum auferretur; vt ſi eſſet ius † pendens ab ele-
ctione,vel præſentatione: quia illud non dicitur à Papa
ſublatum.& Rotæ ſententiam probauit Gomeſ.in regu-
la Cancell.de non tollendo iu.quæſito.q.1.verſic.illud ta-
men.imò idem ibidem Gomeſ.& d.q.1.verſic.tertius mo
dus,affirmat,poſt Card.in clem.1.q.9.de ſequeſtr.poſſ.&
fructuum.& Bellame.conſil.34.col.pen.verſ.2.conſidera
47 tio,&c.ius ad rem competens † ob acceptationem vigo-
re gratiæ expectatiuæ eſſe conſiderabile, & non cenſeri
ſublatum per ſecundum reſcriptum ab alio impetratum,
non facta mentione illius iuris. & ibidem alia his ſimilia
recenſet.accedit quod ſcribit idem Gomeſ. in præcitata
regula.q.4.verſi.ſecundus caſus, qui ſecutus Aret.conſil.
7.col.2.affirmat,ius ad rem eſſe conſiderabile,cùm habet
aliquam cauſam de præterito, vel de præſenti. quod hîc
certè conuenit ex ſuprà dictis.

Non obſtat quartum argumentum; quia ex iam relatis
facilè reſpondetur: quòd imò maior ſpecialitas eſt in pri-
uilegio Plebani.nec repugnant illæ conſiderationes De-
cij,d.conſi.147.quia ſigillatim ſatisfacio. illa prima non
eſt vera,quòd priuilegium Plebani loquatur in genere,il-
lud Monialium in ſpecie: quia hoc nihil eſt: ſi quidem æ-
què propriè noualia continentur appellatione decima-
rum, & idem eſt ac ſi noualia nomine expreſſo conceſſa
fuiſſent. cùm ſit ſignificatio à iure communi recepta quò
48 ad terminos noſtros. Prætereà in priuilegiis † non pro-
cedit regula, quòd generi per ſpeciem derogetur.ita ſcri-
bunt glo.in c.generi,de reg.iur.in 6.glo.& Abbas in c.1.
de reſcript.ibi Ripa.num.48.Anch. conſil.161. numer.3.
Aret.in conſil.76.col.2.quos ſecutus eſt Dec. in l.in toto
iure.num.20.de reg.iur.& ibidem Cagnol.num.17.& a-
pertè probat in his terminis text.d.c.veniens. de reſcrip.
etſi Dec.in d.c.1.nu.9.de reſcript.hoc declarat non pro-
cedere cùm per primum priuilegium eſt quęſitum ius ad
rem tantum: quod quidem verum non eſſe diximus. &
præſertim in caſu noſtro in quo diximus,Plebano acqui-
ſitum etiam fuiſſe ius in re non etiam eſt verum,quod ſe-
cundo loco dicebat Dec. priuilegium conceſſum Pleba-
no,cenſeri non perſonæ,ſed loco conceſſum.eſt enim ve
49 rius dici conceſſum perſonæ,etiamſi † dictum foret,quòd
plebi eſſet datum.l.ſi non ſpeciali.C.de teſta. & clarè re-
ſpondit Rom.conſil.180.num.1.& probat cap.per exem-
ptionem,vbi omnes de priuileg.in 6.Prætereà quod ſcri
bit Bald.in d.l.1.q.3.ff.de off. conſu. & in l. Gallus. §. ille
caſus.columna vltima.de lib.& poſthum.& alibi, proce-
dit ratione priuilegij perſonæ, cuius cauſa ſit illa conceſ-
ſio: ita Bero.in d.cap.1.num.49.de reſcrip.quod hîc non
conſideratur.

Non pariter repugnat illa tertia conſideratio Decij,
quia in hoc nulla adeſt maior ſpecialitas in noualibus his
quam in decimis aliis: cùm æquali paríque iure debita ſint
ipſi Plebano, quemadmodum abundè demonſtrauimus.
50 non enim ob id quòd † prædia inculta nouiter ad cultu-
ram redigantur,vel ſua vel aliena manu, eximuntur à de-
cimarum præſtatione: quandoquidem & de ipſomet ne-
gotio & artificio præſtari decimæ dẽnt.c.decimæ.16.q.1.
Rebuffus tract.de decimis.q.8,num.19.non quoque pro-
cedit illa quarta Decij conſideratio, quòd priuilegium
Monialium ſit dignius ob id quòd potentius eſt. non e-
51 nim bona eſt conſequentia,eſt potentius, † ergo dignius,
vt conſequentiam hanc deſtruit ipſemet Dec.in rub.ff.ſi
cert.pet.prima lect.num.4.Prætereà non eſt abſolutè ve
52 ra illa Baldi doctrina,quòd cauſa † prohibitiua ſit permiſ
ſiua atque affirmatiua potentior. Nam à Baldo diſſentit
Iaſ.in d.l.ſi Rufinus.num.2.C.de teſtam.milit.& in l.ſi ar-
rogator.num.46.ff.de adopt.& ſcribit Alc.in repet.l.2.in
princ.nume.39.de verb.obl. Baldi aſſertionem procedere
poſſe cæteris paribus. quæ ſanè paritas non adeſt in caſu
noſtro; cùm verè maior ſit ratio,vt hoc priuilegium Ple-
bani præualeat.

Non etiam obſtat illa quinta conſideratio Decij, quòd
Moniales agant de damno euitando,& Plebanus de lucro
conſequendo:quia contrarium verius eſſe iam ſupra oſten
dimus. cùm enim iure ipſo communi debeantur noualia
Plebano,& illorum quaſi poſſeſsionem ſit cõſecutus, iam
53 dicitur ea acquiſiuiſſe,& ideò † ea perdere eſſet damnum
ſentire.iuxta glo.l.1.§. ſi quis propter. ff. de itinere actú-
que priua. quæ à fortiori affirmat, illum dici damnum
ſentire,qui lucrum iam acquiſitum perdit. idem ſcribunt
Bal.



Bal.Ang.Imo.Alex. & Iaſ. in l.non amplius, in princ.de
leg.j.idem Iaſ.conſil.87.col.2.& conſil.198.in fin.lib.1.&
Ruin.conſil.219.num.6.lib.1.Econtrà verò Moniales lu-
crum conſequerentur, ſi immunitatem hãc à decimis ſeu
noualibus quas præſtare tenentur omnes,obtinerent.Nõ
pariter obſtat illa vltima conſideratio ratione ſexus: quia
54 reſpondetur, non eſſe † vel ſexui vel alteri cuicunque fa-
uendum, vt ius bonum alterius lædatur, eíque iniuſtitia
fiat.ſcribit enim Pont.in cap.ex tenore.de fore comp. &
in ca.nuper,de dona.inter vir. & vxor. non eſſe ita viduis
& pupillis fauendum, vt aliis fiat iniuſtitia. & tradit Ti-
raq.in tract.de priuilegiis piæ cauſæ,priuileg.121.hinc ſcri
bit Gomeſ.in regula Cancella. de non toll. iure quæſito.
q.1.col.2.verſic.& hoc procedit &c.poſt Alc. & Iaſonem
55 quos citat,quòd non præſumitur,principem, † reſcriben-
do etiam fauore piæ cauſæ, velle auferre ius alteri quæ-
ſitum.quæ ſanè doctrina ad rem hanc maximè facit.

Non obſtat quintum fundamentum, quia reſpondeo
primò, quòd licèt hoc priuilegium Plebani ſit conforme
iuri communi; attamen,ex quo continet clauſulam dero-
56 gatoriam † ad futura, erat de eo facienda mentio in hoc
priuilegio Monialibus conceſſo.cap.eam te, de ætate &
qual.c.quia propter,de reſcript.in 6. & clarè ita ſcribit
Ripa.in cap.1.nu.54.verſic.ſublimita modò, de reſcript.
Reſpondeo ſecundò,quòd,cùm vnà cum ipſo priuilegio
adfuerit conuentio inita inter Plebanum & Moniales, vt
illæ pro nemoribus & paſcuis ſoluerent illam ſummam
57 frumenti,erat neceſſe † mentionem facere huius priuile-
gij & conuentionis.ita probat apertè text. notab. in cap.
cùm olim,vbi glo.vlt.de præſcript. & ibi annotarunt o-
mnes,præſertim Pariſius nu.5. idem ex eo textu ſcribunt
Felin.in d.c. 1.col.4.verſic.limita 6 de reſcript.& ibidem
Dec.col.pen.verſic.4.fallit.& in claris his terminis priui-
legij decimarum ita ex d.cap.cùm olim, reſpondet Ro-
dericus Suarez.d.alleg.28.num.22.imò verior videtur illa
58 ſententia,quòd priuilegium † conceſſum contra ius com
mune, de eo iure communi debet facere mentionem, vt
ei derogaſſe cenſeatur. ita Abbas in cap. nonnulli, col.3.
de reſcriptis. quem ad rem noſtram ſecutus eſt Suarez.d.
allegat.28.numer.18.qui numer.19.ſubiicit,hoc maximè
procedere in caſu iſto, cùm verſetur hîc præiudicium
Plebani.

Non obſtat illud vltimum, quod maiorem hac in re
dubitationem adferre videtur; quia reſpondetur ſigilla-
tim.primò ad clauſulam illam, ex certa ſcientia, reſpon-
59 detur quòd tunc clauſula † hæc, ex certa ſcientia, habet
vim ſpecialis derogationis, cùm de leui præiudicio alte-
rius agitur,ſecus ſi de graui ita tradunt Alex. in l. 1. §.ſi is
qui.ff.quod quiſque iuris,&c.Ruin.conſil.12.num. 24. li.
3.Soc.Iun.conſil.77.num.126.lib.1.Goza.conſil.9.nu.42.
Curt.Iun.conſil.142.num.8.&Gramma.deciſ.104.nu.2.3.
Crotus in cap.1.nu.33. de conſtit.in 6. qui quidem Cro-
tus,ſcribit ob id clauſulam hanc nihil hoc in caſu opera-
ri,quòd duplex adeſt impedimentum,nempè legis in præ
iudicium alterius, quemadmodum certè non leue detri-
60 mentum hic inferretur Plebano.Prætereà,nihil hæc † clau
ſula operatur,ex quo Pontifex Max. non ſolùm ignora-
uit priuilegium iam conceſſum Plebano, verùm etiam i-
gnorauit initam inter partes conuentionem, & cætera il-
la,quæ in facto verſantur.ita tradunt Bal.in l.vlt.col. vlt.
C.de fruct.& litium expenſ.Pariſ.conſil.1.nume.81.lib.1.
conſil.4.nume.28.lib.4.Soc.Iun.conſil.77.nu. 126.lib.1.
& Crau.conſil.241.col.6.qui huius opinionis plures fuiſ-
ſe ſcribunt,quibus addo Gramma.deciſ.103.num. 242. &
deciſ.105.num.2.Ad clauſulam,non obſtante, reſpondeo
61 primò,illam nihil † operari cùm Pontifex ignorauerit iu
ra Plebani,& conuentiones ab eo cum Monialibus initas:
ita reſpondit Crau.conſ.241.col.8.verſ.4.reſpondeo, qui
huius opinionis plures recenſet.
62 Secundò reſpondeo,clauſulam,non † obſtantibus non
derogare diſpoſitioni firmatæ conſenſu partium. ita re-
ſpondit Crau.conſil.241.col.9.verſicul.5.reſpondeo.nec
vrget,quòd duæ hæ clauſulæ fuerint ſimul appoſitæ,& ob
id videantur operari etiam ad non leue præiudicium alte-
63 rius:quia hoc verum eſt, non enim † quid plus operan-
tur; ita egregiè Bal.conſil.345.col.2.lib.1.& Crau.d.con-
ſil.241.col.10.verſic.poſtremò ad multiplicationem. illis
accedit Soc.Iun.conſil.77.num. 105. lib.1.qui reſpondit,
64 non præſumi quòd princeps † ex his multiplicatis clau-
ſulis velit ius alterius lædere.

65 Non etiam repugnat † illa clauſula, motus proprij, ſi.
quidem nihil illa operatur in alterius præiudicium. glo.
in cap. ſi Roma. de præben.Hoſt. & Anch. in c.cauſam,
il 2.de teſtibus.& reſponderunt Soc.Sen. conſil.115.col.
1.lib.3,Ruinus conſil.116.num.5.lib.1. Felinus in cap.cæ-
terùm.num.9.de reſcr.Cur.Iun.conſil.174.num.20.Soc.
Iun.conſil.77.nu.104.lib.1.Alc.reſp.162.num.6.& Crau.
conſ.241.col.9. verſic. ſecundò reſpondeo. qui ſcribunt,
clauſulam hanc non auferre conceſsionis ſubreptionem
ad præiudicium alterius. id quod, præter illos,ſcripſerũt
Rui.conſ.18.nu.12.conſil.226.num. 11. & conſil.228.nu.3.
lib.1.Dec.conſil.407.num.19.Curt.Iun.conſil.142.nu.9.
Gozad.conſil.14.nume.18.cæteros prætereo.ita iuris eſſe
arbitror.

Iacobus Menochius I. C.

## *SVMMARIVM.*

1 *Inſtrumenta quæcunque quatuor continere debent,nempè ſolennia, ſubſtantialia,naturalia & accidentalia, & qualia ſint hæc omnia,nu.ſeq.*
2 *Solennia inſtrumenti ad notarium pertinent,non ad partes.*
3 *Notarius omittens ſolennia inſtrumenti ad quid teneatur.*
4 *Subſtantialia inſtrumenti qualia ſint.*
5 *Subſtantialia inſtrumenti aliquando pẽdent à ſolo conſenſu partium,quandoque à re ipſa,& quomodo.*
6 *Subſtantialia illa dicuntur ſine quibus actus conſtare non poteſt, & ipſis ſublatis actus corruit.*
7 *Subſtantialia inſtrumenti nullo modo ſpectant ad officium notarij,ſed omnino pendent à facto partium.*
8 *Inſtrumentum emptionis,& venditionis,in quo pretium non eſt poſitum,cuius cauſa dicatur omiſſum,vel partium,vel notarij.*
9 *Notarius omittens ſolennia inſtrumenti à partibus expreſſa, aut dolo omittit, & pœna falſi punitur: aut per errorem, & aliquando corrigere poteſt,aliquando non.*
10 *Notarius qui ſcribit quod à partibus expreſſum non fuit,vel pluſquam ſit expreſſum, falſum committit, ideo pro notario datur cautela.*
11 *Naturalia actus qualia ſint.*
12 *Naturalia actus dupliciter conſiderantur.& nu.20.*
13 *Venditio non dicitur illa, quando id agitur, ne ad emptorem res tranſeat,ſeu eius dominium.*
14 *Precarium quod precibus petenti vtendum conceditur, tamdiu quamdiu is qui concedit,patitur.*
15 *Conuentio partium vt donatio leonina ſit,non valet.*
16 *Item quòd in mandato pretium interueniat.*
17 *Item quòd in mutuo non reſtituatur idem genus,ſed eadẽ ſpecies.*
18 *Naturalia actus nullo modo ad notarij officium ſpectãt,quia neque mutare,neque augere poteſt:& quomodo procedat.nu.22.*
19 *Contrahentes an poſsint rogare notarium vt faciat in inſtrumento circa eius naturalia, id quod ipſi facere non potuerunt, neque poſſunt.*
20 *Homo rei naturam mutare minimè poteſt.*
21 *Naturalia actus ſunt qualitates quædam innatæ ex quibus virtus contractus perficitur, & ſemper ineſſe videntur niſi pacto tollantur.*
22 *Conſuetudo eſt altera natura.& nu.70.*
23 *Notarius rogatus præſumitur apponere clauſulas,quæ ſunt de natura actus, vt de euictione in contractu emptionis & venditionis.*
24 *Mutui natura an per partes & contrahentes mutari poſsit, & quid in depoſito,nu.16.*
25 *Notarius rogatus ſcribere inſtrumentum mutui, quam clauſulam neceſſariam ponere debeat.*
26 *Depoſiti natura qualis.*
27 *Notarius in inſtrumento depoſiti quam clauſulã apponere debeat.*
28 *Quod apponi eſt conſuetum pro appoſito habetur.*
29 *Emptor quomodo cogere poſsit venditorem ad promittendum de euictione in contractu emptionis vel venditionis.*
30 *Notarius rogatus facere inſtrumentum emptionis, vel venditionis, vel dotis,an ex officio ſuo poſsit apponere clauſulam, hypothecæ omnium bonorum &c.*
31 *Et an in tranſactionibus ponere poſsit clauſulam,renuntiantes iuribus hinc inde &c.& idem de clauſula ceſsionis.*
32 *Notarius quomodo debeat conficere inſtrumenta vt doctè & cautè agat.*
33 *Clauſula conſtituti quando & quomodo in inſtrumento à notario ſit ponenda.*
34 *Inſtrumentum confici debet ad dictamen ſapientis, & tunc an neceſſaria*

ceſſaria ſit ſupradicta clauſula.

35 Conſuetudo in quibus differat à natura.

36 Opinio Doctorum leui ratione fulcita, non attenditur.

37 Poſſeßionis traditio non habet formalem formam ſeu modum.

38 Emptionis & venditionis natura eſt, vt dominium transferatur.

39 Conſuetudo per vniformitatẽ actuũ inducitur, nõ aliàs, & nu. 67.

40 Conſtituti clauſula quæ apponitur in inſtrumento, non variatur ex variatione quantitatis pretij.

41 Notarius an non rogatus poßit in inſtrumento apponere clauſulam conſtituti.

42 Notarius an poßit ponere in inſtrumento iuramentum, ſi de eo à partibus nulla ſit facta mentio, datur diſtinctio.

43 Iuramentũ debet eſſe ex voluntate iurantis, cùm eius animã liget.

44 Clauſula illa dicitur de natura contractus, quæ à conſuetudine communi ſolet apponi: vt in iuramenti clauſula, & ſimili.

45 Expreßũ illud dicitur, quod ex legis præſũptione cõſtat. & nu. 50.

46 Conſuetudo an fingat iuramentum.

47 Iuramentũ quomodo in inſtrumento ſeu contractu præſumatur.

48 Iuramentum requirit formalitatem quandam, & expreßionem verborum. & nu. ſeq.

49 Verba expreſſa an requirantur in iuramento ab his qui loqui poſſunt.

50 Præſumptio legis facit quid expreſſum.

51 Iuramentum adiectum promißioni de ſoluendo intra certum tempus, ſi terminus prorogatur, iuramentũ præſumitur repetitum.

52 Iuramentum an requirat tactum ſcripturarum,

53 Iuramentum ligat animam.

54 Lex vbi obligat in foro animæ, debet eſſe fundata in veritate, non autem in præſumptione.

55 Lex humana iudicat ex exterioribus: lex verò diuina ex interiorib.

56 Hæres non conficiens inuentarium, tenetur in foro ſeculari vltra vires hæreditatis, non autem in foro conſcientiæ, & de ratione huius rei.

57 Beneficium cum ſola ſignatura an quando in foro humano, & eccleſiaſtico retineri poßit.

58 Clauſula codicillaris an & quare ponatur in teſtamento à ſolo notario rogato ſcribere tãtùm teſtamentũ. & nu. ſeq. de veritate.

59 Idem clauſula, vulgariter, pupillariter & per fideicommiſſum.

60 Clauſula iure inſtitutionis, quæ apponitur in teſtamento dum relinquitur filio legitima, à quo ſit ponenda.

61 Idem de clauſula præcepti guarentigij, quæ apponi ſolet inſtrumentis mutui & depoſiti.

62 Clauſulæ quæ in inſtrumentis apponuntur, an per notarium tantùm ex officio vel iuſſu partium ponantur, quid conſiderari debeat.

63 Euictionis clauſula qua de cauſa inſtrumentis emptionum & venditionum apponatur.

64 Pœna quæ apponitur in inſtrumento pro maiori robore, an poßit apponi à notario ex officio, vel potius, ſi expreſſum hoc ſit à partibus. & nu. ſeq.

65 Procurator conſtitutus ad vendendum, an poßit adhibere pœnam pro ipſius contractus obſeruatione.

66 Notarius, quando ex officio rogatus eſt tantùm conficere inſtrumentum, an poßit apponere pœnam, diſtinguendi ſunt duo caſus.

67 Actus difformes non inducunt conſuetudinem.

68 Notarius rogatus facere inſtrumentum, ex officio poteſt apponere clauſulas conſuetas: ſecus ſi ſint variabiles, vt pœnæ appoſitio.

69 Clauſula derogatoria in ſecundo teſtamẽto ſi ex mandato teſtatoris non eſſet appoſita, an notarius illam ex officio apponere poßit.

70 Notarius cenſetur rogatus apponere in inſtrumento clauſulas ſolitas & conſuetas.

71 Intellectus ad l. licet. C. loca.

72 Interpretes ſi duas referant opiniones, & nullam expreßè probent, vltimam dicuntur affirmare.

73 Clauſula vel pactum in contractu emptionis annui cenſus valet, quòd ſi redemptio redituum fiat, cenſus pro rata eius anni ſoluatur, an apponi poßit à notario de illa rogato.

74 Notarius tunc poteſt apponere in inſtrumento clauſulas ſolitas, ſi inſtrumentum eſt in fieri: ſecus in iam facto, ſecundum aliquos, & quomodo procedat.

75 Notarius an poßit explanare clauſulas appoſitas in inſtrumento abbreuiatas, poſtquàm perfectum eſt dictum inſtrumentum.

76 Et quid de pœna abbreuiata, puta hoc modo, cum pœna contrafacientis, &c.

77 Clauſula conſueta non cenſetur in inſtrumento appoſita de voluntate partium ignorantium de hac conſuetudine.

78 Ignorans talem rem, non videtur mandare vt talis res fiat.

79 Ignorans etiam præſtito iuramento ſuper actu non obligatur.

80 Scientia ſatis probari poteſt ex coniecturis & præſumptionibus.

81 Scientia generalis ſufficit de his quæ euenire poßunt.

82 Donans omnia bona ſua, ſi poſtea ſuſcepit filios, non poteſt eam donationem reuocare prætextu ſuſceptæ prolis.

83 Poſthumus ignoranter præteritus ſi in genere de eo cogitatum fuit, an rumpat teſtamentum.

84 Iuramentum licèt habeat vim circa cogitata, tamen etiam extenditur cùm in genere cogitatum fuiſſe creditur.

85 Defectus impediẽtes legitimationẽ dicuntur ſublati per clauſulã, non obſtantibus, &c, quando de illis in genere cogitatum fuit.

86 Diſpenſatio Pontificis operatur etiam circa in genere cogitata.

87 Renuntiatum etiam dicitur exceptionibus in genere cogitatis.

88 Notarius poteſt in inſtrumento apponere clauſulas conſuetas quando eſt plenè rogatus.

89 Notarij in dubio præſumuntur rogati conficere inſtrumenta in forma communi.

90 Notarius ab omni ſuſpicione falſi criminis abeſt cùm ſine dolo ea quæ ſui officij erant exercuit.

91 Aßerens extare in ea regione celebrati contractus hanc naturam & conſuetudinem, probare debet.

92 Conſuetudo eſt quid facti, quæ non præſumitur.

93 Conſuetudo in faciendo inſtrumento an probetur ex aliis inſtrumentis b eodem notario confectis, vel per teſtes.

94 Conſuetudo notariorum an per teſtes probari poßit.

95 Doctoribus atteſtantibus de conſuetudine, an ſit credendum.

96 Conſuetudo quæ eſt quid facti vt inducatur, non requirit longum præſcriptionis tempus.

97 Obſeruantia contrahentium ſi ſit probanda, vniformis eſt probãda.

98 Accidens quid ſit.

99 Accidentalia contractus qualia ſint.

100 Accidentalia contractus nullo modo ad notarij officium ſpectant, ſed dependent à voluntate contrahentium.

101 Notarius cur de naturalibus actus dicatur rogatus, non de accidentalibus.

102 Sermo cuicunque datus eſt, vt animi voluntatẽ exprimere poßit.

103 Clauſula quæ ponitur in inſtrumento diuiſionis, ad habendum, tenendum & quicquid placuerit faciendum, appoſita an dicatur ex ſtylo notarij, vel ex conſenſu partium.
Et vide diſtinctionem nu. 134.

104 Interpretatio in dubio non eſt ſumenda, ex qua delictum oriatur.

105 Notarius an poßit in inſtrumento ſcribere pecunias numeratas, ſi verè non ſint.

106 Notarius apponens clauſulam ſubſtantialem in inueſtitura, cum rogatus non ſit à partibus, an puniatur, & quomodo.

107 Notario creditur in his, quæ ſpectant ad ſuum officium, & extra ſuum officium nulla præſtatur fides.

108 Delinquere is dicitur, qui facit quod facere non debet.

109 Conſuetudo mala excuſat, & quomodo hoc procedit, & an excuſet à peccato. nu. 110.

110 Ignorantia non præſumitur in notario, ſed peritia & ſcientia ſuæ artis.

111 Notarius excedendo terminos ſui officij peccat, quia ſui cauſa rixæ & lites inter partes naſcuntur.

112 Imperitia notariorũ ponit animas multôrum magno in diſcrimine.

113 Immemor ſalutis æternæ nemo præſumitur.

114 Interpretatio illa ſumenda eſt, qua actus à ſapientibus & prudentibus reprehendi non poßit.

115 Interpretatio illa in dubio ſumitur, quæ iuri conſentanea ſit.

116 Et quæ eſt magis veriſimilis.

117 Veriſimiliora ea dicuntur, quæ legi magis conſentanea ſunt.

118 Argumentum ab abſurdo valet.

119 Lex qua de cauſa introduxerit vſucapionem, & præſcriptionem.
Incertitudo reprobatur à iure. ibid.

120 Interpretatio illa ſumi debet in dubio, qua actus non reddatur eluſorius.

121 Et vt actus ſuſtineatur.

122 Notarius debet partibus inſtrumentũ à ſe conſcriptum legere, & vulgari ſermone declarare, antequàm de eo rogatus dici poßit.

123 Verba notarij poſita in inſtrumento ſi lecta & declarata fuerint partibus, efficiuntur verba partium, non notarij.

124 Fideicõmiſſum vel onus non præſumitur quis velle in bonis ſuis.

125 Fideicommiſſum inducitur ex clauſula codicillari.

126 Renuntiare quis non præſumitur iuri ſuo.

127 Clauſulæ poſitæ ex ſtylo notarij quando ſtandum ſit.

128 Coniectura ſumi poteſt ex ſtylo & conſuetudine notarij.

129 Fideicommißi remißio in dubio potius quàm inuentio præſumi debet.

130 Clauſulæ, quæ actuum accidentalia reſpiciunt, cenſentur adſcriptæ inſtrumentis voluntate partium.

131 Sic dicimus de verbis ſcriptis, quæ reſpiciunt factum partium.

132 Clauſula ex certa ſcientia. ſponte, dolo vel vi, &c. quæ apponitur in inſtrumeetis, dicitur à partibus appoſita, non ex ſtylo notarij.

133 Ex inſtrumento tres oriuntur præſumptiones, quòd ſit verùm, ſolenne, & quòd omni a uerba ſint prolata à partibus.

134 Aſſe-



134 Aſſerentem notarium ſcripſiſſe in inſtrumento aliquid, ſine conſenſu partium, durioribus probationibus affici dicimus.

135 Teſtator in dubio non præſumitur cogitaſſe vel voluiſſe, vt extranei præponerentur ſuo ſanguini,

136 Teſtatores cur ſæpißimè ſoleant facere fideicommiſſa.

137 Teſtator quando ponit clauſulam codicillarem in teſtamento, dicitur plus diligere extraneum quàm ſanguinem proprium.

138 Notarij regulariter ignorant vires clauſularum, quæ in inſtrumentis apponuntur.

139 Imperitia notariorum ponit animas multorum in diſcrimine.

140 Et cauſat difficultates, & teſtatorum voluntates ſubuertit.

141 Ignorantia notariorum ſeu imperitia partibus nocere non debet. & 143.

142 Renuntiatio facta à muliere diſpoſitione S.C. Velleiani, nihil operatur ſi notarius interrogatus de vi illius S.C. neſciat reſpondere. & de veritate nu. 145. in fi.

143 Clauſula codicillaris non cenſetur appoſita, ſi notarius de eius vi interrogatus, neſciat reſpondere.

144 Peritus & doctus in arte ſua quilibet à lege præſumitur.

145 Clauſula ex certa ſcientia &c. quid ſignificet in inſtrumento poſita.

146 Teſtis ſi deponat, & poſtea dicat falſum dixiſſe, non eſt audiendus, neque ei fides præſtatur in hoc.

147 Notario aſſerenti ſe confeciſſe inſtrumentum falſum, non creditur in præiudicium partium.

148 Ignorantia, ignoranti, non alteri, nocere debet, & ignorans non conſentit.

149 Verbum relinquo, à verbo inſtituo, in quo differat, pauci ſciunt.

150 Clauſula renuntiationis condictioni indebiti, ſine cauſa, & omni legum auxilio, à paucis cognita & intellecta.

151 Ignorantia iuris neminem excuſat.

152 Damnum an plus vni quàm alteri detur ex tranſactione ab ipſis facta, non dicitur, quia eo tempore dubius eſt cauſæ euentus.

153 Dolus ſicut dicitur interueniſſe ad faciendam fraudem, ita etiam dicitur interueniße ad operandum ne fraus illa mutetur vel irritetur.

154 Notario quando in dubio credatur ſcriptum tale eße ex voluntate partium.

155 Niſi apertè contrarium probetur.

156 Clauſula illa ad habendum, tenendum, &c. non operatur fideicommißi renuntiationem, quia ex ſtylo potius notarij, quam partium conſenſu poſita dicitur.

157 Clauſula codicillaris an operetur fideicommißum, & qua de cauſa.
Et an de conſenſu teſtatoris vel ſtylo notarij poſita dicatur.

158 Clauſula renuntiationis bonis paternis cum iuramento, nihil operatur, quia de ſtylo notarij eſt poſita, non de voluntate filiæ.

159 Idem de clauſula renuntiationis fraudis & doli.

160 Idem de clauſula abſolutionis & liberationis debitoris, vt ad cogitata & non cogitata extendatur.

161 Idem de clauſula iuramenti in inſtrumento donationis.

162 Idem de clauſula donationis filio cõtrahenti matrimonium factæ. ſcilicèt contemplatione matrimonij & filiorum.

163 Idem de clauſula fideicommißi pro ſe, & legitimis filiis tantùm.

164 Idem de clauſula renuntiationis appellationis appoſitæ in inſtrumento depoſiti.

165 Idem de clauſula promiſit attendere, obſeruare, & non contradicere ſeu contrauenire, in donatione cauſa mortis.

166 Idem de clauſula renuntiationis enormis læſionis in tranſactione.

167 Idem de clauſula renuntiationis exceptioni non numeratæ pecuniæ.

168 Idem de clauſula pro ſe, hæredibus & ſucceßoribus, in fideicommißo.

169 Idem de clauſula reſeruationis in inueſtitura feudali.

170 Idem de clauſula inſtituit & ſubſtituit, in ſubſtitutionibus.

171 Idem de clauſula promittens non reuocare prædictam donationẽ, ex cauſa etiam ingratitudinis.

172 Idem de illa, morum honeſtas, & vitæ laudabilis, in reſcriptis.
Et an hæc vera ſint infra, nu. ſeq. declaratur.

173 Inconſtans & mendax fidem perdit.

174 Quia non veritati inſeruit, ſed amico, & auro, argentóve.

175 Notarius in dubio an rogatus dicatur.

176 Barbatiæ parua authoritas.

177 Argumenta à ſimili, leuißima ſunt.

## CONSLIVM XXXVII.

# Initium à Domino.

**M**IRARI ſatis non poſſum, quòd ea quæ & clara & luce ipſa lucidiora à me ſemel reddita ſunt, in dubium adhuc reuocentur; an ſ. ſpectabilis D. Corderius huius ciuitatis Montiſregalis Pedemontiũ notarius potuerit à ſe receptum tranſactionis inſtrumentum extendere, & in eo apponere clauſulas illas hypothecæ, ceſsionis & renuntiationis iurium, conſtituti & iuramenti, dubitari etiam contingit; an illa clauſula; ad habendum, tenendum & poſsidendum, &c. cenſeatur appoſita ex ſtylo ipſius notarij, vel voluntate tranſigentiũ. & quamquàm (vt ſum præfatus) hæc iam à me fuerint & ſcriptis & voce ipſa viua enucleata, attamen non grauabor adhuc pleno (vt aiunt calamo) explanare. ſed quò res reddatur dilucidior, illud prius præfandum eſt: In quibuſ
1 cunq. inſtrumentis † quatuor conſiderari; nẽpè. ſolennia, ſubſtantialia, naturalia & accidentalia. ſolennia ſunt illa, quæ verſantur circa appoſitionem, temporis, loci, teſtiũ, ſubſcriptionis propriæ & teſtium: & alia quæ recenſet gl. l. generali. C. de tab. li. 10. & plura conſultiſsimus Craue.
2 conſ. 116. col. 1. hæc ſolennia † ad ipſummet notarium pertinent: vti docuerũt Bart. in l. ſi librarius. nu. 1. in fi. de reg. iur. & ibi Dec. num. 5. & Cagno. nu. 16. imò hæc notarius
3 † non ſine ſuo diſcrimine omittere poteſt. nam aliquãdo ad intereſſe tenetur partibus, ſi ob illius ſolennitatis defectum inſtrumentũ corruit, l. vlt. vbi Bart. C. de magiſtr. conuen. Io. And. in annot. ad Spec. tit. de inſtr. edit. §. oſtenſo, in verbo ad intellectum. imò ſe falſi ſuſpectũ reddit notarius, cùm hæc omittit. ita Bar. in d. l. ſi librarius. nu. 7. in fi. & Ang. in l. iubemus. C. de teſt. apertè ſcripſit, notarium teneri pœna falſi, cùm omittit ſcribere ſolennitatem illius conſtitutionis in teſtamẽto. in ſpecie alios recenſet Curt. Sen. conſ. 56. ſuper proceſſu. col. 3. ver. quartò reſpondetur. Dec. in d. l. ſi librarius nu. 11. Barb. cõſ. 58. col. vlt. lib. 1. Fel. in c. ex literis. nu. 4. de fid. inſtr. Orianus in c. quoniam contra. in verbo, inſtrumentorum productione. nu. 29. de prob. Alc. in tract. præſump. reg. 3. præſump. 13. nu. 9. & Crau. conſ. 75. num. 6. qui alios recenſet. quorum ſententia ſine controuerſia procedit omni caſu omiſſæ ſolennitatis, cùm aliqua ſubeſt ſuſpicio omiſsioni coniuncta. de his non eſt quòd notarius rogetur à partibus: nam eo ipſo quod requiritur conſcribere inſtrumentum. adhibere hæc ſolennia debet, ex debito ſui officij. hæc nõ veniunt nunc in controuerſiam.

4 Subſtantialia † ſunt ipſimet actus, qui à partibus geruntur, vel ab vno ſolo, vt emere, locare, teſtari, donare
5 & ſimilia, qui ſanè actus habent † aliquando ſubſtantiam à ſolo conſenſu, vt pacto & conuentioni conſentire. l. 1. §. eum qui. ff. de conſt. pecun. l. obligationum ſubſtantia. §. vlt. de act. & oblig. Bar. in l. 1. nu. 10. ff. de cond. indebit. quandoq; à re ipſa ſubſtantiam recipiũt: vt emptio & venditio à pretio. l. 2. ff. de contrah. emp. §. pretium. Inſtit. de
6 emp. & vend. Et rectè ſubſtantialia † hæc eſſe dicuntur, cùm ſine his actus non conſiſtant, iuxta l. 2. ff. de vſufruct. earum rerum quæ vſu conſum. & docuit Bald. in l. etiam. C. de execut. rei iud. & cum illo Dec. in l. edita. nu. 30. C. de eden. & Neuiz. conſ. 64. num. 20. ſubſtantiam dici qua ſublata actus corruit, vt pretium in emptione. d. l. 2. & d.
7 §. pretium. hæc ſubſtantialia † nullo modo ſpectant ad officium notarij: ſed omnino pendent à facto partium; cùm ſuum ſit vel hoc, vel illo modo paciſci & conuenire, ac diſponere. Et ideo ſi notarius rogatus conficere inſtrumentum emptionis & venditionis, non apponit pretium, quia
8 nullum partes expreſſerunt, inſtrumentũ † facto ipſarum partium corruit. Ita docuit Io. And. in annot. ad Spec. in tit. de inſtr. edit. §. inſtrumentum. nu. 13. verſ. quid ſi à contrahentibus. quem ſecutus eſt Fel. in cap. ex literis. nu. 13. de fid. inſtrum. ſi verò hoc pretium, hæc ſubſtantia expreſſa fuit à partibus, & notarius omiſit eã apponere do-
9 lo † & malitia, de falſo tenetur, ſi per errorem error emendari

dari aliquando poteſt,aliquando non,vt diſtinguunt Do
cto.d.l.ſi librarius.de reg.iuris.ibi Dec.nu.8. & Cagnol.
10 nu.14.ſi verò notarius † ſcribit quòd a partib.expreſſum
non fuit,vel plus quàm fuerit expreſſum,falſum commit
tit.cauere enim debet notarius,ne ſcribat de pretio fuiſſe
conuentum in contractu emptionis,& illud fuiſſe nume-
ratum, ſi id actum non fuit, alioqui de falſo erit punien-
dus,vt tradunt omnes in l.errore.C.de teſtam. Baldus in
rub.C.de fide inſtrum.num.10.& num. 14. quem infrà e-
tiam referam.& clarè hoc affirmat Curt.Sen.conſil.36.ſu
per proceſſu,col.1.Ruin.conſil.23.nume.7.lib.4.Soc.Sen.
conſil.98 nume.10.lib.3.& alios mox citabo. de his nunc
non contendimus.
11 Naturalia † actus eſſe dicuntur illæ qualitates ſecundum
proprios fines actus inductæ ab his,quæ extrinſecus acci
dere poſſunt,ſeptata.l.pacta.conuenta,vbi glo.ff.de con-
12 trahen.empt.hæc naturalia † actus in duplici differentia
conſiderantur: aliqua ita origini actus coniunguntur, vt
ſeparari ab eo non poſsint, etiam partium conuentione.
hæc actus ſubſtantiam reſpicere videntur: veluti in vendi
tione,vt qui dominus eſt,dominium in emptorem tranſ-
13 ferat.l.ſi quis alienam. ff. de act.empt. neque † enim quis
poteſt videri eam rem vendidiſſe. de cuius dominio id a-
gitur; ne ad emptorem tranſeat l.cùm manu ſata.§. vlt.ff.
de contrah.emp.quem textum ita interpretatur & cum l.
pacta conuenta. ff. de contra. empti. conciliat. Coraſius
lib. 3. miſcel. iuris. cap. 10. ſed prius Zaſius lib. 1. ſingul.
14 reſ. cap. 12. nu. 5. ita in precario, quod † precibus petē-
ti vtendum conceditur tam diu, quamdiu is qui cōcedit,
patitur l. 1. ff. de precario; agi non poteſt, vt ad libitum
reuocetur. Eſſet enim hoc cōtra naturā precarij. vt Co-
raſius præcitato loco ſcribit : vel (vt ſcribit Zaſius d. cap.
15 12.nume.1.)contra ipſam ſubſtantiam. ita ſocietate † agi
non poteſt, vt leonina ſit,hoc eſt, vt alter lucrum , alter
damnum ſentiat.l.ſi non fuerit.ff.pro ſocio. ita in man-
16 dato † conueniri non poteſt,vt pretium interueniat,quo
niam locatio potius & conductio diceretur. l. 1. ff.mand.
17 non pariter agi poteſt vt in mutuo † non reſtituatur idem
genus,ſed eadem ſpecies.l.2.ff.ſi certum pet.quam ita de-
clarat Coraſius,d.cap.12.nu.3.& ante eum Bellonus lib.1.
18 ſupput. iuris. cap.5.hæc naturalia † actus nullo modo ad
notarij officium ſpectant : non enim illa immutare , vel
circa ea quidquam agere poteſt. quod vel ex eo apertè
conſtat,quia nec à partibus,vt ita agat,rogari poteſt:cùm
19 nec ipſæ † partes id agere valeant. non enim homo
20 † poteſt rei naturam immutare,vt per ſe clarum eſt.de his
hîc non agitur.aliqua verò ſunt naturalia actus,quæ ſim-
pliciter naturalia appellantur à Coraſio. d.lib.3.miſcella.
iuris.cap.10.num.4.& à Zaſio.d.lib.1.ſingularium reſpon
ſorum,cap.12.nu. 5. & priùs hoc declararunt Caſtren. in
l.iuriſgentium.§.quinimò.num.7.ff. de pactis. Brunus in
tract.de forma,col.4.& Bellonus, d.lib.1.ſupput.iuris.c.
21 5. hæc naturalia † actus ſunt qualitates quædam innatæ,
ex quibus virtus contractus proficiſcitur,& ſemper ineſ-
ſe videntur, niſi pacto tollantur : ita Baldus in procœmio
feudorum,num.46.& cum eo Coraſius d.cap.10.num.4.
exiſtimauit,& rectè,mea quidem ſententia,Zaſius,d.cap.
12.num.5.verſic.alia ſunt, hæc naturalia non alia ratione
dici,niſi quòd frequentiori & aſsidua conſuetudine, quæ
in nomen naturæ tranſiit,ad contractus acceſſerūt quam
ſanè aſſertionem apertè probat l.quòd ſi nolit. §.quia aſ-
ſidua.ff.de ædil.edict.quo noſtri omnes cenſent,euictio-
nem eſſe de natura emptionis & venditionis , vt mox di-
cemus; cùm tamen illa à conſuetudine (vt in d.§.quia aſ-
22 ſidua,ſcriptum eſt) profecta ſit.eſt enim conſuetudo † al-
tera natura.l.ſi quis poſthumos.ff.de lib. & poſthu. & in
ſpecie hac Io.And.in annot.ad Specul.tit.de fide inſtr.§.
inſtrumentum,num.13.hæc ſimpliciter naturalia ad nota-
rij officium pertinent,vt ſ.ea adſcribat in inſtrumento.ea
eſt ratio.quia, ſi contrarium expreſſè à partibus conuen-
tum non fuit,iuris eſt præſumptio,quòd ita inter ſe con-
uenerint:ob id ſ.quòd aſsidua cōſuetudine ita inter alios
contrahentes obſeruari ſolet.d.§.quia aſsidua.de his intel
23 ligendi ſunt † qui Doctores,qui ſcribunt;notarios * cen-
ſeri rogatos † apponere clauſulas , quæ ſunt de natura i-
pſius actus,vt de clauſula euictionis , quæ vt eſt de natura
empt.& vend.d. §.quia aſsidua,ita notarius tacitè dicitur
rogatus eam adhibere inſtrumento,vt ſcribunt Alex.con
ſil.28.num.2.lib.2.cæteros vt de re clara ſciens prætereo,
quidquid Galliaula, quem mox referam comminiſcatur.

hoc idem cenſent ferè omnes interpretes de clauſula ad-
hibita in contractu mutui , vt res in eadem bonitate red-
24 datur.nam hoc eſt de natura † ſimplici mutui , vt ſcribunt
Bart.Caſtren.& cæteri,in l.cùm quid.ff.ſi cert.pet. qui af
firmant contraria pactione hanc immutari poſſe;vt puta,
ſi ab initio agatur,vt debitor pro vino veteri muſtum ſol
uens liberetur.quod probant Bellonus,lib.1.ſupput.iuris
cap.5.& Coraſius d.lib.3.miſcella.iuris. cap.10.num.4.in
fine,reiecta opinione Fulgoſij in l. 2. ff. ſi cert.pet.exiſti-
mantis,bonitatem eſſe de ſubſtantia rei mutuo datæ. no-
25 tarius † itaque rogatus conficere inſtrumentum mutui po
terit adhibere clauſulam, quòd reſtituatur in eadem bo-
nitate ; cùm præſumatur ita à partibus conuentum , idem
26 cenſuerunt iura de depoſito,cuius natura † eſt , vt domi-
nium nō transferatur,ſed reddatur eadem ſpecies. l. 2. ff.ſi
cert.pet.quamuis contraria pactione agi poſsit, vt non i-
dem,ſed tantundem reddatur.l.dies ſponſaliorum. §. vl.
ff.depoſ.reíque depoſitæ dominium ad depoſitariū tran-
27 ſeat.l.Lucius.ff.depoſiti.notarius † ergo rogatus conſcri-
bere inſtrumētum depoſiti , adhibere poterit clauſulam,
quòd eadem res in ſpecie reddatur : cum illa ſit depoſiti
natura , ſecundum quam contrahentes contraxiſſe præ-
ſumuntur.& hæc probabili dubitatione carent: quando-
quidem lex ſtatuit hæc eſſe de naturalibus contractus,cui
cohærent,niſi contrario pacto ab eo ſeparentur.quocir-
ca notarius ſimpliciter rogatus conficere inſtrumentum
emptionis & venditionis,mutui & depoſiti, iure poterit
adhibere illas clauſulas euictionis , reſtitutionis eiuſdem
bonitatis; nec non & reſtitutionis in ſpecie:cùm pro ap-
28 poſitis † cenſeantur quæ apponi conſueuerunt.quod pro
batur in d.l.quòd ſi nolit.§.quia aſsidua.ff.de ædil. edict.
& in l.vlt.C.de fideiuſſ.confert & l.ſi priùs. §.1.ff.de aqua
plu.arcen. Nec conſiderationes quas facit Galliaula in l.
Gallus.§.idem credendum.nu.17.de lib. & poſthu. dubi-
tationem mouent.Inquit ille d.§.quia aſsidua , cōtrarium
probare;dum vult quòd poſsit cogi venditor ad promit-
29 tendum. Non aduertit Galliaula eo loci Vlpianum † non
aſſerere agi poſſe ex empto ad promittendum de euictio-
ne,ſed verius agi poſſe ex empto ad duplam euictionis ac
ſi expreſsim euictio promiſſa fuiſſet : id quod apertè o-
ſtendit ratio,quam ſtatim ſubiungit.Ea autē ratione pro-
priè ex euictione non agit,quia non verè ſed præſumpti-
uè tantum interceſsit.quod & ibi Accurtius ſenſit. Quod
etiam ſcribit Galliaula d.l.vlt.C. de fideiuſſ. non probare,
re,mihi non probatur. Siquidem illa aſsidua & frequens
contrahentium & promittentium conſuetudo fuit , quæ
ad legem condendam mouit Principem, vt omnem ambi
guitatem amputaret, hoc iudicans eſſe ex voluntate con-
trahentium,qui ſimpliciter contrahendo ea omnia , quæ
ab conſuetudine effecta ſunt de natura contractus com-
prehenderent. Et verè receptiſsima hæc eſt omnium in-
terpretatio,iura hæc hanc probare ſententiam.

Nunc ad rem noſtram deueniamus.In qua quidem hę-
ſitandum non eſt,quin licuerit D. Corderio diligenti &
artis ſuæ bene perito has clauſulas huic tranſactionis in-
30 ſtrumento † inſerere atque apponere. Et quò ad clauſu-
lam hypothecæ omnium bonorū pro obſeruatione con-
tractus clarum eſt apponi potuiſſe:cùm nulla alia frequen
tior cautela hac ipſa in his regionibus ſit, qua contrahen-
tes caueri ſibi volunt. Quocircà in ſpecie docuit Baldus
in l.1.in fin.ff.ſol. matr. quòd vbi in aliqua regione extat
conſuetudo apponendi clauſulam expreſſæ hypothecæ
in inſtrumentis,cùm dos mulieris nomine numeratur,no
tarius ſimpliciter rogatus conficere inſtrumentum nu-
meratæ dotis,eam clauſulam adhibere poterit.Bal.ſecuti
ſunt Iaſon in l.certi condictio.§.ſi nummos. num. 25. ff.ſi
certum pet.& conſil.153.col.3.lib.2. Felinus in c. cùm M.
Ferrarienſis,num.6.verſ.& quia.de conſtit.& in c.ex lite-
ris.num.12.de probat.& Dec.in l.vt liberis.num.15.C.de
collat.Io.Nicolaus Arela.in repe.l.generaliter. num. 94.
C.de ſecund.nupt. Antonius Capicius deciſ.159.num.39.
Nec reperio, quantum mihi hactenus videre licuit , qui à
Baldo diſſentiat.

Secunda propoſita dubitatio ex iam relatis diſſolui-
tur. cùm enim in hac ciuitate & cæteris huius regionis
frequens ſit mos,vt tranſigentes hinc inde iura ſua cedāt
& remittant, quò à litibus recedant & in poſterum quie-
31 ſcant: dicendum eſt licuiſſe huic notario † apponere clau-
ſulam renuntiationis & ceſsionis iurium hinc inde.De a-
ctionum ceſsione ita in ſpecie reſpondit Soc. Sen.conſil.





101.columna prima in fin.lib.3.qui de inſtrumento dona-
tionis factæ verba facit. De clauſula verò renutiationis,
quæ vbi conſuetudinis ſit,apponi poſsit in inſtrumento
à notario ſimpliciter rogato tradunt Baldus in rubric C.
de reuoc.his quæ in fraud.col.pen.verſ.nota quòd.quem
ſecuti ſunt I.ſ.in d.l.certi.condictio.§.ſi nummos.num.
25.ff.ſi cert.pet.Felin.in d.cap.cùm M.Ferrarienſis,num.
6.& in d.cap.ex literis.num.12.Antonius Capicius deciſ.
159.nu.39. Quod intelligit Baldus,procedere in notario
32 † docto & benè perito , qui cognoſcat & ſciat ; quomo-
do illa conſuetudo,quæ facti eſt,procedat & adaptari poſ
ſit ſuo caſui:aliàs ſi notarius ſit ignarus & imperitus, ex-
tendere debet ſuū inſtrumentū ſecundū ſuum formulariū
vel ſecundū dictamē ſapientis,ſi ad illud ſe retulit . Et hic
eſt ſenſus verborū Baldi:ta retſi Fel.& Iaſ. quos infra in
ſequēti dubitatione referā,aliter,& malè Bal.interpreta
ti ſunt.Et hic dubitari non cōtingit quin D.Corderius ſit
notarius artis ſuæ bene doctus & peritus:quemadmodū a-
pud omnes ciues & exteros etiam in manifeſto eſt,præter
id quòd talis à iure vnuſquiſque notarius præſumitur , vt
dixi ſupra.Et ideo aduerſarijs incūbit onus probandi con
trarium:ſi hoc tam clarum & apertum auderent negare.
Hic duo primi obices ſoluti ſunt,

Tertia difficultas maiorem certè dubitationem,ob va
rias interpretum traditiones,habet.Attamen,ſi vera licet
fateri,magis recepta & probabilior eſt hæc ſententia;clau
33 ſulam conſtituti † adſcribi poſſe inſtrumēto,vt poſſeſsio
rei alienatæ eo modo in acquirentem transferetur: cùm
moris & conſuetudinis ſit eam adhibere.Quod hic dicen-
dum eſt proculdubio,vbi non frequens,ſed frequentiſsi-
ma eſt hæc conſuetudo transferendi hac via poſſeſsionem
in acquirentem.Hanc receptā opinionem probarunt Io.
Andr.in annota.ad Specul.in tit.de inſtrumentorum edi-
tio.§.inſtrumentum, num.13,verſic.quòd ſi à contrahenti
bus.& priùs Oldrad.conſi.139.Ad habendam.numero 13.
34 Cæterùm ij loqui videntur cùm inſtrumentum † confici
debet ad dictamen ſapientis,vt animaduertunt Felin.in c.
ex literis.num.13.verſic.ſed tamen iſtud,de fid.inſt. & Ti-
raquel.in trac.de iure conſtituti.parte 3.limita.vltim.nu.
10.qui idem eſſe cenſent,quando non eſt dictum ad dicta
men ſapientis.Et id eo eo loci poſt Iaſonem in l.1.§.ſi pro
curator.nume.18.ff.ſi quis iuſſ.non obtemp.reprehendūt
Baldum,qui in rub.C.de reuo.his quæ in fraud.cred.col.
pen.verſic.& nota quòd &c.qui viſus eſt ſentire apponi
poſſe has clauſulas,cùm inſtrumentum extendi debet ad
dictamen ſapientis . Verùm(vt dixi ſuprà)alius eſt ſenſus
verborum. Baldi,nec Baldus loquitur de clauſula conſti-
tuti. Illud tamen etiam dicam ad declarationem doctrinæ
35 Oldradi,illū differentiam conſtituere † inter ea quæ con
ſuetudinis ſunt & quæ naturæ,cùm tamen no differant in
inter ſe,niſi in modo efficiendi.Nam conſuetudo eſt illa,
quæ naturam ipſam efficit & cauſat.d.l. quòd ſi nolit . §.
quia aſsidua. de ædil. edict.Et ideo dicimus cōſuetudinem
eſſe naturam.d.l.ſi quis poſthumos.de lib. & poſthumis.
Quare Ioann . Andr . abſolutè & rectius loquitur.Hanc
quoque ſententiam probarunt Butr. in d. capit.ex literis
columna ſecunda,verſicul.ſed nunquam per hæc , de fi-
de inſtr.nec non Caſtren.Felinus Socinus Senior,Comē-
ſis,Fulgoſius,Abbas,Prac.Papienſis,Iaſon,Decius Affli-
ctus Bertrandus,Mantua,Eueradus,quos recenſet & pro
bat Tiraq.d.limitatione vlt.nu.3.4.5.6.Quibus addo Ne-
uiz.conſi.28.num.3.qui alios recenſet . Et ex his conſtat,
* hanc eſſe communem * opinionem:quamquam ab ea diſ
ſentiant Alexand.conſi 28.num.5.lib.2.Decius in l. con-
tractus.nume.17.in fin.& in l. ſemper in ſtipulationibus.
num.12.de reg.iuris.& in l.vt liberis.num.18.C.de collat.
& conſi.247.nu.3.Gratus conſi.70.in fi.& conſi.94.colu.
2.lib.1.Rubeus in l.non ſolùm §.morte.num.81.de operis
noui nun.Capicius deciſ.159.nume.39.& ſentit Gramma.
deciſ.103.num.376.etſi ipſe Grammaticus moueri videa-
tur,quòd in regno illo Siciliæ non extabat hæc conſuetu-
36 do.Horum interpretum opinio † ita leui ratione eſt ful-
cita, vt à magis recepta nullo modo recedendum ſit . Ea
enim ratione vſus eſt Alex.d conſ.28.num.4.lib.7. quòd
nō eſt de natura emptionis & venditionis,quòd plus hoc
modo,ideſt,per conſtitutum tradatur res,quàm per clauiū
37 traditionem vel altero modo:cum nullus † modus tra den
di poſſeſsionem limitatus ſit,de natura cōtractus effectus.
Eſt leuis hæc ratio,& quia facilè concedimus , quòd iure

communi inſpecto , conſtitutum non eſt de natura emp-
tionis & venditionis,vel alterius contractus ; cùm ſolùm
38 † ſit de eius natura dominij tranſlatio.l.ſi quis alienā.l.ex
empto.ff.de act.empt.Et ius commune non plus limita-
uit conſtitutum ad hunc effectum, quàm alium modum:
ſed dicimus,quòd ſuppoſita conſuetudine, qua conſtitu-
tum hicque modus tranſlationis efficitur de natura con-
tractus : quemadmodum & euictio effecta eſt; notarius
rogatus conficere inſtrumentum emptionis & vēditionis,
poterit apponere conſtitum:quia iam conſtitutum , & vt
euictio,ob vim conſuetudinis eſt effectum de natura illius
contractus.Et præſupponimus hîc vniformitatem , ſine
39 qua conſuetudo † induci non poteſt : vt reprehendendo
Socinum dicebat Decius in l.vt liberis.numero decimo-
ſexto,C.de collationib.& declaraui ſuprà in ſexto exem-
plo.Quocirca malè Alexander conſilio vigeſimooctauo,
numero quinto,libro ſecundo , ad ſuæ opinionis confir-
mationem adfert illud ſimile de pretio , quod nunquam
efficitur de natura emptionis , vt à notario ex ſe apponi
poſsit ſine expreſo rogitu, quia nunquam eſt vniformis.
Non enim verè conuenit hoc ſimile,cùm pretium poſsit
eſſe vel plus vel minus,& ideo quantitatis variatio & dif-
formitas hoc efficit,ne conſuetudo & per conſequens na-
40 tura non inducatur.At ſecus in conſtituto , † quod non
recipit in variationem ob plus , vel minus . Si enim eo
modo tranſlationis , & non alio,vt per clauium traditio-
nem , vel communiter homines vtantur : iam iſte mo-
dus & non alter eſt effectus de natura contractus . I-
mò idem dici poſſet de pretio , ſi daretur pretij vnifor-
mitas.

Exempli gratia extat conſtitutio vel conſuetudo in
hac regione,quòd menſura frumenti vendatur ſolùm pre
tio ducatorum decem ; & nihil plus , & ita communiter
obſeruatur.Si quis emeret centum menſuras, & rogaret
notarium,vt conficeret inſtrumentum illius emptionis
& venditionis,poſſet,notarius adhibere pretij quantita-
tem,hoc eſt pretio decem ducatorum pro ſingula mēſura.
Eſt manifeſta ratio,quia errare non poteſt notarius , ob
inuariabilitatem pretij.Aliud ſimile quod de pœna ad-
fert Alexand.d.conſilio.28.numero.6.confutauimus ſu-
prà in ſexto exemplo.Illud verò ſimile,quod de fideiuſſo
re ibidem Alexander conſiderat , ridiculum eſt,vt referre
pudeat.

Quarta difficultas magis dubia ex iam relatis verè diſ-
ſoluitur.Nā potuit hęc iuramenti clauſula adhiberi, cùm
apponi conſueuerit.Hanc ſententiam verè probauit Soc.
Sen.in l.Gallus.§.idem credendum.nume.4. verſi.ſi verò
ſſenius in dubio,de liber.& poſthum . Quamquam aliter
eum intellexerit Decius in l.vt liberis.num.17.C de colla.
& Pariſ.conſi.45.num.42.libro.1.Qui quidem Decius &
41 Pariſius ſcribunt,quòd imò notarius † non poteſt appo-
nere hanc clauſulam : & in hanc ſuam opinionem citant
Abba.Butrium & Imolam in c.pen.de iureiuran.Et quos
ſecutus eſt etiam Marſil.ſing.123.in.fine.& Purpura . in l.
certi condictio. § . ſi nummos. ff. ſi certum peta. Gratus
conſil.36,colu.2.lib.1.Sed verius eſt quod Socinus docuit,
nempè poſſe apponere,cùm ratio conſuetudinis & natu-
ræ ita locum habeat hoc in caſu,vt & in cæteris iam rela-
tis.Nec huic noſtræ & priùs Socini ſententiæ refragan-
tur auctoritates Abbatis,Butrij & Imolæ. Siquidem duos
42 caſus † diſtinguendo,vt diſtinguit Socinus , res redditur
clara.Primus,cùm nulla extat contrahentium cōſuetudo
apponi iuramentum in inſtrumentis de contractu confe-
ctis,& rogatus eſt ſimpliciter notarius,nulla ſ. iuramenti
mentione facta,tunc notarius ex ſua voluntate,cui inſtru-
menti confectio mandata eſt,non poteſt apponere hoc
iuramentum . Ea eſt ratio,quia hîc nulla cadit legis præ-
ſumptio,qua dici poſsit , ità ſaltem tacitè à contrahenti-
bus commiſſum:& ideo fictè potius notarius conficit in-
ſtrumentum,perſonam contrahentium ſuſtinendo, iuxtà
l.2. §.omnia noſtra.C.de vet.iure enucl.& in cap. qui per
43 alium,de reg.iur.in 6.Iuramentum † autem debet eſſe ex
voluntate iurantis cùm eius animam liget.Et hoc in caſu
rectè procedit Abbatis,Butrij & Imolę doctrina . Secun-
dus eſt caſus,cùm extat contrahentium communis con-
ſuetudo apponendi iuramentum;tunc notarius etiam ſim
pliciter rogatus conficere inſtrumentum , poterit illud
adhibere . Et hoc caſu noſtra & Socini opinio proce-
dit . Ea eſt ratio , quòd ob communem conſuetudinem

44 iuramentum † eſt effectum de naturalibus cōtractus,iux-
tà d.l.quod ſi noluit.§.quia aſsidua.de ædil. edict. Et le-
gis eſt præſumpio. quod hi contrahentes rogauerint no-
tarium vt etiam iuramentum adſcribat,Et hæc contrahē
tium voluntas vt eſt à lege præſūpta, ita dicitur expreſsa
45 quandoquidem expreſſam † illuddicitur, quod ex legis
præſumptione conſtat. quemadmodum copioſè ſcripſi in
tract.de adipiſcenda poſſeſsione;Remedio quarto.num.
125.Quibus intelligimus erraſſe Socinum Seniorem in d.
§.idem credendum.num.4.verſi.conſidera tamen &c. in
illis verbis;non videtur quòd conſuetudo poſsit fingere
46 iuramentum. Errat verè Socinus ,quia conſuetudo † non
fingit iuramentum: ſed dicimus,quòd poſita conſuetudi-
ne aliorum contrahentium apponendi iuramentum ; iſti
contrahentes rogando notarium conficere inſtrumētum
47 legis præſumptione iurauerint. Atque ita † non conſue-
tudo fingit,ſed lex ex conſuetudine præſumit:id quod ip
ſe Socinus paulò poſt ſenſit. Non etiam huic noſtræ ſen-
tentiæ aduerſantur duo, quæ alioqui non parum vrgere
contra nos videbantur.Illud primum eſt,quòd iuramen-
48 tum † requirit formalitatem quandam & expreſsionem
verborum, vt ſcribunt Abbas,Butrius & Imola in d.cap.
49 pen.de iureiuran.Et verba † exprſſa fore neceſſaria in iu-
ramento,cùm præſtatur ab his,qui loqui poſſunt.ſcribūt
poſt Bar.Albe.Fulg.& Rom.in l.1.in prin.de verb.oblig.
* ibidem Alex. & Crotus,qui communem * eſſe teſtatur.
Alciat.in rubr.extra de iureiur. num.21.& lib.1.Parerg.c.
2.Io.de Selua in trac.de iuramento.parte prima.quæſt.2.
& Tiraq.tract.de legib. connubial.in gloſſ.5.num 18.Ve-
rùm huic argumentationi duobus modis poteſt reſpon-
deri.Primò,negando illam doctorum opinionem, quòd
iuramentum requirat verba expreſſa . Nam ab ea opinio-
ne diſſentiunt gloſſa in ſumma.22.q.1. Abbas & Corſetus
in rub.extra de iureiuran.Iacobus,Petrus & Cynus in au-
then.ſacramenta puberum.C.ſi aduerſ.vend. Galliaula in
l.1.in princ.col.vltim . de verb.oblig.Et hanc eſſe verio-
rem & communem teſtatur Didacus in cap.quamuis.par-
te prima.in initio.num.4 ad finem.Et eo loci,nu.5. egre-
gie declarat.d.cap.pen.de iureiuran.Secundo reſponde-
tur,quòd etiamſi neceſſaria dici poſſent verba in hoc iu-
ramento:attamen ſatis expreſſa dicuntur verba , dum in
genere rogatus eſt notarius conficere inſtrumentum , &
apponere clauſulas ſolitas.Nam hoc venit præſumptio-
50 ne legis,quæ † efficit actum ſenſeri expreſſum , vt dixi ſ̃.
& egregiè ſcribūt Ant.Corſet' in ſuo ſingulari,in verbo,
Contractus,incipit.in omnibus. Afflictus deciſ.44.num.
14.15.Confirmatur ex doctrina eorum, qui rectè cenſue-
51 runt,quòd ibi iuramentum † eſt adiectum promiſsioni de
ſoluendo aliquid intra certum tempus ; & ille terminus
prorogatur,iuramentum legis præſumptione dicitur re-
petitum in termino prorogato,quod quidem dici non
poſſet,ſi legis præſumptio idem non operaretur, quod
verborum expreſsio.ita enim eam doctrinam probarunt
Felin in cap.1.col.1.de iureiur.& in cap.2.num.34. de ſpō
ſal.Iaſ.in l.1.§.& poſt operis.num.8.de operis noui nūt.
Decius in cap.de cauſis.num.7.de off.delega.qui hanc eſſe
* communem * teſtatur:etſi ipſe ibi diſſentiat.ſed idem in
cap.præterea,col.2.de appell. hanc probat'. & veram eſſe
cenſuit Didac.in ca.quamuis,parte prima, in initio. num.
7.de pactis in 6.Non etiam hîc prætereo errorē Purpura.
ti,qui in d.§.ſi nummos.num.33.dixit notarium non poſſe
apponere hanc clauſulam iuramenti : quia iuramentum
requirit tactum ſcripturarū.Errat Purpur.cùm recepta&
52 vera ſententia ſit;imò tactum † ſcripturarum non requi-
* ri,quemadmodum tradunt hanc eſſe communem * Alcia
in rub.extra de iureiurando.nu.29.& Didac.in cap.quam
uis.parte 1.§.1.nume.1. de pactis in 6.Secunda difficultas,
quæ huic noſtrę, & prius Socini ſententiæ dubitationem
53 facit,illa eſt;quòd iuramentum † ligat animam.cap.1.vbi
54 omnes.de iureiur.& eſt clarū.Atqui cùm lex † obligat in
foro animæ,debet eſſe fundata in veritate ; non autem in
præſumptione.ita Abbas & cæteri in cap.1.vbi Decins in
2.lect.numero 18.de conſt.Felinus in cap . ſicut dignum.
in fine.de homic.Angelus Clauaſius in ſua ſumma,in ver-
bo Lex.numero quartò Cæterùm reſponderi poteſt,nos
hîc non agere,quòd iſte contrahens obligetur in foro cō-
ſcientiæ ; ſi certus eſt in animo ſuo, ſe non intellexiſſe, vt
notarius adhiberet etiam iuramentum : quemádmodum
loquuntur Doctores iam relati.Sed quærimus,an in foro
55 exteriori obligetur:& dicimus obligari,quia lex † humana
iudicat ex exterioribus,lex diuina ex interioribus . Quod
56 vel eo exemplo res fit clara:cùm hæres † non conficit in-
uentarium de bonis teſtatoris in foro exteriori,compelli
poteſt ſoluere teſtatoris æs alienum,etiam vltra vires hæ
reditatis.Ea eſt ratio,quia lex præſumit hæredem per frau
dem omiſiſſe inuentarij confectionem : & tamen in foro
animæ & conſcientiæ compelli non poteſt hæres ſoluere
vltra vires hæreditarias, ſi certus eſt plus non eſſe in hæ-
reditate.ita cenſent Ioan.Andr.in cap.quamquam,colu.
6.verſicu.vidi dubitari.de vſuris,in 6.Bartol . & Iaſon in
rubr.ff.de acquir.hæredit. Felinus in d.cap.primo nume-
ro quadrageſimoquarto,de conſtit Alciatus in cap.nouit.
numero 42.de iudicijs.& Didacus.in cap.1.numero 16.de
teſta.qui & alios huius opinionis recenſet. Ita dicimus ꝙ
57 in foro conſcientiæ retinere † quis poteſt beneficiū cum
ſola ſignatura,ſi certus eſt ita ſibi fuiſſe collatum:cùm tū
in foro humano compelli poſsit relinquere , vt ſcriptum
reliquit Gomeſ.in regula cancellariæ,de nō iudicando ſe
cundum formam ſupplicationis,quæſtio 14 . Quæ vt iam
diximus,confirmari poſſunt alijs ſimilibus Doctorū ſen-
tentijs.

Primò ita videmus de clauſula codicillari,quæ ſi com-
muniter conſueuit apponi ab alijs teſtatorib.in ſuis teſta
58 mentis,à notario † ſimpliciter rogato conſcribere teſta-
mentum adſcribi poterit. ita Alex.conſi.1.num.22.lib.5.
Barb.in cap.quod tranſlationem.numer.15.de off. deleg.
Dec.in l.vt liberis.num.14.C.de collat.Crau.conſ.75.nu.
4.& Rub.in l.non ſolùm.§.morte.num.80.de ope. nou.
59 nun.vbi ait idem de clauſula,vulgariter,† pupillariter. &
per fideicommiſſum.& citat Soc.Sen.conſi.36.libr.3.qui
tamen in meo codice hoc non ſcribit.Nec repugnat quod
decidit Gramma.deciſ.62.num.23. poſt Guidonem Pap.
q.513.notarium non poſſe hanc clauſulam codicillarē ap-
ponere,niſi ſit in ſpecie rogatus à teſtatore,ex quo eſt de
conſuetudine notariorum . Hoc inquam non repugnat:
quia nos pro conſtanti prę ſupponimus extare conſuetu-
dinem teſtatorum : & ideo eorum perſona non autem
notariorum inſpicienda eſt, quod infra ſuo loco decla-
rabo.

60 Secundò accedit,quòd de clauſula † iure inſtitutionis,
quæ adhiberi communiter ſolet à teſtatoribus cùm filijs
ſuis aliquid pro legitima relinquūt:ita reſpondit Crauetta
conſi.75.num.4.qui dum multis rationibus hoc confir-
mat,immemor fuit hanc ſentētiam in ſpecie probaſſe Io.
Andr.in annota.in ſpecul.ti.de fi.inſtru.§. inſtrumentum
num.13.quem ſecutus eſt Butr.in cap.ex literis,col.2.verſ
ex prædictis.de fide inſtr.Et ante Io:Andr.ita docuit Iac.
de Arena in l.illa inſtitutio.ff. de hæred.inſti.vbi Bald. &
Ang.& reſponderunt Fulg.conſi.90.col.2.Soc.Iun.conſ.
124.nu.49.li.1.& Francus in c.ſi pater,col.22.verſ.11.quæ-
ritur.de teſt.in 6.

61 Tertiò,confert ſimile de clauſula † præcepti guarenti-
giæ(vt noſtri appellant)quæ adhiberi ſolet inſtrumentis
mutui & depoſiti,vt facilius exequantur,iuxtà illius præ-
cepti naturam,quam declarat Ripa in l.ſi inſulam.num.15
de verb.oblig.& egregiè Soc. Sen.conſi.79.nume.49 . &
num.55.libro 4.qui declarat rem hanc.Hoc enim præcep-
tum,illiuſque clauſula à notario aſcribi poterit in inſtru-
mentis horum contractuum,ſi modò in ea regione mos
fuerit ita contrahentium adhibendi hanc clauſulam . ita
docuit Iaſon l.Gallus.§.idem credendum. numero 22 . de
lib.& poſt Bart.Baldum & cæteros in l.ſi duo patroni. §.
ſi quis iurauerit.ff. de iureiuran . Nec hîc ego conſidero,
quòd hæc clauſula reſpiciat executionem ipſius contrac-
tus,& non inferat nouum factum;quemadmodum conſi-
derant & diſtinguūt Moderni Pariſ.in anno.ad Alexand.
conſi.28.num.4.in verbo,non poteſt.libro.2 . Sed ſolùm
62 conſidero ipſam conſuetudinem † contrahentium , quæ
efficit hanc guarentigiam eſſe de natura horum contra-
ctuum. Quemadmodum & ipſa contrahentium conſue-
tudo efficit vt euictio, quæ nouum factum infert, diuerſū
ab ipſa emptione & venditione de natura ipſius emptio-
nis & venditionis fieret d. l. quòd ſi nolit . §. quia aſsidua
de ædil.edic.Non enim ante diſpoſitionem d.§.quia aſsi-
63 dua, euictio † legis diſpoſitione aliqua pronuntiata fuit
de natura emptionis & venditionis,ſed lex illa habita ra-
tione aſsiduę conſuetudinis ita conſtituit.Quocircà,vt ēt
hoc dicam,ad declarationem eorum,quæ mox ſubijciam)
non ipſa notariorum conſuetudo,ſed contrahentium ad
hanc naturam inducendam,ſpectatur.





Quarto , huc ſpectat quod dicimus de pacto pœnali,
quod contractui emptionis & venditionis ex com-
muni conſuetudine adhiberi ſolet à contrahentibus, pro
ipſius contractus faciliori executione . Idem dicēdum eſt,
64 quòd ſcilicet notarius † rogatus conficere inſtrumentum
emptionis & venditionis,poſsit clauſulam, qua hæc pœ-
na contineatur adiicere.ita rectè cenſuit Dec.conſi.449
nume.27.in l.vt liberis.nume.16.C.de collat.ex doctrina
Angeli in l.ſecunda in princip . ff. de iudicijs qui quidem
65 Angelus ſcribit , quòd procurator † conſtitutus ad ven-
dendum,poteſt adhibere pœnam pro ipſius contractus
obſeruatione;ſi illa pœna paſsim adhiberi conſueuit à cæ
teris ita contrahentibus.idem quod Angelus priùs do-
cuit Bal.in l.bene à Zenone.num.3.C.de quadr.præſcr.&
ibidem ipſemet Angelus idem ſcribit.& ſequitur Iaſ.in l.
certi condictio.§.ſi nummos.num.13.& 14.ff.ſi cert.pet.
Io.Nicolaus Arelatanus in repe.l.generaliter.num.82.C.
de ſecund.nup.& Gratus conſi.159.col.vlt.lib.2.Et in ſpe
cie notarium poſſe hanc conſuetā pœnam apponere ſcri-
bit Florianus in l.hæredes.§.in illa.nume.1.ff.famil.erciſ.
Idem docuit Soc.Sen.in l. Gallus.§.idem credendum.nu.
3.in fi.de lib.& poſth.etſi ipſe ſentiat hoc procedere cùm
clauſula & cætera,fuit adhibita, quòd falſum eſſe infrà di-
cemus.Ea eſt ratio;quòd ob aſsiduam contrahentiū con-
ſuetudinem,adiectio huius pœnæ eſt facta de natura ipſius
emptionis & venditionis.Quod probat clariſsimus text.
d.§.quia aſsidua.dum loquitur de pœna dupli,quæ in eui
ctione eſt.Quæ ſanè pœna facta eſt de natura ipſius con-
tractus ob illam contrahentium conſuetūdinem.Quocir
ca intelligimus erraſſe Baldum ſibi parum conſtantem in
l.ſi.duo.§.ſi quis iurauerit.in primo notab. ibi non tamē
prę ſumam pœnam.ff.de iureiur.idem Bald.in l.vlt. col.1.
C. de execu.rei iud.quem retulit Soc.Sē.in l.Gal.§.idem
credendum.num.3.de lib.& poſth.& ſecuti ſunt Alexand.
conſi.28.nu.6.lib.2.ac etiam Decius ſibi parum conſtans,
in l.ſemper in ſtipulationibus.num.12.de reg.iur . & Pur-
pur.in d.§.ſi nummos,num . 28.Ea ratione minus proba-
bili ad rem hanc motus eſt Baldus,quòd pœna eſt variabi
lis,cū ſemper eodē modo non apponatur.Non enim con-
cludit hæc ratio,quia nos loquimur ſtante conſuetudine,
quæ ſanè conſuetudo non adeſſet,ſi pœna eſſet variabilis.
vt ſcribit in ſpecie Dec.in d.l.vt liberis,nu.16.Sūt præſup
ponendi termini habiles cū de alio diſputatur.l. qui teſ-
tamento. de teſta.Et ideo conciliando Baldum,ſibi ipſi-
66 duo caſus † ita poſſunt conciliari.Primus , quando con-
ſuetudine,quæ verè ob vniformem pœne adiectionem eſt
inducta:vt puta,conſueuerunt paſsim ementes emere ad-
iecta pœna quadrupli,pro obſeruatione contractus : tunc
notarius rogatus conficere inſtrumentum huius contra-
ctus.adiicere poterit clauſulam continentem hanc pœnā
quadrupli ; cùm illa conſueta, vt erat conſueta illa du-
pli tempore illius reſponſi.d. §.quia aſsidua . Et hoc caſu
procedit ſententia Angeli,Floriani, Socini & Decij , nec
non & Baldi in d.l.bene à Zenone.Secundus eſt caſus,quā
do conſueuit quidem his contractib . pœna apponi , ſed
varijs modis,vt puta , aliqui apponunt pœnam decem li-
brarum,aliqui centum librarum,aliqui viginti coronato
rum:& ita pœnæ variantur . Hoc caſu notarius rogatus
conficere inſtrumentum de illo contractu,non poteſt ap
ponere pœnam.Ita procedit opinio Bal.in d.§.ſi quis iu-
rauerit.ac Alexandri & Socini.Ea eſt aperta ratio quia hîc
67 ob variationem pœnarum, & actus † difformitatem non
poteſt dici inducta conſuetudo: iuxtà tradita per Bart.in
l.2.in princ.nu.22 . ff.ſol.matr.quem ſecuti ſunt Soc.Sen.
conſ.277.col.3.ver.3.li.2.Dec.con.215.col.2.ver.2.hoc.&
Crau.conſi. 96.num.5.& conſi.313.nu.4 . Et in ſpecie no-
ſtra Alex.conſi.5.num. 22.lib.5.Ripa,l.qui Romæ . §.duo
fratres.nu.49.de verb.ob.& Rub.in l.non ſolùm.§.mor
te.nu.88.de oper.nou.nun . Quo enim modo hoc in caſu
poteſt notarius ſcribere hanc pœnalem clauſulam in in-
68 ſtrumento?non enim potuit diuinare† de qua pœna con-
trahētes ſenſerint.Poſſet enim notarius ſcribere pœnam
decē,& tamen illi fortè ſenſerunt de maiori vel minori.
Quod diuerſum eſt , qū pœna eſt vniformis, quia ſemper
præſumitur, contrahentes de ea ſenſiſſe:& ob id rogando
notarium conficere inſtrumentum;quemadmodū cenſen
tur eum rogaſſe, vt adhibeat cætera conſueta : ita rogaſſe
cenſentur,vt aſcriberet hanc pœnam.

69 Quintò huc facit,quòd de clauſula † derogatoria , quā
notarius poterit ſcribere in ſecundo teſtamanto, etſi teſ-
tator expreſsim non mandauerit : ſi modò communis
extat mos & conſuetudo aliorum teſtatorum apponendi
vniformem.ita verè docuit Socinus Senior in l. Gallus.
§.idem credendum.nume.3.& de lib.& poſth. qui ita de-
clarat Bald.in l.hac conſultiſsima,in prin.C.qui teſta. fa-
cere poſſunt.

Sextò & nunc vltimò,confert illa vulgata omnium ſen
70 tentia;notarium † cenſeri rogatum apponere & inſenſe-
re clauſulas conſuetas & ſolitas in inſtrumento.ita tradūt
Bal.in l.vlt.C.de fideiuſſo.Alex.in l.ſi finita,in prin.num.
2.de dam.inf.Iaſ.in l.Gallus.§.idem credendum.nu.22.de
lib.& poſth.& in vt liberis.num.14.C.de colla.& ibidem
Dec.nu.14.idem Deci. in l.ſemper in ſtipulationibus.nu.
9.de reg.iur.&in cap.cùm M.in 7.nota.de conſt.& ibidē
Ripa.& idem.Ripa in l.Centurio.num.80.de vulg.Pariſ.
conſi.45. num.44.li.1.cæteros prætereo.Ea ratione, quæ
huc pertinet,mouentur;ꝙ conſuetudo effecit illas clauſu
las eſſe de natura contractus;cùm cōſuetudo ſit altera na
tura l.ſi quis poſthumos.de lib.& poſth.& dixi ſupra ſuo
loco.

Non obſtāt nūc aliquæ difficultates quæ in acutiſsimis
motiuis excitatæ fuerunt ab æquiſsimo D.Iudice; & quas
iam diſſolui.Non inquam obſtat primò doctrina Angeli
in l.licet,col.1.C.locati.qui viſus eſt ex illo reſponſo do-
cere,notarium non poſſe apponere in inſtrumento loca-
tionis & condictionis clauſulam , quòd conductor in ſe
ſuſcepit omnē caſum ſterilitatis & periculi,qui in re con-
ducta euenire poſsit: etiamſi illius regionis mos ſit, quod
conductores hæc pericula ſubeant . Et Angelum ita viſi
ſunt interpretari Dec.in d.l.vt liberis.num.18.C.de colla
Tiraq.in tract.de iure conſtituti,parte 3.limit.31.& recē-
tiores Pariſienſes in annota.ad Alex.conſi.28.num.3.lib.
2.Ego verè opinor hanc Angeli auctoritatem non obeſ-
ſe quandoquidem aliter eum intelligo quàm cæteri in-
tellexerint. Animaduerti enim aliquando, duos eſſe ſen-
71 ſus & intellectus † illius legis,in illis verbis , vt mos re-
gionis poſtulabat:quemadmodum & Angelus ipſe reſen-
ſet.Primus eſt ſenſus , quòd illa verba ſignificent , moris
fuiſſe in ea regione,quòd notarius,qui de inſtrumento lo
cationis rogabatur in ipſo inſtrumento,ſcriberet, condu
ctorem in ſe ſuſcepiſſe periculum ſterilitatis:id non re-
periebatur deſcriptum in eo inſtrumento ; cuius caſus in
in d.l.licet,refertur.Et ſi hic ſenſus eſt verus infert Ange-
lus ad rem noſtram:verum ipſe Angelus non probat hūc
ſenſum,ſed conditionaliter(vt ita loquar)id ſcribit.Quòd
autem non probet, vel ex eo conſtat,quòd ſecundo loco
alium refert.Et illud apud noſtros eſt in confeſſo, quòd
72 quando interpres † duas refert opiniones,& nullam ex-
preſsim probat,affirmare dicitur vltimam . ita poſt mul-
tos,Iaſon iſi l.ſi idem cum eodem.§.vltim. de iuriſd . om.
iud.Secundus itaque eſt ſenſus quem & glo.in d. l . licèt,
probauit,quòd mos regionis erat , vt ſemper conducto-
res pacto expreſſo in ſe reciperent periculum ſterilitatis:
& in caſu d.l.licet,apparebat locationē factam pacto illo.
non adiecto. Quocircà ab Alexandro reſponſum fuit,dā-
num ad locatorem ſpectare . Atque ita illi conuentioni
ſtatur, nec ſuppletur ex conſuetudine : cùm conſuetudo
eſſet. quòd pacto expreſſo periculum ſuſciperetur. Qui ſa
ne verior ſenſus facit , vt is textus hanc aſſertionem pro-
bet;ꝙ ſcilicet non poſsit notarius addere hāc clauſulam,
ſi conſuetudo contraria extat. Quocirca,dicendum eſt ,
& hoc in caſu quod in cæteris iam relatis pro commu-
ni ſententia cùm nulla differentiæ ratio conſiderari
poſsit.

Non obſtat etiam doctrina bene eruditi Didaci libro
primo variarum reſolutionum capite decimoquinto nu-
mero nono,qui ſcribit,quòd ſi in contractu emptionis an
73 nui cenſus conſueuit communiter adijci pactum , † quòd
ſi redemptio redituum fiat,cenſus pro rata eius anni ſol-
uatur.Si clauſula hæc expreſsim non adijcitur,eam nota-
rius apponere non poterit, (inquit Didacus)quamquam
in ea regione conſueuerint contrahentes ita paciſci . Ea
præcipua ratione permotus,quòd hæc non ſit de natura-
libus illius contractus:ſed extrinſeca quædam accidentia,
quæ non præſumuntur.Cæterum,ſi iam à nobis explanata
perpendantur,fortè erraſſe Didacū dicemus.Si enim con-
cedimus, conſuetudinem ita paciſcēndi in ea regione ex-
tare,iam concedimus & pactum illud eſſe effectum de na-
tura contractus.d.§.quia aſsidua:& per conſequens in eo
contractu contineri.

Non obſtat tertiò quod ſcribit Barb.in c.cùm M.Fer-
rar.num.151.de conſt.in conſi.9.col.pen.lib.4.& in ca . 2.
num.12.de precario.& rub.de fi.inſtr. quòd tunc demum
74 notarius † poteſt apponere in inſtrummento clauſulas
conſuetas,cùm inſtrumentum eſt in fieri, non autem eo
confecto & vulgari ſermone à notario ipſo partibus de-
clarato.Et Barbatiam viſi ſunt ſequi Purpur.in l.certi cō.
dictio.§.ſi nummos.num.52.ff.ſi cert.pet.Marſil.ſing.113.
In iure clarum.& Pariſ.conſi.45.nu.43.lib.1.poſt Galliau.
lam in rubr.de verb.obl.num.45.Siquidem hæc Barbatiæ
aſſertio vera non eſt;quemadmodum ipſemet ſibi parum
conſtans eam reijcit in cap.quod tranſlationem.nume.25.
de off.deleg.quod fecit & Felin.in cap.1.num.10.verſ.re-
ſtringendo dupliciter,vt lite non conteſt.Et ſi rectè ver-
ba Purpurati Pariſij & conſiderentur; verè & ipſi diſſen-
tiunt:cùm vterque ad Felinum ſe alligent.Et quamuis eo
rum nemo ratione aliqua moueri ad id dicendum videa-
tur:mihi tamen plana & clara videtur;quia ſi hæc ſunt de
natura contractus effecta ob frequentem conſuetudinem
(vt iam diximus)& ideo tacitè ex verbis, expreſsè tamen
ex mente ob legis præſumptionem in contractu veniunt
Quod ſi ita eſt,vt à multis fuiſſe firmatum diximus;ſequi
tur,aſſertionem Barbatiæ eſſe falſam : quia , ſi diceremus
(vt ille dicebat)procedere cum inſtrumentum eſt in fieri
ante eius publicationem,eſſet contra receptam ipſam ſē-
tentiam, que vult,clauſulas has poſſe apponi à notario ex
interuallo.Quis enim eſt ita mēte ſtupidus,qui non ſciat
quòd ſi notarius adſcribat in inſtrumento clauſulas ſolitas
ante illius publicationem;quin dum fit publicatio,& par-
tes conſentiunt illæ clauſulæ ſint adſcriptæ de mente &
voluntate expreſſa contrahentium? quò ſanè in caſu nos
non verſamur,ſed in eo quādo expreſsè nil à notario tunc
ſcriptum;& à partibus nil clarè firmatum & dictum fuit.
Hinc fit,vt uera ſit doct.Baldi in rub.C.de fide inſtr.num
22.quod eſt in q.4.quam citauit Galliaula in d.rubrica de
verb.oblig.num.45.ait Baldus, clauſulas conſuetas à no-
tario poſſe apponi,ſi modò tempore à ſe recepti inſtru-
menti clauſulas cæteratas, hoc eſt,abbreuiatas appoſuit.
75 Non eſt vera hæc aſſertio ex iam relatis : quia tunc † non
eſſet dubium qui hæc conſueta apponi extensè poſſent;
poſteaquam expreſſa partium voluntate(etſi abbreuiatè)
appoſita fuerunt.Eadem ratione malè Soc.Sen.in l . Gal-
lus.§.idem credendum. num.3.in fin.& ibidem Galliau-
la,num.16.de libe.& poſth. uiſus eſt ſentire.dum docuit,
76 clauſulam † pœnalem poſſe à notario adhiberi,cum rece-
pit inſtrumentum cum clauſulis cæteratis.Imò non poteſt
conſiderari caſus quin expreſsè pœna cōtineatur ſub clau-
ſula cæterata.Supponamus notarium ita ſcripſiſſe,cū pœ-
na contrafacientis,&c.iam hic partes expreſsim de pœna
ſenſerunt in mente ex ſuis verbis.Nos autem eo in caſu ſu
mus,cum nihil fuit clarè dictum de pœna:quam nos dici-
mus,vt cætera alia ſolita & de natura actus contineri.
77 Non obſtat quartò quòd obiicitur,has clauſulas,† quā
quam ſolitas & conſuetas,non cenſeri appoſitas ex volun
tate ipſorum tranſigentium,quos huius moris & conſue-
tudinis ſcientiam non habuiſſe creditur, vt in ſpecie do-
cuit Purpur. in l.certi condictio.§.ſi nummos.nume.34.
verſi.2.declaratis.ff.ſi cert.peta.& clarius idē in l.cunctos
populos.num.101. verſi.ſed hoc.C.de ſum.Trinit.& fide
cathol. Ea ratione mouetur,quia ſi hæc conſuetudo non
78 fuit ipſis contrahentibus † cognita;qua ratione fieri po-
teſt,quòd ipſi mandauerint notario ,vt ita inſtrumentum
conſcriberet? argu.l.ſi mater decedens.ff.de inoff.teſta. &
confert l.nec ignorans.C.de donat. Et plura ſimilia con-
gerit Tiraq.in tract.de legib.connub.in glo.6.num.176.
79 Quinimò,nec ignorans † præſtito etiam ſuper actu iura-
mento non obligatur:ita Craue.conſi.257.nu.2. cui addo
Pariſ.conſi.20.nu.90.li.1.etſi diſſentiat Cur.Iun.conſ.47.
in fi. & cōſ.49.in fi.Reſpōdetur huic difficultati,ꝙ modò
hi tranſigentes optimè ſciebant regionis & notarii con-
ſuetudinem,cùm quotidie alios contractus & negotia tra
80 ctauerint,ac tractent.Et ſcientia † ſatis probatur ex con-
iecturis & præſumptionibus.Ripa in l.qui Romæ.§.duo
fratres. num.50.de verb.obli.& copioſè Pariſi.conſil. 91.
num.47.lib.2.& Craue.conſi.193.nu.6.verſi . contrarium
& alibi ſæpe.
81 Præterea ſufficit,quòd in genere † tranſigentes hæc ſci-
uerint & cogitauerit,vt idemmet Purpu.in d.l.cuctos po
pulos.nu.101.docuit ex l.qui iure militari. ff. de mili.teſta
Ita enim diximus ex illo textu,quòd quando quis donauit
82 † bona ſua,& deinde ſuſcepit filios,non poteſt eam do-
nationem reuocare prætextu ſuſceptæ prolis,ſi de illis in
genere ſaltem cogitauit:ita multi,quos refert Tiraquel.in
præfatione ad l.ſi vnquam.num.78.C.de reuoc.donat. &
alios refert Pariſ conſi.72.num.6.& num.52. lib.1. Tiraq.
loco iam relato.num.79.ſimile adfert,videlicet,cùm quæ
ritur an conſeruentur ex auth. ex cauſa.C.de liber.præter
83 nato † poſthumo ignoranter præterito,dicunt cōſeruari
ſi in genere de eo cogitatum fuit:cuius opinionis multos
84 ille recenſet.Accedit quòd iuramenti † vis,quæ ſolùm o-
peratur circa cogitata,effectum habet cum in genere co-
gitatum fuiſſe creditur.ita reſpondit Curt.Iun.conſi.47.
in fin.& conſil.63.nume.5.Non diſsimili in caſu dicimus.
85 omnes defectus † impedientes legitimationem , ſublatos
cenſeri ex clauſula,non obſtantibus,&c.quando in gene-
re de illis cogitatum fuit,vt reſpondit Iaſon conſilio.110.
86 col.5.libr. 4.Idem in diſpenſatione † à ſummo Pontifice
facta,vt operetur circa in genere cogitata,reſpondit Dec.
conſi.137.col.4.verſi.3. principaliter.Ita quoque reſpon-
dit Aret.conſi.33.numer.10.verſi.ad tollendum , ſufficere
87 † quòd in genere cogitatum fuit de exceptione excuſſio-
nis,vt illi ac alijs renuntiatum cenſeatur.Quibus etiam ac
cedunt quæ reſpondit Crau.conſi.227.num.14.& conſilio
294.col.4 His intelligimus non obeſſe noſtræ & Docto-
rū ſentētiæ illas peracutas dubitationes,quas in ſuis mo-
tiuis excitauit conſultiſsimus D.Iudex.Quas equidem vel
alia ratione etiam vrgentiſsima ceſſare opinor.Nam mul
torum teſtimonio ex actis conſtat,quòd quando hi tran-
ſigentes acceſſerunt ad Do.Corderium,illi ſæpe & ſæpius
dixerunt,quòd ad eum tamquam ad benè peritum accede
bant , vt tranſactionis inſtrumentum ita conſcriberet &
rogaret,quò eſſent tuti & benè cauti;& ne in poſterum ad
nouas lites deuenirent.Et ipſe Do. Corderius reſpondit,
non eſſet quòd dubitarent,quia ita erat facturus, vt in re
ſua fieri vellet . Quibus ſanè verbis intelligimus volunta-
tem tranſigentium fuiſſe,quòd Do. Corderius eſſet plenè
rogatus.Et ideo ſuccedit elegans doctrina Bald.in l. ita de
88 mum.§. 1. ff.de recep.arbitr.qui docuit, notarium † poſſe
apponere clauſulas conſuetas & ſolitas,quando eſt plenè
rogatus.Baldum ſecuti ſunt Barba .in cap.quod tranſla-
tionem.numero 24.de off.delegati.Felin.in cap. cùm M.
Ferrarienſis.numero 6.propè medium, de conſtit.etſi cor
ruptè Baldum referat.idem Felin.in ca. ex literis. numero
12.de fide inſt.Purpur.in l.certi condictio. §. ſi nummos.
num.30.poſt Iaſonem ibidem.ff.ſi certum.pet. Quæ ſanè
vera iuris ſententia confirmatur,ex eiuſdem Bald doctri-
na in l.Imperator,la 1.numero 5,verſi.idem & ſine illa.ff.
de ſtatu hominum.quem ſecutus eſt Felin.in d.cap. cùm
M.Ferrarienſis.numero 6.propè medium.Inquit Baldus,
quòd contrahentes ſunt cauteloſi, & ob id in dubio nota-
89 rij † præſumuntur rogati conficere inſtrumēta in forma
communi:à fortiori ergo procedunt quæ iam firmauimus
poſteaquam non in dubio,ſed in claris verſamur:quia ſci-
licèt dixerunt ipſemet tranſigentes, quòd volebant eſſe
cauti & ſecuti. quocircà mirari non ſatis poſſum , ꝙ nunc
aduerſarij tanta ſit audacia , vt velit nouas moleſtias tum
in ſuos collitigantes,tum etiam in Dom. Corderium vi-
rum probatiſsimæ vitæ & ſummæ integritatis excitare.
90 qui quidem ab omni ſuſpicione † falſi criminis abeſt tum
ſine dolo ea quæ ſui officij erant,exercuit , quemadmodū
reſpondit Antonius à Prato inter conſilia Alexand.conſ.
73.numero quinto,ſexto,ſeptimo,libro primo quem ſecu
tus eſt in his terminis Purpura . in d.l.certi condictio.§.ſi
nummos.numero vigeſimoſexto.Alia,quæ in excuſatio-
nem Dom.Corderij adferri poſſent,vt in re clara, referre
ſuperſedeo.illud tamen non omittam quod verè non o-
bſtat illa difficultas, hanc naturam & conſuetudinem eſſe
91 probandam quia is qui aſſerit † extare in regione celebra-
ti contractus hanc naturam & conſuetudinem, probandi
onus habebit:vt in ſpecie tradunt Barbat . conſi,85.colu.
ſecunda libro quarto Alexand.conſilio vigeſimooctauò,
numero octauo libro ſecundo.Rubeus in l.non ſolum. §.
morte.numero octuageſimoquarto de oper . nou . nun.
92 quod quidem clari eſt iuris,cùm ſit conſuetudo † quid fa
cti,quæ non præſumitur l.l.in bello.§ . factæ de captiuis
& poſtlim.reuerſ.cum vulgatis ſimilibus. Verùm hæc dif-
ficultas non obſta quandoquidem ſatis probata dicitur
hæc conſuetudo , quæ quidem ex aliquorum opinione
probari ſolet , & debet, inſpecta perſona notarij , vt
93 ſcilicèt alia † ab eo ſimilia confecta inſtrumenta inſpi-
ciantur;



ciantur:Ita ſenſerunt Soc. Sen. conſi. 94: num. 7. lib. 1.
& cōſi. 101. num. 2. lib. 3. Dec. conſi 449. num. 27. idē
ſenſit Alex. d. conſi. 28. num 9. li. 2. quorum opinio du-
bitationem habere videtur, quia non ipſi notarij, ſed cō-
trahentes ſunt, qui cōſuetudinem, & per conſequens na-
turam contractus cauſant. ſcribūt enim permulti, (vt ſuo
loco dicemus)illum ſtylum,illamque conſuetudinem no
tariorum apponendi clauſulas in inſtrumentis nullum ad
ferre detrimentum contrahentibus,quippè qui conſen-
ſiſſe non videntur notario,vt illas adſcriberet.aliorū verò
fuit ſententia,eſſe incipiendam perſonam contrahentium
& ob id teſtibus probandam eſſe eorum conſuetudinem.
ita ſenſerunt multi ex his,quos infrà referam . & verè ego
pariter credo eſſe inſpiciendam perſonam cōtrahentium,
vt illas à quorum actib.conſuetudo(vt dixi) introducitur
ſed eorum voluntates eorumque actus dico etiam proba.
ri ex inſtrumentis notariorum : qui nihil de his ſcripſiſſe
dicuntur ab initio introducendæ conſuetudinis, quod nō
fuerit de voluntate partium.non enim accidentalia , ex
quibus data actuum frequentia,conſuetudo, & per con-
ſequēs natura inducitur & cauſatur,ſcriberere poteſt,no-
tarius in inſtrumentum ſine conſenſu & voluntate partiū
(vt infrà vberius dicam)ex ſolo ſuo capite . quocircà hæc
94 conſuetudo † & ſcripta notariorum & teſtibus probari
poteſt.vt in ſpecie affirmarunt Alex.d.conſi.28.nume.9.
10.lib.2.Soc.Sen.d.conſi.101.num.2.in fin.lib.3.& clarius
Neuiz.conſi.28.num.4.in fin. immò & atteſtatione Do-
95 ctorum,† qui ita de conſuetudine atteſtarentur , probari
poſſe;quemadmodum in ſpecie poſt Barba.conſi.85.co.
2.lib.2.docuit Purpuratus in l.certi condictio.§.ſi nūmos.
num.34. ff.ſi cer.peta.Quæ triplex probationum ſpecies
facta hîc eſt;vt ex actis conſtat . Eſt enim probatum mul-
torum teſtimonio,multiſque & huius notarij & aliorum
inſtrumentis confectis in hac regione; quòd hæ clauſulæ
à multis annis citrà couſueuerunt apponi in his inſtru-
mentis:quod quidem ſufficit.Nec enim requiritur,quòd
longum præſcriptionis tempus ſit decurſum,cùm ſit quæ
96 dam facti conſuetudo † & obſeruantia : ita reſpondit in
ſpecie Aret.conſi.11.col pen.verſic. ſed tamen ex ſupera-
bundanti.quem ſecuti ſunt Rochus Curtius in tractat.de
conſuetudine.num.28.Decius in l.vt liberis.nu.19.C. de
colla.in conſi.48.colum.1. verſic.& in tali conſuetudine
Purpur.in d.l.certi condictio.§.ſi nūmos.numero 21. qui
& Alexand. conſi.107.colum.penul.lib.2.recenſet . Et a-
pertè conſtat ex ipſis inſtrumentis & teſtib. hanc obſer-
uantiam fuiſſe ordinariam:quemadmodum à iure requi-
ritur;vt ſcribunt Felin.in c.cūm M.Ferrarienſis , numero
7.verſi.2.declaratio,de conſt.& ibidem recentiores.Rub.
in l.non ſolùm.§.morte.numero 87.de ope.nou. nun.qui
multis ſimilib.confirmat.idem ſcribit Euerardus in cen-
turia legali,in argumento ab vſitato & conſuetudine,ad fi
97 nem . Probatum etiam fuit hanc obſeruantiam † eſſe ita
contrahentium vniformem,vt etiam iura poſtulant,quod
reſpondit Alexand.conſi.5.numero 7.& numero 9 libro
quinto quem ſecuti ſunt Rubeus. in d. §. morte.numero
89.& Ripa.in l.qui Romæ.§.duo fratres . numero 49. de
verborum obligatione & dixi etiam ſuprà,dum de clau-
ſula pœnali diſſerui.Hactenus de naturalibus contractus
dictum fuit,ex quibus primam dubitationum partem par-
tem diſſoluimus:nunc de accidentalibus quibus vlt.diffi-
cultas explicabitur,dicendum ſupereſt.
98 Accidentalia † contractus alteriusue actus illa eſſe di-
cuntur , quæ poſſunt adeſſe & abeſſe præter ſubiecti cor-
ruptionem..Ita enim accidens à dialecticis diffinitur: &
à noſtris. vt apud Gomeſ. in §. in perſonam. numero 14.
Inſt.de actio.Coraſium , lib.3.miſcella. iuris c.10.nu.5.&
Vldaricum Zaſium lib.1.ſingul.reſp.cap.12. Accidentalia
99 † contractus ea eſſe Bald.cenſuit in l.pacta conuenta.ff.
de contra.empt.quæ præter contractum ipſum inducan-
tur:vt pactio eundi Romam.Ego opinor illa omnia dici
accidentalia actus,quæ contrahentium, agentiumue con
ſuetudine effecta non ſunt de naturalibus,vt puta, ſi con-
ſuetudo cōtrahētiū nō ſit,pœnā apponere pro contractus
obſeruatione,illa pœnæ appoſitio erit de actus acciden-
talibus.Ita pariter,ſi mos non eſt adhibere clauſulam cō-
ſtituti in inſtrumento venditionis,pro tranſlatione poſſe-
ſsionis,illa clauſula erit de accidentalibus.Et demum , ſi
clauſula hæc ad habendū,tenendum,poſsidendū, & quid
quid placuerit faciendū,non conſueuit apponi voluntate
diuidentium bona ſubiecta fideicommiſſo in ipſo inſtru-
mento diuiſionis,eo animo,vt cenſeatur per eos remiſſum
ius fideicommiſsi,illa clauſula illaque pactio ex ea reſul-
tans erit de accidentalibus diuiſionis. Hæc accidentalia
100 † nullo modo ad notarij officium ſpectent , ſed omninò
pendent à partiū voluntate & conuentione.Non enim po
teſt notarius ſcribere quod nec expreſsè,nec tacitè , ideſt
præſumptiuè à partib.dictū fuit : quemadmodū ſuprà de
ſubſtantialib. ſcripſimus.Et ex his cōſtat quæ ſit differētia
101 inter naturalia & accidentalia. De naturalibus † dicitur
notarius rogatus,quia preſumitur partes ita agere voluiſſe
& ideo tacitè dicuntur mandaſſe notario,vt illa in inſtru-
mento apponat.De accidentalibus non dicitur notarius
rogatus quia non præſumitur partes aliud voluiſſe vltra
ea quæ ſcripta fuerunt:quoniā,ſi,quid aliud agere voluiſ-
102 ſent,poterant exprimere; cùm datus eis ſit ſermo , † quo
animi ſenſum exprimere potuiſſent,iuxtà l. Labeo .ff. de
ſup.lega.Nunc facilè eſt diſſoluere propoſitam dubitatio
103 nem,an ſcilicet clauſula † iſta ad habendum , tenendum,
& quidquid placuerit faciendum ; adſcripta huic inſtru-
mento diuiſionis,cenſeatur appoſita ex ſtylo notarij ſine
partium conſenſu, vel ex conſenſu partium . Eſt inquam
facile hoc diſſoluere,quia aut volumus hāc clauſulam con
ſueuiſſe apponi ad hunc effectum remittendi fideicom-
miſſum ab his, qui diuidūt bona ſuppoſita fideicommiſ-
ſo: & tunc clarum eſt hanc claſulam cenſeri à notario ap-
poſitam de partium voluntate. Ea eſt ratio, quia ob con-
ſuetudinem dicitur effecta de natura illius actus diuiſio-
nis dictorum bonorum,& ob id ſi non fuiſſet appoſita à
notario,poſſet apponi,vt alia naturalia poſſunt Aut volu
mus hanc clauſulam ex conſuetudine diuidentium non
eſſe effectam de natura diuiſionis:ſed retinere ſuām eſſen
tiam,quæ eſt,ſit accidens quoddam:& tūc certū,eſt etiam
notarium ex ſuo capite eam non potuiſſe apponere:&ob
id cùm ſcripta reperiatur,præſumendum eſt ꝙ ſcripta fue
rit de partium voluntate.Quæ quidem ſententia multis ra
tionibus & Doctorum auctoritatibus ita vera demonſtra
ri poteſt.
104 Primò,in dubio ſumenda † non eſt interpretatio, qua
delictum inducitur.l.meritò.ff pro ſoc.Bar.in l.nō ſolum
§.ſed vt probari.ff.de ope.nou.nun cùm ſimilibus. Atqui
ſi diceremus,has clauſulas non eſſe adhibitas partium vo-
luntate,ſed ex ſolo capite notarij, eſſet delictum induce-
re:ergo dicendum eſt,quòd non à ſolo notario. ſed par-
tium conuentione appoſitæ fuerint . Illa minor propoſi-
tio vel ex eo probātur, quod ſcribit Bal. in rub. C. de fid.
inſtr.nu.10.& num.14.notarium non poſſe quidquam ſcri
bere,quod non audiuit vel non vidit . Quocircà non po-
105 teſt ſcribere † pecunias fuiſſe numeratas,ſi corā numeratæ
non fuerunt Bart.in l.ſing.nu.23.& ibi Iaſ.nu.45 ff.ſi cer.
peta.& egregiè Curt.Sen. conſi.56.Super proceſſu.col.1.
106 qui his ſimilia recenſet.& eo loci reſpondit,notariū † in-
cidiſſe in crimen falſi , ob id quòd appoſuerat clauſulam
ſubſtantialem in inueſtitura,cùm rogatus non eſſet à par-
tibus . Quanquam in eadem facti ſpecie conſultus Iaſon
conſi. 153.lib.ſecundo contra Curtium ipſum reſpondit.
107 Secundò accedit, quòd notario † creditur in his , quæ
ſpectant ad ſuum officium:ita Bar.in l.ſi librarius.numer.
3.de reg.iuris Ruinus conſilio 159.numero 16.lib. 2. Et e-
contra ei fides non adhibetur extra ſuum officium.Atqui
hæ clauſulæ non pertinēt ad officium notarij:vt ſupra di-
ximus.Non ergo præſumitur quòd notarius exceſſerit fi-
108 nes ſui mādati & officij: cūm delinquere † is dicatur, qui
facit quod facere non debet; vt qui omittit quod non de-
bet omittere. l. tutor qui repertorium. ff. de admi. tuto.
l. dolo. ff. ad l. Fal. & in ſpecie Cra. conſi. 75. numero 6.
Nec hîc dicatur,nullum à notario commiſſi delictum pu
nibile cum hoc faciat ex conſuetudine & more illo ſuo,
qui cùm tolleretur,excuſat,iuxtà gloſſ. cap . venerabili .
109 de conſuetudine quæ ait,mala † conſuetudinem excuſa-
re quam ſanè gloſſam ſingularem dixi Roma . ſingula.19.
Mos puerorum,& alia multa retuli libro ſecundo de arbi-
trarijs iudicum &c.caſu vltimo numero nono , decimo
Reſpondeo,quòd hoc procedit quando quis prætextu il-
lius conſuetudinis ignoranter fecit,credens illud ſibi lice-
re:atqui non contingit in caſu noſtro, in quo nulla præ-
110 ſumitur † ignorantia in notario,ſed peritia & ſcientia ſuę
artis,ita gloſſa in §.item ſi ſcriptum,inſti.de inutil.ſtipul.
Corneus conſilio centeſimononageſimoquinto libro pri
mo & plures ita aſſerentes recenſent Neuizanus.conſilio
vigeſimooctauo numero 19. & Socinus Iunior conſi.101
n. 3. numero

numero vndecimo verſic.præterea.libro 1.Præterea mala conſuetudo non excuſat à pœna peccati æternaq; , vt vna cum cæteris declaraui d. caſu vlt. num. 10. Et dubium nō
111 eſt, quin notarius † excedendo terminos ſui officii peccet,ex quo ſua cauſa rixæ & lites inter partes exoriuntur quæ non exorirentur , ſi diligenter & accuratè officium ſum exerceret,vt cum Baldo & cæteris infra dicemus:no-
112 tariorum imperitiam † ponere animas multorum magno in diſcrimine.& in ſpecie hac hanc rōnem ſenſit Claudius de Seiſellio in l.2.in prin.nume.40.ff.ſol.mat. dum in his his terminis declarando gloſſ.d.venerabilis,inquit,conſuetudinem hanc malam excuſare notarium à pœna temporali:non tamen efficere actum eſſe licitum. Quò igitur euitemus hoc delictum, ex quo nemo præſumitur imme
113 mor † ſalutis æternæ.cap.iuuenis,de ſponſa. cùm ſimilibus,dicendum eſt,notarium præſumi peritū, & ſuum officium rectè exercere;& nihil ſcribere preter partium voluntatem.
114 Tertiò confert,quòd illa interpretatio † in dubio ſumenda eſt,qua actus à ſapientibus & prudentibus reprehendi non poſſit.l.Saluius Ariſt.ff.de legat.præſt.& multi ſcribunt,quos retuli libro 2.de arbitrariis iudicum,&c. caſu 199.numero 8 Sed ſi diceremus,hanc clauſulam tanti poderis fuiſſe adſcriptam in inſtrumento à ſolo notario ſine partium conſenſu:reprehendi iure poſſet notarius à ſapientib.& prudentib.qui id non egiſſent,ſi ipſi negotiū illud tractaſſent,Non ergo præſumendumeſt, notarium id ſuo capite egiſſe.

Quartò ſuffragatur,quòd illa eſt recipienda interpreta-
115 tio quæ † iuri conſentanea eſt.l.ſi ſtipulatus.ff.de vſuris. Brun.conſ.35.nu.10.& ſcripſi d.caſu.169.nu.9 Atqui iuri conſentaneum eſt quòd notarius tanquam peritus & prudens,ſolùm ſcripſerit inſtrumento,quod à partibus dictū & conuentum fuit:ergo ita egiſſe præſumendum eſt in caſu noſtro.

Quintò huc pertinet,quòd ſumenda eſt in dubio illa in
116 interpretatio,quæ † eſt magis veriſimilis:ita poſt Craue, conſilio.135.numero 33.ſcripſi d.caſu 199.numero 10. Sed magis veriſimile eſt, quòd ex conſenſu & voluntate partium,& non ex ſuo capite appoſuerit hanc clauſulam,ergo hæc interpretatio ſumenda & probanda erit. Quòd hęc ſit magis veriſimilis,vel ex eo conſtat,quòd ea dicūtur eſ-
117 ſe veriſimiliora,† quæ legi conſentanea (vt hoc eſſe diximus)ſunt, c.audiris.vbi omnes de præſcrip.Bald.in l. qui accuſare,in fin.C.de eden.Cæpolla conſil.1.col.2.in criminalibus.Cur.Sen,conſ.73 .col.5.& Rui.cōſ.12.nu.4.li.5.
118 Sextò confert, quòd argumentari † licet ab abſurdo & inconuenienti euitando:l.nam & abſurdum.ff.de operib. lib.ratas.C.de reſcind.vend. cum vulgatis ſimilib.Atqui ſi diceremus,has clauſulas non fuiſſe adſcriptas voluntate partium,ſed ex ſolo capite notarii, ſequeretur hoc maximum abſurdum & inconueniens, quòd nunquam certi eſſemus quæ clauſulæ in partium conuentione eſſent appoſitæ:omnia.n.ſemper in incerto poſita eſſent. Quam ſanè incertitudinem lex deteſtatur . Videmus enim legem
119 vſucapionem & præſcriptionē in introduxiſſe, ne ſeper rerum dominia in incerto vagarentur.§. ſecūdo Inſtit.de vſucap.
120 Septimò mouet me,quòd in dubio ſumēda eſt illa † interpretatio, qua actus,qui geritur, non reddatur eluſorius.l.ſi quando,in princ.de leg.1.Crauet.conſi.25.nume.
121 7.& conſi.135.nume.25.Ita pariter ſumenda † eſt interpretatio,qua actus ſuſtinetur.l.quoties de reb.dub.& copioſè ſcripſi d.li.2.de arbitra.iudicum,caſu 199.nu.19.& nu.22. Sed ſi diceremus has clauſulas fuiſſe appoſitas ex ſolo capite notarii,eluſoriè appoſitæ dicerentur,& ipſa appoſitio vitiaretur.Ergo vt operentur aliquem effectum, & ne vitietur appoſitio , dicamus ex partium conſenſu & voluntate adſcriptas fuiſſe.

Octauò, plurimum vrget hæc argumētatio qua paſſim vtuntur Doctores.qui hanc opinionem tuentur , vt mox
122 referam.Recepta eſt omnium opinio ,quòd notarius† debet à ſe conſcriptum inſtrumentum coram partibus legere & vulgari ſermone declarare, antequam de eo rogatus dici poſſit.Ita Bart.in l.fideicommiſſa.§.1.de leg.3.Alex. in l.ſciendum.num.28.de verb.ob.copioſè Dec.conſ.79. num.3.Rubeus conſilio 14.numero 3.12.& Soc.Iun. conſi. 179.num.94.lib.2.Cæteros prætereo. Aut ergo notarius conſcriptum hoc inſtrumentum non legit & declarauit coram partibus.& tunc inſtrumentum eſt nullum . Aut legit & declarauit,& partes approbarunt, & tunc verba
123 quæ † notarii fuerunt ante publicationem & declaratio nem,publicatione & declaratione ipſa efficiuntur verb partium,non notarii. ita cenſuit Bald.in l. errore.C.teſt. & l.mater.nu.6.C.de rei vind.Et in ſpecie noſtra ita ſcribunt Soc.Sen.conſilio 159.col. 4.lib.2.Dec.conſi.450.nu. 3.& conſi.639.nu.9.& conſ.653.nu.6.idem in l.ſi librarius nu.4.de re.iur.

Nonò,accedit adhuc argumentū ab abſurdo & iniquo euitando:ſi enim diceremus,has clauſulas fuiſſe adſcriptas à notario ex ſuo capite ſolo & ex ſuo ſtylo , & non ex voluntate partium;ſequeretur hoc abſurdum & iniquum quòd ſcilicet ſcripſerit ea quæ à partibus nec cogitata
124 quidem fuerunt.Hoc patet.quia non præſumitur † aliquē velle in bonis ſuis fideicommiſſum.cùm ſit onus.l.cohæredi.§.cùm filiæ.de vulg.& pupil.ſubſtit.& ſcribunt Dec. conſi.336.in fin.Crauet,conſi.22.num.3.& conſi.180.in fi. Siluanus conſi.64.num.9.& num.25.ergo clauſula codicillaris non præſumitur cogitata à teſtatore,ſi expreſſa nō
125 fuit;cum per eam † fideicommmiſſum conſtituatur; vt ſcribunt omnes in l.verbis ciuilibus.de vulga.& in l.precibus.C.de impube.copioſè Ripa in l.Centurio.numero 79.de vulg.& Ruin.conſi.98.num.2.lib.2.Ita pariter non
126 præſumitur , quòd quis voluerit renuntiare † iuri ſuo. ita Dec.in l.ſi debitori.num.16.C.de pactis.Crauet.conſ. 242.num.6.& conſi.290.columna ſecunda,verſic.4 . non præſumitur.Cæteros conſi prætereo . Non ergo præſumitur quis voluiſſe inſtrumento diuiſionis adhibere clauſulam hanc.Ad habendum,tenendum,&c. qua fideicommiſſo renuntiatum cenſeatur.Neergo dicamus,notarium ſcripſiſſe etiam non cogitata à partibus,ſumenda erit interpretatio,& præſumendum;quòd notarius ex ſuo capi te & ſtylo eam non ſcripſerit;ſed conſenſu & cōuentione partium.

Decimò,noſtram hanc ſententiam confirmat non contemnenda diſtinctio & opinionum conciliatio Galliaulæ in l.prima in princ.numero ſexto de verb.obliga. quam non inprobat Tiraquell.in tract. de iura conſtituti . parte tertia limita.vltim.numero decimoquarto , Scribit Gal-
127 liaula,quòd aut clauſula † importat, quòd non poteſt rationabiliter dici contra mentem contrahentium eſſe ſcriptum & tunc ſtandum eſt illi clauſulæ, tanquam appoſitæ conſenſu & voluntate partium . Aut verò cōtinet aliquid quod veriſimiliter eſt contra mentem contrahentium; & tunc ſtandum eſt illi opinioni, quæ vult has clauſulas eſſe ex ſtylo notarij:& ob id nil operari. Nos hîc verſamur in illo primo caſu; quia verè hæc clauſula non eſt contra mentem contrahentium, vt mox ſubijciam , ergo &c.

Vndecimò,confirmatur præcedens fundamentum ea ratione,quia quòd hæc clauſula fuerit adhibita ex partium voluntate,vel ex ſolo capite notarij in dubio ( vt iam diximus,poſitum eſt;atque ita à coniecturis & præſumptionibus pendet. Quòd fuerit adhibita partium conſenſu, ſunt coniecturæ & præſumptiones ; vt ſupra retulimus: quòd verò fuerit à notario ex ſuo capite poſita,& conie-
128 ctura † ſumpta à ſtylo & conſuetudine ſua ita ſcribendi, iuxta l.ſi ſeruus plurium.§. vltim.de legat, prima. Atqui dubium non eſt, quin fortiores ſint coniecturæ , quæ demonſtrant clauſulam hanc fuiſſe ex partium voluntate ad hibitam.Et ſubius accedit illa , quòd ipſemet partes reſeruarunt ius fideicommiſſi confecti ab eorum patruo. Eſt ergo vrgens coniectura quòd ius huius fideicommiſſi
129 remittere † voluerint: vt docuit Crotus in l. qui Romæ. §.duo fratres. numero nonageſimaquarta , de verborum obligatione & ſcripſi in ſeptimo fundamento mei reſponſi,quod iam hac in cauſa reddi, vbi & alias coniecturas conſideraui.

* Duodecimò, ac vltimo accedit * magis recepta Do-
130 ctorum ſententia;qui quidem affirmarunt,clauſulas † has, quæ actuum accidentalia reſpiciunt,cenſeri adſcriptas in ſtrumentis voluntate partium.Ita Bald.in l.mater. num. 6.C.de rei vind.& in l.errore.numero 2.C. de teſta. & in l.2.nume. octauo C. de execu.rei iud.dum docuit, verba
131 † ſcripta in inſtrumento,quæ reſpiciunt factum partis,vt ſubſtantialia & accidentalia,cenſeri ſcripta de voluntate partium.Imola in l.filio præterito.col.8.verſi.& per prædicta.ff.de iniu.rup.& irri.teſta.qui apertè reprehendit Bart.in d.l.1.num.10.de iure.cod. Alex. conſi.142.nu. 11.lib.2.qui Imolam refert & ſequitur.idem Alex.conſili. 1.numero



1.numero 22.lib.3. Ruinus conſil.156.numero 17.libro 3. Corneus conſilio 195.in fin.lib.1.conſi.158.col.vit. lib . 2. conſi.194.numero 8. & conſil.225.col.penul.verſi.nec ob ſtat.lib.3.qui eiuſdem ſententiæ citat Caſtr.& Salicetum in l quoties.C.de hære.inſtr.qui verè hoc ſcribunt.Guid. Pap.conſi.194.In cauſa miſsionis. col.2. dum loquitur de teſtibus rogatis.Curt.Sen.conſi.50.Memoriæ recolendæ. col.58.verſi.dum autem vltimo loco . qui Baldum relatis iam locis ſecutus eſt:& illud refert ex Bart.Bald.& Ang. in l.ſed & ſi quis.§.vlt.ff.ſi quis cautio.& in l.vltim . idem
132 quæſijt.ff.de condic.indebiti.quòd illa clauſula, † ex certa ſcientia,ſpontè,non dolo & vi, &c.quæ quotidie à notarijs inſtrumentis appoſita cenſetur ex partium voluntate,Roma.conſilio 179.Et idem ſcripſit Bald.in repet.l.2. nume.55.C.de reſcinden.vendit.qui dixit ex inſtrumento
133 † tres oriri præſumptiones:quòd inſtrumentum ipſum ſit verum,quòd ſit ſolenne & quòd omnia verba ſint prolata à partibus . Quod ſanè dictum Baldi commendarunt Ruinus & Curtius Senior locis iam citatis . idem Curtius in repeti.l.admonendi.numero 134.& ibidem Iaſon in repetitione numero 145 in fine.ff. de iureiurando Vitalis de Camb.in tractat.clauſularum.in clauſula, ſimulationis.Ruinus conſilio 15.columna vltim.libro.2. Claud. de Seyſellio.in l.2.in princ.numero 42.ff. ſol. matr.Boer . in tract.de poteſtate legati à latere.numero 79.Decius conſilio 490.numero 10.Picus in l. Titia.§. Titia cùm nuberet.numero 100 in fin. de leg. 2, Gratus conſi. 112. num. 27.lib.2.Pariſius conſilio 10.numero 11.libro tertio Ripa in l.Centurio.num.83.de vulga.Neuiz.conſ.28.nume.14. Ant.Capicius deciſ.159.nu.42.Alciatus in trac.præſump. reg.3.præſump.13.nume.1.qui ex ſententia Decij conſilio
134 105.ſcribit , durioribus probationibus eum † affici , qui vult contendere, notarium aliqua ſcripſiſſe inſtrumento ſine conſenſu partium.Receptam hanc opinionem probauit quò ad contractus idem Alciatus in l.1.§.ſi quis ita. numer. 12.de verbo.obliga.dum ita diſtinguit. Aut.loquimur in actu vnius puta teſtamenti.& tunc procedit opinio Bart.in d.l.1.q.6.in fin.de iure cod. quod ſcilicet non præſumitur appoſita clauſula voluntate teſtatoris , qui
135 † non videtur cogitaſſe vim illius clauſulæ codicillaris,vt extraneos præponeret ſuo ſanguini.l.cum auus.ff.de condi.& demonſtr.l.cùm acutiſsimi. C.de fideic. quod & in ſpecie prius ſenſit Curt.Iun.in auth.ex cauſa.num.74.C. de liber. præter.Aut loquimur in contractib . ( vt noſtro in caſu)atque ita in actu pendenti à voluntate duorum,& tunc præſumitur clauſula appoſita conſenſu contrahentium;cùm ſemper alterius eorum voluntatem reſpiciat. Et hoc in caſu intelligit Alciatus l.vltim. C. de fideiuſſ. Quod declarat,niſi enormiſsimè alter contrahentium læderetur.Quę ſanè diſtinctio ſi vera eſt,non parum noſtræ ſententiæ ſuffragatur.Attamen vt ingenuè dicam quod ſentio)non parum dubito an vera ſit tanti viri conſideratio:quandoquidem Alciatus in ſuo illo primo capite diſtinctionis reſtringit doctrinam Bart.in d.l.1. q. 6.de iure cod.ad caſum,quando teſtator inſtituit extraneos,& ſuos excludit.Quod quidem opinioni Bartholi,qui abſolutè loquitur,parum conuenit.Imò repugnat aſsiduæ teſtato-
136 rum conſuetudini,quæ eſt fideicommiſſa† inter ſuos,quò familia conſeruetur,conſtituere.Sed concedamus teſtatorem inſtituiſſe extraneos,& nullam rationem habuiſſe ſui ſanguinis: adhuc dicendum erit aduerſus Alciatum, quòd quemadmodum teſtator in inſtitutione extraneos
137 prætulit ſuo ſanguini;ita eſt præſumendum † voluiſſe præ ferre in caſu adhibitæ clauſulæ codicillaris. iuxta l. Publ. §.1.ff.condi.& demonſtr.docuit Bart.in l.Lucius.num.18. in fin.de vulg.& reſpondere Dec. conſi.427.nu.3.& Craconſi.62.nu.7.Cæteros ex induſtria ſilentio inuoluā:cùm clari iuris hæc ſit . Ita pariter illud ſecundum caput diſtinctionis Alciati multum dubitationis habet:cum ab eo conſiderarata ratio cōmunis ſit vltimæ diſpoſitioni, quæ ſemper ad vnius commodum & vtilitatem eſt: cum alterius damno, quemadmodum ſunt & ipſi contractus. Hæc apertè ſatis oſtēdunt hanc eſſe & veram & receptam Doctorum ſententiam. Quæ quidem clara magis apparebit, confutatis nonnullis argumentationibus quæ obijci ſolent:quæque à me validius atque vberius quàm fieri conſueuit,conſiderabuntur.

Primò,ita aduerſus relatam veram ſententiā argumentari poteſt.Hæ clauſulæ,quæ inſtrumenti confecti acciden talia reſpiciunt,à notarijs apponuntur,& non à voluntate partium quæ dum ignorant(vt infra dicemus)ita non dicuntur mandare.Atqui notarii ignorant vim huius clauſulæ,& ſimilium.Non ergo ſua ignorantia debet alteri obeſſe
138 illa minor,quod ſi notarii ignorent vim harū clauſularū,pbatur auctoritate multorū,nēpè Bald.conſ.5. Viſo,li.quē ita Ripa & Neuiz.quos nunc referam,allegant in meo codice eſt conſi.6 Viſo teſtamento Bartholucij,libr.4.Inquit
139 Baldus,quod nimia imperitia† notariorum deſtruit mundum & ponit conſcientias multorum in magno diſcrimine.Et Angelus conſ.338.incipit,ſer Simon,ſcribit, notariorum
140 imperitiam cauſare difficultas,† & teſtatorū voluntates ſubuertere. Et cum Angelo & alij plura de notariorum ignorantia ſcribunt Ripa in l.centurio.nume.83.de vulga. & pupill.ſubſit.& Neuiz.conſi.28.num.11.& num.12.Quibus accedit Iaſ.conſi.97.col.2.li.4.Cagnolus in l.ſi librarius.nu.2.de reg.iuris. Quod maximè vſuuenire videmus in notarijs,qui oppida & vicos habitant.Nam,cùm nunquā cum peritis & doctis conuerſantur, imperitiſsimi ſunt & ignorant penitus quod agūt. Quod ægrè ferendum eſt. Illa verò pars concluſionis,quòd ſcilicet ignorantia noce
141 re non debeat partibus,& ratione & auctoritate multorū probatur.Ratione inquam , quia alteri per alterum iniqua conditio inferri non debet.c.alteri, de reg.iuris, in 6. cum vulgatis ſimilibus.Auctoritate verò probatur,nempe Alber.in l.vlt.ff.ad Senatuſcon.Velleia.dum docuit, ſi notarius aſſerit mulierem à ſe certioratum renuntiaſſe diſpoſitioni S.C.Velleiani. & interrogetur , quid diſponat illud ſenatuſconſultum;& dicat,ſe ignorare,illa renū-
142 tiatio † nil operabitur.idem docuit Alexand.in l.vlt.ff.ad S.C.Velleia.in annotata.ad Bartholum. idem Alex . in l. ſciendum.nu.33.de verbor.obliga.olios recenſet.idem reſpondit Dec.conſi.105.col. 4.& Bertrandus conſi. 77.ad fi
143 nem lib.1.qui de clauſula † codicillari idem reſpondit.Et hos recenſet & ſequitur Ripa in l. Centurio. nume.88.de vulga. Quibus accedunt Signorolus conſ.216.num.1. Soc. Sen.conſi.263.in fin.li.2.& Marſil. in rubr.ff.de fideiuſſo. num.39.Et in ſpecie,quòd notariorum ignorantia nocere non poſſit contrahentibus,clarè probat.l.vlt.in fin. & ibi glo.C.de fideiuſſo.& docuit Iaſ.in l.errore.num.6.C. de teſtam.

Huic argumentationi facilè eſt ex iam dictis reſponde re.Et primò reſpondeo, illam maiorem propoſitionem, quòd notarius ſola ſua voluntate adſcribat has clauſulas in inſtrumentis,non eſſe pro conſtanti admittendā, cùm de ea nunc diſputari contingat.Immò ex iam dictis apparet eſſe falſam. Et quòd dictum fuit , partes non cenſeri mandaſſe ex quo ignorant ; ex infra dicendis erit ſatisfactum.Secundò reſpondeo , illam minorem propoſitionē non eſſe veram,quòd ſcilicet notarij ſint imperiti & igna
144 ri:quia lex iudicat † & præſumit doctos, & peritos artis ſuæ vt dixi ſupra;& quò nihil, quod non ſit ex conſenſu partium,faciant. Tertiò reſpondeo. non poſſe hos aduer-
145 ſarios imperitiam notarij allegare;cùm † ex certa ſcientia ſe contraxiſſe & egiſſe ſcripta in inſtrumēto profeſsi fuerint, quemadmodū ſignificat illa clauſula, ex certa ſcientia &c.appoſita in inſtrumento,vt in ſpecie docuit Bald. in l.mater.num.5.C.de rei vindi.qui proptereà ait.ita cōſentientem non poſſe allegare etiam proprium errorē & ignorantiam, cum confeſſus ſit ea omnia eſſe vera : potuit enim,ſi ignorabat quod agebatur, non conſentire.Et verba notarij(inquit Baldus,& dixi ſupra)verba contrahentium ſunt. Quocircà non ignorantia & imperitia notarij contrahentibus nocet,ſed ſua eorum voluntas.Hinc vera non eſt illorum opinio , qui opinati ſunt,renuntiationem S.C.Velleiani non obeſſe mulieri; ſi interrogatus notarius neſciat reſpondere , quid ſenatuſconſulto illo cautum fuerit. Nam ab eorum opinione diſſentiunt, & rectè, Alexand.in l. ſciendum.numero trigeſimo tertio, in fine de verborum obligationibus Alciatus in tractat.præſum ptionū regula tertia præſumptione decimatertia numero tertio,Cæpolla caut.centeſimo nonageſimaſexta , Notarius.Qui & ea ratione mouentur,quia non in poteſtate notarij ex poſt facto contrahentibus ex ſua confeſſione præiudicare,quemadmodum nec teſti † creditur aſſe-
146 renti ſe falſum teſtimonium dixiſſe.l.ſi quis in graui . §.1. vbi Barthol.ff.ad Senatuſconſultū Syllan. & ſcribunt mul-
147 ti.notarium † aſſerentem ſe aliquando confeciſſe falſum inſtrumentum,partibus non præiudicaſſe.ita Baldus Angelus & Alexander,quos refert & probat Boe. q. centeſimaquinquageſimaquinta,in fi.Quibus addo Bal.&Sali.in

n. 4. l.genera

l.generaliter.col.1.C.de non num.pec.& Alex.conſil. 133.
in fin.lib.7.& Petrum Plancam lib.1.epit.de elicto.ca.13.
num.20.

Secundò itaque loco aduerſus iam firmatam opinionẽ
ita argumentari poſſe videtur,admiſſo,hanc clauſulam e-
tiam ex partium voluntate fuiſſe appoſitam , attamen ad
huc nihil operari videtur:quod hac ratione ſuaderi poteſt
148 † Ignorantia ignoranti,vt nec alteri , nocere non debet,
maximè in damno euitando: cùm is qui ignorat,conſenti
re non dicatur.l.tres fratres.ff.de pactis.l.qui cum tutori.
bus.ff.de tranſactio.& l.ſi de certa.C.eod.Et in ſpecie no
ſtra reſpondit Signorol conſi.216.numero 1.& copioſius
ſcribit Marſil.ſing.18.Quotidie. Atqui contrahentes igno
rant vim & effectum clauſularum,que in inſtrumentis ad-
149 hibentur , quemadmodum de verbo † inſtituo , & verbo
relinquo,admonuit Bald.in l.quoties,numero 3.verſicu.
vulgares . C. de hæred. inſtit.admonuit inquam,illorum
verborum differantiam à vulgaribus ignorari:& ob id ſę-
pe filios inſtituunt ſub illo verbo relinquo . Ita quoque
vulgares homines ignorant vim & effectum illius clauſu-
150 læ † renuntiationis conditionis indebiti , ſine cauſa , &
omni legum auxilio : & propterea renuntiatio ab illis ita
facta non nocet.vbi docuit Bart.in l.vlt.§ . idem quæſijt.
numero 2.de cond . indebi . quem ita intellexit Marſil.d.
ſing.18.qui Alex.Decium & alios recenſet.Ita pariter his
ſimilia recenſet Barbatia inter conſilia Alex. conſilio 52.
numero 29.libro ſecundo & clarius in ſpecie Socin . Seni.
conſilio 93.numero 27.libr.4. Quemadmodum ergo non
nocent illis in caſibus,ita nec in hoc noſtro, qui ab illis
nulla ratione differt. Hæc argumẽtatio,quæ alioqui à no-
ſtris ad veriorem opinionem confutandam conſiderari,
etſi non ita plenè,conſueuit; nihil.ſi rectè perpendatur,
concludit.Non enim concludit,notarium non appoſuiſ-
ſe has clauſulas conſenſu partium:quia imò conſenſerunt
quòd ita ſcriberetur, cùm publicatione facta approba-
runt ſcripta.Solùm ergo argumentatio probat ſcipta illa
non nocere, quippè quòd ſcripta fuerint cõſenſu erroneo
ipſorum contrahentium . Quocircà nihil hoc ad nota-
rium attinet:cùm is nec dolo,nec vi eos compulerit.vt ita
agerent.

Secundò reſpondeo,quòd etiam illa ignorantia nocet
151 ita conſentienti,cùm ſit ignorantia † iuris,quæ hominem
non excuſat.l.iuris ignorantia,C.qui admitti.& ibi ſcri-
bentes omnes Alciat.in tract.præſumpt.reg.3.præſump.
31.Cui addo Iaſonem conſ.28.lib.3.& Carolum Ruinum
conſil.139.in fin.li.2.Nec in caſu noſtro dici poteſt, igno-
rantiam iuris prodeſſe ad damnum euitandum;vt cenſue
runt omnes in d.l.iuris ignorãtia,& relati Doctores, quia
verè hic non agitur de damno euitando,cùm tempore
tranſactionis dubius eſſet rei euẽtus: nec vnus magis po-
terat quàm alter ſibi promittere certam cauſæ victoriam.
152 Quo fit,vt damnum † vnus plus altero ſibi inferri conque
ri voluerit.iuxtà l.de fideicommiſſo.C.de tranſact. & ibi
Dec.ſimilia recenſet.& multò plura Tiraq.in l.ſi vnquam
in verbo,donatione largitus.numero 128.C.de reuoc.do-
nat.& Crauet.conſi.114.num. 13.& Gram.deciſ.101. num.
74.Nec repugnat illa doctri. Bart.in d.l.vlt.§.idem quæ-
ſijt.nume.2.de cond.indeb.quia reſpondetur,Bartholum
loqui , quando iam conſtat illum renuntiantem indebitè
renuntiaſſe.nam tunc eo errore,quo quis renuntiauit,eo-
dem ductus videtur ad adhibendam clauſulam illam renũ
tiationis indebiti & omni legum auxilio,& clauſulam, ex
153 certa ſciẽtia,&c. Nam ea facilitate qua † is ductus fuit ad
remittendum indebitè ius ſuum;eodem inductus credi-
tur adhibere clauſulas. l.doli.§.diuerſum. ff. de nouatio.
Secus eſt quando ſumus in dubio . quòd ſcienter vel non
quis renuntiauerit,vel aliud egerit.Nam tunc creditur no
154 tario † ita fuiſſe ſcriptum conſenſu & voluntate partium
Quemadmodum in ſpecie noſtra Bartholum interpreta-
tus eſt Ant.Capicius deciſ.159.numero 42.idem ſenſerũt
Dec.conſi.475.numero 29.Ruin.conſil.134.nume.7.libr.
1.& Iaſ.in d.§.idem quæſijt,nume.5.ſi rectè perpendatur.
Et ideo docuit egregiè Bald.in l.mater.C.de rei vind.&in
l.2.C. de reſcind.vend.quem ſequitur Alciatus in tractat.
præſump.reg.3.præſump.13.numero 5.credi notario aſſe-
renti inſtrumentum ex certa ſcientia partium confectum.
155 niſi † apertè contrarium probetur.Cùm ergo in caſu no-
ſtro non ſolùm verſetur in caſu dubio,ſed in claro & cer-
to,quòd ſ. hi tranſigentes certi fuerint de his, quæ à ſe ge-
rebantur, ſequitur dicendum , renuntiationem ab eis fa-
ctam,ſibi nocere. Quibus intelligimus malè Marſil.d.ſin.
18.fuiſſe interpretum Bartholum.quòd ſ.homines vulga-
res ignorent vim harum clauſularum.& ob id ſibi nõ præ
iudicare.Nòn enim hoc aſſerit Bartholus,ſed illud, quòd
data ignorantia facti principalis,eis non non nocent clau
ſulæ hæ acceſſoriæ.

Tertiò & vltimò aduerſus noſtram & priùs aliorũ ſen-
tentiam,multorum auctoritates adferuntur:& maximè in
ſpecie reſponſum Barbatiæ.conſi.48.col.7.verſi.& ideo
156 dicit.lib.2.qui reſpondit † clauſulam,Ad habẽdum,tenẽ-
dum,&c.non operari fideicommiſsi renuntiationẽ, cùm
cenſeatur potius ſtylo notarij quam volũtate partium ad-
ſcripta inſtrumento diuiſionis bonorũ. Quæ ſanè doctri-
na multis illi ſimilib. comprobatur.Ita enim ſibi confert
illud Bar.in l.1.quæſt.6.in fi.num.10.ff.de iure cod. ꝙ clau
157 ſula † codicillaris non operatur fideicommiſſum;cùm nõ
voluntate teſtatoris, ſed notarij conſuetudine adſcripta
cenſeatur.Et in ſpecie clauſulæ codicillaris Bartholũ ſe-
cuti ſunt idem Barb . conſilio 60.columna prima libro 2.
Soc.Sen.conſi.250.col.vlt.lib.2.& conſi.93.num.27.libr.
4.Dec.conſili.394,nu.8.Bart. conſili.170.libro primo &
conſi 71.lib.3.Ripa in l.ſi vnquam.numer. 43.C.de reuo.
don.Soc Iun.conſi.153. numero 4.lib.2. Curt Iun. conſil.
101.numero 10.& in auth. ex cauſa.numero.74.C.de liber
præt.Rubeus conſil.112.in fin.& Gramma.deciſ.62.num.
22.Ita & ſecundò docuit Abbas in c.cùm contingat.num.
23.propè medium,de iureiuran.clauſulam illam renuntia-
158 tionis appoſitam † inſtrumento , in quo filia renuntiat
cum iuramento bonis paternis & maternis , nil operari,
cùm non partium voluntate,ſed conſuetudine notarij ſit
appoſita.idem reſpondit Curt.Iun.conſi.101.numero 11.
159 Ita tertiò,idem de clauſula renuntiationis,† fraudis & do
li,reſpondit Barb.conſi.42.col,8.verſi.& ideo non con-
ſtat.lib.2.& Soc. Iun.conſi.116.num.21.lib.2.Ita & quartò
160 de clauſula † abſolutionis & liberationis debitoris, vt ad
cogitata & non cogitata extendatur. Barb.conſi.16.colu.
1.lib.2.& Soc.Sen.conſi.103.col.3 in fin.lib.3.& Pariſ.con
ſilio 20.nu. 87.lib.1.Ruin.conſi.98.col.vlt.lib.1.Quintò,
161 idem de clauſula iuramenti † apposita inſtrumento dona
tionis.Barba.conſi.43.col.7.verſ.capio modò tertiam,li.
2.Et alios recenſet Tiraq. in præfat.ad l.ſi vnquam.num.
172.C.de reuo.don.

Sextò,eſt ſimile quod reſpondit Bert.conſi.74. colu.2.
162 lib.2 . clauſulam illam † appoſitam donationi factæ filio
contrahenti nuptias, quòd contemplatione matrimonij
& filiorum pater donat,eſſe ex ſtylo notariorum:&ob id
nil operari.

Septimò accedit quod reſpondit Vincentius Palæotus
inter conſilia Curtius Senior conſilio 3.de clauſula renun
tiationis, qua diſpoſitio l.ſi vnquam.C.de reuoca.donat.
163 tollitur.

Octauò.ſimile eſt,quod de clauſula † fideicõmiſsi,pro
ſe & legitimis filijs tantùm reſpondit Dec.conſi.399.colu.
pen.verſ.& ex his.

164 Nonò accedit quod de clauſula † renuntiationis appel
lationis appoſitæ inſtrumento depoſiti, reſpondit Cardi
nalis conſi.120.in fi.

165 Decimò,confert ſimile de clauſula, promiſit † attendere,
obſeruare,& non cõtrauenire &c.appoſita donationi cau
ſa mortis.ta reſpondit Corn.conſi.126.nu. 2.in fi.li.1.quẽ
ſecutus eſt Dec.con.305.col.2.& Ferrarius cautela 30.in fi.

166 Vndecimò,de clauſula renuntiationis † læſionis enor-
mis & enormiſsimæ appoſitæ inſtrumento tranſactionis,
idem reſpondit Corn.conſ.189.col.2.li.1.

167 Duodecimò eſt ſimilè, quod de clauſula † renuntiationis
exceptionis non numeratæ pecuniæ reſpondit idem Cor.
conſi.293.nu.8.in fi.li.4.

168 Decimotertitò,idem de clauſula,pro ſe † hæredibus &
ſucceſſoribus appoſita fideicommiſſo reſpondit Soc.Iun.
conſi.158.nu.18.li.2.

169 Decimoquartò eſt ſimile,quod de clauſula † reſeruatio
nis appoſita inueſtituræ feudali,reſpondit Pariſ.conſi. 6.
nu.22.lib.1.

170 Decimoquintò confert,quod de clauſula † inſtituit, &
ſubſtituit,appoſita in teſtamento dum ſubſtitutiones fiũt
reſpondit Pariſ.conſi.73.nu.50.li.2.

171 Decimoſextò,idem de clauſula † promittens non reuo
care prædictam donationem ex cauſa etiam ingratitudi-
nis,ſcripſit Ripa in l.vlt.nu.181.C.reuo.dono.

172 Decimoſeptimò eſt ſimile,quod de clauſula † illa.morũ.
honeſtas



honeſtas & vita laudabilis &c.appoſita reſcriptis gratio-
ſis, & reſpondit Ripa lib.2.reſpon.cap.34.nu.7.

Hæc multorum traditione veritati minimè obeſſe vel
poſſunt, vel debent:quandoquidem horum omniũ aſſer-
tio nititur precipua illa Bartoli in l.prima, numero de-
cimo in fine de iure codicillorum. traditione: quæ vti
falſa eſt(quippe nec ratione fulcitur)ita cæteros omnes in
hunc errorem traxit.Et venit nunc in mẽtem illud quod
aliquando legi apud Dec.conſi.481.ad finem.nempe Do
ctores noſtros ſæpè cõſueuiſſe imitari aues, quarum vna
ſi volat,cæteræ volant. Hoc etiam dicam parum eſſe tri-
buendum illis Doctoribus qui aliqua de re pugnãtia ſcri
pſerunt,propriam detegentes inconſtãtiam:tum quia in-
certi ſumus, quid illi ea de re ſtatuerint:tum quia incon-
173 ſtans † vti mendax fidem perdit,iuxta l.1. C.de furtis. &
l.qui falſo vel variè.ff.de teſtibus.Accedit ꝙ illi nõ vt ve-
174 ritati † inſeruirent , ſed amico & auro argentóve , modò
vnam modò alteram amplexi ſunt opinionem . Quod vel
ipſo vſu cõpertum eſt.Sed ad rem,Barbatiæ itaq; deferen-
dum multis rationibus non eſt.Nam hac in re variauit,cũ
in cap.quòd tranſlationem.num.26.de offi.deleg.diſſen-
tiat à Bartolo,vt etiam facit conſ.6.col.vlti. & conſil.54.
col.penul.libr.3.& vberius in cap.Raynaldus,col.109.de
teſtament.Et licet ipſe Barbatia hoc intelligat procede-
re;cùm communis eſt omnium notariorum conſuetudo
apponendi has clauſulas,attamẽ hoc nihil obeſt, quãdo-
quidem & idem eſt;cùm illius notarii rogati conſuetudo
175 eſt,ex quo rogatus † cenſetur ſecundum qualitatem ſuæ
perſonæ.argumento l.plenum.§. equitii.de vſu & habi-
ta.Et infinita propè ſimilia congeſsit Afflict.in c.1.num.
18. ex quibus cauſis feudum amitt.Præterea leuis eſt au-
176 ctoritas Barbatiæ,† cuius traditiones eſſe paruifaciendas
ſcriptum reliquit Rodericus Suarez in l.fori prima del-
las Ganuncias.nu.44.Et de imperitia & audaci ignoran-
tia ſcripſi ex multorum dictis in commentariis de recupe
randa poſſeſsione,Remedio 14.num.57.Rurſus Barbatia
ſolùm motus eſt auctoritate Bart.in d.l.1.q.6.in fine.de
* iure codic.contra quem eſt verior & * receptior ſenten-
tia,vt nunc ſubiicio.Non itaque repugnat primum ſimi-
le ex doctrina Bartoli,quoniam nec lege,nec ratione Bar
tolus id ſcripſit. Et aduerſus eum eſt magis probata ſnĩa.
Ita enim ab eo diſſentiũt viginti tres grauiſsimi iuris in-
terpretes,quos retuli ſuprà in 12.fundamento huius no-
ſtræ opinionis. Qua Bartoli opinione, vti præcipuo ad-
uerſariorum fundamento conuulſa, corruũt cætera ſimi-
lia,quæ relata fuerunt. Quemadmodum illud tertium ſi-
mile de renuntiatione,quæ verius conſenſu partiũ quàm
notarii ſtylo dicitur appoſita:vt in ſpecie reſpondit Grã-
ma.conſi.128.num.6.in ciuilibus.Ita pariter cætera ſimi-
lia corruunt. Quod vel ex eo maximè dicendum eſt,quia
177 argumentatione † ducta à ſimili ſunt admodum leues &
infirmæ? quemadmodum ſcriptum reliquit Euerardus
in centuria legali,in loco à ſimili. His concludo,abſoluẽ-
dum eſſe notarium ab hac moleſtia,& cõtra actores pro-
nuntiandum fore,illas ſcilicet clauſulas eis nocere.

Iacobus Menochius I. C.

## *SUMMARIUM.*

1 *Emphyteuta vel vaſallus vendens vel alienans emphyteuſim vel feudum, vel ſi filius vtile dominium, quod erat apud ſe transfert in acquirentem,res incidit in commiſſum,& domino directo applicatur.*

2 *Conſenſus domini directi, qui in feudi alienatione requiritur, ab initio ab ipſo actu, & facto alienationis adhiberi debet.& nu.32.*

3 *Proteſtatio quæ non pendet a ſola proteſtantis voluntate & facto, ſed alterius, vel à lege,& illi proteſtationi cõtrariatur factum, illa proteſtantem non iuuat.*

4 *Proteſtatio clam facta non ſuffragatur proteſtanti.*

5 *Proteſtatio ſaluo iure domini clam facta,quomodo dicatur à vaſallo in alienatione feudi.*

6 *Proteſtatio in præiudicialibus,nihil releuat.*

7 *Verborum artes non proſunt in re facta,& quomodo procedat.numero 36.*

8 *Vaſallus qualiter alienare poſsit feudum cum proteſtatione, ſaluo conſenſu domini.*

9 *Vaſallus alienans feudum in potentiorem,& domino directo inconſulto in eum eſt translatum dominium, & poſseſsio,& alienãs incidit in pœnam caducitatis,etam adhibita quacunque ſolenni proteſtatione.& nu.43.*

10 *Et quæ huius dicti ſit ratio.*

11 *Emphyteuta ſeu vaſallus in alienatione emphyteuſis vel feudi qualiter proteſtari debeat de conſenſu domini directi.*

12 *Alienatio feudi qualiter fieri poteſt, ne vaſallus cadat à iure ſuo.*

13 *Alienatio ſub conditione facta non eſt alienatis, & qua de cauſa.*

14 *Contractus ſub conditione celebratus reſoluitur ipſo iure non verificata conditione.& nu.16.*

15 *Gratia conditionalis imperfecta eſt, quia eius effectus ſtat in ſuſpenſo,*

16 *Neque beneficium afficit.*

17 *Emphyteuſis vel feudum alienari poteſt ſub conditione,ſi domino placuerit, & alienans non cadit à iure ſuo,etiamſi translatum ſit dominium.*

18 *Vel cum clauſula hac.accedente tamen beneplacito & conſenſu domini.*

19 *Vel ſub pacto legis commiſſoriæ, vel adiectionis in diem.*

20 *Contractus venditionis conditionalis appellatur purus ſi per euentum conditionis reſoluitur ex retro.*

21 *Vaſallus alienans feudum cum clauſula ſaluo conſenſu domini, nõ cadit á iure ſuo,modò res alienata facilè poſsit recuperari.& nume.24.*

22 *Verba hæc,nec aliter,nec alio modo,præciſæ conditionis ſunt.*

23 *Et formam ſignificant.*

24 *Vaſallus alienans feudum non obſeruatis debitis ſolennitatibus, adeò quòd nulla ſit alienatio,non cadit à iure ſuo,etiamſi tranſtuliſset dominium & poſseſsionem, modò non ſit difficilis recuperatio.*

25 *Clauſula,ſaluo iure domini in alienatione feudi, idem operatur vt clauſula,neo aliter,nec alio modo.*

26 *Ablatiui abſoluti conditionem faciunt.*

27 *Conſentiens ſaluo iure alicuius dicitur conſenſiſse conditionaliter.*

28 *Appellans à ſententia viua voce,cùm debuiſſet in ſcriptis appellare,cum hac clauſula,ſaluo iure appellãdi in ſcriptis,non videtur priuatus ab appellatione in ſcriptis.*

29 *Verba in alienatione feudi ſaluo conſenſu domini.ſunt limitatiua & reſtrictiua,& reſtringunt præcedentem diſpoſitionem ad illum ſolum caſum de quo actum eſt.*

30 *Vaſallus vel emphyteuta alienans traditione non facta, non cadit à iure ſuo.Et quæ ſit huius dicti ratio.*

31 *Alienatio recipit robur à traditione,alias dicitur pactum de alienando.*

32 *Conſenſus domini in alienatione feudi per vaſallum quo tempore ſufficit vt interueniat.*

33 *Conditio habet hanc naturam, vt verificata omnia a principio fingat interueniſse.*

34 *Clam quid factum non dicitur,cùm coram pluribus factum eſt.*

35 *Impedito nullum currit tempus.*

36 *Regula illa,quòd verborum artes non proſint in re facta, quomodo procedat.*

37 *Proteſtatio ſaluo conſenſu domini in alienatione feudi, quando ſeu quo tempore ſit neceſſaria.*

38 *Proteſtatio ſeu clauſula in vna parte inſtrumenta poſita, cenſetur repetita & in alia,quia inſtrumentum eſt vnum totum.*

39 *Clauſulæ conſtituti & precarij ſunt acceſſoriæ,& regulantur ſecundum ſuum principale.*

40 *Proteſtatio ſeu clauſula in vno actu poſita quando & quomodo in alio repetita dicatur.*

41 *Animus & voluntas eadem præſumitur in duobus actibus eodé tempore factis.*

42 *Proteſtatio generalis extenditur quoque ad futura.*

43 *Dictio ſemper,actum ſucceſſiuum ſignificat.*

44 *Clauſula conſtituti in alienatione feudi,cum proteſtatione ſaluo cõſenſu domini nihil operatur.*

45 *Alienatio emphyteuſis in potentiorem non eſt prohibita.*

46 *Et quomodo procedat.*

47 *Potentior illud nomen quomodo intelligatur.*

48 *Eccleſia dicitur perſona potentior in quã liberè emphyteutica trãſferri non poſſunt,ſi exempta eſt.*

49 *Verba hæc in alienatione feudi poſita . nec aliter, nec alio modo, nihil per ſe operantur & ſignificant,ſed ſolùm illam diſpoſitionem & actum cui adijciuntur, vt eſt ſub aliqua forma factum confirmant.*

50 *Et declarant melius mentem alienantis enixam & claram.*

n. 5. CON-

## CONSILIVM XXXVIII.

# Initium à Domino.

HAC in propoſita facti ſpe-
cie,an Magnificus D. Gaſ-
par emphyteuta eccleſiæ
ſanctæ Mariæ emphyteu-
ſim iure amiſerit,quòd in-
conſulto Reuerendo Do-
mino Præpoſito ipſius ec-
cleſiæ eam emphyteuſim
alienauerit, illiúſq; domi-
nium vtile tranſtulerit in
emptorem ob vim clauſu-
læ conſtituti:dicendum vi-
debatur incidiſſe in pœnam caducitatis, etſi adiecta fue-
rit illa clauſula,ſaluo ſemper conſenſu & beneplacito do-
mini directi.Quòd inquam reſpondendũ ſit contra hunc
emphyteutam multi facere videtur:nam ſatis fundata vi-
detur intentio Reuerendi Domi.Præpoſiti, quia vera eſt
* & * recepta iuris & doctorũ ſententia,quòd quando em-
1 phyteuta † vel vaſallus vendit,vel alienat emphyteuſim,
vel feudum & illius vtile dominium, quod erat apud ſe,
trãsfert in acquirentem,res incidit in commiſſum,& do-
mino directo applicatur.iuxta l.3.C.de iure emphteuti.&
in cap.1.quibus modis feudum amittatur.ſolùm eſt dubi-
tatio, an d.D. Gaſpar.emphyteuta hoc in caſu excuſetur
ob adhibitam proteſtationem ; ſaluo ſcilicet beneplaci-
to & conſenſu domini.Qua in re dicendum fortè eſt,non
excuſari.

2 Primò ea ratione,quòd conſenſus † domini directi, qui
in feudi alienatione requiritur ab initio in ipſo actu & fa-
cto alienationis adhiberi debet.ita reſpondit Socinus Iu-
nior conſilio ſeptuageſimoſeptimo,num.114.libro1. At-
qui in caſu hoc noſtro,nec ab initio,nec ex poſt interceſ
ſit iſte conſenſus, cùm & alienatio & dominij tranſlatio
ſine eo facta fuerit:ergo errauit emphyteuta alienãdo,eo
conſenſu non adhibito.

3 Secundò accedit,quòd quando proteſtatio non † pen-
det à ſola volũtate & facto proteſtantis,ſed alterius per-
ſonæ,vel etiã à diſpoſitione legis & illi proteſtationi cõ-
trariatur factum,illa proteſtantem non iuuat.ca.gratum,
de appellationibus. Et in ſpecie Bald.in capitul.Cuma-
na.numero 3.de electıon.Calca.conſilio quinquageſimo
primo.numero 12. Atqui in caſu noſtro hæc proteſtatio
verſatur etiam circa perſonam domini directi ratio-
ne iuris ſui,& circa legis diſpoſitionem,qua impeditur a-
lienatio inconſulto domino directo:ergo nõ releuat hæc
proteſtatio emphyteutam & vaſallum alienantem & pro
teſtantem.

4 Tertiò,proteſtatio † clàm facta non ſuffragatur prote-
ſtanti:ita probat l.aut qui aliter. §.1. & 2.ff.quod vi aut
clam.ſcribunt Barto.in l.non ſolum.§.morte.numer.28.
& ibi Rub.nume.308.de oper.noui nuntia.Atqui hæc clã
5 facta dicitur, poſteaquam † ad domini notitiam non ve-
nit.ita cenſuerunt Bal.in d.c.Cumana.num.3.de de elect.
& Calca.d.conſi.51.nu.12.ergo hic emphyteuta hac pro-
teſtatione adiuuari non poſſe videtur,quin dominũ con
tempſiſſe dicatur.

6 Quartò,proteſtatio † in præiudicialibus nil releuat.ita
in ſpecie docuit Abbas in capi.ex parte. numer.5.extra de
feudis.Calcaneus in dicto conſil.51.numer.12.verſi. item
quia.Ripa libr.2.reſpon.c. 29.num.7.ſed hîc de maximo
Dom.Præpoſiti,immò eccleſiæ præiudicio agitur : ergo
proteſtatio hæc non releuat,& non prodeſt Do. Gaſpari
proteſtanti.

Quintò confert , quòd proteſtatio hæc nihil prodeſt:
7 quia in re † facta non proſunt artes verborum : ita in ſpe-
cie arguit Iaſon in l.non ſolùm.§.morte.numer. 27.ff.de
operis noui nuntiatio.& eum refert Ripa in ca. cùm M.
Ferrarienſis,nume.80.ver. ſecundò intellige.& ante eos
Baldus conſi.95.Mortuo,colum.2.verſicu.& dicit. & cõ-
ſilio 188.Factum tale eſt,colum,2. verſicu.reſpondeo,tra
ditio . libro tertio. Non ergo hæc verba.ſaluo iure &
conſenſu domini directi,aliquid Dom.Gaſpari prodeſſe
poſſunt.

Sextò vrget non mediocriter,quòd licèt in ea parte in-
ſtrumenti , in qua de alienatione agitur , fuerit adhibita
hæc proteſtatio,ſaluo ſemper conſenſu domini,non tamẽ
fuit adhibita in ea parte in qua appoſitæ ſunt clauſulæ,
8 quibus dominium fuit tranſlatum:ſed vt proteſtatio pro-
deſſe poſsit emphyteutæ,& vaſallo alienanti & transferẽ-
ti dominium,debet eſſe appoſita etiam in actu ipſius trãſ-
lationis,ita bene eruditus Cephalus reſpondit conſ.223.
numero 40.libro 2.ex ſententia Baldi in dicto capit.Cu-
mana.numero 3.de election.& Ripæ in capitulo cùm M.
Ferrarienſis. numero 80.de conſtitution. & ſcribit Ce-
phalus ita etiam ſenſiſſe Baldum in capitu.primo. §.hoc
quoque.nume.19.de ſucceſ.feud.ergo hæc proteſtatio nõ
repetita in actu tranſlationis,nõ videtur excuſare Domi.
Gaſparem.

Septimò,aduerſus Dom.Gaſparem vrgere maximè vi-
9 detur; quòd vbi alienatio † eſt facta ab emphyteuta.vel à
vaſallo in potentiorem.& domino directo inconſulto,in
eum eſt trãſlatum dominium & poſſeſsio;incidit alienãs
in pœnam caducitatis,etiamſi adhibuerit omnem ſolen-
nem proteſtationem:ita ſenſit Baldus cõſilio 95. Mortuo
Gregorio.colum.2.verſic.& dicit,lib.3.in dicto capi.Cu-
mana.numer.de election.quem ſecuti ſunt Curtins Sen.
conſ. 8.colum.2.verſicu.& pro hoc adduco.Ripa in dicto
c.cùm M.Ferra.numer.80.verſi.ſublimita tamen,de con
ſtitu.Rube.conſi.13.num.18. Neuiz.inter conſ.Bruni cõ-
ſil.12.num.56.& Ioan.Iac.de Leonardis inter conſilia e-
iuſdem Bruni conſi.114.num.83.Duran.tracta. de arte te-
ſtandi.titu.6.cautela 46.num.4,& Cepha.conſil.223.nu.
10 41.li.2. Ea † eſt ratio,quòd ius domini directi eſt factum
deterius; ex quo difficilius à potẽtiori dominus directus
debitum ſeruitium exigit:& clauſula proteſtationis vide-
tur hoc caſu appoſita potius ad illudendum dominum di
rectum quam vt eius damno cõſulatur:quia vbi ei nõ pla-
ceret,alienationem eſſe factam , non poſſet à potentiori
illo res auocari. Atquì in caſu noſtro Magn.& Reu.Do.
Anton.in quem facta fuit alienatio, eſt nobilior,ditior &
potentior ipſo Domin.Gaſpare;ergo proteſtatio nõ ex-
cuſat ipſum Dom.Gaſparem, quis ius huius emphyteuſis
amiſerit.

Octauò & vltimò, admiſſo quòd ſolennis proteſtatio
qua vti ſolent emphyteutæ & vaſalli dum alienant relatis
in caſibus prodeſſe poſſet Do.Gaſpari:attamen proteſta-
11 tio † de qua in caſu noſtro non eſt ſolennis, nec rectè con
cepta;cùm ſolùm dictum fuerit;ſaluo ſemper cõſenſu &
beneplacito domini directi:atque ita adiecta nõ fuit clau-
ſula annullatiua, nec aliter, nec alio modo.quo fit vt ipſi
proteſtanti prodeſſe nõ poſſe aſſeratur, ex doctrina in ſpe
cie Baldi in c.1.§.denique.num.5.ver.ſed pone,pater. quæ
fuit prima cauſa benefi.amitt.& Baldum ſecuti ſunt Cal-
can.conſi.51.num.11.Decius conſi.160.num.4. Rom.Fe-
lin.Iaſon,Cæpola & Bertach.quos recenſuit Ripa in ca.
* cùm M.num.80.de conſtit.communẽ * dixit Iulius Cla-
rus libro 4.ſententia.§.feudum.q.31.verſi.item quæro. &
Cepha.conſi.223.num.38.lib.2.Et hæc opinio fortius pro
batur auctoritate eorum,qui dixerunt,nec adiectã clau-
ſulam,nec aliter,nec alio modo,prodeſſe.qua quidem in
opinione viſi ſunt eſſe Iaſon in dicta l.non ſolùm.§.mor-
te.num.27.de operis noui nun.& Alcia.reſpon.753.num.
1.Et idem ſenſit Decius dicto conſi.160.nu.4.verſicu. ſed
iſta limitatio.Hæc aduerſus Dom.Gaſparem dubitationẽ
mouebant.

Re tamen hac diligentiori ſtudio & cura conſiderata,
contrariam ſententiam & veriorem & probabiliorem eſ-
ſe exiſtimo,nempè Do.Gaſparem non erraſſe, atque ita
emphyteuſim in commiſſum nõ incidiſſe.Hoc vt dicam,
mouent me duæ præcipuæ argumentationes, quæ multis
rationibus,iuribus & Doctorum auctoritatibus compro
bari poſſunt.

12 Primò ita argumentor:alienatio † & traditio emphy-
teuſis vel feudi facta ſub conditione ſui reſolutiua, ſi non
eueniat,efficit ne emphyteuta vel vaſallus alienans erraſſe
& in pœnam caducitatis incidiſſe dicatur, modò res faci-
lis ſit recuperationis. Atqui hæc alienatio à Do.Gaſpare
facta,ſub conditione facta eſt;ergo ipſum Do. Gaſparem
excuſare debet.Hîc verſatur difficultas in probãda vtra-
que propoſitione,maiori ſcilicet & minori. Maior proba
tur ratione,& multorum auctoritate.ratione inquã, quia
13 alianatio † ſub conditione facta, non dicitur alienatio, ex
quo pendente conditione extat in ſuſpenſo.ixta l.ſi quis
ſub conditione dandorum decem.ff. ſi quis omiſſa cauſa
teſta.



14 teſta.& ideo contractus † ſub conditione celebratus dici
tur reſolutus ipſo iure,conditione non eueniente.ita cla-
rè probat l.neceſſariò.§.1.ff.de pericu. & commo.rei ven
di.& l.pecuniam quam,vbi Alexand.num.4. ff.ſi certum
15 petatur.Ita dicimus gratiam † conditionalem eſſe imper-
fectam,& illius effectum ſtare in ſuſpenſo.capi. ſi pro te.
de reſcript.in ſexto,& ibi docto.& gloſſ.in clementi.1.de
conceſſ.præbend.Et adeò gratia conditionalis eſt imper-
16 fecta,vt nec beneficium † afficiat. ita decidit Rota deciſi.
4.de offic.delega.in nouis.& deciſ.9. de præbend. in no-
uis.& reſpondit Pariſ.conſilio 82.nume.7.libr.4.Et ideo
rectè Aretinus conſilio 11.nume. ſecundo reſpondit,con-
tractum conditionalem non eſſe propriè cõtractum : ita
ergo dicẽdum eſt de hac alienatione.Auctoritate Docto
rum hæc propoſitio probatur:nam cenſuit Alber.in l.3.in
fin.C.de iure emphyt.poſt Albertum Papienſem,Iacobũ
Ardizonum & alios nonnullos,& ibidem ſequitur Iaſ.nu
17 mero 144.eſt ſub q. 26.quòd ſi empyteuta † vel vaſallus
alienat emphyteuſim vel feudum ſub hac conditione , ſi
domino directo placuerit;vel ſi dominus conſenſerit, nõ
incidit in pœnam caducitatis;etiam transferendo domi-
nium.idem reſpondit Bald.conſil.188. Factum tale,colũ.
2.verſicul.modò ita eſt.libr.tertio,qui reſpondit, has cõ-
ditiones eſſe pares;ſi domino placuerit,& ſi nauis ex Aſia
venerit.idem docuit Ripa in capitu.cùm M.Ferrarienſis.
nume.80.verſic.2.intellige.de conſtitu. & reſponderunt
Pariſ.conſilio 14.numero 22.libr.1.qui alios recenſet &
Gramma.deciſio: 49. numero 3.Ita quoque cùm adiecta
18 eſt hæc clauſula,accedente † tamen beneplacito & con-
ſenſu domini;vt cenſeatur alienatio conditionalis & im-
perfecta,in ſpecie reſpondit Cur.Sen.conſi.8. columṇ.3.
verſicu.& bene facit.Ita quoque Guido Pap.quæſtio.411.
verſic.ſed an ex remiſsione. ita quoque à fortiori ſcribũt
19 iuris noſtri interpretes,quòd ſi emphyteuta † vel vaſallus
alienat emphyteuſim,vel feudum,incõſulto domino, ſub
pacto legis commiſſoriæ vel adiectionis in diem, emphy
teuta euadit pœnam caducitatis,contractu reſoluto in e-
uentum conditionis.ita cenſent gloſſ.Bald.& cæteri in l.
20 ab emptione.ff. de pactis.& ibi contractus † venditionis
appellatur purus,ſed per euentum conditionis reſoluitur
ex retro.Si ergo hoc procedit in alienatione pura,ſed per
euentum conditionis reſoluenda de præterito, vt ſcribit
gloſſa in l.tertia,in verbo conditionalis.ff.de in diem ad-
iect.ergo à fortiori non incidit in pœnam caducitatis em
phyteuta , qui ab initio conditionem expreſsè adhibuit.
Hac ratione vſus eſt Curtius Sen.dicto cõſilio 8.colum.
tertia.verſicu.ſicut dicitur.Et hoc vel ex eo confirmatur,
21 quòd ſcribunt omnes, emphyteutam † vel vaſallum alie-
nantem & tradentem adhibita hac proteſtatione, ſaluo
conſenſu domini,nec aliter,nec alio modo, non incidere
in pœnam caducitatis,modò res alienata facilè poſsit re-
cuperari.Ita affirmant Baldus in capit.primo.§. denique.
numer.5.verſicu. ſed pone.quæ fuit prima cauſa beneficij
amitten.Cardina.in cap.2.& ibi Abbas,de feudis. Aluar.
in capit.1 in princip.verſic.quæro quid ſi vaſallus vendi-
dit,de prohibi.feudi aliena.per Frideric.Curtius Sen.di-
cto conſilio 8.col.2.verſi.idem voluit.Iaſ. ſibi parum cõ-
ſtans in l.vltim.nume.142.C.de iure emphyt. idem in ru-
bric.ff.ſoluto matrimo.in 2.lectura.num.13. Brunus con-
ſilio 23.numer.5.& conſi.121.nu.25.quod conſilium eſt Ia
cobi Alua.Rub.conſi.146.colum.1.Pariſ.conſi.14. nume.
22.libro 1.& conſi.6.in fi.lib.4.Rip.in dicto cap.cùm M.
Ferrarienſis.nume.82.de conſtitu.Tiraquel.de retractu
conſangui.§.1.gloſſ.2.numer.32.Iulius Clarus libr.4.ſen-
ten.iuris.§.feudum.quæſtio.31.verſic.bene verum eſt;qui
eiuſdem ſententiæ Ripam libro 3.reſpon.cap.1.numer.3.
22 Ea eſt huius ſententiæ ratio,quòd hæc † verba,nec aliter,
nec alio modo,præciſæ conditionis ſunt,vt poſt Baldum
in authen.ingreſsi , colum.4. C.de ſacroſanct. eccleſ. re-
ſpondit Iaſ.conſi.86.colum.vltima. verſi.item prædicta
verba.libro 3.& conſi.162.numer.2.libro 2.copioſè Boe.
quæſtio. 243.nume.11. Et hoc illud eſt quod dicit gloſſ.in
l.ſi quidem.C.de except.& ibi Doctor& Pariſ.conſil.19.
23 numer.12.lib. 2.hæc † verba,formam ſignificare,quod i-
dem eſt quod ſignificare conditionem. Quæ ſanè forma,
vel conditio vbi non fuerit obſeruata & adimpleta,actus
ſit irritus,& omninò reſoluitur.Et ob id mirum non eſt
ſi relati Baldus & ſequaces affirmãt emphyteutam & va-
24 ſallum nõ errare.Ita etiam dicimus,quòd ſi vaſalls † alie-
nat,non obſeruatis debitis ſolennitatibus;ita quòd alie-
natio ſit nulla & irrita,non cadit à iure ſuo,etiamſi tranſ-
tuliſſet dominium & poſſeſsionem,modò non ſit diffi-
cilis recuperatio:ita declaro Baldum in l.ſecunda numer.
3.C.de epiſcop.aud.Alua.in dicto capitu.primo.de pro-
hibita feud.aliena.per Fridericum Iaſ.l.vbi pactum.nu-
mer.23.C.de tranſactio.& conſilio 8.colum.penũl.libr.3.
Marſil.ſingul.28.& Iulium Clarum libr.4.ſenten. iuris.§.
feudum.q.31.Minor propoſitio,quòd ſcilicet hæc aliena-
tio ſit conditionalis,probatur auctoritate Doctorum, ra
tione,& tandem iure.Nã Baldus in l.tertia.C. de iure em-
phyteut.& in titul.de pace Conſtan.in verbo.libellariæ.
numero 1.docuit,emphyteutam & vaſallum non incide-
re in pœnam caducitatis,cum in alienatione adhibet hãc
clauſulam,ſaluo cõſenſu domini.clarus idem ſenſit Car-
dinalis Zabarel. in capitul.ex parte.columnn.tertia.verſic.
& videtur etiam extra de feudis;cum egregiè docuit,hanc
25 clauſulam,ſaluo † iure domini.idem operari & ſignificare
quod clauſula.nec aliter,nec alio modo,quæ ( vt infrà di-
cemus) conditionem ſignificat; & actum aliter factum
reſoluit:ergo idem facit hæc ipſa,ſaluo conſenſu &c.Hoc
ſenſit idem Cardina.in cap. quæ in eccleſiarum. columna
penultim.verſicul.nota tamen.de conſtitu.& cum Brun.
conſilio 23.num.5.Ratione ſententia hæc probatur:quòd
his verbis ſaluo.&c.vult emphyteuta eſſe ſaluum & illæ-
ſum ius domini.capit.primo,de eo qui mitti.in poſſeſsio.
atqui quomodo eſſet ſaluum & illæſum hoc ius,ſi pura eſ
ſet alienatio? Præterea iure probatur,quia hæc verba, ſal-
26 uo conſenſu &c.ſunt ablatiui † abſoluti, & ob id condi-
tionem faciunt,iuxta l.à teſtatore.ff.de condition. & de-
monſtration.Et clarè probat l.ſi debitor.§.primo.ff.qui-
bus modis pignus vel hypothe.ſol.vbi qui venditioni pi-
gnoris conſentit,ſalua cauſa ſui pignoris, nullum ſibi ad-
fert præiudicium ex eo conſenſu; cùm ſub hac conditio-
ne conſenſerit;vt ſcilicet ſaluum ſit ius ſuum.Et ex eo re-
ſponſo Pariſ.conſilio 23.numero. 142 . libro 1.reſpondit,
27 quòd verè ita conſentiens † dicitur ſub conditione con-
ſentire:ita & Alberic.in ſuo dictionario, in verbo,ſaluo,
vbi plura recenſet Tiraquellus in tractatu de retractu cõ
ſanguinita.§.primo.gloſſ.7.numer,72.& §.5.gloſ.prima.
numer.2.qui alios permultos eiuſdem opinionis allegat.
Accedit capit.directè.vbi Cardina.& Decius de appella-
tionib.quo loci ſcriptum eſt,quòd ſi quis à lata contra ſe
28 ſententia appellat † viua voce . cùm in ſcriptis appellare
debuiſſet, & adiiciat hæc verba,ſaluo iure appellandi in
ſcriptis , ex ea appellatione viua voce facta nullum dici-
tur illatum præiudicium appellationi in ſcriptis porri-
29 gendæ.Præterea hæc verba,ſaluo conſenſu &c.ſunt † li-
mitatiua & reſtrictiua, & faciunt vt præcedens diſpoſitio
reſtringatur ad eum ſolùm caſum, de quo actum eſt . ita
gloſſ.l.item Labeo.ff.famil.erciſcund. Alexand. conſilio
59.numero 16.libro quarto.Decius conſilio.283.numero
2.& Alciat.reſpon.101.numer.12.& probat cap.ſignifica-
ui.pe præbend.clemen.ſæpe.in verſicu.ſaluo.de verborũ
ſignificatio.cum ſimilibus.Ergo idem operatur & ſigni-
ficat ac ſi eſſent adiecta illa verba,nec aliter, nec alio mo-
do,quæ limitatiua & reſtrictiua eſſe diximus. Eſt ergo ve
ra , ſolida & concludens hæc argumentatio ita deducta:
Alienatio & traditio rei emphyteuticæ ſub conditione
facta , conditione non eueniente.facit ne alienans erraſſe
dicatur.At hæc à domino Gaſpare facta eſt ſub conditio-
ne,ergo dominus Gaſpar non incidit in pœnam caduci-
tatis.

Secundò , admiſſo hanc alienationem à Domino Ga-
ſpare factam,eſſe purè & ſine conditione factam, adhuc
dico,eum non incidiſſe in pœnam caducitatis:hac ratio-
30 ne adductus, quod emphyteuta. † uel uaſall' alienãs tra-
ditione non facta,non incidit in aliquam pœnam. Atqui
Dom.Gaſpar traditionem nullam fecit, ergo in pœnam
non incidit. Illa maior propoſitio probatur ex ſententia
Baldi in capit.primo.§.aut ſi libellario.numero 4.quibus
modis feudum amitta.Anton.Corſet. in ſingulari,in ver
bo Alienatio,incipit per alienationem.Alexand.conſilio
173.numero 2.libro 2.Curtius Sen.conſilio 8.colum.vlti.
verſicu.& ſic poſtquam.Ruin.conſilio 70.numero 4.lib.
5.copioſè Tiraquellus in tractatu de retractu conſangui.
§.1.glo.2.numero 45.& in tractatu de iure conſtituti par-
te tertia,limitat.26.Quibus etiam accedunt Are. conſilio
14.columnn.2.Guido Pap.quæſtion.162.Iacobinus à San-
cto Georgio in inueſtitura feudali.in verbo.& cum pa-
cto de non alienando:in principio.& afflictus in capitulo
primo

primo,de vaſallo,qui contra conſtitutionem Lothar. Ea
31 eſt huius ſententio † ratio, quòd non dicitur hæc vera a-
lienatio, ſed potius pactum de alienando; cùm perfe-
ctionem non habeat. Perfectio enim oritur traditione
ſecuta & non ante.Et ante traditionem nullum penitus
eſt illarum detrimentum domino, cùm res ſit apud eun-
dem emphyteutam. Minor verò propoſitio eſt clara &
probata hoc in caſu,in quo conſtat emphyteuſim eſſe a-
pud dom.Gaſparem, prædiáque ipſa poſsidere. Nec repu
gnat,quòd per clauſulam conſtituti & precarii tranſlatū
ſit dominium & poſſeſsio in ipſum dominum Antonium
acquirentē:quia infrà reſpondendo contrariis argumen-
tis oſtendemus,hanc fictam traditionem nihil obeſſe D.
Gaſpari. His ſatis ſupérque demonſtrauimus intētionem
Do.Gaſparis eſſe fundatam,atque ita eius emphyteuſim
in commiſſum non incidiſſe.

Non obſtant adducta in contrarium.quibus ex ordine
reſpondetur.Ad primum reſpondeo,& negatur illa pro-
poſito,quòd ſcilicet conſenſus domini directi requiratur
32 omninò ab initio:eſt enim verius ſequi † poſſe alienatio-
nem factam.Ita ſcribunt Iſernia & Aluarotus cap.Impe-
rialem.§.callidis.de prohibita feudi alienatione per Fri-
dericum.in l.non ſolum.§. morte,numero 319. de operis
noui nuntiatione.& præter eos clarè & in ſpecie ita cen-
ſuerunt Afflictus deciſione 286.columna prima. Gozad.
conſilio 26.column.2.Zaſius in epito.feudo.parte.9. nu-
mero 32.Rolan.conſilio 97.num.33. lib.1.Crau. in reſpō-
ſo pro genero.num.397.

Reſpondetur ſecundò,quòd cùm alienatio facta fuerit
ſub conditione,vt ſuprà demonſtraui,actus, atque ita cō
ſenſus domini retrotrahitur, & perinde eſt ac ſi ab initio
33 † interueniſſet,vt eſt de natura cōditionis.ita probat l.vl-
tima.§,primo.ff.de vulgar.vbi Agelus & Alexander, De-
cius in l.pecuniam.2.notab.ff.ſi certum petatur,alios re-
fert Tiraquellus de retractu conſanguinita.§.1.gloſſ.2.nu-
mero 27.& ratio eſt,quia ob conditionis adiectionem,
actus alienationis ſtat (vt dixi ſuprà) in ſuſpenſo, & nihil
actum dicitur ante eius euentum,ſi ergo cōſenſus inter-
uenit,perinde eſt ſi actus fieret de nouo,ex quo tūc ſolùm
firmitatem recipit.

Non obſtat ſecundum, quia reſpondetur, quòd tunc
proteſtatio his caſibus non prodeſt proteſtantibus, cùm
ius directi domini læditur,vt loquuntur Bartolus, Bald.
& cæteri eo loci relati:at ſecus cùm dominus directus nō
læditur: quemadmodum in caſu noſtro læſus non fuit.
nam, ſi læſionem conſideramus ratione inobedientiæ,
nulla hîc conſiderari poteſt inobedientia,ex quo domi-
nus Gaſpar emphyteuta memor fuit ipſius domini Præ-
poſiti, cuius conſenſum ſaluum eſſe voluit: & ita alie-
nauit,ſi modò ipſi domino Præpoſito placuiſſet: ſi verò
læſionem conſideramus ratione ipſius rei, nulla eſt,cùm
vera traditio non ſit ſecuta:& ſi ſecuta eſt.non in eum eſt
facta,à quo difficilè eſſet recuperare, vt infrà ſuo loco di-
cemus.

Non obſtat tertium,quia reſpondeo ſatis eſſe quòd ius
domini Præpoſiti domini directi fuerit reſeruatum,vt re
ſpondit Franciſcus Aluarotus inter conſilia Bruni,con-
ſilio 101.numer.28.nec verum eſt,quòd proteſtatio hæc
fuerit clam facta,cum coram teſtibus & notario publico
in inſtrumento ſcripta,facta fuerit.nam non dicitur clàm
34 † factum quod coram multis factum eſt:ita Curtius Iu-
nior conſilio 64.numero 3.quod declaraui libro ſecundo
de arbitrariis iudicum.caſu 194.numero 19.nec repugnat
quod ait Calcaneus dicto conſilio quinquageſimoprimo
num.12.verſicu.& ita de iure;dum conſiderat diuturnam
occultationem,quia reſpondeo in caſu noſtro non poſſe
dici occultationem diuturnam, ex quo lapſi tantum ſunt
viginti & octo dies,intra quos fuit dominus Gaſpar im-
peditus ob abſentiam in curia Romana, vt in facto mihi
35 præſupponitur.impedito † enim nullum currit tempus.l.
vt perfectius.C.de annali exceptio.Decius conſil.356.co-
lum.penul.Crauet.conſ.271.colum.2.Tiraquellus de re-
tractu conſan.§.3.glo. 4.num.5.& Boerius,q.40.qui alios
plures recenſet.

Non obſtat quartum,quia vno verbo reſpondetur,nul-
lum damnum & præiudicium eſſe illatum domino Præ-
poſito,ex quo emphyteuſis adhuc eſt apud dominum Ga-
ſparem,& vbi eſſet apud dominum Antonium, adhuc ab
eo facilè poſſet recuperari.vt infra dicemus in reſpōſione
ad ſeptimum.

Non obſtat quintum,quia reſpondeo, quòd ſi vera eſ-
ſet hæc argumentatio,foret neceſſe dicere,nullā proteſta
tionem; nullam adiectam conditionem poſſe excuſare
emphyteutam & vaſallum alienantes:& tamē hoc eſt ma-
nifeſtè falſum.cùm receptiſsima ſit doctorum ſententia,
quòd illæ proteſtationes ſi domino placuerit &c. ſaluo
conſenſu domini,nec aliter, nec alio modo, &c.optimè
36 excuſare,vt diximus.& quòd dicitur,artes † verborū non
prodeſſe,procedit cùm dominus ipſe læditur,ob ſecutam
traditionem. ita declarat ipſemet Baldus in dicto con-
ſilio 188.factum tale eſt.column.3.verſicul. quid ergo di-
cemus.libro tertio.quando enim deuenitur ad actum tra-
ditionis,apparet quòd illa proteſtatio eſt potius eluſoria
quàm declaratoria bonæ intentionis ipſius emphyteutæ
alienantis:& ideo non prodeſt:diuerſum eſt,cū nulla tra-
ditio,& conſequenter nulla læſio ſubſecuta eſt;vt in caſu
noſtro.

Non obſtat ſextum,quia reſpondeò, primò non eſſe
37 verum,quòd proteſtatio † & in actu traditionis facienda
ſit:nec Baldus hoc ſcribit,ſolùm ait,quòd ſi alienatio fit.
adhibita clauſula,emphyteuta excuſatur,modò in poten-
tiorem emphyteuſim non tranſtulerit, nam ſi tranſtulit,
incidit in pœnam.& hoc caſu (ſentit Baldus) plus vno
quàm altero tempore proteſtatio adhibita excuſat. non
tamen voluit Baldus quòd cæteris in caſibus, vbi ſcilicet
alienatio ſit in eum,à quo res de facili poteſt recuperari,
quòd neceſſaria ſit duplex proteſtatio,vna tempore alie-
nationis.altera tempore traditionis (concedo quòd ſi v-
troque tempore fieret,eſſet magis vtilis,& magis excuſa-
ret) ſed verè doctores omnes intelligunt,ſufficere quòd
tempore alienationis ſit adhibita.& ratio eſt, quia adhi-
bita alienationis tempore,comprehendit omnia,quæ ex
ea ſunt conſecutiua,& ab ea deſcendunt,ita tradūt Petrus
& Bald.in l.per retentionē.verſic.Petrus dicit.C.de vſu-
ris.ſenſit Bart.in l.ſciendum.§.dictum.num. 1.ff.de ædil.
38 edicto. Præterea proteſtatio † hæc poſita in vna parte in-
ſtrumenti,dicitur & in altera parte repetita,ex quo inſtru
mentum eſt vnum totum.l.ſi ex falſis.vbi Doctor.C. de
tranſact.recipit enim inſtrumentum perfectionem ab vl-
39 timo puncto;& connexa omnia ſunt.Rurſus clauſulæ † cō
ſtituti & præcarij ſunt acceſſoriæ,vt in his terminis decla
rat Curt.Sen.conſilio 8.ad finem. ob id proteſtatio poſi-
ta in actu principali continet & comprehēdit acceſſoria,
quæ à ſuo principali regulatur.l.cùm principalis,vbi De-
cius & Cagnol.ff.de regulis iuris.& capi.acceſſorium,vbi
Dynus. de reg.iuris.in 6.Præterea quòd ſcribunt Docto-
40 res,proteſtationem † in vno actu adhibitam, non cenſeri
in altero repetitam,intelligitur, cùm ille ſecundus actus
fit ex interuallo:ita Bar.in l.non ſolùm.§.morte.nu.16. &
ibi Iaſ.nume.16.de oper.noui nuntia. & ibidem Rub.nu.
196.Alexand.conſi.16.num.13.libr.3.Ruin.conſ.106.in fi.
lib.1.Ripa in c.cum M.nu.101.de conſtit.at in caſu noſtro
actus traditionis eodem inſtanti quo alienatio celebratus
eſt: non ergo opus erat noua proteſtatione,cùm in actu
41 in continenti facto præſumatur † eodem animo factus,
& non mutata voluntate. ita Decius in l.pacta nouiſsima.
nume.10.C.de pactis.& confert gloſſ.in l.nam ad ea.ff.de
42 condi. & demon.Rurſus cum proteſtationis † verba ſunt
generalia,& ad futurum trahantur, etiam actum celebra-
tum ex interuallo comprehendunt:ita Bar.in d.§.morte.
num.15.ad finem,ex l.ſi ita ſtipulatus,la 2.ff.de fideiuſſor.
& l.quæro,in fine.ff.locati.ſed hoc in caſu eſt adhibita il-
43 la dictio,ſemper,quæ † actū ſucceſsiuum ſignificat & fu
turum reſpicit,copioſè ſcribit Iaſ.in l.1.nu.34. poſt Bart.
ibi.nu.11.ff.ſol.matr.& ibidem recentiores.Soc. Sen.cōſi.
11.col.2.lib.1.& conſi.54.nu.10.lib. 4. Capicius deciſi.37.
abundè Boer.q.158.col.1.

Non obſtat ſeptimum, quia reſpōdetur, primò relatos
Doctores loqui cum in potentiorem facta eſt tranſlatio
dominii & poſſeſsionis, ita quòd difficilis eſt recupera-
tio:at ſecus cum eſt ſolum ficta tranſlatio,vt per conſtitu
tutum &c.ita declarat Ripa in cap.cum M.nume.80.in fi.
de conſtitu.poſt Guidonem Pap.quæſti.101.qui quidem
Guido atteſtatur ita in curia obſeruari.& hi fortiori in ca
caſu loquuntur,nēpè cum adhibita non fuit clauſula pro-
teſtationis ſaluo conſenſu directi domini,&c.ſed purè &
ſimpliciter facta fuit alienatio. quam ſane opinionem,p-
barūt idem Guido Pap. con. 126. ad finem, & idem Ripa
lib.1.reſpon.ca.2.nu. 21.& Iacob.Alua.in cap.1. col.2.ver.
quid autem ſi traditio.in titul.quid iuris ſit poſt alienat.
& ibi-



& ibidem Card.Alex.col.vlt.& Afflictus, col.1.verſ.& in
tantum hoc eſt verum.Io.Ra.in c.1.§.habito.verſi.quæro
quomodo ergo.de prohib.feudi aliena.per Fride. & ibi-
dem Afflict.in 13.nota.Io.Baptiſta à S.Blaſio in tract. dif-
ferentiarum iuris canonici & ciuilis,verſi.119.incipit,Va
ſallus.Curt.Iun.in tracta.feudorum,parte 4.q.13.verſicu.
ſed circa præmiſſa.& Alcia.reſpon.579.nu.4.verum quia
horum opinio eſt non parum dubia,cum cōtrarium alij
multò plures affirmauerint.nēmpè Petrus.Iacob. Butri.
Comenſis,Fulgoſius,Caſt.Card.Alexan. Iacobinus à San
cto Georgio,Alexander,Laudenſis,& alii nonnulli quos
recenſet Tiraq.in tracta.de iure conſtuti.parte 3.limita.
26.nu.5.ob id dicimus hîc ceſſare omnem dubitationem,
quia hoc in caſu adhibita eſt proteſtatio (vt iam demon-
44 ſtrauimus,) ſaluo conſenſu domini. clauſula † ergo con-
ſtituti nil operatur:ita Bal.in l.2.C.de his,quæ pœnæ no-
mi.in c.1.§.denique,quæ fuit prima cauſa benefi. amittē.
& alios recenſet Tiraq.d.limit. 26.nu.9. Alciatus reſpon.
179.nu.3.etſi idem reſp.753.nu.3.diſſentire videatur.

Reſpondeo ſecundò,non eſſe prohibitam à iure aliena-
45 tionem † emphyteuſis in potentiorem,ita poſt Ioā. And.
& Alexandrum ſcripſit Iaſ.in l.ſi ita quis.§.ea lege. num.
10.de verb.oblig.verum (vt dicam ingenuè quod ſentio)
46 exiſtimo † hoc eſſe verum;ſi is potentior non efficit con-
ditionem domini directi deteriorem.nam ſi deterior ef-
ficeretur,eſſet omninò prohibita,ita declarāt & ſcribūt
Alexand.conſi.9.nu.5.lib.3.Iaſ.d.§.ea lege.nu.11.Bald.in
capi.quæ in eccleſiarum.column.2.de conſtitutio.Guido
Pap.conſilio 139.num.7.& Iacobinus à S.Georgio in in-
ueſtitura feudali,in verbo,& cum pacto.colū.2.quæ ſanè
ratio ceſſat in caſu noſtro.

Reſpondeo tertiò quòd D.Antonius,in quem facta eſt
alienatio,non poteſt dici potentior D.Gaſpare,nam po-
47 tētior † ille dicitur,qui poteſt alterum perterrere.vt quia
in eum habet poteſtatem de iure & de facto, & ideo non
ſufficit quòd ſit ditior,vel nobilior,& ex primatibus ciui
tatis.ita gloſſ.in l.1.C.ne liceat potentio.& ibi Iaſ. num.
2.gloſſ.& Abbas in cap.2.de aliena.iudi.mutan.& ſuſcip.
cauſa facta.qui intelligunt,eum potentiorem dici,qui ra-
tione officii potentior eſt.idem reſpondit Bald.conſ.151.
Caſus,quædam mulier vidua,lib.1.cum dixit, potētiorem
illum dici,qui habet merum & mixtum imperiū,vel per-
terrere aliter poteſt,& cum Baldo idem ſenſit Crau. con-
ſil.205.num.43.quibus addo Roma.conſ.518.in fi.& Ro-
tam ac alios,quos infrà referam.& in ſpecie addo Io.Iaco-
bum de Leonardis,inter conſilia Bruni conſil.114.nume.
349.quòd hanc ob cauſam D.Atonius dici poſsit poten-
tior.ſtultū eſt dicere & cogitare,cùm æquè ſit priuata per
ſona,ac eſt dominus Gaſpar.præterea,non etiam dici po-
tentior quòd difficilis conuentionis ſit:nam difficilis con
uentionis in hac materia ille dicitur qui eſt exemptus à iu
riſdictione ordinarii,& immediatè ſub principe tantùm
48 poteſt conueniri:ſicut ſcribunt Doctores,eccleſiam † di-
ci perſonam potentiorem,in quam liberè emphyteutica
transferri non poſſunt, ſi exempta eſt.ſcribit Bartol.in l.
1.C.de his,qui potent.nom & ibi declarat Iaſ.nu,2.& ita
loquitur Anchar conſi.165.quæſtio talis.& conſil.166.in
nomine Saluatoris. Quod conſilium eſt Floriani, etſi
Craue.conſi.205.in fine dubitet,haud rectè fortè intelli-
gens Ancharanum.Et idem quod Ancharanus & Floria-
nus cenſuit Rota,deciſ.1.in fin.de aliena.iudi.muta.& ſu-
ſcip.cau facta.in nouis.ita etiam declaro Calca. conſil.7.
num.7.Gomeſ.in regula Cancellariæ,de ſubroga.colliti-
ga.q 1.verſi.dicitur etiam qui vnà cum Rota ſentit,cleri-
cū poſſe dici potentiorem perſonam,quando eſſet ex do-
mo magna & bellicoſa.Hæc omnia ceſſant in Do.Anto-
nio,vt re ipſa conſtat.

Non obſtat vltimum,quia reſpondeo,quòd proteſtatio
ſatis ſolennis fuit his verbis facta, ſaluo ſemper conſenſu
& beneplactio domini directi. nec fuit neceſſe adhibere
illa verba,nec aliter,nec alio modo; quemadmodum dixi
ſuprà in primo fundamento,dum illam minorem propo
ſitionem illius argumenti probaui.vbi demonſtraui, hæc
verba,ſaluo &c.conditionem ſignificare,& operari reſo-
lutionem contractus,ſi conditio ipſa non euenit, quem-
admodū & reſoluitur ob illa verba,nec aliter,nec alio mo
do,quæ pariter conditionem faciunt & inferunt, vt poſt
Bald.in authen.ingreſsi,col.4.C.de ſacroſanct.eccleſ. re-
ſpondit Iaſo.quem ſupra retuli in d.primo argumento,in
probatione propoſitionis maioris. Præterea conſidero,
49 quòd hæc verba,nec † aliter, nec alio modo,nihil per ſe
operantur;& ſignificant.ſed ſolùm illam diſpoſitionem
& illum actum,cui adiiciuntur,vt eſt ſub aliqua forma,fa
ctum confirmant,& volunt ita omnino & præcisè valere,
ſi dico.facio te hæredem,ſi efficieris iuriſcōſultus, nec a-
liter,nec alio modo.iſta verba;nec aliter, nec alio modo,
confirmant & comprobant illa verba,ſi efficieris iuriſcō-
ſultus.& ideò per ſe nihil operarentur,quando hæc con-
ditio,ſi efficieris iuriſcōſultus,nō fuiſſet adiecta.id quod
adeò clarum eſt,vt turpe ſit diſſentire,cùm ergo vaſallus
alienat, & dicit,ſaluo conſenſu domini &c.hæc verba po
nunt modum,conditionem ac formam, qua ſignificatur,
quòd vendit ſub ea forma tantùm:& tacitè innuit,ſe non
aliter fuiſſe venditurum. licèt ergo non adiiciantur illa
verba,nec aliter,nec alio modo,&c.nihil obeſt, quin for-
ma iam inſit;ex dictis verbis,ſaluo, &c.fateor enim quòd
ſi adiecta fuiſsēt illa verba,nec aliter,nec alio modo,quòd
50 mens † & animus alienantis fuiſſet magis expreſsè ſignifi-
catus,& demōſtraretur eius voluntas magis præciſa & e-
nixa:attamen non fit,quin ſine eis hæc clauſula,ſaluo con
ſenſu domini,&c.operetur conditionem & formam:qua
non obſeruata actus redditur nullus, vt iam dixi.conclu-
do itaque D.Gaſparem non amiſiſſe emphyteuſim ob a-
lienationem hanc,proteſtatione illa adhibita.

Iacobus Menochius I. C.

## *SVMMARIVM.*

1 *Prælatus maximam in ſe habet poteſtatem in adminiſtratione bonorum ſuæ Eccleſiæ,adeò vt ei damnum adferre atque præiudiciū poſſit. & 26.*

2 *Prælatus occupando violenter bona Eccleſiæ, ab alio pacificè poſſeſſa,præiudiciū dominio Eccleſiæ adferre poteſt,ita quòd illud admittit Eccleſia,& de veritate nu. 55.*

3 *Prælatus poteſt donare bona Eccleſiæ, & quando hoc procedat, numero 56.*

4 *Eccleſia & fiſcus à pari procedunt.*

5 *Adminiſtrator fiſci præiudicare an poſſit fiſco,ſcribendo in libro rationum recepiſſe debitum à debitore.*

6 *Tutor & prælatus à pari procedunt,& 34.de veritate nu.64.*

7 *Prælatus maiorem habet poteſtatem in adminiſtrando bona Eccleſiæ,quàm tutor in bonis pupilli,& nu.34.*

8 *Tutor ſi in libro rationum pupilli fateatur recepiſſe debitum à debitore,pupillus nihil amplius petere poteſt,ſed debitor dicitur liberatus,quia illa confeſſio prodeſt debitori,& nu.35.*

9 *Inquiſitio ſcrupuloſa reiicitur.& nu.65.*

10 *Teſtis in cauſa propria quis eſſe poteſt, quando tractatur de re à ſe geſta,maximè vt in prælato.*

*Magis tamen communis opin.eſt in contrarium.nu.67.*

11 *Simulatio contractus vnico teſte probari poteſt.*

12 *Confeſsio in articulo mortis facta multum valet.quia immemor ſalutis æternæ quis nō præſumitur, in mēdacio decedere,eóque magis quando de alicuius præiudicio tractatur.& 68.*

13 *Homini honeſtæ vitæ & probitatis creditur in his,in quibus aliàs non crederetur,& quomodo procedat,nu.71.*

14 *Libro mercatoris honeſtæ vitæ creditur in his in quibus aliàs fides non eſſet præſtanda.nu.72.*

15 *Marito optimæ vitæ aſſerenti,in teſtamento ſummam quandā pro dote ſibi aſſignatam fuiſſe,creditur,licet aliàs non præſtaretur ei in hoc fides.*

16 *Geſta à viro probo & honeſtæ vitæ,optimè geſta præſumuntur.*

17 *Prælatus vel ſacerdos ſanctæ vitæ in dubio verax præſumitur.*

18 *Confeſſio abſente parte minimè valet.*

19 *Secus tamen ſi adhibitum ſit iuramentum,*

20 *Iurans re vera habuiſſe & recepiſſe,non poteſt obiicere exceptionē non numeratæ pecuniæ.*

21 *Imò etiam ſimpliciter iuraſſet ſe recepiſſe.*

22 *Confeſſio cum cauſa multum probat,licet aliàs nihil probaret,*

23 *Pecuniam verſam eſſe in vtilitatem Eccleſiæ,quomodo dicatur.*

24 *Confeſſio prælati nocet Eccleſiæ.& 26.& de veritate.numen.54. & 55.*

25 *Abbas vel Monachus,monaſterio præiudicare poteſt per confeſſionem ſuam.*

26 *Prælatus ſecundum magis veram opinionem Eccleſiæ præiudicare minimè poteſt.& nu.53.& 54.& ſeq.*

27 *Confeſſioni tunc datur fide, cùm ſoli confitenti noceat,aliàs ſecus.*

28 *Liber rationum,ſeu inſtrumentū alicuius,nō probat cōtra tertium.*

29 *Confeſſio liberatoria & confeſſio obligatoria differunt ad hoc vt ei*

*fides*

*fides præſtetur. & nu. 53. & 54.*
30 *Prælatus eſt eccleſiæ adminiſtrator.*
31 *Adminiſtrator ſimpliciter & abſque cauſa donare non poteſt.*
32 *Confitens ſe pecuniam recepiſſe, nec de vera numeratione conſtat, donare dicitur.*
33 *Adminiſtrator ſeu procurator ad ſuſcipiendum mutuò pecuniam, non poteſt domino præiudicare confitendo ſe recepiſſe pecunias, de quarum numeratione non conſtat.*
34 *Prælatus quò ad adminiſtrationem bonorum Eccleſiæ, tutori æquiparatur.*
35 *Tutor ſi confitetur recepiſſe pecuniam à debitore pupilli, neque apparet de vera numeratione, & verſam eſſe in vtilitatem pupilli non poteſt pupillo præiudicare.*
36 *Confeſſio tutoris extraiudicialis & voluntaria non nocet pupillo, neque obligat.*
37 *Idem de confeſſione prælati ad præiudicium Eccleſiæ dicimus.*
38 *Malitijs & fraudibus hominum quantum fieri poteſt, occurrendum eſt.*
39 *Prælatis prohibetur donare conſanguineis, ne ſpolient Eccleſiam.*
40 *Confeſſio ficta & ſimulata nihil prodeſt, cùm ſimulatio reddat omnes actus nullos.*
41 *Exercens actum liberalitatis in conſanguineum ſub prætextu officij, videtur potius habuiſſe rationem ſanguinis, quàm officij: licet nomen officij expreſſum ſit.*
42 *Tutor & prælati ſub nomine pupilli & Eccleſiæ ſæpe ſimulatos actus quid agunt.*
43 *Contrahens cum conſanguineo, cum fraude potius contraxiſſe dicitur, quàm ſi contraheret cum tertio.*
44 *Prælatus in articulo mortis cõſtitutus, nihil poteſt diſponere, neque de proprietate, neque de vſufructu Eccleſiæ, ſed omnia ſucceſſori relinquere debet.*
45 *Prælatus de fructibus prælaturæ teſtari non poteſt.*
46 *Actus factus in morte non præiudicat alteri.*
47 *Confeſſio teſtatoris non curata non nocet hæredi, licèt aliàs in vita noceret.*
48 *Confeſſio Abbatiſſæ de liberatione alicuius facta in articulo mortis, non nocet Abbatiſſæ ſucceſſori.*
49 *Confeſſio patris in teſtamento facta ſe recepiſſe à tali mutuam pecuniam, non valet, quia tali medio poteſt fraudare filiums legitima.*
50 *Et an iuramento confirmari poſſit.*
51 *Maritus poteſt donare vxori ſuæ dum incolumis eſt, adhibito tamẽ in ea iuramento.*
52 *Maritus non poteſt teſtamento confiteri etiam cum iuramẽto ſe recepiſſe dotis nomine aliquã ſummam ab eius vxore, quia talis confeſſio facta & ſimulata præſumitur.*
53 *Maritus an in teſtamento donare poſſit vxori etiam cum iuramento.*
54 *Confeſſio voluntaria non præiudicat.*
55 *Prælatus an poſſit per confeſſionem ſuam Eccleſiæ præiudicare cum conſenſu capituli.*
56 *Prælatus quo caſu donare poſſit bona Eccleſiæ.*
57 *Clericus donare poteſt concubinæ ob benemerita.*
58 *Donatio quæ aliàs non valeret, ſi tamen facta ſit ob benemerita, valet.*
59 *Adminiſtrator fiſci & adminiſtrator Eccleſiæ an æquiparentur.*
60 *Adminſtrator fiſci non poteſt aduerſus confeſſionem ſuam de recepto obijcere exceptionem non numeratæ pecuniæ.*
61 *Idem etiam in argẽtarijs, & numularijs dicimus, & quæ ſit ratio.*
62 *Adminiſtrator fiſci tenetur reddere rationem fiſco ſuæ adminiſtrationis.*
63 *Prælatus an & quando teneatur reddere rationem adminiſtrationis ſuæ de bonis eccleſiæ.*
64 *Tutor confitens recepiſſe pecuniam à debitore pupilli, & conſumpſiſſe ad vtilitatem ipſius pupilli, debet probare in qua cauſa cõſumpſit ad vtilitatem.*
65 *Pupillus ſemper habet ſaluum ius in bonis tutoris vel contra fideiuſſorem vel hæredes.*
66 *Procurator ad conſtituendum debitorem in mora per interpellationem, debet priùs oſtendere mandatum ad recipiendum debitum.*
67 *Prælato non creditur aſſerenti geſta ita fuiſſe à ſe.*
68 *Moriens quomodo & quando non dicatur immemor ſalutis æternæ.*
69 *Teſti in articulo mortis conſtituto deponenti contra Titium ad fauorem Sempronij, non creditur.*
70 *Moriens quilibet non præſumitur San. Io. Baptiſta.*
71 *Probitas hominis non validat actum contra tertium.*
72 *Liber officialis non probat contra tertium.*
73 *Iuramentum non obſtat.*
74 *Iuramentum ſuper actu ficto & ſimulato non valet.*
75 *Iuramentum contra tertium non nocet, adeò quòd ab ipſo tertio nullum dici poteſt.*
76 *Iuramentum ſuper confeſſione à teſtatore præſtitum ad fauorem incapacis vxoris, nihil prodeſt, & qua de cauſa.*
77 *Auus vel pater nihil nepoti vel filio ſpurio donare poteſt. Et quid ſi iurauerit ſe aliquid de eius caſtrenſi peculio recepiſſe.*
78 *Prælato non creditur alleganti pecuniam verſam eſſe in vtilitatem eccleſiæ, etiam ſi adeſſet conſenſus capituli.*
79 *Contractus celebratus gratia vtriuſque, differt à contractu celebrato ſolius eccleſiæ tantùm.*

# Initium à Domino.

## CONSILIVM XXXIX.

NOVA excitatur dubitatio
non leuis, (mea quidem opi
nione) ponderis, an Reue-
rẽdiſsimus D. Abbas in ex-
tremis laborans, confeſsio-
ne ſua liberare potuerit Do.
Carolum debitorem ſuum à
debito cõtracto cauſa ipſius
Abbatiæ. Qua ſanè in re di-
cendum videbatur, D. Ab-
batis cõfeſsionem ita pro-
deſſe debere D. Carolo, vt
non valeat amplius moleſtia aliqua affici à ſucceſſore di-
cti D. Abbatis.

Primò, quia adeò magna eſt Abbatis atq; alterius præ-
1 lati † poteſtas in adminiſtratione bonorum ſuæ eccleſiæ,
vt illi damnum adferre atque præiudicare poſsit. ita gloſſ.
in c. 2. de ordin. cogn. gloſſ. in cap. delictam, de regul. iur.
in ſexto. & probat text. cap. quod quibuſdam. de fideiuſſ.
gloſſas illas in ſpecie hac ſecutus eſt Abbas in cõſ. 41. Vi-
dendum eſt in effectu. nu. 3. verſi. item hîc. libr. 1. qui eiuſ-
dem opinionis recenſet Io. And. in ca. quia clerici, de iure
patro. idem reſpondit Deci. cõſi. 475. num. 6. Hinc vide-
2 demus prælatum † occupando violenter bona eccleſiæ ab
altero pacificè poſſeſſa, præiudiciũ dominio eccleſiæ ad-
ferre, ita quòd illud admittit eccleſia: quemadmodum af-
firmarunt Barto. & Salicet. in l. ſi quis in tantam. C. vnde
* vi. & * communem teſtantur Ripa in cap. ſæpe. nume. 95.
verſi. 4. declara. de reſtitu. ſpoliato. & in l. vltim. num. 175.
C. de reuocand. donatio. Aret. conſi. 114. num. 5. ita pariter
3 poteſt prælatus † donare bona eccleſiæ. capi. per tuas, vbi
Abbas in 2. notab. de donation. cap. relatum. il 2. de teſta.
cap. ſi quos, vbi gloſ. notab. 12. quæſt. 2. & tradunt Iaſ. cõ-
ſil. 116. lib. 4. & Deci. conſi. 174. colum. 2. idem ergo dicẽ-
dum videtur in caſu noſtro, quòd confeſsio numeratæ pe
cuniæ facta ab Abbate noceat eccleſiæ, atque ita ſuo ſuc-
ceſſori, & proſit D. Carolo.

Secundò, vrgere non parum videtur textus in l. 2. §. vlti
mo. C. de quadri. præſcrip. quem ita inducere voluit Ab-
bas in dicto conſi. 41. nu. 3. verſi. ſolùm reſtat. lib. 1. Eccle-
4 ſia † & fiſcus à pari procedunt. c. 1. de in integrum reſti. at-
5 qui, ſi fiſci adminiſtrator † referat in codice rationum fi-
ſci, ſe recepiſſe pecunias à fiſci debitoribus. illa confeſsio
ita debitoribus prodeſt, vt non liceat fiſco amplius quid
ab illis debitoribus exigere. ita ergo cõfeſsio facta ab Ab-
bate & prælato qui (vt infrà dicam) eccleſiæ adminiſtra-
tor eſt, huic debitori prodeſſe, & eccleſiæ nocere debet: i-
ta ſimili in caſu citat d. l. 2. §. vlt. Barba. cõſi. 18. col. 5. ver-
ſi. quartò faciat. lib. 3.

Tertiò, ſuffragari mirum in modum videtur tex. l. Lu-
cius. §. tutelæ. ff. de admin. tuto. qui ita inducitur in ſpecie
noſtra à Caſtre. conſi. 34. Ego Paulus. col. 1. verſic. ſi vero
d. lib. 1. aliàs hoc conſilium eſt primum in antiquis. tutor
6 † & prælatus à pari procedunt. ita Abbas in c. edoceri, co-
lum. 1. de reſcrip. & infrà alios referam. imo maior eſt po
7 teſtas prælati in adminiſtratione † bonorũ eccleſiæ, quàm
tutoris in bonis pupilli: ita gl. in c. vlt. 6. q. 3. Abbas in ca.
auditis. col. 2. de in integr. reſtitu. Feli. in c. cùm deputati.
8 nu. 9. de iudiciis. atqui ſi tutor † referat in codice rationũ
tutelæ adminiſtratæ, ſe recepiſſe à debitoribus pupilli de-
bitas pecunias, illa ſimplex confeſsio ita debitoribus
prodeſt,



prodeſt, & eos ita liberat, vt mortuo tutore nõ poſsit pu-
pillus quid ab illis petere. & ille tex. verè ſecundũ Caſtrẽ-
ſem loquitur de ſimplici confeſsione, etſi Bar. malè intel-
ligat ibi verè pecuniam fuiſſe tutori numeratam. & eam
Caſtrenſis interpretationem probarunt Rapha. Comenſ.
poſt gloſſam & Caſtrenſ. ibidem in d. §. tutelæ. idem Co-
menſ. conſi. 24. teſtator filio. colũ. 2. & conſi. 31. teſtator in
teſtamento. col. 2. Imola in l. ſi debitorem, col. 1. verſi. nec
videtur. ff. de nouatio. Barba. conſi. 18. col. 5. verſic. quartò
facit. libr. 3. & conſi. 54. col. pen. verſi. item faciat. lib. 4. idẽ
ergo eſt dicendum cùm prælatus confitetur accepiſſe pe-
cunias eccleſiæ debitas.

Quartò conferre videtur illa ratio, quam perpendit Ca
ſtren. in d. conſi. 34. colum. 2. verſi, neque enim. ſcrupuloſa
9 † inquiſitio poteſtatis liberandi remiſſa eſt, quia ſufficit
ſoluere illi, qui prælatus creditur & habetur, ne legis au-
ctoritate decipiantur debitores illi numerantes, contra l.
1. C. de iis qui veniam æta. impetra. & clem. 1. de rerũ per-
mutat. hanc Caſtrenſis rationem in ſpecie noſtra proba-
uit Barbat. dicto conſi. 54. colum. penul. verſic. pro primo
facit. libro 4.

Quintò accedit, quòd huic prælato aſſerenti ſibi fuiſſe
10 numeratum vti teſti † de re à ſe geſta, omninò credẽdum
videtur. iuxta l. quæro. §. vlti. ff. de ædil. edicto, quo quidẽ
ita in ſpecie argumentatur Caſt. d. conſi. 34. col. 2. ver. pro
ſecundo. lib. 1. Imola in c. vlti. nu. 26. de præſcrip. Barba. in
ſpecie. d. conſi. 54. col. pen. verſi. pro ſecundo nota. lib. 4.
11 ita enim videmus credi aſſertioni ſolius teſtis † deponen-
tis ſuper ſimulatione contractus, dum deponit, venditorẽ
illum voluiſſe rem illam ſibi pignori dari. ita Caſtren. cõ-
ſi. 110. col. 2. lib. 2. ſimile Alex. conſi. 167. nu. 3. in fin. lib. 7.
cætera prætereo.

Sextò huic ſpectat, quod hîc D. Abbas cùm cõfeſſus eſt
recepiſſe, & ſibi numeratam fuiſſe hanc ſummã, in extre-
tremis laborabat: nam poſt biduum eſt vita functus: con-
12 feſsio † ergo iſta vera eſſe creditur, cùm præſumendũ non
ſit illum vitæ æternæ immemorem voluiſſe mẽdacio de-
linquere, & eccleſiam ſucceſſorémque ſuum fraudare, vt
ſcribũt Bar. in l. 2. C. commu. de legat. Bal. in Auth. quòd
obtinet. C. de probatio. ſimilia recenſet Alci. tract. præ-
ſump. reg. 3. præſum. 4. nu. 2.

Septimò, his accedit vitæ probitas & ſanctimonia, quæ
13 quæ in his multum proſunt. nam efficit honeſtas † & pro-
bitas hominis, vt ei fides aliquibus in caſibus adhibeatur,
quæ aliàs non præſtaretur. ita voluit Bar. in l. admonendi.
14 nu. 27. de iureiur. libro † mercatoris honeſti & probi cre-
di, cui aliàs non crederetur. Bartolũ ſunt ſecuti multi re-
lati à Crau. tract. de antiq. temp. particul. ſexta primæ par
tis. nu. 49. ita etiam rñdit Comenſ. conſil. 31. teſtator, col.
15 1. verſi. ſi tñ teſtator. credendum eſſe marito † viro hone-
ſto, in ſuo teſtamento aſſerenti ſibi dotis nomine ſummã
quãdã fuiſſe numeratã. cùm tñ aliàs ei nulla fides adhibea
tur. ita ẽt cùm quis eſt nobilis & bonus præſumitur rectè
16 ab eo geſtum. † ca. niſi. de præben. cum alijs relatis ab Al-
ciato tract. præſump. regu. 2. præſump. 4. nu. 1. in fi. & pre-
17 latum † vti virum religioſum præſumi veracem probat
c. principium, de pœnit. diſt. 3. & in ſpecie Soc. Sen. conſi.
15. col. 5. verſi. item quia lib. 1. prælatum & Epiſcopum eſſe
perſonam honeſtam. aſſerui in commentarijs de arbitra-
rijs iudicum &c. lib. 2. caſu 69. num. 3. poſt Cæpollam. quẽ
retuli & de probitate atque honeſtate huius Reuerendiſ-
ſimi Abbatis ſatis conſtat apud omnes ciues ſuos.

Octauò, confirmat hanc opinionem adhibitum in ea
confeſſione ſolenne iuſiurandum: quod quidem multum
in his operari videtur. nam videmus, quòd licet confeſſio
18 † facta abſente parte, ei non proſit. l. certum. §. ſi quis ab-
ſente. ff. de confeſſ. c. vl. de confeſſ. attamen adhibito iura-
19 mento † prodeſt. ita Bar. in l. cùm quis decedens. §. codi-
cillis. de lega. 3. latè Felin. in c. ſi cautio, nu. 25. de fide in-
20 ſtru. ita etiam cùm quis iurat † re vera habuiſſe & recepiſ
ſe, illa confeſſio ita prodeſt debitori vt exceptio non nu-
meratæ pecuniæ non poſſit obijci. ita declarando l. vlt. C.
de non numer. pecu. tradunt ibi Bal. & Salic. & poſt. alios
Feli. in d. c. ſi cautio. nu. 46. verſic. ſed hanc. Rebuffus in
commentarijs Regiarum conſtitutio. Galliæ, tomo pri-
mo. tit. de Chirograph. recognitione, in præfatiõe nu. 25.
21 imò idem eſſe cùm quis ſimpliciter iurat † ſe recepiſſe, tra
dit poſt multos Emmanuel Coſta Luſitanus in repetit. l.
ſi ex cautione. nona fallẽtia. C. de non num. pec. vbi rem
hanc doctè & copioſè declarat.

Nonò me multum aliquando mouit, quòd credam fuiſ
ſe in hac confeſſione adhibitam cauſam numerationis, nẽ
pè ſummam illam fuiſſe verſam in eccleſiæ vtilitatẽ. quæ
22 ſanè cauſa † confeſſionem prælati alioqui debitori inuti-
lem ita corroborat, vt ſeruanda omninò ſit: ita Ang. cõſ.
245. quia õe. nu. 8. ver. ſed reſpondit, quòd hanc ſummam
23 † fuiſſe verſam in eccleſiæ vtilitatem ſatis ex eo probatur,
ꝙ D. Abbas erat diligens, & eccleſia, quæ reparatione in-
digebat, reparata reperitur. ita Caſt. reſpondit conſil. 336.
primò quæritur, col. 2. verſi. ſecundò principaliter. libr. 1.

Decimò ac vltimò, vt huius eſſem opinionis faciebat
auctoritas multorum, à quibus diſſentire nephas videba-
24 tur. Ita enim prælati cõfeſsionem † nocere eccleſiæ ſcribit
gl. in c. dudum. il 2. in verbo, de veritate. de election. quæ
ſenſit, tũc prælati confeſsionem eccleſiæ nocere, cùm vel
ſolus adminiſtrare poteſt, vel ſi cum capitulo, habito con
ſenſu capituli: hoc clarius docuit Cynus in l. vnica. q. 15. C.
de confeſsis. & in ſpecie magis reſpondit Caſtr. d. conſil.
34. Ego Paulus, libr. 1. prælati confeſsionem qua confeſſus
eſt ſe recepiſſe ab hærede pecunias eccleſiæ à teſtatore le-
gatas, eccleſiæ præiudicare, cùm ſit confeſsio extraiudicia
lis liberatoria. Caſtrenſem ſecuti ſunt Felin. in ca. vlti. nu.
11. verſic. idem in confeſsione extraiudiciali. de præcript.
& Deci. conſi. 475. nu. 5. qui reſpondit, confeſsionem Ab-
25 batis † & monachorũ de dote recepta & ſibi ſoluta, pro-
deſſe debitori, & eccleſiæ nocere. idẽ reſpondit Pariſ. con-
ſil. 3. nu. 19. lib. 4. ita etiam reſpondit Abbas d. conſ. 41. nu-
me. 3. verſi. ſolùm reſtat. lib. 1. confeſsionem prælati con-
fitentis, ſe recepiſſe pretium rei venditæ. eccleſiæ præiudi-
care, & emptorem liberare. hinc in ſpecie magis reſpon-
dit Barba. conſi. 54. col. pen. lib. 4. confeſsionem prælati
confitentis ſe recepiſſe penſionem ab emphyteuta eccle
ſiæ debitam, liberare emphyteutam, & eccleſiæ præiudi-
care. Hæc me ancipitem reddebant, vt reſponderem con
feſsionem hanc nocere ſucceſſori d. Reueren. dom. Abb.

Cæterùm, re ipſa diligentiſsimè perpenſa & enucleata,
cogor contrariam opinionem ſequi; nempe confeſsio-
nem huius reuerendiſsimi domini Abbatis non adferre a-
liquod præiudicium eccleſiæ, atque ita ſuo ſucceſſori; ſic-
que domino Carolo nihil prodeſſe. Hoc vt dicã, me mo-
uent permulta.

26 Primò, prælatus † regulariter eccleſiæ præiudicium &
damnum adferre nõ poteſt. capi. venerabilis. de exceptio.
cap. ſi Epiſcopum. 16. q. 6. glo. in §. ſi verò. in authen. de a-
lien. & emphy. non ergo ſua hæc confeſsio eccleſiæ noce
re debet: ita in ſpecie arguit Caſtrenſ. conſilio 336. Primò
quæritur, poſito, columne. 2. veſicu. ad primum dico. lib. 1.
27 Secundo confert, quòd tunc confeſsioni † fides adhibe-
tur cum ſoli confitenti nocet, non cum tertio. l. Scia. ff.
ad S. C. Velleian. l. qui autem. §. ſimili modo. ff. de his quæ
in fraudem credit. l. Deo nobis. C. de Epiſc. & cleric. l. aſsi-
duis. C. qui potio. in pignor. hab. l. ſi quis poſt. C. de bonis
præſcri. auth. quod obtinet. C. de probatio. §. primũ qui-
dem. in auth. de æqua. dotis. docuit Cynus in l. vbi adhuc.
q. 12. C. de iure dotium. Quæ omnia in hanc, de qua loqui-
mur, ſpeciem citauit Caſt. en. dicto conſi. 336. col. 2. ad fin.
verſicul. item quia tunc. confirmatur, quia ita videmus, li-
28 bros rationum, qui † alioqui valdè probant inter ſcriben-
tem & deſcriptum, non tamen probare contra tertium. i-
ta nec inſtrumentum, nec liber æſtimi contra tertiũ pro-
bant, vt ſcripſi in commentariis de arbitra. iudicum. libro
2. caſu 91. in fine. nec adhibenda eſt hîc differentia, quòd
29 relata iura loquantur de confeſsione † & actu obligato-
rio, nos verò loquimur & verſamur in confeſsione libe-
ratoria; vt hanc differentiam facit Caſtren. d. conſi. 34. ego
Paulus. colum. 1. verſi. ſi verò dicta. ſi quidem commenti-
tia eſt illa differẽtia. nam & confeſsio hæc obligatoria eſt,
nempe eccleſiæ, quę obligaretur, ſi illa ſubſiſteret, ad nihil
petendum à debitore. Præterea ita præiudicium adferret ec
cleſiæ, vt illa, quæ prælatus eccleſiam ex ſuſcepto mutuo
(de quo ſtatim) obligat: quandoquidem remittit liquidũ
creditum eccleſiæ.

30 Tertio ſuffragatur, quòd prælatus † eſt eccleſiæ admini-
ſtrator. capit. cùm ex eo. de election, in ſexto. alia retuli in
tracta. de recuperan. poſſeſsio. remedio nono. numer. 106.
31 atqui adminiſtrator † ſimpliciter & ſine cauſa donare non
poteſt. l. contra iuris. §. vltimo. ff. de pactis. capi. 2. & ca. 3.
32 de donation. ſed cùm prælatus confitetur † recepiſſe, nec
de vera numeratione conſtat, donare videtur. l. 1. §. ſi mu-
33 tuam. ff. ſi quid in fraudem patro. hinc adminiſtrator, † qui
à domino

à domino mandatum habet ad ſuſcipiendum mutuò pe-
cunias,non poteſt domino præiudicare,confitendo ſe re-
cepiſſe pecunias,de quarum numeratione verè non con-
ſtat.Bart.in l.2.§.vlti.ff.ſi cert.peta.Caſtr.d.conſi.336.co-
lum.3.in princ.verſi.item quia confeſsio.lib.1.quibus ac-
cedunt infiniti prope quos recenſet Tiraquel.in tractatu
de retractu conuentio.§.4.gloſſ.6.nume.12. & præter eũ
Marſil..ſingu.265.Fines mandati.Socin.Iun.conſi.57.nu.
4.lib.2.& Boer.q.273.nu.4.
34 Quartò me mouet,quòd prælatus † verè quò ad diſpen-
ſandum & adminiſtrandum bona eccleſiæ, tutori æquipa
ratur.c.doceri,vbi Abbas.de reſcrip.& ſcripſi in tracta.de
recuperã.poſſeſ.remedio 9.nu.106.& licet prælatus quid
plus poſsit quàm tutor,vt tradit gl.in c.vlti.6.q.3. Abbas
in c.auditis,col.3.de in integ.reſtit.& tradit Rom. conſil.
389.n.3.attamẽ quò ad hoc nil differũt,vt permulti; quos
nunc referam,apertè ſentiũt:cùm eadem adſit ratio præ-
iudicandi vel pupillo vel eccleſiæ & ſucceſſori. vt inquit
Feli.in c.cùm deputati.nu.9.in fi.de iud.dum ſcribit,præ
latum æquiparari tutori cùm eadem adeſt ratio.quo ita
35 poſito,dicendũ eſt,quòd quemadmodũ tutor † nõ obli-
gat pupillũ ſua cõfeſsione de ſuſcepta pecunia mutuo,niſi
de vera numeratione & verſione in vtilitatem conſtet.l.ſi
in rem.C.quan.ex facto tuto.quẽ tex.in hanc ſententiam
citat Caſtr.d.conſi.336.col.3:verſi.ſed ſi tutor.lib.1.item
36 quemadmodum tutor † ſua confeſsione extraiudiciali &
voluntaria non obligat,nec præiudicat pupillo, vt docuit
Bar.in l.certum.§.ſed an ipſos.de confeſsis.quem ſequu-
ti ſunt Alex.conſ.66.nu.22.li.6.& conſi.97.nu.2.li.7.So-
ci.Sen.conſi.57.nu.11.li.4.Pariſ.115.nu.21.lib.1.Neuiz.cõ-
37 ſil.17.nu.39.& Alcia.reſp.410.nu.2.ita etiam prælati † cõ-
feſsio,niſi iudicialis & coacta ſit,eccleſiæ detrimentũ nõ
adfert,ita in ſpecie hac ſcribunt Abbas in c.vltim.nu.44.
verſ.ſecus ſi.de præſcrip.& ibi Imola. nu.26.& Pariſi.nu.
54.verſi.tertia concluſio.ita etiã argumentatur Ang. con
ſil.245. nu.8.verſi.& tunc cùm.Bellamera deciſ.695.Cõ-
feſsio.nu.1.& Rota deciſ.3.titu de confeſsis,in nouis.Af-
flic.deciſ.168.nu.8.nec hîc dubitationem mouet declara-
tio Comenſ.in l.Lucius.§.tutelæ,in fin.ff.de adminiſt.tu-
to.dum differentiam conſtituit inter confeſsionem tuto
ris extraiudicialem per modum adminiſtrationis,& ex-
traiudicialem de re quæ in iudicio agitur:quia hæc quę fit
de re in iudicio tractata videtur ſuſpecta,quia ſi ſcit veri
tatẽ,cur permittit litem agi contra ſuũ pupillum?non in-
quam dubitationẽ hoc mouet, tum quia Comenſi cæteri
paulò antè relati aduerſantur, tum etiam quia eius ratio
non concludit,quia ſtat ſimul,quòd ſciat pupillũ petenti
aliquid debere,& tamẽ tutor nec dolo nec fraude vel ca-
lumnioſè permittat litem mouere,nam,ſi tutor ſolus ſcit
pupillum debere,iudex compellet tutorem dicere quod
ſcit,& coniecturis deprehendit,an ita res ſe habeat,atque
ita pupillum condemnabit.ceſſat & calumnia. quia etſi
agens contra pupillum ius faueat,non tamen neceſſe ha-
bet tutor ſpontè ſe offerre,& aſſerere actorem ius fouere,
ne ſe offendat ſuſpectum ad dilapidandum bona pupilli:
vt ergo hæc maior ſuſpicio euitetur,factum eſt,ne ſpõte
fateatur:quod mox confirmabitur.
38 Quintò huc pertinet,quòd hominum malitiis † & frau-
dibus,quantum fieri poteſt,occurrendum eſt,vt probant
l.in fundo,in fi.ff.de rei vind.& l.cùm ij.§.ſi cùm lis.ff.de
tranſact.atqui ſi prælati cõfeſsio hoc modo eccleſiæ præ-
iudicium adferre poſſet,iam adinuenta eſſet fraus.qua præ
39 latus † poſſet,ſpoliata eccleſia,cõſanguineis donare,ad-
uerſus text.cap.2.& 3.de donat.ita argumentari videntur
Caſtr.d.conſi.336.colum.3.verſic.cæterum ſi contrarium.
lib.1.& Imol.in c.1.col.11.verſi.item aduerte.de depoſito.
poſt Guliel.de Cuneo & Baldum in authẽ.hoc ius porre-
ctum.C.de ſacroſan.eccle.imò ob hanc rationem,aſſerũt
nõ credi prælato,etiam ſi cauſam iuſtam refert, quia ficta
præſumitur.& illa cauſa,vt tegat fraudem ſuam, iuxta l.ſi
forte.ff.de caſtren.pecu..
40 Sextò accedit vrgens hæc ratio:confeſsio † ficta & ſimu
mulata nihil prodeſt;cum ſimulatio reddat omnes actus
nullos l.3.C.plus valere quod agitur,quàm quod ſimu.cõ
cip.tradunt omnes in l.nemo poteſt.de legatis primo.i-
bi Ripa nu.65.96.Marſil.ſingul.464.cæteros ſciens præ-
tereo.atqui in caſu noſtro hæc confeſsio facta & ſimula-
ta præſumitur.quod ita aliquibus coniecturis deprehen-
ditur.primò ex parte ipſius confitentis; quia vbi quis of-
41 ficium gerens actum liberalitatis † exercet in conſangui-
neum ſub prętextu officij, videtur verius habuiſſe ratio
nem ſanguinis,quàm officij,etiam ſi officij nomẽ expreſ-
ſit.l.tutor.§.quæ tutoribus.ff.de excuſ.tuto. authẽ.licen-
tiam.C.de epico.& cleri.l.ciuilibus.ff.de reb.dubiis.l.an-
nua.§.vlt.ff.de ann.leg.c.requiſiſti.de teſta.licèt ergo præ
latus dicat ſe recepiſſe pecunias,& eas vertiſſe in vſum ec-
cleſiæ,his verbis non creditur;quia ficta præſumuntur, vt
dixi ſupra ex l.ſi fortè.ff.de Caſtr.pecul.& l.ſi donatione.
42 C.de colla.ſæpè enim prælati † & tutores ſub nomine ec
cleſiæ vel pupilli ſimulatos actus tegunt.l.ſub prætextu.
C.de ſacroſanct.eccleſ.& l.non eſt ignotum. C.de admi-
niſ.tutorum.alia infrà,dum contrariis reſpondeo,adferã.
Secundò coniicitur fraus ex parte Do. Caroli recipientis
confeſsionem,cùm conſanguineus fuerit dicti D. Abba-
43 tis,qui quidem etſi cum aliis † contrahendo fraude con-
traxiſſe prę́ſumatur,non tamen ita contrahendo cum D.
Carolo.authen.quibuſcunque.C.de ſacroſanct.eccleſiis.
quæ verè procedit cùm aliæ coniecturæ fraudis concur-
runt.ita duos has coniecturas conſiderauit in ſpecie Ca-
ſtren.dicto conſi.336.colum.3.verſic.ſimulatio autem,&
verſi.ſecundò præſumitur.
Septimò,vt ita ſentiam,me plurimum mouet,quòd con
feſsio hæc facta eſt à D.Abbate,in extremis vitæ humanæ
laborãti,cũ poſt biduũ ex humanis exceſſerit.atqui præla
ti cõfeſio hoc tẽpore facta,etiãſi aliàs noceret,nũc nõ no-
cet ſucceſſori,etiãſi ad liberandũ tẽdat: ſi quidẽ,cũ præ-
44 latus † moritur vſuario cõparatur, ob id non põt de rebus
eccleſiæ ſiue proprietatis,ſiue fructuũ ſint diſponere,ſed
reſeruare debet ſuo ſucceſſori.c.præſenti.de offi.ordin.in
6.vbi gl.nota.& latè reſpondit Iaſ. conſi.75.col.3. libro 3.
45 Prælatũ † non potuiſſe de fructibus prælaturæ teſtari. ita
etiã ſcriptum reliquit Barb.in trac.de præſtan. Cardin.in
prima parte,q.3.nu.40.Soc.Sen.conſ.91.li.3.& Neuiz.cõ-
ſi.93.num.7.Prætereà accedit tex.in c.de his,de ſepul.quo
46 probatur actũ † factũ in morte nõ præiudicare alteri,cui
tñ detrimentũ attuliſſet,ſi factus fuiſſet ab incolumi. Rur
ſus ſuffragatur tex.in auth.quod obtinet.C.de proba.quo
47 probatur,cõfeſsionẽ † teſtatoris nõ iuratã nõ nocere hæ
redi:cui tñ obfuiſſet ſi in vita facta fuiſſet.l.gñaliter. C.de
nõ nume.pecu.& ibi tradunt ſcribẽtes.& in ſpecie his ad-
ductis rationib.ſcribit Afflict.deciſ.168.fuiſſe aliqñ deci-
ſum in concilio Neapolitano, quitationẽ, hoc eſt confeſ-
48 ſionẽ † recepti & liberationẽ factã ab Abbatiſſa in extre-
mis laborãte,nõ præiudicare nouæ Abbatiſſæ.Hanc deci-
ſionẽ ſecutus eſt Pariſ.in c.vlt.col.pen.in fi.de præſcri. &
& hoc eſt animaduertendũ,Afflictũ loqui in terminis for
tioribus, quã nos loquimur, nẽpè cùm ceſſat omnis alia
ſuſpicio:at hîc ſaltẽ adeſt ſuſpicio ratione cõſanguinita-
tis.id quod cõfirmatur ex doctr.Bar.in l.cũ quis decedẽs.
§.codicillis.nu.4.de leg.3.dũ ea rõne ſcribit,nõ valere cõ-
49 feſsionẽ † patris atteſtantis,atq; cõfitentis in teſtõ ſe mu-
tuò vel in depoſitũ accepiſſe aliquã ſummã, ꝙ hoc modo
& fraude poſſet priuare filios debita legitima:ita hic præ
latus poſſet hoc mõ eccleſiæ bona diſtrahere. & Bartolũ
ſecuti ſunt Alex.conſi.109.nu. 7.lib.5.Iaſ.in l.1.nu.7. ff.de
eo per quem factum erit.Feli.in c.ſi cautio.nu.24. de fide
52 inſtru.Nec iuramentũ † confirmat hanc confeſsionem, vt
corraborat illã in caſu Bartoli,vt is ſcribit,& latius Felin.
præcitato loco,quia reſpõſum adferã.Huc ſpectat, quòd
51 licet maritus † donare poſsit vxori ſuæ dũ incolumis eſt,
adhibito in ea donatione iuramẽto,vt tradunt Bart.in l.ſi
* qui pro eo,in fi.ff.de fideiuſ.cõem teſtatur Alex.in l.Seius
& Augerius.ff.ad l.Facid.Deci.conſ.202.col.2. & conſi.
240.col.1.Rolan.con.93.nu.4.qui alios recẽſet. & præter
cũ idẽ affirmarunt Socin.Iun.con.44.nu.33.lib.1.Rubeus
conſi.54.col.1.& Pariſ. conſi.86.num.19. libro 3.attamen
52 non poteſt maritus † in ſuo teſtamento confiteri etiam
cum iuramento, ſe recepiſſe dotis nomine aliquam ſum-
mam ab eius vxore, quia illa confeſsio præſumitur ficta
& ſimulata:ita Bar.in l.cùm quis decedens.§.Titia.de le-
gat.3.atque ita videmus non ſolùm confeſsionem, ſed &
donationem expreſſam iuramento firmatam valere cùm
à ſano & incolumi eſt facta,& tamen facta in teſtamento
53 † ab eo qui de morte cogitat,non ſuſtinetur. Bartolum
* ſecuti ſunt magis cõmuniter * Doctores, vti atteſtantur
Curtius Iun.conſil.95.colum.2.& Rolan.d.conſ.93.num.
5.& idem in tracta.de lucro dotis.q.80.num.5.6.& præ-
ter eum alios plures recenſet Didacus lib.1.varia.reſolut.
cap.7.num.5.ver.quintò eadem ratione.& his ſimilia in-
frà referam.

Octauò



Octauò ac vltimò, me plurimum etiam mouet multo-
rum auctoritas, qui clarè affirmarunt,confeſsionem præ-
lati non nocere eccleſiæ & ſucceſſori,ita enim cenſuit glo
in c. dudum, il 2. in verbo, de veritate,in fin. de elect.vbi
tandem concludit.ita etiam Caſtren.d. conſ.336.lib. 1.qui
etſi loquatur in actu obligatorio, nihil tamen hoc refert,
vt ſ.dixi.ita decidit Bellame. cõcluſ.695.confeſsio & Ro-
ta deciſ.3.de confeſsis.in nouis. qui affirmant volũtariam
54 † confeſsionem non præiudicare.& in ſpecie magis ita reſ-
pondit Franc.de Rampo.inter conſilia Calder.cõſi. 5. tit.
de confeſsis. cuius verba ad literam recenſet & compro-
bat Ang.conſ.345.quia omne datum.nu.8.ij ſcribunt,cõ-
feſsionem prælati, qua aſſerit ſe ab emphyteuta recepiſſe
debitam penſionem, non prodeſſe emphyteutæ,atque ita
non nocere eccleſiæ. qui ſanè Doctores, nempè Fran. &
Ang. loquuntur in actu liberatorio,ita etiam in terminis
his clariſsimè loquitur Barba. conſ.17.lib. 4. vbi reſpon-
dit,quòd cùm prælatus conceſsiſſet emphyteuſim rei ec-
cleſiæ fratri ſuo, & is frater promiſerit nomine laudemij
& recognitionis ſummam quandam, is prælatus cõfeſſus
eſt vnà cum capitulo ſe recepiſſe eam ſummam: reſpon-
dit inquam Barbatia confeſsionem illam non nocere ec-
cleſiæ,nec prodeſſe illi emphyteutæ.ita etiam in terminis
cõcludũt Afflict' & Pariſius,quos in præcedẽti fundamẽ-
to retuli.idem affirmarunt Abbas in d.ca.vltim.num.44.
verſ.ſecus ſi.de præſcrip.& Imola nu. 26.
Non obſtant nunc adducta in contrarium, in quorum
diſſolutione non mediocris labor verſari videtur. Ad pri-
mum reſpondeo,verum non eſſe, quòd prælatus abſolu-
tè poſsit adminiſtrando bona eccleſiæ, illi præiudicare.
nam regulariter non poteſt, vt regulam hanc negatiuam
multis comprobaui in tract.de recupera. poſſeſ.remedio
in tract.de recupera.poſſeſſ.remedio nono.nu.101.& ibi-
55 dem.num.104.idem eſſe dixi etiam quando † Prælato to-
tum capitulum conſentiret.quod autem dicitur in ca.2.de
ord. cognit. ſolùm procedit quò ad reſtitutionem poſſeſ-
ſionis,vt ibidem declaraui.d. remedio nono,nu.113.prętere-
reà,vt ibi.nu. 120.121. ſcripſi,factum prælati præiudicium
adfert ipſi eccleſiæ,donec is prælat' viuit:at ſecus eo mor-
tuo; quia ab eius ſucceſſore malè geſta reuocari poſſunt.
nec verum eſt quod dictum fuit,prælatum ex ſua violenta
occupatione facere incidere eccleſiam in pœnam l.ſi quis
* in tantam.C.vnde vi.quia contraria opinio eſt verior * &
magis recepta, vt ſcripſi in d.remedio nono. nu. 104.105.
non etiam verum eſt,quòd prælatus abſolutè donare poſ-
56 ſit bona eccleſiæ; ſolùm † id permittitur ob benemerita
donatarij. ita loquitur Abbas in d. c. per tuas.2. notab.de
donatio. & ſcribunt copioſè Rebuffus in tract. de rebus
57 eccleſiæ non aliena.nu.62.& clericum † cõcubinæ ob be-
nemerita donare poſſe, poſt multos tradit Tiraq. de quo
j.in verbo,donatione largitus.nu.23.cuius ſententiæ ratio
eſt,quia dicitur hæc donatio facta in recompenſationem,
& ita non iudicatur merè liberatoria.ita videmus, quòd is
58 qui donare non poteſt abſolutè,poteſt tamen ob † remu-
nerationem: quemadmodum latiſsimè multis exemplis
ſcripſit Tiraq.in l.ſi vnquam, in verbo,donatione, largi-
tus.nu.18.C. de reuoca. donatio.vbi 45. effectus donatio-
tionis remuneratoriæ proſequitur.
Non obſtat ſecundum,quia reſpondeo, argumentationẽ
non procedere; fiſcus & eccleſiæ æquiparãtur,ergo ſi cre-
ditur adminiſtratori fidei,credi entiam debet adminiſtra-
59 tori eccleſiæ.quia æquiparatio † non reperitur facta inter
vnum & alterum adminiſtratorem, vt ita fides vne ac alte
ri adhiberi debeat. nam prælatus verè dicitur adminiſtra-
tor priuat',is verò adminiſtrator fiſci dicitur publ. vl. C.
de apochis pub.li.10.qua conſtitutũ eſt,hunc fiſci admini
60 ſtratorem † non poſſe aduerſus confeſsionem ſuam de re-
cepto obiicere exceptionẽ non numeratæ pecuniæ quod
etiam videtur cõſtitutum ex l.in contractibus §. ſed quo-
61 niã.C.de non num.pec. & idem videmus in argẽtariis † &
numularijs.l.fruſtra.l.tam mandatori.C.de non num.pec.
vbi Bal.& Salic.Iaſ.l.ſingularia.nu.39.ſi cert.peta.Parpal.
in l.2.§.creditum.nu.18.eod. Rebuffus in commenta Re-
giarum conſt.Galliæ,tomo.1.tit.de chirograph. recogni-
tione.in procem. nu.37. & in adminiſtratore fiſci ratio illa
eſſe videtur:quia illa apocha & confeſsio fit cum ſolennita
te.l. 1. C. de apochis pub. lib.10. & priùs quàm ſcribatur
ſolutum,debet præcedere numeratio.d.leg.2.C.de quadr.
præſcrip.ita conſiderant ibi Salic.& Io.de Platea,& Lucas
de penna in d.l.vlt.C.de apochis. vbi alias recẽſent ratio-
nes,quæ verè caſui noſtro non conueniunt accedit quòd
62 fiſci adminiſtrator † reddit rõnem fiſco ſuæ admini-
ſtrationis.l.1.C.de iure fiſci.li.10. & ſuum eſt detrimentũ
ſi nõ recepit re ipſa.eſt ergo præſumptio quòd verè rece-
63 perit:at prælatus † non reddit rationem ſuæ adminiſtratio
nis niſi ſuſpectus,ita poſt ſcribentes in ca.qualiter & quã-
do,de accuſa.tradit Feli.in c.cùm deputati.nu.9.de iud.&
ſi ſuſpectus reddit rõnem, eius aſſertioni iuratæ creditur,
vt præcitato loco ſcribit Felin.quocircà, cùm de eius peri
culo nõ agatur,non eſt præſumptio,quod cautè agat:præ-
ſertim cum adeſt aliqua ſuſpicio. quòd voluerit debitori
prodeſſe,vt hîc.huc ſuſpector quòd fides adminiſtratoris
fiſci eſt approbata de publico, ob id ei creditur,nec põt
(vt dixi)ab eo obiici exceptio nõ numeratæ pecuniæ, quẽ
admodum nec ab argentariis.
Non obſtat tertium ex l.Lucius.§.tutelæ.ff.de adm.tut.
quia reſpondeo, ibi non extitiſſe ſolam tutoris confeſsio-
nem,ſed verè fuiſſe numeratum, vt textum illum ita ibi re
ctè intellexit Bartol.quem ſecuti ſunt Barb.ſibi parũ con-
ſtans in conſ.17.col.4.ver.nec obſtat.lib.4.Comenſis, ſi-
bi etiam contrarius conſ.148.Venerabilis vir,col.2.Alex.
conſi.37.nu.3.lib.3.& conſi.50.nu.lib.5.Prætereà & ſecun
dò dñia extat inter prælatum & tutorem: nam cùm tutor
64 † cõfitetur recepiſſe pecunias,reddit etiam rationẽ in qua
cauſa conſumpſit ad vtilitatem pupilli,vt ſcripſi in tract.
de arbitra.iudicum,li.2.caſu.209. nu.2.3. & ideo parũ de-
65 trimenti ſentire põt pupillus, † qui ſemper ius ſaluum ha-
bet erga tutorem,vel illius fideiuſſores, vel hæredes,vt ſen
ſit Imola in l.debitorem,col.1.in fi.ff.de noua.Hoc nõ cõ-
tingit in caſu noſtro,quia prælatus(vt dixi)non reddit ra-
tionem de adminiſtratis: facilius ergo poteſt eccleſiam
fraudare.
Non obſtat quartum,quia facilè eſt reſpondere,iura non
requirere ſcrupuloſam liberationẽ, & ſolennitatem maxi-
mam perquirendæ poteſtatis,requirere tamẽ diligentem,
ſi quidem videndum eſt cui numeratur.Hinc, vt procura
tor conſtituat ſua interpellatione debitorẽ in mora,oſtẽ-
66 dere † debet mandatum ſuæ poteſtatis ad recipiendum ſo-
lutionem.ita poſt alios Ripa in l.quod te.nu.56.ſi cert.pe.
nec hic debiror qui recipit confeſsionem à prælato deci-
pitur ſub autoritate legis:quãdoquidem nulla eſt lex, quæ
hoc permittat,vt iam abundè demonſtraui.
Non obſtat quintum,quia reſpondetur, imò non credi
67 prælato aſſerẽti vt teſti de actu à ſe geſto.nam verior † eſt
* * & magis recepta opinio aduerſus Caſtr.d.conſi.34.Ego
Paulus.vt multis oſtendi in commentariis de arbitrariis iu
dicum,lib.2.caſu 99.nu.17.vbi eundem Caſtrenſ.ſib.parũ
conſtantem retuli.Non obſtat ſextum, quia reſpondetur,
& retorquetur in cõtrarium:qui magis ſuſpecta redditur
hoc tempore confeſsio iſta,vt inquit Afflict.d.deciſ.186.
vt dix ſ.in ſeptimo fundamento huius meæ opinionis. &
68 quod dicitur, morientem † non præſumi immemorẽ ſalu
tis æternæ,non procedit in præiudiciũ tertij;ita ſenſit Bar.
in l.ſi quis moriens.ff.ad S.C.Syllania.& ibi aliis compro-
bat Igneus.nu.10.Hinc docuit Bal.in auth.ſi teſtis produ-
69 ctus. nu.3.in fi.C.de teſtib.non credi exiſtenti † in articulo
mortis, quòd falſum teſtimonium aliquando dixerit ad-
uerſus Caium pro Sempronio:nõ.n.aſſertio hæc Sempro-
nio nocet.ſimilia recenſet Alci. trac. præſump.reg.3.præ-
ſumpt.4.nu.2.verſ.aduerte tamen. qui clarè ſcribit,aſſer-
tionem morientis tertio non præiudicare. nam quilibet
70 moriens † non præſumitur S.Io.Baptiſta,inquit glo.& ibi
bal in tit.de pace Conſtantiæ,in verbo vaſalli.& retuli a-
lios ita dicentes in trac.de arbitr.iudicum, lib.2.caſu.89.
nu.30.Et inquit Oldr.conſil.192.Viſo diligenter, colu.1.
verſi.nec enim,quòd non omnis moriens dicit veritatem.
Accedit quòd aſſertio teſtatoris iurata non obeſt cùm ali-
qua ſubeſt ſuſpicio,vt j.reſpondendo octauo fundamẽto
dicã.Hîc adeſſe ſuſpicionem ſimulationis & fictionis,iam
dicimus.Non obſtat ſeptimum,quia reſpondeo,vitæ pro-
71 bitatem † non reddere validam confeſsionẽ contra tertiũ,
ita ſenſit Alc.d.trac.præſump.reg.3.præſump.4.nu.2.ver.
aduerte.& conferunt permulta quæ congreſsi in trac.de
arbitrariis iudicum.lib.2.caſu.91.in fi.ita declaratur doctri
na Bar.in d.l.adinonendi.nu.34.de iureiur.& tradit Alex.
conſi.37.nu.4.li.3.confeſsionem auiæ adminiſtratricis nõ
nocere pupillo,vti tertio.aliis j.in reſponſio ne ſequentis
fundamenti comprobabimus.

O. 1. Non

Non obſtat octauum, quia reſpondeo, iuramentum nõ obeſſe tertio. quod quidem ita comprobatur: ſi quidem
72 videmus librum † officialis ac publici adminiſtratoris nõ probare contra tertium, vt poſt Alex. conſi. 36. li. 5. & Cra. trac. de antiq. temp. ſexta particula primæ partis prin. nu. 71. dixi in d. trac. de arbitra. iudicium, li. 2. caſu 91. in fi. Idẽ
73 dicendum eſt in iuramento. & in ſpecie iuramẽtum† tertiò non nocere, probat tex. ca. licèt mulieres, de iureiur. vbi Docto. Alex. conſ. 55. nu. 3. li. 1. Iaſ. in l. 2. col. pe. verſi. 5. limit. & l. 3. §. iurari. nu. 6. verſi. tertiò limlit. ff. iureiura. Ripa in l. filiusf. §. diui. nu. 28. in fi. de lega. 1. & Soc. Iun. conſi. 69. nu. 39. lib. 1. Reſpondeo, ſecundo, hoc iuramen-
74 tum† fuiſſe adhibitum ſuper actu ficto & ſimulato: (ita enim eſſe ſimulatam hanc confeſsionem ſupra oſtendim') quo fit vt nil proſit. ita egregiè cenſuit gl. in l. emptione. in gloſ. 1. C. plus valere quod agi. quàm quod ſimula. con. quam gloſſam ſingularem exiſtimant Abbas in ca. ad noſtram. colu. 1. de iureiura. & Iaſ. in l. 2. col. pen. verſi. ſext & vltimò. ff. de iureiura. vbi plures huius opinionis doctores recenſet. Idem tradit Ripa lib. 1. reſp. cap. 23. nu. 24 & Tiraq. in l. ſi vnquam. in proœ. num. 92. C. de reuo. don quod quidem ſine controuerſia pro cedit quò ad tertium
75 qui ſimulationẽ & iuramenti† inualiditatem allegare poteſt: ita declarat idem Ripa in l. nemo poteſt. nu. 78. de leg. 1. poſt Salic. in d. l. emptione. & Arc. conſ. 96. Huc ſpectat. quod docuit Bart. in l. cùm quis decedens. §. Titia. nu. 2. 3.
76 de leg. 3. iuramentum ſuper confeſsione à teſtatore† præſtitum, ad fauorem vxoris incapacis nil prodeſſe: quia in fraudem præſumitur interpoſitum. Ita in ſimili reſpondit Rui. conſi. 66. nu. 12. & conſi. 70. nu. 8. lib. 3. quòd cùm
77 auus† vel pater donare non poſsint nepoti, vel filio ſpurio, non poſſunt etiam confiteri, adhibito etiam iuramento, ſe aliquam ſummam ex illius caſtrenſi peculio recepiſſe: quia illa confeſsio ſimulata eſt, nec iuramentum illud aliquid operatur. imò ibidem ſubijcit Ruin. poſt Bal. & Salic. in l. 1. C. de inoff. teſta. iuramentũ illud nec ipſum quidem hæredem iurantis obligare; quod repetit idem Ruin. conſil. 71. nu. 11. eo. li. ergo D. Abbas ſucceſſor eſſet hæres, (quod non eſt) illius qui ita confeſſus eſt, adhuc tamẽ hoc iuramentum eum non obligaret ad huius cõfeſsionis obſeruationem.

Non obſtat nonum, quia reſpondeo, primò, fundamẽtum eſſe verum, modò conſtet de veritate ipſius allegatæ cauſæ, nempè eam receptam ſummam eſſe conuerſam in vtilitatem eccleſiæ. ita declarat ipſemet Ang. con. 255. nu. 6. alioqui ſi non conſtat de verſione in vtilitatem, non cre-
78 ditur Prælato, etiamſi conſentiat† capitulum aſſerenti verſum eſſe in vtilitatem eccleſiæ; quia quemadmodum eſt ſuſpecta, imò ficta & ſimulata confeſsio, ita pariter ficta eſt adiecta cauſa. Atq; ita tradunt Archid. in c. hoc ius porrectum. 12. q. 2. Bald. poſt Gulie. Cuneum in auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſ. eccle. But. in c. 1. & ibi lati' Imol. col. 11. verſ. item aduerte, de depoſito. qui quidem hoc cõfirmant multis ſimilibus, vt ex illa doctr. l. ſi fortè. ff. de caſtr. pecu. & l. ſi donatiõe. C. de colla. quæ breuitatis cauſa prætereo. Et hoc opinor procedere etiam in contractu geſto gratia vtriuſque, vt eſt in cõtractu emptionis & venditionis, & ſimilib. ſi ſuſpicio ſimulationis ſubeſt, licèt a-
79 liàs adſit dĩa inter contractum† celebratũ gratia vtriuſque, vel ſolius eccleſiæ tantum, vt tradit Butr. in d. c. 1. cap. de depoſito. & Soc. Sen. conſil. 15. col. 7. in princ. & col. 8. verſic. quartò probatur. l. 1. nam vbi conſtat in contractu emptionis & venditionis pretium verè fuiſſe numeratum prælato præſumitur vera expreſſa ab eo cã conuerſionis in vtilitatem eccleſiæ: at ſecus cum nõ conſtat de ipſa numeratione, ſed ſolùm de ſimplici confeſsione. ita in ſpecie declarat Abb. cõſi. 41. col. 2. ver. & p hoc tollitur. lib. 1. quem ſecutus eſt Rebuffus in trac. de alienatio. rerũ eccleſiæ. nu. 39. Non obſtat vltimũ, quia reſpõdeo magis receptam opinionem eſſe in cõtrarium, vt ſupra oſtendimus. Nec Paulo Caſtrenſi, nec Barbariæ deferendum eſt, cum pugnantia) vt dixi ſuo loco) reſponderint. Prætereà reſpõdetur, relatos doct. loqui vbi ceſſant aliæ cõiecturæ ſimulationis & fictiõis, quæ permultæ hîc ſunt. Rurſus ceſſant hæ auctoritates, quæ loquuntur, cùm prælatus viuẽs & incolumis fatetur recepiſſe pecunias; at ſecus cùm moriens id facit, ex illa deciſione Afflicti deciſ. 168. quocirca concludo hanc confeſsionẽ Reuerendiſſ. D. Abbatis nõ poſſe prodeſſe D. Carolo.

## *SVMMARIVM.*

1 *Error facilè committi poteſt in interpretanda mente defuncti, quæ non, niſi coniecturis, interpretari poteſt.*
2 *Verba & tenor conceſsionis attendenda ſunt, quia illa concedentis mentem declarant.*
3 *Dictio ex, cauſam immediatam ſignificat. & nu. 29.*
4 *Geminatio multum probat, & loco ſpecialis nominationis habetur.*
5 *Legatum factum marito & vxori & filiis ſuis, non extenditur ad filios ſuſceptos ex ſecundo matrimonio.*
9 *Statutum ſi deferat lucrum dotis marito, ſi mulier decedat ſine filiis intelligitur ſine filiis ex illo matrimonio, non autem ex alio.*
7 *Lex quando diſponit ſub nomine qualitatis, valet argumentum de tanquàm.*
8 *Verba cui non conueniunt, neque diſpoſitio conuenire dicitur.*
9 *Donationi locus non eſt, cùm qualitas in ea requiſita non concurrit.*
10 *Priuilegium marito conceſſum vt conueniatur tantùm pro dotis reſtitutione in quantum facere poteſt, comprehendit filios illius primi matrimonij tantùm, & 34.*
11 *Teſtator qui natum ex certa vxore hæredem ſcribit, non intelligitur ſcripſiſſe filium ex alia vxore ortum. Ideo filius natus ea ſecundo matrimonio vti præteritus irritum facit eſſe teſtamentum & nu. 36.*
12 *Et quid ſi inſtituat in vtero exiſtentem, an comprehendat poſtea cõceptum.*
13 *Et quid ſi relinqeat vxorem vſufructuariam, an de prima vel de ſecunda intellexerit.*
14 *Tutelæ datio eſt actus fauorabilis, & an extendatur ad eos quos pater ignorabat.*
15 *Legatum factum cognatis, de illis intelligitur, qui eo tempore erant cognati, non qui ignorabantur.*
16 *Vna pars copulatiuæ declarat aliam, ſicut vna par alternatiuæ.*
17 *Frumentum ſi ſit legatum omni anno. debetur tempore quo colligitur.*
18 *Ita eodem met tempore ſolui debet pecunia, ſi ſimul legata ſit, vt vniformis ſit determinatio.*
19 *Donatio facta contemplatione mariti & vxoris dum matimonio copulantur, pro parte vni & pro alia alteri acquiritur; & an alter eorum de parte ſua diſponere poſsit.*
20 *Donata illi ſoli acquiruntur, cuius contemplatione facta eſt donatio. Et quomodo probetur facta contemplatione illius.*
21 *Donata ſponſæ à conſanguineis, an donata præſumantur contemplatione ſponſæ vel ſponſi.*
22 *Filios æquales omnes quo ad patrem eſſe dicimus. & nu. 25.*
23 *Donatio non dici poteſt infantibus facta ob bene merita.*
24 *Donatio facta patri & filiis ſuis, an intelligat facta ordine ſucceſsiuo, vel patri & filijs ſimul, & an ad extraneos tranſeat.*
25 *Emphyteuſis recepta à marito & vxore pro ſe & filijs ſuis, an extendatur ad filios etiam naſcituros ex ſecundo & tertio matrimonio.*
26 *Clauſula in donatione poſita quibus dederis, quid ſignificet.*
27 *Inſtitutio facta de poſthumo à teſtatore, qui tunc vxorem habet, cẽſetur facta etiam de poſthumo ex ſecunda vxore. & de veritate vide num. 37.*
28 *Proſperitatis appellatione veniunt omnes deſcendentes æqualiter.*
29 *Dictio ex, denotat aliquando cauſam mediatam, aliquando immediatam, ſecundum ſubiectam materiam.*
30 *Teſtator filios ex alio viro ſuſceptos potius odio quàm amore proſequitur.*
31 *Et teſtatori dicuntur potius extranei quàm loco filiorum.*
32 *Statutum in dubio non videtur excludere fœminas ob maſculos patri extraneos.*
33 *Donatio facta filijs meis, intelligitur tam de filijs primi matrimonij quàm ſecundi.*
34 *Priuilegia non debent deſcendere à patre in filios ad detrimentum & damnum tertij.*
35 *Prælationis priuilegium in hypotheca conceſſum mulieri pro dote ſolùm tranſit ad filios primi matrimonij.*
36 *Diſpoſitio taxatiuè concepta de filijs, intelligitur tantùm de filijs exiſtentibus ex primo matrimonio, non etiam ex ſecundo.*
37 *Teſtator inſtituens poſthumum, ſi conceptus non ſit, intelligitur etiã ſenſiſſe de poſthumo ex ſecundo matrimonio naſcituro.*
38 *Pater æqualiter dicitur amare filios tam ex primo quàm ex ſecundo matrimonio natos.*

*39 Diſpo-*



39 *Diſpoſitio facta à patre de filiis, intelligitur de his de quibus pater cogitauit, non de aliis.*
40 *Qualitas rerum vel hæredum conſideratur tempore facti teſtamenti, non mortis teſtatoris.*
41 *Donatio facta filiis naſcituris, non poteſt dici plus vni facta quàm aliis ſed omnibus æqualiter.*
42 *Donatio in dubio dicitur facta contemplatione donatarij tantùm, non aliorum.*

## CONSILIVM XLI

# Initium à Domino.

DVBIA & anceps eſt conſultatio propoſita, Habet. enim perdifficilem tractationem, cùm de interpretãda defuncti principis voluntate agatur: quæ cùm ſolis coniecturis perſcrutanda ſit, efficit vt hæream nõ parũ: ſi quidem in his errare
1 † aliquando ſolent vel ipſi grauiſsimi iuriſcõſulti: quẽ admodũ ſcriptum reliquit Dec. conſ. 278. col. 1. Dicendum hac in re noſtra videbatur, filios ſecundi matrimonij non contineri in conceſsione facta ab Illuſt. Duce Galeacio Magni. D. Sigiſmũdi, & per conſequẽs ipſum D. Sigiſ. non potuiſſe ſuo in teſtõ aliquid ex donatis relinquere filiis ſecundi matrimonij. Et vt huius opinionis eſſem, permulta me mouebãt. Primò,
2 cõceſsionis tenor & verba† ſunt diligẽter perpẽdẽda. cũ illa ſint quæ aĩum & mentẽ concedẽtis declarant, & aperiunt, ita reſponderũt Iaſ. cõſ. 180. nu. 3. li. 2. Cur. Sen. conſ. 48. col. 1. Dec. conſ. 199. nu. 1. & Curt. Iun. conſ. 20. ad finẽ, idq; ex c. 1. de duob. fratrib. à capit. inueſt. atqui cõceſsionis verba ſolũ filios primi matrimonij cõprehendere vñr nã in ea cõceſsione ita ſcriptũ eſt; pro te & filiis tuis ex Ca
3 therina ſuſcipiẽdis. dictio† ex, cãm immediatã ſignificat. l. 1. §. ex incẽdio. vbi Bar. ff. d. incẽd. ruina & naufrag. Iaſ. in l. nõ dubiũ. nu. 23. C. de leg. & in ſpecie Soc. Sen. cõſ. 51. col. 1. lib. 4. Nati ergo ex primo matrimonio tantũ cõprehenſi vñr, non aũt ex ſecundo, cùm filij illi ſecundi matrimonij nõ dicantur ex Sigiſmũdo & Catherina. quæ ſanè cõſideratio eò fortius procedit, quòd ſæpius geminata ſunt. Et
4 geminationẽ† non parum operari probat l. Baliſta. ff. ad Treb. & loco ſpecialis nominationis eſſe reſpondit Goz. conſ. 4. nu. 25. & conſ. 30. nu. 3. qui ſubiungit, geminationẽ adimere omnem interpretationem.

Secundò, me multum mouebant hęc verba, pro te & filiis tuis ex Catherina ſuſcipiendis: quæ re ipſa oſtẽdunt ſo-
5 lũ eſſe cõprehenſos filios† primi matrimonij: quòd optimè probare vñr l. cũ vir. ff. de cõd. & demo. quib. ſanè in locis ſcriptũ eſt; ꝙ cũ legatum eſt factũ viro & vxori ſuſceptis liberis intelligitur de liberis ex eo matrimonio natis, non aũt ex altero. confert quod ex illis iuribus reſpõdit in his ferè terminis Signorol. cõſi. 37. Factũ ſic ſe. Quod ſanè reſponſum defendit idẽ Signorol. con. 68. In qõne Blan-
6 diſiæ. & cum eo ſenſit Iaſ. conſi. 115. nu. 4. li. 1. ſi teſtatũ† defert lucrũ dotis marito, ſi mulier decedat ſi ne filiis, intelligitur ſine filiis ex eo matrimonio, nõ ãt ex alio. idẽ reſpondit Rom. conſ. 331. pmiſſorũ. nu. 3. quo loci ait, d. l. cum vir, eſſe ſingularẽ. idẽ viſus eſt ſentire So. Sen. in d. l. cũ vir. nu. 2. cũ ergo filij hi ſecundi matrimonij nõ dicantur filij ex ea Catherina iam vita functa, iuxta l. 1. §. vlt. de pub. & vectig. & tradit Signorol. d. cõſ. 37. col. vl. ver. itẽ cùm decedit, &c. ſequitur non videri comprehenſos.

Tertiò, vrgere illud non mediocriter videtur, ꝙ qñ lex
7 † ſub nõe qualitatis diſponit, valet argumentũ de tanquã. l. itẽ eorũ ff. quod cuiuſq; vniuerſ. non. l. nã & Titiũ. ff. de hære. inſtit. l. debitor. §. vlt. ff. ad S. C. Trebell. cum ergo cõceſſio hæc ſub hac qualitate facta, Sigiſmũdo Catherinæ viro, ſequitur eſſe locum argumento de tanquã. At in caſu nr̃o reſpectu filiorũ ſecũdi matrimonij nõ põt dici Sigiſmũd' vir Catherinæ iã demortuæ. Nõ ergo verificari põt
8 cõceſsiõis qualitas; & per cõſequẽs ceſſare† videtur cõceſſionis diſpoſitio. arg. l. vlt. ff. de ſena. & l. ſi mulier. §. vlt. ff. da relig. & ſump. fun. Ita hoc argumẽti genere ſimili in caſu vſus eſt Signorol. d. conſi. 69. nu. 3. Accedit Pariſ. cõſ. 20.
9 nu. 43. li. 2. qui reſpondit, non eſſe locum† donationi, cùm qualitas in ea requiſita non concurrit.

Quartò adducebar in hanc opinionem ex eo, quòd vi-
10 demus priuilegium† conceſſum marito, vt ſolum conueniaur pro dotis reſtitutione inquantum facere poteſt, comprehendere filios illius primi matrimonij, non autem ſecundi: ita cenſuit glo. l. etiam, vbi Alex. nu. 7. ff. ſol. matr. & reſponderunt. Soc. Sen. conſi. 84. col. 4. verſ. 10. & vlt. li. 1. & Caſſane. conſi. 53. nu. 21. verſi. 9. etiam facit. idem ergo dicendum videtur hoc in caſu.

Quintò conferre videtur tex. notab. l. filius à patre. §. ſi quis ex certa. ff. de lib. & poſthu. quo loci reſpondit iuriſ-
11 conſultus, quòd ſi quis † ex certa vxore natum ſcribat hæredem, non intelligitur ſcripſiſſe filium ex alio vxore ortũ. Et propterea ſecundus filius ex alio matrimonio, vt præteritus, irritum facit eſſe teſtamentum: cùm tamen fauore teſtamenti dicendum videretur, & filios ſecundi matrimonij eſſe debere comprehenſos. confirmatur ex doctrina Angeli conſil. 51. Simon notarius &c. dum reſpondit,
12 quòd ſi teſtator† ita diſponat, inſtituo ventrẽ vxoris meæ, ſi prægnans eſt, ſolùm inſtituiſſe dicitur in vtero eo tempore exiſtentem, non autem ſecundò conceptum. ita hic concedens viſus eſt conſideraſſe ſolùm filios ex illo primo matrimonio. cum Angelo ſenſerunt Iaſon & Socinus in l. placet. de lib. & poſthu. ille, nu. 12. iſte, col. pen. verſi. placet tamen. Huc ſpectat quod egregiè docuit Paulus à mõte Pico in l. Titia. §. Titia cùm nuberet. num. 109. verſi. Ego ſalua, de leg. 2. vbi diſtinguendo in ea iuris quæſtione,
13 cùm teſtator† relinquit vxorem vſufructuariam, an vt de prima, ita & de ſecunda intellexerit: inquit Paul. à monte Pico, quòd ſi is teſtator tunc habebat vxorem, de ea ſola creditur intellexiſſe, & ad eam ſermonem ſuum reſtrinxiſſe, cùm fortè eius benemerita conſiderauerit: ita hîc dicẽdum videtur.

Sextò accedit tex. l. ſi quis ita. §. ſi quis cùm ignoraret.
14 ff. de teſta. tutela. datio† tutelæ actus eſt fauorabilis, & tamen non extenditur ad eos, quos pater ignorabat habere. Et eo textu adductus ita de legato reſpondit Roma. cõſi. 231. in fine. & de ſubſtitutione vberius Decius conſil. 95. verſi. tertiò principaliter. & Tiraq. in l. ſi vnquam. in verbo libertis. num. 29. C. de reuo. dona. Ergo idem dicendum eſt hoc in caſu in quo aderat iuſta ignorantia apud Ducẽ cõcedentem, an is Sigiſmundus ex ea ſecunda vxore filios eſſet ſuſcepturus.

Septimò huc ſpectare videtur illa ratio, quia iuriſconſulti in l. ſi cognatis. ff. de reb. dub. in l. cùm ita. §. vlt. de l. 2.
15 & in l. interuenit. ff. de l. præſt. rñderunt, legatũ† cognatis factum intelligi factum illis, qui à teſtatore eo tẽpore cogniti erant, non qui ignorabantur. Ea inquam eſt ratio. quòd teſtatoris affectio erga incognitos illos nulla erat. Eſt in legato ita facto reſpondit Rom. d. conſi. 231. nu. 1 ergo idẽ dicẽdũ videtur, competere hoc priuilegiũ filijs ſecundi matrimonij qui à Duce ignorabantur.

Octauò, ſuffragari non parum videtur illa ratio qua vtitur de legato verba faciẽs Rom. d. cõſ. 231. nu. 2. vna pars
16 † copulatiuè declarat alteram, quemadmodum facit & vna pars alternatiuè, iuxta l. 1. ff. de re. dub. vbi Socinus. Cũ ergo copulatiuè in caſu noſtro facta ſit cõceſsio Sigiſmũdo & filijs ex Catherina ſuſcipiẽdis, intelligẽdũ videtur de filijs primi matrimonij tantùm, non autẽ ſecũdi: cùm durante primo matrimonio, atq; in Catherina viuente, cuius cã filij ſunt in conceſsione copulati cum patre, nõ poſsint haberi filij ſecũdi matrimonij. Et ad rẽ hãc optimè confert) inquit Romanus) quod in ſimili docuit Bar. in l. ſi legatarius. §. 1. ff. de le. 3. vir reliquit vxori omni anno ex tali fundo decẽ corbes frumenti, & decẽ libras, cũ frumẽtum
17 ſolui† debeat eo tẽpore, quo colligitur. l. Firmio. §. pater.
18 ff. qñ dies legat. ced. ita pariter & pecuniæ† eodẽ tẽpore erunt enumerandæ. Ea eſt ratio, vt vniformis ſit determinatio. Bartolũ ſecuti ſunt Soc. Sen. conſi. 4. nu. 10. lib. 4. Rui. conſi. 15. nu. 7. & conſi. 98. nu. 18. li. 1. idem conſi. 76. nu. 9. & cõſ. 84. nu. 11. li. 2. & Cur. Iun. conſ. 5. nu. 11. Ita hîc filij vnà cum patre ſunt vocati: ergo eodem tempore veniunt, ſed filij ſecundi matrimonii venire eodẽ tempore nõ poſſunt. Ergo de illis intellexiſſe non videtur concedens.

Nono ac vltimò, vrgere contra filios ſecundi matrimonii non parum videtur, quòd hæc conceſsio facta videtur Sigiſmundo cõtemplatione ſui ac Catherinæ vxoris, ſicuti ſuadere videntur ipſius conceſsionis verba quæ ita ſcripta ſunt, tam ipſi Sigiſmundo quàm ipſi Margaritæ

morem gerentes,&c.Idē eſt dicere Margaritæ,quòd Ca-
therinæ,cum Margarita fuerit amita Catherinæ, quæ tūc
Sigiſmundo matrimonio collocabatur. Atqui quādo do
19 natio†eſt facta viro ſui contemplatione ac ēt vxoris dūm
matrimonio copulantur,pro parte viro,& pro altera vxo
ri acquiritur,ita in ſpecie reſpondit Bar.conſi.11. An quæ
donantur.lib.2. Quemadmodum ergo non licuiſſet Sigiſ
mundo inuita ipſa Catherina vxore de donatis in extra-
neos diſponere,vt in ſpecie reſpondit Bal.conſi. 237. Sta-
tuto Trigeſti. lib.2. ita pariter non videtur potuiſſe idem
Sigiſmundus ducere ſecūdam vxorem, & tacitè diſpone-
re in filios ſecundi matrimonij. Hæc dubitationem mo-
uebant contra hos ſecundi matrimonij filios,ne.ſ. eis ali-
quid ex hac donatione relinquere potuerit D.Sigiſmūdus
pater.

Cęterùm, re longè melius perpenſa, ſum in contraria
opinione,imò & filios ſecundi matrimonij conſequi poſ-
ſe portionem rei donatæ ab Illuſtriſſ. Duce,& per conſe-
quēs licuiſſe D.Sigiſmundo patri teſtando,æqualiter do-
nata relinquere tam filijs ſecundi quàm primi matrimo-
nij.Quod vt dicam,multa me mouēt.

Primò, quia quod donatum fuit ipſi Sigiſmundo, verè
principaliter ſola ſui contemplatione donatum fuit, non
autem Catherinæ vxoris & filiorum, & per conſequens
ei,& non vxori ac filijs acquiſitum.ſi quidem vera eſt Do-
20 ctorum ſententia,donata†illi ſoli acquiri cuius contem-
platione facta eſt donatio. ita docuit Bal. in l.cùm opor-
tet.num.4.C.de bonis quæ liberis. idem cenſuerunt Bar.
Iaſ. & cæteri.in l.ſed & ſi plures.§.in arrogato. ff.de vulg.
& pup.ſubſt. quòd autem donatio facta fuerit Sigiſmun-
do ſola ſui contemplatione, vel ex eo apparet, quòd ipſe
Dux atteſtatus eſt in ea conceſsione,ſe permulta grata ſer-
uitia & beneficia conſecutum fuiſſe ab ipſo Sigiſmundo,
cuius fideli ſeruitute diu vſus eſt:& dixit,ſe illum ſummo-
perè diligere. quo fit, vt ſui contemplatione, non autem
Catherinæ & filiorū qui de Duce ipſo benemeriti dici nō
poterant, donatio facta fuerit.ita docuit Bar.in d.§.in ar-
21 rogato.nu.3.verſ. ſecus ſi ego.quo loci ſcribit, donata † à
conſanguineis ſponſæ ipſi ſponſæ cenſentur contempla-
tione ipſius ſponſæ donata, non autem ſponſi:& id ob di-
lectionem, quam donantes illi erga ſponſam habebāt. cū
Bar. idem docuerunt ibi Ale. & Iaſ. idem reſponderunt
Butr.conſi.37.in ſecundo dubio.& Rol.conſi.10.nu.10.li.
1.cum ergo donatio facta fuerit ſola contēplatione Sigiſ-
mundi,ſequitur,ita ei potuiſſe in ea donatione ipſius ſuc-
22 cedere filios ſecundi ac primi matrimonij: cum quò † ad
patrem æqualis ſit eorùm conditio. Aequè enim vnum ac
alterum pater diligit.quod probatur ex l.3.C. de inoſ.teſt.
quo loci ſcriptum eſt,quòd duob.filijs à matre inſtitutis,
ſi tertius poſthumus vocatus à matre non fuit,ob id quòd
ei defuit tempus mutandi teſtamentum, habetur pro vo-
cato & inſtituto:nam veriſimile eſt,quòd æquè omnes di-
lexerit. & in ſpecie ſimili hanc cōſiderationem facit Alba
conſi.85.num. 9.qui licèt ſubijciat ex Iaſ. in d.l.3.num.6.
verſi.iſta lex,diſpoſitionem illam non procedere in patre:
attamen,ſi rectè Iaſonis verba conſiderētur, non ait ille,
d.l. 3.non procedere in patre,cùm ignoranter id facit,ſed
cùm ſcienter. id quod & de matre conſtitutum eo loci.eſt
nam tunc ceſſat mens illa veriſimilis vocandi æquè om-
nes.Et quòd in patre conſideretur æqualis affectio erga fi-
lios,reſpondit Bal.conſ. 122. Verba teſtamenti. colum. 1.
verſi.nam cùm.lib.1.ſenſit Feder.de Senis conſi.42.Teſta-
tor,verſi.& veriſimiliter.& Picus in repe.l. Titia.§. Titia
cùm nuberet. numero 109. verſiculo & in iſtis terminis.
de leg.2.

Secundò,ea ratione à præcedenti non diſsimili demon-
ſtratur,donationem fuiſſe factam ſola contemplatione ip
ſius Sigiſmundi,& non filiorum. Nam iam diximus,multa
extitiſſe Sigiſmundi benemerita erga Ducem donantem:
& econtrà conſtat nulla fuiſſe vel Catherinæ vel filiorum,
cū illa apud Ducē nō fuerit,& illi adhuc nō eſſent inhuma
23 nis.Quocirca vt verè donata Sigiſmundo,ſui cōtēplatiōe
ſunt donata,& non filiorū.ita docuit Bal.in d. l.cū opor-
tet.nu.4.C.de bonis quæ liberis.clarè reſpondit Alex.cōſi.
8.nu.10.li.3. qui perpēdit, nulla eſſe poſſe merita infantis.
vt eius contemplatione ſibi aliquid donatum cenſeatur.i-
dem Alex.cōſ.89.nu.6.ver.præterea poſito li.4.& clarius
conſ.138.nu.2.li.5.Ita merita perpendunt Iſernia in c.1. §.
vlt.nu.9.de aliē.feudi.& Fernādus Berēgarius in rep. l.in
quartā,parte vlt.nu.66.ff.ad.l.Falcid.& Io. Lupus in rep.
cap.per veſtras.§.45.nu.13.de donat.inter virum & vxo.Si
ergo nihil eſt donatum filiis Sigiſmundi,ſed ipſi ſoli Sigiſ
mundo, ſequitur æqualem eſſe omnium filiorum condi-
tionem, tam primi quàm ſecundi matrimonij.

Tertiò,quòd donatio facta fuerit verè & principaliter
ipſi Sigiſmundo,ſuadent verba illa donationis,ibi tibi pro
24 te & filiis tuis. Quæ ſignificāt†donatū fuiſſe patri & poſt
patrē filiis hæredibus,tamē ordine ſucceſsiuo: cùm hæc
donatio(vt infrà ſubiungam)& ad extraneos trāſire poſ-
ſit.ita docuit Par.in l.Gallus.§.quidam rectè.nu.9.de lib.
& poſthu.ex.l.ſi tibi.§.ſi pactus,& ibi glo.ff.de pactis.Et
cum Bartolo ſenſerunt ibi Alex.& Iaſ.Garzia.num.53.&
* Rubeus,nu.149.& Galliaula,nu.30.cōem * eſſe ſententiā
atteſtatur.Et ita pariter reſponderunt Calcaneus con,74.
nu.21.Decius conſ.149. col.1.Et inquit p̄citato loco Bar-
tolus,quòd dicitur quid profectitiū, cū ex ſua prouiſio-
ne pater acquirat:ſi ergo his filiis acquiſitū eſt vt hæredi-
bus,ſequitur pro portiōe hæreditaria his acquiri.quocir-
cà,cùm oēs tā primi quàm ſecundi matrimonij filij æquè
ſint hæredes;in eos æqualiter tranſit hæc donatio.

Quartò,nō eundo (vt dici ſolet) per mendicata ſuffra-
gia,(vt eſt apud noſtros in in veteri prouerbio)credo rem
hanc reddi clarā & apertam ex deciſione Baldi in aut.qui
rem.5.C.de ſacroſan.eccle.cùm ſcripſit, quòd ſi maritus
25 & vxor vnà recipiunt emphyteuſim † in hac verba:pro ſe
& eorum filiis,emphyteuſis cenſetur acquiſita non ſolùm
filiis ex eo matrimonio,ſed & aliis ex ſecundo,vel tertio:
cùm par ſit erga omnes affectus & amor,vt inquam æquè
omnibus prouideant.Baldum ſecuti ſunt Caſtr. & Soc.in
l.cùm vir.in fi.ff.de cond.& demon.Boerius, q.276.in fi.
qui eiuſdem opinionis recenſet Thomam Parpaleam.idē
reſpondit Alcia.reſp.55.55.Domina Caſtora.nu.16.in fin.
cui in ea ſpecie ſubſcripſit Bero. conſi. 42. numero 4.lib.
1.Cùm ergo hîc donatum fuerit Sigiſmundo pro ſe & fi-
liis ex Catherina vxore, intelligēdum eſt donatum etiam
pro filiis ex alia vxore.

Quintò,quòd nulla habita ſit rō filiorum plus vnius quā
alterius matrimonij,vel ex eo ſatis conſtat, quòd Dux do
nando dedit liberam facultatem ipſi Sigiſmundo alienan-
di etiam in extraneos.hanc facultatem oſtendit illa clau-
26 ſula,& quibus dederis.Quę ſanè clauſula†ſui natura ope-
tur.vt ad libitum alienāri res poſsit.ita copioſè reſpondit
Cur.Iun.conſ.4.nu.4.qui reſpondit,hanc clauſulam ope
rari eundem effectum, quem operatur clauſula, pro ſe &
hæredibus quibuſcumque.idem Cur.Iun.conſ. 109.num.
11.in fin.& conſ.110.nu.27.Si ergo data fuit facultas Sigiſ-
mundo alienandi etiam in extraneos, ſequitur dicēdum,
filios non fuiſſe in conſideratione:cùm etiam illis inuitis
& reluctantib,ob vim illius clauſulæ, alienari donata po-
tuerint:ſicuti ſcribunt Iaſ.in l.2.num.207.C. de iure em-
phy.& Tiraq..in tract.de retractu conſang.§.11. gl.6. nu.
22.& §.32.gl.1.nu.3.ſi.n. ipſis filiis ex ſua perſona ius quæ-
ſitum fuiſſet,non certè patri licuiſſet in extraneos diſtra-
here.His conſequens fuit,vt inſpecta hac patris perſona,
nulla ſit habenda dr̄ia filiorū primi vel ſecundi matrimo
nij.Illud accedit,quò ſi in extraneos alienare, ob vim il-
lius clauſulæ.Sigiſmūdo licuiſſet, multò facilius relinque
re potuit filijs ſecundi matrimonij. nec repugnat deciſio
Boer.q.201.quia loquitur Boerius,quando mulier dona-
taria donaret ſcd̄o viro,vel eius filio,quod videtur contra
primi donātis mentē. quemadmodū clarius explicat Io.
à Ripa in repe.l.fœminæ.nu.26.C. de ſecund.nup. At ſe-
cus eſſet,quando primi donantis voluntas non repugna-
ret,vt hîc,ſicuti & ſuprà ac infrà declaratum eſt.

Sextò,noſtram hanc ſententiam apertè probat.l.placet.
cum lege ſequenti.ff.de lib.& poſthu. Quo loci Vlpianus
27 ait inſtitutionem†factā de poſthumo à teſtatore, qui tūc
vxorem habet,cenſeri factam etiam de poſthumo ex ſe-
cunda vxore:cùm par ſit rō & fauor ſuſtinendi teſtamen-
tum.Et ex textu illo ſcribunt ibi Iaſ.nu.8. poſt Oldradū
& alios, & Oldradum ſecuti ſunt Boer.q.148.&Tira.in l.
boues.§.hoc ſermone.limit.3.nume 5.de verb.ſigni.quæ
ſanè ſententia ea ratione fulcitur, quòd par ſit patris affe-
ctio erga ſuam poſteritatem. & ob id non tantum natis
ex primo, ſed etiam ex ſecundo matrimonio conſulere &
prouidere voluit. Ita ergo in caſu noſtro dicendum eſt,
mentem & animum Sigiſmundi. cui verè facta eſt dona-
tio,hanc fuiſſe,vt acquireret tam filiis primi quàm ſecūdi
matrimonij,quemadmodum voluntatem ſuam ex ſecuto
actu declarauit.nec hîc repugnat illa declaratio. ad d.l.pla
cet,



cet,quam adfert ibi Iaſon, nu. 12. poſt Angelum conſilio
52. Simon notarius. quia infrà ſuo loco reſponſum adferā.
& eo loci dicemus, contrariam opinionem fortè verio-
rem eſſe.

Septimò ac vltimò,credo hîc ex alio ceſſare omnem du-
bitationem;nempè ex verbis illis, quam donationem libē-
ter facimus,vt poſteritati tuæ ſit bene prouiſum. Hîc vo-
luit Dux prouidere poſteritati Sigiſmundi. atqui nomine
28 poſteritatis†continentur deſcendentes omnes æqualiter.
§.tutor.Inſt.de lega.Dec.cōſil.233.col. 1. Et in ſimili ſpe-
cie Alba conſ.85.nu.8.ergo tam filijs ſecundi quàm primi
matrimonij voluit Dux eſſe conſultum & prouiſum.

Non obſtant nunc adducta in còtrarium;in quorū qui-
dem diſſolutione non mediocris verſatur labor.Ad primū
itaque reſpondeo,dictionem illam,ex, nō ſignificare hoc
in caſu ſolam cauſam immediatam, ſed etiam mediatam
29 †ad ſubiectam materiam. Quod in ſpecie probarūt Alex.
in.d.l.ſed etſi plures.§.in arrogato.nu,9,ff.de vulg. & pu-
pil.ſubſt.Rui.conſi.109.num.8.lib.1.& vberius Tiraq. in
tract.quòd ceſſante cauſa ceſſet effectus,limit.20.num.30.
ita ergo in donatione comprehenſi fuerunt filij ſecundi,
vt & filij primi matrimonij.

Non obſtat ſecundū ex l.cū vir,de cōd.& demon.ſi qui
dem magna extat dr̄ia inter caſum illū & noſtrū.illud reſ-
ponſum loquitur in legato à teſtatore facto vxori ſuæ, cū
filios ſuſceperit,intelligitur de filijs cōibus,non autem de
illis quos vxor ſuſcipiet ex alio viro,quem diuortio facto
cum primo, à quo factum eſt legatum, duxerat. Ea eſt rō,
30 quòd teſtator † filios ex alio viro ſuſceptos, odio potius
31 quàm amore p̄ſequitur.Et teſtatori†dicuntur potius ex-
tranei quā loco filiorū:ita quòd mens teſtatoris omninò
abfuit,vt illis legaret.quam declarationē probauit & Be-
ro.conſi.42.ad finem.lib.1.Ad diuerſum eſt hoc in caſu,in
quo iam demonſtrauimus, parem eſſe affectionem Sigiſ-
mundi erga filios ſecundi matrimonnij ac primi. omnib᷒
ergo acquirere voluit Sigiſmundus,& omnib. donare vo-
luit Dux; qui, donando Sigiſmundo,voluit etiam donare
illis,quib.Sigiſmūdus deinde cām dediſſet, nec repugnat
reſponſum Signoroli conſil.37. quia reſpondetur primò,
contra Signorolum in ea ſpecie reſpondiſſe Raynerium de
Forliuio,vt extat illius reſponſum inter conſilia eiuſdem
eiuſdem Signoroli conſi.vlt.& Raynerium ſecuti ſunt Al-
ciat.reſponſo 55.Domina Caſtora,in vltimo dubio.& Be-
roius,d.conſ. 42.lib. 1.qui ambo in eadem ſpecie conſulti
cum Raynerio declararunt ſtatutum Foroliuienſe. Cæte-
rùm,quia controuerſa eſt opinio hæc,vt apud Dec. conſi.
19. col.2.Brunum tract.quòd ſtantibus maſculis. art. 6.q.
27.col. 3.& Soc.Iun.conſi. 70.li.2.ob id aliter reſponde-
tur.Secundo itaq;loco dicimus,Signorolum,Iaſ.& Soci-
num,eorùmq;ſequaces loqui in eo ſtatuto,quod veriſimi-
liter noluit filios carere dote materna, cum omni iure ſit
eis debita: ſicuti oſtendit titulus C. de bonis maternis,&
eam in extraneos conferre. Idem etiam eſt in caſu cōtra-
rio,quando maſculi vterini filiam conſanguineam,atq; ita
è patre natam excludere vellent, ex diſpoſitione ſtatuti.
Non enim id conceditur;ſi quidem veriſimile non eſt,ſta-
32 tutum†excludere voluiſſe filiam ob maſculos patri extra-
neos. diuerſum eſt in caſu hoc noſtro, cùm eadē ſit patris
affectio erga natos ex ſecundo matrimonio,quæ & erga fi-
lios ex primo.Non pariter repugnat illud reſponſum Ro-
ma.cōſi.231.quoniā loquitur ille de teſtatrice,quæ legaue-
rat filijs ſuis,atque ita intelligitur de natis ex communi il-
lo matrimonio, non autem ex altero viro: cùm illi apud
teſtatricem ſint omni tempore extranei, nec in eos teſta-
tricis affectio cadere poterat.

Non obſtat tertium, quia negatur donationem factam
fuiſſe Sigiſmundo tanquam marito d.Catherinæ verius e-
nim eſt factam fuiſſe Sigiſmundo ſola ſui contemplatione.
Præterea,ſi non Sigiſmundi perſonam inſpicimus, ſed fi-
liorum,dicendum eſt, de his filijs donantem & donatariū
33 ſimpliciter eſſe locutos: ſequitur ergo ita reſpectu† filio-
rum ſecundi matrimonij quàm primi factam eſſe donatio-
nē.ita ſimili in caſu argumētū hoc Signoroli,de tāquā,de-
ſtruit Alc.d.reſp.55.nu.16.verſ.reſpōdeo enim.

Non quoque aduerſatur quartum,quia reſpōdetur, quòd
verè illud priuilegium non tranſit ad filios alterius matri
monij,ne tertius multum lædatur. Non enim ad tertij de
34 trimentum ſolent priuilegia†deſcendere à patre in filios:
ita declarat Alexand.in dict.l.etiam.columna prima.verſ.
ſed pro concordia.ff.ſol.mat.& in ſpecie Socinus Senior.
conſi.84.colum.4.verſi.10.& vlt.libro primo. qui illud ſi
35 mile ſubiungit, quòd priuilegium † prælationis in hypo-
theca conceſſum mulieri pro dote ſolùm tranſit ad filios
primi matrimonij,cùm iure hæreditario in alios non trā-
ſeat.l.aſsiduis.§.exceptis.C.qui potio.in pigno. habet.&
declarat Bald.in leg.prima, columna ſecunda verſiculo.
item mulier.C.de priuileg.dotis.& ibi verſi.ſimile dicam,
&c.ſubiicit illud quod dixim᷒ ſ̄. de eo,qui emphyteuſim
recepit pro ſe & filiis; vt tranſeat etiam ad filios ſecundi
matrimonij.

Non obſtat quintum ex l.filius à patre.§.ſi quis ex cer
ta.ff.de lib.& poſthum.cùum illud ibi euenerit in diſpo-
36 ſitione,quæ adeò taxatiuè†concepta eſt,vt verè nati tan-
tùm ex primo matrimonio comprehenſi fuerint,& cæte-
teri excluſi:ita declarat & intelligit Iaſ.in l. placet. nume.
8.verſic.tamen aduerte. & ibidem Soc. colum.penultim.
verſi.ſed illa.ff. de lib.& poſth. & reſpondit Pariſi.conſil.
52.num.28.lib.2.& verè ita ſenſit glo.dict.§.ſi quis ex cer
ta,quæ dr̄iam facit inter caſum illius §.ſi quis, & caſum d.
l.placet.At in caſu noſtro non ita coarctata fuit hæc con
ceſsio,vt ſolùm filios primi matrimonij reſpicere dica-
tur,nec repugnat illa doctrina & reſponſum Ang.d. cōſ.
51.Simon notarius.Quia reſpondeo,veriorem videri opi-
nionē contra Angelū,quandoquidē verius creditur,quā-
37 do teſtator†inſtituit ventrē vxoris ſuæ, ſi prægnans eſſet,
non ſe reſtringere ad eum ſolum ſed inſtitutionē ſe pro-
tendere ad poſthumos alterius matrimonij. ita aduerſus
Angelum ſenſerunt Bald.conſi.113. Opponitur quòd qui
dam M.Simon.col.2. verſi.reſtat dubium.lib.5.Caſt.cōſi.
79.Caſus iſte frequenter,in 2.dubio.li.1. Alex.in d.l.pla-
cet,de lib.& poſth.Barb.conſ.6.col. 3.lib.3. Alc.in tract.
præſump.reg.3.præſump.35.nu.5.Alba conſ.85.num.4.&
Boe.q.148.in fi.qui ita contra Angelum deciſum fuiſſe te
ſtatur. Non etiam repugnat illa doctrina Pauli Pici, d.§.
Titia cùm nuberet.nu.106.verſ.ego.Quandoquidem lo-
quitur Picus,cùm vir vſumfructū vxori reliquit: qui ſanè
caſus,ob ſuam rōnem multum diſtat à noſtro. Nā illa rō
affectionis & amoris cauſata fortè à benemeritis illius v-
xoris,conſiderari non pōt in ſecunda futura vxore.Quam
quidē rōnem cōſiderauit ſimili in caſu Alba,d.cōſ.85.nu.
38 9. at in caſu noſtro par†eſt affectio & amor patris erga
filios primæ & ſecundæ vxoris,vt iam diximus. Nec dica-
tur hæc procedere inſpecta perſona Sigiſmundi patris,
nō aūt Ducis donātis;qui quidē Dux videtur ſolū cōſide-
raſſe filios ex primo matrimonio.Quia iam reſpōdi,& ad-
huc reſpondeo,Ducē nō cōtēplatione Catherinæ, eiuſq;
filiorum donaſſe, ſed potius contemplatione Sigiſmundi.
Eſt ergo Sigiſmundi perſona conſideranda ad iudicandū
quibus filijs poſt mortem ſuam donatio acquiſita fuerit.

Non obſtat ſextum ex l.ſi quis ita.§. ſi quis cùm ignora
ret.ff.de teſta.tutel.quia reſpondeo caſum illum eſſe extra
terminos noſtros:ſi quidem nos loquimur cùm eadem ex
tat incertitudo & ignorantia,an futuri ſint filij ex primo
ac ex ſecundo matrimonio.Et ſi hoc noſtro in caſu ratio-
ne ignorantiæ & incertitudinis filiorum eſſet iudicanda
hæc donatio,nec vni nec alteri filiorū fuiſſet acquiſita: ſed
omnibus acquiſita ea rōne creditur quòd Sigiſmundus æ-
què dilexiſſe præſumitur filios ſecundi ac primi matrimo
nij.ſed diuerſum eſt in caſu d.§.ſi quis, in quo teſtōr exta-
re alios verè ignorabat,creditur ſolùm illis,quos ſciebat ad
eſſe,prouidere voluiſſe:nam de his quos adeſſe ignorabat,
39 †nec in genere,nec in ſpecie cogitauit: ita declarat d.§.ſi
quis. Are.in l.qui filiabus.in fin.de l.1. & cum eo Socinus
in leg.ſi cognatis.nume.27. verſ.prima concl. ff. de rebus.
dubiis.

Non obſtat ſeptimum,quia reſpōdeo,quòd aut inſpici-
mus perſonā Ducis donantis,& tunc hæc argumētatio nil
obeſt:quin Dux non filiorū perſonā conſiderauit, ſed ip-
ſius Sigiſmundi:& per cōſequēs æquè omnes à Sigiſmon-
do deſcendentes dilexit.aut conſideramus ipſius Sigiſmū
di perſonam,& tunc is dicitur ita voluiſſe acquirere filiis
ex ſecūdo ac ex primo matrimonio. Quos ſanè filios ex ſe
cūdo mr̄imonio,etſi eo tēpore nō habuerit, ſufficit tamē
habuiſſe tēpore ſuæ mortis. Nā(vt ſ̄.dicebā) ſufficit in ca-
40 ſu d.l.ſi cognatis,& ſimiliū, ꝙ illa qualitas†filiationis vel
agnationis,vel cognationis, quæ mouit teſtatorem ad le-
gandum,adſit tempore ſuæ mortis, & non adfuerit tem-
pore facti teſtamenti.ita declarat Socin.in d.l.ſi cognatis.
nu.5. & cum eo Deci.in conſ.253. col.vlt.& Alba.conſilio
69.in ſi.cæteros prætereo. Nec repugnat rūſum Roma.

d.conſ.231.nu.2.q̃nquidē loquitur ille eo in caſu in quo iā extant aliqui filij, & in eis legatum verificari poterat. at
41 hîc nulli adhuc extabant:nō ergo †plus de vno quàm de altero ītelligitur donatio facta,ſed æquè ratione oīum.i-ta Romanū intellexerūt & egregiè declararūt Pariſ.cōſi. 71.nu.14.lib.4.& Soc.Iun.conſi.172.nu.24.verſi.bene fa-teor,li.2.quo loci recenſet egregiam doctrinam Ioa. Sa-doleti in d.l.ſi cognatis, col.8.verſ. ſubdit Bartolus, &c. quo loci ita & ipſe Romanum declarat.

Non obſtat octauum,quia reſpōdeo,vt iam dixi, quòd quò ad ipſum Sigiſmundum par eſt ratio filiorum ſecun-di ac primi matrimonij.nec verum eſt quòd filij Catheri-næ copulati ſint cum ipſo Sigiſmundo, contemplatione ipſius Catherinæ:quia iam diximus,ſola contemplatione Sigiſmundi donationē fuiſſe factam.nec copulatiuè facta dr̄,nā tūc opus fuiſſet,acquiſitā fuiſſe donationē ꝓ parte filiis,quod falſum eſſe diximus.nec repugnat doct. Bart. in d.l.ſi legatarius.§.1.de l.3.ſi quidē extra illos terminos ſumus,quia falſum eſt quòd hîc vnà cū patre veniant filij.

Non ob.vltimū,quia ex relatis ſuprà in primo & ſecū-do fundamēto eſt ſatisfactū. præterà ad illud reſponſum Bar.con.11.reſpondetur, Bartolū loqui in donatiōe facta ab inferiori,nos verò de donationis à principe:quę quidē
42 donatarij efficiūtur,cū credatur donata†ſola donatarij,& nō alterius cōtemplatione:imò & alterius cōmemoratio nō facit,vt alteri quā donatario quæſitū ſit.ita docuit A-lex.in l.ſed & ſi plures.§.in arrogato.nu.12.in fi.de vulga. & pupi.ſubſtit.l.cū multa.C.de bonis q̄ libr.vt illā perpē-dit Bar.de cōſ.11.nu.1.ver.in hac quæſt.Cōcludo itaq; li-cuiſſe D.Sigiſmundo ex bonis his donatis potuiſſe relin-quere partem filijs ſecundi matrimonij ac filiis primi.

Iacobus Menochius. I.C.

*SVMMARIVM.*

1 *Verba edicti & proclamatis generalia ſunt, & ideo generaliter ſunt intelligenda, & nu.24.*
2 *Edictum factum ad euitandum malum exemplum,in omnibus obſeruari debet.*
3 *Modus non ſpectatur,dummodo habeatur effectus.*
4 *Mentita duo facit, & idem eſt ac ſi dictū ſit,tu ſciēter falſum dicis.*
5 *Excedere defenſionis terminos quis non debet.*
6 *Crimina falſarij & proditoris detegere publice intereſt.*
7 *Verba hæc prolata,ſaluo honore tuo,es falſarius & proditor,an iniurioſa dicantur,adeò vt proferens ea puniatur.*
8 *Mentitæ,duæ ſpecies.*
9 *Mentita,quæ non fit ad repulſionem iniuriæ, ſed ad impingendum mendacium aſſerenti multum damnatur.*
10 *Mentita ad repulſionem iniuriæ non eſt punibilis.*
11 *Statutum puniens mentitam,de qua intelligat, vel de mentita ad impingendum mendacium aſſerenti, vel de facta ad expulſionē iniuriæ.*
12 *Interpretatio illa ſuſcipienda eſt,quādo plures ſuſcipi poßunt,quæ æquitatem ſapit.*
13 *Et illa fugienda,quæ iniquitatem ſapit.*
14 *Et quæ à ſapientibus reprehendi minimè poteſt.*
15 *Cauſæ immediata eſt quæ conſiderari ſolet.*
16 *Cauſa finalis,non impulſiua attendi debet.*
17 *Ceßante ratione edicti, & edictum ceßare dicitur.*
18 *Diſpoſitio à ratione, vti anima à corpore regulatur.*
19 *Qui eſt cauſa ſui damni,fruſtra ſe excuſat.*
20 *Dictio,occaſio,quid ſignificet.*
21 *Impunitus non debet eße,qui mali cauſa fuit.*
22 *Statutum de iniuriis loquens,debet intelligi vt proſit prouocatis, nō prouocanti.*
23 *Offenſa illa dicitur qua alterum iniuſtè lædit.*
24 *Edicta ſeu ſtatuta generalia ſunt intelligenda ſecundum ius cōmune,atque ad habilitatem reſtringuntur.*
15 *Defenſio admittitur, & vnicuique licita.*
*Occiſio pro defenſiōe nō eſt punibilis licet Cardinalem quis occideret.*
26 *Viro bono non conuenit aßerere quod certò non ſcit.*
27 *Actor ſemper paratus præſumitur, & certus de iure ſuo.*
28 *Prouocans alterum verbis iniurioſis eſt tanquam actor.*
29 *Verba iniurioſa prolata alterando, & contendendo, præſumuntur prolata animo iniuriandi.*
30 *Reip. licet vtile ſit crimina nocentium nota eße,tamen prauus animus detegentis rem facit iniquam.*
31 *Voluntas in maleficiis,non exitus ſpectari debet.*
32 *Iniuria illata ſub his verbis, mentiris ſaluo honore tuo,an excuſet iniuriantem propter illam proteſtationem.*
33 *In his quæ ſimul aguntur,non datur neque prius, neque poſterius.*

## CONSILIVM XLI.

## Initium à Domino.

NON leui ſtudio & diligentia perpēſo edicto ſereniſſ. Ducis Sabaudiæ.necnon & proclamate Illuſtris.Dom. Præfecti huius ciuitatis Mōtisregalis.quibus quidē ſancitum eſt graui admodum ſub pœna. nemini licere alterum mentiri. dicendum videbatur D.Iaſo. Duttum eſſe ea pœna edicti plectendum:cùm Randatio accuſatori de re aliqua contendenti,& illi iniurias nōnullas impingenti,dixerit,tu mentiris.

1 Primò,quia verba†edicti & proclamatis generalia ſunt; & ob id comprehendunt quācunque mentitæ ſpeciē:cùm lex generalis debeat generaliter intelligi. l. 1. §.generaliter.ff.de l.præſt.&l.de pret.de pub.cū vulgatis ſimilib.

2 Hoc enim edictum†videtur editum ad euitandum malum exemplum,ergo quicunq;puniri dēt. iuxta.l.ſi quis aliquid.§.ſi abortionis.ff.de pœnis.

Secundò,me non parum mouebat,quòd non alia ratione edita ſunt hæc edicta & proclamata, quàm peſſima illa duelli conſuetudo aboleatur. ad quod quidem duellum cùm deueniri ſoleat, ſiue iure aduerſario mentiri quis dicat, ſiue iniuria: quemadmodum longo vſu compertum
3 eſt.Non ergo eſt curandū† quō data ſit ea mentita, cū idē ſequatur effectus,iuxta l. ſi ſeru⁹.ff.de ver.ob. & ibi Doct.

Tertiò confirmatur,quia non videtur licuiſſe Dutto etiam per illatas iniurias laceſſito atq; prouocato dicere Rādatio,tu mentiris:cùm eo modo iuſtæ defenſionis terminos exceſſiſſe videatur. nam qui alteri dicit, tu menti-
4 ris,†duo facit, primò illatam iniuriam repellit:ſecundò, nouam ei infert.facit enim illum columniatorem:cùm dicere mentiris, idem ſit ac dicere, tu ſcienter falſum dicis. l.1. §.1.ff.ad S.Conſul.Turpill.& in ſpecie reſponderunt Socin.Iun.conſil.123.nume.27.libro 2.& Alciatus reſpon.
5 248.nu.5.eſt ergo dicere tu mentiris,excedere†terminos defenſionis,quod iure non conceditur.ita in ſpecie conſiderauit Lācellottus Conradus erudit⁹ iuriſconſ. in tract. de duello,parte prima.q.19.num. 11.iure ergo hic exceſſus ſub edicto contineri videtur,vt illius pœna plectatur.

Quartò ſuffragari videtur,quod Randatius nullam intuliſſe videtur iniuriam Dutto, vt puniri mereretur. nam
6 illi dixit, falſarium†& proditorem: quæ crimina detegere publicè intereſt, & ob id nulla pœna indicenda venit. ita Bar.in l.eū qui nocentē.ff.de iniurijs.& Petrus ac Cyn. in l.ſi nō cōuitij.C.eo.ꝙ ſi Randati⁹ lege permittēte id dixit,ſequitur Duttū malè & iniquè illi rńdiſſe, tu mentiris.

Quintò ac vltimò confirmari videtur,quòd Randatius nullam intuliſſe iniuriam Dutto videtur, cùm ei dixerit,
7 quòd ſaluo honore tuo erat falſarius & proditor. nā proteſtatio præcedens declarare videtur non fuiſſe animum Randatio inferendi aliquam iniuriam Dutto, vt egregiè ſcriptum reliquit poſt Angelum.in trac. maleficiorum,in verbo,tu mentiris,Bertach.in ſuo reper.in verbo iniuria. col.3.verſ.iniurioſum verbū.& Fabius Monteleo.in praxi arbitrali.parte 4.q.9.nu.64.nō ergo licuiſſe videtur Dutto reſpondere Randatio per ea verba,tu mentiris.

Cæterùm re diligētiori ſtudio atque meditatione perpenſa contrarium verius eſſe exiſtimo; nempè, Duttum non incidiſſe in pœnam huius edicti.quod vt dicam,multis moueor. Sed illud ante omnia ſciendum eſt, duas eſſe
8 ſpecies†mentitæ:vna,eſt quæ non fit ad illatæ iniuriæ repulſationem,ſed potius ad impingendum mendacium aſ-
9 ſerenti. Hæc†iure adeo damnatur, vt nec alicui liceat alteri dicere, tu mentiris, ſaluo honore tuo. ita Bart. in l.ſi quis extraneus & ibi Iaſ.nume.7. de acquir.hæred.Alex. in l.vlt.ff.quod quiſque iuris&. in l.turpia, vbi.Iaſ. nu.7. de leg.1.Fel.in cap,dilecti.col. pen.verſ.tertiò reſtringe. de except.Iaſ.in l.vt vim,in fine.de iuſtit.& iure. Decius conſi.487.num.4.& conſi.686.num.11, Ripa in cap.cum M.Ferra.num.88.de conſtit.Soc.Iun: conſi.123. num. 20. lib.2.Alcia.in l.deteſtatio.§.2.de verb.ſign.& Didacus li. 1.varia reſol.cap.11.nu.1.Exemplum eſt,ſi alicui aſſerenti, Caium ſoluiſſe Seio debitori ſuo quod ei debebat,&alter diſſētiat,dicátq;mētiris,quòd ille ſoluerit.Secūda eſt ſpecies



cies mentitæ, quæ ſolet adferri ad proprij honoris defenſionem,& ad repulſationem illatę iniuriæ, vt ſi quis alteri dicat,quòd eſt fur,maleficus, vel proditor:is iure reſpō-
10 dere poteſt,mentiris: hanc †mentitæ ſpeciem lex iuſtam & nulla pœna dignam iudicauit.ita enim ſcriptum eſt Hierem. c. 37. ad Chaldæos transfugis: reſpondit Hieremias, falſum eſt.& lib.3.regum c.3.dixit meretrix cuius filius viuebat alteri meretrici, mentiris: quod mendacium apparuit iudicio Salomonis, nec legitur ex hoc illam aliquam pœnam luiſſe. atque ita alijs permultis in hāc ſententiam relatis firmauit Lucas à Penna in l.3.col.2.verſ.hæc faciūt. C.de caſtrenſ.pecul.mil.lib.12.& ex recentioribus in ſpecie hac Alcia. reſp.363.nu.2.& reſp.368.nu. 4.ex ſententia Bar.in l.quæ omnia.§.1. ff. de procu. idem probarunt Iaſ. in l.ſi quis extraneus.in prin nu.2.verſ.ſecundò limita. de acquir poſſ.in l.vt vim.num.36.de iuſt.& iure. Dec. conſ. 487.num.5. conſ. 686.nu.14.Soc.Iun.conſi.123.nu.21.lib. 2. & clarè reſpondit Alcia. reſp.248. nu.3.poſt Abbatem in c. cùm te,de re iud.hanc mentitam non inferre aduerſario iniuriam, cùm ad defenſionem ſit. Abbatem ſecutus eſt Capicius deciſ.58.num.3. His addo Baldum conſil. 45.ſtatuto Papiæ cauetur. lib. 1. vbi in ſpecie declarando ſtatutum Papiæ, quòd dicens iniuriam Datiarijs puniatur certa pœna; reſpondit,quòd ille non dicitur iniuriaſſe Datiarium, cui dixit quòd mentiebatur, cùm ei dixiſſet, fraudatores gabellæ. Nunc ad rem noſtram redeamus.Di-
11 co edictum Sereniſsimi Principis eſſe intelligendum † de prima illa ſpecie mentitæ, quæ iniuriam infert:non autem de ſecūda hac,quæ eſt ad propulſandum iniuriam.

Primò ſuadetur, quia vbi multiplex eſſe poteſt inter-
12 pretatio,†illa probanda eſt,quæ æquitatem ſapit.l.in his. ff.de cond.& demon.Soc.Sec.conſ.159.col. 7.in fin.libr.
13 2.& è contrà illa eſt fugienda,quæ † habet iniquitatem,ita copioſè Craue.conſilio.186.numero decimoquarto.Præ- tereà,illa interpretatio eſt ſumenda, quæ à ſapientibus
14 reprehendi minimè poteſt. leg.Saluius Ariſto. ff.de legà. præſta.Socin.Iun.conſi.76.numero 11.libro ſecundo. & Craue.conſilio quinto,numero 14.atqui hoc in caſu verba dicti dupliciter poſſunt intelligi.primò de mentita,quæ infert iniuriam:ſecundò,de mentita,quæ eſt ad defenſionē. ſi edictum de vtraque intelligeratur, æquitati ac iuri naturæ,quæ ſui honoris tutelam concedit, repugnaret, & à ſapientibus mereretur reprehendi: cùm antiquiſsimi illi patres hoc non eſſe quid iniqui exiſtimauerint.

15 Secundò,cauſa immediata † illa eſt,quæ conſiderari ſolet.l.ſocium qui in eo §.vl.ff.pro ſocio.Decius in leg.certi condictio.§.quoniam.nu.7.ff.ſi cer.pet.copioſè Tiraq. in tract. quòd ceſſante cauſa ceſſet effectus,limit. 20. numero,3,4.5.& præter eum Craue. conſi. 264.numero tertio.& conſ.302. num.4. & Soc.Iun. conſi.123. num.13.lib.
16 3.Rurſus,cauſa † finalis,non autem impulſiua attenditur: ita Baldus in l.1.C.de pactis. Bellonus conſi.8. nume.3.& conferunt quæ latè ſcribit Tiraq.in d.tract.quòd ceſſante cauſa ceſſet effectus, limit.1.nume.3.ac cauſa finalis edicti eſt,ne ciues & ſubditi ad arma & duellum deueniant. cauſam autem immediatam proſiliendi ad arma præſtitit Rādatius prouocator:non ergo edictum locum habet contra Duttum, qui paſſus eſt iniuriam, & qui ad arma non proſiliit.

Tertiò conſidero (vt iam dixi) hoc edictum fuiſſe ea rationè editum,ne contendentes ad arma deueniant,ſed cauſa hæc in Dutto omnino ceſſat,qui cùm ſine armis tunc eſſet,(vti teſtes permulti affirmant) non pōt dici ob id mentitam dediſſe,vt ad arma deueniret:ſed ſolùm ad ſui honoris tutelam id egiſſe credendum eſt.Cùm ergo ceſſet edicti
17 ratio,†& edictum ceſſare debet.l.adigere.§. quamuis.de iure patro.& copioſè ſcribit Tiraq.in tra. Quòd ceſſante cauſa ceſſet effectus,in prin.nu.25.Et rectè: nam diſpo-
18 ſitio†à ſua ratione,vt anima à corpore regulatur.Tiraq.vbi ſuprà.nu.513.& in l.ſi vnquam,in verbo, libertis. num. 45.C.de reuo.donatio.

Quartò,cùm ex teſtibus conſtet Randatium dixiſſe illa verba iniurioſa Dutto;ſequitur ipſum Randatiū priùs incidiſſe in pœnam ipſius edicti:atque ita illud violaſſe.Quo
19 fit,vt èo ſe†iuuare minimè poſsit.l.auxilium,in fi.ff.de mino.& c.fruſtrà,de vſuris. Quòd autem Randatius proferēdo illa verba iniurioſà cōtra Duttum in edictum commiſerit,vel ex eo conſtat. quòd edictum non modò loquitur, cum quis alterū mentitur, ſed & cùm occaſionem præbet veniendi ad arma.Ita ſunt verba edicti concepta: *manco oc-*
20 *caſione,di venire all'arme.*Illa dictio *occaſione,*†cauſam etiam remotā ſignificat.ita Dec.in rub.C.qui admitti: prima lectu.nu.9.Iaſ.cōſ.63.col.4.verſ.3.principaliter.lib.3. Ruin. conſ.53.nu.5.& conſ.184.nu.12.lib.1.Cum ergo ſuis verbis Randatius non ſolùm cauſam remotam,ſed & proximam proſiliendi ad arma (vt iam dixi) præſtiterit;dicendū eſt in edictū commiſiſſe:atque ita non potuiſſe Duttū accuſare.

Sextò confirmatur,quòd Randatius puniendus eſt; quia cauſam immediatam veniendi ad arma præbuit: alioqui, ſi diceremus illum eſſe impunè dimittendum,ſequeretur il-
21 lud iniquum & abſurdum,quòd is ſit impunitus†qui mali cauſa fuit,contr l.ita vulneratus, in fin.ff.ad l·Aquil. Et econtra Duttus abſolui debet, ne & iniuriam à Randatio,
22 paſſus ſit,& ab edicto pœnam. Atque ita edictum†interpretari debet,vt proſit prouocatis, non autem prouocātibus: ita ſimili in caſu arguit Craue.conſi.5. nu.15.

Septimò,ſuffrgatur,quòd hoc edictum ob id punit mētientem alterum, quia eius famam & honorem offendit. Atqui is,qui pro ſui defenſione alterū mentitur, non di-
23 citur eum offendere:ſiquidē offenſa† illa dicitur, qua quis alterum iniuſtè lædit.ita Bar.in l.licitatio.§.quòd illicitè. num.4.ff.de publica. & vectigal.Ruin.conſi.42.num. 16. conſ.43.num.19.conſil.49.num.6.& conſi.81.num. 1. lib. 4.Pariſ.conſi.165.num.4.5.lib.4. qui Bartolum ſecuti ſunt Si ergo Duttus mentiendo Randatium ad ſui defenſionē iuſtè fecit, non dicitur eum offendiſſe; & per conſequens non incidit in pœnam edicti.

Octauò ac vltimò,huc ſpectat auctoritas eorum,qui in ſpecie hac reſponderunt, hæc edicta & proclamata non intelligi de his mentitis, quæ ad propulſandam iniuriam ſunt.ita Alciat.reſp.248.nu.3.& reſp.288.nu.3.

Non obſtant nunc adducta in contrarium. Ad primū reſpondeo,quòd licèt edicti verba generalia ſint;attamen
24 †ſunt interpretanda & intelligenda iuxtà iuris communis diſpoſitionem: atque ita de habilitate reſtringenda. l. vt gradatim.§.1.ff.de muner.& hono.cum multis illi ſimilibus quæ citantur à Doctoribus paſsim. Et quòd dicitur edictum fuiſſe editum ad euitandum malum exemplum, conceditur,ſed negatur mali exempli eſſe propulſare iniuriam: cùm ius diuinum,naturale atque ciuile hoc permittat vt diximus,& mox ſubijciam.

Non obſtat ſecundum, quia reſpondeo ex iam relatis, eſſe ſpectandam cauſam immediatam, non autem mediatam. Nihil enim Dutto imputari poſsit,cùm Randatium non prouocauerit,ſed ſe ipſum aduerſus illius prouocatio-
25 nem ſe defenderit:quod†(vt diximus)iure conceditur. l. vt vim.ff.de iuſt.& iure.vbi copioſè omnes,maximè Dec. num. 6. qui ſcribit, pro ſui defenſione licere aduerſarium interficere.&nu.7.Subiungit,accuſari ēt interficientēCardinalem pro ſui defenſione,ex glo.in c.percuſſerit,de pœnis,in 6.& alia ſcribūt Marſil.conſ.4.nu.5.6.cōſ.25.nu.49. & Placa.li.1.epi.delicto.c.28.nu.4.Quocirc oī caſu prouocato ignoſcitur, ſi quid agit ad ſuam defenſionem, ſicuti reſpondit Gramma. conſi.39.numero ſecundo. in criminalibus.

Non obſtat tertium,quia reſpondeo, illam Lancellotti
* Conradi opinionem aduerſari cōi * ſententiæ, quā ſuprà probauimus. Nec Conradi rationes multum vrgent. Cōcedo,mentiri(vt ille ait)eſſe ſciēter falſum dicere:at ſi quis mihi dicat,tu proditor & falſarius es:quòd verum non eſſe ſcio,ita pariter exiſtimo illum ſcire hoc falſum eſſe atq; ita volueris mihi inferre iniuriam. Nec dicendum eſt, ſimul eſſe poteſt:ꝙ falſum re vera ſit,quòd proditor nō ſim, & tñ tu me talē eſſe credas, ſicq; ignoranter falſum dicas. quia dico tuæ negligentiæ eſſe aſcribendū, quòd affirma-
26 re volueris, qui ignorabas. Non enim viro bono†cōuenit aſſerere quod certò non ſcit:& vt dicebat C. Cæſar ſapientis non eſt dicere,non putaram.Prætereà extat ſemper præſumptio quòd ſciuerit,quemadmodum & in iudicio præ-
27 ſumitur actorem†eſſe certum de iure ſuo, cùm ad iudiciū paratus venire ſoleat.l.plurè.§. vlt.ff.de doli except.leg. ſi qn̄.C.de dilato.§.omnē.in auth.de litigato. Ita qui verbis
28 iniurioſis alterum prouocat,†tanquam actor (actori enim comparari ſolet,ita Dec.conſil.487.nu.9.Soc.Iun.conſi. 122.nu.24.lib.2.& Alciat.reſp.248.)venire debet certus & paratus,vt ſciat verum eſſe quod aſſerit.

Non obſtat quartum,quia reſpondeo, Randatium iniuriam Dutto intuliſſe,nec excuſationem aliquam mereri. Nam extra iudicium altercando & contendendo pro-
29 lata fuerunt verba † illa, quo caſu iniuriandi animo dicuntur

cuntur fuiſſe prolata.ita ex Baldi & Alex. ſententia egre-
giè declarat Ripa in l.vlt.nu.27.verſi.aut dubitatur.C. de
reuoc.donat.Et præter cũ ita in ſpecie reſpondit Oldrad.
conſi.53.Conſueuit dubitari.col.2.verſ. ſed ſi dicitur con-
uicium.Imò exiſtimat,& rectè,Didacus. lib. 1.varia.reſol.
cap.11.num. 6.verſi.Ego quidem,idem eſſe dicendum,cũ
quis in iudicio vel extra conuicium , quod ſcire Reipub.
intereſt, alteri mala intentione obijcit. Nam etſi bonum
30 ſit & Reipub. †vtile,nocentium crimina nota eſſe , & ea
manifeſtari: attamen prauus animus detegentis rem facit
iniquam.cap.cùm miniſter.cap.relegentes.23.q.5. Non e-
nim eum ad ita detegẽdum mouit Reipub. amor & com-
modum , ſed aduerſarij odium & mala ſua intentio. exi-
31 tus†ergo in his non eſt ſpectandus , ſed voluntas. l. diuus
ff.ad l.Cornel.de ſicar.& plura ſcribit Oldradus loco iam
citato.quem ſecutus eſt Roman.conſ.96.nu.6.& Boſsius
in tract.cauſa.crim.tit de iniurijs.nume.4. & Petrus Placa
lib.1.epit.delicto.cap.1.nu.5.

Non obſtat quintum & vltimum , quia reſpõdeo illam
proteſtationem nihil prodeſſe Rãdatio. Siquidem verior
* eſt & * magis recepta Doctorum ſententia,hanc prote-
ſtationem, ſaluo honore tuo mentiris, vel falſarius es,nõ
32 ſuffragari†proteſtanti, quo minùs de illata iniuria tenea-
tur.ita Bart.in l. ſiquis extraneus.& ibi Iaſ.ff.de acq. hære.
Alex.in l.vlt. ff. quod quiſque iuris.& in l. turpia,vbi Iaſ.
num.7.de legat.1.idem Iaſ.in l. vt vim.in fi.de iuſt.& iure.
Fel.in cap.dilecti,col.pen.verſi.tertiò reſtringe.de excep.
Dec. conſi. 487. nu.4.Ripa in cap.cùm M.Ferrarien. nu.
80.de conſtit.Rubeus in l.non ſolùm. §.morte.num.313.
de oper.noui nunt.Alci. in l. deteſtatio,col.2.de verb.ſi-
gnifi.Soc. Iun.conſi.123.nu.20.lib. 2.& Didacus libro 1.
varia.reſolu.cap.11.num.1.Et verè illa Angeli & Bertachi-
ni diſtinctio falſa eſt,dum diſtinguunt,quod aut proteſta-
tio præcedit iniuriam;&tunc proteſtanti prodeſt:aut eam
ſubſequitur , & tunc non. Eſt inquam falſa,quandoquidẽ
ſemper facto repugnat. cap.ſolicitudinem,de appella. ca.
33 gratum, de off. deleg. Præterea in his†quæ ſimul aguntur,
non datur nec priùs nec poſterius. l. nec enim. ff.de ſolu-
tio,Bart.in l.2.§.priùs.ff.de vulg.& in l.quidam teſtamẽ-
to.ff.de pecul.leg.Concludo ergo Duttum fore abſoluẽ-
dum ab hac Randatij accuſatione.

Iacobus Menochius. I. C.

17 *Teſtamentum primum confectum an rumpatur,vel quid iuris ſi re-
periatur ſcriptura poſtea facta à teſtatore, cum his verbis : ego
talis volens decedere inteſtatus,&c.*
18 *Notarius cui commiſſa ſunt protocolla notarij,mortui , non poteſt in
publicam formam leuare inſtrumentum , quod ſcriptum reperit
in cedula poſita in filzia ſcripturarum.d.notarij mortui.*
19 *Scriptura teſtamenti reperta apud teſtatorem an leuari poßit in pu
blicam formam.*
*Et quid mandato iudicis.*
20 *Iudicis arbitrium debet regulari à iure & ratione,non à capite.*
21 *Notario aßerenti eße rogatum an rectè dicat,vt ei præſtetur fides.
& nu.35.*
22 *Scriptura teſtamenti ſcripta à teſtatore , & data notario,ab eóque
ſubſcripta cum clauſulis ſolutis, an leuari poßit in publicam for-
mam.*
23 *Teſtamentum ſcriptum manu notarij & ſubſcriptum cum ſolitis
clauſulis , & poſt eius notarij mortem apud tertium repertum,
non poteſt in publicam formam redigi.*
24 *Notarius cui commiſſa ſunt protocolla alterius notarij mortui, quo
caſu poßit inſtrumentum vel ſcripturam in publicam formam
redigere.*
25 *Priuilegium ſi concedatur ratione perſonæ vel actus, priùs de perſo
na vel actu conſtare debet.*
26 *Ex comparatione ſimplici literarum non habetur certitudo ſcri-
pturæ.*
*Et quid requiratur vt comparatio rectè facta dicatur.*
27 *Scriptura reperta extra protocollum quomodo iudicis commißione
redigi poßit in publicam formam.*
28 *Dèque hac commißione facta notario in dubio non creditur.*
29 *Cauſæ cognitio plura requirit.*
30 *Leuatio ſcripturæ in publicam formam contra præceptum ſuperio-
ris non valet,& de alio geſto idem dicimus.*
31 *Notarius cui commißa ſunt protocolla notarij mortui,nõ debet quã-
cunque ſcripturam inter ea inſerere , quia aliàs hoc facere , eſt
falſum obrepere.*
32 *Scriptura in qua continentur teſtes omnes vita functi,non caret ſu
ſpicione.*
33 *Falſi ſuſpicio in ciuibus pro falſitate habetur.*
34 *Comparatio literarum,non comprobat inſtrumentum vitioſum &
ſolennitate carens maximè in teſtamentis.*
35 *Notarius rogatus præſumitur de inſtrumentis, quæ apud ſe repe-
riuntur.*
36 *Error notarij partibus nocere non debet,dummodo conſtet de ſubſtã-
tia actus.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Probatio quæ fit ex literarum comparatione non leuis eſt.*
2 *Teſtamentum inter liberos conditum non requirit ordinariam teſta-
mentorum ſollennitatem.*
3 *Teſtamenta inter liberos releuari poſſunt in authenticam formam,
licet imbreuiatura notarij iam defuncti careat ſigno & nomine
notarij.*
4 *Scriptura ad hoc vt in publicam formam ſumi poßit, ſufficit tan-
tùm vt conſtet à notario ſcriptam fuiſſe , neque curatur de ſub-
ſcriptione & ſigno notarij. & nu.30.*
5 *Teſtamentum quod non valet,an ſi ab hæredibus approbetur , con-
ualidetur.*
6 *Inſtrumentum in quo deficiunt ſolennitates,licèt plenè probare nõ
poßit,ſemiplenè tamen probat.*
7 *Inſtrumenta authentica niſi ex protocollis notarij ſumi non poßunt.
Protocollũ apud notarium,nõ apud partes vel tertios eſſe debet.
Notarius non habens penes ſe protocollum,punitur.*
9 *Procolcollum ad hoc vt ſcriptura dicatur,quid continere debeat.*
10 *Conſuetudo circa confectionem protocolli omnino ſeruari debet.*
11 *Scriptura quæ nõ reperitur in protocollis mortui notarij in publicam
formam leuari nequit ſine falſi ſuſpicione.*
12 *Notarius in vno inſtrumento non præſumitur negligens,cùm in cæte
ris omnibus maxima diligentia vſus ſit.*
13 *Imperfecta inſtrumenta,inſtrumẽta non dicuntur.ideo in publicam
formam leuari non poßunt.*
14 *Teſtamentum ſi non ſit publicatum coram teſtatore & teſtibus,
dicitur minus ſolenne, & imperfectum ratione voluntatis te-
ſtatoris.*
15 *Et quid proſit clauſula illa, actum coram teſtibus.*
16 *Teſtamentum perfectum non dicitur cùm quis in ſcriptura diſ-
ponat de rebus ſuis, & dicat poſtea , prout teſtamento meo ordi-
nabo.*

## CONSILIVM XLII.

# Initium à Domino.

IVRIS elegans quæſtio in
themate propoſito proba-
bili dubitatione, mea qui-
dem opinione , non caret.
Siquidem dicendum vide-
batur,authenticum inſtru-
mentum teſtamenti Dom.
Caroli pluribus ab hinc an
nis defuncti ſumi potuiſſe
ex ea ſcriptura apud ipſum
D.Carolum reperta.Quod
quidem multis rationibus
dicendum videbatur.

Primò , quoniam ſcriptura illa protocollum tabellio-
nis,qui teſtamentum recepiſſe atque rogaſſe aſſeritur,eſſe
creditur. Nam literarum comparatio ſatis videtur oſten-
dere ſcripturam illam ſcriptam fuiſſe manu illius notarij.
1 eſt enim non leuis probatio†hæc quæ à literarum compa
ratione prouenit.l.comparationes.C.de fide inſtr. Cùm
præſertim hoc contingat in hoc teſtamento condito à
patre inter liberos : quemadmodum in ſpecie reſpondit
Curt.Iun.conſi.162.num.5.verſi.& tanto maximè.Si ergo
clarum eſt hanc ſcripturam eſſe ab eo notario receptam,
dicendum videtur leuari ex ea inſtrumentum authenti-
cum poſſe.

Secundò



Secundò conferre illud videtur,quod iam attigi,teſta-
mentum hoc fuiſſe conditum à patre inter liberos; quo
2 fit,vt neceſſaria†minimè ſit illa ſolennitas , quæ in cæte-
ris requiri ſolet:ſed qualiſcunque teſtatio ſufficit.l.vlt.C.
famil.erciſ.Cùm ergo ex hac ſcriptura conſtare credatur
de ipſius D.Caroli voluntate , ſequitur illi ſcripturæ fidẽ
adhiberi poſſe,& in publicam formã poſſe redigi. quod
ſenſiſſe videtur Cur.Iun.d.conſ.162.nu.4.ver.confirmã-
3 tur præmiſſa.qui reſpondit,teſtamẽta†hæc releuari in au
thenticam formam poſſe , etſi imbreuiatura notarij iam
defuncti caret ſigno & nomine notarij. & antè eum hoc
idem clarius reſpondit Card.Zabarella conſ.133.col.2.ver.
ad prædicta eſt,&c.

Tertiò ſuffragari non parum videtur , quòd ad hoc, vt
4 ſcriptura†in authenticam formam ſumi poſſit , ſufficere
videtur quòd conſtet illam fuiſſe à notario receptam:nec
eſt curandum quòd careat ſubſcriptione & ſigno notarij,
quemadmodum docuit omnium primus Cynus in l. con
tractus,in fi. C. de fide inſtrum. quem ibi declarat Salic.
q.6.& ad rem noſtram illos ſecutus eſt Cur.Iun.d. conſ.
162. nume. 1. qui alios nonnullos recenſet. Fortius ita-
que idem dicendum videtur in caſu noſtro cùm hîc
præter cæteras inſtrumenti perfectiones,hoc eſt,annum,
diem & teſtes tota ſcriptura ſcripta dicatur manu illius
notarij.

Quartò,res hæc clara videtur ex probatione hæredũ,
qui hanc ſcripturam pro teſtamẽto D. Caroli approbaſſe
5 dicũtur, quæ ſanè approbatio † effectum hunc operatur
ut validum illud teſtamentũ quod aliàs nullũ ,erat cenſe-
atur. quod viſus eſt ſentirre poſt Specul. Alex. & alios
Neuiz.conſ.24. nu.14.15.

Quintò ac vltimò,ſaltem dicendum videtur inſtrumẽ-
6 tum ex ea ſcriptura ſumptum ſemiplenè†probare, etſi ſo
lennitates deficiant.vt ſenſit idem Neuiz. d. conſ. 24. nu.
18.poſt Hoſtien.Gemin.Purpur. & alios.quæ ſanè ſemi-
plena probatio,vt ille ait,ex coniecturis & præſumptio-
nibus ſuppleri poteſt. hæc me hæſitantem reddebant , vt
reſponderem inſtrumentum authenticũ potuiſſe ac poſ-
ſe ſumi ex ea ſcriptura.

Re tamen ipſa diligentius perpenſa , contrariam ſen-
tentiam veriorem atque probabiliorem eſſe opinor:nem
pè ex ea ſcriptura apud Do. Carolum reperta authenti-
cum inſtrumentum ſumi non potuiſſe;vt ita ſentiam, me
mouent plura.

7 Primò,inſtrumenta † authentica ſolùm ex ipſis proto-
collis ſumuntur, vti ſcribunt Baldus & in l.noſtram.nu.3.
C.de teſta.Curt.Sen.conſ.56.Super proceſſu,col.pen.&
alios plures retuli in cõmentariis de arbitrariis iudicum,
lib.2.caſu 187.nu. 2.ſed protocolli nomẽ nullo pacto ob
tinere poteſt ſcriptura hæc apud D. Carolum reperta: nõ
ergo ex ea ſumi authenticum poteſt. Non eſſe protocol-
8 lum,vel ex eo probatur,quòd protocollum † apud ipſum
notarium , non autem apud partes , vel tertium ſemper
eſſe debet.vt inquit Bal.in rubr.C.de fide inſtr.nu.28.qui
ob id ait,& notarium puniri,ſi apud ſe protocollum non
ſeruat.& alios eiuſdem ſententiæ retuli in præcitatis com
mentarijs de arbitra.iudicum,lib.2. caſu 570. nu.2. Rur-
9 ſus non habet hæc ſcriptura†ſignum tabellionatus , nec
ſubſcriptionem notarij:cùm non cõſtet manu illius ſcri-
ptam fuiſſe. quæ quidẽ neceſſaria omnino ſunt ad hoc vt
* dicatur protocollum , vt eſt * magis recepta Doctorum
opinio, quemadmodum retuli in d.caſu 187. numer. 5.&
ibi citatis accedunt Franc.de Marchis.q.163. nu. 11. parte
2.& Natta conſi. 224.nu.2.lib.1.& ſine controuerſia pro
10 cedit hæc opinio,cùm in ciuitate extat cõſuetudo† appo-
nendi ſignum, vt reſponderunt Corneus conſ. 226. nu.3.
lib.3.conſi.94.nu.2.& conſ.118.nu.3.lib.4.& Neuiz.conſ.
24.num.5.

Secundò accedit,quòd ex inſpectione protocollorum
notarij, qui rogatus de hac ſcriptura aſſeritur , conſtare
dicitur,hanc ſcripturã ab eo non fuiſſe habitam inter ſcri
pturas ſui protocolli.Siquidem hęc ſcriptura ſcripta fuit
anno 1528.die 2.Auguſti,&tamen in protocollis illius no
tarij reperiuntur repoſita inſtrumenta ab eo rogata ante
diem illam ſecundam Auguſti,& etiam poſt:& tamẽ hęc
ſcriptura non extat ; nec aliqua de ea mentio: & ob id le-
11 uari† in publicam formam ſine falſi ſuſpicione nõ potuit,
ex doctrina Didaci Couar.lib.Pract.q.c.19.nu.3.verſicu.
quartò erit obſeruandum. qui quidem fortiori in caſu lo
quitur,quando ſcilicèt ipſemet notarius,qui aſſeritur ro-
gatus,authenticum inſtrumentum leuaſſet : à fortiori er-
go non debet poſſe alter notarius, cui protocolla defũcti
fuerunt cõmiſſa,cùm minus cognitum habeat quòd à par
tib.actum fuit. Didaci veram opinionem probaui dicto
caſu 187.nu.30.

Tertiò, quòd ſcriptura hæc dici non poſſit protocol-
lum illius notarij , ita vt ex ea ſumi authenticum inſtru-
mentum potuerit, ex eo demonſtratur , quòd ſi inter ſua
protocolla hanc habere voluiſſet ita eam regiſtraſſet in a-
ctis cancellariæ huius ciuitatis,ex diſpoſitione ſtatuti de
regiſtrandis inſtrumentis,vt cæteras à ſe rogatas regiſtra-
12 uit.nec enim præſumitur † ꝙ ille notarius in hoc actu
fuerit negligens , vel contra ſtatuti diſpoſitionem com-
mittere voluerit , cùm in cæteris fuerit diligens & vir
frugi. quemadmodum in ſimili ferè caſu arguit Neuiz.
conſil.24.num.11.poſt Caſtr. conſi. 371cùm ergo non re-
giſtrauerit,intelligere facilè poſſumus, eam ſcripturam à
ſe receptam atque rogatam non fuiſſe : & per conſequens
ex ea authenticum inſtrumentum ſumi non potuiſſe, nec
poſſe.

Quartò huc ſpectat , quòd teſtamentum hoc (ſi modò
teſtamenti nomen meretur)dicitur eſſe imperfectum ra-
13 tione voluntatis D. Caroli teſtatoris.imperfecta † autem
inſtrumenta inſtrumentorum nomen non retinent;ob id
in publicam atque authenticam formam leuari & redigi
non poſſunt.quod in ſpecie reſpondit Caſtr.conſi.111. Vi
ſis & ponderatis quæ ſupraſcripta ſunt, col.1. verſ.breui-
ter in hoc lib.1.in antiquis.quem ſum ſecutus.d.caſu 187.
nu.30. Quod voluntate D. Caroli imperfectum fuerit il-
lud teſtamentum.vel ex eo demonſtratur, quòd non con
14 ſtat fuiſſe publicatum†coram teſtatore & teſtibus , quæ
non facta publicatio voluntatis teſtatoris imperfectio-
nem oſtendit,vt in ſpecie reſpondit.Ang.conſi.400.Te
ſtator ſua propria, col.2. verſ.primò , quia notarius &c.
15 Nec clauſula †illa,actum præſentibus teſtib.&c.oſtendit
perfectionem quemadmodum reſpondit Cor. conſ. 226.
nu.5. libr. 3. & ſenſit Ancha.conſil.431.& clarius Ang.d.
conſi.400. col. 2. verſ.nunc ad propoſitum. quamquam
Caſtr.conſi.306.Ad primum quæſitum.col.1.lib.1.diſſen
tiat.& malè. Præterea hæc voluntatis imperfectio ex eo
detegitur,quòd reperitur ſcriptura quædam manu dicti
D.Caroli confecta poſt conſcriptum illud teſtamentum;
in qua quidem ſcriptura adnotauit impenſas quaſdam pro
altero eius filiis,qui in militiam fuerat profectus:in eaque
16 ſcriptura proteſtatus † eſt d.Dom. Carolus, ſe velle illas
impẽſas imputari in partẽ d.filij,vt ſuo teſtamẽto deinde
ordinauit.conſtat ergo Do.Carolum non habuiſſe illam
primam ſcripturam pro ſuo teſtamento perfecto.& ſimi
lem conſiderationem facit Pariſ.conſ.27.num.17.lib.2.
Accedit quòd poſt confectam ſcripturam hanc , quæ aſſe
ritur teſtamentum d.Do.Caroli is ſuperuixit per multos
annos, vt veriſimile non ſit, quòd ſi ſcriptura illa fuiſſet
ſuum teſtamentum,quòd retinuiſſet apud ſe: ſed eam no-
tario dediſſet , vt cùm cæteris protocollatis eam redige-
ret.Rurſus reperitur alia ſcriptura manu d.D. Caroli quæ
confecta eſt poſt relatam ſcripturam primam:& in ea ſcri
pta ſunt hæc verba : Ego Carolus nolens de cedere inte-
17 ſtatus &c.quæ ſanè vltima†ſcriptura etſi quò ad validita-
tem nullius ponderis ſit , attamen declarat voluntatem d.
D.Caroli,iux.leg.vltim.vbi Barto.ff.de reb.eorum cum
ſimilibus. quæ omnes coniecturæ oſtendunt , illam pri-
mam ſcripturam non continere perfectum teſtamentum
d.D.Caroli.

Quintò, in hanc ſententiam multorum auctoritatibus
adducor:ac primò Caſtren.d.conſi.111. col.1. verſi.ſi verò
18 ſolennitatem.dum reſpondit,notarium, cui † commiſſa
fuerunt protocolla defuncti non poſſe in publicam for-
mam leuari inſtrumentum,quod ſcriptum reperitur in ce
dula repoſita in filzia ſcripturarum d.notarii iam defun-
cti.Si ergo ſcriptura reperta etiam in filzia ſcripturarum
d.notarij,leuari in publicam formam non poteſt; à fortio
ri nec hæc potuit,poteritque , cùm non apud notarium,
19 ſed apud teſtatorem † reperta fuit. Nec me mouet quod
ait Caſtrenſis ,hoc non procedere in commiſſione ſpe-
ciali,quam iudex pro ſui arbitrio facere poteſt ; quod re-
tuli in d.commentariis de arbitra iudicum , libr.2. d. caſu
187.nu.26.quia reſpondeo,nullam hîc adeſſe iuſtam cau-
20 ſam,qua iudex† ita arbitrari poſſit : ſiquidem ſuum arbi-
trium debet eſſe iure & ratione regulatum , vti ſcripſi in
præcitatis commentariis de arbitrariis iudicum,libr.1.q.

o. 5. 13.Cùm

13. Cùm ergo hoc in caſu aduerſentur iam relatæ rationes
dicendum eſt, iudicem arbitrari non poſſe, leuandum eſ-
ſe inſtrumentum illud, Caſtrenſi accedit Anchar. conſil.
431. Præmiſſa ſine &c. in prin. qui fortius reſpondit, quòd
etiamſi ipſemet notarius. qui de ſcriptura in filziis ſuis
tantum reperta rogatus dicitur, atteſtaretur ſe de ea fuiſ-
21 ſe rogatum, ei non † eſſe credendum: atque ita non inde
inſtrumentum authenticum ſumendum. quoniam (ait il-
le) ſcriptura illa non reperta in protocollo, ſuſpicione
non caret. Nec illa notarij atteſtatio prodeſt, cùm acce-
potius ad naturam ſimplicis teſtimonij, quàm publicæ
perſonæ. quam ſanè doctrinam declaraui d. caſu 187. nu.
3. vbi dixi non procedere, cùm de ea atteſtatione conſtat
in alia ſcriptura eiuſdem notarij. quæ ſanè atteſtatio vel
vno vel altero caſu & loco facta hic omninò ceſſat. Con-
fert quod egregiè reſpondit Ange. conſi. 400. Teſtator,
22 &c. dum conſuluit. quòd cùm teſtator † quidam ſua ma-
nu ſibi teſtamentum ſcripſiſſet: notario dedit, qui & ipſe
deinde adiecit ſua manu in fine annum domini, indictio-
nem & diem, ac etiam illam clauſulam, actum in tali loco
præſentibus teſtibus, &c. cùm ſcriptura hæc apud eūdem
notarium fuiſſet reperta, & dubitaretur an ex ea poſſet
leuari inſtrumentum teſtamenti authenticum, reſpondit
Angelus, non poſſe: quia illa ſcriptura protocollum nota-
rij non eſt, & ob id vt priuatæ fidem adhibendam non
eſſe, quantò fortius idem dicendum hîc eſt, vbi ſcriptura
hæc non apud notarium, ſed apud D. Bernardinum fuit re
perta? Accedat quòd conſuluit in fortioribus terminis
23 Corn. conſi. 226. lib. 3. ſcripſerat notarius † teſtatoris teſta
mentum, in eaque ſcriptura appoſuit diem, teſtes & cæte-
ra requiſita: dixitque, actum & publicatum fuiſſe. & cùm
hæc ſcriptura reperta fuiſſet penès tertium, non autem in
ter ſcripturas & protocolla notarij, reſpondit Corneus,
ex ea ſcriptura intrumentū authenticū ſumi non potuiſſe,
quia teſtamentū, quod eſt magni momenti, & in quo fraus
facilè fieri poteſt, omninò manere debet apud notariū,
qui de eo rogatus eſt. Nec refert, ait Corn. ibi. nu. 5. quòd
adſcripti ſint teſtes & cætera requiſita manu ipſius no-
tarij: quia id fecit ea mente & animo quòd actus perficia
tur incōtinenti quod deinde nō perficitur, vel ob aliquod
accidens teſtatori eueniens, vel ob hæredum cōtroſiam,
vel ſimilem aliam ob cauſam. Idem reſpondit eiſdem ra-
tionibus ſimili in caſu idem Corn. conſ. 94. nu. 3. libr. 4. Si
ergo in caſibus Cornei non licuit ſumere ex ea ſcriptura
inſtrumentum authenticum, quantò fortius non licet ex
hac ipſa, quæ reperta eſt apud D. Carolum, qui eo animo
videtur eam apud ſe retinuiſſe, vt melius & prudentius re-
bus ſuis conſuleret, & deinde diſponeret? quemadmodum
ſuprà conſideraui. in caſibus Cornei non tanta aderat ſuſ
picio, quanta adeſt in caſuiſto, in quo Do. Iulius, de cuius
maximo commodo agitur, tāta affectione perquiſiuit, ex
ea ſcriptura inſtrumentum authenticum ſumi atque le-
uari. Simili in caſu latè conſuluit Pariſ. conſ. 27. li. 2. qui in
indiuiduo reſpondit contra Cur. Iun. in d. conſi. 162. & ait
Pariſ. nullo pacto inſtrumentū teſtamenti ſumi poſſe ex
ſcriptura in protocollo notarij non reperta. & ibidē nu.
16. vtitur illa ratione, qua vſus eſt Corn. eo animo ſcilicet
ſcriptū ita fuiſſe, credēs notarius teſtamentū debuiſſe per
fici, quod ſuperuenientibus impedimentis factū non eſt.
ita ſimili, imò fortiori in caſu, de teſtamēto reperto ſcrip-
to in folio reperto nō inter ſcripturas notarij, ſed in domo
tertij, decidit Boer. quæſt. 36. 37. & hanc ſecutus eſt Fran.
* de Marchis, q. 193. nu. 15. parte 2. & eſſe cōmunē * Doctrū
opinionē teſtatur Cagnolus in l. ſi librarius. nu. 33. de reg.
iuris. Quæ quidem ſine controuerſia procedit, cùm ſcrip-
turæ hæ non reperiūtur inter ſcripturas notarij, ſed apud
alios: quemadmodū in ſpecie declarat Caſt. in l. cōtractus
nu. 5. in fin. C. de fide inſtr. & eum in ſpecie ſecuti ſunt, &
rectè Pariſius d. conſil. 27. nume. 14. lib. 2. & ex relatis alij
plures.

Sextò alijs rationibus opinor dicendū eſſe illud inſtru-
mentum ſumptum, quod nunc eſt penes Do. Antonium,
ſumi non potuiſſe: & ob id nullam probationem facere.
24 Nam notarius, † cui protocolla & ſcripturæ alterius iam
vita functi commiſſa ſunt; ita demum poteſt ſumere au-
thentica inſtrumenta ex illis originalibus, ſi conſtat ea
ſcripta fuiſſe manu illius notarij defuncti. ita in ſpecie reſ-
ponderunt Alexan. conſilio 166. columna 2. lib. 2. conſilio
97. nume. 3. & conſil. 198 col. 1. verſi. tertiò oportebat. li.
7. quem ſecutus eſt Roland. à Valle conſil. 32. nu. 14. idem
cēſuit Boer. q. 36. nu. 5. poſt Angelum & alios nonnullos.
25 li. 2. Illa eſt ratio, quia vbi facultas & priuilegium † ratio-
actus vel perſonæ conceditur, de ea perſona & actu con-
ſtare debet. l. Diuus. ff. de mil. teſtam. vt ergo poſſit nota-
rius leuare inſtrumentum ex ſcriptura iam defuncti, con
ſtare debet, illam eſſe ſcripturam illius. In caſu noſtro cer
tum non fuit eo tempore, quo ille notarius ſumpſit hoc
authenticum, illam antiquam ſcripturam fuiſſe ſcriptam
manu illius notarij defuncti. Nec dicatur, hunc notariū,
qui extraxit ex literarum comparatione iudicaſſe hanc
fuiſſe ſcripturam illius notarij: quia reſpondetur, ex ſola
26 ſimplici comparatione † non haberi certitudinem ſcri-
pturæ. l. contractus. C. de fide inſtr. quam declaraui in
commentariis de arbitrariis iudicū, libr. 2. caſu 114. nu. 30.
Quocircà ibidē dixi nu. 26. plura requiri ad cōparationē
faciendam, quæ verè obſeruata hoc in caſu non fuerunt.
Cùm ergo certum non fuerit eam ſcripturam non fuiſſe
ſcriptam manu illius defuncti notarij, ſequitur nullo mo-
do inſtrumentum hoc authenticum potuiſſe ſumi: & in
formam publicam redigi.

Septimò, quod iam dixi hac vrgentiſſima ratione com-
27 probatur, vt ex ſcriptura † reperta extra protocollum no
tarij mortui poſſit ſumi inſtrumentum authenticum, ſpe-
cialis fieri debet à iudice commiſſio, cum cauſæ cognitio-
ne, vt in ſpecie reſpondit Caſt. d. conſi. 111. col. 1. verſic. ſi
verò quæritur. lib. 1. & clarius conſi. 306. Ad primū quæ-
ſitum, col. 1. verſ. puto tamen. li. 1. idē in l. contractus. nu.
5. in fi. C. de fide inſtru. Pariſ. conſi. 27. nu. 10. lib. 2. Natta
28 conſ. 46. nu. 4. lib. 1. & de hac commiſſione † facta nota-
rio non creditur, ſed de ea aliter conſtare debet, vt ſcri-
bunt Guido Pap. q. 404. Boer. q. 36. nu. 4. & Rol. d. conſi.
32. nu. 17. At in caſu noſtro non conſtat de hac ſpeciali
29 commiſſione nec de cauſæ cognitione, quæ † plura requi-
rit, vt ſcripſi in d. commentariis de arbitrariis iudicum,
li. 1. q. 19. Imò, quod fortius eſt, fuit interdictum illi nota-
rio & cæteris & per clariſſ. Dominos Aduocatos Sereniſſ.
Dominij, ne hoc authenticum inſtrumentum leuaretur.
30 quo fit vt leuatio † hæc contra præceptum ſuperioris fa-
cta nullius valoris ſit, iuxtà ea quæ ſcribit Bar. in l. ſi quis
pro eo. num. 8. ff. de fideiuſſo. & Docto. in cap. nam concu
piſcentiam, vbi Dec. de conſt. & in capit. cùm contingat,
ibi Alc. nume. 35. de iureiu. dum affirmant, actum geſtum
contra præceptum ſuperioris perſonaliter conceptum,
adeò nullum eſſe, vt nec iuramento conualidari poſſit.
quod tantò fortius hîc procedit, vbi duplex extabat pro-
hibitio, vna ſcilicèt iuris communis, ob ſpecialem com-
miſſionem non extantem; altera Dominorum Aduocato
rum. arg. §. ſanctiſſimas, in auth. de aliena. & emphy. cum
aliis per Alex. adductis in l. filiusf. §. diui. nu. 1. de le. 1. quæ
ſciens prætereo.

Octauò & vltimò dicendum fortè eſt, non carere ali-
qua falſi ſuſpicione quod actum fuit à D. Iulio. Siquidem
re vera dici non poteſt hæc ſcriptura illius notarij, qui de
ea rogatus aſſeritur: cùm nec legitima literarum compara
tione, nec aliis probationibus demonſtratum id fuerit, vt
31 paulò antè dixi. Quocircà non potuit, aut debuit † D. An
tonius inſerere eam ſcripturam inter ſcripturas illius no
tarij: quia hoc facere, eſt falſum obrepere, vt poſt Bar. in
l. ſi quis obrepſerit. num. 2. ff. ad l. Cornel. de falſis, & alios
plures ſcripſi & declaraui in commentariis de arbitrariis
iudicum, lib. 2. caſu 309. Quæ ſanè ſuſpicio augetur, quia
audio agi de maximo commodo ipſius D. Antonij, qui
& magno cum affectu curauit inſtrumentum hoc authen
ticum ex ea ſcriptura ſumi, vt æs alienum quo maximè pre
mebatur euitaret. quod etiam fecit ſpreto Dominorum
Aduocatorum præcepto. Audio etiam teſtes in ea ſcrip-
32 tura † deſcriptos eſſe omnes vita functos hodie, & fortè
etiam tempore quo Domini Aduocati iuſſerunt, ne in pu
blicam formam leuaretur ſcriptura illa. quo fit vt magna
ſuſpicio inde inſurgere videatur. quod ſenſit Corn. dict.
conſilio 226. numero 2. in fin. libr. 3. efficit ergo ſuſpicio
hæc ne fides adhibeatur huic authentico ſumpto: cùm
33 in ciuilibus † falſi ſuſpicio pro ipſa falſitate habeatur.
leg. iubemus. C. de proba. Dec. conſil. 189. col. 1. & conſi.
448. nu. 28. Soc. Iun. conſi. 39. nu. 3. li. 2. & Crau. conſi. 134.
num. 26.

Non obſtant nunc in oppoſitum adducta, quibus etſi
ex iam relatis ſatisfactum eſt, ita tamen in ſpecie reſpon-
detur. Et ad illud primum dicitur, non conſtare de com-
paratione literarum facta tempore leuationis; quæ ſanè
coni-



comparatio (vt iam dixi) multa requirebat. & ob id re-
ſpondit Corn. d. conſi. 94. num. 3. lib. 4. & latius cum eo
differit Pariſ. d. conſi. 27. nu. 52. libr. 2. non eſſe ex ſimplici
literarum comparatione iudicandum, ſcripturam ali-
quam eſſe manu alicuius ſcriptam, quia fallax eſt ſæpe
4 comparationis probatio: & comparatio † non compro-
bat inſtrumentum vitioſum & ſolennitate carens, vt poſt
Bald. dixit Pariſ. d. conſ. 27. num. 54. Nec ad rem confert,
quod hic agatur de teſtō inter liberos cōdito, vt dicebat
Iun. Cur. d. conſi. 162. nu. 5. ver. & tantò maximè, quia hoc
procedit cum conſtat illam eſſe ſcripturam ipſius teſta-
toris; qui ita diſponere voluit, atque ita loquitur Card. d.
conſi. 133.

Non obſtat ſecundum, quia illud procedit cùm patris
voluntas eſt perfecta, & de ea conſtat ex ſcriptura certa,
etſi careat illa cæteris ſolennitatibus. id quod in ſpecie
ſenſit Caſtren. d. conſil. 111. colum. 1. verſicu. breuiter, &c.
poſt Baldum in auth. quod ſine. C. de teſt. At in caſu no-
ſtro non ſolùm non conſtat hanc eſſe ſcripturam manu
illius notarij confectam; verùm etiam apparet perfectam
non fuiſſe voluntatē Do. Caroli, quemadmodum iam ſu-
prà demonſtrauimus.

Non obſtat tertium, quia Cynus, Salic. Caſtr. & alij eo
in caſu loquuntur, cùm ſcriptura illa reperta fuit apud no
35 tariū, qui creditur † rogatus de eo inſtrō: & conſtat ſua ma-
nu ſcriptum fuiſſe, ita quòd ſolùm de rogitu dubitatur: ſed in
caſu noſtro hæc omnia deficiunt; vt iam dixi. & in ſpecie
contra Cur. Iun. d. conſ. 162. nu. 1. declarat Pariſ. d. conſ. 27.
nu. 11. 14. li. 2. & ita ſenſit Neui. conſ. 24. nu. 6. q. inquit eſſe
debere perfectā ratione diſpoſitionis. Accedit, quòd illa Cy-
ni & ſequacium doctrina dubia admodum eſt, ſtāte præ-
ſertim loci conſuetudine, qua protocolla ſubſcribi & ſi-
gnari ſolent, vt ſuprà admonui.

Non obſtat quartum, quia reſpondetur, imò omnes hę
redes D. Caroli non approbaſſe ſcripturam illam pro te-
ſtamento D. Caroli. Nam D. Iacobus d. Do. Antonij fra-
ter non modò non approbauit, verùm etiam illam accerri
mè & extra iudicium & in iudicio impugnauit. & licèt
D. Antonius ſibi fortè in hoc præiudicium adferre vo-
luit. non tamen eius factum D. Iacobo obeſſe potuit. cap.
alteri, de reg. iuris in 6. cum ſimilibus. etſi Do. Antonius
aliquid geſſit nomine Dom. Iacobi, ab eo nullum hac de
re habuit mandatum, quo ſcriptura illa approbata di-
ci poſſit.

Non obſtat vltimum, quia reſpondetur, Neuizanum
loqui, cùm ſcriptura eſt reperta in protocollo notarij de-
functi: & conſtet fuiſſe ſcriptam manu illius notarij: nam
tunc etſi protocollum careat aliquibus ſolennitatibus,
attamen ſcriptura illa fidem facit, cùm de ipſius teſtamen
36 ti ſubſtantia conſtet. & error † ille notarij non habet
poſſe eam tollere, aut debilitare: ita declarat Purpur. in le.
admonendi. num. 237. de iureiuran. At in caſu noſtro ceſ-
ſant hæc omnia. non enim legitimè conſtat cuius ma-
nu ſit ſcriptura iſta: non fuit reperta inter protocolla
& ſcripturas illius notarij, deficit omnis iuris ſolenni-
tas, imò & perfecta Domini Caroli voluntas. Quocir-
cà concludendum omninò eſt, ex ſcriptura non po-
tuiſſe nec in poſterum poſſe ſumi authenticum inſtru-
mentum: & per conſequens iam ſumptum nullam fidem
mereri. Atque ita iuris eſſe ſentio, rectiore iudicio ſem-
per ſaluo.

Iacobus Menochius. I. C.

## *SVMMARIVM.*

1 *Seruitus aquæ conceſſa, de qua aqua intelligatur, an de illa quæ eſt expreſſa in conceſſione, vel de quacunque.*
2 *Conceſſio ducendi aquam conceſſa à Principe, intelligitur ſine damno alterius.*
3 *Priuilegia Principum ſine damno & tertij iniuria conceſſa dicuntur.*
4 *Habens ius ducendi aquam limitatè, prohiberi poteſt in totum ducere, ſi cum antiquis nouas miſcet & ducit.*
5 *Priuilegium conceſſum ducendi aquas regulatur ſecundum conſuetudinem loci.*
6 *Conſuetudo quandoque conuentioni & pacto antefertur.*
7 *Conſuetudo adeò antiqua, vt non extet hominum memoria in contrarium, loco legis & priuilegij habetur.*
8 *Ducens aquam quæ naſcitur in fundo, an ducere etiam poſsit duci conſuetam.*
9 *Fundus inferior an ferre debeat inundationem aquarum fundi ſuperioris.*
*Sentiens commodum, & incommodum, ſentire debet ex naturali ratione.*
10 *Aggerem in fundo proprio ſtruere an quis poſsit, quo aqua pluuia ad ſui commodum à ſuo naturali curſu auertatur.*
11 *Molendinum an liceat fieri à domino fundi ſuperioris ad ſui commodum, ſi domino molendini inferioris noceat.*
12 *Iniuriam nemini facit, qui ſuo iure vtitur.*
13 *Dominus in ſuo tunc omnia facere poteſt, ſi nihil in alienum immittat.*
14 *Dominus fundi non poteſt facere in ſuo fundo, vt aqua in fundū alterius immittatur.*
15 *Sterquilinium in pariete non licet facere, quo humor ex latere vicini madeſtat.*
16 *Tubuli quales ſint.*
17 *Lex in ſumma. §. idem Labeo ait, ſi vicinus. ff. de aqua plu. arc. quomodo procedat.*

## CONSILIVM XLIII.

# Initium à Domino.

PROPOSITIS duabus
quæſtionibus ingenuè pro
mea virili reſpondebo: &
quod de ſingulis ſentio, di-
cam. Quò ad illam primā,
an liceat ducere aquam plu
uiam vnà cum aqua quoti-
diana per aquæ ductum cō
ceſſum ab illuſtriſſ. Duce
Ludouico anno 1441. di-
cendum videbatur, non li-
cere.

Primò, quia hæc conceſſio ducendi aquā ſolùm loqui-
tur de aqua quotidiana & æſtiua, ob id non extenditur ad
1 hanc pluuiam: quandoquidē in conceſſione ſeruitutis † ſo
lùm venit, quod expreſſum fuit, nec quid plus. le. ex meo.
& l. is qui duo prædia. ff. de ſeruit. ruſt. præd. & eo loci idē
anuotauit Bal. idem probat l. non modus, vbi copiosè i-
dem Bal. C. de ſerui. eſt enim ſeruitus onus quoddam non
leue, ob id augeri nullo modo debet: ita ex d. l. nō modus.
reſpondit Pariſ. conſ. 26. nu. 23. lib. 1.

2 Secundò huic opinioni ſuffragari vr̄, quòd cōceſſio † du
cendi aquam facta à Principe, intelligitur ſine damno al-
terius. l. Imperator. ff. de ſeru. ruſt. præd. & ex illo textu i-
ta ſcriptum reliquit Cæpol. tract. de ſeruit. ruſti. præd. ca.
4. nu. 23. Quod cōfirmatur ex regula illa notabili, etſi vul-
gari. l. 2. §. ſi quis à Principe. & §. meritò. ff. ne quid in flum.
3 publ. nēpè, Principum priuilegia † cenſeri conceſſa ſine
alterius præiudicio. quod & ibidem annotauit Bar. & prę
ter eum copiosè tradunt Dec. in l. 1. in fin. C. de ſecund.
nup. conſi. 11. nu. 4 & conſil. 113. colu. pe. Alcia. tract. præ-
ſump. reg. 3. præſump. 11. & Craue. de antiq. temp. parte 1.
principali, particula 1. nu. 13. Atqui ſi in hac cōceſſione ve
niret aqua pluuia, id eſſet cum damno eorum, qui poſſi-
dent prædia contigua atque vicina, qui illa aqua, niſi du-
catur, fruentur.

Tertiò ac vltimò, in hanc ſententiam adferri poteſt in
terminis ferè tex. leg. 1. §. item quæritur. ff. de aqua quo-
4 tidia. & æſt. quo loci ait Vlpian. quòd is, † qui habet ius
ducendi limitatè aquam, prohiberi in totum poteſt du-
cere, ſi cum antiquis nouas miſcet & ducit. & in ſpecie
ex eo textu ita ſenſit Cæpolla tract. de ſeruitu. ruſtic. præ
dio. cap. 4. num. 98. Hæc hac in cauſa dubitationem mo-
uebant.

Cæterùm, re diligentiori ſtudio examinata, contrariū
verius eſſe opinior: nempè, aquam pluuiam cum quotidia
na & æſtiua per hunc aquæductum duci poſſe. Quod vt
dicam, me mouent multa.

Primò, quia iam extat antiquiſſima conſuetudo ducē-
di ſimul has aquas, nempè quotidianam & pluuiam. Illa
ergo

5 ergo conſuetudo † obſeruanda eſt.l.§.vlti. ad finem.ff.de
aq.plu.arcen ita & de cæteris aquæ ductib. probat l. hoc
iure.§.ductus aqu.ff. de aqua quot.& æſt.& in l.ſi mani-
feſtæ.C.de ſeruit.Nec ſane mirum, quandoquidem con-
6 ſuetudo in his conuentioni † & pacto ante fertur. ita do-
cuit Baldus in titulo de pace Conſtantiæ,in verbo, ſaluo
iure.q.30.quem ſecutus eſt Cæpol.de ſeruit.ruſtic. præ-
dio.c.4.num.1.& egregiè reſpondit Iaſ.conſi.150.colu. 1.
verſi.5.lib.2.& conſi.84.col.pen.verſi.confirmatur.lib.3.
& Calca.conſi.56.nu.7.Quod equidem ſine controuerſia
procedit in caſu noſtro,in quo extare dicitur hæc conſue
tudo à tempore cuius initij memoria nulla apud homines
7 extat.Quæ ſane antiquitas † & legis & priuilegij vim ob-
tinet.d.l.hoc iure.§.ductus aquæ de aqua cotid.& æſti. &
ſcribunt Dec.con.85.nu.2.con.117.in fin.& 271.nu.3.Rui.
conſili.28.numero 11.libr.1.Afflict.deciſ.254.numero4.&
Soc Iun.conſi.49.nu.23.& conſi.76.nu.92.libr. 1.cæteros
prætereo.Eſt ergo in futurum ſeruandum quod hactenus
ſeruatum fuit.

Secundò,huic ſententiæ opitulatur text.l. hoc iure.§.a-
qua quæ in riuo.ff.de aqua quot.& æſtiua .quo tribuitur
8 facultas † ducendi aquam, quæ in fundo naſcitur vnà cùm
duci conſueta.Ea ratione (quæ ad rem hanc facit)quòd il-
lud non operatur homo,ſed natura. Atque ita in ſpecie
noſtra ex illo textu ſcribũt.Oldr.& Alber.in l.Rutilia Po-
la.ff.de contrah.em.& Cæpol.tract.de ſeruit.ruſtic.pręd.
c.4.nu.68 in fin.

Tertiò ac vltimò,hanc adiuuat ſententiam tex.l 1.§ de-
nique,il l 2.ff.de aqua plu.arc.quo loci decidit iuriſcon-
9 ſultus.quòd,cùm dubium eſſet,an fundus † inferior ferre
deberet inundationem aquarum à fundo ſuperiori proue
nientem,decidit inquã ferre debere ea ratione, ( quæ hîc
conconuenit)quia ſicut omnis pinguedo terræ ad eum
decurrit:ita etiam aquæ incommodum ad eum defluere
debet.Quę ſanè ratio naturali iuri & æquitati conuenit,l.
ſecundum naturam.de reg.iur.Cùm ergo hæc predia, ad
quæper hos aquæductus aqua hæc pluuia ducitur,magnã
aliquando illius inundinationem ſuſtinet; ergo & com-
modum ſentire debet,vt duci hæc ad illa poſsit. Quod in
ſpecie viſus eſt ſentire Cæpo.de ſeruit.ruſt.præ.c.4.n.25.

Non obſtant nunc adducta in contrarium, qui ad illa
facilè reſpondetur. Ad primum reſpondeo, illud procede
re inſpecto iure communi, circumſcripta omni conſue-
tudine ducendi aquam, quæ ſanè conſuetudo extat in ca-
ſu noſtro.

Non obſtat ſecundum,quia reſpondeo vt iam ſuprà di
xi.Vel & ſecũdò dico illud procedere,cùm aqua imſcetur
arte & opera hominis, at ſecus cùm ſola ipſa natura id fa-
cit, vt ſuprà dixi.

Non obſtat tertium,quia reſpondeo vt proximè dixi:at
que ita declarat d.l.1.§.item quæritur. ff. de aqua quotid.
& æſti. Cæpol. d.trac. de ſeruit. ruſt.præd.c.4.nu.68.At-
que ita concludo, hunc ductũ aquæ pluuiæ cum illa quo-
tidiana,non poſſe nec debere impediri quin ducatur, vt
duci conſueuit.

Quò ad ſecundam dubitationem propoſitam,an agge
rem in proprio fundo ſtruere liceat, quo aqua pluuia ad
ſui commodum à ſuo naturali curſu auertatur, etiãſi fun-
dum illum exiens fundo vicini inferioris noceat.Qua in re
10 dicendum videbatur,licere aggerem † ſtruere, ex l.in ſum
ma.§.idem Labeo ait,ſi vicinus. ff.de aqua plu. arc. & l.1.
§.ſunt qui putant.ff. ne quid in flu. publ. ex doctrina Cæ-
pol.trac.de ſeruit.ruſt.præd. c.38.de torrente,in fi. Con-
fert etiam tex.l.fluminum.§.vlt.& l.Proculus.ff. de dam-
no infect. Quibus adductus docuit Ripa in l quominus.
nu.25.ff.de flum. poſt Bart.& alios plures, licere domino
11 fundi † ſuperioris in eo molendinum ædificare ad ſui com
modum,etiãſi domino inferioris molendini noceat.ita ẽt
in ſimili reſpondit Decius conſil. 373.colum. 1. Eſt enim
12 regula naturalis ac iuris, nemini iniuriam † facit,qui iure
ſuo vtitur.leg.nullus,de regul.iuris. & egregiè ſcribit Al-
ciatus in trac.præſum.regul.3.præſump.23. qui in ſpecie
hac loquitur.

His tamen minimè refragantibus, contrariam ſenten-
tiã vt veriorem ſequor;nempè non licuiſſe ſtruere hos ag
geres,quib.(vt in facto præſupponitur ) aquæ hæc pluuia
non ſolùm à ſolito curſu auertitur,ſed ẽt in fundum infe-
riorem magno cum illius fundi detrimento immittitur.
Quod vt dicam,multis moueor.

Primò ex l.ſicut.§.Ariſt o.ff.ſi ſeruit.vind.in illis verbis,
13 in ſuo enim alicui † hactenus facere licet, quatenus
nihil in alienum immittat. Quod ſanè reſponſum ita in
ſpecie intellexerant Calc.conſ.56.num. 9.verſ.& ad hoc.
Cæpol.in trac.de ſeru. vrban. præd.ca. 65. de neceſſario.
nu.5.& cap.67.de aquariola,ſiue canali.nu. 4. Dec.l.do-
mum,in fi.de reg.iuris.Ripa in trac.de peſte,tit. de reme-
diis præſerua.contra peſtem.nu.68.& Coraſ.li.6.miſcel-
la.iuris.ca.10.

Secundò confert l. 1.§. Neratius. & §.iidem aiunt, ſi a-
qua naturaliter, de aqua. plu. arc. qui textus,ſi rectè per-
penditur, falcem (ut aiunt) ad radicem ponit. De aqua
14 pluuia loquuntur,& prohibent † quid fieri in fundo vnius,
quo aqua in fundum alterius immitatur. Et textum
illum §.Neratius,ita in ſpecie intellexit Cæpolla tractat.
de ſeruit. ruſtic. præd. capitulo 38. de vallibus aquoſis.
numero 4.

Tertiò huc pertinet leg. quando. §. vltim. ff. ſi ſerui.
vind. quo probatur, non licere in proprio pariete ſter-
15 quilinium † facere, quo humor ex latere vicini madeſcat.
quem tex.ita omnes ibi intelligunt, & Cæpol.de ſerui.vr
ban.prædio.c.65.de neceſſario.nu.5.& Coraſ.li.6. miſcel
la.iuris.ca.10.

Quartò ſuffragatur tex. l.fiſtulam. ff. de ſeruit. vrban.
prędio.in illis verbis;vt aſſiduum habeat humorẽ. & ideo
noceat vicino,poſſe prohiberi. Quod reſponſum ita in-
terpretatur Cæpol.trac.de ſeruit.vrban.prædio. c.49. de
fiſtula.nu.4.in fine.

Quintò ad rem hanc facit l.quidam Iberus, in prin. ff.
de ſer. vrb. præd. quo probatur, non licere habere tubu-
16 los(ſunt tubuli † fiſtulæ fictiles, quibus aqua ducitur, vt
oſtendit Cicero in ſecundo de legibus. Ductus verò a-
quarum, quos iſti tubos & euripos appellant) in pro-
prio pariete, cùm ex eo aliquid in vicini locum immit-
titur,eique detrimentum adfertur. Quem ſanè locum,
cùm de balneo verba faceret Cæpolla, de ſeruit. vrba.
præd.capit.52.de balneo,ſiue ſtupha.num.2.ita interpre-
tatus eſt.

Sextò ac vltimò, hæc opinio corroboratur auctorita-
te multorum interpretum, quos iam ſuprà retulimus,
nempè Calcanei,Cæpollæ, Decij, Ripæ ac Coraſij, qui
affirmarunt, alicui non licere in proprio aliquid facere,
per quod aliquid in alieno immittatur. Idem ſcriptum
reliquerunt Hier. Cuchalon Hiſpanus in annot. ad De-
cium in leg.nullus videtur, de reg. iuris. & ibidem Ca-
gnol.num.4.& 5.& Ruinus conſi.96.num.5. ver. ſecunda
ratio.lib.4.

Non obſtant nunc adducta in contrarium, quia ex iam
dictis videtur ſatisfactũ:ſed clarius & ſigillatim reſpondeo.
17 Ac l.in ſumma.§.idem Labeo ait, ſi vicinus,de aq.plu.arc.
dico loqui, cùm aqua è proprio quidem prædio arcetur,
ſed non ita fit,vt in fundum vicini impellatur:nam impel
lere prohibetur.d.l.1.§.Neratius & §.iidem aiunt, ſi aqua
naturaliter,de aqua plu.arc.Et quod in eo §.idem Labeo,
ſcriptum eſt,ex eo actu arcendi aquam è ſuo vicino dam-
num adferri,intelligitur:vt quia aqua, quæ fortè ad eum
de fluebat & prædia irrigabat, non amplius defluit: vel
quia ad aliud commodum erat,juxtà d.l. fluminum.§.vlt.
& d.l.Proculus.ff.de damno infecto. Licebit ergo aliquid
in proprio facere per quod noceatur vicino ab eo auferen
do commodum:non autem per quod ei detrimentum in-
feratur immittendo aliquid in eius fundum. Atque ita
conciliari poſſunt relata iura,quæ alioqui pugnarent. Et
hoc viſus eſt ſentire Cæpol.tract.de ſeruit. ruſt. prædio.
cap.5.de aqua plu.arc.nu.1.ver.tertium quod. & nu.3.ver.
octauum quod.&c.Ad l.1.§.ſunt autem. ff.ne qui in flũ.
publ.reſpondeo, contrarium potius probare, quemad-
modum oſtendunt illa verba: Neque enim ripæ cum in-
commodo accolentium muniendæ ſunt. & paulò poſt,
ibi: Oportet enim in huiuſmodi rebus vtilitatem & tu-
telam facientis ſpectari ſine iniuria vtique accolarum. Ad
l.fluminum.§.vlt.& ad l.Proculus,de dam.infecto,reſpõ
deo,verè loqui cùm aliquid fit in proprio, ex quo tamen
nihil in alieno immittitur: vt in eo qui in proprio fodit
puteum,quo aperto venæ putei vicini præciduntur. Nam
hoc in caſu ita agere & puteum fodere licèt: cùm in re
propria id fiat, & in alieno nihil immittitur. Atque ita
illa reſponſa ſunt interpretati Ripa in dict.l. quominus.
num.25.ff.de flu.iunctis his quæ ibidem,num.45.ſcribit,
& alij ab eo relati. Hinc ceſſat doctrina illa Cæpollæ d.
capitul. 38.de torrentè. quia Cæpolla ſimpliciter loqui-
tur



tur cùm ex aggere facto damnum quidem vicino ad-
fertur,ſed nihil in ſuo immittitur:quod euenire poteſt,vt
iam ſuprà attigimus.Atque ita iuris eſſe concludo.

Iacobus Menochius. I. C.

## *SVMMARIVM.*

1 *Pater & filius etſi copulatiuè ſub vna verborum conceptione vocati videatur, filium tamen poſt patrem cenſeri vocatum aſſeritur,cum ratione.*
2 *Liberorum appellatione plures continentur.*
3 *Domini vnius rei duo inſolidum eſſe non poſſunt.*
4 *Verba,ſubſtituit talem eiuſque liberos, multiplicem ſenſum recipere poſſunt.*
5 *Subſtitutio(in dubio) vulgaris præſumitur, non fideicommiſſaria, & de veritate,nu 14.*
6 *Verbum(ſubſtituo)eſt verbum commune,& intelligitur de vulgari.*
7 *Subſtitutio quando credatur fideicommiſſaria vbi plures ordine ſucceſsiuo vocantur.*
8 *Liberorum appellatione regulariter venit trinepos.*
9 *Verba tempus mortis deſignantia, tractum temporis in futurum oſtendunt.*
10 *Teſtator ex vocatione maſculorum cenſetur voluiſſe familiæ ſuæ proſpicere,& eam conſeruare.*
11 *Dictio ſemper perpetuitatem demonſtrans,tractum temporis in futurum oſtendit.*
12 *Subſtitutio quando tractu temporis in futurum contineat.*
13 *Clauſula codicillaris quid operetur in teſtamento.*
15 *Reſtitutio realis vel verbalis non eſt neceſſaria, cùm alienata reuocatur.*
16 *Alienatio quo caſu irreuocabiliter valeat.*
17 *Ignorantia qualis exigatur, vt valeat alienatio bonorum fideicommiſsi.*
18 *Diſpoſitio l. vlt. §. vlt. de l.2. quo caſu procedat. & nu.19.*
20 *Hæres non poteſt contrauenire facto defuncti.*
21 *Auditio hæreditatis,tanquam quid facti,non præſumitur.*
22 *Factum quando quid præſumatur citra ius & nomen hæredis.*
23 *Actus factus ab eo qui ex duplici capite poteſt illum facere,dicitur in caſu ſibi magis vtilis factus.*
24 *Alienatio ad detractionem quartarum quando fieri poſsit, vel non.*
25 *Detractio non poteſt fieri ex re quæ tota & integra reſtitui debet.*
26 *Legitima nulla poteſt detrahi de bonis primogenituræ.*

## FACTI SPECIES.

*ILluſtris D. Annabulus à Rauorya hæredem inſtituit D. Carolum filium primogenitum, eiuſque liberos maſculos, cui ſine liberis decedenti ſubſtituit poſthumum, ſi naſceretur,ſin minus eidem Domino Carolo ſubſtituit ſecundogenitum Dominum Ludouicum,eiúſque liberos naturales & legitimos, & liberorum liberos, his verbis expreſſe adiectis: Ita tamen & taliter quòd primogenitus ipſorum inſtituti,vel ſubſtitutorum,caſu ſubſtitutionis adueniente,ſuperuiuens in ſtirpe maſculina, ſemper intelligatur & ſit dicti teſtamenti virtute inſolidum hæres inſtitutus in præfato caſtro Crucis,& iuriſdictione eiuſdem. Vita functus eſt Dominus Carolus ſine liberis, hæreditate adita,nullus natus eſt poſthumus,fuitque ſuperſtes ſemper Dominus Ludouicus ſecundogenitus,qui ſuſcepit Illuſtrem Do.Balthaſſarem,nunc Sereniſsimi Ducis Sabaudiæ à ſecretis conſiliarium:is D.Ludouicus caſtrum Crucis alienauit.*

*Dubitari nunc contingit:primò,quo ordine Illuſtris Dominus Balthaſſar vocatus cenſeatur in teſtamento Dom. Annabuli.*

*Secundò,quomodo vocatus ſit,an per vulgarem, vel potius per fideicommiſſariam ſubſtitutionem.*

*Tertiò ſi Dominus Balthaſſar per fideimmiſſariam eſt vocatus, an abſque reſtitutione ei à grauato,re, vel verbis facta,poſsit alienatum caſtrum reuocare & conſequi.*

*Quartò, an Dominus Ludouicus grauatus potuerit pro portione ſuæ legitimæ iure naturæ ſibi debitæ caſtrum illud alienare.*

## CONSILIVM XLIIII.

# Initium à Domino.

IVSTA ratione acquieſce-
re poterã doctiſſimos reſ-
ponſo eiuſdẽ illuſtris Do.
Balthaſſaris, viri conſultiſſi
mi,& Sereniſſimi Ducis Sa
baudiæ Senatoris, & à ſecre
tis cõſiliarij, cùm ita doctè
& accuratè nodum diſſol-
uerit, vt nec dubitationi,
nec ad ſcribendum mihi lo
cus relictus ſit: vt tamen il-
lius deſiderio ſatisfaciam,
cui nõ ſatisfacere nec poſſum,nec debeo,paucula hæc ad-
feram. Quò ergo ad primam illam difficultatem propoſi
tam,in ea opinione ſum, D. Balthaſſarem verè eſſe voca-
tum poſt D.Ludouicum eius patrem, ſicque ordine ſuc-
ceſſiuo.nam ſubſtituit D. Annabulus teſtator illi D. Ca-
1 rolo d. D.Ludouicum eiuſque liberos,&c.quare † etſi co
pulatiuè ſub vna verborum conceptione vocati videantur
pater & filius, attamen cùm charitatis & affectionis ordo
inter eos intercedat,ſequitur,filium poſt patrem cenſeri
vocatum.ſic docuit Bar.in l. Gallus. §. quidam rectè.nu.
4.vbi omnes,præſertim Soc.nu. 9. de liber. & poſthum.
quos eſt ſecutus conſultiſſimus Compater meus Craue.
conſ.131. & eiuſdem ſententiæ addo ipſe Soc.Sen. conſi.
51.nu.11.lib.4.

Secundò,vt huius ſim ſententiæ adducor, quia hi Do.
teſtator vocauit Dominum Ludouicum eiuſque liberos
2 ſub hoc nomine collectiuo, † cùm appellatione libero-
rum plures contineantur.leg.liberorum.de verb. ſignifi.
& poſt Dec.conſi.205.& Rubeum conſil.144. reſpondit
Craue.d.conſi.131.num.2.in fin. Sed cùm ſub nomine col
lectiuo vocantur plures,inter quos ordo charitatis & af-
fectionis cadit,ſine dubio vnus poſt alterum cenſetur vo-
catus.Crau.d.conſ.131.nu.2. & clarè Soc. Sen. conſil. 86.
col.3.lib.3.

Tertiò, huic ſententiæ ſuffragantur clara verba ipſius
ſubſtitutionis, dum dixit: ita & taliter quòd primogeni-
tus ipſorum inſtituti & ſubſtitutorum ſemper intelliga-
tur dicti teſtamenti virtute hæres inſtitutus inſolidũ &c.
nam hîc clarè videmus,Dominum Balthaſſarem eſſe pri-
mogenitum,ſicque vocatum. eſtque vocatus ordine ſuc-
ceſſiuo, quia ſi cum Dom.Ludouico patre concurreret,
& partem cum eo faceret,apud eum,vt apud primogeni-
tum,caſtrum inſolidum eſſe non poſſet aduerſus teſtato-
3 ris mentem,& iuris communis diſpoſitionem, † cùm duo
inſolidum vnius rei domini eſſe non poſſint. leg. tertia.
§. econtrario. de acquir. poſſeſſio. quo loci interpretes
omnes. Concludo ergo eſſe relato ordine ſucceſſiuo vo-
catum.

Quò ad ſecundam propoſitam dubitationem, dicen-
4 dum videbatur,quòd cùm verba illa, † ſubſtituit Domi-
num Ludouicum,eiuſque liberos, &c. multiplicem ſen-
ſum recipere poſſint,vt egregiè reſpondit Dec.conſ.236.
col.2.& conſ.253.col.1. Crau.conſ.22.nu.3. Pariſ. conſ.11.
nu.30.li.3.& inter cæteros ſenſus duos hos habere poſſit.
Primùm,vt ſit vulgaris ſubſtitutio,quæ per hereditatis a-
ditionem à D.Ludouico factam euaneſceret, iuxtà l.poſt
aditam.C.de impuberum & aliis ſubſtitu. Secundum, vt
ſit fideicommiſſaria, per quam primus inſtitutus & ſub-
ſtitutus illa hereditate adita grauatur ſibi ſubſtituto re-
ſtituere.in caſu ergo noſtro dicendum videbatur ſubſti-
tutionem vulgarem fuiſſe, & per conſequens per aditio-
nem inſtituti ita fuiſſe extinctam,vt D.Balthaſſar amplius
ſuccedere non poſſit: quòd autem vulgaris ſit, dolus me-
diis

dis ſuadetur.

5 Primò, †quia in dubio vulgaris, non fideicommiſſaria præſumitur. ſic Aretinus in l.Gallus. §. quidam rectè, de liberis & poſthum. quem ſunt ſecuti Alex. cōſ.22.col.2.li.3.So.Se.conſ.113.col.2.verc.ſed poſito li.1.Dec.conſ.228.col.2.& conſ.253. col.1.quos eſt ſecutus Crau. conſi.22.nu.3.in fin. & conſi. 131.num. 3. in fine. addo Socinum in dict.l.Gallus.§.quidam rectè. num. 8. in fin.& Ruinum conſi.100.num.4.lib.3.Sic ergo in caſu noſtro videbatur iudicanda.

6 Secundò adducebar † aliquando, quia ſubſtitutio hæc eſt facta per verbum ſubſtituo, quod eſt commune, vt affirmant omnes in l.Centurio, ibi Ripa.num.187.de vulg. Neuiz.conſ.5.num.4. quo fit, vt de vulg. intelligatur. ſic Rui.d.conſ.100.nu.3.li.3. hæc olim me non parū vrgebāt vt huius eſſem opinionis.

Re tamen diligentius perpenſa totus in contrariā ſententiam diſceſſi, hanc ſubſtitutionem eſſe fideicommiſſariam, & ob id Dominum Ludouicum fuiſſe grauatum D. Balthaſſari reſtituere. quod vt verum oſtendam, his moueor multis, præſuppoſito tamen in primis & ante
7 omnia, †quòd vbi plures ordine ſucceſſiuo vocantur, ſi in ſubſtitutione illa verba ſint adſcripta, quæ tractum temporis in futurum habeant, ſubſtitutio fideicommiſſaria creditur: ſic verè ſentiunt relati omnes interpretes pro contraria parte ſuprà in primo fundamento adducti, & clarè ipſe Crau.conſi.32.num.7.& conſi.131.nume.10. cui addo Pariſium conſi.11. num. 29.30.lib.3.& Alciatum reſponſo 484.in fin. quod tantò fortius procedit, quando de teſtatoris voluntate conſtat; quia eo caſu etiamſi verba illa tractum temporis in futurum ſignificantia ad hæredis inſtitutionem referrentur, repetita tamen adhuc cenſerentur in ſubſtitutione. ſic egregiè reſpondit Soc.Senior conſi.12.colum.3.in tertio dubio.li.3.quē eſt ſecutus Cra.d.conſi.131. num.5.quòd autem in hac ſubſtitutione plura adſint verba, quæ tractum temporis in futurum oſtendunt, multis demonſtratur.

8 Primò † ex illis verbis, ſubſtituit liberorum liberos, quæ oſtendunt deſcendentes eſſe vocatos vltra trinepotem, qui regulariter venit ſub liberorum appellatione, vt docuit Bartolus in l.liberorum.num.19.de verborum ſignificatione. Rubeus conſi. 144.num.5.quare ad tempus futurum reſpectum habuit teſtator, vt ex his clarè in terminis conſuluit Curt.Iun. conſil. 48. num.3.& 4.quo enim pacto nepotes & pronepotes poſſent dici inſtituti & ſubſtituti, ſi in futurum diſpoſitio non tenderet?

9 Secundò, perpendo †verba illa, quòd ſuperuiuens in ſtirpe maſculina, &c. idem enim ſonant verba hæc ac ſi foret dictum, & inſtituto vel ſubſtituto decedente, qui tunc reperietur primogenitus, is hæres ſit. cùm ergo verba tempus mortis deſignantia appoſita fuerint, ſequitur, tractum temporis in futurum oſtendere. vt poſt Bart. in l. Centurio, ibi affirmauit Ripa nu.149.de vulg. latè Crau.conſ.22.nu.7.Neui.con.53.nu.2.& clarè in terminis noſtris reſpondit Soc.Iun. conſ.136.nu.18.ver.& fundamentum. libr.3. dum conſuluit, verba illa, & filiis naſcituris fideicommiſſariam ſubſtitutionem demonſtrare, & cùm fit mentio de præmortuo ſine liberis, ſic clarè Soc.Iun.conſ.78. nu.36. lib.3.Pariſ.conſ.11.nu.33.lib.3.

10 Tertiò, huic ſententiæ †ſuffragatur, quòd illa fuit ſemper teſtatoris voluntas, vt familiæ ſuæ proſpiceret, & eam conſeruaret, dum ſemper vocauit maſculos, vt docuit Bart.in l. Caius.ff.ſoluto matrimonio. Alex.conſ.105.li.1.Dec.conſ.227.nu.6.in fine. clarè Alciat.reſponſo. 484. nu. 12. verſ. & quòd iſta interpretatio. eſt ergo neceſſe, ꝙ diſpoſitio hæc habeat tractum temporis in futurum, alioqui familia conſeruari minimè poſſet, ſic in claris terminis noſtris conſuluerunt Soc.Sen.conſ.12.col.pen. verſic. confirmo alia ratione.lib.3.& Ruin.conſil.35.numero 15. libro 1.

11 Quartò, adducor †ex illis verbis, quòd ſuperuiuens in ſtirpe maſculina ſemper intelligatur, &c. dictio enim ſēper, tractum temporis in futurum oſtendit, cùm perpetuitatem & continuationem quandam demonſtret. glo. in verbo ſemper, in procem. Inſtit. omnes in l.1.ff.ſoluto matrimonio. & in terminis ſenſit Soc. Sen. dicto conſilio duodecimo, columna pen. verſicu. confirmantur prædicta.lib.3.

12 Quintò, conſidero †teſtatorem vocaſſe ſemper primogenitos ad huius caſtri ſucceſſionem, qui ſanè primogeniti eo tempore nati non erant, vt Dom. Balthaſſar, quo ſtante ſuccedit egregia doctrina Bal. in conſ.305. Nō eſt dubiū l.3.quam probauit Cra.d.conſ.22.nu.6.conſuluit Bald. ſubſtitutionem tractum temporis in futurum continere, & per conſequens fideicommiſſariam eſſe, ſi fuerunt ſubſtituti filij naſcituri.

13 Vltimò confert, †quia verè opinor in hoc teſtamento adiectam fore clauſulam codicillarem, ꝑ quam ſubſtitutio, quæ in vim vulgaris ſuſtineri non poteſt, in fideicommiſſariam tranſit, ſic in claris noſtris terminis docuit Soc. in l.Gallus.§.quidam rectè, in fi. de liberis & poſth. Cur. Iun.conſ.48.nu.6.quē eſt ſecutus Cra.d.conſ.22.nu.8.addo ipſe Pariſi.conſ.11.nu.32.libr.3.Si ergo vulgaris ſubſtitutio expirauit per aditionem tam Do.Caroli quàm Do. Ludouici, fideicommiſſariæ locus erit. Hæc me in hanc traxerunt ſententiam, cui non aduerſantur relata, quibus iam ſatisfactum ſatis ſuperque intelligimus: & in ſpecie reſpondeo.

14 Non obſtat † ergo illud primum, quoniā fateor in dubio ſubſtitutionem directam, non fideicommiſſariā præſumi: verùm hoc non procedit, quando verba tractū temporis futurum habent, & illa ſubſtitutio iure directo non ſubſtinetur, vt dixi.

Non obſtat illud ſecundum, quia verbum ſubſtituo vt commune comprehendit & fideicommiſſariam, vt ſuo tempore talis defendatur, vt hîc.

Quò ad tertiam propoſitam dubitationē, an Do. Balthaſſar abſque reſtitutione re vel verbis ſibi facta, poſſit
15 alienatum caſtrum reuocare. & dicendum eſt poſſe, †cùm
* *receptiſſima ſit interpretum ſententia, reſtitutione reali vel verbali opus non eſſe, cùm alienata reuocantur: ſatis enim ſuperq; ex ipſa alienatione eſt reſtitutio facta; ſic omnes affirmant, ut Bar.in l.vlt.§.ſin autem.in fi.C.comm. de l.& in l.pen.§.vlt.C.ad Senatuſc.Trebel.So.Iun.conſ.59.num.2.lib.1.& conſ.90. in fin.lib.3.Crau.conſi.19.nu.12.quos in hanc ſententiam retulit Illuſtris ipſe Balthaſſar Conſiliarius. eiuſdem ſententiæ ipſe addo Barba.conſ.3.col.8.in fi.lib.4.Ruin.conſi.109.num.4.lib.2. Soc.Iun. lib.2.conſ.129.nu.16.& conſ.137.nu.3.lib. 1 qui communem teſtatur.

Verùm huic ſententiæ duo aduerſari videntur: illudq; primum, alienationem videri factam ab illuſtri D.Lud. patre inſcio. & ignorante caſtrum hoc fuiſſe fideicōmiſſi oneri ſuppoſitam, & ob id alienationē irreuocabiliter vale-
16 re, † iuxta ſingularē textum l.vlt.§.vlt.de leg.2.per quam ſic præcedentē concluſionem declarānt omnes in dicta l. vlti.§.ſin autē, ſeu in §.ſed quia noſtra, vbi Iaſ.col.2.verſ. 4.notabiliter limita.C.cōmunia de leg. ſingularem declarationem hanc appellant Ant. Corſetus ſuo ſingulari, in verbo alienatio, incipit, ſi res, & Marſil.ſing.31. Valet &c. qui vult eſſe omninò deducendū ac probādum ſcientiam alienationis. idem cenſuit Soc.tract.fallen.reg.155.fallen.1.Rui.conſ.19.nu.21.verſ.3.cōprobatur.li.2.Soc.Iun.cōſi.129.nu.19.li.1.Cra.conſ.77.nu.18.Rol.à Val.conſ.9.num.23.24.& tantò fortius declaratio hæc locū noſtro hoc caſu habere videtur. cùm Do. Lud. fuerit teſtatoris filius, in quo ignorantia paternæ diſpoſitionis magis præſumitur, vt in claris noſtris terminis cenſuit Ruin.conſi.66.num.4.& conſi.109.nu.23.in fi.lib.2.

17 Reſpondetur † tamen huic difficultati multipliciter. & primò in D.Lud. iuſtā non adfuiſſe ignorantiā, vt exigebatur ex traditis per Cur.Iun.conſil. 88.nu.5.& per Neuiz. conſ.32.nu.10.ꝙ autē non adfuerit iuſta ignorantia ex eo detegitur, ꝙ in ipſo alienationis inſtrumento ꝓmiſit tradere inſtrumentū teſtamenti & clauſulas in eo contentas vnà cum reſponſis ſuper eo redditis. ex quibus demonſtratur, re ipſa cognouiſſe teſtamenti diſpoſitionem.

18 Reſpōdetur † ſecundò, ex ſententia Imolæ Alex.& multorū in l.Marcellus.§.res quæ.ff.ad Treb. diſpoſitionem dictæ l.vlti.de leg.2.locum ſibi vindicare tantùm in vniuerſali fideicomm. non in ſingulari, in quo nos verſamur. dubitabilis tamen eſt reſpōſio iſta quoniā aduerſus Imolā alij plures ſentiūt. vt latè apud Rui.conſ.60.nu.7.li 2.

19 Reſpondetur † tertiò, & clarius veriùſq; diſpoſitionem dictæ l.vlt.§.vlt.de leg 2.non habere locum quando alienans ille ſoluēdo non eſſet, & ei nullus hæres exiſteret, ſic clarè in terminis Soc.Iun.conſ.137.nu.5.li.1.poſt Caſtren. Soc.Sen.Ale.& Iaſ. quos citat at noſtro hoc caſu D.Lud. nullus hæres extitit, etſi aliqua alia bona vltra alienata reliquit, illa tāquam fideicomiſſo etiam ſuppoſita loco pretij alienati



tij alienati caſtri cedere non poſſunt.

21 Reſpondetur †tamen multipliciter, & primò, ab aduerſariis aditionem eſſe probandam, cùm illa tanquam quid facti non præſumatur. latè D.Cra.conſ.33. nu. 2. & conſ. 312. num. 3. verſ. quintò conſidero, addo Dec. conſ. 442. num.16.

Reſpondetur ſecundò, D. Conſiliarium nullo vnquam tempore hæreditatem adiuiſſe, cùm actus omnes geſſerit ea adhibita proteſtatione citra ius & nomen hæredis:
22 quare †ſi actus deinde aliqui ſimpliciter facti reperientur, facti præſumuntur citra ius illud ac hæredis nomen, ſicq; alio iure, veluti ex donatione ſereniſſimi Ducis Emmanuelis Philiberti, vel ex cauſa dotis maternæ: ſic pulchrè ex facto interrogatus reſpondit Bald. conſ.405.lib.5.qui ſecutus Iacobi de Arena ſententiam in l.gerit, de acquirend.hæredita. affirmauit in dubio hoc ipſo ſtandum eſſe dicto cum iuramento ipſius hæredis, ſeu filij ad quē ſpectat hæreditas, & idem ſenſit Bart.in d.l.gerit. nu.9.propè medium. nec diſſentiunt Alex.conſ.32.nu.2. libr.3.ſed clarius Cra.conſ.33.num.11.qui Bald.d. conſ. 405. retulit. idem Cra.conſ.197. nu.4.verſ.amplius &c. idem ſcripſit Tiraquellus de retractu conſang.§.2.glo.2.numero 4. Ex quibus declaratur, quod docuit Bartol. in leg. pro hærede.§.vltim.numero 6. de acqui. hæred. quòd vbi proteſtatio præcedit, & actus contrarius, ſequitur ſublatam eſſe proteſtationem; nam hoc intelligitur, quando is actus aliter intelligi non poſſet, quàm aditione hæreditatis.

23 Reſpondetur †tertiò quòd cùm D. Conſiliarius pecunias aliquas exigeret, & actus aliquos faceret quos facere potuit, & tanquam hæres, & tanquam dominus ex donatione Principis, vel alia ex cauſa, vt dotis maternæ, dicitur eo in caſu ſibi magis vtili feciſſe, ſic docuit Bartol. d. leg.gerit.num.21.de acquir. hæred. quem alij plures ſecuti ſunt, quos recenſet Tiraqu. de retractu. conſangu. §. 3. glo.1.num.32.quibus addo Soc. Iun.conſi.131. num.2. li. 2.& Brunum Aſtenſem conſil.1.num.12. ceſſare ergo difficultates omnes in tertia hac difficultate nemo eſt qui non videat.

Quarta ergo ſupereſt diſſoluenda dubitatio, an Dominus. Ludouicus iure potuerit dicti caſtri portionem pro iure ſuæ legitimæ ac Trebellianicæ alienare. & ſine controuerſia concludendum eſt non potuiſſe, cùm locus non ſit detractionibus illarum quartarum, quod multis demonſtratur.

24 Primò, † quia bona alia extabant ſingulari fideicommiſſo minimè ſuppoſita, ex quibus quartæ illæ detrahi poterant. ſic poſt Alexand. & Corneum reſpondit Crauet.conſil.19.numer.14.& conſil. 165.numer.2.addo ipſe Calcaneum conſilio 57.nume.12.Socin.Sen.conſil.75.colum. 4.verſi.ſed circa prædicta, libr. 1. Pariſium conſi.43. num.12.lib.3.

Secundò, adducor authoritate Alexand. conſil.12. libr. 5.qui egregiè in hanc ſententiam ab Illuſtri Domino Conſiliario relatus fuit. Conſuluit enim Alexander locum non eſſe alicui detractioni, cùm caſtrum primogenito relinquitur.

Tertiò moueor ex verbis teſtamenti, quibus eſt prouiſum, vt inſolidum dict. caſtrum perueniat ad primogenitum. Si ergo legitima poſſet detrahi, certè inſolidum peruenire non poſſet, & in hanc ſententiam adducor
25 †ex eo, quòd diximus, ſi res tota & integra reſtitui debet, nulla detractio ex ea fieri poteſt, ſic ſenſit Bartol. in leg.Centurio, numero. 27. de vulga.& in ſpecie Rubeus conſilio 43. numero 22. non diſſentiunt doct. vt Iaſon & Decius in leg. precib. C. de impub. & aliis ſubſtit. Ruinus conſilio 25.numer.7.lib. 1.conſilio 117.numero 21. conſi.146.num.17.& fuſius conſil.148. libro 3. Alba conſilio 17.num.5.

26 Quartò & vltimò † ex eo adducor, quòd caſtrum hoc primogenito ſemper fuit relictum, ita vt ſit hoc erectum in priuilegium & commodum primogenituræ, quo fit verè nulla legitima ex eo deduci poſſit. ſic latiſſimè Tiraquellus tractat. primigenitorum. quæſtione 5. vbi plures in hanc ſententiam retulit. & ita concludo rectiore iudicio ſaluo.

Iacobus Menochius. I. C.

## SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum ad interrogationem alterius conditum valere, ex communi. & nu.4. & 30.*

2 *Stipulari poteſt nomine præſentis, & per interpretem.*

3 *Sententia (notario illam recitante) quo caſu dicatur prolata à iudice.*

5 *Teſtamentum conditum ad interrogationem perſonæ priuatæ, præſentibus ſeptem teſtibus tantùm, ſine notario conſiſtit, cum ratione. declara vt nu. 32.*

6 *Teſtamentum conditum ad alterius interrogationem valet, etiamſi non conſtet teſtatorem teſtari voluiſſe, cum ratione. contra & de veritate. nu.33. & 34. vbi duo caſus ponuntur.*

7 *Teſtamentum conditum etiam ad interrogationem perſonæ ſuſpectæ conſiſtit, cum ratione contrarium. num. 21. & quomodo procedit, nu.35.*

8 *Teſtamentum ad priuatæ perſonæ interrogationem factum valet etiamſi ſit primi reuocatorium cum ratione: & etiamſi teſtator interrogatus balbutiat, & inarticulatè loquatur. nu.9. Declaratur nu.46. poſitis duob. caſib. & nu.37.*

10 *Teſtamentum ritè & rectè factum valet, etiamſi ab inſano, & ad alterius interrogationem factum aſſereretur. contra numero 40.*

11 *Teſtamentum illius qui furioſus credebatur (ſi ſit rectè & ritè factum) valet.*

12 *Teſtamentum quando valeat in caſibus quibus eſt conditum ad alterius interrogationem.*

13 *Voluntas patris imperfecta ad filiorum beneficium conſiſtit, & valet. & nu. 41.*

14 *Teſtamentum conditum ad alterius interrogationem non conſiſtēs, valet iure fideicommiſſ. contra latè num. 42. vbi diſtinguuntur aliquot caſus. & nu.43. & 44.*

15 *Teſtamentum non conſiſtens quia teſtes rogati non fuerunt, valet iure codicillorum & fideicommiſſi.*

16 *Hæredes palàm à teſtatore nominari debent vel ex literis vel ex eius voce.*

17 *Teſtamentum conditum ad interrogationem notarij, vel alterius quo caſu non valeat. & nu.18. & 19.20.22.*

23 *Teſtamentum conditum ad alterius interrogationem, vt valeat, quid requiratur.*

24 *Teſtes ſingulares recipiuntur ad probandam inſaniam, & dementiam.*

25 *Teſtis repellitur ratione coniunctionis ſanguinis.*

26 *Teſtimonium religioſi cæteris præferri ſolet, quando non agitur de commodo ſuo vel ſuorum.*

27 *Teſtis affinis ambarum partium quando careat ſuſpicione.*

28 *Teſtamentum ratione deficientiæ voluntatis teſtatoris non ſuſtinetur.*

29 *Teſtatoris imperfecta voluntas quæ dicatur.*

31 *Teſtamentum ad alterius interrogationem factum quando valeat.*

37 *Teſtamentum factum à balbutiente & impedito loqui, quibus caſibus valeat. & nu.35. & 39.*

## CONSILIVM XLV.

# Initium à Domino.

RESPONSVM, quod elapſis his proximis diebus pro D.Io.Thoma de Thomatis ciue huius Ciuitatis Montisregalis Pedemontium reddidi, nunc in dubiū reuocatur, nonnullis excitatis dubitationib. quib. mea ꝓ virili ita ſatisfaciā, vt intelligat æquiſſimus & ſapientiſſimus D. Iudex, ipſū Thomatum ius optimum hac in cauſa fouere. Dicendum quidem videbatur prima (quod aiunt) facie, teſtamentum à D.Iaco. Thomato d. Io.Thomæ fratre poſteriore loco conditum, ad fauorem filiarum ipſius teſtatoris ſubſiſtere, etſi ad alterius interrogationem cōditum fuerit; & ob id derogare illi primo, in quo inſtitutus fuit hæres ipſe Io.Thomas,

Primò

Primò dubitationem mouet, quòd ſcilicèt conſiſtat po
ſterius hoc teſtamentum, quia ita ſe habet recepta & vera
1 Doctorum ſentententia, † teſtamentum ad alterius inter
rogationem conditum valere. ita ſcribũt gl. in l. iubemus.
§. oportet, in verbo, quemadm. C. de teſtam. quam ibidem
ſecuti ſunt Cynus. col. 2. verſi. vltimò quæritur. & Iacob.
Butrigar. verſi. modò quæro, quid ſi alter. quo loci eiuſ-
dem opinionis recenſet Martinum gloſſatorem. idem
ſcripſerunt eo loci Bartolus & Baldus. Nam Bal. ibi nu. 6.
recitata contraria opinione Nicolai de Mattarellis, verſ.
ſed quidquid ipſe dicat, hanc communem probat. idem
faciunt eo loci Ioa. Fab. Angelus & Salic. Idem Angelus
in l. hæredes palàm, in fin. in princ. ff. de teſtã. & in leg. in
fraudẽ. §. 1. ff. de milit. teſtã. Imola in c. cũ tibi. nu. 3. de te-
ſtã. Angel. Aretin. in Inſtitut. de teſtamen. in princip. nu.
15. verſ. nota iſtã gloſſam. Franc. Aret. in l. hæredes palàm.
in fi. princip. ff. de teſtam. Fulgoſ. in d. l. iubemus. in fi. vbi
communem teſtatur; quod facit & Alex. nu. 9. & poſt cũ
Iaſ. nu. 10. etſi ipſe Iaſ. dubitet. reſponderunt Alc. con. 12.
nu. 6. li. 1. & conſ. 3. nu. 9. li. 3. Corneus conſil. 73. num. 5.
conſi. 304. nu. 3. lib. 1. conſil. 77. nu. 4. & conſil. 261. nu. 18.
lib. 4. Soc. Sen. conſil. 92. num. 16. lib. 3. qui hanc eſſe com
munem aſſerit. ita & Iaſ. conſi. 124. in fine. libr. 1. Barbat.
conſ. 29. col. vl. verſ. Nec obſtat oppo. lib. 1. Rui. conſil. 2.
nu. 8. lib. 2. Dec. conſil. 488. nu. 3. Gratus conſil. 30. nu. 19.
lib. 2. Betran. conſil. 78. in fin. libro 2. in nouis Syluanus
conſil. 54. nu. 10. omnes in l. 1. §. ſi quis ita. de verbo. oblig.
ibi Crotus. nu. 12. & Ripa. nu. 9. Boer. q. 35. Gramma. de-
ciſ. 73. communem etiam teſtantur Alciatus reſpon. 570.
Tam abundè, nu. 5. & Soc. Iun. conſil. 178. nu. 16. libr. 2. &
Bellonus conſi. 62. in fi. Non enim differt quòd quis ore
2 proprio vel alieno hæredem nominet. Nam † videmus ſti
pulari poſſe nomine præſentis. le. procuratori præſentis.
ff. de verb. oblig. cùm tamen non niſi vtroque loquente
ſtipulatio contrahatur. l. 1. in princ. de verb. oblig. Et eo
loci concedunt Doctores ſtipulari poſſe per interpre-
tem. Ita hoc in caſu habet teſtator notarium ſuæ volun-
tatis interpretem & declaratorem. Ita quoque dicimus
quòd etſi iudex ſuo ore citat reum, vt ad iudiciũ veniat,
illa citatio vim habet trinæ citationis, vt ait gl. l. 2. §. 1. C.
quomodo & quã. iudex: ſi tñ (inquit Bal. in d. §. 1. nũtius,
iudice præſente, reũ citat, hẽt pariter citatio vim trinæ ci
3 tationis, cũ ſuo ore iudex citare dicatur. † Hinc dicimus,
ſententiam proferri à iudice, cùm, recitante ſcriba, vel no
tario, iudex, recitatione facta ait; & ita dico & pronuntio.
l. 1. & l. 2. C. de ſenten. ex breuic. recita. Quo ſimili ad rem
noſtrã vtitur Bald. in d. l. iubemus. nu. 6. Ita quoque dici-
mus, quòd teſtes teſtamento adhibendi à teſtatore ro-
gari debent. auth. rogati. C. de teſtib. & infrà dicemus. at-
tñ ſufficit, ꝙ à notario vel altero rogentur teſtatore præ-
ſente. ita ſcribũt gl. in d. auth. rogati. Iaſ. in l. ſerui ele-
ctione. nu. 41. de l. 1. & Socin. in l. ſi quis. ita num. 3. ff. de
rebus dubiis, quo loci ait ſufficere, eſſe à quouis rogato
teſtoris nomine. Et ſubiungit, ita aliquando fuiſſe con-
ſultum ab omnibus Doctoribus Italiæ. Et ad rem no-
ſtram hoc ſimili vtitur Alexand. conſ. 33. nu. 14. 15. lib. 3. &
Baldus Nouellus in leg. 1. §. ſi quis ita. numer. 5. de verb.
obl. Dicendum ergo videtur & in caſu noſtro teſtamen-
tum hoc Iacobi ſubſiſtere, etſi ad notarij interrogationẽ
factum ſit.

Secundò, vrget fortius eorum opinio, qui dixerunt,
4 † teſtamentũ etiam ad priuatæ perſonæ interrogationem
ſcriptum & conditum valere, cùm nulla adeſſe videatur
differentia, ꝙ notarius ipſe interroget, ſcribat, vel priuata
aliqua perſona interrogante, teſtatoris reſpondentis vo-
luntatem annotet. ita ex relatis in præcedenti argumento,
multi ſcribunt. Et clarè in ſpecie que Corn. conſi. 77. nu.
4. Rui. conſ. 2. nu. 9. verſ. Nec obſtat ꝙ Bal. & cõſ. 12. nu.
12. verſ. non obſtat quò ſint. lib. 2.

Tertiò accedit fortius, quod reſpondit Alciat. reſp.
5 534. Grauiter. cùm dixit, † teſtamentum conditum ad in-
terrogationem perſonæ priuatæ præſentibus ſeptem te-
ſtib. tantùm, ſine notario conſiſtere. cùm ad eſſentiam te
ſtamenti neceſſe minimè ſit notarium eſſe rogatum. Quã
tò ergo fortius in caſu noſtro valere debet hoc teſtamen-
tum conditum ad interrogationem notarij & præſenti-
bus teſtibus.

Quartò, magis & magis ſuffragatur opinio eorum, qui
6 ſcripſerunt, † teſtamentũ conditum ad alterius interroga-
tionẽ valere, etſi non conſtet teſtatorem teſtari voluiſſe:
cùm nil referat, an tunc, vel priùs deliberauerit teſtari; ex
quo ſua in poteſtate fuerat recuſare, vel approbare hære-
dis nominationem. Ita in ſpecie rñdit Alex. conſ. 33. nu. 11.
& ibidem num. 12. ſubiicit, opinionem eorum, qui aliter
ſentiũt carere ratione & æquitate. Idem reſpondit So. Iu.
conſ. 178. nu. 9. 10. li. 2. qui ſcribit, ſufficere tacitum rogi-
tum, cùm ſcilicèt notarius ſcribit, & teſtatore audiente
ac conſentiente teſtamentum legit.

Quintò, confert à fortiori doctrina & traditio eorum,
7 † qui ſcripſerunt, teſtamentum conditum etiam ad inter-
rogationem perſonæ ſuſpectæ conſiſtere: cùm ſemper
fuerit in facultate teſtatoris reſpondere & non reſponde-
re. Ne illius ſuſpectæ perſonæ perſuaſio obeſt. iuxtà le. 1.
C. ſi quis aliquem teſta. prohibuc. ita in ſpecie rñderunt
Soc. Sen. conſ. 229. col. 6. in prin. li. 2. Dec. conſ. 489. nu.
6. Ruin. conſ. 2. nu. 10. li. 3. Gratus conſi. 30. nu. 12. li. 2. So.
Iun. conſi. 144. nume. 55. libr. 2. & Boer. q. 35. num. 5. Et in
caſu fortiori Alcia. reſp. 534. Grauiter, reſpondit teſtamẽ-
tum conditum à marito, interrogante vxore, quæ ſe hæ-
redem fieri curauerat, & quæ voluntatem teſtatoris ita
eſſe ſcripſerat; dicebatque Marite mi dic, vt ego dicam; &
ſingula verba vxor recitabat, & vir ille repetebat. quan-
to fortius ergo valere debet in caſu noſtro?

8 Sextò, huc magis ac magis facit, † quòd conſiſtat hoc te
ſtamentum, etiamſi ſit primi conditi ad fauorem Io. Tho
mæ reuocatorium, ſicut in ſpecie reſponderunt Roma-
nus conſ. 306. in ſecundo dubio, iuncto principio repõſi,
vbi facti ſpeciem proponit. Et clarius Alex. conſi. 33. nu.
12. verſi. & dicere. lib. 3. Ruin. conſi. 12. nu. 11. li. 2. & clarius
Dec. conſil. 489. num. 9. & Soc. Iun. conſil. 144. nume. 56.
libr. 2. Nec enim ratio differentiæ (vt ait Decius) reddi
poſſe videtur quòd agatur de reuocatione primi teſtamẽ
ti: vel hoc primum ſit; cùm ſemper à uoluntate teſtato-
ris, quæ ad mortem vſque ambulatoria eſt, omnia pen-
deant.

Septimò, magnam quoque dubitationem mouet do-
9 ctrina eorum, qui cenſuerunt; † teſtamentum conditum
ad alterius interrogationem valere, etiamſi teſtator inter-
rogatus balbutiat, & inarticulatè loquatur. ita ſcripſerũt
Alexand. conſil. 33. numero 6. 7. libro 3. & conſilio 105.
num. 6. lib. 7. Ruinus conſilio 12. nume. 8. lib. 2. Quinimò
ſcribit Iaſon in d. l. iubemus. nu. 3. C. de teſtam. quòd, etſi
teſtator infirmitate maxima grauatus incipit balbutire,
atque ita habeat linguam ingroſſatam (vt dici ſolet) eius
tamen teſtamentum valet, ex l. quoniam indignum. C. de
teſtam. modo ſcilicet teſtes intelligant quod ille dicit.

Octauò accedit à fortiori opinio eorum, qui ſcriptum
10 relinquerunt, † valere teſtamentum ritè & rectè factum,
etiamſi ab inſano conditum aſſeratur; & alterius interro-
gationem. ita clarè & in ſpecie reſpondit Corneus conſi.
73. num. 2. & nu. 5. verſic. & idem voluit. idem ſenſit Alex.
conſi. 12. col. vlt. verſi. & dictum Petrum. lib. 1. cùm ait, illũ
videri ſana mente teſtatũ, qui animæ ſuæ & de ſe beneme-
ritis conſuluit, etſi ad alterius interrogationem id fecerit
11 & Gratus quoque in conſi. 90. num. 30. lib. 2. † His acce-
dunt illi, qui affirmarunt, teſtamentum illius qui furioſus
credebatur, ob id quod eſſet rectè & ritè conditum valere
ita poſt Io. Andr. in cap. vlt. de ſucceſſ. ab inteſta, docue-
runt Alex. & Iaſon. in l. furioſum. C. qui teſtam. face. poſſ.
Decius in l. in negotij. ff. de reg reg. iuris. & conſilio 448.
nume. 33. Marſil. ſing. 380. Furioſus. Tiraquel. in tractat. de
legibus connubial. l. 11. num. 6. & Boe. quæſt. 23. numer. 8.
Quòd verò Iacobus teſtator teſtatus ita ſit, vt vir ſani cor-
poris & mente, vel ex eo apparet, ꝙ inſtituit proprias fi-
lias, quarum ſucceſsionis cauſa prima eſt in Bonis patris.
Imò ſi contrarium egiſſet, præferendo ſcilicet extraneos
illis, inſanus iudicatus fuiſſet. l. 2. ff. de inof. teſta. & in ſpe-
cie ſcribit Boe. d. q. 23.

Nonò confirmatur quod iam diximus, auctoritate eo-
12 rum, qui cenſuerunt, quòd † etſi certis caſibus non cõſtat
teſtamentum conditum ad alterius interrogationem, va-
let tamen quando in eo inſtituti ſunt hæredes aliàs ſucceſ
ſuri ab inteſtato. ita affirmarunt Salicetus in d. l. iubemus
col. vlt. verſi. vbi autem dubitaretur. C. de teſta. Corneus
conſi. 232. nu. 4. & conſi. 319. nu. 2. lib. 1. & Gratus conſ. 90.
nu. 29. lib. 2. Quod vel ex eo comprobatur, quia diximus
13 † imperfectam patris volũtatem ad filiorum beneficium
conſiſtere & valere, ita ſcribunt Alexand. in. l. hac conſul-
tiſsima. §. ex. imperfecto. colu. & ibi Cur. Iun. nume. 18. C.
de teſta. idem Alexand. conſi. 146. colu. vlt. lib. 2. & Boer.
queſtio



qõ. 240. nu. 2. Præterea accedit, quòd primum teſtamen-
tũ, quo vocati erant extranei, filiis excluſis, reuocatum dr̃,
ſola nuda teſtatoris voluntate. l. ſancimus, vbi Iaſ. nu. 16.
C. de teſt. idem in d. §. ex imperfecto. nu. 3. & ibidem Nat
ta. nu. 151. Idem ergo reſpondendum & dicendum videtur
hoc noſtro in caſu.

Decimò & vltimò, dubitationem aduerſus Ioan. Tho-
mam maximam mouet, quòd ſaltem dicendum videtur,
hoc teſtamentum debere valere iure codicillorum, atque
ita iure fideicommiſſi. Nam ſcribit Baldus in l. & in epi-
14 ſtola. nu. 4. C. de fideicom. † quòd etſi aliquando non con
ſiſtat teſtamentum ad alterius interrogationem conditũ
valet tamen iure fideicommiſſi. Baldum ſecuti ſunt Bal-
dus Nouellus in l. 1. §. ſi quis ita. nume. 6. de verbor. obli-
gat. qui ſcribit, aliquando Peruſij fuiſſe conſultum. &
Crotus, in dicto §. ſi quis ita, numer. 17. & ibidem Alciat.
nume. 10. & Ripa. numer. 12. idem Ripa, in l. 1. num. 37. de
leg. 1. Ea eſt ratio, quòd fideicommiſſa ſolo nutu relin-
qui poſſunt. leg. nutu. de leg. 3. quam & de fideicommiſſo
vniuerſali intelligunt Ripa & Alci. locis iã relatis. Confir
15 matur † ex eleganti doctrina Mattheſ. notab. 125. Nota
quòd licet regulariter. cùm dixit, quòd etſi teſtamentum
nõ conſiſtat, ob id ꝙ teſtes rogati non fuerunt; attamen
iure codicillorum, atque ita fideicommiſſi valet. Illũ ſe-
cuti ſunt Alexand. & Iaſ. in l. ſi non ſpeciali. C. de teſta. I-
dem Iaſon in conſil. 82. col. 2. verſ. pro iſta differentia. li.
3. Hæc ſunt, quæ aduerſus Ioan. Thomam dubitationem
faciebant, vt ſcilicèt dicendum eſſet ſecundum hoc teſta-
mentum Iacobi conſiſtere, & per conſequens primum
eſſe reuocatum.

Cæterùm re ipſa diligentiſſimo ſtudio examinata, con-
trarium viſum eſt verius, vt aliàs reſpondi & coram di-
ſputaui, nempè hoc ſecundum teſtamentum quod aſſeri-
tur à Iacobo conditum, non conſiſtere, & per conſequens
non eſſe reuocatum illud primum, olim ab eodem Iaco-
bo factum in quo Ioa. Thomam fratrem hæredem fecit.
Hanc ſententiam vt veram eſſe demonſtrem, multis vtar
rationibus & argumentis. Sed illud priùs ſciendum eſt;
non ſolùm à Iuſtiniano in l. iubemus. §. oportet. C. de te-
ſta. ſed & ab Vlpiano in l. hæredes palàm, in prin. ff. eo. de
16 teſta. fuiſſe conſtitutum & ſcriptum, † hæredes palàm à te
ſtatore nominari oportere, quod vel ex literis, vel ex vo-
ce teſtatoris fieri omnimodo debere Iuſtinianus ait. Ea
ratione ita cõſtitutum eſt, vt falſitas, quæ in his teſta-
mentis ſolet committi, quantum fieri põt euitetur. quem-
admodum apertè ſcriptum eſt in d. l. iubemus, in fine, &
ibi Bald. num. 4. verſi. ego circa. Iaſon ad finem & cæte-
ri omnes hãc rationem huius conſtitutionis præcipuam
eſſe agnoſcũt. quod faciunt & Corn. conſi. 77. nu. 5. lib.
4. ac Soc. Iun. conſi. 183. nu. 22. lib. 2. Cæteros de induſtria
prætereo. Quocircà ſine controuerſia dicendũ eſt illis
in caſibus. in quibus falſi ſuſpicio adeſt, teſtamentum ad
alterius interrogationem conditum, non valere: & con-
tra, ſubſiſtere, ſi ſuſpicio illa ceſſat: quemadmodũ paſſim
Doctores omnes, quos multos infra citabimus, ſcribũt.
Illud quoque ſciendum eſt, ob ſolam falſi ſuſpicionem
teſtamentum infirmari, cùm in ciuilibus falſi ſuſpicio pro
falſitate ipſa habeatur: ita in ſpecie teſtamenti de falſo ſu-
ſpecti, ob inſanam teſtatoris mentem reſpondit Decius
conſ. 448. num. 28. Et ſimilibus in caſibus idem ſcribunt
Dec. conſil. 175. numer. 4. & conſil. 189. Cur. Iun. conſil.
132. num. 10. & conſi. 66. nu. 6. Crau. conſ. 134. nume. 6. &
Gram. conſi. 50. nu. 2. 3. 15. qui alios plures eiuſdem ſenten
tiæ recenſent.

17 Primò ea me mouet rõ, † ꝙ qñ non conſtat teſtatorem
habuiſſe animũ teſtandi, & infirmitate ita præmitur, vt du
bium ſit de ſana eius mente, teſtamentũ ad notarij, vel al-
terius interrogationẽ conditũ, non valet. Nam vr̃ potius
noluiſſe teſtari quàm teſtari. Et quòd rñdit, ita agere velle,
vr̃ potius egiſſe, vt ab ea interrogationis moleſtia libera-
retur, quàm vt ita teſtaretur. Et ſi fortè alia de re fuiſſet in
terrogatus, idem rñdiſſet, ſicuti conſiderat Cynus in d. l.
iubemus. colu. 2. verſ. vltimò quæritur C. de teſtam. dum
ait, quòd ſi fuiſſet ita interrogatus, interfeciſti hominem?
reſpondiſſet ſic idem placuit Alex. conſi. 12. nu. 6. verſic.
& ideò licèt. li. 1. Corneo conſ. 103. in fine. lib. 1. & conſil.
77. nu. 8. lib. 4. Ita etiam vnà cum Alex. conſil. 33. numero
vndecimo, verſicu. ſubdit tamen. libro 3. intelligo Ro-
manum conſilio. 309. in ſecundo dubio, qui reſpondit,
non ſubſiſtere teſtamentum illius teſtatoris interroga-
ti ab eo, qui acceſſit cum teſtamento ſcripto, & eo lecto
dixit, facis ita? & reſpondit ille interrogatus quòd ſic. Ita
etiam Soc. Sen. conſ. 229. nu. 7. verſ. præterea ſubdit. lib. 2.
declarat opinionem Alberti Papienſis, & Io. Andræ. Ita
etiam Romanum ſecuti, ſcribunt Iaſ. conſ. 196. col. 3. verſ.
item diligenter. lib. 2. Rui. conſi. 9. nu. 14. lib. 2. & conſ. 8.
nũ. 7. 8. lib. 3. Gratus conſ. 30. nu. 21. lib. 2. Soc. Iun. conſi.
156. & conſ. 183. nu. 31. li. 2. Syluanus conſi. 54. nu. 10. verſi.
Nam Albertus, & clarius verſ. nec obſtat ſi dicatur. Quòd
autem Iacobus iſte teſtator grauiſſima ægritudine tunc
premeretur, ĩ. ſuo loco oſtendam. Quòd etiam teſtandi
animum non habuerit, vel ex eo primò conſtat quòd iam
diximus, & ſuo loco fuſius dicemus, bono ſenſu caruiſſe.
Secundò, (admiſſo quòd ſanæ mentis fuiſſet) cùm multos
annos vixerit poſt primum teſtamentum à ſe conditum,
credendum non eſt, quòd extremis laborans teſtari, & re-
uocare illud primum voluerit, quod facere pluries potuit,
cùm bonæ valetudinis eſſet: ſicuti conſiderant in ſpecie
hunc teſtandi animum Rui. conſi. 8. nu. 9. lib. 3. & So. Iu.
conſil. 183. num. 20. libr. 2. Et ex his quæ adferam infrà in
quarto huius noſtræ ſententiæ fundamento, confirmabi-
tur. Præterea & tertiò ducitur coniectura deficientis ani
mi, quòd teſtator ipſe non iuſſit ad ſe vocari teſtes & nõ-
tarium, vt teſtamentum conficeret. id quod feciſſet, ſi a-
nimus ei fuiſſet teſtari, ſicuti conſiderant atque coniiciũt
Corn. conſi. 232. nu. 5. ibi, niſi prædixerit teſtibus, quòd
eſſent teſtes. & ibi; procedat, quando conſtat. & idẽ conſ.
319. col. pe. in prin. li. 1. Soc. Sen. conſi. 229. nu. 7. verſi. &
hãc opinionẽ. li. 2. Soc. Iun. clarius conſi. 179. nu. 36. lib. 2.
qui eiuſdem ſententiæ recenſet Alexan. Galliaul. & alios
in le. 1. § ſi quis ita. de ver. ob. idem reſponderunt Zaſins
conſ. 3. num. 37. lib. 1. & Gabriel Mudæus, ac Ioannes Cau
reſius Touanienſes inter conſilia Moderni Pariſienſis
conſ. 32. nume. 14. Nec tacitus, fictúſque rogitus, qui fieri
dicitur, cùm teſtator illis teſtibus præſentib. teſtatur,
ſufficere debet, vt malè opinatur Soc. Iun. conſ. 178. num.
9. 10. lib. 2.

Secundò, magis ac magis vera demonſtratur hæc ſentẽ
18 tia ex illa doctrina eorum, qui dixerunt, † quòd qñ inter-
rogatus teſtator, modò in hãc, modò in alterã partẽ lecti,
in quo moribundus iacebat, ſe vertit, nolens loqui, vt pau
lò ante faciebat; oſtendans ægrè ferre, quòd in ea pertur-
batione ægritudinis & anxietate de his moleſtia afficia-
tur, non valet teſtamentum ad alterius interrogationem
conditum. ita in ſpecie & rectè reſpondit Caſtren. conſi.
156. Viſo puncto & allegationibus. col. 1. verſi. nam quòd
& col. 2. verſi. ſed hic interuenit plus. lib. 1. Et Caſtrenſem
ita ſunt interpretati Alex. conſ. 33 num. 12. verſi. item fun.
dat. lib. 3. & Soc. Sen. conſil. 92. num. 17. verſic. item ex his,
quæ dicta. lib. 3. Ita etiam conſiderat Corn. conſi. 1. num. 3
verſi. item plures teſtes. lib. 4. dum reſpondit, teſtamen-
tum confectum à teſtatore interrogato non valuiſſe. cùm
is præ moleſtia & ægritudine aliquando interrogatus reſ-
ponderet, aliquando terga vertendo, taceret. Quod equi-
dem euenit noſtro in caſu, cùm teſtibus fuerit probatum
Iacobum teſtatorem iam ſeminecem aures non præ-
buiſſe interroganti, cùm multum ſe retorqueret, & mo-
dò in hanc, modò illam partem ſe vertens, non reſpon-
deret.

Tertiò accedit, ꝙ iſte teſtator penè mortuus iterroga-
tus fuit à Reu. fratre Aymo Franciſcano, qui dici poteſt &
debet, quò ad hunc actum, perſona ſuſpecta, vt infra de-
monſtrabimus, ex quo eſt harum filiarum auunculus. Quo
19 fit, † vt licet aliàs teſtamentũ ad alterius interrogationem
cõditũ valeat, non tamẽ ſuſtinetur, cũ duo hæc cõcurrũt
nẽpè grauis infirmitas, & iterrogatio facta à ſuſpecto in-
terrogante. ita in ſpecie reſpõdit Caſtr. d. conſi. 156. Viſo
puncto & allegationib. col 1. verſi. Et idem dicendum. li.
1. qui arguit teſtamentũ infirmitate grauati nõ ſubſtitiſſe
cũ conditũ fuiſſet ad interrogationẽ cuiuſdã religioſi pa-
trui eorũ qui inſtituti hæredes dicebãtur: & qui quidẽ reli
gioſus affectabat (vt nunc affectat frater iſte Aymus) nepo
tes illos ſuos hæredes fieri. quod repetit ibidẽ Caſtr. col. 2.
ver. ſed quando. Et Caſtrenſem. ita intelligunt Alex. conſ.
33. nu. 12. ver. præterea Pau. de Caſt. lib. 3. Rui. conſ. 9. nu. 15
& conſi. 12. nu. 2. lib. & Soc. Sen. conſi. 229. nu. 7. verſic. &
hanc opinionẽ. & nu. 8. verſi. 1. præmiſſa. li. 2. idẽ. conſi. 92.
nu. 16. li. 3. qui reſpodit, nec teſtamentum hoc in caſu con
ditum interrogante notario ſuſpecto cõſiſtere. Ita etiam
declarant Barb. conſi. 43. col. 8. verſi. 7. faciat. lib. 3. qui ita

Io.Andreę traditiones interpretatur.Corn.conſil.103.in
fi.lib.1.& Syluanus conſ.54.numer. 10.propè medium.&
nu.12.Ita etiam declarant Moderni Pariſien.conſi. 31.nu.
5.&nu.6.& apertè claréque magis Soc.Iun.conſi.183.nu.
27.lib.2.& Gramma.deciſ.73.nu.4.Ea eſt ratio,quòd fa-
cilè hoc in caſu ſuſpicatur lex falſum committi,cùm,in-
terrogante ſuſpecta perſona,teſtator rñdeat,non intelli-
gens qua de re interrogetur ex quo mortis cognitione tur
batus,nõ conſiderat,quod dicitur agiturve.Et ob id is in
terrogãs ſuſpectus reiicitur à lege,quòd verba,non men
tem teſtatoris annotet,quod interrogans minimè ſuſpe-
ctus non faceret.

20 Quartò,vel ex eo nõ ſuſtinetur hoc teſtamentũ, † quia
etſi aliquando conſiſtat teſtamentũ ad alterius interroga
tionẽ conditũ,tunc tamen non defenditur aliquo pacto;
cùm teſtator maximè grauatus ægritudine, interrogatur
à ſuſpecto, & agitur de reuocatione teſtamenti iã cõditi,
cũ eſſet bonæ valetudinis.Ita rñdit Caſt.d.cõſ.156.col. 2.
ver.pro hoc ẽt bene facit,li.1.quẽ ita intelligo. Et ſatis ſo-
lida eſt rõ à Caſtrenſi perpẽſa,ꝙ nõ præſumitur teſtatorẽ
voluiſſe ad ſimplicem alterius interrogationẽ.maximè cũ
interrogans ſuſpectus eſt,velle tũc,quãdo ægritudine pre
mitur & extremis laborat,immutare,& irritũ vno momẽ
to facere, quod ſolenniter & deliberatè iã fecit: & quod
tanto tẽporis ſpacio quo poterat reuocare comprobauit.
ar.l.ſi quãdo,in prin.C.de inof.teſt.Ita ẽt declarat& intel
ligit Caſtrenſem Corn.conſ.232.num.4.verſi.& maximè
hoc perſuaderi.& cõſi.319.col.3.ver.& maximè cũ paulo
ante.libr.1.quo poſtremo loco Corn. reſpõdit de eo,qui
paulò antè condiderat teſtamentũ ſolenne & perfectum.
Ita etiam Caſtrenſem intelligũt & probant So.Sen.conſi.
92.nu.17.ver.ſed præmiſſis non obſtantib.li.3.Rui.conſ.
9.nu.12.lib.2.& Soc.Iun.conſi.183. nu.34.lib. 2.quo lo ci
reprehendit Decium conſi.489.aliter ſentientem. ſed in-
frà ſuo loco declarabimus.Eiuſdem opinionis fuit Gram-
ma deciſ.72.num.3.

Quintò accedit,quòd cõſtat Iacobum teſtatorem in illo
primo teſtamento ea ratione inſtituiſſe Io. Thomam fra-
trem ſuum,vt eius domus &familia conſeruari poſſet.Et
1 ideo † teſtamentũ hoc ſecundum ita ſimpliciter conditum
ad interrogationem fratris Aymi,perſonæ ſuſpectæ,& tẽ
pore vrgentis infirmitatis, non põt dici reuocare illud
primũ.ita reſpõdit in ſpecie Cra.conſ.117.in fi.poſt Cor.
conſ.73.li.1.& præter eos reſpõdit Moder. Pariſie. conſi.
34.in fi.Non enim eſt credendũ , quòd eo in ſtatu poſitus
voluerit teſtator vno verbo reuocare,quæ magna ex cau-
ſa & ſolenniter appenſatéque fecit.

22 Sextò,ſuffragatur plurimũ huic noſtræ ſentẽtię † quòd
etiamſi aliàs teſtamentum conditum ad alterius interro-
gationem valeat,nullo tamen modo tũc valet, quando iã
teſtator ſemimortuus balbutire incipit, atq; ita inarticu-
latè loquitur quemadm. in ſpecie ſcribunt Petrus & Cy-
nus in d.l.iubemus.C.de teſta.& ibidem Sali colu. 2.verſ.
Petrus verò,& Corneus.col.vlt. Roma.conſil.301. & nu.
2.Ale.cõſi.105.nu. 7.li.2.Soc. Sen.conſ.229.nu. 7.li.2.So.
& conſilio nonageſimoſecundo,numero decimooctauo
libro 3.Corn.conſi.8.nu. 7. lib.3. Iaſ.conſ.124. in fi.lib.1.
Ruin.conſ.2. nu.8. lib.2.& conſ.10.nu.5.lib.3.Dec.conſ.
489. nu.4. & num.9.Crotus in l 1.§.ſi quis ita,nu.13.ver.
primus caſus.de verb.ob. Zaſius conſi.3. nu.37.verſi.nam
primo.li.1.Syluanus conſi.54.num. 10. verſi.hinc fit.Ioa.
Cameſius,& Gabriel Mudæus inter conſilia Moderni Pa
riſien.conſi.32.num. 12.& Gramma.deci.73.nu.2. Et ve-
rè probabilis ac optima eſt huius ſententiæ ratio , quòd
cùm timor non leuis ſit,ne fraus aliqua committatur , vt
in d. l.iubemus, in fine ſcriptum eſt, clarè cõſtare debet
de voluntate & diſpoſitione teſtatoris,quod fieri minimè
poteſt,ſi inarticulatè ita ille loquatur,vt intelligi nõ poſ-
ſit,quid ſibi velit. Nã veritas ignorari dicitur cùm res eſt
multipliciter intelligibilis. l.in ambiguo,de reb. dub. &
& ibi Soc.Dicitur enim hoc in caſu inarticulatè ille loqui
qui intelligi non poteſt,quod abundè infrà in reſponſio-
ne ad ſeptimum partis contrariæ argumentum explica-
bimus.

23 Septimò accedit vrgens hæc argumentatio , † quòd ad
hoc,vt conſiſtat teſtamentum, præſertim conditum ad al
terius interrogationem,teſtator ſanus mẽte & intellectu
eſſe omninò debet.l.furioſum,& ibi oẽs.C. qui teſta.fa-
ce.poſſ. & in ſpecie ſcribunt multi , quos paulò infrà in
hac argumentatione referam. Et illis addo Guidonem
Papæ conſi.64.Gramma.deciſ.73. colu.1. & Didacum in
cap.cùm tibi.num.4.de teſt. Atqui Iacobus iſte teſtator
cùm interrogabatur à fratre Aymo, iam bono ſenſu care
bat,ergo eius diſpoſitio non ſuſtinetur.Minor illa propo
ſitio multis coniecturis probatur, quæ colliguntur ex te-
ſtimoniis multorum teſtiũ,qui de inſana Iacobi mente&
intellectu ſunt atteſtati.

Primus teſtis eſt medicus,vir probus & peritus ,qui cla
rè affirmat , quòd illa die vltima , in qua Iacobum teſtari
voluiſſe aſſeritur,iam erat extra bonum ſenſum.Huic pe-
rito in arte adhibenda eſt fides,iuxta l. 1. §.1. ff. de ventre
inſp.copioſè ſcribit Neuiz.li.5. Syluæ nuptia. nu. 69.qui
ait à recepta Doctorum opinione poſſe recedi ex ſen-
tentia periti in arte. Et in ſpecie noſtra , teſtes peritos
probare inſanam teſtatoris mentem reſponderunt Soc.
Sen.conſ. 229.nu.8.lib. 2.& Soc.Iun.conſi.144.num.5.&
in conſ.183.nu.12.li. 2.

24 Nec † quæ aduerſus hunc teſtem obiiciuntur , nocent,
nempè,ꝙ teſtis hic ſingularis ſit:ſi quidẽ,(pręter illud qđ
falſum detegitur ex aliorum teſtimonio,)& teſtes ſingu-
lares recipiuntur ad probandam inſaniam& dementiam.
ita Dec.in l.furioſum.nu.30. C.qui teſta.face. poſſ.Ruin.
conſ.67.nu.9.li.1. Pariſ.conſi.87.nu.8.& nu.44. lib. 3.cæ
teros prætereo.nec repugnat ꝙ ſupra in tertio fundamẽ-
to pro filiabus ex Boer.q.23.nu. 44.retuli,teſtibus ſingu-
laribus non probari furorem in ſpecie , quia infrà ſuo lo-
co ſatisfaciam.Præterea in iudicis arbitrio poſitum eſt,
an adhibenda ſit fides teſtibus ſingularib. ita Crau. conſ.
78.num.5.8. conſi.178.nu.8.& conſi.267.nu.6.verſi.po-
ſtremò.illi accedunt Neuiz.li.5.Syluæ nup.nu.123. & Pa-
riſ.conſi.57.nu.48. lib. 1.

Secundus teſtis Reuerendus D. Stephanus Grammati-
cus eccleſiæ parochus atteſtatur, paulò antequam is teſta
tor teſtari voluiſſe aſſeritur , acceſſiſſe ad eum vt illius ſe-
cretã confeſſionem audiret,& rectè audire non potuiſſe,
adeò moribundus iacebat:&ob id ait,quòd noluit illi fer
re ſacratiſſimã Euchariſtiam. Huic teſti credendũ eſſe in
ſpecie hac clarè reſpondit Cra.conſi.117.nu.3. ver. rurſus
proponitur.& præter eum Soc.Sen.conſi. 229.col.6.ver.
quinimò.li.2. Tertius teſtis Maria, cuius perſona à filiab.
approbata fuit,teſtificatur,teſtatorem , cum à fratre Ay-
mo interrogaretur,an teſtari ita vellet,nihil reſpondiſſe;
ſed ad alteram lecti partem ſe vertiſſe.quare intelligimus
duo,vnum quòd adeò grauiter in extremis hic poſitus e-
rat,vt non intelligeret quod adſtantes loquebantur:vt in
ſpecie conſiderant Caſtren.d.conſ.156.col.1.verſ.ſed hîc
interuenit.lib.1. Soc.Sen.conſi.28.col. pe. in fi. & conſ.
92.col.9. verſi.à poſteriori.lib.3. Alterum , teſtiũ partis
aduerſæ varietas,q. rñdiſſe interrogationi deponũt: & tñ
hæc mulier nil reſpõdiſſe conſtãter affirmat. ita in ſpecie
conſiderant Rui.conſ.8.nu.14.li.4.& pulchrè So.Se.con.
20.col.2.verſi.item vnus ex quinque. libr. 3. Quartus te-
ſtis frater Rigulphus , qui pro parte filiorum interroga-
tus fuit, fauet noſtræ ſententiæ. is affirmat , paulò poſt
ſuum & fratris Aymi,cum quo illuc iuerat, diſceſſum illũ
teſtatorem deceſſiſſe.Qua ex re intelligimus iam illum ex
tra bonũ ſenſum fuiſſe,ita cenſuit Soc. Sen. d. conſ. 229.
col.6.verſ.2.ponderat,li.2.præterea,inquit is teſtis, quòd
in eo inſtanti Sacerdos attulit extremam vnctionem,quæ
non dari ſolet,niſi illis qui ſtatim morituri ſunt.ita in ſpe
cie hac Soc.Se.cõſi.20.col.2.verſ.& patet quia, li.3.cum
ergo ita mortui ꝓximus eſſet is teſtator , iudicandus eſt,
quòd extra bonum ſenſum eſſet.ita Soc.Sen.conſ.92.col.
9.verſ.hoc ẽt à fortiori.& conſi.98.col.3.in fi.li.3. & Soc.
Iun.conſ.144.nu.5.6.li.2.Nec horũ teſtium atteſtationes
debilitantur à teſtibus qui pro filiabus interrogati fue-
runt. Nam primus illorum fuit is frater Aymus Franciſ-
25 canus conuentualis. † Huic ex multis adhibenda non eſt
fides.Primò,quia eſt ſanguine coniunctus his filiab.cùm
ſit illarũ auunculus.rectè ergo repelli debet.l.parẽtes.C.
de teſtib.vbi gloſſa intelligit illam diſpoſitionẽ procedere
& in ſanguine coniunctis ex latere matris , vt de auo ma-
terno exemplũ adfert qđ in ſpecie noſtra ꝓbauit Soc.Se.
conſ.229.col.6.verſ.4.Vintilaus.li. 2.Secundò, quia ma-
gna in eo extat affectio erga has filias eius neptes.affectio
nem arguit illa toties repetita interrogatio teſtatori fa-
cta, an mutare teſtamentum illud primum vellet: ac e-
tiam illa tam animoſa depoſitio , quæ fidem teſtis ſolet
multum minuere , vt reſpondit Craueta conſilio 249.
verſic.ſaltem negari. & præter eum Brunus conſilio 27.
in fir,



in fin.& Gramma.conſi. 1.num.14.in criminalib.&in ſpẽ
de Franciſcano,qui animoſe nimis dicebat in iudicio plu
ra à teſtatore ſpontè fuiſſe dicta,reſpondit So.Se.d. conſi.
229.col.4.verſi. quintò confirmatur.libr. 2. Detegitur e-
tiam huius teſtis immodica affectio ex eo , quòd is ille
fuit (vt iam dixi)qui tam moleſtè teſtatorem interroga-
uit,ob id conatur velle tueri rectè id à ſe factum. quod
tamen malè & aduerſus omnem æquitatem probatur fa-
ctum.ita in ſpecie loquendo de teſtimonio cuiuſcam re-
ligioſi reſpõdit Barba.conſ.32.col.2.li.1. quod ſanè teſti-
monium is ait eſſe repellendum , cùm teſtis animoſè ni-
mis depoſuerit.cũ ergo hic teſtis tot habeat defectus, di-
cendum eſt nullam fidem penitus facere : cùm ſimiles te-
ſtes nec in cauſa multum fauorabili probent, vt rñdit So.
Sen.conſ. 118.col.pen.verſi poſtremò.li.1.& Marſil.ſing.
385.dicit. Imò nec in ſubſidium admittuntur : ita Pariſi.
conſ.2.num.85.conſi.58.nu.51.lib.4.Crau.conſ.6. nu.59.
26 & Gramma.conſi.35.num.34.in criminalibus. Nec † ad
rem facit,quòd hoc ſit teſtimoniũ viri religioſi,ac Theo
logiæ ſacræ magiſtri.quod ſanè teſtimonium cæteris præ-
ferri ſolet, vt inquit Iaſ.in l. q. iuriſdictioni.nu. 10. de iu-
riſd.om.iud.& in repe.l.admonendi.num.180.ff.de iure-
iura. Dec.conſi .109. in fi.& conſi.448.in fin.& Craueta
conſi.267.num.2.qui alios recenſet.Nã hoc procedit,cũ
non agitur de commodo ſuo vel ſuorũ ipſius religioſi,a-
lioqui & illud ac illud laicorum ſuſpicione non caret.ita
reſpondit Rui.conſi.137.nu.13.lib.5.ſolent enim & aliquã
do clericorum oculi obcæcari, cùm ſuis prodeſſe & faue-
re volunt,vt inquit glo.in c.peruenit.1.q 3. & ſcribit Al-
ciatus tract.præſump.reg.1.præſump.29.num.2.& plura
27 Ioan.Iac.de Leonardis,inter conſilia Bruni conſ. 114.nu.
117.Ita † pariter ad rẽ non confert,quòd hic frater Aymus
ambarum partium affinis ſit, & ob id ſuſpicione careat,
iuxtà ea quæ ſcribunt Bal.cõſ.461.Lippus in fi.li.4.&cõſ.
10.In q.col.1.lib.5.Alex.conſ.156.nu.7. lib.5.& Iaſ. in le.
qui iuriſdictioni.nu.7.& nu.9.de iuriſd.om.iud.ſi quidẽ
hoc procedit,cùm æqualis eſt affinitas erga omnes: ſecus
cum adeſt imparitas.ita declarant Abb.in c.poſtremò,de
appella.Iaſ.& Dec.in d.l.qui iuriſdictioni.ille numer.9.i-
ſte,17.atqui in caſu noſtro conſtat fratrem Aymum eſſe
harum filiarum auunculum,& Io. Thomæ eſſe ſolùm le-
uiſſima affinitate coniunctum : nulla ergo illi adhibenda
eſt fides.

Octauò & vlti.omninò corruit vltima hæc Iacobi te-
ſtatoris diſpoſitio,cùm manifeſte conſtet,nõ fuiſſe perfe-
ctam & abſolutam. Nam poſt interrogationem à fratre
Aymo factam,ſcribere cœpit notarius,non tamẽ ita pri-
mùm potuit perficere ſcripturam quàm deceſſit,ea ſcrip-
tura à notario nec lecta corã teſtibus, nec teſtatore ab i-
pſo notario interrogato. an ita diſponere & teſtari vel-
28 let. † ideò non ſuſtinetur hoc teſtamentum ratione defi-
cientis voluntatis teſtatoris.l.ſi is qui.ff.de teſta. & le. fi-
deicommiſſa.§.1.de leg.3.& in ſpecie noſtra ita affirmant
Paulus Caſtren.in l.hac conſultiſſima. §. at cùm humana
fragilitas.num.3. C.qui teſta. facere poſſ. & clarius Boe-
rius,q.45.nu.6.cùm enim defecerit teſtatori omnis huma
nus ſenſus,antequam abſoluere & perficere potuerit, (ſi
modò perfici poſſe dicitur, quod animo nunquam quis
cogitauit hanc diſpoſitionẽ,) ſequitur illam nullius eſſe
momẽti.d.l.ſi is qui.& ibi ſcribũt omnes,& egregiè tra-
dũt Caſt.cõſ.454.Viſis & examinatis atteſtationibus.col.
2.verſ.ſed reſpondeo,ꝙ Alex,libr.1. Ruin. conſ. 7.nu.7.
lib.3.M.Antonius Natta in repet.l. hac conſultiſſima. §.
ex imperfecto.nu.139.C.de teſta.Boerius.q.240.num.5.
& Didacus Couarr.in ca.relatum.in primo.numer.10.de
teſta.qui*vno ore affirmant, imperfectam hanc volun-
tatem,nec inter liberos quidem valere.Nec hic repugnat
quod ab aduerſariis obiicitur ex reſponſo Caſtren.conſi.
138.In cauſa quæ vertitur.Pergami.lib.2. cùm reſpondit,
voluntatem teſtatoris imperfectam non dici, etſi dixe-
rit,cogitare velle.an aliquid vellet relinquere quibuſdam
conſanguineis ſuis,cùm quò ad diſpoſita eo tempore eſ-
ſet perfecta illa voluntas teſtatoris.Ergo etiam(aiunt ad-
uerſarij,)ſatis perfecta dicitur voluntas Iacobi quò ad in-
ſtitutionem factam fauore filiarum.Quæ ſanè argumen-
tatio vltra ab aduerſariis adducta probari videtur aucto-
ritate Imolæ in d.leg.ſi is qui.ff.de teſta.quem ſecutus eſt
Riminaldus Senior in l.hac conſultiſſima. §. ex imper-
fecto.num.4. C.de teſta. qui Imolæ conſequentiam iam
relatam videtur probare.Nõ inquam hoc repugnat, imò
miror ad rem noſtram Caſtrenſis reſponſum adferri:quã
doquidem loquitur Caſtrenſis,quando teſtator omnia di
xit,quæ tũc dicere voluit,ſed aliquid reſeruabat, quod tñ
non verſabatur circa perfectionem iã diſpoſitorum;vt pu
ta,ſi ita dicat:hæredem facio Caium,ſecundũ cõditiones
infràſcriptas:& cõditiones non adſcribat,valet teſtamen
tum,& dicitur perfectum quò ad ipſam inſtitutionem.ſi-
cuti probat l.ſi teſtamentum.C.de inſtit.& ſubſt.& ibi in
ſpecie Franc.Aret.in ſecundo notab. declarat. Et cuius
doctrinam vt egregiam & notabilem commendauit
Natt.d.§.ex imperfecto.nu.144.& Aretinum eſt ſecutus
Iaſon conſi.8.col pen.verſi.Non obſt.dũ quinto.li.3.Et
clarius explicat Rui. conſi. 1.num.22. verſic. Non obſtat
dum tertio.lib.2.conſi.15.num.19.Cur.Iun.conſ.12.nu.1.
Et in terminis noſtris,cùm teſtamentũ ad alterius inter-
rogationem eſt perfectè conditum quò ad ea quæ teſta-
ſtator intendebat tũc diſponere,ita declarant Alex. conſ.
74.nu.3.lib.1.Gratus conſil.90.nu.31.libr.2.ſed diuerſum
eſt in caſu noſtro,in quo nihil perfectè à d.Iacobo actum
fuit:cùm maximè non conſtet(vt iam diximus) ꝙ habue-
29 buerit animum teſtandi.† Et ideò ad rem noſtram reſpõ
dit Iaſ.conſ.196.colu.3.verſi.vnde cùm Albertus, lib.3.il
lam dici imperfectam teſtatoris voluntatem, quando ad
alterius interrogationem de aliquibus diſpoſuit:& dein-
de dixit interroganti & teſtibus,ite,&cras reuertimini.I-
dem reſpondit in ſpecie Soc.Sen.conſ.92.lib.3.&illum eſt
ſecutus Soc.Iun.conſ.178.nu.21 lib.2.Ex quib.ceſſat & il
lud quod obiicitur ex reſponſo Corn.con.77. col.penu.
lib.4.qui declarando l.fideicommiſſi.§.1.de leg.1.ſcribit,
ad eſſentiã teſtamenti non eſſe ꝙ notarius illud legat &
ſcripturam tunc conficiat. Ceſſat inquam & hæc obie-
ctio,quæ verius retorqueretur. Nam cùm Corneo fa-
teor imperfectionem ſcripturæ non efficere teſtamen-
tum eſſe irritum,ſed de hoc non contendimus.Illud tan-
tùm apud nos venit in controuerſiam , quòd ipſa Iacobi
voluntas imperfecta fuit,cùm morte præuentus non po-
tuerit dicere &aperire animum ſuum.& hoc ẽt apertè ad
mittit eo loci Corneus,dum ita intelligit d. l. fideicom-
miſſa.§.1.vt ſcilicèt loquatur de eo, qui præparauit teſta-
ri,& morte præuentus non potuit.quod ſanè reſponſum
ita ante Corneum rectè interpretatus eſt Oldrad.cõſ.119.
Titius condidit,colu. 1. verſi.ſed contrarium.& Oldradi
ſentẽtiã& ſecuti ſunt Alex.conſ.105.nu.7.li.7.Dec.conſ.
159.nu.6.& in eadem facti ſpecie cum Dec. cõſultus idẽ
reſpõdit Iaſ.conſ.155.li. 4.idem Dec.in c.1.nu.14. de fide
inſtr.Ruin.conſ.7.nu.7.& fuſius conſi.11.nu. 12. libr.3.&
egregiè declarat Didacus Couarru.in c.relatum. il. 1. nu.
11.verſ.2.concluſio,de teſtam.& verè idem ſenſerunt Gui
do Papæ.conſ.55. nu.3.verſ.ſed in caſu. & Caſtrenſ. conſ.
447.Viſa facti narratione,col.2. verſ.ſed tamen ipſis non
obſtantibus,li.2.

Non obſtat nunc adducta in contrarium , in quorum
confutatione elaborandum nunc eſſe video. Verùm,ſi re-
ctè perpenderentur,quæ hactenus pro Ioan.Thoma cõ-
30 ſideraui, iam nodi omnes eſſent diſſoluti. † Ad primum
itaque rñdeo,quòd illa communis & vera Doctorũ ſen-
tentia procedit qñ iam conſtat teſtatorem eſſe ſanæ men-
tis & ſenſus,& optimè cognoſcit quod agit ; & in ſua fa-
cultate poſitum eſt,aſſerere vel negare. Nã tunc ſiue ſuo
ore ſiue alieno hæredem nominet,nil refert : at ſecus eſt,
cum ſana mens deficit,vt in caſu noſtro,quoniam tunc ab
ſentis potius quàm præſentis loco eſt. l.2.§.ſi furioſus.ff.
de iure cod. & ob id interrogatio ab alio facta reiici vt
ſuſpecta omninò debet. Nec hoc caſu fides,quæ notario
ſolet adhiberi,prodeſt, cum mens illa teſtatoris inſana
efficiat ne actus ab eo geſtus valeat.d.l.furioſum. C. qui
teſta.face.poſſ.

Non obſtat ſecundum argumentum , quia reſpondeo
31 primò,multos etiam in ea opinione fuiſſe,† quòd teſtamẽ
tum ad alterius interrogationem tunc valeat ſolùm ,
quando interrogatus eſt perſona publica , vt notarius,
non autem perſona priuata , vt fuit in caſu noſtro. Ita
enim docuit Bal.in l. iubemus.nu.5. verſ.ego circa hanc.
C.de teſtam.& rñdit Soc.Sen.conſ.229.nu.7.verſ.& hanc
opinionẽ.li.2.& Rui.conſ.9.nu.15. verſ.accedit etiam.li.
2. Verùm, quia ( vt ingenuè fatear ) mihi ſemper magis
placuit contraria ſententia , nempè valere teſtamentum
conditum etiam ad interrogationem perſonæ priuatæ,
ob id conciliando has opiniones , ſecundo loco reſpon-
deo , tunc demum teſtamentum conditum ad alterius

interrogationem,etiam perſonæ priuatæ,valere, quando ceſſat omnis ſuſpicio, vt potè,quod & ſanus mente ſit, & dolis ac technis teſtator non alliciatur ad teſtandum iuxtà interrogationem ſibi factam. Et hoc caſu) in quo nos non verſamur) rectè procedit communis ſententia aduerſus Baldum & ſequaces:ſi verò ſuſpicio aliqua ſubeſſe poteſt(vti magna extitit in caſu noſtro) tunc non niſi à notario interrogari teſtator poteſt & debet. Et hoc in caſu rectè ſenſit Baldus, & qui illum ſecuti ſunt. Et huc ſpectat ratio qua vſus eſt Baldus ad ſuæ opinionis confirmationem,cum ait,non conſiſtere teſtamentum confectum ad interrogationem perſonæ priuatæ, quòd potius quædam ſuggeſtio facta teſtatori videtur quàm ꝙ teſtandi animũ is habeat.& ob id legem ſtatuiſſe,hæredem ore teſtatoris eſſe nominandum, ne fabricandi falſum detur materia.quę ſanè ratio optime conuenit caſui noſtro,in quo non leuem extitiſſe ſuſpicionem diximus, quòd frater Aymus falsò perſuaſerit atq; tentauerit, vt Iacobus teſtator immutaret,quod iam ſanus mente & corpore ratione optima conſtabilierat.

Non obſtat tertium argumentum,quia facilè rñdetur;
32 †concedendo ēt ſine notarij præſentia confici poſſe teſtamentum,ēt ad alterius interrogationem, quando ſcilicēt ceſſat omnis falſi ſuſpicio. Quæ ſanè ſuſpicio cùm nõ ceſſet noſtro in caſu,dicendum, hoc argumentum à fortiori ductum nil obeſſe.

33 Non obſtat quartum fundamentum, quia† reſpondeo primò aduerſus Alexandrum & Soc.Iun. ſenſiſſe permultos,nempè Romanum conſilio 306. Propoſita conſultatio,in fi.Iaſ.in d.leg.iubemus,in fi. C.de teſtam. Marſil. ſingul.449.Teſtamentum. Crotus in l.1.§.ſi quis ita nu. 21.de verbo.oblig.quo loci ſcribit,ſe ita conſuluiſſe,& ita fuiſſe iudicatum à Sacra Romana Rota. & ait ita ſenſiſſe Caſtrenſem,d.conſil.156.Idem placuit Calcaneo conſil. 91.num.11.verſi.ſed quando.& Moderno Pariſien. in annota.ad Alex.conſi.12.num.6.lib.1.ſcribunt ij,non conſiſtere teſtamentum conditum rd alterius interrogationem, quando non conſtat teſtatorem voluiſſe teſtari: his rationibus adducti, quòd hic daretur delinquendi materia, & noua teſtendi forma à lege non conſiderata introducentur;quod priuatis permiſſum minimè eſt. verùm (vt liberè dicam quod ſentio) veriorem eſſe opinor Alexandri & ſequacium ſententiam,cùm ſcilicèt teſtator eſt ſanus mente, & ſuæ liberæ ptãtis eſt reſpondere,& ceſſant aliæ falſi ſuſpiciones. Et quòd ait Romanus,hanc eſſe nouam teſtandi formam à lege minimè probatam, falſum eſſe demonſtrauimus ſuprà,dum diximus,eſſe veram communem illam gloſſæ & aliorum ſententiam in d. leg. iubemus, conſiſtere teſtamentum ad alterius interroga-
34 tionem. Quocircà,†ſecundo loco reſpondendo, & opiniones conciliando, duos caſus conſidero. Primus eſt cùm teſtator eſt ſanæ mentis & liberæ diſpoſitionis: tunc ſiue deliberauerit teſtari,ſiue non;conſiſtit teſtamẽtum, cùm in eius poteſtate fuerit, negare ſe illum hæredem facere,ſi facere non placuit. Et hoc caſu rectè procedit Alexandri & ſequacium opinio. Et hic nõ eſt caſus apud nos controuerſus. Secundus eſt caſus, quando præter illud quòd non conſtat teſtatorem teſtari voluiſſe, alia cõcurrit coniectura, qua falſum potuiſſe committi ſuſpicatur, tunc nõ cõſiſtit teſtamentum. Ita intelligo & declaro Romani aſſertionem,necnon Iaſonis& aliorum. Et hoc in caſu verè ita ſenſerunt Petrus & Cynus in d.l. iubemus. Nã Cynus apertè diſtinguit inter interrogationem factam teſtatori, qui morbo opprimebatur, & qui ſanus mente erat. Et Baldus aliter ſenſit,quàm intellexerit Iaſ. ſi quidẽ Bal.in d.l.iubemus.nu.6.verſ.ſed melius & verius &c. videtur quidem affirmare id quod ait Iaſ. Verùm illa non eſt Baldi,ſed Nicolai Mattarelli opinio. Quod vel ex eo conſtat,quia paulò poſt adſcripto Nicolai nomine, ſubiungit in hęc verba:ſed quicquid ipſe dicat(ideſt Nicolaus) quando interrogatio fit à tabellione rogato,dic valere teſtamentum. Ecce ꝙ Bald.non diſtinguit,an tunc vel antè fuerit rogatus notarius,an deliberauerit olim,vel tunc teſtator teſtari. Et clarius reſpondit Corneus conſilio 1. col.2.& conſil.319.col.2.lib.4.cùm conſiderat alias coniecturas vnà cum indeliberata teſtatoris voluntate. idem clarè facit Soci.Sen.conſi.229. nu.7. libr.2.Et verè idem ſenſit Caſtren. d. conſil.156. Viſo puncto & allegationibus. libr. 1. quemadmodum declaraui ſuprà in ſecundo & tertio argumento noſtræ opinionis. cùm itaque nos verſemur hoc ſecundo in caſu, in quo concurrunt vnà cũ indeliberata teſtatoris voluntate,interrogatio facta à perſona ſuſpecta,& mens inſana teſtatoris,dicendũ omninò eſt,non conſiſtere hoc teſtamentum.

Non obſtat quinta argumentatio, quia reſpondeo, il-
35 lam procedere quando ceſſant aliæ falſi ſuſpiciones.†Nã ſi teſtator eſt ſanæ mentis, & ſuæ liberæ poteſtatis eſt teſtari,vel non teſtari, nil obeſt à quo interrogetur, cùm ſemper potuerit reiicere interrogationem, ſi teſtari non placuit. Et hoc caſu rectè ſenſerunt Socinus, Ruinus & Decius in ea argumentatione allegati. At ſecus cùm aliæ coniecturæ falſi concurrunt: ita in ſpecie declarant Ioannes Cameſius & Gabriel Mudæus.inter conſilia Moderni Pariſien.conſil.32.numer.16.qui reſponderunt, teſtamentum vxoris conditum ad interrogationem mariti, qui ſe hæredem ſcripſerat, non valuiſſe, cùm præter perſonæ ſuſpicionem extarent aliæ coniecturæ, nempe,maritalis reuerentia,illlius delinimenta & importuna intempeſtiuáque inſtantia. Etſi enim(aiunt illi) criminoſum non ſit poſtremum vxoris iudicium maritali ſermone prouocare.d.l.vlt.C.ſi quis aliquem teſta.prohib.illicito tamen & fraudulento modo id facere non licet, vt ait Angel. in leg. qui in teſtamento. C. de his qui ſibi aſcrib. Deci.in ſpecie conſil.489.nume. 1. idem ſenſit. Et idem affirmarunt Afflictus deciſ. 69. nume. 7.Pariſ.conſ. 67.numer.10.libr.3. & Socin.Iunio.conſil.148.libro 2.& conſi.113.nu.13li..3. Illicitus autem modus eſt, cùm importunæ, & intempeſtiuæ ſunt perſuaſiones, quibus interrogatus non audet refragari. quod relati omnes ſcribunt. Et in ſpecie noſtra Socin.Iunior,conſil.183.nume.30.lib. 2.& Syluanus conſi.54.numer.10. cùm itaque in caſu noſtro adfuerint permultæ coniecturæ falſi, & præſertim, quòd teſtator iam ſenſum ſui animi bonum penè perdiderat, ſequitur dicendum, eſſe omninò pronuntiandum, hoc teſtamentum nullius eſſe momenti. Quibus conſtat malè reſpondiſſe Alciatum,d.reſpo.534.Grauiter,&c.

Non obſtat ſextum argumentum, quia rñdeo, iuxtà ea quæ dixi toties ſupra, duos caſus diſtinguendo. Primus
36 † eſt,quando ceſſat omnis falſi ſuſpicio, tunc nulla conſtituenda eſt differentia,quòd agatur de reuocatione iam conditi teſtamenti,vel non. Nam aliqua differentiæ ratio aſſignari non poteſt. Et hoc caſu rectè procedit Romani, Alexandri & ſequacium opinio. Et hic caſus non eſt,de quo in præſentiarum contendimus. Secundus eſt caſus, quando aliæ concurrunt coniecturæ vnà cum hac ipſa, quòd ſcilicèt agatur de reuocatione iam conditi teſtamenti.nam tunc non conſiſtit teſtamentum poſtremum illius primi reuocatorium, quemadmodum in caſu noſtro,vt diximus ſupra in quarto fundamento noſtræ opinionis.quo loci ita intellexi Caſtrenſem, d.conſilio 156. poſt Socinum Seniorem, Corneum, Ruinum & reliquos, qui rectè hoc in caſu ſenſerunt. Quãquam aliter & malè reſponderint Guido Papæ conſi.64.in fin. & Zaſius conſil.3.num.38.lib. 1. cùm dixerunt abſolutè, teſtamentum conditum à teſtatore ſanæ mentis, non eſſe reuocatorium primi, ſi ad alterius interrogationem fuit confectum.

Non obſtat ſeptimum argumenetum,quia reſpondeo,
37 & aliquot caſus pro illius confutatione diſtinguo. † Primus eſt caſus, cùm quis eſt ſanus corpore & mente, ſed à natura ita impeditur loqui, vt ſenſum ſui animi nullo pacto ſignificare poſſit,vt in muto & ſurdo à natura. Hic nullo pacto teſtari poteſt. leg. diſcretis. C. qui teſta. face. poſſ.quo loci ex textu ipſo ſcribit Dec.nu.17.18.nec codicillos ab hoc fieri poſſe. Et rectè ſenſit Decius & cæteri ab eo relati,cùm eadem ſit ratio ne valeant codicilli, quæ eſt ne ſubſiſtat teſtamentum, nempè incognita hominis voluntas. non enim poteſt eſſe cognita ſi aliquo verbo, vel actu eam aperire non poteſt. Eadem ratione hic à natura loqui impeditus non poteſt donare inter viuos:ita Iaſ.in d.l.diſcretis,num.2. qui multos recenſet & reſpondit Rui.conſil.24.nu.10.lib.2. Hic non eſt caſus noſter.

38 Secundus eſt caſus, † cùm quis eſt ſanus mente, atque ita certò conſtat eum intelligere quod agitur, cùm & velle & nolle habeat. Hic etſi ex aliquo accidenti,puta infirmitatis, impeditur explicatè loqui vt conſueuit, dummodò animum ſuum aliqua voce ita declaret vel ex ſe, vel ex alterius interrogatione teſtari & de rebus ſuis diſponere



poterit.ita probat & intelligitur.l.quoniam in dignũ.C.de teſta. Etſi enim omninò explicatè & articulatè loqui non poſſit,attamen ſufficit quòd ita loquatur vt animi ſenſus cogniti ſint. Nec enim neceſſe eſt, quòd ſingula momenta literarum explicitè proferre debeat,ſicuti probat d.l.quoniam.qua ſanè conſtitutione permotus Angelus in l.iubemus.C.de teſta. docuit,illum articulatè loqui & teſtari ob id poſſe,cum eius verba ita intelligantur à teſtibus,vt poſsint eius voluntatem cognoſcere;ſemper tamen præſupponendo de mente ſana conſtare,vt ſcilicet appareat eum habere velle & nolle: quod verè datur illis ſolùm, qui ſanæ mentis ſunt & Angelum, clarius rem explicando,ita intelligit Socin.Sen.conſi.20. nume.3. & num.4. Qui ob id cõſuluit, illum articulatè locutum eſſe, qui cùm eſſet ſani intellectus & mentis,interrogatus fuit an hæredem Caium faceret,reſpõdit,ſiſi. Idem cenſuerũt Alexand. conſi.33.num.6.7.8. lib.3.& conſi.105.nume.6. lib.7. copioſè Corn.conſi.261.num. 24.lib.4. Francus in rub.de teſt.in 6.col.5.ver.ſed queritur primò,quid ſi Rui. conſ.12.num.8.lib.2.Dec.in l.diſcretis.nu.17.C.qui teſtã. face.poſſ.& Soc.Iun.conſi. 178.num.30.lib.2 hi clarè ſcribunt.articulatè illum loqui potens,etſi omninò explicitè dicit,ſiſi,vel,nono. Quorum verà aſſertio atq;traditio probatur illa recepta Doctorum ſententia,qua vt ſupra diximus ſuo loco) dicunt valere teſtamentum teſtatoris ſanæ mentis,qui ad alterius interrogationem reſpondit ſi.Hęc ergo vox,ſi,ſi,eſt articulata, & ad teſtandum ſufficiens, præſuppoſita tamen ſemper mente ſana. Hic caſus non e- 41
tiam ille eſt noſter,de quo contendimus;ſicuti ex his quæ mox ſubiiciam, apertè conſtabit. & hoc caſu procedunt ea quæ in dicta ſeptima argumentatione partis aduerſæ adducta fuerunt.

39 Tertius eſt caſus,† cùm ſumus in dubio,an teſtator,qui æger iacet,ſit ſanæ mentis,ſi tunc balbutire incipit &inarticulatè loqui,hoc eſt, cùm(vt vulgò dicitur) ei lingua ingroſſatur; iudicatur ex eo actu mentis ſanitatem perdidiſſe: & ob id non poteſt teſtari.ita loquitur l. iubemus. C.de teſt.& ibi Barto.num.1.ita eam rectè intellexit: & idem in l.nutu.de leg.3.& clarius explicat Soc.Sen.d. cõſ. 20.numero 3.verſic:& dicatur quòd lib. 4.cùm ſcribit, illum qui dicit,ſi, vel no.non dicit habere vocem articulatam, quando non habet loquelam affirmatiuam, vel negatiuam his,quæ ſibi placerent, vel diſplicerent & huius ſententiæ fuiſſe Angelum in d.l.iubemus,ſcribit. Ita quoque declarat Socinus Iunior conſilio 144. numero 6. & numero quadrageſimoſeptimo libro ſecundo Idem quoque ſcribit Guilielmus Benedictus in cap. Raynutius in verbo,in extremis poſitus.numero 30. de teſta. Et hoc in caſu ſunt declarandi Iaſon in d.l.iubemus.numero tertio & Decius conſilio 489. numero quarto,cum vterque citet d.l.quoniam.C. de teſta.& Angeli doctrinam; alioqui,niſi ita intelligantur,malè ſentiunt. Quod verò ſubiungit Decius dicto. conſilio 489. numero quinto illum probare debere impedimentum, qui illud allegat, quia præſumptio eſt pro teſtatore, non repugnat, ſed prodeſt potius,nam concedo,teſtatorẽ ſanæ mentis præſumi,ſed eo impedimento inarticulati ſermonis probato (quod probari omninò cum Decio ſentio) oritur præſumptio à lege probata, hunc eſſe effectum inſanæ mentis,nos hoc in caſu verè verſamur, cùm teſtibus manifeſtè probatum ſit, d. Iacobum teſtatorem eo tempore quo à Fratre Aymo interrogabatur habuiſſe ſermonem inarticulatum,cùm iam linguam(vt aiunt)ingroſſatam haberet:& paulò pòſt vita functus eſt. Quæ ſane ſigna(vt dixi ſupra ſunt manifeſta inſanitatis mentis: & ideò dicendùm omninò eſt,ab eo conditum teſtamentum;non me- 42
reri teſtamenti nomen,atque ita nullius eſſe momenti.

Non obſtat octauum partis aduerſæ fundamentũ,quia
40 reſpondeo,ꝙ immò † teſtamentum conditum ab eo, qui inſanæ mentis eſt,etiamſi videatur ritè & rectè conditũ, non valet.l.furioſum. C. qui teſta.face.poſſ. & dixi ſ.in ſeptimo fundamento noſtræ ſententiæ:quo loci diximus, hoc maximè procedere in teſtamento condito ad alterius interrogationẽ. Quãdoquidẽ maior fraudis ſuſpicio adeſſe præſumitur in eo,quàm in condito ſine interrogatione. Potuit enim prudens & ſapiens dementem ſuo modo interrogare & teſtamentum ſcribi facere ordinatè & ſo- 43
lenniter:atque ita legi fraudem facere, quod non contingit, cùm teſtamentum ſine interrogatione conficitur, Nec obſtant illæ auctoritates Cornei & aliorum, quos recenſui dicto octauo fundamento partis aduerſæ; quia ex ordine illis reſpondeo. Corneus in d. conſi.73.num.4. verſ.& idem volunt.li.1.eo in caſu loquitur, quando eſt dubium,an teſtator ſit ſanæ mentis,vel inſanæ. Nam tunc à qualitate actus & ſuæ diſpoſitionis iudicatur ſanæ vel inſanæ mentis. Atque ita loquuntur Bal.Caſtren. Roma: & Fulgo. in d.l furioſum, quos Corneus in ſuam ſententiam recenſet.immò ſubiungit ipſe Corneus, num.4.etiã huic præſumptioni non ſtari,cùm ex alio de mente inſana conſtat: nam & ſæpe inſani loquuntur ea quæ ſanæ mentis ſunt. Ita etiam verè loquitur Alexand. dict. conſil.12.colum.vlt.verſi:& dictum Petrum.libr. 1. Ita etiam loquitur Gratus,d. conſi.90.numer.30.libr.2.Ita pariter declaro interpretator Doctores in dict.leg.furioſum maximè Alex.Iaſonem & Decium, dum ipſi referunt exemplum illius teſtamenti ſolenniter conditi ab illo Parienſi furioſo & mente capto. Nam is furioſius verè non erat, ſed quibuſdam coniecturis præſumebatur, quæ ſane coniecturæ, ex contraria præſmptione ducta, à ſolenni diſpoſitione extinctæ atque conuulſæ fuerant. Ita etiam loquuntur Boe.d. q. 23. nu.58. & cæteri in dicto octauo fundamento relati. Prætereà illud accedit,quòd imò maior fuit prudentia huius teſtatoris dum ſuo primo teſtamento diſpoſuit ad familiæ & agnationis ſuæ conſeruationem.ita in ſpecie reſpondit Soc.Sen.conſ. 98. colu.4. verſ.voluit enim prudens.lib.3.

Non obſtat nonum argumentum, quia reſpondeo,
41 †Saliceti, Cornei ac Grati traditiones nil nobis obeſſe. non enim illi loquuntur, quando teſtamentum ad alterius interrogationem conditum non valet, vt valeat fauore inſtitutorum,qui aliàs eſſent ab inteſtato ſucceſſuri: ſed ſolùm illud aſſerũt, ꝙ ſi adeſt aliqua dubitatio, an ex mente teſtatoris conditum fuerit illud teſtamentum, dubitationem illam diſſolui ex ea coniectura,quòd inſtituti ſint venientes ab inteſtato. Ea eſt ratio,ꝙ illi,qui ab inteſtato ſuccedunt,dicuntur venire ex tacita defuncti mente.leg.conficiuntur,in prin. ff.de iure cod. Eadem ergo voluntate & mente inſtituti dicuntur,& per conſequens ceſſat illa dubitatio,omniſque ſuſpicio, quæ quidem irritum faceret eſſe teſtamentum,alio coniectura concurreret:vt ſuo loco diximus,ſi nec illud obſtat, ꝙ imperfecta patris voluntas inter liberos valeat ( vt aduerſarij aſſerũt) atque defendatur, quoniam falſum illud eſt: quandoquidem eſt verius,non conſiſtere;ſicuti abundè ſuprà diſputauimus in vltimo noſtræ opinionis fundamento. Et verè Alexander, Curt.Iun.ac Boerius loquuntur illis in caſibus, in quibus deficit aliqua ſolennitas, quæ aliàs eſſet in cauſa, vt teſtamentum, in quo extranei eſſent hæredes inſtituti,corrueret; quod quidem non corruit,cùm inter liberos conditum eſt.non etiam repugnat, teſtamentum quo fuerunt excluſi filij, cenſeri reuocatum ex nuda teſtatoris voluntate.d.l.ſancimus.vbi Iaſ. num.16.C. de teſta. cum cæteris iam allegatis. nam facilè hoc conceditur,ſi modò de voluntate conſtat certò & manifeſtè, vt relati Iaſon & Natta ſcribunt,& apertè Soc.Sen. conſi.98.col. 3.in fine,lib.3. Ruin.conſi.15.num.2.libr.2.& conſi.7.nu. 7.libr.3.Iaſo.conſi.8. colu. 7. verſicu.quintò facit,libr.3. Socin.Iun.conſ.144.numer.65.& conſil.147. numer.27. & num.30.lib.2. Rub. conſil.24.in fi.& Pariſ.conſil.146. nu.7.lib.4.ita etiam loquuntur Curt.Iun.in d. l. hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.nume. 18.C. de teſta.& Boerius,q.240.num.4.

Non obſtat vltimũ partis aduerſæ argumentũ, quia repondeo,& diſtinguendo aliquot caſus vnà cum Bar. in l. nutu.de l.3.hanc obiectionem planam facio.

42 Primus† eſt caſus, cùm teſtator à natura omninò impeditur loqui, vt impeditur à natura mutus, ſimulque ſurdus. Nam ex quo is omninò non intelligit,quid ſit teſtari,codicillari,vel quid ſimile,nil operatur quod ab eo geritur.ita loquitur l.diſcretis.C.q teſta. facer.poſſ.&hoc iã explicaui ſuprà in rñſione ad ſeptimum argumentum in primo caſu:vbi dixi,hoc caſu non valere nec donationem cauſa mortis,nec codicillos, & per conſequens nec fideicommiſſum; cùm eadem(vt eo loci dixi) ſemper adſit ratio, nempè incognitæ voluntatis. Hoc in caſu nos non verſamur.

43 Secundus† eſt caſus, cùm quis ex accidenti impeditur loqui etſi ſanæ mentis ſit. Hic cùm intelligat quod agitur, poteſt ſolo nutu legare & fideicommittere.ita ꝓbat l.nutu. de leg. 3. vbi poſt Bartolum idem ſcribit Albericus.

Ita quoque eſt declarandus Calder.d.conſi.40.ti.de teſt. Dum enim reſpōdit de ea quæ ob infirmitatem ſermonē amiſerat, præſupponit tamen mulierem illam fuiſſe ſanæ mentis,& ſatis intellexiſſe id de quo à notario interrogabatur. Cæterùm Crotus in l.1.§.ſi quis ita num.16.iuncto num.21.verſ.vltimus caſus,de verb.obliga.hoc intelligit, cùm impedimentum loquelæ non prouenit ex ea infirmitate,qua tunc premitur,ſed ex præterita,ſed hoc nihil eſt, data ſana mente. Et Iacobus Butrigarius in l.& in epiſtola.C.de fideicom.non ſcribit id,ad quod eum Crotus recenſet. Ita etiam intelligo Io.Dilectū de arte teſtandi, ti. de hæred.inſtit.cautel.2.dum ſequitur doctrinam Bartol. in dict.l. nutu. Ita quoque ſcribit Gulielmus Benedictus in c.Raynutius,in verb. in extremis poſitus. nu. 27.30. de teſta. ſic pariter loquitur Gramma.deciſ.73.num. 5. & num.36. Et illud è conuerſo addunt relati Doctores,hoc nutu & ſigno hæredem non poſſe inſtitui. Id quod ſcribūt & Iaſ.in dict.leg.iubemus num.4. C. de teſtam. & Crotus, dict.§.ſi quis ita.numer.13. verſic.tertius. Qui quidem
* Crotus teſtatur eſſe *communem, non valere teſtamentum hoc etiam inter liberos, etſi ipſe diſſentiat. Idem ſenſit Gulielmus Benedictus loco iam citato. numero 28.

44 Tertius eſt caſus, cùm quis eſt impeditus loqui ex accidenti,& mentis inſanæ eſt. Hoc caſu quemadmodum non poteſt iſte teſtari (vt diximus ſuprà in reſponſione ad ſeptimum in tertio caſu) ita pariter nec poteſt codicillos conficere, atque ita fideicommiſſum relinquere. ita declarant & ſcribunt Barto.in d.l.nutu. in fine,de lega. 3. & ibidem Albericus, quos ſecutus eſt Gramma.deciſ.73. num. 6. Eſt ratio manifeſta, quia ſi hic non habet ſanum ſenſum & intellectum, non habere dicitur velle & nolle. Quod ergo facit, vt mortuus agit; & per conſequens nil operatur, ſicuti euenit in caſu noſtro, in quo iam demonſtrauimus, hunc Iacobum caruiſſe eo tempore bono ſenſu & intellectu. His quoque reſpondetur illi doctrinæ Matthesſ. nota.125. Non enim illa vera eſt, ſicuti ab eo apertè diſſentiunt Corneus conſ.18.lib.2.& Alciatus reſp. 553. Dubitatur nunquid.nu.2. Et ſi rectè perpendatur, Iaſ. in d.l.ſi non ſpeciali, & d.conſil.82.multum dubitauit de veritate doctrinæ Mattheſilani. Eſt ergo concludendum, primum illud teſtamentum Iacobi non eſſe reuocatum ex hoc ſecundò. Atque ita iuris eſſe cenſeo, rectiore iudicio ſaluo.

Iacobus Menochius I. C.

*LEctor beneuole, diu ac multum cauſa hæc agitata fuit coram ſapientiſsimo iuriſconſulto Do. Palæmone Cacherano, tunc iudice Ciuitatis Montisregalis Pedemontiū, & nunc Excellentiſs. Senatus Taurinenſis Senatore. Defendebat D. Ioan.Thomæ aduerſarios Excellens quondam iuriſcon.D.Bernardinus Viualdus. Tandem anno 1562. die 8. Menſis Maij tulit ſententiam D.Iudex, qua abſoluit D.Ioan.Thomam reum conuentum, declarando ſecundum aſſertum teſtamentum nullius eſſe valoris atque momenti. Hæc te ſcire volui. Vale.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Creditum quando quis cum ſocio communicare teneatur, vel non.*
2 *Exactum ab vno hærede quando à cohæredibus peti poßit communicari.*
3 *Verba ſine interuentu alterius, in inſtrumento quid operentur.*
4 *Socius quando teneatur exactum communicare ſuo ſocio.*
5 *Societas incidens quæ dicatur.*
6 *Creditor qui exigit, quo caſu teneatur exactum communicare alteri. Vbi latè perpenduntur l.pupillus.ff. de ijs quæ in frau. cred. & l.fi.C. depoſ. & nu.7. & 8.*
9 *Remißio & renuntiatio iuris dicitur donatio, quæ non præſumitur, & interpretatio ſumenda eſt vt euitetur.*

## CONSILIVM XLVI.

# Initium à Domino.

PROPOSITAE iuris quæſtioni rñdendum videbatur, D. Carolū ceſſionarium Do. Antonij ſocij D.Cæſaris nihil poſſe auocare ex credito exacto per ipſum Do. Cæſarem à D. Philippo ipſius Societatis debitore.

1 Primò †quia ipſe Cæſar creditum, quod exegit, nō uia facti, ſed iuris exegit: quo fit vt cōmunicare non teneatur cum Antonio Socio,& per conſequens cum Carolo eius ceſſionario. Ita enim ꝓbat le. qui aūt. §.apud Labeonem.ff. de his quæ in fraudē credit. quem declarat Bart.in l.pupillus, ibi, aut exigit iudicis auctoritate.ff.eod. Ita etiā probare vr. l. inter eos.ff.de re iud. quam ita interpretatur Bal.in l.vlt. verſi. ſecundò quæritur.C.depoſiti.

2 Secundò †aduerſus D. Carolum vrget non parū tex. le. vlt. C. depoſiti, qui in ſpecie hanc controuerſiā videtur diffinire. Eſt eo loci ſcriptum; quòd teſtator depoſuit penes aliquem certam ſummam, & tres hæredes ſibi inſtituit, hæredum vnus exegit, cæteri diſtulerunt in tempus ſuæ portionis exactionem; interim is depoſitarius factus eſt nō ſoluendo, inquit ibi textus, quòd duo alij hæredes nihil poſſunt auocare ab eo qui iam exegit, modò exegerit ſuam ſolam portionem. Ea eſt ratio, quòd is hæres, qui exegit, dicitur ſibi,& non alijs vigilaſſe: ſua ergo diligentia debet ſibi,& non cæteris cohæredibus prodeſſe. Nec hîc dicendum eſt, d.l.vlt. loqui in actione perſonali, nos verò verſari in hypothecaria: q̄nquidē nulla eſt differētia, quò ad caſum hūc, inter vnā & alterā: queadm. ſentiūt Afflict.deciſ.190.pulchrū fuit dubiū.in fi. Ant.Capicius deciſ.78.nu.1.Grāma.q.1.quā poſt ſuas deciſiones retulit. Pariſ.cōſ.69.li.4.& Beneuen. Straccha in trac.de mercatura, tit.de decoctorib.vltima particula vltimæ partis. nu.26. hi oēs cùm ſimili in caſu loquantur in actione hypothecaria, ita intelligunt tex.d.l.qui aūt. §.ſciendum. & l. pupillus.ff.de his quæ in fraud.cred. quæ tñ iura intelligunt relati Doctores procedere & in actione hypothecaria.& clarius in ſpecie ita intellexit Alciatus reſp. 764. Firmata concluſio. Et rectè ij mihi ſentire videntur: cum par ſit vtriuſque caſus ratio, hoc eſt, quòd exactoris diligentia ſibi & non cæteris cōmodo ac emolumēto eſſe debet.

Tertiò & vltimò, vt aduerſus D. Carolum reſponderē, mouebant me plurimum verba confecti inſtrumenti inter ipſos ſocios, hoc eſt inter D. Antonium & Cæſarem. Quo ſanè inſtrumento conuentum fuit; †ꝙ vtraque par-
3 tium per ſe agere poſſet ſine interuentu alterius. Quæ verba hunc ſenſum recipere videntur, quòd quælibet partiū per ſe ſuam partem exigeret; & per ſe vnuſquiſque ſua negotia tractaret. Hæc conuentio ſuperuacanea redderetur ſi vnus alteri, quod exegit conferre teneretur, quod dicendum non eſt, vt inquit Bal.in rub.C.contrah.empt. q.9. & confert regula l. ſi quando, in princ. ff. de leg.1. quam multis exornat Craue.conſi.135.num.24. & conſil. 272.num.7.

His tñ minimè refragantibus, contrariam ſententiā veriorem eſſe opinor, nēpè, D.Cæſarem teneri cōmunicare quod exegit etiam D.Carolo ceſſionario d.Do.Antonij. Quod vt dicam, mouent me plura.

4 Primò †confert notab.tex.l.verū.§.ſi cùm tres.ff. ꝓ ſocio. vbi ſi ſocius exegit quod ſocietati debebatur, tenetur partē facere alteri, qui ob ſocij exacti inopiā nihil conſeq. potuit. Eſt enim iniquū, vt ſociorum vnus è re communi portionē habeat, alter verò nihil. Nec repugnat ſi diceretur, d. §.ſi cùm tres, loqui de ſocietate ordinaria & principalis, hic vero agi de ſocietate incidenti, cùm ceſſione facta à Dom. Antonio ipſi Do. Carolo inciderit Do. Carolus in communionem huius crediti cum d.D. Cæſare: quia reſpondeo, quòd imò hæc nō eſt ſocietas incidēs.
5 †Nam incidens ſocietas illa dicitur, quæ ita inter ſocios coita





coita eſt, vt ſtatim ab ea ſint receſſuri per inſtantem diuiſionem. Ita ſcribunt Baldus in l.cùm proponas.C.pro ſocio. Bart.in l. 2.C.comm.diuid.& Alc.conſi. 38. nu.1.lib. 5.qui in ſpecie ferè ita declarat. idem docuit Galliaul.in l. ſtipulationes non diuidūtur.nu.25.de verb.oblig. Hoc nō ita hîc euenit, cùm inter Antonium & Cæſarem fuerit multorum annorum ſocietas. Præterea ſocietas incidens dicitur, cùm res communis emitur ſine animo ſocietatis contrahendæ.l.2.C.comm. diuid.leg.cùm proponas.C. pro ſocio. Quod quidem intelligitur cùm animus non contrahendæ ſocietatis declaratur: in dubio enim contra hi dicitur. Ita cum Bal.in d.l.cùm proponas, declarat Petrus de Vbaldis in tractat.de duobus fratribus, in procem. propè principum. Nos non ſolum verſamur in dubio, ſed etiam in caſu claro, quòd ſ. contracta fuerit ſocietas animo manendi in communione. vt diu in ea perſeuerarunt. Rurſus dicimus, quòd quando hæc dici poſſet ſocietas incidens; attamen vera & propria ſocietas eſt. ita apertè docuit Galliaul.in d. le. ſtipulationes non diuiduntur. nu.25.de verbo.oblig. etſi Iaſon eo loci num.9.diſſentiat. Et in ea locus eſt actioni pro ſocio ex d.l. cum proponas. C.pro ſocio. quam is hoc in caſu intelligit. atque ita procedit tex. d. §. ſi cùm tres, quemadmodum illum pariter interpretati ſunt Bal.in l.vlt. verſic.ſecundò oppono. C. depoſ.& ibidem Salicet.colum.1.verſi.oppono ſecundò. Quo autem modo & caſu procedat l.vlt.C.depoſiti. mox ſubiiciam.

6 Secundò † vt huius ſententiæ ſim mouēt me duo illa reſponſa, nempè l.pupillus. ff. de his quæ in fraud. cred. & l.vlt.C.depoſiti.ita perpendendo & inducēdo. Eſt enim ibi reſponſum, quod tunc demum creditor, qui exegit, alteri non teneatur communicare, ſi is alter ſocius neglexit,& interea debitor factus eſt non ſoluendo. Duo ergo copulatiuè ibi requirūtur, quòd alter ſocius qui nihil exegit, fuerit negligens,& ſecūdò quòd debitor factus fuerit nō ſoluēdo poſt illam negligentiam. cuius ſanè ſñiæ iuſta & æqua eſt ratio, ne factum negligentis damno ſit diligēti & vigili: cùm aūt ad veritatem copulatiuæ, quæ in diſpoſitione ponitur, præſertim ad inducendum pœnam priuationis, ambo concurrere debeant. l.ſi hæredi plures. ff.de cond.inſt.& egregiè reſpondit Alex.conſi.110.num. 14.verſi.ſed nos loquimur.li.3.quem ſecutus eſt Soc.Sen. in l.is qui ducenta.§.vtrum.num.3.de reb.dubijs,& idem ſenſit Iaſ.in l.1.colu.2.ff. de iuſt.& iure. dicendum eſt non eſſe locum illi diſpoſitioni in caſu noſtro, cùm duo illa non concurrant. Non enim primum concurrit cùm non conſtet D.Carolum fuiſſe negligentem in exigendo portionem ſibi ceſſam,& cùm negligentia delictum & culpa ſit, non præſumitur, vt reſpondit Crau.conſi.240.num.3. immo cōſtat ex actis iudicariis paulò poſt eam exactionē à D.Cæſare factā, dictum D.Carolū acriter inſtitiſſe, vt & ipſe ſuam portionem conſequeretur. Non pariter concurrit ſecundum, quia D.Philippus debitor non eſt hodie effectus deterioris conditionis ea qua erat cùm à Dom. Cæſare exactus fuit: ſi quidem non conſtat quòd aliquid ex his quæ poſſidebat, dilapidauerit: immo præſumptio eſt quòd in dies factus ſit locupletior.l.ſi defunctus.C.arbitri.tutel.& ſcribunt Dec.conſi.175.col.vlt Pariſ. conſi. 99.num.54.lib.3.& Alciatus in tract.præſum.reg.2. præſum.27.nu.3. cùm ergo duo hæc neceſſaria non concurrāt in caſu illarum diſpoſitionum dicendum eſt illis locum non eſſe.

7 Tertiò accedit, † quòd quando vnus creditorum exigit à debitore partem ſuam & ſocij, debet eam reſtituere, ſaltem per condictionē indebiti, vt ꝓbare videtur d.l.pupillus.ff.de his quæ in fraud. cred .qui ita à relatis Doctorib.ſ. intelligitur: clarius probat l.tutores.in fi.ff.de cond. indeb. Atqui hoc in caſu D.Cæſar exegit portionem ſuam & illam D.Caroli, ergo eam partem D. Caroli debet ei reſtituere. Quòd etiam portionem D.Caroli exegerit, vel ex eo conſtat; quòd Dom.Philippus non erat debitor illorum ſociorum rei ſingularis, ſed vniuerſalis, erat enim debitor dotis D.Lucretiæ, quam ipſa D.Lucretia ab ipſo Dom.Philippo conſequi debebat; & eam ipſis ſocijs & & fratribus reliquit. Dubium aūt non eſt, dotem eſſe quid vniuerſale. l. quod dicitur. ff.de impenſ.in reb.dotal.factis,& ſcribunt omnes in rubr.ff.ſol.matr. Et ideo recipit augmentum & diminutionem, vt in d.rubr.ſol.matr. Doctores tradunt. licèt ergo dos ipſius Lucretiæ fuerit coronatorū mille & octocētū; & hodie bona dicti D.Philippi ſint tantùm valoris coronatorum octocentum, dicendū eſt, dotem eſſe ſolùm coronatorum octocētum. quā ſummam integram cùm exegerit D.Ceſar, dici non poteſt ſolùm portionem ſuam exegiſſe, ſed & illam D.Caroli: debet ergo illam ei reſtituere.

Quartò ac vltimò, accedit his concludens fundamentum ductum à verbis inſtrumenti ceſſionis factæ à Do. Antonio ipſi Do. Carolo,& cui expreſſim conſenſit ipſe D.Cæſar. Eſt enim in eo ſcriptum, quòd Do. Antonius dat & cedit præfato Dom. Carolo portionem ſibi contingentem dotis Dom.Lucretiæ exigendam à Dom.Philippo, & quòd ipſa exactio fieri debeat communi impenſa. Non potuit ergo Domin. Cæſar ſolus irrequiſito Dom.Carolo eam ſummam exigere, ſed eam debebat requirere, vt pro impenſa conferret. cùm enim actus à duobus ſimul, vt hîc fieri debet, non ſufficit quòd ab vno tantùm expediatur in alterius damnum, cùm alteri per alterum iniqua conditio inferri non debeat. c.alteri, de reg. iuris, in 6.

Non obſtāt nunc adducta in contrarium, quia reſpōdeo. Ad primum enim reſpondetur ex ſuprà deductis, quòd etſi Do. Anton. iudicis auctoritate conſecutus ſit portionē illam: attamen tenetur eam communicare, iuxta promiſſionem ſuam; cùm præſertim non conſtet, D.Carolum fuiſſe negligentem in actione ſui crediti. quamquam non ita ſolicitus eſſe potuerit, quin ante exactionem D.Philippus omnem penè ſuam ſubſtātiam decoxerit.

Non obſtat ſecundum argumentum, quia iam ſuprà in ſecundò fundamento noſtræ opinionis demonſtraui, d.
8 l.vlt. C. depoſiti †fauere D.Carolo. Prætereà & ſecundò reſpondeo, d.l.vult. à fortiori vrgere contra dictum Do. Antonium. Nam, eo non refragante, quòd loquatur in ſocietate incidenti; nihilominus decidit; tunc demum creditorem exigentem non teneri communicare alteri, ſi conſtat, eum fuiſſe negligentem: & poſtmodum debitorem fuiſſe effectū nō ſoluendo, (vt diximus ſuprà.) Quod autē d.l.vlt. loquatur de ſocietate incidenti, vel ex eo demonſtratur, quòd tres illi hæredes non facto proprio inciderunt in communionem rei depoſitæ, ſed facto teſtatoris, qui tres illos hæredes fecerat, quæ ſane ſocietas verè incidens dicitur; iuxtà clara exempla l.vt ſit.ff.pro ſocio, in eo præſertim exemplo, ibi, aut ſi hæreditas, vel donatio cōmuniter nobis obueniat. cum ergo nos ſimus in caſu veræ ſocietatis ex re effecta communi, facto vtriuſque partis & earum conuentione; ſequitur dicendum à fortiori iam exactum eſſe communicandum.

Non obſtat tertium & vltimum, quia præter ſuprà adducta, rñdeo, alium eſſe ſenſum illorum verborum. verius enim intelliguntur, quòd vnus ſine altero exigere poſſet. atq; ita reſpicit hæc cōuentio modum exactionis. Quò enim facilius exigi poſſet D.Philippus debitor, cōuenerūt ipſi creditores, quòd vnus ſine altero poſſet exigere. Hæc interpretatio ſuadetur primò ex verbis eiuſdē inſtrumenti, vbi, quòd vnuſquiſq; eorū poſſet tam cōiunctum quā diuiſim exigere. Quæ ſanè verba exactionis modū reſpiciūt non aūt remiſſionē & diuiſionem cōmunis crediti. ſecundò ea ratione ſuadetur, quòd ſi illa interpretatio ſumeretur, eſſet dicendū ius propriū eſſe remiſſum, quòd di
9 cendū non eſt: † qa iuris remiſſio & renuntiatio dicitur donatio, quæ nō præſumitur:& interpretatio ſumenda vt euitetur, ita Dec.in l.poſtquàm liti.num.16. C.de pactis. cōſ.352.nu.8.copioſè Cra.conſ.242.nu.6.& conſ.251.col. 3. verſ.rurſus.& conſ.257.nu.quarto. Cæteros ſciens prætereo. Concludo itaq;, iam exacta à Do.Cæſare eſſe communicanda & D.Carolo.

Iacobus Menochius. I. C.

## *SVMMARIVM.*

1 *Reſponſio debet conuenire interrogationi. & 22.*
2 *Donans mobilia & immobilia, non cenſetur donaſſe iura & actiones, cum ratione.*
3 *Iura & actiones in hominis diſpoſitione tertiam ſpeciem faciunt.*
4 *Geminatio arguit enixam donantis voluntatem.*
5 *Donationis prima pars declarat ſecundam.*
6 *Documentum publicum facit rem claram & apertam.*
7 *Iuramentum litis deciſiuum quibus caſibus ceſſet.*

8 *Officium iudicis ſubuenit actori aduerſus lapſum temporis oppo. e di. de iure communi exceptionem non nu. pecu. & 10.*
9 *Clericus non excluditur lapſu temporis ab opponenda except. non num. pec.*
11 *Tempus excludens exceptionem non num. pecun. incipit currere à die perfectæ ætatis.*
12 *Iuramentum poteſt deferri ſemper quando opponi poteſt exceptio non numeratæ pecuniæ.*

## CONSILIVM XLVII.

## Initium à Domino.

DE re clara verba facere apud iudices ampliſſimos & doctiſſimos ſuperuacaneum omnino eſt. Ne tamen petenti amico operã omnem meam negare videar, dicam paucis, quod de duabus dubitationibus ſentio. Quo ad primam, ſine dubio opinor non fuiſſe congruè reſponſum interrogationi propoſitæ, cui tamen, tum ex nouis conſtitutionibus huius regionis, tũ ex mandato ampliſſimorum iudicum erat reſpondendum. interrogatur reus conuentus, an conſecutus ſit iura & actiones ad conſequendum partem Caſtri ſibi relictã, eo adiecto onere, vt numeraret mille coronatos Magnifi. Dom. Actori. is reus reſpondet ſe conſecutum non fuiſſe bona dict. Caſtri. Reſponſio interrogationi non conuenit,
1 † vt tamen ita fieri debuit, vt conueniret, iuxta text. §. præterea. Inſtit. de inutil. ſtip. & egregiè ſcribunt Bartol. & cæteri in leg. 1. §. ſi ſtipulanti, de verb. obl. Socinus Sen. conſil. 112. num. 4. libr. 4. & Rui. conſil. 43. nu. 3. & 8. lib. 1. Quòd autem reſponſio non conueniat interrogationi, vel ex eo conſtat, quia diuerſum quid eſt, habere bona, & habere iura & actiones. ſunt enim iura & actiones quid conſtituentia tertiam ſpeciẽ, quæ modò ad mobilia modò ad immobilia adaptatur atque applicatur: ita probat l. quam Tuberonis. §. in peculio. ff. de pecul. quam in hanc ſententiam citant glo. Bart. Alciat. & cæteri recentiores in l. mouentium, de verb. ſig. & omnium copioſius differit Tiraqu. in trac. de retractu conſang. §. 1. gl. 7. nu. 9. Quibus accedit Rui. conſ. 128. nu.
2 2. lib. 1. qui rñdit, † donantem omnia bona mobilia & immobilia, non cenſeri donaſſe iura & actiones: ex quo ab illis ſpeciem diſtinctam efficiunt. Idem Rui. conſ. 139. nu. 12. li. 5. reſpondit, teſtatorem non cenſeri reliquiſſe iura & actiones, cum ita legauit, volo bona mea mobilia & immobilia ad illum peruenire. Idem conſuluit Pariſ. conſ. 94. nu. 3. lib. 2. Imò rñdit idem Pariſ. conſ. 96. nu. 14. libr. 2. in legato vſusfructus omnium bonorum mobiliũ non contineri iura & actiones, quod etiam rñdit Socin. Iun. conſ. 15. nu. 1. li. 1. & ſimilibus in caſibus idem So. Iu. conſ. 79. nu. 9. lib. 2. & conſ. 148. nu. 13. li. 3. cùm ergo interrogatio ſit de vno, & reſponſio de altero, dicendum eſt, illa inter ſe non conuenire.

Secundò hic omnis ceſſat diſputatio, ſi vera eſt illorum
3 opinio, qui dixerunt, † in hominis diſpoſitione iura & actiones tertiã ſpeciem facere. ita Baldus & Martinus Laudenſis in ca. ſecundum. col. 2. de feudi cog. quos probauit Tiraq. d. gl. 7. nu. 5. Hic enim in diſpoſitione hominis donantis verſamur, ergo. &c.

Tertiò huc pertinet, q illa donationis verba, dedit & donauit omnia iura ſua & actiones, quæ habet ſup Caſtro
4 Menabouis, ſunt ſæpius repetita & geminata. † Quæ ſanè geminatio arguit enixam donantis voluntatem, voluiſſe ſcilicèt donare iura & actiones, & earum cauſa ſoluendos eſſe mille coronatos. ita in ſpecie arguit Pariſ. conſil. 94. nu. 4. li. 2. cùm ergo ſatis ſit actori, q reus cõuentus quò ad hoc vt teneatur ad ſolutionem d. coronatorum, ſit cõſecutus iura & actiones, rectè ipſum reum interrogauit de iuribus & actionibus. Nõ ergo rectè fuit reſponſum, ſe non eſſe conſecutum bona Caſtri.

Quartò huic ſententiæ ſuffragatur, quòd is donator prius donauit domum, quam inhabitabat huic donatario? deinde paulò pòſt ſubiicit, quòd etiam donat iura & actiones Caſtri Menabouis. † Quæ ſanè pars donationis 5
prima declarat ſecundam, iuxta l. qui filiab. de leg. 1. vbi latè Iaſ. cùm ergo in ea prima non modò iura & actiones domus, ſed domum ipſam donauerit, ita donando iura & actiones Caſtri, non intellexit donans de alio, quàm de ipſis iuribus. Quaſi quòd quid minus donauerit quò ad Caſtrum reſpectiuè, quàm quò ad domũ: cùm minus ſit habere actionem quàm rem. l. qui actionem. & l. minus, vbi Dec. de reg. iuris. & ſcribit Tiraq. de retractu conuẽtio. §. 2. gl. 1. nu. 48. Quib. addo Ruinum conſi. 97. num. 11. lib. 5. cùm ergo ſufficiat reum fuiſſe conſecutum iura & actiones, vt teneatur ad coronatos mille, dicendum eſt, illum debuiſſe reſpondere formiter, an illa iura & actiones acceptauerit, atque conſecutus ſit.

Quintò ac vltimò accedit, cùm iam conſtet donatorem ſolùm donaſſe iura & actiones, & earũ cauſa onus adiecisſe, dicendum eſt non teneri D. actorem expectare, quòd reus re ipſa conſecutus ſit illam partẽ Caſtri: ſed ſufficit quòd ex iuribus & actionibus facultatem conſequẽdi habeat: alioqui eius negligentia nocere poſſet d. actori contra l. hæreditariam, in fi. ff. de euic. ſi ergo actori ſufficit reum eſſe aſſecutum iura & actiones, debuit reus rñdere formiter an illa habeat, vel non, quod cùm non fecerit, pronuntiandũ eſt contra eum, vt cõtumacem. Ita de hac leui dubitatione ſentio.

Quò verò ad ſecundam dubitationem, an ſcilicèt iuramentum litis deciſiuum delatum ab hoc actore reo conuento ſuper illa exceptione non numeratæ pecuniæ: de qua aſſeritur ex inſtrumento renuntiationis & ceſſionis conſtare, recuſari poſſit, maior verſatur ambiguitas: ſi quidem dicendum videbatur, iuramentum deferri non potuiſſe.

Primò, quia de numeratione illa aſſeritur conſtare pu- 6
blico documento, † quod facit rem clarã & apertam, vt copioſè ſcribunt Iaſ. in l. 1. in prin. nu. 6. de oper. noui nuntia. & Cra. cõſ. 10. nu. 7. Cæteros omitto. Atqui vbi res eſt clara & manifeſta, fruſtrà defertur iuramentũ, ita pbare videtur c. 2. de proba. & ſcribũt Iaſ. in l. manifeſtæ, col. pe. verſ. 10. cã. ff. de iureiura. Thomas Ferratius cautela 16. nu. 6. & Neuiz. conſ. 7. nu. 7.

Secundò, quòd locus non ſit huic iuramento, ſuadere il-
7 lud videtur, † quòd illis in caſibus ceſſat iuramentum litis deciſiuum in quo ceſſat, & non põt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, ita probat l. in contractib. §. illo. C. non numeratæ pecun. quam ſingularem dixit Bal. in l. 2. col. 18. ff. de iureiura. & Franc. Crem. ſing. 155. contra, &c. quos ſummoperè commendat Ferratius cautela 16. nu. 5. in fi. & ex d. §. illo alia ſcribit Capicius deciſ. 15. nu. 1. Atq. in caſu noſtro iam conſtat eſſe lapſa tempora opponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ, ergo nec iuramẽto locus videtur relictus.

Cæterùm, re diligentius perpenſa, contrarium verius eſſe exiſtimo, nempè, iuramentum hoc deciſiuum deferri potuiſſe.

Primò, quia † etſi lapſum ſit tempus opponẽdi exceptionem non numeratæ pecuniæ ex iuris cõmunis diſpoſitio-
8 ne; attñ adhuc huic actori ſuccurſum eſt officio iudicis, quod imploratũ ſemp fuit ad hunc effectũ. ita egregiè docuit Bal. in l. illicitas, in prin. ff. de off. præſid. quem ſecuti ſunt Feli. in c. ſi cautio. nu. 65. de fide inſtr. Io. Fab. Inſt. de litera. oblig. in pri. Emmanuel Coſta in repe. l. ſi ex cautione. in verbo, officiũ iudi. is. C. de nõ nu. pec. Marſi. ſing. 277. Licet ſuprà. & Rol. à Val. conſ. 1. nu. 57. 58. li. 1. ſi ergo ex iudicis officio implorato locus eſt exceptioni non numeratæ pecuniæ, locus etiam erit huic iuramento, ex iam relata Baldi & ſequacium doctrina.

Secundò confert, quòd exceptio hęc nõ nu. pec. hoc in
9 caſu ſemper opponi potuit, † tum quia, vt in actis fuit probatũ, hic actor clericus eſt; qui non prohibetur lapſo biennio ad opponendũ exceptionẽ hanc ex iuris ciuilis rigore ſecundũ æquitatẽ canonicam exceptionem hanc opponere, ſuſpiciendo præſertim in ſe onus (quod ex abundanti certè eſt, quidquid alij cenſeant) probandi pecuniam numeratam non fuiſſe. ita omnium primus docuit Dyn. in c. locupletari, in fi. de reg. iuris in 6. quem ſecuti ſunt Ang. in cõſ. 156. D. Angelina. Iaſ. in l. qui pecuniã. nu. 7. ff. ſi cer. pet. & in l. cùm quis. nu. 17. C. de iuris & facti igno.

Marſi.



Marſi. ſing. 463. Rigor. & c. & ſingu. 622. priuilegia. Felin. in c. ſi cautio. nu. 61. de fide inſtr. Capell. Toloſ. q. 318. Rebuffus in commentariis Regiarum conſtit. Galliæ tomo primo, tit. de chirograph. recognitione, in præfatione nu. 15. & nu. 48. & Emmanuel Coſta in repe. l. ſi ex cautione. in 6. cõria. nu. 8. C. de non num. pecu. Hinc idem Felin in c. licèt cauſam. nu. 18. verſ. limita ſecũdò, de probat. docuit, in cauſis vertentib. in curia mercatorum. in qua proceditur ſola veritate inſpecta, nunquam eſſe lapſa probationis tempora. Quòd ſi ob hanc æquitatem opponi hæc exceptio poteſt, ergo & deferri iuramentum. & hanc conſequẽtiam in claris terminis noſtris facit Felin. in rubr. de probatio. nu. 6. in fi. Nec aduerſatur quod inquit Ang. d. cõſi. 156. illam Dyni ſententiam procedere ſolùm in terris eccleſiæ. ab Angelo nõ videtur diſſentire Iaſ. in d. l. cũ quis. nu. 17. C. de iuris & facti igno. & in d. l. ſi pecuniam. nu. 8. ff. ſi certum peta. Nam falſum hoc eſt, cùm Dynus forum à foro non diſtinxerit; ſed ſolam æquitatem iuris canonici à rigore iuris ciuilis. Quocircã Felin. in d. c. ſi cautio. nu. 61. Marſi. d. ſing. 463. indiſtinctè intellexerũt Dynum loqui in quouis foro. & Capella Tholoſ. d. quæſt. 318. ſ[illegible]rtius intellexit procedere tam in clerico creditore, quàm in laico: cùm æquitas ita vnũ ac alterum tueri debeat. Quib. intelligimus non eſſe pariter veram interpretationem Imolæ & Barba. in c. vlt. de ſol. ille. nu. 32. iſte. nu. 11. dum intelligunt Dyni doctrinam procedere ſolũ in foro conſcientiæ, non autẽ in contentioſo. procedere quidem à fortiori poſſet, cũ creditor retinere vellet, quod non ſoluit adhuc non obſtante cõfeſſione debiti: ita ſenſit Feli. in d. c. ſi cautio. nu. 62.

Tertiò, opponi potuit hæc exceptio non numeratæ pecuniæ etiam lapſo biennio: quandoquidem in actis deductum fuit, hunc reum conuentũ ſæpius fuiſſe confeſſum ſe nihil actori ſoluiſſe: ſed ſolum factam fuiſſe confeſſionem
10 ab actore ſpe futuræ numerationis, quo fit † vt adhuc lapſo biennio opponi hæc exceptio potuerit. ita gl. & Bald. in l. in contractib. in prin. C. de nõ num. pecu. & clarè Felin. in c. ſi cautio. num. 66. de fide inſtr. qui Hoſtien. & alios recenſet. ſi ergo exceptio potuit opponi, ergo & iuramentum deferri: præſertim cùm delatum ſit iuramentum hoc modo, quòd licèt ipſe actor confeſſus fuerit in aſſerto inſtrumento ſe recepiſſe eam ſummam, quòd tamen verè non recepit, & quòd ita ſæpius confeſſus fuit ipſe reus coram fide dignis nihil numeraſſe: non ergo recuſari poteſt hoc iuramentum.

Quartò & vltimò, vel ex eo res clara redditur, quòd in actis probatum fuit hunc actorem ſolùm agere nunc 26. annum quo fit vt adhuc ſit intra tempus opponendi exce-
11 ptionem non numeratæ pecuniæ, † cum illud tempus ſolũ currere incipiat à die perfectæ ætatis 25. annorum. l. vlt. C. in quib. cauſ. in integ. reſt. non eſt neceſ. vbi Bald. Alb. & Salic. & ſentiũt Felin. in c. ſi cautio. nu. 60. de fide Inſt. Iaſ. in l. qui pecuniam. nu. 8. ff. ſi certum peta. ergo & iuramẽtum deferri potuit.

Non obſtat nunc adducta in contrarium ad primum.
12 reſpondetur, † quòd doctrina Iaſ. in d. l. manifeſtæ turpitudinis, ac Ferratij. d. caut. 16. loquitur & procedit in iuramento liti neceſſario, quod ad ſupplendum imperfectã probationem defertur, vt loquitur d. c. 2. de iureiura. Præterea & ſecundò reſpondetur, quòd ſi opponi poteſt exceptio non numeratæ pecuniæ, ita etiam deferri poteſt iuramentum, vt iam diximus.

Non obſtat ſecundum, quia illud declaratur ex iam relatis, vel ex æquitate, vel alijs modis iam relatis: ita iuris eſſe cenſeo.

Iacobus Menochius. I.C.

### SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum ad hoc vt fidem faciat, tria requiſita habere debet.*
2 *Notarius debet conficiendo inſtrumentum illud partibus legere & petere an velint illud facere & ſubſcribere tale inſtrumentum.*
3 *Inſtrumentum recipit perfectionem à clauſul. illa in fine poſita, Actum in domo, &c.*
4 *Inſtrumentum ſi protocollum non reperiatur, facit fidem: ſed ſi reperiretur protocollum, ſed vitiatum, nec protocollo neque inſtrumento extracto daretur fides.*
5 *Laceratio inſtrumenti ſuſpicionem inducit.*
6 *Notarij quomodo poſt factum inſtrumentum & finitum illud cuſtodiant, & de ipſa retineant memoriam.*
7 *Sed inſtrumentum ſi reperiatur in protocollo extenſum præſumitur prius à notario receptum.*
8 *Imbreuiatura inſtrumenti ſtandum eſt cum prolent, licet facti ſubſtantiam tantum contineant.*
9 *Hæreditas an deleatur ex cancellato teſtamento.*
10 *Raſura & inciſio teſtamenti, vel inſtrumenti an & quando noceat.*
11 *Inſtitutiones duæ in teſtamento ſi ſint, & altera earum ſit deleta, an valeant, vel altera tantum, vel nec vna, nec alia.*
12 *Inſtrumentum quando in vna parte habet raſuram, an noceat alteri parti.*
13 *Inſtrumentum quod habeat raſuram, vel cãcellationem in aliqua parte, & habeat folium inciſum, an differat.*
14 *Non eſſe, vel eſſe, & non apparere, paria ſunt.*
15 *Inſtrumentum ande neceſſitate requirat ſubſcriptionem notarij & eius ſigni appoſitionem ad eius inſtrumenti perfectionem.*
16 *Inſcriptio referatur ad omnia ſequentia, & ſubſcriptio ad omnia præcedentia.*
17 *Notarius veriſimiliter non deſcribit inſtrumenta in protocollo, niſi de ipſo fuerit rogatus, & à partibus pro confecto & finito haberetur.*
18 *Clauſula ſolita in inſtrumentis, actum in domo talis, &c. an poſſit apponi tam in principio quàm in fine inſtrumenti.*
19 *Mulier non præſumitur falſum committere ob præſumptam ignorantiam, vt in ruſtico pariter non dicimus.*
20 *Et in perſona nobili, & optimæ famæ.*
21 *Falſitas non præſumitur vbi ceſſat ſpes lucri.*
22 *Inſtrumentum laceratum in parte ſubſtantiali non vitiatur, quando ex alia ſcriptura probari poſſit illud quod eſt laceratum.*

### FACTI SPECIES.

*IN libro protocollorum notarij iam vita functi, regiſtratum reperitur dotale quoddam inſtrumentum, quod vel ſua vetuſtate, vel bellorum calamitate mancum & mutilatum reperitur; cùm vltimum folium deficiat. Quo quidem vltimo in folio ſolum fuiſſe ſcriptas generales illas clauſulas, quæ adiici pro cautela ſolent à notariis, creditur atque coniicitur: cum apertè conſtet ſaluam eſſe inſtrumenti geſtique actus ſubſtantiam, ex quo apparet de dotis promiſſione & conſtitutione. Dubitari modò contingit, an huic inſtrumento adhibenda ſit fides, vel non.*

## CONSILIVM XLVIII.

## Initium à Domino.

HVIC dubitationi, quæ in cauſa illuſtris D. Beatricis vxoris Illuſtris D. Caroli Lucernæ comitis atq; Sereniſſim. Sabaudiæ Ducis conſiliarij excitatur, reſpondẽdum videbatur, nullam eſſe huic documento adhibendam fidem, idq; multis rationibus & Doctorum auctoritatibus.

Primò ea ratione, quòd inſtrumentum hoc eſt imperfectum. Habere enim dẽt in-
1 ſtrumentum † tres perfectiones, vt valeat & fidem faciat. Quarum prima eſt, quòd locum & tempus celebrati actus & inſtrumenti contineat: ſecunda, quòd oſtendat perfectam concluſionem actus quò ad ipſas partes: tertia eſt, quòd habeat notarij ſubſcriptionem & ſignũ. ita egregiè docuit Bal. in l. contractus. nu. 6. C. de fid. inſtr. quem ſecuti ſunt Caſtr. conſ. 309. Ad primum quæſitum. colu. 1. verſ. breuiter. lib. 1. Abbas, Feli. & Dec. in c. 1. col. 4. de fi. inſtr. Boc. q. 37. numer. 10. & alios recenſet Did. libro practica. quæſt. c. 20. nu. 4. verſ. 7. ad valorem. Quib. accedunt Rui. conſ. 144. nu. 1. li. 1. & Alex. conſ. 153. nu. 8. li. 2. quo loci docuit Alexander, quo modo & forma notarij ſubſcribere debeant nomen ſuum in confectis & à ſe receptis inſtrumentis. Atqui in inſtrumento, de quo agitur, deficit ſubſcriptio & ſignum, cum vltimum illius folium deficiat. er-

p. 5. go de

go deficit perfectio, & per conſequens, nulla eſt illi adhi-
benda fides.
Secundò accedit, quòd alia ratione hoc inſtrumentum
videtur imperfectum, & per conſequens nullius fidei. Vt
inſtrumentum poſsit dici perfectum, conſtare dēt fuiſſe à
2 notario † lectum & publicatum coram partib. eas inter-
rogando an velint ſe ipſum notarium cōficere debere in-
ſtrumētum illud, atque ita (vt vulgò dicitur) eſſe de eo ro-
gatum. Ita docuit Baldus in dict. l. contractus. numero 8.
verſ. idem dicitur contractus imperfectus. C. de fi. inſtr.
& idem ſcribunt Bart. in l. ex ea. ff. de teſt. & in l. fideicom-
miſſa. §. 1. de lega. 3. Iaſ. in repet. l. admonendi. num. 151. ff.
de iureiur. Ruin. conſi. 2. num. 2. & conſi. 193. num. 1. lib. 2.
Rub. conſi. 107. uum. 1. & Socin. Iun. conſi. 144. num. 19.
& conſi. 147. num. 15. lib. 2. Atqui in caſu noſtro non vide-
tur conſtare hoc inſtrumentum, deficiente vltimo folio,
fuiſſe lectum & publicatum à notario coram partibus, er-
go nullam fidem facere videtur.
Tertiò, ſuffragari videtur huic opinioni, quòd tunc de-
3 mum inſtrumentum † perfectionem recepit, cùm notarius
atteſtatur his verbis, Actū in domo Sempronij, &c. Quæ
ſanè verba apponi ſolent à notarijs in fine inſtrumenti;
vt ſignificent perfectum eſſe inſtrumentum illud. ita reſ-
ponderunt Soc. Sen. conſ. 142. col. prima. lib. 1. Iaſ. conſ. 8.
col. j. verſ. confirmo. li. 3. & ante eos Caſtren. cōſi. 306. Ad
primum quæſitum. col. 1. libro primo, ſed hoc in caſu non
reperiuntur ſcripta in inſtrumento iſto illa verba, actum
&c. ergo ratione imperfectionis illi nulla videtur adhibē-
da fides.
Quartò, non mediocriter vrgere videtur doctrina Ca-
ſtren. conſi. 126. Dubitatur primò, an comes. col. vlt. lib. 2.
is declarando Bal. in rubr. C. de fide inſtr. col. ſexta. verſi.
Vlterius circa iſtam, reſpondit, quòd quando integrū pro-
tocollum non inuenitur, adhibenda eſt fides inſtrumen-
4 to † extracto: ſed ſi extat protocollum, vitiatum tamen &
mutilatum ac mācum; nec illi, nec extracto creditur. cùm
ergo hoc in caſu protocollum hoc ſit mancum, deficiente
vltimo folio, videtur dicēdum, nullam fidem eſſe illi præ-
ſtandam.
Quintò & vltimò conferre videtur, quòd ob falſi ſuſpi-
cionem, nulla fides videatur adhibenda huic protocollo
5 in vltimo folio lacerato. Laceratio † enim falſitatem com
miſſam arguere ſolet: ita in ſpecie de protocollo lacerato
& inciſo reſpondit Cra. conſi. 6. nu. 8. ver. ſecundum cri-
men. & conſi. 28. nu. 8. Illi addo Curtium Sen. conſi. 56. in
fin. ob hāc ergo lacerationem fidem amiſiſſe videtur hoc
inſtrumentum: cùm in ciuili cauſa falſi ſuſpicio pro falſi-
tate habeatur.
Cæterùm re ipſa longè melius perpenſa & examinata,
contrarium viſum eſt verius: nempè huic inſtrumento ad-
hibēdam eſſe fidem. Quò autem res clarior reddatur, hoc
6 vnum priùs præmitto; notarios cōſueuiſſe † cùm recipiūt
inſtrumenta, illa in quadem notula, quam baſtardellū ap-
pellant, ſummatim ſcribere, deinde illa ipſa inſtrumenta
in alio libro, quem extenſum protocollum vocant, itera-
tò, ſed extensè ſcribere. Ex quo poſtmodum ſumunt in-
ſtrumētum authenticum, quod partibus quarum intereſt,
tradunt. vt illis in iudicio vtantur. ita declarant Bal. in l.
ad noſtram. nu. 3. C. de teſta. Curt. Sen. conſi. 277. col. 3. li.
2. Pariſ. conſi. 28. nu. 22. lib. 2. & conſi. 51. num. 3. li. 3. Boer.
quæſt. 252. num. octauo & Neuiz. cōſ. 24. nu. 8. & conſi. 26.
nu. 45. hoc ita poſito; multis rationibus demonſtro huic
protocollo fidem eſſe adhibendam, vt ſcilicèt ex eo ſumi
poſsit inſtrumentum authenticum.
7 Primò ea ratione vtor, quòd quando inſtrumentum † ge
ſti actus eſt in protocollo extenſum, præſumitur à nota-
rio receptum: quia ſi de eo non fuiſſet rogatus, illud nō re-
tuliſſet in protocollo. Ita ſcribit Baldus in rubr. C. de fi-
de inſtrum. numero 20. verſic. ſecundò quæro. & numero
21. quem ita declarat & interpretatur Neuizanus conſilio
26. numero 43. in fine. & numero 45. in fine, quo loci citat
eiuſdem opinionis Balb. conſilio 58. colum. quarta, libro
quarto, & Socinum Sen. conſi. 94. colum. 2. verſi. ex qui-
bus infertur. lib. 1. cùm ergo hoc inſtrumentum habitum
ſit à partib. & à notario vt integrum & perfectum: ſequi-
tur dicendum, illi omninò eſſe adhibendam fidem.
Secundò, quòd hoc protocollum dicatur perfectū, non
obſtante defectu ipſius folij, in quo verè aderant ſolùm
clauſulæ accidentales, nempè renuntiationū & ſimilium,
adducor doctrina Baldi in rubr. C. de fide inſtrum. nu. 21.
verſi. ſed de tertio quæritur. cùm inquit, quòd imbreuiatu
8 ris † ſtandum eſt. cùm probent, licèt facti tantùm ſubſtan-
tiam contineant; & non accidentalia, qualia ſunt hæc de
clauſulis adhiberi ſolitis ad maiorem cautelam. Ea ratio-
ne vſus eſt Baldus, quòd clauſulæ illæ interpretationē re-
cipiunt vel à iure communi, vel à conſuetudine. Ita ergo
à fortiori in caſu noſtro, in quo conſtat notarium non in
imbreuiaturis ſolùm, ſed & in libro protocollorum retu-
tuliſſe hos dotis promiſſæ inſtrumentum vti abſolutū &
perfectum. Eſt ergo dicendum, huic protocollo eſſe ad hi
bendam fidem, vt ex eo ſumatur authenticum inſtrumen
tum, in iudicio producendum.
Tertiò, adducor in hanc ſententiam ex l. 1. §. ſed ſi legi.
& §. ſubſequenti. ff. de his quæ in teſta. delen. in illo §. ſed
ſi legi, negat iuriſcon. ex cancellato teſtamento hæredita-
9 tem † deberi, ſi cancellatio illa facta eſt ante teſtamēti per
fectionem & conſummationem: ergo à contrario ſenſu,
ſi perfecto abſolutóque teſtamento ſuperuenit cancella-
tio, non nocebit. Hoc apertius ſuadent verba ſubſequen
tis §. in quo ſcriptum eſt, ſi aliquid incōſultè deletum eſt
in teſtamēto, debetur tamen quod legi poteſt. Rationem
reddit iuriſconſul. his verbis. Quoniam, etſi totum teſta-
mentum non extet, cōſtat valere ea omnia, quæ in eo ſcri-
pta ſunt. ſubiungit etiam iuriſcon. Quòd ſi alius quam te-
ſtator conſcidit teſtamentū, debetur tamen quod eſt ſcri
ptum, cùm ergo in caſu noſtro iam inſtrumentum fuerit
(vt demonſtrauimus) abſolutum & perfectum, ſequitùr di
cendum, illi eſſe adhibendam fidem, ſaltem quò ad ea quę
legi poſſunt. Quod confirmatur ex doctrina Bar. in l. 1. §.
vltim. de he his quæ in teſta. delen. cùm, declarando, an te
10 ſtamento, cuius cordulæ † & pars vltima fuit inciſa, fides
debeat adhiberi, ſcribit, fidem tunc eſſe præſtandam, quan
do perfecto teſtamento ſuperuenit inciſio. Quàm ſanè aſ-
ſertionem probauit Iaſon in l. noſtram. num. 2. C. de teſta
ment. Huc etiam pertinet doctrina Baldi in l. vlt. col. 4. in
4. oppo. C. de edicto diui Adria. tollen. cùm ait ex d. l. 1. de
his quæ in teſtam. delen. quòd ſi raſura, vel cancellatio eſt
in vna parte, non nocebit alteri: dūmodo non ſit in ea par-
te, quæ continet ſolennitatem reſpicientem totum inſtru-
totum inſtrumentum, vt puta in indictione, anno, die, vel
loco. id quod declarat Vbertinus Zucchard' in d. l. vltim.
numero 332. & ante eum Alexand. ibidem, nu. 16. & Cor-
neus nu. 20. Salicetus colum. 4. verſi. oppono ſecundò, &
Albericus, nu. 6. ad finem. qui fortius illud ſcribunt, quod
11 ſi duæ extarent hæredum † inſtitutiones, & earum vna eſ-
ſet deleta & cancellata: alteta tamea valeret. Eſt ergo à for-
tiori idem dicendum in caſu noſtro, in quo ſolummodo
deficit vltimum inſtrumenti folium, in quo accidentalia
tantùm conſcripta erant.
Quartò & vltimò ſuffragatur elegans doctrina Saliceti
in l. ſi ex falſis. col. pen. verſi. quęro cum eadem gl. C. de
12 tranſact. dum quærit, quomodo inſtrumentum † vel per
raſuram, vel per cancellationem vitiatum viciet, vel non,
reſiduum inſtrumenti. Et diſtinguendo concludit, quòd
etiamſi adſit vitium circa ſubiectum, atq; ita circa ſubſtan-
tiam, quæ tamē ſit à cæteris in inſtrumento ſcriptis diſtin-
cta & ſeparata, illa ita ſeparata non vitiare. Idem docuit i-
bidem Iaſ. num. 11. verſi. tertiò limita. & Curt. Sen. in fi. &
Felin. in capi. fraternitatis. nu. 17. de hæreti. Nec dicatur
13 multum referre, quòd inſtrumentum † habeat cancellatio-
nem in aliqua parte, vel habeat folium inciſum, quādoqui-
dem vbi eſt folium inciſum atque laceratum, nullo pacto
conijci poteſt, quid in eo ſcriptum fuerit: at ſecus quando
ſola adeſt cācellatio & raſura quia coniici poteſt, quid in
ea ſcriptura continebatur. Non inquam hoc officit; quia
Doctores abſolutè loquuntur de raſura & cancellatione,
quæ tanta eſſe poteſt, vt nemo quātumuis bene oculatus,
valeat conijcere quid ibi ſcriptum extiterit. Et ideò paria
14 † ſunt non eſſe, vel non apparere. l. in leg. ff. de contrahen.
emp. cū vulgatis ſimilibus. Et Curt. Senior, in d. l. ſi ex fal-
ſis in fine, intelligit eſſe verum etiam quando integrum
capitulum fuit abraſum. Eſt ergo dicendum, & in caſu no-
ſtro fidem huius protocolli non deficere, licèt illud vlti-
mum folium deficiat; ex quo in cæteris ſalua eſt ſubſtantia.
Non obſtant nunc in oppoſitum adducta, in quorum
diſſolutione non leuis eſt difficultas. Ad primum reſpon-
deo, maximam eſſe inter noſtros controuerſiam, an ad in-
ſtrumenti perfectionem neceſſaria ſit ipſius notarij ſub-
15 ſcriptio † & ſignum, permulti in ea opinione ſunt, non eſſe
* omninò neceſſariam. & hanc eſſe * magis receptam opi-
nionem



nionem teſtatur Alex. in rub. ff. de ope. nou. nuntia. num.
14. & ibidem Niconitius nu. 112. idem ſcribunt alij plures
relati à Rolan. à Valle conſi. 44. num. 40. libr. 1. qui refert
Cardinal. conſi. 113. col. 2. dicentem, non eſſe neceſſariam
ſigni notarij appoſitionē in inſtrumēto extracto: & mul-
to minus in protocollo. Quocirca Caſtren. conſi. 204. quē
ſecutus eſt Rolan. in d. conſi. 44. num. 42. reſpondit aduer-
ſus Bal. in d. l. contractus, notarij ſignum & ſubſcriptio-
nem non pertinere ad inſtrumenti perfectionem. Et idē
ſcripſerūt Felin. in cap. cùm P. Tabellio, num. 5. de fide in-
ſtru. Boerius, q. 37. num. 10. & Neuizanus conſil. 24. num.
5. & quòd de ſigno diximus eadem ratione locum habet in
ipſa ſubſcriptione. Nam ſufficit quòd protocollum ſit in
principio ſcriptum, vel in fine, quòd ſcilicèt illud eſt pro-
16 tocollum talis notarij: quia inſcriptio † refertur ad omnia
ſequentia; vt & ſubſcriptio ad omnia præcedentia. quod
apertè reſpondit Bar. conſi. 163. quem ſecutus eſt Boerius,
d. q. 37. num. 10. & idem Clarius reſpondit Ruin. conſ. 159.
nume. 12. lib. 4. qui Baldum, Butrium, Alexandrum & alios
plures eiuſdem opinionis recēſet. & communem teſtatur
Dec. conſi. 447. in fi. cùm ergo protocolli liber, in quo re-
latum reperitur hoc inſtrumētum promiſſæ dotis, habeat
inſcriptionem nominis notarij, dicendum eſt, ſumi poſſe
authenticum inſtrumentum, & fidem facere debere.
Non obſtat ſecundum argumentum, quia facilis eſt reſ-
ponſio. Nam ſatis dicitur fuiſſe publicatum ex quo à no-
tario ex imbreuiaturis fuit in protocollo relatū atque ex-
17 tenſum. Quam quidem extenſionem verè nō feciſſet † no-
tarius, ſi de eo rogatus non fuiſſet, & per cōſequens ſi par-
tes pro abſoluto & perfecto inſtrumentum illud non ha-
buiſſent, ſicuti ſuprà admonui. Et ſenſit Alex. conſil. 153.
nu. 11. libr. 2. & clarius Neuiz. conſi. 26. nu. 45.
Non obſtat tertium argumentum, quia reſpōderi po-
18 teſt, vt mox dixi. Vel & ſecundò, illa verba, † actum, &c.
potuiſſe apponi & in principio inſtrumenti, ſicuti reſpon-
dit in ſpecie Neuiz. conſ. 24. num. 3. & conſi. 26. num. 42.
in fin. quod cùm obſeruatum ſit hoc in caſu, dicēdum eſt
ceſſare omnem de hoc dubitationem.
Non obſtat quartum, quia reſpondeo, Caſtrenſem in d.
conſ. 126, loqui quando illud protocollum eſt in totum
vitioſum, ex quo conſtat apertè, nō poſſe ſumi inſtrumē-
tum authenticum. At non ita ſe habet protocollū hoc de
quo agitur; cùm ex totò vitiatum non eſt, ſed integrum,
& quò ad ſubſtantiam perfectum. Ex eo ergo ſumi pote-
rit authenticum inſtrumentum in iudicio producendum.
Non obſtat vltimum argumentum; quia multis modis
reſpondeo. Et primò quòd nulla conſiderari poteſt falſi
ſuſpicio ex parte illuſtris D. Beatricis, quæ vult ex eo pro
tocollo ſumi hoc inſtrumentū authenticum: quia eſt mu-
19 lier, quæ † non præſumitur falſum cōmittere, ob præſump-
tam ignorantiam, quemadmodum & de ruſtico ſcribūt
Angel. in §. & licet. in authe. de teſtib. & Iaſ. in l. ſi quis id
quod. nu. 32. de iuriſ. om. iu. ſecūdò quia eſt admodum no-
20 bilis & bonæ famæ, † ob quam falſi ſuſpicio ceſſat. ita Bal.
in l. 2. C. de falſis. & l. quoties §. ſed ſi non in corpore. ff. de
hæred. inſt. & Crauet. conſi. 65. num. 12. & Soc. Iun. conſ.
45. in fin. libr. tertio. Tertiò, quia apud eam non fuit pro-
tocollum, ſed apud hæredes & ſucceſſores notarij de il-
lo rogati.
Quartò, qui ex hoc non ſentiret lucrum, ſed damnum:
ob id quòd aliūde fortè probationes non haberet: & ideò
21 falſitas † non præſumitur, vbi ceſſat ſpes lucri, ita probant
Cor. conſ. 63. col. 3. lib. 3. & cōſi. 227. col. vlt. li. 4. & Rubeus
conſi. 15. num. 3. Crau. conſ. 75. nu. 13. & Rolandus conſ. 38.
nu. 38. lib. 1.
Reſpondeo ſecundò, non poſſe dici hoc laceratum fo-
22 lium arguere falſum cum non ſit laceratum † in parte ſub-
ſtantiali, vt loquuntur Doctores in ea vltima argumēta-
tione relati. Et plura ſcribit Natta conſi. 132. lib. 1 qui poſt
Butrium in cap. ex literis, in fin. de fid. inſtru. inquit raſu-
ram in loco etiam ſubſtantiali non vitiare, quando veritas
ex alia ſcriptura detegitur: ſicuti ſatis declaratur veritas ex
alio inſtrumento authentico, quod in ſubſtantia & omni-
bus ferè conuenit cùm ipſo protocollo. Et eo loci alia ſi-
milia ſcribit Natta, quæ ad rem hanc conferunt. Præter eà
(vt iam dixi) laceratio non tollit quin credatur protocol-
lo, & ex eo ſumpto authentico in ea parte, quæ lacerata
non eſt. Atque ita iuris eſſe ſentio.

Iacobus Menochius. I. C.

## SVMMARIVM.

1 Monetæ valor intinſecus quando conſiderari debeat, vel tempore contractus, vel potius ſolutionis. & nu. 9. & per totum conſi.
2 Valor monetæ de facili à Principe mutari poteſt.
3 Valor monetæ diminutus præſumitur ex diminutione ipſius monetæ.
4 Contrahentes quò ad valorem pecuniæ, vel aliarum rerum, dicuntur conſiderare tempus præſens, non futurum.
5 Argumentum futurū non cedit lucro emptori ſed venditori, quia illud tantum venditum intelligitur, quod extabat tempore contractus.
6 Contrahentes contrahendo non dicuntur cogitaſſe mutationem monetæ futuram.
7 Solutio canonis emphyteutici cuius monetæ ſit facienda vel tempore contractus, vel tempore ſolutionis.
Quid ſi dictum ſit, promitto Florenos Sabaudiæ.
8 Valor pecuniæ mutuatæ conſideratur ſecundum tempus mutui, nō reſtitutionis. & 16. & 54.
Idem in contractu emptionis, & venditionis. & nu. 46.
Idem in contractu retrouenditionis. & nu. 48.
Idem in reſtitutione dotis, vt conſideretur valor temporis contracti matrimonij. & nu. 49.
Idem in moneta legata, vt conſideretur valor temporis teſtamenti. & nu. 50.
9 Moneta ſeu eius valor quomodo dicatur mutari intrinſecè, & extrinſecè.
10 Solutio monetæ ſecundum eius valorem vel tempore contractus, vel ſolutionis conſideratur, ex tenore obligationis, qui diligenter perſpici debet.
11 Pecunia ſoluenda pro quantitate Florenorum contenta in obligatione, dicitur æſtimata.
12 Pecunia æſtimata non conſideratur vti pecunia, ſed vti ſumma contenta in obligatione, adeo vt ſi augeatur vel minuatur pecunia, illa ſumma ſemper debetur.
13 Libræ non æſtimantur per Florenos vel ducatos, ſecus econtra.
14 Aeſtimatio venditionem quandam facit.
15 Floreni cuius ſint valoris.
16 Argumentum à contractu mutui ad contractum cenſus valet. Imò maior eſt ratio in mutuo quàm in cenſu, quò ad ſolutionem pecuniæ.
17 Valor monetæ conſideratur iuxta tempus ſolutionis, non contractus quando adeſt conſuetudo quòd debitor poſsit vnam ſpeciem monetæ pro alia ſoluere.
18 Debitor poteſt vnam ſpeciem monetæ pro alia ſoluere in regione Pedemontium, & hoc de conſuetudine illius loci.
19 Quæ conſuetudo etiam generalis eſt omnium aliarum regionum.
20 Solutio certæ quantitatis ſi ſit facienda, & dubitetur de volore monetæ quo tempore conſiderari debeat, vel contractus, vel ſolutionis, præcedentes ſolutiones, vel ſequentes habendæ, ſunt in conſideratione quia valor alias conſideratus nunc quoque conſiderari debet.
21 Obſeruantia ſubſequēs declarat rem dubiam, quæ obſeruantia præſcriptione omninò perfecta non indiget. & nu. 22.
22 Dubitandum non eſt de qua pecunia ſit facienda ſolutio. cùm aucta ſit vel diminuta moneta in contractu cenſus, & qua de cauſa.
23 Reditus ſunt ſoluendi de moneta currenti tempore ſolutionis, non tempore contractus.
24 Et qua de cauſa.
25 Mutatio monetæ tunc habenda eſt in conſideratione cùm tractatur de detrimento, & præiudicio creditoris. & nu. 38.
26 Cauallotti valent tres groſſos.
Mutatio monetæ quomodo probetur quòd intrinſecus non ſit facta.
27 Cenſuarius ſtante mutatione monetæ, quomodo ſoluere debeat.
28 Argumentum à vera mente partium valet.
29 Mens contrahentium pro ſolutione pecuniæ maximè conſiderari debet ob variationem monetæ.
30 In obſcuris ſequimur quod minimum eſt.
31 Aequitas præ oculis, Eccleſiaſticis perſonis eſſe debet
32 Intellectus ad c. olim cauſam, de cenſibus, & nu 35.
33 Minor præſcriptio quadragenaria non ſufficit contra Eccleſiaſticam perſonam.
34 Valor monetæ potius quam eius forma ſpectari debet.
35 Tex. in d. c. olim cauſam, an loquatur de valore monetæ intrinſeco, vel extrinſeco.
36 Mutatio monetæ quomodo probetur quòd ſit intrinſecus facta.
37 Mutatio monetæ eſt in detrimentum, & maximum ſcandalum populi. & ponitur Exemplum Regis Arragoniæ, qui mutauit pecuniam, & ex reſcripto Inn. 3 reduxit ad priſtinum valorem.

38 Mu-

38 *Mutatio monetæ non conſideratur, quando ex ea nullum præiudicium oritur.*

39 *Intrinſeca mutatio non habetur in conſideratione, dummodo forma & valor idem ſit.*

40 *Moneta non deducitur in contractum vel aliam diſpoſitionem inquantum moneta, ſed ſub ratione valoris.*

41 *Curſus & vſus monetæ potius quàm materia & ſubſtantia conſideratur.*

42 *Auri appellatione vel argenti veniunt & vaſa aurea & argentea, non tamen aurei numi ſeu argentei continentur.*

43 *Valor monetæ an augeatur vel minuatur ſecundum augmentum & diminutionem ipſius monetæ.*

44 *Moneta mutuò data ſi effecta vilior in valore intrinſeco redderetur, non diceretur reſtitutum, mutuum in eadem bonitate, qualitate & ſubſtantia.*

45 *Valor extrinſecus monetæ ſi ante moram augeatur vel minuatur, an dicatur ad commodum & detrimentum creditoris, vel debitoris.*

46 *Commodum debet ſequi incommodum.*

47 *Relatiuum quibus, ſe refert ad tempus contractus ratione ſubſtantiæ actus*

48 *Salutio in contractu, retrouenditionis quo tempore ſpectetur, vel cõtractus, vel ſolutionis, quando variatio eſt valoris monetæ.*

49 *Dos an ſit reſtituenda cum pecunia eiuſdem valoris, cuius erat tempore quo fuit conſtituta, vel tempore reſtitutionis.*

50 *Legatum pecuniæ an ſoluendum ſit iuxtæ valorem pecuniæ tempore facti legati, vel tempore ſolutionis. & 52.*

51 *Voluntas teſtatoris interpoetatur ſecundum tempus præſens, non futurum.*

## FACTI SPECIES.

*Magnificus atque excellentiſſ. Iuriſcon. D. Antonius Cerrudus, ciuis Montiſregalis Pedemontium, obtinet permulta prædia à Reuerendiſ. D. Epiſcopo Montiſregalis ſita in finib. oppidi Centalli ſub annuo cēſu iam anno 1528. à ſuis anteceſſoribus in hæc verba conſtituto: Et hoc pro fictu, reditu, penſione & cenſu annuali perpetuis temporibus* 4 *Florenorum nouem centum & quindecim monetæ Sabaudiæ currentis in partibus Pedemontium ſoluendis qualibet* 5 *anno in feſto S. Martini, in tantis ſcutis auri valentibus dictam ſummã nouem centum Florenorum & quindecim.*

*Eo anno 1528. aureus valebat Florenos quinque cum dimidio: & ideo cenſuarius ſoluendo aureos ſoluebat centũ ſexaginta & octo aureos, plus minus. Hodie aureus valet Florenos nouem, ita quòd ſi cenſuarius ſoluit aureos cētum tãtùm numerare habet. & quid plus, Reuerendiſſ. D. Epiſcopus contendit eſſe ſibi numerandos nouem cētũ & quin-* 6 *decim Florenos iuxta valorem antiquæ monetæ, ita vt valeat hodie conſequi centum & ſexaginta octo aureos, vt olim. ipſe verò Magnificus D. Cerrudus aſſerit teneri tantùm numerare nouemcentum & quindecim Florenos monetæ nunc currentis; etiamſi non poſſit Reuerendiſſimus D. Epiſcopus conſequi centum & ſexaginta octo aureos, vt olim. Quæritur quid iuris.*

## CONSILIVM XLIX.

# Initium à Domino.

7

PERDIFFICILIS eſt, quæ nunc proponitur conſultatio: an ſcilicet hæc cēſus ſolutio fieri debeat ſecundum valorem monetæ currentis eo anno 1528. ita vt habeatur ratio coronatorum, nempè, vt tot hodie poſſit Reuerendiſſ. Epiſcopus conſequi, quot olim. Et viſum eſt aliquibus indubitati iuris eſſe, quòd ſolutio facienda ſit de moneta currenti tempore illo celebrati contractus, hoc eſt anno 1528. vel ſecundum illius æſtimationem & bonitatem intrinſecam, ita vt Reuerendiſſ. D. Epiſcopus tot conſequatur coronatos hodie, quot conſecutus fuiſſet eo anno 1528. Quorum quidem opinio multis rationibus & argumentis non contemnendis probari videtur.

Primò, hac ratione & argumentatione ſatis ſolida; in-
1 trinſecæ deteriorationis monetæ † habenda eſt ratio, vt ſcilicet illa ſolui non poſſit loco pretioſioris, quæ tempore celebrati contractus cudebatur, vt ſcribunt omnes in c. quanto. de iureiu. & in cap. olim cauſam, de cenſib. & hæc
* eſt*recepta Doctorũ tam iuris pontifici quã Cæſarei ſententia: ſicuti atteſtantur Soc Sen. conſi. 298. lib. 2. & mod. Pariſien. trac. de vſuris, nu. 749. Et creditur probari ex d. c. olim, & c. cùm in canonicis. de cenſib. ac ẽt in d. c. quanto. de iureiu. Ea ẽt ratione, quòd creditor graue damnum ſentiret, ſi monetam viliore & intrinſecus deterioratam
2 recipere cogeretur: quia euenire facilè poſſet, vt illa † edicto principis tollatur, iuxta l, creditor. ff. de ſolutio. Atqui in caſu noſtro moneta hæc noua, quæ nunc cuditur, eſt illa ãtiqua à cēſuario ꝓmiſſa vilior & deterior. Quòd vel ex eo conſtat, quòd hodie valor aurei eſt maximè auctus: & auct⁹ præſumitur ob id quòd imminuta & vilior facta
3 † eſt parua & minuta moneta, ex quo cuditur nunc deterioris ligæ quàm olim: quemadmodum ſcribunt Brun. in trac. de augmēto, parte prima, declaratione ſexta, ver. ſed tunc ſolet, & verſ. ſed maius dubium. Rub. conſi. 17. col. 2. verſ. Verùm tamē. Soc. Iun. conſ. 145. nu. 95. lib. 1. cõſ. 142. nu. 6. lib. 2. & conſi. 101. libr. 3. Tiraq. in tract. de retractu conſang. §. 1. glo. 17. nu. 27. Crau. conſi. 46. nu. 6. & Natta, conſ. 302. & conſi. 454. nu. 6. lib. 2. ergo dicendũ ſequitur, eſſe ſoluendum de moneta antiqua, illius ſcilicèt qualitatis & bonitatis, quæ erat tempore celebrati contractus. Et ſi illa non reperitur, præſtari eius æſtimatio ita debet, vt tot aurei hodie comparari poſſint, quot olim.

Secundò, confirmatur relata argumentatio ea ratione,
4 quòd contrahentes † non conſiderarunt tempus futurum, ſed preſens tantùm; & ſecundum illud contraxiſſe videtur, iuxtà l. Rutilia Pola. ff. de contrah. empt. cuius argu-
5 mento reſpondit Dec. conſi. 4. nu. 3. augmentum † futurum non cedere lucro emptori, cùm intelligatur ſolùm venditum quod extabat tempore contractus. Qua de re ſcribit & Ripa in cap. cùm M. Ferrarienſis. nu. 37. conſtit. Ita ergo hoc in caſu noſtro conuentum videtur, vt ſoluatur de moneta currenti tempore contractus, atque ita ſecũdũ illam bonitatem qua pecunia eo tēpore cudebatur.

Tertiò accedit, quòd valor aurei ob id præſumitur auctus, quòd imminuta eſt bonitas paruæ & minutæ monetæ cùm fiat & cudatur nũc deterioris ligæ quàm olim, vt
6 diximus ſupra. Atqui contrahentes † non videntur eo cõtractus tempore cogitaſſe hanc futuram monetæ mutationem & deteriorationē, iuxta l. cùm hic ſtatus. §. ſi ſponſus. ff. de donat. inter virum & vxo. & poſt Salicetum in l. vlti. C. ſi certum peta. reſpondit Rubeus conſi. 17. col. 2. verſ. Verùm tñ. Imò non videtur veriſimile, ꝙ cõtrahētes hi ſe ſubijcere voluerint tanto periculo mutationis monetæ, vt in ſpecie reſpondit Calcaneus conſi. 15. nu. 15. ver. idem facit; quia ergo dicendum videtur, huius cenſus ſolutionem eſſe faciendam ſecundum valorem monetæ currentis tempore cõtractus; non autem ſecundum ſolutionis tēpora, quibus deteriorata eſt imminuta moneta ipſa.

Quartò, adducitur in his ferè terminis doctrina Bruni in d. tract. de argumento. parte prima. incip. His ſic præmiſsis. declaratione prima. nu. 9. ver. item prædicta. cùm
7 ait, in ſolutione † canonis emphyteutici numerandum eſſe de pecunia currenti tempore celebrati cõtractus, etiãſi in ſpecie nulli numi ſint promiſſi, ſed in genere tãtùm: vt puta ſi dictum fuit, ptomitio ſoluere decem Florenos Sabaudiæ. Brunum ſecutus eſt Soc. Iun. conſi. 142. nu. 6. li. 2. Et eo loci ſubiungit Brunus declaratione ſeptima, abſolutè in ſolutione canonis emphyteutici eſſe præſtandam monetam currentem tempore conſtitutionis emphyteuſis. Quæ poſterior aſſertio & doctrina fuit & aliorũ in l. 2. C. de iure emphy. ibi Alber. nu. 10. Iaſ. nu. 91. copioſè reſpondit Calcan. d. conſ. 15.

Quintò & vltimò accedit, maximè ad confirmationem precedentis argumēti multorum auctoritas in omnibus penè actibus ſiue inter viuos, ſiue in vltimis diſpoſitionibus; quòd ſcilicèt moneta ſolui debeat ſecundum curſum illius temporis, quo contractus alterue actus conficitur

& ce-



& celebratur.

8 Ita enim cùm mutuò † datur pecunia, actum cenſetur, vt reſtituatur in eadem bonitate, qualitate & quantitate ſecundum tempus facti mutui. ſicuti ſcribunt multi in l. cùm quid. ff. ſi cert. pet. ibi Cur. Iun. nu. 23. & cæteri om-
* nes. & communem * teſtatur Didacus in commentarijs, Veterum collatio numiſmatum, capite ſeptimo §. vnico. conclu. 3.

Ita pariter & ſecundò in contractu emptionis & venditionis reſpondit Craue. conſi. 47. vbi num. 6. adfert rationem, quæ huc ſpectat. idem ſcribit Coraſius libro tertio Miſcel. capitulo decimoquarto, numero quinto, & præter eos Guido Papa. quæſt. 593. Si fiat monetæ. ſic tertiò, dicimus in contractu retrouenditionis Tiraquel. in tract. de retractu conſang. §. 1. gloſſ. 18. num. 26. & Cagnolus. in l. 2. num. 217. C. de pactis inter empto. & vendit. Et quartò idem aſſerunt permulti in reſtitutione dotis, vt ſ. in ea monetæ ſpecie reſtitui debeat, quæ tempore contracti matrimonij, dotiſq; numeratæ currebat: ita ſcribũt multi relati à Boer. q. 327. nu. 8. & ita in conſilio Neapol. fuiſſe deciſum teſtatur Affli deciſ. 194. nu. 2. & Natta conſi. 454. li. 2. Et quintò idem dicimus de moneta legata à teſtatore, vt illius ſpeciei præſtanda ſit, quæ currebat tempore conditi teſtamenti. l. vxorem. §. teſtamento, de leg. 2. & l. ſi ita de auro & argen. lega. Bal. conſ. pen. Coram vobis. libro 1. Oldr. cõſi. 31. Thematale eſt. Alber. in l. cùm quid, col. vlt. ff. ſi cert. pet. & in d. l. 2. nu. 20. C. de iure emph. Martinus Lauden. in trac. de moneta, col. pen. Curt. Sen. in trac. de moneta. q. 4. Soc. Sen. cõſi. 6. li. 1. & Brunus in trac. de augmento, concluſ. vlt. amplia. 9. Hæc aduerſus Magn. atque excellentem D. Cerrudum Cenſuarium dubitationem mouebant.

Re tamen ipſa diligentius perpenſa & examinata, contraria ſententia mihi magis placet; nempè, ſolutionē cenſus hoc noſtro caſu eſſe faciendam ex moneta nunc currēti, ſiue modò mutata † fuerit mutatione intrinſeca, ſiue extrinſeca. Eſt extrinſeca (vt hoc, ad faciliorem declarationem eorum, quæ dicturus ſum, explicem) cùm ipſius monetæ valor augetur, vel minuitur. Intrinſeca verò, cùm valor non mutatur, ſed materia vel pretioſior, vel vilior efficitur. ita declarant omnes in l. cùm quid. ff. ſi certum pet. Bart. in l. Paulus. nu. 6. ff. de ſolutio. & communem
* * eſſe teſtatur Didac. in commentarijs, Veterum collatio numiſmatum. cap. 7. col. vlt. qui & eiuſdē ſententiæ recenſet Brunũ in d. trac. de augmento, parte 1. concluſ. vlt. col. 5. Etſi de hac partitione & denominatione dubitauerit Moder. Pariſ. in trac. de vſuris. num. 696. Quòd autem huius cenſus ſolutio fieri debeat de moneta his temporibus currenti, multa ſuadent.

Primò conſidero obligationis tenorem, qui eſt diligē-
10 ter conſiderandus, cùm † controuerſiæ de monetæ ſolutione & cenſus præſtatione ab illo maximè pendeant, atque diffiniantur: ſicuti ſcribit Boer. q. 327. nu. 10. verſi. & ideò debet. Et ante eum Bal. conſi. 213. Punctus queſtionis. in fi. libro quinto Verba autem obligationis in facti ſpecie relata, hæc ſunt.

*Et hoc pro fictu, reditu, penſione & cenſu annali perpetuis temporibus florenorum nouem centum & quindecim Sabaudiæ currentis in partibus Pedemontiũ, ſoluendorum quolibet anno in feſto ſancti Martini in tantis ſcutis auri ſolis & de ſole valentibus dictam ſummam nouem centum florenorum & quindecim.*

Quæ ſanè verba, florenorum nouem centum & quindecim, ſoluendorum in tãtis ſcutis auri, &c. ſignificãt florenos eſſe in obligatione poſitos: ſcutos verò ſeu aureos
11 in ſolutione. Nam aurei † illi dati cēſentur vt æſtimati per illam ſummam nouem centum florenorum. Quemadmodum ſcribunt Bart. in l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in mille. nu. 3. ff. de ſolutio. Brun. de augmento, in 2. præſuppoſito. nu. 9. qui egregiè declarat. Et pulchrè reſpondit Ruin. con. 65. nu. 8. lib. 2. & con. 134. nu. 3. & nu. 5. li. 4. Atqui
12 cùm promiſſa hæc moneta ſit æſtimata, † ſiue illius valor augeatur, ſiue minuatur: attamen nil plus quã ſumma nouem centum & quindecim florenorũ ſub illa obligatione continetur. Ita egregiè docuit Bart. in l. Paulus. nu. 10. ff. de ſolut. dum ait, quòd ſi mutuò dedi tibi centum libras in florenis, illi floreni dati cenſentur vt æſtimati: & ideò non poſſum à te petere niſi centum libras; ſiue modò auctus ſit tempore ſolutionis valor floreni, ſiue imminutus. Bart. ſecutus eſt Caſtrenſis ibi in fine. qui egregiè noſtram hanc controuerſiam diffinire mihi videtur. Si debes (inquit Caſtrenſis) mihi monetam minutam, puta centum libras, & tempore moræ de centum libris potuiſſem acquirere viginti ducatos (lego enim, viginti, & non centum, vt vulgati & corrupti codices habent) quia non valebat ducatus, niſi quinque libras, poſtea creuit æſtimatio, & nõ poſſum habere viginti ducatos. Vtrum poſſim petere intereſſe: Inquit Caſtrenſis, non poſſe, ex ſententia Bartoli ibi, ea ratione, quòd no creuit æſtimatio librarum, quæ de-
13 bentur; quia libræ † non æſtimantur per florenos, vel ducatos, ſed econuerſo. Et ideò augmentum eſt circa æſtimationem alterius quàm eius quod debetur. atque ita creditor nullum damnum ſentit. Idem reſponderunt egregiè & pulchrè Soc. Sen. conſi. 6. col. vlt. lib. 1. & Cur. Iuni. conſi. 24. nu. 5. qui quidem Cur. in noſtris his terminis ſolutionis cenſus reſpondit. & ibi. nu. 7. recenſet Caſtrenſis doctrinam. Et clarius idem aſſerit Didac. d. tract. Veterũ collatio numiſmatum. c. 7. §. vnic. concl. 9. ſcribit; hæc verba; centum libræ tradũtur in florenis, eam ſignificationē habere; quòd illi floreni traditi nec pluris, nec minoris æſtimantur, nec vnquã æſtimandi ſuat quàm cētum libris. Et ideò tempore ſolutionis ſufficit tradere centum libras etſi floreni pluris æſtimētur hoc ſolutiõis tempore quàm illo celebrati cõtractus. Et eo loci Didac. aſſerit poſt Brunum in tract. de augmento. parte 1. limita. 8. eſſe commu-
* nem*opinionem cum Bartolo. Quibus accedunt Baldus conſil. 213. Punctus quæſtionis. libr. 5. Aret. conſil. 84. col. penul verſ. Venio igitur ad ſecundum. Cur. Sen. ita trac. monetarum. q. 11. Soc. Sen. conſ. 298. lib. 2. qui alios eiuſdē opinionis recenſet. Quamquam Boer. q. 327. num. 10. diſſentire videatur. Sed Mod. Pariſ. in tract. de vſuris. nu. 735.
* ſcribit non eſſe à communi*recedendum, reiecta Boerij opinione. Cuius quidem ſentētiæ comunis ratio illa eſt,
14 quòd æſtimatio † venditionem quandam facit. l. ſi æſtimatis. & l. æſtimatæ. ff. ſolu. matr. Et ideò debitor ſolùm tenetur eam æſtimationem ſoluere, non autem rem æſtimatam: atque ita ſufficit præſtare nouem centum florenos, licet ex centum florenis tot aurei haberi hodie nõ poſſint, quot olim. Nam & econuerſo, ſi aurei valor eſſet diminutus, totum lucrum augmenti acquiſitum fuiſſet domino: cùm æſtimatio, quæ emptionem facit, in eum & damnum & lucrum futurum tranſtulerit. d. l. ſi æſtimatis. & l. æſtimatæ. ff. ſol. matr.

Secundò, vel ex eo in hanc ſententiam adducor, quòd hoc in caſu noſtro in obligatione nulla adeſt certa ſpecies monetæ. Sunt enim promiſſi nouem centũ floreni. Quorum quidem florenorum nulla eſt certa ſpecies & forma in hac regione Pedemontium: cùm nullus ſit numus, qui florenus dicatur. Nec compertum habeo, quòd aliquo tēpore, præſertim eo tempore cõtractus, cauſa fuerit aliqua moneta, quæ floreni nomen obtinuerit. Et ideò, quemadmodum eo tempore illi nouem centum floreni promiſſi, ſolui poterant ex quauis moneta; ita & nunc. Ea eſt ratio, quòd tantum ipſe dominus hodie conſequitur ab his cenſuarijs, quantum olim: ex quo nõ poteſt dici moneta hæc mutata, vel in valore intrinſeco, nempè in ipſo metallo; cùm non ſit florenus certus numus, vel in ipſo valore ex-
15 trinſeco, ſcilicèt in æſtimatione; quia florenus † ita valet hodie groſſos duodecim, vt olim. Et hoc fortè illud eſt quod dicere voluit Soc. Sen. coſ. 6. nu. 4. ver. & hoc faciliter. li. 1. Cum ergo nulla mutatio intrinſeca, vel extrinſeca conſiderari poſſit, fruſtra contenditur quòd ratione damni ſolui debeat antiqua moneta, etſi illa non reperitur eius æſtimatio & valor.

16 Tertiò, mouet me non parum argumētum † à fortiori ductum à contractu mutui ad contractum cenſus. Eſt enim maior ratio in mutuo, vt reſtituatur eadē bonitas & qualitas, quæ fuit data mutuò, quàm cenſu, in quo nulla fuerit data moneta, ad quam hr̄i poſſit relatio. vt in ſpecie ſenſit Curt. Iun. conſi. 24. num. 6. verſi. accedit ad confirmationem. & infra repetam. In mutuo ergo extat communis
* *hæc ſentētia, quòd valor monetæ attendatur ſecundum tempus mutui, non autem reſtitutionis: quemadmodum
* attigi ſuprà vlt. argumētọ partis aduerſæ. Hæc tamē*cõmuni ſententia non procedit, quando adeſt conſuetudo in regione, quòd debitor poſſit vnam ſpeciem monetæ

pro

17 pro altera ſoluere. Nam tunc tempus† ſolutionis, & non
contractus attenditur. ita ſcribit Bart. in l. cùm certum.
ff. de auro & arg. leg. Si extat cõſuetudo (inquit Bartolus)
quòd ſi tibi debeo quatuor libras denariorum, poſsim ti-
bi ſoluere vnum florenorum, & contra. Pone, quòd tibi
promiſi quinquaginta ducatos, iam ſunt duo anni, modò
volo tibi dare ſecundum æſtimationem præſentem, cre-
ditor vult ſecundum æſtimationem, quam valebat flore-
nus tempore promiſsionis. Certè (inquit Bart.) poteſt de-
bitor ſoluere ſecũdum æſtimationem, quam valet nunc.
Eſt ergo. Bar. in hac ſententia, eſſe ſpectandam pecuniæ
æſtimationem ſecundum tempus ſolutionis, non autem
contractus: quando ſcilicèt ex conſuetudine eſt data fa-
cultas ſoluendi vnam ſpeciem pro altera. Et Bart. in d. l.
cùm certum. ſecuti ſunt Bal. cõſi. 269. Super eo quod quæ-
ritur. lib. 2. & conſi. 213. Punctus quæſtionis li. 5. Antonius
Burgos in ca. cùm dilecti. nu. 39. de empt. & vend. Calcan.
conſi. 15. nu. 7. & ibidem. nu. 48. declarat Curt. Iun. conſi.
24. num. 6. verſ. confirmantur præmiſſa. & ibidem in fine;
vbi & eiuſdem opinionis recenſet Rom. conſi. 123. colu. 3.
verſ. Hoc autem maximè. Eam eſſe opinor huius ſententiæ
rationem, quòd conſuetudo hæc facit, ne plus ſint in obli-
gatione aurei, quàm floreni, vel libræ. Atq; videtur tacita
illa conuẽtio, iuxtà legis diſpoſitionem, de eiſdem aureis
vel florenis mutuò datis, reſtituendis ex hac conſuetudi-
ne immutata. Et ideò eo tempore contractus potuiſſet de-
bitor reſtituere libras, vel florenos pro aureis mutuò ac-
ceptis, & econtra. Ita & hodie, nempè ſolutionis tempo-
re, reſtituere poteſt vnam ſpeciẽ pro altera. Sed in hac re-
18 gione †Pedemõtium extat hæc conſuetudo, vt cenſuarij,
qui tenentur ſoluere centum aureos, poſsint ſoluere tot
florenos, quibus conficiatur illa ſumma centum aureorũ:
& econtra; ſi tenentur ſoluere mille florenos, poſsint præ-
ſtare tot aureos, qui faciant illam ſummam mille floreno
rum. Quemadmodum quotidiè obſeruari videmus. Imò
19 hæc † eſt vniuerſalis propè totius terrarum orbis conſue-
tudo in cæteris contractibus fortioribus, nempè mutui &
ſimilium. Ita generalem eſſe conſuetudinem teſtatur Bal.
in l. libera. nu. 6. verſi. item quia conſuetudo. C. de ſen-
ten. & interlocu. om. iud. poſt gl. l. ſi quis argẽtum. in prin.
C. de don. & in l. Pau. ff. de ſol. Bar. Alex. Aret. Soc. & Pur-
pur. in l. 2. §. 1. ff. ſi cert. pet. Butr. & Abbas in ca. quanto. in
fi. de iureiu. Angel. Clauaſ. in ſumma. in verbo, pecunia. in
fine. Martin. Laud. in trac. de monetis, num. 5. qui aſſerit,
ita eſſe conſuetudinem totius mundi. Curt. Sen. in tract.
monetarum. q. 9. Afflic. deciſ. 90. nu. 5. Boer. q. 327. colu. 3.
verſ. tamen de conſuetudine, & Dida. Couar. in illis com-
mentarijs, Veterum collatio numiſmatum. cap. 17. §. vni-
co. concluſ. 1. Nec de huius obſeruantiæ & conſuetudinis
viribus eſt dubitãdũ, etſi dubitauerit Rub. con. 17. col. vlt.
& Moder. Pariſ. in tract. de vſuris. nu. 708. cùm tot grauiſ-
ſimi iuriſcõſulti eã probauerint. Quinimò admiſſo quòd
viribus nõ ſubſiſteret, negari adhuc non poteſt, quin po-
ſteriores contrahentes eam præ oculis habentes, eam ſe-
cuti ſint: & ſecundi eam contraxerint. Quemadmodum
ergo in caſu noſtro erat in facultate cenſuarij iam ab ini-
tio tempore illo celebrati contractus ſoluere vnam mo-
netæ ſpeciem pro altera: ita & hodie poſſet, ſi ad aliã quàm
ad illam florenorum ex conſtitutione cenſus teneretur.
Et per cõſequens hinc ſequitur, quòd nil refert, quòd au-
reus ſit auctus; quia floreni pro aureis dari poſſunt, vt e-
contra. Et idem ſenſit Crau. conſi. 47. nu. 5.

Quartò, admiſſo rem eſſe dubiam, quam tamen claram
ex iam relatis ad fauorem Cenſuarij exiſtimo, adhuc di-
cendum eſt, ſoluendum eſſe cenſum de moneta nunc cur-
20 renti. Nam ex tot † ſubſecutis ſolutionibus declarata fuit
hæc ambiguitas: cum non ſolùm decennium, ſed etiam à
die celebrati contractus in hanc vſque diẽ ſoluta ſemper
fuerit moneta currẽs ſolutionũ temporibus. Eſt inquam
hæc ambiguitas declarata, vt ſcilicet intelligatur promiſ-
ſa moneta currens tempore ſolutionum. Ita egregiè ſcri-
bunt Bald. in leg. ſi certis annis. nu. 9. C. de pactis. & Mar-
tin. Lauden. in terminis, in tract. monetarum. num. 31. qui
hanc facti ſpeciem recenſet. Titius promiſit centum flo-
renos omni anno nec fuit dictum, de quo floreno intel-
ligeretur; fuit facta per decennium ſolutio floreni aurei:
cenſuit Laudenſis promiſsionem illam cenſeri factam
florenorum aureorum; ex quo ita ſemper perſoluit: quæ
quidem ſolutio ita mentem fuiſſe partium declarauit. Et
ſubiungit Laudenſis, quòd ſi promiſsio eſſet clara & aliud
ſolui contigiſſet: opus eſſet, quòd inter priuatos decurſi
eſſent anni triginta, inter priuatum & eccleſiam quadra-
ginta (vt penè decurſi hîc ſunt) ad hoc vt illi promiſsioni
præſcriptum cenſeatur. Bald. & Laudenſis doctrinã pro-
barunt Brunus in tract. de augmento monetæ. in prima
particu. num. 6. qui in claris noſtris his terminis loqui-
tur. & idem in 4. limitat. num. 8. & reſpondit. Collegium
Papienſe in conſilio impreſſo poſt relatum tractatum
Bruni. eſt col. 3. verſi prædictis non obſtantibus. quo loci
& alij plures, præter Baldum & Laudenſem, & Curt. Sen.
in tract. monetarum. q. vlt. recenſentur. Quibus accedũt
Soc. Sen. con. 50 num. 9. lib. 4. Iaſ. in l. 2. nume. 174. C. de
iure emphy. Dec. in l. ſi certis annis. nume. 14. C. de pact.
Rub. conſi. 75. nu. 2. clarè in terminis Natta conſi. 192. nu.
2. lib. 1. qui aliis ſimilibus comprobat. Quæ ſanè ſenten-
tia vel ex eo confirmatur, quòd hæc dicitur quædam in-
21 terpretatio rei dubiæ, † quæ à ſubſecuta obſeruantia pro
uenit. & quæ quidem obſeruentia præſcriptione omninò
perfecta non indiget. ita in ſpecie conſiderat Aret. conſi.
11. col. 3. verſi. Sed tamen ex ſuperabundantia. idem reſ-
pondit Soc. Sen. conſi. 145. libro primo. quos ſecutus eſt
Craue. conſil. 101. numero 4. & conſi. 18. num. 2. & conſil.
211. in fin.

Quintò, ſuffragatur non mediocriter quod in claris his
terminis reſpondit Curt. Iun, conſi. 24. num. 6. verſic. ac-
cedit ad confirmationẽ. cùm ſcribit, hãc diſceptationem
22 mutationis monetæ intrinſecæ & extrinſecæ non eſſe fa-
ciendam in his contractibus cenſuariis: dum in eorum ce
lebratione & conſtitutiõe nulla numeretur monetæ ſpe-
cies, cuius deinde valor augeatur vel minuatur. Et ideo,
ait Cur. hęc diſceptatio ſolùm fieri debet illis in caſibus,
in quibus vel depoſitæ, vel mutuò datæ pecuniæ fuerunt:
cùm tunc maximè interſit creditoris, quas pecunias rece-
pit. quod non contingit in caſu cõſtitutionis cenſus, cùm
ſpecies certæ monetæ non eſt promiſſa, & nulla preceſſit
ad quam relatio habita credatur. Et ſubiungit Curt. ex do
ctrina Salic. in leg. vlt. ad finem. C. ſi cer. pet. & in leg. qui
cunq;. columna ſecunda. verſiculo. quæro quomodo ho-
die practicabimus. C. de ſeruis fugit. cùm dixit, quòd vbi
nota eſt æſtimatio monetæ antiquæ, tunc ſecũdum illam
eſt faciẽda ſolutio: ſed vbi nota nõ eſt, tunc debet ſolui de
currenti, tanquã ſubrogata loco antiquæ. Nec huic argu-
mento obſtat. c. cùm in canonicis, & c. olim cauſam. de cẽ-
ſibus, quia infrà ſuo loco declarabimus.

Sextò accedit, quòd nec ratione mutationis monetæ
ob intrinſecam bonitatem habenda eſt hîc ratio mone-
tæ antiquæ. Quod vt dicam mouet me ſumma auctoritas
Gemin. conſi. 137. Quia alias. & Roma. conſi. 123 Circa pri-
mum. qui quidem ambo in eadem facti ſpecie noſtræ nõ
diſsimili ita reſponderunt. Ex contractu à Pont. Max. ap-
23 probato monaſterium †Sancti Antonij tenebatur tradere
monaſterio Mõtis maioris tot prædia, ex quibus ſumma
mille trecentorum librarum Turonenſium annui redi-
tus perciperetur. Et interim, donec prædia traderentur,
quòd monaſterium San. Antonij numeraret quotannis
illas libras mille & tercentum. Eo contractus tẽpore mo-
neta erat pretioſior, deinde paulatim facta fuerat vilior in
trinſecus; cùm quarta parte imminuta fuiſſet: ita vt quin-
decim ſolidi veteris monetæ valebant viginti ex nouis. &
è contra viginti ex nouis ſolùm quindecim ex antiquis
æſtimabantur. Reſponderunt tamen Gemin. & Roma.
ſufficere, quòd ſolueretur reditus ex moneta currenti tẽ-
pore ſolutionis, atque ita è moneta recenti & noua. Ea
24 præcipua † ratione moti ſunt; quòd ille annuus reditus
conſtitutus fuerat, ratione habita ad perceptionem fru
ctuum (quemadmodum verè contingit in caſu noſtro. Et
ideò licèt moneta intrinſecus mutata fuerit: attamen o-
bligatio fructuum ſiue prædiorum afferẽtium fructus tot
librarum nõ fuit interim aucta. Et ſi ab initio tradita fuiſ-
ſent prædia tanti reditus, & poſtea fuiſſet intrinſecus im-
minuta moneta: non tamen propterea fuiſſet auctum pre-
tium fructuũ, nec reditus maior factus. Et per cõſequens
non tenebatur monaſterium. S. Antonij maiorem ſum-
mam ſoluere. Geminiani & Romani reſponſa probauit
Moder. Pariſ. in trac. de vſuris. nu. 809. Et verior eſt hæc
Geminiani & Romani ſententia, etſi in eademmet facti
ſpecie contrarium reſponderit Abbas conſi. 59. Quod ſo-
lutio fieri. lib. 2.

Septimò huc maximè ſpectat, quòd dominus cẽſus nul-
lum ex hac intrinſeca mutatiõe monetæ ſentit damnum:
& ob



& ob id huius mutationis nulla eſt habenda ratio. Nam
25 quod ſcribunt Doctores, habendam † eſſe rationem mo-
netæ cùm imminuta fuit intrinſecus, locum habet quan-
do èx ea mutatione creditor ſentit aliquod detrimentum
(vt ſuprà vno verbo attigi) non autem quando vellet lu-
crari. id quod probat l. Paulus. ff. de ſolutio. vbi Barto. &
cæteri. & in ſpecie Laudenſis in tract. monetarum. q. 5. nu.
5. Atqui in caſu noſtro dominus cenſus nullum ſentit dã-
num, ſi moneta noua loco antiquæ ei numeretur. Quod
an verum ſit vel ex eo apertè conſtat, quòd ſi accipio nũc
florenos nouem cẽtum ex illa moneta, quæ eo anno 1528.
cudebatur: quemadmodum ex illis permultę reperiuntur;
non tamen plures aureos poſſem nunc acquirere quàm ſi
darem tantundem ex moneta, quæ nunc cuditur: & tamẽ
contrariũ verius eſſe deberet. Exempli gratia. Sume groſ-
ſos ſexaginta ſex ex illis, qui eo anno 1528. cudebantur, nõ
poteris certè acquirere vnum aureum, vt eo anno 1528. ac-
quiſiuiſſes: ſicuti etiamſi ex moneta noua ſexaginta ſex ſo-
lidis non poteris acquirere aureum vel nouum, vel anti-
quum. Et tamen, ſi verum eſſet, quòd moneta noua eſſet in
trinſecus deteriorata & vilior facta quàm erat antiqua; o-
pus eſſet dicere quòd licèt cũ ſexaginta ſex groſsis ex no-
uis non poſsit acquiri aureus vnus, poſsit tamen cum ſexa
ginta ſex groſsis ex antiquis. quod falſum eſſe manifeſtè
26 conſtat. Rurſus ſume exemplum ex cauallotis, † qui valẽt
tres groſſos. accipe cauallotos viginti duos ex antiquis (ex
his enim plurimi & hodie reperiuntur in hac regione,) nõ
certè poteris acquirere vnum aureum vt olim; quo tem-
pore aureus erat valoris florenorum quinq; cum dimidio:
& florenus cõſtituitur ex quatuor cauallotis, vel ex duo-
decim groſsis. Si ergo apertè conſtat monetas paruas &
minutas ex quib. florenus & deinde aureus cõſtituitur &
æſtimatur, eſſe nunc eiuſdem valoris, quo & olim fuit: ſe-
quitur dicendum, non eſſe factam aliquam mutationem
intrinſecus monetæ huius minutæ. Et propterea ceſſat il-
la conſideratio Doctorum, qui dicebant, monetas minu-
tas eſſe hodie effectas viliores & deteriores: cùm hodie ex
ſimili moneta, qua olim cudebatur, nõ poſsint acquiri tot
aurei, vt acquirebantur olim. Ceſſat inquam ex relatis
conſideratio hæc. Et ſi rectè perpendãtur, mecum ſen-
tiunt Moder. Pariſien. in d. tract. de vſuris numero 736.
& Natta conſi. 454. numero tertio. verſiculo. In caſu au-
tem. libro ſecundo. Et ſi dicatur, aduerte, quia olim, (hoc
27 eſt, eo anno 1528.) dominus † cenſus ex ea ſumma floreno-
rum nouem centum & quindecim poterat acquirere au-
reos centum ſexaginta octo, plus minus: & tamen hodie
vix centum conſequi poterit. Ergo tot floreni numerari
deberent, vt etiam hodie centum & ſexaginta octo au-
reos acquirere poſſet, vel ſaltem numerare aureos ipſos.
quia reſpondeo (& vberius infra dicam) ex iam dictis, cen-
ſuarium conueniſſe numerare tot florenos, ex quibus do-
minus cenſus centum & ſexaginta octo aureos haberet:
quia eo modo aurei fuiſſent in obligatione poſiti. quod
tamen falſum eſt, cùm cenſuarius ad monetam (vt iam di-
ctum fuit) tantùm teneatur: nec habet neceſſe ita facere, vt
dominus tot aureos hodie, quot olim, conſequatur.

28 Octauò, confirmatur iam relatum † argumẽtum ratio-
ne ducta à vera mente partium. Eſt enim ita conuentum,
quòd fiat ſolutio florenorum nouem centum quindecim
in tot aureis. Aureorũ ſumma determinata nõ fuit. Quod
ea ratione factum credendum eſt, quia conſiderarunt cõ-
trahentes futurum fore; quòd quandoque plures, quando-
que pauciores aurei, vt tẽporum varietas ferret, ſolui po-
tuiſſent. Et ideò indeterminatè dixerunt, nouem centum
quindecim florenos in tot aureis: volentes quidem in o-
bligatione eſſe determinatam ſummam florenorum: in de-
terminatam verò in ſolutione ſummam aureorum, ratio-
29 ne futuræ variationis valoris aurei. Et mentem † contra-
hẽtium in his eſſe maximè ſpectandã probat Boer. q. 327.
nu. 3. & Guido Papa. q. 493. ſi fiat monetæ. col. 1.

Nonò, admiſſo quòd res hæc eſſet dubia & obſcura, at-
tamen adhuc pro Cenſuario pronuntiandum erit: quãdo-
30 quidem in obſcuris † ſequimur quod minimum eſt. l. ſem-
per in obſcuris, & l. ſemper in ſtipulationibus. in fine. de
reg. iur. l. qui concubinam. §. cùm ita. il 1. de leg. 3. & cap.
ex parte. de cenſibus. qui textus in ſpecie ſolutionis cen-
ſus loquitur. Et in terminis noſtris mutationis monetæ i-
ta argumẽtatur Natta conſi. 192. nu. 5. lib. 1.

Decimò & vltimò accedit, quòd hîc res agitur cũ per-
ſona eccleſiaſtica, nempè cum reuerend. Epiſcopo. Quo
fit, vt licet aliàs debitor teneretur ſoluere de moneta an-
tiqua, vel eius æſtimationem: attamen inſpecta æquitate,
31 quæ † perſonis eccleſiaſticis præ oculis eſſe debet, ſufficit
ſoluere monetam eiuſdem valoris currentem tẽpore ſo-
lutionis, maximè cùm quid ſolui debet ratione percep-
tionis fructuum. ita egregiè de ſolutione decimæ ſcribit
Bellenzinus in trac. de charita. ſubſidio, q. 87. in fine.

Non obſtant nunc adducta in contrarium, ex quorum
cõfutatione & diſſolutione res clarior apparebit. Ad pri-
mum reſpondeo multipliciter. & primo dicendum eſt,
fortè veram non eſſe illam maiorem propoſitionem ex
recepta opinione, quòd ſ. habenda ſit ratio mutationis in
bonitate intrinſeca: cùm opinio illa fulcita illis iuribus
relatis in eo primo argumento partis aduerſæ, eam non
probent. Nam is tex. cap. olim. de cenſib. hunc habet ſen-
ſum quem poſt Moder. Pariſ. in tract. de vſuris. numero
758. probat Did. in tracta. Veterum collatio numiſma-
32 tum capite ſeptimo. §. vnico concluſion. tertia. In eo † ca.
olim. non agitur de bonitate intrinſeca, ſed de quantitate
ipſius ſummæ debitæ, pro qua minor ſumma in alia ſpe-
cie certis annis citrà præſcriptionem ſoluta erat. Siquidem
debebantur, & ab antiquo ſoluti fuerãt tres denarij Papiẽ-
ſes, pro quibus à triginta ſex annis cœperant ſolui ſex de-
narij Lucenſes, videlicet tres Lucenſes pro quolibet Pa-
pienſi: tunc aũt cùm cœptum eſt hoc fieri, nouẽ Lucẽſes
circiter æquipollebant ſummæ debitæ. Sed lapſu tẽporis,
declinatione monetæ Lucenſis, quæ ferè dimidio deterio
rata fuit in triginta ſex annis; accedit quòd quinque, vel
ſex denarij Lucenſes nõ valebãt niſi tres Lucẽſes, ex illis,
qui ante triginta ſex annos currebant: & tamen debitor,
quia ex tunc ſolitus erat tantùm nouem Lucenſes ſolue-
uere, videlicèt tres Lucenſes pro quolibet Papienſi, nole-
bat deinceps plus ſoluere; quo non obſtante; quia credi-
33 tor erat perſona eccleſiaſtica, contra † quam non ſufficit
præſcriptio minor quadragenaria, damnatus fuit debitor
ad ſoluendum denarios Papienſes; vel eorum æſtimatio-
nem. Hæc eſt (inquit ille Moder. Pariſienſis) tota hypothe
ſis dicti capituli. Et ſic nulla erat mutatio, nec alteratio
ſpeciei monetæ debitæ, videlicet denariorum Papien-
ſium in intrinſeca, nec in extrinſeca bonitate, ſed ſolùm
acciderat mutatio & deterioratio tã intrinſeca quàm ex-
trinſeca, vt veriſimile eſt; vel ſaltem extrinſeca monetæ
Lucenſis, quæ non erat debita, licet in ea fuiſſet admiſſa ſo
lutio, primò vſque ad quantitatem & æquipollẽtiam Pa-
pienſium debitorum, deinde per errorem non aduerten
do ad diminutionem monetæ Lucenſis in multo, putà di
midio minore ſumma, dum non ſolueretur maior nume-
rus Lucenſium quàm initio: & tamen ſenſim ita deterio-
rati fuerant vt tandem minus dimidio valerent. Cùm au-
34 tem † nihil eſſet præſcriptum, vel mutuum in ſumma & in
ſpecie monetæ debita, certum erat & indubitatum, quod
in denariis Lucenſibus debebat attendi valor & æſtima-
tio, quæ erat tempore ſingularum ſolutionum: ita quòd
licet olim, quando tres Lucenſes valebant vnum Papien-
ſem, potuerit ſolui tres Lucenſes pro vno Papienſi: & ita
diu ſolutum fuerit; tamen nunc quando ita deteriorati &
vilificati ſunt, vt ſex non valeant communi vſu, niſi vnũ
Papienſem, non ſufficit ſoluere tres modo ſolito præſcri
ptione nondum firmato, ſed ſoluendi ſunt ſex Lucenſes
pro quolibet Papienſi: & in ſumma Papienſes ipſi, vel eo-
rum æſtimatio. Quoties enim quædã ſpecies monetæ eſt
in ſolutione, vel pro alia ſoluitur: tunc neceſſariò attendi
tur ipſius monetæ; quæ ſoluitur æſtimatio exiſtens tempo
re ſolutionis duntaxat, quo fit adæquatio ad ſummam de
bitam. His conſtat ex ſententia Moder Pariſ. d. cap. olim.
35 non probare quòd bonitas intrinſeca tantùm debeat at-
tendi, quæ eſt tempore contractus: ſed potius oppoſitum
probat. Nam textus ſolùm conſiderat æſtimationem mo
netæ debitæ: & ſic valorem extinſecum. Quòd autem nõ
conſideret valorem intrinſecum debitæ monetæ, ſcilicet
denariorum Papienſium, patet dupliciter. Primò, quia de
valore eorum intrinſeco nulla fit mentio in toto textu.
Secundò, quia non vult ſolui denarios Papienſes, ſed ſo-
lùm vel eorum æſtimationem ad debitoris electionem.
Ergo non exigitur materia ſeu bonitas intrinſeca, ſed ſo-
lum antiquus valor. Et ſic ille textus non probat ad quod
paſsim à noſtris adducitur, ſed potius contrarium.

Non etiam obſtat cap. cum canonicis. de cenſibus, quia
reſpon-

reſpondeo vnà cum Moder. Pariſi.in dict. tracta. de vſu-
ris. numero 759. Nam loquitur ille textus quando mo-
neta non ſolùm aucta eſt intrinſecus, ſed etiam quando
extrinſecus proportionabiliter ad augmentum intrin-
36 ſecum (vt ſemper fieri ſolet) aucta eſt. Probatur † primò,
quia vetus moneta non erat abrogata, nec diminuta, ſed
ſtabat in veteri & ſolito curſu ſuo: & ſic erat proba & le-
gitima, vt priùs; alioqui non diceretur in textu, quòd
debitor poteſt deinceps ſoluere de veteri moneta, vt
priùs. Et tamen pecunia noua erat maioris æſtimationis;
& ſic maioris curſus quàm prima. patet in fine textus,
dum dicit, quòd ſi debitor ſoluat de meliori moneta, non
tenetur excedere æſtimationem penſionis antiquæ, ſed po
terit deducere quantum æſtimatio nouæ excedit æſtima-
tionem antiquæ monetæ, vel penſionis in antiqua ſoluen-
dæ. Ergo moneta noua erat aucta etiam extrinſecus. Pro-
batur ſecundò, quia communiter contingentibus, non ſo
let cudi noua aliquatenus fortior moneta, quin etiam in
curſu eatenus, vel pluris augeatur quantum ſit de melio-
ri. materia. Probatur tertiò, quia ſi de facto fuiſſet ex-
penſis Regis, vel Reipublic. noua melior excuſa, non au-
cto valore extrinſeco; tunc neceſſariò vel fuiſſet repro-
bata vetus, tanquàm illegitima, vel ipſo facto cœpiſſet eſ-
ſe maioris æſtimàtionis & indicaturæ: quorũ neutrum eſt
in dict. cap. cùm canonicis. immò oppoſitum, quia vetus
moneta. nec reprobata erat, nec in curſu diminuta. Ergo
omninò dicendum eſt, quòd noua fuerat in tantum ex-
trinſecus; quantum intrinſecus aucta: & ſic ibi non agi-
tur de ducendo per debitorem ſimplici augmento intrin
ſeco. ſi vellet ſoluere de meliori moneta, ſed de deducen-
do augmento extrinſeco, & maiori æſtimatione. Conſe-
quenter (ait Modernus ille, & rectè) ille textus nil pror-
ſus facit pro communi ſententia. Nec obſtat, quòd ibi
creditor non contenderet de maiori, ſed de eadem ſum-
ma, ibi, & iidem ſummam illam ex integro, &c. quia reſ-
pondetur, quòd illa verba referuntur ad numerum nu-
morum, qui erat idem: non autem referuntur ad quanti-
tatem inde reſultantem. quæ erat maior. vt probant ver-
ba in fine, ibi, æſtimatione penſionis antiquæ. Cætera
quæ à Moderno illo Pariſi. recitantur non refero, cùm
exiſtimem ſatis ſupérque ex iam relatis conſtare. d. c. cum
canonicis. ad rem hanc non ſpectare.

Non quoque obſtat text. capite quanto. de iureiuran.
quia reſpondeo ex ſententia eiuſdem Moderni Pari. dict.
tracta. de vſuris. numero. 757. quòd ibi non erat publico
decreto conſtitutum aliud legitimum pondus monetæ:
imò manebat antiquum decretum; & definitio legitimi
ponderis à Rege & populo legitimè facta. Sed clancu-
lum ſine legitima & pragmatica forma & irrequiſito po-
puli conſenſu defraudata fuerat moneta legitimo ponde
re: & ſic in effectu illegitima & fraudulenta moneta ex-
cuſa fuerat per auaritiam Principis. Vnde inquit ibi Inn.
37 3. quòd † magnum ſcandalum & detrimentum populi o-
riebatur: quoniam manebat vetus norma & definitio
monetæ à qua populus diſcedere nolebat. & ſic que de
nouo cudebatur erat illegitima: & tamen per officiales
Regis de facto ſpargebatur in vulgus incautum, & ſpar-
ſa non poterat habere curſum, vt potè illegitima. Et ha-
bentes veterem & bonam monetam, nolebant eam ex-
pendere, metu, ne ſibi periret, maioríque metu detra-
ctabant nouem recipere: ſimpliciores autem & incauti
circumueniebãtur. Quare Rex Arragoniæ, ad quem illud
reſcriptum Innoc. tertio dirigebatur, illum abuſum non
ſolùm correxit, ſed tandem (vt ſcribit Petrus Belluga in
Spec. Principum. rubr. trigeſimaſexta. de mutatione mo-
netæ) lege lata Valentiæ, decimooctauo. Calen. Maij anno
milleſimoducenteſimoſaxageſimoquinto. diffiniuit cer-
tam, perpetuam & immutabilem formam, pondus &
puritatem materiæ monetæ regalium Valentiæ. qui-
bus conſtat, dict. capite quanto. malè à noſtris in hanc o-
pinionem citari.

Non etiam vrget illa ratio, quòd ſcilicèt creditor facilè
poſſet damnũ graue ſentire ex reprobatione quæ ex Prin-
38 cipis edicto fieri poſſet: quia reſpondeo, nos † non ver-
ſari eo in caſu, in quo moneta ita vilis cuditur, vt facilè re-
probari poſsit: ſed præſuppoſuimus iuſti & boni Prin-
cipis (quales ſemper extiterunt Sereniſsimi Duces Sabau
diæ, ac Pedemontium Princeps) voluntate cudi monetas
parum vilioris pretij quàm olim: & quæ quidem mone-
tæ communem habeant curſum, ita vt nec creditor dam-
num graue ſentiat, nec debitor lucrum, id quod ſenſit
& Modernus ille Pariſi. in dict. tracta. de vſuris. numero
754. in fine & numero 755. qui aliquot rationibus oſtendit
ex hac mutatione lucrum non adferri debitori, nec dam-
num creditori.

* His conſtat communem * illam opinionem nec iure,
nec ratione probari. Et ideò rectius contrarium firmarũt
Io. Fabi. in auth. hoc niſi. C. de ſolut. Modern. Pariſ. in tra.
de vſuris. num. 749. Et idem verè ſenſerunt in ſpecie Ge-
min. conſil. 137. & Rom. conſi. 123. quos ſupra in ſexto no-
ſtræ opinionis argumento retulimus. Et idem ſenſit But-
tigella, de quo infrà. & Didac. in commentarijs, Veterũ
collatio numiſmatum. cap. 7. §. vnico, conclu. 3. ſcripſerũt
ij Doctores, nullam eſſe habendam rationem intrinſecæ
39 † mutationis monetæ, quòd ſcilicet ſit ex pretioſiori vel
viliori metallo. Si quidem forma & ſubſtãtia monetæ, in-
quantum moneta eſt, ipſe valor impoſititius, non autem
40 ipſa materia. Et ideò quælibet moneta, † inquãtum mo-
neta, non deducitur in contractum aliámve diſpoſitionẽ,
niſi ſub ratione valoris tunc currentis. Hinc moneta, etiã
ſi pretioſa ſit, magis conſideratur reſpectu curſus quàm
materiæ. ſicut ſcribunt Oldra. conſi. 168. col. 2. Io. Fabri in
auth. hoc niſi. C. de ſolutio. & in §. 1. in fin. in Inſtitut. Qui-
bus mod. toll. oblig. Butrius & Abbas in cap. quanto. de
iureiur. idem ſenſit Bald. in l. ſingularia. col. 4. verſi. nonò
41 eſt ſpeciale. ff. ſi certum pet. cùm ait, in pecunia † magis at-
tendi viſum quàm materiam. Et clarius Hieron. Buttigel-
la in l. quod te. num. 19. ff. ſi cert. ſcribit, bonitatem eſſen-
tialem monetæ eſſe æſtimatione extrinſeca, non autem
in materia. & in. eadem l. quod te. idem ſenſit Ripa nume-
ro 24. verſiculo ſecundo caſu. Hinc videmus, quòd licèt
42 appellatione † auri, vel argenti veniat omne aurum & ar-
gentum, etiam factum, vt vaſa argentea. l. quæſitum. §. il-
lud. de legat. tertiò. & l. cùm aurũ. in princip. ff. de aura &
argento. leg. non tamen veniunt numi aurei, vel argentei.
dict. leg. cùm aurum. & lege quintus. la. ſecunda. §. primo.
ff. de auro & argento leg. Ex quo conſtat eſſe ſpeciale
in pecunia ſignata, vt non materia, ſed forma attendatur.
Et ideò hinc ſequitur, ſi ſola forma attenditur in pecunia
quòd ſi offertur ſolutio in pecunia proba & currenti. quæ
tantùm valet in valore extrinſeco & currenti, quantum
pecunia, quæ currebat tempore contractus, vel diſpoſi-
ſitionis, ſufficit; & tenetur creditor eam recipere; cùm ſit
eiuſdem valoris, æſtimationis & poteſtatis. Nec probabi-
lis eſt ratio illa, qua vti poſſet creditor dicendo; non poſ-
ſum ex hac pecunia acquirere tot aureos, vt olim. Siqui-
dem, (præter ea quæ ſupra diximus) & hoc modo dicere
poſſet, non poſſum ex hac moneta emere tantum frumẽ-
ti, vel vini, quantum olim: quod dictu abſurdum eſt. Quo-
circa quemadmodum debitor nõ tenetur numerare mo-
netam tanti valoris vt tot merces, alimenta & his ſimilia
creditor emere poſsit, ita pariter non tenetur tantum
monetæ numerare, vt æquè poſsit tantum auri nunc,
quantum olim acquirere. Nam ſicuti in obligatione non
eſt. frumentum, vel vinum, ita nec eſt auri, vel argenti
maſſa. Hæc itaque Ioan. Fabri & ſequacium opinio ve-
rior eſt & probabilior, & ſi eam ſequitur (vt eã iudex pru
dens benè oculatus ſequi deberet) ceſſat omnis diſputa-
tio. & hac de re controuerſia: cùm verè Reuerend. Epiſco
pus nullum ex hac ſolutione damnum ſentiat, Verũ quia
difficile & iniquum exiſtimant iudices maximè imperiti,
ab inueterata & recepta Doctorum opinione, vel verius
errore recedere, ob id.

Reſpondeo ſecundo loco principali illi primo partis
* aduerſæ fundamẽto, quòd datò quòd illa communis * o-
pinio vera eſſet, non tamen in caſu noſtro illa locum ha-
bere poteſt. cùm hîc promiſſa non fuerit pecunia, quæ
nunc ſit deteriorata & vilior facta. Nam dictum fuit ſupra
in ſeptimo fundamento noſtræ ſententiæ, quòd etiamſi
numeretur ex antiqua pecunia, non tamen dominus cen-
ſus poteſt hodie plures aureos comparare ex ea moneta
quàm ex hac noua. Ergo nullum ſentit damnum ſi ei no-
ua ſoluatur moneta. Qua ratione confutatur & illa mi-
nor propoſitio argumentationis primæ; quia dicebatur,
ob id aurei valorem eſſe auctum, quia paruæ monetæ ho-
die vilioris ligæ & metalli quàm olim cuduntur. Hæc in-





quam ratio hoc in caſu ceſſat, quia etiamſi accipiatur mo-
neta illa antiqua, non tamen tot aurei haberi & compa-
rari poſſunt. Prætereà noua moneta parua, etſi in mate-
ria ſit deteriorata: attamen eiuſdem eſt valoris, & æſtima-
43 tionis cuius antiqua. Et ideò dicendum eſt, aurei † au-
gmentum non prouenire ratione monetæ paruæ dete-
rioratæ, ſed ſimpliciter ex ſeipſo. quod vno verbo ad rem
noſtram ſcribit moder. Pariſ. de vſuris. numero ſeptin-
genteſimotrigeſimoſexto, vbi ait, aurei augmentum eſſe
verum & efficax.

Reſpondeo & tertiò, hos contrahentes non habuiſſe ra
tionem huius damni quod prouenire potuit ex augmen-
to valoris aurei, cùm aureorum ſummam indetermina-
tam reliquerit: quemadmodum dixi in octauo fundamen
to noſtræ opinionis & ſolutionis. ipſa conſuetudo (vt dixi
in quarto argumento) omnem ſuſtulit dubitationem. Rur
ſus in d. c. olim. & c. cùm in canonicis. ac relatæ commu-
* nis * opinionis præſupponitur factam eſſe promiſsionẽ
certæ ſpeciei monetæ: quod hîc non contingit, vt dixi ſu-
pra in ſecundo argumento.

Non obſtat ſecundum principale partis aduerſæ argu-
mentum, quia reſpondeo quòd imò contrahentes hi con
ſiderarunt tempus futurum & monetæ mutationem,
cùm aureorum ſummam non determinauerint: ſicuti de-
monſtratum fuit ſupra in octauo fundamento. Præterea
reſpondetur, monetam floreni non eſſe mutatam, cùm æ-
què nunc valeat duodecim groſſos, vt olim: nec deterior
eſt liga illa antiqua, cùm nulla certa fuerit illius monetæ
ſpecies, vt nec hodie.

Non obſtat tertium, quia facilè ex dictis in præcedenti
reſponſione confutatur.

Non obſtat quartum argumentum ex illa traditione
Bruni: quia reſpondetur, vel Brunum ex iam dictis mi-
nus rectè ſentire, ſi loquitur de deteriori actione intrín-
ſeca; vel ſi de extrinſeca loquitur, nil nobis obeſt, cùm in
caſu noſtro valor floreni non ſit imminutus. Præterea, a-
liis rationibus demonſtratum fuit, hos contrahentes re-
ſpexiſſe ad monetam currentem tempore ſolutionis,
non autem tempore contractus. Ex quibus ceſſat & illa
doctrina Alber. dicta lege ſecunda, numero vigeſimo, &
Iaſ. ibidem numero nonageſimoprimo. C. de iure emph.
Rurſus loquuntur illi cùm certa pecuniæ ſpecies fuit per-
miſſa, & extrinſecus eius valor fuit diminutus, vt puta
quando quis promiſit centum aureos, & aureus tunc va-
lebat nouem florenos, & deinde eſt ille valor diminutus,
vt quia valet nunc ſolùm octo florenos. Nam cùm hoc
in caſu creditor ſentiat detrimentum, numerari ei debet
valor antiqui aurei, ſi aliud ex mente partium conuentum
non fuit. Sed nos non verſamur in hac facti ſpecie, vt re
ipſa patet.

Non obſtat vltimum argumentum, quia reſpondetur ex
ſupra deductis, has Doctorum traditiones non procede-
re in caſu noſtro. Præterea loquuntur relati Doctores de
augmento monetæ extrinſeco; quod ſanè augmentum in
florenis à cenſuario noſtro debitis factum non eſt. Et
quod ita loquantur de augmento extrinſeco relati Do-
ctores, clarè explicat Modern. Pariſ. in tractat. de vſuris.
quæſtione nonageſimaſecunda, quo loci ſcribit, Docto-
res noſtros ſæpe confundere augmentum extrinſecum
cum intrinſeco.

Reſpondeo ſecundò, relatas Doctorum traditiones par
tim habere diuerſam rationem à caſu noſtro, partim ve-
ras non eſſe: quemadmodum ſingulatim reſpondendo
declarabimus. Quò enim ad illud primum ſimile de mu-
tuo, dico extare diuerſam rationem à caſu noſtro. Nam ſi
44 certa † monetæ ſpecies (ita enim de certa ſpecie Docto-
res loquuntur) mutuò data redderetur effecta vilior in va-
lore intrinſeco, non diceretur reſtitutum mutuum in
eadem bonitate, qualitate & ſubſtantia. ſicuti conſide-
rant Doctores in dicta lege cùm quid. ff. ſi certum peta-
tur. & ſcribit ille Moder. Pariſ. in dicto tractatu de vſuris.
quæſtione nonageſimaſecunda. Hoc non contingit in ca
ſu noſtro, in quo non poteſt conſiderari certa pecuniæ
ſpecies præcedens, ad quam haberi poſsit relatio cùm de-
bitum perſoluitur; ſicuti dixi ſupra in quinto fundamen-
to vnà cum Curtio Iun. conſilio vigeſimoquarto nume-
* ro ſexto. Præterea, in caſu mutui communis * ſententia ſe
45 habet, quod † ſi ante moram monetæ valor extrinſecus
augetur, vel minuitur, totum ſit ad commodum & detri-
mentum creditòris. vt puta, ſi decem ab hinc annis mu-
tuaui tibi centum coronatos; & eo tempore coronatus
valebat octo florenos, & nunc tempore reſtitutionis va-
let nouem, tu poteris deducere centum florenos; & ita te
neris ſolùm reſtituere coronatos octuagintanouem, vno
floreno minus. Et econtrà, ſi eo tempore coronatus va-
luiſſet nouem florenos, & hodie valeat octo, teneris reſti-
tuere coronatos centum, & centum florenos. Hoc non e-
uenit in caſu noſtro, quia ſi eueniſſet caſus, quòd valor co
ronati fuiſſet imminutus, vt quia effectus eſſet valoris
quinque florenorum tantùm, cùm eo anno milleſimo
quingenteſimovigeſimooctauo. valeret quinque & cum
dimidio, non admitteret dominus Epiſcopus, quòd mi-
nus quàm nouem centum & quindecim floreni, ſoluen-
do tot aureos ad valorem florenorum quinque cum di-
midio, ſibi numerarentur. Nam dixiſſet ſibi promiſſos eſ-
ſe nouem centum, & quindecim florenos; quos dixiſſet ſe
non recipere ſi aurei eo pretio dati fuiſſent. Ergo pari ra-
tione econuerſo non conuenit, quòd habeat & conſe-
quatur hoc monetæ augmentum: cùm ſecundum natu-
46 ram ſit vt commodum † is non ferat, qui incommodum
non tuliſſet. Præterea dixi ſupra in tertio argumento no-
ſtræ ſententiæ, hanc traditionem Doctorum de mutuo
ceſſare in caſu noſtro. non repeto eo loci dicta. Non e-
tiam repugnat illud ſimile de moneta numeranda in con
tractu emptionis & venditionis, ex reſponſo Crauett.
conſilio quadrageſimoſeptimo, numero ſexto. quia re-
ſpondeo primò aduerſus Crauettam in ſpecie ſenſiſſe
Modernum Pariſ. in dicto tractatu de vſuris. quæſtione
nonageſimaſexta, numero ſeptingenteſimovigeſimono-
no. Cuius rationes non refero, cùm parum caſui noſtro
conueniant. Reſpondeo & ſecundò, admiſſo quòd rectè
reſponderit Crauetta, illius doctrinam contra aduerſa-
rios retorqueri. Nam ſuo illo in caſu reſpondit Crauetta,
eſſe ſpectandum tempus celebrati contractus, quia ex mul
tis conſtat ita ſenſiſſe contrahentes. Dixerant enim con-
trahentes, quòd pretium numeraretur in ſex mille ſcutis
ſimilibus. Et ſimiles dici non potuiſſent, ſi valore dimi-
nuto minor ſumma fuiſſet reſtituta. Deinde fuit dictum;
47 in quibus ipſa ſumma ſoluta fuit: quod relatiuum † qui-
bus ſe refert ad tempus contractus ratione ſubſtantiæ a-
ctus. Ergo ſentit Crauetta, quòd vbi ita expreſſé actum
non fuiſſet, quòd non tempus contractus, ſed ſolutionis
eſſet attendendum. Et illi rationi, qua vſus eſt Crauetta
ibidem, numero ſexto ex relatis ſupra ſuo loco, non pari-
ter repugnat illud tertium ſimile, quòd in contractu re-
trouenditionis ſpectari debeat tempus contractus. quia
reſpondeo, ex ſententia Boerij, quæſtione trecenteſima
vigeſimaſeptima. numero quarto. poſt alios ab eo rela-
48 tos, quòd imò † ſpectatur tempus ſolutionis. Et idem
ſenſit Crauetta d. conſilio quadrageſimoſeptimo. eum
intelligendo vt mox declaraui. Et in eadem opinione eſt
Modern. Pariſ. de vſuris. numero. 721. 722. quo loci decla-
rando Tiraquell. citatum in illo tertio ſimili, diſtinguit,
quòd aut is qui vult recuperare, venit intra annũ: & tunc
ſpectatur tempus contractus, cùm ſit interuallum modi-
ci temporis, ob quod emptor tantum detrimenti ſentire
non debet. Aut venit poſt multos annos, & tunc attendi-
tur valor tempore ſolutionis. Quod ſanè poſtremũ mem-
brum caſui noſtro conuenit. atque ita retorquetur hæc
doctrina in aduerſam partem.

Non etiam repugnat quartum ſimile, quòd ſcilicet in
reſtitutione dotis inſpici debeat tempus contractus.
49 Nam † reſpondeo contrariam opinionem à multis relatis
à Boer. quæſtione trecenteſimavigeſimaſeptima, numerò
quarto firmari. & ibidem, numero nono, aſſerit hanc eſſe
* magis communem * & veriorem. & communem * quo-
que atteſtatur Modern. Pariſ. in tractatu de vſuris. nume-
ro ſeptingenteſimotrigeſimoprimo. ſeptingenteſimotri-
geſimoſecundo. licet ipſe in aliquibus diſſentiat. Accedit
quòd relati Doctores loquuntur eo caſu, cùm certa ſpe-
cies monetæ eſt promiſſa, quo in caſu nos non verſamur,
vt iam admonui.

Non etiam obſtat vltimum ſimile, de pecunia in teſta-
50 mento † relicta; vt ſcilicet ſolui debeat ſecundum tempus
conditi teſtamenti. Nam reſpondeo ad rem noſtram nõ
conferre; ídque ex multis. Et primò, quia relati Doctores
loquuntur, quãdo moneta in teſtamẽto relicta eſt effecta
vilior bonitate intrinſeca, vt tũc attendatur tẽpus cõditi

teſtamenti. Sed quando eſt mutata bonitate extrinſeca;
quòd tunc attendatur tempus ſolutionis. ita declarant
Caſtren.in l.3.in fin.princ.C.commu. de legat. Alciat. in
l.cùm quid.nume.15.ff.ſi cert. pet. & Modernus Pariſ. in
tractat.de vſuris.num.743. Cùm ergo in caſu noſtro aga
tur præcipuè de mutatione extrinſeca,nempè de augmen
to aurei,qui nunc valet nouem florenos, cùm tamen eo
anno 1528.valeret ſolùm quinque & cum dimidio,dicen-
dum eſt eſſe ita attendendum tempus ſolutionis,vt in ca-
ſu relictæ monetæ in teſtamento. Prætereà, & ſecundò,
cùm teſtator legat pecuniam ſemel tantùm ſoluendam,
non conſiderat tempus futurum,de quo non potuit diui-
51 nare; ſed præſens,ſecundum quod ſua voluntas † interpre-
tatur.vt in ſpecie conſiderat Soc.Sen.conſil.9. nume.2.3.
lib.1.Quod non contingit in caſu noſtro,in quo perpetuò
cenſus iſte eſt præſtandus: & facilè, ob temporum varia-
tionem conſiderare potuerunt contrahentes monetæ va-
riationem:& ob id monetam numerari voluerunt ſecun-
dum ſolutionum tempora. Quæ ſanè voluntas multis a-
liis coniecturis & rationibus iam patefacta eſt. Præterea
52 non defuerunt qui dixerunt, in legato † ſpectandum eſſe
tempus ſolutionis.ita Guido Pap.quæſt. 493. col.2.verſi.
vel poteſt dici Rom.d.conſil.123. ſenſit Gigas tractat. de
penſionibus.quæſt.98.nume.4.Capra conſil.29.nume.9.
Concludo itaque,ſatis ſupérque eſſe ſi Magnificus Dom.
Cerrudus cenſuarius numeret nouem centum & quinde-
cim florenos monetæ nunc currentis d. Reuerend. Do.
Epiſcopo: etſi ipſe D. Epiſcopus non poſsit tot aureos
hodie,vt olim acquirere. Et ita iuris eſſe ſentio, rectiore
iudicio ſaluo.

*Lector beneuole,hoc de re graui & perplexa reſponſum conſcripſi in gratiam Magnifici atque excellentis Iuriſcon.D.Antonij Cerrudi Montiſregalenſis, ſumma amicitia mihi deuincti, quem vnicè ſemper dilexi, tum ob ſingularem viri humanitatem, tum ob egregias animi ſui dotes, quas tanti fecit Beatiſsimus Pius V. Pont. nunc Max. vt illum Bononiæ cauſarum ciuilium iudicem, & deinde Ceſennæ Vrbis præfectum conſtituerit vna cum honorificentiſsimo honorario.De viro tam egregio maiora ſperamus, ſi ſummo Pont. & illi Deus Opt. Max. longæuos annos dabit.Quod futurum ſpero. Vale.*

Iacobus Menochius I. C.

## *SVMMARIVM.*

1 *Pluralis locutio in vno verificari non poteſt. & nu.19.*
2 *Varietas facti efficit vt varietur iuris diſpoſitio.*
3 *Inſtantia data corruit argumentum & fundamentum.*
4 *Remotiores in gradu in dubio non debent admitti ad ſucceßionem, excluſis proximioribus.*
5 *Conſequens qui vult, vult neceſſariò & neceſſarium antecedens.*
6 *Soror magis fratri dicitur prædilecta quàm patrueli.*
7 *Coniunctio inſtitutionis vel ſtatuti de conſanguineis hoc operatur, vt vno ex eis defuncto, alteri coniuncto portio accreſcat.*
8 *Portio hæreditatis inuito coniuncto & ignoranti creſcit.*
9 *Quod etiam ad cauſam inteſtati pertinet.*
10 *Coniunctio à lege, à ſtatuto & à teſtatore facta, an differant.*
11 *Ius accreſcendi an habeat locum in legato ſingulari ob legalem coniunctionem.*
12 *Verba hæc, vt ſuperſtites in locum alterius deficientis ſuccedant, ſubſtitutionem ſignificant, cùm ſubſtitutio ſit ſurrogatio alterius in locum deficientis.*
13 *Reciproca ſubſtitutio quibus etiam verbis concipiatur.*
14 *Subſtitutio præfertur coniunctioni ſanguinis.*
15 *Coniunctus & ſubſtitutus præfertur diſiuncto ſubſtituto in ſucceſſione deficientis coniuncti.*
16 *Dictio quos, cuius ſit naturæ.*
17 *Dictio verò, quid ſignificet.*
18 *Filij ex primo & ſecundo matrimonio inſtituti ſi ſint, vno repudiante omnes admittuntur, non illi ex primo vel ſecundo matrimonio tantùm, & hoc ob parem affectionem patris erga omnes filios.*
19 *Teſtator inſtituit Seium filium ſuum pro dimidia, & pro alia Caium & Sempronium nepotes ex præmortuo filio, & ſubſtituit, quòd deficiente aliquo vel aliquibus ex ſupradictis ſine filiis legitimis & naturalibus, bona deueniant in alios ſuperuiuentes vel eorum filios, an mortuo Seio relictis filiis, deinde Caio ſine filiis, Sempronius ſolus admittatur, an verò cum eo etiam filij Caij.*
20 *Soror quomodo ſuccedat cum patruelibus.*
21 *Argumentum à diſpoſitione teſtatoris ad diſpoſitionem ſtatuti procedit.*
22 *Statuta loquentia in materia ſucceßionum regulantur ſecundum iura, quæ loquuntur de diſpoſitione teſtatoris.*
23 *Coniunctus ſubſtitutus quando vocetur ad ſucceßionem portionis alterius coniuncti non ſubſtituti.*
24 *Subſtituti ſub his verbis, quibus deficientibus ſuccedant, an dicantur ſuccedere illis deficientibus, vel potius teſtatori diſponenti.*
25 *Mens vera ſtatuentium tolli non debet aliqua cauſa, ſed potius inepta locutio dici debet.*
26 *Hæreditas adita deſinit eſſe hæreditas, & efficitur illius patrimonium.*
27 *Nunquam fuiſſe, vel fuiſſe, ſed inutiliter, paria ſunt.*
28 *Verba hæc in ſubſtitutione poſita, deficiente vero &c. quomodo intelligantur.*
29 *Ratio ſumpta & fundata in ſermonis proprietate, leuiſsima eſt.*

## FACTI SPECIES.

Cautum eſt ſtatuto Salodij ſub rubr. Quomodo ſucceſsiones ab inteſtato deferantur, inter cætera his verbis, in verſic.

*Et non extante matre, ſuccedant dictæ ſorores, vel ſoror in vna parte: & filia, vel filiæ deſcendentes per fratres præmortuos ex linea prædicta, & conſanguinei germani, vel conſanguineus germanus, maſculi, vel maſculus ex linea prædicta in vna alia parte. quæ ſucceſſio ſi plures fuerint, inter eos diuidatur, vt ſuprà. Deficiente verò aliquo ex prædictis gradibus, ſcilicet ſorore, vel ſororibus, filia, vel filiabus fratris præmortui, ſeu præmortuorum, & conſanguineis germanis, ſeu conſanguineo germano, ac filiis, vel filio ſororis præmortuæ, vel ſororum præmortuarum ex linea prædicta, tunc ſuccedant alij gradus ſuperſtites ex eis. Et vno ſolo ex dictis quatuor gradibus extante, reliquis deficientibus, ſuccedat ille ſolus gradus inſolidum. Et prædictis &c.*

Euenit nunc ex facto quòd ab inteſtato mortuus eſt Benedictus, relicta tantùm Maria ſorore, & Franciſco patruele ex Bartholomæo patruo.

Dubitari contingit, quomodo duo ij ex ſtatuti huius diſpoſitione ſuccedere debeant; an æqualiter, vel potius quòd ipſa Maria habeat dimidiam, Franciſcus quartam: & deinde quòd alia quarta quæ ſupereſt, diuidenda ſit inter eos, & Maria habeat ex illa duas vncias, & Franciſcus vnam.

## CONSILIVM L.

# Initium à Domino.

PERDIFFICILIS profectò & ſubobſcura eſt præſens conſultatio, quam viri permulti clariſsimi & conſultiſsimi adeò exactè & diligenter enuclearunt, vt nullus hîc mihi ad ſcribendum locus relictus videatur. Ne tamen conſulenti deeſſe videar, dicam paucis quod hac de re ſentio; aliorum ſcripta præſertim potius confirmando, quàm augendo. Opinor itaque duo in conſultatione hac eſſe perſpicienda & enucleanda.

Primum,



Primum, an ad portionem deficientis gradus conſanguinei ita vocata ſit Maria ſoror ac Franciſcus patruelis.

Secundum eſt, ſi ſoror vocata eſt, pro qua parte cenſeatur vocata.

Quò ad primum opinor dubio procul, ſororem vocatam eſſe ad dictam portionem. cuius rei declarandæ gratia ſciendum eſt, ſtatutum in dicto verſic. Et non extante matre, tres gradus vocare, ſub hac tamen forma: ſororem pro dimidia, filios ex fratre vnà cum conſanguineis pro altera dimidia. & ita diſiunctim vocat ſororem ab aliis, coniunctim verò re & verbis filios fratris & conſanguineos, deinde in verſic. Deficiente verò, ſubſtitutionem reciprocam facit, caſu quo vnus ex dictis gradibus deficiat, in caſu propoſito defecit vnus ex dictis gradibus, hoc eſt, gradus conſanguineorum: cùm ſolùm reperiatur ſoror, & filius fratris. eſt ergo videndum, an in conſanguineorum locum ſit etiam ſubſtituta ſoror. &, vt dixi, opinor ſine dubio eſſe ſubſtitutam, quemadmodum & filius fratris. id quod his rationibus & fundamentis demonſtratur.

Primò ex verbis dicti verſiculi, Deficiente verò aliquo ex prædictis gradibus, &c. in quo quidem verſic. quatuor gradus enumerantur, ſoror, filia fratris, conſanguinei germani, ſororis filius. hos loco quatuor graduum (etſi imperitè, vt pleraque alia) habuit ſtatutum; vt clarè oſtendunt verba ſubſequentis verſiculi, Et vno ſolo ex dictis quatuor gradibus, &c. hoc ſic ſtante, modò dicitur in dicto verſic. Deficiente verò, quòd ſi vnus graduum deficiat, alij ſuperſtites & ita alij tres, vel alij duo ſuccedant; ergo neceſſariò dicendum eſt, ſororem hîc cum patruele ſubſtitutam & vocatam eſſe ad portionem deficientis cõſanguinei cùm vnà cum eo contineatur ſub illis verbis,
1 alij gradus ſuperſtites: quæ quidem verba pluralis † locutionis ſunt, quæ in vno ſolo verificari non poſſunt. l. vbi numerus. de teſtibus cum ſimilibus.

Secundò confirmatur ex verſic. Et vno ſolo, &c. nam ibi legitur in hæc verba, Et vno ſolo ex dictis quatuor gradibus extante, reliquis deficientibus, ſuccedat ille ſolus gradus in ſolidum. hic verſiculus ob facti diuerſitatem dif
2 fert etiam iuris diſpoſitione à præcedenti, varietas † equidem facti efficit, vt iuris diſpoſitio varietur. Dec. l. precibus. numer. 4. C. de impub. Si ergo hîc, vno ſolo extante ex quatuor, ſolus in ſolidum admittitur: dicendum eſt in verſic. antecedenti demonſtrari, quòd pluribus exiſtentibus, plures etiam ſuccedant: cùm ergo in caſu noſtro extet ſoror & patruelis, dicendum eſt ambos omninò admitti.

Tertiò comprobatur, vt iam diximus, ſtatutum quatuor gradus enumerare, ſororem, filiam fratris, conſanguineos germanos, & filios ſororis. dico modò, ſororem hîc vocari, deficiente vno ex gradibus. quod oſtendo data vna inſtantia, quæ euitari nullo modo poteſt. (Solet enim
3 inſtantia † fundamentum deſtruere & eludere. l. creditori, & ibi Iaſ. num. 7. de oper. noui nunt.) ſupponamus ergo filium ſororis, & ita quartum hunc gradum deficere; an non dicemus matrem illius filij, & ita ſororem defuncti eſſe vocatam ad illius ſucceſsionem, ſaltem pro vna portione? certè non poſſumus dicere: quoniam eſſet &
4 abſurdum & iniquum quòd remotiores † gradus admitterentur, & mater quæ eſt in proximiori reiiceretur à luctuoſa filij hæreditate, iuxta l. nam etſi parentibus, in princip. ff. de inofficioſo teſtamento. & iuxtà ea quæ tradunt ſcribentes in l. precibus. C. de impuber. & aliis ſubſtitut. Nec dicatur, filios ſororis vocatos non eſſe matre viuente, vt patet ex verbis præcedentibus ſtatuti: reſpondeo, quòd etſi ex verbis præcedentibus ſororis filij vocati non ſunt, vocantur tamen ex iſtis verbis, verſic. Deficiente verò, &c. quoniam ſi vult eis poſſe ſuccedi in ne-
5 ceſſarium antecedens portionem eis tribuit, iuxtà † regulam l. ad legatum. l. ad rem mobilem de procur. cum ſimil. & iuxtà etiam regulam quòd priuatio habitum præſupponit. l. decem. §. decem. vbi omnes, de verbor. oblig. dicamus ergo neceſſariò ſororem ita eſſe in hoc verſic. vocatam ad ſucceſsionem deficientis gradus, vt ipſum patruelem.

Quartò & vltimò, mirum in modum vrget hæc ratio.
6 Certum eſt ſororem † prædilectam fuiſſe, atque ita antelatam ſemper fuiſſe ipſi patrueli; quemadmodum multis ſubtiliſsimis conſiderationibus oſtendit excellentiſsimus D. Decianus, præſertim ex anterioritate gradus, ex priori denominatione, & ex maiori portione ei ſemper attributa, qua de re addo ſingularem doctrinam Baldi in l. quoties. num. 1. in fin. C. de hæred. inſtituend. qui videndus eſt. Si ergo ſoror eſt antelata, dicendum eſt à fortiori quòd ſi in dicto verſic. deficiente verò, &c. vocatur patruelis ad ſucceſsionem deficientis gradus, à fortiori ipſam ſororem vocatam cenſeri.

Non obſtant modò verba ſtatuti in illo verſic. Et non extante matre, ſuccedant, &c. quo loci ſtatutum re & ver
7 bis coniungit patruelem & conſanguineos. qua † coniunctione ſtante, ſequitur (vt dicebat Clariſsimus D. Aymo Crauetta, compater meus colendiſsimus, qui contra hãc ſororem reſpondit, & cui ſubſcripſerunt alij plures celeberrimi Iureconſulti.) quòd vno eorum deficiente, alteri coniuncto portio accreſcat, ex l. 1. in prin. ff. de vſufruct. accreſc. quòd maximè in hæreditate locum obtinet; cùm
8 illa inuito † ac ignoranti accreſcat. l. hæredi, vbi gloſſ. & Doct. & l. qui ex duobus. §. vlt. ff. de acquir. hæred. quod
9 etiam ad cauſam † inteſtati pertinet. l. cum hæreditate. l. ſi minor. ff. de acquir. hæred. & ſcribunt Socin. in l. ſi mihi & tibi, in princ. col. 2. de leg. 1. Iaſ. in repe. l. re coniuncti. numer. 217. de leg. 3. & Cagno. in l. vnica. numer. 15. C. quando non pet. par. pet. accr. Neque dicendum eſt (in-
10 quit D. Crauetta) in coniunctione legali † locum non habere, ex l. & Proculo, de leg. 2. quoniam (inquit ille) in legato ſingulari loquitur: at in hæreditate non minus operatur coniunctio à lege & ſtatuto quàm à teſtatore facta. l. ſeruus communis ab extero. de acquir. hære. Bart. in l. ſi mihi & tibi. col. 2. in fi. de leg. primò, imò fortiùs (inquit
11 D. Crauetta) in legato ſingulari locus eſt iuri † accreſcendi, ob legalem coniunctionem, vt in legitima bonorum. ita Bal. in l. pater filium, colum. pen. verſic. vlterius quæro. ff. de inoffic. teſtamen. & ibi latè Rub. num. 119. & hanc eſſe
* communem * opinionem teſtatur Iaſ. in l. re coniuncti. numer. 241. verſiculo quinto, principaliter. de legat. 3. cum aliis permultis à Dom. Crauetta relatis, & quæ breuitatis gratia non refero. & huc etiam pertinent conſiderationes Dom. Ioann. Anton. Foreſti. attenta ergo coniunctione, & per conſequens hoc iure accreſcendi ad fauorem dicti patruelis, ſequitur omnino ſororem eſſe excluſam.

Huic argumẽtationi & difficultati ſcio eſſe ſatis ſupérque reſponſum à clariſsimo Do. Deciano, nec non à clariſsimo D. Cephalo, compatre meo colendiſsimo: verùm, vt & ego aliqua dicam, ita illi reſpondeo, & cenſeo eſſe diligenter animaduertendum, duo in hoc ſtatuto conſiderari. Primum in verſic. Et non extante matre, &c. ſtatutum coniungere verbis tantùm ſororem cum filio fratris, & conſanguineum germanum, deinde coniungere re & verbis filium fratris & conſanguineum germanum, vt etiam conſiderauit D. Foreſtus. Secundò ſtatutum in verſic. deficiente verò, &c. recedendo à præcedenti verſic. Et non extante matre, &c. & ita ab illis coniunctionibus ſubſtitutionem facit reciprocam inter ipſos gradus, vt
12 ſcilicèt † ſuperſtites in locum alterius deficientis ſuccedant: quæ ſanè verba ſubſtitutionem ſignificant, cùm ſit ſubſtitutio ſubrogatio alterius in deficientis locum, & eſt ſecunda inſtitutio, vt tradit glo. in rubr. de vulg. vbi Doctores multis modis diffiniunt, & tandem cum effectu ſentiunt, ſubſtitutionem nil aliud eſſe quàm quando ſecundus ſucceſſor vocatur in locum primi deficientis: quemadmodum dicimus arborem ſubſtitui in locum demortuæ. l. arbores. l. vel inutilium. ff. de vſufruct. eſt etiam hæc ſubſtitutio reciproca, cùm reciproca etiam his
13 verbis concipiatur: Si quis hæredum meorum deceſſerit, volo bona mea ad ſuperſtites peruenire. ita in ſpecie Ripa in l. Lucius. numer. 14. de vulga. quanquam diſputent Doctores ſuper verbo illo peruenire, quæ difficultas ceſſat in caſu noſtro, quoniam dicitur, ſuccedant alij gradus ſuperſtites. hoc ſic ſtante, quòd mea ſententia dubitationem probabilem non habet, ſequitur illa etiam commu-
* nis * Doctorum concluſio, ſubſtitutionem † præferri
14 coniunctioni, & ita quãdo coniunctus & ſubſtitutus concurrunt, præfertur ſubſtitutus. ita Bart. in l. re coniuncti. numero trigeſimotertio, de legat. 3. & ibi Iaſon & Ripa atteſtantur eſſe communem. addo Bologn. conſil. 66. & Nattam conſil. 306. numero ſecundo, libro 2. Nec dicatur ex cõiecturata mẽte diſponentis, coniunctum ſubſtituto præferri, vt præcitato loco declarat Bar. quia dico,

hic non adeſſe coniecturatam mentem ſtatuti ad fauo-
rem patruelis contra ſororem,ſed potius econtrà; tum ra
tione maioris proximitatis, tũ ratione maioris portio-
nis ſemper attributæ,vt ſupra vno verbo attigi.

Nec etiam hic obſtat ſi dicatur, patruelem eſſe & con-
iunctum & ſubſtitutum, ſororem verò eſſe ſolùm ſubſti-
tutam,& ob id patruelem præferri ſorori.ex l.cohæredi.
15 §.qui diſcretas. de vulg. quo probatur coniunctum † &
ſubſtitutum præferri diſiuncto ſubſtituto in ſucceſsione
deficientis coniuncti.& mea opinione hæc eſt difficultas
quæ magis vrget contra ſororem.

Reſpondetur tamen, coniunctionem illam nihil hîc
operari poſſe ad fauorem patruelis. primò quia d. §. qui
diſcretas,loquitur quando ſub vno verborum conſtru-
ctu eſt facta coniunctio,& etiam ſubſtitutio,vt puta, in-
ſtituo Caium in dimidia, & inſtituo Sempronium & Ti-
tium in altera dimidia,quos inuicem ſubſtituo.nam tunc
à coniunctione non recedit,ſed voluit illius effectum im-
mediatè operari in ipſa ſubſtitutione: quia illa dictio
16 †quos,relatiua ad præcedentes,denotat orationem præ-
cedentem non eſſe perfectam, ſed à ſe perfici: vt dicunt
omnes Grammatici,& eſt notiſsimum.Sed diuerſum eſt
in caſu huius ſtatuti, in quo duo illi verſ. & non extante
matre,&c.& verſic.deficiente verò, &c. habent oratio-
nem omninò ſeparatam, & ſtatuentes ex illo verſic. defi-
ciente verò,&c.recedunt à præcedenti caſu,verſic. & non
extante matre,&c.quod probat caſuum diuerſitas,dum in
verſic.non extante, &c.tres tantum gradus enumerat; &
tamen in verſic. deficiente verò, &c. enumerat quatuor.
17 probat & illa dictio,verò,†quæ ob diuerſam rationem di
cti verſic.deficiente verò,à verſic.præcedenti, illi in iure
& in facto aduerſatur.vt probat l.hoc amplius. §. de his
autem.vbi Bart.ff.de damn.infect.

Secundò,nihil operatur dicta coniunctio cùm aduer-
ſatur affectioni diſponentis,qui diſiunctum ſubſtitutum
magis dilexit quàm ipſum coniunctum.pro qua re addu-
co doctrinam receptiſsimam Bart.in l.Lucius. nume.21.
verſic.quæro quidam.ff.de vulg. & pupil. ſubſt. teſtator
18 † habebat duos filios ex prima vxore, & duos ex ſecun-
da; hos inſtituit & ad inuicem ſubſtituit.vnus eorum re-
pudiauit,vtrum admittatur ille ſolus qui eſt vtrinque con
iunctus,an & alij? Bart. d. loco tenet opinionem Rayné-
rij dicentis omnes admitti. vtitur Raynerius hac ratio-
ne,quam omnes probant ibi.& in qua ego facio nũc fun-
damentum:quia teſtator parem affectionem erga omnes
illos filios habebat; omnes ergo admitti voluit. & hanc
rationem æqualis affectionis conſiderant omnes,& pro-
bant in d.l.Lucius,ibi Ripa.nume.47.verſic. primò quia.
& in ſpecie Alcia.in d.l.cohæredi.§.qui diſcretas,num.4.
de vulgar. ſic limitat d. §. qui diſcretas, vt non procedat
quando apparet de mente teſtatoris, qui ob parem affe-
ctionem voluit ita diſiunctos ac coniunctos vocare. Si er
go à diſpoſitione d.§.qui diſcretas, recedimus ob hanc
parem affectionem, quantò fortius quando maior affe-
ctio eſt in diſiuncto quàm in coniuncto.vt eſt in caſu no
ſtro: in quo quidem iam diximus, ſtatuentes ex multis
demonſtraſſe maiorem affectionem erga ſororem qui er-
ga hos filios fratris.maior ergo hæc affectio operatur, vt
ipſi ſorori nihil obſit coniunctio facta de filiis fratrum &
conſanguineis germanis.imò quòd ſoror debeat eis præ-
ferri,cùm magis dilecta ſit.Nec dicatur, non tantum Bar
tolum moueri ex illa ratione Raynerij, quàm ex eo quia
ſuo in caſu coniunctio ſanguinis non eum operatur effe-
ctum,quem operatur coniunctio legalis. d. §. qui diſcre-
tas.quia reſpondeo, vt etiam ſenſit Alcia. in d. §. qui di-
ſcretas, imò idem operari ſanguinis coniunctionem ex
mente diſponentis ob parem affectionem. nam tex.§.qui
diſcretas, fundatur in ratione maioris affectionis, quam
habuit teſtator erga coniunctos ſubſtitutos; ſequitur er-
go à contrario, quòd quando conſtaret teſtatorem ma-
iorem affectionem habuiſſe erga diſiunctos, ſed ſubſtitu-
tos illos voluiſſe vel coniunctis præferri, vel ſaltem cum
eis admitti.& ob id infero quòd ſi in caſu d.§.qui diſcre-
tas,illi diſiuncti fuiſſent filij teſtatoris, & coniuncti fra-
tres vel conſanguinei, quòd in ſubſtitutione de omnibus
ipſis facta,ita ſaltem admitterentur illi filij,vt fratres,vel
conſanguinei ſuperſtites.& credo neminem, qui ſani ca-
pitis ſit,huic ſententiæ refragaturum.

Tertiò dico,nihil operari hoc in caſu dictam coniun-
ctionem:quoniam diſpoſitio d.§.qui diſcretas,locum nõ
habet,quoties verba repugnant,vt in caſu noſtro.exem-
pli gratia:teſtator filiam fœminam in certa quantitate in-
ſtituit,deinde duos, quos habebat filios maſculos hære-
des vniuerſales ſcripſit,& ſubiecit: ſi quis eorum deceſ-
ſerit,eius pars ad ſuperſtites deueniat:mortuo altero fra-
tre,admittetúrne ſolus alius? & dicendum videbatur eſſe
admittendum,vtpote re & verbis defuncto coniunctum
& ob id fœminam diſiunctam excludi ex d. §. qui diſcre-
tas.attamen contrarium verius eſt, etiam fœminam hoc
in caſu eſſe vocatam, & cum fratre admitti ad ſucceſsio-
nem fratris prædefuncti,& ita limitari d.§.qui diſcretas.
ita Bart.in l.vlt.in fin.ff.ad Trebell. Illa ratione moue-
tur,quia illa verba ſubſtitutionis, ad ſuperſtites deueniat,
pluralis numeri in ſolo fratre ſuperſtite verificari non
poſſunt,& ob id neceſſariò etiam filiam comprehen-
dunt:ita etiam in caſu noſtro,dum in verſic.& non extan-
te,&c.duo gradus tantùm coniunguntur, germani & fi-
liæ fratrum:& deinde in verſic.deficiente verò, &c. enu-
meratis quatuor gradibus,& vno eorum deficiente,alios
gradus ſuperſtites ſubſtituit. ratio ergo recti ſermonis
non patitur, vt dicamus alterum tantùm ex coniunctis eſ
ſe ſubſtitutum: ergo omnes vocati ſunt. & hanc Bartoli
doctrinam rectè citauit excellentiſsimus D.Decianus ad
declarationem d.§.qui diſcretas.ego addo in ſpecie Alex.
& Alciat.in d.§.qui diſcretas.qui citando dictam Bartoli
* doctrinam ita declararunt. & verè eſt communis * o-
mnium declaratio,vt apud Rui.conſil.158. nume.9.lib.2.
Curt.Iun.conſil.22.nume.8.conſil.125.nume.7. commu-
* nem * teſtatur Ripa.in l.Lucius.num.38.de vulg. & Bel-
lonus lib.4.ſupput.cap.vltim.numer. 6. & præter hos in
ſpecie addo egregium reſponſum Ruin.conſil.168.lib.2.
19 vbi in tali ſpecie conſuluit Ruin. teſtator † inſtituerat
Seium filium ſuum pro dimidia: & pro alia dimidia Caiũ
& Sempronium nepotes ex alio filio prædefuncto. &
deinde his verbis ſubſtitutionem fecerat quòd deceden-
te,vel decedentibus aliquo, vel aliquibus ex ſupradictis
Seio, Caio & Sempronio eius hæredibus inſtitutis vt ſu-
prà ſine filiis legitimis & naturalibus,quòd eo in caſu bo
na ipſius teſtatoris perueniant in alios ſuperuiuentes,vel
eorum filios.&c.euenit, quòd mortuo teſtatore, mori-
tur Seius relictis filiis: deinde moritur Caius ſine filiis,
ſuperſtite Sempronio: fuit dubitatum an ad partem Caij
admittendus eſſet ſolus Sempronius eius frater: an verò
cum eo concurrere deberent filij d. Seij. conſuluit Rui-
nus filios Seij concurrere debere cum dicto Sempronio.
quia, etſi teſtator ſimul coniunxerit re & verbis Caium
& Sempronium ſuos nepotes, & diſiunxerit Seium, ni-
hilominus quia illa verba,quòd aliquo ex ſupradictis de-
cedente dicta bona deueniant in alios ſuperuiuentes,
&c.non poterant verificari in ſola perſona dicti Sempro
nij coniuncti,ob id dicitur etiam facta ſubſtitutio ad fa-
uorem dicti Seij diſiuncti.& ibi Ruinus ſub num.10.per-
pendit illam doctrinam Bart.in d.l.vlti. ff. ad Trebell. &
vni ſatisfacit difficultati,quæ hic poterat excitari, vt apud
eum.ſtat ergo firma & inconcuſſa concluſio,ita ex verbis
ſtatuti eſſe vocatam eodem tempore ſororem hanc ad
ſucceſsionem deficientis gradus, quemadmodum & d.
Bartholomæus patruelis.Supereſt ergo videre quomodo
inter hos portio illa diuidenda ſit.

Quò ad ſecundam dubitationem, quomodo portio il-
lius deficientis gradus diuidi debeat inter hanc ſororem
& hunc patruelem, dico paucis eſſe diuidendam pro hæ-
reditariis portionibus quòd quemadmodum ſoror ha-
bet dimidiam in inſtitutione,& patruelis quadrantem, i-
ta etiam diuidant hanc portionem gradus deficientis: at-
20 que ita duas vncias † habebit ſoror,& vnam patruelis.íd-
que ex claro text.l.1.C.de impub.& aliis ſubſt. §. ſed ſi ex
diſparibus, Inſtit.de vulg.§.ſubſtituit.Inſtit.de pupill.&
in l.qui liberis.§.vltim. & l.ſi plures. de vulga. & non eſt
21 dubium valere argumentum † à diſpoſitione teſtatoris ad
diſpoſitionem ſtatuti.Iaſon repet.l.nemo poteſt. ſecun-
do notab.de legatis primo. Dec.in cap.cùm acceſsiſſent.
22 num.4.in fin.de conſtit.quinimò diſpoſitio ſtatuti † lo-
quentis in materia ſucceſsionum, regulatur ſecundum iu
ra quæ loquuntur de diſpoſitione teſtatoris. Bart. l. 1.C.
de iis quibus vt indig. Alex.l.ea demum.C.de colla. Dec.
conſil.90.nume.3. & hoc veriſsimo fundamento vſus eſt
D.Decianus.

Nec huic fundamento obſtat illa limitatio ex d. §. qui
diſcretas,quam in terminis adfert Iaſ.in d.l.1. col. 1.verſi.
ſecunddò



ſecunddò notabiliter limita.C.de impub. & aliis ſubſtit.
vbi etiam Decius, & idem conſil. 106. & conſil. 304. &
Craue. conſil. 43. dum dicunt quòd quando coniunctus
eſt etiam ſubſtitutus vocatur ad totam portionem alte-
rius coniuncti deficientis excluſo diſiuncto. Huic diffi-
cultati ſatis ſuprà fuit reſponſum ex dicta doctrina Bar-
toli in d.l.vltim. ff. ad Trebell. ac aliis ſupra relatis.nam
23 tunc † coniunctus ex ſubſtitutione totum non conſequi-
tur,quando ob rationem recti ſermonis ſolus totum con
ſequi non poteſt, ſed debent alij adeſſe, vt hoc in caſu,
dum eſt dictum quòd alij gradus ſuperſtites ſuccedant,
intelligitur eodem tempore, ergo non conſequitur ante
totum ipſe coniunctus. Præterea cenſeo animaduerten-
dum, d. §. qui diſcretas, non limitare d. l.1.C.de impub.
cum cæteris ſimilibus,nam §.qui diſcretas,dum vult con
iunctum ſubſtitutum præferri diſiuncto pariter ſubſtitu-
to,loquitur ratione temporis,non ratione rei, non enim
negat quin ad portionem illius deficientis ſit etiam ad-
mittendus ille diſiunctus ſubſtitutus,ſed vult eum admit
ti poſt coniunctum ordine ſucceſsiuo: ita in ſpecie decla
rat Baldus in l.in teſtamento.num.12.C.de teſtam.milit.
textus verò d.l.1.C.de impub.& aliis ſubſtit.cum aliis ſi-
milibus,diſponit & loquitur,cùm pluribus inſtitutis eo-
dem tempore concurrentibus ad diuiſionem portionis
alterius inſtituti, cui deficienti ipſi ſubſtituti erant; eſſe
conſtituendas partes pro modo partium in inſtitutione
aſsignatarum:nos modò in caſu hoc noſtro dicimus ſub-
latam eſſe hanc prælationem temporis inter hanc ſoro-
rem & patruelem; quia iam oſtendimus, ambos hos gra-
dus eodem tempore concurrere: atque ita ceſſat is ordo
ſucceſsiuus, qui conſideratur in caſu d. §. qui diſcretas.
modò ſtante paritate concurſus in tempore,eſt agendum
de diuiſione illius portionis; & dicimus eſſe diuidendam
ſecundum diffinitionem dictæ l.1. C.de impub.& al.ſub-
ſtit.atque ſi rectè perpendantur omnia,is §.qui diſcretas,
non limitat dictam l. 1. cùm caſus diuerſi ſint, ex quo
vnus de prælatione in tempore, alter de diuiſionis mo-
do eſt.

Nec huic noſtræ & aliorum priùs grauiſsimorum Iu-
reconſultorum ſentẽtiæ vna aduerſatur difficultas, quam
modò vrgere aduerſarij opinantur, vt nodum hunc (vt
eſt in veteri prouerbio) Gordianum appellare videan-
24 tur: nempè quòd † in caſu iſto non agatur de ſucceſsio-
ne in portione deficientis gradus, ſed agatur potius de
prima ſucceſsione Benedicti, caſu quo non extarent per-
ſonæ in ſtatuto nominatæ: atque ita quòd agatur de ſuc-
cedendo in tota hæreditate, & non de diuidenda illa ſola
portione illius gradus deficientis:ex quo illud videtur in-
ferri,hos æqualiter ſuccedere debere, nec eſſe habendam
ratione aliquam portionum. quod ſanè fundamentum
confirmari videtur ex illis verbis ſtatuti, deficiente ali-
quo ex prædictis gradibus, ſuccedant alij gradus ſuper-
ſtites, &c. quibus ſignificari videtur, non vt ſuperſtites
ſuccedant gradibus deficientibus, ſed ipſi primo defun-
cto: quoniam inepta locutio videtur, quòd vni gradui
ſuccedatur: quia, ſi ita ſtatutum intellexiſſet, dixiſſet,
quòd gradui deficienti ſuccedant ſuperſtites; & non
quòd deficiente gradu ſuccedant ſuperſtites. Confirma-
tur ſecundò, quia illa verba, deficiente, &c. intelligi
fortè debent per mortem, quia is deficere dicitur qui
ſemel fuit.

Reſpondetur huic difficultati multis modis per excel-
lentiſsimum D.Decianum,& mea quidem ſententia, ve-
rè & rectè: quibus accedit, quòd ſi mens ſtatuti hæc eſ-
ſet, quòd deficiente hoc gradu portiones deberent con-
fundi, & æqualiter ſuccedi; ſequeretur, quòd tantum
deinde in tota ipſa hæreditate haberent filij iſtorum fra-
trum, quantum ſoror, quod eſt contra mentem ſtatuti:
quia(vt ſæpius dictum fuit,ſtatutum minus ſemper voluit
tribuere filiis fratrum quàm ſororibus. Rurſus, iſta ſum-
pta interpretatione, ſequeretur quòd gradus iſte defi-
ciens operaretur augmentum ipſis filiis fratrum, & non
ſorori, quod eſſet valde abſurdum: quia, ſi ſoror ſemper
fuit iſtis filiis fratris antepoſita & prædilecta,etiam quan
do omnes gradus exiſterent; ita debet eſſe prædilecta, ſi
vnus graduum deficit. gradus ergo deficiens ita operari
debet augmentum vni ac alteri: quemadmodum ſuprà in
1.artic.oſtendimus. Nec obſtat illa prima confirmatio,
quia non eſt inepta locutio dicere,quòd deficiente gradu
alij ſuccedant: quia demonſtratur his verbis ſuccedi ipſi
defuncto, de cuius hæreditate agitur: atque ita directè;
ſed quò ad portionem deficientis gradus, quemadmodũ
in ſubſtitutione vulgari à teſtatore facta. ſi enim teſtator
ita diſponat,Inſtituo Caium,Seium & Sempronium,& ſi
eorum vnus non ſuccedat,vel deficiat, alij ſuccedant, vel
alios ſubſtituo: hoc modo ſuccedunt ſuperſtites teſtato-
ri ſubſtituenti,ſed in portione illius qui defecit, ſeu hæ-
res eſſe noluit. ſi verò aſſumeretur altera interpretatio,
quæ quidem, vbi verba eſſent eo modo concepta, ſtare
poſſet:tunc non directò,ſed per fideicommiſſum teſtato
ri,ſeu primo defuncto ſuccederetur:quæ ſuccedendi for-
ma,vel nunquam,vel rarò fit in ſtatutis.

Præterea,vbi relata reſponſio,quæ alioqui optimè no-
dum diſſoluit,non ſatisfaceret,melius eſſet dicere, quod
25 inepta † ſit locutio, quàm vt vera mens ſtatuentium tol-
latur. nam ſecundum illam locutionem aduerſariorum,
filij fratrum tantum conſequerentur, quantum ſoror, &
tamen hoc eſt contra mentem ſtatuti,vt iam diximus. &
hoc præſertim in caſu noſtro dicendum eſt; in quo ratio
habenda non eſt locutionis horum ſtatuentium, cùm vi-
deamus plura imperitè ab eis diſpoſita, vt iam ſuprà ad-
monui.Non pariter aduerſatur illa ſecunda confirmatio,
quia falſum eſt,vt illa verba, deficiente verò, &c. intelli-
gantur de deficientia per mortem,& non per non exiſten
tiam: quia imò verè intelliguntur per non exiſtentiam:
quoniam,ſi verba ſtatuti percurrantur, conſtat ſtatutum
habuiſſe hæc verba,deficiente, non exiſtente, pro ſyno-
nymis,hoc demonſtrant verba ſtatuti ibi: Et vno ſolo ex
d.quatuor gradibus extante reliquis deficientibus, &c.
paulò antè dixit, loquendo de his gradibus deficiente, &
tamen ſubiicit,extante & poſtmodum inquit, deficienti-
bus,&c.& in verſic.ſequenti, ibi, & prædictis omnibus
gradibus deficientibus, &c. & ſubiicit, ſi extaret aliqua
filia,&c.& paulò pòſt, ibi, illis autem etiam non extanti-
bus,&c.Rurſus dico eſſe animaduertendum,quòd ſtanti-
bus verbis & diſpoſitione illa ſtatuti, quòd ſuperſtites
ſuccedentes in locum gradus deficientis, ſuccedant dire-
ctò teſtatori,vt ſuprà diximus, fatuum eſt conſtituere ali-
quam differentiam inter hanc non exiſtentiam, & illum
defectum per mortem.hoc patet exemplo. Supponamus
fuiſſe in rerum natura omnes hos gradus, nempè ſorores,
filios fratris,& germanos: aut volumus dicere quòd vnus
gradus defecerit, & ita mortuus ſit ante illũ de cuius hæ-
ræditate agitur, & tunc clarum eſt dici non exiſtere tem-
pore delatæ ſucceſſionis. aut volumus quòd omnes gra-
dus exiſtant etiam poſt mortem iſtius, de cuius ſucceſſi-
one agitur, & adeant oẽs hæreditatem, & tunc eſſet fru-
ſtra diſputare de non exiſtentia,ſi vnus eorum deinde mo
26 riatur, quoniam hæreditas † adita deſinit eſſe hæreditas,
& efficitur illius patrimonium.l.1.§.veteres,vbi Iaſ.num.
14.de acquir.poſ.nec eo mortuo alteri hoc in caſu poſſet
deferri; cùm(vt dixi)ſuccedatur directò primo defuncto,
& non per fideicommiſſum. Aut volumus gradus omnes
exiſtere tempore mortis, ſed vnum deficere ante aditam
hæreditatem,& tunc dico, quòd ſi moritur ante illius a-
ditionem,& non tranſmittat reſpectu impotentiæ, tunc
dicitur ſecundum effectum deficere, ſeu non exiſtere,
27 cùm paria ſint,nunquam † fuiſſe, vel fuiſſe, & inutiliter.
l.quoties,vbi latè Iaſ.ff.qui ſatiſd.cogan.Dec.conſil.256.
numer.3. & ideò ſua portio aliis accreſceret, vt eſt etiam
in caſu noſtro. Aut tranſmittit, & tunc fruſtrà diſpu-
tatur an defecerit, vel non: cùm nulla adſit portio, de
cuius diuiſione agendum ſit. ex quo dixi ſuam effici, &
tranſmitti. eſt ergo (vt dixi) fatuum hanc differentiam
conſtituere.

28 Præterea & tertio loco reſpondetur,illa verba, † defi-
ciente verò, &c. tam in iure quàm etiam apud bonos au-
ctores ſumi pro eo quod nunquam fuit in iure ciuili.pro-
batur in l.vnica. §. & cum triplici. C. de caducis tollend.
Sic apud M.Tullium libro de vniuerſitate. Sed quia non-
dum omne animal in mundo intus incluſerat, ex ea parte
deficiebat, ad propoſitum exemplari imaginis ſimilitu-
29 do.cætera prætereo.& cum verè hæc ſit leuiſsima † ratio
fundata in ſermonis proprietate, quam verè nullam ſer-
uauerint ſtatuentes, non eſt quòd in ea ſolidum aliquod
fundamentum conſtituatur. Atque ita concludo iuris eſ-
ſe,rectiore iudicio ſaluo.

Iacobus Menochius I. C.

## SVMMARIVM.

1 Ordo præſtantior eſt omnium, quo rectè omnia geruntur, moderantur atque conſeruantur.
2 Ordo concordiam parit, alit atque fouet.
3 Sacerdotes qui non ambitu & ſuperbia de ordinis obſeruatione contendunt, laudem merentur.
4 Gradus ordinum, & dignitatum tam iure canonico quàm ciuili eſt obſeruandus.
5 Vſurpatores priorum locorum dignitatum, ambitu & cupiditate gloriæ ſunt multum damnandi.
6 Prælatio conceditur ei qui maiorem habet dignitatem & iuriſdictionem.
7 Vicarius an habeat maiorem iuriſdictionem quàm Archidiaconus, & qualis eorum, in alium iuriſdictionem habeat.
8 Decanus maioris iuriſdictionis eſt Præpoſito.
9 Delegatus Principis eſt dignior ordinario, & qua de cauſa.
10 Vicarius aſſociari dicitur Epiſcopo, igitur omnibus præferendus videtur poſt Epiſcopum.
11 Maior is dicitur, qui melioribus præeſt.
12 Abbas Vicarius idem conſiſtorium cum Epiſcopo facit.
13 Papa conſiſtorium facit cum Deo, ideo omnibus antefertur.
14 Vicarius immediatè repræſentat perſonam Principis.
Vti de delegato dicimus.
15 Vicarius coruſcat radiis Epiſcopi, vti vxor nobilitatur ex genere mariti.
16 Locumtenens locum ſui principalis tenet.
Idem de vicerectore dicimus.
17 Iuriſdictio perpetua præfertur temporali.
18 Vicarius Epiſcopi temporalem dicitur habere iuriſdictionem, & qua de cauſa.
19 Archidiaconus perpetuam habet iuriſdictionem, & qua de cauſa.
20 Archidiaconus dicitur Vicarius Epiſcopi, quia ipſo abſente, Archidiaconus habet curam Eccleſiæ. & nu. 56. in fin.
21 Primus is eſt quem nemo antecedit.
22 Delegatus Principis, licèt delegatus ſit ad vnam cauſam tantùm, tamen dignior eſt ordinario.
23 Vicarius Epiſcopi an generalis, vel particularis dicatur.
24 Habens iure ſuo officium ſeu dignitatem, dignior cenſetur eo, qui habet iure alieno.
25 Dignior eſt qui propria virtute fulget & coruſcat.
26 Archidiaconus iure ſuo, vel alieno an habeat iuriſdictionem. & num. 28.
27 Dignior is eſt cui ex eſſentiali natura qualitas dignior cõpetit, quàm ſi ex accidenti.
28 Natura ſi cum accidenti concurrat, natura præfertur.
29 Dignior is eſt qui dignitatem conſecutus eſt à digniori.
30 Doctor creatus à Principe præfertur Doctori creato à collegio Doctorum.
31 Dignior altero eſt, qui duas habet qualitates, & alter vnicam tantùm.
32 Archidiaconus duas habet dignitates.
33 Vicarius Epiſcopi licèt habeat officium, non habet tamen dignitatem.
34 Vicarius temporalis titulum etiam habere non dicitur.
35 Argumentum ſumi poteſt ex ordine rub. ad cognoſcendum qualis perſona præferatur.
36 Stylus Curiæ Romanæ vbique obſeruatur, niſi lex vel conſuetudo loci aliud ſuadeat.
37 Breuia ſeu reſcripta Apoſtolica quando diriguntur canonico poſito in dignitate vnà cùm Vicario, quomodo inſcribantur.
38 Vicarius & officialis an aliquando non differant.
39 Dignior is dicitur in pari gradu dignitatis, qui antiquior eſt tempore.
Doctor antiquior in dubio iuniori præfertur.
40 Dignior in dubio dicitur poſſeſſor dignitatis vel prioris gradus.
41 Et licèt bonam non habeat poſſeſſionem, attamen manu armata poteſt reſiſtere contra illum qui vult eum amouere.
42 Quia in pari cauſa melior debet eſſe conditio poſſidentis.
43 Epiſcopus ſedens in choro in ſede canonicorum, ſedet vti canonicus, non vti Epiſcopus.
44 Scandala ſunt euitanda. & multa concedenda ſunt, quæ aliàs minimè concederentur.
Ex facto vnius tertio præiudicari non debet.
45 Quod tibi non nocet, & mihi prodeſt, facilè eſt concedendum.
46 In dubio illa via eſt eligenda, quæ magis tuta eſt.
Quæ minus eſt præiudicialis.
Et quæ pacem, & concordiam adferre poteſt.
47 Præiudicium duorum magis conſiderabile eſt quàm vnius tantũ.
48 Pronuntiandum eſt in dubio pro eo qui agit de damno euitando. potius quam pro eo qui agit de lucro captando.
49 Vſus & conſuetudo multum attendenda eſt.
50 Prælatio in eccleſia iudicari debet ex vſu & conſuetudine.
51 Abbas illum locum tenere debet, quem tenuit anteceſſor ſuus ex more, & conſuetudine.
52 Conſuetudo circa prælationem clericorum dicitur contra ius Diuinum, Canonicum & naturale, & potius peſtis quàm conſuetudo dicitur, & inter quos procedat hæc concluſio.
53 Doctoribus tenentibus aliquam opinionem rationibus non perpenſis, ſed turmatim & inconſideratè, nulla fides præſtanda eſt.
54 Opinio Doctorum prolata per traſennam, & non diſputando affirmata non eſt attendenda. Et quibus aſsimilentur hi Doctores.
55 Iuriſdictionis maioritas an & quando arguit maioritatem dignitatis & præeminentiæ.
56 Archidiaconus dignior eſt Archipresbytero, & illi præfertur in actibus iuriſdictionalibus, non autem in diuinis.
57 Legati ſunt maiores ordinariis.
58 Cornei auctoritas non minor dicitur auctoritate Abbatis.

## FACTI SPECIES.

*IN eccleſia cathedrali Raguſiæ duodecim extant canonicorum ſedes: quemadmodum & duodecim ſunt ipſius eccleſiæ canonici. Reuerendus admodum atque excellentiſsimus Iuriſc. D. Marius Labocca Raguſinus, tanquam Archidiaconus hactenus ſedit in prima ſede canonicorum; ſicuti ſui anteceſſores conſueuerunt ſedere.*

*Præſupponitur etiam quòd in eadem eccleſia extat ſeparata ſedes Reuer. D. Epiſc.*

*Nunc Reuerendus admodum D. Vicarius Epiſcopi contendit ſe primas obtinere in ea eccleſia poſt D. Epiſcopum, & ob id ſibi deberi locum & ſedem, in qua ſedet D. Archidiaconus. Dubitari contingit, an ipſe D. Vicarius ſit D. Archidiacono ita anteferendus, vt illi ſedes illa debeatur.*

## CONSILIVM LI.

# Initium à Domino.

CVM rerum omnium præ-
1 ſtantior ſit ordo, † quo re-
ctè omnia geruntur, moderantur, atque conſeruantur; maxima imprimis habenda eſt gratia Deo Opt. ac Max. quòd ſua illa immenſa bonitate atque ſapientia, quibus nos ſummopere diligit, cæleſtia tam miro ordine conſtabilierit, vt alij aliis præſint, alij aliis pareant. Deinde hominibus illis, qui dum in terris Dei locum obtinent, diuino afflati numine militantem eccleſiam triumphantis inſtar, ordine pulchro conſtituerunt. ſi quidem (vt Gregorius cap. vlt. 89. diſtinct. ſcriptum reli-
2 quit) ordo † concordiam parit, alit, atque fouet. Neque enim vniuerſitas alia poterat ratione ſubſiſtere; niſi huiuſmodi magnus eã differentiæ ordo ſeruaret. Quocircà qui
3 † non ambitu & ſuperbia de ordinis obſeruatione contendunt, laudem merentur. Nam ij nil aliud mihi agere videntur. quã vt à Deo ordinata & rectè conſtabilita tueantur. Ita pariter ij naturam defendunt humanam, quæ (vt auctor eſt Iuſtinianus in auth. de monachis. §. ordinato.) neque omnes per ordinem inter ſummos, neque rurſus omnes inter nouiſsimos conſtituit. Iura quoque ij pontificia atque Cæſarea obſeruari iuſtè ſtudent: ſi qui-
4 dem ſtatuit ius Pontificium ordinum gradus † & dignitatum, fore obſeruandos. cap. ſolitæ, de maio. & obe. cap. vt debitus, de app. cap. ex ore, de priuil. ita etiam ſtatuiſſe ius Cæſareum videmus. l. honor. §. gerendorum. l. vt gradatim. de mun. & honor. extat & integer ille titulus C. vt dignit. ordo ſeru. li. 12. Damnandi quidem ſunt ij, qui am-
5 bitu & gloriæ cupiditate prima loca vſurpare † conantur. ij ſunt, quorum Seruator noſter meminit Matthæi 23. qui inquam



inquam glorioſè amant primos recubitos in cænis, primas cathedras in Synagogis, & ſalutationes in foro. De iis verba feciſſe intelligo Iuſtinianum in l. ad ſplendidioris. C. de diuer. off. lib. 12. dum ſcripſit, Qui ſtudio exercendæ cupiditatis ambierunt, vt velut in meliori fortuna poſiti, aut ea ſcelera, quæ priùs commiſiſſe doceantur, occultãt, vt alia deinceps poſsint impunè committere. Horum in numero non eſſe opinor Reuerendos admodum Archidiaconum & Vicarium Epiſcopi, quos de prælatione pro bono & æquo contendere audio: & quorum nomine de iure reſpondere rogatus. Qua quidem in diſputatione, prima (quòd aiunt) facie dicendum videbatur, Reuerendum Vicarium præferendum eſſe Reuerendo Archidiacono, quod vt dicerem me plura mouebant.

Primò ea ratione, qua Abbas conſil. 21. lib. 1. dum pro
Vicario contra Archidiaconum Bononienſem reſpon-
6 dit, vſus eſt, quia ille † præferendus eſt, qui maiorem ob-
tinet iuriſdictionem & poteſtatem. cap. ſtatuimus. §. vlt.
7 & cap. ſequen. 17. diſtin. ſed Vicarius † maiorem habet iu-
riſdictionem, quam habeat Archidiaconus, ergo illi præ-
ferri debet. minor probatur propoſitio, quia Archidia-
conus nullam habet iuriſdictionem in Vicarium, etſi ali-
quam in ſuæ eccleſiæ clericos exercere poſsit. capitulo,
ad hæc. §. in quadam. de off. Archid. glo. in cap. ad hæc. de
exceſſ. præla. imò è contra Vicarius ipſe etiam in Archi-
diaconum iuſdicere poſſe dicitur. Hoc argumenti gene-
re vſus etiam eſt in caſu non multum diſsimili Dec. con-
ſil. 161. col. 2. verſic. ſextò iſta. ita etiam arguit Rota deciſ.
4. tit. de elect. in nouis. quæ declarauit, ratione maioris iu-
8 riſdictionis Decanum † fuiſſe præpoſito præferendum,
quam quidem deciſionem probauit Gondiſſa. de Villa-
diego tract. de legato, parte prima, quæſtione nona. nu.
9 59. Accedit quòd ob id Delegatus † Principis dignior cre-
ditur ipſo ordinario, quia ordinarij iuriſdictionem impe-
dire poteſt. §. iudicare. in auth. de defenſor. ciuit. atque i-
ta argumentatur in Delegato Riminal. in rub. ff. de off. e-
ius. cui mand. eſt iuriſ. nu. 3.

Secundò, ea ratione adducitur Abbas, quòd Vicarius
10 † aſſociari dicitur Epiſcopo in iuriſdictione. cap. in nouo.
16. queſtione ſeptima, ergo poſt Epiſcopum primum lo-
cum obtinere debet; vt cæteris præferatur. argum. cap.
recolentes, de ſtatu regula. cap. in tua diœceſi, de deci-
mis. vbi habetur, non debere cenſeri diuerſo iure. facit
text. l. eum qui. de vſucap. ergo etiam Archidiacono de-
bet præferri.

Tertiò mouetur Abbas, quo quis melioribus præeſt,
11 eo maior † eſt. §. nos igitur, in auth. de defenſor. ciuit. con-
fert lex quilibet. C. de decurio. lib. 10. ibi à nobis, quibus
propter loci dignitatem rerum ſumma commiſſa eſt.
quo loci annotauit Baldus, quòd tantò maior eſt officia-
lis, quantò digniori loco præſidet. & Baldum eſt ſecutus
Boer. tract. De ordine graduum vtriuſque fori. nume. 45.
& nouiſsimè Portius Imolenſis conſil. 167. numer. 29. ſed
Vicarius (vt iam diximus) melioribus præeſt, cum & ipſi
Archidiacono præſit, ergo ipſi Archidiacono præferri
debet.

12 Quartò ſuffragatur ſecundum Abb. † Vicarius idem
conſiſtorium cum ipſo Epiſcopo facit, & de illius iuriſ-
dictione participat. cap. 2. de conſuetud. in 6. cap. Roma-
na. in princ. de app. in 6. ergo Vicarius poſt Epiſcopum
omnibus præferri debet. quemadmodum de ipſo ſummo
13 Pontifice † dicimus, qui dum facit idem conſiſtorium
cum Deo, ſecundum Innoc. & Hoſt. in c. 4. de tranſl. præ-
la. poſt Deum cæteris antefertur. ita hîc Vicarius primam
ſedem poſt Epiſcopum tenere debet; quia (vt inquit i-
dem Panor. d. conſil. 21. ad finem) non eſt dare medium
inter Epiſcopum & Vicarium. accedit tex. in l. ad finem.
14 C. de off. vicarij quo probatur, vicarium † immediatè re-
præſentare perſonam Principis. id quod & de delegato
Principis dicimus. cap. ſanè, il 2. de off. deleg. & ibi Do-
ctores.

Quintò, confert, inquit Abbas, d. conſil. 21. ad finem,
15 quòd Vicarius † coruſcat radiis Epiſcopi, vt dicimus in
ſimili de vxore, quæ ex genere mariti nobilitatur. l.
vltim. C. de incolum. libr. 10. l. 1. C. de præpoſ. labo. la-
tè apud Tiraq. tractat. Nobilita. cap. 18. qui permultos
congeſsit.

Sexto, præter Abbatem vrgere videtur mirum in mo-
dum tex. in cap. præcipimus. 93. diſt. quo probatur, quòd
16 locumtenens, † hoc eſt Vicarius, locum ſui principalis te-
nere debet. quem textum ſingularem eſſe dixit Roman.
ſingul. 362. Bartolus. & ex illo inquit Romanus, Vicere-
ctorem tenere debere locum, atque ita in eminentiori lo-
co ſedere, vt rector ſedere conſueuit. id quod ſcriptum
reliquit etiam Bart. in l. ſi filius. ff. de legatio. & cum eo
Decius in cap. ſanè, il 2. num. 5. de off. deleg. Alex. in rubr.
ff. de off. eius cui man. eſt iuriſd. num. 14. Felin. rub. de ma-
ior. & obed. num. 8. in fine. & alios recenſet Boe. tract. de
auctoritate magni conſilij. numer. 67. ſi ergo vicarius lo-
cum Epiſcopi tenere debet, ergo ſine controuerſia vide-
tur Archidiacono præferendus. Septimò & vltimò addu-
cebar auctoritate Abbatis d. conſil. 21. lib. 1. quem ſecuti
ſunt Caſſa. Catalogo gloriæ mundi, parte 4. conſid. 46.
poſt Felin. in cap. ſtatuimus, de maio. & obed. & Ant. de
Prætis tract. de iuriſd. epiſcopi. cap. 6. nume. 41. vbi refert
Iacobatium, Curt. Sen. atque alios. Hæc me reddebant
hæſitantem, ne pro Reuerendo D. Archidiacono re-
ſponderem.

Re tamen ipſa longè melius atque diligentius perpen-
ſa, ſum in contraria & probabiliori ſententia: nempè Re-
uerendum admodum Archidiaconum eſſe præferendum
Reuerendo admodum Vicario, in loco ſcilicet ſedendi in
choro, in locis ac ſedibus canonicorum; & D. Archidia-
conum non eſſe è loco ſuo mouendum, quod vt dicam
multis adducor rationibus atque fundamentis.

Primò in hanc adducor ſententiam, quòd is qui perpe-
17 tuam iuriſdictionem † habet, habenti temporalem præ-
fertur, quemadmodum probat multis Io. Andr. in c. pen.
de offi. leg. in 6. in nouella. quem ſecuti ſunt Felin. in rub.
de maio. & obe. num. 10. Boer. tractat. de ordine graduum
vtriuſque fori. num. 21. & Gondiſ. tract. de legato, parte 1.
18 q. 9. num. 55. ſed Vicarius † Epiſcopi temporalem iuriſdi-
ctionem habet, cum ſit officium eligibile ad voluntatem
Epiſcopi, & ad libitum amoueri poteſt. cle. & ſi principa-
lis, de reſcript. & Panor. c. de multa. num. 25. de præbend.
latè Rebuffus in praxi beneficiorum, titulo de Vicariis
19 Archiep. nu. 192. Archidiaconus † verò iuriſdictionem ha-
bet perpetuam, cum vna cum ipſa dignitate, quæ perpe-
tua eſt, illam conſequatur: ſequitur ergo Archidiaconum
eſſe ipſo Vicario digniorem, illíque præferendum.

Nec aduerſatur quòd ſcribit idem Abbas d. conſil. 21.
num. 2. ſatis eſſe quòd Vicarius ſit in ea dignitate quam-
diu eſt in eo officio, licèt aliquando remoueatur pro-
pter alterius inſtitutionem. d. cle. & ſi principalis. quia re-
ſpondeo, imò ſatis non eſſe comparatiuè ad Archidiaco-
num, qui & ipſe Vicarij officium (vt mox dicam) obtinet.
Præterea verùm non eſt, Vicarium dignitatem obtinere,
vt obtinet Archidiaconus, vt ſtatim demonſtrauimus.
Nec ad rem confert quòd ſubiungit idem Panor. ſufficere,
quòd poſsit eſſe perpetuus, hoc eſt, dum viuit, ſi non
remouetur. ſi quidem ab illius voluntate hoc non pendet:
ſed à voluntate eligentis. cùm itaque non habet Vicarius
quid iure ſuo perpetuum, non poteſt dici dignior ipſo Ar
chidiacono, vt mox ſubiiciam.

Secundò itaque loco moueor ea ratione; Archidiaco-
20 nus † eſt Epiſcopi etiam Vicarius. capitulo primo, & ibi
Ioannes Andreas de off. Archidiac. nam curam habet ec-
cleſiæ abſente Epiſcopo. cap. ad hæc. & capitulo vltimo,
de offic. Archidiac. quo loci ſcriptum eſt, Archidiaco-
num eſſe oculum Epiſcopi, & maiorem poſt Epiſcopum:
ſi maior, ergo ante ipſum Vicarium, quoniam primus
21 † is dicitur quem nemo antecedit. §. diſcipuli. in procem.
Digeſto. & ideo dicitur in dicto cap. ad hæc, quòd debet
honorari, vt Epiſcopus, cùm ſit maior poſt eum. Nec ad-
uerſatur quod ſcribit Panorm. dicto conſilio vigeſimo-
primo, numero tertio, verſiculo ad ſecundum, quòd Ar-
chidiaconus ſolùm eſt Epiſcopi vicarius ſpecialis quò ad
duo illa relata in d. capi. 1. de off. Archidiac. cùm tamen i-
pſe Vicarius electus ſit generalis. cap. licèt. de off. Vicar.
in 6. quia reſpondeo, nihil hoc eſſe: nam videmus Princi-
22 pis † Delegatum ſpecialem eſſe tantum delegatum ad vnã
cauſam, & tamen recepta magis eſt opinio Doctorum, il-
lum eſſe ordinario digniorem, & illi præferendum. ita e-
* nim affirmarunt magis communiter * Doctores in rubr.
ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſd. vbi Purpur. nu. 30 com-
* munem * teſtatur & Curt. Iun. nu. 11. quibus addo Ioann.
Coraſium lib. 3. miſcella. iuris cap. 19. nu. 6. Rurſus eſt fal-
23 ſum, vicarium † eſſe ſpecialem vicarium, imò eſt generalis
& in oĩbus. d. ca. 1. de off. Arch. Præterea vbi gñalis Vica-
rius ſuſtinet vices Epiſcopi, poteſt dici habere ampliorẽ

iuriſdictionem, non tamen illam infert eſſe digniorem.
Non etiam officit quod ait idem Panorm.d.conſil.21.nu.
3.verſic.non obſtat vltimum, eſſe intelligendum Archi-
diaconum eſſe maiorem cæteris, excepto ſcilicet ipſo Vi-
cario, quia reſpondeo, non probari hanc exceptionem:
& onus probandi eam illi, qui eam aſſerit incumbit.vulg.
iuribus.
Tertiò Archidiaconum Vicario anteferendum eſſe,il-
24 lud ſuadet, quòd is qui † iure ſuo officium, vel dignita-
tem habet,dignior cenſetur eo,qui habet iure alieno,& il
li præfertur:ita arguit Iacobus de Nigris in repet. rub.de
off.eius,&c.num.14.in fin.& clarè atque egregiè reſpon-
dit Alcia.reſponſ.199.num.36.ex l.ſi filius.§.erit.ff. de fi-
deicommiſſ.liber.cuius ſententiæ eſt ratio, quia dignior
25 eſt † qui propria virtute fulget & coruſcat. l. ſi Auguſtæ.
de legat. 2. Dec. l. 2. numer.7.de regul.iur.Neuiz.lib.4.
Syluæ nupt.num.127.130.Boer. quæſt. 76. in ſpecie Iaſ. l.
26 more.num.4.de iuriſd.omn.iud.ſed Archidiaconus†iu-
re ſuo habet officium cum ſuæ dignitati de iure commu-
ni annexum ſit.d.cap.1.de off.archi. Vicarius verò habet
iure alieno,cum ſit officium electiuum, quod poteſt ei
auferri,quòd non poſſet,ſi haberet vt proprium.& in ſpe
cie vtrunque dictum hoc probat glo. Rubr. extra de off.
Vicarij.Card.Zab.cle.& ſi principalis.quæſt.12.de reſcri.
ſequitur ergo quòd Archidiaconus, vt dignior præferen
27 dus eſt.confirmatur ea ratione, quia altero dignior † eſt
is, cui ex eſſentiali natura qualitas dignior competit,
quàm ſi ex accidenti, vt in ſpecie reſpondit Portius Imo-
lenſis conſil.167.nu.94.quo loci reſpondit, Ducem Fer-
rariæ eſſe digniorem,& præferendum Duci Florentiæ,ra
tionibus vt per eum ibi adductis. Illis hæc accedit, quòd
28 vbi concurrit natura † & accidens,natura præfertur.Bar.
l.3.nume.2.ff.de tutel.Soc.Sen.conſil.116.nume.8.lib. 4.
Ruin.conſil.59.num.11.lib.3.Tiraq. de vtroque retractu.
§.30.glo.1.num. 26. cùm ergo in Archidiacono adſit di-
gnitas & officium ab ipſa natura eſſentiali, Archidiaco-
natus ſonat in dignitatem,vt inquit Io.de Selua.tract.de
Beneficio,parte 1.q.2.num.71. non ſic in Vicario, qui ex
accidenti eligi ſolet.
29 Quartò accedit.quòd is dignior † eſt,& aliis præfertur
qui officium,vel dignitatem conſecutus eſt à digniori. c.
per tuas,de maio.& obed.vbi glo. l. 2. ff. de albo ſcrib. &
declarat Decius in l.cùm quid,2.lectura.num.11.ff.ſi cert.
30 pet.vbi ſcribit,quòd doctor † à Principe creatus, præfer-
tur doctori creato à collegio doctorum. idem probauit
Iaſ.in l.ſi quis maior,numer. 31. C. de tranſact. & probat
text.in l.reſtituendæ,& ibi glo.vlt.C.de aduo.fiſci.quam
citare voluit Rimina.in rub.de officio eius.num.2.in fin.
ſed Archidiaconus habet officium & dignitatem à di-
gniori, hoc eſt, à lege Pontificia, quæ ſine controuerſia
eſt dignior Epiſcopo: Vicarius verò habet ab Epiſcopo,
ergo &c.
Quintò,quòd Archidiaconus præferendus ſit,illud cō-
31 fert,quia dignior†altero is eſt,qui duas habet qualitates,
& alter vnam tantùm.l.ſed & militis,in prin. vbi Bald.ff.
de excuſa.tuto.ita argumentantur Iaſ.conſil.192.num.2.
verſic.moueor ſecundò.lib.2.Ruin.conſil.19. nu.9.lib.1.
vbi idem cum Iaſone reſpondit Dec. conſil.161.nume.2.
Natt.conſil.351 lib.2.Portius conſil.167.num.80.83.dum
reſpondit Ducem Ferrariæ præferri Duci Florentiæ,cùm
32 eo plures habeat dignitates:ſed Archidiaconus †duas ha
bet qualitates; nempè officium ſeu iuriſdictionem. cap.1.
de off.Arch.& dignitatem,cap.ad aures,de reſcrip. & tra
dunt multi,vt Io.de Selua,quem mox referam & Innoc.
in cap.de multa.& ibi Panorm.num.21.de præb. glo. in
33 Rubr.de off.Arch.Vicarius †verò ſolùm officium habet
ſine dignitate, ita affirmarunt Io.de Selua tract.de Bene-
ficio.parte 1.q.2.nu.64. poſt Panor.in cap.de multa, nu.
23.de præbend.Pauinus tract.de officio & poteſtate,cap.
ſede vaca.parte 2.q.10.nu.16.qui eiuſdem opinionis recen
ſet Pau.de Eleaz.& Car.in clem. & ſi principalis. q. 12.de
reſcript.ex illo textu,qui optimè probat.Nam ex quo ibi
ambigitur,an vicario delegari poſſit cauſa, intelligimus
illum non habere dignitatem: alioqui fuiſſet illud de in-
dubitabili, cùm habenti dignitatem fiat delegatio.c. ſta-
tutum.de reſcript.in 6.Nec obſtat quòd imò Vicarius di
gnitatem habere dicatur, ſecundum Rebuffum in praxi
Beneficio.tit.de officio Vicarij.nume.4. quia reſponde-
tur,illum malè ſentire.nec enim Pauinus & alij ab eo alle-
gati hoc affirmant:ſolùm ſcribunt, Vicarium quandam
præeminentiam habere: & ſi aliqui dignitatem appel-
lant, ex larga & impropria ſignificatione appellant; vt
Anton.de Prætis, tractat.de iuriſ.Epiſc.cap.6.numer.55.
vbi inquit,hanc eſſe dignitatem,quia Epiſcopum repræ
ſentat.quod procedit in iuriſdictione,quocircà officium
dicitur propriè cuius ratione cauſæ illi ſolent committi:
impropriè ergo dignitas appellari poteſt.& ſæpiſſimè of
ficia,quæ dignitates non ſunt,dignitates appellantur, ſed
impropriè,vt declarat Ioan. de Selua tractat. de Benefi-
cio.parte 1.quæſt.2.num.72. Rurſus intelligi poſſunt re-
lati Doctores vt loquantur de Vicario perpetuo,non au-
34 tem de temporali, qui † nec titulum habere dicitur, vt
declarat Rebuffus dicto praxi Benef. titulo de Diſpen-
ſatione ratione ætatis, in verbo. Vel earum perpetuæ
Vicariæ.
Sextò,Archidiaconum eſſe Vicario Epiſcopali præfe-
rendum, arguit ipſa titulorum collocatio.nam titulus
35 †de officio Archidiaconi, collocatus eſt ante titulum de
officio Vicarij, ergo maiorem dignitatem & prælatio-
nem arguit.quo argumenti genere vſi ſunt Bart.in l.1.nu.
8.ff.de confirm.tut.& in rubr. ff. de eo per quem factum
erit.Dec.in authen.præterea.nume.3.C.vnde vir & vxor.
& in his ferè terminis idem Decius in cap.auaritiæ.col.1.
* de præbend.vbi teſtatur * communem. idem conſil.161.
col.2.verſic.5.hoc ſuadetur &c.Boe.tract.De ordine gra
duum vtriuſque fori,parte 2.nume.24. & Alc.rubr.extra.
De officio ordinarij.num.1. Huic tamen (vt ingenuè di-
cam quod ſentio)argumentationi parum tribuo,etſi eam
noſtri Doctores multifaciant.Nam,ſi eſſet vera,ſequere-
tur quòd ſacriſta & cuſtos eccleſiæ eſſent digniores Vi-
cario,cùm ante titulum De officio Vicarij collocatus ſit
titulus De officio ſacriſtæ & cuſtodis: & tamen eſt mani-
feſtè falſum;quòd cuſtos & Sacriſta Vicario Epiſcopi an-
teferri debeant.
Septimò & melius argumentum ducitur à ſtylo curiæ
36 Romanæ; qui ſanè †curiæ ſtylus vbique locorum ſeruari
debet,ſi contraria loci conſuetudo & lex non extat, vti
ſcribit Dec.in cap.auaritiæ.num.9.de præb. poſt Specul.
tit.de appellationibus.§.de officio.num.14. Atqui ſtylus
37 curiæ ſeu Cancellariæ ita ſe habet,vt cum reſcripta, † vel
breuia apoſtolica diriguntur Canonico poſito in digni-
tate vnà cum Vicario Epiſcopi, prius inſcribitur Archi-
diaconi nomen,deinde Vicarij:hac forma, Dilectis filiis
Archidiacono & Epiſcopi Vicario.ita teſtatur Hiero-
nymus Paulus in ſuo opere Prouinciali,pagina 13. & 14. &
pag.272.Qua ex re conſtat,Archidiaconum anteferri Vi-
cario. Nec dubitandum quin liber ille Hieronymi Pauli
ſit authenticus:nam approbatus fuit à Pont.Max.quem-
admodum atteſtatur Gomeſ.in procem.regularum Can-
cellariæ.q.2. in fin. poſt Cardinalem Zabarellam in cle.2.
§.irritum.quæſt.3.de elect. Nec repugnat quòd Hierony
38 mus Paulus loquatur de officiali, † qui à Vicario differt,
vt tradit Feder.de Senis conſil.302. & ſcribunt Docto. in
rubr.ff.de officio eius,&c. & in rubr.de officio & poteſt.
iud.deleg. Non inquam hoc repugnat, quia imò Hiero-
nymus Paulus intelligit officialem pro vicario. Nam
quem noſtri vicarium appellant, Vltramontani officia-
lem vocant. ſicuti ipſe Hieronymus Paulus in eo libro,
pagina nona ſcriptum reliquit. Et Vicarium appella-
ri officialem & econtra tradunt copioſè Barb. in clem.
& ſi principalis. numero tertio de reſcriptis, & Ber-
nardus Diaz in practica canonica.capitulo tertio.Eſt er-
go dicendum, Archidiaconum eſſe Vicario digniorem,
& illi anteferendum.
Octauò dato non conceſſo tamen,quòd Vicarius ſit in
pari gradu & dignitate cum Archidiacono, adhuc dico,
Archidiaconum ex ſua perſona præferendum: cùm in di-
gnitate illa & officio antiquior ſit ipſo Vicario. atque ita
39 ratione † temporis præferri debet. l. 1. ff. de albo ſcrib. l.
ſemper,de iure immunit.§.ſingulorum.vbi glo.Inſtit.de
rerum diuiſ. l. 1. C.de conſul.libro duodecimo.& tex.no
tabilis.in cap.vlt.17.diſt. Hinc ſcribunt omnes in l. cùm
quid.ff.ſi cer.pet.& in c.at ſi clerici,de iudiciis, antiquio
rē Doctorē eſſe in dubio iuniori præferēdū. Hinc quoq;
reſpōdit Iaſ.cōſ.192.nu.2.lib.2.illū ex trib.fratrib.eſſe di-
gniorē cæteris & præferendū in adminiſtratione princi-
patus,qui priùs dignitatē adeptus eſt. quod Iaſ. reſpōſum
in indiuiduo comprobauit Ruin.conſ.19.lib.1.idem ēt in
ſpecie ac terminis his noſtris reſpondit Dec.d. conſ.161.
num.1.ver.2.Dominus Portius conſ.167.nu.54.qui rñdit
Ducem



Ducem Ferrariæ eſſe præferendum Duci Florentiæ,cum
priùs Ducalem dignitatem conſecutus ſit.& verè Docto
res hoc affirmant,eo caſu cum antiquior in dignitate &
ætate iunior,quid ergo hîc?vbi audio D.Archidiaconum
eſſe etiam ætate ſeniorem D. Vicario.
Nonò,dato etiam,non tamen conceſſo,quod adhuc res
dubia ſit(vt è contrà pro Do. Archidiacono claram eſſe
credimus,adhuc pronuntiandum eſt pro D. Archidiaco-
no,qui eſt in quaſi poſſeſſione ſedenti in choro in ea ſede,
40 quam D.Vicarius quærit nunc occupare.&pro ipſo†poſ
ſeſſore pronuntiandum eſſe in his terminis cenſuit Card.
d.conſi.62.In eccleſia Belliuenſi,colu.2.verſi.ſed ipſis nō
probantib.& clarè Corneus conſi.193.num.14.lib.2.Con
fert gl.in cap.ſi à ſede.de præb.in 6.quæ inquit, quod vbi
eſt dubium quis debeat præferri in collatione beneficij,
præfertur qui priùs adeptus eſt poſſeſſionem; & in ea eſt,
quam gloſſam ſunt ſecuti alij,quos retuli in commenta-
rijs de arbitrarijs iudicium quæſtionibus & cauſis, lib. 2.
Caſu 48.num.11.& ibi citaui inter alios Rebuffum in pra-
xi Beneficiorum,titulo De officio Vicarij.nu.125.qui di-
xit, in dubio ex duob.prouiſis ab Epiſcopo & à Vicario,
eſſe præferendum illum prouiſum à Vicario, ſi priùs eſt
adeptus poſſeſſionem.Huc ſpectat, quæ ad rem maximè
confert,doctrina Baldi in terminis in l.obſeruare. §. an-
tequam.in fi.ff.de of.Proconſ.dum inquit, quod ille qui
eſt in quaſi poſſeſſione ratione etiam ſolius conſuetudinis
41 præcedendi in ordine,& ſedendi in loco, poteſt † etiā ma
nu armata reſiſtere contra illum,qui vult eum amouere,
prælationem quoque eſſe ex quaſi poſſeſſione iudicàdam
reſpondit Iacobus Philippus Portius conſil.164. nu. 48.
dùm reſpondit pro canonicis regularib. contra Mona-
42 chos Caſſinenſis ordinis.ita dicimus in pari cauſa†melio
rem eſſe poſſidentis conditionem.l.in pari,de reg.iu. vbi
Dec. idem in l.non debet actori.§.in re.nu.1. eo.
Decimò ea ratione moueor,quod ſi Vicarius vult ſede
re in choro in loco in quo nunc ſedet Archidiaconus,
non ſedebit ibi,vt Vicarius,ſed vt canonicus: cùm canoni
corum ſedes illæ ſint,quo caſu nulla ratione ibi ſedere po
teſt: quia tunc ipſi Archidiacono præferretur. quod dicē
dum non eſt,ex glo.in c.à collatione,de app.in 6. quæ in-
43 quit,quod ſi Epiſcopus † ſimúlque canonicus ſedet in
choro & capitulo,canonici locum tenere debet.quam do
ctrinam probarunt Feli,in rubr de maio.& obed. num.9.
Dec.conſi.161. in princi. Ant. de Prætis tract. De iuriſdi.
Epiſcopi ca.6.nu.53.Boer.trac.de auctoritate magni cō-
ſilij.nu.66.Rebuffus in praxi beneficiorum, tit. de Vica-
rijs Epiſcorum nu.28.& gloſſam hanc ego pariter ſecu-
tus ſum in commentarijs de arbitrarijs iudicum,li.2.caſu
68.nu.23.& verè relati doctores de ipſo vicario Epiſcopi
loquuntur, vt ſcilicèt is cùm ſedet vt canonicus, locum
Canonici tenere debeat.ſentiunt itaque ij Doctores om-
nes,quod Vicarius non poteſt ſedere vt Vicarius in loco
canonicorum,vt ſcilicèt Archidiacono & cæteris præfe-
ratur:quia tunc in loco canonicorum ſedere poteſt,cùm
vltrà officium Vicariatus eſt etiam canonicus.& ſi dicere
mus,Vicarium in choro præferri Archidiacono ſedendo
in loco canonicorum,malè & fruſtra affirmaſſent gl. d.c.
à collatione;& Doctores,quod Vicarius hoc caſu debeat
tenere locum canonici, quia ſemper ſederet ante omnes.
quod dicendum non eſt.
Vndecimò,non eſſe ſedem hanc Archidiaconi conce-
dendam vicario, vt ipſi Archidiacono præferatur, ex eo
ſuadetur,quia in facto ſupponitur in hac eccleſia ſolum ex
tare duodecim ſedes canonicorum,quemadmodum ſunt
etiam duodecim canonici.ſi ergo prima ſedes,quæ Archi
diaconi eſt,& fuit ſemper,ipſi Vicario concederetur,opus
eſſet expellere vnum ex canonicis,quod eſſet ſcandalum.
Væ igitur homini illi per quem veniunt ſcandala. Mat-
44 thæi ca.18.& ad ſcandala†euitanda multa ſunt conceden
da,quæ aliàs non concederentur,vt latè tradunt Dec con
ſi.151.nu.6.Neuiz.inter conſilia Bruni conſi.12. num.54.
186.& num.191.& fuſius Craue.conſi.264.num.7.& cōſ.
294.num.8.Præterea illi canonico,qui loco deijceretur,
eſſet indecorum, non ergo ex hoc facto illi tertio detri-
mentum adferri debet.l.Vnica.C.res inter alios acta. &
latiſſimè omnes in l. ſæpè.ff. de re iud.& Tiraq.in tracta.
res inter alios acta.quo loci ampliſſimè diſſerit.
Duodecimò adducor hac ratione; quæ in naturali æqui
45 tate tota poſita eſt:quod†tibi nō nocet.& alteri prodeſt,
facilè concedi debet.l.2.§.item Varus, in fine ff. de aqua
plu. arcen.quo adductus reſpondit Dec.conſi.234. num.
7.non ſemel leges non adiuuare ob æquitatem. & ex eo
textu egregiè tradit Bar.in l. ſi cui.ff.de ſeruit. quod ille,
qui tenetur præſtare ſeruitutem in vno loco,poteſt in a-
lio concedere, ſi ſibi hoc prodeſt & domino ſeruitutis
non nocet.latè Craue.conſi.226.num.3.in fi. & Soc. Iun.
conſi.76.num.13.lib.2.latè Iaſ.in l.reſcripta.num.5. C.de
precib.Imp.offeren.ſed ſine cōtrouerſia aſſignare ſedem
Vicario,non in loco Archidiaconi,ſed apud Epiſcopum,
Vicario non nocebit, & Archidiacono proderit:non in
quam nocebit Vicario,quia Epiſcopi lateri magis hære-
bit.& quo ſoli erit vicinior, eò magis illius radijs fulge-
bit.atque ita non modò hoc facere ipſi Vicario nocebit,
ſed etiam proderit: hoc pariter proderit Archidiacono,
ſeu fortius non nocebit,quia loco non mouebitur. eſt er
go dicendum,non eſſe Vicario aſſignandum locum Ar-
chidiacono,ſed ponendam eſſe illi ſedem apud Epm.
Decimotertiò,cùm res dubia eſt,(& ſi non iniuria cre-
dam hanc eſſe ſatis claram ad fauorem D. Archidiaconi)
46 illa†via eſt eligenda,quæ magis tuta eſt.c.ad audientiam,
cap.pen.de homicid.item, quæ minus præiudicialis eſt,
Caſt.in l.1.ff. ſi quis cautio.& reſpondit Soc.Iun.conſi. 3.
in fi.lib.2.Rurſus illa via eſt eligenda,quæ pacem & con-
cordiam adferre poteſt.l.filio.ff.vt in poſ. lega. omnes in
l.quidam æſtimauerunt.ff.ſi cer.pet.& tradunt Barb. cō
ſi.66.colu.vlt.li.2.&Soc.Iun.conſi.33.num.2.at in caſu no
ſtro aſſignare Vicario ſedem,non in loco Archidiaconi,
ſed apud Epiſcopum erit magis tutum, minus præiudi-
ciale,& omnia ad concordiam reduci poſſunt. eſt inquā
magis tutum; quia rumor & ſcandali periculum, quod
nunc imminet,ceſſabit. Eſt enim minus præiudiciale,
quia nec Archidiaconus,nec alter canonicus ſuis locis mo
47 uebuntur:quorum præiudicium,cùm†duorum ſit, magis
conſiderandum eſt,quam ſolius Vicarij. imò dicò, quod
nec eſt præiudiciale ipſi Vicario.qui magis(vt diximus)hæ
rebit lateri Epiſcopi. ad concordiam tandem & pacem
omnia reducentur:qui a Archidiaconus & canonici qui-
eſcent,vt pariter ipſe Vicarius,cui detrimentum non ad-
feretur, quieſcere debebit: niſi iniquè contendere videri
velit.
Decimoquartò,in dubio eſſe pronuntiandum pro ipſo
Archidiacono,ne ſuo loco moueatur, illud multum ſua-
det,quòd Archidiaconus agit de damno exitando,nem-
pè,ne locum iam diu à ſe poſſeſſum amittat: Vicarius ve-
rò agit de lucro acquirendo, vt ſcilicet locum Archidia-
coni, qui Vicariis nunquàm conceſſus fuit conſequatur,
48 ſed † cùm ſumus in dubijs, pronuntiadum eſt pro eo qui
agit de damno euitando,atque ita contra eum qui tractat
de lucr.Bar.authen.quas actiones numero tertio. C. de ſa
croſ.eccle.Dec.lege non debet actori.§.in re obſcura. de
regula iuris.
Decimoquintò & vltimò,non eſſe ſuo loco mouendū
Archidiaconum, ex eo ſuadetur; quia vbi res eſt dubia,
(quam tamen claram pro Archidiacono credimus)eam ſu
49 mere debemus interpretationem, quam vſus, † & con-
ſuetudo attulit: cùm immutanda non ſint quæ à conſue
tudine interpretata fuerunt. l.minimè.ff.de legi. id quod
maximè procedit in his officijs & dignitatib. in quarum
ordinatione conſuetudo plurimum poteſt: quemadmo-
dum in ſpecie de officio & dignitate Archidiaconi verba
faciens clarè inquit gl.in cap.2.verbo,auſcultetur. in fin.
de of.Arch.& in c.ad hæc,de exceſſ.præl.& in ſpecie glo.
notab.in.c.pen.in verbo,electionionis,in fin.de of.le.in
6.inquit,conſuetudinem eſſe attendendam in eccleſia ca
50 thedrali ad iudicandum †prælationem,& inquit Archidia
conum poſt Epiſcopum in eccleſia de iure præeſſe:& con
ſuetudinem hanc eſſe obſeruandam affirmarunt Inn.in c.
1.de off.Arch.Hoſt.in ſumma eo.ti.§.quod ſi eius officiū.
Card.Zabarella conſi.62.in eccleſia Bellunenſi. in primo
dubio.idem cenſuit Rota deciſ.4.in fi.de elec.in nouis. v-
bi expreſsè probauit d.gloſſ.d.cap.pen.in verbo, electio-
nis.idem reſpondit Corneus conſi.193.num.14.lib.2. vbi
inquit,quòd ille,qui eſt conſuetus ſtare in vno loco,&
præcedere alium,debet in eo loco tueri.& ſubiungit,hāc
conſuetudinem non eſſe malam & iniquam,ſed bonam&
omnino ſeruandam.ita etiam Bal.in l.obſeruare.§.vlti.ff.
de offic.procon.ita etiam Boer.tract. De auctoritate ma
51 gni conſilij.nu.68.vbi ſcribit Abbate,qui† locum illum
debet tenere,quem ex more & conſuetudine ſui anteceſ-
ſores tenuerunt,quamquam de iure communi alter emi-
q. 5. nentior

nentior locus illi fortè debeatur, ita videmus quod licèt de iure Archidiaconus præferatur Archipresbytero, attamen contraria conſuetudo magis attenditur, ita Panor. in c. Auditis. 3. notab. de elect. & Ripa in c. eam te. nu. 13. de reſc. & de Archipresbytero & Archidiacono Patauino deciſiuè reſpondit Alc. conſilio 142. lib. 6. & aliqua ſcribit Dec. conſi. 420. idem Boe. trac. De ordine graduum vtriuſque fori. parte 1. nu. 12. vbi inquit, quod licet de iure Archidiaconus præferatur prepoſito & cæteris, nihilominus, ſi extat conſuetudo in contrarium, quod præpoſitus præferretur ipſi Archidiacono, etiam ſi Archidiaconus eſſet electus Vicarius ab Epiſcopo, & plenam haberet adminiſtrationem ſede vacante, atq; ita recenſet Boe. Io. And. in d. c. pe. de of. leg. in 6. vbi teſtatur, ſe ita conſuluiſſe in Eccleſia Taurinenſi. quam opinionem probat ibi Cemi. eſt ergo ibi in ſpecie deciſio, quæ à fortiori probat, nam ſi ob conſuetudinem præpoſitus præfertur Archidiacono, qui de iure præpoſito præfertur qui eſt per electionem quoque ab Epiſcopo electus Vicarius, vt erat in caſu Io. Andr. quanto fortius hîc debet valere conſuetudo quòd Archidiaconus, qui tot eminet dignitatibus, præferatur Vicario, qui præter electiuum Vicariatus officium, nil aliud in hac Eccleſia habet? & Ioan. Andream ſecuti etiam ſunt Felin. in rubr. de maio. & obed. nume. 10. Gondiſlaus de Villadiego tract. De legato, parte prima. q. 9. nume. 54. Quibus accedit Baldus in ca. cùm olim. 2. notab. de conſuetud. qui inquit quòd conſuetudo aſſignat loca ſedendi, & non poteſt præpoſterari. idem Baldus in l. obſeruare. §. antequam, in fi. ff. de of. proconſ. Accedit quòque quod reſpondit Portius conſilio 154. numero decimoſeptimo à conſuetudine prælationem iudicari: dum is reſpondit: in cauſa Canonicorum regularium & Monachorum.

Nec me mouet auctoritas Panor. d. conſi. 21. dum conſuluit, non eſſe obſeruandam hanc conſuetudinem, quod Archidiaconus præferatur Vicario Epiſcopi: cùm (vt ille
52 ait) videatur conſuetudo † hæc omni iuri contraria, nempè diuino. c. ad hoc. 89. diſtinct. iuri naturali. c. ordo. 33. q. 5. iuri canonico, quo maior in adminiſtratione cæteris præfertur. iuri ciuili. l. vt gradatim. ff. de muner. & honor. eſt etiam (inquit Panor.) contra honeſtatem. atque ita dicitur potius peſtis, quam conſuetudo, quam Panormitani opinionem probaſſe videntur. Feli. in rubr. de maio. obe. nume. 4. Rochus Curt. tact. de conſuetudine, ſeu in c. vlt. nu. 119. de cõſuetud. Henricus Botteus tract. de Synodo Epiſcopi parte 3. nu. 20. Rebuffus in praxi Benef. tit. de Vicarijs Epiſcoporum. nume. 7. Non inquam vrget hæc doctrina, ſiquidem verum non eſt imprimis, eſſe hanc cõſuetudinem contra ius diuinum: non enim ſtatuit, Epiſcopi Vicarium debere præcedere Archidiaconum, nec è contra ſolùm conſtituit maiores & digniores eſſe præferendos, & graduum ordines eſſe ſeruandos. d. ca. ad hoc, 89. diſt. quis autem ex duobus ſit maior & dignior, vel Archidiaconus, vel Vicarius, non eſt eo iure diffinitum. quinimò ſi diffinitum eſt, verius Archidiaconum maiorem eſſe, ex ſuprà conſideratis, dicere debemus. Non etiam pariter hoc à iure naturali fuit determinatum. vt clarè de ſe patet. & ſi à iure & ratione naturali ſumenda ſunt argumenta, iam ſatis conſtat ex ſupra deductis Archidiaconum ſuo loco mouendum non eſſe. Non etiam aduerſatur conſuetudo hæc iuri Pontificio, quinimò cum eo conſentit: cùm (vt iam demonſtrabimus) eo iure Archidiaconus Vicario anteferatur. & quod de maioritate adminiſtrationis ſcribit Panor. verum non eſt; & infrà ſuo loco reſponſum adferam. Non eſt pariter contra ius ciuile, quod de his nihil in ſpecie ſtatuit. Non quoque eſt contra honeſtatem, vt ex ſupradictis ſatis ſupérque conſtat. Nec eſt habenda ratio auctoritatis eorum, qui Panormitanum ſecuti ſunt: ſi quidem illi † rationibus non
53 perpenſis turmatim, & inconſideratè in illam opinionem ſe coniecerunt. Quocirca nulla habenda eſt ratio illorum aſſertionis, vt ſcripſit Neuiz. lib. 5. Syluæ nupt. num. 29, dũ
54 ait non eſſe multum conſiderandam opinionem † illam Doctorum, qui per tranſennam, & non diſputando, aliquid affirmant. idem tradit Alc. trac. præſump. reg. 1. præſump. 51. & li. 4. Pareg. iuris c. 17. Nam hîc dicere poſſumus quod inquit Dec. conſi. 481. in fi. Doctores hos morẽ auium fuiſſe inſecutos, quarum vna cùm volat, cæteræ volant. firmata itaque ac ſolidiſſimis his rationibus conſtabilita hac ſententia pro D. Archidiacono, ſupereſt ſolùm vt contrarijs adductis rationibus reſpondeam.

Non obſtat ergo primum fundamentum, quia reſpon
55 deo maioritatem † iuriſdictionis non arguere abſolutè maiorem dignitatem & præeminentiam: hoc patet illo exemplo, quod iã ſuprà retuli, in Delegato Principis, qui etſi non habeat ampliorem iuriſdictionem quam habeat ordinarius, tamen eo eſt dignior, vt iam dixi. Præterea, & ſecundò, hæc maioritas iuriſdictionis arguit ſolùm præeminentiam ipſo actu iuriſdictionis, non autem in cæteris omnibus. Hoc patet in his terminis præeminentiæ vi
56 demus Archidiaconum † eſſe digniorem Archipresbytero, & illi præferri; in actibus tamen ſui officij, hoc eſt in iuriſdictionalibus: & tamen non præfertur in diuinis. ita affirmant omnes in c. 1. de of. Archi. Feli. in rub. de maio. & obe. nu. 11. Rota deciſ. 4. col. 1. de elec. in nouis. Pupur. in l. 1. num. 200. de of. eius. Ripa li. 1. reſp. ca. 23. nu. 14. Botteus tract. de Synodo, parte 3. num. 24. Boer. tract. de auctoritate magni Concilij. num. 74. cùm itaque in choro de iuriſdictionalibus non agatur, ſequitur, Vicarium non eſſe ipſi Archidiacono præferendum. Rurſus ampliorem iuriſdictionem non efficere aliquẽ digniorem, & alteri ob id præferendum, in ſpecie reſpondit Portius conſilio 167. num. 51. ad finem. quoniam (vt ille ait) ſequeretur, ꝙ ſi rex nouus qui crearetur, & eius fines latius extenderentur, quã extenduntur Regna Regis Galliarũ ꝙ ipſi Regis Galliarũ ꝑferendus eſſet, ꝙ valde abſurdũ eſſet. Acceditꝙ ſcribit idem Portius d. conſi. 167. num. 101. tunc maioritatem adminiſtrationis reddere digniorẽ, cum cæteræ qualitates pares ſunt: ſecus ſi aliæ, (vt hîc) aduerſus adminiſtrationis & iuriſdictionis maioritatem extant qualitates maiores & excelſiores. Rurſus iure non probatur quod ait Panor. Vicarium poſſe impedire iuriſdictionem Archidiaconi, & in eum iuſdicere. Præterea dato (non conceſſo tamen,) quod Vicarius debeat tenere primum locum, non tamen ſequitur quod deijcere poſſit Archidiaconum è ſua ſede: ſed poteſt ac debet Vicarius tenere locũ Epiſcopi, vel apud eum, vt iam diximus, & infra quoque declarabimus. Non obſtat ſecundum, quia reſpondetur, vt iam dixi, Vicarium tenere debere locum Epiſcopi in iuriſdictionalibus, non tamen poſſe, nec debere in choro occupare locum Archidiaconi.

Non obſtat tertium, quia dico (vt dixi) poſſe procedere in iuriſdictionalibus. Rurſus, licèt hac ratione Vicarius præferendus videatur Archidiacono, attamen alijs pluribus & quidem validioribus (vt dixi) eſt præferendus Archidiaconus.

Non obſtat quartum, quia dato quod Vicarius debeat tenere locum Epiſcopi, non tamen ſequitur quod poſſit locum Archidiaconi occupare: & conceditur quidem facilè, vt primam ſedem habeat Vicarius poſt Epiſcopum, ſed habeat iuxta latus, cui hærere debet, ipſius Epiſcopi. id quod ſi pro bono & æquo fiet, omnis controuerſia ceſſabit. Præterea reſpondetur huic fundamento & cæteris iã relatis, etiam Archidiaconum eſſe Epiſcopi Vicarium & illius locum tenere debere, vt multis ſupra oſtendimus.

Non obſtat quintum, quia reſpondetur, vt iam diximus s̃. & Archidiaconum eſſe Vicarium, vel ipſummet Vicarium apud Epiſcopum, non autem in loco Archidiaconi ſedere debere. Non obſtat ſextum, quia ex aliquorum ſententia tex. d. c. præcipimus, nõ in ſimplici Vicario; ſed in legato loquitur vt ibi ſenſit Io. de Turrecrem. & legati
57 † ſunt maiores ordinarij. c. ſanè, de of. dele. & vtũtur Papalib. inſignijs. c. antiqua. §. dominico, de priuileg. in 6. Gondiſl. tract. de legato. q. 3. iam diximus, quod, ſi Vicarius vult tenere locũ Epi, vel ſedeat in loco Epi, vel apud illũ, atq; ita nõ occupabit ſedẽ Archidiaconi. Quib. cõtra ſtat rationes Panormitani non vrgere contra Archidiaconum. Accedit quòd Panormitanus conſuluit in caſu Vicarij Epiſcopi Bonienſis; in cuius eccleſia non datur locus diſtinctus & ſeparatus Epiſcopo à Canonicis vt poſſit Vicarius habere ſedem, niſi apud Epiſcopum, vt illius hæreat lateri cuius contrarium in hac eccleſia, quemadmodum ex facto proponitur, eſſe videmus. Quocircà cùm commodè & honorificè locum habere poſſit Do. Vicarius apud Epiſcopum, non debet ſedere in ſedib. Canonicorum. id quod obſeruatur hîc Patauij, in cuius eccleſia Cathedrali locus Vicarij eſt apud Epiſcopi ſedem diſtinctam & ſeparatam à ſedib. Canonicorum. Non obſtat vltimum, quia contra Abbatem, d. conſilio 21. conſuluit. Cor. conſi. 193. nume. 15. lib. 2. Nec minor eſt auctoritas Cor-



58 Cornei † quam illa Abbatis, cuius rationes leues eſſe demonſtrauimus. Concludò itaque hoc in caſu D. Vicarium non eſſe anteferendum D. Archidiacono: atque ita iuris eſſe ſentio, rectiore iudicio ſaluo.

Iacobus Menochius I. C.

# Lector beneuole:

*CVM ſuperiore reſponſo reſponderim Archidiaconorum præferri Vicario Epiſcopi: & in eandem ſententiam reſponderit Reuerendus admodum ac Excellentiſſimus Domi. Ioannes Picardus canonicus Naulenſis, ſummus amicus meus. Quò illi morem gererem, placuit hoc reſponſum à viro viro illo eruditiſſimo doctiſſimè redditum inter hæc qualicunque noſtra excudi. Hæc te ſcire volui. Vale.*

## SVMMARIVM.

1 *Dubia eſt quæſtio an vicarius generalis epiſcopi præcedat capitulum.*
2 *Antonius de Pratis fuit vicarius in eccleſia Florentina.*
3 *Vices gerens honorari debet ſicut ſuus principalis.*
4 *Honor maior debetur delegato Papæ, quàm ordinario.*
5 *Vicarius generalis epiſcopi præ alijs honorari debet. ſed contra nu. 146.*
6 *Maior & dignior dicitur ille, qui plurib. & digniorib. præeſt.*
7 *Vicarius epiſcopi omnibus in ſua diœceſi in iuriſdictione præeſt.*
8 *Archidiaconus & archypreſbiter præſunt clericis inferioribus.*
9 *Vicarius eſt præferendus archipresbitero & archidiacono: ſed contra nu. 120. & nu. 45.*
10 *Vicarius aſſociatur à iure epiſcopo in iuriſdictione adminiſtranda.*
11 *Vicarius tam abſente quàm præſente epiſcopo ſuo exercet iuriſdictionem ſuam.*
12 *Vicarius epiſcopi non debet eſſe laicus.*
13 *Vicarius epiſcopi debet iudicare clericos.*
14 *Vicarius habet in diœceſi ordinariam iuriſdictionem.*
15 *Lex eſt quæ dat ordinariam iuriſdictionem.*
16 *Epiſcopus non poteſt dare ordinariam iuriſdictionem.*
17 *Vicarij & epiſcopi idem dicitur tribunal, & quomodo inſit. num. 108.*
18 *Appellatio non datur de vicario ad epiſcopum,*
19 *Vicarius debet præferri habentibus dignitatem in eccleſia.*
20 *Vicarius participat de iuriſdictione epiſcopi.*
21 *Vicarius fulget radijs epiſcopalibus, ſicut Auguſta imperialibus. infrà nu. 114.*
22 *Vicarius debet honorari præſente & abſente epiſcopo, ſed contra, nu. 71. & 94.*
23 *Vicarius & epiſcopus dicuntur vnum caput, vnum agens, & vnum corpus.*
24 *Inter vicarium & epiſcopum non datur gradus medius, ſed contra, nu. 130.*
25 *Vicerector honoratur ſicut rector.*
26 *Abbatis conſilium nu. 2. volum. 1. eſt corruptum & imperfectum.*
27 *Honorandus eſt magis qui digniori fulget dignitate.*
28 *Archipreſbyter Paduanus primam obtinet dignitatem in eccleſia Paduana poſt Pontificalem, & poteſt omnia quæ alias de iure poteſt archidiaconus.*
29 *Archipresbyter & archidiaconus habent propriam & naturalẽ dignitatem.*
30 *Capitulum cathedrale vti corpus dignitatem habere dicitur.*
31 *Capitulum debet præcedere vicarium in actibus publicis.*
32 *Vicarius nullam dicitur ex ſe habere dignitatem.*
33 *Vicario an poſſent delegari cauſæ, dubitabatur.*
34 *Vicario generali hodie cauſæ delegari poſſunt.*
35 *Vicarius de iure antiquo non dicebatur habere dignitatem.*
36 *Quod quis iure proprio habet, non debet ex priuilegio impetrare.*
37 *Vicariatus an ſit dignitas, eget declaratione.*
38 *Cura diuini cultus in eccleſia Paduana demandata eſt archipreſbytero.*
39 *Archipresbyter in diuinis eſt generalis epiſcopi vicarius.*
40 *Vicario in diuinis non competit adminiſtratio, neque de iure, neque de conſuetudine.*
41 *Priuilegiatus contra pariter priuilegiatum non vtitur ſuo priuilegio*
42 *Tutor legitimus dignior eſt datiuo.*
43 *Priuilegiatus in ſpecie præfertur priuilegiato in genere.*
44 *Fauendum eſt magis ius ſuum conſeruantibus, quàm de nouo acquirentibus.*
45 *Archipresbyter & capitulum Paduanum ſunt in poſſeſſione præcedendi vicarium.*
46 *Inferior licitè poteſt præſcribere obedientiam contra ſuperiorem in aliqua parte.*
47 *Inferior prælatus non poteſt præſcribere obedientiam.*
48 *Contra epiſcopum in totum non præſcribitur.*
49 *Poſſeſſionis commodum magni eſt ponderis.*
50 *Principis exemplo iudicare poſſumus.*
51 *Stylus & conſuetudo curiæ Ro. pro lege ſeruatur ab inferioribus.*
52 *Vicarius Papæ nunquam præcedit Cardinales, etiamſi ipſe ſit talis.*
53 *Cardinalis in quacunque diſpoſitione ſunt ſpeciali nota digni, nec veniunt ſub generali iuris diſpoſitione.*
54 *Vicarius Papæ non Cardinalis non præcedit Gubernatorem vrbis, neque Auditorem Cameræ aut contradictarum.*
55 *Vicarius Papæ Cardinalis non præcedit alios Cardinales, vel ordine digniores.*
56 *Papa modò epiſcopus, modò archiepiſcopus, modò patriarcha dicitur.*
57 *Habent plures facultates aut dignitates & faciens dictum ſimpliciter, in duo præſumitur feciſſe digniori modo.*
58 *Papa præſumitur in dubio velle omnia, quæ ſunt iure communi conſona.*
59 *Epiſcopus non debet ſibi aſſumere alium epiſcopum miniſtrum.*
60 *Tex. in c. præcipimus. 93. & in c. 1. 94. diſt. declarantur.*
61 *Siciliæ prouincia dicitur de patrimonio Beati Petri.*
62 *Legati ſedis Apoſtolicæ fulget maxima dignitate ſicut olim proconſules.*
63 *Legati ſedis Apoſtolicæ ſunt maiores & digniores quocunque ordinario, ideo ab eis honorandi.*
64 *Legati ſedis Apoſtolicæ vtuntur inſignijs Papalibus.*
65 *Legati Apoſtolici ſicut Papa honorari debent.*
66 *Epiſcopi in ſua promotione iurant reuerentiam exhibere Legatis ſedis Apoſtolicæ.*
67 *Legatus Apoſtolicus reſpectu epiſcoporum & aliorum prælatorum eſt ſicut ſol inter planetas.*
68 *Subrogatus ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur.*
69 *De Papa ad Epiſcopos non eſt proportio quò ad dignitatem & auctoritatem.*
70 *Dicta doctorum intelliguntur ſecundum iura & rationes ab eis allegatas.*
71 *Vicarius debet honorari abſente, non præſente Epiſcopo.*
72 *Vicarius Metropolitani præſentis in prouincia vel circa eam non habet iuriſdictionem in ſuffraganeos.*
73 *Vbi maior ceſſat minor.*
74 *Vicarius Epiſcopi abſentis verè dicitur vices gerere.*
75 *Vicarius Epiſcopi verè abſentis poteſt omnia, quæ ſunt iuſticiæ, non autem gratiæ.*
76 *Mors & abſentia vera in aliquibus æquiparantur.*
77 *Alleganti incumbit onus probandi.*
78 *Vix vbi lex non diſponit, neque nos diſponere debemus.*
79 *Abbas dicitur de clero & de lege iuriſdictionis.*
80 *Abbas ſubeſt Epiſcopo, & præcedit vicarium Epiſcopi.*
81 *Vicarius non dicitur præeſſe melioribus & dignioribus.*
82 *Canonici & capitulum ſunt membra nobiliora cleri.*
83 *Canonici & capitulum præeminent alijs clericis.*
84 *Canonici dicuntur clerici primi gradus.*
85 *Archipresbyter dicitur præſidere dignioribus quàm vicarius.*
86 *Archipresbyter & capitulum habent ordinariam iuriſdictionem à iure.*
87 *Archipresbyter Paduanus clericos ſuæ eccleſiæ corrigit, punit, ordinandos examinat, prouiſos inſtallat, diuina regit, & alia plura facit.*
38 *Maior aut minor iuriſdictio ſola non alterat gradus dignitatis eius.*
89 *Epiſcopus titularis antiquior tempore præcedit epiſcopum aliàs ditiſſimum.*
90 *Epiſcopalis dignitas non in adminiſtratione, ſed in ordine conſideratur.*
91 *Epiſcopus nullatenenſis vel tituralis dignitatem epiſcopalem habere dicitur.*
92 *Epiſcopus in aliquibus adiungit ſibi vicarium parem in iuriſdictione poteſtatiua.*
93 *Duplex dicitur poteſtatis ſpecies.*
64 *Vicarius præſente epiſcopo nunquam vtitur poteſtate honoris aut reuerentiæ.*
95 *Vicarius præſente epiſcopo & permittente vtitur poteſtate iuriſdictionis contentioſæ.*

96. Pa-

96 *Patriarchis præſente Papa, vel eius legato, vſus crucis interdicitur.*
97 *Vicario multa denegantur, quæ competunt epiſcopo.*
98 *In vicarium generalem non tranſeunt ardua neque reuerentialia.*
99 *Perſonam eandem modo præcedere, modo ſequi non inconuenit diuerſis reſpectibus.*
100 *Archidiaconus dicitur maior archipresbytero in iuriſdictione, ſed in diuinis minor.*
101 *Epiſcopus tenetur reuerentiam patri exhibere in domo, ſecus in eccleſia.*
102 *Vicario non debetur reuerentia ratione loci.*
103 *Tex. in c. in noua actione, declaratur.*
104 *Contra iuris regulas eſt quod laicus iudicet clericum.*
105 *Laici ſunt infeſti clericis, ideo illis interdicitur auctoritas in eos.*
106 *Epiſcopus non poteſt aſſumere ſibi laicum in vicarium.*
107 *Epiſcopus non poteſt alterare aut minuere priuilegium clericale à iure conceſſum.*
108 *Epiſcopi & vicarij idem eſt tribunal quò ad iudicialia tantùm.*
109 *Ratio cur non appellatur à vicario ad epiſcopum adducitur.*
110 *Impediens appellationem deuenire ad Metropolitanum contra ius committit.*
111 *Ratio cur non ſit vera vnitas aut inſeparabilitas inter epiſcopum & vicarium declaratur.*
112 *Auguſta coruſcat radijs imperialibus in ijs tantùm quæ ſibi congruunt vti fœminæ.*
113 *Auguſta non poteſt condere leges, nec eſt ſoluta legibus.*
114 *Vicarius coruſcat radijs epiſcopalibus, iuriſdictionalibus tantùm.*
115 *Epiſcopus non poteſt concedere vicario aliquid in tertij præiudicium.*
116 *Vicerector quando honoretur vti rector.*
117 *Epiſcopi qualitates ſunt digniores & incomparabiles cum vicario.*
118 *Epiſcopi qualitates quæ dicantur.*
119 *Epiſcopi auctoritas maior eſt in multis quàm vicarij.*
120 *Archipresbyter & archidiaconus propria fulgent dignitate.*
121 *Quilibet in domo & dignitate propria maior eſt extraneo.*
122 *Maior eſt dignitas, quam quis habet iure proprio, quàm alieno.*
123 *Dignior eſt nobilitas originis quàm acquiſita ab alio, puta à marito.*
124 *Qualitas naturalis accidentali præualet.*
125 *Inſpicimus quod naturaliter euenit, non quod accidentaliter contingit.*
126 *Vicarij dignitas potius dicitur officium.*
127 *In dignitatibus præcedit, qui habet naturalem & perpetuam, eum qui habet accidentalem.*
128 *Legatum factum reginæ ſub nomine dignitatis, non tranſit ad ſucceſſores.*
129 *Legatum factum vicario non tranſit ad ſucceſſores.*
130 *Locus medius datur inter epiſcopum & vicarium.*
131 *Abbati in ſynodo primus locus poſt epiſcopum & ante vicarium aſſignatur.*
132 *Abbas præfertur omnibus dignitatibus inferioribus.*
133 *Abbas in multis æquiparatur epiſcopo.*
134 *Abbas vtitur inſignijs epiſcopalibus.*
135 *Abbas præcedit canonicos vti ſingulos, non autem vti capitulum.*
136 *Abbas dicitur eſſe in primo loco, ſicut epiſcopus.*
137 *Abbas dicitur in culmine dignitatis, ſicut epiſcopus, & non præcedit dignitates in proceſſionibus & locis publicis.*
138 *Si vinco vincentem te, multo magis vinco te.*
139 *Epiſcopus dicitur caput verum, capitulum propria membra.*
140 *Membra non debent diſiungi à capite.*
141 *Epiſcopus & capitulum ſunt vnum & idem corpus.*
142 *Canonici dicuntur pars corporis epiſcopi, ſicut Cardinales Papæ.*
143 *Rex & imperator vbique præcedit Cardinales ſingulos non tamen in conſiſtorio.*
144 *In collegio Cardinalium aſſignatur locus Imperatori poſt primum epiſcopum, Regi poſt primum præsbyterum Cardinalem.*
145 *Liber Pontificalis, ceu ceremonialis Romanæ curiæ tanquam authenticus in deciſiuis allegari poteſt.*
146 *Vicarius non præcedit archipresbyterum vti caput capituli.*
147 *Conſilium Abb. num. 21. vol. 1. loquitur de archidiacono priuato tantùm.*
148 *Archidiaconus Bononienſis non habet votum in capitulo nec eſt de capitulo.*
149 *Abbas præſupponendo in d. ſuo conſi. quòd vicarius ſit maior & dignior alijs, æquiuocare videtur.*
150 *Longa poſſeſſio, conſuetudo aut præſcriptio ius præbent.*
151 *Conſuetudinem allegans aut præſcriptionem, maximè ius ſuum corroborat.*
152 *Qui dignitatis ſuæ gradum manutenere contemnit, crudelis dicitur.*
153 *Cancellaria & pœnitentiaria Romanæ curiæ de ſtylo dignitates & canonicos cathedralium præponit epiſcopum vicarijs.*
154 *Nouitates odioſæ ſunt, & triſtes euentus producunt.*
155 *Si de quo magis ineſſe videtur, & non ineſt, ergo &c.*
156 *Vicarius ſi ſit canonicus in eccleſia, ſedebit in loco ſuo canonicali.*
157 *An vicarius præcedere debeat capitulum eccleſiæ cathedralis vti corpus.*
158 *Subrogatus ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur.*
159 *Officialis ſubrogatus ſedet in loco ſui anteceſſoris.*
160 *Epiſcopus & vicarius idem tribunal dicuntur.*
161 *Vicerector vti debet eiſdem priuilegijs quibus rector, ſed quando & quomodo. nu. 7. 8.*
162 *Regula ſubrogatus, &c. quando habeat locum.*
163 *Vicesgerens quando verè dicatur talis, & quando non.*
164 *Vicesgerens quando eadem poſſit quæ poteſt principalis.*
165 *Opinio doctorum regulatur ſecundum iura per eos allegata.*
166 *Quando dicatur idem tribunal epiſcopi & vicarij.*
167 *Tex. in cap. præcipimus. 93. diſt. declaratur.*
168 *Dictio tunc, reſtringit actum.*
169 *Epiſcopus dum vadit & redit, præſens dicitur.*
170 *Conſuetudo antiqua ſeruatur.*
171 *Conſuetudo quando dicatur rationabilis vel irrationabilis.*
172 *Conſuetudo quòd prælatus inferior præcedat epiſcopum in ſua parochia, valet.*
173 *Conſuetudo quòd Abbas præſcribat obedientiam contra epiſcopum valet.*
174 *Epiſcopalia iura quæ poſſint præſcribi.*
175 *Archipresbyter Peruſinæ & Eugubinæ eccleſiæ vicarium præcedit.*
176 *Archipresbyter & quilibet canonicus in eccleſia Eduenſi vicarium præcedit.*
177 *Presbyter maior digniórque eſt diacono.*
178 *Quod vicarius præcedere debeat capitulum, & ſi dignior nullibi legitur.*
179 *Vicarius non habet iuriſdictionem ſupra capitulum liberam.*
180 *Vicarius non poteſt concedere contra canonicos niſi duobus de capitulo ſibi adiunctis.*
181 *Ad archipresbyterum Paduanum ſpectat libera clericorum correctio in diuinis.*
182 *Prælati eccleſiarũ inferiorum magis ſpecialem iuriſdictionem habẽt in ſua eccleſia quàm habeat epiſcopus: ideo ad eos primò, poſtea ad epiſcopum recurritur.*
183 *Canonici priùs ſuo proprio prælato, poſtea epiſcopo obedire debent.*
184 *Conſuetudo ius tribuit præcedenti.*
185 *Patientia & tolerantia miniſtrorum inducit veram præſcriptionem contra ſuos principales.*
186 *Iuriſdictio ſola non ſufficit ad præcedentiam inducendam.*
187 *Vicarius Metropolitani ius exercet in ſuffraganeos, non tamen præcedit illos, niſi fuerit antiquior dignitate.*
188 *Auditor Cameræ apoſtolicæ iuriſdictionem habet in Cardinales & oratores.*
189 *Ratio nulla habenda eſt de vicario in diuinis.*
190 *Conſuetudines locales non extenduntur ad alienos lares.*

## CONSILIVM LII.

*Diuinæ Trinitatis nomine implorato.*

DVBIA † ſemper quæſtio fuit, & adhuc non perfectè reſoluta pendet inter Doctores, An vicarius epiſcopi ratione ſui vicarius capitulo, & omnibus obtinentibus dignitates, etiam poſt Pontificalem maiores, vbique tam in choro quàm in proceſſionibus præferri, & locum digniorem ſupra illos habere debeat.

Pro



Pro parte affirmatiua, quam Doctores ſequi videntur,
& poſt alios inter modernos Antoni⁹ de Prætis, qui quaſi
2 rem propriam agens, † quia ſibi (vt ipſe innuit) tanquam vi
cario in eccleſia Florentina locus ab Archidiacono & ca
pitulo denegabatur, totis virib. in ſuo tractatu, Clypeus
Paſtoralis intitulato, tueri & ampliare conatur. Adducitur
primò textus qui falcem ad radices immittere vide-
tur in cap. præcipimus. 93. iuncto. c. 1. 94. diſtin. vbi ad li-
3 teram habetur † quod vices gerens alicuius eo modo ho-
norari debet, ſicut ille cuius vices gerit, ad idem allegatur
tex. in cap. ſignificaſti. c. ſanè. & capitulo cùm olim magi
ſter, extra. de offic. de leg. In quibus Alex. tertius & Inno
4 centius etiam tertius diſtrictè mandant, † quod delega-
tis ſuis maior auctoritas & honor præ omnibus ordina-
5 riis tribui debeat. † Ex quibus dicendum videtur, vicarium
præ omnibus poſt epiſcopum, cuius perſonam repræſen-
tat, honorandum eſſe.
6 Secundò pro hac parte arguitur ſic. † ille dicitur & re-
putatur maior, qui pluribus & melioribus præeſt. §. nos
7 igitur, in auth. de defen. ciui. † Sed vicari⁹ epiſcopi omni-
8 bus de clero præeſt de iure communi in iuriſdictione † Ar
chidiaconus autem aut archipresbyter clericis ordinan-
dis in examine præſidet, & alijs collectis in capitulo ad
hæc. §. quædam. & c. vt noſtrum, c. miniſterium. c. officiũ.
9 de off. archid. † ergo vicarius præferendus eſt archipres-
bytero & archidiacono, & per conſequens cæteris de
capitu.
10 Tertiò arguit Antonius de Prætis: † certum eſt quod vi
carius aſſociatur epiſcopo iure in iuriſdictione admini-
11 ſtranda, † quam ipſe tam in præſentia, quam in abſentia ex
ercet, & quod vicarius aſſocietur epiſcopo probat per
12 tex. in c. in noua actione. 16. quæſt. 7. † vbi habetur, quod
13 indecorum eſt vicarium epiſcopi eſſe laicum, † cum ha-
beat iudicare clericos, ergo debet eſſe eiuſdem profeſſio
14 nis. Secundò, idem probat ab effectu. † Nam vicarius epiſ-
15 copi in diœceſi habet ordinariam iuriſdictionem, † lex,
16 autem eſt quæ dat ordinariam, † quia hoc non poteſt epi-
ſcopus; ergo de iure illi aſſociatur.
Quartò & vltimò arguunt præfati Doctores ab vnitate
17 perſonam epiſcopi & vicarij hoc modo. † Idem eſt tribu
nal epiſcopi & vicarij, & idem conſiſtorium, vt per tex. in
18 c. 2. de conſuet. & ca. Romana, de appella. in ſexto. † & ꝓ-
pterea appellatio non datur de vno ad alterum, cùm idẽ
ſint, & vicarius de iuriſdictione epiſcopi participet. Cal.
19 conſi. 2. de appellat. † ergo debet dignitatem obtinenti-
20 bus præferri, hac potiſſima ratione, quia ipſe radijs epiſ-
21 copalibus fulget, ſicut Auguſta Imperialibus coruſcat † i-
22 deóque tam epiſcopo præſente, quam eo abſente honora-
ri debet. Ita deducit Prætus dicto ſuo tractatu, capite 7. ir
ridendo eos, qui fatuè dicunt vicarium ſaltem præſente
epiſcopo honorari non debere, ne duo videantur capita,
23 † cum, vt ipſe ait, ratione ſocietatis prædictæ, & vnitatis
inter eos initæ, vnicum dicatur caput, quia eſt tam conne-
24 xa & adhærens, † quod ſint velut propria materia & for-
ma, inter quos non datur diſſolutio, neque gradus medius
cùm ſint vnum agens, & vna actio, vt per plures rationes
philoſophicas per tres columnas cumulando congerit
25 ca. 7. † Ideo tanquam principalis honorari debet, prout.
vicerector quomodo tractetur vti rector, vide in conſil.
ſequ. num. 7. & 8. tractatur quemadmodum rector. & hęc
ſunt validiora argumenta pro hac parte per Doctores, &
26 præſertim dictum Prætum † recollecta in dicto ſuo tracta
tu poſt Abbat. in conſilio vigeſimoprimo volumi. 1. cor-
rupto & manco.
Pro parte verò contraria quod præferri non debeat,
27 moueor. † Clarum eſt quod illi debent honorari magis &
cæteris præferri, qui maiori & digniori fulgent dignitate.
28 † ſed archipresbyter Paduanus, qui primam poſt epiſcopa
lem obtinet (& in quem omnia quæ de iure ſpectant ad
archidiaconum tam virtute priuilegiorũ apoſtolicorum,
quam eccleſiæ ſtatutorum ſunt transfuſa, vt teſtatur Ale
xander conſi. 142. volumine 6.) & Archidiaconus ſecun-
29 dam poſſidet, † naturalem & propriam legitimámque di
cuntur habere dignitatem. c. primo, de officio archidiac.
c. officium. de officio archypresbyteri. cap. præcepta. 55.
diſtin. latiſſimè Ioannes de Selua in ſuo tractatu de bene
30 fic. † meritò debent iſti cum toto capitulo, quo vt corpus
collegium dicitur in dignitate conſtitutum, vt per gl. in
31 capitulo ſi canonici, de officio ordinarij, lib. 6. † ibi, digni
tate priuabitur, ſaltem in choro, proceſſionibus & ſimi-
32 libus, vicario, † qui nullam dicitur de iure habere digni-
tatem, præferri, vt per Abb. capitulo de multa. præbend.
Ioannes de Selua dicto ſuo tract. parte 2. nu. 64. Cardin.
cle. etſi principalis. de reſcript. & clarè colligitur ex deci
33 ſione dictæ clemen. vbi dubitabatur † an vicarius & offi-
cialis epiſcopi iudex delegatus aut conſeruator dari poſ-
ſet. & Papa quodammodo ex priuilegio reſpondet, poſſe
34 etiam illi cauſas delegari. † Nam ſi fuiſſet dignitas, & quæ-
ſtio fuiſſet inſulſa, & Papæ reſponſio ſuperflua, quia cùm
ſupra in c. ſtatutum, de reſc. deciſum fuiſſet, quod omni-
35 bus obtinentibus dignitatem cauſæ delegari poſſent † cla
rè colligitur quod ibi vicarius non veniebat tanquam di-
36 gnitas de iure cõmuni, † cùm per priuilegium illi detur in
d. clem. quia quod competit iure communi fruſtra peti-
tùr per priuilegium. l. vnica. C. de theſ. lib. 16. l. j. ad mu-
37 nicip. † & ita ſentit glo. in dicta clemen. in fin. quæ dicit,
38 quod an ſit dignitas eget declaratione. † & tantò magis
prædicta locum habent, quia, tam ex antiqua, approbata &
viridi obſeruantia, quam vigore priuilegiorum apoſto-
licorum archipresbytero, & eo abſente archidiacono, &
iſtis deficientibus camerario vel antiquiori de capitulo,
cura totius cultus diuini in eccleſia demandata eſt cũ po-
39 teſtate inobedientes corrigendi & mulctandi, † & in di-
uinis archipresbyter eſt verus & generalis epiſcopi vi-
carius, vt per Abb. c. omnis, de pœniten. & remiſ. num. 12
Deci. conſi. 420. volu. 3. c. qualis. §. archipresbyter, in fi-
ne. 25. diſt. cap. 1. & c. officium, de officio archipresbyteri
40 latè Boerius in conſilio 22. vol. 1. † ergo neque de iure
neque de conſuetudine vlla de vicario in diuinis ratio eſt
habenda.
Secundò moueor, quia ſuppoſitis prædictis tanquam
veris, prout vera ſunt, quod archipresbyter & eo abſente
archidiaconus ſit ordinarius epiſcopi vicarius iuribus prę
41 allegatis, † tunc ſuccedit regula, quod priuilegiatus con-
tra pariter priuilegiatũ ſuo non vtitur priuilegio. §. ſed
hoc præſenti, in auth. de ſanctiſ. epiſc. Dec. conſi. 222. nu.
6. & 329. col. prima. Ioannes Monac. in cap. ſi à ſede. nu. 12
de præben. & ca. cùm perſona. de priuileg. num. 4. & mul
tò minus contra magis priuilegiatum, vt eſt in archypreſ
byter, qui cum ſit vicarius legitimus, ordinarius & perpe-
tuus, dignior eſt altero datiuo & amouibili ad nutum,
42 † vt in ſimili dicitur de tutore datiuo, cuius auctoritas
43 per ſuperuenientiam legitimi ſtatim ceſſat. † Ad hæc acce-
dat quod priuilegiatus in ſpecie præfertur priuilegiato in
genere, vt per Probum in additio. ad Ioannem Monac. in
d. ca. cùm perſonæ. num. quinto. ſed archipresbyter in di-
uinis eſt à ſede apoſtolica & à ſtatuto ſpecialiter priuile-
giatus, ergo in his dignior.
44 † Tertiò dico, quod facienti actum conſeruandi ius ſuũ
fauendum eſt magis, quam acquirere volenti. l. fina. C. de
45 cod. l. finali. §. ſi verò creditores. C. de iure deliber. † ſed
archipresbiter & capitulum eſt in poſſeſſione ſuorum
priuilegiorum & huiuſmodi præeminentię tempore mul
torum vicariorum ab annis decem & viginti, & triginta,
& quadraginta & vltra centum, prout fuit tempore Reue-
rend. Braini, Viarij, Nigri, Iuſti, Rotæ & aliorum, ergo
46 in eadem & hodie debet conſeruari, † cùm de iure liceat
etiam capitulo & prælatis inferioribus obedientiam &
47 reuerentiam contra epiſcopum præſcribere, † ſaltem in
aliqua parte, licèt non in totum. Felin. in ca. cùm non li-
ceat, colu. 2. de præſcrip. vbi dicit valere præſcriptionem,
quod prælatus inferior præcedat epiſcopum in ſua paro-
48 chia, † quia ex hoc non dicitur præſcribere reuerentiam,
ſed partem, quæ licitè præſcribi poteſt, vt pulchrè declara
rauit Cal. in ſuo conſi. 190. quod eſt primum, titu. de præ-
ſcript. ſequitur Baldus in tracta. de præſcript. parte 5. q. 11.
49 & 12. † Ideóque debet iſta poſſeſſio & præſcriptio manu-
teneri, cùm poſſeſſionis commodum maximi ſit ponde-
ris. Abb. in c. ſuper quibuſdam. §. præterea, de verb. ſigni.
nu. 3. & 9. c. ſæpe, de reſt. ſpolia. §. commodum. Inſti. de in
terd. & in terminis tradit Corne. in conſi. 193. vol. 2. num.
14. & 15. omnino videndus.
50 Quartò † & vltimò pro huius opinionis corrobora-
tione & ſigillo adduco deciſionem tex. in c. in cauſis, de
re iud. vbi habetur & ibi per doctores notatur, quod ex-
emplo optimi principis firmiter iudicandum eſt, vt in ſi-
mili tradit Iacob. Caſtell. in ſuo tracta. de duello. lib. 3. ca.
51 6. nu. 2. & Abb. in ca. afferre. num 12. de præſumpt. † Sed vi
demus quod in Romana curia, cuius ſtylus & conſuetudo
pro lege datur, adeóque ab omnibus inferioribus, ſaltem

vbi

vbi nõ eſt clara iuris reſolutio,ſeruari debet,vt tradit Fe
li.capi.quoniam.§.porrò, vt lit. non conteſta. Sarnen. in
procœm.regul.glo.in capitulo non decet.12.diſtinct.c. 2.
de conſtit. cap. nemo. cap. cuncta. 9. quæſt. 3. epiſtola in
52 ter claras. C. de ſumm. trinit. & fide cath. † Vicarius Pa
pæ,quamdiu fuit in perſona prælatorum & epiſcoporũ,
nunquam Cardinales præcedere auſus fuit, licèt ſummi
Pontificis vices gereret, eiúſque perſonam referret cum
omnimoda poteſtate,vt tradit Veſtri.in ſua praxi, titulo
53 de Vicario Papæ.†& ſi quis obiiceret hoc fuiſſe in cauſa,
quia Cardinales ob eorum prærogatiuam ſemper ſunt
ſpeciali non digni,nec ſub generali iuris diſpoſitione cõ-
prehenduntur,niſi de eis ſpecialis facta ſit mentio , vt la-
tiſſimè tradit Barb.in ſuo tractatu de Card.Gomeſ.in re
gula de exprimen.vero val.Ioannes Monac. in cap. pri-
54 mo.de ſchimate.num.6.†Eſto quod ita ſit,adhuc dico , &
magis eſt mirandum,quod neque Cardinales,neque alios
prælatos ſibi pares,& aliquando ordine inferiores,prout
ſunt Gubernator vrbis,Auditor Cameræ,& contradicta-
55 rum,præcedere:immò eis poſtponi ſemper viſus fuit,† &
neque hodie,quando Cardinalis officio huiuſmodi fun-
gitur , alios Cardinales ipſo vel tempore vel ordine di-
gniores,præcedit, etiam extra capellam & conſiſtorium
in his,in quibus,vt tali , conuenit.libenter igitur audi-
rem rationem, cur maius priuilegium prætendat epiſco-
pi vicarius quam Papæ vices gerens:etſi non dabitur , res
56 erit ſine dubio,†Et ſi quis ſubtilius inſtãdo diceret,quod
cùm diuerſimodè Papa denominetur, nam modò dicitur
epiſcopus, vt in procœmio ſexti , modò vrbis archiepiſ-
copus,vt in capitulo.fina.21.diſtinct. capitulo ita ſtatui-
mus.quarta diſtin.aliquando patriarcha, vt per Cardina
lem Turrecrem.in capitulo cleros.21.diſtinct.nume. 22.
Ideo vicarius vrbis non honoratur, quia non vti vicari⁹
Papæ,tanquam Pontificis maximi', ſed vti vrbis epiſcopi
57 reputatur.†Reſpondeo quod quoties quis habens plures
facultates facit actum,ſemper in dubio prçſumitur illum
facere validiori,fortiori & digniori modo. l. iij. ff.de te-
ſtam.milit.tradunt innocen.Abb.&Feli.in capit.cùm ex
officij,de præſcript.Dicimus ergo hoc caſu Papam,vti Pa
pam,non vti epiſcopum feciſſe vicarium:eò magis quia in
literis deputationis eiuſdem in principio loquitur vti Pa-
pa,& in corpore mandat vt illi quiſque tanquam ſibi,obe
diat:& vbi clauſula aliqua ſimilis reperitur,ſemper de no
biliori intelligitur.Feli.in dicto c.cùm ex officij.num.38.
58 & non fecerit vti epiſcopus ſimplex demonſtro. † Nam
cùm dicere debeamus,Papam omnia ſemper diſponere,
59 quæ ſint iuri & rationi conſona , † & cùm de iure nullus
epiſcopus debeat ſibi alium epiſcopum in ſui vicarium
& miniſtrum aſſumere,niſi ex vrgenti neceſſitatis cauſa,
vt notat glo.in capi.quoniam,de officio ordinarij , clarè
Ioannes de Plat.in tract. de excommun.par. ſecunda. §.
2.num.quarto , non eſt dicendum ipſum voluiſſe facere
contra ius,cùm aliter poſſet.His ſic ſtantibus , difficultas
erit obiecta tollere , quæ etſi maximè vrgere videantur,
tamen(ni fallor)claram ſecum afferunt ſolutionem.Nam
quò ad primum,in quo omnes tam antiqui quam moder
ni ſe firmare conantur,dico,quod ſi textus illi rectè intel-
60 ligantur,nullam faciunt ambiguitatem. † Dicitur in tex.
in d.capi.præcipimus,quod patriarcha ille congregaue-
rat Concilium prouinciale , legitimè poſtea impeditus,
nec valens illi perſonaliter intereſſe,ne Concilium illud
acephalum videretur,vices ſuas cuidam Archidiacono cõ
miſit,& ſuum nuntium,vt illi eius nomine præſideret de-
61 ſtinauit.†In cap. primo.94. diſtinct.habetur , quod cùm
multę ſeditiones & diſcordiæ in tota prouincia Siciliæ,in
qua Papa iuriſdictionem habebat , tam in temporalibus
quam in ſpiritualibus , cùm ea de patrimonio beati Petri
foret,ortæ eſſent, cuperétque Symmachus Papa illas ſe-
dare,nec uolens ſe illuc perſonaliter transferre,vices ſuas
cum omnimoda poteſtate , ita vt in omnibus auctorita-
tem & perſonam ſuam repreſentaret , vt ibi uerba textus
cantant,cuidam Petro ſub diacono ſibi fido & probato
demandauit,& illum in tota illa prouincia legatum ſuum
& ſedis apoſtolicæ deſignauit: mandans omnibus vt illũ
tanquam talem reciperet.& qui contrafacerent, tamdiu
excommunicationis vinculo ſubiacerent, quandiu con-
gruè ſatisfeciſſent. miror ergo,quod tot celeberrimi pa-
tres tanti faciãt textus illos ad hoc propoſitum vicarij e-
piſcoporum , ad quod fortaſſe adduci non merebantur.
Nam cui dubium eſt,cùm apertis verbis in legatis ſedis
apoſtolicæ loquantur,prout ibi declarat Cardin. Turre-
crem.quod illis debitus honor debeatur,ſicuti ſuis princi
62 palibus†quia iſti(vti ſolebant olim proconſules)maxima
63 fulgent dignitate, † & maiores ſunt omnibus ordinarijs.
dicto ca.ſanè,& capitulo cùm olim , de officio delegat.
64 † In cuius rei ſignũ papalibus vtuntur inſigniis,vt eſt tex
in capitu.antiqua.§.dominicæ,de priuileg.tradit Gondiſ
65 laus tract.de leg.quæſt.5.†& ſicut Papa honorari debent.
66 l.vnica.ff.de offic.præfect.pr.Spec.titu.de leg.§.1. † Hinc
eſt,quod epiſcopi in ſua promotione inter cætera iurant
reuerentiam legatis ſedis apoſtolicæ exhibere , capitulo,
ego de iureiu.& ideo omnibus præſunt. capitulo multa,
67 de præſumpt.†quia ſicut Papa eſt inter ordinarios veluti
ſol inter planetas,ita legatus eius loco ſubrogatus, per re
gulam .l.ſi eum.§.ſi quis.ff.ſi quis caut.Probus in addi.ad
68 Monach.in cap,primo.num.5.de offic.lega.†quia ſubro-
gatus ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur , plu-
ra tradit Mantua poſt alios in ſingul.ſuis 12.&37. & in e-
iuſdem terminis de delegatis apoſtolicis loquantur text.
in capitulo ſignificaſti, cap. ſanè. capitulo cùm olim , de
officio delega.& ibi manifeſtè legitur,& doctores notãt,
69 † ſed ad rem noſtram , quæ proportio iſtorum ad vica-
rios? certè nulla : quia non eſt conueniens dare ſimili de
auctoritate,dignitatéque Pontificis ad epiſcopum. vt di-
cit Cardinalis Turrecrem.capitulo in nomine. 23. diſtin.
colu.2.in fine. & dato quod aliqua ab aduerſarijs imagi-
nari poſſet , erit tamen inuitis dentib. intelligendum de
honore præſtando vicario, abſente epiſcopo, non autem
præſente:quia cùm canones iſti expreſſè loquantur de le-
gatis & vicegerentibus dominorũ in toto & verè abſen-
70 tium†& dicta doctorum debeant intelligi ſecundum iura
per eos allegata,vt per Bart.l.non ſolùm. §. liberationis.
71 ff.de libe.leg.& l.j.de vulga.& pupilla. † erit ergo dicen-
dum,quod vicarius deberet honorari abſente epiſcopo,
vti illi ſuffectus,non autem illo præſente , & quod ita ſit,
72 facit tex.in cap.1.cum ſua glo.de offic.ordin.lib.6.†vbi li
cèt aliàs vicarius archiepiſcopi de iure habeat iuriſdictio-
nem in ſuffraganeos.capitulo primo,de offic ordin.Bert.
tract.de epiſcop. par. 7. libri quarti.quæſt.10. tamen ibi
prohibet Papa, quod quandiu archiepiſcopus erit præ-
ſens in prouincia vel circa eam,nihil vicarius attẽtare prę
73 ſumat contra eos.†Ergo apparet manifeſtè,quod vbi ma
ior,ceſſat minor,ne duo videantur capita vnius corporis.
& ideo non tam inſula videtur opinio tenentium. quod
vicario non debeatur reuerentia ſolita præſente epiſco-
po,prout irridet illos Antonius de Prætis, dicto ſuo tra-
74 ctatu.†Et ratio eſt in promptu,quia quod abſente epiſco
po vicarius non tantùm dicitur locumtenens,ſed quodã-
75 modo in totum ſuffectus in locũ ipſius vel defuncti, †quo
caſu omnia poteſt, quæ ſunt iuſtitiæ , & neceſſitatis non
autem gratiæ,vt dicit Guliel.de Montelaud.in clem. 1. de
76 officio vicarij. Doctores in c.fin.eo.tit.& quando regula
ſubrogatus habeat locum,& in quibus caſibus & in termi
nis,vide Bar.in l.comperimus.C.de proxi.ſac. ſcribi. lib.
12.l.filius.ff.de leg.1.Rom.ſing.367.in add.Pign.& hoc ca
ſu mors & abſentia æquiparantur, vt voluit Innocen. in
cap.ad abolendam.de hæret.facit tex.in l.mulieres.§. fi-
nali,de verborum ſignificat.capitulo ſi diligenti , de offi-
cio delega.ca.fina.de ſep. & quod tunc dicatur maior te-
ſtatur Bald.per gl. quam dicit ſingularem in l.aliquando,
& l.quia de officio proc. ff.ſuper ver.neceſſaria. Alberi-
cus dictionario ſuo verſ.vicarius & aſſeſſor.
77 † Ad ſecundum dico,quod alleganti incumbit onus ꝓ-
bandi.l.ei qui.ff.de probatio.capitulo cùm in iure de offi
cio delega.capitulo cùm ad ſedem,de reſtitutio.ſpoliato.
ſed tenentes contrariam partem præſupponunt,vicarium
eſſe præferendum omnibus de clero , & tamen hoc nullo
iure probant,ergo illis non eſt credendum: †quia vbi lex
78 non diſponit,neque nos diſponere debemus.capit.vbi nã
96.diſtinct.tamen proprius reſpondendo dico,quod da-
79 ta inſtantia argumentum eorum corruet:†ſed Abbas,qui
tamen dicitur de clero & lege iuriſdictionis , ſubeſt epiſ-
copo.capitulo conquerente,verſ. nõ autem,de officio or
dinarij.capitulo dilectus,eodem titu.capitu. peruenit , &
80 capitulo interdicimus.16.quæſt.1.†vicarium præcedit,vt
notatur in ca.fina.de officio delega.Abb.capitulo ex ore.
de priuileg.quarto not. ergo aſſumptum falſum. propte-
81 rea facilè negari poteſt,†quod vicarius præſit melioribus
& dignioribus,ſed hoc potius verificatur in archipresby
tero,qui cùm,vt ſupra dictum fuit,præſit capitulo& cano
nicis,



82 nicis,†qui totius cleri ſunt membra nobiliora,†&omni
83 bus aliis clericis præeminent, vt dicit Antonius de Præ-
84 tis dicto ſuo tractatu capitulo tertio , num.11. not.† quia
iſti dicuntur clerici primi gradus vt per Gemin.capitulo
epiſcopus.17.diſtin.& Feli.in rubri.de maiorita.& obe-
85 dien.†dicendum erit,quod iſte & non vicarius præſit di-
gnioribus,& ſic eorum argumentum cõtra eos retorque-
tur.Nec dicatur,quod vicarius habet ordinariam,& am-
86 pliorem iuriſdictionem,† quia reſpondetur , quod etiam
capitulum vti corpus,& archipresbyter iure proprio ha-
bet ordinariam à iure,& etiam vigore indultorum apo-
87 ſtolicorum vt prædictum fuit . † ideo tamen in eccleſia
quam extra, contumaces corrigit & punit, ordinandos
examinat beneficiatos etiam Abbatiali dignitate proui-
ſos inſtallat,diuina regit , & ordinat , præbendas multas
confert & in eis inſtituit & deſtituit: quod minimè vica-
rio licet.& dato quod aliquo reſpectu adminiſtratio vica
88 rij eſſet pinguior,†non tamen qualitas iſta ſola erit po-
tens ad tollendum ius quæſitum tertio.d.c.ſuper quibuſ-
dam.§.præterea.quia plus & minus non faciunt differre,
aliàs dicendum eſſet quod epiſcopus habens epiſcopatum
amplũ facultatibus & populo,& dignior & maior eſſet ha
bente eccleſiam tenuem quod eſt abſurdum dictu , vt ex-
89 perientia docet,†cũ titularis antiquior ſolo tẽpore præ-
90 cedat poſteriorem ditiſſimum.†& ratio euidens eſt , quia
dignitas epiſcopalis non in adminiſtratione, ſed in ordi-
ne conſiſtit. Abb.cap.inter corporalia,de tranſl.præla.nu.
91 16.†& ideo nullatenenſis vel titularis epiſcopus dignita-
tem epiſcopalem habere dicitur,ſicut quiuis alius.
92 † Ad tertium concedo,quod vel epiſcopus pro ſui cõ
moditate, vel lex illi adiungat vicarium in iuriſdictione
exercenda,& in aliquibus in ea iuriſdictione poteſtatiua
ſibi parem facit,licet non in omnibus, vt apertè declarat
glo.in cap.Romana,de appel.lib.6.& ad hæc optimè qua
drant,quæ tradunt Hoſtienſis Archidi. & Cardi. Turre-
93 crem.in c.denique.21.diſtinct.†vbi dicunt dari duplicem
94 poteſtatis ſpeciem,primam honoris & reuerentiæ , † ( &
iſta nunquam minor , veluti vicarius, vtitur præſente ma-
95 iore,c.antiqua.de priuil.† vbi Patriarchis interdicitur v-
96 ſus Crucis coram Papa,vel eius legato.)†alteram iuriſdi-
ctionis contentioſæ,& iſta præſente Domino & eo per-
97 mittente vtitur.c.peruenit.11.q.1.& nõ aliter,† cùm mul
ta ſint epiſcopo conceſſa,quæ tamen vicario denegantur
vt per plura declarat Bertachi.in ſuo ampliſſimo trac.de
epiſcopis.parte.3.vſque ad ſeptimam.lib. quarti.Rebuf.
in ſua pract.in forma uicariatus.Ioan.de Selua.in ſuo ele-
98 ganti tract.de benef.fol.43.num. 7. † & hinc eſt quod in
vicarium generalem etiam cum ampliſſima facultate con
ſtitutum non tranſeunt ardua neque reuerentialia,vt per
Feder.de Sen.conſi.ſuo 302.& propterea non infertur ex
iſta ſocietate , quod vicarius præferatur alijs dignitatem
obtinentibus,& cap. licet in extraiudicialibus ſecus ſit.
99 †Nec inconuenit quod eadem perſona diuerſis ex cauſis
modò præferatur,puta in tribunali & ſua adminiſtratio-
ne,modò poſtponatur , vt in choro , proceſſionibus &c.
100 †prout in ſimili dicit lex & docto.de Archidiacono , qui
in adminiſtratione maior eſt archipresbytero,& illi præ-
ponitur:ratione verò diuinorum,minor eſt,& poſtponi-
tur.capi. 1. & capit.officium.de officio archid. & archi-
prebs.vbi omnes tangunt,& eſt text.ad literam,in l. pri-
ma.C.de offi.vica.tradit Hoſtien.in capitulo indecorum
101 de æta.& qualit.†vbi dicit,quod filius epiſcopus patri in
domo reuerentiam exhibere debet,licet poſtea in eccle-
ſia illum præcedat,quia ex diuerſis reſpectibus quis ma-
ior & minor dicitur.glo.in cap.quæritur.2.quęſt.7.Caſſ.
102 in ſuo catal.part.7.conſideratione 39. † & quod de vica-
rio ratione loci non ſit ratio habenda,clarè colligitur ex
decreto ſacri Tridentini Concilij ſeſſ.25.cap.6. vbi aſſi-
gnando epiſcopo locum digniorem , quem ipſe elegerit
verbum nullum quo ad hoc de vicario, licèt de eo in eo-
dem contextu,quò ad illud,priuatiuè tamen,mentio ha-
beatur; quia vbi Concilium voluit quod vicario aliquod
priuilegium tribueretur,vti epiſcopo,illud ſemper expreſ
ſit vt pluribus in locis videre licet:ergo in hoc omiſſum
103 habetur pro omiſſo.†Nec deciſio tex.in capitulo in noua
actione allegata per Prætum ad probandam ſocietatem vi-
carij cum epiſcopo,quicquam facit; quia ibi tantum de-
claratur quod vicedominus,œconomus & Vicarius , de-
beant eſſe eiuſdem profeſſionis,hoc eſt clericalis,vt mani
104 feſtè declarant illa verba,†indecorum enim eſt clericos
à laicis iudicari; quod eſſet contra iuris præcepta.capitu-
lo nullus.capitulo ſi diligenti. de foro competen.cum ſi-
105 mil.†quia penitus eſt interdicta laicis,qui oppido ſunt cle
ricis infeſti ſui natura.capitulo laicos.& capitulo laici. 2.
quæſt.7.glo.magna in capitulo ſi diligenti,de foro com-
106 peten.poteſtas & iuriſdictio in clericos , † & ideo vetat,
ne epiſcopus ſibi vicarium laicum aſſumat,contra clerica-
107 lis ordinis priuilegium,†cui contrauenire non licet, nec
illud minuere,vt per glo.in capitulo ſignificaſti , de foro
competen.in verbo clerici,in fine.& ſic non aſſociat illũ
in dignitate epiſcopal. neque in vnitate perſonali, ſed in
ſola profeſſione clericali.
108 † Ad quartum fateor quod poſſit idem eſſe tribunal
quò ad iudicialia tantum,vt voluit Rota deciſ.371. in no
uis.Pauin.in tract.de poteſtate capituli ſede vacante.q.10
num.14.qui dicunt,illud idem tribunal tantùm de foro
contentioſo,& non de alio intelligi,vt per Pariſ.conſilio
89.vol.4.& iſtam interpretationem dicit veriſſimã Abb.
in rep.capituli ſi quis contra clericum.nu.31.col.15.de fo-
109 ro competen. † & quod non appelletur de vno ad alte-
rum , hoc eſt in cauſa,quòd factum vicarij miniſtri dici-
tur factum epiſcopi domini.in glo.cap.1. de capel. mo-
nac. in ſexto.& vt appellationes gradatim procedant;
quia ſi appellaretur de vicario ad epiſcopum, ipſe poſſet
110 bis cauſam alteri committere,†& ſic nunquam appella-
tio deueniret ad Metropolitanum & ſuperiorem , ꝙ eſ-
ſet contra iura c.Metropol.2.q.7.cap.paſtoralis,de offi-
cio ordin.& ita declarat Hoſtien.in ſumma de offic.vica-
111 rij† & non eſt ratio tantæ vanitatis,vt non detur ſepara-
bilitas,prout voluit D.Anto.de Prætis d.c. 7. quòd ſi eſ-
ſet væ multis epiſcopis,quia ſublato vicario morte vel a-
lio caſu,neceſſe foret & epiſcopum interire,ſi eſſet vti for
ma vel materia,vt Prætus dicit,& re ipſa videmus ſæpe e-
piſcopos ſine vicarijs,ergo ſeparabiles.
112 † Ad exemplum de Auguſta dico,quod rectè procedit
contra eos,quia ſicut Auguſta coruſcat radijs imperiali-
113 bus in iis tantùm,quæ ſibi conueniunt vti fœminæ,†& i-
deo non poteſt concedere leges,nec eſſe ſolutã legibus,
vt declarat gl.in l.Princeps.ff.de le.l.quod principi, eod.
titu.Sarnen.in procœm.reg.q. 4.verſ.Nec obſtat prærog a
tiua:†ſic vicarius coruſcat in iis quæ ſibi vti vicario com-
114 petunt,videlicet in iuriſdictione tantum,& in hoc coru-
ſcat radijs epiſcopalibus,& non in alio.vt declarat Paui.
d.tracta.de pote.c.ſede vac.quæſt.10. nu. 16. & etiam in
hoc ſine præiudicio tertij,†quia epiſcopus ſibi dare non
115 poteſt aliquid ad præiudicium tertij, quoniam nec prin-
ceps hoc facit. lege prætor. §. meritò. ff. ne quod in loc
publ.
Ad aliud deductum per docto.& ampliatum per Anto
nium de Prætis,quod vicarius debet honorari vti epiſco
pus quemadmodum honoratur vicerector,vti rector, eò
quod vnicum caput eſt cum epiſcopo, inter quos non da-
116 tur locus medius.†Dicò quod eſt verum , vicerectorem
honorari vti rectorem,quando ab eiſdem & eodem mo-
do quo rector eligitur , puta ab vniuerſitate , quia tunc
verè eſt ſubrogatus,& quando habet eaſdem qualitates iu
re ſuo,quas habet principalis,aliàs non, vt tradit Bar. in
l.filius.ff.de leg.& pulchrè declarat Alci in rub.de of.or-
117 di. ſequitur Pig. in add. ad ſing. Rom. ſing.367.† ſed ſi
conſiderabimus epiſcopi qualitates, certè incomparabi-
118 les ſunt cum Vicario:†quia ille eſt culmen dignitatis , vt
per Archid.c.licet de præbend.in 6.& dicitur pater om-
nium clericorum,& ſuperintendens.ca.eſto.95.diſt. iſte
nullam habet iure proprio,vt ſupra Ille auctoritatẽ om-
nia faciendi,benedicendi,ordinandi cauſas à Vicario a-
uocandi, beneficia conferendi, & alia , quæ latè Ioannes
de Selua ſuo tract.de beneficio cumulat,& Boer.tracta.de
119 ordine fori,quæ tamen iſti denegantur,†cùm in ijs de a-
liis multis maior ſit epiſcopi poteſtas,quam vicarij,Cald.
120 cõſ.2. de offi.vica.& conſi.3.† Ideo neque archipresby-
tero,neque capitulo,qui iure propria fulgent dignitate,
121 †& ſunt in domo,dignitate & ſede propria,in qua quili-
122 bet†maior & dignior reputatur alio extraneo. l. apud eũ.
vbi glo.2.de manum. Boer.tract.de ord.grad.nu.15. nullo
123 modo præferri debet,†quia fortior eſt dignitas quæ iure
proprio habetur, quam quæ iure alieno acquiritur , vt di
cit Bald.in l.fœminæ,de ſenat.quòd fortior eſt nobilitas,
quam portat filia ab origine,quàm quæ acquiritur à mari
to,vt idem teſtatur in l. ſed ſi hac.§. ſemper. ff. de in ius
124 voc.Et ratio eſt manifeſta,†quia qualitas naturalis præua
let

let accidentali.l.quod hr̃.ff.de tuc.c.ſi fortè,de elect.li.6
125 vbi gl.Port.conſi.164.li.4.†ideo cùm alique iudicare vo
lumus vti talem,inſpicimus quod naturaliter ei competit
non quod accidéraliter.l.naturalem.§.Apium. ff.de acq.
re.do.vbi Bart.cùm ergo Archipresbytero, Archidiaco-
no & capitulo dignitas à primæua ſui origine iuris proui
dentia obueniat iure proprio,iuribus præallegatis, vica-
rio autem ab extra & ex accidentali competat dignitas,
126 †quæ potius dicitur officium, quia in iure ſæpe dignitas
pro officio capitur,vt in d.c.præcipimus. 93. diſt. iuſtum
eſt naturalibus iſtis maiorem concedi prærogatiuã quàm
alienis.l.eius militis.§.militia miſſus.de mili.teſt.Por.cõ
127 ſi.165.nu.33.Et ratio eſt, † quia in dignitatibus præcedit
qui habet naturalem & perpetuã.l.nemo.C. de offi. mag.
Lad.trac.de pign.quæſt.32.& propterea Cur.l.ſi quis.C.
128 qui teſta.face. poſ. vt refert idem Laud. dicens † quod ſi
quid committatur vel legetur Reginæ,aut Duciſſæ ſub
nomine dignitatis,illud non tranſit ad ſuos ſucceſſores;
quia dignitatem illam habent nomine alieno,non iure p-
prio; adeò quod ſi nubat inferiori,perdit nomen Reginę.
l.cum te.C.de nup.Guliel.de Perno.in conſi. 18. in parte
129 de Regina & Rege.†& idem exemplificat Bart in l.quod
Principi,de leg.in terminis noſtris de vicario, quod ſi le-
getur ſibi,non tranſeat ad ſucceſſororem: quia nullam di
citur habere dignitatem ex ſe.

Vltimò ſi demonſtrabo dari locum medium, reſoluta
130 erit†omnibus dubitatio,quod detur, eſt tex.in capitulo
fina.de officio de leg.in 6.vbi Abbas præ omnibus digni-
tatibus inferioribus ponitur, & propterea illi ſynodo
131 primus locus poſt epiſcopum & ante vicarium aſſigna-
tur,vt teſtatur Boteus ſuo tract.de ſynodo,parte 3.nu.15.
132 †& quod Abbas præferatur vltra dicta Abb.in d.c. ex o-
re,tenet Deci.in conſi.162.col.1.Boer.tract.de ord.vtriuſ
que fori.& Duran.tracta.de ordine celebrandi conciliũ.
133 †Imò in quibuſdam epiſcopo equiparatur.capit. fina. de
134 offi.de leg.in 6.Mantu.tract. de concil.nu. 121.†& ideo
epiſcopalibus inſigniis,veluti baculo.& mithra vtitur, be
nedicit,& minores ordines confert, & dicitur in primo
loco eſſe ſicut epiſcopus.Albe.ſuo dictionario,ver.Abba
135 tia, Abbas†& licet omnia prædicta habeat & eis fulgeat,
Canonicóſque vti ſingulos præcedat,cùm dicatur & ipſe
136 in culmine dignitatis,ſicut epiſcopus, vt innuit glo. cap.
2.de præbend.in 6.tradit Villadiego.tracta. de legato. q.
137 7.†non tamen in locis publicis veluti in choro,proceſſio
nibus, & ſimilibus,dignitates,& capitulum præcedit,qui
nimò poſtponitur.capitulo ſecundo,de iudic.Dec.conſi.
161.Ripa.lib.1.reſponſorum,reſpon. 23.nu. 3. Ioannes de
Selua dicto ſuo tract.de benefic.parte prima.quæſt.2.nu.
8..vſque 87. quo ſtante quod Abbas,qui aliàs pręcedit vi
carium in diuinis,tamen poſtponatur capitulo,clarum e-
rit quod etiam Archipresbyter & capitulum præcedet vi
138 carium;†quia regula iuris eſt, quod ſi vnico vincentem
te,multò magis vinco te.capitulo dilectus, de officio de
lega.glo.in c.auctoritate,de con.præben. lib.6.l.de acceſ
ſionibus,in fine principij de diuer.& temp.præſcript. &
139 hoc rationi maximè conuenit,†quia cùm epiſcopus ſit ve
rum caput,capitulúmque propria membra, vt ad literam
declarat Papa in capitulo nouit, de iis quæ fiunt à præla-
to.Ioannes Mon.in capitulo à collatione de appella. in
140 ſexto.†& inconueniens ſit,imò contra ordinem natura-
lem, quod mẽbra diſiungantur à capite,prout dicit text.
in c.j.12. diſtinct.certè neque vicarius neque alius inter
caput & membra inſeri poterit ordine neque legali ne-
141 que naturali,†cùm ſint vnum & idem corpus. Mona. in
capitulo Romana.nu.9.de ſententia excommunicationis
142 propterea canonici dicuntur pars corporis epiſcopi, ſic-
ut Cardinales Papæ,ſicútque hos parificat idem Mon. in
capitulo ad ſuccidendos.nu 4.de ſchiſmate.Abb. in præ
143 dicto cap.nouit.†Adde prædictis,quod licet Rex tam in
ſuo Regno quàm extra Cardinales vti ſingulos præce-
144 dat,†non tamen hoc illi in conſiſtorio & capella conce-
ditur, ſed eidem locus ſub primo epiſcopo,vel poſt anti
quiorem presbyterum Cardinalem aſſignatur, idémque
de Imperatore dicitur ante coronationem vt videre licet
in libro Pontificali ſeu curiæ ceremoniali, ſub Rubrica
de receptione Regis.ac ſub rubrica de ingreſſu Impera-
145 toris fol.mihi 2.&27. †qui liber etiam in deciſiuis tan-
quam authenticus allegari poteſt,vt teſtatur Pauinus in
tractatũ de poteſtate capituli,ſede vacante. Ioannes An
dreas,& Hoſti.capitulo conſuluit,de ſer.ordi. Bote. tra-
146 ctatu de ſynodo,parte tertia,num.ſexto.& 43.†& ex hoc
infero,quod ſi vicarius extra chorum & collegium Archi
diaconum & ſingulos canonicos præcederet vti ſingu-
los, vt videtur videtur ſentire Abb.in prædicto conſilio
&c.non tamen hoc illud permitteretur quando Archi-
presbyter & canonici ſunt vti collegium.
147 † Ideóque dicta per Abbatem.in d. ſuo conſil. parum
vel nihil ad rem noſtram faciunt,cùm loquamur de pri-
ma dignitate vti præſidente in collegio, non autem vti
148 particulariter ſeparata,†prout conſuluit Abbas ipſe,vide
licet de Archi. Bononienſi, vt legitur in principio dicti
ſui conſilij,qui Archid.non eſt ibi de capitulo, cùm vo-
tum non habeat,teſte eodem Abb.in ca.cùm olim, de re
iud.& rationbus ſuis ibi adductis ſatis abunde ſuprà fuit
149 reſponſum: † quia cùm pro ſuo principali fundamento
aſſumat quod Vicarius tanquàm dignior & maior alijs
ſit, dico illum peccare vitio petitionis primi principij,
quia cum hoc ſit,de quo diſputamus, expreſſè negamus
150 quod ſit maior niſi modo quo ſuprà. † Nec obſtat excep-
tio per aduerſarios adducta,quod conſuetudo & præſcri
ptio per Archipresbyterum & Capitulum tempore ſu-
pradictorũ Vicariorum acquiſita nullius ſit momenti, eò
quia illi tanquam prębendata in Eccleſia Paduana non
151 curarunt primum occupare locum;†quia reſpondetur, ſa
tis eſſe nobis demonſtrare aliàs fuiſſe in Eccleſia Vicarios
etiam generales,& capitulum ſemper vel ipſis permitten-
tibus,vel eis contradicere nequeuntibus(prout verum eſt
& credendum)præeminentiam & libertatem ſuam conſer
152 uaſſe,in qua manuteneri debent,†& illis imputaretur, ſi
ſibi ipſis crudeles forent, honorem ſuum aliis & dignita
tis gradum relinquentes,vt eſt not.tex in cap. nullo.12.q.
1.& ad Corint.cap.9.ibi,expedit mihi magis mori, quàm
vt quis gloriam meam euacuet,regiſtrata in ca. Sacerdos.
j. q. 2. Iure ergo meritò capitulum illam conſeruare co-
natur.
153 † Ad hæc accedat,quod ita & olim & hodie Cancella-
ria & Pœnitentiaria Ro.curiæ in actu practico ſeruauit &
ſeruat,vt quæ libet dignitas, ac etiam Canonicus Cathe-
dralis officiali & Vicario Epiſcopi præponatur, vt teſta-
tur inſignis ille practicus Hier.Paulus in ſuo prouinciali
ſub tit.de Iudicibus & eorum ordine, ac ſub rubrica de
modo ſalutationis,charta mihi 272.273.&13.& 14.ad quo
rum comprobationem extat hodie in proprijs terminis
noſtris apoſtolicum reſcriptum. Nam pendente quadam
difficultate in hac ciuitate Papa cauſam ipſam Archipreſ
bytero & vicario cognoſcendam delegando,ſic eos in ſcri
ptione alloquitur,videlicet,Dilectis filiis Archipresbyte
ro Eccleſiæ Paduanæ & Vicario Venerabilis fratris no-
ſtri Epiſcopi Paduani in ſpiritualibus generali.Ex quibus
manifeſtè conſtat, Archipresbyterum digniorem eſſe &
præferendum. Et ex his facilè poteſt opinio iſta,via Iuris
teneri,quam tamen decidendã meliora ſentientibus re-
mitto.

Ita iuris eſſe arbitror ego Ioannes Piccardus Pede-
montanus Canonicus Naulen. V. I. Doct.

Clariſſimi D.Marci Mantuæ,Paduæ ordinariam Iur.Ci
uilis in primo loco legentis ſubſcriptio.

Conſideratis ijs,quæ in præſenti conſultatione dicun-
tur per Excellentiſs.Iuriſconſultum & Reuerendum D.
Ioannem Piccardum,mihi vti fratrem & maiorem ſem-
per honorandum,grauiter certè,doctè, eleganter & co-
piosè,me maximè mouet id vnum ad fauorem Reueren-
di capituli & habentium dignitatem maiorem poſt Pon-
tificalem, quod in diuinis tacita quædam conſuetudo in
ducta videatur,præſcriptúmque ius tanto tempore cuius
initij memoria non ſit in contrarium, Vicarium non eſſe
illi,illiſque præferendum,aliàs autem fortè ſic, non ſecus
ac Epiſcopus honorandus in pertinentibus, videlicet ad
iuriſdictionem generalem,quam habet & dignitatem ra-
dicatã in Vicariatu ſedendo & ãbulando, & vbi prædicti
non vti corpus & collegium,ſed vti & ſingulares perſo-
næ ac ſeparatim conſiderantur, & ſic non diſcedendum
154 ab eo,quod diu æquum viſum eſt:†maximè,quia nouita
tes ſunt odioſæ,& plenæ triſtiſſimi euentus, vbi euidens
vtilitas non eſt.Et amplius,quia ſic in Romana curia ſer-
155 uatur quoque,inque Vicario Papæ, †ſi de quo magis igi-
tur ineſſe videtur,& non ineſt,ergo nec de quo minus, &
quia de Vicario Epiſcopi in Concilio Tridentino quan-
tum



tum ad iſtud nulla mentio facta eſt, ſed epiſcopi tan-
tùm, quò ad aliud verò eiuſdem Vicarij ſæpe, & vt
per Corneum latius deductum eſt conſi.193.num.14.&15.
vol.2.& per dominum Conſulentem. In cuius ſententiã
à Reuerendo Archipresbytero conſultus & requiſitus cõ
curro & ego eiuſdem Reuerendi Capituli conſultor ordi
narius.& ita iuris eſſe dico,ſaniori iudicio ſemper ſaluo,
& in fidem me ſubſcripſi propria manu.

Marcus Mantua Benauidius, Patauinus Iuriſcon-
ſultus, comes & eques vtriuſque Aulæ, ac Re-
uerendi Capituli Paduani conſultor ordina-
rius.&c.

EXCELLENTISSIMI DOMINI
Gaſparis Fabiani Paduæ Ius Canonicum
in primo loco veſpertino legentis
ſubſcriptio.

Opinionem Reuerendi & Excellentiſſimi, D. Ioannis
Piccardi,maioris mei obſeruandiſſimi, comprobatam à
Clariſſimo Do. Marco Mantua præceptore & mihi vti
patre colendiſſimo,quòd Vicarius Epiſcopi Patauini ex
tra actus pertinentes ad exercitium ſuæ iuriſdictionis nõ
debet præcedere dignitates & cæteros Canonicos Cathe
dralis Eccleſiæ collegialiter congregatos,ego quoque v-
ti iuridicam & conſuetudine& approbatam amplector:
156 †ſicut enim ſi Canonicus eſſet, non poſſet in ſedendo ſeu
procedendo alium locum obtinere niſi illum,qui ſibi de-
betur vti Canonico,vt tradit Gemin.& Franc. in capit. à
collatione,de appellat.in 6.Pauin.in tracta. de off.& po-
teſt.capituli ſed.vacan.in q.10.2.partis ſub nume. 16.Fe-
lin. rub. de maio.& ob.ſub.nu.9.ita quoque ſi aliàs nõ ſit
de corpore Epiſcopali,non debet præcedere capitulum,
ipſum.cùm ibi non exerceat actum iuriſdictionalem tan-
quam repræſentans perſonam Epiſcopi.

Gaſpar Fabianus Iuriſc. Patauinus de ſola ſubſcriptione
requiſitus ad finem ſubſcripſi.

In eadem materia eiuſdem Reuerendi Domini
Ioannis Piccardi contra aduerſarios repli-
catio.

157 † Excellentiſſimi patres ſuper difficultate aliàs propo
ſita pendet dubium, an Vicarius debeat præcedere reue-
rendum Capitulum,vti corpus congregatum tam in Cho
ro & proceſſionibus quàm alibi in diuinis, licèt aduerſa-
rij illud tantum reſtringere videantur ad obtinentes pri-
mam dignitatem vti ſeparatim, nobis quodammodo an
nuentes,quod in reliquis non dubitent.& dato, quod v-
trunque comprehendere voluerint conatur Reuerendus
& Excellentiſſimus ex aduerſo conſulens partes Reueren
158 di Vicarij motiuis quatuor defendere: †& primò per re-
gulam vulgarem,quod ſubrogatus ſapit naturam eius in
cuius locum ſubrogatur. l.ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi
quis caut.cum reliq.& quia Bartol.in l. comperimus. C.
159 de prox.ſacr. ſcrin. † dicit, quod officialis ſubrogatus in
locum alterius,eum locum in ordine occupat,quem ſuus
anteceſſor tenebat, vt per eundem in l.filius. ff.de lege.
160 †Secundò ad idem tendit, quia cùm Epiſcopus & Vica-
rius ſint & dicantur idem conſiſtorium, vt per Grauatiũ
in add.ad Veſtrium,& c.non putamus,de conſi.lib.6.eo-
161 dem modo honorari debet.† Tertiò per ſimile de vicere
ctore qui eadem auctoritate in priuilegio vtitur, quibus
rector,vt per Bald.in l.aliquando,de offi. procon. & per
Rom.ſingu. ſuo 367.ad quod omnes confugiunt.Quartò
ex dictis Hoſtien.in principio ſummæ.Rom.dicto ſing.
367.Abb.c.cùm olim,&c.ſanè,de offi.de leg.quæ omnia
in idem reincidunt,quæ in primo,tertio, & quarto dicta
iam ſunt. Vltimò dicit de hoc eſſe textum legis in cap.
præcipimus.93.diſt.qui cauſam apertè decidit:proptereà
vanam eſſe omnem dubitationem per text. in l. ancillæ.
C.de furt. cum ſim.per eundem deductis in fine ſui con-
ſilij. Quibus omnibus etſi abundè in alia mea informa-
tione ſigillatim reſponſum credatur,vt & ipſe Reueren-
dus Alferius conſulens videre potuit,quia illam ſibi ante
quam ſuas formaret allegationes,& legendam,& transcri
bendam tradidi,& ideo conſultius fortè mihi foret tace-
re quàm ſcribere cùm coram prudentibus & ſapientibus
loquar:attamen, vt aliis,& maioribus meis ſatisfaciam,
dico,prædicta omnia leuiter ſatis tolli poſſe cùm ex ven-
tre,vnde exciduntur,inde etiam diſſoluantur, & ad pri-
mum ex eiſdem dictis Bar.in d.l.comperimus, de prox.
ſacr. ſcrin.lib.duodecimo in fine ex add.Alex. ibi & in l.
1.§.hi quibus,de leg.3. & l.filius.ff. de legatione clara & a-
162 perta colligitur reſolutio, † quod regula ſubrogatus &c.
locum ſibi vindicat, quando quis verè eſt ſubrogatus in
locum & ius alterius: † quia tunc verè dicitur vices illius
gerens, & in capite poſitus, vt puta in locum vel mor-
tui, vt de Moderno vicerectore Iuriſtarum,vel verè ab-
ſentis, vt de Clariſſimo Paduæ Præfecto in legationem
tranſmiſſo, & etiam quando à ſuperiore, puta principe
vel ab Vniuerſitate deputatur, & non à ſuo principali,
164 vt puta Epiſcopo, vel Rectore, † quia tunc neque Vica-
rius eſt verè vicegerens, nec ſuffectus, aut ſubrogatus:ſe-
cus verò quando à Papa deputaretur vel ſubrogaretur
propter Epiſcoporum vel inhabilitatẽ, vel ſuſpenſionem
à regimine & adminiſtratione, vt aliquando factum fuit
in eccleſia Bergomenſi,& hodie in Epiſcopatu Ariminẽ
ſi; quia tunc propter ſuperioris auctoritatem & reueren-
tiam omnia poteſt,quæ ſuus principalis poterat,& in his
terminis apertis verbis loquitur Bart.in d.l.1.§.hi quibus
in l.comperimus,& d.l.filius,videatur omninò.Idem vo
luit Roma.& ita eſt intelligendus in d.ſingul.367.vt per
165 Pign.in add.ibi in fine. † Ideo opinio omnium intelligi
debet & regulari ſecundum per eos allegata.l.non ſolùm
§.liberationis,vbi Bart.in liberat.leg.Idem vult Card.in
clem,vnica,de offi. Vic in ſexta oppoſitione Alex. in ru-
bric.de offi. eius, & ex his vltra alias per me dicta ad quæ
breuitatis cauſa me remitto,ſatisfactum eſſe puto primo,
tertio,& quarto argumentis ſup. relatis. † Ad ſecundam
166 repeto idem dici tribunal & conſiſtorium quo ad iudi-
ciaria tantùm, auctúmque iudicandi,non autem in præ-
eminentia cum tertij præiudicio,& ita declarat Rot. de-
ciſ.371.Pauin.de poteſtate capituli,ſed.vaca. tradit Gem.
conſilio 114. & Monach. in cap.Romana, de officio Vi-
carij.in addi.Probi.& hanc veriſſimam interpretationem
dicit Abbas in repet. cap. ſi quis contra clericum. nu-
mero trigeſimoprimo de for. compet. vt latius dixi in al-
tera reſponſione ad quartum.& eſt gl.in c. præcipimus.
93.diſt.
167 † Ad vltim.de d.c.præcipimus,patet reſolutio ex præ-
dictis vltra aliàs per me declarata, quia ibi textus loqui-
tur in verè ſubrogato Pontificis abſentis, & ſedis Ap. le-
gato,vt ibi per Doc.declaratur, & verba textus hoc no-
bis indicant,dum dicunt ibi,cùm locum proprij Patriar-
168 chæ habuerit,tunc honorabitur,ſicut principalis † quæ
dictio tunc factum reſtringit ad eum caſum tantùm, ſed
quis prudens dicet,ꝙ Vicarius ſimplex alicuius Epiſcopi
teneat aut occupet locum proprij Epiſcopi, etiam dum
169 vadit,& redit,† quia ſẽper pro præſente reputatur? vulg.
§.Pauonum,Inſt.de rerum diuiſ. & ita illum textum in-
telligit Roma.dicto ſing. 367. vt ſup. dictum fuit. Et ne
quid intractum relinquatur, viuentes aduerſarij ſaltem
ex capite conſuetudinis meritò debere ſuccumbere, nec
habentes quod releuet illam.

Primò negant, & quatenus vigeat, ipſam irrationa-
bilem dicunt ex Auctoritate Abbas per tex. in capitulo
170 legimus. nonageſimatertia diſtinctione. † Reſpondeo
quod cùm conſuetudo iam centeſima etiam hodie vigeat
& ab aduerſarij & vniuerſo clero cognita, capitulúmque
ſit in viridi & pacifica poſſeſſione ipſius, vana eſt iſta fi-
171 cta negatio,† ſed quod ſit æqua,iuſta & rationabilis,aper
tè declarat Corneus in ſuo conſilio centeſimononageſi
motertio,volumine ſecundo,fatentur Doct. maximè Fe
172 lin.in capitulo cùm non liceat, de præſcript. † vbi valet
conſuetudo quod prælatus inferior in ſua parochia præce
173 dat Epiſcopum,†quódque Abbas contra Epiſcopum o-
bedientiam & reuerentiam præſcribat. c. cùm olim. ca.
174 auditis.eodem titu. † imò in aliquibus Eccleſijs ex con-
ſuetudine ipſa omnia iura epiſcopalia præſcribuntur,
exceptis ordinem concernentibus, vt per Abbatẽ Felin.
& omnes in dicto capitulo auditis. Balb. latè in tracta.
præſcr.parte quinta q.11.numero primo,Cald.conſilio 2.

de præſcrip.Abb.c.cum contingat,col.4.verſ.ſed quæro
175 de for.compe.†& conſuetudo iſta præcedendi in multis
viget Eccleſijs,vt Peruſiæ,& Eugubij,vbi Archipresbyter
vicarium epi ſemper præcedit, teſte eodem Corn.d.cō.
176 193.num.14.†In Burgundia & ciuitate Eduen. non tantùm Archipresbyter & digniores,ſed etiam omnes Canonici Viarium ſemper præcedunt, vt atteſtatur Caſſan.in ſuo Catalogo,par.4.conſid. 46. in fine miror ergo quod Abb.tam facilè contrarium dicat(pace tanti viri)nec obſtat d.cap.legimus,ſuper quo Abb.& ſequaces ſe fundant & dicunt temerariū eſſe,quod diaconus præferatur preſ-
177 bytero,†quia infinitis iuribus deciſum eſt & definitum, presbyteros eſſe maiores & digniores diaconibus,& præſertim ibi cùm presbyter capiatur pro epiſcopo,vt in tex
178 tu legitur,†ſed in vicario vbinā legitur quod ipſe ſit maior,quod ſit dignior,quòd pręcedere debeat capitulum? proferant iſti vel textum vel claram rationem, & valeant, aliàs cedant.

Nec dicatur quod ſaltem virtute iuriſdictionis,quam habet vicarius tam in capitulum quam alios, præcedere de-
179 beat.†quia primo negatur,quod ſupra capitulum iuriſdi-
180 ctionem habeat,ſaltem liberam, † cùm in eos procedere non poſſit niſi duobus de capitulo ſibi adiunctis, & qui parem cum eo habent auctoritatem ex deciſione Trid. Concilij,ſeſſ.25.ca.6.nec ad eum clericorum Eccleſię cor
181 rectio ſpectat,aut†diuinorum adminiſtratio pertinet,ſed ad Archipresbyterum abſolutè per priuilegia, ſtatuta & ipſius Eccleſiæ conſuetudinem lege communi fulcitam;
182 †quia prælati eccleſiarum curam habent magis ſpecialem
183 in ſua eccleſia & iuriſdictione,quàm habeant epiſcopi† ideo ad eos principaliter & poſtea ad epiſcopum in ſubſidium pertinet correctio,& illis à Canonicis ſuis in pertinentibus ad eccleſiam priùs obediendum eſt,poſtea epiſcopo,vt per Abba.& doct.in ca.quanta.c.cùm ab Ecclſiarum,de ſtat.mo.c.paſtoralis.de offi.ord.c. qui reſiſtit. 11. q.3.ca.quæ contra mores.8.diſt.Corn.conſi.193.nu.12.
184 † Et hæc maximè vera ſunt vbi talis viget conſuetudo vt hîc Paduæ.glo.in c.irrefragabili.§.exceſſus.de offi.or. quæ coſuetudo & præcedendi,& corrigendi vltra priuilegia prædicta cum patientia & ſcientia miniſtrorum &
185 epiſcopi Vicariorum confirmata eſt, †quæ etiam ſufficit ad præſcriptionem cōtra principalem inducendam. Bar. in l.1.§.denique.ff.de aqua.plu.arcen.l.ſi publicanus.§. fi. de publica.Abb.c.cùm contingat,de for.comp.col4.Alex.conſi.6.vol.1.conſ.16. vol.3.colu.4.& conſi.24.vol.3. col.5.Iaſ.in l.Imperium,col.13.verſ.circa aliud.ff. de iuriſd.om.iud.Abb.in ca.quæ in eccleſiarum.col.1. de cōſt.
186 Balb.tract.de præſcr.par.5.in 2.par.q.3.num.8.†& quod
187 ſola iuriſdictio non ſit ſatis,de monſtro. † Nam vicarius Metropolitani,puta Aquileienſis, iuriſdictionem habet in ſuos ſuffraganeos.cap.1.de offi.ord.non tamen præcedet vel Paduanum,vel Taruiſinum, aut Vicentinum epiſcopus.
188 † Auditor cameræ iuriſdictionem & notionem contra omnes curiæ prælatos etiam Cardinales,& Principum Oratores habet,eámque actu exercet, vt per bullas Iulij ſecundi,Leonis Decimi & Pij quarti videre licet,non tamē Cardinales,Oratores aut Gubernatorem præcedit. ergo
189 friuola eſt huiuſmodi iuriſdictionis obiectio.†Et pro ſigillo quod nulla de Vicario in Choro & in diuinis ratio ſit habenda,clarè innuit Papa, qui in ſua Eugeniana capitulo & Canonicis Eccleſiæ Paduanæ conceſſa, aſſignando locum primum in choro Archipresbytero,& ſecundū Archi.qui in dextro cornu adlatus epi ſedere debeat nulla penitꝰ de Vicario habetur conſideratio.Nec id dicatur ex obliuione factum, quia etiam de Vicario in eiſdem verbis de Archidiacono,quo ad quædam alia mentio fit ex-
190 preſſa,†minúſque conſuetudo quarundam aliarum ciuitatum eſt hoc caſu conſiderabilis, quia lucales conſuetudines ad alienos lares non ſe extendunt Old. in conſilio 248.In reſponſione ad primum.Rom.conſilio 367.numero vndecimo.Anchar.conſilio 163.Bero.conſilio 28. numero 48.cum iur.vulg.& ex his arbitror Reuerendum capitulum Paduanum iuſtiſſimam fouere cauſam &c, Laus Deo.Patauij.

Ioannes Piccardus, V. I. D. & Naulenſis
Cañonicus qui ſuprà.

*SVMMARIVM.*

1 *Incendium præſumitur exortum eſſe culpa inhabitantium.*
2 *Domini qui ſuſpiciunt famulos, debent eorum conditionem explorare.*
3 *Delictum a ſeruo commiſſum, conſenſu domini perpetratum dicitur.*
4 *Seruus vel famulus quicquid gerit,conſenſu domini geſſiſſe præſumitur.*
5 *Furtum vel homicidium commiſſum à ſeruo vel filio, perpetratum præſumitur voluntate domini vel patris.*
6 *Domini vectigalis, vel publicani, an teneantur pro familia ſua, & officialibus.*
7 *Coquus,macellator, vel cuſtos portarum veniunt ſub nomine officialium.*
8 *Dominus tenetur pro facto ſerui & famuli ſui,qui fuit vilis conditionis & famæ.*
9 *Pœna ſequi debet criminis auctores,neque vnus pro alio debet teneri.*
10 *Lex vel ſtatutum quòd alter pro alterius delicto puniatur, eſt odioſum & rigoris plenum.*
11 *Regulæ ſtandum eſt,donec contrarium probetur.*
12 *Dominus ſecundum veriorem opinionem non tenetur pro facto ſerui & famuli ſui.*
13 *Dominus præſumitur ignorare quæ a ſeruis & famulis geruntur.*
14 *Dominus ſciens delictum perpetrari à ſeruo non tenetur,cùm prohibere non potuit.*
15 *Dominus tunc tenetur pro delicto ſerui, ſi ex illo commodum ſentit.*
16 *Incendium eſt actus momentaneus.*
17 *Dominus non tenetur pro facto momentaneo ſerui vel famuli.*
18 *Neque cùm negotium in quo factum eſt delictum,pertineret ad ſeruos,non ad dominum.*
19 *Incendium committi dicitur culpa inhabitantium leuiſſima.*
20 *Culpa leuiſſima dicitur in omittendo,cùm per negligentiam committatur.*
21 *Conductor non tenetur præſtare culpam leuiſſimam.*
22 *Dominus non tenetur pro leuiſſima culpa ſerui in omittendo commiſſa.*
23 *Sententia an abſolutoria vel condemnatoria eſſe debeat, quando non apparet quis ex pluribus commiſerit delictum.*
24 *A culpa leuiſſima vt quis excuſetur,qua cautela vti poſſit.*
*Diligentia & vigilantia ſolita excuſat quem à leuiſſima culpa.*
25 *Intellectus ad l. 1.§.magiſtrum de exerci.acti.*
26 *Dominus quando præſumatur conceſſiſſe delicto commiſſo per ſeruum.*
27 *Et quando teneatur pro incendio à ſeruo cauſato.*
28 *Deciſiones Afflicti & conſilij Delphinatus,necnon Rotæ Romanæ vim legis obtinent.*

## CONSILIVM LIII.

## Initium à Domino.

PERPENSIS non mediocri ſtudio & diligentia varijs interpretum traditionibus,quid in hac conſultatione ſentirem,vix animo deliberare poterā. Namo more iuriſconſulti in l.ſi me & Titium. ff. ſi certum pet. ſubſiſtebam. Et vt contra Illuſtrem D. Carolum Maloperam Sereniſs.Sabaudiæ Ducis cōſiliarium reſponderem eū ſ.teneri emendari damnū exorti incendij inhoſpitio,multa me mouebant. Verùm antequam eò deueniam,prius dicā,ꝙ à iure præſumitur,
1 incēdium†exortum culpa inhabitantium.l.3.§.1.ff.de officio præfecti Vigilum.& l.ſi vendita.ff.de periculo & commo.rei vend.Bar.in l.ſi quis ex argentarijs.§.pen.ff.de edendo,qui ſcribit,probato incendio ſatis dici fundatā intentionem aduerſus inhabitantes,vt ſcilicèt eorum culpa exortum ſit.Eandem opinionem probarunt Alex.coſ.50. nume.2.lib.1.& Calcaneus.conſ.30. in fine.Qua ex re ſequitur,



ſeruos & famulos D. Conſiliarij teneri ad damni emendationem.Quod verò & ipſe D.Conſiliarius teneatur pro facto ipſorum ſeruorum,ita poſſe probari videtur.

Primò ex regula ipſa generali, quod dominus tenetur pro ſeruo ſuo.Ita probat l.1.§.magiſtrum & §. igitur præpoſitio.ff.de inſtito actio.ergo & D.Conſiliarius tenetur nomine eorum ſuorum ſeruorum.

Secundò ea me mouet ratio,quod illa omnis culpa,quę his ſeruis & famulis adſcribi poteſt, adſcribenda videtur
2 D.Conſiliario,qui†tales in famulos habuit.Debuit enim eorum conditionem explorare & nouiſſe iuxta le. vlt. §. ſeruorum.ff.nautæ caupo.ſtabula. eſt enim quod memor ſit dominus,non ſui tantum,ſed ſuorum eſſe reddendam rationem.Id quod ſcriptum reliquit Cicero his verbis actio.4.in Verrem.Sed cùm & tuos amicos in tuam prouinciam,quaſi in prędam inuitabas,ac cum illis & per eos prædabare,non ſtatuebas tibi non ſolùm de te, ſed etiam de illorum factis rationem eſſe reddendam. Hinc fit, vt
3 delictum†à ſeruo commiſſum, conſenſu domini perpetratum dicatur.cap.conſtitutis,& ibi gl.de teſtib.Clem. ne in agro.§.porrò.in verbo,familiaribus. de ſtatu Monach.& in cap.cùm ad ſedem.de reſtit.ſpolia.quib.accedit quod egregiè docuit Bart.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.nu.19.ff.de operis noui nuntia.cum ait ſatis probari magiſtratum vel principem conſueuiſſe metum inferre; ſi illius familia verè id facere conſueuit:cùm domini voluntate facere præſumatur. Hinc reſpondit Romanus conſi.68.col.1.ſeruum,vel ſubiectum ſuſpecti iudicis recuſari poſſe,quemadmodum potuiſſet & ipſe dominus.
4 cùm(inquit Romanus)iuris præſumptio ſit ea,quæ†à ſeruis geruntur,geri conſenſu & voluntate domini. Ita quoque reſpondit idem Romanus conſi.152.col.vlt.verſic.prima,quia.prohibitionem impedientem dominum accuſare,impedire & ſeruum,cùm accuſatus à ſeruo domini voluntate præſumatur accuſatus. Hinc reſpondit magis
5 ad rem Alexan.conſi.69.num.5.lib.2.furtum†à ſeruo, vel à filio commiſſum,præſumi perpetratum domini, vel patris voluntate.Idem de homicidio commiſſo à ſeruo, vel filio,reſpondit Barb.conſi.13.col.antepen.lib.3. Et idem placuit Marſil.conſi.3.nu.18.His accedit quod reſpondit Ruin.conſ.47.nu.12.lib.2.ſeruum inferentem moleſtiam vſufructuario præſumi inferre voluntate domini.

Tertiò vrgere non parum videtur l.1.§.familiæ.ff.de pu
6 blica.& vectigal.quo loci ſcriptum eſt,publicanos†atque ita vectigalis dominos teneri pro ſua familia & officialibus.Atqui officialis & is dicitur, cui à domino mandata eſt cura equorum & ſtabuli:ſicuti & officialis nomine ve-
7 niunt coquus,†macellator,& portarum cuſtos.vt ſcribit Boer.q.149.colu.1. Et in ſpecie perpetrati incendij. ita eo tex.§.familiæ adductus decidit Gramma.deciſ.3.num.12. & reſpondit Gozad.conſi.63.nu.14.

Quartò aduerſus D.Conſiliarium dubium non leue facit,quod docuit Fel.in c.Petrus.nu.7.de homicid.cùm ait
8 dominum†teneri pro facto ſerui & famuli ſui,qui fuit vilis conditionis & famæ. Quandoquidem dominus non videtur hoc caſu poſſe allegare propriam ignorantiam:cum facilè potuerit cogitare eos ſic facturos.Et huius opinionis recenſet Paulum de Eleaza.in clem.ne in agro.§.porrò.in tertio notab.de ſtatu monach.Et hos ſecutus eſt Alciatus in l.pronuntiatio.§. ſeruientium.nume.34. de ver. ſig.& in trac.præſump.reg.1.præſump.40.nu.4. cùm ergo dubium non ſit, hos famulos eſſe vilis & deploratæ cōditionis; dicendum omnino videbatur D. Conſiliarium teneri pro incendio ab eis commiſſo.

Quintò in ſpecie magis aduerſus D.Conſiliarium facere videtur tex.l.ſi ſeruus ſeruum.§.ſi fornicarius & §.Proculus.ff.ad l.Aqui.& clarior textus in l.qui inſulam.§.vlt. ff.locati. quibus apertè probatur, dominum teneri pro facto ſeruorum,quorum culpa combuſta fuit domus.

Sexto ſuffragari non parum videtur aduerſus D. conſiliarium auctoritas Imolæ in l.domos in fine,ff. de leg. 1. Goza.conſi.63.nu.3.& Gram.deciſ.3.num.13.qui affirmarunt,dominum teneri pro incendio commiſſo a ſuis ſeruis & famulis.Hæc me hæſitantem reddebāt.

Cæterùm re ipſa diligentiſſimè animaduerſa & conſiderata,totus in contrariam ſententiam diſceſſi, nempè D. Conſiliarium nullo pacto teneri, nec conueniri poſſe ex cauſa huius incendij.

Primò mouet me generalis regula,quod vnus pro facto
9 alterius non tenetur,cùm pœna † ſequi debeat criminis
auctores.l.ſancimus.C.de pœnis.& noxa. caput ſequitur §.omnis,Inſt.de noxa.actio.& l.crimen.ff. de pœnis. Et
10 ideò ſcribunt omnes, legem†illam ſiue communem, ſiue municipalem, eſſe odioſam & rigoris plenam, qua alter pro alterius delicto punitur. Ita tradunt Baldus in l. dotis tuæ:C.de iure dotium.Soc.Sen.conſi.122.col. 2. lib. 1. & Dec.in l extra territorium.num.5.de iuriſ. om. iud. &
11 conſi.359.Eſt ergo huic regulæ†ſtandum, donec contrarium probetur,nempè hoc in caſu D.Conſiliarium teneri pro delicto quod aſſeritur à ſuis ſeruis commiſſo.

Secundò accedit regula magis rei noſtrę proxima;nem
12 pè regulariter dominum† non teneri pro facto ſerui & famuli ſui.Ita probat l.2.in princ.ff.de noxa.actio. & regulam hanc negatiuam ita propoſuerunt & firmarunt Fel. in c.Petrus.nu.2.de homic.Affli.deciſ.82.num. 2. & clarius Iaſon in l.1.in prin. num. 3. ff. ne quis eum qui in ius voca.eſt vi eximat.Cur.Sen.conſi.41.Super proceſſu.col. 1.& Alcia.in tract.præſum.reg.3.præſum.40.nume.2. Ea
13 eſt ratio,quod præſumptio eſt dominum†ignorare quæ à ſeruo geruntur,vt ſcribunt glo.in c.quia præſulatus.1. q. 4.Alex.conſi.45.nu.5.lib.1.Boer.q.277.nu.7.& ſenſit Ripa in tract.de peſte. tit. de remedijs ad conſeruandam vbertatem.nu.135.Non ergo dominus facti ignarus puniri debet:cùm ſuus conſenſus non acceſſerit.Et(vt dixi ſuprà) ſtandum eſt huic regulæ,donec de contraria exceptione probetur.

Tertiò accedit eorum ſententia,qui dixerunt, dominū
14 †ſcientem delictum perpetrari à ſeruo non teneri, cùm prohibere non potuit.Ita Specul.in tit.de legato.§.iuxta verſi.quod ſi amici mei.Felin.in d.c.Petrus.num.2. verſi. & hanc concluſionem de homici.Afflictus deciſ. 82. nu. 5.& Gram.deciſ.47.nu.1.qui eiuſdem opinionis recenſet Bartolum & Corneum.Et his accedit Cur.Sen. conſi. 41. ſuper proceſſu col.2.& illum ſecutus eſt Dec.in l.3.num. 8.C.de pactis.Atqui dubium non eſt,D.Conſiliarium nō potuiſſe impedire & prohibere hoc exortum incendium: cùm illud ignorauerit.non ergo D.Conſiliarius tenetur. Ita in ſpecie reſponderunt Calcaneus conſi.64.num.6.& Rui.conſi.21.nu.1.lib.4.

* Quarto ſuffragatur*recepta illa aſſertio Doctorum; ꝙ
15 tunc demum dominus†tenetur pro facto ſerui, quando ex illo facto commodum ſentit.Ita ſcribūt Roma. & Iaſ. in l.de Pupillo.§.ſi quis ipſi prætori,de operis noui nuntia.Bar.conſi.13.col.antepen.lib.3.& Ruin.conſi.21.num. 1.lib.4.Atqui noſtro in caſu D.Conſiliarius nullum ſenſit commodum & hoc incendio; ſiue illud conſideremus ratione vindictæ,vt conſiderat in terminis Calcaneus cō 63.nu.1.ſiue etiam conſideremus commodum pecuniarū. Quò ad vindictam,vel ex eo ceſſat ſuſpicio,quod ipſe D. Conſiliarius non erat inimicus hoſpiti:quia alioqui in eius domo familiariter non habitaſſet.Non etiam ſenſit cōmodum pecuniarum; quinimo magnum ex eo accepit detrimentum,cùm plura eius bona & equi conſumpti eo incendio fuerint.non ergo ex hoc facto tenetur D. Conſiliarius.
16 Quintò mouet me maximè quòd hoc incendium † eſt actus momentaneus,vt de ſe manifeſtè patet. Atqui do-
17 minus†pro facto momentaneo ſerui non tenetur: ergo D.Conſiliarius pro hoc facto ſuorum ſeruorum conueniri non poteſt.illa minor non probatur ex Alex. in d. l. de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori nu. 24. de operis noui nuntia.poſt Romanum ibi copioſè Iaſ.in l.ciuitas.num.4.ff. ſi cert.pet. clarius & fuſius Barba.conſi.13.col.pen.libro 3.etſi diſſenſiat Curt.Sen.conſi.41.ſuper proceſſu.colum. 2. cùm ſcribit Abbatem cum Romano ſentientem malè ſenſiſſe.

Sextò confert hæc argumentatio, quod habere curam ſtabuli & equorum erat proprium ſeruorum & famulorum,non autem Domini Conſiliarij.Atqui tunc dominus
18 †non tenetur pro facto ſerui, cum ſerui negotium gerebant,cuius cura ad ipſum dominum non ſpectabat:ergo Do.Conſiliarius hoc in caſu non tenetur. Illa minor probatur in terminis ex l.ſi ſeruus ſeruum.§.Proculus.ff.ad l. Aqui. quam ita eo loci interpretatus eſt Florianus. Et in ſpecie noſtra clarius Afflictus deciſ. quinquageſimaſeptima numero 7. & Pariſius conſilio 87.num.6.lib.4.

Septimò his accedit vrgens hæc ratio quod incendium
19 committi dicitur culpa inhabitantium leuiſſima,ſicut ſcribunt Salicetus in l.quæ fortuitis.colum.vlt.verſic. vnum tamen. C.de pigno.actio.& Alexāder.conſilio 50. num.

20 9.lib.primo.Et leuiſſima † hæc culpa dicitur in omitten
do,cùm per negligentiam cauſetur.ita Alexand.d.conſi.
50.nume.9.verſic.ſed non probatur.lib.1. Angelus Aret.
in §.prætereà.in Inſt.quibus mod. re contrah. obliga. &
Ludo.Bologn.in additionibus ad Ioan.de Ana conſi.71.
num.5. Atqui de leuiſſima culpa in omittendo non te-
netur D.Conſiliarius, ſiue eius propriam perſonam cō-
ſideremus, ſiue perſonam ſeruorum Quò ad ſuam perſo
nam eſt clarum, quia erat hoſpitij conductor, nempè di-
21 etem mercede numeranda. Et conductor † non tenetur
præſtare culpam leuiſſimam; quemadmodum probat l.
ſi vt certo.§.nunc videndum. ff. commod. l. contractus,
vbi Decius.de reg.iuris.& l.in iudicio.C.locati. Et in ſpe
cie ſcribunt Alexan.d.conſi.50. nume.9.lib.1.Iaſon in l.
ſed & ſi quis.§.quæſitum.num.41.ff.ſi quis cautio.& cō-
ſi.116.nu.1.lib.1.Cepolla.conſi.79.num.4.&Gozad con-
ſi.63.nu.16.Quò etiam ad perſonam ſeruorum non tene-
22 tur D.Conſiliarius:quia dominus non tenetur pro leuiſ-
ſima culpa ſeruorum in omittendo.Ita in terminis his cla
ris omnium primus cenſuit Bald.conſi.441.Quidem ma-
giſter grammaticæ.col.2verſi.conſiderandum eſt. lib.1.
Alex.d.conſi.50.nu.9.lib.1.Afflictus deciſ.57.num.8.Fer
ratius cautela 36.num.2.&Pariſius conſi.87.numero 10.
li.4.ergo ex his ſequitur nullo modo D.Cōſiliariū teneri.

Octauò mouet me,quod non modò ipſe D.Conſilia-
rius non tenetur emendare hoc damnum, verùm nec il-
lius ſerui & famuli:ſi quidem(vt in facto præſupponitur)
in ſtabulo illo vnà cum ſeruis his D. Conſiliarij aderant
& ſerui D.Racomoræ.quo fit vt maxima ſit incertitudo,
an facto ſeruorum D.Conſiliarij.vel D.Racomoræ com-
23 miſſum ſit incendium:& ob id ferenda eſt ſententia†abſo
lutaria.Ita in ſpecie reſpondit Baldus in l.ſi creditor.ff.de
pign.act.& in d.con.441.Quidam Magiſter d.grammati
cæ.ad fin.lib.1.& clarius in terminis Ioan.de Anania.cō-
ſi.71.& ibidem Bolog.in additio.Cæpolla conſilio 70.in
criminalibus.Gozad.conſi.63.nu.12.& conſ.22.col.1.Iaſ.
conſi.116.num.2. lib.1.Afflictus deciſ.57.nu.4.Pariſ.con.
47.nu.5.8.lib.4.& Gramma.deciſ.3.nu.3.

Nonò & vltimò dato (non tamen conceſſo) quod ſoli
ſerui & famuli D. Conſiliarij fuerint in eo ſtabulo tem-
pore exorti incendij,attamen adhuc opinor eos non te-
neri emendare hoc damnum. Nam aſſeritur, probatum
ſeruos hos eſſe viros diligentes & peruigiles,quippè qui
ignem cuſtodiebant diligenter vel in cornu,vel alio in lo
co,vt periculum probabiliter non immineret futuri in-
24 cēdij.Quo fit vt eorū culpa vel leuis,vel leuiſſima†,purga
ta fuerit:& per conſequens non tenentur ad damni emen
dationem.Ita ſcribunt Soc.in tract.fallentia.reg.178.Iaſ.
& cæteri in l.ſi modo. ff. de legatis primo. & pro cautela
ad euitandam pœnam vel emendationem damni dati ex
incendio tradit poſt multos à ſe relatos Ferracius caute-
la 36.in fine,quod ſcilicet probetur vigilantia & diligen
tia inhabitantium.Et eandem ſententiam probauit Marſi
lius ſing.393.Regula.Idem reſpondit Alexander de Neuo
inter conſilia criminalia diuerſorum,tomo primo, con-
ſi.92.numero 15.& conſi.93.num. 16.Et his mea quidem
ſententia,apertè demonſtratur,non ſolùm D. Conſilia-
rium,verum nec eius ſeruos teneri ad huius damni emen
dationem.

Non obſtant nunc in contrarium adducta.Nam ad pri
mum reſpondeo vno verbo vnà cum Afflicto. deciſ. 82.
nu.10.d.l.1.§.magiſtrum.ff.de exercito.actio. habere ca-
ſum ſpecialem, ob hominum fortè improbitatem, vt ait
25 tex.l.1.†§.1.nau.caup.ſtabu.& ſcribit Alcia. in l. pronū
tiatio.§.ſeruientium.nu.35.de verbo.ſignifi.& in tract.de
præſum.reg.3.præſum.40.nu.5.Et eidem Afflict. ipſe de-
clarat,qui multa ad illius loci interpretationem recenſet
Prætereà;& ſecundò,reſpondeo, non eſſe mirum, quod
in caſu d.§.magiſtrum,is ſeruus, vel alter præpoſitus ne-
gotiationi dominum reddat pro illis negotiis obligatum
quandoquidem is præpoſitus ex voluntate domini,à quo
generale mandatum habebat,negotia tractabat, ſicuti
declarant locum illum Rui.conſi.96.nu.17.li.3.Afflict.de
ciſ.308.nu.7.& nu.13.Boer.q.56.& Benuenutus Straccha,
bene eruditus iuriſconſultus,in tract. de mercatura. titu.
de nautis.parte 5.verſi.ſcio alienum.Non etiam repugnat
d.l.1.§.igitur præpoſitio.ff.de exercito. actio. ſi quidem
ibi adfuit mandatum expreſſum,etſi limitatè, vt declarat
Dec.in l.filius,in fine.C.de pactis & Roman. ſingu. 618.
conſtituto.&c. idem ſenſit,& dixit eſſe locum ſingularē.

Accedit quod ſcribit Benuenutus loco præallegato,parte
3.nu.18.id euenire in caſu d.§.magiſtrum,& §.igitur præ-
poſitio,quia debuit dominus ille aliqua cum cautione ſer
uitores & famulos accipere.Quod cùm non fecerit,eius
negligentiæ adſcribitur.ſi quid ſerui cauſa præſtat.At ma
ximè diuerſum eſt in caſu noſtro, in quo ceſſat voluntas
D.Conſiliarij,quod ſerui hi ſui deberent incendium cō-
mittere. Nec illis commiſſum fuit aliquid quo obligare
poſſent dominum; qui cautionem exigere quò ad hæc
non ſolet.cùm ergo caſus d. §. magiſtrum, & d.§. igitur
præpoſitio,maximè differant à noſtro, non eſt inde ſu-
mendum argumentum.

Non obſtat ſecundum,quia reſpondeo, illud procede-
26 re,quando dominus† habet ſeruos improbos & nequam;
veluti,homicidas,lenones,fures & hos ſimiles.Ita d.l.vlt.
§.ſeruorum.ff.nautæ,caupo. ſtabul. declarat Alcia.in l.
pronuntiatio.§.ſeruientium.nume.34.de verbo.ſignifi.in
tract.præſum.reg.3.præſum.40. nu. 4. de his quoque lo-
qui intelligo Ciceronem in illa act.4.in Verrem.Quibus
conſtat non obeſſe quod in eo ſecundo argumento dice
bam ex doctrina Bar. in l.de pupillo.§. ſi quis ipſi præto-
ri.nu.9.ff.de ope. no. nun. delictum à ſeruo commiſſum
præſumi commiſſum de voluntate domini. Nam ex iam
dictis declaratur doctr.Bart.vt ꝓcedat cùm ſerui ſunt im
probi,vel quādo dominus ſcit eos delinquere,nec ꝓhibet
quando prohibere pōt: vt ſuis locis fuſius explicauimus.

Non obſtat tertium,quia reſpondeo,d.l.j.§.familiæ. ff.
de publica & vectig.loqui cùm ſerui expreſſim à domino
preponuntur illi publico officio exigendi vectig. quo ſa-
nè in munere ſi ſerui illi delinquunt,dominum obigant.
ſicuti eo loci declarat Bar.à quo non diſſentiunt Dec.cō.
8.nu.1.& Ferratius cautela 49.nu.2.cùm ergo aliter eue-
nerit in caſu noſtro, non eſt ex eo caſu noſtrum ſumen-
dum argumentum.

Non obſtat quartum,quia reſpondeo vno verbo vt dixi
ſuprà in reſponſione ad ſecundum,nempè procedere,cùm
ſerui ſunt nequam & improbi.

Non obſtat quintum,quia reſponderi poteſt ex decla-
ratione Afflicti deciſ.57.nu.6.d.l.ſi ſeruus ſeruum.§.for-
nicarius,& §.Proculus. ff.ad l.Aquil. loqui de delicto ꝙ
27 eſt in committendo:cùm ſcilicèt ſeruus † ille data opera
incendium commiſit.id quod hîc non contingit, vt iam
diximus. Ita etiam intelligitur l.qui inſulam.§.vlt.ff.loca
ti.quemadmodum ſignificant verba illius textus,ibi, Co-
loni ſeruus Villam incendit non fortuito caſu.Diuerſum
eſt in caſu noſtro, in quo conſtat incendium ſola leuiſſi-
ma culpa horum ſeruorum poſſe dici commiſſum.

Non obſtat vltimum,quia reſpondeo, veram non eſſe
Imolæ opinionem in d.l.domus.de leg.1. quandoquidem
ab eo diſſentiunt Alex.& Iaſ.ibidem.& Gozad.conſi. 63.
& alij,quos ſuprà ſuis locis retuli. Quocircà rectè cenſuit
Gozad.in d.con.63.in fi.aduerſus Imolæ opinionem obti
nuiſſe:ſicuti ita etiam fuiſſe deciſſum in conſilio Neapo
litano teſtatur Afflictus, d.deciſ. 57. Id quod perpendi
28 maximè debet,cùm deciſiones†hæ magnæ ſint auctorita
tis.Nam legis vim obtinent in eo domino,vt teſtatur ipſe
Afflictus deciſ.169. nu. 9. Ita & de deciſionibus Conſilij
Delphinatus ſcribit Guido Pap.q.50.in fin.Nec aliter de
deciſionibus Rotæ Romanæ tradunt Geminia. conſi.34.
col.2.& Vantius in tract. de nullitate. tit. de nullitate ex
def.iuriſ.iudicis delegati.nu.20.Credo itaque, hanc no-
ſtram opinionem tot iuribus, rationibus & auctoritati-
bus firmatam eſſe veram & ſequendam.

Iacobus Menochius. I. C.

*SVMMARIVM.*

1 *Equites Hieroſolymitani à feudorum ſucceſſione an prohibeantur.*
2 *Vaſallus an ob adeptam dignitatem Cardinalatus poſſit retinere feudum,& nu.29.*
3 *Equites Hieroſolymitani contra Turcas pro fide Catholica pugnare debent.*
4 *Conſuetudo vim legis obtinet,ideo ab ea non eſt recedendum.*
5 *Doctori alleganti de conſuetudine ſuæ regionis creditur, vel ſaltem facit præſumptionem.*
6 *Præſumptio transfert onus probandi in aduerſarium.*
7 *Vaſallus qui domino per propriam perſonam ſeruire nequit, in feudo ſuccedere poteſt.*
8 *Dummodo non ſit electa induſtria perſonæ.*
9 *Filius qui viuo patre, & eo inſtante effectus eſt clericus, licèt ſerui*



*re non poſſit per propriam perſonam, tamen ſuccedit patri in feudo cum cæteris fratribus.*
10 *Clericus ſit domino per interpoſitam perſonam ſeruire poteſt, ſuccedit in feudo.*
11 *Idémque de Epiſcopo dicitur.*
12 *Clericus ſuccedere poteſt in feudo franco, cùm nullum pro eo præſtetur ſeruitium.& 29.*
13 *Feudum cùm eſt conceſſum pro ſe,& hæredibus, ſeruitium non eſt perſonaliter præſtandum.*
14 *Vaſallus tenetur perſonaliter ſeruitia præſtare, quando feudum eſt rectum,& proprium, paternum & antiquum.*
15 *Induſtria perſonæ vaſalli ex quibus apparet electa in præſtando ſeruitio.*
16 *Promittens aliquid ſub iuramento, dicitur promiſiſſe induſtriam perſonæ.*
17 *Equites Hieroſolymitani ſunt religioſè perſonæ, & Deo dicatæ, & dicuntur ſub regula S. Auguſtini.*
18 *Religioſus in feudo ſuccedere nequit.*
19 *Clericus quibus in rationibus in bello eſſe non poſſit.*
20 *Clericus effundere ſanguinem non poteſt.& nu.35.*
21 *Vaſallus qui Domino ſeruire per ſe non poteſt, non poteſt etiam per interpoſitam perſonam.*
22 *Religio Equitum Hieroſolymitanorum cur inuenta fuerit.*
23 *Religioſus non poteſt nec debet negotijs ſecularibus ſe implicare.*
24 *Equites Hieroſolymitani non poſſunt regelariter ſuccedere in feudo proprio,& recto.*
25 *Renuntiatio generalis omnium bonorum includit etiam feuda.*
26 *Renuntiatio vaſalli tacita quando noceat.*
27 *Renuntiare an quis poſſit ſpei ſuæ ſucceſſionis in feudis.*
28 *Et an viuente patre.*
29 *Clericus quando & quare ſuccedat vel non in feudis.*
30 *Baldus in commentarijs ſuis feudorum taxatur.*
31 *Auctoritati Doctorum non præſtatur fides, quorum ſcripta non extant.*
32 *Epiſcopus factus an in feudo ſuccedere poſſit.*
33 *Epiſcopum non poſſe retinere feudum, quomodo dicatur & intelligatur.*
34 *Eijcere turpius eſt, quàm non admittere.*
35 *Clericus an licitè poſſit in bello effundere ſanguinem infidelium.*
36 *Conſuetudo eſt quid facti, ideo eſt probanda.*
37 *Conſuetudo probari in ſpecie illius caſus, qui venit in controuerſiam.*
38 *Inhabilis ſi vult admitti ad aliquam cauſam, ſuam debet probare habilitatem.*
39 *Clericus qui poſt mortem patris per aliquos annos laicatur, an ſuccedat in feudo.*
40 *Clericus factus vi, vel fraude patris vel agnatorum, an amittat feudum.*
41 *Seruitus quando per ſubſtitutum præſtari poſſit in feudis diſtinguitur.*
42 *Induſtria quando tranſeant, vel non tranſeant ad alios.*
43 *Cauſa ſi ſit alicui priuatæ peroſnæ delegata ſub titulo dignitatis, eo mortuo qui in dignitate ſuccedit de cauſa cognoſcere, & iudicare poterit,& qua ratione.*
44 *Induſtria perſonæ quando eſt electa, dicitur mandatum.*
45 *Hæredes ſinguli ſuccedentes in feudo non poſſunt eligere alterum, qui tanquam ſubſtitutus ſeruiat domino.*
46 *Hæres vel filius intra annum debet petere renouationem inueſtituræ.*
47 *Inueſtitura renouata in perſona hæredum vel filiorum an renouetur in ſtatu illo prout erat prima.*

## CONSILIVM LIIII.

# Initium à Domino.

IN controuerſa cauſa illuſt.
fratrū de Caretto dubitari
10 adhuc contingit,an illuſtris
Do.Eques ſuccedere poſſit
in feudis.Et ex multis dicen
dum videbatur,poſſe ſucce
dere.

Primò multum dubita-
tionis mouet, quod magis
recepta & communis *eſſe
11 videtur Doctorum opinio,
Hieroſolymitanos hos E-
1 quites†à feudorum ſucceſſione non prohiberi,ſed admit-
tit.Ita affirmarunt Aluarotus in ca.1.col.pen.verſi. quæ-
ro,quid ſi vaſallus,de milite vaſallo, qui arma bellica de-
poſ.& ibidem Bald.num. 4. Præpoſitus in fin.& Afflict.
num.13.Iacobinus à S.Georgio in inueſtitura feudali. in
verbo,Dictíque vaſalli promiſerunt non committere Fe
loniam.num.41.verſi.quid autem in militibus. Barba.in
rub.extrà de feudis. col.3.verſi.quid ſi vaſallus efficiatur
miles & Cur.Iun.in tracta.feudo.par.3.q.10.quos ſecutus
eſt Rubeus conſi.80.& Neuizanus conſi.30.nu.1.qui eiuſ
dem opinionis & recenſet Petrum Rauenaten in ca.1. de
milite vaſallo,qui arma bell.depoſ. & Michaelem Buriū,
cuius commentarij hactenus meis in manibus non vene-
runt.His addo nouiſſimè M.Antonium Nattam conſilio
507.num.9.lib.3.Quæ ſanè Doctorum opinio præcipuis
his rationibus fulcitur.Prima;quod horum militum Hie
2 roſolymitanorum ſtatus auctus eſt,†cùm æqueſtrem di-
gnitatem adepti ſint; quo fit vt domino feudi ſeruire poſ
ſint.l.nullus qui nexu.l.neminem.C.de decurio.li.10.Ita
videmus,vaſallum,ob adeptam dignitatem Cardinalatus
retinere feudum, & poſſe ſeruire per ſubſtitutū. ita reſp.
Ruin. conſi. 42. num. 2.lib.1.Ita etiam de epiſcopo ſcri-
dunt Imola.in ca.inter delictos.nu.6.de fide inſtru. & ibi
Felin.nu.3.alios infrà referam., Secunda ratione vtuntur
3 relati Doctores,quia hi milites Hieroſolymitani†non de
poſuerunt arma bellica,cùm pro fide Catholica aduerſus
Turcas pugnare habeant.Et ideò ceſſat ratio cap.1.de mi
lite vaſa.qui arma bell.depoſ.qua vaſallus deponens arma
feudo priuatur.

Secundò,accedit quod relata Doctorum opinio cōſue
tudine & vſu regionis Pedemontium & Montis ferrari
recepta dicitur:ſicut atteſtatur Neuiz.d.conſi.30.num.4.
in fi.qui ſcribit in Marchia Mōtisferrari obſeruatum fuiſ
ſe,quòd Hieroſolymitani milites ſuccedant in feudis. Et
ſubiungit quod in illuſtri Carrettarum familia ita fuit ob
ſeruatum pro D.Lazaro Carretto. Quocirca durum ad-
4 modum videtur velle recedere à conſuetudine † quæ le-
gis vim obtinet.l.minimè.de legib.c.conſuetudo. diſt.4.
5 Et dubium non eſt,quin Doctori†atteſtanti de conſue-
tudine,præſertim ſuæ regionis & patriæ, credendum ſit,
vt tradunt Barto.in l. de quib.nu.2.. ff. de legib. commu-
* nem*teſtantur Dec.in conſi.420.col. vl. & Rola.conſil.
87.nu.12.li.1.qui poſt Crau.conſi.166.num.9.& con.325.
6 col. 1.ſcribit, ſaltem præſumptionem†facere, quæ onus
probandi contrarium in aduerſarium reiicit.l.generaliter
§.ſi petitum.ff.de fideicom.liber.

Tertiò huc ſpectat,quod etiam clericus,&qui domino
7 per propriam perſonam ſeruire non poteſt in feudo †ſuc
cedit,cum feudi dominus non contradicit. ita in ſpecie
reſponderunt Rubeus d.conſi.80.in fi.& Neuiz.d.conſi.
8 30.nu.1.ibi dummodò†non ſit electa induſtria perſonæ,
& dominus non contradicat.idque aiunt probari in ca.1.
de capi.Corradi,vbi ſcribentes. ſed in caſu noſtro non
conſtat,Cæſarem feudi dominum directum contradicere
quin hic miles Hieroſolymitanus ſuccedat: ergo videtur
poſſe ſuccedere.

Quartò,ſuffragari huic videtur,quod viuo patre,eóque
inſtante, factus eſt miles Hieroſolymitanus. Atqui ille,
9 qui†viuo patre & eo inſtante clericus efficitur non vide-
tur prohibitus quin poſſit patre mortuo ad feuda reuer
ti,& in eis cum cæteris fratribus ſuccedere. Ita docuit
Baldus in c.1.de beneſ.fœminæ.quem ſecutus eſt Curtius
Sen.conſilio 62.Præſuppoſit. columna ſecunda, verſiculo
quarta ratione.& conſilio ſequēti verſi.Octauò moueor.
ergo,& hic miles Hieroſolymitanus ſuccedere poſſe vi-
detur.

Quintò,non parum vrgere videtur hæc argumentatio
ita deducta. Hic non conſtat vaſallum teneri domino
præſtare aliquod ſeruitium,quod commodè à clerico &
in ſacris conſtituto præſtari non poſſit. Atqui cùm cleri-
cus†ſeruire poteſt domino feudi, in eo feudo ſuccedere
poteſt.ergo hic miles Hieroſolymitanus in hoc feudo ſuc
cedere poterit. Illa minor propoſitio probatur multo-
rum auctoritate & exemplis. Ita enim cenſuerunt multi
relati ab Alexan.conſili 10.num.8.9.libro 5.à Bruno con
ſilio 16. & à Neuiz. conſilio 30. numero 4. cùm dicunt,
quod ſi ſeruitium per ſubſtitutum præſtari poteſt domi-
no,religioſus in feudo ſuccedit.idem reſpondit Cephal.
conſilio 1.num.22.li.1.epiſcopum†poſſe in feudo ſuccede
re,cùm per ſubſtitutū dn̄o ſeruire pōt.Accedit Thomas

Marinus in commentarijs feudorum.titul. 2.de feudo ex
pacto & prouiden tia.numero 142.qui Affli. Capicium &
alios recenſet.Add. Rui.conſi.142.num.2.lib.1.qui idem
de Cardinale reſpondit.Hinc decidit Ant. Capicius de-
ciſ.32.num.2.& reſpondit Alciatus reſ.222. quòd ibi feu-
dum eſt ita tenue,vt vaſallus ſeruire non poſſit perſonali-
ter,ſed poſſit loco ſeruitij ſoluere pecuniam, clericus &
religioſus in eo ſuccedere poterit.Ita etiam dicimus, cleri
12 cum†ſuccedere in feudo franco,cùm nullum pro eo præ
ſtetur ſeruitium.ita Alexan.conſilio 10.numero 12.lib.2.
Fel.in c.in præſentia.num.45.& ibi Dec.num.76.de pro-
batio.Curtius Iunior in tract.feudo.par.3.principali in 2.
membro.q.10.num.27.Brunus conſilio 16.num.2.Qui-
bus addo Aret.conſi.14.Iaſ.in præludijs feudo.num. 115.
Ita etiam de feudo emptitio reſpondit Rolan.à Valle con
ſi.23.num.2.& num.33.lib.1.
Sextò & vltimò confirmatur præcedens argumentatio
quia hîc aſſeritur hæc feuda eſſe conceſſa à Cæſare pro ſe
13 & hæredibus ac ſucceſſoribus.Atqui,cum feudum, † eſt
conceſſum pro ſe & hæredibus, ſeruitium non eſt perſo-
naliter præſtandum,vt ſcribunt Baldus in l. quiſquis. C.
de Epiſcop.& cler.Felin.in c.in præſentia. num. 48. verſ.
fallit quartò,de probatio.quos ſecutus eſt Cephalus.con
ſilio 1.num.32.& conſi.2.num.14.lib. 1. qui eiuſdem opi-
nionis recenſet Iaſonem conſi.117.co.4.verſi.quartò mo
ueor lib.4.Quibus addo Præpoſ.in c.1.§.& quia.nu.23.28.
qui feudum dare poſſ.Cur.Sen.d.conſi.62.col.2.verſi. ter
tio quia & conſilio 63.colu.1.verſ.quintò me mouet. Bru
num conſi.16.num.8.Curt.Iun.in trac.feudo.parte 3.prin
cipali.2.membro.q. 10.nu.31. & Hieronymũ Scrupf.inter
conſilia Bruni conſi.140. num. 16. ergo dicendum vide-
tur D.Equitem ſuccedere poſſe in hoc feudo.Hæc magnã
mouebant dubitationem.
Cæterùm,re ipſa diligentiſſimè perpenſa, contrarium
viſum eſt verius,nempè,D.Equitem Hieroſolymitanum
non poſſe ſuccedere & obtinere hæc feuda.Quam ſanè ve
ram iuris ſententiam multis veram eſſe ſtatim oſtendam
ſed,quò facilius omnia diſſoluantur,priùs nonnulla præ-
mittam.Præmitto itaq; hoc vnum;quod, cùm hæc feuda
14 †ſint feuda recta & propria,necnon & paterna, antiquá-
que,vaſallus debet perſonaliter ſeruire,nõ autem per ſub
ſtitutum.Quandoquidem ipſiuſmet vaſalli electa cenſe-
tur induſtria.Ita apertè reſpondit Craue.conſi. 303. num.
1. qui Curtium Iuniorem & alios eiuſdem opinionis re-
cenſet.His rationibus,quas ſummatim recito,vtitur. Pri-
15 ma,quod fides†vaſalli requiritur in ſeruitio.Secũda,quia
ſeruitium indeterminatum eſt promiſſum. Tertia, quia
graue negotium eſt vaſallo demandatum. Quæ ſanè om-
nia etiam diſtinctim conſiderata ſignificant eſſe electam
perſonæ induſtriam: quemadmodum oſtendit Crauetta
loco iam citato.Et confirmaui libro primo de arbitrarijs
iudicum.&c.q.68.nu.8.9. 10. Quibus quidem rationibus
16 & hæc quarta accedit,quod,vbi,adhibito†iuramento,a-
liquid eſt promiſſum, perſonæ induſtria cenſetur electa.
ita poſt Albericum,quem recenſet,docuit Ioannes Ron
chegallus in l.nemo eſt qui neſciat.num.24.ff.de duobus
reis.Atqui dubium non eſt, vaſallum,adhibito iureiuran-
do,promittere ſeruire domino.c.1.de nou.forma fidelit.
ergo in dubio dicendum eſt,prouiſum perſonaliter ſerui
re & non per ſubſtitutum.His præmiſſis, facilè demon-
ſtrari poteſt rationibus & auctoritatibus Doctorum,Hie
roſolymitanum militem in hoc feudo non poſſe ſucce-
dere.
Primó ea me mouet ratio,quod hi Hieroſolymitani mi
17 lites † ſunt perſonæ religioſæ & Deo dicatæ. ita probat
tex.in cap.quamuis de decimis,gloſſa in clem. quia con-
tingit,in verbo militarium.de relig.dom.& ſcribunt Ge-
min.in c.2.§.laici,verſi.quæro,qui dicantur.de reb.eccl.
non alien.in 6.Abbas in rub.de regularibus. nu. 4. pro-
pè finem.His accedit Volaterranus lib. 21. anthropolo-
giæ,qui ſcribit hos milites eſſe religionis S. Auguſtini,
& officium teneri dicere. Alcia.reſp.29.nu. 6. Atqui reli-
18 gioſus†& Deo dicatus in feudo regulariter nõn ſuccedit.
c.1.§.qui clericus.ſi de feudo fuer.controuerſ.inter dom.
& vaſallum.c.1.de mil. vaſal. qui arma bell. depoſ.c. 1. an
mutus,vel aliàs inperf.& c.1.§.ex hoc illud. de feudo fœ-
minæ.& ſcribunt multi quos retuli lib.2. de arbitrariis iu
dicum, caſu.231.nu.2.Addo nunc rõnẽ,quia clericus†non
19 põt eſſe in bello,&pugnare c.ex multa.§.de clericis.devo
to.c.clerici.23.q.8.cl.1.de homic.D.Thom.2.2.q.40.artic
2.& ibi Caietanus Archiepiſcopus Flo.in ſumma, part.
tertia.tit.28.c.2.§.6.Baldus conſi.539.Ad bellum iuſtum.
col.1.lib.5.Abbas Card.Feli.& cæteri in c.pe.de homicid.
cuius rei duplex eſt ratio.Prima,quia ars bellica & armo-
rum ſtrepitus diſtrahit clericos à laude Dei & officiis ce-
20 lebrandis.Altera,& melior, quia†non poſſunt effundere
ſanguinem humanum,iuxta illud, Non ædificabis mihi
tẽplum,quia vir ſanguinis es.Paralipom.c.22. Alias ratio
nes refert Turrecrem.c.1.23.q. 8.ergo Hieroſolymitanus
miles in feudo non ſuccedit.
Secundò accedit vrgens hæc argumentatio: qui feudi
21 †domino ſeruire non poteſt,per ſe,nec per ſubſtitutum,
feudi capax non eſt c.1.in fi.de mil.vaſallo, qui arma bell.
depoſ.& ibidem Doctores omnes, ſed miles Hieroſoly-
mitanus nec per ſe nec per ſubſtitutum ſeruire poteſt feu
di domino, ergo in feudo ſuccedere non poteſt. Illa mi-
nor propoſitio partim probata eſt ex iam dictis, dum ſu
prà demonſtrauimus,vaſallum non poſſe ſeruire domino
feudi per ſubſtitutum,partim nunc probatur; nempe Hie
roſolimum militem non poſſe perſonaliter ſeruire feudi
22 domino.Nam inſtitutio†religionis Hieroſolymitanæ fuit
facta,vt pro fide Criſtiana aduerſus Turcas & infideles pu
gnent,quemadmodum memoriæ proditum eſt à Volater
rano.lib.21.Antropologiæ.& ex noſtris ita ſentiunt Ne-
uiz.d.conſi.30.nu.4.Rubeus & cæteri, quos ſuprà retuli
in primo partis aduerſæ argumento,& Pariſius conſi 44.
num.20. in fine lib.4.Nec hîc repugnat quod ſcribit Ne-
uiz.d.conſi.30.nu.1.verſi.quinimò dictant.hos milites re-
ſeruare fidelitatem feudi domino,cùm religionem illam
ingrediuntur: quia reſpondetur non conſtare quod ex
conſtitutionibus regulæ Hieroſolymitanæ ita iurari poſ-
ſit.quod equidem ab ipſo milite eſt probandum, cùm ei
23 repugnet regula,quę eſt,quod effectus religioſus† impli-
care ſe nõ debet nec poteſt negotiis ſecularibus.c.1.in fi.
ne cler.vel mona.Pręterea loquitur Neuiz.in eo,qui priùs
ſucceſſit in feudo,& poſtmodum efficitur miles Hieroſo
lymitanus ſed diuerſum eſt in caſu iſto, in quo priùs mi-
les iſte effectus eſt miles illius religionis, & Deo dicatus
eſt,non ergo poteſt amplius ſe implicare negotiis ſecula-
ribus.
Tertiò accedit auctoritas multorum,qui in ſpecie affir
24 marunt,Hieroſolymitanos†milites non poſſe ſuccedere
in feudo proprio & recto.ita Bald conſi.170.Ad euiden-
tiam præmittendum,quod de rebus feudalibus.lib.2.Bar
ba.in tract.de præſtan.Cardinalium.parte prima.q.5.col.
4.Brunus conſi.17.Caſſaneus in commentariis ad conſue
tudines Burgundiæ.tit.de feudis.§.5.in verbo, except. le
religios. num.18. Catelianus Cotta in ſuis memoral. in
verbo clericus.Craue.conſi. 305.col.1.& 2.Rolandus con
ſi.23.num.9.lib.1.Alciatus reſp.29.num.6.Thomas Mari
nus in commentariis feudo. titu. 2. de feudo ex pacto &
prouidentia.num.141.& hanc ſententiam probaui lib. 2.
de arbitra.iudicum,&c.caſu 231.nu.5.
Quartò & vltimò in caſu noſtro ceſſat omnis dubita-
tio,quia in facto præſupponitur;D.Equitem Hieroſoly-
mitanum ante ingreſſum illius religionis renuntiaſſe ſuis
iuribus ſuper his feudis competentibus ad commodum
& fauorem aliorum fratrum.Quo fit vt excluſus omninò
ſit.ita in ſpecie reſpondit Craue.conſi.303.nu.4.verſi.ſex
25 tò principaliter.quibus fortius ait, in generali † bonorũ
renuntiatione etiam feuda contineri. Eiuſdem ſententiæ
addo Decium conſilio 389.num.11.quó loci.num.8.& il-
26 lud ſcripſit tacitam renuntiationem†vaſallo nocere: vt
puta quando permittit alium inueſtiri, vt euenit in caſu
noſtro.id quod probat tex.in capitulo 1.§.Titius filios, ſi
de feudo ſit conten.inter dom.& agna.vaſall. & ſcribunt
Tiraquellus de iure primigen.q.26.numero 2.& Rubeus
conſilio 133. numero decimo.Et in his terminis probat ca
pitulum primum, §. præterea, quibus modis feudum a-
mittatur.Iaſon conſilio centeſimoſeptimo,columna pri-
ma,libro quarto.Potuit ergo hic miles Hieroſolymitanus
27 renuntiare ſpei†ſuæ ſucceſſionis in feudis.Ita clarè in ter
minis reſpondit Aretinus conſilio tertio in fin. Nec du-
bitationem mouet,quòd hæc renuntiatio facta fuerit,pa-
28 tre ipſo viuente:ſi quidem†fieri potuit,vt ſcribũt omnes
in l.pactum quod dotali.C.de pactis.& in capi. quamuis,
de pactis,in ſexto.Decius in l.pactum quod. numero 16.
verſi.ſed tamen tenendo. C. de collatio. & conſilio qua-
dringenteſimoſeptuageſimoquinto.numero 4. verſiculo
vnde videndum.Ruinus conſilio decimtertio numero 3.
libro



libro ſecundo,Curtius Iunior conſilio 98. numero 5. &
Pariſius conſilio 26.numero 114.libro ſecundo, & conſi-
lio 95.numero 28.libro tertio,eſt ergo omni ex parte con
cludendum.D.Equitem eſſe excluſum à ſucceſſione ho-
rum feudorum.
Non obſtant nunc adducta in contrarium.Nam ad pri
mum reſpondetur,relatos in eo argumento Doctores lo
29 qui,quando non†eſt electa induſtria perſonæ; atque ita
cùm vaſallus poteſt ſeruire per ſubſtitutum; quo ſa-
nè in caſu nos non verſamur. Iam enim oſtendimus hîc
electam eſſe perſonæ induſtriam,& ob id ſeruiri non poſ
ſe per ſubſtitutum:cum feudum ſit rectum & proprium,
& non conſtat vel pacto,vel iure vaſallos hoc in caſu poſ
ſe ſeruire per ſubſtitutum.
Prætereà non eſt conſtituendum ſolidum fundamen-
tum in auctoritatibus illorum Doctorum. Nam quò ad
Baldum in capitulo primo, numero 4. de milite vaſallo
qui arma bellica depoſu. reſpondetur, illum non loqui
de his militibus Hieroſolymitanis,ſed de quibuſdam Gau
dentibus; quos differre à Hieroſolymitanis cenſuit eo lo
ci Afflictus num.13.Qua ex re ceſſat quod dicebat Neui-
zanus dicto conſilio trigeſimo,numero primo,verſi.non
30 obſtat quod Baldus tenuit.&c.Baldum†melius & erudi-
tè magis ſcripſiſſe commentarios feudorum,quàm cæte-
ros,cùm iam ſenex illos ſcripſerit.Verius enim eſt obſcu
rius ſcripſiſſe,immò minus peritè, ſi credimus Moder.
Pariſien.in commentarijs ad conſuetudines Pariſienſes,
titulo primo, in prooemio. numero trigeſimo octauo,
cùm ait. Baldum in his commentarijs feudorum multa
puerilia ſcripſiſſe.
Non etiam deferendum eſt auctoritati Iacobini, cùm
remiſſiuè tantùm loquatur: ob id parui facienda eſt eius
doctrina,vt Alciatus libro quarto pareg.iuris.capitulo de
cimoſeptimo.Ita reſpondetur Afflicto,qui remittit ſe ad
ea,quæ ſcribit ibidem Præpoſitus.
Non etiam repugnat auctoritas Barbatiæ, quia iam cõ
ſtat aliter ſenſiſſe in tractatu de præſtantia Cardinalium,
imò in ea rubric.extra de feudis.numero tertio, dubitat.
Ita facilè euitatur auctoritas Curtij Iunioris; cùm ipſe pa
riter remiſſiuè loquatur,non diffiniendo quid ipſe ſentiat
de hac dubitatione.Ita etiam opinor non repugnare au-
ctoritatem Rubei & Neuizani,cùm Baldum ſecuti ſunt:
quia tamen Baldus aliter ſenſit,vt ſupra retuli. Et parum
eſt deferendum dicto illius Michaelis Burij,quem Neui-
zanus recenſet cùm illius commentarij non extent,quod
viderim. Et ideo Decius conſilio 259. numero quarto,
31 verſi.prætereà,ait,non eſſe adhibendam fidem † illorum
auctoritati,quorum non extant ſcripta,quæ in fonte cer-
ni poſſint.Ita pariter ceſſat auctoritas Nattæ, cùm is ſecu
tus ſit fidem Baldi,Aluarotti & aliorum,qui hoc non ſcri
bunt, vt Natta intellexit. Rurſus eſto, id ſentiant relati
Doctores,vt à recentioribus interpretantur:attamen eo-
rum rationes,quibus permoti ſunt, leues mihi videntur:
quemadmodum exiſtimauit & Craue. dicto conſilio 303.
columna tertia,verſiculo ex præmiſſis Et præter eum acce
dit,quòd etſi milites iſti ſtatum ſuum in melius commu
tent:nihilóminus hoc contingit quò ad eos, non autem
quò ad dominum feudi.Ita videmus in cæteris clericis &
religioſis,qui licèt ſtatum ſuum in melius commutent,nõ
tamen ſuccedunt in feudo; vt dixi ſuprà.Quinimò vide-
32 mus Epiſcopum,†qui cùm epiſcopatum,id eſt,bonum o-
pus,iuxta verbum Apoſtoli,deſiderat & conſequitur; at-
que ſtatum ſuum in melius pro Chriſtiana religione com
mutat,non tamen poſſe ſuccedere in feudo.ita reſpondit
Bellamera conſi.48.colu.2.verſic.circa quartum dubium.
Niſi ſit feudum,in quo poſſit ſeruire per ſubſtitutum.ita
intelligo Bellameram, d.conſi.48.col.8. verſic. ſecundò
probatur.Ita pariter reſpondit Ruinus conſi.42. num. 2.
lib.1.Cardinalem potuiſſe retinere feudum,quia fuerat cõ
ceſſum ſub præſtatione annui cenſus:ſecus inquit ille ) ſi
conceſſum fuiſſet propriè in feudum & rectum.Ita etiam
declarantur Imola in capit.inter dilectos.num.6. de fide
inſtrum.Ioan.de Ana in cap.Iudæi.il 2.in gloſſa vltim.de
Iudæis & Barba.in rubr.extrà de feudis.columna 2. cùm
33 dicunt Epm † nõ poſſe retinere feudũ,intelligitur de feu
do,cui per ſubſtitutum ſeruire non poteſt. ſecus ſi poſſet:
vt ſcribunt Baldus in d.capit.inter dilectos,colum.3. ver-
ſi ibi.comitis,& ibi Felinus.num.3.ita etiam intelligo re
ſponſum Cephali conſi.1.nu.58.& conſi.2.num.10. lib.1.
Et in claris terminis ita declarant Antonius Capicius de-
ciſ.32.num.2.& Hieronymus Scrupf.inter conſilia Bruni
conſi.140.num.14.non ergo eſt bona conſequentia, ſtatũ
ſuum in melius commutarunt hi milites Hieroſolymita
ni,ergo per ſubſtitutum poſſunt ſeruire,hoc idem eſſet di
cendum in cæteris religioſis,clericis,epiſcopis & Cardi-
nalibus: & tamen contrarium eſt verius,quòd ne per ſub-
ſtitutum poſſunt ſeruire.ita Curtius Iunior in tract. feu-
do.parte 3.in ſecundo membro,nu.10.Prætereà eſt aduer
tendum,relatos Doctores,qui volunt epiſcopum ſucce-
dere in feudo,loqui de eo,qui priùs feudum obtinet,&c.
34 deinde efficitur epiſcopus.Nam† turpius eiicitur, quàm
non admittitur hoſpes.
Non etiam vrget alia ratio relata in dicto primo argu-
mento, nempè hos milites Hieroſolymitanos non depo
ſuiſſe arma bellica: cùm contra Turcas & infideles pu-
gnent,ac militent.Quia reſpondetur ſatis dici depoſuiſſe
arma bellica,quò ad dominum feudi,cui ſeruire& ſua cau
ſa bellum ſuſcipere aduerſus inimicos Chriſtianos, non
poſſunt.Non enim ſequitur,militant pro fide,ergo etiam
militare poſſunt pro feudi domino.Quandoquidem ma-
35 ximè diuerſa eſt cauſa,cùm enim militant†pro fide Chri
ſtiana, permiſſum eis eſt à Pontifice Maximo effundere
humanum ſanguinem.Ita reſpondit Baldus conſi.539.Ad
bellum iuſtum,in fine.lib.5.& probat text. in cap. igitur.
23.q.8.quo loci ait Leo Papa,ſe exiuiſſe cum populo ad
pugnam contra infideles.& ibidem annotauit gloſſa, cle
ricos & ſacris addictos pugnare poſſe contra infideles.
Hæc facultas non conceditur cùm contra Chriſtianos
pugnandum eſt, quamquam bellum eſſe iuſtum,vt dixi-
mus ſuprà in primo noſtræ opinionis argumento.
Non obſtat ſecundum.quia reſpondetur,hanc conſue-
tudinem,quòd milites hi Hieroſolymitani ſuccedant in
36 feudo,non eſſe probatam ab aduerſariis,vt † probari de-
bet,cùm ſit quid facti.capitulo primo,de conſtit. tradũt
omnes in lege de quibus.ff.de legibus.& Decius con.472.
nu.16.cæteros prætereo.
Nec aduerſatur illa aſſertio Neuizani & aliorum,qui di-
cunt ex conſuetudine huius regionis hos milites ſuccede
re in feudo.quia reſpondetur facilè ſuo in caſu credi illis
Doctoribus de conſuetudine,quia fortè erat in ſpecie ſi-
milium feudorum:ſed in caſu noſtro non video probatũ
in ſpecie ſimilium feudorum,de quibus agitur extare hãc
conſuetudinem.Eſt enim vera Doctorum ſententia,con
37 ſuetudinem†probari debere in ſpecie illius caſus, qui ve-
nit in controuerſiam.Ita reſpondit Oldrad.conſilio 237.
num.tertio,Aret.conſi.23. in tertio dubio.Alexan.conſi.
6.li.5.alios recenſet Craue.conſi. 96. num. 4. Et hoc in
ſpecie confirmatur ex declaratione Decij conſilio 472.
numero decimoſexto, cum reſpondit, credi Doctori
atteſtanti de conſuetudine loci, in quo commoratur,
non autem de cæteris. Ea eſſe poteſt ratio,( prçter ad-
ductam à Decio)quia non atteſtatur de conſuetudine in
ſpecie.
Non obſtat tertium,quia reſpondeo & retorqueo fun
damentum,quod cum ipſe Eques Hieroſolymitanus non
oſtendat conceſſionem & licentiam Cæſareæ Maieſtatis,
vt poſſit concedi feudum hoc,etiamſi religioſus ſit, ſucce
dere non debet:cùm regulariter de iure ipſe ſit excluſus.
cum enim præſumptio ſit contra eum, ex quo regulariter
38 eſt inhabilis,†debet probare ſuam habilitatem: ſicuti di-
cimus in ſpurio & alio quouis inhabili, qui ſi volunt ſuc-
cedere in feudo,debent probare ſuam habilitatem. ita a-
pertè declarat Afflictus in capitulo primo. §. illud quo-
que.num.19.verſi.10.& vltimò,de prohibita feudi alien.
per Frider.
Prætereà Rubei & ſequacium opinio poſſet procedere,
quando feudi dominus iam effecto religioſo inueſtiturã
conceſſiſſet.Nam tunc ipſe dominus iure ſuo,nempè per
ſonali ſeruitio diceretur renuntiaſſe:atque ita clericus iſte
& religioſus poſſet ſuccedere.At hoc non euenit in caſu
noſtro,in quo Eques iſte à Cæſare non eſt conſecutus a-
liquam inueſtituram.
Non obſtat quartum argumentum, quia reſpondeo,
Equitem hunc non ob id domum eſſe reuerſum, vt reli-
gionem Hieroſolimitanam deſerat, ſed, vt quieſcat, do-
nec à maioribus ſuis vocabitur, vt ad eos reuertatur, &
arma contra infideles ſuſcipiat.Prætereà,& ſecundò, re-
ſpondeo, relatos Doctores loqui, quando effectus reli-
gioſus, ſtatim patre mortuo, religionem egreditur:
39 ſecus†ſi per interuallum:ita declarat in ſpecie Afflictus in

r. 4. dicto

dicto capitulo primo,numero decimo.verſi.ſed dubitat.
de milite vaſallo quia arma bellica de poſ. poſt Iſerniam
ibidem,quos ſecutus ſum dicto lib.ſecundo, de arbitra.
iudicum.caſu 23 .in fin.Quo loci ſimilem Abbatis doctri
nam recenſui.Idem quod Beluiſius ſcribunt Capicius de
ciſio. 115.nume. vndecimo, & Thomas Marinus in com-
mentariis feudorum.tit 2.de feudo ex pacto & prouiden
tia.num.140.verſi. tertia & vltima.qui dicunt,hunc cleri
cum excluſ. ſi tempore quo moritur pater, adhuc eſt in 45
ſacris, quod fortiùs eſt.cùm ergo hic Eques aliquot an-
nos poſt mortem patris in regione verſatus fuerit, & ali-
quid de feudis non petierit,ſequitur dicendum eſſe om-
ninò excluſum.Rurſus & tertiò reſpōdeo,Baldum loqui,
quando pater,vel alij agnati fraude & dolo induxiſſent a-
40 liquem profiteri religionem.nam is† non amittit feudum:
ita declarat Iacobus Beluiſius in d.c.j.de benef. fœm. qui
atteſtatur ſe vidiſſe ſæpius obſeruari apud Siculos. Illum
ſecutus eſt Curt.Iun.in tract.feudo. parte 3. membro ſe-
cundo,num. .25
Non obſtat quintum,quia vno verbo reſpondeo, eſſe
falſum in ſpecie noſtra, quod hîc ſeruire poſſit vaſallus 46
per ſubſtitutum.Nam verius eſt,non poſſe, cùm feudum
ſit rectum,antiquum & proprium,cui (vt iam demonſtra
uimus)vaſallus debet perſonaliter ſeruire: & qui contra- 47
rium aſſerit,probandi onus habet.
Non obſtat ſextum & vltimum,qui reſpondeo hîc non
conſtare feudum eſſe conceſſum pro ſe & hæredibus,imò
dicitur eſſe feudum ex pacto & prouidentia. Præterea &
ſecundò reſpondeo quod vera mihi non videtur illa do-
ctorum aſſertio,quod vaſallus poſſit ſeruire in feudo per
ſubſtitutum,cùm feudum eſt conceſſum pro ſe & hæredi
bus.Nam Baldus in d.l.quiſquis.C.de epiſco.& cler.col.
1.verſi.adducit Cynus,&c.mouetur auctoritate Cyni,qui
in meo Codice non ſcribit id ad quod allegatur:ſed eſto,
quod hoc ſcribat,attamen quò ad feuda eam doctrinam
non recipit Baldus ibi.ſed relatis nonnullis aliorū diſtin-
ctionib. ipſe tandem diſtinguit ibi col.2.verſi.ſed tu dic.
41 tres caſus.Primus† eſt,cùm de dignitatibus agitur: & in
his ſeruiri non poteſt per ſubſtitutum.ſecundum cùm agi
tur de feudis ſimplicibus, & tunc adhuc diſtinguit Bal-
dus:Aut is qui vult ſuccedere eſt omninò inhabilis ab ini
tio,quemadmodum eſt clericus,monachus,fœmina, mu
tus,& hi ſimiles,& tunc non admittuntur.quo ſanè in ca-
ſu non verſamur.Aut poſteaquam vaſallus ſucceſſit in feu
do,effectus eſt inhabilis; & tunc inquit Baldus ſi ſeruiri
poteſt domino qer ſubſtitutum, feudum retineri poteſt.
Tertius eſt caſus,cùm agitur de aliis rebus, & tunc aliter
diſtinguit Baldus,ſe remittendo ad tradita in l.Arethuſa.
ff.de ſtatu homi. Quibus conſtat Baldum quò ad caſum
vbi de feudis agitur,non probaſſe Cyni traditionē.Quòd
autem hæc ſit Baldi opinio,apertè affirmat Anchar.in c.
is cui,de officio deleg.in 6.Qua ex re intelligimus, Do-
ctores noſtros,qui paſſim ſecuti ſunt illam Cyni aſſertio-
nem,eſſe falſos auctoritate Baldi qui aliter ſcribit. Nec il
la ratio, qua Baldus confirmauit Cyni aſſertionem, nem-
42 pè quia induſtrialia† non tranſeunt ad alios,ad rem noſtrā
pertinet:ſi quidem duo caſus hic ſunt conſiderandi. Pri-
mus eſt cùm induſtria perſonæ eſt electa ſub nomine ſin-
gulari,quo certa ſola perſona deſignatur:vt puta ſi man-
datur Caio,vt de cauſa cognoſcat ipſe,& diffiniat.Hoc in
caſu non poterit is Caius alterum ſui loco ſubſtituere,cū
induſtria ſua non ſit tranſmiſſibilis: ita hoc in caſu proce
dit ratio Baldi ducta à l.cuius bonis. ff. de curato. furio.
Et ratio eſt, quia ad illam perſonam in indiuiduo habita
eſt conſideratio,& ideò ab ea recedi non poteſt. Secun-
dus eſt caſus, cùm perſonæ induſtria electa fuit ſub ſpe-
cie quadam ſucceſſiuè,vt in caſu noſtro,dum ſcilicet con
ceditur feudum Caio & ſuis hæredibus: hoc caſu viuente
Caio,induſtria ſuæ perſonæ tantum eſt electa: & eo mor
tuo,ſucceſſiuè ſuorum hæredum:ita quod iuxta feudi na
turam ipſimet perſonaliter habent ſeruire.Hoc enim ca-
ſu iam ab initio,ſingulorum induſtria eſt electa & appro-
bata à domino.Quæ ſententia probatur ex ea doctrina in
43 terpretum,quando dicunt,quod ſi cauſa † alicui priuatæ
perſonæ eſt delegata ſub titulo dignitatis, eo mortuo,qui
in dignitate ſuccedit,de cauſa cognoſcere & iudicare po-
terit; cùm in eum continuet delegatio,ex quo continuat
& dignitas.ita ſcribunt multi,quos retuli lib.1.de arbitra.
iudicum.&c.q.68.nu.21.& ibidem.num.23. idem eſſe ſcri
44 pſit,cùm negotium facti,quod † electam eſſe induſtria ſi-
gnificat,fuit mandatum.Ratio rationis, quia iam ab ini-
tio omnes ſucceſſores in ea dignitate dicuntur approba-
ti.Et ideò hoc in caſu in eos ſucceſſores hoc nōn tranſit,
tanquam in ſubſtitutos ab ipſo primo electo, ſed tanquā
in electos ab ipſomet delegante.Quemadmodum in caſu
noſtro dicendum eſt,cùm feudum cōceditur Caio & ſuis
hæredibus;ipſorum hæredum induſtria eſt ab initio ab ip
ſo domino concedente electa & approbata.Et ideò infer
45 tur, quòd ſinguli hæredes† ſuccedentes non poſſunt eli-
gere alterum, qui tanquàm ſubſtitutus ſeruiat domino.
Quæ quidem vera iuris ſententia aperto iure feudorum
probatur,nempè in c.1.§.ſi quis deceſſit. ſi de feudo fuer.
conten.inter dom.&agna.vaſalli.quò loci pater vaſallus
ad ſeruitium perſonale tenebatur,& tamen filius illud i-
dem præſtare tenetur,niſi infans & pupillus ſit; ita quod
excuſationem habeat.& tamen certum eſt, quod perſona
le ſeruitium, quo perſonæ induſtria electa eſt, aliàs præ-
ſtari non poteſt per ſubſtitutum.Hoc non alia ratione in
caſu iſto contingit,quàm quòd filij ſeruitium eſt ęquè ab
initio approbatum à domino,ac illud patris. Comproba
46 tur ea ratione,quia mortuo primo vaſallo,filius† vel hæ-
res debet intra annum petere renouationem inueſtituræ,
iuxta tex.ca.1.quo temp.miles.& ibi Doctores.Quæ ſanè
47 reuocatio† fieri ſolet ſub eadem forma & pacto, quibus
prima data fuit:vt ſcribunt Bart.in l.quod dicitur.num.9.
de impenſ.de rebus dota.factis.Baldus in lege 1.q.15.de re
rum diuiſ.& Brunus conſi. 79. Quemadmodum ergo an-
teceſſor vaſallus tenebatur ſeruire perſonaliter, & nō per
ſubſtitutum,vt tradunt Afflict.& cæteri in dicto capitu-
lo primo.§.ſi quis deceſſerit. ſi de feudo fuerit conten-
tio. &c. ergo & iſte ſucceſſor tenebitur perſonaliter, &
non per ſubſtitutum. Atque ita iuris eſſe concludo, re-
ctiore iudicio ſaluo.

Iacobus Menochius I. C.

## SVMMARIVM.

1 *Promittens ex ſuo latere priùs adimplere debet,quæ promiſit.*
2 *Exceptio quòd quis non impleuit ex ſuo latere, impedit litis ingreſſum.*
3 *Statutum excludens exceptiones,non dicitur excludere eas quæ impediunt litis ingreſſum.*
4 *Exceptio quòd non adimpleuit ex ſuo latere,obijci poteſt contra executionem.*
5 *Promittens aliquid an ſe excuſare poſſit pro impedimento.*
6 *Promiſſum debet adunguem obſeruari, & adimpleri.*
7 *Acta reddunt cauſam notoriam.*
8 *Iuramentum adunguem obſeruari debet.*
9 *Iuramentum intelligitur rebus ſic ſtantibus, vt ſtant.*
10 *Iuramentum non ligat iurantem cùm aduerſarius non impleuit ex latere ſuo.*
11 *Pœnam exigere is non poteſt,qui ex ſui parte non impleuit.*
12 *Pauperi cauſa ſua non ſuccurritur à lege.*
13 *Conductor renuntians omnibus caſibus fortuitis illos ſuſcipiendo in ſe,non videtur renuntiare ſeu ſuſcipere caſus prouenientes culpa & facto locatoris.*
14 *Etiamſi factum locatoris eſſet iuſtum.*
15 *Grauari quis non debet culpa alterius.*
16 *Statutum quòd quis teneatur pro delicto communitatis vel alterius,odioſum dicitur.*
17 *Verba iſta,ſi non euenerit culpa ſua & facto, quomodo intelligantur.*
18 *Omittendo aliquid dicitur facere, & ideo aliquid eueniſſe facto alicuius intelligitur tam faciendo quam omittendo.*
19 *Debitum commiſſum in omittendo leuius eſt delicto commiſſo in faciendo.*
20 *Culpæ appellatione intelligitur de leuiſſima, & qualis ſit.*
21 *Interpretatio illa ſumenda eſt,qua delictum euitatur.*
22 *Interpretatio illa recipi debet,quæ à ſapientibus probari poteſt.*
23 *Et illa recipi non debet,qua alter contrahētium culpa alterius damnum ſentire poteſt.*
24 *Et illa ſumenda eſt,quæ magis benignitatem in ſe continet, vti econtrà illa euitanda,quæ rigorem inducit.*





# CONSILIVM LV.

## Initium à Domino.

CREDO iure contendere
D.Brunum,vectigalium at
que gabellarum Montiſre-
galis conductorem, dum
recuſat à ſe promiſſam pen-
ſionem ſoluere. Nam de-
buit priùs Magnifica ipſa
1 communitas † Montiſre-
galis ex ſuo latere adimple
re quæ promiſit,iuxta l.Iu-
lianus.§.offerri. ff.de actio.
empt. Eſt enim hæc exce-
2 ptio, † non impleuanti ex latere tuo, impeditiua litis in-
greſſus, quemadmodum ibidem annotauit Caſt. & illum
ſecuti ſunt alij permulti, quos probat Crauet.conſil.127.
nu.14. qui & illud multorum authoritate ſcribit, hanc
3 exceptionem † à ſtatuto nunquam cenſeri reiectam, ex-
cluſis & reiectis omnibus.Idem Crauett. conſil.248.col.
pen.verſic.non obſtat.& præter illum ſcribunt Bal.in l.ſi
ex prædiis.C.de euict.& Corn.conſil.245.col.2.lib.4. I-
4 mò aduerſus † executionem obiici hæc exceptio poteſt.
ita reſpondit Crauet.conſil.79.nume.5.lib.1.& conſil.7.
5 nume.7.lib.3.Quinimò non poteſt excuſari † Magnifica
communitas,quòd impedita fuerit.ita Dec.in l.cùm pro
ponas.la 2.in 3.notab.C.de pactis. Accedit,quòd promiſ
6 ſum debet ad vnguem obſeruari & adimpleri, ita quòd
nec quid minimum deſit.ita Rom.conſil.244.nu.4.Alex.
l.filiæ licet.C.de colla.Iaſ.in auth.qui rem.nu.16.verſic.8.
C.de ſacroſ.eccle.& conſil.216.colum.2.lib.2.& Rubeus
conſil.30.numer.4. Quòd autem ex latere ſuo Magnifica
7 communitas non impleuerit,acta † oſtendunt; quæ rem
notoriam reddere ſolent. Bald. in l. 1.C.ſi de mom.poſſ.
fuer.appel.latè Neuiz.conſil.81.num.32. Pariſ.conſil.111.
num.7.lib.4.& copioſè Soc.Iun.conſil.16.num.18.lib.1.
cæteros omitto. ex actis conſtat Magnificam communi-
tatem non ſolùm non obſeruaſſe promiſſa,hoc eſt, quòd
libera erit D.Bruno cōductori gabellarum, verùm etiam
impedimentum ſuo facto præſtitiſſe: dum mercatores li-
gnorum atque candelarum, quos vt fraudatores Brunus
accuſauit, ipſa communitas cauſa minimè cognita, li-
berauit.
Nec Bruno duo aduerſantur,quæ à Magnifica commu
nitate obiiciuntur.Primò obiicitur,Brunum ſuo iuramē-
to promiſiſſe ſoluere penſionem. Quod ſanè iuramen-
8 tum† præciſè obſeruandum eſt.glo. in l. ſi pecuniam, &
ibi Iaſ.numer. 23. ff. de cond.cauſa data cauſa non ſecuta.
Quam doctr.multorum authoritatib. comprobauit Rol.
conſil.6.num.32.& multis ſequentibus.lib.1. præter eum
ſcribunt Brun.conſil.89.num.4. Rubeus conſil.29.nu.6.
Caſſa.conſil.53.nu 61.& Neuiz.conſil.50.num. 18. copio-
ſè Gomeſ.in §.item ſi quis poſtulante. nu.7.Inſti.de act.
& pulchrè Didacus in c.quamuis.parte prima. §. 4.nu.6.
9 de pactis.in 6.Reſpondetur primò, iuramentum † intel-
ligi rebus ſic ſtantibus,vt ſtant, ita copioſè Iaſ. in l. quod
Seruius.nu.8.ff.de cond.cauſa dat. Dec.conſil.387 nu.7.
in fin.& in ſpecie noſtra eſt apertus tex. in l.quæro. §. in-
ter locatorem.ff.locati. quo ita argumentantur in ſpecie
noſtra Gozad.conſil.21.nu.1.& Crauet.conſil.95.num.3.
verſic. tertiò adduco. Cùm ergo facti Magnificæ com-
munitatis immutata fuerit exactio,nempè impedita, di-
cendum eſt,iuramentum non obligare.Reſpondetur ſe-
10 cundò,iuramentum † non ligare iurantem, cùm iurantis
aduerſarius non impleuit ex latere ſuo.ita ſcribunt Imol.
conſil.81.num.1.Dec.in l.cùm proponas,la 2.nume.5.C.
de pactis.Ruin.conſil.58.num.3.lib.1. Brunus conſil. 48.
col.vlt.Marſil.ſing.42.& Gozad.conſil.94.num.15.in fi.
Ex quo & illud ſequitur, non poſſe exigi pœnam à Bru-
no promiſſam, caſu quo debito tempore non ſoluiſſet.
11 Nam exigere † is pœnam non poteſt qui ex ſui parte nōn
impleuit:ita in ſpecie noſtra docuit Bartol. in l.quæro.§.
inter locatorem. ff. loc. quem ſecuti ſunt Iaſ. conſil. 216.
col.2.lib.2.& conſil.111.col.vlt.lib.4. Dec.conſil.380.nu.
1.& Soc.Iun.conſil.75.nu.64.lib.1.
Secundò obiicitur,Brunum promiſiſſe penſionem ſol-
uere ſub forma capitulorum & ſtatutorum ipſius ciuita-
tis.Cuius verba hæc ſunt: Quòd emptores ipſarum gabel
larum & redituum intelligantur illas emere eorum riſi-
chis & periculis: nec teneatur communitas ad aliquam
reſtaurationem & remiſsionem mercedis,prætextu belli,
peſtis,grandinis, locuſtarum, repræſaliarum, chaſmatis,
incendij,exportationis,deteriorationis,damnificationis;
etiam pro quouis ferramento. datióque impoſito & im-
ponendo,ſolitis,vel inſolitis ſeu inſolitiſsimis cogitatis,
vel inexcogitatis: vel etiam ſi facto ſuperioris, vel cuiuſ-
uis alterius perſonæ,etiamſi per ferramentum, aut impe
dimentum culpa,vel facto communitatis proueniret,&c.
Quæ ſané vltima verba, ibi, culpa, vel facto ipſius com-
munitatis,oſtendunt,Brunum conqueri non poſſe: cùm
ſua voluntate huic caſui ſe ſubiecerit: nam etiam poſito
12 † in neceſsitate propria voluntate leges non ſuccurrunt.
l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria.ff.qui ſatiſd.cogan. & ibi glo.
& docto.
Reſpondetur multipliciter huic difficultati. Primò in-
telliguntur illa verba ſtatuti de facto communitatis iu-
13 ſto,& iuſtis de cauſis.Nam,cùm conductor † renuntiat o-
mnibus caſibus fortuitis,illos in ſe ſuſcipiendo,nunquam
ſuſcipere & renuntiare dicitur caſibus prouenientibus fa
cto & culpa locatoris.ita in ſpecie reſponderunt Anchar.
conſil.414.Ioan.de Ana.conſil.74.num.2.qui loquitur in
conductore vectigalium ciuitatis Bononiæ. & fortius is
14 reſpondit, etiamſi factum † locatoris eſſet iuſtum. ex
textu l.cùm proponas.C.de nau.fœno.& ex doctrina Bar
tol.in l.ſi vno.§.item cùm quidam.num.2.ff.loca.Hos ſe-
cutus eſt in ſpeciè Crauet.conſil.95.num.8. Iſtis addo Pa
riſ.conſil.40.num.6.lib.1.qui reſpondit, quòd ſuſceptio
caſuum ampliſsimis verbis facta non intelligitur de caſu
prouenienti facto & culpa locatoris.Idem reſpondit Al-
ciatus reſpon. 689. nume.4.qui Ancharanum. d. conſil.
414.retulit.Immò,cùm locator impedit, tenetur ad om-
ne intereſſe.ita Bartol. in l. ſi vno. §. item cùm quidam.
nu.2.ff.loca.quem ſecuti ſunt Ruin.conſil.65.num.3. li.1.
Pariſ.conſil.40.num.2.lib.1.& Socin.Iun. conſil.120. nu.
3.lib.3.huc ſpectat doctrina Bart.in l.ſi merces. §. culpæ.
num.1.ff.locati.quam probauit Goza.conſil.27 num.70.
inquit Bartol.quòd vbi quis à ciuitate emit, vel conducit
pedagia,ſi impeditur ob bellum illatum contra ciuitatem
debet ei remitti penſio.& reſpondit Neuiz.conſil.91.nu.
9.& Alcia.reſp.689. Hæc ergo ſtatuta & capitula com-
munitatis ſunt aduerſus communes iuris regulas: ſunt e-
tiam aduerſus æquitatem. Si quidem æquum non eſt, ꝙ
15 quis † culpa & facto alterius, maximè aduerſarij ſui gra-
uetur.vt ſcribunt Bald.in l.dotis. C.de iure dotium, Soc.
Sen.conſil.122.col.2. verſic. moueor. lib. 1. & Calcaneus
16 conſil.66.num.1.2.qui reſpondit,ſtatutum † quo compel
litur villa & oppidum emendare damnum in ea alicui da
tum,eſſe odioſum. Idem de ſtatuto, quo obligatur pater
pro filio,docuit Dec.in l.vlt.nume.5.de iuriſd.omn.iud.
in l.filius.nu.1.C.de pactis.& in l.poſthumo. ſecunda le-
ctu.num.3.C.de bono.poſſ.contra tab.& egregiè ſcribit
Marſil.ſing.224.Filius.& ſing.362.Statutum volens. Cæ-
tera prætereo.Cùm ergo hæc ſtatuta & capitula ſint con-
tra communes iuris regulas,& contra æquitatē, ſunt ſtri-
ctiſsimè interpretanda,vt ſcilicet minus corrigant quan-
tum fieri poteſt: & vt ad æquitatem, ſi fieri poteſt, redi-
17 gantur.Quocircà interpretanda ſunt illa † verba,& facto
ipſius communitatis,de facto iuſto, vt ſi aliqua iuſta cau-
ſa cogeretur communitas impedire dictum conducto-
rem in exactione gabellæ; vel non perſeuerare in condu
ctione.quemadmodum eleganter declarat Bart.in l. ſi v-
no.§.item cùm quidam.nu.2.verſic. ſi verò factum loca-
toris eſt. ff.locati.atque ita declarat Io.de Ana.conſil.74.
18 num.2.3. Præterea, & ſecundò,illa verba, † & de facto,
intelligi poſſunt ac debent,de facto,quod in omittendo,
non autem in faciendo conſiſtit. Nam & is facere dici-
tur qui negligendo omittit.l.qui non facit,de regul.iuris
19 vbi Dec.& cæteri.Quod ſanè factum † in omittendo le-
uius delictum continet,quam factum quod eſt in facien-
do.ita glo.l.ſi mora; vbi omnes,præſertim Iaſ.numer.22.
ff.ſol.matr.idem Iaſ.conſil.174.col.pen.lib.1. Dec. in l.1.
nu.8.C.de.trāſact.& conſi.37.num.9.latè.Tiraq.in tract.
de pœnis legum,cauſa 44.Illa verò eiuſdem ſtatuti verba
20 & culpa † ipſius communitatis,ſunt intelligenda de leuiſ
ſima,vel ſaltem de leui culpa. Quæ ſanè culpa leuiſsima
eſt deuiatio incircumſpecta ab ea diligentia,quam habēt

homines diligentes, eiuſdem conditionis & profeſsionis.
ita Bart. in l. quod Nerua. num. 27. ff. depoſiti. & Alcia. in
l. latæ culpæ. numer. 6. de verb. ſignific. vel ſi de leui culpa
intelligi debeat, adhuc illa dicitur verſari ſolùm circa ne-
gligentiam. Hanc interpretationem veram & æquam ſi
probamus, re ipſa conſtat ſtatuta hæc non continere in-
iuſtum hoc factum, quo magnifica hæc communitas im-
pediuit Brunum exigere gabellam & vectigal, cùm non
omittendo, ſed faciendo, hoc eſt liberando accuſa-
tos delinquentes detrimentum attulerit Bruno condu-
ctori.

Quòd autem relata interpretatio & vera, æqua, ac iuri
conſona ſit, atque ita recipienda, multis probatur.

21 Primò, quia illa interpretatio † eſt probanda, qua deli-
ctum euitatur. ita Bart. in l. non ſolùm. §. ſed vt probari.
nume. 2. ff. de oper. noui nuntia. Socin. Sen. conſil. 42. col.
3. in fin. lib. 4. & conſil. 67. column. 4. lib. 3. Iaſ. conſil. 170.
col. 6. in fin. lib. 2. & conſil. 168. column. 2. in fine. lib. 4.
Ruin. conſil. 29. num. 10. lib. 1. Crauet. conſil. 9. num. 20.
& conſil. 18. in fin. Alcia. tract. præſump. reg. 3. præſump. 1.
At per hanc interpretationem euitamus delictum, nem-
pe dolum, quo communitas poſſet conductoribus impe
dimento eſſe, ergo &c.

22 Secundò accedit, quòd illa † recipi debet interpreta-
tio, quæ à ſapientibus probari poteſt. l. Saluius Ariſto. ff.
de legat. præſt. quo reſponſo adducti ita ſcripſerunt Soc.
Sen. conſil. 21. colum. 4. lib. 3. & conſil 27. num. 8. lib. 4. &
Soc. Iun. conſil. 1. num. 128. lib. 1. conſil. 76. nume. 11. lib. 2.
& conſil. 122. num. 23. lib. 3. ſed dubium non eſt, quin à ſa-
pientibus probetur hæc interpretatio noſtra, qua dolus
& lata culpa excluditur. vt contrà improbanda foret, ſi
diceremus, licere & dolo & lata culpa quid agere ad con-
ductoris detrimentum.

Tertiò confirmatur præcedens conſideratio, quia illa
23 interpretatio † recipienda non eſt, qua alter contrahen-
tium culpa alterius damnum ſentire poteſt. l. 3. §. 1. ff. de
recep. arbitr. & copioſè ac doctè reſpondit Craue. conſil.
245. num. 9. & conſil. 269. num. 5. qui & illud affirmat, eui-
tandam eſſe illam interpretationem, qua alter contrahen
tium alteri detrimentum, fraudem & deluſionem adferre
poteſt. Idem Crauet. conſil. 91. numer. 11. Atqui dubium
non eſt, quin, ſi illa abſoluta interpretatio admittere-
tur, eſſet in facultate ipſius communitatis detrimentum
adferre, fraudare, & illudere conductores: ergo illa
reiecta, recipienda eſt hæc noſtra æquitatis & iuſtitiæ
plena.

24 Quartò ſuffragatur, quòd illa interpretatio † eſt magis
probanda, quæ benignitatem quandam continet: & econ
trà, illa eſt euitanda, quæ rigorem inducit. ita probat l. vl.
C. qui bonis ced. poſſ. & l. Titius. ff. de cond. & demonſt.
& reſpondit Socin. Sen. conſilio vigeſimotertio, col. 7.
verſic. 14. & conſil. 25. col. 8. verſic. nonò probatur. lib. 1.
ſed benignior eſt hæc noſtra interpretatio, vt de facto in
omittendo, & de leuiſsima, vel ſaltem leui culpa intelli-
gatur, ergo altera reiecta, hæc recipienda eſt. Atque ita
iuris eſſe concludo.

Iacobus Menochius I. C.

## *SVMMARIVM.*

*1 Voluntas defuncti difficilè cognoſci poteſt, & ob id ſæpe errare ſolemus.*

*2 Mulier tres ſpecies bonorum habere dicitur, dotalia, extra dotem, & paraphernalia: quæ ſpecies declarantur.*

*3 Bona dotalia qualia ſint, & ad quem ſpectet eorum dominium.*

*4 Bona extra dotem qualia ſint, & ad quem ſpectet eorum dominium, ſeu vſusfructus*

*5 Bona paraphernaliaa qualia ſint, & ad quem ſpectet eorum dominium.*

*6 Bona dotalia, & paraphernalia in quibus differant.*

*7 Priuilegia dotalia non competunt bonis paraphernalibus vxoris.*

*8 Fructus bonorum paraphernalium nunquam pertinent ad maritum, niſi certis in caſibus.*

*9 Bona paraphernalia conſtante matrimonio repeti poſſunt, ſecus dotalia.*

*10 Coniecturæ in re clara locum habere non dicuntur.*

*Voluntas defuncti vbi eſt clara, non interpretatur per coniecturas.*

*11 Proprietas verborum præcipuè in legatis attenditur, neque ab ea recedendum eſt, etiamſi aliàs actus periret.*

*12 Teſtator ſi legat quid diuerſum ab eo quod tenetur, non dicitur legaſſe ob compenſationem, ſed potius voluiſſe legare, & præſtari.*

*13 Compenſatio non inducitur niſi euidenter appareat de teſtator voluntate.*

*14 Legatum factum alicui de eo, quod ex teſtatoris voluntate debetur, an præſumatur ad compenſationem.*

*15 Contractus ab initio ſunt voluntatis, & ex poſt facto neceſsitatis.*

*16 Maritus qui acceptis ab vxore florenis 400. nomine dotis promiſit ei donare 80. ſi poſtea fecerit teſtamentum in quo ei legauit florenos 400. & alia nonnulla bona pro ſua dote, an tale legatum dicatur factum animo compenſandi.*

*17 Legatum factum à viro ſimpliciter uxori, non præſumitur factum animo compenſandi cum dote.*

*18 Legatum factum alicui, erga quem maxima erat affectio, & quem diligebat teſtator non dicitur factum animo compenſandi.*

*19 Legatum an ſit factum animo compenſandi, nec ne, ex coniecturis tantùm cognoſci poteſt.*

*20 Interpretatio ſtricta in legatis fieri debet.*

*21 Legatum potius inualidum cenſeri debet quàm quòd teſtator voluerit grauare hæredem.*

*22 Teſtator ſi acceperit 1000. dotis cauſa, & conſtituerit poſtea 600. pro donatione propter nuptias, deinde legauerit in teſtamento 1600. ſimpliciter pro dote, legatum etiam pro illis 600. cenſetur factum, non animo compenſandi.*

*23 Teſtator non præſumitur grauare hæredem duplici onere.*

*24 Legatum factum mulieri à marito, cuius vxoris paraphernalia apud eum ſunt, cenſetur factum animo compenſandi, & qua ratione.*

*25 Legatum factum alicui, cui debetur, ſi excedat ſummam debitam, cenſetur factum animo compenſandi.*

*26 Bona omnia teſtatoris dicuntur obligata pro reſtitutione dotis & paraphernalium vxoris.*

*27 Legatum factum creditori ex bonis ei obligatis, cenſetur factum animo compenſandi.*

*28 Relatio ad omnia, etiam remota fieri debet, cùm nulla ratio diuerſitatis poſsit conſiderari, cur magis ad vnum quàm ad alterum fieri debeat.*

*29 Diſpoſitio ſeu actus interpretari debet vt prouiſum cenſeatur cauſæ magis neceſſariæ & vtili. & 31.*

*30 Teſtator magis eſt aſtrictus paraphernalia vxori reſtituere, quàm dotalia, & qua ratione.*

*31 Maritus an & quando teneatur reſtituere fructus paraphernalium.*

*32 Eligere quis præſumitur illam viam, qua vtrique caſui ſatisfacere valeat.*

*33 De acceſſorijs & appendicijs idem iudicatur, quod de principali.*

*34 Statutum permittens mulieri teſtari de dote, intelligitur permittere etiam teſtari de paraphernalibus.*

*35 Copula, &, duo coniungit, vt idem ſit de vno quod de altero ex copulatis.*

*36 Verba hæc legati (ita quòd ſint tacitæ & contentæ pro omni eo & toto quod habere debent & petere poſſent) ſunt verba vniuerſalia comprehendentia omnem debiti ſpeciem.*

*37 Interpretatio in dubio eſt facienda pro liberatione.*

*38 In obſcuris ſequimur quod eſt minimum.*

*39 Interpretatio in dubio pro eo ſumituo, qui de damno euitando tractat.*

*40 Paraphernalia ſunt acceſſoria dotis. & 51. & 56.*

*41 Filij & liberi non differunt apud ignaros & idiotas.*

*42 Poſſeſsio & detentio apud ignaros non differt.*

*43 Ita inter emere & comparare.*

*44 Ita inter lego & inſtituo.*

*45 Proprietas verborum non attenditur vbi conſtat de contraria defuncti voluntate.*

*46 Et hoc habet locum etiam in coniecturata mente.*

*47 Neque aliquando attenditur, inſpecta ignorantia, & modicæ ſubtilitatis cognitione diſponentis.*

*48 Compenſatio de quantitate ad ſpeciem non debet fieri.*

*49 Secus ex coniectura mente & voluntate.*

*50 Compenſatio debiti & crediti eſt ſibi inuicem contributio.*

*51 Paraphernalia non differunt à dotalibus bonis, ratione acceſsionis. & 56.*

*52 Voluntas teſtatoris etiam coniecturata dicitur expreſſa.*

*53 Compenſatio licèt non poſsit fieri de ſpecie ad quantitatem, vel econtrà, tamen ſi conſtaret de contraria teſtatoris volantate, poterit licitè fieri.*

*54 Obligatio mariti de reſtituendo paraphernalia, & bona dotalia, an differat.*

*55 Regula non attenditur, vbi coniecturæ extant in contrarium.*

*56 Iura dotium eandem rationem habent cum iuribus paraphernalibus.*



## FACTI SPECIES.

*Dominus Thadæus Rota Montiſregalis Pedemontium dotis nomine recepit à D. Magdalena vxore libras tercentum, ac nonnulla prædia. Eidem Magdalenæ obuenerunt floreni centum ex bonis D. Benedicti patris vita functi. Moritur Magdalena, duabus filiabus ex ſe relictis, nempè Violantide & Vrſetta. Thadæus ſuo in teſtamento his verbis reliquit prædictis filiabus:*

*Item inſtituit D. teſtator, & iure dotium ac reſtitutionis reliquit dictis Violantidi ac Vrſettæ filiabus ſuis ſcutos centum viginti, incluſo omni augmento monetæ: quos idem teſtator confeſſus fuit habuiſſe & recepiſſe à quondam D. Magdalena filia D. Benedicti Thealdi eius prima vxore, matre ipſarum Violantidis & Vrſettæ, & à quondam Benedicto Thealdo eius ſocero pro dotibus & nomine dotium ipſius quondam Magdalenæ. Ita quòd ſint tacitæ & contentæ pro omni & toto eo, quod habere debent & petere poſſent.*

*Dubitari nunc contingit, an teſtator intelligatur voluiſſe legare hos ſcutos centum viginti non ſolùm pro libris tercentum & prædijs illis, ſed etiam per Florenis illis centum ex hæreditate d. Benedicti obuentis.*

## CONSILIVM LVI.

# Initium à Domino.

PERDIFFICILIS eſt
conſultatio quę proponi-
tur, cùm in ea agatur de
interpretanda iam defun-
1 cti voluntate; quam † verè
cognoſcere non poſſu-
mus: ob id ſæpè errare ſo-
lemus, quemadmodum
Baldus noſter dicere con
ſueuit, & recenſent Dec.
conſil. 278. col. 1. & Soci.
Iun. conſil. 78. nu. 2. lib. 3.
Dicam tamen ego quid
mea hac de re controuer-
ſa ferat opinio. Et dicen-
dum videbatur, hoc legatum intelligi factum ſolùm ad
compenſationem librarum tercentum, & illorum præ-
diorum dotis nomine ipſi Thadæo datorum, non autem
ad compenſationem illorum centum Florenorum. Hoc
vt dicerem mouebant me aliquando permultæ rationes
& argumentationes. ſed quò hæc grauis diſceptatio in-
telligatur, & ne in ambiguo erremus, dicendum priùs eſt
& declarandum qua in ſpecie bonorum poſsint ac de-
beant enumerari centum illi Floreni. Et diſtinguendum
2 † eſt vnà cum Baldo conſil. 178. Quædam ſunt res. lib.
5. Alex. conſil. 22. num. 1. lib. 1. & conſil. 63. nume. 6. lib. 2.
Soc. Sen. conſil. 8. lib. 4. Ruin. conſil. 222. num. 1. lib. 1. Iaſ.
conſil. 197. num. 2 lib. 2. Soc. Iun. conſil. 83. num. 7. lib. 3. &
Crauet. conſil. 193. in fin. tres eſſe ſpecies bonorum, quæ
interdum mulier habet: nempè, dotalia, extra dotem, &
3 paraphernalia. Dotalia † bona ſunt, quæ expreſsim dotis
nomine & cauſa data fuerunt: & quorum dominium &
adminiſtratio eſt apud maritum. l. doce ancillam. C. de
rei vind. & l. in rebus. C. de iure dotium. Et his bonis do-
talibus multa à iure priuilegia conceſſa ſunt. l. 1. ff. ſoluto
4 matr. vbi Doctores. Bona † extra dotem ſunt, quæ mu-
lier apud ſe omninò retinet, nec dominium, nec admini-
ſtrationem viro concedit: nec fructus aliquos vir conſe-
quitur, niſi certis caſibus, vt declarat Socin. Sen. d. conſil.
5 82. num. 8. lib. 4. Ex his non ſunt hi Floreni. Bona † para-
phernalia illa eſſe dicuntur, quæ mulier vltrà dotem in
domum viri infert. Et horum dominium remanet apud
ipſam mulierem, licet aliquando eorum adminiſtratio-
nem mulier viro concedat. ita probant l. ſi ego. §. dotis. ff.
de iure dotium. & l. vlt. C. de pactis conuent. & ſcribunt
gloſſa in rubr. C. de pactis conuen. Alciatus lib. 4. parerg.
iuris. cap. 13. & lib. 1. prætermiſſ. in verbo Antidora. Et i-
6 deò differunt, † hæc bona paraphernalia à dotalibus hac
prima differentia, quòd dotalium dominium tranſit in
maritum; paraphernalium verò non tranſit. Secundò dif
7 ferunt, quòd priuilegia † multa conceſſa doti, non con-
ceduntur paraphernalibus. Ita cenſuit ſingularis glo. d. l.
ſi ego. §. dotis. in verbo, condici. ff. de iure dotium. quam
ſingularem dixerunt Franciſc. Cremen. ſingul. 143. Tu
ſcis. Dec. conſil. 521. num. 3. Soc. Iun. conſil. 83. num. 7. li. 3.
& Didacus lib. 1. varia. reſolutio. cap. 7. num. 1. Tertiò dif-
ferunt ratione fructuum. Nam bonorum dotalium fru-
8 ctus † vir lucratur propter matrimonij onera. l. pro one-
ribus. C. de iure doti. paraphernalium verò fructus non
lucratur ſemper, ſed certis in caſibus: quemadmodũ ſcri-
bunt doctores ſupra relati. Quartò differunt, quia dotalia
regulariter conſtante matrimonio repeti non poſſunt. l. ſi
9 conſtante. ff. ſolut. matr. paraphernalia † verò poſſunt. ita
docuit Bal. in l. vbi adhuc. col. pen. C. de iure dot. & l. vlt.
C. de pactis conuent. quem ſecutus eſt Iaſ. conſil. 197. col.
prima, verſiculo ſecundò, quod iſta. lib. 2. Ex his bonis
ſunt centum illi floreni, qui Magdalenæ obuenerunt in
partem ex patrimonio Benedicti patris. id quod in ſpe-
cie reſpondit Raphael Comenſ. conſi. 104. Quæritur nun
quid. &c. cui ſubſcripſerunt Caſtrenſis, Imola & Floria-
nus. his explicatis.

Primò, non eſſe legatam hanc ſummam centum vigin-
ti coronatorum ad compenſationem paraphernalium,
dubitationem mouet, quòd à verbis claris teſtatoris le-
gantis non eſt recedendum per coniecturas; cùm in re
10 † clara illæ locum non habeant. l. ille aut ille. §. cùm in ver
bis. de leg. 3. l. continuus. §. cùm ita. de verbor. oblig. Et à
11 verborum proprietate † non eſt recedendum, in legatis
præſertim. l. non aliter. de legat. 3. etiamſi actus periret. ita
Soc. in l. cùm ſenatus. num. 7. & l. vbi eſt. quinto nota. de
cond. & demonſt. & Crauet. conſil. 288. col. 2. Sed in caſu
noſtro clarè & apertè teſtator legauit pro dote: & ap-
pellatione dotis non veniunt bona paraphernalia, cùm
ab illa multum differãt (vt diximus ſupra.) Ergo legatum
non cenſetur factum ad compẽſationẽ paraphernalium.
ſimili argumẽtatione vſus eſt Iaſon in conſ. 123. col. 3. ver.
primò moueor. li. 4. quo loci reſpondit, vſum fructum à
marito legatum in teſtamento non cenſeri relictum in
compenſationem vſusfructus conſtituti ex pacto, atque
ita ex actu celebrato in cõtractu dotali: cùm duo illi vſus
fructus inter ſe differant.

Secundò confirmatur præcedens fundamentum; quo
iam diximus, legatum pro dote reſpicere ipſam dotis cau
cauſam, diuerſam à cauſa paraphernalium. Atqui quando
12 do teſtator † legat quid diuerſum ab eo, ad quòd tenetur
ex actu inter viuos; non præſumitur voluiſſe ad compen
ſandum, ſed creditur vtrunque voluiſſe legare & præſtari.
l. ſi pater pro filia. ff. de collatio. dotis. Scribunt Bar. in l.
huiuſmodi. §. ſi pater. de leg. 1. & Bal. in l. filia legatorũ. q.
4. in fin. C. de legatis. Ergo dicendum videtur & in caſu
noſtro, coronatos illos centum & viginti non eſſe lega-
tos ad compenſationẽ paraphernalium: ſed vtrumque de-
beri. Ita ſimili in caſu arguit Iaſon in d. conſ. 123. col. pen.
verſ. quartò ad idem. lib. 4, Cui adde Alex. conſi. 7. nu. 18.
lib. 6. qui ſimili in caſu ſecutus eſt Bald. in d. l. filia legato
rum. Ita etiam ſimili in caſu reſpondit Rui. conſi. 137. nu.
8. lib. 5. Ita Corneus conſi. 257. col. pen. conſi. 288. num. 4.
& conſi. 292. col. 2. lib. 1. idem conſi. 230. nu. 6. li. 1. 4. & So.
Iun. conſi. 79. nu. 112. li. 3.

Tertiò vrgere non parum videtur hæc argumentatio:
13 Compenſatio † non inducitur, niſi euidenter conſtet &
appareat de voluntate teſtatoris. vt probat text. in termi
nis his feré in l. creditorem. de leg. 2. Atqui noſtro in ca-
ſu non modò non conſtat teſtatorem voluiſſe legare ad
compen-

compenſationem paraphernalium,ſed potius cōtrarium
dicitur apparere.Ergò dicendum eſt,non eſſe factum le-
gatum ad compenſationem illorum paraphernalium.Si-
mili argumentatione vſus eſt Iaſon in d.conſil. 123. col.3,
verſic.ſecundò facit.lib.4.& ante cum Alex.conſi.7. nu.
16.lib.6.
Quartò maiorem hoc mouet dubitationem, quòd illa
obligatio, qua hic teſtator tenebatur ad reſtitutionem
paraphernalium,eſt obligatio voluntaria à facto homi-
14 nis proueniens.Atqui,cùm aliquid † à teſtatore legatur
ei,cui ex ſua voluntate debet,non præſumitur legaſſe ad
illius debiti compenſationem. Ergo in caſu noſtro non
dicitur teſtator legaſſe ad compenſationem illorum pa-
raphernalium:ſed vtrunque deberi voluit. Vtramque pro
poſitionem probo. Illa maior probatur, quòd illud eſſe
dicitur debitum voluntarium,quod habet initium volun
tarium,licèt deinde efficiatur neceſſarium ex pòſt.Sicu-
15 ti in omni debito ex contractu,qui† cùm ab initio volun-
tatis ſint.l.ſicut. C. de actio. & oblig. ita cauſant obliga-
tionem,quæ voluntaria appellatur.Et in ſpecie ita decla-
rant Imola in l.ſi cùm dotem.§.ſi pater.ff.ſol.matr.& A-
lex.in l.huiuſmodi.§.ſi pater.de leg.1.& ſcripſi lib.2.de ar
bitrariis iudicum.caſu 182.num.52.quo loci multorum au
ctoritate comprobaui. Illa minor propoſitio probatur
in d.l.ſi cùm dotem.§.ſi pater.& in d.l.huiuſmodi. §.ſi pa
ter.& egregiè reſpondit Bal.conſil.58.In reſtitutione do
tis & donationis. col. pen. verſic. ſuper ſecundo puncto.
16 lib.2.quòd,cùm maritus,†acceptis ab vxore florenis qua
tuor centum,dotis nomine, ei ſuperſtiti donare promi-
ſiſſet florenos octuaginta,teſtamento deinde legauit flo-
renos quatuor centum, & alia nonnulla bona pro dote
ſua:reſpondit inquam Baldus, legatum hoc non cenſeri
factum animo compenſandi cum florenis octuaginta do-
nari promiſsis.Ita etiam reſpondit Signorol. conſil. 176.
17 quæſtio proponitur.num.4.5.legatum†à viro ſimpliciter
factum vxori, non præſumi factum animo compenſandi
cum dote,ad cuius reſtitutionem tenetur: ſed vtrunque
ei præſtari voluiſſe. Ita etiam ſimili in caſu reſpondit A-
retin.conſil.93.viſo legato facto.col.1.verſic.hoc præmiſ
ſo.& tradunt Alberi.in tract.ſtatutorum. part.2.q.56.o-
mnes in auth.præterea.C.vnde vir & vxor. ibi Iaſ.nu.18.
& Dec.num.11.idem reſponderunt Alex.conſil. 12. nu.5.
lib. 2. Cornel. conſil. 292. col. 1.lib.1. & conſil.130.lib.4.
Ruin.conſil.80.nume.8.lib.2.& conſil.137.nume.8.lib.5.
Iacobus Alba conſil.17.num. 6. & eſſe receptam opinio-
nem atteſtatur Io.Coraſius lib.3. & miſcella. iuris. cap. 1.
num.8.etſi ipſe diſſentiat.
Quintò & vltimò accedit,quòd hæ erant teſtatoris fi-
18 liæ,& ab eo dilectæ. Atqui,ob dilectionem † & affectio-
nem teſtatoris erga legatarium,quod legatum eſt, non a-
nimo compenſandi legatum præſumitur, ſed vt illud iu-
re legati habeat.ita Corn. conſil.292.lib.2.conſil.127.nu.
4.lib.3.& Soc.Iun.conſil.79.num.37.lib.3. Ergo idem di
cendum videtur in caſu noſtro. Hæc me dubium & hæſi-
tantem reddebant.
Cæterùm, re ipſa diligentiſsimè perpenſa & examina-
ta,contrarium viſum eſt verius, nempe legatum centum
& viginti coronatorum cenſeri factum animo compen-
ſandi cum debito reſtitutionis bonorum paraphernaliū.
Quam quidem ſententiam eſſe veram multis rationibus
oſtendo. Sed illud ante omnia ſciri volo; hanc diſcepta-
19 tionem præſumendi legatum † factum animo compen-
ſandi cum præcedenti debito, verſari circa coniecturas
& præſumptiones.Ita ſcribunt Caſtr. conſil. 193. ſuper i-
ſto puncto.col.3.in ſecundo dubio.lib.2.& Abbas conſil.
81.col.2.lib.1.quos probauit Crauet.conſil.131. nume. 17.
conſil.149.num.3.& conſil.301.numer.2.quibus addo Si-
gnorolum conſil.176.num.3.Caſtren.conſil.73.Licèt iſta
domina Liſa.col.2.verſic.pro quorum intelligentia. li.1.
Comenſem conſil.133.D.Nicolaus.col.1.Soc.Sen.conſil.
10.col.5.verſic.circa ſeptimam.lib.1. Ruin.conſil.60.nu.
7.lib.2.& Alciat.reſp.524.num.7.Hoc ita præmiſſo vtor
nunc multis rationibus & argumentis ad demonſtrādum
veram eſſe hanc noſtram ſententiam.
Primò in hanc ſententiam ea adducor cōiectura, quòd
20 in legatis† ſtricta ob id fieri ſolet inteapretatio. l. numis.
de leg.3.quòd præſumitur teſtatorem minus voluiſſe gra
uare hæredem quantum fieri poteſt.l.vnum ex familia.§.
ſi rem.de leg.2.& ſcribunt Dec.conſil.475.num.14.& Pa-
riſius conſil.79.num.25.lib.2. Quinimò potius fit inter-
21 pretatio, legatum † non ſubſiſtere, quàm quòd teſtator
præſumatur voluiſſe grauare hæredem. Ita docuit Iaſon
in l.quod in rerum. la ſecunda. in primo notab. & in l. ſi
ita ſcriptum.vlt.notab.de leg.1.idem in l.vxor patrui.nu.
1.C.eod.de legat.quem ſecutus eſt Crauet. conſil.32. nu.
3.& conſil.167.numer.14.Sed ſi in caſu noſtro diceremus,
legatum factum non eſſe animo compenſandi cum para-
phernalibus, hæres huius teſtatoris non eſſet minus gra-
uatus,ſed plus:quia vtrunque præſtare teneretur.Ergo di
cendum eſt,legatum eſſe factum animo compenſandi.Et
ſimili argumentatione vſus eſt Crauet. conſil. 167.nu.14.
poſt Caſtrenſem, quem citat. Idem Crauet. conſil. 149.
22 num.15.cùm reſpondit, quòd, cùm teſtator † florenos
mille ex cauſa dotis accepiſſet,& deinde florenos ſexcen-
tum pro donatione propter nuptias & iocalibus conſti-
tuiſſet, deinde legauit in teſtamento florenos mille &
ſexcentum ſimpliciter pro dote: reſpondit inquam Cra-
uetta, legatum cenſeri factum etiā pro florenis illis ſex-
centum,qui dotis non erant. Ita etiam argumentatur Iaſ.
conſil.123.col.3.verſ.2.principaliter.lib.4.etſi Iaſ.ſuo illo
in caſu aliis rationibus diſſentiat.
Secundò confirmatur præcedens argumentatio hac
coniectura ducta ex eo, quòd non præſumitur teſtato-
23 rem † velle grauare hæredem duplici onere. l. Titia. §.
qui inuita.de leg.2.quæ in ſpecie ita ſtatuit legatum cen-
ſeri factum animo compenſandi,ne hæres duplici onere
prematur.Sed in caſu noſtro duplici grauaretur onere hæ
res iſte, nempe reſtitutionis paraphernalium, & legati:
quod ſanè legatum excedit valorem dotis receptæ ac bo
24 norum paraphernalium.Ergo legatum† cenſetur factum
animo compenſandi cum illis paraphernalibus. Simili ar-
gumento & coniectura vſi ſunt Caſtr.conſil.393. Subſti-
tutio facta huic Draconetæ.in fin.lib.2. Comenſis conſ.
18.fine diſputatione.in fin. Iaſ. conſilio centeſimovigeſi-
motertio.columna tertia.verſic.circa ſecundum. lib.4.&
clarius Cor.conſil.230.nu.5.lib.4.& Afflict.deciſ.44.nu.
18.qui quidem eo textu.§.qui inuita, in hanc ſententiam
adducti ſunt.
Tertiò accedit coniectura ex eo ſumpta, quòd habito
25 † calculo tam dotis quàm paraphernalium, illarum ſum-
ma non excedit ſummam legatam: ſed potius ſumma le-
gata illas excedit. Ergo legata hæc ſumma animo com-
penſandi relicta præſumitur. Hanc coniecturam in ſpe-
cie facit Crauet.conſil.149 num.5.& conſil.301.in fin.Et
ante eum Caſtr.in l.ſi cùm dotem.§. ſi pater.ff.ſol.matr.
ex mente gloſſæ ibi.Ita etiam Abb.conſil.81. in fin.lib.1.
& Comenſ.conſil.133.D Nicolaus.col.1.ſenſit Corn. con
ſil.230.num.5.lib.4.
Quartò adducor in hanc ſententiam hac ratione, quòd
26 bona † omnia teſtatoris erant obligata pro reſtitutione
dotis & paraphernalium. l. vbi adhuc, vbi gloſſ. & doct.
C.de iure dot. & copiosè ſcribit Didacus lib. 1. varia. re-
27 ſol.cap.7.nume.1. Atqui cùm quis reliquit † creditori ex
bonis ei obligatis, animo compenſandi legare videtur.
Hoc probo ex eleganti doctrina Bart. in l. frater à fratre.
num.43. ff. de cond.indebiti. Cùm filius decem deberet,
pater illi creditori filij donauit quinque ex peculio filij:
ait Bartolus illa cenſeri donata animo compenſandi. Ea
ratione vſus eſt Bartolus,quia pater donando ex illis bo-
nis iam creditori obligatis, non tam donaſſe videtur,
quàm quòd voluerit ſoluere debitum. Et Bartolum pro-
barunt Caſtren.ibi, & Franciſcus Pepus in repet. auth.
præterea.col.44. C.vnde vir & vxor.ſecutus eſt in ſpecie
Afflict.deciſione quadrageſimaquarta.nu.9. Ergo & hic
teſtator relinquendo tot ex bonis obligatis pro reſtitu-
tione paraphernalium,animo compenſandi cum illis le-
gaſſe præſumitur.
28 Quintò non parum me mouet,quòd relatio† ad omnia
etiam remota fieri debet,cùm nulla ratio diuerſitatis po
teſt conſiderari,cur magis ad vnum quàm ad alterum fie-
ri debeat,vti probant l.ſed etſi per prætorem.§.deinde.ff.
ex quib.cau.maio.& l.talis ſcriptura.in princ. de leg.1.&
alia recenſet Crauet.conſil.149.num.8. Atqui noſtro in
caſu nulla diuerſitatis ratio conſiderari poteſt, cur magis
legatum referri debeat ad cauſam dotis quàm ad para-
phernalia. Ergo ad vtrunque referri debet. Hac argu-
mentatione vſus eſt in ſpecie Crauet. dicto conſil. 149.
num.8.
Sextò maximè vrget hæc argumentatio & coniectura.
29 Actus † & diſpoſitio interpretari debet,vt prouiſum cen
ſeatur



ſeatur cauſæ magis neceſſariæ & vtili. ita Bart.in l.Triti-
cum.de verb.oblig.& in l.vlt.C.de alimen. pup. præſtan.
in ſpecie Bald.conſil.35.pater filio.colum.2.lib.2.& alios
mox referam. ſed in caſu noſtro magis neceſſaria eſt te-
ſtatori, ſeu eius hæredibus vtilis erat cauſa paraphernа-
lium; quàm dotis.Ergo non ſolùm in cauſam dotis, ſed
etiam paraphernalium teſtator legare voluit. Illa minor
probatur tam ex ipſamet obligatione quàm ex effectu.
30 Ex obligatione, quia fortius erat teſtator † adſtrictus in
reſtitutione paraphernalium; quæ conſtante matrimo-
nio reſtituere cogi poterat, vt dixi ſupra ex Baldo in l.
vbi adhuc.col.pen. C. de iure dotium. Ex effectu idem
31 demonſtratur,quia maritus† tenetur reſtituere fructus pa
raphernalium,niſi certis in caſibus, vt reſpondit Socin.
Sen.conſil.82.num.8.lib.4.& dixi ſupra.Et ſi vir tenetur,
à fortiori eius hæredes. Et ideò vt prouideret teſtator
huic cauſæ tam neceſſariæ & vrgenti, ac vtili ſuis ſucceſ-
ſoribus, legaſſe dicitur animo compenſandi cum para-
phernalibus.id quod poſt Alex.conſil.55.col. 2. lib.5.re-
ſpondit Crauet.conſil.106.num.9.Et in ſpecie ſimili con
iectura & argumento vſus eſt Crauet.d.conſil.149.num.
12.verſic.decima coniectura.& conſil.301.num.6.
32 Septimò confert & illa coniectura, qua ſimili in caſu
vſus eſt Crauet. d.conſil.149.numer.13.verſic. Vndecima
coniectura.Præſumptio eſt,quòd quis eligat † eam viam,
qua vtrique caſui ſatisfacere valeat. l. adoptiuus.§.1.ff. de
ritu nuptia.& tradunt Baldus in l.bonorum. q. 3. C. qui
admitti.& melius Caſtren.conſil.180.In cauſa,quam Ma
gnificus D.Titius.col.5.in fin. lib.1. Sed ſumendo hîc in-
terpretationem,vt legatum referatur ad cauſam parapher-
nalium,vt & ad cauſam dotis,vtrique caſui erit prouiſum
& ſatisfactum. Ergo ad vtrunque relatio fieri debet. Et
tanto magis hoc ex eo procedere poteſt,quod (vt ſuo in
caſu conſiderat Crauetta) ſumma legata æquiualet dua-
bus illis ſummis,dotis ſ.& paraphernalium.
Octauò ſuffragatur mirum in modum,quòd idem iu-
33 dicamus de acceſſoriis † & appendiciis, quod de ipſo
principali.Atqui paraphernalia ſunt de appendiciis & ac
ceſſoriis dotis. Ergo idem eſt iudicandum de paraphernа
libus,quod de ipſa dote; vt ſcilicèt tam in compenſatio-
nem vnius quàm alterius legatum factum cenſeatur. Hac
argumentatione vſus eſt Crauet.d.conſil. 149. nu. 6.du-
ctus auctoritate egregia Io.de Ana.conſil.36. Vtrum Co
phani.num.1.& eo loci Ludouicus Bologninus in annot.
34 Reſpondit is Io.de Ana.quòd ſi ſtatutum† permittit mu
lieri teſtari de dote, intelligitur permittere etiam teſtari
de paraphernalibus; ex quo dotis appendicia ſunt & ac-
ceſſoria. Et Ananiam ſecutus eſt Curt. Iun.conſil.129. in
fine.quem ipſe Crauetta recenſet.Et illis addo Cur.Sen.
conſil.76.D.Ludo.col.10.verſic.& benè facit.Non igno
ro tamen eundem Crauet.in tract.de antiq.temp. quarta
parte principali. numer.121. de reſponſo Curtij Iunioris
dubitaſſe.
Nonò,vrgens admodum ducitur argumentum ex ver-
bis ipſiuſmet legati; quæ ita ſcripta ſunt:Quos(ſcilicet ſcu
tos centum & viginti) idem teſtator confeſſus fuit ha-
buiſſe & recepiſſe à quondam Magdalena filia dicti Be-
nedicti Thealdi, eius prima vxore, matre ipſarum Vio-
lantidis & Vrſettæ,& à quondam Benedicto.&c.Perpen
do illam dictionem, Et, quæ,dum duo copulat, atque ita
vtramque cauſam, ſignificat teſtatorem voluiſſe legare
tam pro receptis ab eius ſocero Benedicto,& ita pro ipſa
dote vera & propria, quàm pro acceptis ab ipſa Magda-
lena vxore,ſicque pro ipſis paraphernalibus. Quòd copu
35 la, † &, duo coniungat, eſt vulgare apud omnes.& pro-
bat l ſi quis ita.ff.de cond.inſt.l.ea tamen adiectio.de leg.
3.& alibi ſæpe.Et copula æqualiter copulat,vt idem ſit de
vno quod de altero ex copulatis. l. ſi mihi & Titio. de
verbor.oblig.l.reos.§. cùm in tabulis. ff. de duobus reis.
Corn.conſil.231.nu.1.lib.1. omnes in l. Gallus. §. quidam
rectè.de liberis & poſthum.
36 Decimò perpendo illa vltima verba † legati, ita quòd
ſint tacitæ & contentæ pro omni & toto eo quod habere
debent,& petere poſſent.quæ quidem vniuerſalia ſunt,&
omnem debiti ſpeciem complectuntur. Ergo tam pro
dote quàm pro paraphernalibus legaſſe dicitur. Ita in ſpe
cie reſponderunt Corneus conſil.344.in fin. lib. 1. Ruin.
conſil.60.nu.6.conſil.79.nu.8.& conſil.81.num.7.lib.2.
& Soc.Iun.conſil.173.nu.3.lib.2.
Vndecimò & vltimò,ita in dubio eſt pronuntiandum,
37 ex multis. primò, quia hîc agitur de liberatione † ab
onere reſtitutionis paraphetnalium: & ad liberandum
proniores eſſe debemus. l, Arianus. ff. de actio. & obli.
& ita in ſpecie conſiderat Fulgoſ. conſ. 81. col. vlt. verſ.
38 & quoniam. Secundò, quia in obſcuris † ſequimur quod
eſt minimum. l. in obſcuris. de reg. iur.
Tertiò, quia legatariæ agunt de lucro captando: hæ-
redes verò de damno euitando. Eſſet enim eis damnoſū
ſi & paraphernalia & integrum legatum præſtare debe-
39 rent. Et certi iuris eſt, in dubio eſſe pronuntiandum † pro
eo, qui de damno euitando tractat ſicuti ſcribunt Barto.
in leg. cum mulier. ff. de damno infect. & Felin. in cap.
dilecti. col. 3. de exceptio.
Non obſtant nunc adducta in contrarium; quibus ſin-
gulatim reſpòdeo. Ad primum itaq; reſpondeo primò
quod etſi bona paraphernalia à dotalib. differant quò ad
40 aliquos effectus: attamen ſunt acceſſoria † & appendicia
quodammodo ipſius dotis, ex ſententia Ananiæ, Curtij
& Crauettæ. Et ideò idem de illis quod de dotalibus iu-
dicandum eſt; præſertim in caſu noſtro, in quo eandem
eſſe de vtriſq; rationem diximus.
Reſpondeo ſecundò, quòd etſi aliqua extet differentia
inter bona dotalia & paraphernalia; attamen illa differē-
tia eruditis & doctis, in iureq; verſatis ſolùm cognita eſt
non autem ignaris, & præſertim idiotis; apud quos idem
ſunt bona paraphernalia quod dotalia:ſicuti videmus i-
41 diotis cognitam non eſſe differentiam inter † dictionem
filios.& dictionem liberos.vt cenſuit gl.in l.quod ſi ne-
potes. ff. de teſta. tutela. Ita idiotis cognita non eſt
42 differentia poſſeſſionis † & detentionis: & ob id inſi-
ſtentiam ipſam appellant poſſeſſionem.ita ſcripſit glo.in
l.ſtipulatio iſta.§.hæc quoque.de verbo.oblig. Ita vide-
43 mus † idiotas ignorare differentiam inter uerba emere,
& comparare.vt ſcribit Bart.in l.ſi quid carū.in princ.de
44 leg.2.Ita videmus idiotas † ignorare differentiam inter
verbum lego,& verbum inſtituo.vt inquit glo.in l. quo-
ties.C.famil.erciſ.dum ait,quòd non omnes teſtatores
ſciunt dicere,hæredem inſtituo. Huc ſpectat quod reſ-
pondit Barba.conſil.34.colu.17.& conſi.57.colu.3.lib.2.
vulgares & idiotas ignorare ſignificationem horum ver-
borum,ſufficienter literatus non.Confert quod cenſuit
Soc.Sen.conſi.37.col.3.in princ.lib.3.cùm dixit, idiotas
ignorare, qui ex proximioribus maſculis de familia ad
ſucceſſionem veniant:& ſubiungit,idiotas ignorare, ex
duabus negatiuis vnam affirmatiuam confici.idem ſcri-
pſit Soc.Iun.conſi.116.nu.20.lib.1.Itaque ergo noſtro in
caſu dicendum eſt,hunc teſtatorem ignarum differentiæ
inter bona dotalia & paraphernalia,accepiſſe parapher-
nalia pro dotalibus,& ob id legaſſe ſummam illam centū
& viginti coronatorum animo compenſandi cum vtra-
que illa ſumma dotalium & paraphernalium. Nec illud
obſtat quod dictum fuit in eo primo argumento,nō eſſe
recedendum à verborum proprietate;quia reſpondeo,i-
45 mò recedi à proprietate † ſermonis,cùm de contraria vo
luntate apparet.l.ſi ſeruus plurium.§.vlt.de leg.1. Bar. in
d.l.non aliter.de lega.3.Alex.l.3.in fine.C.de liber. præ-
ter.Dec.l.ſemper in ſtipulationibus.nu.3.ff.de reg. iuris.
& Rui.conſi.29.nu.11.lib.2.Quocircà egregiè reſpondit
Angel.conſi.222.Bene.&c.quòd in vltimis voluntatibus
omnis poſtergatur verborum rigor & forma;vbi aliquo
modo de mente teſtatoris conſtare poteſt.Et Angeli tra
ditionem probare conſueuit Soc.Iun.con.85.nu.7.con.
90.nu.8.conſi.97.nu.13.& conſi.98.nu.7.lib.2. Et his in
in locis,& illud ſubiūgit Socinus,quòd licet impropria-
46 re † & offendere verba,vt teſtatoris voluntas etiam con-
iecturata obſeruetur.Id quod reſpondit idem Soc. Iun.
conſi. 101.nu.5.& conſi.103.nu.20.li.1.& conſil.23.nu.11.
libr.2. Quæ ſanè poſtrema aſſertio habet dubitationem:
cùm verba ſunt clara.Et ſi mens teſtatoris obſeruari ſo-
47 let aliquanto reiecta verborum proprietate, hîc † maxi-
mè obſeruari debet ob conditionem perſonæ, quæ non
nouit verborum proprietatem, vt regulam.leg.non ali-
ter,de leg.3.declarat Socinus in trac fallent.reg.441. fal-
lent vltima ex l.plenum.§.equitij.ff.de vſu.& habita.
Non obſtat ſecundum argumentum,quia reſpondeo
primò,imò bona illa paraphernelia non habere diuer-
ſam rationem à bonis dotalibus, cùm ſint dotalium ac-
ceſſoria & appendices,vt Ioan.de Anan.& ſequaces ſcri-
bunt.
Reſpondeo ſecundò,nil nobis obeſſe textum d.l.ſi pa-
ter

ter pro filia.ff.de collatio. dot. quo nituntur Doctores in eo ſecundo fundamento:ſiquidem non admittit eo loci iuriſconſultus,compenſationem legati ad dotem,quia dos erat in quantitate,legatum verò in ſpecie.Et de quan
48 titate † ad ſpeciem non fit compenſatio.l.vlt.C.de compenſa.Ita.d.leg.ſi pater pro filia,interpretantur Baldus, Comenſis,Caſtrenſis,& Alexander,quos recenſet Iaſ. in l.huiuſmodi.§.cum pater.num.12.de leg.1.Qua interpretatione admiſſa, conſtat argumentationem retorqueri poſſe in aduerſarios. Nam in caſu noſtro ita quantitas fuit legata, quemadmodum & quantitas fuit illa bonorum paraphernalium. Et ſi teſtator voluit compenſare quantitatem legatam cum dote,quæ aliqua ex parte conſiſtebat in ſpecie:nempe in nonnullis prædiis.cum tamen aliàs iura non concedant. d. l. vlt. C. de compenſ. à fortiori dicendum eſt, eum voluiſſe compenſare cum paraphernalibus, quæ in ſola quantitate conſiſtebant. Præterea ſi admittitur compenſatio † de quantitate ad ſpeciē ex coniecturata voluntate.vt ait Corn. conſil. 292.col.1. verſic.Nam in iſtis.lib.1.à fortiori conceditur de quantitate ad quantitatem.vt idem Corn.ſubiungit.

Reſpondeo & tertio.d.l.ſi pater pro filia, nil obeſſe ob id, quod ibi illa compenſatio non admittitur, quia pater filiam illam ſuam exhæredauerat,vel præterierat:atque ita iniuriam ei intulerat; & ideo ad illius recompenſationem voluit vtrunque deberi. Ita d.l.ſi pater pro filia, eſt interpretatus Iaſon in d.l.huiuſmodi.§.cum.num.12. qui eiuſdem opinionis recenſet Bartolum,Baldum,Comenſem,Romanum & Alexandrum. hanc interpretationem probauit & Franciſc.Pepus in repet.auth.præterea. C.vnde vir & vxor. Hæc cauſa ceſſat in caſu noſtro, nimirum ſi admittitur compenſatio.

Reſpondeo & quarto ex interpretatione Alexandri & Aretini ad d. l. ſi pater pro filia, quam intelligunt procedere ob id, quòd dos erat debita genero, cui fuerat promiſſa, legatum vero filiæ factum fuerat. Atque ita diuerſis perſonis legatum & dotis debitum præſtandum erat. Non ergo dici poteſt, patrem legaſſe animo
50 compenſandi:cùm ſit compenſatio † debiti & crediti ſibi inuicem contributio.l.ſi cum militi.ff. de compenſ. & ibi annotauit Caſtrenſis.Et hanc Alexandri & Aretini interpretationem probarunt Franciſcus in d. auth. præterea,num.4.& Curt.Iun.num.33.C.vnde vir & vxor. Eſt verum quòd Cor.conſil.230.num.7. lib. 4. reſpondit, non differre,quòd debeatur genero, vel filiæ, quia ſemper eſt debitum eadē cauſa,ſed hoc nobis magis prodeſt. Quandoquidem aliter quam in caſu. d.l.ſi pater pro filia, contingit in caſu noſtro,in quo vtrunque debitum, nempe ex cauſa dotis & paraphernalium præſtandum erat ipſius filiabus ſimul.

Nec hic repugnant illæ doctorum auctoritates,nempe Iaſ. d.conſil.123.col.pen.verſ.quarto ad idem.lib. 4. quia is loquitur in rebus admodum diuerſis; quod non con-
25 tingit in caſu noſtro: cum bona dotalia † à paraphernalibus multum non differant,ratione acceſſionis:& eadem adeſt ratio.vt dixi ſupra.Ita etiam loquitur Alex.d. conſ. 7.num.18.libr.6.& Rui.d.conſil.137.nume.8.libr.5.plura alia cōſiderat ſuo in cauſa quam cauſarum diuerſitatem. Et Corn.conſi.257.col.pen.lib.1.loquitur cum nullæ extant compenſationis coniecturæ.Et in caſu Cornei conſi.288.nu.4.libr.1.plures aliæ concurrebant coniecturæ, quibus erat clarum compenſationem non induci. vt & in eo conſilio 292.columna ſecunda eo.Nec Corn. conſilio 239.num.6.libro quartò nobis repugnat,ſed fauet potius.Ita etiam de rebus diuerſis loquitur Soc. iun. conſil. 79.nu.112.lib.3.

Non obſtat tertium argumentum,quia reſpondeo,immo verius eſſe (vt iam ſupra demonſtraui) compenſationem admitti ex coniecturata voluntate teſtatoris.Nec id
52 mirum, cum & voluntas † coniecturata dicatur voluntas expreſſa.vt probat.l.prætor.§.interdictum.vbi glo.in verbo,expreſſum.de oper.noui nuntia.Angel.conſil.17.pro deciſione.col.vlt.& Decius conſil.68.num.3. Immo euidenter & clarè apparere dicitur, quod ex coniecturis apparet. copioſè Iaſ. in l.licet Imperator, tertio notab. de leg.1.& Afflict.deciſ.44.nu.15.

Nec repugnat. l. creditorem. de legat.2. quia loquitur
53 cum legatur ſpecies, & quantitas eſt debita. Nam † tunc, niſi clarè & apertè conſtet teſtatorem compenſare voluiſſe, non præſumitur compenſandi animus. Cum alio qui lex non præſumat admittātque hanc compenſationem.l.vlt.C.de compenſa.Ita d.l.creditorem, ſunt interpretati Doctores,in d.l.huiuſmodi.§.cum pater.de leg.1. & nouiſsimè Soc.Iun.conſil.79.num.112.libr.3.& declarat Corneus conſil.230.nu.6.lib.4.

Non etiam obſtant doctorum contrariæ auctoritates in eo tertio argumento in fine adductæ; quia ex iam relatis ſatisfactum credimus.

Non obſtat quartum argumentum; quia vno verbo reſponderi poteſt,concedendo illam propoſitionem maiorem, nempe obligationem illam reſtituendi bona paraphernalia ex voluntario facto hominis cauſatam fuiſſe:
54 ſed dicimus, quòd pari modo † cauſata fuit obligatio reſtituendi dotem. Et ideo, ea ratione qua teſtator legando voluit legatum eſſe ad compenſationem dotis, eodem modo dicendum eſt,voluiſſe compenſari cum paraphernalibus. Cum eadem ſit, ſaltem quò ad noſtros terminos,vtriuſque ratio. Reſpondeo & ſecundò, negando in caſu noſtro eſſe veram minorem illam propoſitionem argumentationis,qua dicebatur,non præſumi factum legatum animo compenſandi cum debito voluntario. Non enim hîc eſt vera aſſertio hæc, cum multis coniecturis demonſtratum fuerit, compenſandi animo à teſtato-
55 re iſto factum fuiſſe legatum.Et cum extant † coniecturæ recedimus à regula.l.ſi cum dotem.§.ſi pater.ff.ſol.matr. & ab ea doctrina Baldi conſil.58.lib.2.Signor.conſi.176. num.4.& aliorum,quos retuli in dicto vltimo argumento, qui quidem Doctores loquuntur illis in caſibus, in quibus nulla aderat coniectura, qua præſumi potuiſſet animo compenſandi factum fuiſſe legatum.Et ita loquuntur in dubio relati interpretes, vt reſpondit Socin. Iun. conſil.183.lib.2.

Non obſtat vltimum,quia vno verbo reſpondetur, teſtatoris animum non fuiſſe, vt hæ filiæ titulo legati hæc conſequerentur, ſed animo compenſandi reliquit; vt apertè conſtat,quia dixit iure dotium relinquere &c. quæ
56 iura † dotium eandem rationem habent cum iuribus paraphernalium. Concludo ergo legatum hoc cenſeri factum à teſtatore animo compenſandi cum bonis dotalibus & paraphernalibus:& per conſequens hæredem præſtando legatum,liberari ab vtroque nexu.

Iacobus Menochius I. C.

## *SVMMARIVM.*

1 *Teſtator an poßit prohibere alienationem bonorum adiecta pœnà priuationis in caſu contrauentionis.*
2 *Teſtator poteſt grauare hæredem ſuum ne moleſtia afficiat vxorem à ſe vſufructuariam relictam, & in caſu contrauentionis eum hæreditate priuare.*
3 *Etiam priuare poterit hæredem hæredis.*
4 *Pater poteſt aßignare filio certam portionem, & pœnam adiicere, quod niſi fuerit illa portione contentus ab hæreditate priuat, & qua ratione.*
5 *Teſtator poteſt imponere quoduis onus rebus ſuis.*
*Teſtator an poßit prohibere alienationem bonorum ſuorum etiam quo ad legitimam filiorum.*
6 *Et idem de alio quocunque onere dicitur, dummodo ſit ad vtilitatem & fauorem filiorum.*
7 *Iuuenes facile inducuntur ad dilapidandum bona ſua.*
8 *Pater ſi aliquid fecerit circa perſonam vel bona filij, & dubitatur, an fecerit ad detrimentum, vel vtilitatem filij, aſſertioni ipſius patris ſtandum eſt.*
9 *Legitima à teſtatore non poteſt grauari, ſed liberè relinqui debet, niſi forſan eſſet in fauorem filiorum & numero duodecimo de veritate.*
10 *Dominus debet poſſe diſponere de rebus ſuis ad libitum, & lex hoc prohibens, videtur multum iniqua & rigoroſa.*
11 *Inhabilis qui præſumatur ad adminiſtrationem bonorum ſuorum.*
12 *Alienatio legitimæ non poteſt prohiberi à teſtatore ſiue ſit ad vtilitatem filiorum facta, ſiue non.*
13 *Prohibitio alienandi eſt onus, quod in legitima eſſe non debet.*
14 *Diſpoſitio teſtatoris facta pro filio reijcitur quatenus habet aliquod incommodum.*
15 *Renuntiare quilibet poteſt fauori ſuo.*
16 *Dos congrua non dicitur, cum à patre minus legitima, & tenuiſſima eſt aßignata.*





## FACTI SPECIES.

*Dominus Lucas Staxius Montiſregalenſis Pedemontium teſtator hæredem inſtituit Antonium filium pro dimidia, & Ioſephum, ac Donatum pro altera. Et eos inuicem ſubſtituit. Deinde expreſſe prohibuit; ne quouis modo alienarent aliqua ex relictis bonis ſine auctoritate, & conſenſu Reuerendi D.Iacobi Moglioris, Michaelis Perutiæ, ac Iacobi, & Nicolini de Staxijs, teſtamenti executoribus. Quam prohibitionem fecit teſtator donec hæredes illi effecti eſſent maiores ætate quadraginta annorum. Et adiecit teſtator pœnam in caſu contrauentionis: nempè, quòd contrauenientes priuarentur ea hæreditate, & bonis, quæ eo caſu deferri voluit inter cæteros dicto Michaeli Perutiæ alteri ex executoribus teſtamenti.*

*Contingit quod anno 1549.1550.& 1554. ſicque tribus temporibus Ioſeph, & Donatus dicti teſtatoris nepotes alienarunt multa ex illis bonis alienari prohibitis in d. Reuerendum dominum Iacobum Moglioris conſentiente ipſo Michaele Perutia. Quo vita functo ei extitit hæres Amedeus filius, qui contendit reuocare alienata hæc bona. Dubitabatur quid iuris.*

## CONSILIVM LVII.

# Initium à Domino.

EST egregia, ſed non parum difficilis, quæ proponitur conſultatio:quæ quidem duas præcipuas dubitationes habet. Prima eſt, an teſtator potuerit hoc onus indicere his bonis etiam ad detrimentum d. Reuerendi D. Iacobi, qui presbyter,atque ita perſona eccleſiaſtica eſt. Altera eſt dubitatio, an teſtator potuerit impedire etiam alienationem legitimæ.

Quò ad primam dubitationem, credo rem eſſe ſatis
1 claram, nempe licuiſſe teſtatori † prohibere hanc alienationem, adiecta pœna priuationis in caſu contrauentionis.probat hanc ſententiam l.vnica.C.de his, quæ pœnæ nom.Et eo loci in ſpecie annotarunt Baldus,Corneus & Iaſon.idem reſpondit Ange.conſil.168. teſtator.col.vlt. quem in ſpecie hac ſecutus eſt Ripa.in l.filiusfam.§.diui. num.35.de leg.1.in claris his terminis.Soc.Iun.conſil.87. num.4.lib.3.addo Caſtren.conſil.260. omnis difficultas, col.1.lib.1. Huc ſpectat quod in non diſsimili ſpecie ſcribunt Bart.in l.paterfamilias.ff.de hæred. inſtit. & cæteri
2 omnes,quòd teſtator † poteſt grauare hæredem ſuum,ne moleſtia afficiat vxorem à ſe vſufructuariam relictam, & in caſu contrauentionis, eum hæreditate priuare. Quam ſanè ſententiam probarunt & Alex.conſil.52.num.1. li.2. Ruin.conſil.47.num.11.lib.2.Imò reſpondit Socin. Iun. conſil.129.num.7.verſi.ſecundum dubium eſt.lib.3. non
3 ſolùm † ipſum hæredem contrauenientem priuari ea ſucceſsione: ſed etiam hæredem hæredis. His accedit ſimile
4 quòd reſpondit Iaſ.conſil.25.num.1.lib. 1. patrem † poſſe aſsignare certam portionem filio, & pœnam adiicere, quòd,niſi ea portione fuerit contentus, eum tota hæreditate priuat: cùm ſit conditio (ait ille) poteſtatiua, ſub qua inſtitui filius poteſt, & in eius defectū priuari. Quod verum an ſit nunc non contendo.

Illud etiam hîc affirmo, hanc prohibitionem operari quoque ne bona hæc alienari potuerint perſonæ eccle-
5 ſiaſticæ, ſicque d. D. Iacobo:cùm teſtatori † liberum ſit imponere quoduis onus rebus ſuis.Ita ſcribunt Barto. in repet.auth.ingreſsi.num.50.C.de ſacroſanct.eccleſ.& in l.ſi ita quis.§.ea lege.num.9.de verb.oblig.& ibidem Iaſ. num.35.idem Iaſon in l.filiusfam.§.diui.prima lect.num. 43.de leg.1.in ſpecie Barb.conſil.46.col.2.lib.3.& Fabianus in tract.de emptio.& vend. quarta parte principali. in fine.

Quò ad ſecundam dubitationem,an ſcilicet teſtatori licuerit prohibere alienationem hac ſub forma etiam quo ad legitimam ipſorum nepotum. In hac dubitatione dicendum videbatur,potuiſſe prohibere, atque ita hoc onus imponere. Siquidem teſtator hoc viſus eſt facere, vt magis conſuleret ipſis hæredibus,quos non perpetuò,ſed ad tempus tantùm alienare prohibuit. Ita reſpondit Caſtren.conſil.77.Viſis & conſideratis omnibus. lib. 1. repetitum.conſil.300.cuius opinionem ſecuti ſunt Iaſ.in l. filiusfam.§.diui.num.116.de leg.1. Picus in l. in quartam. num.122.ff.ad l.Falcid. Dec.conſi.442.num.28. Thomas Ferrat.cautela 35.patres,Rubeus conſil.27.num.3.& conſil.98.num.1.Alciat.in tract.præſump.reg.1.præſump.2. num.3.idem reſponſo 497.num.2.reſpon.522. numer. 2. reſp.635.num.1.& reſp.645.nume.2. Soc. Iun.conſil.163. num.35.lib.2.& conſil.87.num.5.lib.3.Boc. q.87.num.5. & Roſ.conſil.31.num.30.lib.1. Ea ratione præcipua mo-
6 tus eſt Caſtrenſis; quòd teſtator † adiicere poteſt onus & conditionem legitimæ filiorum,cùm onus illud eſt ad vtilitatem & fauorem filiorum.ita Bart.in l.filiis matrem. C.de inoffic.teſt.in l.cùm ex filio.de vulg.probant in ſimili tex.l.multi.ff.de lib.& poſth.vbi idem Bart.& Alex. & tex.l.ſi ita relictum.§.Pegaſus.de leg.2. ſed in caſu noſtro eſt appoſitum hoc onus ad vtilitatem filiorum, ne
7 ſcilicet ducti ætate † iuuenili inconſultè bona diſtraherent & dilapidarent.argu. l. Titio centum.in princ. ff. de cond.& demonſt. Ergo, &c. Et in hoc adhibenda vide-
8 tur fides † aſſertioni patris, quòd ſcilicet hoc egerit ad commodum & vtilitatem ipſius filij. vt egregiè in terminis his affirmauit Picus in d.l.in quartam.num.123.verſic. & ſi dicatur.

Cæterùm, re ipſa longè melius & diligentius perpenſa & examinata,contrarium viſum eſt verius, nempe,teſtatori non licuiſſe prohibere alienationem legitimæ, donec vſque hi filij effecti eſſent ætatis annorum quadraginta.Quod vt dicam hæc me mouent.
9 Primò, quòd onus † legitimæ regulariter imponi non poteſt, niſi adſit commodum & vtilitas filiorum. l. quoniam in prioribus.l.filiis matrem.C.de inoffic.teſta. Sed hæc alienandi prohibitio reſpicit filiorum incommodū ac damnum. Ergo huic legitimæ imponi onus hoc non potuit.Illa minor propoſitio probatur ex regula generali l.in re mandata.C.mand.qua dicimus eſſe liberum do-
10 mino † de re ſua diſponere; & à contrario odioſum eſt & rigoris plenum, quòd dominus non poſsit diſponere de rebus ſuis.ita Socin.Sen.conſil.110.col.2.verſic.præmitto etiam.lib. 3. poſt Ancharanum, quem citat.& ſcribit Decius in l.1.numer.5.C.de ſecund.nupt.ſtatutum eſſe odioſum cum rei propriæ alienationem prohibet.Probatur etiam. quia hoc modo vltra quam ius exiſtimat aliquē
11 non eſſe idoneum adminiſtrare bona ſua. Leges † enim ſolum eum eſſe credunt minus idoneum, qui eſt intra ætatem vigintiquinque annorum: cum illi curatorem aſsignari volunt.& læſo reſtitutionem concedunt.vel vſque ad ætatem viginti nouem annorum cùm eo vſque petere poſsint reſtitui. Et vltra nil ſtatuerunt,quòd ſine ratione exiſtimaſſent hunc non eſſe idoneum adminiſtrare res ſuas: & ideò voluerunt tamdiu impedire rei propriæ adminiſtrationem & alienationem. Cùm ergo teſtator hic exceſſerit legis diſpoſitionem, dicendum eſt, hoc onus eſſe ad eorum detrimentum.

Secundò,admiſſo quòd hîc clarum non ſit, ſed dubiū,
12 hanc prohibitionem non eſſe vtilem his filiis:adhuc † reiici debet.ita diſtinguendo, docuit Bart. in d. l. filiis matrem. C. de inoff.teſta.dum ita intelligit d. l. quoniam in prioribus, ex regula l. ſi pater puellæ. C. eod. de inoffic. teſtam.Nam Bartolus ſolùm concedit,hanc prohibitionem valere cùm conſtat clarè eſſe vtilem ipſis filiis. Et ideò hinc ſequitur non eſſe verum, quod docuit Picus in d.l.in quartam.numer.123.eſſe adhibendam fidem aſſertioni patris: quia verius eſt aliter conſtare debere, vt infra dicemus.

Tertiò accedit auctoritas multorum, nempe, Aretini,
conſil.19.num. 7. qui clarè reſpondit, hanc prohibitio-
13 nem † alienandi eſſe onus, quod à legitima reiici debet.
Aretinum ſecuti ſunt Ripa in dicta lege filiusfamilias.§.
diui. numero vigeſimooctauo, de legatis primo. & ibi-
dem Ferdinandus Loazes, numero vigeſimoſecundo, vi-
geſimotertio. Nicolaus Arelatanus in annotationibus ad
Alciatum, in tractatu præſumptionum, regula prima, præ
ſumptione ſecunda, numero tertio. Idem ſenſit Iaſon in
l.filiis matrem. numero tertio. C. de inoffic. teſtam. dum
14 dixit, quòd diſpoſitio † teſtatoris facta pro filio, reiicitur,
quatenus habet aliquod incommodum. Et horum ſen-
tentia verior apparebit reſolutis contrariis aliorum ar-
gumentationibus.

Quartò & vltimò, conceſſo hanc prohibitionem adhi-
beri potuiſſe à teſtatore, adhuc tamen illa nil obeſt huic
alienationi. Siquidem hæc prohibitio dicitur facta ad fa-
uorem ipſorum filiorum, vt ſcribunt relati Doctores
15 contrariæ partis. Atqui licet vnicuique † ſuo fauori re-
nuntiare. lege penultima, codice de pactis. cum vulgatis
ſimilibus. Ergo hi nepotes & hæredes alienare potue-
runt, ſuo fauori & commodo renuntiando, & per conſe-
quens reuocari alienatio non poteſt, quò ad legitimam.
Ita in ſpecie declarant Bald. in lege ſi pater. in tertia op-
poſitione. C. de inſtitutionibus & ſubſtitutionibus. & in
authentica ex cauſa. numero vigeſimotertio. C. de liber.
præter. Caſtrenſi dicto conſilio ſeptuageſimoſeptimo.
columna ſecunda. verſiculo: & poſito. & clarius eum. ex-
plicat Socinus Iun. in dicto paragrapho diui. in ſeptimo
notabili. & idem conſilio octuageſimoſeptimo, numero
ſexto, libro tertio. quibus in locis fatetur quidem eſſe lo-
cum pœnæ contrauentionis. Quod ego intelligo vltra i-
pſam legitimam; alioqui ſi & eam amitteret, opus eſſet
eam reuocare è manibus eorum, quibus alienata fuit. Et
in ſpecie ita ſenſit Ruinus conſilio centeſimotrigeſimo-
ſexto. nu. decimotertio, libro ſecundo, declarando Ca-
ſtren. vbi ſuprà.

Non obſtant nunc adducta in contrarium, quia vno
verbo reſpondere poſſum, Paulum Caſtrenſem & ſe-
quaces loqui cùm pater hanc prohibitionem facit filio
vſque ad ætatem vigintiquinque annorum, vel vſque ad
trigeſimum annum ad ſummum. Eáque ratione facit,
quòd iudicet pater illum minus induſtrium in rerum ſua-
rum adminiſtratione. Nos verò non verſamur hoc in ca-
ſu, ſed in eo, cùm vſque ad ætatem annorum quadraginta
prohibuit. Quæ ſanè ætas eſſe ſolet idonea ad admini-
ſtrandum res ſuas. Et ſi in his nepotibus exiſtimauit
hanc ætatem non ſufficere, certè melius fuiſſet perpe-
tuò eis interdicere alienationem, eos prodigos vel in-
ſanos iudicando & declarando. Præterea Caſtrenſi in di-
cto conſilio ſeptuageſimoſeptimo, dubitat de veritate
ſuæ opinionis, ſi rectè eius verba conſiderentur, dum
negat poſſe hæredes alienantis reuocare hanc legitimam
alienatam. Et ratio, qua vſus eſt Caſtrenſis in terminis
noſtris non eſt vera: cùm verum non ſit, quòd præſuma-
tur patrem non accepiſſe bonum conſilium pro filio.
Non enim eſt bonum conſilium poſteaquam de onere
& incommodo manifeſtè conſtat: quemadmodum di-
16 cimus, dotem † non eſſe congruam, cùm à patre minus
legitima, hoc eſt tenuiſsima eſt aſsignata. vt ſcripſi co-
pioſè libro ſecundo de arbitrariis iudicum. &c. caſu cen-
teſimoquadrageſimonono, nume. decimoquinto. quan-
doquidem verius apparet malo animo patrem id egiſſe.
Et hoc in caſu ceſſat eorum doctrina, quòd pater poſsit
prodigo interdicere vſque ad certum tempus. Nam pro-
cedit illa doctrina in caſu claro, quod hîc non contingit.
Nec eſt vera illa aſſertio Pauli Pici in dicta lege in quar-
tam. numero centeſimovigeſimotertio. quòd ſcilicet cre-
datur patri dicenti, ſe ita prohibuiſſe, quia cognoſcit fi-
lium minus induſtrium. Nam hæc traditio locum habere
quidem poſſet quò ad reſiduum bonorum vltra legiti-
mam, non tamen quò ad legitimam, quam grauare iu-
re prohibetur; & ideo ei non creditur aſſerenti, ſe ex cau
ſa grouare. iuxta regulam l. ſi fortè. ff. de caſtr. peculio. &
l. neque profeſsio. C. de teſtamen. & ſcribunt Doctores
in lege ſi donatione. C. de collatio. Atque ita iuris eſſe
concludo.

Iacobus Menochius I. C.

*SVMMARIVM.*

1 *Alienatio prohibita à teſtatore ſine conſenſu alicuius executoris, an ſi fuerit facta cum eius voluntate, præiudicet illi executori & hæredibus ſuis, vel hæres poſſit eam reuocare.*
2 *Legatarius an poßit querelare teſtamentum de inofficioſo.*
3 *Tutores nomine pupilli an querelare poßint teſtamentum de inofficioſo, in quo ſunt inſtituti, vel aliter beneficiati.*
4 *Tutor vel curator præſtans auctoritatem ſuam pupillo adeunti hæreditatem ex teſtamento patris ipſius tutoris vel curatoris in quo fuit præteritus; an poſtea poßit dicere teſtamentum illud nullum, ratione præteritionis.*
5 *Iura tutoris & legatarij ſunt diſcreta.*
6 *Officium ſuum cuilibet debet eſſe propitium, non damnoſum.*
7 *Iudex qui fert ſententiam inter litigantes, ſibi quò ad ius ſuum non præiudicat, cùm id fecerit ex neceßitate officij ſui.*
8 *Iudex qui ſubhaſtationi bonorum venditorum auctoritatem interpoſuit, ſibi non præiudicat in iure retractus, qui ſibi iure conſanguinitatis competit.*
9 *Tutor cui fideicommiſſum decedente primo ſine liberis relictũ fuit, ſi conſentiat hæredi alienanti, ſibi non præiudicat, quòd ſi caſus eueniat, reuocare valeat alienata, & qua ratione.*
10 *Inſtitutus ſub conditione ſi vxor non nupſerit in familia teſtatoris, ſi conſentiat nubenti extra, an poſsit habere beneficium.*
11 *Alienatio facta contra expreſſam voluntatem teſtatoris, & prohibitionem eſt nulla, ſaltem re ipſa.*
12 *Conſentiens actui nullo ſibi non præiudicat, & quomodo intelligatur, num. 68.*
13 *Acceſſorium cum debeat ſequi naturam ſui principalis, annullato principali, & illud tollitur.*
14 *Hypotheca conſiſtere non poteſt abſque obligatione principali.*
15 *Acceſſoria dicuntur habere tacitam conditionem ſi actus ipſe principalis valeat.*
16 *Alienatio prohibita poteſt fieri in detrimentũ alienantis, cùm quilibet renuntiare poßit fauori ſuo.*
17 *Inſtitutus ſub aliqua conditione, qua non adimpleta priuetur, dicitur fideicommiſſarius & hæres.*
18 *Executor teſtamenti non cogitur à lege illud munus ſuſcipere.*
19 *Mulier prohibita alienare ſine conſenſu propinquorum, ſi propinqui recuſauerint conſenſum præſtare, an poſsit iudicem adhibere, & cum eius conſenſu alienare.*
20 *Fideicommiſſarius conſentiens hæredi grauato alienanti po eſt certo caſu pretium recuperare ab emptore, ſed fundum nequaquam.*
21 *Filius cui, & fratribus ſuis relicta ſunt prædia cum prohibitione alienationis, ſi fratres illi alienauerint, an ille filius poterit petere integras illas partes.*
22 *Conſentiens alienationi prohibitæ bonorum ſibi relictorum, an & quomodo ſibi noceat.*
23 *Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates valet.*
24 *Conſentiens alienationi rerum ſibi per contractum acquiſitarum, an poßit eas repetere.*
25 *Conſentiens teſtatori leganti rem, in qua ius pignoris habebat, illud perdit, vel conſentiens teſtatori alienanti rem ſuam, eam perdit.*
26 *Idem de conſentiente venditioni pignoris.*
27 *Idem de conſentiente alienationi feudi in quo ius habet ſaltem in ſpe, & de futuro.*
28 *Idem de vſufructuario conſentiente proprietario alienanti totam rem.*
29 *Subſtitutus caſu quo hæres alienaret contra mentem teſtatoris, ſi alienationi fuerit præſens, & tacuerit, an veniat priuandus.*
30 *Idem in prælato dicimus ſi fuerit relictum eccleſiæ.*
31 *Filius exhæredatus ſi extet procurator legatarij ad legatum habendum illius teſtamenti, in quo eſt exhæredatus, an poſſit agere poſtea de inofficioſo teſtamento, & de ratione.*
32 *Aduocatus contra illum à quo debet recipere emolumentum, ſibi præiudicat.*
33 *Notarius vel alius ſcribens ſe tutorem in teſtamento, non poteſt ſe à tutela excuſare.*
34 *Teſtis in vna tranſactione, illi contrauenire non poteſt, & qua ratione.*
35 *Aduocatus in cauſa filiorum non poteſt deinde contrauenire geſtis ipſorum filiorum.*





36 *Pater conſentiens filiæ contrahenti iuxta formam ſtatuti, ſibi præiudicat, etiamſi nomine officij conſenſiſſe dixerit.*
37 *Tutor alienans fundum contra legis prohibitionem, ſi reddendo rationem tutelæ ſoluerit litis æſtimationem ob quam effectus eſt idem tutor fundi dominus, non poſſet poſtea annullare illam alienationem, licet fuerit facta contra prohibitionem legis.*
38 *Curator non poteſt pro minore agere ad annullandum contractum ſeu alienationem factum per minorem contra prohibitionem legis, ſecus in ipſomet minore.*
39 *Minor licet obligari non poßit, poteſt tamen aſtringi is qui ſuo nomine promiſit.*
40 *Procurator qui actũ nulliter geſsit, & domino deinde ſucceßit non poteſt illi facto ad ſui vtilitatem contrauenire.*
41 *Maritus alienans fundum dotalem contra prohibitionem legis Iuliæ viuente vxore poteſt illum infringere, non autem ea mortua, & de ratione.*
42 *Iura ſuccurrunt, & ſubueniunt deceptis ſub confidentia alterius.*
43 *Ex dolo ſuo quis commodum conſequi non debet.*
44 *Mulieri non prægnanti non ſuccurritur quando fuit in cauſa vt eius venter inſpiceretur.*
45 *Error in quem quis ex aßertiõe aduerſarij inducitur, adeò eſt probabilis, vt etiam poſt diffinitiuam ſententiam corrigi valeat.*
46 *Contractus in dubio irreuocabilis præſumendus eſt.*
47 *Et maximè ad fauorem illius, qui agit de damno euitando, pro quo in dubio eſt pronuntiandum.*
48 *Succedens iure obliquo per fideicommiſſum, iure directo agere non poteſt.*
49 *Et niſi facta ſaltem verbali reſtitutione.*
50 *Agere is non poteſt qui caret actione.*
51 *Hæres ſuccumbens in lite quam defunctus temere, & calumnioſè ſuſceperat, non condemnatur in expenſis, & qua ratione.*
52 *Tutelæ officium ab initio coactè ſuſcipitur, & coactè geritur.*
53 *Tutor vti tutor agens, iuri ſuo non præiudicat.*
54 *Conſentiens actui ſuo proprio nomine, ſibi præiudicat.*
55 *Conſtituere ſuo proprio nomine tenere & poßidere, non conuenit, niſi ei qui ius habet in re,*
56 *Obligans omnia bona ſua pro obſeruatione contractus, ſeu alienationis, dicitur obligaſſe nomine proprio.*
57 *Procurator qui fidem ſuam aſtrinxit, & obligauit, tenetur obſeruare finito officio, & qua ratione.*
58 *Tutor tenetur finito officio obſeruare contractum, ſi propria bona obligauit pro obſeruatione contractus.*
59 *Maritus alienans bona vxores pro quibus & ſua obligauit, mortua vxore illum contractum obſeruare tenetur ad ſui detrimentum.*
60 *Obligans ſe animo nouandi proprio nominè tenetur, non tanquam fideiuſſor.*
61 *Officium cuilibet damnoſum eße quando poßit, diſtinguitur.*
*Coactè factum ſibi non præiudicat.*
62 *Aduocatus datus coactè, præſtando pro cliente patrocinium iuri ſuo non præiudicat.*
63 *Aduocatus licet in cauſa rei vindicationis pro actore vindicante patrocinium præſtet, non tamen transfert ius in alterum.*
64 *Notarius vel teſtis in vno negocio adhibitus, an poſtea poßit agere ad illud annullandum.*
65 *Præſens actui qui poteſt impediri per contradictionem, & tacens ſibi præiudicat.*
66 *Officium proprium ſibi nocere non debet, dum tamen terminos officij non excedat.*
67 *Præiudicare ſibi quis dicitur in iure fideicommißi tùm ſuo facto illius dies cedit.*
68 *Regula illa, quòd conſentiens actui nullo non ſibi præiudicat, quomodo intelligatur.*
69 *Conſentiens contractui minoris quo caſu obligetur, licèt minor non obligetur.*
70 *Acceſſorium tollitur ſublato principali in totum, ſecus aliàs.*
71 *Fideiuſſor filijfa. obligatur, licet ipſe filiusfa. obligari non poßit.*
72 *Conſentiens obligationi principali, quæ poſtea nulla redditur defectu ſubſtantialium, vti defectu conſenſus non obligatur.*
73 *Verbum ius, in potentiori ſignificatu pro iure communi interpretatur.*
74 *Lucri & damni diuerſa eſt ratio.*

## CONSILIVM LVIII.

*In eadem cauſa præcedentis reſponſi.*

# Initium à Domino.

SCIO me ſuperioribus mẽſibus hac in cauſa reſpõdiſſe, & ſatis abundè diſſoluiſſe propoſitas dubitationes. Verùm adhuc reuocatur in dubium illa præcipua iuris
1 quæſtio, an † is Perutia, qui alienationibus factis conſenſit ſibi, & hæredibus ſuis præiudicauerit, vt non poſſit vnus Amedeus illius hæres iam alienata reuocare. Qua in re reſpondendum videbatur, poſſe, cum is Perutia ex debito ſui officij, nẽpè tanquam executor teſtamenti, ac quodammodo vt curator cõſenſerit. Nam voluit teſtator, hæredes ſuos ſine eius conſenſu alienare nõ poſſe. Hoc vt dicerem mouebant me multa.

Primò tex. l. ſi pars. §. illud. ff. de inoff. teſta. cuius hæc
2 ſunt verba: Illud notiſsimum eſt, eum qui legatum † per-
ceperit, non rectè de inofficioſo dicturum, niſi id totum
aliis adminiſtrauerit. Ecce quòd is qui nomine alterius ad-
miniſtrat, non amittit ius quod amitteret, ſi ſuo nomi-
ne id ageret. Ita ergo hîc dicendum videtur, conſenſum à
Perutia executore adhibitum ſibi non præiudicare: cùm
tanquã executor & adminiſtrator id fecerit.

Secundò confert l. filius. §. multò. ff. eo. ti. de inof. teſta. qui ita ſcriptus eſt: Multò magis ſi mihi legatum teſtator dedit, cuius de inof. teſt. filius agens deceſsit, me hærede relicto, egóq; hæreditariam cauſam peregi, & victus ſum, id quod mihi eo teſtamento relictum eſt, non perdam: vtiq; ſi iam defunctus agere cœperat. Ecce, quòd is qui nomine alieno approbauit teſtamentum, non priuatur remedio querelæ: cùm non tanquam filius, ſed tanquam extraneus approbauerit. Ita etiam hîc dicẽdũ videtur.

Tertiò accedit reſponſum Martiani in l. aduerſus. §. 1. ff.
eo. de inoff. teſta. qui magis in ſpecie & clarè probat. hæc
3 ſunt reſponſi verba: Tutores † pupilli nomine ſine pericu-
lo eius, quod ei teſtõ datum eſt, agere poſſe de inofficio-
ſo, vel falſo teſtamento, diui Verus & Antoninus reſcrip-
ſerunt. Martiano ſubſcripſit Triphonius in l. tutorem. ff.
de his quibus vt indig. cuius verba adſcripſi: Tutorem, qui
pupilli ſui nomine falſum vel inofficioſum teſtamentũ
dixit, non perdere ſua legata, ſi non obtinuerit, optima ra-
tione defenditur. Idem ſtatuit Iuſtinianus in §. tutor. Inſt.
de inoff. teſt. Quemadmodũ ergo his in caſibus tutor, cu-
rator, & adminiſtrator ſibi nòn præiudicant. Ita nec in ca
ſu noſtro, dicitur ſibi præiudicaſſe hunc executorem con
ſentiendo huic alienationi.

Quartò in ſpecie magis vrget text. l. quædã. D. de adm.
4 tut. quo loci conſtituit Iuſtinianus, quòd ſi tutor † vel cu-
rator adhibent authoritatem ſuam pupillo, vel minori a-
deunti hæreditatem ex eo teſtamento, in quo ipſo tutor,
qui teſtatoris erat filius, fuit præteritus, ſibi non præiudi-
cat, quin dicere poſsit teſtamentum eſſe nullum ob præ-
teritionem. Ea eſt ratio, quòd officium tutoris eſt diſtin-
ctũ à ſua priuata perſona; & ideò ſuo iuri priuato nocere
debet: ergo idem in caſu noſtro.

Quintò huc ſpectare vr̃ ratio quam conſiderat tex. d. l.
tutorem. verſ. diſcreta. ff. de his quibus vt indig. nempe di
5 ſcreta † eſſe iura tutoris, & legatarij. Alia enim eſt perſona
tutoris, alia legatarij. Ita hîc, alia eſt perſona Perutiæ exe-
cutoris teſtamenti, eam ita conſiderando. Alia perſona
ipſius Perutiæ fideicommiſſarij in caſu contrauentionis.
Licèt ergo Perutia conſenſerit vt executor, non tñ con-
ſenſiſſe dr̃ fideicommiſſarius; & per conſequens ſibi tan-
quam fideicommiſſario non videtur præiudicaſſe.

Sextò ſuffragari videtur ratio ducta à l. ſed ſiquis ex ſi-
gnatoribus. ff. quemadmod. teſtament. aperi. nempè, ini-
6 quum † eſſe; damnoſum fore cuiquam officum ſuum. Ita
hoc in caſu damnoſum valde eſſet officium, quo cõſenſit
alienationi Perutia, Et in ſpecie magis probãt tex. l. inter

officium.ff.de rei vind.& leg.poſt legatum.§. aduocatum
ff. de his quib. vt indig.& confert tex.c.cùm dilecto.& ibi
glo.de renuntia.

Septimò mouebant dubitationem auctoritas & doctri-
na multorum in caſibus huic noſtro ſatis proximis: vt illa
traditio Salic. in d. l.cùm quædã. C. de admi.tut.cùm ait,
7 quòd ſi iudex† fert ſententiam inter litigãtes, ſibi, quò ad
ius ſuum, nõ præiudicat: cùm neceſsitate officij ductus id
fecerit. Et idem quod Salicetus ſimili in caſu ſcribit Mo-
der.Pariſ.in commentarijs ad conſuetudines Pariſi.titu. 1.
§.18. num.3.in fi.& cum eo Tiraq.in trac.de retractu con-
8 ſang. §. 1.glo. 9.num.272. quòd iudex† qui ſubhaſtationi
bonorum venditorum auctoritatem interpoſuit,ſibi non
præiudicat in iure retractus qui ſibi iure conſanguinitatis
competit.Ita etiam reſpondit Bald.conſi.102.Punctus ſu-
9 per quo,libro 2.in ſpecie noſtra,quòd ſi tutor,† cui fidei-
commiſſum, decedente primo ſine liberis relictũ fuit,cõ-
ſentiat hæredi alienanti,ſibi non adfert detrimentũ, quin,
ſi caſus eueniat,reuocare valeat alienata.Ea ratione ductus
eſt Bal. quòd non conſenſit tanquam fideicommiſſarius,
ſed tanquam tutor.Huc ſpectat quod reſpondit Caſtr.co-
10 ſilio 259.Omnis difficultas.nu.4.lib.1.cùm teſtator† vxo-
ri ſuæ reliquiſſet bona ſua, adiecta conditione, ſi nupſiſſet
in familia ipſius teſtatoris, aliàs eam priuauit, & bona de-
ferri voluit Ioanni & Florentino; hi Ioannes & Florenti-
nus conſenſerunt mulieri, vt extra familiam nuberet. Reſ-
pondit Caſtr. ex eo conſenſu iura ſua non perdidiſſe.

Octauò & vltimò vrgere non parum videtur, quòd e-
tiamſi eo in caſu verſaremur, in quo quis ſuo ex conſenſu
ſibi præiudicaſſet:attamen hoc in caſu Perutia præiudiciũ
11 aliquod ſentire non poteſt. Nam hæc alienatio, † vt potè
facta contra expreſſam teſtatoris voluntatem & prohibi-
tionem eſt nulla, ſaltem re ipſa, vt ſcribunt omnes in l. fi-
liusfam. §. diui.de leg. 1.& in l.ſi ita quis. §.ea lege.de ver.
12 ob.Atqui conſentiens actui nullo, ſibi nõ præiudicat: †er-
go Perutia ex ſuo hoc conſenſu non videtur ſibi præiudi-
caſſe.Illa minor probatur in l.ſi debitor.§. vlt.in l.ſi debi-
tor.§.quæritur.& in l.ſicut.§.venditionis.ff.quib.mod.pi-
gnus vel hypoth. ſol. & in l.debitum.C. de remiſsio. pig.
Et reſpondit Rom. conſ. 132. numero ſecundo cùm dixit,
quòd annullato contractu principali, cui ſyndici conſen-
ſerunt,etiam ipſi ſyndici liberãtur.ex d.l.ſi debitor.§. vlt.
idem ſcripſit Dec. in l. creditor. numero ſecundo de reg.
iur.Ea eſt huius ſententiæ ratio,quia ſi non conſiſtit prin-
13 cipale,† id eſt alienatio, nõ etiam ſuſtinetur cõſenſus iſte
ideſt acceſſorium. iuxta regulam l. cùm principalis de re.
iur.& ca.2.de precario.& reſpondit Bald. conſi.275.Præ-
miſſo ſtatuto communis Veronæ.col.1.li. 5 quòd reuoca-
to principali reuocata etiã cenſentur acceſſoria.Et ex hoc
etiam ſequi vr̃, quòd annullato contractu, nec etiam ſub
ſiſtit obligatio & hypotheca bonorũ ipſius Perutiæ: cùm
14 hypotheca† conſiſtere non poſsit ſine obligatione prin-
cipali,l.ſi legati.leg.contrahitur.& leg.ſequenti.ff.de pig.
Alexand.in lege 1. numero 24. de legat.1. Ita etiam cæteræ
clauſulæ, quæ vt acceſſoriæ corruunt deficiẽte principali
diſpoſitione.cle.1.de præb.Dec.conſilio ſecundo in. fi.Et
15 ideò tacitam † conditionem hr̃e dñr, ſi actus ipſe princi-
palis valet.ita Bal.in l.ſi diuerſa.C.de tranſa.Alex. conſilio
22.numero primo.lib.1.& Soc.Sen.conſi.215. in fin libr.2.
qui quidem Socinus loquitur in ſpecie adhibiti conſenſu
vt ſcilicet habeat conditionem tacitam,ſi actus, ſuper quo
interponitur;valet.

Re tamen ipſa diligentiſsimè perpenſa, contrariam ſen
tentiam veriorem & probabiliorem eſſe exiſtimo; nempe
Perutiam ex ſuo conſenſu ſibi & hæredibus ſuis præiudi-
caſſe;& ob id ab Amedeo reuocari non poſſe bona hæc a-
lienata. Quam ſentẽtiam vt clarius & dilucidius aperiam;
priùs duo præmitto, quæ vera & à doctoribus recepta
ſunt.

16 Præmitto itaque primò, alienationem† de qua agimus,
quò ad ipſius alienantis perſonam eſſe de iure validam &
conſiſtere,cùm in re propria quilibet ſit arbiter & mode-
rator.l.in re mãdata. C.manda.& ſuo fauori poteſt vnuſ-
quiſq; renuntiare.l.pen.C. de pac. Et ſi fideicommiſſarius
ſolùm conſentiendo ius ſuum admittere poteſt ( vt infrà
dicemus ) à fortiori hæres,qui reſtituere tenetur, poteſt,
quo ad ſui detrimentum diſtrahere bona fideicommiſsi,
& ad ſui vtilitatem cõtractum reſcindere non poteſt. Et
hoc ſine controuerſia procedere opinor. Quocirca, cùm
in caſu noſtro præſupponatur, omnia ſolennia fuiſſe in
hac alienatione obſeruata,quæ requiruntur, hoc excepto,
quòd hæres alienauerit hæc bona contra teſtatoris volũ-
tatem & prohibitionem: alienatio quò ad præiudiciũ ip-
ſius hæredis eſt omni valida.

Præmitto ſecundo,hunc Perutiam executorem teſta-
menti ſuſtinere duplicem perſonam hoc in caſu, nempe
executoris;quatenus ita eſt in ipſo teſtamento aſsignatus
17 & perſonam† fideicommiſſarij. Nam in caſu contrauen-
tionis ipſe ſuccedere hẽbat:quod intelligitur ex fideicõ-
miſſo,vt ſcribunt Bart.in l.paterfamilias, num.6. in fine.
ff. de hæred.inſt. & magis in ſpecie Iaſ. in lege vnica colu.
2.ver.ſecundus modus. C.de iis quæ pœnæ nõie idem.af-
firmarunt Alex.& Cor.quos probat Rub.conſi.43.num.
2.His accedunt Caſtr. conſilio 77.Viſis & diligenter con-
ſideratis,col.1.lib.1.Rui.conſi.47. num.4.lib.2. & Alcia.
reſp.556. nume.1.Illud etiam hîc addo,duplicem hãc per-
ſonam, quam Perutia ſuſtinet, ſemper eſſe voluntariam,
voluntariique officij.Nam quatenus Perutia. vt fideicom-
miſſarius conſideratur,ſine controuerſia perſonam volun
tariam refert.Ita pariter quatenus conſideratur vt execu-
tor,qui conſentire poterat alienationib.hæredũ,officium
voluntarium verè obtinet, ſiue initium, ſiue finẽ conſi-
deremus. Ratione principij eſt officium voluntarium,
18 cùm datus executor† in teſtamento non cogatur à lege il-
lud minus ſuſcipere. ſicuti ſcribunt Spec. in tit.de inſtru-
mentorum editione. §. nunc verò aliqua.nume. 55.alios
plures recenſet huius opinionis Alexand. conſi. numero
decimoſeptimo, verſiculo.ſi autem,libro ſecundo, & Ia-
cob.de Canonibus in tract.de executoribus vltimarum
voluntatum,part.prima, numero trigeſimoſeptimò. I-
ta ratione finis, nempe conſenſus adhibendi in his alie-
nationibus,dicitur voluntarium officium. Nam ſemper
fuit in ſua voluntate libera conſentire,& non conſentire.
Si enim iuſta non aderat cauſa alienandi, vt quia nulla vr-
gebat neceſsitas,iuſtè recuſare poterat adhibere conſen-
ſum. Si verò aderat cauſa iuſta alienandi, adhuc poterat
duplici ratione recuſare. Vna,tanquam executor, negan-
do illam eſſe iuſtam alienandi cauſam; & ſi aliter iudici vi
ſum fuiſſet; poterat iudex ſupplere vices executoris recu
19 ſantis,vt diximus de conſanguineis,qui† ſi recuſant adhi-
bere conſenſum mulieri ex iuſta cauſa alienãti bona, quæ
ſine eo conſenſu alienare non poteſt, ita prohibente ſta-
tuto, iudex,cauſa cognita,poterit loco ipſorum conſan-
guineorum conſentire, ſicuti ſcribunt Bal. in l.in coniun-
ctionibus.C.de nupt.Corſet.in ſuis ſingul. in verbo.ſta-
tutum,incipit,Statutum exigit.& copioſè.Tiraq.le legi-
bus.connubi.in gloſ.ſexta, numero centeſimovigeſimo-
quinto. Altera etiam ratione recuſare poterat Peru-
tia conſentire,nempe ob ſui damnum. Etſi enim conce-
deremus,quòd cæteris in caſibus cogi potuiſſet conſen-
tire,non tamen in hoc caſu ad ſui detrimentum.ne, ſcili-
cet ſuum officium eſſet ſibi damnoſum iuxta l.ſi quis ex
ſignatoribus.ff. quemadmodum teſtame.aper.quam pro
contraria allegaui. Et poterat ſaltem proteſtari, ſe con-
ſentire, ſaluo iure ſuo, vt probat l. codicillis. §. primo,
in fin.de leg.ſecundo. & infra dicimus. His permiſsis
nunc multis iuribus,& argumentis probo, quòd ſiue con-
ſideremus Perutiam conſenſiſſe huic alienationi tanquam
perſona priuata,ſiue tanquam executor,ſemper ſibi præ-
iudicauit, & ius ſuum amiſit. Et quòd tanquam fidei-
commiſſarius ſibi detrimentum attulerit his demon-
ſtrantur.

20 Primò ex l.ſi fundum per fidei commiſſum.de leg. pri-
ma.quò apertè probatur, quòd fideicommiſſarius † con-
ſentiens hæredi grauato alienanti, poteſt quidem certo
caſu recuperare pretium fundi alienati à vẽditore; fundũ
tñ ipſum non valet recuperare ab emptore. Ecce ergo q̃
quò ad ipſum emptorẽ valet cõtractus,& ibi cõtrauenire
non poteſt fideicommiſſarius, qui conſenſit; licèt recu-
perare valeat pretium ab hærede,qui alienauit. Ita ergo
in ſpecie noſtra, Perutia nullum ius hẽt recuperandi alie-
nata prædia ab hoc emptore:ſed ſi ius aliquod prætendit,
experiri debet contra hæredes,qui alienarunt & pretium
receperunt. Et quò ad cauſam noſtram non repugnat is
tex.l.ſi fundum, aliis iuribus ibidem à gloſſa citatis: imò
conueniunt,vt mox ſubiiciam.

Secundò accedit text. leg.nihil.§. primo. ff.de leg.pri-
ma.Cuius clara verba hæc ſunt:Omnibus,quibus fideicõ
miſſum relictum eſt, ad diſtractionem conſentientibus,
nullam fideicommiſsi petitionem ſuperfuturam.Hæc ibi





Quo reſponſo apertè intelligimus Perutiam eſſe ab omni
ſuo iure excluſum.

Tertiò cõfert tex.l.cùm pater.§.libertis.ff.de legat. ſe-
21 cundo quo loci difinitum eſt, quòd ſi teſtator † liberis
prædium reliquit, ac petijt, ne illud alienarent:omneſque
excepto vno,partes ſuas vendiderint:qui non vendidit cę-
terorum partes, & qui non conſenſit,integras poteſt pe-
tere. Ergo argumento ducto à ſenſu contrario conſtat,
quòd ſi is conſenſerit,ſibi præiudicat.Ita pariter dicendũ
eſt in caſu noſtro.

Quartò ſuffragatur tex.l.codicillis.§.1.de leg.2.quo lo-
22 ci reſpondit Scæuola; quòd ſi quis† inſulam libertis vtri-
uſq;ſexus ita legauit, vt ex reditu eius maſculi duplum,fœ-
minæ ſimplum percipiant,eámq;alienari vetuit; & ex cõ-
ſenſu omnium libertorum ab hærede venundata ſit,nulla
eis,nec ad pretium quidem conſequendum eſt actio niſi
(ſubiungit Scæuola)ea mente venditioni conſenſerint,vt
ſimiliter ex pretio mares quidem duplum,fœminæ autẽ
ſimplum conſequantur.Cùm ergo in caſu noſtro, nõ ad-
hibita proteſtatione,ſed ſimpliciter conſenſerit Perutia,
dicendum eſt,ius omne ſuum amiſiſſe.

Quintò hac de re extat clara conſtitutio Gordiani in l.
quoties ab omnibus.C.de fideicomm. cuius verba adſcri-
pſi:Quoties ab omnibus,qui alienatione facta ad fideicõ
miſsi petitionẽ aſpirare pñt,venditio celebratur, aut qui-
buſdam vendentib.alij conſenſerint:contractus auctori
tas conuelli nequaquam poteſt.Hæc Gordianus: cuius cõ
ſtitutio hanc difinit controuerſiam.

23 Sextò confirmãtur iam relata argõ† ducto à contracti-
bus ad vltimas voluntates, quod à iure recipitur.l.quæ de
24 legato.de leg.1.cum cæteris vlgatis.Atqui ille, qui† ex ce-
celebrato contractu ius in aliqua re habet,ſi alienanti rem
illam conſentit,ius ſuum,ſaltem contra acquirentem eam
perdit.ergo etiam amiſit ius ſuum Perutia qui ex vltima
diſpoſitione ius habebat ad rem illam, quam alienari ab
hærede conſenſit.Illa minor propoſitio probatur in l. ſi-
cuti.§.venditionis.ff.quibus mod.pig. vel hypot.ſol. quo
25 loci reſpondit iuriſconſultus, quòd conſẽtiens † teſtato-
ri leganti rem, in qua ius pignoris habebat, illud perdit.
Quo reſponſo adductus clarè docuit Iaſ.in l.cùm propo-
nas.la 1.num.11.C.de pact.poſt Barto.in l. cùm quis dece-
dens,in princ.de leg.3. & alios ab eo relatos.quòd ille,qui
conſentit teſtatori diſponenti de re ſua, eam amittit. Idẽ
26 de eo qui conſenſit † venditioni pignoris,vt illud perdat,
probat l.ſi debitor.§.1.l. ſi conſenſit.in prin.l. Titius. §.1.l.
Lucius. &l.Pau.ff. quib.mod.pig.vel hypoth.ſoluitur. I-
27 dem de eo qui conſentit† alienationi feudi,in quo ius ha-
bet, ſaltem in ſpe & de futuro, vt illud perdidiſſe dicatur,
probat tex.c.1.§.Titius.ſi de feudo ſit controuerſ.int.do-
mi.& agna.vaſal.& ibi annotauit Bal.& tradunt Iaſ.in l. ſi
quando.§. generaliter.num.7.C.de inof.teſt.& in l.cùm
rem alienam.num.5.verſ.4.vltra.C.de legatis.idem in l.ſi
fundum per fideicommiſſum.num.32.de leg.1.conſilio 13.
num.2.conſi.57.col.4.& conſi.89.num.5.lib.1.& Tiraq.in
trac.de retrac. conſang.§.1. glo.9.num.136.Idem de vſu-
28 fructuario, † qui conſenſit proprietario alienanti totam
rem,vt ſcilicet vſumfructum perdidiſſe dicatur, procat l.
apud Celſum. §. quæſitum eſt, ſi cùm fun. ff. de doli, ma
li & metus excep. & ſcribit Tiraquellus de retractu conſ.
§.1. glo.7.nume.63.& glo.9.num.139.quib. in locis his ſi-
milia ille congeſsit. Ita quoq; ſimilem iuris qõnem deci-
dit Crau.in illa q.de indemnitatib.mulierum.numero 12.
quam ſanè qõnem impreſſam habemus poſt illius tracta-
tum de antiq. temp. quo loci ſcribit, patrem conſentien-
tem filiæ contrahenti iuxta diſpoſitionem ſtatuti Ferrarię
ſub rubr.de indemnitatib.mulierum;ſibi ipſi præiudicaſ-
ſe,vt mortua filia,non poſsit ius,quod antea habebat.cõ-
ſequi. Et eãdem qõnem viſus eſt diffinire Tiraq. in tract.
de legib.connubial.gl.3.num.137.qui plura ad rem conge-
rit. Et idem Tiraq. in tract de retractu conſang. §. 1. glo.
9.num.140.

Septimò, comprobatur iam relata auctoritate multo-
rum, qui in ſpecie, imò & fortiori in caſu ita cenſuerunt
iuris eſſe.Ita equidem reſpõdit Rom.conſ.457. circa pro-
poſitam: in fine; qui fortiori in caſu reſpondit,quòd ſi is,
29 ad quem ſpectabat hæreditas,caſu quo hæres primus cõ-
tra mentem teſtatoris alienaſſet bona ipſius hæreditatis,
fuit præſens,& nihil dixit,ſibi præiudicauit;atq; ita hære-
ditatem perdidit, quàmquàm exiſtimem ſolam præſentiã
& taciturnitatem non ſufficere aduerſus Romanum. Ita
quoq;in ſpecie reſpondit Alc.conſ.7.num.4.lib.5.imò in
caſu fortiori idem conſ.150.in fi. lib. 7. ſi teſtator reliquit
eccleſiæ domum caſu quo hæres ſuus eam alienaret,quòd
30 ſi eccleſiæ† prælatus alienationi conſentit,eccleſia ius ſuũ
perdit. & id firmat Alex. auctoritate Bart.& Angel.idem
quod Alex.ſcripſit Iaſ.in l.quoties.num.1.C.de fideicom.
Ita etiam in ſpecie reſpondit Comenſ.conſi. 33. Quidam.
col.1. quòd ſi is cui bona ſunt relicta in pœnam hæredis a-
lienantis, conſentit ipſi hæredi alienanti, ſibi præiudicat.
Idem reſpondit Soc.Sen.conſi.43.num.18.lib.4.quib.ad-
do Bal.conſ.102.punctus ſuper quo.lib.2.& conſ.319.ma-
trimonium in articulo,in fi.li.4.Fulgo.conſ.213.Dom. Si-
mona.col.vlt. verſ.rurſum res.idẽ reſpondit Decius cõſi.
604.num.6.

Octauò, dato(non conceſſo tamen ) Perutiam conſen-
ſiſſe huic alienationi,tanquam teſtamenti executorem, at-
tamen adhuc ex eo conſenſu ſibi præiudicauit. id quod
probat tex.l.vlt.ff.de inoffi.teſta.quem dupliciter perpẽ-
do tam in primo,quàm in ſecũdo reſponſo. In primo reſ-
31 põdit Paulus ſi filius† exhæredatus extitit aduocatus, vel
procurator legatarij ad petendum legatum relictum in eo
teſtamento,in quo is filius exhæredatus fuit,quòd repelli-
tur à querela inofficioſi teſtamenti. Rationẽ reddit; quia
agnouiſſe videtur teſtatoris voluntatem,cùm qualequale
iudicium defuncti cõprobauit.Ita etiam hic Perutia con-
ſentiendo alienationi comprobaſſe dicitur factum hære-
dis alienantis, ergo ius ſuum amiſit. In ſecundo reſponſo
inquit Paulus,ſi filius exhæredatus hæres extitit legatario,
& tãquam legatarius petat legatum: dubitat Paulus,an ex
cludatur à querela inofficioſi:& ſubiungit,quòd tutius fa-
ciet, ſi abſtineat à petitione legati, innuens eum repelli á
querela,quia teſtatoris voluntatem cõprobauit. Vtrunq;
dictum Pauli noſtram difinit controuerſiam. Nam,quẽ-
admodum ibi altera eſt perſona aduocati,altera legata-
rij: Item, ſicut altera eſt perſona hæredis, altera legata-
rij: ita hîc altera eſt perſona hæredis alienantis, altera Pe
rutiæ executoris. Attamen ſicut in caſu dict.leg.vltima,
factum aduocati & hæredis eum iure ſuo priuat: ita in
caſu noſtro. Et quemadmodum illud factum eſt vo-
luntarium::ta & hoc Perutiæ.vt ſupra in præmiſsis decla-
32 raui. Ita etiam de aduocato † probat l. poſt legatũ §. ſũt
qui putant. ff. de his quibus vt indign. Huc ſpectat text.
notab. l. fideiuſſor. §. pater. ff. de pign. quo loci reſpon-
dit Modeſtinus; filium emancipatum nomine patris igno
rantis ſcribere, ſcribẽtem chirographum pro mutuo ſu-
ſcepta pecunia, cui⁹ cã creditori obligauerat pater domũ
ad filium pertinentem, ſibi præiudicare. Ecce ſcriptoris
officium ſpõtè ſuſceptum nocere in iure ſuo ipſi ſcriben-
ti, quippe qui conſenſiſſe dicitur. His accedit text. in l.
ex ſententia.ff. de teſt.tutel.& in l.vxori.§. 1.ff.ad l.Corn.
de falſis.quib.in locis reſpondit Paulus, quòd ſi notarius
33 ſcribit ſe tutorem in teſtõ,non poteſt ſe excuſare à tutela,
quia adſcribendo conſenſiſſe vr̃. Accedit etiam tex. in ca.
ex literis vbi ẽt glo.extra de traſact. quo loci ſtatuit Ale-
34 xand.iij. Pontif. Maximus illum contrauenire † non poſ-
tranſactioni,cuius cãm egit vt aduocatus; vel cui adhibi-
tus fuit teſtis.Et ideò rectè reſpondit Caſtr.conſi.314. o-
miſſo primo.& in fin.lib.2.patrem qui extitit aduocatus
35 † in cauſa filiorum,non poſſe deinde conuenire geſtis ip-
ſorum filiorum.Ita pariter reſpondit Craue.in illa quæ-
ſtione de indemnitatibus,mulierum.nume.38.quòd pater
36 † conſentiens filiæ contrahenti iuxta formam ſtatuti, ſi-
bi præpræiudicat; etiamſi nomine officij voluntarij con-
ſenſit.

Nonò mouet me argumẽtum ductum á fortiori, quòd
etiamſi hæc alienatio ab hoc hærede facta eſſet nulla; atta
men Perutia iſte, qui illi alienationi conſenſit, non poteſt
eam reuocare. Ita probat l. illicitè. ff. de reb. eorum, qui
ſub tutela vel cura. iuxta interpretationem; quam proba
uit Bartol.in l. cum vir.nume.10. ff. de vſucap.quã tuetur
Crauet. in d. queſt. de indemnitatib. mulierum. num.14.
37 15.& num. 16. tutor † aduerſus legis prohibitionem fun-
dum alienauerat, ita vt apertè conſtaret, alienationem fu-
iſſe nullam. Deinde is tutor, reddendo rationem tutelæ
adminiſtratæ, ſoluit litis æſtimationem, ob quam effect⁹
eſt idem tutor fundi dominus. Volebat poſtmodum ipſe
tutor illi alienationi contrauenire, quippè quæ facta eſſet
aduerſus legis diſpoſitionem: eo loci deciſum eſt, tutori
non licere, eam alienationem reuocare & annullare; cùm
actui nullo á ſe facto non liceat contrauenire.

Decimò accedit tex. in l. etſi is. C. de prædijs mino. &
ibi Bal. Eſt eo loci diffinitum, minorem poſſe quidem an-
nullari facere alienationem minus ſolenniter factam; cu-
38 ratorē† verò, qui conſenſum illi adhibuit, nõ poſſe. Quam
quidem interpretationem probauit & Cra. in d. q. de in-
demnitatib. mulierum. num. 19. Bal. quoque ſecutus eſt
Pariſ. conſ. 16. nu. 111. libro 2. qui reſpondit, quòd licet mi-
39 nor† obligari non potuerit, potuit tamen aſtringi is qui
ſuo nomine promiſit, comprobatur ex doctrina Io. An-
dreæ in annota. ad Specul. tit. de ſenten. prolat. §. quoniam
quem ſecutus eſt Iaſ. in l. iuſiurandum quod ex conuen-
tione. §. procurator. num. 29. ff. de iureiur. & Craue. loco
iam citato. nu. 28. Scribit is Io. Andreas, falſum procurato-
40 rem† qui actum nulliter geſsit, & domino deinde ſucceſ-
ſit, non poſſe illi facto ad ſui vtilitatem contrauenire. E-
iuſdem ſententiæ addo Afflict. deciſ. 148. in fin. & Vantius
in tract. de nullitate. tit. quis poſsit dicere de nullitate. nu.
52. confert etiam illa doctrina Antonij Nicelli in tract. De
concordia gloſſarũ, concordia. 120. num. 460. quam pro-
bauit Craue. d. quæſtione. de indemnitatib. mulierũ. nu.
22. Ait is Antonius, ꝙ ſi maritus† alienauit fundũ dotalē
41 contra prohibitionē legis Iuliæ, poteſt, viuente vxore, in-
fringere alienationem, nõ aũt ea mortua, ad ſui cõmodum
illi valet contrauenire. Idem ſimili in caſu reſpondit Pariſ.
conſi. 16. nu. 133. in fi. lib. 2. & ſupra retuli.

Vndecimò comprobantur iam relata, quòd nulla iuſta
ratione annullari poteſt hæc alienatio ad detrimentum ip-
ſius emptoris, qui cõfiſus de fide & legalitate Perutiæ exe-
cutoris teſtamenti, qui pluries his alienationibus conſen-
42 ſit, bona hæc emit. Atqui iura † ſuccurrunt & ſubueniunt
deceptis ſub confidentia alterius. l. creditor. §. Lucius. ff.
mand. l. ſi libertus ita iurauerit. ff. de operis libe. Et in ſi-
mili commodo ne ſcribit Craue. in d. quæſt. de indemni-
tatib. mulierum. num. 32. Et, præter eum, idem reſpondit
Dec. conſi. 11. nu. 6. conſ. 39. nu. 6. conſi. 430. nu. 9. & conſi.
632. num. 13. ergo non licet Perutiæ eiúſve hæredi reuoca-
re hæc bona ab emptore. Confirmatur, quòd dolo egerit
Perutia, non admonendo emptorem, ne emeret, ob pro-
43 hibitionem a teſtatore factam: & ideò ex ſuo† dolo non
debet conſequi hoc commodum reuocationis alienatio-
nis ad ſui vtilitatem: ſicuti in ſpecie ſenſit Rom. conſi. 457.
in fi. Nam ipſe Perutia fuit in cauſa inualiditatis huius cõ-
tractus: non ergo ei concedi debet facultas reuocãdi. iux-
ta notabilem glo. l. 1. §. ſi omnes. in verbo, illuſerat. ff. de
44 ven. re inſpi. quæ ait, non ſuccurri mulieri† non prægnan-
ti, quando fuit in cauſa, vt eius venter inſpiceretur. Quam
gloſſæ doctrinam probauit idem Craue. in præallegata
quæſtione: de indemnitatibus mulierum. nu. 32. & conſil.
157. num. 14. & ſimile eſt quod reſpondit Socinus Senior
conſilio 92. numero 13. libro quarto poſt Bart. in l. 1. §. vlt.
45 ff. quando actio de pecul. eſt anna. nempe, errorē † in quē
quis ex aſſertione aduerſarij inducitur, adeò eſſe probabi-
lem, vt etiam poſt diffinitiuam ſentētiam corrigi valeat.

Duodecimò, dato (non admiſſo tamen) rem hãc eſſe du-
biam, adhuc pronuntiandum eſt contra Perutiam. Siquidē
46 in dubio pronuntiandum eſt, contractum† reuocari non
debere ita probat l. ſi inter virum. vbi Soc. num. 5. de reb.
dub. & reſponderunt Fede. de Sen. conſi. 533. caſus talis eſt,
monaſterijs. col. vlt. Caſtr. conſi. 278. paſſus iſte. col. vlt. li.
1. Alex. conſ. 157. col. 1. lib. 7. & Deci. conſ. 168. col. 2. quos
ſecutus eſt Cra. in d. q. de indemnitatib. mulierum. nume.
35. Quod confirmatur ex traditis eiuſdem Crauettæ ibidē
47 nu. 4. maximè† hoc procedere ad fauorem, illius, qui agit
de damno euitando: pro quo in dubio eſt pronuntiandũ,
vt docuit Bar. in l. cùm mulier. ff. de da. inf. & ſequitur Fe-
li. in c. dilecti. col. 3. de exceptio. Et certum eſt emptorem
hunc agere de damno euitando, ne. ſ. ab eo res auferatur,
cuius pretium numerauit & repetere non poſſet à vendi-
toribus ſumma inopia nunc laborantibus.

Decimotertiò & vltimò alia ratione excluditur Peru-
48 tia, ſiue eius hæres: ſiquidem egit remedio† directo, tan-
quam directus hæres & ſucceſſor teſtatoris, ad horum bo
norum alienatorum conſecutionem & reuocationem: id
quod hoc in caſu non eſt iure permiſſum. Nam hic Perutia
non directò, ſed per fideicommiſſum ſuccedit. ita docuit
Bart. in l. pater familias. num. 6. in fi. ff. de hæredib. inſt.
quem ſecutus eſt Iaſ. in l. vnica. col. 2. verſ. ſecundus mod⁹.
C. de ijs quæ pœnæ nom. & alios ſupra in præmiſsis retu-
49 li. Non ergo experiri potuit Perutiæ hæres, nulla† ei reſti-
tutione ſaltem verbali facta. iuxtà l. reſtituta. & l. facta. ff.
ad Trebel. & ſcribit clarè Alex. in d. l. reſtituta, in prin. nu.
50 2. cùm itaq; actione† careat hic Perutia, à limine iudicij
repelli debet. lege Titius. vbi Barto. & cæteri. de verbo-
rum oblig.

Non obſtant nunc adducta in contrarium. Ad primum
reſpondeo. d. l. ſi pars. §. illud. ff. de inoſ. teſt. procedere in
eo, qui neceſsitate coactus nomine ſui officij veluti tuto-
ris agit ad conſequendum legatum ſuum pupillo relictũ.
Nam is petẽdo legatum, non ſibi præiudicat, quò ad que-
relam ſuo nomine mouendam: quemadmodum copioſius
dicemus j. ad declarationem quarti argumenti ducti à l.
cum quædam. C. de admin. tuto. ſed diuerſum eſt in caſu
noſtro, in quo Perutia non nomine officij, nempe execu-
toris, ſed etiam conſenſit, vt mox ſubijciam. Non obſtat
ſecundum ex l. filius. §. multo. ff. de inoff. teſt. quia reſpõ-
deo, quòd eo in caſu ea ratione id factum eſt, quia ſucce-
dens querelanti teſtamẽtum, cauſa iam cæpta, habet eam
cauſam omnino peragere: idq́; potius coactè facit quàm
ſua ſpontè. vt ibidem declarat Alber. num. 1. Quam inter-
pretationem probauit & Fulgo. in l. Papinia. §. memniſſe.
2. ff. eo. tit. de inoff. teſt. quo loci & illud annotauit, hære-
51 dem† ſuccunbentem in lite, quam defunctus temerè & ca
lumnioſè ſuſceperat, non condemnari in expenſis; quaſi
quod id faciat coactus neceſsitate quadam vel verius ig-
narus, ob id quòd in facto alterius ſuccedit, litem eſſe ca-
lumnioſam. conſtat itaq; hoc reſpõſum nihil huic noſtræ
opinioni officere.

Non obſtat tertium, quia reſpondeo, vt iam dixi ſuprà
illa iura, nempè l. aduerſus. §. 1. ff. de inoffi. teſtamen. &
l. tutorem. ff. de his quibus vt indign. procedere cùm tu
tor nomine officij coactus egit de inoffi. teſtament. Nã
52 tutelæ † officiũ ab initio coactè ſuſcipitur, & ex poſt co-
53 actè geritur; ob id ſi tutor tanquam tutor † agit, iuri ſuo
non præiudicat. Ita ſcribit Iohann. de Plat. Angel. Are.
& Viglius in d. §. ſi tutor. inſti. de inoff. teſtam. & hos
ſequitur Tiraq. in tract. de retractu. conſang. 1. gl. 9. num.
371. ſed diuerſum eſt in caſu iſto, vbi Perutia ſpontè & tã-
quam priuata perſona ius habens in his bonis, in caſu cõ-
trauentionis conſenſit alienationi. Quòd autem Perutia
proprio nomine conſenſerit, & tanquam perſona diuerſa
ab illa executoris, dicam in rñſione ſubſequenti.

Non obſtat quartum, quia reſpondeo, d. l. cùm quædã
loqui & procedere, quando tutor, vel curator nomine of
ficij tutelæ, vel curæ conſenſit. Nam tunc iuri ſuo proprio
non præiudicat. At diuerſum eſt in caſu noſtro, in quo (vt
dixi ſuprà) hic Perutia conſenſit ſuo proprio nomine: ni-
mirum, ſi ſibi præiudicauit. In hac reſponſione duæ aſſer-
tiones ſunt nobis probandæ. Vna, quòd is qui conſentit
actui nomine proprio, cui nomine officij tantùm conſen-
tire poterat, ſibi præiudicet. Altera, quòd in caſu noſtro
Perutia conſenſerit tanquam perſona priuata & nomine
54 proprio. Prima aſſertio, quòd actui† conſentiens ſuo pro-
prio nomine, ſibi præiudicet, probatur in l. etſi is. C. de
prædi. minor. quo loci ſcriptum eſt, tutorem nomine ſuo
conſentientem alienationi bonorum minoris, ex ſua per
ſona teneri. Ita etiam probat l. procurator, qui pro euictio
ne. ff. de procu. Hinc reſpondit Rui. conſ. 47. num. 15. li. 2.
quòd ille, qui conſenſit alium moleſtari contra teſtatoris
prohibitionem, ita commodo à teſtatore relicto priuatur
vt ipſemet moleſtans, quando ſcilicet id nõ permiſit ex
neceſſitate officij. & hæc aſſertio ex his quæ mox ſubijci
am, confirmatur. Ill verò ſecunda aſſertio, nempè Peru-
tiam ſuo proprio nomine huic alienationi conſenſiſſe,
55 probatur p.imò, quia conſtituit† ſe proprio nonine te-
nere & poſſidere. Qui ſanè actus ſolum cõuenit ei, qui ius
habet in re. iuxta l. quamuis. §. 1. & l. quod meo. ff. de acqu.
poſſ. Et in ſpecie tradit Craue. in ſæpius citata qõne, De
indemnitatibus mulierum. num. 38. qui huius ſententiæ
citat Caſtren. conſi. 314. omiſſo primo, in fin. lib. 2. addo
ego Corn. conſ. 6. num. 6. 7. lib. 2. Secundò probatur, quia
Perutia, pro huius alienationis obſeruatione, obligauit
56 † omnia bona ſua: qui quidem actus ſignificat conſenſum
fuiſſe ſuo nomine proprio adhibitum. ita declarat Craue.
vbi ſupra. nume. 39. poſt Soc. Sen. conſil. 100. columna ſe-
cunda. verſiculo 2. quia. lib. 3. & Bal. conſ. 333. Nobilis vir.
col. 1. lib. 5. qui reſponderunt, illum ſuo proprio nomine
priuato, & non officij conſentire, qui propria bona obli-
gat. His accedit text. clarus leg. procurator, qui pro eui-
ctione



57 ctione. ff. de procur. vbi procurator † qui fidem ſuam a-
ſtrinxit, id eſt, ſe obligauit, tenetur obſeruare finito offi-
cio; atque ita tenetur nomine proprio. Ea eſt ratio, quia
adſtringendo fidem propriam exceſsit terminos officij,
& voluit teneri tanquam perſona priuata. Ita d. l. procura-
tor, ſunt interpretati Soc. Sen. conſi. 154. col. 2. verſ. ſecun-
dus caſus eſt. lib. 2. qui alios eiuſdem opinionis recenſet. I-
ta etiam intellexit Cor. conſ. 6. nu. 6. lib. 2. & in ſpecie ma-
58 gis Boe. q. 80. in fi. vbi decidit, quòd tutor† tenetur fini-
to officio obſeruare contractum, ſi propria bona obliga-
uit pro obſeruatione cõtractus. Et eò loci ita intellexit d.
59 l. etſi is. C. de prædijs minor. adfert ſimile de marito† alie-
nãte bona vxoris pro qua & ſua obligauit, vt vxore mor-
tua contractum obſeruare teneatur ad ſui detrimentum.
Idem Boe. q. 273. num. 6. Accedit quòd reſpondit Decius
60 conſi. 7. num. 6. quòd ille, qui animo† nouandi ſe obliga-
uit, tenetur proprio nomine. & non tanquam fideiuſſor.
& ad rem noſtram Decium ſecutus eſt Pariſ. conſilio 16.
num. 113. lib. 2.

Non obſtat quintum, quia reſpondeo ex iam dictis, Pe-
rutiam nõ conſenſiſſe officij nomine, ſed ſuo proprio: &
ideò ſua perſona ſimpliciter vt priuata, non autem vt exe-
cutoris hîc debet conſiderari.

Non obſtat ſextum argumentum, nempè nemini offi-
61 cium † ſuum eſſe debere damnoſum. quia reſpondeo, di-
ſtinguendo tres caſus. Primus eſt, cùm officium eſt ex illis,
quæ coactè ſuſcipiuntur, & coactè geri debent, ſicuti tu-
tela, cura, & his ſimilia. Hoc in caſu, qui nomine officij
actum gerit, iuri ſuo proprio non præiudicat. Ita proce-
dunt quæ diximus ſuprà de tutore & curatore. ex le. cùm
quædam. C. de admin. tutor. & illi ſimilibus. Ita d. l. cùm
quædam declarat Alber. in l. Caius, col. 2. verſiculo primo
caſu non præiudicat. ff. de pign. acti. Et hoc in caſu etiam
62 procedit, ſi aduocatus † fuiſſet coactè alicui datus is pa-
trocinium ſuum pro cliente præſtando, iuri ſuo non præ-
iudicaret. & hoc in caſu declaratur illa l. vlti. in princ. ff. de
inoffi. teſta. & l. poſt legatum. §. ſunt qui putant. ff. de ijs
quibus vt indig. Quæ ſanè iura ita explicant & declaranr
Alber. in d. l. poſt legatum. §. aduocatum. & Viglius in §.
ſi tutor. Inſti. de inoſ. teſt. à quibus non diſſentit Tiraq. in
trac. de retractu conſang. §. 1. gl. 9. nu. 271. Ea eſt ratio hu-
i⁹ caſus, quòd neceſsitas officij excuſat. Et hoc in caſu nos
non verſamur; quia iam demonſtrauimus officium execu-
toris ſpontè ſuſcipi; & diximus hunc Perutiam non neceſ-
ſitate officij coactum, ſed ſpontè ſua ſuoq; nomine huic a-
lienationi conſenſiſſe. quod & infra repetam.

Secundus eſt caſus, cùm officium ex illis eſt. quæ ſpon-
tè ſuſcipiuntur & exequuntur: & agitur de actu, qui à ſolo
conſenſu & declaratione animi non pendet, ſed requirit
quid plus, vt traditionem iuris & rei. Hoc in caſu, qui ali-
quid huius officij nomine egit, ius ſuum non perdit. Ita
63 dicimus in aduocato, qui † etſi in cauſa rei vindicationis
pro actore vindicante patrocinium præſtet; non tamen
transfert ius in alterum: ita procedit l. inter officium. ff. de
rei vind. vt eam ibi declarant Bar. & Ang. à quibus non
diſſentit Tiraq. de retractu conſang. §. 1. gl. 9. nume. 268.
Tertius eſt caſus, cùm officium eſt voluntariè ſuſceptum,
& actus qui geritur, nõ pendet à voluntate huius, ſed po-
teſt à partibus, geri etiam eo contradicente. Hoc caſu ſola
præſentia obtinentis officium, nil ei obeſt: ſicuti dicimus
64 in teſte, & in notario, qui† etſi præſentes ſint cõtractui vt
teſtis, vel vt notarius, non tamen ſibi præiudicant. Ita in-
telligitur l. Titia la j. §. Lucia. ff. de leg. ſecunda. Ita eam
& illis ſimiles interpretatur & declarat Albericus, quem
mox referam.

Quartus eſt caſus, cùm officium ſpontè ſuſcipitur &
65 agitur de actu, qui poteſt† impediri ſola contradictione
obtinentis officiũ. Hoc caſu qui adeſt noīe officij, & non
cõtradicit, iuri ſuo præiudicat. Ita procedit l. vlt. ff. de in-
off. teſta. & ita pariter intelligitur l. fideiuſſor. §. pater. ff.
de pig. vt declarat idem Albe. in d. l. Caius, col. 2. verſi. vlt.
caſu quando. ff. de pigno. actio. à quo non diſſentit Tiraq.
in d. tract. de retractu conſang. §. 1. glo. 9. nu. 143. & hic eſt
caſus noſter. Nam & hîc poterat Perutia facilè contradicē-
do impedire hanc alienationem. Quod cùm non fecerit,
iuri ſuo præiudicium attulit. Præterea, & ſecundò, reſpõ-
deo vno verbo, & concedo, quòd officium ſuum nemini
debet eſſe damnoſum, cùm terminos officii non excedit:
66 at cùm† excedit, ſibi nocet, vt probat l. vlt. ff. de inoſ. teſt.
& dixi ſupra. Cùm ergo noſtro in caſu hic Perutia exceſ-
ſerit fines officij executoris & adminiſtratoris, obligando
ſe proprio nomine, mirũ nõ eſt, ſi omne ius ſuum amiſit;
quia tenetur obſeruare quod promiſit.

Non obſtat ſeptimum, quia reſpõdeo, ex iam deductis,
nil obeſſe doctrinam Saliceti, qui loquitur in iudice, qui
non ſponte, ſed neceſsitate officij compulſus facit. Et Bal.
d. cõſi. 102. li. 2. nihil repugnat, imo nobis fouet, dum ibi
67 col. 2. verſ. prima quæſtio, ait, quòd quis† præiudicat ſibi
in iure fideicommiſsi, cùm ſuo facto illius dies cedit. Ita
ēt non obſtat reſponſum Caſtr. cõſ. 259. omnis difficultas.
li. 1. quia verè Caſtrenſis ibi. nu. 4. reſpondit, hunc conſen
ſum præiudicare ipſi cõſentiēti, qui ſimpliciter habet ſuc
cedere ſecus eſt (inquit Caſtrenſis) quando illi conſentien
ti eſſent relicta illa bona pro conſeruatione agnationis &
familiæ, quia tunc non præiudicat ſibi, & multo minus
ſuis ſucceſſoribus, cùm eo caſu non ſuccedentis perſona
& fauor, ſed ipſius teſtatoris conſideretur. cui quidem fa-
uori non potuit is conſentiens renuntiare.

Præterea admiſſo, quòd in caſu Caſtrenſis. conſentiens
ſibi ipſi non præiudicaſſet, illud mirũ non eſt: qñdoquidē
ignorabat ille conſentiens teſtamenti diſpoſitionē & con
ditionem illi adiectam. Quod hîc non cõtingît, vbi om-
nia certa & clara erant huic Perutiæ.

Non obſtat octauũ & vltimum, quia reſpondeo, pro-
68 poſitionem illam, quòd conſentiens† actui nullo, ſibi nõ
præiudicat; intelligitur & procedit cùm alienatio eſt nul-
la aliunde quàm ex defectu conſenſus. Nam tunc vitiato
principali vitiatur & conſenſus illi acceſſorius: ſed diuer-
ſum eſt, cùm nullitas prouenit à ſolo conſenſu. Hoc enim
caſu dicimus, conſenſum quanuis nullũ præiudicare con-
ſentienti. Ita reſpondet & declarat Crauetta in illa quæ-
ſtione, De indemnitatibus mulierum. nume. quadrageſi-
mo. Et exemplis ſuprà deductis in primo noſtræ opinio-
nis argumento.

Præterea & ſecundò ſubiungit Craue. d. nu. 40. verſ. ſe-
cundò reſpondeo, &c. quòd contraria procedunt in nu-
do & ſimplici conſenſu. Sed diuerſum eſt in hoc caſu, in
quo vltra ſimplicē conſenſum, interceſsit cõſtitutum &
propriæ ſubſtantiæ obligatio, vt ſupra dictum fuit.

Reſpondeo tertiò vnà cum eodem Craue. d. nume. 40.
verſ. tertiò reſpondeo; contraria procede, quando obliga
tio principalis eſt nulla iure ordinario & communi: ſed
hîc diuerſum eſt, quia extraordinario, nēpè teſtatoris diſ-
poſitione ad fauorem hæredis venditoris. licèt ergo ipſe
hæres vendendo nil agat: attamen qui conſenſit obliga-
tur. cùm hic conſenſus acceſſorius non annulletur annul-
lata obligatione principali. ita Craue. declarat. d. l. & ſi is.
C. de prædijs mino. Ita etiam eam in caſu valdē ſimili de-
clarauit Pariſ. conſi. 16. nu. 110. lib. 2. dum reſpondit, quòd
69 minor† non potuerit obligari ex ſtatuti diſpoſitione, po-
tuit tamen is, qui illi obligationi conſenſit & eo loci, nu.
111. & nu. 112. ratione & auctoritatib. confirmat: præſer-
tim ex l. vlt. §. Lucius. ff. de cõd. indeb. qua dicimus, quòd
ſublato principali ex iure aliquo ſpeciali & extraordina-
rio, non extinguitur acceſſorium. & tradit Feli. in cap. o-
lim. numero quarto in fine. de accuſation. Roman. ſing.
543.

Reſpondeo quartò vnà cum Cra. vbi ſupra. nu. 40. ver.
quarto reſpondeo; &c. contraria procedere, quando a-
70 ctus† principalis in totum eſt nullus. At hîc contractus
non eſt nullus in totum & abſolutè, quia reſpectu Perutiæ
conſentientis valet, quo ſcilicet ad eius detrimentum. Et
huius declarationis auctorem citat Bald. in l. etſi is. C. de
præd. minor. Quæ doctrina comprobatur ex ttaditione
Alex. in annota. ad Bar. in l. Marcellus, in princ. ff. de fide-
71 iuſſo. cùm ſcripſit, quòd licèt filiusfamil. † non poſsit o-
bligari ex diſpoſitione ſtatuti, attamen obligatur eius fi-
deiuſſor. Et eo loci citat Bald. in l. j. ff. eo. de fideiuſſo. &
melius Cynum in l. dominum. columna tertia. verſi. ſcire
debes. C. quod cum eo qui in alien. poteſt, &c. Scribit ele
ganter & doctè Cynus, quod quando principalis obliga-
tio & actus redditur nullus defectu ſubſtantialium, vt pu
ta defectu conſenſus, non obligatur etiam alter, qui illi
72 obligationi cõſenſit, † veluti fideiuſſor. Sed diuerſum eſt,
quando obligatio principalis ex alio quàm ex defectu
ſubſtantialium defici; tunc licet principalis obligatio ſit
inefficax, non tamen eſt inefficax conſenſus & obligatio
acceſſori. adfert exemplum in ſeruo. qui non obligatur ex

ſuo contractu, ob id quòd lex impedit ſeruum obligari:
attamen obligatur dominus,vel alter, qui illi obligationi
ſerui conſenſit. Ita ergo noſtro in caſu, huius venditoris
obligatio deficit non defectu ſubſtantiali, nempe con-
ſenſu, ſed defectu extrinſeco ex voluntate teſtatoris licet
ergo non fuerit obligatus ipſe venditor: attamen Perutia,
quæ conſenſit, obligari potuit. atque ita quo ad eam illa
venditio & contractus tenet.

Et ex his intelligimus malè reſpondiſſe Romanum con-
ſilio 125.numero ſecundo.verſiculo.& breuiter dicẽdum:
cum dixit,annullato contractu ex diſpoſitione ſtatuti Flo
rentini,annullari etiam obligationem ex conſenſu ſyndi-
corùm. Non enim conſenſus reddit poterat nullus, ex
quo erat iure ſpeciali,& ex alio,quàm ex defectu ſubſtan-
tialium,nullus contractus ipſe principalis. Et is text. leg.
ſi debitor.§. vltimo.ff.quibus mod.pig.vel hypoth. ſolui-
tur. procedit,cùm principalis obligatio eſt nulla defectu
iuris communis;quemadmodum ſignificant illa verba;ſi
73 qua ratio iuris.&c.Nam verbum†ius,in ſuo potentiori ſi-
gnificatu de iure communi intelligimus.§.ſed ius quidem
Inſtit.de iure natur.gent.& ciuili. Nec repugnat doctrina
Decij in d.l.creditor.num.2.de regul.iuris,quia non decla
rat, quo iure ille actus ſit nullus, & ideò debet intelligi de
re communi iuxtà ſupradicta.

Ex his etiam ceſſat illa ratio conſiderata in eo octauo
& vltimo argum.quòd vbi non conſiſtit principale,nec e-
tiam acceſſoriũ,ex regula l.cùm principalis. Eſt enim ve-
rius conſiſtere hîc acceſſorium principali ſublato, ex d. l.
etſi is. C.de prædijs mino.ac ex alijs ſupra deductis. Ita e-
tiam ex prædictis diſſoluitur illud,quòd clauſulæ acceſſo-
riæ corrunt, ſublato contractu principali. Et Deci. in d.
conſil. 2.in fin.nobis fauet,cùm velit in promiſsis operari,
vt promittens ratum habeat quod promiſit. Ita Decium
declarat Crauetta in illa iam pluries citata quæſtione. De
indemnitatibus mulierum,numero 48.verſic. non obſtat
quòd,&c.

Ita etiam non refragatur doctrina Socini Senioris cõſ.
225.in fin.libr.ſecundo.quia reſpondet Crauetta qui ſu-
pra numero quadrageſimoſeptimo illum loqui eo in caſu
in quo eadem aderat ratio in acceſſorio,quæ & in princi-
pali:& niſi ſuccurſum eſſet obligationi acceſſoriæ, graua-
batur principalis, non mirum ſi à pari procedunt. At ſe-
cus hîc,vbi diuerſa adeſt ratio principalis & acceſſorij,vbi
conditio alienantis non læditur, etiamſi hic executor qui
conſenſit, obligatus remaneat,ex quo contra alienantem
non datur recurſus.vt probatur in d.l.etſi is. C. de prædijs
minor. vbi gloſſa & Doctores. Præterea(vt ait Crauetta)
in caſu Socini agebatur de damno euitando ; hîc verò de
lucro cum iactura emptoris.Quocircà nihil nobis illa do-
74 ctrina repugnat,cùm diuerſa ſit ratio † lucri & damni. l.
vlti.C.de codicill.cum ſimilibus. Concludo itaque Peru-
tiæ hæredem contrauenire non poſſe huic alienationi, cui
ipſe Perutia pater conſenſit : cùm non poſsit hæres impu-
gnare factum defuncti:iuxtà l.cùm à matre.C. de rei vin-
di.cùm ſimilibus.

Iacobus Menochius I. C.

## *SVMMARIVM.*

1 *Sententiæ diuerſæ,à diuerſis iudicibus, inter diuerſas perſonas, diuerſis temporibus, ex vna eadémque facti ſpecie iuſtè ferri poſſunt.*
2 *Sententia lata contra vnum ex cohæredibus per inofficioſum teſtamentum ad fauorem filij,non nocet alteri cohæredi.*
3 *Victor in cauſa pro parte,& cõuenire,& conueniri pro parte tantummodo poteſt.*
4 *Sententia contra adulterum,& adulteram, de crimine ſimul commiſſo,non nocet adulteræ,& quæ ſit ratio.*
5 *Appellatio ab vno ex correis condemnatis,ex vna, & eadem cauſa;diuerſis tamen ſententijs,non prodeſt alteri.*
6 *Sed duplex requiritur ipſius interpoſitio:& ratio ibi aſsignatur.*
7 *Sententiæ non ſunt aliorum exemplis ferendæ.*
8 *A communi opinione recedendum non eſſe in iudicando.*
9 *Licet contra eam aliquando iudicatum fuerit.*
10 *Sententia quod ſit ferenda ſecundum exempla aliorum, habet locum quo ad inferiores iudices,non autem quo ad pares.*
11 *Cur diuerſæ ſentẽtiæ in vna & eadem cauſa, à diuerſis iudicibus ferri poſsint.*
12 *Sententia in connexis lata contra vnum,alteri non nocet.*
13 *Sententia contra falſos teſtes producentem,& condemnatum de falſo,non neceſsitat ipſos teſtes eſſe falſos.*
14 *Notarius condemnatus de falſo inſtrumento,non nocet domino inſtrumenti.*
15 *Sententia abſolutoria in connexis alteri prodeſt.*

## CONSILIVM LIX.

# Initium à Domino.

PVLCHRVM eſt dubiũ,
cui reſpondere de iure roga-
1 tus ſum,†an diuerſæ ſenten-
tiæ à diuerſis iudicibus,inter
diuerſas perſonas,diuerſis tẽ
poribus ex vna eademque fa-
cti ſpecie ferri poſsint, que-
madmodũ euenit in hac cau-
ſa inter Dom.Scarampum a-
ctorem, & Gaſſantũ ac Gã-
baranam Sauilianenſes reos
conuentos.Nam,cùm inter hos de domo eſſet contentio,
Gaſſantus iam multis ab hinc annis pro dimidia domus
conuentus à Scarampo condemnatus fuit à Taurinẽſi Se-
natu,eam dimidiam domus relaxare Scarampo.Nunc verò
Gambarana alterius dimidiæ domus poſſeſſor conuentus
ab eodem Scarampo ex eiſdemmet iuribus, quibus egit
contra Gaſſantum,abſolutus fuit à Senatu Pinerolij.Ego
certè in hac opinione ſum,iuſtè ferri potuiſſe.Quod vt di-
cam his adducor.

Primo ex text.leg. nam etſi parentibus. §. filius. ff. de
2 inofficioſ. teſtament. cuius verba, hæc ſunt : † Filius qui
de inofficioſi actione aduerſus duos hæredes expertus,di-
uerſas ſententias iudicum tulit, & vnum vicit, ab altero
3 ſuperatus eſt:†& debitores conuenire & ipſe à creditori-
bus conueniri pro parte poteſt ; & corpora vindica-
re hæreditatem diuidere,&c. Idem penè ait Vlpianus
in lege circa ff.eodẽ.titu.de inofficioſo teſta.cùm ita ſcri-
bit : Circa inofficioſi querelam euenire plerunque ad-
ſolet, vt in vna eademque cauſa diuerſæ ſententiæ pro-
ferantur.&c.

Secundò in hanc ſententiam adfero text. leg. denun-
4 tiaſſe .§. vltimo. ff. ad lege Iulian de adulter. † quò lo-
ci adulter & adultera de crimine ſimul commiſſo accu-
ſati fuerunt. Dubitatur ſi adùlter erit damnatus, an ea-
dem ſententia damnata cenſeatur & adultera. Et reſpon-
dit iuriſconſultus non eſſe damnatam. Rationem hanc
reddit.Quid enim ſi adulter inimicitijs oppreſſus eſt, vel
falſis argumentis, teſtibúſque ſubornatis apud præſi-
dem grauatus, qui aut noluit, aut non potuit prouocare;
Mulier verò iudicem religioſum ſortita,pudicitiam ſuam
defendat? Ita noſtro in caſu potuit cõdemnari olim Gaſ-
ſantus à Taurinenſi ſenatu erga Scarampum. Potuit ab-
ſolui nunc Gambarana à Scarampi moleſtia: quando-
quidem, vel falſis argumentis & teſtibus,moueri potuit o-
lim Senatus Taurinenſis: vel hic nouus Pinerolij. Præte-
reà vna eſſe potuit vnius opinio & religio : altera alte-
rius. Nam (vt Terentius ait) quot capita,tot ſententiæ. Et
variæ ſunt hominum voluntates.l.quia poterat.in fin.ff.
ad S.C.Trebell.

Tertiò adducor ex tex.in leg.ſi quis ſeparatim.in princ.
ff.de appella.iuncta declaratione Barto.ibi §. vltimo.ver.
5 ſic.ſi diuerſis autem ex diuerſis. cùm dixit Bart.†quòd in
cauſis appellationum, quando duo ex vna & eadem cauſa,
diuerſis tamen ſententiis, condemnantur, vnius appel-
6 latio alteri non prodeſt: † ſed duplici opus eſt.ſi ergo de
eadem cauſa diuerſæ ferri non poſſent ſententiæ : vna ſo-
la appellatio, quæ eandem ſemper reſpiceret ſenten-
tiam, ſufficeret. At ob id duæ appellationes requirun-
tur,quòd diuerſæ eſſe poſſunt : & vna vno modo lata,al-
tera altero modo.





Quartò accedit quòd ſi recentiores hi iudices, qui no-
uiſsimẽ cauſam hanc diffinierunt interrogarẽtur; qua ra-
tione factum ſit, quòd non iudicauerint quemadmodum
7 iudicauit Taurinenſis Senatus,certè reſponderent,†ſe nõ
exemplis aliorum,ſed iuxta veritatem, cõſueuiſſe iudica-
re,& ſententias ferre.ſicuti iuſsit Iuſtinianus,in l.nemo.C.
de ſenten.& interlocut.om.iud.Non enim vnius error er-
randi occaſionem alij præſtare debet. Nec ſpectandum
eſt quid actum fuerit Romæ(vt iuriſconſultus ait in l. ſed
licet.ff.de officio.præſid.)ſed quid agi fieriue debeat. Quo
circà rectè ſcriptum reliquit Neuiz. li. 5. Syluæ nuptia.
8 nu. 62. † à recepta Doctorum opinione recedendum nõ
9 eſſe,etſi aliquando contra eam iudicatum fuerit: cùm vel
imperitè, vel dolo euenire id potius potuerit quàm pro
rei veritate. Et in ſpecie noſtra ita clarè docuit Zaſius in
10 rub.ff.de exceptio. nu. 6. Nec hîc repugnat†quòd exem-
plis ſũmi iudicis,veluti præfecti prætorio,vel ſenatus iu-
dicandum ſit.vti tradunt glo.in d.l.nemo.C.de ſenten. &
interlocu.om. iud. Soci. in tracta.fallent. reg.226. Fallen.
prima.Et de ſentẽtijs ſenatus ita Afflictus deciſ.383. num.
8.Zaſius.d.rubr.de exceptio.nume.7.& Plotus in l.ſi quã-
do.num. 156.C. vnde vi. Nam facilè reſpondetur, proce-
dere quò ad inferiores, non quò ad eundem ſenatum, vel
alterum eiuſdem auctoritatis. Quam ſanè declarationem
deſumo ex doctrina eiuſdem Afflicti, d.deciſ. 383.num.8.
cùm ait,ſenatus ſententiam ligare, quia ſub nomine Re-
gis profertur; non tamen perſonam ipſius Regis ligare,
vt ſcilicet ſemper neceſſè habeat exemplum illud ſequi.
Non ergo ſenatus ligatur illo exemplo, quin valeat con-
trarium,ſi ita ei viſum fuerit,iudicare.Et hîc accedit ratio,
quòd par in parem non habet imperium.l.ille à quo. §.tẽ-
peſtiuum.ff.ad S.C.Trebell.

11 †Quintò confirmantur iam relata ea ratione, quòd ſi
non poſſent diuerſi iudices de eadem cauſa inter diuerſas
perſonas diuerſas ferre ſententias, illud eſſet dicendum,
quòd ſententia contra vnum lata,alteri præiudicaret, dã-
nóque eſſet.Atqui falſum eſt hoc conſequens,ergo & an-
tecedens; quòd ſcilicet ferri non poſsint diuerſæ ſenten-
tiæ. Quod autem ſententia lata de vna re contra vnũ, non
noceat alteri, apertè ſcribit Abbas in capite penultimo
12 num.decimo tertio 24. de ſentẽ.& re iud.cùm ait,†quòd
ſententia in connexis lata contra vnum,alteri non nocet.
Et eo loci nu.25. ſcribit poſt Barto.in l.Lucius,num. 1. ff.
13 de ijs,qui notan.infam. †quòd licet producẽs falſos teſtes
condemnatus ſit de falſo,non tamen ſequitur de neceſsi-
14 tate quòd teſtes ipſi ſint falſi.†Idem dicit de notario con-
demnato de falſo inſtrumento confecto,vt noceat domi-
no,cuius cauſa inſtrumentum conſcriptum fuit. Et Barto-
li ſententiam ſecuti ſunt idem Abbas conſilio decimoſex-
to numero ſexto libro primo Alber. in tract. ſtatuto.par-
te tertia.quæſt. ſexageſimaquinta idem in lege denuntiaſ-
ſe.§.vltimo ff.ad.leg.Iulianus de adulter. & in lege prima
C. quibus res iud.non nocet.Corn. conſilio ſexageſimo-
nono in dubium.columna ſecunda verſiculo his tamen.&
Ronchegallus in l.ex duobus.num. 25.de duobus reis.vbi
declarat.Quibus addo Alexand.in lege ſæpe. numero tri-
geſimonono & numero quadrageſimo. ff.de re iudicata.
Quo loci. numero quadrageſimotertio. idem eſſe ait de
15 ſententia abſolutoria,† vt lata pro vno ex connexis alte-
ri non poſsit.idque ex doctrina Barto.in leg.ſi adulter.§.
eo tempore.de adulter.quod probant & Alber. in dict.l.
denuntiaſſe.§. vltim.qui explicant d. §. vlt.qui alioqui re-
pugnant,vt id fauore ſpeciali matrimonij factum ſit. Et
Bartoli opinionem probat d.l.1.C.quib. res iud.non no-
cet.& ibi gloſſ.

Sextò & vltimò accedit in ſpecie Doctorum Auctori-
tas.Ita enim reſpondit Baldus in conſilio trecenteſimo-
trigeſimoquarto.Præmittendum eſt ad euidentiam.in fi-
ne.libro ſecundo. & Baldum ſecutus eſt Craue.conſilio
ducenteſimotrigeſimoſecundo. numero tertio. Inquit
Baldus non eſſe inconueniens contrarias ferri ſententias
inter diuerſas perſonas à diuerſis iudicibus.ex.d. l.denun
tiaſſe.§.vlt.ff. de adulter. concludo itaque, duas has con-
trarias ſententias ferri potuiſſe,& illas iure ſuſtineri.

Iacobus Menochius, I. C.

## *SVMMARIVM.*

1 *Filius,ad euitandum maius delictum,potius præſumi dicitur naturalis,quàm ſpurius.*
2 *Præſumptio transfert onus probandi in aduerſarium.*
3 *Filius, vt naturalis,& non ſpurius dicatur,tria requiruntur.*
4 *Concubina,communiter loquendo,dicitur extra domum retenta.*
5 *Naturalem eſſe legati capacem,& non ſpurium,nulla legitima & naturali prole,aſcendentéque nullo exiſtente,quibus neceſſe ſit relinquere.*
6 *Filio naturali,vtroque iure, debentur alimenta.*
7 *Donatio facta filio ſpurio,alimentorum cauſa, in terris Imperij valida.*
8 *Patrem non poſſe expreſsè,in teſtamento filium ſpurium priuare alimentis.*
9 *Filiam,non ſolùm naturalem;ſed & ſpuriam à patre dotari debere,communis opinio.*
10 *Dos debita naturali,& ſpuriæ eſt ſecundum quantitatem alimentorum debitorum eidem.*
11 *Tranſmittitur hæreditas etiam ab infante matri ſuæ,ſecundũ communem opinionem.*
12 *Filius potius præſumitur ſpurius,quàm naturalis.*
13 *Et naturalis,quàm legitimus.& ibi ratio.*
14 *Spuria verò dicitur ex ſoluto & non ſoluta.*
15 *Et è conuerſo,ſecundum veriorem ſententiam.*
17 *Teſtes ſemel approbati,impugnari non poſſunt.*
18 *Teſti vnico approbato ſtandum eſt.*
19 *Recognitio facienda ex aliquo ſtigmate, vel ſigno,intelligitur de illo homine, qui per longam abſentiam, vel alia cauſa vix recognoſci poteſt.*
20 *Mors probanda eſt in ſpecie,& quo caſu.*
21 *Mors,quæ probari poteſt per publicam vocem,& famam,debet eſſe per teſtes omni exceptione maiores,& quòd tamen habeat originem à fide dignis.*
22 *Teſtibus contrarijs, ad commodum producentis non eſt credendum.*
23 *Teſtium repetitio non eſt concedenda,iam facta de eorum dictis publicatione.& quare.*
24 *Conuentio inter teſtes, & ſermonis præmeditatio, maximam arguit ſuſpicionem.*
25 *Imò facit,vt illis fides adhibenda non ſit.*
26 *Teſtes examinari non debent extra capitula.*
27 *Et examinati non probant.*
28 *Teſtes rei in dubio proferendi teſtibus actoris.*
29 *Spuria non tranſmittit ad ſuos hæredes legatum dotis paternũ, ſed reuertitur ad hærede patris.*
30 *Spuria nec patri,nec matri ſuccedit.*
31 *Nec è conuerſo,cuius ratio aſsignatur.*
32 *Delictum non præſumitur niſi in reo,& ſe excuſante.*
33 *Secus in actore.*
34 *Filium præſumi potius naturalem,quàm ſpurium,maius delictum ineſſe:& ratio aſsignatur.*
35 *Vita humana præſumitur vſque ad centum annos,*
36 *Maximè contra actorem,qui in ſe tempore mortis fundat.*
37 *Legatum dotis cenſetur conditionale,& qualis ſit eius effectus.*
38 *Legatum relictum verbis quæ non reſpiciciant ſubſtantiam legati; ſed potius executionem,dicitur purum.*
39 *Actio ad reuocandum in rebus per ſpurium relictis,competit agnato infrà duos menſes.*
40 *Alios excludit.*
41 *Et fiſco ſit locus.*
42 *Licet,verbum,eſt voluntatis & non neceſsitatis.*
43 *Filiæ naturali in patris hæreditate ab inteſtato duæ vnciæ debitæ, non loco legitimæ;ſed loco alimentorum dicuntur.*
44 *Et illius differentiæ maximus effectus.*
45 *Legatum conditionale non tranſmittitur,niſi euenerit conditio.*
46 *Dos legata alicui, vt cum probo viro ſe copulet,importat conditionem.*
47 *Dummodo dictio,adiuncta ei,quod uenit implendum antequam actus perficiatur,dicitur conditionalis.*
48 *Conditio formam importat.*
49 *Conditio in aliqui minimo deficiens,non dicitur adimpleta.*
50 *Legatum dotis,vt cum aliquo viro ſe copulet,reſpicit ſubſtantiam legati,non autem executionem.*
51 *Contra communem non obſtat aliquod fundamentum.*
52 *Quæ ad agendum ſunt temporalia,ad excipiendum ſunt perpetua.*

## CONSILIVM LX.

# Initium à Domino.

LONGO ſtudio & diligenti conſideratione perpenſo controuerſo caſu inter Do. Lazarum Delphinum, Dom Bartholomæum de Lignano ex nobiliſsimo oppido Cunei, viſa eſt diſputatio non parum difficilis & perplexa; quã vt paucis, quantum res ipſa poſtulat, & clarè diffiniam, ad duo capita quæſtionē hanc deduco. Et primo in capite demonſtrabimus, An Catherina olim filia dict. Bartholomææ vel naturalis vel ſpuria fuerit, vt cognoſcamus, an fuerit capax legati facti, vel nō. Secundum erit caput, præſuppoſito quòd eſſet capax, an, poſteaquàm mortua eſt Catherina, ipſa antequam fuerit collocata matrimonio, trāſmiſerit legatum dotis ad matrem ipſam Bartholomæam.

Quò ad primū illud c. dicendū videbatur prima vt dici ſolet facie d. Catherinam fuiſſe naturalē, nō aūt ſpuriam.

1 Primò, quia potius quis præſumitur naturalis quàm ſpurius, ad euitandum maius delictum, ita in terminis reſpondit Bald. conſil. 448. quæritur in primis. colu. 2. dubio. lib. 1. quem ſecutus eſt Craue. conſil. 138. num. 1. & conſil. 166. num. 1. ex hac ergo præſumptione ſatis videtur fun-

2 data intētio d. Bartholomææ: † cùm præſumptio transferat probandi onus in aduerſarium. l. generaliter. §. ſi petitum, in fi. ff. de fideico. liber. & tradunt Dec. cōſil. 540. nu. 11. & latè Didacus Couarr. Hiſp. lib. 2. varia. reſol. cap. 6. num. 1. Quæ præſumptio ex veris teſtium probationibus coadiuuari videtur, cùm ex illis videatur probatum tempore natiuitatis & conceptionis d. Catherinæ, d. Bartholomæam fuiſſe ſolutā, cùm Antonius Ferrerius, olim vir ipſius fuiſſet vita functus, quo fit, quòd cùm & Do. Petrinus Delphinus, d. Catherinæ pater, fuerit ſolutus, Chaterina nata ex ſoluto & ſoluta, retenta in domo & affectu maritali naturalis filia eſt, vt glo. in rub. de concub. & clarè tradit Io. Baptiſta Caccialupus de S. Seuerino in l. ſi qua illuſtris. nu. 29. 30. C. ad S. C. Orficia. qui eiuſdem ſententiæ citauit Bal. in auth. licèt. C. de naturalib. lib. in l. cùm quam. col. 13. C. de fideicom. quibus accedūt Cagno. d. l. ſi qua illuſtris. nu. 4. 5. Iaſ. conſi. 51. lib. 3. D. Alcia. tract. præſump. reg. 2. præſump. 4. nu. 5. & Petrus Placa Hiſp. lib. 1. Epito. delicto. cap. 41. nume. 4. † relati enim omnes

3 ſcribūt tria eſſe neceſſaria, vt naturalis filius & non ſpurius dicatur, primò quòd illius mater fuerit vt concubina, à viro in domo affectu maritali retenta: ſecundò, quòd ſolùm illi viro ſui copiam fecerit: tertiò, quòd vterque eorum non fuerit vinculo matrimonij ligati. Primum eſt clarum, quia D. Lazarus Delphynus eſt in actis non ſemel confeſſus, D. Bartholomæā fuiſſe à d. D. Petrino in domo retentam affectu maritali. Et hoc probant teſtes; & dato

4 quòd non fuiſſet probatum, nihil refert, quia † ex cōmuni vſu loquendi & illa dicitur concubina, quæ in domo affectu maritali nō retinetur, vt ſcribit Io. Baptiſta Caccialup. d. l. ſi. qua illuſtris. nu. 4. & ibi Cagno. num. 5. qui dixit ex æquitate Canonica hoc ſaltem poſſe dici, quod & ante eum probaſſe videtur Bal. quē refert & probat Cra. conſil. 166. num. 8. in fi. quibus accedunt Iaſ. conſi. 51. libr. 3. & Placa Hiſp. d. lib. 1. Epitome delicto. cap. 41. num. 4. in fine. & inquit præcitato loco Crau. ſtandum eſſe doctorum aſſertioni ſuper communi hoc loquendi vſu. ſecundum requiſitum ſatis ex iuris præſumptione eſt probatū, quia nō præſumitur mulier pluries delinquere, argumento l. meritò. ff. pro ſocio. Tertium requiſitū vt dixi) ex teſtibus dicitur probatū. Vere ergo conſtare videtur, d. Ca-

5 therinam fuiſſe naturalem, non ſpuriam. † Quo ſtante ſequitur, d. Catherinam fuiſſe legati capacem, ex quo D. Petrinus nullam legitimam & naturalem prolē nullùmque aſcendentem habebat, quibus neceſſe haberet, Catherina excluſa, relinquere, ex tex. auth. licèt. C. de naturalibus liberis vbi Bald. & cæteri omnes.

6 Secūdò adducebar, † quia hodie clarum eſt indiſtinctè filio naturali ex iure Pontifico deberi alimenta, cap. cùm haberet, in fin. extra de eo qui duxit in matrim. quam polluit per adul. vbi clarè Abbas. & Aret. Inſt. de iure natura- li. gē. & ciu. in princ. plures citat Dec. conſi. 312. nu. 4. qui affirmant, hoc non modò locum habere in terris Pontificis Max. vbi iuxt. ſolam iuris Pontificij diſpoſitionem iuſ. dicitur, verùm etiam in terris Cæſaris, vbi iuxta iuris ciuilis conſtitutiones ius adminiſtratur, quam ſanè ſententiā probarunt & Ruin. conſi. 102. num. 9. lib. 1. & conſi. 95. nu. 4. lib. 3. Soc. Iun. conſi. 130. num. 3. lib. 2. Rola. à Valle conſ. 74. num. 47. lib 1. Pet. Placa. Hiſp. lib. 1. Epito. delicto. ca.

7 41. num. 21. Imò fortius cenſuit Ruin. conſi. 124. num. 8. 9. 10. lib. 1. † licuiſſe patri filio ſpurio in terris Imperij dona re alimentorum cauſa. quod placuit & Pariſi. conſi. 14. nu. 27. lib. 2. & dum hoc idem affirmat Iaſo. conſi. 26. num. 4.

8 lib. 1. fortius ait, † Patrem non poſſe expreſsè in teſtamento hunc ſpurium his alimentis priuare: & huius ſententiæ citauit Dyn. con. 17. idē. non relato Dy. & Iaſ. affirmauit Mar. ſing. 358. Pater de iure, &c. qui Bald. tantū huius opinionis auctorē retulit; cùm ergo legatū dotis à Petrino factum cenſeatur loco alimentorū factum (vt ſtatim ſubiiciā) tradit clarè Boe. q. 127. nu. 2. ſequitur potuiſſe relinqui.

9 Tertiò & fortius pro Do. Bartholomæa vrgere videbatur, quia affirmarunt crebriori calculo interpretes, † filiam non modò naturalem, ſed & ſpuriam à patre debere dotari, ita ſcribunt Bart. l. Mæuius. §. duobus. num. 18. de leg. 2. Bal. l. neque mater. C. de iure dot. Abbas, conſil. 115. lib. 2. cum aliis relatis per Ripam in l. num. 6. ff. ſol. matr. addo.

10 Bald. conſi. 262. Recolendæ. 2. dubio. lib. 1. Et plura ſcribit Boe. q. 127. nu. 2. 7. vbi inquit, † non debere excedere quātitatē alimentorum, cùm illius loco dos data cēſeatur, & Bart. l. Titio centum. §. Titio genero. nume. 6. ff. de cond. & demon. ſi ergo rectè legatum dicitur factum Catheri-

11 næ: ſequitur, illi ſuccedere potuiſſe videtur Bartholomæa mater, iuxta auth. defuncto. C. ad Tertul. † Eſt enim communis concluſio ſcribentium, etiam infantem ſuam hæreditatem matri tranſmittere, vt eſt glo. in l. apud hoſtes. C. de ſuis & leg. & tradunt omnes in leg. ſi infanti. C. de iure delib. Dec. conſ. 250. col. 2. cum aliis à Pariſio relatis conſ. 36. num 14. libr. 3. Hæc me hæſitatem reddebant, vt primo hoc capite contra D. Lazarum Delphinū reſponderē.

12 Re tamen ipſa diligentiſsimè animaduerſa, ac perpenſa, totus in contrariam diſceſsi ſententiam, nempè d. D. Bartholomæam nihil ex hoc dotis legato olim Catherinæ facto poſſe conſequi, quod nunc verum oſtendam, ſed priùs dicam, d. Catherinam non fuiſſe ſimpliciter filiam naturalem, ſed ſpuriam tanquam ex concubitu adulterino conceptam; quod iuris præſumptione ante omnia adiuuatur, † cùm filius potius ſpurius eſſe præſumatur quàm naturalis, ita conſuluit Alcia. reſponſo 268. num. 2. 3. & reſponſo 269. num. 1. 2. ibique mouetur quinque rationibus,

13 & illa præſertim fortiori, † quòd nec filius præſumitur legitimus, ſed potius naturalis, quia matrimonium eſt facti, & facta non præſumuntur. citat Bart. conſi. 42. Viſa inquiſitione. & Corneum conſ. 68. Placet mihi, lib. 1. Dec. l. ſi emancipati. C. de colla. eſt num. 3. quam rationem inquit Alcia. procedere in caſu noſtro, quia plura requiruntur, vt mulier dicatur concubina, & quæ non præſumuntur. citat poſt modum & in terminis glo. penul. capit. lator. extra. qui filij ſint leg. & ibi Præpoſitus, qui clarè dixit. filios præſumi natos ex adulterio; ſed eſto quòd hæc Alciati opinio ſit dubia. Secundò ſpuria creditur in caſu noſtro ſine controuerſia, quia iam conſtat quòd tempore quo cōcepta & nata eſt d. Catherina, ipſa Bartholomæa erat matrimonio iuncta cum Antonio Ferrerio. † quo fit vt Ca-

14 therina nata ex D. Petrino ſoluto & Bartholomæa ligata, verè ſpuria dicatur. vt ſuprà retuli, & tradit Are. §. nouiſsimè. Inſt. de S. C. Orficia. Catel. Cotta in ſuis memorialibus. in verbo, ſpurius. quos citat Placa d. lib. 1. Epito. delictorum, capi. 41. nu. 1. Soc. Iun. conſil. 130. numero 1. libro

15 2. † vt econtra natus ex ſoluta & vxorato dicitur ſpurius, ſecundum veriorem ſententiam, quam probat latè Deci. conſilio. 307. numero. 5. 6. Quod autem Dom. d. Bartholomæa virum Antonium Ferrerium haberet cum cohabitaret in domo Do. Petrini, fuit clariſsimè ex latere d. Lazari cōuenti probatum teſtimonio octo virorum, qui clarè deponunt ſe vidiſſe & cognouiſſe & alloquutos fuiſſe Dom. Antonium cùm dict. Bartholomæa ſuſcepit d. Catherinam, & cùm vnà cum D. Petrino moram traheret.

16 † quibus teſtibus vt ditioribus & nobilioribus eſt ſtādum ita egregiè tradit Crau. conſil. 249. num. 13. vbi ſubdit eſſe credendum his qui veriſimiliora deponunt vt iſti fecerunt,



runt, qui de viſu & de illius cognitione affirmāt quod tradit & Dec. conſi. 534. colu. finu. & Goza. conſil. 8. nu. 46. conſi. 13. nu. m. 27. Pariſi. conſil. 12. in fin, lib. 1. & alibi ſæpè, quorum teſtimonium confirmatur teſtimonio duorum, qui ex latere d. Bartholomææ fuerunt examinati, hoc eſt, Arnādi & Franciſchini Coqui, qui clarè affirmarunt d. Bartholomæam cum d. Antonio viro ſuo inhabitaſſe domum d. Petrini eo tempore quo d. Catherina eſt ſuſce-

17 pta. † nec horum dicta & depoſitiones poteſt amplius ipſa Bartholomæa impugnare, cùm illorum perſonam ſemel approbauerit, vt eſt notab. doctrina gloſſæ in §. & licet, in verbo ſupplicijs. in auth. de teſtib. Corſet. in ſuis ſin. in verbo, Teſtis, incipit, vbicunq; &c. Marſi. ſing. 92. licèt teſtis &c. Neuiz. conſi. 47. num. 12. circa fin. & poſt

18 multos tradit conſi. 100. in fi. qui dixit, † & hoc caſu vni teſti tantū eſſe ſtandum. Nec me mouent aliqua quæ aduerſus teſtes ipſius Do. Lazari obiiciuntur, quòd ſcilicèt varia deponere videantur, cùm interrogati alter dixerit d. Antonium fuiſſe rubei coloris, alter morelli ſeu nigri, alter quòd barbam habebat nigram, alter canam, alter quòd erat ætatis annorum quinquagintaquinque, alter ſexaginta, alter ſeptuaginta, quia reſpondeo, quò ad ætatem non eſſe mirum, quòd varient, cùm non omnes ſciant ſuper vnius ætate eodem modo iudicare; vt enim vnus quiſque eorum ſibi viſum fuit iudicauit, immò ferè omnes conueniunt in ætate; vt eſt Franciſcus Vialis, Antonius Bereta. Iaco. Beccaria & Io. Anton. vt etiam videmus eſſe variatum per teſtes d. Bartholomææ, cùm aliqui dixerint di. Antonium fuiſſe ætatis annorum 40. alij 50. cùm in loco

19 Margaritę moram traheret. ceſſat enim omnis difficultas; cū conſtet de perſona ipſius Antonij. † nam quòd dicitur homines recognoſci ex aliquo ſtigmate & ſigno, iux. tex. l. ſtigmata. C. de fabric. li. 10. intelligitur, cùm agitur de recognitione illius, qui vel per longam abſentiam, vel ex alterà cauſa, vt talis, vix recognoſci poteſt, vt præſupponit Bar. in d. l. ſtigmata. & Corſe. in ſuis ſing. in verbo, teſtis. incipic. dictum teſtis. & quæ difficultas vt retuli, hic ceſſat, præſertim quia duo illi teſtes d. Bartholomææ recognouerunt d. Antonium commorantem in domo d. Petrini, ex quibus ceſſat, quod dicitur de barba nigra, vel cana, & de colore, quia homines in ea ætate cōſtituti barbam habent non in totum nigram, nec in totum canam: & ideò non eſt mirum, quòd vnus dixerit eam nigram, alter canam. & idem de colore eſt, quia color rubeus non multum in facie hominis diſtat à colore quem vulgò morellum ſeu caſtaneum appellant, vt quotidie eſt videre. Clarè ergo conſtat, d. Antonium vixiſſe tempore natiuitatis d. Catherinæ, quæ ſanæ res clarior apparebit, ſi demonſtrabo ex latere d. Bartholomææ minimè probatum fuiſſe, d. Antonium vita fuiſſe functum antequam ipſa ſe cōferret ad habitandum cum d. Petrino. Nam nouem teſtes hac de re interrogati pro d. Bartholomæa nihil penitus probant. ſeptem enim fuerunt examinati in primo examine, duo ſunt additi in ſecundo. Ex primo ergo examine fuit prior loco interrog. Bernar. Biſſonetus, qui ex multis nihil probat. primò. quia ſolùm dixit, audiuiſſe in loco Mar-

20 garitæ vbi hoc fuit dictum, d. Anto in regionibus Lombardiæ, quò ſeſe contulerat, deceſſiſſe: † non enim exprimit quo tempore in ſpecie is Anton. ſit mortuus, quo ſcilicèt anno & menſe, vt erat omninò neceſſe, cùm tempus hoc caſu in ſpecie ſit probandum, ut tradit Bart. in l. non ſolùm. §. ſed vt probari. ff. de oper. noui nunt. & clarè ſcribit Soc. Sen. conſil. 42. colu. 3. verſic. præterea non probant. lib. 1. Nam niſi probetur in ſpecie quo tempore fit mortuus Anton. ſequeretur, d. Catherinam fuiſſe natam tempore quo ille præſumebatur viuere (vt ſtatim ſubiiciam) tempus ergo mortis in ſpecie erat probandum, quod in ſimili probat Salic. in l. matrem, in fi. C. de probat. Alex. conſil. 86. nu. 9. circa med. lib. 2. & Dec. in rubr. C. qui admitti, ſecunda lectura, nu. 37. vbi etiam Cur. Iu. num. 19. Zucchar. dus num. 35. & clarè idē reſpondit Crau. conſi. 20. nu. 33. verſi. rurſus. & licèt hic teſtis paulo poſt dicere videatur, quòd iam agitur annus vigeſimusſep. quo vita eſt functus d. Antonius: attamen ſua illa depoſitio non concludit, quia illa verba, *et ſeno circa 27. anni* &c. poſſunt referri non modò ad illa verba quòd d. Antonius 24 ſit mortuus; ſed & ad præcedentia, quòd ipſe teſtis non vidit d. Bartholomæam; vt verè illa verba reſpiciunt, ex vi 25 illius dictionis modificatiuæ, *ſa' no* &c. & eſt ſenſus, § iam ageret annus vig. ſeptimus quo non vidit dict. Bartholomæam, ſaluo præſenti tempore: ſecundò nō probat etiā in hoc ipſo tempore, cùm vitiatur illa dictione, vel circa, vt tradit Ruin. conſi. 10. num. 3. lib. 5. & Cur. Iun. conſ. 144. num. 4. Tertiò non probat, quia dum de morte deponit, ſolùm deponit de auditu & fama vt & cæteri quos ſtatim

21 referam deponunt) quò fit † vt licèt mors alicuius per famam probari poſſit, vt tradit Bart. in l. ſi quidem. C. ſol. mat. & Dec. conſi. 575. numer. 2. qui alios citat, attamen duo concurrere debent. Primò, quòd teſtes iſti de fama deponentes ſint omni excep. maiores: vt ſcribit poſt Iaſ. & Decium quos citat Crau. conſi. 249. num. 14. Secundò, quòd hoc audierint à fide dignis, vt tradit Do. Crau. d. num. 14. verſic. item in caſibus; ea ratione quia fama originem trahere debet à fide dignis, capitulo qualiter & quando. il 2. de accuſat. & tradit Bart. in l. de minore. §. plurium. nu. 15. de q. & Aret. cōſ. 73. nu. 13. Pariſ. conſ. 153. nu. 12. li. 4. Cur. Iun. conſ. 122. nu. 9. circa med. & vtraque qualitas, hoc eſt, quòd deponentes ſint teſtes omni exceptione maiores. & quòd hi qui famæ originem præbuerint, fuerint fide digni. debet deduci & probari, ſic Crau. d. conſ. 249. nu. 14. verſ. item in caſibus &c. & de teſte quòd ſit omni exceptione maior tradit Cur. Sen. tract. de teſtibus, concluſione 35. & Soci. Iun. conſ. 39. num. 62. lib. 2. Gramma. Neap. conſ. 35. nu. 38. Pariſ. conſ. 24. nu. 15. lib. 3. & alibi ſæpiſſimè.

Tertiò dicere debent, ſe ita credere, vt tradunt. Butrius & Are. in c. quoties. de teſtib. Capra conſ. 156. nu. 7. Cor. conſ. 62. nu. 12. lib. 1. Neuiz. conſ. 78. nu. 8. & Natta conſi. 170. nu. 7. lib. 1.

22 Quartò non probat, quia aduerſatur 5. & 7. teſtis, dum dicit d. Antonium receſſiſſe è d. loco Margaritæ, & ſe cōtuliſſe in regiones Lombardiæ. & tamen 5. & 7. teſtis, quos infrà referam, aliter dicunt; † cùm ergo ſint adinuicem contrarij ad commodum d. Bartholomææ, illis non eſt credendum. l. qui falſo vel variè. ff. de teſtib. pulchrè Grā. voto 31 num. 20. & idem in conſi. 26. num. 20. dixit, quòd vbi teſtes ſunt contrarij nemini creditur. idem Gramma. conſi. 31. nu. 8. & conſi. 38. in fin. conſi. 44. nu. 10. Soci. Iu. conſi. 37. num. 32. conſil. 39. num. 48. lib. 2. Secundò teſtis eodem morbo laborat, qui etiam aduerſatur tertio teſti & 4. vt ſtatim referam. Tertius teſtis Iuuenalis Sicaro eiſdem rationibus ſuprà in primo relatis non probat; adde quòd aduerſatur 2. ſtatim relato. Nam hic dixit, d. Antonium in vxorem duxiſſe d. Bartholomæam in ipſo loco Margaritæ, & tamē ille ſecundus dixit in loco Cænæ. quibus rationib. ſic pariter reiicitur teſtimonium 4. Petri Bernelli, cum aduerſetur primo & ſecundo, deponat de ſola fama mortis Antonij, nec dicat à quo audierit, & quo tempore in ſpecie ſit mortuus. quintus vero teſtis Baldaſſar Arnandus probat contra dict. Bartholomæam, vt ſuprà retuli. 6. teſtis Catherina Toſcana nihil de morte, vel vita Antonij. ſeptimus verò teſtis Franciſcus Coruus probat d. Bartholomæam, vt ſuprà retuli, duo alij teſtes in ſecundo examine interrogati, hoc eſt Iac. Iuſta, & Thomas Borellus, codem morbo laborant, cùm ſolùm de auditu & fama mortis d. Antonij deponant: nec quo

23 tempore ſit mortuus. † Rurſus ex multis his teſtibus Bartholomææ non eſt credendum, quia ſuper tempore mortis fuerunt hi teſtes iterùm examinati, ſeu (vt dicitur) repetiti iam eorum publicatione facta, quod non erat concedendum timore ſubornationis, iuxta textum vbi Bartol. & omnes in auth. qui ſemel. C. de proba. & in cap. fraternitatis, extra de teſtibus. Pariſ. cōſ. 107. num. 81. li. 1. Nec de iuſta & legitima cauſa conceſſionis cōnſtat vt hoc modo potuerint examinari; & ideo diſputatio in fine cauſæ rectè id inter locutoria admiſſionis nouorum capitulorum fuit appoſiti & vere nonum hoc capitulum tacitè erat reiiciendum, cùm contineret ſaltim quæ in primo erant deducta, vt egregiè tradit Crauet. conſi. 134. num. 47. quòd ſubornatio interceſſerit, apparet clariſſimè, quia ipſimet teſtes in d. ſecundo examine affirmarunt, quòd cùm fuiſſent à d. Bartholomæa requiſiti vt teſtimonium ferrent ſuper hoc tempore mortiā Antonij ipſi dixerunt ſe ignorare, poſtmodùm quòd vnā ſimul ipſi teſtes conuenerunt, quod eſſe poterant anni trigintaſeptem; † nam hæc teſtium inter ſe conuentio, hæcque ſermonis præmeditatio maximam arguit ſuſpicionem, † immò facit vt illis fides adhibenda non ſit, vt eſt clariſſ. tex. in l. 3. §. tu magis. ff. de teſtib. Iaſ. l. 1. §. vltim. num. 6. in fi. de verbo. ob. Dec. conſil. 105. colum. penul.

ſ. 5. hic te-

verſicul.3.omnes &c.Pariſ.conſi.58. numero 4.libr.3.&
26 Crauet.conſilio 78.in fine.† Nec certè tam amplè erant
hi teſtes interrogandi,ſed ſimpliciter ſuper illa difficulta-
te,an eſſent anni nouem & viginti;quòd receſſiſſet d.An-
tonius, & quòd eſſet mortuus in loco Plebis Cayri agri
Papienſis,vt fuit capitulatum ſecundo loco,&ita non po
terant examinari teſtes ſuper tempore in ſpecie mortis,
nec ſup fama, & à quo audierunt : cùm ergo non debue-
27 rint ſuper his examinari,† & fuerint examinati,non pro
bant,vt tradit Bar.in l.1.§.Antonius. ff. de quæſt.& alios
refert & declarat Gramma.conſ.3.nu.9.cùm hoc caſu lex
reſiſtat ex multis relatis rationibus, admiſſi nullo pacto
probant,vt per Gramma. ex quibus ceſſat illa difficultas,
quòd aliqui ex his teſtibus ſecundi examinis dixerint ſe
audiuiſſe,d.Antonium mortuum in d.loco PlebisCayri,
à Iacobino d.Antonij fratre;quæ etiam cauſa nihil rele-
uat, quia non conſtat d.Iacobinum fuiſſe virum fide di-
gnum,cùm ignorare tam ipſe potuerit quàm ipſi teſtes,
cùm in eodem loco Margaritæ moram traheret,non e-
nim is Iacobinus dixit ſe vel literas vel nuntium habuiſſe
ex d.loco Plebis Cayri.Rurſus non conſtat d.Iacobinum
fuiſſe fratrem.d.Antonij.iuxta tradita per D.Crau.conſ.
249.num.12.verſi.2.principaliter &c. Dec.conſil.322.&
conſil.524.colu.1.D.Alciat.tract.præſum.reg.1.præſum.
28.num.9.Tiraq.de retractu conſang.§.1.gl.16.cum aliis
28 quos ſciens prætereo.†Præterea teſtes D. Lazari vt teſtes
rei præferri debent teſtibus d. Bartholomææ actricis. ita
Ruin.conſi.158.num.14.lib.5.Re vera ergo conſtat, dict.
Bartholomæam fuiſſe matrimonio copulatam,quando v-
nà cum d.D.Petrino Delphino moram trahebat,& ita d.
Catherinam eſſe ſpuriam. Hoc ita patefacto dicendum
nunc eſt,an d. Catherinæ legari à patre potuerit aliquid.
29 †Et dicendum eſt, non potuiſſe relinqui quod in alium
tranſeat. ſed hæc dos reuertitur ad hæredes ipſius Petri-
ni,vt eſt in terminis doctrina Bart.in l. vlti.§. ſi à ſocero.
ff. de his quæ in fraudem cred. quem ſecutus eſt Abbas
conſ.50 .& conſil. 115. num. 2. lib.2. & in claris terminis
probauit Ripa in l.1.num.67.ſolu.matr.Addo Bart.in le.
Mæuius.§.duobus.num.18. de leg.1. Decius conſilio 312.
numero 4.Ruinus conſilio 103. in fine.libro 3. Roland. à
Valle conſi.74.nu.49.lib.1.quibus in lucis huius rei ratio
nem reddunt.

Secundò,dato(non tamen conceſſo) quòd dos Cathe-
rinæ relicta poſsit ad ſuos hæredes tranſire, non tamen
30 adhuc tranſit ad d. Bartholomæam; quia† quemadmo-
31 dũ ſpuria nec matri ſuccedit,†ſic econtra nec filiæ ſpuriæ
ſuccedunt ipſi parentes, cùm ex eorum proprio delicto
facti ſint incapaces. Ita clarè tradit Bald.in d.auth.licet.
C.de naturalibus liber.Io. Baptiſta de Seuerino.l. ſi qua
illuſtris.nu.77.C.ad S.C.Orficia.Alex.conſi.150.num.6.
lib.2.& plures citat Petrus Placa.d.li.1. Epitomi delicto-
rum.cap.41.numer.22. ſine iure ergo & actione experitur
ipſa Bartholomæa.Non obſtant nunc adducta in oppoſi-
tum quibus ſatis reſponſum videtur,ſed ſigillatim reſpon
dendo,dico ad illum primum,quòd filius naturalis potius
præſumitur,quàm ſpurius,vt ſupra retuli multis rationi-
bus contrarium probaſſe D.Alciatum reſponſo 268. qui
reſpondet illi rationi quam afferabat Bal.& poſt eum Cra
32 uet.† quòd delictum non præſumitur;nam inquit ille nõ
33 procedere niſi quando quis eſt reus, & ſe excuſat,† agen-
do autem aliud eſt.l.qui iuraſſe.§.ſi pater.ff.de iureiuran.
& in terminis citat Alc.Deci.in l.ſi emancipati. numero
4.in fin.C.de colla.idem Dec.in cap.ſuper literis. numer.
34 8.in fine.extra de reſcrip.† Rurſus inquit D. Alcia.ꝙ im-
mò maius delictum eſſet quando præſumeretur filius na-
turalis,ex quo eſſet natus ex illo & illa qui diu in peccato
vixiſſent ex longa cohabitatione iure Pontificio omnino
prohibita,Præterea & 3.reſpondeo, quòd cùm iam con-
ſtet,d.Bartholomæam fuiſſe d.Antonio matrimonio iun
ctam,præſumitur Chaterina ſpuria;cùm in dubio præſu-
matur adhuc viuere d.Antoni. nam cum eſſet adhuc æta-
tis annorum ſexaginta,præſmitur poſſe viuere per annos
35 quadraginta, † cùm præſumatur homo viuere vſque ad
centum annos,vt tradit gloſſa. in lege vltima.C. de ſacro
ſanctis eccleſijs quam eſt ſecutus Bartolus in lege ſecun-
da §.ſi dubitetur.ff.quemadmodum teſtamenta aperian-
tur & licet aliqui contradicant,vt decius d.l. ſi emãcipati
numero tertio,verſi.non obſtant allegata.&c.C.de colla.
Gozad.conſilio 68.numer. ſexto verſiculo non obſtat.&
Dom.Alciat.tractatu præſumptionum regu.1. præſump.

36 44. attamen ceſſat difficultas, †cùm agens in morte ſe
fundat,quia contra eum eſt præſumptio.ſic pulchrè & e-
gregiè docet & declarat Didacus Couar.libr.2.varia.re-
ſolu.cap.7.nume.6.verſic.3.pro eadem; cùm ergo hîc ad
fuerit ſemel vir, & præſumatur adhuc viuere, præſum-
ptio eſt Catherinam eſſe ex adulterio natam. Quartò re-
ſpondeo ceſſare præſumptionem poſteaquàm eſt proba-
tum,dom.Antonium fuiſſe in humanis, cùm Catherina
eſt nata.

Non obſtat ſecundũ,quia iam damonſtrauimus d.Ca-
therinam eſſe ſpuriam,& ideo ceſſat fundamentum quòd
eſſet naturalis.

Non obſtat tertiũ;quia reſpondeo , quòd etſi dos ſpu
riæ potuerit relinqui; attñ, ea mortua reuertitur ad hæ-
redes Patris,non ad ſuos proprios,vt ſuprà latè retuli.Ita
concludo in prima hac dubitatione.

Quò ad ſecundum illud caput principale conſultatio-
nis , dato quòd dict. Catherina capax fuerit dict. le-
gati;an illud transmiſerit ad matrem cùm vita ſit fun-
cta ante contractum matrimonium. Qua in re dicen-
dum videbatur prima(vt dici ſolet) facie, potuiſſe tranſ-
mitti.

Primò,quia etſi communis & vera videatur Bart. ſen-
tentia.in l.Titio centum.§. Titio genero.num. de cond.
37 & demo.†legatum dotis cenſeri conditionale, & ideò nõ
poſſe tranſmitti: attamen ab hac ſententia recedimus,
cùm aliæ diuerſæ extant coniecturę, vt ipſemet Bart.ibi
tradit.num.3. verſicul.non obſtat.&c.& cum eſt ſecutus
Socin. Sen.& Craue.quos ſtatim referam.ſed in caſu no-
ſtro plures extare videntur coniecturæ, quib. conijcere
licet,legatum fuiſſe purum,non conditionale,illam con-
38 iecturã facio,quòd † verba illa pro ſuis dotibus,& ad ef-
fectum, vt cum aliquo probo viro poſſit copulari. &c.
quæ non reſpiciunt ſvbſtantiam legati,ſed potius execu-
tionem:quo caſu legatum dicitur purum, vt in terminis
tradit Bald.conſilio 286.ſuper primo puncto.in 3.dubio
libro 3. Socinu Senior.conſilio 92.colum.7.verſicul.con
firmatur ex alia coniectura. &c.libro 1. quos ſecutus eſt
Craue. conſil.101.nume.1.verſicul.ſed præmiſſis non ob-
ſtantibus &c.

Secundò illa coniectura conſiderari poteſt,quam & re
tulit idem Craueta dict.conſilio 101. numer.1.verſicul.2.
quia &c. illa verba ſcilicèt ad effectum vt poſſit cum a-
liquo probo viro copulari &c. videntur reſpicere quæ-
dam præparatoria , quæ animi cogitatione ſolent nup-
tias præuenire & ſonare, quòd mediante legato illæ filiæ
nubere poſſint, quo caſu tale legatum dicitur purum;&
& huius opinionis citat Crauet. Baldum in conſilio 249.
An legatum lib.4.nam inquiunt illi,paria eſſe,quòd lega-
tum fiat pro dote, vel fiat pro filiab. matrimonio collo-
candis.

Tertiò adducebar,ea coniectura,quam in terminis con
ſiderauit Craue.d.conſi.101.num.2.verſic.4.alia colligi-
tur &c.nam cùm hic Domin.Petrinus teſtator legauerit
D.Euangeliſtę ſorori iam nuptę Do. Ioſepho Bricio au-
reos centum,clarè apparet nullam rationem habuiſſe nu-
ptiarum in eo caſu.ſicut ergo ceſſante ratione nuptiarum,
legauit ſorori, ita pariter dicendum eſt, cum voluiſſe &
Catherinę filię legare ſine aliqua conditione nuptiarum,
immò à fortiori, cum ſit præſumptio filiarum magis di-
lexiſſe,quàm ipſam ſororem,argumento l.Publius. §.1.v-
bi Soc.ff.de cond.& demo.Dec.conſ.514.nume. 2.3.Do.
Crauet.conſi.62.num. 7.8.& conſi.147.num.2.3.& alibi.
& item ſimilem conſiderationem fecit Ancha.conſilio
323.quem eſt ſecutus Soc.Sen.d.conſi.92.col.7.ver.addu-
cit etiam.

Quartò ſuffragari videtur,quia deductum & probatum
fuit ex ipſamet confeſſione Do.Lazari conuenti ex com-
muni loquendi vſu in ipſo loco Cunei, dotem appellari
earum mulierum,quæ nuptę non ſunt, vt dos puellę, dos
viduæ.quo caſu ſequitur hoc legatum dotis non eſſe con
ditionale,vt pote reſpiciens matrimonium futurum , ſed
dicitur eſſe purũ,cùm dos tam ante matrimonium quàm
poſt dicatur eſſe dos,ex eleganti doctrina Bart. in d.l. Ti
tio centum.§.Titio genero.nu.3.in fin.verſi.item ſi pona
mus.de cond.& demon.quem ſecutus eſt Soc.Sen. d.conſ.
92.col.6.in fi. verſ.ſecunda coniectura poſſet.Soci. Iun.
conſ.134.nu.27.28.lib.1.

Quintò & vltimò ex alio excluſus videbatur Dominus
Lazarus vt conſequi non poſſit quicquam ex his dotibus,
†quia



39 † quia is qui vt agnatus vult agere ad reuocationem eorũ
quæ ſpurio ſunt relicta, intra duos menſes debet agere,
40 †aliàs excluditur†& fiſco fit locus.l.1.C.de naturalib. li-
41 ber.Bal.certum. col.4.C. vnde l. & poſt Corneũ conſ.103.
lib.3.tradit.D.Crau. conſ.166. nume.15.Hæc me dubium
valde faciebant,vt aduerſus D.Lazarum Delphinum re-
ſponderem.

Cęterùm re ipſa longè melius conſiderata & perpenſa,
verior viſa fuit contraria ſententia D. Delphini aduerſus
Bartholomæam. quod vt dicam,primò adducor, quia in
caſu iſto Dominus Petrinus, dict. Catherinæ pater, non
tenebatur illi filiæ vti naturali aliquid de iure ciuili relin
quere, quod eſſet loco legitimæ,cùm in ſua facultate à le
ge ſit relictum vt poſſit legare ſi placuerit.d.authen.licet.
42 C.de naturalibus liber.†ponderando verbum licet,quod
43 eſt voluntatis,non autem neceſſitatis.†Et quamuis ab in-
teſtato filiæ naturali ſaltem duæ vnciæ ex patris hæredi-
tate debeantur.d.authen.licet.§.1.illæ tamen non ſunt lo
co legitimæ,ſed loco alimentorum,vt ibi tex. clarè pro-
bat,in illis verbis, Huiuſmodi naturales filios paſci boni
viri arbitrio eſt neceſſe &c.&eo loco ſic tradunt omnes.
Quòd ea ratione affirmant interpretes,dotem filiæ natu-
rali datam eſſe loco alimentorum,ita poſt multos docuit
Ripa l.1.num.66.ſol.matrim.& Boe.q.127.num.4.5.& a-
44 libi ſæpe.†Et maxima eſt differentia(vt ſtatim ſubiiciam)
quòd dos ſit loco alimentorum vel loco legitimæ. cùm
ergo non teneretur omnino pater ex cauſa legitimæ do-
tem relinquere,dos ſic legata dicitur ſub conditione lega
ta, non purè,ex communi ſententia doctorum, poſt Bar.
in l.Titio centum.§.Titio genero.num.4. de cond.& de
mon.quem ſunt ſecuti quamplures relati à Tiraq. in trac.
de retractu conſang.§.2.gl.1.nu.53. 54. addo Ruin.conſi.
45 53.num.12.li.2.& Pariſ.conſ.110.num.7.8.lib.4.†non er-
go potuit tranſmitti hoc legatum , cum conditio non e-
uenerit,vt tradit Bart.d.§.Titio genero.num.2.in fi.verſi.
ex hoc inſurgit.Pariſi.conſi.25.nu.60.lib. 2.conſil.36.nu.
14.lib.3.

Secundò,quòd ſit conditionale conſidero legatum nõ
46 fuiſſe factum ſimpliciter pro dote,†ſed fuit dictum ad ef-
fectũ,vt poſſit cum aliquo probo copulari,vel monaſte-
rium ingredi, quo caſu euẽtus ipſius futuri matrimonii,
vel carnalis vel ſpiritualis habitus fuit in conſideratione.
Et ideò dicitur conditionale.ſic ſentit Bar.d.§.Titio ge-
nero.nume.4.verſ.ſi verò legat ſimpliciter; & Soc.Sen.d.
conſilio 92. col. 6. verſi.2. coniectura poſita &c. in fine
libro. 1. quod fundamentum clarius reddetur ex his quæ
ſtatim ſubijciam.

Tertiò, quòd legatum ſit conditionale demonſtratur.
Nam hic teſtator huic filiæ alimenta in domo ſuorum hę
redum reliquit,donec matrimonio fuerit collocata:&de-
inde dotem reliquit ad hunc effectum vt nubat, ergo verè
legatum reſpicit futurum matrimonium,quia nulla ſub -
eſt ratio qua poſſimus dicere legatum debere dici purũ,
nam ſi volumus dicere effici purum, quia legitima debet
eſſe ſine onere, non procedit, quia ( vt dixi ) hîc dos non
datur loco legitimæ:ſi verò volumus dicere eſſe loco ali-
mentorum, tunc dico hoc tantùm reſpicere poſt con-
tractum matrimonium,cùm ante matrimonium habeat
alimenta in domo ipſorum hæredum , ergo dos hæc erit
ſub conditione legata.

Quartò & vltimò moueor ex alio, & pondero verba
legati,ibi, dummodo ipſa Catherina ſe reducat infrà qua
tuor annos ad domum ipſius teſtatoris &c. quæ verba in
alio faciunt conditionem, vt ſcilicèt ita demum debea-
tur legatum dotis, ſi ſe contulerit ad habitandum cum
47 ſuis hæredibus. † Nam dictio illa dummodo, importat
conditionem, ex quo adiungitur ei quod venit implen-
dum antequàm actus perficiatur. l. Thais. §. Stichus.de
manu.teſta.Bart.& cęteri in l.quib.diebus. §. Termilius.
de conſt. & demonſtra. Crauet.conſil.10.numero 14. vbi
quamplures citat. Addo Soc.Iun.conſil.148.in fine.libr.
1.& Cur.Sen.conſil.74.colu.8.in princip.verſi.capio ſe-
cundam legitimatione , qui inquit demonſtare quan-
dam formam , qua non ſeruata actus non valet, & eſt o-
mnino nullus, vt ſubiiciam ſtatim , quæ ſanè conditio ad
commodum ipſorum hæredum fuit appoſita, iuxta tra-
dita per Bartol.in l.Caio.§.Imperator.in fine. ff.de alim.
& ciba.leg.quem ſunt ſecuti in claris terminis noſtris So
cinus Iunior conſil.134.nume.10.11.12.lib.1.vbi etiam di-
cit hoc legatum eſſe conditionale:& Bart. ſequitur Ruin.

conſil.80.nume.3.lib.2.Crauet.conſi. 268.colu.1.in fine.
Rola. à Valle conſi.22.num.9. libr. 1.Alcia.reſponſo 552.
num.1.2.cùm ergo ex latere d. Bartholomææ non fuerit
probatum,conditioni fuiſſe ad vnguem ſatisfactum,lega
tum non debet omni in caſu poſſe conſequi. Nam is qui
aliquid relictum ſub conditione vult conſequi, debet
probare fuiſſe conditionem adimpletam,& ita purifica-
tam;vt tradit Bart.l.1.§.docere.ff.ne quis eum. Dec.con-
ſil.405.colum.2.circa med.Soc.Iuni. conſil. 145.nume.3.
lib.3.Nec ſufficeret probaſſe, d. Catherinam habitaſſe in
d.domo hæredum , niſi fuerit probatum intra debitum
48 tempus eam ingreſſam:† quia conditio formam impor-
tat.Bald.authen.matri & auiæ. C. quando mulier tut.off.
fung. pot. quem ſunt ſecuti Socinus Iunior , conſil. 122.
nu. 19.li.1.conſ.85.nu.15.ſi.2.Rui.con.199.nu.1.li.1. Tira-
quel. de retract. conuen. §. 2. gloſſ. 1. numero 3. Pariſius
conſilio 97.nume.159.libro 1.& forma eſt obſeruanda ad
vnguem,omnes l.1.ff.de lib.& poſthum.& ſcribit Decius
conſ.532.nu.4.5. latiſſimè Tiraq.de retractu conſan.§.1.
glo.21.num. 11. vbi idem vult etiamſi cauſa eſſet pia & fa-
49 uorabilis,† immò ſi conditio ipſa in aliquo minimo de-
ficit,non dicitur illi ſatisfactum.glo.leg.res bonafide, de
contrah.empt.Goza.conſ. 40.nu. 12. Non obſtant nunc
50 adducta in oppoſitum: quia ad primum reſpondeo, † ꝙ
immò illa verba ad effectum vt poſſit cum probo copu-
lari &c. reſpiciunt ſubſtantiam , non autem executionẽ,
vt ſuis in caſibus dicebant Bal.Soci. & Craueta.quorum
caſus non parum à noſtro longè diſtabant.Nam Bald.lo-
quitur in caſu,quando tẽpus fuit inſertum ſolutioni,non
ſubſtantiæ legati;quia teſtator dixerat, lego &c. quandò
nupſerit; iam enim eo caſu legatum in ſua ſubſtantia e-
rat perfectum, & tempus ſolum fuit adiectum ſolutioni;
quando nupſerit &c. ſed hîc eſt propriè poſitum ſub-
ſtantiæ legati,dum dixit ad effectum &c.Socin. verò Se-
nior videtur fateri contrarium, quòd tempus appoſitum
executioni legati reddat illud conditionale. citat le.cùm
teſtator.C.de manu.teſta.Iac.de Are.&Cyn.in l.ex his.C.
quando dies l.ced.& Plumbinum in le. ſi ita ſcriptum.ff.
de manumiſſ. teſta. & alios; ſed in ſuo caſu affirmat, non
operari ſuſpenſionem,quia dos erat data filiæ,quæ dos lo
co legitimæ eſt,& quæ aliquo onere grauari non poteſt,
cùm tamen nos loquamur in caſu ſatis diuerſo, vt ſuprà
retuli, ſic pariter in caſu D.Crauettæ verba poſita in exe-
cutione multũ diſtabant à verbis ſubſtantiæ legati , vt i-
pſemet declarat,cùm tamen hîc vno verborum cõſtructu
ſint omnia clauſa.

51 † Non obſtat ſecundum fundamentum, quia eſt ad-
uerſus communem ſententiam Bartol. & aliorum, con-
tra quam conſuluit ipſe Baldus conſilio 249. libro quar-
to,quia à Craueta citatur vt ex ipſomet conſilio Baldi eſt
videre.

Non obſtat tertium , quia non arbitror eſſe ſatis bo-
nam coniecturam;quia non poterat ſorori aliquid legari
ea ratione,cùm iam matrimonio eſſet collocata, & quan
do collocanda fuiſſet, eſt præſumendum quòd ei ſic pa-
riter legaſſet; & quòd hic fuit animus ipſius Petrini pa-
tet,quia dum legauit ſuis neptibus,hoc eſt, filiabus Ioan-
nis Andreæ, & Euangeliſtæ fratrum ea ratione & cau-
ſa legauit, cùm matrimonio collocarentur , quia ſic
perſonæ qualitas poſtulabat, vt in ipſa etiam Catherina
filia.

Non obſtat quartum,quia reſpondeo ex eiuſdem Soci.
Sen.ſententiæ,d.conſ.92. col.6.verſ.2.coniectura, quòd
argumentum procederet, quando ſimpliciter fuiſſet di-
ctum,pro dote d.Catherinæ; ſed hîc alia verba ſunt ad-
dita; ad effectum ſcilicèt vt cum probo poſſit copulari.
quo in caſu ceſſat argumentum ſumptum ex communi v-
ſu loquendi.

Non obbſtat quintum & vltimum, quia reſpondeo nõ
fuiſſe neceſſe ipſi D.Lazaro aliquid petere; quia iam reti-
nebat,& facilius conceditur retentio quàm noua petitio
ita Bal.l. 2.3.nota.C.de fideic.Soc.Iun.conſ.1.num.10.li.
52 1.† quæ ad agendum ſunt temporalia, ad excipiendum
ſunt perpetua,nam ſi dotes apud Catherinam vel Bartho-
lomæam matrem fuiſſent, habuiſſet tunc neceſſe ipſe D.
Lazarus intra d.tempus agere:ſed cùm ius ſuum poſſide-
ret,non poteſt dici ex illo tempore excluſus;& propriè,
vt Bald.& Crauet. relati loquuntur in eo qui vult agere.
Reſpondeo & ſecundò, quòd hoc modo contra Do.La-
zarum eſt excipere de iure tertij, quod non eſt excluſi-
uum

uum iuris ipſius Do. Lazari ipſo iure,ſed parte volente: quo caſu non licet de eo opponere.l.2.ff.ſi ager vecti. vel emphy. peta.l.2.C.de iure emphyt.Bart.in l. 2.& ibidem So.nu.8. ff.de excep.rei iud.Rui.conſ.129. numer.9.libro 2.& conſ. 48.num.12.lib. 4.copioſè Tiraq.in l.ſi vnquam. in verbo,reuertatur.nume.358. C.de reuoca. Concludo. itaque,D.Lazarum eſſe abſoluendum à petitis d. Dom. Bartholomææ.

Iacobus Menochius I. C.

## *SVMMARIVM.*

1 *Verba illa in inueſtitura poſita, & quicquid placuerit faciendum &c.arguunt feudum antiquum & alteratum & contra feudi naturam eſſe effectum alienabile,& de veritate numer.20. & ſeq.*
2 *Similiter de his verbis dicimus,ideſt,prout viſum fuerit vobis,& placebit &c.*
3 *Idem de his verbis,quibus dederit,&c.*
4 *Et quid ſi adeſſet clauſula,& cauſam habentibus ab eod.*
5 *Emens ab habente poteſtatem faciendi de feudo quicquid ſibi placuerit,dicitur feudum poſſidere, vt rem propriam & allodialem.*
6 *Feudum dicitur hæreditarium vbicunque in inueſtitura ſit mentio hæredum.*
7 *Idem quando collaterales ſunt vocati.*
8 *Filius vel agnatus ſuccedens in feudo ex pacto & prouidentia, nõ habet neceſſe iam defuncto eſſe filius vel agnatus illius, vel alterius anteceſſoris hæres.*
9 *Feudum in dubio ex pacto & prouidentia,non autem hæreditarium præſumendum eſt.*
10 *Feudum in cuius inueſtitura non eſt facta mentio hæredum, ſed tãtùm de ſe filiis,nepotibus & pronepotibus, dicitur ex pacto & prouidentia,non autem hæreditarium.*
11 *Idem quoque ſi dictum ſit pro ſe liberis & ſucceſſoribus quibuſcũque maſculis,& qua ratione.*
12 *Geminatio verborum quid operetur.*
13 *Verba hæc,pro ſe,filiis, nepotibus & pronepotibus vſque in infinitum deſcendentibus, poſita in inueſtitura, denotant feudum eſſe ex pacto & prouidentia,non autem hæreditarium.*
14 *Verba hæc,vſque in infinitum, an conueniant conſanguinitati potius quàm aliis hæredibus.*
15 *Idem ſi diceretur,concedo Caio & eius proli.*
16 *Vel ſuis poſteris & generi.*
17 *Dictio,ſaluo,eſt modificatiua.*
18 *Clauſula in inueſtitura poſita ſaluo iure feudi,quid operetur.*
19 *Interpretatio in dubio eſt facienda in caſu magis neceſſario.*
20 *Interpretatio ſtrictè eſt ſumenda in materia feudali.*
21 *Clauſula illa in inueſtitura poſita,& quicquid placuerit faciendũ &c.operatur, vt de feudo illo inter agnatos & illos de familia diſponere valeat.*
22 *Pater non poteſt diſponere de feudo ex pacto & prouidentia in præiudicium aliorum ſuccedere debentium.*
23 *Clauſula in inueſtitura poſita & quibus dederit &c.operatur vt poſſit fieri alienatio in ſanguine coniunctos, qui aliàs ſucceſſuri ſunt.*
24 *Feudum cur magis in dubio iudicetur ex pacto, & prouidentia quàm hæreditarium.*
25 *Verba illa in inueſtitura poſita pro ſe, & quibuſcunque hæredibus,ſunt paria cum illis verbis, & quibus dederit &c. & non operantur vt feudum transferatur ad extraneos, & qua ratione.*
26 *Feudum hæreditarium eſſe ex quibus cognoſci poſſit.*
27 *Clauſula habeas plures intellectus & interpretationes, in eum ſenſum debet interpretari, vt minus lædat actum in quo apponitur quàm ſit poſſibile.*
28 *Clauſula poſita in executiuis inueſtituræ nihil operatur. & numero 32.*
26 *Vaſallus an poſſit iurare in inueſtitura feudi fidelitatem pro ſe,& hæredibus ſuis.*
30 *Iuramentum fidelitatis intra annum inueſtituræ nouæ ſuſcipi debet.*
31 *Iuramentum eſt quid perſonale.*
32 *Verba in executiuis actus nihil operantur.*
33 *Pars vna legis in teſtamentis aliam declarare poteſt.*
34 *Collaterales vſque ad ſeptimum gradum ſuccedere poſſunt in feudo ex pacto,& prouidentia.*
35 *Et etiam in infinitum quando de primo acquirente ſit tranſitus in deſcendentes.*
36 *Succeſſio feudi illuſtrium dicitur vſque in infinitum.*
37 *In inueſtitura feudi hæreditarii quomodo ſint interrogandi hæredes ſucceſſoris.*
38 *Succedens in feudo antiquo & paterno non tenetur ad æs alienum contractum per anteceſſorem, cui non habet neceſſe eſſe hæres,& qua ratione.*
39 *Creditor ex cauſa dotis non poteſt illam ex bonis feudalibus recuperare.*
40 *Poſitiones ſeu interrogationes debent fieri ante litem conteſtatam.*

## CONSILIVM LXI.

# Initium à Domino.

CONTROVERSI iuris
conſultatio propoſita.cùm
grauis ſit, & perplexas ha-
beat Doctorum opiniones,
verè non meretur in tanta
temporis anguſtia,qua pre-
mor, ob aſſiduum docendi
munus,tractari,atque expli
cari. Verùm,ne interrogan
ti deeſſe velle videar, dicam
paucis, pro temporis breui
tate,quod hac de re tam gra
uiſentio. Ambigitur enim an illuſtris D. Intermon-
tium teneatur reſpondere interrogationibus ſibi factis
ab illuſtri D.Leyuici;an.ſ.ipſe D. Intermontium ſit, vel
eſſe velit hæres Illuſtris D. Gulielmi primi inueſtiti, vel
illuſtris D.Bonifacij ſecundi,vel illuſtris D. Caroli vlti-
mo loco defuncti.Et prima facie(vt dici ſolet) dicendum
videbatur,D.Intermontium teneri reſpondere: cùm ma
ximè videatur intereſſe D.Leyuici hoc ſcire, ex quo repe
ritur creditor ſatis egregiæ ſummæ, præſertim ex cã do-
tis Illuſtris vxoris ſuæ,quã quidẽ ſummam ex feudis iſtis,
ſi hæreditaria feuda ſunt,conſequi poterit.Quòd aũt hoc
feudum hæreditarium ſit, & alienabile,tribus rationibus
ſuaderi videtur.

Primò hoc ſignificare videntur illa verba inueſtituræ:
Ad habendum,tenendum poſſidendum:& quicquid ſibi,
ſaluo iure feudi & fidelitatis debiti,deinceps de dicto feu
1 do placuerit faciendum,&c.Quæ†ſanè verba, Quidquid
placuerit faciendum,&c. arguere videntur, hoc feudum
antiquũ eſſe alteratum,& contra feudi naturam eſſe effe-
ctum alienabile.Ita reſpondit Soc.Sen.conſi.252.col.pe.
q.2.lib. 2. quem in ſpecie ſecutus eſt celeberr. iuriſcon-
ſultus & mihi compater Cra.conſ.356.col.3. verſ.ſed hic
dubitatur. Qui verè rñdit,hãc clauſulam immutare feudi
naturã,& efficere illud alienabile & hæreditariũ.Et eiuſ-
dem opinionis recenſet Dec.conſ.171.col.2.& Cur.Iun.
conſ.4.nu.4.Quibus addo So.Se.conſ.3.nu.24.li.3.Gram.
2 deciſ.103.nu.129.qui quidem ait,hæc verba,†prout viſum
fuerit nobis & placebit, conſtituere feudum hæreditariũ
& alienabile ac tranſitoriũ ad quoſcunq; tam extraneos
quàm ſuos ſucceſſores. Idem reſpondit Pariſ.conſ.71.nu.
42.lib.3.idem placuit Alciato reſp. 39.num.3.reſp.44.&
reſp.138. nu.3. Addo præter omnes ampliſſimum conſi-
lium Iaſonis conſ.115.col.2.3.lib.2.præſertim in verſi.pri-
mum fundamentum : cùm dixit, his verbis alteratam eſſe,
feudi naturam;& ad extraneos tranſire. Idem reſpondit
Cur.Iun.conſi. 109.nu.11. in fi.& clarius conſi.110.num.
3 27.quo loci vult hanc clauſulam,† & quib.dederit,alte-
rare omninò feudi naturam. Idem ſenſit Cra.conſ.84.nu.
10.& conſ. 92.nu.6.qui reſpondit,eſſe idem quando ad-
4 eſt illa clauſula,†& cauſam habentibus ab eo.Idẽ placuit
Ruino conſi.119.nu.20.lib.2.Et præter relatos idẽ ſcribit
5 Calcaneus conſ.57.nu.11.Imò is,qui emit†ab habente po
teſtatem faciẽdi de feudo quidquid ſibi placuerit, dicitur
feudum poſſidere vt rem propriã & allodialẽ.ita ex ſen-
tentia Curtij Iunioris in trac.feudo.parte quarta, ſecũda
regula principali, reſpondit Rol.à Valle conſ.2.nu.137.&
conſ.96.nu.4.lib.1.

Secundò argumẽtum duci poſſe videtur ex illis verbis
inue-



inueſtituræ,ad finem ferè : cùm inueſtitus fidelitatẽ præ-
6 ſtat nomine ſuo & hæredum.cùm ergo hæredum†ſit mẽ-
tio argui videtur feudum eſſe hæreditarium: ita ſcribunt
omnes in c.1.§.hoc quoq;.de ſucceſſio.feudi.Et eſſe com
* munem*opinionem teſtantur Dec.conſ.445.& Cra.cõſ.
197.nu.5.in fine.Ergo &c.

Tertiò vel ex eo feudum hoc hæreditarium eſſe vide-
7 tur,quia (vt eleganti motiuo dicitur)vocati ſunt†ẽt colla-
terales;contra feudi naturã.Et ideò tamquam hæredes ſe
cundũ gradus prærogatiuã ſunt vocati: & per conſequẽs
feudum eſt hæreditarium.Hæc aduerſus D.Intermõtium
dubitationem mouebant.

Re tamen diligentius perpenſa, arbitror nunc Illuſtrẽ
D.Intermontium non teneri reſpondere his interroga-
toriis.Ea ratione adducor, ꝙ is neceſſe nõ habet eſſe hæ-
res d.D.Gulielmi,vel Bonifacij,vel Caroli; vt in hoc feu
do ſuccedat:quandoquidem feudum hoc eſt antiquũ,no-
8 bile ex pacto & prouidentia.In quo quidem†feudo ex pa
cto & ꝓuidentia non habet neceſſe filius,vel agnatus ſuc-
cedens iam defuncto eſſe illius, vel alterius anteceſſoris
hæres.cap.1.an agnatus, vel filius, & ibi ſcribunt omnes.
Iſernia in cap.1.§.& olim.de ſucceſſ.feud. & probat tex.
clarus in capit.1.§.& ſi clientulus. de aliena. feudi. & reſ-
ponderunt Dec.conſil.185. numero 3.& conſilio 395. nu.
1.verſi.prædictis tamen.Ruinus conſilio 25.num. 18.libr.
1.& Roland.conſilio 67.nume.22.lib.1. Quod autem hoc
feudum ſit ex pacto & prouidentia,his demonſtrari faci-
lè poteſt.

9 Primò,quia in dubio ita præſumitur,nempè feudũ†eſſe
ex pacto & prouidentia, non autem hæreditarium. ſicuti
ſcribunt Iacob.Beluiſius in c.1.de eo, qui ſibi & ſuis hær.
maſc.Aluaro.in c.1.in fi.quib.mod.feudum conſtit.poſſ.
Iſernia in c.1.qui feud.dare poſſ.& ibidẽ Aluaro.col.pen.
Bal.in l.cum acutiſſimi,in princ.C.de fideic.Alex.cõſ.19.
nu.5.lib.5.Iaſ.in l.2.nu. 188.C.de iure emphy.Dec.conſi.
78.col.pen.Marſilius ſing.160. Cur.Iun. conſ.1.num. 11.
Soc.Iun.conſi.42.nu.3.lib.3.Pariſius conſi.23.nume.134.
lib.1.Gozad.conſil.4.num.26.& Didacus lib.2.varia.re-
ſol.capit.18.nu.3.& num.4.verſi. quintò deducitur. ſcio
tamen hanc opinionem eſſe dubiam,quia alij multi cõtra
rium probarunt.

10 Secundò accedit ꝙ verba inueſtituræ† ſolùm loquũtur,
pro ſe,filiis,nepotibus & pronepotib. Quæ ſanè verba ſi-
gnificant feudum eſſe ex pacto & prouidentia,ex quo hæ
redum nulla facta eſt mentio. Ita ſcribunt Iſernia in c.1.
§.hoc quoq;.nu.7.de ſucceſſio.feudi.& in c.1.in princ.an
agna.vel filius.Ale.conſ.26. nu.3.& conſ. 28. nu.18.lib.5.
Dec. conſ.185.nu.3.conſ.208.nu.7.conſ.239.nu.4.ver.ſed
prædictis non obſtantibus.qui reſpondit,idem eſſe, quan
11 do†fuiſſet dictum pro ſe,liberis & ſucceſſoribus quibuſ-
cunque maſculis,vt.ſ.intelligantur illa verba,pro ſucceſ-
ſorib.de ſucceſſoribus ſanguinis ẽt non hæredibus. & ibi-
* dem,nu.5.atteſtatur,hanc eſſe communem*opinionem,
idẽ Dec.conſ.411. nu.1.& conſ.445.nu.8.& Rui.conſ.162.
nu.12.lib.2.Dec.ſecutus eſt Alc.reſpon.483.nu.4. & reſ-
pon.592.nu.1.Curt.Iun.conſ.109.nu.14.& Rubeus conſ.
85.nu.4.& conſ.110.nu.7.& in claris his terminis idẽ Ru-
beus conſ.164.nu.12.Gozad.conſ.81.nu.13.Soc.Iun.cõſ.
73.nu.14.& conſ.76.num.2.lib.1. idem conſi.112.nu.8.li.
2. & conſi. 43. num.3. & conſi. 95. num. 69. lib. 3. Idem
firmauit multorum actoritatibus Rolandus con. 67. nu.
25.lib. 1. Et hoc fũdamentum magis augetur, quia in hac
inueſtitura nunquam hæredũ(vt dixi) facta eſt mẽtio &tñ
illa verba, ꝓ ſe,liberis & ſucceſſorib. maſculis,geminata
ſunt ibi,promittens ꝑ ſe ſuoſq; hæredes d. D. Guilielmo
ſtipulanti & recipienti pro ſe & deſcendẽtibus ſuis legiti-
mis & aſcendentibus ac collateralibus.Quæ ſanè gemina-
12 tio†arguit enixam voluntatem concedentis.l. Baliſta. ff.
ad Trebell.cum vulgatis ſimilibus.

13 Tertiò perpendo illa verba,†pro ſe,filiis, nepotibus &
pronepotibus,vſq; in infinitum deſcendentibus &c. Illa
verba,pro deſcendẽtib.ſignificant feudũ eſſe ex pacto &
prouidentia,nõ autem hæreditarium.Ita ſcribunt Affli.in
procem.feudo.nu.98.Cur.Iun.conſi.3.nu.2.Alex.conſi.
18.nu.12.lib.5.& Arius Pinellus in l. 1.in prin. nu.90. C.
de bonis mater.

14 Quartò conſidero illa verba,vſque in † infinitum, quæ
cùm non poſſint cõuenire hæredibus,qui,poſt primos &
ſecundos vlterius hæredes illius antiqui verè & propriè di
ci non poſſunt, magis poſſunt accommodari ad ſucceſ-
ſores ſanguinis:atque ita ſignificant eſſe feudũ ex pacto&
prouidentia:ſicuti ſignificant illa verba conceſſionis, dũ
conceditur in cunctam generationem. quemadmodum
ſcribit Iaſ.l.2.nu.167.C.de iure emphyt.poſt Bal.ibi.idẽ
docuit Arius Pinellus in l.1. parte tertia.nu.90.C.de bo-
nis mater.quo loci idem eſſe ait,quando conceſſio eſt fa-
15 cta†Caio & eius proli.& idem ſcribit Affl.in ca. 1.nu.18.
an agnatus,vel filius.Idem cùm conceſſio eſt facta,pro ſe
16 †& ſuis poſteris,vel generi:vt ibidem Pinellus ait.nu.90.
& ſcribunt Ale.conſ.30.nu.14. li.1. & Afflictus in procæ-
mio feudorum.nu.64.

Quintò & vltimò accedit, ꝙ feudum hoc eſt conceſſũ
modificatiuè,nempè, ſaluo iure feudi & fidelitatis.Quæ
17 ſanè dictio,†ſaluo,ſui natura modificatiua eſt: vt tradũt
Dec.conſ.284.nu.2.in fi.conſ.656.nu.6.& Alc.reſp.101.
18 nu.11.ſi ſaluum†eſſe debet ius feudi:ergo non erit altera-
tum.Ita egregiè ſimili in caſu reſpondit Curt.Iun.conſi.
130.num. 7. cùm ſcilicèt in inueſtitura eſt appoſita clau-
ſula, & quibus legitimè dederit, vt ſcilicèt eo caſu non
cenſeatur alterata natura feudi, vt ex non alienabili effi-
ciatur alienabile.Idem ſenſit Craue.conſi. 92. num.6.&
infrà referam.Nec dicatur,hæc verba,ſaluo iure feudi,nõ
referri ad perſonam concedentis; quaſi ꝙ concedatur a-
lienatio, dummodò fiat fidelitas domino : quia dico eſſe
falſum,ex quo illud iam à feudi natura ineſt, & ſuperfluò
apponeretur.Et ideò effectum hunc operantur, ne in ex-
traneos conceſſa ſit alienatio; ne ex verbis obſcuris alte-
19 ratio feudi inducatur. Solet enim fieri interpretatio† in
cauſam magis neceſſariam:ſicuti reſpondit Craue. conſil.
134.nu.34.ſed magis neceſſaria eſt, ne feudum alteretur:
ergo;&c.

Non obſtant nunc in contrarium adducta,quib.ita ſin-
gulatim reſpondeo.Et ad primum,de illa clauſula, ad ha-
bendum,tenendum,& quicquid placuerit faciendum.&c.
reſpondetur,non alterare, vel immutare feudi naturam.
20 ſed cùm ſtrictiſſimam†interpretationem recipiat;vt cla-
rè in ſpecie reſpondit Rub. conſ.110.nu.5.ob id ſufficit,ꝙ
quid minimum operetur. Poterit igitur clauſula operari
duos alios effectus.

21 Primò,quòd inter†agnatos & illos de familia diſpone
re valeat:ſicuti reſpondit Rub.in d.conſ.110.num.5.Nam
aliàs,ex aliquorum opinione de feudo ex pacto & proui
22 dentia diſponere non poteſt pater†in præiudicium alio-
rum ſuccedere debentium, vt puta ſi vni filiorum vellet
prælegare.ita reſponderunt copioſè Soc. Iun. conſil.72.
num.17.lib.1.&conſi.160.num.39.lib.2.Goz.conſ.26.nu.
2.& conſ.71.nu.2.& Pariſ.conſ.106.nu.4.lib.1.& clarius
Alc.reſpon.481.nu.20.22. qui in ſpecie ita rñdit de clau-
ſula;& quibus dederit. Secundò operatur hæc clauſula;&
23 quibus dederit,&c.vt fieri poſſit alienatio† in hos ſangui
ne coniũctos,qui aliàs ſucceſſuri ſunt, idq; ſine licẽtia do
mini feudi directi.Ita declarat Rub.conſ.110.nu.11. in fi,
quo loci verſ & iſta reſtrictio &c.huius declarationis ra-
24 tionem reddit,ne† ſcilicèt reſultet perplexitas,quòd feu
dum ſit ex pacto & prouidentia, & quòd ẽt de eo poſſit
ad libitum diſponere.Et in ſpecie citat Dec.conſ.193.col.
pen.verſi.non obſtat fundamentum. quo loci Dec. duas
adfert conſiderationes. quæ ad rem hanc maximè confe-
runt. Adfert etiam Rubeus traditionem Signoroli conſi.
10.col.2.verſ.non obſtat.&c.qui quidem Signorolus in-
terpretatur hæc verba,& quibus dederit. &c. iuxta feudi
naturam, ne.ſ. verbis claris præcedentib. refrangentur.
quos in ſpecie ſecutus eſt Bellonus conſi. 33. nu.5.eiuſdẽ
ſententiæ fuit & Calcaneus conſ.51.num.9. 10.qui plura
adfert,quę caſui noſtro cõueniunt. Et certè durum nimis
eſſet, quòd tã in initio quàm in medio inueſtiturę feudi
conceſſio ſit ex facto & prouidentia:& ẽt geminata.& ꝙ
deinde ex hac clauſula,quę alios effectus operari põt,dice
re velimus eſſe alteratã atq; immutatam feudi naturam,
vt.ſ.effectum ſit feudum hęreditarium, & in quoſcunque
25 alienabile.Et his accedit,quòd illa verba, †pro ſe & qui-
buſcunque hęredibus,quę idem ſignificant quod hęc, &
quib.dederit,non operantur,vt feudum tranſeat ad extra
neos,cùm alium effectum operari poſſunt;ne.ſ.feudi alte
ratio inducatur.Ita reſpondit Soc. Iun.conſ.103.num.28
lib.2.poſt Aretinum & Socinum Seniorem,quos recẽſet.
Quibus addo Dec.conſ.185.nu.4.& conſ.208.col.penul.
verſ. ſecundò reſpondetur,qui reſpondit, verba illa,pro,
ſe & quibuſcunque hæredibus,non operari,vt feudũ tran
ſeat ad extraneos, quando coniecturis colligitur aliud
poſſe

poſſe operari.

Nec repugnant huic declarationi permultæ illæ Doctorum auctoritates,quas in eo primo argumento recenſui:ſi quidem loquuntur illi,cùm verba ſunt clara. Ita † enim Socin.Sen. conſilio 252. columna penultima, quem citaui poſt Craue. d. conſilio 256.columna 3. verè loquitur.Nam ſuo illo in caſu conceſsio fuit ampla; quia dictum fuit,quòd vaſallus poſſet diſponere tamquam de re propria:& dictum quoque fuerat,quòd is vaſallus donationis titulo haberet pro ſe,ſuiſque hæredibus & ſucceſſoribus.Quæ quidem omnia apertè ſignificant,feudũ fuiſſe hæreditarium & alienabile.Ita etiam Socin.Seni.conſilio 257.columna penultima,libro ſecundo,loquitur,quando ſimpliciter eſt facta conceſsio,pro ſe,hæredibus ſucceſſoribus,& quibus dederit.Quæ quidem ſignificãt feudũ eſſe hæreditarium,& in extraneos tranſmiſsibile. Quod quidem non dixiſſet Socin.quando ſuo illo in caſu verba fuiſſent concepta,vt hoc in noſtro:& maximè ob vim geminationis. Ita etiam loquitur Craue.d. conſilio 256.col.3. verſi.ſed hîc dubitatur.& d.conſilio 84.num.10.& conſ. 92.num.6.quo loci poſt Curtium Iuniorem conſilio primo ait eſſe dubium,an feudum ex his verbis, & quibus legitimè dederit,ſit alteratum. Idem Curtius Iunior conſilio.130.numer.7.Quantò fortius hîc vbi clauſulæ maioris virtutis & geminatæ appoſitæ fuerunt,dicendum eſt, naturam feudi non eſſe alteratam.Et Curtius Iunior conſilio 4,qui pro contraria parte allegatur,loquitur quoque quando clauſula hæc;& quibus dederit, eſt appoſita cum illis verbis;& hæredibus quibuſcunque.Imò eo loci, nu. 4. expreſsè ſenſit,non operari hunc effectum, ſi dicatur, pro filijs quibuſcunque.Et ſuæ opinionis auctorem citat Baldum in l.1.q.34.ff.de rerum diuiſ.quantò fortius ergo hîc vbi nunquam hæredum facta eſt mentio; Ita quoque loquitur Gramma.deciſ.103.numero 129.cùm perpendit multiplicata illa verba, per vos veſtroſque hæredes & ſucceſſores: & vt viſum nobis fuerit & placuerit. Ita pariter loquuntur Pariſ.d.conſi.71.nu.43.lib.3. & Alciatus reſp.39.nu.3.qui in verſi. & hanc interpretationem &c. ſentit eo in caſu illa verba;& quibus dederit operari effectum,vt ad extraneos tranſeat: cum limitatum atque declaratum non eſſet ad quos deberet tranſire.id quod ceſſat hîc,vbi multipliciter declaratum fuit. Alciatus verò reſp.44.loquitur cùm dictum fuit, pro ſe & hæredibus quibuſcunque. Et idem Alciatus,d.reſp.138.num.3.loquitur in feudo ſemel alienabili, ſeu emphyteuſi,ob diuiſionem inter emphyteutas factam.adiecta illa clauſula,ad alienandum.& quidquid placuerit faciendum. quod hic non euenit.Ita etiam loquitur Iaſon in d.conſi.155.colu. ſecunda verſiculo primum & potiſsimum. libro ſecundo.Nam ſuo illo in caſu aderant alia verba ampliſsima, quibus alienandi facultas in extraneos conceſſa fuerat. Ruinus.verò in d.conſilio 119.numero 20.libro ſecundo, loquitur,quando verba ſunt duplicata,hoc modo,& quibus dederit,ſine contradictione.Calcaneus etiam in conſilio 57.nume.vndecimo loquitur,cùm eſt appoſita clauſula, pro ſe & hæredibus ſuis ac ſucceſſoribus, & quibus dederit Vnde (inquit ille) ꝙ duplicata verba extẽdi debẽt ad extraneos. Imò idem Calcaneus conſilio 51.num.8.affirmat his verbis ſimplicibus,& quibus dederit,non alterari feudi naturam. Ita etiam intelligi debent tradita à Rolando conſilio ſecundo numero 137. & conſilio.96.nu.4.
27 lib.primo cùm igitur in caſu noſtro hæc clauſula,† quidquid placuerit &c. ſit ſimplex & obſcura,& multiplicem interpretationem recipere poſsit,dicendum eſt, eum ſenſum habere,quo minus feudi natura alteretur.Et ideò interpretari poteſt(vt dixi ſupra)duobus illis modis,nempè vt liceat inter agnatos & illos de familia diſponere;& ſine licentia domini directi.

28 Reſponderi ſecundò poteſt, hanc clauſulam † fuiſſe in executiuis inueſtituræ appoſitam;& ob id nihil operatur ita reſpondit in ſpecie Dec.conſ.193.col.pen.& alios infra referam.

Non obſtat ſecundum argumentum: quia reſpondeo multis modis:& primò,illa verba non habere hunc ſen-
29 ſum,quòd vaſallus † inueſtitus iurauerit fidelitatem pro ſe & ſuis hæredibus:ſed habent ſenſum,quòd ipſe vaſallus erit fidelis ipſi Illuſtriſsimo Principi, domino directo feudi & eius hæredibus. Qui ſanè ſenſus ſuadetur; quia fruſtra iuraſſet vaſallus in inueſtitus fidelitatem pro ſuis hæredibus: cùm hæres, vel agnatus, vel filius ſucedens in feudo nouam inueſtiturã & nouũ fidelitatis iuramen-
30 tum†ſuſcipere,atque præſtare debeat intra annum. ca. 1. quo tempo.mil. Et illa eſſe poteſt ratio, ꝙ iuramentum
31 †eſt quid perſonale. ca. veritatis,de iureiurando.vbi Docto.& in ſpecie annotarunt Baldus in cap.quę in eccleſiarum.col.pe. verſ.ſed nunquid.de conſtit. Aluar.in c.1. in princip.numer. 7. quæ ſit cauſa benef.amitt.Iacobinus à Sancto Georgio in inueſtitura feudali,in verbo, Qui quidem inueſtitus, col.9.verſ.amplius dico.& Did.in capit. quamuis,parte 1.§.5.nu.5. verſi. ſeptimò maximè. de pactis.in 6.

32 Reſpondeo ſecundò,verba†illa fuiſſe poſita in executiuis ipſius inueſtituræ:& ob id nil operantur,vt dixi ſupra ex ſententia Decij.d.conſi.193.quem ſecutus eſt in ſpecie Rubeus conſi.110. colu. vlt. Et ſimilibus in caſibus ſcribunt Iaſ.in l.ius ciuile. nu.8.ff.de iuſt. & iure.Ripa in le. qui Romæ.§.duo fratres.nume.45.de verb. oblig. Curt. Iunior conſ.3.col.1. qui declarat & Socin. Iunior conſil. 93. numero 24.libr.3. alios plures ſcienter & de induſtria prætereo.

33 Reſpondeo tertiò,quòd quemadmodum vna pars †legis alteram declarat.l. vtrum. ff. de petitio.hæred.& vna pars teſtamenti alteram explicat & interpretatur.leg. qui filiabus, vbi copioſè Iaſon de leg.1. Ita pariter vna pars inueſtituræ alteram aperit & declarat. cùm ergo in præcedentibus inueſtituræ partib. & clauſulis dictum ſemper fuerit,pro ſe filiis & nepotibus &c.& nullum vnquam verbum de hæredibus niſi hîc, dicendum ſequitur, hæc verba,pro hæredibus maſculis interpretanda eſſe, pro filiis: & propterea non alterare feudi naturam, ſed ſignificare,feudum eſſe ex pacto & prouidentia. quemadmodum clarè & in ſpecie reſpondit Soc.Iun.conſil.72.num. 27.lib.1.

Non obſtat tertium argumentum, quia reſpondeo, illam argumentationem iure non probari.ſiquidem in feu-
34 do†ex pacto & prouidentia ſuccedunt collaterales vſque ad ſeptimum gradum. c.1.§. hæc quoque. de his qui feudum dare poſſ.& reſpondit Dec.conſi.85. num.5.quòd i-
35 mò in infinitum†ſuccedunt, quando de primo acquirente fit tranſitus in deſcendentes.Idem Dec. conſi.144.nu. 5. verſi.his non obſtantibus. Goz.conſ.26.nu.27.& Soc. Iun.conſ.76.nu.72.74.lib.1.Et in feudo antiquo& paterno,quale hoc eſt,ita reſpondit Pariſ.conſ. 23. nu.122 li.1.
36 Imò in ſucceſſione†illuſtrium ſucceditur in infinitum; ſicut i ait Pariſ.d.conſ.23.nu.120. quod placuit & Goz.cõſ. 8.nu.23.& d.cõſ.26.nu.28.Nec quẽquam reperio,qui ſcribat,feudum antiquum cenſeri hęreditarium,ſi collaterales ſuccèdere poſſunt. Et ex his conſtat hoc feudum eſſe ex pacto & prouidentia,non autem hæreditarium:& proptereà fruſtrà fieri interrogatoria,an Do. Intermontium velit eſſe hæres, vel non.

Rurſus eſt aduertendum,quia dato(ſed non conceſſo,) quòd hoc feudum non eſſet antiquum ex pacto & prouidentia, ſed hæreditarium: attamen non poteſt interro-
37 gari † Do.Intermontium an velit eſſe hæres omnium relatorum in ipſis interrogationibus; ſed ſufficeret omni caſu,quòd interrogaretur, an velit eſſe hæres Dom. Gulielmi primi inueſtiti.vt reſponderunt Alexan.conſi.10. col.3.lib.3. Pariſ.conſ.2.nu.25.lib.1.& Rola. conſi.67.nu. 8.libr.1.

Cæterũm alia ratione animaduerti fruſtrà proponi has interrogationes, ab Illuſtri D.Leynici, cũ ob id interroget,vt creditum ſuum & aliorum conſequatur ex his feu-
38 dis. ſed ſuccedens † in feudo antiquo & paterno non tenetur ad æs alienum contractum per anteceſſorem: cui non habet neceſſe eſſe hæres,ex quo ſufficit, quòd ſit hæres primi inueſtiti.Ita clarè reſpondit Alciat.reſp. 168.in fin.& reſp.189 in fine.reiecta opinione Antonij Capicij deciſ.199.Addo nunc Alciati doctrinæ Baldũ conſi. 182.
39 Petrum de Firmo.lib.3.qui reſpondit,creditorem†ex cauſa dotis non poſſe eam è bonis feudalibus recuperare.Idẽ ſimili in caſu reſpondit ipſe Bal.conſi.232.Fœmina regulariter.lib.3.

Prætereà animaduertendum eſt, ꝙ ſi hæ interrogatio-
40 nes†factæ ſunt lite iam conteſtata, non ſunt recipiendæ, vt interminis decidit Antonius Capicius deciſ.97.qui ait fieri debere poſitiones. Atque ita iuris eſſe concludo,rectiore iudicio ſaluo,&c.

Iacobus Menochius I. C.



## *SVMMARIVM.*

1 *Notarij imperiti mundum deſtruunt, & bonorum virorum conſcientias in periculum ponunt.*
2 *Legatum habitamenti factum vxori in domo teſtatoris,intelligitur de alimentis domo debitis,& non aliter extra domum.*
3 *Niſi vxor diſceſſerit è domo illa in aliam,legitima de cauſa.*
4 *Quam legitimam cauſam vxor probare tenetur.*
5 *Alimentorum conditio ſit ſecundum qualitatem fructuum patrimonij, priùs deducto ære alieno; & legitima filiorum detracta de ipſo patrimonio.*
6 *Nec in defectum ipſorum alimentorum venditur patrimonium.*
7 *Alimenta præſtantur per menſes reſpectu eorum, quæ reſpiciunt ſolutionem menſtruam,aliter ſecundum indigentiam.corruptibilium verò ſoluitur pretium,per ſingulos menſes,& declaratur.*
8 *Cautio præſtanda eſt ab vxore alimentata de reſtituendis veſtibus ſi ſecundò nupſerit.*
9 *Legatum adiecto onere in vim modi, adempto onere cenſetur ademptum.*
10 *Legatum alimentorum dicitur etiam de habitatione.*
11 *Habitationis legatæ præſtatio eſt in facultate hæredis, dummodo honeſta,& non in voluntate legatarij.*
12 *Pupilli educandi apud matrem; vel apud illos in quibus ceſſet omnis ſuſpicionis cauſa aliquod emolumentum ex morte pupillorũ ipſis proueniens.*
13 *Voluntas teſtatoris in dubio interpretatur iuxta iuris communis diſpoſitionem.*
14 *In educatione ſororis frater & mater de pari procedunt, & æqualiter in ipſo amore.*
15 *Iudex in dubio facere debet illud, quod eſt minus damnoſum, & incommodum partibus.*
16 *Quæ proſunt vni, & alteri non nocent,facilè concedenda.*
17 *Suſpicionem in educatione pupillorum propter aliquod emolumentum non cadere in probum virum.*
18 *Suſpicio ob ſubſtitutionem in fratribus non habet locum.*

## FACTI SPECIES.

*DOminus Bernardus Dionyſius Foſſanenſis condidit teſtamentum anno 1559. & hæredem vniuerſalem inſtituit D.Annibalem ex prima vxore filium, & D.Violantidam vxorem ſecundum his verbis vſufructuariam* * *reliquit.*

*Item voluit & ordinauit d.teſtator, quòd præfata Do. Violantida ſit adminiſtratrix inſolidum perſonarum & bonorum d.eius filiarum, & cum eis cõmunicando dotes ſuas habeat habitamentum in domo ipſius teſtatoris,cuius vſumfructum & habitationem eiſdem filiabus & vxori donec nubãt legauit,omnem moleſtiam infraſcripto hæredi prohibendo &c.*

*Deinde is teſtator anno 1561. fecit codicillos; in quibus reuocauit quandam dotium conſtitutionem ſatis amplè factam D.ſuis filiabus, & ſubſtitutionem in illis dotibus factam de d.D.Violãntida earum matre;de habitatione tamẽ & vſufructu D.Violãtidæ,quæ debet habere in domo ipſius teſtatoris nullum verbum ferè;quia ſolum dixit, quòd caſu quo filiæ ipſæ non poſſent habitare cum d.D.Annibale hærede;apud aliquos ex affinibus collocarentur.*

*Dubitari nunc contingit primò, quid conſequi valeat d. D.Violantida ex d.teſtatoris diſpoſitione.*

*Secundò ambigitur apud quem educari debeat filia, quæ nunc extat,an apud illius matrem, vel apud D.Annibalem fratrem conſanguineum.*

## CONSILIVM LXII.

# Initium à Domino.

REDDITVR non parũ difficilis hæc conſultatio, quæ nunc proponitur; ex verbis tã teſtamenti quàm codicillorum obſcurè admodum à tabellione conceptorum: quod & quotidie contingere ſolet, vt nõ immeritò cõqueratur Bal.
1 in conſ.5. lib.2.†notariorũ imperitiam mundum deſtruere, & bonorum virorum conſcientias in periculum ponere.Hinc Angel.conſ. 250.dicebat, quòd cùm notarij neſciant quod ſcribunt, teſtatorum voluntates peruertere; Bald. & Angel. refert Ripa. in leg. Centurio. numero octuageſimotertio, de vulgar. & in leg.ſi vnquam. numero quadrageſimotertio.C. de reuoc.dona.& plura Neuiz.conſilio vigeſimooctauo,num.11.12.attamen hac de re paucis dicam, quod ſentio.

Quò ad primum, cenſeo aduertendum, ex illis verbis
2 teſtamenti; †quòd habeat habitamentum &c. intelligi relicta alimenta in domo; quemadmodum & eo in caſu, ſi teſtator conſtituiſſet Dominam & vſufructuariam, ita Baldus in leg.vltim.colum. 2.verſicul.ſed quid ſi teſtator &c.C.de ind.vid.tollen.quem ſecutus eſt Paulus de Monte Pico in leg.Titia cùm teſtamento. §. Titia cùm nuberet.numero centeſimoſeptuageſimoſexto,ff.de leg.2.quo loci reddunt rationes, cur conſtituendum ita ſit.in ipſis tamen alimentis continetur etiam habitatio, vt infrà ſuo loco dicam.

Et hoc idem dico eſſe, cùm relinquitur ipſi vxori vſusfructus omnium bonorum.Nam ex quo hæres vniuerſalis Dom.Annibal eſt filius legitimus & naturalis ipſius teſtatoris,dicendum eſt,teſtatorem voluiſſe ipſi vxori relinquere ſola alimenta in domo ipſius teſtatoris,iuxta cõſuetudinem Bulgari,quæ*cõiter vbique ſeruatur, vt ſcribit Bar.in d.l.Titia.§.Titia cùm nuberet.nu.3.de leg.2.& eo loci Paulus de Monte Pico,nu.21.verſi.filiis verò &c. teſtatur eam communem ſententiam,relatis infinitis propè doctorum authoritatibus; & affirmat ex illorum ſententia ita vbique obſeruari: Illis addo Soc. Iun. latiſſimè hoc affirmantem conſ.97.nu.12.lib.2. Pariſ. conſ.97.nu. 10.lib.2.Nec erit in hoc facienda difficultas,quòd D.Violantida ſit ipſi Do.Annibali nouerca, quia & interpretes omnes idem affirmant,etſi Bar.d. §. Titia cùm nuberet, in fi.non ſit auſus hoc affirmare. Hoc tamen affirmat ibi Bal.& Imola,& latius Picus,d. §. Titia cùm nuberet.nu. 51.vbi eiuſdem ſententiæ citat Ange.in auth.Hoc locum. C.ſi ſecundò nup. mul. & clarè in terminis ſic conſuluit Rui.conſi.41.nu.9.lib.3.Ex diſpoſitione ergo teſtamenti ſola alimenta conſequetur D.Violantida in domo ipſa; & ſub ea forma.

Primò,quòd habitet in domo ipſa,& debita ſeruitia & operas ſuas iux.ſuam qualitatem præbeat ipſi filiæ,& D. Annibali priuigno,vt fuit ſententia in ſpecie Bal.in l.vlti. col.2. verſi.ſed quid ſi teſtator.C.de ind. vid.tollen. quẽ ſuprà citaui,& ibi retuli Picum,d.§.Titia.numer.176.dicunt enim vxorem hanc eſſe debere in obſequio filiorum ex tex. l.ſed ſi homo. §. vlti.ff. de cond. & demon. clarè Corſet.ſuo ſingul.in verbo, vxor. incip. vbi. & Crauet. conſi.25.nu.23.Accedit quòd affirmant omnes,grauatum præſtare alimenta,debere præſtare in domo propria, cũ hoc ſit ſuo minori cum diſpendio,ita Bar.in leg. Caio.§. Imperator.ff.de alim. & cib.leg. quem ſecutus eſt Alexa. conſil.centeſimo,in prin. libro primo, conſilio centeſimotrigeſimoſecundo, numero ſecundo, libro quarto, conſilio 178.numero 5.libro.7.vbi Alexand.clarè in noſtris terminis loquitur.idem conſuluit Soc.Sen.conſ.286. colum.vlti.lib.2.Iaſon in l.diuortio, in prin.numero 24.

ſolu,

ſolu.matrimonio,ſic etiam Bartol.conſil.211.quidam ſi-
bi.numero quinto,libro primo, quem ſecutus eſt Baldus
conſilio 484.caſus.circa med.libro 4. & Ruinus conſilio
45.num.6.& conſi.8.nume.3. libro 2.vbi pulchrè admo-
dum declarat,hoc factum eſſe principaliter ad commo-
dum hæredis grauati.Idem docuit Picus,dict.§.Titia cùm
nuberet.numer.159. qui quidem interpretes affirmant,
quòd cùm hæc alimenta a teſtatore legata ſub ea con-
ditione videantur,vt cum hæredibus commoretur, & in
domo debita præſtet obſequia, ſi alibi habitauerit, lega-
tum illud alimentorum perdet, vt inter cæteros clarè cen
ſuit Alexand.dict.conſilio 100.nume. 1.libro 1. & Picus,
d.num.159.
3 † Nec dicatur ipſam Domin.Violantidam non potuiſ-
ſe commorari cum ipſo Domin. Annibale, iuxta decla-
rationem Bartol.in dict.§.Imperator,quod & declaramt
ex relatis aliqui; & præter eos Socinus Iunior conſilio
134.num. 13. libro primo, Alciat. reſponſo 552.nu.1.& 2.
4 † Reſpondeo ipſam Dom.Violantidam hactenus nul-
lam cauſam probaſſe legitimam,quòd vnà ſimul cum ipſo
Dom.Annibale commorari non poſſit, quemadmodum
debuit probare iuſtam hanc cauſam, vt reſpondit Anch.
conſili. 254.ſuper primo quæſito,in fin. quem ſecutus eſt
Picus in dict.§.Titia cùm nuberet.numero 159. verſicul.
vnum nota, quòd & Anch.quoque, probauit Iaſ.in d.le.
diuortio.in prin.num.25.ſol.mat.& in l.1.numer. 4. C.de
lega.Idem ſenſit Barba.conſi.63.col.9.lib.2. Alcia. d.re-
ponſo.552.num.2.& hoc idem ſentit Alexa. d.conſi.100.
num.3. libr. 1. cùm ergo ſine aliqua iuſta cauſa receſſerit
à communi habitatione Dom. Annibalis,nihil conſequi
poſſe debet.
Secundò dico,quod caſu quo eſſent extra domum præ-
5 ſtanda illa alimenta,†debent conſtitui ſecundum quanti-
tatem patrimonij priùs deducto ære alieno, vt tradunt
Alexand.d.conſi.100.col.fi.lib.1.Barba.conſi.63.in 3. du
bio.lib.2, debet quoque detrahi legitima filiorum, vt in
ſpecie docuit Sali.in auth.hoc locum,col.7.verſi. quæro
modò.C.ſi ſecundò nup.Alexan.conſi.29. num. 2. libr.1.
& de reſiduo poſtmodum præſtanda erunt alimenta ſe-
6 cundum quantitatem fructuum:† nec vendi aliquo pacto
prædia debent ſi fructus non ſufficiunt,vt docet Bar.in l.
cùm alimenta.ff. de alimen.& ciba.leg.& tradit Ang.in l.
imperator.in fi.ff.ad Trebell.& ita refert ſe cum Bartol.
conſuluiſſe.& idem tradunt Bal.conſi.50. libro ſecundo
Gozad.conſilio 95.numero.4. Alex.d.conſi.100.col. vlt.
lib.1.& conſi.72.num.7.li.5.& in l.maritum,in fin.ff. ſol.
matr.Pract.Papien.quem ſtatim citabo.nu.67.68.Dec.l.
Diuus.in ſin.de reg.iur.D.Crau conſi.199.nu.11.conſilio
7 219.in fi.† Præſtatio ipſa alimentorũ danda erit per men-
ſes eorum reſpectu;quæ recipiunt ſolutionẽ menſtruam,
vt vinum,frumentum & ligna. Cæterùm verò, cùm opus
erit,vt ſunt veſtes,& ſimilia. Ita Bar.in l.pecuniæ.nu.2. ff.
de alim.& ciba.leg.cætera quæ dictim præſtantur, vt car-
nes,piſces,& ſimilia, quæ facilè corrumpuntur,æſtimatio
ſeu pretium per ſingulos quoque menſes præſtabitur.per
textum l.Mela.§.quædam.ff.de alim.& cib.leg.Pract.Pa-
pienſ.in forma libelli,quo agitur pro legato rei ſingul. in
glo.1. nu.69.verſi.in ſuper quæritur & tradit Soci.Senior
conſi.10.col.3.verſi.circa quintam quæſtionem libro.1.&
conſi.ſeq.in fi.imò fortè ex Bal.egregia doct.in l.1.col.1.
verſi.aut aliquid eſt dietim.C.de fideicom.in dies omnia
præſtari debent,& in claris noſtris terminis loquitur Bal.
cùm teſtator vxori ſuæ relinquit alimenta,donec caſtè &
8 honeſtè vixerit,vt hoc noſtro caſu;& inquit Bald. in dies
eſſe præſtanda alimenta, † & quò ad veſtimenta debere
vxorem præſtare cautionem de illis reſtituẽdis,ſi ſecundo
nupſerit.Ex prædictis etiam ſatis ſuperque oſtẽditur, cau
ſa vna, ob quam his alimentis in omnem caſum ipſa D.
Violantida eſt priuanda; quia negat velle habitare cum
ipſo D.Annibale hærede.Secunda cauſa qua D. Violan-
tida amplius non poteſt conſequi hæc alimenta,eſt, quia
clarum eſt ex teſtamenti diſpoſitione illam habitationem
in domo,ſeu illa alimenta fuiſſe ſub eo modo & onere re-
licta;vt eſſet adminiſtratrix inſolidum perſonarum & bo
norum ipſarum filiarum, quod onus graue debet iu-
dicari: cùm (vt experientia rerum magiſtra docet) ſit
maximum onus,curam fœminarum & rei familiaris habe
re, & in ea domo obſequiales operas præſtare quæ etſi
hæredibus ſint maximè vtilitatis, ipſi tamen grauato
maximum onus imponunt.vt iam retuli. quo fit, vt cùm
hoc onus ſit ab ipſa Domina Violantida ademptum (vt
infrà in ſecunda quæſtione ſeu dubitatione principali o-
ſtendam) eſt quoque ademptum commodum alimen-
torum, quod probatur ex textu in leg. alumnæ. §. Seia.
9 de adim.leg.quo loci clarè inquit Bartol. † quòd, quan-
do aliquid eſt legatum, adiecto onere in vim modi, ſi o-
nus adimitur,ademptum cenſetur & legatum.Nam ſi duo
ſunt(inquit Bartol.)correlatiua,vno ceſſante ceſſat & al-
terum, cum ſit eadem determinatio. leg. vltima. C. de
ind.vid.tollen.& ex textu dicto §.Seia. decidit ferè in his
terminis Sign.conſilio ſecundo,numero quarto, verſicu.
tertio,probatur.quòd cùm tutela,quæ onus tutoribus ad-
fert,deferatur iuxt.delationem ſucceſſionis in hæreditate,
ſi vnum ex ſtatuto aufertur, aufertur & alterum, cùm v-
num ſit cauſa alterius,eoque loci Signo.variis vtitur ar-
gumentis ad demonſtrandum, quòd quando onus eſt
cauſa commodi, eo ceſſante ceſſat etiam commodum,
non refero illius verba, quia apud eum legi poſſunt: &
multùm certè ad rem noſtram conferunt. In hac ergo pri
ma difficultate concludo,D. Violantidam conſequi am-
plius non poſſe aliqua alimenta in bonis ipſis D.Bernar-
di teſtatoris, & quatenus conſequi poſſit habere debet,
relato iam modo.
Ideò rurſus animaduertendum cenſeo, quòd fruſtrà cõ
tendit Domina Violantida velle,expulſo Domine Han-
nibale,totam domum inhabitare;quia dico eam non ha-
bere integram domum pro habitatione, ſed partem tan-
10 tùm.Nam(vt vno verbo ſupra dixi) in legato alimento-
rum inter cætera venit & habitatio,vt eſt textu in leg. le-
gatis.de alimen.& cibar.lega.glo.in leg.cùm hi.§.qui trã
ſigit,& ibi. Iaſon. ff.de tranſ. Alexand. conſilio centeſi-
moſeptuageſimooctauo, columna. fin. libro quinto,
Socinus Senior conſilio 178. colum. fin. libro 5. Socinus
Senior conſilio 161. in fin. libro ſecundo, Ana. conſilio
37.Pract.Papien.in forma libelli pro legato rei ſingul.in
gloſſ.1.numero 65.Et licet hoc noſtro in caſu teſtator re-
liquerit habitationem in domo; intellexit tamen de ali-
11 mentis; † & ideò eſt in facultate ipſius Domini Hanni-
balis hæredis aſſignare ipſi Domin. Violantidæ in quo
loco(dummodo honeſto)ſibi placuerit eam habitare. vt
probat leg.ſi ſterilis.§.vltim.C.de actio.emp.quo tex.ſic
decidit Afflic.in conſtit.regni, in conſtitutione comiti-
bus, in fine.vbi inquit ex illo text. hæredem poſſe variare
in aſſignanda hac habitatione. Et quatenus non poſſet
D.Annibal noſtro hoc in caſu ipſi D. Violantidæ aſſigna
re habitationem extra domum; dico poſſe aſſignare ali-
qua in parte d.domus;non enim tenetur illi totam do-
mum relinquere,vt eſt deciſio in clariſſimis terminis De-
cij conſilio 355.numero quarto, verſicul. accedo nunc ad
tertium dubium; non refero illius rationes & argu-
menta, quia apud eum legi poſſunt,integrum enim il-
lud conſilium ad rem noſtram maximè confert; & ita
concludo.
Quò ad ſecundam difficultatem principalem dum
ambigitur apud quem educari debeat pupilla,an apud
ipſam matrem, vel apud Dominum Annibalem fra-
trem conſanguineum. Prima (vt dixi ſolet) fa-
cie videbatur dicendum; eſſe educandam apud ma-
trem.
Primò ex leg. 1. C. vbi pupillus edu. deb. quæ clarè in-
12 quit,†liberorum educationem nulli magis quàm matri
eſſe committendam: quo textu præcipuo ſic deciſum in
concilio Neapolitano refert Gramma. deciſ.55. numero
quarto, in auia ſcilicèt materna; quod fortius eſt, cùm in
matre ceſſare videatur ſuſpicionis cauſa,cùm nullus amor
vincat paternum.l. vlt. C. de cura.furio. Hinc videmus
ſecundum Gramma. quod licèt debitor non poſſit eſſe
tutor illius,cui debet,non tamen idem in matre, in qua
ceſſat omnis ſiniſtra ſuſpicio,vt clariſſimè ait Iuſtinia.in
auth.vt ſine prohib.matres deb.& cred.tut.ger.minorum
&c.in princ.Ita etiam in fauorem auiæ argumentatur Pa
riſ.conſi.56.numer.24.25.lib.1. Et ante eos ad fauorem
matris contra patruos ita argumentatur Signorol.conſil.
43.num.2.& pulchrè Iaſ.conſ.53.col.pen. verſi.aggredior
ſecundum &c.lib.3.





Secundò accedit voluntas D.Bernardi teſtatoris d.pu-
pillæ patris,qui in teſtamento clariſſimè diſpoſuit, d.pu-
pillam habitationem communem habere debere cũ ipſa
eius matre.Eſt ergo teſtatoris voluntas obſeruanda cùm
ſit lex.§.diſponat.in auth.de nupt.& dicitur facere totũ.
l.in conditionibus primum locum.de condi.& demon.&
in noſtris ferè terminis eſt text.in authẽ.matri & auiæ.in
fi.C.quando mul.tut.offi.fungi poteſt.
Tertiò verè apud D. Hannibalem nullo modo videtur
educanda,cùm illi ſit ſubſtitutus. Ex quo non mediocris
adeſſe videtur poſſe ſuſpicio ne illi inſidietur, ergo apud
matrem educari debet,vt tradit Gramma.d.deciſi.55. nu.
4.in fi.vbi citat Bal.in cõſi.367.li.5.eſt conſi.487.pupilla
morari debet &c.li.5.vt ſic citatur.& à Iaſ.conſi. 237.in fi.
lib.2.qui & alia tradit in hanc ſententiam. & hanc ſuſpi-
cionem conſiderat tex.in l.vlti.C.vbi pup.edu.debeant,&
latè & clarè Pariſ.conſi.56.nu.6.7.lib.1.qui idem affirmat
ſufficere minimam ſuſpicionem.& alia ſcribit D. Crauet.
conſi.18.nu.3.& præter eos Afflict.deciſ.183.nu.5. Iaſ.con
ſil.53.col.pen.verſi.aggredior,in fi.lib.3.
Quartò,præſuppoſita illa opinione,Barb.conſ. 60. col.
14.li.3.Soc.Sen.cõ.193.2.dubio li.2.hoc eſſe in arbitrio iu-
dicis.quòd probat d.l.1.C.vbi pup.ed.deb.& l.pen.ff.eod.
& idem ſcribit Craue.con.190.nu.2.ver.& propterea, Pa-
riſ. con.56.nu.3.4.lib.1.Iaſ.conſi.53.col.pen.verſi. aggre-
dior ſecundum.lib.3.Cur.Iun.conſi.94.colum.vlt. dicen
dum eſt iudicem potius debere arbitrari; eſſe apud matrẽ
alendam,cùm maiori affectione filiam proſequatur, non
enim eſt amor qui paternum vincat. Hæc dubium fa-
ciebant.
Cæterùm, re ipſa longè melius conſiderata, contra-
rium verius eſſe arbitror,nempe pupillam hanc eſſe edu-
candam apud D.Hannibalem;quòd vt dicam,adducor.
Primò,quia ſic fuit clariſs.diſpoſitum ab ipſo teſtato-
re in vltima ſua voluntate in codicillis expreſſa,quæ vt po
ſterior præualere debet.§.poſteriore.Inſtitut. quib.mo-
dis teſtamẽ,infirm.cum ſimilibus.quòd autem ſic diſpo-
ſuerit in codicillis,patet ex illis verbis, Addendo,quòd,
caſu quod.eius filiæ vel earũ quælibet poſt ipſius D.codi
cillantis deceſſum, habitare nõ potuerint cum Hanniba-
le eius filio,maléq; ab ea tractarentur.quòd tunc &c. Hęc
ergo priuatio,quæ inducitur ex illa cauſa ibi expreſſa cõ-
tra D.Hannibalem arguit conceſsionem illi factam;cùm
ſit vulgata iuris regula,priuationem habitum præſuppo-
nere.l.manumiſsiones.de iuſti.& iure.l.decem,de verbo.
obligat.vbi latè Iaſ.nu.17.18.cùm enim hæc priuatio ſine
habitu ſtare non poſsit;vt ex claro ipſo ſenſu patet ex di-
ſpoſitione ipſa ſuper priuatione facta,neceſſariò ſequitur
& diſpoſitio ſuper habitu.l.denique.§.interdum. ff.de pe
culio legat. & declarat Bar.in l.cùm tale.§.falſam.prima
oppo.de condi.& demon,
Secundò,perpendenda eſt eiuſdem teſtatoris volũtas,
13 † quam in dubio interpretari debemus iuxta iuris cõis di-
ſpoſitionem:vt tradunt omnes in l.hæredes mei.§. cùm
ita,ibi Ripa.nu.75.ad S.C.Trebelliã.ſed teſtator voluit d.
D.Hannibalẽ teneri præſtare alimẽta d.pupillæ & ꝙ vbi
recuſaret præſtare, quòd ſibi daret pecunias, illi relictas
nomine ſuæ dotis,ſi præſtanda ſunt alimenta,intelligitur
in domo vnà cum ipſo domino Hannibale, iuxta quæ a-
liàs ſuprà in prima dubitatione diximus citando Barto-
lum in l.Caio.§.Imperator,de alimen.& cib.lega.& Ale-
xand.conſilio 100.in princip.lib.1.conſi.178.num.5.libr.
6.& alibi vt eo loco retuli, ergo teſtator voluit eſſe edu-
candam apud ipſum Do.Hannibalem,qui ſuo minori di-
ſpẽdio in domo præſtare poterit alimenta quàm alibi ex-
tra domum. Ex quibus duobus fundamentis infertur,d.
teſtatorem mutaſſe ſuam volũtatem,quam habuit in ipſo
teſtamento.Nam priuaſſe dicitur d.D.Violantidam,vt a-
pud eam educari deberet ipſa pupilla;vt nec immeritò di-
xerim ſuprà in prima difficultate, eam cenſeri etiam pri-
uatam commodo alimentorum.
Tertiò moueor, quia ſi ex affectione & amore adiudi-
canda eſt educatio, non minus fratri,quàm matri eſt de-
14 ferenda,†cùm fratres in ipſo amore cum matre procedat
à pari,vt eſt text.in l.poſſeſsionem.C. communia vtriuſq;
iudic.ibi.quis enim ferat liberos à parentibus, ſorores à
fratribus,vxores à maritis ſegregari?quem textũ in hanc
ferè ſententiam citauit Gramma.d.deciſion.55. in fin.Et
ideo videmus ob id maximam fidem,quam frater aduer-
ſus fratrem vel ſororem habet,conſtitutum eſſe in illorũ
rum fiduciarum tutorem.Inſtit.de fiducia tutela in prin.
Nec hactenus apud quenquam,quos videre contingit,cõ
perio dubitatum,fratrem matri hoc caſu poſt poni, præ-
ſertim qñ teſtatoris voluntas concurrit,vt ſupra oſtendi
hoc in caſu concurrere.
15 Quartò † dico,ſi hoc eſt in arbitrio(vt dixi)iudicis, iu-
dicem ipſum arbitrari debere eſſe educãdam hanc pupil-
lam apud D.Hannibalem.
Nam præter illud,quod teſtatoris voluntatem & diſpo
ſitionem ſequetur,& nulla ſubeſt ſuſpicio inſidiarum vel
alterius cuiuſuis doli:illud faciet quod eſt minus damno-
ſum & incommodũ partib.quod in dubio facere debet;
vt tradit ante alios Caſt.in l.1.ff.ſi quis cautio.quem ſecu-
tus eſt Crau.conſi.14.in fin.conſi.23.in fi.con.207.in fin.
conſi.254.in fin.conſi.278.col.4.verſ.8.conſi.318.circa fi.
Dec.conſi.500.num.13.& con.524.in fin.Sed minus dam-
noſum erit D.Hannibali habere pupillam apud ſe, & eã
educare,quàm extra domum alimẽta præſtare,erit etiam
cum minori incommodo ipſius D.Violãtidæ matris,quæ
ab illa educationis moleſtia erit liberata.
16 Quinto accedit illud vulgatum,† quod tibi non nocet,
& mihi prodeſt.facilè eſt concedendum.l. 2. §. idem Va-
rus.ff.de acq.plu.arcen.& gloſſ.& doct.le.2.in prin.ff.ſol.
mat.Soc.Iun.in conſi.76.num.14.lib. 2.& latè D.Craue.
conſi.226.nu.3.in fi.& alibi ſed D. Violantidæ non no-
cet quòd filia iſta educetur apud D. Hannibalem fratrẽ,
imò potius ſibi prodeſt; quia (vt iam dixi) liberatur ab
illa moleſtia; & hoc multum prodeſt D.Hannibali,vt ſu-
prà retuli,ergo concedi facilè debet; vt apud D. Hanni-
balem educetur.
Sextò & vltimò,ſi hoc eſt in arbitrio iudicis(vt diximꝰ)
17 is certè, cauſa cognita, hoc facere debet, † conſiderata
qualitate perſonæ D.Hannibalis,viri probi& honeſti:qui
ſemper vtilia pupillæ curauit; vt in his terminis argumen
tatur Socin.Sen.d.conſi.193.col.2.ver.1.ex qualitate &c.li.
2.Et hoc certè magis iuri & æquitati erit conſonum, quã
ſanè æquitatem in his ſpectare debet iudex, vt ſcribit in
his terminis Craue.conſil.centeſimononageſimo,num.5.
nec diſſentit Pariſ.conſil.56.num.5.6.lib.1.Nec in in hoc
iudex flecti debet lachrymis maternis,ſed debet eſſe rigo
roſus,& facere ea quæ magis vtilia erunt pupillæ. ita pul-
chrè reſpondit Baldus dicto conſilio 487.pupilla mora-
ri,& in fine libro 5.quem ſequutus eſt Iaſon dicto con-
ſilio.237. in fine,libro ſecundo. cùm ergo ſit magis vti-
le pupillæ,vt apud fratrem commoretur,quia cum maio-
ri commodo alimenta cõſequetur,alioqui inuitus Domi
nus Hannibal non cogeretur illa alimẽta præſtare,ſed tã-
tùm dotem aſsignare cuius reditus non ſufficiet ad eam
alendam;erit quoque magis commodum ipſi fratri & ma-
tri,vt ſupra oſtendi.Ergo debet æquus iudex ita arbitrari.
Non obſtant nunc quæ in oppoſitum afferebantur.Ad
primum reſpondeo & concedo,in matre ceſſare ſiniſtram
ſuſpicionem:ſed dico & eam ceſſare in ipſo D. Hanniba-
le fratre,vt ſupra oſtẽdi.Et verè quis fratre aduerſus in ſo
rorem,vel fratrem ſuſpicionem poteſt arguere ſiniſtram,
quando ſit frater ferè alter;& conueniunt,peregregia illa
Menandri verba.

,, *Quam ſuauis eſt inter fratres concordes amor.*
,, *Quem natura alicui coniungit.*
,, *Ille nullo tempore alienus fieri poteſt.*

Hinc Plutarchus de amore fratrum ait, Nec diuitia
rum nec regni,quod apud homines Imperium eſt diui-
niſsimum,ſine fratribus nulla poteſt aut gratia aut fructus
eſſe:ſi quidem quis fratrem ſuum non amat,is nec paren-
tes quidem,qui amborum generationis cõmunes fuerint,
amat Quis enim(vt apud Salluſtium dicit Mycipſa) ami-
cior,quàm frater fratri?Immò in hunc ſenſũ dicebat Grę·
cus Heſiodus.

,, *Sed nec germano quiſquam eſt æquandus amori.*

Cætera de induſtria ſilentio inuoluã.Illud ſolùm nunc
dicam,tantam eſſe fratris in fratrem dilectionem & ſan-
guinis coniunctionem,vt lex ſtatuerit ex interpretũ ſen-
tentia,fratrem occidentem fratrem parricdij pœna reum
eſſe,ita ſcribunt omnes in l.prima de parricid.in l.1.C.de

patribus qui filios diſtrax.& tradit Carrerius in praxi cri-
min.§.homicidium.nu.128. Non enim in his pœnalibus
vbi ſtrictiſsima fit differentia,frater à patre ipſo differri vi
detur.ceſſat ergo primum hoc fundamentum.

Non obſtat ſecundum,quia retorquetur. Nam iam ſu-
prà oſtendi vltimam diſpoſitionem teſtatoris fuiſſe,quòd
d.pupilla educaretur ab ipſo D. Hannibale nõ repeto, ne
moleſtus videar.

Non obſtat tertium,quia reſpondeo,& primò vt ſuprà
iam ad primum dicebam,omnem ſuſpicionẽ in fratre ceſ-
18 ſare : † reſpondeo ſecundò,conſiderationem illam ſuſpi-
cionis ob ſubſtitutionem eſſe leuem in hoc caſu,quia et-
ſi facta non eſſet,ab inteſtato tamen priore loco ſuccede-
ret ipſe Do.Hannibal,& ex relatis doctoribus neminem
comperio,qui ſuſpicionem hanc in fratre contra fratrem
arguat,& tanto fortius hoc noſtro in caſu in quo non agi
tur de ampliſsimo huius pupillæ patrimonio, cùm ex te-
ſtamento ſit compertum,eſſe dotem conſtitutam ſolùm
aureorum tercentum,quæ iuxta qualitatem Do.Hanniba-
lis,non eſt ſumma maximæ conſiderationis.

Non obſtat vltim.quia ſatis ex ſuprà relatis eſt reſpon
ſum,ex eo præſertim,quia iudex arbitrari decet ſecũdum
illud quod magis vtile erit pupillæ. ſed magis vtile eſt vt
permaneat apud fratrem,alioqui ſi diſtrahitur ab eo,is te
nebitur ſolùm iuxta ipſius teſtatoris diſpoſitionem ( vt
ſup.vno verbo retuli ) aſsignare dotem aureorum tercen
tum,cuius reditus non certè ſufficient ad illius educatio-
nem,vt clariſs.eſt,& quotidianus vſus docet.concludo er-
go æquiſsimi D.Iudicis partes eſſe,iudicare.hanc pupillã
eſſe apud D.Hannibalem fratrem educandam.

Iacobus Menochius I. C.

## *SVMMARIVM.*

1 *Prohibitio alienandi facta in contractu non impedit dominij tranſlationem.& num.25.*
2 *Verba hæc,vt poſsit diſponere ad libitum,an intelligantur etiã quò ad contractus.*
3 *Verba cum effectu intelligi debent.*
4 *Mens contrahentium vbicunque vel clara vel ex coniecturis apparet,illa attenditur, neque ſpectatur quibus verbis facta ſit diſpoſitio.*
5 *Verba futuri ſubiunctiui quando habeãt ſignificationem futuri indicatiui,& econtra.*
6 *Verba futuri ſubiunctiui denotant actum perfectum.*
7 *Prohibitio alienationis expreſſæ ſi præcedat,etiamſi ſequantur vel ſubijciantur verba futuri ſubiunctiui ob vim præcedentis prohibitionis reiecta ſignificatione verborum futuri temporis ſubiunctiui,dominij tranſlatio non impeditur.*
8 *Pactum de reemendo vel recuperando præſupponit primã emptionem perfectam.*
9 *Negociandum eſt cautius,aliàs negotiatori eſt imputandum.*
10 *Pactum vbi eſt reale,onus tranſit in quemcunque poſſeſſorem, etiã ſingularem.*
11 *Onus rei annexum tranſit vnà cum cauſa ſua.*
12 *Pactum quòd res poſsit recuperari,reſpicit rem ipſam.*
13 *Geminatio multum operatur ad oſtendendam voluntatem contrahentium & diſponentium.*
14 *Ex pacto recuperandi prædia ſi alienentur extra familiam, duæ oriuntur actiones , realis & perſonalis, & quomodo locum habeant.*
15 *Pactum ſi apponatur in venditione vel reuẽditione rei,quòd ſi emptor alteri vendat,venditor poſsit rem habere pro eo pretio quo alteri vendetur,an non obſtante tali pacto tranſeat dominium in emptorem.*
16 *Renuntiatio ſeu remiſsio iuris ſui ſub conditione ne in alterum illud ius alienetur,operatur vt adueniente conditione impediatur tranſlatio dominij & alienatio.*
17 *Conuentio facta ſub hypotheca omnium bonorum omnino debet obſeruari,aliàs poteſt contrafaciens cogi ad obſeruationem.*
18 *Confeſſoria actione agitur contra illum qui non vult adimplere cõuentionem factam ſub hypotheca omnium ſuorum bonorum.*
19 *Clauſula conſtituti impedit dominij tranſlationem ad fauorem illius pro quo facta eſt.*
20 *Iuramentum adhibitum in conuentione preciſè obligat.*
21 *Actio quæ competebat contra principalem debitorem , ſi ſoluendo non eſt,poteſt intentari in ſubſidium contra poſsidentem bona ſua.*
22 *Actio perſonalis interdum datur in ſubſidium contra ſingularem ſucceſſorem & poſſeſſorem.*
23 *Ita contra poſſeſſorem rei fideicommiſſo ſuppoſita, quando grauatus qui alienauit non eſt ſoluendo.*
24 *Scientia qualitatis rei præſumitur ex inſpectione inſtrumentorum de tali re factorum.*
25 *Sententia poteſt omnino exequi contra citatum in tali cauſa.*
26 *Prohibitio ſimplex alienationis quando impediat dominij tranſlationem.*
27 *Contractus ſub conditione factus, adueniente conditione dicitur ſolutus.*
28 *Conditio actum ſuſpendit.*
29 *Ideo ea pendente actus non dicitur perfectus.*
30 *Contractus conditionalis non eſt propriè contractus , & eſt ac ſi nunquam fuiſſet celebratus.*
31 *Emptor de facto,& emptor de iure differunt.*

## FACTI SPECIES.

*Dominus Claudius Botierius agebat aduerſus Domi. Henricum Sauum, vt nonnulla prædia ſibi retrouenderet:tandem anno 1548.ita inter eos fuit cõuentum,quòd prædia pleno iure pertineant ipſi Domi.Henrico : qui poſsit & valeat de eis ad libitum diſponere,non obſtante retrouenditione prætenſa,cui ipſe Domin.Claudius renuntiauit. Excepto tamen,quod ſi d.Do.Henricus prædia ipſa alicui extra familiam ſuam alienaret:quòd ipſe D. Claudius valeat illa eo in caſu recuperare,atque recatare & reemere ab illis, qui ea emẽt.Quod ſanè pactum fuit geminatum.Nam paulò pòſt in eodem inſtrumento ita ſubijcitur. Præterea conuenerunt & pacti ſunt, quòd ſi d.D.Henricus alienaret dicta prædia, & d.Dom.Claudius vellet ea recuperare, quòd id facere poſsit à quocunque poſſeſſore & emptore. Huic conuentioni adiecta eſt hypotheca omnium bonorum.*

*Euenit quòd ipſe D.Henricus vendidit prædicta prædia D. Gregorio Marengo.Dubitatur nũc,an hæredes dicti D.Claudij iure valeant recuperare atque ita recatare à dicto D.Gregorio Marengo.*

## CONSILIVM LXIII.

# Initium à Domino.

DVBITATIONEM
habet non leuem hæc con-
ſultatio. Nam prima facie
(vt dici ſolet) dicendum vi-
debatur hos hæredes Dom.
Claudii nõ poſſe prędia hęc
è manibus Marengi recata-
re. Quod vt dicerem multa
me mouebant.

Primò ex iuris regula, ꝙ
1 prohibitio † alienãdi facta
in contractu non impedit
dominii tranſlationem.l.ea lege.& ibidem Bart.C.de cõ-
dict.ob cauſam.& probat l.ſi ita quis.§.ea lege.vbi Aret.
ff.de verb.oblig.& ibidem Iaſ.nu.20.rationem conſide-
rat,qua ita conſtitutum fuerit.Et egregiè reſpõdit Ruin.
conſil.109.nu.5.lib.4.qui hanc eſſe iuris regulam aſſerit.
Sed alienatio facta in Marengum,fecit illum eſſe dominũ
prædiorum.Ergo ab eius manibus,eo inuito,reuocari nõ
poſſunt.iuxta l.id quod noſtrum.de regulis iuris.

Secundò vrgere videtur,quòd D.Claudius ſibi reſerua-
uit facultatem recuperandi etiam alienatione perfecta.id
quod videntur ſignificare illa verba ; quòd poſsit de di-
2 ctis prædiis ad libitum diſponere. Quod ſanè verbũ † di-
ſpono etiam in contractibus intelligitur.§.penu.inſtitut.
quibus modis aliena.licet.Doct.in rub.ff.ſolu. matrimo.
3 Si ergo concedit diſponendi facultatem,verba † cum effe-
ctu intelligi debent.l.3.§.hæc verba.vbi Decius num.1.ff.
quod



quod quiſq; iuris.His fit,quòd etſi per hoc verbum præ-
teriti imperfecti ſubiũctiui principium alienationis im-
pediatur,vt multi,quos infra referam,ſcribunt: attamen
quando aliis coniecturis demonſtratur mens † contrahen
4 tium,illi ſtandum eſt.Ita in ſpecie reſpondit Aret.conſil.
18.num.3.cùm dixit quòd licèt in diſpoſitione adſint ver 14
5 ba † futuri ſubiunctiui quo actus perfectus ſignificatur:at-
tamen habent ſignificationem futuri indicatiui , quando
verba præcedentia,vel ſequẽtia in eadem diſpoſitione &
actu hoc oſtendunt.Ergo & econtra in caſu noſtro , ver-
ba prolata in futuro indicatiui , intelliguntur in futuro
ſubiunctiui,cùm ita præcedentia verba ſuadeãt.ſi ergo eſt
6 † futurum ſubiunctiui,rem & actum perfectum ſignifi-
cat,vt relati Doctores ſcribunt.& apertius Decius conſi.
182.colum.2.verſicu.ſecundus caſus. & ibidem numer.3.
verſicul.vltimò non obſtat.& Aretinum ac Decium ſecu
tus eſt Ripa in dicta l.filiusfamilias.§.diui.nu.45. de legat.
1.Et clarius in ſpecie reſpondit Ruin.conſil.11.in fi.& cõ-
ſilio 116.nu.14.lib.2.vbi copioſè diſſerit.His ergo fit con-
ſequens,quod ſcilicet ſi verba hæc actum perfectum ſi-
gnificant,dominium ſit tranſlatũ,& per conſequens non
eſſe locum huic recato.

Tertiò confirmari videntur iam relata ex doctrina &
traditione eorum,qui dixerunt,quòd,ſi præcedit expreſ-
7 ſa prohibitio † alienationis ; etiamſi ſubiiciantur deinde
verba futuri ſubiunctiui:attamen vt vim præcedẽtis pro-
hibitionis,reiecta ſignificatione verborum ſubiunctiui,
dominij tranſlatio non impeditur.Ita docuit Ripa in di- 15
cta l.filiusfami.§.diui.nume.48.de leg.1.& ibidem clarius
Ferdinandus Loazes.num.113.verſic. tertia ſit concluſio.
qui declarat reſponſum Aretini.d.conſil.18 .nume. .Ita à
ſenſu contrario arguendo, dicendum eſt noſtro in caſu,
quòd,cùm præcedat expreſſa conceſsio & facultas diſpo-
nendi atque alienandi,licet ſequantur verba illa impedi-
tiua trãſlationis dominij, nihilominus nõ operantur hoc
impedimentum tranſlationis,ne aduerſentur præcedenti
conceſsioni.

Quartò non parum vrgere videtur,quia pactum & cõ-
uentio eſt,quòd ipſe D.Claudius poſſet hæc prædia ree-
8 mere atq; recuperare ab emptore.Ergo † præſupponitur,
venditionem eſſe perfectam,& dominium eſſe trãſlatum:
alioqui non diceretur is emptor.Et cum verba cum effe-
ctu intelligi debeant,vt dixi ſuprà:& ideò D.Claudius ſo-
lùm ſibi cauit & prouidit,vt experiri poſſet cõtra empto
rem,quem ſibi obligare nõ potuit.Eſt ergo quòd ſuæ fa-
9 cilitati imputet . Nam debuit † cautius negotiari. iuxta
l.qui cum alio.ff.de regu.iuris.& ibi Doctores. Hæc dubi
tationem non leuem monebant aduerſus D.Claudium,
ne ſcilicet poſſet recuperare hæc prædia à Marengo.

Cæterùm,re ipſa diligenti accuratóque ſtudio perpen-
ſa atque examinata, contraria ſententia viſa eſt & verior
& probabilior.nempe licere D.Claudio prædia hęc recu-
perare atque recatare à d.Gregorio Marengo,oblato ei
pretio,iuxta formam pacti & trãſactionis.Quam ſanè ſen-
tentiam vt verã eſſe demonſtrem multis vtor rationibus 16
& argumentis.
10 Primò ea ratione,quòd vbi pactum † eſt reale,onus trã
ſit in quemcunque poſſeſſorem,etiam ſingularem : cùm
11 onus † rei annexum tranſeat vnà cum ſua cauſa.l.Iulianus.
l.Caius.vbi Bar.ff.de manumiſ.teſta.l. Pomponius.§.1.ff.
de acqui.poſſ.& in ſpecie ita decidit Boerius q.182.nu.16.
cui addo copioſè Tiraquellum in tracta.de retractu con-
ſangui.§.1.glo.10.nu.13.Afflict.deciſ.96.nu 3.Pariſ.conſi.
127.numer.12.libr.4.& Socinum Iuniorem conſil.74.nu.
8.libro 3. Atqui noſtro in caſu verba pacti concepta eſſe
videntur in rem;atque ita rem afficere, Ergo onus hoc
recatandi ſequitur rem ipſam . vt recitari à quocunque
poſsit.Illa minor probatur ex illis verbis, Quòd poſsit il-
12 lam eo caſu recatare. Quæ ſanè verba † rem ipſam reſpi-
ciunt;& ideo in omnes tranſit hoc onus.ita ſimili in caſu 17
docuit Abbas in capit.quod clericis.nume.30.de foro cõ-
peten.quem ſequutus eſt Ripa.lib.1.reſponſorum.capit.2.
nu.1.qui eiuſdem opinionis recenſet Felinum.Quibus ac-
cedit Socin.Sen.conſi.45.colum.1.lib.3.& conſi.12.ad fi-
nem.lib.4.Et hoc maximè hîc procedere videtur,vbi cõ- 18
13 uentio geminata † eſt. quæ ſanè geminatio multum ope-
ratur.iuxta l.baliſta.ff.ad S.C. Trebellianum.& ſcribunt
copioſè Decius conſilio 181.colum.3.& conſi.185.numer.
10.& Socin.Iunio.conſi.133.num.4.libro 1.Et in terminis
his Crauet.conſi.201.nume.42.& clarius Roland.conſil.
56.in fine.lib.1.

Secundò,dato,non conceſſo tamen,verba trãnſlationis
eſſe concepta in perſonam,adhuc videtur poſſe prędium
hoc recatari è manibus Baruchi.idque ex doctrina Caſt.
in l.ſi cùm venderet.num.6.ff.de pign.actio.cùm ſcribit,
ex hoc pacto naſci duplicem actionem. † nempe realem
& perſonalem.Realis oritur, qua res è manibus ſingularis
poſſeſſoris euocari atque vindicari poteſt.Perſonalis,qua
is poſſeſſor ſingularis poteſt conueniri. Et Caſtrenſis opi
nionem ſecuti ſunt permulti,quos recenſet Crauet.con-
ſil.201.col.1.& præter ab eo relatos,idem ſcribunt Tiraq.
tractatu de retractu conuen.§.1.gloſſ.7.num.7. & §.3.gl.
1.nume.1.vbi infinitos propè recenſet. Addo Boer.q.351.
numer.6.Neuiz.conſil.88.nu.8.verſi.ſecundò principali-
ter.qui alios plures citat.Eiuſdem opinionis fuerunt no-
uiſsimè Alciatus reſpon.125.in fin.& omnium melius Di-
dacus lib.3.varia.reſolutio.cap.8.num.3.verſic.cæterùm.
qui paulò poſt,verſi.hinc apparet.ſcribit.ex hac Caſtren-
ſis opinione dicendum eſſe,quod agi poteſt contra tertiũ
ipſum poſſeſſorem actione illa reali vtili, quæ rei vindica-
tionis nomine appellatur. Quibus conſtat hanc eſſe verã
& receptam opinionem , etſi permulti ab ea diſſentiant.
quos recenſet Tiraquel. vbi ſuprà. & quos viſus eſt ſequi
Craue.conſi.12.nu.7.

Tertiò, hanc dubitationem in ſpecie decidit Guido
Pap.quæſt.569.verſi.ſed vidi dubitari.cuius verba adſcri-
pſi.Sed vidi dubitari inter nos in camera conſilii , ſi in vẽ-
ditione, † vel reuenditione alicuius rei apponatur pactũ,
quòd ſi emptor alteri vendat,venditor poſsit habere rem
pro eo pretio, quo alteri vendetur.an , non obſtante tali
pacto,tranſeat dominium in emptorem. Ego dixi;quòd
hoc caſu non tranſit dominium in emptorem : ſed quòd
principalis vẽditor debet gaudere tali pacto,& rem habe
re pro eo pretio:per ea,quæ dixit Bartolus in dicto §.di-
ui.ſecus ſi in tali pacto dixerit;ſi alicui vendidit, &c. quia
hoc caſu conferretur in tempus venditionis perfectæ , &
nõ impediretur dominii tranſlatio,per dictam l.Stichus.
ff.de manumiſſ.teſtamen.Hæc Guido Pap. Quidem duo
capita conſtituit. Primum,quando verba ſunt futuri in-
dicatiui. Secundum, quando ſunt futuri ſubiunctiui. &
verè nos ſumus in primo capite : quia conuentionis ver-
ba ſunt præteriti imperfecti ſubiunctiui : cùm dictum fue
rit; quòd ſi alienaret:non autem, quòd ſi alienauerit : at-
que ita alienationem perfectam non ſignificant,ſicuti eſt
in caſu Guidonis Papæ.Cuius quidem doctrinam ſequuti
ſunt Cagnolus in l.2.numer. 130. C.de pactis inter emp.
& vendit. & Tiraquellus in tractatu de retractu conſan-
guin.§.26.glo.3.nu.43.Et idem quod ipſe Guido ſcripſe-
runt Caſtr.in l.filiusfamil.§.diui. vbi Opizonus num.42.
Alex.nu.3.Ferdinandus Loazes. nu. 11 .& Crotus nume.
31.de legat.1.Et eo loci etiam Ripa nu.44.idem reſpondit
Ruin.conſi.39.nu.3.lib.5.& eandem ſententiam probant
Pariſ.conſi.69.nu.143.lib.2.Brunus conſi.67.numer.4.&
Roland.conſi.56.nu. 2.lib.1.

16 Quartò ſuffragatur quòd remiſsio † ſui iuris,quam fe-
cit D.Claudius,facta eſt ſub quadã conditione;ne ſcilicet
in alterũ alienaret,quòd ſi alienaret,&c. Quò fit,vt ius D.
Claudii tranſlatum ſub ea conditione, ea eueniente con-
ditione,impediatur alienatio & dominij translatio.ſicu-
ti docuit Bal.in l.ea lege.colũ.3.verſi. ego do aliam.C.de
condict.ob cauſam.Et ſenſit Ang.in l.qui abſenti.§.1.ff.
de acqui.poſſ.Verùm etiam per conditionis euentũ con-
ſeruatum,imò fortius auctum dicitur ius Do.Claudii,vt
ſcilicet valeat recuperare prædia hæc alienata.Habet ta-
men hæc argumentatio non paruam dubitationem, cum
à Baldo diſſentiant nonnulli relati à Federico Loazes in
l.filiusfam.§.diui.nu.174.de leg.1.

Quintò accedit,quòd adeſt hîc hypotheca omnium bo-
norum pro obſeruatione conuentionis & pacti. Quo fit
17 vt liceat † ipſi D.Claudio agere & rei incumbere iure pi-
gnoris,vt conuentio obſeruetur. Ita in ſpecie reſpondit
Soc.Sen.conſi.80.colum.2.verſi.vel etiam & tertiò.libr.
3.quem ſecutus eſt Crauetta.conſil.201.col.2.verſic. planè
in caſu iſto.qui & col.3.num.9.ver.poſtremò, &c.inquit,
18 ob hanc hypothecam agi poſſe confeſſoria, † vt declare-
tur ſibi ius competere recuperandi,atque ita rem ſibi rela
xari.Et eiuſdem ſententiæ recenſet Caſtren.conſilio 34.
laudatio.in fin.libr.1.idem reſpondit Brunus cõſi.67.nu-
me.6.Non ignoro tamen Cagnol.in l.2.nu.137.C.de pa-
ctis inter emp.& vend.& Didacum lib. 2.varia.reſolu.ca.

15.nu.2.verſic.vltimò eſt.diſſentire, nempe hypothecam
hanc generalem non ſufficere.
Sextò confert,quòd in hac conuentione & pacto appo
19 ſita fuit clauſula † conſtituti,quia impeditur dominij trāſ-
latio ad fauorem illius.pro quo factum eſt. Ita ſcribunt
Bart.& alii in l.qui abſenti.§.1.ff.de acqui.poſſeſ. copioſè
Tiraq.tract.de iure conſtit.parte 1.nu.31.quib.addo Bru-
num.conſi.67.nu.4.Pariſ.conſi.69. num.143.lib.3.& Ro-
landum conſi.56.num.13.lib.1.Si ergo tranſlatum nō fuit
dominium in Marengum emptorem:ſequitur dicēdum.
illud eſſe apud venditorem.& per conſequēs auocari poſ-
ſunt prædia è manibus poſsidentis.
Septimò mouet me multum, quòd conuentiones hæ,
20 adhibito iuramento,confirmatæ fuerunt.Quod † ſanè iu-
ramentum præciſè obligat ad obſeruandum.Ita gloſſ.l.ſi
pecuniam..vbi Iaſ.nume.23.ff.de condi.ob cauſam. Bru-
nus conſi.89.nu.4.Rubeus conſi.39.num.6.Gozad.con-
ſil.32.num.6.& conſil.100.num.25.Neuizanus conſil.50.
numero 18. Caſſaneus conſilio 53.numero 61. & Rolan-
dus conſilio 6.numero trigeſimoſecundo, libro primo.
Si præciſè obligat, ergo impeditur alienatio & domini
trāſlatio, ſicuti in ſpecie ſcribunt Aretinus in l.ſi ita quis.
§.ea lege.colum.penul.de verborum obligat.Brunus cō-
nus conſilio 67.nume.5.& Roland.d.conſil. 6.numer.35.
libro 1 qui alios eiuſdem opinionis recenſet, licèt ab A-
retino diſſentiant Ioſ.d.§.ea lege.numer.73.Ruin.conſil.
109.num.26.lib.4.Ferrarius cautel.48.num.2. & Ferdin.
Loaz.in l.filiusfamil.§.diui.num.162.de lega.1. Attamen
cum Aretino videtur magis recepta opinio.Si ergo impe
ditur tranſlatio,per cōſequens poterit D.Claudius à Ma
rengo poſſeſſore recuperare.
Octauò mirum in modum vrget,quòd ex actis ſatis cō-
ſtare dicitur,D.Henricum non eſſe ſoluendo. Quo fit vt
21 liceat † D.Claudium in ſubſidium experiri & recuperare
à Marēgo poſſeſſore.Id quod probatur auctoritate egre-
gia Cyn.in l.2.q.11.C.de reſcin.vend.cùm ſcribit,quòd li
cèt actio quæ datur ad reſcindendum contractum ob læ-
ſionem,ſit perſonalis,& detur ſolùm aduerſus emptorē:
attamen emptore exiſtente non ſoluendo datur cōtra rei
poſſeſſorem in ſubſidiū.Quam Cyni aſſertionem proba-
runt Alex.conſi.92.nu.8.verſi.& ſubdunt.lib.1.Crau.cō-
ſil.7.num.15.Didacus libro 2.varia,reſolu.cap.3.nume.10.
Confirmantur ex doctrina Angeli in l.1.§. ſi hæres.ff.ad
22 Trebell.cùm dixit,actionem † perſonalem interdum da
ri in ſubſidium contra ſingularem ſucceſſorē & poſſeſſo-
rem rei.Ang.ſecuti ſunt ibi Alex.nu.1.& Iaſ.n.7.& Boer.
q.224.nu.27.etſi diſſentiat Ripa in d.§.ſi hæres.num.13. I-
ta pariter in ſubſidium datur actio contra ſingularem
23 † ſucceſſorem & rei fideicommiſſo ſuppoſitæ poſſeſſorē,
quando grauatus,qui alienauit non eſt ſoluendo. Ita re-
ſpondit Caſtren.conſil.91.Clarū eſt in iure quòd res ſub-
iectæ.col.2.verſ.& ego aliàs dixi.lib.2.quem ſequutus eſt
Alex.in l.Marcellus.§.res quæ.num.4.ver.limitat etiam.
ff.ad Trebellia.tametſi Socin.ibi nu.9.verſi.tertio, quan-
do hæres &c.ambigat.dixit tamen ſe conſuluiſſe pro ea
Caſtrenſis aſſertione:& ſuo reſponſo ſubſcripſiſſe Alexā-
drum.Et in caſu noſtro ſine controuerſia locum habet
interpretum doctrina,cùm hic Marengus ſcienter emerit
prædia hæc ſuppoſita huic oneri retrouenditionis. Quo
ſanè in caſu & ipſemet Socinus in dicto §.res quæ.& cla-
rius in l.vltima.in principio.numero 9.10.ff.de eo,per quē
factum erit,&c.concedit,agi poſſe in ſubſidiū contra ſin-
gularem poſſeſſorem. Quòd autem Marengus ſciuerit
24 † prædia hæc fuiſſe huic oneri ſubiecta, verè ex eo con-
ſtat,quòd in actis aſſeruit, ſe vidiſſe eo tempore emptio-
nis à ſe factæ, iura & inſtrumenta ipſius domini Henrici
venditoris:& quòd ſuper eo inſtrumento tranſactionis
habuit conſilia à iuriſperitis,quòd tutò emere poterat, li-
cèt ei nihil dixerint an contra eum aliquando dari poſſet
actio aliqua.Ex quibus conſtat,ipſum Marēgum optimè
ſciuiſſe conditionem horum prædiorum. Rectè ergo in
ſubſidium ſaltem contra eum agi potuit.
Nonò & vltimò accedit,ꝙ iam conſtat Marengū fuiſſe
citatū in hac cauſa vnà cum Do.Hērico principali.quo fit
25 vt lata ſententia † contra ipſum dominum Henricum ,exe
qui poterit contra ipſum Marengum.Ita in ſpecie reſpō-
dit Decius conſilio 187.nume.2.quem ſecutus eſt Craueta
conſi.12.in fi.
Non obſtant nunc adducta in contrarium,quibus,etſi
ex iam dictis,ſatisfactum exiſtimem:attamen ſingulatim
reſpondeo. Ad primum itaque reſpondeo vno verbo,
26 per ſimplicem prohibitionem † alienandi non impediri
domini tranſlationem:ſed ſecus eſt, quando illi prohibi-
tioni alia fuerunt adiecta,quibus verè impeditur princi-
pium alienationis,& per conſequens ipſa tranſlatio domi
nii,vt in caſu noſtro multis demonſtratum fuit.
Non obſtat ſecundum, quia reſpondeo illam alienan-
di facultatem datam fuiſſe ſub conditione,ne ſcilicet ex-
tra domum & familiam ſuam alienaret:quòd ſi alienaret,
locus eſſet recuperationi. Ergo ſequitur quòd eueniente
27 † conditione,alienationis contractus eſt reſolutus.l. ne-
ceſſario.§.primo.ff.de periculo & commodo rei vendi.l.
pecuniam,quam,vbi Alexand.numer.4.ff.ſi certum peta.
Decius conſilio 179.numero 3.& Pariſius conſilio 59. nu
mero 5.& conſilio 64.numer.17.libro 1.Ea eſt ratio,quia
28 conditio † actum ſuſpendit.l.ſi quis ſub conditione dan-
dorum decem.ff.ſi quis omiſſa cauſa teſtamen.Et ideo ea
29 pendente,† actus non dicitur perfectus.Ita Pariſius con-
ſilio 82.num.7.libr.quarto.Hinc egregiè reſpondit Are-
30 tin.conſilio vndecimo,numero ſecundo.contractum † cō
ditionalem non eſſe propriè contractum.Si ergo reſolu-
tus eſt contractus,perinde eſt ac ſi nunquam fuiſſet cele-
bratus,& per conſequens Do.Claudius recuperare poteſt
prædia hæc tanquam ſua,è manibus cuiuſcunque.Præter-
eà alia multa hic extant,quibus impeditur initium aliena
tionis,& per conſequens dominij tranſlatio.Atque it ceſ
ſa illa argumentatio ducta à ſenſu cōtrario ex Aretino. d.
conſi.18.num.13.
Non obſtat tertium argumentum, quia pari modo re-
ſpondetur,vt iā dixi hîc ex multis impediri dominij trāſ-
lationem,non repeto iam dicta.
Non obſtat quartum,quia reſpondeo vno verbo , em-
31 ptorem † illum appellari ita de facto,non autem quòd iu-
re emptor ſit,ex quo eius actor non habuit facultatem a-
lienandi.Et ideo ſuprà cum Areti. conſilio 11.numero 2.
dixi,contractum conditionalem eſſe impropriè contra-
ctum:quia,ea conditione eueniente,reſoluitur atque an-
nullatur.Atque ita iuris eſſe concludo.

Iacobus Menochius I. C.

*SVMMARIVM.*

1 *Tutor, & verba inſtrumenti ſeu pacti maximè ſunt conſideranda.*
2 *Conductor tenetur ad illas impenſas quæ factæ fuerunt pro reparatione & refectione ædificiorum.*
3 *Reparare nihil aliud eſt quàm reficere.*
4 *Reficere non dicitur rem funditus deſtructam.ſed de nouo facere.*
5 *Melioramenta qualia ſint.*
6 *Et an dicantur partes domus.*
7 *Melioramenta quæ domi non ſunt affixa, ſed facilè auferri poſſunt, propriè non ſunt melioramenta, ſed inſtrumenta, vt illa quæ apponuntur gratia arcendi vim tempeſtatis, ventorum vel incendij.*
8 *Melioramēta earum rerum quæ de nouo fiunt,non ſunt propriè melioramenta.*
9 *Impenſæ quæ fiunt ad fructus percipiendos, ſpectant ad conductorē & fructuarium.*
10 *Argumentum à veroſimili valet*
11 *Veroſimile quod non eſt, ſpeciem falſi habere dicitur.*
12 *Locator non præſumitur velle iactare ſuum.*
13 *Error potius quàm donatio præſumitur.*
14 *Pactum nouum & conuentio veteri derogare dicitur.*
15 *Epiſcopus dicitur eccleſiæ adminiſtrator.*
16 *Obligationes & pacta ſeu contractus ab initio ſunt voluntatis, & ex poſtfacto neceſſitatis.*
17 *Locator an teneatur ad impenſas factas, diſtinguendæ ſunt multæ ſpecies impenſarum.*
18 *Melioramenta debent æſtimari in fine locationis.*
19 *Locator non debet ſoluere illas impenſas, è quibus vtilitatem nō recipit.*
20 *Salaria ex fructibus debitis ſucceſſori detrahi debent, ad ſatisfactionem ſeruorum prædeceſſoris.*
21 *Succedens in beneficio tenetur ad debita realia ſui anteceſſoris*
22 *Fructus intelliguntur deductis impenſis. & nu.3.*
23 *Incommodum ſeu onus impenſarum is ſentire debet, qui ſentit commodum fructum.*
24 *Prælatus tenetur impendere partem reditus & fructuum pro reparatione rei eccleſiæ.*
25 *Ex liberalitate ſua quis incommodum ſentire non debet.*
26 *Dare nemo id poteſt, quod non habet.*
27 *Melioramenta perpetua ſpectant ad vtilitatem domini, non autem fructuarij.*
28 *Maritus fructuarius nō tenetur præſtare impenſas ad perpetuam rei vtilitatem factas.*
29 *Argumentum ab euitando iniquo & abſurdo valet.*
30 *Conductor an poſſit auferre melioramenta facta, ſi locator nollet ea ſoluere.*
31 *Fructuarius tenetur ſolùm ad onera, & impenſas habita ratione temporis, quo fructuarius permanet.*
32 *Intellectus ad l.fructus ff.ſolu.matr.*



## FACTI SPECIES.

ANNO 1558 *Reuerendus dominus Archidiaconus Salutij negotiorum geſtor reuerendiſsimi domini Piperis Epiſcopi Montisregalis, locauit domino Ioanni Frāciſco de Magiſtris, ciuis Montisregalis, annuos reditus ipſius epiſcopatus pro duobus annis, videlicet* 1558. & 1559. *ſub annua penſione aureorum* 880. *Et ita inter eos pactum & conuentum fuit.*

*Quod idem conductor durantibus dictis duobus annis teneatur ad omnia onera reparationum & aliorum quorumcunque ſupportari contingentium, durante locatione præmiſſa: exceptis melioramentis ingeniorum, murorum & ædificiorum, pro quibus habetur ratio ad æſtima facta & faciēda: ad quæ melioramenta tenebitur idem D.locator.*

*Vita functo Reuerēdiſsimo domino Epiſcopo Piperis anno* 1559. *menſe Iunio electus fuit, ſeu nominatus à Sereniſſimo Duce Sabaudiæ Reuerendiſsimus dominus Epiſcopus Loſanæ, qui nouas conuentiones iniuit cum dicto D.Ioanne Franciſco de Magiſtris d.Epiſcopatus conductore. Quòd ſcilicèt ratione primi termini illius anni* 1559. *dimidium ſolueret, hoc eſt, ſummam aureorum* 440. *Quò verò ad melioramenta & reparationes promiſit d.Reuerendiſsimus dom. Electus ea ſoluere, ſi ita de iure ad ea teneri erit declaratū. Quò verò ad ſecundum terminum annuæ præſtationis dicti anni* 1559. *receſſum fuit à prima locatione facta per dictū D.Archidiaconum Salutij: & denuò cōuentum fuit, quòd ipſe D.Conductor teneretur ſoluere aureos* 550.

*Anno deinde* 1560. *Pius quartus Pontifex Maximus contulit Epiſcopatum hunc Montis regalis Illuſtriſsimo & Reuerendiſsimo D.Cardinali Alexandrino. Qui quidē Reuerendiſsimus D.Cardinalis precibus Sereniſsimi Ducis Sabaudiæ donauit d.Reuerendo D.Epiſcopo Loſanæ electo fructus anni* 1559. *d.epiſcopatus Montisregalis.*

*Nunc D.conductor exhibet parcellas multarum impenſarum eo anno* 1559. *factarum Dubitari contingit, quis teneatur ad has impenſas.*

## CONSILIVM LXIIII.

# Initium à Domino.

PROPOSITAM conſultationem paucis, vt fieri poterit, abſoluam: in eáque concluſiuè procedam, reiecta omni exacta & ſubtili diſputatione. Habet tres dubitationes conſultatio hæc.
Prima eſt, ad quas impenſas iuxta pacta & conuenta teneatur D.Conductor: & ad quas Reuerēdiſsim. D.
Locator:& an quæ in parcellis exhibentur ad locatorem,
vel ad conductorem ſpectent.
Secunda eſt,an ex noua conuentione Reuerēdiſsimi D.
Epiſcopi Loſanę electi ſit receſſum à prima locatione, vt
omninò teneatur conductor ſummam illam aureorum
550.numerare.
Tertia eſt dubitatio,an Reuerendiſsimus dominus E-
piſcopus Loſanæ tanquam vſufructuarius illius anni 1559.
teneatur ad aliquas impenſas melioramentorū:& ad quæ
teneatur.
Quò ad primam dubitationem,animaduertendum cen
ſeo,quæ ſint verba inſtrumenti locationis: cùm illius te-
1 nor † ſit ſeruandus.cap.1.de duobus fratribus à capita. in-
ueſtit.copioſè admodum Neuizanus conſilio 10.colum.
1.Locationis verba hæc ſunt:Quòd dictus conductor du-
rantibus dictis duobus annis teneatur ad omnia onera re
parationum & aliorum quorumcunque ſupportari con-
2 tingentium.Eſt igitur indubitatum,quòd coductor † te-
netur ad illas impenſas,quæ factæ fuerunt pro reparatio-
ne & refectione ædificiorum.Et hæc ſunt.quæ non nouā
formam faciunt,ſed antiquam vetuſtate collapſam & de-
uaſtatam reſtituunt:ſicuti tectoria reficere, aquæductus
reparare,& molendina reaptare.Ea eſt ratio ; quòd nihil
3 aliud eſt reparare † quàm reficere.l.3.§.reficere.ff. de iti-
nere actúque priua.& ibidē notat Bart. & probat l.1.§.ſi
quis in ſpem refectionis.ff.de via public.quibus adductus
ita in ſpecie reſpondit Caſtr.conſil 377.Quantum ad illa,
quæ facta fuerunt,col.1.lib.1. & copioſius ſcribit Boer.q.
44.nu.3.4.Quod intelligo de refectione rei non funditus
4 deſtructæ.Nam tunc non eſſet reficere,† & reparare, ſed
de nouo facere, vt declarat Iaſon in l.quominus. colum-
na penultima.ff.de fluminibus.& Boerius dicta quæſtione
44.nu.5.
Quò verò ad ea,quæ melioramenta reſpiciunt, tenetur
locator,ex verbis pacti, quæ ita ſe habent:Exceptis me-
lioramentis ingeniorum,murorum & ædificiorum. Quæ
5 autem meliorамēta † dicantur,facilè dicimus eſſe illa,quæ
domum meliorem reddunt ac efficiunt; ſi modò ipſi do-
mui affixa ſunt, vt euelli & ſeparari non poſſunt:ſicuti in
domo thalamum.vel cellam vinariam ædificare & facere.
6 Sunt enim hæc † domus partes.l.quod dicitur.§.vltimo.&
l.ſequenti.ff.de impenſis in rebus dotalibus factis.l. Iulia-
7 nus.§.vltimo.ff.de action.empti. Si verò non ſunt † do-
mui affixa , ſed facilè auferri poſſunt , non dicuntur pro-
priè melioramenta.ſed inſtrumēta: quemadmodum ſunt
illa,quæ apponuntur gratia arcendi vim tempeſtatis, ven
torum,vel incendij. Ita reſpondit Caſtrenſis dicto cō-
ſilio 377.columna prima.quem ſequutus eſt Boerius di-
cta quæſtione 44.numero 6.Si igitur in caſu noſtro ali-
qua extant ædificia de nouo conſtructa, tenetur ad illo-
rum impenſam locator.Si verò antiqua ſunt refecta & re-
parata,ad eorum impenſam tenetur conductor. Et quòd
ad impenſam harum refectionū teneatur hic conductor,
demonſtratur multis.
Prima ex verbis ipſius inſtrumenti. Nam cùm in eo de-
claretur ad quæ melioramenta teneatur locator,illa ita e-
8 numerando exemplificat,vt † ingeniorum,murorum & æ-
dificiorum.Quæ ſanè omnia noui ædificii ſunt.l. prima.
§.ſi quis ædificium.vbi Doctores.ff.de operis noui nun-
tia.Hîc ergo includuntur ſolùm hæc melioramenta noui
ædificii,vt ad ea teneatur locator, ergo excluduntur me-
lioramenta refectionis,vt ad ea non teneatur locator. Nā
vnius incluſio eſt alterius excluſio.l.cùm prętor.ff.de iu-
dic.cum ſimilibus.
Secundò ſuadetur ea ratione,quòd hæ impenſæ , quæ
fiunt in reficiendis his ædificiis,verè fiūt gratia percipiē-
dorum fructuum:cùm ſine illis nulli eſſent reditus & pro
uentus,cùm hæc ſint molendina & batenderia, & his ſi-
9 milia. Sed impenſæ,quæ † fiunt ad fructus percipiendos,
ſpectant ad conductorem & fructuarium.l.fructus.l.di-
uortio.§.impendia,vbi Doctores.ff.ſoluto matrimonio.
& infrà dicam:ergo,&c.
10 Tertiò accedit argumentum † ductum à veriſimili,iux-
ta l.quia veriſimile.ff.quod metus cauſa.Nam quod veri-
11 ſimile † non eſt,falſi ſpeciem habet.ita poſt Baldū & alios
ſcribit Iaſon in l.ſi extraneus.nu.6.ff.de cond.ob cauſam.
copioſè Neuiſanus libr.5.Syluæ nuptia.in fin Atqui veri-
ſimile non eſt,pactum ſit inter locatorum & conductorē,
ꝙ pro duobus his annis 1558.& 1559.conductor ſolueret

tantummodo ſummam aureorum 880. cùm iam ſuperio-
re anno, nempe 1557. ſoluerit aureos mille & centum, ni-
ſi ad actum fuiſſet, vt hoc onus refectionis ſpectaret ad i-
pſum conductorem. Non enim eſt veriſimile, quòd loca
12 tor † voluerit ſuum iactare, tantum de ſumma prima re-
mittendo, iuxta l. cùm de indebito. ff. de probatio. & faci-
13 lius error † præſumitur quàm donatio, vt tradunt Decius
conſi. 350. col. 2. & Craue. conſ. 142. nu. 26. Eſt ergo dicen-
dum, hoc onus refectionis ſpectare ad ipſum conducto-
rem. Hæc de prima dubitatione.

Secunda dubitatio caret dubitabili dubitatione. Non
enim eſt dubium, quin ex noua conuentione Reuerendiſ-
ſimi Epiſcopi Loſanæ receſſum ſit à prima illa conuen-
tione inita cum reuerendo domino Archidiacono Salu-
14 tienſi; cùm noua pactio † veteri deroget. l. pactã nouiſsi-
ma. C. de pactis. & ibi copiosè Decius col. 1. & plura Rui
nus conſi. 41. nu. 14. lib. 1. Pariſ. conſi. 10. nume. 92. libr. 2. &
declarat Crauet. conſi. 167. nu. 5. & certum eſt ipſum Re-
uerendiſsimum Electum potuiſſe loco œconomi paciſci
15 ad eccleſiæ vtilitatem, cùm eccleſiæ † adminiſtrator cen-
ſeatur. l. iubemus, la ij. C. de ſacroſanctis eccle. & cùm ſe-
mel hoc placuerit dicto conductori, amplius ei diſplicere
non debet. cap. quod ſemel, de regu. iuris in ſexto. Non e-
nim licet à pacto recedere, cùm ab initio ſint obligatio-
16 nes † volũtatis, & ex poſt neceſsitatis. l. ſicut. C. de actio.
& obligat. cum ſimilibus.

Illud ſolùm ſupereſt videre, an Reuerendiſsimus D. Epi
ſcopus Loſanæ electus teneatur ad aliquas reparationes
17 & refectiones † factas in eo ſecundo termino anni 1559.
Qua in re cùm Caſt. in l. domos, in fin. verſi. ſed adhuc op-
pon. de leg. 1. quem ſecuti ſunt multi, quos infra referam:
& præſertim Boer. q. 44. nu. 13. diſtinguendæ ſunt aliquæ
ſpecies impenſarum.

Prima eſt ſpecies impenſæ, quæ colligendorum fru-
ctuum gratia fieri ſolet, ſicuti eſt agros colere, ſeminare,
& his ſimilia facere. Hæc impenſa ſpectat ſine controuer-
ſia ad ipſum conductorem. ita Caſtrenſ. & Boerius locis
iam citatis. Quod vel ex eo confirmatur, quia ſi dominus
locat prædia, vt dimidam fructuum à colono partiario re
cipiat, fructus illos recipit ſine his impenſis, quæ in totum
ſpectant ad ipſum colonum. capit. tua nobis. vbi Abbas.
de decimis. Cornel. conſilio 289. colum. 3. verſicul. & hinc
eſt quòd colonus. libro. 1. Afflict. deciſio. 252. col. 4. verſi.
propterea dicit. & Tiraquel. in tracta. de retractu conſan-
gui. §. 15. gloſſ. 1. num. 19. verſic. fallit quintò. Si ergo in ca-
ſu noſtro impẽſæ aliquæ factæ ſunt in agris colẽdis, & his
ſimilibus quæ verſantur circa fructum & redituum per-
ceptionem: verè hæc impenſa dicitur cauſa colligendorũ
fructuum, & ob id ſine controuerſia ſpectat ad ipſum cõ
ductorem: atque ita per conſequens D. Epiſcopus electus
ad eas non tenetur.

Secunda eſt ſpecies impenſæ, quæ fit cauſa conſeruan-
dorum fructuum, vt quando cuſtodes adhibentur, vt il-
los, ne à furibus ſurripiantur, cuſtodiant. Hæc quoq; im-
penſa ad colonum pertinet, vt rectè ſcribunt Caſtren. &
cæteri iam relati, & Alexander in l. diuortio. §. impendia.
numer. 4. ff. ſoluto matrimo. Ad hanc ergo impenſam ſi-
ne controuerſia non tenetur hic dom. Epiſcopus Loſanæ:
nec etiam Rererendiſsimus dominus Cardinalis, ſed ipſe
ſolus conductor.

Tertia eſt ſpecies impenſæ, quæ ad ipſius rei vtilitatem
fit, ſed pro tempore, veluti ſi molendini totæ aliquantu-
lum aquarum impetu frangerentur, ſi molæ, quel quid ſi-
mile, quod parum duraturum eſt, reponi & refici debent:
veluti etiam canales & cæteri aquæductus reaptare, ita
quòd locator tempore finitæ locationis ex illa refectio-
ne nullam ſit conſecuturus vtilitatem. Hæc impenſa ad i-
pſum colonum & fructuarium pertinet. Ita Caſtrenſis &
Boerius locis iam citatis. Nam, ſi aliquod commodum
ex illa impenſa conſequi poſſet dominus locatione fini-
ta, pro modo vtilitatis reficere debet impenſam condu-
ctori. Ita egregiè docuit Bartolus in l. impenſæ. ff. de im-
pen. in rebus dotalibus fact. dum loquitur de impenſa fa-
cta in purgatione foſſarum, quam colonus, vel conductor
à domino repetit; ſi locatione finita, allatura ei eſt com-
modum. Bartolum ſecuti ſunt Alexan. in l. diuortio. §. im
pendia. numer. 3. ff. ſoluto matrimon. & Ruin. conſil. 157.
num. 21. libr. Et ideò iuſta ratione dicimus melioramenta
18 † æſtimari in fine locationis. vt probat d. l. domos. de leg.
1. vbi Caſtrenſis Iaſon & cæteri, & copiosè tradunt Ruin.
conſi. 38. in fine. lib. 1. conſil. 117. col. 1. & 2. & conſilio 135.
num. 14. lib. 5. & conſi. 165. num. 6. lib. 4. Gratus, cõſ. 9. nu.
15. & conſi. 132. nu. 14, lib. 2. Afflict. deciſ. 88. nu. 6. & Boer.
q. 44. numer. 12. Cuius rei ratio eſt, quia æquum non eſt, vt
19 locator † ſoluat ipſam impenſam, è qua vtilitatem ſolus
conductor percipit. Cùm ergo huiuſmodi ſint impenſæ
factæ à conductore ad eum verè ſpectant vſque ad finem
locationis, qua finita ille, cui res reſtituitur, impenſas il-
las, ſeu melioramenta æſtimari facit, vt tunc reperiuntur,
& eas ſoluit conductori. Ita in caſu noſtro cùm hæ impẽ
ſæ à D. Franciſco conductore factæ ſint in reaptandis mo
lendinis, batenderiis, ingeniis & his ſimilibus pro eo tem-
pore, quo locatio durauit, ipſe ſuſtinet onus impenſæ: lo-
catione verò finita ſoluit illam æſtimationem rei domi-
nus. Ex quibus fit conſequens, quòd, cùm ipſe D. Franci-
ſcus perſeuerauerit in locatione ſex illis mẽſibus, dicti an-
ni 1559. ad eum, & non ad Do. Epiſcopum Loſanæ ſpectat
ſuſtinere onus huius impenſæ. Et locatione finita Reue-
rendiſsimus D. Cardinalis ſoluet æſtimationem meliora
mentorum, quæ tũc ei reſtituentur: quemadmodum & de
cæteris melioramentis nunc ſubiiciam.

Quarta eſt ſpecies impenſæ. quæ ad perpetuam rei vti-
litatem fit: vt eſt ædificia noua extruere, & ſimilia face-
re. Hæc impenſa verè ſpectat ad rei dominum, vt mox
dicemus.

Quò ad tertiam dubitationem, an ſcilicet Reuerendiſsi-
mus D. Epiſcopus Loſanæ teneatur ad impenſam melio-
ramenorum, quæ pro vtilitate molẽdinorum & ingenio-
rum & ſimilium facta eſt: ratione illius anni 1559. cuius re
ditus & prouentus percepit: & prima fronte (vt dici ſolet)
dicendum videbatur teneri.

Primò, argumento ducto à c. vlt. de offi. ordin. in 6. quo
20 loci conſtitutum eſt, ex fructibus † debitis ſucceſſori eſ-
ſe ſoluenda ſalaria ſeruorum prædeceſſoris: necnon & im-
penſas factas ex cauſa alimentorum ipſorum ſeruorum. &
ex eo textu annotarunt ibi Geminianus, Anchara. & cæ-
teri: & idem Geminia. conſil. 78. Formatur iſta. columna
vltim. & Tiraquel. in tracta. de retractu cõſang. §. 15. gloſ.
21 1. num. 7. quòd ſuccedens † in beneficio tenetur ad debita
realia ſui anteceſſoris.

Secundò accedere videtur, quòd illuſtriſsimus D. Car-
dinalis donauit d. Reuerendiſsimo D. Epiſcopo Loſanæ
22 fructus dicti anni 1559. Atqui fructus † intelliguntur de-
ductis impenſis. l. fructus. l. diuortio. §. impendia. ff. ſolut.
mat. Ea videtur ratio. quia æquum eſt, vt is ſentiat onus
23 † impenſarum, qui ſentit commodum fructuum. l. ſi pen-
dentes. §. ſi clocarij. ff. de vſufruc. & præſertim, cùm de re
24 eccleſiæ agitur, in cuius reparatione tenetur prælat⁹ † par-
tem reditus & fructuum impendere. c. 1. 21. q. 1. c. de mona
chis, de præben. & c. vlti. de offi. ordi. in 6. & ibi gloſſ. ergo
dicendum videtur, Do. Epiſcopum Loſanæ teneri ſoluere
partem impenſarũ factarum in his melioramentis, reſpe-
ctu ipſius anni. 1559.

Tertio dubitationem mouet, quia ſi D. Epiſcopus Lo-
ſannæ non ſolueret partem harum impenſarum, verè d.
25 dominus Cardinalis ex ſua liberalitate † ſentiret detrimẽ-
tum, quia ipſe ſolueret impenſam melioramentorum, &
D. Epiſcopus fructus perciperet. contra regulam iuris na-
turalis, quæ eſt, vt is ſentiat damnum, qui ſentit & com-
modum. l. ſecundum naturam, de regul. iur.

56 Quartò & vltimò vrgere videtur, quòd nemo † dat
quod non habet. l. traditio. ff. de acquirend. rerum domi-
nio. cum vulgatis ſimilibus. ſed dominus Cardinalis non
erat dominus melioramentorum, ſeu impenſarum, cùm
illæ factæ ſint à conductore: ergo non potuit D. Cardina-
lis donando fructus transferre, & donare ius harum impẽ
ſarum. Hæc faciebant dubium hac in cauſa.

Re tamen ipſa diligentius perpenſa, contrarium verius
eſſe exiſtimo; nempe reuerendiſsimum dominum Epiſco
pum Loſanæ non teneri ad ſolutionem harum impenſa-
rum, cùm partim factæ fuerint ad perpetuam rerum vtili-
tatem, partim ad vtilitatem temporalem. De his quæ fa-
cta ſunt ad tẽporalem vtilitatem diximus ſupra ſpectare
ad conductorem, & finita locatione ei domino ſolui de-
bere æſtimationem eorum, quæ extabant. Idem de cæte-
ris melioramentis nunc dicendum eſt in hoc caſu.
27 Primò ea ratione vera & ſolida, quia hæc impenſa † me-
lioramentorum ad perpetuam vtilitatem rei ſpectat ad do
minum, non autem ad fructuarium. l. hactenus. ff. de vſu-
fructu. Barto. in l. damni. §. ei cuius. numer. 3. ff. de damno
infecto.



infecto. & in l. cotem ferro. §. qui maximos. numero 14. ff.
de publican. & vectigal. Alexand. conſi. 162. colum. 1. libr.
7. Afflict. deciſi. 252. nume. 2. Gramma. conſi. 13. nu. 43. Pa-
riſ. conſi. 96. nu. 26. lib. 2. & Rolan. conſil. 28. nu. 13. libr. 1.
Cùm ergo D. Epiſcopus fuerit vnius anni fructuarius tã-
tummodo, dicendum eſt ad eum non ſpectare hoc onus
ſoluendi hac impenſas. Confirmant hanc ſentẽtiam text.
l. diuortio. §. impendia. ff. ſolu. matrimo. quo loci reſpon-
28 dit iuriſconſul. maritum † fructuarium non præſtare im-
penſas ac perpetuam rei vtilitatem factas. Idem probat l.
1. §. vltim. cum duabus legibus ſequentibus. ff. de impenſ.
in rebus dotal. factis.

29 Secundò mouet me ratio † ducta ab euitanda iniquita-
te, quàm leges ſummopere odio habent. l. 3. §. ſi quis ini-
quum. ff. quod quiſque iuris. Atqui maximè iniquum eſ-
ſet, ſi dominus Epiſcopus ſolueret has impenſas: ergo ad
eas non tenetur. Illa minor probatur: quia aut conſidera
mus tempus donec & quò vſque perdurat locatio, & tũc
nec ipſe dominus Epiſcopus, nec domi. Cardinalis ſoluit
has impenſas; ſed eas ſuſtinet conductor, vt diximus ſu-
prà. Aut conſideramus tempus finitæ locationis, & tunc
impenſas ſoluit rei dominus, iuxta æſtimationem, quæ
tunc fit: vt diximus ſuprà. Ea ratio eſt, quia ſi recipit rem
meliorem effectam, debet etiam ſuſtinere onus impenſæ.
iuxta dictam regulam ſecundum naturam, &c. Eſſet ergo
iniquum ſi Do. Epiſcopus teneretur: ex quo nullam inde
trahit vtilitatem.

Tertiò accedit, quòd ſi concedimus dominum Epiſco-
pum teneri erga conductorem vt ei ſoluat ab eo facta me
lioramenta; certum eſt, quòd ratione ipſorum meliora-
mentorũ eius loco ſuccedet. Atqui, ſi ipſi conductori re-
cuſaret locator ſoluere facta melioramenta, poſſet ipſe
30 conductor † ea auferre. iuxta l. in fundo. ff. de rei vindica.
& copiosè ſcribit Tiraquellus in tractatu de retractu cõ-
ſanguinita. §. 7. gloſſ. prima. numero 1. & 2. Ergo pari mo-
do, ſi domino Epiſcopo ſoluenti ea meliorametã & ſuc-
cedenti illi conductori, recuſaret dom. Cardinalis ſoluere,
poſſet dominus Epiſcopus ea melioramenta auferre. Ne
igitur ea auferat, rectè breui quadam manu D. Cardina-
lis ſoluere ea debet dicto conductori.

31 Quartò & vltimò ſuffragatur, quòd fructuarius † ſolùm
tenetur ad onera & impenſas, habita ratione temporis,
quo fructuarius permanet; vt reſpondit Socin. Sen. conſi.
247. colum. 2. verſicu. aliquando & ſecundo, lib. 2. & Bar
bat. conſi. 84. colum. 2. lib. 2. & ſenſit Barto. in l. impenſæ.
ff. de impenſ. in rebus dotalib. factis. Demus igitur caſum,
quòd ipſemet dominus Epiſcopus impẽdiſſet in his me-
lioramentis conficiendis plus quam ferre poſſet tempus,
quo ipſe extaret fructuarius: nónne poſſet repetere impẽ-
ſa vltra debitam ſuam portionem? Ii ergo hæc ipſa melio
ramenta extant in fine anni 1559. quo prædia omnia Do-
mi. Cardinali reſtituuntur, nonne etiam ipſe D. Cardinalis
ea ſoluere tenetur? certè apud me res hæc omni dubita-
tione caret.

Non obſtant nunc adducta in contrarium. Ad primum
reſpondeo, quòd textus dict. cap. vltim. de officio ordina.
in 6. loquitur de neceſſariis impenſis, quæ cùm reſpiciant
fructuum perceptionem & ſeruitia eccleſiæ, ab eo, qui in
eccleſia ſuccedit ſolui debent, ne is, qui ſeruiuit ſua mer-
cede fraudetur. ſed in caſu noſtro nullus fraudari poteſt,
& qui in eccleſia ſuccedit, onus harum impenſarum ſuſti
net; hoc modo diſtribuendo impenſas pro tempore, quo
perdurat locutio. nec D. Cardinalis, nec D. Epiſcopus ſu-
ſtinet aliquod onus harum impenſarum; ſed totum eſt im
poſitum humeris conductoris, locatione finita pro æſti-
matione, que tunc facta erit, ſoluere debet qui ea meliora
menta apud ſe recipit. Eſt ergo dicẽdum, D. Cardinalem
recipientem illa debere ſoluere.

Non obſtat ſecũdum, quia reſpondeo, quod fructus in-
telliguntur deductis impenſis, quæ fieri ſolent ad fructus
32 ipſos colligendum: ita † loquitur l. fructus. ff. ſoluto ma-
trimonio. & probat textus clarus. l. ſi à domino, vel à pa-
tre. §. vltimo. ff. de petitione hæreditatis. quo loci ita ſcri-
ptum eſt. Fructus dicuntur deductis impenſis, quæ quæ-
rendorum, conſeruandorúmque gratia fiunt. Et egregiè
declarat Tirq. in tracta. de retractu conſan. §. 15. glo. 1. nu.
2. & ibidem nu. 24. diſtinguit impenſas, quæ fiunt ad fru-
ctus colligendum, & conſeruandum ab his, quæ fiunt ad
rei vtilitatem: vt ſuprà declaraui. De his impenſis ad fru-
ctus colligendos nulla eſt contentio, cùm non neget do-
minus Epiſcopus eas ſpectare ad colligentem fructus. vt
iam dictum fuit: ſe tota verſatur diſputatio de impẽſis ad
rei vtilitatem factis, quæ quidem ſpectant ad eum, qui v-
tilitatem ſentiet; quam quidem vel ipſe ſolus D. Cardina-
lis ſentire habet: quemadmodum ſuprà declaraui.

Non obſtat tertium, quia vno verbo reſpondetur, quòd
imò dominus Cardinalis nullum detrimentũ ſentire po
teſt: quandoquidem ſoluit D. Cardinalis æſtimationem il
lorum melioramentorum, quæ reperientur tempore fini-
tæ locationis. & ideo ſi aliquid ſoluit, recipit etiam apud
ſe melioramenta; quæ vbi à conductore facta nõ fuiſſent:
haberet neceſſe ea facere dominus Cardinalis, ſi ex molẽ-
dinis ipſis atque aliis ædificiis reditus & prouentus vellet
recipere.

Non obſtat vltimum argumentum, quod ab aduerſa-
riis adducitur; quia verè nihil concludit, ſi perpendantur
iam dicta. Concludo itaque Reuerendiſsimum dominum
Epiſcopum Loſanæ non teneri ad reficiendum aliquam
impenſam.

Iacobus Menochius I. C.

## SVMMARIVM.

1 *Præſtatio annua arguit feudum conditionale.*
2 *Contractus factus cum obligatione ſoluendi certam annuam ſum-
mam, & par caponum, an faciat vt contractus ſit emphyteuti-
cus, vel innominatus. & nu. 41.*
3 *Vel cenſualis.*
4 *Vel feudum, propriè vel impropriè, quòd conditionatum appel-
latur.*
5 *Inhabilis an poſsit ſuccedere in feudo conditionali, & impro-
prio.*
6 *Feudum ſub certa annua ſumma & pari caponum, & feudum pro
certo ac determinato ſeruitio præſtando æquiparantur.*
7 *Feudum ſemper conditionale dicitur quando adeſt præſtatio capo-
num annua.*
8 *Solutio mihi facta dicitur, quando ei eſt facta, qui in ſpecie ſeruitu-
tis erga me remuneratione dignus erat, quia quodammodo dici-
tur delegatio facta.*
9 *Solutio facta delegato dicitur deleganti facta, ſi eius nomine fuerit
facta.*
10 *Feudi natura eſt vt ſit libera conceſsio abſque præſtatione ali-
qua.*
11 *Et quid quando promittitur ſeruitium perſonale indeterminatum
& incertum domino feudi.*
12 *Fœminæ ſuccedunt æquè cum maſculis, & ſi ſunt proximiores, an-
teponuntur ad feudum datum ſub præſtatione annui cenſus, &
in inueſtitura nullum eſt iuramentum fidelitatis.*
13 *Mulier non poteſt promittere præſtare domino feudi auxilium in
bello, cùm non teneatur ad id quod ſuo ſexui non conuenit, & nu
mero 22.*
14 *Mutus, ſurdus clericus & alij ſimiles inhabiles ſunt capaces ad feu
dum datum ſub præſtatione annui cenſus, non præſtito iuramen
to fidelitatis.*
15 *Fœminæ regulariter excluduntur à feudo quantumcunque con-
ditionato, dummodo adſit iuramentum fidelitatis, ſecundum a-
liquos. & nu. 39. in fin.*
16 *Contrarium tamen magis communiter recipitur.*
17 *Iuramentum fidelitatis comprehenditur regulariter in inueſtitura
feudi, niſi ſpecialiter ſit remiſſum.*
18 *Iuramentum fidelitatis in feudo remitti poteſt, non autem fidelitas.
& nu. 44. lex quæ non eſt authentica, an allegari poſsit.*
19 *Tex. in c. ſi cùm militi, de feudo, & beneficio in extraordinarijs, an
authenticus ſit.*
20 *Fœmina duplici ratione ad feudum concurrere non poteſt.*
21 *Vaſallus cum domino ad prælium ire debet, eique perpetua fide a-
deſſe, adeo vt ſi in acie periclitantem dimiſerit, beneficium tan-
quam indignus amittit.*
22 *Defenſionem ſuſcipere non eſt muliebre, ſed virile officium.*
23 *Vaſallus fidelitatis iuramento obſtringitur. ſed ſecreta ſibi à domino
patefacta, nemini pandere.*
24 *Et conſilio ſuo debet dominum iuuare.*
25 *Fœmina puero æquiparatur, ratione ignorantiæ.*
26 *Mulier verboſa, & alia plura de muliere.*
27 *Vaſallus quid promittere debeat in inueſtitura feudi.*
28 *Vaſallus quòd debeat ire ad bellum cum domino, an ſit ex ratione
finali, vel impulſiua.*
29 *Iuramentum fidelitatis an ſit de ſubſtantia feudi.*

• *Epiſcopus Pontifici ſubiectus non tenetur ire ad bellum, & qua ratione.*
31 *Bellum militibus tantùm conuenit, non alijs.*
32 *Fœmina in feudo franco ſuccedere poteſt.*
33 *Obtinens feudum francum ad quid teneatur.*
34 *Fœminæ ſæpiſſimè ex conſuetudine ciuitatum ſolent ad feuda admitti, vt in ciuitate Patauina.*
35 *Et tenetur præſtare iuramentum fidelitatis.*
36 *Et licèt ad bellum domino ſeruire non poſſit, per interpoſitam perſonam tamen poteſt.*
37 *Fœmina in feudo poſt maſculos ſuccedere poteſt, quando inueſtitura eſt conceſſa pro maſculis & fœminis.*
*Et tenetur præſtare iuramentum fidelitatis ſicut maſculus.*
38 *Infantes & pueri an ad feudum aſpirare poſſint.*
39 *Iuramentum fidelitatis quod expreſſim ſit præſtitum in inueſtitura vel tacitè nil refert, quia ſemper ſubintelligitur.*
40 *Iuramentum fidelitatis duo operatur, primo facit vt propriè feudum dicatur, non autem emphyteuſis vel cenſus, in quo non requiritur; ſecundo quod vaſallus tenetur ad ſeruitium perſonale.*
41 *Et an faciat vt propriè dicatur feudum.*
42 *Cenſus annuus non præſtatur pro proprio feudo, ſed perſonale ſeruitium.*
43 *Iuramentum fidelitatis an faciat feudum proprium, & nume. 65.*
44 *Fidelitas in feudo, pacto remitti non poteſt.*
45 *Iuramentum fidelitatis ſub qua forma præſtetur.*
46 *Vaſallus qualis propriè dicatur.*
47 *Intellectus an dicta Cyni in authen. ingreſſi. in antepe. quæſt. C. de ſacroſan. eccle. cum nu. ſeq.*
48 *Reale ſeruitium cùm præſtatur, feudum propriè non dicitur.*
49 *Reale ſeruitium in feudo & iuramentũ fidelitatis, ſimul ſtare poſſunt, & ad vnum tendere.*
50 *Feuda impropria dicuntur ratione qualitatis ſeruitij, quod præter regularem feudi naturam præſtatur.*
51 *Iuramentum fidelitatis non debet præſtari ab illo, cui conceditur res in feudum pro annua quantitate frumenti.*
52 *Et an propriè ſit feudum vel impropriè vel emphyteuſis.*
53 *In feudo conditionato non ius commune, ſed conſtitutiones ſeruari debent.*
54 *Fœminæ de iure communi vnà cum maſculis admittuntur ad feudum.*
55 *Ceſſante lege feudali ſuccedit diſpoſitio iuris communis.*
56 *Feudum cùm habet naturam alteratam, nõ poteſt à iure feudorum moderari, ſeu interpretationem recipere.*
57 *Statutum iuris communis derogatorium, non recipit interpretationem ab ipſo iure communi.*
58 *Imperator tenetur præſtare ſummo Pontifici iuramentum fidelitatis.*
59 *Feudum fœmineum dicitur cùm in fœmina primã originem habet, Regnum Siciliæ eſt feudum eccleſiæ.*
60 *Ioanna & aliæ mulieres adminiſtrantes Regnum Siciliæ.*
61 *Vaſallus qui tenetur ad ſolutionem annui cenſus, ſi per bienniũ vel triennium non ſoluerit, an debeat priuari.*
62 *Contractus cenſualis & emphyteuticus an æquiparentur, & nume. ſequen,*
63 *Res data ad cenſum non amittitur, etſi cenſus nullis annis numerati non ſint.*
64 *In feudo conditionato duo præſtantur, iuramentum fidelitatis, & cenſus annuus.*
*Iuramentum eſt cauſa finalis: cenſus verò cauſa impulſiua.*
65 *Præſtatio cenſus in feudalibus an poſſit eſſe cauſa finalis.*
66 *Pro feudo quando eſt data pecunia, vel præſtatur ſeruitium reale, licet tale feudum plus habeat liberalitatis quam oneris, attamẽ dicitur contractus.*
67 *Feudum datum ad certum ſeruitium, atque ita conditionatum, regulatur à conſtitutionibus feudalibus, quòd fœminæ non admittantur.*
68 *Et quomodo hoc intelligatur.*
69 *Feudum quando nominatim eſt conceſſum tam maſculis quàm fœminis, vtroque caſu ſiue ad certum, ſiue incertum, fœmina poſt maſculum admittitur.*
70 *Fœmina in illis caſibus quibus ad feudum admittitur poteſt per alium ſeruire, ex quo non poteſt per ſe.*

## FACTI SPECIES.

*ANNO 1415. dominus Iacobus à Sole inueſtitus fuit à reuerendiſſimo domino Epiſcopo Patauij de feudo decimarum loci Carturiæ ſub præſtatione annui cenſus librarum vigintitrium, loco vnius vegetis vini, quæ olim ab antiquis præſtabatur: ac vnius paris caponum. Qui quidem capones ipſi domino Epiſcopo perſoluebantur: ſumma verò librarum vigintitrium, Galuano Carrario dicti domini Epiſcopi vaſallo: ita pacto in ea inueſtitura conuento.*

*In ea ipſa inueſtitura præſtitum fuit à dicto domino Iacobo fidelitatis iuramentum. Hic Iacobus anno 1417. teſtamentuum condidit, & in eo hæredes fecit Ioannem filiũ & Ioannẽ Franciſcum nepotem ex Marco filio prædefuncto. Et in eo teſtamento illis hæredibus ſubſtituit per fideicommiſſum, ſi ſine maſculis decederent. Hæredes inſtituti hæreditatem adiuerunt, & ambo relictis maſculis deceſſerunt. Hi hæredes anno 1431. diuiſerunt omnia bona, & in partem Ioannis obtigit feudum hoc decimarum; nulla tamen mentione facta, quòd eſſet feudum eccleſiæ. Hoc feudum obtinuit is Ioannes, & poſt illum eius filij & hæredes, Nicolaus, Marcus & Ioannes Iacobus, nulla tamen accepta inueſtitura ab Epiſcopo. His vita functis Aloyſius filius Nicolai & Alexander filius Ioannis Iacobi inueſtiti fuerunt ſub anno 1479. ſub commemoratione primæ inueſtituræ, mortuo Aloyſio ſine filiis maſculis, inſtituto Alexandro fratre, qui quidem Alexander fuit pro ea parte feudi à fratre relicta inueſtitus.*

*Nunc mortuus eſt Alexander relictis duabus filiabus, D. Clara & Elizabeta: quæ à reuerendiſſimo Epiſcopo inueſtitæ fuerunt. Ex Ioanne Franciſco nepote & hærede dicti Iacobi primi inueſtiti deſcenderunt Domi. Marcus, Iulius & Troilus, qui nunc in humanis ſunt. Dubitari contingit, an fœminæ hæ in hoc feudo ſuccedunt, vel à maſculis excludantur.*

## CONSILIVM LXV.

# Initium à Domino.

NISI certò ſcirem arduę huius controuerſiæ veritatem à viris conſultiſsimis qui de ea iudicium ferre habent, & accuratè & magno ſtudio perquiri, dubitarem non parum, ne ſuperuacanea futura eſſet mea hæc qualiſcunque opera, quam pòſt doctiſsimos viros, qui hac de re & doctè & eleganter ſcripſerunt, nunc libenter impẽdo. Et quanquã alio ordine quàm illo, quẽ nunc ego ſeruaturus ſum, à cæteris multa in mediũ adducta ſint; quib. pro bono & æquo partes fœminarũ, quas ius optimum fouere exiſtimo, defendi pñt: attamẽ dicã & ego quod hac de re ſentio. Quò autẽ res clarior efficiatur, dicendũ ante oĩa putaui, qualis ſit huius feudi natura: qua quidẽ cognita facile erit ferre iudiciũ, qui illud cõſequi debeant. Hoc feudũ nõ eſt verè & propriè feudũ: ſed feudũ improprium, quod crebrius noſtri conditionatũ appellant; cũ pro annuo cenſu librarũ vigintitrium & pari caponũ cõceſſum
1 fuerit. Quæ ſanè annua præſtatio† arguit feudũ eſſe conditionatũ ex recepta magis opinione. Tres quidẽ fuerunt hac de re opiniones. Vna quòd res cõceſſa ſub ſimili præ-
2 ſtatione annua inferat contractũ † emphyteuticũ uel innominatũ. Quam ſanè opinionem probarunt Bal. in l. liberti libertæq;. nu. 36. C. de oper. liber. idem in l. cum falſa. nu. 5. C. de iuris & facti ignor. Alex. in l. vtrum. nu. 5. de verb. obl. Iaſon in præludiis feudo. nume. 62. & Federicus Schenk. in c. 1. §. in primis. quib. ex cauſ. feudum amitta.

Secunda



3 Secunda fuit opinio, quod hic contractus † cenſeatur cenſualis: ita Alber. in l. 2. num. 13. C. de iure emphy. Baldus ſibi parum conſtans in cap. vlt. nu. 1. de cauſa p ſſ. ſſ. & proprieta. Afflict. deciſ. 129. nume. 4. & Capicius deciſ. 103. Cæterùm erit aduertendum, quòd Doctores ij omnes loquũtur, cùm res aliqua cõceſſa fuit ſimpliciter ſub præſtatione annua: atq; ita dictum non fuit in feudum, vel alio ſub nomine.
* Tertia fuit opinio verior * & receptior, quòd ſi res
4 † fuit conceſſa in feudum ſub annua præſtatione, quòd hoc ſit quidem feudũ, ſed impropriè, atque ita conditionatum appellant. ita Cynus in authen. ingreſſi, colu. vlt. verſic. 1. caſu. C. de ſacroſ. ecc. Iacobus Beluiſius in prælu. feudo. colum. 2. verſic. tertia diſtinctio. Bal. in pace cõſtantiæ, in verbo, libellariæ, in fine. dum ſcribit, hoc feudnm eſſe ſimi
5 le emphyteuſi, vel cenſui, cùm in eo etiam inhabiles † ſuccedant. Idem ſcripſerunt Spec. in titul. de emphy. §. nunc aliqua, verſi. 85. Cardin. Zabarella conſi. 92. colu. 4. verſic. Quòd verò. Roma. conſi. 70. num. 2. Corn. conſi. 16. num. 4. & conſi. 239. num. 3. lib. 1. Soc. Sen. conſi. 257. col. 1. lib. 1. Iaſ. in l. 1. num. 50. C. de iure emph. & clarius conſ. 156. col. vlt. verſic. 2. principaliter lib. 2. Decius conſi. 138. nume. 7. & conſi. 193. num. 2. & idem eſſe ſcribunt Doctores cùm
6 feudum † datur pro certo & determinato ſeruitio præſtãdo. ita Bal. in cap. 1. §. quinetiam. epiſcop. vel Abbat. & ibi Aluar. verſicu. & intellige prædicta. Iſernia in cap. 1. §. ſed nec eſt alia num. 4. quæ ſit prima cauſa benef. amitt. Claudius de Seyſellio in trac. feudo. pag. 61. verſi. ſed vt dixi. Iacobinus à S. Georgio, in inueſtitura feudali, in verbo, Et pro fœminis. num 10. clarè Curt. Iun. in tract. feudo. parte prima. num. 15. Thomas Marinus in commentarijs feudorum, titu. 19. de feudo. non haben. propr. naturam feudi nu. 11. Crau. conſi. 293. col. 8. verſi. 6. conſidero. qui aſſerũt non eſſe propriè feudum. & egregiè ſcribit Camerarius in repe. capituli imperialem. de prohib. feudi aliena. per Fridericum. pagina trecenteſimadecimaſexta, verſiculo primùm quando datur. &c. ſecundum impreſsionem poſteriorem Baſileæ. Quæ ſententia caret probabili dubitatione hîc, ob iuramentum fidelitatis: de quo ſuo loco dicam.

Nec dicendum hîc eſt, quòd, hoc non ſit feudum conditionatum, ob id quòd illa ſumma librarum vigintriũ nõ fuit promiſſa Epiſcopo, ſed Galuano Carrario, ac ei dum vixit & deinde ſuis ſucceſſoribus fuit perſoluta: atque ita ceſſare videtur illa annua præſtatio, qua fundum conditionatum & improprium redditur: quia reſpondeo primò, quòd etiamſi hæc annua penſio librarum vigintitrium ceſſaret: non tamen negari poteſt quin capones Epiſcopo præſtarentur, cùm & adhuc pendantur. Quocircà vel ſola
7 ipſa caponum † præſtatio efficit feudum eſſe improprium & conditionatum. ita poſt multos cenſuit Thomas marinus in commentarijs feudorum. tit. 20. de feudo conditionato. numero 4. & egregiè ac clarè Iaſ. conſil. 155. col. pen. lib. 4.

Reſpondeo & ſecundò, quòd imò illa pecunia dicitur
8 † promiſſa ſoluta Epiſcopo, cùm eius nomine illi Galuano fuerit & promiſſa & ſoluta. Nã ex quo is Galuanus erat vaſallus ipſius Epiſcopi, & in ſuæ ſeruitutis erga Epiſcopum remuneratione dignus erat, illius nomine promiſſa ei fortè fuit hæc ſumma: atque ita legatio quædam facta eſt iuxta l. delegare. ff. de nouatio. & breui quadam manu
9 ꝙ ſoluebatur Galuano ipſi Epiſcopo videbatur † præſtari, iuxta ſimile. leg. ſingularia, in fine ff. ſi certum petatur.

Reſpondeo & tertiò, & credo ob hanc promiſſionem Galuano factam feudum cenſeri à fortiori effectum improprium, conditionatum atque alteratum. Nam natura
10 feudi † illa eſt, vt ſit libera conceſſio ſine aliqua præſtatio
11 ne, ſed ob ſeruitium † perſonale indeterminatum & incertum domino feudi, cùm opus erit, præſtandum. cap. 1. de natura feudi latè Thomas Marinus in commentarijs feudorum, titu. 18. de feudo haben. prop. naturam feudi. cùm ergo hoc in caſu non ſolùm annua realis ſit præſtatio; ſed & præſtatio fiat alteri quam ipſi epiſcopo. ita tamen volente & paciſcente epiſcopo; dubiũ non eſt, quin magis alterata fuerit feudi natura quam ſi illa annua præſtatio ipſi ſoli epiſcopo fuiſſet promiſſa & ſoluta. Vera igitur ſtat hæc iuris ſententia, hoc feudum eſſe & improprium atque conditionatum.

His ita conſtitutis aperiendum eſt, an hæ fœminæ obtinere hoc feudum poſsint. Qua in re duo caſus ſunt conſtituendi.

Primus eſt caſus, cùm feudum eſt datum ſub præſtatione annui cenſus, & in inueſtitura nullum eſt præſtitum iu
* ramentum fidelitatis. Hoc caſu * nemo eſt ex noſtris, qui
12 non affirmet, fœminas † æquè ac maſculos hoc feudũ obtinere poſſe: & ideò ſi fœmina proximior eſt vltimo decedenti, maſculo anteferatur. Ita Iacobus Beluiſius & Bal. in capit. 1. §. quinetiam. Epiſcopum vel Abba. declarando textum illlum, vt hoc in caſu locum non habeat, & eo loci idem affirmarunt Aluarot. col. 2. verſic. Et intellige & nouiſsimè Federicus Schenk. idẽ reſpõderunt Roma. conſ. 367. nu. 12. Fulg. conſi. 8. D. Petrus. col. 2. verſi. in re verò. lex. conſi. 136. num. 3. lib. 1. conſi. 12. in fin. lib. 2. & conſi. 9. numero. 7. 8. lib. 5. Soc. Sen. conſi. 257. col. 1. ver. aliquando & ſecundò. & col. 2. ver. & hoc maximè. lib. 2. & cum Socino in eodem met caſu reſpondit Corn. conſi. 16. nume. 4. & conſil. 239. lib. 1. Idem cenſuerunt Iaſ. in l. 1. num. 51. C. de iure emph. in prælud. feud. num. 62. conſi. 155. col. pen. verſi. 5. facit. & conſi. 156. col. vlt. li. 2. & conſi. 117. colum. 4. verſi. 5. & vlt. lib. 4. Ruin. conſi. 18. nu. 17. lib. 1. Dec. conſi. 139. nu. 5. & cõſ. 193. nu. 2. conſ. 208. nu. 2. Goz. conſi. 56. numero 17. Iacobinus à S. Georgio in inueſttura feudali in verbo. Et pro fœminis. nu. 10. verſic. limitabis tamen. Petrus Loriotus in commentarijs feudorum, pag. 45. verſi. nam ſi pro annua. & Thomas Marinus in commentaris feudo. tit. 11. de feudo fœmineo. numer. 19. Hæc receptiſsima ſententia lege & ratione probatur. Lege in quam ex tex. in cap. ſi cui militi, de feudo & benef. in capitulis extraordinarijs: quamquam nonnulli cenſeant illam conſtitutionem non eſſe authenticam; ſed apochrypham Qua de re infra ſuo loco dicam. Ratione autem hæc ipſa
13 ſententia probatur; quia hoc in caſu mulier † non tenetur ad aliquid quod ſexui ſuo non conueniat. Non enim tenetur auxilium & opem ferre domino in bello, cùm id expreſsim, vt lex requirit, non promiſerit: vt reſpondit Soci. Sen. d. conſi. 257. col. 2. verſi. & licet. lib. 2, Non etiam tenetur ad alia contenta in forma fidelitatis tam antiqua quã noua. Et ob id dum nullum perſonale ſeruitiũ præſtat fœmina, ita poteſt eſſe feudi capax ac maſculus. Hinc videmus aliàs minus idoneos poſſe hoc feudum obtinere: qua
14 les ſunt † muti, ſurdi, clerici & his ſimiles: quemadmodum ſcribunt Alex. d. conſi. 136. nume. 3. lib. 1. & & conſi. 12. in fin. lib: 2. Corn. conſi. 16. num. 5. lib. 1. Ruin conſ. 24. num. 7. lib. 1. qui & alios huius ſententiæ recenſet. Hoc itaque caſu inſpecto, dubium non eſt, has fœminas poſſe hoc feudũ obtinere. Verum hîc adeſſe videtur iuramentum fidelitatis quo ex opinione aliquorum, præſertim Alex. conſi. 9.
15 num. 7. 8. 9. lib 5. fœminæ † adhuc à feudo hoc improprio & conditionato per maſculos excluduntur. ob id de veritate ſecundi caſus videndum eſt.

Secundus itaque eſt caſus, cùm feudum eſt ſub annuo cenſu conceſſum, & fidelitatis iuramentum eſt præſtitum. Qui ſanè caſus is eſt, qui nunc venit in controuerſiã. Nam (vt diximus) in hac inueſtitura adeſt iuramentum fidelitatis. Hoc in caſu idem dicendum verè eſt, quòd in præce-
16 denti, quòd ſ. fœminæ † æquè ac maſculi in hoc feudo ſuccodant: & ſi gradu ſunt anteriores, ipſis maſculis etiã præ
* ferãtur. Et hæc opinio verior & * magis recepta eſt quidquid cenſuerit Alexander, & cum eo alij nonnulli. Hæc inquam vera opinio iure, rationibus ac multorum auctoritate maximè probatur.

Primò enim probatur in c. ſi cui militi, de feudo & benefic. in extraordinarijs capitulis. Quæ ſanè cõſtitutio ita ſcripta eſt, ſi qui militi ad certum ſeruitium datum fuerit, iſque relicta ex ſe deſcendente fœmina, deceſſerit, quæ id ſeruitium iuxta feudi conditionem non minus decenter præſtare poſsit quàm maſculus: etſi in inueſtitura minimè cautum ſit, vt & fœminæ ad id aſpirare valeant; eã tamen admitti rectè putamus. Quinimo hoc caſu ſimul cũ maſculo in feudũ eã ſuccedere quidã putãt: multò magis, dignũ obſeruantia exiſtimauimus, cùm feudũ ſic datũ eſt vt nullũ ſeruitiũ pro eo fiat: vt pleraq; hodie feuda dãtur Hæc in ea conſtitutione habentur, quam ob id libenter ad uerbum retuli, quòd non omnes Codices eam impreſſam habent. Hæc conſtitutio optimè duo probat, vnũ explicitè, alterum implicitè. primum, fœminam poſſe obtinere feudũ, cùm ſeruitium decenter domino præſtare poteſt, vt eſt hoc in caſu. Hoc explicitè probant illa verba: quæ id ſeruitium iuxta feudi conditionem non minus de

v. 5. center

center,&c.
Secundum implicitè probat, feudum, de quo illa con-
ſtitutio loquitur, annexum habere iuramentum fidelita-
tis. Nam, dum agit de feudo conceſſo per inueſtituram,
17 iuramentum † fidelitatis comprehendit, cùm illud om-
ninò adhibendum ſit, niſi expreſsim fuerit remiſſum. ita
Hoſtien.in ſumma ti.de feudis.nu.verſi.cum fidelitate.&
tradit Ioan.And.ad ſpec.tit.de præſcrip.in additione pri-
18 ma.in fine,dum ſcribit,iuramentum † non autem fidelita
tem pacto remitti poſſe,ergo vbi non eſt expreſsè remiſ-
ſum,præſtari debet Io.Andr.ſecuti ſunt alij quos infrà in
tertio argumento referam.
Nec huic primo fundamento refragatur reſpõſio Alex.
d.conſilio 9.numero 8.libro 5 qui ſcripſit, dicto, capitu-
lo ſi cui militi. non eſſe authenticum,ſed apocryphum
19 & ob id † allegari non poſſe.* ex ſententia Baldi in ca.1.de
ſucceſſ.feudi.& in l.vlt.num.3.C.de ſuis & legit. Non in-
quam hoc repugnat,cùm imò ipſemet Bald. in cap.1.§. &
quia vidimus,qui feud.dare poſſ.allegat d. cap.ſi qui,pro
authentico,quod faciunt & Roma.ſing.177.Hodie. idem
conſilio.367.numero 12.Socinus Senior conſilio 257. col.
1.libro ſecundo.Corn.conſilio 16.colum.penul.verſi. ſed
potius libro primo Iaſ. conſi.152.colum.3.verſi.2. reſpon-
detur.lib.2.
Secundò,ea ratione ſolida firmatur hæc ſententia,quòd
in hoc fidelitatis iuramento nihil adeſt,quo impediri poſ
20 ſit fœmina † ne feudum obtineat.Duæ enim rationes præ
cipuæ ſolent à noſtris conſiderari,quib. fœminam è feu-
do eliminari affirmant. Vnã eſt quòd vaſallus comitari
debeat dominum ad prælium euntem,eique perpetua fi-
21 de adeſſe,adeò vt ſi in acie † periclitãtem dimiſerit, bene
ficium tanquam indignus amittat.ca.1.§. item qui domi-
num.quæ fuit prima cauſa beneficij amitten. Hoc præ-
ſtare mulierem non poſſe apertum eſt.Nam alienam de-
22 fenſionem † ſuſcipere virile eſt officiũm, & vltra ſexum
muliebrem eſſe conſtat.l.alienam.C.de procura.Secunda
23 eſt ratio, quòd cùm vaſallus † fidelitatis iuramento ob-
ſtringatur,ſecreta ſibi à domino patefacta,nemini pande
re,perpetua mentis conſtantia vſq;ad vltimum vitæ diem
fidelem ſe domino præbere,& tandem à domino conſul-
24 tus,† eum ſuo conſilio iuuare.capi. vnico, de noua forma
25 fidelit.Hæc præſtare non poteſt fœmina,quæ † (vt eſt in
prouerbio)celare ſolet, vti faciunt pueri, quod ignorat.
Et Cato in omnem vitam pœnituit,ſi arcani quidpiã mu-
lieri credidiſſet. Et Diuus Paulus ad Timotheum prima,
25 cap.5.mulieres † verboſas appellat. Quocircà Ariſtoteles
libr.5. Politico. cap.11.ſcribit,inter multa,quibus diutius
Imperium Tyrannis conſeruatur,illud eſſe, cùm facultas
datur mulieribus euagandi per domos, quò virorum ſe-
creta pandant. Verùm prima illa ratio, quæ etiam non
omninò ombus probatur,vt ſcribit Iulius Clarus libr. 4.
ſententia.iuris.§. feudum.quæſtio. 73. hîc penitus ceſſat
tum;quia(vt mox fuſius dicam)hîc non conuenit,ex par-
te domini cõcedentis feudum;tum etiam,quia apertè pro
27 miſſum à vaſallo id non fuit.Quæ ſanè promiſsio † neceſ-
ſaria omninò erat,vt teneretur.ita Soc Sen.con. 257.col.
2.verſi.& licet.ex ſententia Oldradi,quem probat Alua-
rot.in c.vlt.col.2.verſi.quæro quid ſi.de capit.qui curiam
vendidit.&eo loci cum Aluarot. ſcribit Iſernia, vaſallum
pro feudo conditionato non teneri vltra in capitulis con
tenta. Illa etiã ſecunda ratio nil operatur, cùm non ſit ra-
28 tio † illa finalis,ſed impulſiua, vt inquit Iſernia in d.capi.
1.§.hoc autem notandum.qui feud.dare poſſunt.quẽ pro-
bauit Socinus Senior d. conſi.157.col.2.verſi,ſed tamẽ per
præmiſſa.Quod confirmatur doctrina Baldi in l. ſi quis
ſeruo.numero primo C.commu.de manumiſſ.qui cenſuit
29 iuramentum † fidelitatis non eſſe ſubſtantia feudi. Bald.
ſecutus eſt Dec.in l 2.§.item impuberes.numero 6.de reg
iuris.Quod ſanè iuramentum eſſet omnino præſtandum,
ſi ratio præcipua & finalis eſſet præſtatio eorum , que in
eo iuramento continentur.Prætereà & ſecundo nec vna,
nec altera ratio hîc conuenit. Illa prima non conuenit
inſpecta perſona vtriuſque,concedentis. ſ.feudum & reci
pientis.Nam quò ad Reuerendiſsimum Epiſcopum con-
cedentem feudum conſiderari non poteſt illa cauſa, nem-
pè vt ad prælium,cùm opus erit,à ſuis vaſallis comitetur:
30 quandoquidem † neceſſe ei nunquam hoc poteſt,ex quo,
dum Pontifici maximo ſubeſt,ius indicendi,vel ſuſtinen-
di bellum non habet.Habet enim ad quem confugiat, ſi
aliqua de re ei controuerſia fiat,vt tradunt Bal. in l.2.nu.
70.C.de ſerui.& aqua.Oldrad.conſi.70. in fi. Riminald.
conſi.81. nu.13.lib.1.& egregiè ſcribit Petrinus Bellus in
tracta.de bello,parte 1. titu. 5. numero 1.3.cæteros ſciens
prætereo.
Non etiam hîc cõuenit ratio & cauſa hæc inſpecta per.
ſona illius Iacobi primi inueſtiti,cùm non eſſet idoneus
ferre arma.Nam magiſter Iacobus appellabatur, eratque
mercator:id quod ſatis deprehenditur ex verbis inſtru-
menti diuiſionis bonorum factæ inter illius hæredes,& in
teſtamento ac codicillis ab ipſomet Do.Iacobo conditis
aſſeritur,cum fuiſſe merzarium. cùm ergo miles nõ eſſet,
non ei conueniebat promittere eſſe in bello cum domi-
no:& eam ob cauſam feudum ſuſcipere.Nam ſolùm mili
31 tib.† id conuenit,& non cæteris.quod declarat egregiè
Marinus Freccia in commentarijs feudorum,lib. 1.tit. de
origine feudorum.num.27.28. Illa etiam ſecunda ratio,
nempè iuuandi dominum conſilio,& non detegendi ar-
cana,non hîc adaptari poteſt inſpecta perſona illius Iaco
bi primi inueſtiti,à quo vt fatuum eſt dicere, illum Epiſ-
copum conceſsiſſe feudum,vt ab eo conſilio iuuaretur i-
ta ſuperuacaneum eſt conſiderare,quòd ille non pande-
ret ſecreta ipſius Epiſcopi.cùm probabile non ſit, illi ar-
cana ſua eum mandaſſe.Siquidem ſi ratione conceſsi feu-
di arcana his vaſallis forent cognita,non arcana, ſed no-
tiſsima omnibus ciuibns eſſent:tantus eſt horum vaſallo
rum ipſius Epiſcopi numerus.Nec hîc dicatur fruſtra,ſed
iuxta conditionem perſonæ. Sufficit ergo vaſallum eſſe
domino ſuo fidelem,quod equidem & fœmina præſtare
poteſt.Verè ergo dicendum eſt,hoc fidelitatis præſtitum
iuramentum non impedire fœminam,quin feudum ob-
tinere poſsit.
Tertiò,iuramẽtum fidelitatis non impedire fœminam
32 ad feudi conſecutionem,illud ſuadet,quòd mulier † feu-
dum francum obtinere poteſt:quemadmodum ſcribunt
Bal.in ca.1.§.& quia vidimus.nume.19.de his,qui feudum
dare poſſunt. Roma.ſing.177.hodie.& idem in conſi.367
num.12.Alex.conſi.20.num.1.& conſilio 30.num.24. lib.
1.Barb.in cap.ex parte.num.25.de feudis.& Ruin.conſil.
24.num.9.verſi.& ſimiliter.lib.1.plures refert Alcia.reſp.
160.num.24.Et verè hæc eſt magis recepta opinio, quòd
fœmina feudum francum obtinere poſsit: & tamen illud
33 certum eſt, quod is qui obtinet † hoc feudum francum,
tenetur ad ea quæ continentur in titulo,de forma fidelita
tis,& de noua forma fidelitatis. ita apertè cenſuit Ioann.
Andræas in additionibus ad Specul.tit. de præſcriptio.
in additio.1.in fin.quem ſecutus eſt Caſtr.in conſilio.310.
Circa id quod primò queritur,col.2.verſi. Valuerunt er-
go.lib.1.qui quidem Caſtrenſis reſpondit in ſimili feudo
Patauino conceſſo ab Epiſcopo Taruiſino.& Ioan. An-
dræam ſecuti etiam ſunt Felin.in cap.cæterùm.nume. 6.
de iudicijs.& Abbas in ſpecie conſi.82. num.7.verſi. item
potuit.lib.1.idem ſenſit Aluarotus in cap.vlt.col.2.verſi.
tenebitur tamen de capit.qui curiam vend.poſt Oldradũ
quem citat.idem credit Zaſius in epito.feudo.part.12.nu.
36.& Tiraq.in l.ſi vnquam.in verbo,donat.largitus nu.356
C.de reuo.dona.
Qartò confirmatur præcedens fundamentum ex eo, ꝙ
34 fœmina † ſæpiſsimè ex conſuetudine regionis ad feuda
admittitur, vt de conſuetudine huius ciuitatis Patauij at-
teſtantur Curt.Iun.in trac.feudorum.parte 3.nu.10. poſt
Iacobum Beluiſium quem citat.& præter eum Ioan.Bap-
tiſta Ferretus conſi.87.num. 20.lib.1. Ita de conſuetudi-
ne Galliæ teſtatur Guido Pap.q.59.& q.297. Capicius de
ciſ.10 numero 4.& de conſuetudine Siciliæ ſcribunt om-
nes in d.cap.1.§.quinetiam Epiſcopum vel Abb. Decius
conſilio 445.numero 20.alios recenſet Petrus Duenas in
reg.309.nume. 1.Et de conſuetudine Germaniæ Thomas
Marinus in commentarijs feudorum.titu.11.de feudo fœ-
mineo,numero vigeſimotertio qui alios recenſet.& tamẽ
35 certum eſt hoc caſu,fœminam † teneri præſtare iuramen-
tum fidelitatis.ita Pariſ.conſilio 12.num.32.lib.1.imò for-
tius reſpondit Corneus conſi.16.num.4.verſi.& ideò. li.
36 1.quòd quando fœmina † ex pacto, vel ex conſuetudine
poteſt obtinere feudum:ꝙ ſi etiam eſſet obligata ad ſerui
tia perſonalia;illa præſtabit per alterius perſonam. Non
ergo fidelitatis iuramentum facit,ne mulier feudum obti-
nere poſsit.
Quintò comprobantur iam relata.Nam vno ore om-
37 nes concedunt, ꝙ quando inueſtitura † eſt conceſſa pro
* maſculis & fœminis,fœminas ſuccedere in feudo mortuis
omnibus



omnibus maſculis,quemadmodum probat d.cap.1.§.qui-
netiam Epiſcopo vel Abba.& ibi omnes.& tradunt plu-
res relati à Pariſ.conſi.9.numero 30.libro primo. Qui ſa-
nè Doctores omnes admittunt hoc eſſe feudum propriũ,
& maſculos in eo ſuccedentes præſtare ſeruitia perſona-
lia & fidelitatis iuramentum.Quæ quidem obligatio,vt re
ipſa conſtat, & in fœminam tranſit:non ergo iuramẽtum
fidelitatis fœminæ obeſt.ita in ſpecie voluit argumentari
Pariſius d.conſilio 12.numero 35. verſiculo. & probatur
lib.1.
Sextò accedit vrgens hæc ratio, ſi fidelitatis juramẽtũ
& præſtatio (quod fortius eſt)ſeruitiorum impediret eos,
qui domino in prælio opem ferre non poſſunt, quiq; nec
conſilio. nec arcanorum reticentia illi prodeſſe valent:
38 non poſſent feuda obtinere infantes † pueri, nec qui ali-
quantulum puberem ætatem exceſſerunt: cùm ij illa verè
præſtare non poſsint, quòd vt per ſe clarum eſt,ita ratio-
nibus ſuperuacaneis probare non conabor.Atqui conſe-
quens eſt falſum,ergo & antecedens.Cõſequens eſſe fal-
ſum vel ex eo conſtat,quòd ij feudum poſſunt obtinere.i-
ta ſcribunt Baldus & Ang.in l.vlt.C.de teſta.mil.& Deci.
in l.ij.§.item ſi impuberes. numero 5.& numero ſeptimo
de reg.iuris, copioſè Iacobinus à S. Georgio in inueſti-
ti.feud.in verbo qui quidem inueſtitura nu.24.25.26. qui
affirmat hos poſſe feudũ retinere.& ibidẽ recenſet Andr.
de Iſernia ſcripſiſſe,pubertati proximum teneri præſtare
iuramentum fidelitatis,etſi ipſe Iacobinus in hoc ab Iſer
nia diſſentiat.
Septimò ac vltimò, vt huius ſim ſententiæ mouet me
multorum auctoritas,qui ita in ſpecie cenſuerunt.ita Soc.
Sen.conſi.257.columna ſecunda verſi.aliquando & teriò,
libro ſecundo,qui nullam differentiam conſtituit, quòd
39 expreſsim † ſit adhibitum in inueſtitura iuramentum fi-
delitatis, vel non, quia ſemper ſubintelligitur: & tamen
concludit Socinus,fœminam ab hoc feudo non excludi
ita etiam Corn. conſi. 16. colu. 2 &clarius con. 139.nu, 2.
libr. 1. dum, vult duo debere concurrere, vt ſit feudum
proprium, ſeruitium perſonale, & iuramentum fidelita-
tis. Hanc ſententiam copioſius comprobauit Pariſi.con-
ſilio duodecimonumero 28.libro.1.Rui.conſil.18.nu.17.
lib.1.
Nunc.ſupereſt vt diluam leues rationes eorum qui o-
pinati ſunt,fœminã repelli & ſucceſsione feudi,quod pro
cenſu annuo conceſſum eſt ſi in inueſtitura fidelitatis iu-
ramentum præſtitum à primo inueſtito fuit. Qua ſanè in
opinione fuit omnium primus Alexand. conſilio 9.num.
7.8.9.libr.5.quem ſecuti ſunt Decius conſilo 139. in fine
& in l. ij. numero 56. de reg.iuris.& Brunus conſilio 41.
numero 4.
Primò mouetur Alexander ea ratione, quòd hîc a-
40 deſt iuramentum † fidelitatis, duos effectus produ-
cens. Primò facit, vt feudum dicatur propriè feudum,
non autem emphiteuſis, vel cenſus: ex quo in cenſuali
vel emphyteutico contractu non requiritur iuramentum
fidelitatis.
Secundò operatur,qnòd ob id vaſallus tenetur ad ſerui
tium perſonale. Quod ſane ſeruitiũ mulier præſtare cùm
non poſsit,non mirum ſi à feudi ſucceſsione repellitur.
Hæc argumentatio nihil,mea quidem ſententia,conclu-
dit.Concedo,iuramentum fidelitatis operari hunc effe-
ctum,quòd iſta non dicatur propriè emphyteuſis vel ſen
41 ſus.Non tamen † ſequitur quòd ſi nõ eſt nec emphyteuſis
nec cenſus,ſit feudum proprium:quia verius eſt,quòd feu
dum ſit improprium,cùm ob illam conditionem præſta-
tionis annuæ à recta feudi natura degenerent,vt ſupra di-
ctum fuit,& ſcribit Thomas Marinus in comm. feudorũ
titulo.19.de feudo non habente propriam naturam feudi.
numero vndecimo & titu.20.de feudo conditionato.nu.
6. poſt Camerarium,quem citat.Quocirca exiſtimo feu-
dum hoc conditionatum tenere medium inter emphy-
teuſim vel ſenſum & feudum rectum.Nam emphyteuſis,
nec cenſus eſt ob iuramentum fidelitatis,quod illorum na
42 turæ repugnat.Nam etiam eſt feudum propriũ,quia † pro
feudo proprio annuus cẽſus non præſtatur, ſed perſonale
ſeruitium,cùm opus eſt.cap.1.quibus ex cauſis feudum ad
mittitur capitulo primo,hic finitur lex.& alia in ſpecie re
cenſet Thomas Marinus loco iam citato.titulo.decimo-
octauo de feudo proprium naturam feudi.numero ſepti-
mo.Cùm ergo ſit feudum improprinm,& nihil adſit quo
impeditur fœmina ſuccedere in eo, dicendnm eſt, illam
obtinere illud poſſe. Prætereà eſt falſum quod aſſerit A-
43 lexander, iuramentum † fidelitatis efficere,vt feudum ſi
propriè feudum.Eſt inquam falſum;quia ſi hoc admmit-
teremus,nullum vnquam daretur feudum improprium;
cùm in feudis omnibus,etiamſi nihil dictum ſit de fide-
litatis iuramento præſtando: attamen ſemper ſubintelli-
gatur,ex quo de natura ſemper feudo ineſt.ita Iſernia in
capitulo primo §.ſed nec eſt alia iuſtior.numero 38. quæ
fuit prima cauſa beneficij admittendi imò eo loci ſcribit
44 Iſernia, pacto † fidelitatem remitti non poſſe. quod &
poſt multos ſcribit Thomas Marinus in præcitatis com-
mentarijs feudo. titu.19.de feudo ſine fidelitate. numero
45 7. qui ſcribit, formulam † ipſam iuramenti pacto poſſe
remitti,fidelitatem tamen non poſſe.Nec ad rem confert
quod ait ipſe Alexand.hoc iuramentum fidelitatis effice-
re vt vaſallus teneatur ad ſeruitium perſonale.Si intelligit
Alexander de ſeruitio illo perſonali, quòd ad præliũ cum
Domino accedat,male ſentit Alex.cùm ſeruitiũ à fideli-
tate iurata differat,vt apertè annotauit Thomas Marinus
loco paulò ſupra relato.Si verò Alexand. de alijs ſeruitijs
perſonalibus intelligit,quæ recenſentur in illis titulis,de
forma fidelitatis: & de noua forma fidelitatis iam ſupra
diximus,hæc huiuſmodi non eſſe,quibus fœminæ à feudo
arceri poſsint.
Secundò,ſuam illam erroris plenam opinionem tueri
conatur Alexand.d.conſilio nono,numero 7. 8. 9. libro
quinto auctoritate eorum,qui ſenſiſſe videntur,iuramen
tum fidelitatis efficere feudum eſſe proprium:quòd ſi pro
prium eſt ſequitur fœminam illud obtinere non poſſe. In
hanc ſententiam citat Bald. Cynum in auth.ingreſsi.qu.
antepenult. C: de ſacroſanc. eccleſi. quem ſcribere intel
46 ligit, quòd ille † qui obſtringitur ad ea quæ traduntur in
cap.de forma fidelita.dicitur propriè vaſallus,& conceſ-
ſio ſibi facta dicitur propriè feudum. Qua ex re inferre
voluit Alexander, fœminam obtinere hoc feudum non
poſſe.
Cæterùm errat Alexander, ſi quidem non id ſcribit Cy
47 nus † quod Alexander cõminiſcitur:ſolùm in hæc verba
ſcribit Cynus.Primo caſu tranſit in eccleſiam.argumento
Inſtit.de acquiſ.per arrogat.& ff.de ſtatu hominum lege
48 Arethuſa. Nam ex quo debetur † reale ſeruitium, non eſt
proprium feudum.vt in vſu feudorum in rubric. de for-
ma fidelita.Hæc Cynus,cuius verba à ſenſu fortè contra-
rio voluit interpretari Alexan. Si vult Cynus eſſe feudum
improprium.cum reale præſtatur ſeruitium ex dicto ti-
tul.de forma fidelitatis,quæ ſanè ſi fidelitatis ſeruitium per
ſonale requirit.ergo a ſenſu contrario ſentit,eſſe feudum
proprium,cùm iuramentum adhibetur, ex quo is iurans
ad ſeruitium perſonale aſtringitur.Errat verè Alexander
quia ſolùm aſſerere voluit Cynus feudum eſſe improprium,
cùm ſeruitium reale præſtatur, non autem feudum eſſe
proprium, cùm reale ſeruitium adhibito iuramento fi-
49 delitatis preſtari debet. Nam iſta duo,ſeruitium † reale
in feudo,& iuramentum fidelitatis,ſimul ſtare poſſunt,&
ad vnum tendere: ( vt iam admonui)in omni feudo hoc
iuramentum præſtandum. Duo tamen illa, ſeruitium
reale in feudo & ſeruitium perſonale, hoc eſt, ire in
bellum cum domino, vel quid ſimile præſtare, non
conueniant ſed inter ſe maximè differuat, vt re ipſa
patet.
Quocirca Cynus dum de ſeruitio perſonali loquitur,
non intelligit de altero eorum, quod continetur in ſacra-
mento fidelitatis,ſed de illo vel eundi ad prælium, vel ſi-
mile quod eſſe diſtinctum ab ipſo fidelitatis iuramento
ſupra cum Thoma Marino oſtendimus.Quòd autem hæc
ſit Cyni mens, apertè conſtat ex his, quæ deinde in hæc
verba ſubiungit.Secundo caſu,cùm ſcilicet debetur ſer-
uitium perſonale,quia datum eſt feudum ad certum ge-
nus ſeruitij:quod poteſt eſſe, vt in rubr.de capita. qui cu-
riam vendidit.in fine.Quod ſanè ſeruitium omnes ibi in-
terpretantur, vt certis temporibus aſſociare dominum;
vel portare cibos in menſa,vel ſimile agere, vt multa exẽ-
pla adfert Thomas Marinus,quẽ mox referam. Sed eſto
quòd ſit mens Cyni,vt opinatur Alexander:adhuc dicen-
dum erit,nihil hoc eſſe:quia oſtendimus ſupra feuda im-
propria dari,quæ continent fidelitatis iuramentum:quia
50 dicuntur impropria † ratione qualitatis ſeruitij,quod præ-
ter regularem feudi naturam præſtatur. Quòd vel ex eiuſ-
dem Cyni verbis demonſtratur,nam dum is, citando d.
capitulo primo in fine de capita.qui curiam vend. loqui-
tur,

tur,de eo feudo pro quo certum &determinatũ ſeruitium
præſtatur, ſenti in eo fudo eſſe præſtitum fidelitatis iura-
mentum;quia deinde paulò poſt ſubiungit, quòd quan-
do hoc certum ſeruitium honeſte à vaſallo ingrediente re
ligionem præſtari non poteſt, quod diſſoluitur. Vult er-
go Cynus illud feudum continere iuramentum,& tamen
conſtat eſſe feudum improprium, vt poſt Iſerniam in d.
capitulo primo de capitulo qui curiam vendidit. Zaſium
epitome feudorum. parte 12.numero 32. ſcribit Thomas
Marinus in commentarijs feudorum titulo. 20. de feudo
conditionato.numero quinto,& numer. octauo,apertius
hoc aſſerit,dum ſcribit,hoc feudum eſſe inſtar contractus
innominati. & ibidem,numero 9.in ſpecie magis, poſt
Camerariũ ſcribit,hoc feudũ datum ad certũ ſeruitiũ,
atque ita conditionatum,eſſe feudum,licet iuramentum
fidelitatis non ſit præſtitum; innuens iuramentum hoc
non eſſe illud quo alteratur natura feudi,ſed alterationẽ
prouenire à qualitate ſeruitij.Sed admiſſo, quòd feudum
ſine iuramento fidelitatis conceſſum ſit improprium,non
tamen ſequitur, non eſſe improprium, cum adeſt illud iu-
ramentum:quia etſi ceſſet improprietas illo ex capite,nõ
tamen ceſſat ex alio,nempe ex hoc quòd ſit ad certum ſer
uitium. Quare ſcribentes,qui recenſent feudi improprij
ſpecies,oſtendunt improprietatem cauſari ex varijs acci-
dentibus & qualitatibus,vt latè apud Thomam Marinum
in dictis commentarijs feudorum,titulo vigeſimoprimo
de feudis degenerantibus; poſt Zaſium in epitome feudo
parte duodecima,quem citat,& alios plures. Quemadmo-
dum ergo non eſſet bona hæc conſequentia, feudum hoc
non continet illam vel illam qualitatem,qua feudum ſo-
let impropriari atque alterari: ergo eſt proprium. ita hîc
dicendum eſt;non eſſe bonam conſequentiam, adeſt iu-
ramentum,ergo feudum non eſt improprium:,quia etſi
improprium: quia etſi improprietas ex eo cauſata non
eſt, ex alio tamen eſt, nempe ex reali præſtatione. Hæc
ita clara eſſe opinor, vt clariori demonſtratione non
egeant.

Tertiò citat Alexad.dicto conſilio nono, numero ſep-
timo,Baldi doctrinam in l.liberti.numero ſeptimo,Baldi
doctrinam in l.liberti nume. trigeſimoſexto, C. de oper.
51 liber.qui ſcribit,quòd ille,cui † conceditur res in feudum
pro annua quantitate frumenti,non habet præſtare iura-
mentum fidelitatis.Quaſi(voluit dicere Alexander)ſentiat
Baldus, quòd vbi non præſtatur iuramentum fidelitatis,
& ſoluitur annuus cenſus,quòd illud non ſit propriè feu-
dum:ècontra vero ſit,cùm præſtatur iuramẽtum. Verùm
non vrget hæc conſideratio;ſiquidem aduertendum eſt,
52 quòd Baldus in ea opinione fuit d.l.liberti.illud † non di
ci aliquo modo feudum nec propriè nec impropriè quod
ſub præſtatione annui cenſus conceditur;ſed credidit eſ
ſe vel emphyteuſim,vel contractum innominatum. Et in
eadem opinione fuerunt idem Bald.in l.cum falſa.C. de
iuris & facti ignorantia idem Alexander in lege, vtrum.
numero quinto de verborum oblig. & alijs quos ſupra
retuli.

Quorum opinione probata,ſequitur non eſſe opus præ
ſtare ob id iuramentum fidelitatis,cùm contractus illi iu-
ramentum hoc non requirant ſui natura. Et ideo argu-
mentum non poteſt ita ſumi,iuramentum fidelitatis non
requiritur in contractu emphyteutico vel innominato:
ergo ſi adhibetur,erit feudum propriè:quia ſi aliquo mo-
do iuramentum poteſt immutare naturam emphyteuſis,
non tamen efficiet contractum eſſe feudalem propriè;ſed
verius impropriè.Nam feudum reſpectu fidelitatis iura-
tæ appellatur; ſed impropriè feudum erit ob alias quali-
tates.

Quartò mouetur Alexander in d.conſilio nono, nume
53 ro nono, hac argumentatione. In feudo † conditionato
non ius commune, ſed conſtitutiones ſeruari debent, vt
ſcribit Specul.in titu.De emphyteuſi.§.nunc aliqua.ver-
ſiculo octuageſimoquinto.At conſtitutiones feudales fœ
minam à ſucceſſione feudi repellunt,ergo &c.Hæc argu-
mentatio,quæ multum ſolida videtur,dilui multis modis
poteſt.Primò negari poteſt quòd in ſpecie noſtra,quò ad
hanc ſucceſſionem feudi obſeruari debeant conſtitutio-
nes feudales;quia imo ius commune,Siquidem illæ feuda-
les conſtitutiones,quæ à feudo fœminam repellunt,exor-
54 bitantes ſunt à iure cõmuni, quo æquè fœminæ † ac maſ-
culi admittuntur ad ſucceſſiones.l.maximum vitium. C.
de lib.præter. Sunt ergo conſtitutiones hæ intelligendæ
in caſu proprio,non autẽ in improprio.l.ſi vero.§.de viro
ff.ſol. matrimonio cum ſimilib. Hæ igitur ipſæ feudales
cõſtitutiones repellẽtes fœminas à ſucceſſione feudi,intel
liguntur repellere cùm eſt proprium, non cùm impro-
55 prium eſt. Ceſſante † ergo lege feudali, ſuccedit diſpoſi-
tio iuris communis qua & fœmina admittitur. capitulo
primo de feudorum cognitione ita in ſpecie noſtra conſi-
derat Socinus Senior conſilio 257.columna ſecunda verſ.
nam conſuetudines.libro ſecundo,& Baldum eſt ſecutus
Pariſius conſilio duodecimo,numero vigeſimonono,li-
bro 1.

Secundò reſpondeo,quò ad hanc ſucceſſionem atten-
dendum non eſſe quid ſtatuat ius feudale:ſiquidem feudi
56 natura eſt alterata.Ergo à iure feudorum feudum hoc
nec moderari, nec interpretationem recipere debet. ita
in ſpecie tradit Soci.Sen.d.conſilio centeſimo quinqua-
geſimo ſeptimo columna quarta verſiculo confirmatur
iſta opinio.Ea ſimili doctrina vſus eſt Socinus, qua ſcri-
bunt Baldus in lege maximum vitium. numero decimo-
quarto. C. de libero præter. & in lege ita nobis pudor.
57 numero ſecundo. C.de adul.quòd ſtatutum † iuris com-
munis derogatorium non recipit interpretationem ab
ipſo iure communi,atque ita non attenditur quod ab il
lo conſtitutum fuit.

Tertiò reſpondeo,& argumentum Alexandri in eum
retorqueo. Conſtitutiones feudales fœminam ad feudi
ſucceſſionem admittũt,cùm ſeruitium quod præſtari ob
illud feudum debet;commodè ab ea præſtari poteſt: vt
ſuprà dictum fuit. Atqui hoc de quo agimus huiuſmodi
eſt,vt iã multis oſtendimus,ergo hæ fœminæ repelli non
debent.

Quintò citat Alex.d.conſilio nono,numero nono,ad
ſuæ opinionis confirmationem text. in capitulo, ad A-
poſtolicæ,de re iudicata in ſexto,vbi feudum regni Sici-
liæ datum à Papa Imperatori ſub cenſu annuo,appella-
tur feudum. Et ibi Geminia. in §.1.in gl.nouem annos.
ſcribit,quòd illud feudum non regulabitur ſecundum ius
commune,loquens de emphyteuſi. Et hoc potuit eſſe
(inquit Alexander) propter iuramẽtum fidelitatis,quòd
58 preſtat Imperator † ſummo Pontifici. Non vrget ille
textus,quia non aſſerit eo loci Pontifex Maximus, illud
feudũ:eſſe proprie feudũ ſtat ſimul quòd feudum ſit,& ſit
impropriè feudum &eo nomine ab emphyteuſi differat.
Nã illius regni feudũ impropriũ,nempè fœmineum eſſe
manifeſtè cõſtat.Siquidẽ Cœleſtinus III.Pont.Maximus
anno milleſimocenteſimononageſimooctauo quemad-
modum Platina in vitis Pontificum & cæteri annalium
ſcriptores memoriæ prodiderunt)hoc regnum conceſſit
Henrico filio Federici,quem vulgò, Barbaroſſam appel
labant;nomine dotis Conſtantiæ filiæ Rogerij,vltimi re
gis Siciliæ.Quam quidem Conſtantiam iam religioni di
catam diſpenſauit Pontifex:vt Henricum virum duceret.
59 Et certum eſt feudum † cenſeri fœmineum cùm in fœ-
mina primam originem habet, vt tradunt omnes in ca-
pitulo primo de benef.fœm Pariſ.conſilio vigeſimo ter-
tio, numero trigeſimo libro primo Alciatus reſponſio.
centeſimaſexageſimaſecunda, numero duodecimo cæ-
teros prætereo.Henrico ſucceſſit Federicus filius, huius
nominis ſecundus.qui ab innocentio 4.Pont.Max.anno
milleſimoducenteſimoquadrageſimoquinto,fuit excõ-
municatus,vt habetur in eo cap.ad apoſtolicę. Conſtat
ergo illud regnum eſſe feudum & feudum imoproprium
cùm fœminæ ſuccedant in eo. Quod equidem patrum
noſtrorum ætate obſeruatum fuit. Siquidem illud regnũ
vita functis multis à Federico illo 2. deſcẽdentibus,dela-
tum eſt Ferdinando Aragonio.Hiſpaniarum regi Catho
lico,qui procreauit Ioannem,Iſabellam, Ioannam, Ma-
riam & Catherinam. Et cùm deceſſiſſent Ioannes & Iſa-
bella, in regno ipſo Siciliæ ac alijs ſucceſsit Ioanna, quæ
60 mater fuit Caroli V.Imperatoris,Illius Ioannæ † regnum
Siciliæ adminiſtrantis meminit Bart. in l.1.numero deci-
mo C.de mulier.& in quo loco. libro decimo. & præter
eum alij quos recenſet Tiraquellus in trac.de iure primo-
genitorum quęſt.10.numero tertio. Coſtat ergo feudum
illius regni eſſe origine & obſeruantia ſubſecuta fœmineũ
atque ita improprium. Quocircà hic textus c. apoſto-
licę,vrget potius contra Alex.opinionem,quàm quòd illi
ſuffragetur

Sextò,



Sextò,mouetur Alexander in dicto conſilio nono,nu-
mero nono,ex doctrina Card.Florent.in cap.potuit, de
locato.quem ſcribit probaſſe, Aluarotum.Inquit Cardi-
61 nalis,quòd ſi pro feudo † debet ſolui annuus cẽſus, & va-
ſallus non ſoluit per biennium vel triennium,eo non pri
uatur,iuxta doctrinam Specula.in d.titu. de loca.§.nunc
aliqua,verſ.octuageſimoquinto eſt in tit.de emphyteuſi.
num.108.Differt ergo(inquit Alexander)ab emphyteuſi.
Hæc conſideratio facili negotio proſternitur. Concedo
hoc feudum ita conceſſum non eſſe emphyteuſim, nec
etiam eſſe contractum cenſualem;non tamen ( vt ſupe-
rius admonui ) ſequitur,ergo eſt feudum propriè.

Nam verè eſt feudum improprium, & potius conue-
62 nit naturæ contractus † cenſualis quàm emphyteuſis:
quandoquidem illis ſolis modis, quibus & cenſus, non
autem emphyteuſis amittitur. vt tradunt in ſpecie Roma-
nus conſilio ſeptuageſimo, numero ſecundo, Corneus
conſilio decimo,numero quinto,in fine.& numero ſexto
& conſilio 239.numero tertio, quarto, libro primo,qui
Speculatorem,Geminia.& alios ita intelligunt.Idem de-
cidit Afflictus deciſ.129.numero quarto.Nam quemad-
63 modum res † data ad cenſum,non amittitur, etſi cenſus
multis annis numeratus non ſit,vt ſcribunt multi, quos
nunc referam: ita nec feudum hoc improprium. dicto
capitulo ad apoſtolicæ.§.primo vbi gloſſa & doctores iam
relati.Atque ita in hoc feudum iſtud conuenit contra-
ctui cenſuali,etſi in cæteris differat. quod ſcribunt & Iaſ.
in libro primo,numero quinquageſimoprimo C.de iure
emphy.Marſili.ſing.446.Capicius deciſ.103. & in ſpecie
feudi Card.Zaba.conſilio nonageſimoſecundo. Nobiles
viri.columna quarta,verſiculo:Quod verò cauſa.

Septimò ſuam opinionem nititur defendere Alexan-
der ea ratione,qua vtitur Aluarot. ab eo relatus. In hoc
64 feudo † conditionato duo præſtantur,iuramentum fide-
litatis,& cenſus annuus:at iuramentum eſt cauſa finalis,
cenſus verò cauſa impulſiua,quod ſcripſit & Card. dicto
conſilio nonageſimoſecundo,columna quarta,verſiculo:
Ad quod dico.Cùm ergo cauſa finalis & non impulſiua
ſpectanda ſit,dicendum eſt,cenſus præſtationem non al-
terare feudi naturam Reſponderi commodè poteſt,imò
65 in caſu noſtro,præſtationam † cenſus eſſe cauſam finalem
cùm ſit loco ſeruitij perſonalis indeterminati:vt tradunt
Baldus in tit.de pace Conſtantiæ, in verbo, libellario. in
fine Iaſon conſilio 155.columna penultima verſiculo quin
to facit,libro ſecundo.Iacobinus in ſua inueſtitura,in ver-
bo,In feudum.numero ſexto Thomas Marinus, in com-
mentarijs feudorum,titulo vigeſimo De feudo conditio-
nato.numero tertio, quarto,Qui ſanè Doctores ſcribunt,
hodie Prælatos curam non habere ſeruitij perſonalis, ſed
præſtationis annualis,dum hæc feuda concedunt. Que-
madmodum ergo ſeruitium indeterminatum perſonale
illud eſt,quo feudum dicitur propriè feudum, ita eo im-
mutato feudum dicitur alterari. Non enim iuramentum
fidelitatis facit feudum eſſe propriè feudum: alioqui ( vt
ſæpe dixi) nullum feudum improprium daretur:ſolùm fa-
cit hoc iuramẽtum,vt feudum hoc differat ab emphyteuſi
& cenſu.Et ideò nec Cardinalis d.conſilio nonageſimoſe-
cundo nec Aluarotus præcitatis locis dum ſcribunt hoc
eſſe feudum,aſſerunt,eſſe propriè feudum.Prætereà admiſ
ſo plus tribui fidelitati,quàm penſioni;non tamẽ fit quin
ſit feudum improprium iuxtà ea quæ ſcribit Claudius de
Seyſellio in ſpeculo feudorum,pag. quadrageſimaſecun-
66 da, vbi tradit,ꝙ quando pro feudo † eſt data pecunia,vel
præſtatur ſeruitium reale(vt hîc)quòd licet feudum plus
habeat liberalitatis quam oneris, attamen dicitur con-
tractus.

Octauò mouetur Alexander ex cap.1.in fine quibus ex
cauſis feud.admitta.& capit 1.§. prætereà,quid ſit inueſt.
67 quibus probatur, feudum † datum ad certum ſeruitium,
atque ità conditionatum, regulari conſtitutionibus feu-
dalibus: quæ ſanè conſtitutiones non admittunt fœminã
ita fortè voluit argumentari Alexander. Huic argumen-
tationi etſi credam ſatis reſponſum ex his,quæ ſuprà ad
quartum Alexan.fundamentum dixi, attamen adhuc re-
68 ſpondeo,feudum † hoc conditionatũ regulari à conſtitu-
tionibus feudalibus, quò ad alia, in quibus illius natura
non eſt alterata,vt eſt quò ad amiſsionem,vt paulò ſuprà
dixi ex Rom.d.conſilio ſeptuageſimo,numero ſecundo,&
Corneo.d.conſilio decimoſexto,numero quinto, in fine
& numero ſeptimo,& conſilio 239.numero 3.4.libro pri-
mo,&clarius ac omnium melius in ſpecie declarat Socin.
Senior conſilio 257.col. 4.in fin.verſi.Nec permiſsis ob-
ſtat.libro ſecundo,qui ita declarat.capit.1.de feudo non
habente propriam naturam feudi. Reſpondeo ſecundò
(conſiderando fortè Alexandrum voluiſſe argumenta-
ri vt arguit Aretinus relatus à Socino Seniore conſil.257.
columna tertia,in princ.verſi.nec præmiſsis. libro ſecun-
do)vt Socinus ſcribit d.loco,quòd is text. dicto capitulo
primo,in fin.quibus ex cauſis feud.amitta.non probat: ſi
69 quidem ſtatuit illa conſtitutio,quòd quando feudũ † no-
minatim eſt conceſſum maſculis & fœminis vtroque caſu
ſiue ad certum ſiue incertum,fœmina poſt maſculum ad-
mittitur:ſed quando non eſſet,nominatim conceſſum v-
trique, ſed ſimpliciter ad certum ſeruitium, is textus
nihil ſtatuit. Et hic eſt caſus noſter, vt etiam erat ille
Socini.

Vltimò, Alexand.d.conſilio nono,numero nono,verſ.
inſuper contra doctrinã.& cita voluit argumentari con-
tra Baldum argumento ducto ab inconuenienti: ſi vera
eſſet Baldi opinio, quòd fœminæ admittantur cùm ſerui-
tium præſtare poſſunt per ſe vel per alium,ſequeretur, ꝙ
ſemper poſſent obtinere feudum: ſed conſequens eſt in-
conueniens & falſum,ergo & antecedens.Cæterum huic
argumentationi reſponderi poteſt,non procedere argu-
mẽtum hoc modo ductum,quia non ſequitur,poteſt per
alium ſeruire,ergo poteſt obtinere feudũ:quia verè dari
70 poteſt aliud impedimentũ.ſed dicimus,ꝙ illis † caſib. qui
bus ad feudum fœmina admittitur poteſt fœmina ſeruire
per aliũ,ex quo non poteſt per ſe:non autẽ concedimus ꝙ
ſẽper feudũ obtinere poſsit.Prætereà,iã ſuprà demõſtraui
mus,in caſu noſtro nullum adeſſe ſeruitium, quo hæ fœ-
minæ impedire valeant. Atque;ita ceſſat Alexandri argu-
mentatio, & ſua illa opinio probanda minimè eſt. Quo
fit vt concludendum ſit, has fœminas eſſe maſculis
anteferendas. Et ita iuris eſſe opinor, rectiore iudicio
ſaluo.

Iacobus Menochius I. C.

## *SVMMARIVM.*

*1 Fructum habet quidquid ad vſum hominum inductum eſt.*
*Deſtinata omnia ad vſum hominis fructus habent.*
*2 Res quæ in feudo feruntur,fructus dicuntur.*
*3 Lapidicinæ,cretiſodinæ,argenti & auri ſodinæ in fructu ſunt.*
*4 Iuriſdictio Caſtri dicitur ex fructibus Caſtri.*
*5 Mulctæ & condemnationes delinquentium ſunt fructus Caſtri.*
*6 Præſentatio eſt in fructu iuris patronatus.*
*7 Penſiones pedagiorum dicuntur in fructu Caſtri.*
*8 Vti de penſionibus domus dicitur, quæ ſunt domus fructus.*
*9 Et paſcuorum penſiones ſunt in fructu vt ipſa paſcua.*
*10 Concedere reditus plus eſt quam concedere fructus: quia plus iſt in reditu quàm in fructu.*
*11 Creditor conſequi debet rem tantùm ſibi debitam,in reſiduo autem non eſt quod manum iniiciat.*
*12 Penſionarius fructuario æquiparatur.*
*13 Inueſtitura concedi debet à domino proprietatis, & de ratione & nu.19.*
*14 Feudalis qualitas realis eſt, & perpetua.*
*Vſusfructus perſonalis.*
*15 Qualitas ſine ſubiecto eſſe non poteſt.*
*16 Penſionarius vel vſufructuarius dicitur ſolùm ipſius vſusfructus adminiſtrator,non autem rei dominus.*
*17 Vſufructuarius non poteſt nuntiare nouum opus, & qua ratione.*
*18 Neque agere poteſt actione confeſſoria pro ſeruitutibus debitis fundo fructuario.*
*19 Ius reuocandi inueſtituram an competat fructuario.*
*20 Vſufructuarius quo ad vſumfructum dicitur dominus, & debet in inueſtitura concedenda interuenire. & nu.23.*
*21 Vſufructuarius poteſt mouere actiones,quia agit pro ſeruitute debita fundo poſſeſſorio iudicio vtili.*
*22 Inueſtituras renouare,iuriſdictionis eſt.*
*23 Vſufructuarius Caſtri iuriſdictionalia exercere poteſt, & qua ratione.*
*24 Statutum quòd communitas loci teneatur emendare damnum datum per incendium ab incerto auctore, ſi damnum eſt datum in feudo in quo quis habet vſumfructum,ei emendari debet.*

*25 Conceder-*

25 *Concedere Caſtrum eſt concedere ius quoddam vniuerſale.*
26 *Ius patronatus Eccleſiaſticum cum vniuerſitate tranſire dicitur.*
27 *Maritus vſufructuarius rerum dotalium vxoris, præſentat in iure patronatus vxoris.*
28 *Inueſtituras renocatiuas concedere, eſt conſeruare feudum & emphiteuſim.*
29 *Fructuarius dicitur procurator & adminiſtrator feudi, & omnia ea poteſt quæ tendunt ad cuſtodiam & conſeruationem illius feudi.*
30 *Vſufructuario dicitur demandata cuſtodia rei & iurium tam in iudicio quàm extra.*
31 *Prælatus de nouo inueſtire non poteſt, ſecus autem renouare.*
32 *Prælatus dicitur tantùm fructuarius rerum eccleſiæ.*
33 *Proprietarius viuente fructuario nihil vtilitatis ex re illa percipere poteſt, neque de illa pro voluntate diſponit.*
34 *Vſufructuarius debet interuenire in diſpoſitione facienda ſuper ſundo in quo habet vſumfructum, & qua ratione.*
35 *Creditor pro credito ſuo inuitus non poteſt recipere quem debitorem.*
36 *Ad fructuarium pertinet omne commodum, & incommodũ quod ad vſumfructum pertinet.*
37 *Et quid ex incorporalibus.*
38 *Debitum ex obligatione conuentionali, & legali æquiparentur.*
39 *Obligatio accipiendi inueſtituram & ſoluendi quinquageſimam, legalis eſt.*
40 *Inueſtitura renouatiua propriè non eſt inueſtitura, ſed abuſiue.*
41 *Vſufructuarius maximum ius habet in fundo ratione vſusfructus.*

## FACTI SPECIES.

*ILluſtriſsimus & Reuerendiſsimus D. Cardinalis Marinus Grimanus, olim Patriarcha Aquileienſis, reſignauit Patriarchatum ipſum Reuerendiſsimo Domino. Ioanni Grimano electo, reſeruatis ſibi fructibus, prouentibus, iuribus & obuentionibus d. Patriarchatus, ea tamen adiecta conditione, vt ipſe Do. electus conſequeretur mille & ducentos ducatos ex reditibus ipſius Patriarchatus. conceſſa etiam fuit à Summo Pontifice Reuerendiſsimo Domino Cardinali facultas cedendi & tranferendi fructus, prouentus, iura & obuentiones Caſtri Sancti Viti, quod ſanè Caſtrum eſt ex iuribus d. Patriarchatus. Poſtmodum ipſe Dominus Cardinalis ceſsit & tranſtulit hos fructus, reditus, iura & obuentiones dicti Caſtri Domino Marino Iuniori.*

*Dubitari de duobus nunc contingit. Primò quos fructus ex dicto Caſtro hic Dom. Marinus Iunior percipere poſsit: an ſcilicèt valeat percipere penſiones paſculorum, pedagiorum & apothecarum, quæ extruuntur tempore nundinarum.*

*Secundò contingit dubitari, an ius renouãdi antiquas inueſtituras emphyteuſis Eccleſiaſticæ de bonis d. Caſtri Sancti Viti ſpectet ad hunc Dom. Marinum Iuniorem, vel ad Reuerendiſsimum D. Patriarcham.*

## CONSILIVM LXVI.

# Initium à Domino.

QVAESTIONIBVS
his iuris propoſitis, qua fieri poterit breuitate reſponſum adferam. Illi primæ opinor nõ eſſe admodum difficile ſatisfacere: ſi quidem iu reaperto probari credo D. Marinum ceſsionarium d. Caſtri Sãcti Viti poſſe percipere & conſequi poſſe pẽſiones illas pedagiorum, paſcuorum & apothecarum
cùm ceſſa ei fuerint iura, fructus, obuentiones &c. & hæ
penſiones in fructu eſſe cenſentur. Nam (vt ait Caius in l.
videamus. ff. de vſuris.) rerum omnium aliqui ſũt fructus:
1 & quidquid † ad vſum hominis inductum eſt, fructum
habet. l. vlt. ff. de vſufruct. lega. Hinc res omnes quas fert
2 fundus, † & quæ in fundo feruntur, fructus dicũtur. l. item
3 ſi fundi. & l. arbores. ff. de vſufruct. Hinc lapidicinæ, † cretifodinæ, argenti & auri fodinæ, in fructu ſunt. l. diuor-
4 tio. §. ſi vir. ff. ſoluto. matrimo. Ita iuriſdictio † Caſtri dicitur ex fructibus Caſtri, quemadmodum docuit Bart. in l. vltimo. numero ſecundo, ff. ſoluto matrimonio dum ait,
5 mulctas † & condemnationes delinquentium eſſe fructus Caſtri. & ob id ſpectare ad maritũ vſufructuarium rerum dotalium. idem cum eo tradunt ibi Caſtren. & Alexander. idem Alexander. in d. l. diuortio. §. ſi vir. numero decimo, ſolutum matrimoni um Bœrius quæſt. 180. num. 4. latè Antonius Capicius deciſ. 27. numero decimoquinto, & Tiraquell. tract. de legibus connubial. in gloſſa vlt. numero decimo. Hinc etiam videmus, præſentationem
6 † eſſe in fructu iuris patronatus. Abbas & cæteris in cap. conſultationibus, de iure patro. Eſt ergo dicendum, pen-
7 ſiones † pedagiorum eſſe fructus Caſtri: quemadmodum in terminis affirmauit Baldus & Caſtren. in l. 1. C. de vſufructu. ille numero ſecundo, iſte numero tertio, quos eſt ſecutus Picus in repe. l. Titia. §. Titia cùm nuberet. nume. 114. de lege ſecunda, ita etiam penſiones apothecarũ: que-
8 madmodum dicimus penſiones † domus eſſe fructus. l. domum. C. de rei vind. & ſcripſi in tract. de recup. poſſeſſ. quæſtio. quadrageſima, & in commentarijs de arbitrarijs iudicum. libro ſecundo caſu 210. Ita quoque penſiones
9 † paſcuorum dicuntur eſſe in fructu, vt ſunt ipſamet paſcua. §. 1. Inſtit. de vſu & habita, argumento à fortiori ſumpto. Confirmantur hæc quoniam generalis eſt admodum conceſsio, cùm non ſolùm fructus, ſed etiam iura obuentiones, prouentus & reditus conceſſa fuerunt: & ampla eſt
10 horum ſignificatio, ſi quidem plus eſt concedere † reditus quam fructus. Spec. tit. de locato. §. 1. ver. illud autem. Quocircà glo. in Clementi. prima, de rebus ecclæſiæ non alienandis dixit; plus eſſe in reditu, quàm in fructu. & glo. in cap. in generali, de electio. in 6. ita etiam conceſſæ fuerunt obuentiones quæ dicuntur eſſe illa cõmoda quæ extrinſecus & caſu è re proueniunt. ita Io. de Craſsis in trac. de reſcr. nu. 42. Quare ſi conceduntur quæ extrinſecus & caſu proueniunt, à fortiori hæc quæ certa ſunt, & ab ipſa iuriſdictione deſcendunt. & in terminis reſpondit Caſtr. conſi. 4 6. Quòd dicti reditus columna ſecunda, verſic. in contrarium. quem ſecutus eſt Alciat. reſpon. 688. numer. ſecundo ait Caſtrenſis. hæc verba comprehendere omne emolumentum qualitercunque proueniens etiam ratione iuriſdictionis, Accedit, quòd D. electo ſolùm conceſsi ſũt ducati mille & ducentum perſoluendi per D. Cardinalẽ ſeu ab ipſo D. electo percipiendi ex reditibus. d. Patriarchatus: atque nihil vltra penitus conſequi poſſet. Dicendum ergo eſt, has penſiones pedagiorum, paſcuorum & apothecarum non ſpectaſſe ad d. D. electum, ſed ad Dom. Cardinalem, & nunc D. Marino Iuniori. Nam D. Cardinalis dicere potuiſſet D. electo, quò ad te liberas ædes ha-
11 beo cùm tu ſolùm habeas † conſequi eam ſummam ducatorum



torum mille & ducentum, in reſiduo autem non eſt, quòd. manum inijcias. iuxta l. loci corpus. §. competit. ff. ſi ſer. vind. & tradunt Soc. & cæteri in l. 2. ff. de except. rei iudi. cæros ſciens pretero.

Secunda iuris propoſita quæſtio plus dubitationis habet; an ſcilicèt ius renouandi antiquas inueſtituras emphyteuſis eccleſiaſticæ de bonis d. Caſtri S. Viti, ſpectet ad dicti. Dominum Marinum Iuniorem, vel ad Reuerendiſsimum Dom. Patriarcham. Qua quidem in re dicendum videbatur, hoc ius pertinere ad ipſum Dominum Patriarcham.

Primo, quia Dom. Marinus, qui verè penſionarius eſt, vſufructuarius tantùm dicti Caſtri eſt, quò ad vixerit. pen
12 ſionarius † enim fructuario æquipatatur. ita Caccialupus in tract. de penſionibus. quæſtio. vigeſimoquinto, numero quarto, & gigas eodem etiam tract. de penſionibus. q. 38. numero ſecundo & Dom. Patriarcha eſt proprietarius: ius ergo concedendi inueſtituram de bonis d. Caſtri non dicitur ſpectare ad vſufructuarium, ſed potius ad pro
13 prietarium: ſi quidem is inueſtituram † concedere poteſt, qui liberam rerum ſuarum adminiſtrationem habet; atq; qui dominus rei eſt cap. 1. per quos fiat inueſtit. in vſibus feudorum. cuius ſententiæ ratio illa eſſe videtur, quod ius inueſtiendi, à ſolo directo dominio feudali, tanquam à ſola & immediata potentia ſuæ cauſæ originalis & productiuæ emanat, quamobrem exerceri non poteſt ab vſufructuario, qui non directum dominium; ſed vtilè tantùm habet; & per conſequens nullam habet qualitatem feuda-
14 lem, cùm qualitas feudalis † realis ſit, & perpetua, vſusfructus uerò perſonalis & temporalis, tum etiã quia qua-
15 litas † non poteſt eſſe ſine ſubiecto. l. eius. qui in prouincia; in fine. ff. ſi certum peta. l. Pomponius acceſsiones. vbi Alexand. in 3. notab. ff. de acquirenda poſſeſsione vt hic eſſet, vbi deficit directum dominium, quod eſt verũ feudi ſubiectum.

Secundò non parum illud vrget, quod penſionarius,
16 † atque ita vſufructuarius ſolùm dicitur eſſe ipſius ſui vſusfructus adminiſtrator, non autem rei dominus. l. 2. in princ. ff. de religioſis & ſumptibus funerum. l. 1. §. qui ſeruum. ff. ad S. C. Sylla. l. falſus. in fine. ff. de furtis. Sed ſolus adminiſtrator non poteſt ea tractare & adminiſtrare quæ ad ipſius rei dominum pertinent: ita enim videmus vſu-
17 fructuarium † non poſſe nuntiare nouum opus. l. 1. ff. de oper noui nuntiatione cuius ſententiæ eſt ratio, ſecũdum Alexand. & Iaſon ibidem, quòd ius tantum perſonale, debile & breui finiturum habet. ita pariter agere non poteſt
18 actione confeſſoria pro ſeruitutibus debitis fundo fructuario. lege vltim. in fine ff. de ſeruitutibus. lege ſecunda §. hæc autem in rem actio. lege etſi fortè. §. hæc autem actio. ff. ſi ſeruitu. vendi. ita ergo dicendum videtur hoc in caſu, ius inueſtiendi non concedi vſufructuario & penſionario.

Tertiò ac nunc vltimò, omnem controuerſiam diffinire viſi ſunt Guido Pap. q. 477. in princ. Bellonus conſil. 6. nu. 16. & Alcia. reſp. 688. nu. 3. qui in ſpecie affirmare videtur,
19 ius † renouandi inueſtituram non competere vſufructuario: ſed rei domino. Hæc me impellebant aliquando vt aduerſus D. Marinum Iuniorẽ penſionarium, atque ita fructuarium reſponderem.

Re tamen ipſa logè melius & diligentius perpenſa, cõtrariam ſententiam veriorem eſſe opinor: nempè ius renouandi inueſtituras competere D. Marino Iuniori vſufructario d. Caſtri S. Viti. Quod vt dicã, non leuibus his, (mea quidem ſententia.) rationibus adducor.

Primò, vſufructuarius loci dominantis vſumfructum habet, vnà cum omnibus iuribus ſuis, ac inde dependentibus, iure ergo ſuo vti poſſe debet in inueſtiturarum re-
20 nouatione: quemadmodum etiam ſuo † iure, nomine proprio, & ſuis manib, exercere poteſt rem fructuariã & omnes eius fructus, iura, & commoda tam ciuilia, quam naturalia percipere. l. fundi Trebatiani. ff. de vſufructu legat.
21 Quocircà actiones † mouere poteſt. Nam pro ſeruitute debita fundo agit poſſeſſorio iudicio vtili. l. 2. vbi Bald. ff. ſi ſeruit. vind.
22 Secundo ea ratione moueor, quòd renouare † inueſtituras iuriſdictionis eſt. cap. 1. §. 1. per quos fiat inueſt. & capitul 1. quid ſit inueſtitura. ſed qui habet vſumfructum
23 † Caſtri iuriſdictionalia exercere poteſt: cùm fructus Caſtri ſit ipſa iuriſdictio, vt ſuperiore queſtione explicauim'
iure ergo poteſt vſufructuarius concedere renouatiuas inueſtituras. Quod eò magis confirmatur, quia vſufructuarius dicitur ſæpiſsimè dominus rei, in qua vſumfructũ habet. l. qui vſumfructum, in fine. ff. ſi vſusfruct. peta. l. cum filius. §. dominus. de leg. 1. l. in venditione. ff. bonis. auctorit. iud. poſsid. l. liber homo, la 2. in fi. princ. de ver. obli. Hinc docuit Cynus in l. certum. col. 1. C. de rei vind. & Alber. in l. ſi vſufructuarius meſſem. ff. quem. vſufructu. amitta. & idem in tract. ſtatuto. parte 2. q. 74. Quòd ſi cau-
24 tum eſt ſtatuto, quòd † communitas loci teneatur emendare damnum datum per incendium ab incerto auctore, & eueniat, quòd ſegetes fundi, in quo alius habebat vſumfructum, exuſtæ ſint damnum fructuario emendari debet quoniam damnum ei datum cenſetur.
25 Tertiò ſuffragatur, quòd concedere † Caſtrum, eſt concedere ius quoddam vniuerſale, quemadmodum ſcribunt omnes in l. Imperium. ff. de iuriſd. om. iud. & tradit Beroius in capitulo primo numero trigeſimo primo, de iure patronatus qui illud ſcribit cum cæteris, ius patrona-
26 tus † eccleſiaſticum cum vniuerſitate tranſire. capitulo ex literis, de iure patro. atque ita in fructuarium, qui ius vniuerſale habet. quod ſi in iure patronatus eccleſiaſtico, quod ius quoddam ſpirituale annexum habet; ita conſtitutum eſt, à fortiori, in vſufructu feudi & Caſtri, quod merè temporale eſt. ſi ergo habet is vſufructuarius vniuerſale ius, poteſt etiam inueſtituras renouatiuas concedere, quemadmodũ vſufructuarius iurispatronatus præſentare
27 poteſt; vt cum maritus † vſufructuarius rerũ dotalium eſt, is præſentat in iure patronatus vxoris, ita decidit Rota deciſ. 10. de iure patrona. in nouis. etſi Fely. in ca. cùm olim. num. 2. de maio. & obed. & Picus in repe. l. Titia. §. Titia cùm nuberet. nu. 129. de l. 2. diſſentiant.
28 Quartò accedit, quòd concedere † inueſtituras renouatiuas eſt conſeruare feudum, & emphyteuſim, cum eo modo nec vaſallus, nec emphyteutæ amittãtur. ſed
29 fructuarius † ſaltem dicitur eſſe procurator & adminiſtrator feudi: ita quòd poteſt omnia, quæ tendunt ad eius cuſtodiam conſeruationem, iuxta l. 1. in fine. & l. 2. ff. de vſufruct. & quemad. caue. Quò loci ſcribunt Doctores,
30 vſufructuario † cenſeri demandatam cuſtodiam rei & iurium tam in iudicio. quàm extrà. & ſcribit Bar. in l. apud Trebatium. §. 1. num. 1. ff. de aqua pluuia arcen. & Alex. in l. 1. §. vlt. nu. 3. ff. de ope. no. nunti. ita ergo dicendum eſt in caſu noſtro.

Quintò & vltimò non mediocriter vrget, quòd licet perſonarius, atque ita fructuarius non poſſit nouas inueſtituras facere, poteſt tamen antiquas renouare. quem-
31 admodum videmus, Prælatum † non poſſe de nouo inueſtire, poſſe tamen renouare. ita Docto. in ca. 1. qui feudum dare poſſ. vbi Afflictus. num. 11. & Alua. colum. 4. & col. 6. verſicu. quæro ab extra. & tex. in cap. 1. §. 1. Epiſcop. vel
32 Abba. cum tamen clarum ſit, Prælatum † eſſe ſolùm fructuarium bonorum eccleſiæ gl. in cap. vlt. de off. ordina. & latè tradunt Soci. Sen. conſi. 32. colu. 2. li. 1. Barba. conſi. 19. col. 1. libr. 1. Iaſ. conſil. 222. libr. 2. & Bellonus conſil. 3. num. 4.

Sextò quòd hic vſufructuarius has inueſtituras renoua-
33 tiuas concedere poſſit, illud facit, quòd proprietarius † viuente fructuario nihil vtilitatis è re illa percipere poteſt: nec de ea pro volũtate diſponit. l. hactenus. §. vlt. ff. de vſusfruct. l. vl. ff. de vſu & habita. cùm igitur in mutatione
34 emphyteutæ † verti poſſit in commodum atque detrimẽtum fructuarij: quia mutari poſſet de bono in malum. l. 2. ff. ſol matr. & l. ſi quis ſtipulatus, in fine, de verbo. obligat. voluntate ipſius fructuarij fieri debet mutatio, arg.
35 l. in concedendo. ff. de aqua pluuia arcen. ne ei inuito † detur debitor, quem non vult. l. ſi Stichum. §. vlt. ff. de noua. qua ratione vtitur Albericus in rubr. C. de vſufructu. queſtione 1.

Septimò & vltimò admiſſo, quòd ius concedendi nouam inueſtituram, & renouandi antiquam ſpectet ad proprietarium, attamen dico, quòd ſine controuerſia illud
36 † commodum & illa quinquageſima, quod laudemium vulgò appellant, pertineret ad ipſum penſionarium & fructuarium. ita docuit Alber. in d. rubr. C. de vſufructu. q. 1. Alex. in l. diuortio. §. ſi vir. num. 8. in fin. ff. ſol. matr. Iaſ. in l. vlt. num. 45. C. de iure emph. Soc. Iun. conſi. 70. nume. 31. lib. 3. & in ſpeciè noſtra ita Bellonus. d. conſil. 6. nume. 17. & Alciatus reſponſo. 688. cuius ſententiæ eſt ratio quia
ad fru-

ad fructuarium pertinet omnis vtilitas & prouentus etiã
37 † ex incorporalibus.l.vxori.ff.de vſufructu lega .& etiam
debitũ ex obligatione,quæ de quinquennio in quinquen
nium cõmutatur.l.diuortio.§.item ſi locatio.ff.ſol.mart.
38 vt ergo debitũ † ex obligatione conuentionali ei debetur
ita & ex legali,quæ nõ eſt minoris efficaciæ.l. obligamur
39 ff. de actio.& obliga.hæc autem obligatio † accipiẽdi in-
ueſtituram &ſoluendi quinquageſimam,legalis obligatio
eſt.d.l.vlt,C.de iure emphyt.ad fructuariũ ergo ſpectat.
Non obſtant nunc adducta in contrarium, quibus etſi
credam ex iam relatis eſſe ſatisfactũ, in ſpecie tamen reſ-
pondeo.Ad primum itaq; dico d.c. 1.per quos fiat inueſt.
loqui in conceſsione nouæ inueſtituræ: non autem in
renouatione veteris, inter quos caſus magna extat diffe-
rentia,cùm per nouam inueſtituram alienari res dicatur,
40 quod in renouatiua nõ contingit.Hinc inueſtitura† reno
uatiua abuſiuè dicitur inueſtitura, quemadmodum ſcri-
bunt Præpoſ.in in c.1.§.ſciendum.colu.pen.de feudi cog.
& Afflictus in c.1.ſi de feudo fuerit conten.inter dominũ
& agnat.vaſall.atque ita etiam reſpondit conſultiſs. Ce-
phalus conſi.27.in fin.li.1.
41 Non obſtat ſecundum, quia licèt vſufructuarius † non
ſit propriè dominus rei,è qua vſumfructum percipit, eſt
tamen; quaſi dominus , & emolumentum omne ex ea
conſequitur. cuius ſanè emolumenti cauſa habet faculta-
tem renouandi,cùm hoc iniuriſdictione,atq;ita in fructu
contineatur.& licèt ius vſusfructus ſit debile comparati-
uè ad ius proprietatis,attamen maximi ponderis eſt, &
magnas vires habet,vt ex iam deductis conſtat.
Non obſtat tertium, quoniam relati Doctores verius
loquuntur in nouis inueſtituris concedendis, non autem
in antiquis renouandis.Nam Guido Pap.d.q.477.ſimpli-
citer loquitur de coceſsione inueſtituræ)quod ego intel-
ligo de prima.arg.l.boues.§.hoc ſermone. de verborum.
ſignificationib.Præterea ſubijcit idem Guido, quòd lau-
demium ſpectat ad ipſum vſufructarium . Bellonus verò
d.conſi.6.nu.16.reſpondit eo in caſu,quo iam inueſtitura
antiqua proprietarij perdurabat:nam tunc durum eſt &
iniquum eam infringi à fructuario.Ita etiam de prima in
ueſtitura loquitur Alciatus.Accedit,quòd etiamſi docto-
res loquerentur de renouatione inueſtituræ,non eſſet abſ
re dicere,eos:non perpenſis relatis rationibus, hoc per-
peram aſſeruiſſe.Atque ita iuris eſſe cenſeo,rectiore iudi-
cio ſauo.

Iacobus Menochius. I.C.

## SVMMARIVM.

1 Simoniæ crimen eſſe atrox.
2 Item dicitur quouis alterograuius.
3 Item hæreticus dicitur ſimoniacus.
4 Simoniacum eſſe ipſo iure beneficio priuatum,
5 Item non facere fructus ſuos.
6 Etiamſi eccleſiæ inſeruit.
7 Simoniæ crimen difficilis probationis.
8 Simoniæ crimen probari ex inſtrumento conuentionis,
9 Simonia eſt cùm quid temporale datur pro ſpirituali.
10 Beneficiorum reſignatio ab omni conditione libera eſſe debet.
11 Moniales nihil poſſe recipere ab ingredientibus ſuam religionem.
12 Simoniam tam per dantes,quàm per accipientes committi.
13 Simoniam non committi cùm quid datur ab eo,qui idoneus eſt, vt eligatur.
14 Item non committi cùm actus eſt nullus.
15 Falſum non committi in inſtrumento nullo.
16 Abbatiſſa electa & non confirmata,nomen Abbatiſſæ propriè non obtinet.
17 Simoniam non committi cùm ad redimendam vexationem datur quid temporale pro ſpirituali
18 Ius bonum quis habere dicatur.
19 Accipiens temporale pro ſpirituali ſemper peccat.
20 Simonia excuſatur ob proteſtationem,ſaluo beneplacito Pontificis &c.
21 Emphyteuta excuſatur à pœna caducitatis,quando alienat adhibita proteſtatione,ſaluo.&c.
22 Papa an incurrat crimen ſimoniæ.
23 Simoniam non committere qui auctoritate Papæ Beneficium recipit aliquo temporali dato.
24 Simonia quando committatur.

25 Electiones,quæ à monialibus fiunt,iuxta formam ca. quia propter, de elect.fieri debere.
26 Moniales eligentes Abbatiſſam,non obſeruata forma capitu. quia propter,de electio.nõ priuari ſuis vocib⁹,& denuò eligere poſſe.
27 Electionis forma per ſcrutinium difficilis eſt.
28 Electio quando peccat in forma,& non in materia.
29 Cap.quia propter,de elect.declaratur.
30 Eligere poſſunt,qui poſſunt facultate eligendi priuari, ante tamen priuationis latam ſententiam.
31 Electio non eſt nulla,etiamſi omnes eligentes vocati non fuerunt.
32 Abſentes aliquando non vocari ad eligendum.
33 Electio inualida ratihabitione confirmatur.
34 Eligentes iuſto numero eligentium deficiente non priuari ſuis ſuffragijs pro ſecunda electione.
35 Electio Abbatis,vel alterius dignitatis fieri validè poteſt, adhuc iam defuncti cadauere non ſepulto.
36 Moniales tractare poſſunt de noua Abbatiſſa eligenda etiam prima viuente.
37 Electiones dũ fiunt,ſcrutatores ſuffragiorum quomodo eligi debeãt.
38 Eligi non debet ad officium,qui neſcius eſt adminiſtrationis.
39 Semel ad officium approbatus,reprobari amplius non poteſt.
40 Eligentes ſeruatis ordinibus religionis,non priuantur eligendi noua poteſtate.
41 Notario magis creditur aſſerenti teſtem ita depoſuiſſe,quàm teſti neganti.

## CONSILIVM LXVII.

## Initium à Domino.

PROPOSITAE conſul-
tationi paucis, quantum fieri
poterit reſpondebo:etſi non i-
gnorem eſſe non mediocriter
dubitabilem.Duo enim veniũt
in controuerſiam.Primum. an
Reuerenda D.Antonia electa
Abbatiſſa monaſterij monia-
lium Sanctæ Mariæ Charitatis
Poyoliæ,inciderit in crimen ſi-
moniæ, ob id quòd conſenſit
Reuerendæ D.Lauræ aliàs ele-
ctæ Abbatiſſæ, vt renuntiando illi electioni reſeruaret
ſibi reditus prædiorum loci Sancti Nicolai, qui reditus ip-
ſius monaſterij ſunt.
Secundum eſt de quo contingit dubitari, an Reueren-
dæ moniales,quæ elegerunt non ſeruata eligendi forma
iuxta c. quia propter.de electio.eligendi iterum faculta-
tem amiſerint.
Quò ad primã dubitationẽ dicendũ videbatur Reuerẽ
dam D.Anto.in labẽ ſimoniæ incidiſſe.id qđ vt dicerem,
1 multa faciebãt,ſed illud priùs dicam; † Simoniæ crimen
eſſe atrox admodũ crimen.c.tanta.de ſimonia.Et cõpara
2 tiuè ad cætera delicta † dicitur quouis altero grauius.cap.
3 vlt.1.q.7.Quin & † hæretic⁹ habetur,ſicuti multi ſcribũt,
& apud Rebuffũ in praxi beneficiorũ,in ti.De ſimonia in
reſignatione.nu.12.Qua rõne fit vt iure ipſo põtificio re-
4 ctè cõſtitutũ ſit,† Simoniacum vel realem,vel mentalem
eſſe ipſo iure beneficio priuatũ.c.cũ deteſtabile.de ſimo.
in extrauag.Et ſcribũt Pariſ.cõ.15.num.13.li.4.Gomeſ. in
cõmẽtarijs ad regulã Cãcellariæ.De triẽnali poſſeſſore.q.
12.ad finẽ.Boer.q.117.in fine.&Rebuf.loco ſ.citato.nu.7.
5 Quinimò † ſimoniac⁹ nõ facit fruct⁹ ſuos.Ita tradũt Fel.
in c.niſi cũ pridẽ.de renũti.in c.inſinuatum.nu.5.& in c,
ſimoniacè.nu.6.de ſimo.Dec.con.118.nu.1.& Pariſ. con.
6 29.nu.2.li.4.Quod procedit etiã eo caſu quo † ſimoniac⁹
eccleſiæ inſeruierit.Nã adhuc fruct⁹ reſtituere debet:ſicu
ti ſcriptũ reliquit Rebuf.in d.ti.de ſimonia in reſignatio-
ne.nu.15.& idẽ in tract.de pacificis poſſeſſoribus.nu.198.
7 Præterea ſciendũ eſt,ſimoniæ † crimẽ cõnumerari inter
illa,quæ difficilis probationis ſunt & ob id coniecturis ſa
tis poteſt probari.c.per tuas,de ſimo.Abb.in c,nobis nu.
4.de ſimo.copioſè Craue.conſi.122.nu.8.& reſpõdit Dec.
8 conſi.118.nu.1.inter cætera † probari hoc crimen ex in-
ſtrumento conuentionis & pacti.His præfatis;dico plu-
ra eſſe quæ ſuadere videntur.d.Reuerẽdam D. Antoniam
incidiſſe in hoc crimen ſimoniæ.

Primò,



9 Primò,contrahitur † ſimonia cùm quid minimum,tem
porale datur,vel promittitur pro ſpirituali.cap.nonnul-
li.quæſtio.1.omnes in rubri.De ſimonia. Decius in capit.
veniens.num.3. de teſtibus.& conſil. 118. numer. 1. Go-
meſ.in regula cancellariæ de triennali poſſeſſore. quæſt.
12.& Rebuffus in praxi beneficiorum. titul. Quot mo-
dis beneficia acquirantur.numero quarto,& in titulo de
Simonia in reſignatione numero 10. Quocirca reſpon-
10 dit Crauet. conſil.122. † reſignationes beneficiorum;libe
ros omnino eſſe debere ab omni conditione & pactione.
Quod reſpondit & Natta conſi.293.nume. 2.libro.2.Sed
in caſu noſtro conſenſit Dom.Antonia reſeruationi re-
dituum ſibi factæ à Domin. Laura, vt cederet ſuæ ele-
ctioni ad fauorem & commodum ipſius Domin. Anto-
niæ:ergo facta ceſſio videtur per ſimoniam facta, & per
conſequens D.Antoniam conſentientem in hoc crimen
incidiſſe.
Secundò vrgere illud plurimum videbatur, quòd ſcri-
bunt Abbas & cæteri in capitulo, non ſatis,& in capitu-
11 lo, veniens. de ſimonia. non licere † monialibus aliquid
recipere ab illa, quæ eam religionem ingreditur. er-
go à fortiori in caſu noſtro non videtur licuiſſe. Do-
minæ Antoniæ conſentire huic reſeruationi redituum
factæ à Domina Laura: ex quo eam ob cauſam factum
videtur,vt ipſa Dom.Antonia electa fuerit ad dignitatem
abbatiæ.
12 Tertiò ſuffragari videtur,quòd † ſimonia committitur
tam per dantes quàm per accipientes: tam per agentes,
quàm per conſentientes.c.per inquiſitionem. de electio.
cap.2.de confeſſis.& ſcribit Abbas in cap.non ſatis.num.
4. de electio. qui ita Florentiæ aliquando in foro fuiſſe
obſeruatum teſtatur idem tradunt Anchara. & Francus
in cap.1.de teſtib.in ſexto.Roma.ſingul.327.Dec.in cap.
veniens.de teſtib.Gomeſ.in regula Cancellariæ de triẽ-
nali poſſeſſore.q.12.in princ.& Natta conſi. 293.nu.2. &
nu.5. libr. 2. Cùm ergo in caſu noſtro dubium non ſit,
quin Do. Laura aliquod ſimoniæ crimen commiſerit ex
reſeruatione illa redituum à ſe facta, ita dicendum vide-
tur,Dom. Antoniam in illudmet crimen incidiſſe; cùm
conſenſerit huic reſeruationi, vt ad hanc dignitatem aſ-
ſumeretur.Hæc aduerſus D.Antoniam dubitationem fa-
faciebant.
Cæterùm, re ipſa longè melius perpenſa, ac diligenti
ſtudio conſiderata,verius eſſe arbitror,D.Antoniam nõ
incidiſſe in aliquod crimẽ ſimoniæ: & ob id nõ eſſe pri-
uandam officio & dignitate abbatiſſæ.
* Primò mouet me illa * recepta doctorum ſententia,
quam recenſet & probat Abbas in c.nobis fuit. nu.5. de
13 ſimonia.cùm ſcribunt, non committi tunc † ſimoniam,
quando aliàs eligendus quis erat, & idoneus erat vt elige
retur,etiamſi aliquid fuerit datum, vt facilius eligeretur:
vel ob eã cauſam preces porriguntur ſuperiori. At no-
ſtro in caſu certum eſt,Do. Antoniam fuiſſe ac eſſe ido-
neam adminiſtrare hoc officium,& dignitatem hanc ob-
tinere,& iã non ſolùm erat in ſpe electionis,ſed iam fue-
rat à maiori parte ſemel electa:ergo ſequitur,ꝙ licitè po-
tuit conſentire reſeruationi fructuum factæ à dicta do-
mina Laura.
14 Secundò adducor atque conſidero ex actu nullo † ſi-
moniam non committi : ita in ſpecie reſpondit Pariſius
conſilio 15.numero 14.libro 4. Ita in ſimili dicimus illum
15 non committere † falſum in inſtrumento, quod defectu
alicuius ſolennitatis eſt nullum, quemadmodum tradunt
Bartolus in leg.ſi quis legatum.numero ſecundo,ff. de fal
ſis Iaſon. in leg. vbi pactum. numero 26. C. de tranſa-
ctio.Socinus Senior conſilio 62.colum.1.libro 1.Rubeus
conſilio 15.num.6.& Vantius in tract. de nullitatib.titu.
Quoties & intra quod tempus de nullitate dici poſſit.nu.
62.& num.64.Atqui noſtro in caſu reſeruatio reditus fa-
16 cta à D.Laura nullius momenti fuit, ac eſt: tum quia fa-
ctum id fuit ab ea tanquam eſſet † abatiſſa, cùm tamen
verè non eſſet,ex quo à ſuperiore confirmata non fuerat.
iuxta tradita à Rebuffo in praxi beneficiorum.titul. de no
ua prouiſione & ſimplici. numer. 18. tum etiam quia illi
reſeruationi repugnabant conſtitutiones Ciſtercienſis
religionis,cuius eſt monaſterium hoc. Non ergo Dom.
Antonia conſentiendo illi reſeruationi in ſimoniæ cri-
men incidit.
Tertiò admiſſo,quòd alias Do. Antonia non potuerit
ſine ſimoniæ labe conſentire huic reſeruationi: attamen
potuit hoc in caſu,cùm id egerit ad redimendam vexatio-
17 nem.Nam etſi pro vexatione † redimenda non licet dare
temporale pro ſpirituali,vt probant capitu. ad aures. &
capitu.Matthæus,de ſimo.Attamen,tunc licèt,quando is
qui vult redimere vexationem ius bonum in cauſa obti-
net.Ita ſribunt Abbas in capitu.cùm pridem.de pactis.&
Felinus in cap.delictus.il primo.de ſimonia.D. Thomas.
2.2.q.100.artic.6.Silueſter in ſumma,in verbo,Simonia.
18 num.3.verſi.quarta regula.Et is ius † bonum habere dici-
tur,qui à iuriſconſultis bene eruditis conſilium pro iure
ſuo habuerit:ſicuti in ſpecie ſcribit Rebuffus in praxi be-
neficiorum,titu.de ſimonia in reſignatione.nu.18.&num
19.Quocirca licet peccauerit D. Laura reſeruando ſibi
hos reditus, non tamen errauit D.Antonia conſentien-
do illi reſeruationi.Nec id mirũ quòd non erret is quidat
19 † cũ tamen peccat qui accepit;ſicuti ſcribit Rebuffus lo-
co iam citato.num.23.poſt Hoſti. in c. dilectus, de ſimo.
& Angel.de Clauaſio in ſua ſumma,in verbo,Simonia.il.
2.nu.10.12.
Quartò,accedit,quòd in eo reſeruationis inſtrumento
adhibita fuit clauſula proteſtationis,hoc eſt ſi ita placue-
rit ac viſum fuerit ſummo Pontifici,ac Reuerendiſ.Gene
20 rali Ciſtercienſis ordinis. Quæ ſanè † proteſtatio excuſat
paciſcentes à crimine ſimoniæ ita in ſpecie reſpõdit Dec.
conſi.141.numero ſecundo.Et idẽ ſenſit Rebuffus in pra-
xi beneficiorum. titulo de noua prouiſione, vel ſimplici
numero quinto qui admonet de beneficio paciſcentes,vt
adhibeant proteſtationem;quòd ita paciſcuntur,acceden
te tamen beneplacito ſummi Pontificis. Idem Rebuffus
in eadem praxi beneficiorum.titu.de permutatione.nu.
52.53.qui eiuſdem opinionis recenſet Boeri.quæſt.105.ita
21 dicimus, † emphyteutam vel vaſallum alienantem em-
phyteuſim,vel feudum adhibita proteſtatione,ſaluo & re-
ſeruato beneplacito domini,excuſari à pœna caducitatis.
ſicuti ſcribunt Alexand.conſilio 111.in fine.libr.6. Decius
conſilio decimooctauo,numero nono,Ripa lib.1.reſp.c.
ſecundo,numero 20. & Crauetta. conſilio 273.columna
vndecima,in fine.cæteros prætereo.ſi ergo ipſa Domin.
Laura excuſari poteſt ob hanc proteſtationem,à fortiori
excuſatur Domina Antonia, quæ illi reſeruationi con-
ſenſit.
Quintò,ceſſat hîc omnis ſimoniæ ſcrupulus ob id quòd
Reuerendiſsimus Generalis Ciſtercienſis religionis hanc
reſeruationem & adhibitum conſenſum confirmauit at-
que approbauit.Et certum eſt,vt ex conſtitutionibus Ci
ſtercienſis ordinis conſtat & in facto mihi præſupponi-
tur,Reuerendiſsimum Generalem eam habere iuriſdictio
nem & poteſtatem quo ad bona & adminiſtrationem ſuæ
religionis quam habet & Papa.Atqui ſi Papa confirmaſ-
ſet has conuentiones clarum eſſet omnem labem ſimo-
niæ fuiſſe extinctam: Nam etſi magna ſit inter ſacros
Theologos & iuris pontificij interpretes contentio an
22 † Papa incidat in crimen ſimoniæ cùm concedit ſpiritua
lia pro temporalibus. Et ſcribant Theologi labem hanc
incurrere:ſicut apud Dominum Thomam. ſecunda, ſe-
cundæ queſtione centeſima,articulo quarto, quintò,&
ſexto,ſcribunt Sylueſter Prierius in ſua ſumma in verbo,
ſimonia numero quarto, & vberius Thomas in tractatu
de poteſtate Papæ.in illo titulo, an Papa labem ſimoniæ
incurrere poſsit.E contra vero ſentiunt Canoniſtæ, Pa-
pam ſimoniæ crimen incurrere non poſſe: vt tradunt Ho
ſtienſis Butrigarius & Abbas in capitulo primo,de ſimo-
nijs. Gaſpar Peruſinus in tractatu de reſeruatione bene-
ficiorum in principio. numero vigeſimo, Hieronimus
Zanetinus in tractatu de foro conſcientiæ. in principio.
numero nono,& reſponderunt Decius conſilio tricente-
ſimoquadrageſimoſexto, numero decimo, & in eodem
caſu Pariſius conſilio trigeſimo, numero quarto, libro
quarto,& Crauetta conſilio centeſimouigeſimoſecundo
numero duodecimo.Hæc tamen contentio ceſſat quo ad
23 eum qui † beneficium recipit, quia is auctoritate Papæ
excuſatur,ita declarat Sylueſter in d.ſumma in verbo, ſi-
monia.nu.4. poſt Paludanum, Lignanum & Abbatem,
quos recenſet.
Sextò & vltimo mihi videtur quòd nulla ſimonia hic
24 fuerit commiſſa.Nam tunc † ſimonia committitur, cùm
datur temporale pro ſpirituali vel econtra. vt ſcribunt
omnes in c.1.de ſimo.& ſcripſi paulo ſupra.

Atqui in caſu noſtro reſeruatio hæc non cenſetur quid
temporalitatis reſeruaſſe & tribuiſſe Dom.Lauræ ex quo
ſunt eiuſdem eccleſiæ reditus. Et perinde eſt obſerua-
tum hoc in caſu ac obſeruari ſolet in eo quando quis re-
ſignat beneficium, omnéque ius ſuum cedit alteri, ali-
qua penſione ſibi reſeruata. Non enim de ea reſeruatio-
ne,accedente ſcilicèt Pontificis Max.auctoritate, ſimo-
niæ labem incurrit, vt notiſſimi iuris eſt: vt ſcribunt Fe-
linus & cæteri in capitul. ad audientiam il 2. de reſcrip.
Caccialupus in trac.de penſionibus. q.10.& Gigas eodem
trac.q.7.

Non obſtant nunc adducta in contrarium. Ad primum
reſpōdeo primò,non conſtare, ꝙ D.Antonius huic reſer
uationi conſenſerit eo animo, vt abbatiſſa efficeretur:
cùm iā ritè & rectè eſſet electa ante reſeruationem illam.
Præterea & ſecundò conſenſit, adhibita proteſtatione,
ſaluo & reſeruato beneplacito ſuperiorum. Rurſus & ter
tiò iam oſtendimus aliis rationibus, D. Antoniā omni-
nò excuſari.

Non obſtat ſecundum, quia illi eſt ex iam dictis ſatis-
factum.

Ita etiam diluitur tertium:nam verè,nec ipſa D. Laura
aliquam ſimoniam commiſit ex ea reſeruatione. Atque
ita concludo.

Quò ad ſecundam dubitationem,an ſcilicèt Reueren-
dæ moniales,quæ elegerūt non ſeruata eligendi forma,
iuxtà c.quia propter. de elect. eligēdi iterū facultatem a-
miſerint. Qua ſanè in dubitatione dicendum omninò eſt,
eligendi facultatem non amiſiſſe.

Primò ea me mouet ratio,quòd etſi forma capitu. quia
25 propter, de electio. obſeruanda ſit etiam in † electioni-
bus,quæ à monialibus fiunt, vt probat tex. c. indemnita-
tibus. de electio.in 6. qua forma non obſeruata electio-
26 nes nullæ ſunt:attamen † eligentes, ea forma non obſer-
uata,non priuantur voce & facultate iterum eligēdi:cùm
iuris ignorantia mulieres excuſet. l. regula. ff. de iuris &
facti igno.& l.iuris ignorantiam, vbi omnes. C. qui ad-
mitti. Qua ratione adductus ita in ſpecie reſpondit Caſt.
conſ.347.Formæ capituli.n.1.li.1.quem ſecutus eſt Boer.
q.1.num.41.in fine. Quorum vera ſententia confirmatur
auctoritate Petri Baiſij in tract.de electio. parte 3. capit.
27 20.cum ſcribit, † difficilem eſſe admodum eligendi for-
mam per ſcrutinium, iuxta d. cap. quia propter. vt etiam
ait gl.in c.cùm expediat,de electio.& ob id(ait Petrus il-
le) quòd etiam docti & periti errant, niſi multum verſati
ſunt. Eſt ergo iuſta hæc cauſa excuſandi has moniales.
Et eo maximè quòd (vt in facto mihi præſupponitur)
ſexaginta ab hinc annis obſeruata non fuit forma d. cap.
quia propter,nec Concilij Baſilienſis in harū Abbatiſſa-
rum electionibus.

Secundò accedit, ꝙ etiamſi moniales aliàs amitterent
eligendi facultatem ob non ſeruatam formam c.qui pro
pter,de electio.non tñ noſtro in caſu vocem amiſerunt,
28 quin iterum eligere poſſint. Nam hæc † electio (ſi modò
peccat) ſolùm peccat in forma electionis & materia ipſa:
non autem in perſona electa;cùm perſona digna verè fue
rit electa. Quocircà priuatio non eſt ipſo iure indicta,ſed
per ſententiam. Ita declarat gl.in d.c.quia propter, in ver
bo priuentur.& gloſſ.in ca.humana.de elect. Et ſuadetur
29 ex verbis † d.c.quia propter.quæ futuri tēporis ſunt; ibi,
priuentur. &c. quod equidem ſui natura non ſignificat
priuationem ipſo iure, ſed per ſententiam. quemadmo-
dum vberrimè ſcriptum reliquit Tiraq. in l.ſi vnquam.
in verbo, reuertatur.num.39.C.de reuocan.dona.& re-
ſpondit copioſè Soci.Iunior conſilio 68.num.38. libr.3.
& in ſpecie Petrus Baiſius in d. tract. de electione. parte
prima. cap.22.numer.1. quo fit vt ante latam ſententiam
30 † priuationis,eligere potuerint. ca. cùm terra.de electio.
Romanus conſ.483.col.3.verſ.2.ſi quis dixerit. quem ſe-
cutus eſt Tiraquel.in d.l.ſi vnquam.in verbo,reuertatur.
num.380.C.de reuocan.dona. Idem ſenſit Boer. q. 70.
nu.4.& ante eos Caſtren.d.conſ.347.num.1. verſ.poſito
verò.& nu.3.

Non obſtāt nunc aliqua, quæ aduerſus hanc ſententiā
obiiciuntur:& quibus ſingulatim ex ordine ſatisfaciam.
Et primò obiicitur, vocatas non fuiſſe moniales omnes
abſentes,quæ vocandæ erant iuxta conſtitutionem. d.ca
pitu.quia propter. Et ob id hanc poſteriorem electionem
eſſe nullam.

Reſpondeo primo,ex declaratione Boerij. dicta quæ
ſtio.1.num.vigeſimoſexto, poſt Felinum, quem recenſet
31 contemptum † aliquorum non vocatorum non redde-
re electionem nullam: cùm citatio illa abſentium non ſit
de forma ſubſtantiali electionis. Et idem docuit Abbas
in dict.capitul.quia propter. numer.16.de electio.& cum
eo Petrus Baiſius in tractat.de electione,parte tertia, ca-
pitul.7.

32 Reſpondeo ſecundò, ex conſuetudine † abſentes ali-
quando non vocari in electione facienda. Et conſuetudo
illa eſt obſeruanda: ita ſcribunt Inno. in capitul. coram,
de electis.& Petrus Baiſius in tractat. de electione. parte
prima.capitulo 26.numero 6.& parte tertia. capitulo 9.
Cùm ergo ſexaginta ab hinc annis obſeruatum non fue-
rit ( vt in facto præſupponitur ) quòd in electionibus
his faciendis moniales abſentes vocentur, ſequitur di-
cendum, electionem hanc, eam ob cauſam, non infir-
mari.

33 Reſpondeo tertiò hanc † electionem eſſe validam,quia
corfirmata & ratificata deinde fuit ab abſentibus illis: id
quod ſufficit. ita Petrus Baiſius in dict. tract. de electio-
ne,parte 3.c.7.num.3.& ibidem.num.4. poſt Io. Andreā
in capitul.quod ſicut de electio.ſcribit, eum qui electio-
nem aliàs nullam confirmauit,non poſſe eam impugnare,
niſi contempti,atque ita non vocaui cauſam non proſe-
quuntur.

34 Reſpondeo quartò,quòd etiamſi hæc electio eſſet nul-
la, ob defectum numeri ipſarum monialium: attamen
hæ,quæ elegerunt,non priuantur ſuis ſuffragiis, quin ite-
rum eligere valeant. ita in ſpecie decidit Boer. quæſt. 2.
num.32.

35 Non obſtat ſecundum quod obiicitur, nempè † ele-
ctionem eſſe nullam,vtpote factam adhuc inſepulto ca-
dauere primæ Abbatiſſæ: ſicuti reſpondit Ripa libro 2.
reſpon.capitul.13.poſt Goffred.& Hoſtien.in cap.bonæ.il
ſecundo.de electio.& Bertach.in tract.de epiſcop. parte
prima.q.3.

Reſpondeo, pro forma ex neceſſitate obſeruandum
non eſſe,vt antequam noua fiat electio, mortuæ Abba-
tiſſæ cadauer ſepeliatur. Id enim ex honeſtate quadam
ſolummodo fieri ſolet. Ita in ſpecie declarat Petrus Bai-
ſius in tract.de electionib.parte ſecunda.capitulo.2. nu-
me.2.& idem ſentiunt glo.& doctores in capit.bonæ.de
electio. Quocircà dicendum eſt,hanc electionem non eſ-
ſe nullam.

Non obſtat tertium quod obiicitur,D. Antoniā ſimo
niam commiſiſſe,quærendo viuente ipſa Abbatiſſa nunc
defuncta eligi.

Reſpondeo primò, non conſtare Domin. Antoniam
ambiuiſſe ad hanc dignitatem aſſumi. Et ideo quia
non præſumitur delictum. l. meritò. ff. pro ſocio, dicen-
dum eſt (ſi hoc eſt delinquere) neceſſarias fuiſſe proba-
tiones.

Reſpondeo ſecundò, falſum eſſe, quòd non liceat vi-
36 uente abbatiſsa tractare de noua † eligenda, poſteaquam
illa erit vita functa: quia imò iure permiſsum eſt:vt ſcri-
bunt omnes in capitulo bonæ, de electio. & clarè ſcri-
bit Petrus Baiſius in dict.tract.de electione, parte tertia,
capitul.3.

37 Non obſtat quartum obiectum, quòd ſcilicet † ſcru-
tatores non fuerunt à collegio electi, ſicuti eligi debue-
runt.

Reſpondeo, hoc non eſſe ſubſtantiale & de forma: &
eo maximè quòd moniales præſentes acquieuerint, &
eorum acta approbauerint: id quod ſufficit, quemad-
modum ſcribit Abbas in d. cap. quia propter.num. 13.de
electio.

Non obſtat quintum obiectum,quòd Domin. Anto-
nia non eſt idonea quæ hanc obtinat dignitatem, od id
qnòd interrogata, quale eſset abbatiſsæ officium, reſ-
38 ponderit,ſe neſcire:& ideò † eligi non debuit. capitulo,
cauſam quæ,& capitulo,qualiter,vltimo reſponſo, de e-
lectio.

Reſpondeo primò,ab ipſiſmet monialib. D.Ant.iudica
tā fuiſse idoneā,ꝙ dignitatē hanc & officiū obtineret: ex
quo iā illam elegerunt ad officium prioratus, quæ abba-
39 tiſsæ abſentis loco eſse ſolet. cùm ergo ſemel eā † appro-
bauerint,amplius reprobare nō poſsunt:iuxta leg.ſi quis
teſtibus.C.de teſtib.Alex.conſi.133.num.13.lib.7.& Iaſo.
in leg.



in leg.1.§.editiones.numer.17.verſic.adde.ff.de eden.qui
quidem extendunt procedere etiam inter alias perſo-
nas,& in alia cauſa. Qua ex re & illud ſequitur, eſſe fal-
ſum,vel ſaltem minus veriſimile,quòd Domin. Antonia
ita reſponderit; cùm veriſimilius ſit eam optimè ſcire
quod ſit officium abbatiſſæ, cùm munus illud tot annos
tractauerit.

Non obſtat ſextum quod obiicitur, nempe ordines &
cōſtitutiones religionis Ciſterciēſis ſeruatos non fuiſſe,
ſed illis ſpretis hanc abbatiſſam fuiſſe electam.

Reſpondeo primò, non conſtare de his conſtitutioni-
bus,quæ huic electioni repugnent.

40 Reſpondeo ſecundò, quòd etiamſi † electio hæc facta
fuerit contra aliquas cōſtitutiones religionis, non tñ ob
id moniales priuantur ſuis ſuffragiis, ſed iterum eligere
potuerunt. Ita Boer.q.2.num.31.

Non obſtat vltimum obiectum, ꝙ ſcilicet commiſſa
ſit falſitas in ſuffragiorum perſcrutatione:ex quo aliquæ
extant moniales, quæ nunc aſſerūt, ſe voces ſuas non de-
diſſe D.Antoniæ.

Reſpondeo primò, hoc minimè probatum fuiſſe, nec
conſtat quæ ſint hæ moniales aſſerentes, ſe ſuffragia ſua
non dediſſe dict. D.Antoniæ. Reſpondeo ſecundò,quòd
etiamſi hoc aſſererent,attamen eis non eſſet credendum,
cùm notarius ſit atteſtatus contrarium. Et ideo magis
credendum eſt notario quàm ipſis: quemadmodum di-
41 cimus, magis credit † notario aſſerenti teſtem ita tuliſſe
teſtimonium, vt ſcriptum eſt, quàm teſti neganti:ita ſcri-
bunt Abbas & Felin.in capit. l.cùm cauſam, de teſtibus,
idē Abbas in cap.ad audientiam,de præſcrip. Alciatus in
tractat.præſump.reg.3.præſump.13.numer. 20. Didacus
libro 2. varia. reſolut.capitul. 13. numero 10. & Craueta
conſilio 13. numero tertio, qui alios eiuſdem opinionis
recenſet. Concludo ergo, electionem hanc eſſe omninò
validam.

Iacobus Menochius I. C.

## SVMMARIVM.

1 *Creditor fundatam habet intentionem contra debitorem aſſerentem ſe alteri ſoluiſſe vi & metu ſuperioris.*
2 *Maioribus reſiſti non poſſe.*
3 *Vendentem priuato per metum, contra emptorem ipſum agere poſſe actione quod metus cauſa.*
4 *Debitorem non liberat affectata ſolutio alteri quàm ipſi vero creditori facta.*
5 *Solutio ſpontè facta ſoluentem aliquando non liberat.*
6 *Excuſatio affectata non liberat.*
7 *Debitor ſua culpa etiam leui exactus non liberatur.*
8 *Conditio actum ſuſpendit.*
9 *Actus non dicitur perfectus, dum pendet conditio.*
10 *Conceſſa ad tempus, finito tempore, eſſe prohibita.*
11 *Debitor exactus à ſuperiore liberatur cùm vſus eſt omni diligentia, ne exigeretur.*
12 *Debitor ſoluens iuſſu iudicis alteri quàm vero creditori liberatur.*
13 *Sequeſtrarius alteri reſtituens rem ſequeſtratam quàm domino, iuſſu iudicis liberatur.*
14 *Iuſsus ſuperioris excuſat.*
15 *Iudicis factum eſſe factum partis.*
16 *Contumax pro confeſſo habetur.*
17 *Procuratori ſoluens indebitè liberatur, domino ratum habente.*
18 *Damnum quod quis ſua culpa ſentit, alteri non debet adſcribere.*
19 *Circuitus euitandi ſunt.*
20 *Interpretatio illa eſt recipienda, quæ ſapit æquitatem.*
21 *Item quæ habet iniquitatem, reiicienda.*
22 *Item quæ à ſapientibus poteſt reprehendi.*
23 *Item quæ contrahentem decipere poteſt.*
24 *Item quæ fraudem excludit, debet recipi.*
25 *Caſtre. doctrina in l. non intereſt. C. quod metus cauſa, &c. declaratur.*
26 *Debitorem alteri quàm vero creditori ſoluiſſe ſine magna cauſa, credibile non eſt.*
27 *Debitoris excuſatio, qua ait, ſe vi & metu ſoluiſſe alteri quàm vero creditori; probatur, exhibito pœnali præcepto ſuperioris iubentis.*

## FACTI SPECIES.

*DOminus Auguſtinus Genuenſis, creditor Bernardi ſatis egregiæ ſummæ, apud Nauonum ipſius Bernardi debitorem ſequeſtrari fecit id totum, quod ipſi Bernardo debebat. Nauonus lata à iudice ſententia, coactus fuit pecunias Bernardo debitas ei per modum (vt aiunt) prouiſionis & aſſecurationis numerare.*

*Nunc contingit dubitari; an ſtantibus verbis ſententiæ, quæ infraſcripta ſunt, teneatur Nauonus aliquid facere, vt cenſeatur liberatus ab obligatione, qua Bernardo tenetur.*

*Verba ſententiæ hæc ſunt: Dicemo & pronuntiamo, che la detta ſomma ſequeſtrata alla richieſta dil detto Agoſtino domandatore nelle mani dil detto Nauone ſerà iudicata al detto Agoſtino per modo di prouiſione, durando il proceſſo, qual Agoſtino habbi à dar buona & ſufficiente cautione di rendere quella ſomma, ſe ſarà ordinato, come far ſi deue. Et per far queſto ſara il detto Nauone, & tutti gli altri à chi pertinerà, conſtretti per tutti li modi deuti di ragione, come per debito & fatto di fera & impregionamento di ſue perſone ſe ſarà biſogno, ſeguendo il priuilegio di dette fere & ſtylo di noſtra Corte. Et al principale habbiamo ordinato, che il domandatore articulerà piu ampiamente dil fatto dentro à quindeci giorni: & il detto defenditore reſponderàfrà quindeci giorni apreſſo, per fare tutto quello è di ragione.*

## CONSILIVM LXVIII.

# Initium à Domino.

NON ſemel animo ſubſtiti,
more Scæuolæ iuriſconſul-
ti,in le. ſeruum quoque.ff.
de procur. quid in hac pro
poſita conſultatione reſpō
derem. Prima enim (vt di-
ci ſolet) facie dicendū vide
batur, Nauonum hunc non
eſſe liberatum ab eo, quod
Bernardo debet.

Primò, ea ratione, quòd
iure ipſo communi inſpe-
cto non videtur licuiſſe Nauono alteri ſoluere hanc ſum
mam,quàm ipſi Bernardo,cuius eſt debitor,iuxtà le. qui
hominem.§. ſi nullo. ff.de ſolutio. quo adductus Ange-
1 lus in l.creditor.ff.eo. de ſolutio. cenſuit, † creditorem
fundatam habere intentionem contra debitorem, qui
allegat, ſe per vim & metum à ſuperiore, vel altero exa-
ctum: quandoquidem neceſſe habet debitor ſuam illam
excuſationem iuſtam probare. Et cum Angelo idem re-
ſpondit Barba.conſilio vigeſimoſexto, columna tertia,
in fin.libro tertio, Et verè videtur quòd non poſſit Na-
uonus ſe ipſum excuſare: cùm non ad commodum iudi-
cis iubentis,ſed priuati,ne:pè Auguſtini exactus fuerit
Nam debitor ita exactus non liberatur à debito, quo er-
ga creditorem ſuum tenetur. ita docuit Bartolus in l.cre-
ditor.numero 2.verſic. item quæro. ff.de ſoluti.quem in

ſpecie probauit Rui.conſi.171.nume.6.lib.4.& in eadem
facti ſpecie idem reſpondit Iaſ.conſi.26.lib.3.Ea ratione
vtuntur,ꝙ is qui ad commodum priuati exactus fuit, ex-
periri poteſt aduerſus priuatum illũ. Et quãquam huic e-
xacto competat etiam actio contra iudicem ipſum & ſu
periorem:attamen perinde eſt,ac ſi nulla daretur:ex quo
2 vix fieri poteſt, vt maioribus † & potentioribus reſiſti
poſſit. l. 2. §. vlt. ff.ſi quis cautio. Et quòd actio detur ad-
uerſus Auguſtinum,in quem pecunia peruenit, compro
batur ex doctrina Caſtr.in l.non intereſt. C.quod metus
3 cauſa.cùm dixit,quòd† vendens priuato per metum à iu-
dice & maiore ſuo illatum,agere poteſt actione quod me
tus cauſa contra ipſum priuatum. Et idem quod Caſtr.
docuit Alex.in l.pen.C.quod metus cauſa. Et Caſtren-
ſem ſecutus eſt Rui.conſ.85.num.6.libr.1. Dicendũ ergo
videtur, Nauonum non eſſe liberatum ab obligatione,
qua tenetur erga Bernardum : ſed agere debere contra
Auguſtinum.

Secundò,quòd Nauonus non ſit liberatus ex eo addu-
cebar, quòd ſolutio hæc affectata quodammodo vide-
tur:& per colluſionem cum Auguſtino factam. At qui
4 affectatæ hæ† ſolutiones non liberant debitorem exactũ,
ergo Nauonus non dicitur liberatus. Illa minor proba-
tur auctoritate Iaſonis conſil. 26.col. 2.verſi.iſta ſolutio
5 ſpontanea.libro 3.Et ſi ſpontè facta† ſolutio non liberat
ſoluentem(vt dixi ſuprà)&in ſpecie reſpondit Rui.conſ.
247.nu.16.lib.1. quantò fortius quando eſt affectata? Ita
in ſimili dicimus, quòd etſi cauſæ aliquæ excuſant à pu-
6 blicis muneribus,non tamen† iuſtam excuſationem tunc
præſtant quando affectatæ fuerunt,ita probat tex.§.item
tria onera,Inſtit.de excuſa.tuto.& ſcribit Gozad.conſ.
68.nu.10.& vberius Tiraquellus in rep. le. ſi vnquam.in
verbo.bona,num.5.C.de reuo.dona.& in tractat. de re-
tractu conſang. §.35. nu. vigeſimoſeptimo. Et noſtris
his ferè terminis videtur textus in leg.2.§.vltim. ff.ſi quis
cautio.

Tertiò,hoc idem vel ex eo comprobari videtur, quòd
7 non leuis† culpa Nauono adſcribenda videatur,cùm tam
citò & promptè ante diffinitam litem pecuniam nume-
rauerit.Quò fit vt liberatus non cenſeatur.Ita apertè do-
cuit Bar.in l.ſi oleum. num.4.ff.de dolo.quem probauit
Practicus Papienſis in forma ſaximenti ſiue ſequeſtri in
gl.audeat.nu.2.

Quartò accedit, quòd adiudicatio facta fuit Augu-
ſtino per modum prouiſionis, donec ſcilicet melius fue-
8 rit cognitum & iudicatum. Atqui hic modus & † con-
ditio actum ſuſpendit.leg.ſi quis ſub conditione dando-
rum decem. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſta. Et actus condi-
9 tionalis non dicitur † actus perfectus, vt reſpondit Are-
ti.conſi.11.numero 2. Non ergo Nauonus eſt perfectè li-
beratus.

Quintò ſuffragatur,quòd adiudicatio Auguſtino facta
fuit ad tempus tantùm, hoc eſt, durante proceſſu: ſicuti
apertè ſignificant verba ſententiæ, ergo finito tempo-
10 re ceſſare debet adiudicatio: quandoquidem † conceſſa
ad tempus,eo finito,prohibita cenſetur.iuxtà leg. Impe-
rator.ff.de poſtula.leg.cùm pater. §.à filia.vbi Bartolus
ff.de legat. 2. & ſcribunt copioſè Craueta conſilio 156.
numero quinto, Gozad.conſilio 37.numero ſeptimo.
Tiraquellus in tractat.de retractu conuentio. §. primo,
gloſſa ſecunda,numer.44. & in leg. ſi vnqnam.in verbo,
reuertatur. numero 342.C. de reuo. donat. cùm ergo la-
ta fuerit ſententia contra Auguſtinum contumacem,
debuit Nauonus ab eo repetere pecuniam, quam ei nu-
merauit.

Sextò ac vltimò accedit, quòd debuit Nauonus vti
omni ſtudio & diligentia, vt numeratam pecuniam Au-
guſtino ab eo recuperaret.nam ſolùm tunc excuſatur ita
11 ſoluens,† quando omni diligentia vſus eſt ne ſolueret,ita
docuit Baldus in lege falſus,columna vltima.C. de furtis,
quem ſecuti ſunt Calcaneus conſilio centeſimodecimo-
tertio,numero tertio,Iaſon conſilio vigeſimoſexto, co-
lum.penultima,verſiculo accedat ad prædicta. libro ter-
tio,& Afflictus deciſ. 150. numero vigeſimoſecundo. I-
dem reſponderunt Decius conſilio vigeſimoquinto,co-
lumna tertia, verſiculo ex quibus omnibus. & Ruinus
conſilio 147. numero 19. libro 1. & conſilio 171. numero
7.libro 4. Quòd autem non ſit Nauonus vſus omni dili-
gentia,vel ex eo conſtat, quia commodè potuit, elapſis
triginta illis diebus Auguſtino & Bernardo præſtitis
ad probandum de ſuis iuribus, recuperare ab Auguſti-
no contumace. Quod maxime procedere videtur hoc
in caſu,in quo cautio illa ab Auguſtino præſtita, de re-
ſtituenda pecunia, caſu quo de ſuo iure non probaſſet,
reſpectu Nauonis præſtita videtur, vt ſcilicèt Auguſtino
non probante ius ſuum,ab eo pecuniam recuperaret Na-
uonus. Qui quidem cùm negligens fuerit, & non recu-
perauerit,non videtur liberatus. ſicuti in ſpecie reſpon-
dit Barba.conſilio 26.columna,prima,in fin. & columna
penult.libro 3.Hæc contra Nauonum dubitationem fa-
ciebant.

Re tamen ipſa longè melius perpenſa,contraria ſenten
tia viſa eſt verior;nempè Nauonum eſſe omninò liberatũ
ab obligatione,qua erga Bernardum tenebatur.

Primò,negari non poteſt,quin, cauſa cognita, & vo-
cato ipſo Bernardo,coactus fuerit Nauonus à iudice eam
pecuniæ ſummam numerare Auguſtino. Atqui debitor
12 †ſoluens iuſſu iudicis alteri quàm ſuo creditori,liberatur,
ergo Nauonus liberatus extitit. Illa minor probatur
auctoritate gloſſæ in leg.ait prætor. §.permittitur.in ver-
bo,imputandum. de minor. quæ ait, quòd ſoluens iuſſu
iudicis alteri quàm ſuo creditori, conſequitur pleniſſi-
mam liberationem. Quam ſanè gloſſæ ſententiam in ſpe
cie probarunt Barba.conſil. 26. colum. 1. libro 3.Ruinus
conſil.171.num.3.libr. 4. & in eadem facti ſpecie reſpon-
dens ita cenſuit Iaſ.d.conſil.26.colum.2.libr.3. Ita etiam
in terminis ſcribunt Pratic. Papien. in forma. ſequeſtri
ſeu ſaximenti. vt in verbo, audeat. numero 2. & Curtius
Sen.in l.vnica. q. 16. C.de prohib. ſequeſtr. pecu. quòd
13 †ſequeſtrarius iuſſus à iudice alteri ſoluere quàm vero
creditori,liberatur. Quorum quidem ſententia & lege
& ratione probatur, lege inquam, ex textu,lege. Paulo
Callimacho. §.vltim.de lega.tertiò.& leg.liberto. §. Lu-
cius.ff.de ann.lega.Ratione verò probatur, quòd iuſſus
14 †ſuperioris excuſat.l.non videtur. §.qui iuſſu.ff.de regul.
iuris.& ibidem Dec.& cæteri.Nec adhibenda eſt hîc dif-
ferentia,quòd iudex & ſuperior ad ſui vel alterius com-
modum exegerit debitorem:quia omni caſu debitor ipſe
exactus excuſatur:quemadmodum docuit Bartol.in leg.
creditor.colum.1.verſic.2.caſu.ff. de ſolutio.quem ſecuti
ſunt Anchara.conſil.64.in fine.Barba. conſil.26. colum.
3.libr.3.Iaſ.conſil.26.col.1.libr.3.Ruin.conſil.85.num.8.
lib.1.& conſil.167.num.7.lib.4.Afflict. deciſ.150.nume.
12.16.20.Dec.conſi.25.colu.2. verſi. ſecundò principali-
ter.& Ripa in tract.de peſte,ti.de priuilegiis contractuũ.
num.94.

15 Secundò accedit, quòd factum † iudicis ritè & rectè
procedentis, dicitur factum partis. leg. ſi ob cauſam. C.
de euictio.Bartol.in leg.meminerint. numero 4. C. vn-
de vi. Et ideò alienatio facta à iudice, vt creditoribus
ſatisfiat, facta dicitur ab ipſomet debitore, vt reſpondit
Decius conſilio trecenteſimoquinquageſimoſeptimo,
numero primo,& copioſè Tiraquellus, de retractu con-
ſang. §.primo,in gloſſa decimaquarta, numero decimo-
tertio. Atqui ſi expreſſim & proprio mandato iuſſiſſet
Bernardus Nauono, vt eam ſummam numeraret Augu-
ſtino,certè liberatus eſſet Nauonus: ergo etiam libera-
tus eſt, cùm iuſſu iudicis numerauerat. Prætereà vel ex
eo confirmatur, quòd ipſe Bernardus iuſſus intra tri-
ginta dies de iure ſuo probare, non probauit, ſed con-
tumax fuit: & ob id dicitur confeſſus eſſe vera, quæ à
16 iudice geſta fuerunt. Nam † contumax pro confeſſo
habetur.Ita Baldus in leg. licèt, columna ſecunda. C. de
procura.& cum eo Neuiz. conſilio decimooctauo, nu-
mero decimoquarto,in fine,quo loci ſubiungit, contu-
macem non poſſe opponere nullitatem proceſſus; quòd
ſcilicèt proceſſum fuerit contra procuratorem non ha-
bentem legitimum mandatum. Si ergo Bernardus ta-
citè conſenſiſſe dicitur, quòd Auguſtino rectè fuerit
numerata pecunia, iure amplius non poteſt eam pe-
tere ab ipſo Nauono. Ita in ſimili de eo dicimus, qui
17 ſoluit indebitum procuratori † alterius, ſi, ſolutione
facta, dominus ratum habet factum procuratoris, pe-
cuniæ indebitè ſolutæ repeti non poſſunt. Ita pro-
bat lege indebitum & lege ſi ſine.ff.rem ratam haberi. &
reſpondit Curtius Iunior conſilio centeſimoſeptuage-
ſimotertio,num.9.

Tertiò ſuffragatur, quòd ſi aliquod damnum ex hac




numeratione ſenſit Bernardus, ſua culpa & facto ſenſit:
quidem in ſententia dictum fuit, quòd ipſe Auguſtinus
deberet intra quindecim dies de iure ſuo probare, latius
capitulando: & quòd intra alios quindecim dies ipſe Ber
nardus haberet reſpondere,& ſe defendere. Debebat er-
go Bernardus iniuncto muneri ſatisfacere, & cùm vidiſ-
ſet elapſos eſſe quindecim dies Auguſtino ad probandum
præſtitutos, debebat illius contumaciam accuſare: & de-
inde petere reuocari ſententiam illam latam per modum
prouiſionis, & ſtatim pecuniam repetere. cùm ergo hæc
non præſtiterit Bernardus; non debet alteri imputare
18 †damnum quod ſua culpa ſenſit.ca. damnum. de reg. iu-
ris.in 6.
19 Quartò confert, quòd inutiles † circuitus euitandi
ſunt. leg.dominus teſtamento.ff.de condictio. indebiti.
vbi copioſè Iaſ.num.3.& vberius Tiraquellus in tractat.
de retractu conuentio.in fin.num. 41.Boer.quæſt. 183.&
Gramma.deciſion. 103.num. centeſimooctuageſimoſep-
timo. Atqui hoc in caſu inutilis factus fuiſſet circuitus,
ſi Nauonus exegiſſet & repetiſſet à Bernardo pecuniam
illam,lata in pleno iudicio ſententia pro Auguſtino,quia
ſtatim neceſſe habuiſſet eam ſummam ipſi Auguſtino
numerare. Dicendum ergo eſt, Nauonum obligatum
non fuiſſe repetere à Bernardo ſummam illam.Et eò ma-
ximè quòd cautio ab Auguſtino preſtita,de pecuniis ſibi
numeratis reſtituendis preſtita fuit ad commodum ipſius
Bernardi.

Quintò & vltimò, dato quòd res hæc ſit dubia, quam
claram ad fauorem Nauoni credimus: attamen adhuc in
dubio pronuntiandum eſt pro Nauono, quòd ſcilicèt
ſit liberatus ab obligatione, qua Bernardo tenebatur.
20 Nam illa ſumi debet † interpretatio, quæ æquitatem ſa-
pit.leg.in his.ff.de cond.& demon.Socinus Senior conſ.
150.columna 7.in fine.libr.2. & Crauet. conſil. 70.num.
21 13. Et econtra reiici debet illa † interpretatio, quæ ini-
quitatem habet. ſicuti, poſt multos, reſpondit Craueta
22 conſil.186.num.14.Prætereà,non eſt recipienda illa† in-
terpretatio,quæ à ſapientibus reprehendi poteſt. leg.Sal
uius Ariſto.ff.de lega.præſtan. & ſcribunt Socin. Iunior
conſilio 76.numero 11.lib.2.& Crauet.conſi.3num.23.&
23 conſilio 5.nu.14.Rurſus, reijcitur illa † interpretatio,ne
altera partium decepta & iure ſuo fraudata remaneat,l.3.
§.1.ff.de recept.arbitr,& tradit Crauetta conſilio.33. nu-
mero vigeſimoquinto,conſilio nonageſimoprimo, num.
vndecimo,& conſilio 245.numero nono,Ita econtra di-
24 cimus eſſe recipiendam illam † interpretationem, qua
fraus excluditur.l.1.iuncta l.nihis intereſt.ff.ad S.C. Ma-
cedo.& reſponderunt Decius conſilio 278. columna vl-
tima, & Crauetta conſilio centeſimouigeſimoſecundo
numero vndecimo,ſed in caſu noſtro ſumendo interpre-
tationem latæ ſententiæ, & quòd Nauonus ſit liberatus,
relatæ omnes interpretationes conueniunt, ergo ſequi-
tur dicendum ita illas interpretationes eſſe recipiendas &
per conſequens Nauonum eſſe liberatum.Illa minor cla-
rè probatur.Quòd verè æquitatem ſapit,vt iudicis iuſſus
excuſare habet:& econtra,eſſet iniquum, quòd Nauonus
ex facto & culpa Bernardi de iure ſuo probare negligen-
tes grauetur.Ita ſi aliter diceremus, à ſapientibus omni-
bus hæc interpretatio mereretur reprehendi. Et demum
culpa & facto Bernardi deceptus eſſet Nauonus, qui
non ipſe,ſed Bernardus met habet de iure ſuo probare &
oſtendere Auguſtinum non eſſe creditorem & ob id eſſe
compellendum reſtituere acceptam pecuniam.

Non obſtant nunc adducta in contrarium,quia reſpon
deo ad primum ꝙ imò Nauonus ſatis excuſatus eſt, cùm
ſoluerit iuſſu iudicis, præcedente cauſæ cognitione:vt di
25 ximus ſuprà ſuo loco.Nec repugnat illa doctrina† Caſtr.
in d.l.non intereſt.C. quod metus cauſa quia reſpondetur
primò,Caſtrenſem loqui,quando is ſuperior ad ſui com-
modũ pricipaliter exegit,licet tertiò emi fecerit rem illã
à carcerato, vel alio metu coactò:& exacto non datur fa
cultas agendi contra ipſum ſuperiorem. Nam tunc in ſub
ſidium agitur contra emptorem qui etiam in aliqua cul-
pa fuiſſe dicitur.debuit enim,cognita mala principis vo-
luntate,vti omni diligentia, ne emeret:ſed diuerſa eſt no
ſtro in caſu,in quo cauſa cognita proceſſum fuit,iuxtà de
clarationem,quam in ſpecie adfert Ruinus conſilio 171.
numero 11.lib. 4.Reſpondeo ſecundò, Doctores noſtros
* * crebriore calculo, nullam conſtituere differentiam,
quòd exactus debitor fuerit ad commodum ipſiuſmet
exigentis,vel alterius, vt ſuprà dictum fuit. Et Bartolus,
quià Ruino in contrarium citatur, id non ſcribit : ſed
ſolùm loquitur de exacto à perſona priuata. Qui qui-
dem exactus non liberatur ab obligatione, qua erga ſuũ
creditorem tenetur. ſicuti probat leg. 2. §. vltim.ff.ſi quis
cautio.

Non obſtat ſecundum,quia reſpondetur,non conſtare
de hac allegata Nauonis colluſione & fraude. Et iure non
preſumitur,cùm ſit delictum,iuxta l.meritò.ff.pro ſocio.
Prætereà non eſt veriſimile, quòd Nauonus hoc curaue-
26 rit:ex quo † credendum non eſt, quòd ita demens fuerit,
vt voluerit ſoluere non ſine magna cauſa Auguſtino, vt
deinde tam grauem moleſtiam à Bernardo ſuſtineret.Et
in ſpecie ita reſpondent ac conſiderant Ancha.conſ.299.
col.1.& Dec conſi.25. colum.ſecunda, verſic.prætereà e-
tiam.cùm ergo Nauonus validè reſtituerit,ne ſolueret,&
tamen ſoluere compulſus fuerit,ſequitur dicendum, eſſe
omninò liberatum.id quod,præter Ancharanum & De-
cium relatos,affirmarunt Abbas conſi.60.nume. 3.libro
1.& Afflict.deciſ.15 , numero 23. Et ideò rectè reſpondit
Barba.conſilio 26.colum.1.lib.3. quòd ſi debitor exactus
fecit quidquid potuit, ne exigeretur, & iura omnia alle-
gauit excuſatur.

Non obſtat tertium, quia vno verbo reſpondeo, ſatis
ſupérque litem fuiſſe finitam ſententia lata per modũ pro
uiſionis:nec aliud agere habebat Nauonus,cùm ſolus ipſe
Bernardus haberet ſe tueri & defendere aduerſus Augu-
ſtinum.Nam Nauonus iuſſus illicò numerare pecuniam,
non potuit expectare finem litis;& ideò amplius moleſtia
affici non debet.

Non obſtat quartum, quia reſpondeo,vt iam ſuprà di-
xi,quòd quò ad Nauonum iam ex ſententia lata liberatũ,
nulla appoſita fuit conditio,vel modus quo ipſe aliquid a-
gere deberet:ſed onus fuit iniunctum ipſi Bernardo, de-
buit ergo ille ſeipſum defendere & pecuniam repetere;
vt iam ſupra dictum fuit.

Non obſtat quintum argumentum, quia reſpon-
deo, quòd licèt adiudicatio facta fuerit Auguſtino
ad tempus, hoc non ad commodum Nauoni, ſed ſo-
lius Bernardi factum fuit; vt ſcilicèt ipſe Bernardus
de iure ſuo probaret, & pecuniam ſuam repeteret: vt
iam dixi.

Non obſtat ſextum & vltimum, quia reſpondo, quòd
imò Nauonus vſus eſt omni diligentia ne Auguſtino nu
meraret pecuniam hanc. Et cùm clarè conſtet de ſenten-
tia & præcepto pœnali, quibus compulſus fuit ſoluere,
ſatis de eius diligentia conſtat;quòd ſcilicèt non niſi coa
ctus ſoluerit. Ita in ſpecie reſpondit Decius conſ. 25.col.
3.verſ.nec obſtat huic.qui huius opinionis recenſet Bart.
27 in l.creditor.in fin. ff. de ſolutio.cùm dixit,† excuſatio-
nem debitoris aſſerentis,ſe metu ſoluiſſe, probari exhibi
to præcepto pœnali iudicis, Bartolum ſecuti ſunt Affli-
ctus deciſ.328.numero 3.Decius conſi.468.num.22.conſ.
498.num.15.& conſi.690.num.8.Ruin.conſi.167.nume.
7.libro 4.& clarè Curtius Iunior conſilio 126. numer.4.
Addo ex antiquis Albericum in tractat.ſtatutorum,par-
te prima.quæſt.86. Concludo ergo, Nauonum eſſe om-
ninò liberatum ab ea obligatione, qua erga Bernardum
tenebatur.

Iacobus Menochius I. C.

*SVMMARIVM.*

*1 Denuntiationes publicæ ad contrahendum matrimonium debent præmitti ex Concilij Tridentini conſtitutionibus.*
*2 Item & ex Concilio Lateranenſi.*
*3 Non tamen cùm matrimonium malitioſè impediri poteſt.*
*4 Impedimentum malitioſum quod.*
*5 Iudicis arbitrio relinquuntur quæ ex facto pendent.*
*6 Concilij Tridentini verba ſeſſione 24.ca.1.de reformatione matrimonij,explicata.*
*7 Denuntiationes fieri arbitrio ſuperioris.*
*8 Pater ægrè fert,quòd filius impari nubat.*
*9 Parentes conſueuiſſe exhæredare filios impari nubentes.*
*10 Epiſcopum poſſe diſpenſare,ne denuntiationes fiant pro matrimo-*

*nio contrahenda.*
11 *Sponſalia iurata non diſſolui ſine vtriuſque conſenſu.*
12 *Iudex de ſibi arbitrarijs non reddit rationem.*
13 *Matrimonium non dici clandeſtinum, omiſſis denuntiationibus.*
14 *Matrimonium aliàs inualidum efficit interdum validum Epiſcopi auctoritas.*
15 *Conſilium & conſenſus differunt.*
16 *Conſilium quid.*
17 *Conſilium ſequi nemo cogitur.*
18 *Conſenſus haberi omnino debet cum requiritur.*
19 *Electiones cum conſilio fieri poſſe.*
20 *Filius ſine conſenſu patris matrimonium contrahere poteſt: non aũt ſine conſilio.*
21 *Matrimonium liberæ voluntatis eſſe oportere.*
22 *Filius quomodo patri ſubſit.*
23 *Filius cùm conſilio patris vxorem ducere debet.*
24 *Matrimonium ſpirituale cum conſilio fratrum & familiæ contrahi debet.*
25 *Conſilium, quo filius contrahat matrimonium de patris conſilio, à cõſtitutione Concilij Tridentini non reijcitur.*
26 *Dictionis, præſertim, ſignificatio.*
27 *Conſilium patris cur à filio nubente habendum.*
28 *Filius ſine peccato patris conſilium ſpernere non poteſt.*
29 *Conditio adiecta legato mulieri facta, ſi de conſilio Caij nubat, valet, nec turpis eſt.*
30 *Malitioſè fieri dicitur, quod iniuria fit.*
31 *Filius peccat nubendo ſine conſilio patris.*
32 *Vim vi propulſare licet.*
33 *Matrimonium contrahere cum filio ſine patris conſilio eſt lædere ius paternæ poteſtatis.*
34 *Malitioſè facere quis dicatur.*
35 *Malitia eſt peccatum.*
36 *Pater poteſt impedire, ne filius cum illa nubat.*
37 *Geneſ. ca. 24. locus explicatus.*
38 *Geneſ. ca. 28. locus expenſus.*
39 *Eſau factum contra patris voluntatem.*
40 *Exodi ca. 40. declaratur.*
41 *Pater ſuaſionibus impedire poteſt filium, ne aliquam ducat in vxorem.*
42 *Matrimonium contractum, ſi patri placuerit, non eſſe contractum ſub turpi conditione.*
43 *Matrimonium inchoatum impediri poteſt, ob cauſam iuſtam.*
44 *Patris & filij diſcordia omninò eſt euitanda.*
45 *Sponſalia diſſolui ob diſcordiæ & odij timorem, inter ſponſum & ſponſam.*
46 *Amore capti cùm matrimonium ſimul contrahunt, facilè odio ſe habent.*
47 *Ammon filiam Dauidis quam amore duxit, odio deinde habuit.*
48 *Ioannæ 2. Reginæ Neapolitanorum factum.*
49 *Nubere qui vult, nubat æquali.*
50 *Malum quod eſt minus conceditur ad euitandum maius malum.*
51 *Matrimonij ſacramentum magnum.*
52 *Matrimonium ſatius eſt omittere quàm diſcordiam inter patrem & filium excitare.*
53 *Matrimonij impedimentum temporale permitti.*
54 *Diſcordia multa producit mala.*
55 *Matrimonium contrahi poſſe ſine denuntiationibus præcedentibus, Epiſcopi Vicarius concedere non poteſt.*
56 *Delegari non poſſunt quæ arbitrio proprio ſunt commiſſa.*
57 *Induſtria electa cenſetur cùm aliquid ſub confidentia eſt commiſſum.*
58 *Item cùm graue negotium eſt mandatum.*
59 *Matrimonij negotium graue.*
60 *Matrimonij cauſas ab Epiſcopo cognoſci.*
61 *Concilium Tridentinum ſeſſione 24. c. 1. de reformatione matrimonij, declaratur.*
62 *Arbitrium conceſſum Epiſcopo, vt valeat concedere facultatem contrahendi matrimonium, non præcedentibus denuntiationibus, quale ſit.*
63 *Arbitrium liberum habet voulntatem pro ratione.*
64 *Papa per ſubtractionem beneficij poteſt compellere clericum ad aliquid agendum.*
95 *Paludani doctrina declarata.*
66 *Sponſalia facilè poſſe diſſolui.*
67 *Pœna indicta contrahentibus matrimonium, eſt quoque impoſita contrahentibus ſponſalia.*
68 *Arbitrium regulatum quod.*
69 *Matrimonium clandeſtinum quod.*
70 *Denuntiationes quando neceſſariæ in contractu matrimonij.*
71 *Matrimonia clandeſtina annullari à Concilio Tridentino.*
72 *Ablatiui abſoluti conditionem ſignificant.*
73 *Exceptio confirmat regulam.*
74 *Iudex excedens fines ſuæ poteſtatis, dicitur agere tamquam priuata perſona.*
75 *Hoſtienſis doctrina reiecta.*
76 *Item & declarata.*

## CONSILIVM LXIX.

# Initium à Domino.

QVAESTIONIS propoſitæ diſſolutio non leuem, mea quidem ſententia, dubitationem habet. Ambigitur enim, an Reuerendus D. Vicarius Reuerendiſſimi D. Epiſcopi iure poſſit & debeat concedere licentiam filiofamiliàs contrahendi matrimoniũ, non præcedẽtib. denũtiationib. ne pater ipſius filij hoc ſciens valeat impedire matrimoniũ cõtrahendũ. Qua ſanè in re dicendũ videbatur, ipſum D. Vicarium, præſertim accedente voluntate ipſius D. Epiſcopi, poſſe concedere hanc licentiam, & matrimonium erit ritè & rectè contractum, iuxtà Sacri Concilij Tridentini diſpoſitionem, ſeſſione 24. c. 1. de reformatione matrimonij. Et vt huius opinionis eſſem multa me mouebant.
Primò ea addùcebar rõne, quòd ſatis ſuperque ſatisfa-
1 ctũ erit illi conſtitutioni Conciliari: quæ quidem † regulariter requirit, ꝙ tres denuntiationes fiant in eccleſia antequam cõtrahatur matrimoniũ, iuxtà antiquam conſti-
2 tutionem Innoc. 3. † in concilio Lateranenſi relatam in c. vlt. de clandeſt. deſponſa. Excipit Sacroſanctum hoc Cõ-
3 cilium à regula caſum illum, quando † matrimonium poſſet malitioſè impediri. Nam tunc concedit Concilium celebrari poſſe hoc matrimonium omiſſis præcedentibus denuntiationibus, modò poſt contractum fiant. Verba Concilij hæc ſunt.

*Quòd ſi aliquando probabilis fuerit ſuſpicio, matrimonium malitioſè impediri poſſe, ſi tot præceſſerint denuntiationes, tunc vel vna tantùm denuntiatio fiat: vel ſaltem parocho & duobus, vel tribus teſtibus præſentibus matrimonium celebretur. Deinde ante illius conſummationem denuntiationes in eccleſia fiant: vt ſi aliqua ſubſunt impedimenta, facilius detegantur: niſi ordinarius ipſe expedire iudicauerit, vt prædictæ denuntiationes remittantur, quod illius prudentiæ & iudicio Sancta Synodus reliquit.*

Hactenus Concilium. Hoc noſtro in caſu rectè videtur, Reuerendiſſimũ Epiſcopũ, ſeu Reuerendũ D. Vicarium poſſe omiſſis præcedentibus denuntiationib. permittere
4 matrimoniũ celebrare. Nam qñ dicatur poſſe † malitioſè impediri, vel non, nõ eſt à Concilio determinatum: ſed vt
5 quid, quod † in facto verſatur, & à futuro euentu ex qualitate rei & perſonarum pendet, Epiſcopi arbitrio relinquitur: iuxta ea quæ ſcripſi in præludiis Tractatus de arbi-
6 trariis iudicum, &c. Quod & aperta verba ipſius † Concilij ſignificant: *Niſi Ordinarius ipſe expedire iudicauerit:* & ibi, *quod illius prudentiæ & iudicio Sancta Synodus reliquit.* Quæ ſanè verba arbitrium tribuunt, vt copioſè multorum auctoritate ſcripſi lib. 1. de arbitra. iudicum. q. 8. numer. 14. & numer. 27. Et hac in re concilium cum iure communi conuenit: quod ius commune in ordinarij arbitrio relin-
7 quit, quæ & quando hæ † denuntiationes fieri debeant. quemadmodum ſcribũt Hoſtien. in ſumma, tit. de clandeſt. deſponſa. num. 2. colum. 4. & Petrus de Palude in 4. ſenten. diſtinct. 28. q. 2. artic. 2. Hîc ita rectè & ſanctè videtur, poſſe iudicare Reuerendiſſimum Dominum Epiſcopum, vel eius Vicarium, quòd malitioſè hoc matrimonium impediri poſſit à patre. Eſt enim veriſimile, quòd ipſe pater ob maximam inæqualitatem ipſius mulieris vilis & inopis, cum eius filio, omnem conatum adhibebit, vt impedimento ſit huic matrimonio.



8 Nam ægrè ferunt † admodum parentes, quòd eorum filij, ſua leuitate ducti, ſuæ conditionis indignas nuptias
9 contrahant. Videmus enim † parentes hos indignari, & filios exhæredes facere, vel illis omnia auferre, legitima excepta, vt paſſim legimus apud Doct. in leg. nuptias, de reg. iuris. Felinum in conſi. 26. nume. 20. Calca. conſil. 13. num. 8. & Pariſium conſil. 29. nume. 3. 46. libro tertio, & alibi ſæpe.
Secundò accedit in ſpecie egregia doctrina Petri de Palude, ſummi Theologi, in 4. ſenten. diſtinctio. 28.
10 quæſt. 2. artic. 3. qui ſcribit, ex rationabili cauſa † Epiſcopum poſſe diſpenſare, ne hæ denuntiationes fiant: & ibi, declarando, quæ ſit rationabilis cauſa, in hæc verba ſubiungit. Secundus, quando eſt timor, ne oppoſitum, vel peius eis ſequatur propter inæqualitatem eorum, qui volunt ſe habere, aliter fornicabuntur, & parentes ſi ſcirent, vel inferiorem interficerent, vel potius falſos teſtes ſupponerent, & ſic malè impedirent: ſi autem ſcirent ex toto celebratum; ex tunc, quia non eſt remedium, parentes ſuſtinebunt. Hæc Paludanus. Qui apertè ſentit, has denuntiationes poſſe remitti, cùm adeſt ſuſpicio ob inæqualitatem perſonarum, vt hîc.
Tertiò huic opinioni ſuffragari videtur, quòd hîc iam contracta ſunt ſponſalia cum iuramento. Quo caſu ab
11 illis † recedi non poteſt ſine vtriuſque partis conſenſu: vt ſcribunt omnes in capitulo ex literis. il ſecundo, & in capitulo requiſiuit. de ſponſa. copioſè Didacus. Couarr. in epitome de ſponſal. parte. prima, capitulo quinto, iuſtè ergo aget Do. Vicarius remittendo denuntiationes, ne contractis his ſponſalibus facti impedimentum afferatur.
Quartò conferre videtur, quòd, cùm concedere & non concedere has denuntiationes (vt diximus) ſit Epiſcopo arbitrarium, poteſt Reuerendiſſimus Dominus Epiſcopus, aliqua latenti ratione ſibi tantùm cognita, eas remit-
12 tere. Et cùm ſit arbitrarium, requiri † is non poteſt, vt rationem reddat, cur ita egerit; iuxta ea quæ ſcripſi libro primo, de arbitr. iudicum, quæſt. 70. numero duodecimo, poſt alios, quos retuli. In his enim hominis voluntas ſtat pro ratione: ergo etiam hanc licentiam dare poſſe videtur D. Vicarius.
Quintò, admiſſo quòd hæ denuntiationes remitti non poſſint, vel debeant, euenire poteſt, quòd hi contrahent, & ipſo matrimonio contracto ſine denuntiationibus non erit nulliter contractum, & ab eo vti à clandeſtino recedi non poterit. Ex ſententia Oldradi conſilio 256.
13 Clemens. numer. 3. qui reſpondit, † matrimonium non dici clandeſtinum omiſſis denuntiationibus, cùm in faciem eccleſiæ præſente Parocho & teſtibus adhibitis contrahitur: & ob id (ait ille) non eſt locus diſpoſitioni capitul. vltim. de clandeſt. deſponſa. Oldradum eſt ſecutus Abbas in dicto capitul. vltim. numero 9. poſt Ioannẽ Andream in annota. ad Specul. Et fortiori in caſu ſcribit Abbas, hoc procedere, etiamſi in eo loco contracti matrimonij conſueuerunt fieri denuntiationes. ſi ergo in caſu noſtro dici non poterit matrimonium clandeſtinum, ſequitur dicendum, non eſſe locum conſtitutioni Concilij Tridentini, quo clandeſtina matrimonia annulantur.
Sextò ac vltimò ſuffragari videtur, quòd etiamſi eam poteſtatem ita celebrandi matrimonium concedere non
14 poſſet Reuerendiſſimus Epiſcopus: † tamen eius auctoritas efficiet matrimonium validum. vt in ſpecie docuit Hoſtien. in ſumma de clandeſt. deſponſa. numer. 9. ex tex. capitulo perlatum. qui filij ſint legit. Et egregiè reſpondit Ancha. conſilio quadringenteſimonono, colum. vltim. verſi. dicebam ſecundò in his iudicis auctoritatem excuſare. Hæc mouent in hac cauſa non mediocrem dubitationem.
Re tamen ipſa longè melius & diligentius perpenſa, cõtrarium viſum eſt verius; nempè ꝙ hoc matrimonium ob non obſeruatam formam & diſpoſitionem ſacri Concilij Tridentini, corruat & annulletur, iuxtà illam conſtitutionem conciliarem: quod vberius infra ſuo loco declarabimus. Et ideò ſatius eſſe opinor, præuidere omne futurum periculum & difficultates omnes, quàm deinde poſt illatũ vulnus (vt dici ſolet) remedium quærere.

Hæc noſtra, quam iuris eſſe credimus, ſententia multis comprobatur. Verùm antequam eò deueniam, dicendum priùs eſt, duo conſueuiſſe in contrahendo matrimonio, (vt & in cæteris actibus) conſiderari; quæ interſeverè ſeparata ſunt, etſi vnum alteri inſeruire dicatur:
15 nempè † conſilium & conſenſum. Eſt conſilium (au-
16 ctore Marco Tullio, in ſecundo, de Inuentione) † aliquid faciendi, non faciendíve ratio excogitata. Quibus verbis illud etiam ſignificat Marcus Tullius, conſilium eſſe ante actum confectum præſtandum, quod ex noſtris clarius ſcripſit Abbas in capi. cum in veteri. numero ſeptimo, de elec. conſenſus verò eſt approbatio actus, qui tunc geritur, vel iam abſolutus eſt. Poteſt enim conſenſus & in ipſo actu & poſt adhiberi. leg. vltim. ff. ad S. C. Macedo. capit. cùm nos, de his, quæ fiunt à præla. & in capitul. cura. & capit. ſuggeſtum. vbi Abbas. de iurepatro. Effectu in-
17 ter ſe duo hæc maximè differunt. Nam † conſilium, cùm voluntarium quid ſit, ſequi nemo cogitur. leg. 2. in fin. ff. mandati. textu & gloſſ. nota. in cap. cùm olim. de arbitr. Idem de cohortatione dicimus, quæ non cogit, ſed voluntatem liberam excitat. capitul. vltim. in fine. diſtinct. 4.
18 † conſenſus verò, cùm requiritur, haberi omnino debet, alioqui actus eſt nullus. ita ſcribunt omnes in capitulo cùm in veteri, de elect. & in cap. cùm olim, de arbitr. Et ideo qui cum alterius conſenſu agere aliquid debet, non dicitur liberè poſſe. vt e contrà is liberè poſſe dicitur, qui
19 ſolum conſilium habere debet. Ita enim videmus † electionem prælati, qua ſpirituale matrimonium contrahi dicitur. capitul. inter corporalia, de tranſla. epiſ. Illa enim etſi libera eſſe debeat, attamen cum conſilio alterius fieri poteſt. dict. capitul. cùm in veteri. & dict. capit. cùm olim. Hæc eadem differentia probatur & in matrimonio temporali. Nam filius ſine patris conſenſu rectè contrahit matrimonium, non autem ſine conſilio. Quòd
20 ſine conſenſu † contrahere poſſit, antequàm à Sacro Concilio Tridentino loco iam allegato diffiniretur, extat recepta magis Doctorum opinio in leg. nuptias. de reg. iuris. Et ſcribunt copioſè Calca. conſi. 13. num. 8. & Pariſ. conſ. 29. num. 2. libro 3. Quod ea ratione dicitur factum,
21 quia † matrimonium liberæ voluntatis eſt, cùm perpetuæ
22 ſeruituti homo ligetur. Et ideò licet † filius debeat ſubeſſe patri, non tamen ita vt ſeruus & mancipium: quemadmodum diceretur ſubeſſe ſi cogeretur ad patris voluntatem vxorem ducere: Et hanc rationem ex Theologis perpendit eruditiſſ. Dominicus Soto in 4. ſenten. diſt. 28. q. 1. artic. 1. in fi. Quod ſcribit & Petrus Soto. in commentarijs de inſtitutione ſacerdotum. Tit. de ſacramento matrimonij lect. 4. poſt D. Thom. in 4 ſenten. diſt. 19. Quòd verò
23 filius cum † conſilio patris vxorem ducere debeat, apertè Theologi omnes affirmant, vt Dominicus Soto loco iam citato. Nauarrus in ſuo confeſſionali ca, 14. nume. 15. probat ca. honorantur. 32. q. 2. in illis verbis, iudicium ex-
24 pectat parentum. Ita videmus in † matrimonio (vt ſuprà diximus) ſpirituali, cuius vinculum debilius eſt temporali, auctore D. Thoma, in 3. parte ſummæ. q. 47. art. vlt. in fine, quod non contrahitur à Priore loci ſine conſilio familiæ. cap. cùm olim. de arbitr.
25 Hoc † conſiliũ non reijcitur ab illa conſtitutione conciliari: immò tacitè requiritur. Nam etſi vnam præcipuam rationem, qua clandeſtina matrimonia exterminaret, conſiderauit ſacrum Concilium Tridentinum: nempè, quòd aliqui æternæ ſalutis immemores clam ductam vxorem ſpernebant, & cum alia palàm contrahebant, atque ita perpetuò viuebant in adulterio: attamen & alijs rationibus ad ita ſtatuendum verè adductum fuiſſe ſignifi-
26 cat illa dictio, præſertim, † quæ idem eſt quòd dictio maximè, vt copioſè ſcribit Albertinus in ſuo dictionario, in verbo præſertim. Natura autem dictionis maximè, eſt, vt explicet caſum minus dubitabilem, & implicet magis dubitabilem. ita Decius in l. qui ſe patris, numero vigeſimo, C. vnde liber. Idem de dictione præcipuè reſpondit Socinus Iunior conſilio octuageſimoſexto, numero nono
27 libro ſecundo. Ex multis ergo † rationibus illa vna fuit, quæ rei noſtræ conuenit quod iuri naturæ, quo parentes in liberos funguntur; ſub quorum ſunt poteſtate conuenit, ne citrà patris conſilium aliquid de re tam graui, vt eſt matrimonij vinculum à quo totum vitæ inſtitutum pendet, filius deliberet, Et ipſa perpetuitatis ratio & amoris nexus, quo debent coniuges conglutinari, per-

quàm maturum conſilium in paſciſcendis conciliandiſq; e
nuptiis expoſcit: ne facti, quod leuiter contractum eſt,
diu contrahentes pœniteat. Hanc rationem fuiſſe perpen
penſam ab optimis illis patribus, qui ſacro Concilio in-
terfuerunt, teſtis eſt doctiſſ. Dom. Soto in 4. ſenten. diſt.
28. quæſtio. 1. art. 1. colum. 3. in princ. Et ibi in fine illius
articuli concludit, quòd etſi filius ſine patris conſenſu
28 poteſt matrimonium contrahere, non tamen ſine†pec-
cato poteſt patris conſilium ſpernere. Quod etiam affir-
mauit Petrus Soto de inſtitut. Sacer. loco iam citato. lect.
29 4. Accedit, quòd etſi conditio† adiecta legato mulieri fa
cto, ſi de conſenſu Caij nupſerit, habeat multum dubita-
tionis, an turpis ſit, attamen conditio, ſi de Caij conſilio
nupſerit, eſt honeſta. ita copioſè Felin. in capitul. ex par-
te. colum. ſecunda, de conſtit. Alexand. leg. turpia. §. 1. de
leg. 1. Craueta conſilio primo, nu. 3. verſicu. ſolùm ſuper-
eſt, & Guliel. Bened. in cap. Raynutius. in verbo, qui cum
alia. num. 88. de teſt. His ita poſitis atque declaratis: dico
nunc, melius & conſultius eſſe, non concedere hanc facul
tatem contrahendi hoc matrimonium omiſſis denuntia-
tionibus, vt patre inſcio atque incõſulto tam graue onus
filius ſubeat.

Primò ea ratione, quia boni impeditiua erit. Nam
(vt diximus) filius cum conſilio patris vxorem ducere de-
bet. Atqui fieri minimè poteſt, vt pater filio conſilium
præbeat, ſi eo inſcio filius contrahit, ergo hæ denuntiatio
nes, quib. pater certior factus hac de re fuiſſet, remittendæ
non ſunt.

Secundò accedit, quòd nulla ratio malitioſi impedi-
30 menti conſiderari hic poſſe videtur. Nam† malitioſè fie-
ri dicitur, quod iniuria fit, dolo adhibito: cùm malitia ſit
calumnia, vt in ſpecie exponit glo. in cap. vlt. in fi. de clan
de. deſpo. calumnia autem dolum annexum habet, vt
multis ſcripſi libro ſecundo, de arbitr. iudicum. caſu 321.
Sed dolus & malitia hæc non conuenit in patre, quia ſuo
iure vtitur, atque ita conſequenter nemini iniuriam facit,
dum conſilium filio præbet, ne contrahat cum minus di-
31 gna. Quinimò† filius peccat, dum hoc caſu patris conſi-
lium reiicit. vt ſcribunt Petrus Soto. d. tract. de inſtitu-
tio. Sacerdotum. titul. de Sacramento matrimonij. le-
ctione quarta. & c. poſt Domin. Bonauenturam. Nauarr.
in confeſſionali cap. 14. num. 15. arg. cap. aliter. 30. quæſt.
5. cap. honorantur. 32. q. 2. & cap. 1. de deſpon. impuber. &
dixi ſuprà. Et hanc eſſe indignam quæ huic adoleſcenti
nubat, ex vtriuſque conditione conſtat, vt iam diximus.
Hanc indignitatem copioſè conſiderat Pariſius conſilio
29. numero decimoſeptimo, cum multis ſequentibus.
libro 3.

Tertiò confirmatur præcedens fundamentum ea ratio
32 ne, quòd iuri naturæ conuenit† propulſare iniuriam. leg.
vt vim, de iuſt. & iure. vbi copioſè Doct. Sed filiusfam.
mulierem matrimonio iungere patre inuito, vel inſcio
eſt ipſi patri iniuriam facere. leg. vnica. C. de raptu virg.
qua ita apertè cenſuit, poſt Hoſtie. in ſumma de clandeſt.
matrimo. num. 5. Petrus de Palud. in 4. ſenten. diſt. vigeſi-
mooctauo, quæſt. 2. articu. 1. cuius hæc ſunt verba: Nam
33 †contrahere cum filiofamil. vel filiafamil. inuitis paren-
tibus vel inſciis, eſt lædere ius paternæ poteſtatis. Hæc il
le. iuſtè ergo & non malitioſè poterit pater impedire hoc
matrimonium, ius ſuum defendendo, nempè patriæ po-
teſtatis.

34 Quartò hac ſpectat, quòd is† malitioſè facere aliquid di
citur, qui facit, quod ſalua conſcientia facere non poteſt,
35 cùm† malitia ſit peccatum, teſte Apoſtolo ad Epheſ. ca-
pitul. 4. Omnis amaritudo & ira, & indignatio & clamor
& blaſphemia tollatur à vobis cum omni malitia. Et idem
ad Corinth. 1. cap. 5. Itaque epulemur, non in fermento
veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azy
mis ſinceritatis & veritatis. Et ideò ſcriptum eſt libr. 1.
Regum. cap. 22. in fin. quòd qui in malitia perſeuerabit,
36 peribit. Atqui† pater, ſalua conſcientia, impedire poteſt,
ne filius cum indigna contrahat: ergo malitioſè impe-
dire non dicitur. Illa minor probatur lege diuina, vt
37 †Geneſ. cap. 24. vbi Abraham iam prouectæ ætatis factus
ſeniorem ſeruum ſuum adiurat, ne de filiabus Chana-
næorum, filio ſuo Iſaac vxorem accipiat, ſed ex terra &
38 cognatione ſua. † Et Geneſ. capitulo vigeſimooctauo,
ſcriptum eſt, Iſaac ita præcepiſſe filio ſuo Iacob: No-
li accipere coniugem de genere Chanaam: ſed vade &
proficiſcere in Meſopotamiam Syriæ, ad domum Ba-
thuel patrem matris tuæ: accipe tibi in vxorem de filia-
39 bus Laban auunculi tui. Et paulò pòſt legitur, quòd † E-
ſau ob inuidiam, quòd pater Iacob primogenitura do-
naſſet, duxit Chananæam in vxorem, Quod non
feciſſet ſi patre conſulto ducere voluiſſet. cuius rei memi-
nit fidiſſimus antiquitatum ſcriptor Ioſephus libro 1. an-
tiq. Iudaica. cap. 17. apertè itaque lege diuina probatur,
patrem poſſe matrimonium filij cum aliqua contrahen-
40 dum impedire. Hoc idem clarius probatur † Exodi cap.
22. vbi ita ſcriptum eſt. Si quis ſeduxerit virginem non
deſponſatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, & habe-
bit vxorem. Si verò virginis pater dare noluerit, reddet
pecuniam iuxta modũ dotis, quam virgines accipere con
ſueuerunt. Ecce, dum dicitur, pater dare noluerit, pa-
trem poſſe matrimonio cum filia contrahendo impedi-
mento eſſe. Nec conciliaris conſtitutio hic obeſt. Nam
etſi ſtatuit concilium, matrimonia ſine conſenſu paren-
tum eſſe valida: non tamen diſpoſuit, quòd pater nõ poſ-
ſit impedire contrahendum. Eſt enim vulgata iuris regu-
la; quòd multa facta tenent, quæ de nouo fieri impediun-
tur. l. patre furioſo. ff. de iis qui ſunt ſui, vel alien. iuris. cũ
ſimilibus.

41 Quintò, quòd iuſtè† pater poſſit ſuaſionibus & cohor-
tationibus impedire filium, ne aliquam in vxorem ducat,
ita manifeſtè probatur. Plus eſt inducere ad contra-
hendum, quàm ad non contrahendum matrimonium:
cùm in contrahendo alligetur homo perpetuæ ſeruitu-
ti (vt dixi) & tamen non contrahendo, cùm vna ſit liberæ
poteſtatis, vt cùm altera contrahat: vt iam ſuprà dictum
fuit. Atqui iuſtè poteſt pater ſuis ſuaſionib. & cohorta-
ſionib. efficere vt filius ſuus aliquam ducat. Ita D. Thomas
in 3. parte ſummæ, in additionibus. q. 47. art. vltim. in re-
ſponſione. & Do. Soto in 4. ſenten. diſt. 29. q. 1. art. 4. Er-
go poterit etiam ſuaſionibus efficere ne aliquam ducat.
quod intelligo vnà cum illis quando iuſta cauſa impedien
di adeſt, vt hic verè adeſſe põt: quemad. ſuo loco dicemus.

Sextò huc ſpectat, quòd voluntas patris repugnans
matrimonio contrahendo, non dicitur adferre iniuſtum
impedimentum, ea ratione; quia, ſi verum id eſſet, opus
42 eſſet dicere† matrimonium contractum, ſi patri placue-
rit, eſſe contractum ſub turpi conditione, cùm turpe ſit,
quod ex malitia fit: vt ſuprà diximus. Atqui antecedens
eſt falſum; quòd ſcilicèt conditio, ſi placuerit patri, ſit
turpis. Ergo & conſequens falſum eſt, quòd impedimen-
tum ex patris voluntate repugnanti ſit malitioſum. Quòd
conditio illa, ſi parentibus placuerit, vt honeſta poſſit in
contractu matrimonij adiici, affirmant ex Theologis
Angelus Clauas. in ſua ſumma. in verbo, matrimonium,
impedimento 3. numer. 3. Syluester Prierius in ſumma, in
verbo. matrimonium. 3. numer. 4. & probant textu in ca-
pitul. ſuper eo. & capitul. per tuas. vbi docto. de conditio.
appoſ.

Septimò, mirum in modum ſuffragatur hæc argumen-
43 tatio: cùm cauſa ſubeſt rationabilis impediendi† matri-
monium, non ſolùm impediri poteſt non inchoatum; ve-
rùm etiam iam cœptum. Hoc patet, quia diſſolui poſ-
ſunt ſponſalia, etiam iurata. vt probat capitulo requiſi-
uit, vbi gloſſ. & Abbas numero quarto, de ſponſa. Et
idem eo loci Butrius, & cæteri ſcribunt: cùm tamen ſpon
ſalia ſint principia matrimonij. le. oratio. deſponſalibus.
Sed in caſu noſtro multæ adeſſe poſſent rationes, & cau
ſæ iuſtæ, quibus fortè liceret patri impedire hoc matri-
monium: ergo dici non poteſt, quòd malitioſè poſſet
44 impedire. Illa minor probatur; quia hic ſumma† di-
ſcordia inter patrem & filium, & inter patrem filij & ma-
trem filiæ induci poſſet. Quam ſanè cauſam euitandæ di-
ſcordiæ & diſſidij iuſtam & rationabilem eſſe in ſpecie
hac cenſuit Abbas in dicto capitulo requiſiuit. numero
quarto, & in claris his terminis Felin. conſilio vigeſimo-
ſexto, numero vigeſimoprimo, Quanti autem facienda
ſit diſcordia inter patrem & filium, infra dicemus. Præ-
tereà fortè cauſabitur odium inter ipſum virum & vxo-
rem: quia adoleſcens imprudentis facti pœnitens,
tum præſertim quòd bonis paternis, legitima exce-
pta, priuari poſſet à patre ſuo, odio mulierem pro-
ſequi incipiet: atque ita perpetuum inter eos erit diſ-
ſidium. Quæ ſanè cauſa rationabilis eſt, vt recedatur à
ſponſalibus atque ita† matrimonium impediatur; vt ſcri
bit



bit Abbas in d. c. requiſiuit. num. 4. Et verè diſsidium in-
ter eos, qui ſe, amore obcæcati, ducũt, facilè exoritur, ma-
trimoniaq; ipſa infœlicem exitum habent. Nam ardens il-
46 le, ex immodico† amore, concubitus odium parat maxi-
47 mum. Exempla ſunt manifeſta.† Ammon Dauidis filius
filius cùm Thamar deperiſſet, cubauit cum ea, & deinde
exoſam eam habuit odio magno nimis: ita vt maius eſſet
odiũ, quo oderat eam, amore, quo antè dilexerat. ita legi-
tur Regum. 2. cap. 13. Et patrum noſtrorum ætate obſer-
48 uatum fuit.† Ioannem 2. Neapolitanorum Reginã, depe-
riſſe Ioannem Carazolum Roſeum, ignobili genere or-
tum, illũmq; in virum duxiſſe: & tandem ob maximam cõ-
ditionis imparitatem contempſiſſe, & adeò graui odio ha-
buiſſe, vt eum trucidari iuſſerit. Quod à Fulgo. lib. 6. cap.
11. memoriæ proditũ eſt. Quæ ſanè diſsidia & pericula ef-
fugere docuit Ouidius, dum in epiſtola Deianiræ ad Her-
culem ita cecinit:

49 ,, *Si qua voles aptè † nubere, nube pari.*

Et quanti facienda ſit paritas in matrimonio, multis o-
ſtẽdit Andreas Tiraquellus, magnæ eruditionis vir, De le-
gib' connubial. lege quinta.

Octauò, quòd conſtitutio conciliaris non excludat im-
dimentum, quod voluntate repugnante patris prouenit,
50 vel ex eo patet, quòd ad hoc vt mai'† malũ euitetur, quod
eſt minus malum toleratur. ita notat in ſpecie noſtra Ab-
bas in d. cap. requiſiuit. num. 3. de ſponſa. & probat capi-
tulo priuilegia. in fine. 3. diſt. Atqui maius eſt malum, quòd
filius contra patris voluntatem vxorem ducat, quàm quòd
pater impediat eam ducere. Ergo impedimẽtum erit per-
mittendũ; ne aliàs maius malum ſequatur. Illa minor pro-
51 batur. etſi enim† matrimonium magnum ſit (vt ait Apo-
ſtolus ad Epheſios cap. 5.) Sacramentum: attamen melius
52 †eſt ſacramentum hoc omittere, quàm diſcordiam & o-
dium inter patrem & filium excitare. Nã ſcriptũ eſt Mat-
thæi cap. 5. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi re-
cordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum
te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade priùs re-
conciliare fratri tuo: & tunc veniens offer munus tuum.
Accedit quòd Deus odio non habet illum qui vxorẽ non
ducit, cùm tamen illum habeat odio qui inter fratres diſ-
cordiam ſeminat, vt legitur Prouerbio. cap. 6. Poteſt ergo
melius & omitti & impediri matrimonium, quàm diſcor-
dia inter patrem & filium excitari: cùm præſertim adoleſ-
ſcens qui impeditur à patre ducere aliquam in vxorẽ, non
tamen dicitur ei impediri bonum matrimonij, quia alte-
ram cum patris conſilio ſuæ conditioni parem ducere po
53 terit, & illa quoq; alteri æquali nubere: & hoc dicitur† im-
pedimentum non perpetuum, ſed ad tempus, quod iure
permittitur. vt in ſpecie poſt alios notat Dec. in l. nuptias
numero decimo de reg. iur. Quòd ſi patre reluctãte indi-
gnam is filius ducat, odium erit mortale inter patrem &
54 filium. Quot autem & quanta mala ex † diſcordia proue-
niãt, copioſè æquè ac ſanctè ſcribit D. Antonin' in 2. par-
te ſummæ, tit. 4. cap. 8.

Nono & vltimò non parum dubito, quòd hæc licentia
55 †contrahendi hoc matrimonium non præcedentibus de-
nutiationibus concedi non poſsit à Reuerendo D. Vica-
rio: cui verè munus hoc tam graue mandari non poſſe vi-
detur, cùm ſit perſonale munus ab ipſo ſacroſancto Con-
cilio Tridentino Epiſcopo iniunctum. Quod vel ex eo
cõſtat, quia ſuo iudicio & prudentiæ, atq; ita ſuo arbitrio
hoc negotium eſt mandatum, vt iam diximus. At vbi ali-
56 cuius arbitrio† quid committitur, non poteſt is vices ſuas
alteri mandare, vt ſcripſi poſt alios lib. 1. de arbitrarijs iu-
dicum. q. 54. num. 1. 2. Eſt enim in hoc electa perſonæ indu-
ſtria, cùm ſacroſanctum concilium ob magnam quam de
ordinario confidentiam habet, vt concilij verba ſignificãt,
ei & non alteri facultatem hanc tribuerit. & ob confiden
57 tiam cenſeri† electam induſtriam perſonæ poſt Butrium
conſilio quadrageſimooctauo. Craue. conſilio 303. num.
2. & alios ſcripſi lib. 1. de arbitra. iudicum. q. 68. numero
11. vbi numero 13. ſcripſi, tunc cenſeri electam induſtriam
perſonæ cùm negotium indeterminatum mandatur; vt
hic vbi determinatum non eſt, quando malitioſè dicatur
matrimonium poſſe impediri, cùm ex ipſo euentu & facto
58 pendeat. Et eadem q. 68. numero 15. ſcripſi, cenſeri electã
induſtriam perſonæ, cùm grauia & ardua mandantur. ex
ſententia Iaſonis in l. more. numer. 65. verſiculo 5. limita
de iuriſ. omn. iud. & in l. à iudice. col. vlt. limita. 13. C. de
iudiciis. Dec. in l. j. num. 28. & ibi recentiores. de officio
eius &c. & Craue. conſi. 303. numero 3. Cauſam verò con-
59 trahendi & diſſoluendi† matrimoniũ eſſe graue, imò gra
uiſsimum negotium, vno ore fatentur omnes vt ſcribunt
Dec. conſi. 311. col. 1. Pariſ. conſi. 15. nume. 13. lib. 2. Socinus
Iun. conſi. 86. num. 6. lib. 2. Craue. conſi. 281. col. 3. Gratus
cõſi. 2. num. 34. lib. 2. & Gram. conſi. 26. num. 17. in crimi-
nalibus. cæteros ſciens prætereo. Quinimò adeò graue
negotium eſſe exiſtimant, vt cauſæ capitali illud æquent.
60 Quocirca videmus, has ipſas cauſas tractari† non niſi ab
epiſcopis. cap. cauſam matrimonij. de offic. deleg. Dec. in
cap. ſi pro debilitate. nume. quarto. verſiculo. 2. quod Ab-
bas, eo. ti. qui ſcribit, ex ſtylo curiæ ſolis epiſcopis cõmit-
ti. Et hodie diffinitum eſt ex conſtitutione ſacri concilij
Tridentini, ſeſsione. 24. ca. 20. de reformatione. Nec huic
ſolido fundamento aduerſatur quod ſcriptum eſt in ea cõ-
ciliari conſtitutione de reformatione matrimonij. capi. 1.
61 in illis verbis: † Quòd ſi aliquãdo probabilis fuerit ſuſpi-
cio, matrimonium malitioſe impediri poſſe, ſi tot præceſ-
ſerint denuntiationes, tunc vel vna tantùm denuntiatio
fiat, vel Parocho & duob. vel trib. teſtib. præſentib. matri-
monium celebretur. Hæc ibi. Quæ ſanè verba ſignificare
videntur, licere ipſi Parocho has denuntiationes omittere,
ergo à fortiori licet ipſi epiſcopo. Sed verè hic nõ eſt ſen-
ſus illorum verborum, quæ quidem cõcedunt tunc fas eſſe
omittere denuntiationes, cùm ſubeſt ſuſpicio malitioſi
impedimẽti, non tamen ſignificant, Parochum ſua ſpon-
tè poſſe, ob hanc ſuſpicionis cauſam, omittere has denun-
tiationes, ſed hoc relinquit in legis diſpoſitione. Lex autẽ,
hoc eſt ſacrum Conciliũ eodem in loco: verſi. deinde an-
te. &c. totam hanc facultatem omittendi denuntiationes
relinquit arbitrio ipſius epiſcopi, vt intelligamus, nihil ab
eo verſi. Quòd ſi aliquãdo, eſſe determinatum, quis remit-
tere denuntiationes poſsit. Nec hic dicatur quòd verba
illa, deinde ante illius conſummationem &c. tribuant ar-
bitrium epiſcopo remittendi denuntiationes, quæ fieri
debent omnino contracto matrimonio, ante tamen car-
nalem copulam; non autem remittendi illas denuntiatio-
nes, quæ fieri debent ante prolata verba contractus ma-
trimonij. Nam vtrunque caſum comprehendunt: cùm
illa particula, niſi ordinarius ipſe &c. reſpiciat omnia ſu-
pradicta à verſic. Quod ſi aliquando &c. Atque ita ad il-
la omnia referri debet l. talis ſcriptura. & ibi copioſè Iaſ.
numero 36. de leg. 1. Nam diuerſitatis ratio probabilis in-
ter vnum & alterum caſum reddi poteſt. Et dictio illa,
Deinde, quæ ordinem ſignificat, continuatiua præceden-
tium eſt, integrámque clauſulã ab illis verbis. quòd ſi ali-
quando, &c. perficit. Cauſa ergo hæc tanti ponderis non
cuilibet Parocho, quorum maior pars iudicio carens, i-
gnorat diſcernere quando omitti hæc denũtiatio debeat,
relinquitur, ſed tota graui & prudenti ordinariorum iudi
cio eſt commiſſa. His ergo apertè conuincitur, & nullam
iuſtã cauſam adeſſe omittendi has denuntiationes, & per
conſequens, credo quòd, ſi illæ remittentur, non obſerua
bitur diſpoſitio ſacroſancti Concilij Tridentini.

Non obſtant nunc in contrarium adducta. Nam ad pri
62 mum reſpondetur; quòd licèt ſit poſitum in arbitrio† epi
ſcopi, quando malitioſè matrimonium dicatur impediri:
attamen illud arbitrium non dicitur eſſe liberum & abſo-
lutum, ſed regulatum, atque ita viri boni, quod ſignificãt
ipſa verba concilij: Quòd ſi aliquando probabilis fuerit
ſuſpicio, &c. ſi arbitrium eſſet liberè & abſolutè collatum,
non dixiſſet, ſi fuerit ſuſpicio probabilis: quæ probabili-
tas iuſtitiam & æquitatem præſupponit. Quæ tota deficit
63 in† arbitrio libero: in quo ſufficit pro ratione voluntas,
quemadmodum multorum auctoritate ſcripſi lib. 1. de ar
bitrariis iudicum. q. 13. Prætereà illa verba concilij; quod
illius prudentiæ & iudicio ſancta ſynodus reliquit, &c. il-
la verba, prudentiæ & iudicio regulatum arbitrium ſigni-
ficant. vt copioſè ſcripſi. d. lib. 1. de arbitra. iudi. q. 8. num.
14. & nu. 27. Cum ergo nulla iuſta adeſſe credatur cauſa
remittendi denuntiationes; ſequitur dicendum, quòd, ſi
Reuerendus D. Vicarius concederet hanc licentiam, for-
tè excederet fines ſuæ poteſtatis, & per conſequens quid-
quid eius mandato factum erit, nullius valoris fortè erit.
Nec verum illud eſt, quòd pater huius adoleſcentis pote-
rit adhibere omnem conatum, ne matrimoniũ hoc con-

trahat filius. Quia reſpondeo, quòd aut conatum conſideramus in violentia & verberibus: & tunc dico hoc non poſſe hîc conſiderari, cùm pater ipſe iam penè ſenio confectus ſit, & filius ætate florens. Aut conatum conſideramus in ſuaſionibus & cohortationibus: & tunc conatus dici non poteſt iniuſtus, cum conſilia & cohortationes hæ (vt diximus) à iure permiſſæ ſint. Quod autem dicitur, patrem poſſe perterrere filium, quòd eum legitima excepta exhæredem faciet: reſpondetur, quòd pater iure id fa-
64 cere poſſet; cùm poſſit ſuperior † per ſubtractionem beneficij compellere inferiorem ad aliquid agendum. Pontifex enim Maximus cogere poteſt clericum ad actus perfectionis, qui alioqui liberæ voluntatis ſunt per beneficij ſubtractionem, vt tradunt Archi. & cæteri in ſumma, 74. diſtinctio. ea eſt ratio quia hoc eſt, lucrum tantum auferre. Quod quidem in hoc caſu auferri poteſt, vt poſt Oldradum reſpondit Craue. conſi. 1. nu. 3. dum ait, conditionem adiectam legato filiæ, ne ſine conſenſu Caij nubat, vitiare legatum, ſi illa ſpreto Caij conſenſu virum ducat. idem Crau. conſi. 80. in fi. & dixi ſupra. Quibus fit vt verè dicendum ſit, nullam iuſtam adeſſe cauſam remittendi ipſas denuntiationes: quinimò aduerſus mentem concilij eſſe opinor, ſi remittentur; cùm (vt diximus) concilium, ob hanc rationem, vt patri innoteſceret, voluit denuntiationes fieri debere.

Non obſtat ſecundum, quia reſpondetur in caſu noſtro
65 non procedere doctrinam Paludani: † quandoquidem is loquitur cùm ſubeſt timor fornicationis, ob id quòd vir & mulier facultatem habent coeundi; quod hîc non contingit, vbi filia eſt ſubarcta cuſtodia patris & matris. & veriſimile non eſt, quòd ſi adoleſcens potiri poſſet illa puella, quòd eam duceret in vxorem. Et quod ait Paludanus, quòd vbi ex toto matrimonium eſt cōtractum, quòd nullum eſt remedium, & ob id parentes ſuſtinere illud debere, huc non ſpectat, cum loquatur Paludanus cum ex toto matrimonium eſt perfectum, id eſt, copula carnali ſecuta corroboratum, quod in caſu noſtro non euenit.

66 Non obſtat tertium, quia reſpondetur, ab illis † ſponſalibus facilè poſſe recedi iuſtis illis de cauſis, vt ſupra retulimus poſt Abbatem in capi. requiſiuit. nu. 4. de ſponſal. ob odium ſcilicet futurum tam inter virum & mulierem, quàm inter parentes vtriuſque. Præterea illud vitium clandeſtinatis, quo matrimonium fortè vitiatur, etiam vitiari debent ipſa ſponſalia, iuxta l. oratio. ff. de ſponſa. Nã
67 & pœna † indicta contrahentibus matrimonium eſt quoque indicta contrahentibus ſponſalia. vti in ſpecie docuit Franciſ. Niconitius in rub. C. de edendo. nu. 32. & in claris his terminis Anch. in c. vlt. nu. 17. verſi. quartò quæro. de cland. deſpon. poſt Hoſti. ibi & Nauarr. in ſuo confeſſionali. ca. 22. nu. 27. in fi.

Non obſtat quartũ, quia vno verbo reſpondetur, quòd cùm arbitrium collatum epiſcopo non ſit abſolutum, ſed ordinatum & regulatum; dicere nō poteſt epiſcopus, pro ſuo libito ita agere poſſe, nec rationem reddere debere. Atqui contrarium eſt in arbitrio viri boni & regulato:
68 quod ita demum dicitur conceſſum, ſi ipſe iudex † illud iure, ratione & æquitate diffiniat, quemadmodum copioſè diſſerui li. 1. de arbit. iudi. q. 13. nu. 15. & quæſtio. 14. cùm ergo omnis iuſta ratio ſuadeat hoc in caſu non eſſe remittendas denuntiationes, ſequitur dicendum, arbitrium datum non habere hîc locum. Præterea, quòd dicitur iudicem in arbitrariis non teneri reddere rationem eorum quæ egit, procedit per modum querelæ & appellationis: non tamen negatur, quin per modum recurſus ad ſuperiorem, eius factum poſſit improbari, vt declaraui lib. de arbitr. iudic. q. 70. nu. 18. cum ſubſequentibus.

Non obſtat quintum, quòd cæteris magis vrgere videtur, quia reſpondeo primò, quòd ſi ius commune conſi-
69 deramus, verius videtur matrimonium hoc cenſeri † clandeſtinum. Nam etſi vbi non extat conſuetudo faciendi denuntiationes, matrimonium, illis non præcedentibus, non cenſeatur clandeſtinum, vt reſpondit Oldrad. d. conſ. 256. qui ſic intelligitur ab Abbate in d. c. vlti. numer. 9. de cland. deſpon. & à Gemin. conſi. 27. in fin. attamen vbi
70 denuntiationes fieri conſueuerunt, verior videtur eorum opinio, qui affirmarunt, matrimonium coram Parocho & teſtibus celebratum eſſe clandeſtinum, ſi omiſſæ fuerunt denuntiationes. Ita enim docuerunt gl. in d. c. vlti. in verbo, clandeſtina. & Hoſtien. in ſumma illius titu li. col. 1. in fi. verſi. quartò, quia licet. vbi ait, non ſufficere habere licentiam ab epiſcopo niſi fiant banna. Et hanc gloſſæ opinionem ſecuti ſunt Felin. in cap. cùm quidam. nu. 10. de iureiu. & Card. Turrecrema. in c. 1. num. 5. 30. q. 5. poſt Ricardum, quem citat. Et idem Rui. conſ. 149. nu. 6. lib. 5. & Henricus Botteus in tract. de ſynodo epiſcopi. parte 1. num. 157. ſcripſerunt. Quamuis ab hac diſſentiat Abbas in d. cap. vltim. & cum eo alij relati à Didaco in epitome de ſponſal. parte 2. cap. 6. nu. 10. Verùm quia nos non verſamur circa diſpoſitionem iuris communis, ſed potius conſtitutionis conciliaris, ob id aliter ex verbis concilij ſatisfieri poteſt.

Reſpondeo ergo ſecundò, quòd concilium videtur an-
71 nullare † matrimonium, vt clandeſtinum, cùm non præcedentibus denuntiationibus fuit cōfectum. Quod ita demonſtratur. Certum eſt quòd contrahens matrimonium ſine Parocho nulliter contrahit, vt expreſſum in concilio eſt. ibi, qui aliter quàm præſente parocho, &c. Sed Parochus non dicitur Parochi perſonam, ſed priuati ſuſtinere, cùm omiſſis ſine cauſa antecedentibus denuntiationibus matrimonium celebrat: ergo nulliter agit. Minor illa propoſitio & iure communi & verbis ipſis concilij apertè probatur. Iure communi, quia nec epiſcopus ipſe poteſt ſine cauſa diſpenſare, ne fiant denuntiationes: vt ſcribit in ſpecie Henricus Botteus in tract. de ſynodo epi. par. 1. num. 158. Cùm ergo iam demonſtratum fuerit: nullam hîc adeſſe cauſam remittendi has denuntiationes: ſequitur dicēdum epiſcopum illas non poſſe omittere vel omitti facere à Parocho, & fortius non poteſt ipſemet Parochus denuntiationes illas ſpernere. Verbis autem concilij clarè probatur. Nam à concilio limitata eſt poteſtas ipſi Parocho; vt ſcilicet poſſit matrimonio iungere maſculum & fœminam, præcedentibus denuntiationibus. Cauſa autem limitata limitatum effectum parit. l. in agris. ff. de acquir. rerum dom. cum vulgatis ſimilibus. Accedit, quòd illa
72 verba, denuntiationibus factis, † ablatiui abſoluti ſunt l. à teſtatore, de cond. & demon. omnes in rub. ff. ſolu. matri. conditio autem formam operatur, vt ſcribit Bald. in auth. matri & auiæ. C. quando mulier tutel. off. fungi poteſt. & alibi paſſim Docto. omiſſio autem formæ etiam leuis actum vitiat. l. j. in fine. ff. de ventr. inſpi. omnes in l. 1. ff. de liber. & poſthum. Hæc confirmantur ex illa exceptione, quam ſubiicit concilium, quòd ſi aliquando fuerit
73 probabilis ſuſpicio. &c. Quæ ſanè † exceptio confirmat regulam in non exceptuatis. Deci. l. 1. num. 22. de reg. iur. Regula autem eſt; quòd non poſſit Parochus celebrare matrimonium, non factis denuntiationibus. Si ergo hæc eſt forma, ſi hæc eſt poteſtas limitata, ſequitur neceſſariò dicendum, quòd factum ab iſto Parocho, non dicitur à Parocho, ſed à priuato factum: & tantum actus iſte geſtus valet, quantum ſi à priuato foret geſtus. Quemadmodum
74 videmus, quando † iudex procedit vltra fines ſuæ poteſtatis, non vt iudex agit, ſed vt priuatus. vt copioſè ex multorum ſententia ſcripſi in tractat. de recuperand. poſſeſſio. remedio 8. numer. 13. & numer. 17. quibus inde ſequitur, matrimonium vtpote celebratum à priuatis tantum perſonis, quorum actus à concilio annullantur, nullum videri.

Non obſtat vltimum, quia reſpondetur, illam † Ho-
75 ſtienſis doctrinam non eſſe veram: quandoquidem fulcitur eo tex. cap. perlatum. qui fi.ij ſint legit. qui ſanè textus adeò multiplicem habet ſenſum, vt illius ſententia verè ignoretur, ſicuti eo loci recenſet Abbas, numero 41. qui nume. 5. ſubiungit, ſe dubitare, an ille iuris error excuſet mulierē. Præterea Hoſtienſis doctrina procedit quando iudex ipſe eccleſiaſticus ritè & rectè procedit in iudicanda cauſa matrimoniali: at ſecus cùm nulliter proceſſit: ita ipſamet eo loci declarat. Ea eſt ratio, quia nulliter procedendo, dicitur egiſſe tanquam perſona priuata & iuriſdictione carens, quemadmodum diximus ſupra: ergo ſequitur, eius auctoritatem nihil prodeſſe, vt verè nil pro-
76 deſſe poterit in caſu iſto. Rurſus, loquitur † Hoſtienſis, cùm matrimonium omnem perfectionem ex ſecuta carnali copula recepit: quo ſaltem ad filiorum legitimationem. Quo quidem in caſu nos non verſamur. atque ita declarari poteſt Ancha. d. conſ. 409. col. vlt. His concludo, melius eſſe non concedere quàm concedere hanc licentiam. ſi ſola hæc ſubeſt leuis ſuſpicio, ne pater conſulat filio, ne vxorem hanc ducat: cùm malitioſum hoc impedimentum non videatur. Et verè concedendo hanc licentiam multæ oriri poſſent difficultates & dubitationes, ad impugnandum matrimonium. Quocircà optimum eſſe iudicarem, quòd Reuerendus D. Vicarius adoleſcentis patrem alloquatur, & cum eo videat, an fieri aliquo pacto poſſit, vt matrimonium hoc ex animi ſui ſententia contrahatur. Sin minus cohortetur adoleſcentem ipſum, vt puellam hanc omittat; ne, ſpreto patris bono conſilio, peccando deterius aliquid ſibi contingat.

Iacobus Menochius I. C.



SUMMARIUM.

1 *Immunitatis conceſſionem eſſe perſonalem.*
2 *Immunitatem perſonæ conceſſam comprehendere eius bona præſentia & futura.*
3 *Permutata bona eſſe exempta ac prima.*
4 *Permutata res aſſumit naturam primæ.*
5 *Permutatam rem conſequi poſſum loco meæ ab alio permutatæ.*
6 *Eccleſiæ res poteſt permutari, etſi non alienari.*
7 *Dotalis efficitur res cum alia permutata.*
8 *Fideicommiſſaria res efficitur permutata cum illa, quæ erat ſuppoſita fideicommiſſo.*
9 *Immunitas conceſſa comprehendit & rem permutatam cum prima poſſeſſa.*
10 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*
11 *Item procedit tam quò ad commoda quàm quò ad incommoda.*
12 *Veriſimilia quæ non ſunt, habent ſpeciem falſi.*
13 *Interpretatio quæ ſapit æquitatem, recipienda eſt.*

## CONSILIUM LXX.

# Initium à Domino.

SINE controuerſia reſpōdendum eſt, bona permutata ita eſſe immunia ab oneribus, ſicuti erant prima illa. Nam immunitas conceſſa illuſtri D. Ioanni ex Marchionib' Cæuæ intuitu perſonæ, & non bonorum, data eſt.

Primò, quia in dubio verè præſumitur, immunitatis † conceſſionem eſſe per-
1 ſonalem. l. ſemper. §. immunitatis. ff. de iure immunita. l. forma. §. quanquam. ff. de cenſibus. Alex. conſi. 101. col. vlt. lib. 2. & Iaſon conſi. 89. col. 2. verſ. ſed præ miſſis. lib. 3.
2 Sed † immunitas conceſſa perſonæ comprehendit æquè futura bona ac præſentia: vt tradunt Alex. conſi. 93. col. 3. lib. 2. Iaſon conſi. 25. lib. 3. & Pariſ. conſi. 68. nu. 9. li. 1. Ergo & hæc bona permutata exempta ſunt.

Secundò accedit, quòd in ſpecie non ſunt deſignata aliqua bona exempta, ſed ſimpliciter dictũ eſt, quòd ſit ipſe D. Ioannes immunis pro bonis, quæ conſtituent ſummam librarum viginti regiſtri, pro quibus ſoluat libras centum monetæ currentis tantùm. Quo fit vt permutata
3 † bona ſint exempta, ſicuti erant & illa prima. Ita in ſpecie reſpondit Baldus, conſil. 459. Super facto D. Cortonenſis. ad finem. verſ. in contrarium facit. lib. 3. & Baldum ſecutus eſt Pariſ. d. conſ. 68. nu. 10. lib. 1.
4 Tertiò maximè ſuffragatur, quòd res ex † permutatione acquiſita, eandem naturam rei alienatæ aſſumit. l. ſi donatæ. §. ſi ſponſus. ff. de dona. inter virum & vxor. l. imperator. §. vltimo. & l. ſeq. ff. de lega. ſecundo. Quibus adductus docuit Alber. in l. vltima. col. 1. verſ. item quæritur,
5 ſiquis rem meam. ff. de neg. geſt. quòd ſiquis † rem meam cum altera permutat: & ego non poſſum agere ad rem meam, ſaltem experiri potero, vt conſequar rem, quæ loco meæ data eſt. Hinc etiam ſcribunt Geminia. & Francus
6 in ca. 1. de exceſſ. prælato. quòd licet res † eccleſiæ alienari non poſſit; attamen poteſt permutari. & ideò rectè cenſuit Baldus in capitulo dudum, il ſecundo, col. 1. de electio. quòd beneficium cum altero permutatum non cenſetur nouum; ſed antiquum. Hinc etiam docuit Bald. in auth. ſi qua mulier. C. ad S.C. Velleia. quem ſequutus eſt
7 Afflict. deciſ. 336. num. 3. rem † permutatam cum dotali effici dotalem. Ita reſpondit & Iaſ. conſil. 231. col. 1. lib. 2.
8 rem † cum re ſuppoſita fideicommiſſo permutatam effici fideicommiſſariam. & in ſpecie ac clarè hac de re noſtra eſt deciſio egregia Baldi conſ. 112. Quæritur, qui intelligantur laboratores. col. 1. verſi. quartò quæritur vtrum. lib. 1. qui. quærendo, an immunitas extendatur ad bona poſtea quæſita, & primò concludit, non extendi, ne Reſpub. quæ eam immunitatem conceſſit, tam grauiter lædatur. Dein-
9 de ſubiungit Baldus, hoc non procedere, quando † bona tunc poſſeſſa fuerunt alienata, & earum loco alia empta. Vel (inquit Baldus) cùm facta fuit permutatio cum aliis. Ea eſt ratio, quòd permutata eiuſdem efficiuntur naturæ, qua fuerunt illæ alienatæ. Accedit quòd & certi ac clari
10 iuris eſt, † ſubrogatum ſapere naturam eius in cuius locum ſubrogatur. l. eum qui. §. qui iniuriarum. ff. ſiquis cautio. vbi copioſè Iaſon, omnes in §. fuerat. Inſtitut. de actio.
11 Quod equidem procedit tam quò ad † commoda quàm quò ad incommoda, vt tradunt Bart. in l. 1. §. hæc actio. ff. ſi quis teſta. liber eſſe iuſſus fuer. Goza. conſ. 65. nu. 12. & Soc. Iun. conſi. 74. nu. 4. li. 3.

Quartò & vltimò alia ratione confirmatur hæc vera iu-
12 ris ſententia, quòd ea, quæ non ſunt † veriſimilia habent ſpeciem falſi, vt ſcribunt Iaſon in l. ſi extraneus. nu. 6. ff. de cond. cauſa data. & Tiraq. in l. ſi vnquam, in præfatione. nu. 37. C. de reuocand. dona. Atqui veriſimile non eſt, quòd D. Ioannes pro tam tenui commodo, ſoluendi ſcilicet libras centum tantùm, obligare voluerit bona ſua, ne ea ad libitum alienare, & eorum loco alia ſubrogare voluerit. Et ideò magis veriſimile eſt, quòd conuentum fuerit, vt tam pro præſentibus, quàm pro futuris bonis maximè quando loco illorum primorum ſunt ſubrogata,
13 ſolueretur ſolùm illa ſumma librarum cētum. Et hæc † interpretatio, quæ æquitatem ſapit, amplectenda eſt. l. in his. ff. de condi. & demon. & reſponderunt Soc. Sen. conſ. 159. col. 7. lib. 1. & Craue. conſi. 186. nu. 14. Et maximè, quia vtrique partium ex hoc eſt conſultum, cùm vniuerſitas nullũ ex hac permutatione ſentiat incommodum, vt Baldus d. conſi. 112. animaduertit. Et ita iuris eſſe credo, rectio re iudicio ſaluo.

Iacobus Menochius I. C.

SUMMARIUM.

1 *Dos filiæ loco legitimæ eſt.*
2 *Legitimæ renuntiatum non cenſeri per ſimplicem & generalem renuntiationem.*
3 *Filius non excluditur à legitima cùm approbauerit teſtamentum patris, in quo nil ei relictum fuit.*
4 *Filia acceptando legatum ſibi à patre factum, non excluditur à legitima.*
5 *Legitimæ renuntiatum cenſeri cùm filius, patre viuente, bonis paternis renuntiauit.*
6 *Filius à ſucceſſione patris excluſus pacto cum eo facto, præteriri in teſtamento poteſt.*
7 *Legitimam filio non deberi patre viuente.*
8 *Legitimæ renuntiatum cenſeri, cùm eſt renuntiatum hæreditati, cui vnita eſt legitima.*
9 *Item cùm data eſt recompenſatio.*
10 *l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inofficio, teſtamen. declaratur.*
11 *Legitimæ renuntiatum cenſeri cùm renuntiatum fuit hæreditati integraliter & ſine diminutione.*
12 *Maritus dotem ex ſtatuto non lucratur, cùm promiſit totam & integram dotem reſtituere.*
13 *Caſtrenſis opinio dubia.*
14 *Legitimæ & ſupplemento an ſit renuntiatum, cùm filius promiſit plus non petere.*
15 *Legitimæ cenſeri renuntiatum cùm filius promiſit, nihil plus petere.*
16 *Filiam, dote accepta, renuntiando bonis paternis à legitima excludi & eius ſupplemento.*
17 *Dictio, aliquid, in re minima verificatur.*
18 *Filiã excludi à legitima, ſi promiſit de cũcta ſubſtantia nil petere.*
19 *Renuntiatum cenſeri diſpoſitioni l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inoff*

*inoff.teſta. cùm adhibita eſt clauſula, Non obſtante diſpoſitione
requirente ſpecialem renuntiationem.*
20 *Clauſula, non obſtante tali diſpoſitione, quæ pro expreſſa habeatur,
ſolùm operatur in diſpoſitione legis & principis.*
21 *Legitimæ cenſeri renuntiatum, cùm teſtamento, in quo nil fuit relictum, à filio approbatum fuit.*
22 *L.ſi quando.§.& generaliter. C. de inoff.teſtamento declaratur.*
23 *Legitimæ cenſetur renuntiatum, cùm, renuntiatio nil poteſt operari.*
24. *Legitima cenſetur remiſſa renuntiando bonis adhibito iuramento.*
25 *Legitimam à filia excluſa à ſtatuto non peti.*
26 *Statutum poſſe auferre filijs legitimam.*
27 *Saliceti opinio declarata.*
28 *Filiam congruè dotatam excludi à legitima per ſimplicem renuntionem.*
29 *Legitimam non augeri auctis facultatibus.*
30 *Dotem filiæ cenſeri congruam inſpectis facultatibus patris tempore
conſtitutionis ipſius dotis.*
31 *Caſtrenſes conſi.73.lib.1.declaratur.*

## CONSILIVM LXXI.

# Initium à Domino.

NON caret probabili dubitatione hæc mihi propoſita conſultatio; in qua ambigitur, an D. Angelica iure valeat conſequi ſupplemẽtum legitimæ dotis in bonis D. Horatij patris; quemadmodum iudicialiter petiit. Nam multa ſunt, quæ ſuadere videbantur, quòd conſequi poſſit; non obſtantibus illis renuntiationibus, quæ illi obiiciuntur à D.Philippo fratre.
1 Primò dubitationem mouet, quòd † dos loco legitimæ
ſuccedit, vt ſcribunt Bar.in l.Titio cẽtum.§. Titio genero.num.6.ff.de condi.& demo.& vberrimè Tiraq.in l. ſi
vnquam, in verbo, ſuſceperit liberos. numero 2.C.de reuocan. donat. Atqui generalis renuntiatio non excludit
filium à petitione legitimæ, vel eius ſupplemento. Ergo
nec hæc renuntiatio à D.Angelica facta debet eam excludere, quin poſsit conſequi dotis ſupplementum. Illa minor
2 probatur auctoritate multorum, qui verè cẽſuerunt, † renuntiationem generalem non impedire petitionem legitimæ, vel eius ſupplementi. Ita ſcripſerunt Guilielm⁹ Cuneus, Baldus, Angelus, Albericus, Salicetus & Caſtrenſis:
quos recenſet Iaſon in l.ſi quando. §. & generaliter.num.
5.C. de inoffi. teſtam. qui & ipſe idem affirmauit. Eiuſdẽ
ſententiæ fuerũt Comenſ.cõſi.188.Spectabilis miles. Fulgoſius conſi.84.Bonacurſius.colum.2.verſ.Cæterùm his
non obſtantibus.Guido Papa.q.93.pater in teſtamẽto.Alex.conſi.69.colum.2.verſ.Nec obſtat ſi dicatur.lib.1.cõſilio 8.num.22.libro 3. & conſ.89.num.13.lib.4.Angel. Aret.in §. tam autem. in fin. in Inſtituti. de inoffi. teſtam.
Barba.conſil.55.col.pen.verſic.præterea faciat.lib.2. Cur.
Sen.conſi.76.D.Ludouicus. colu.5. verſ. ſic etiam. Iaſon
in l. de his.num.3. ff.de tranſactio.& conſ. 162.num.3. lib.
2.Ruin.conſi.97.num.2.lib.1.& conſi.56.nu.8.lib. 2. Decius conſi. 392. num. 4.& conſilio 525. numero 4. Brunus
conſilio 82.numero 14.Pariſ.conſilio 1.num.103. conſil.9.
& conſil.26.num.93.& conſi. 93.num.11.lib.3.Boer.q. 14.
num.6.Gramma.deciſ.102.num.88.& num.125. Tiraq. in
tract. de iure primigen q.55. num. 6.Et his accedit quod
reſpondit Ancha. conſilio 152. Plura ſunt dubia. numero
3 8.Cùm dixit, quòd ſi † filius approbat teſtamentũ, in quo
fuit à patre excluſus, non impeditur petere legitimam. &
Ancharanum ſecuti ſunt Decius conſi.81. col. 1.conſ. 218.
columna ſecunda.& conſi.236. nu.4.& Craue.conſ.312.in
fin.Quibus addo Rubeum conſ.43.nu.11.& Pariſ.conſ.43.
num 36.lib. 3.

Secundò maiorem dubitationem aduerſus D.Angelicã
mouet deciſio in claris terminis Pauli Caſtren. conſi. 73.
Iſta D. Liſa. col.2.verſi.his non obſtãtibus, puto. libro 1.
4 cùm reſpondit, quòd ſi † filia acceptat legatum à patre ſibi factum in teſtamento, non præiudicat iuri ſuo, quin valeat petere legitimam, vel eius ſupplementum. Caſtrẽſem
ſecuti ſunt Iaſon in d.l. ſi quando. §.& generaliter.num.5.
verſi.addo ſimiliter.C.de inoff.teſtam.idem.cõſil. 162. colum. 3.verſ. ſimiliter in generali. lib.2. Ruinus conſ.140.
nu.7.lib.4.Brunus in tract.Quòd ſtantib.maſculis fœminæ excludãtur.articu nono.num.62. Stephanus Bertrandus in repet.l. hac edictali.in verbo.Si verò plus. C. de ſecũdis nupt.Io.Lupus in repet.Rubri. extra donatio.inter
virum & vxorem.§.16.num.16.Guiliel.Benedictus in cap.
Rainutius.in verbo, duas habens filias.nu.293.de teſtam.&
verè idem reſpondit Alexan.conſ.69. col.2.verſ. Et cum
dos lib.1.His concludendum videbatur, rectè D.Angelicam petiiſſe ſupplementum dotis.

Cæterùm, re ipſa diligentiſſimè perpenſa atque bene
examinata, contrariam ſententiam & veriorem & probabilem eſſe credo, nempe, D.Angelicam nil plus conſequi
poſſe ex bonis D. Horatij eius patris cùm iam renuntiauerit illis, quæ ſanè renuntiatio geminata excludit eam
à petitione ſupplementi dotis congruæ, ac etiam legitimæ.

Primò mouet me, quòd renuntiatio prima facta fuit à
D. Angelica ipſi patri ſuo viuenti. Atqui quando filius
5 † renuntiat hæreditati & bonis paternis viuente patre, omninò excluditur etiam à legitima, quamuis renuntiatio
ſimpliciter facta fuerit. ergo D.Angelica ab omni ſuo iure eſt excluſa. Illa minor probatur auctoritate Raphaelis
Comenſ. conſi. 188. ſpectabilis miles. quem ſecuti ſunt
Ruinus in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.nu. 167. verſic.&
tenendo iſtam partem.ff.de liber.& poſthum. idem conſ.
97.nu.4.& nu.7.lib.1.Curt.Iun. conſi. 10.nu.3. & Tiraq.
in tract.de iure primigen.q. 55. nu. 14.& hoc idem ſenſiſſe
Bartolum Ruinus ſcribit. Bart.inquam in l.1.§.filium.vel
verius in §.qui habebat. quæſt. 4. numero 5. ff. de bonor.
6 poſſeſ.contra tab.cùm dixit, quòd ſi † filius excluſus ſit à
ſucceſſione patris, ex pacto inito, non poterit deinde præteritus à patre ipſo teſtamentum impugnare. Quod equidem poſſet facere, ſi ei legitima deberetur. Et Bartolum
ſecuti ſunt Iaſon conſil.104.colum. penult. lib. 4. & Roland. conſil. 11. numero 13.libr. 1. & ratio illius doctrinæ
Comenſis & ſequacium eſt, quia tunc filius nullum ius
7 in ea legitima habet. Nam patre † viuente filio non debetur legitima. l.1.§.ſi impuberi.ff.de collatio.bonor. Non
ergo mirum ſi à iure quærendo ita facilè excluditur. Quod
non contingit in caſu d.l. ſi quando. §. & generaliter. C.
de inofficioſo teſtamento vbi ius iam quæſitum erat, ex
quo mortuus erat pater. ita Comenſis, Ruinus & Tiraquellus declarant. Et confirmatur hæc doctrina & argumentatio, quòd ſi patre viuente conſiderari poteſt aliqua legitima filij, illa dicitur vnita ipſi patrimonio. Quò
8 fit, vt filius ſimpliciter † renuntiando bonis & hærediti patris, excludatur etiam à legitima ipſa. Ita egregiè docuit
Ruinus in d.l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.nu.168.de liber.
& poſthum. Nec reperi hactenus, qui à Ruino diſſentiat.
Idem reſpondit ipſe Ruinus conſi. 51.num.13.verſi.poteſt
etiam aliter.lib.3.

9 Secundò ſuffragatur, quòd vbi † filia habet recompenſationem loco legitimæ excluditur ab illius petitione. Ita
reſpondit Soc.Iun.conſi.112. numer. 24. liber. 1. cùm in-
10 quit, † l.ſi quando.§.& generaliter.C.de inofficio.teſtam.
intelligi, quando loco legitimæ nihil datur, ſecus ſi datur
recompenſatio. Sed in caſu noſtro iam clarè conſtat, Do.
Angelicam conſecutam fuiſſe hanc recompenſationem,
cùm tempore illius primæ renuntiationis ſit conſecuta
dotem: quæ quidem congrua iudicari debet, ex quo à patre conſtituta fuit, & illa quidem non tenuis, vt declaraui lib. 2. De arbitrariis iudicium, &c. caſu 149. numero
16. Ergo dicendum eſt, d. D.Angelicam eſſe omninò excluſam ab hac petitione ſupplementi dotis congruæ, vel
legitimæ.

Tertiò accedit, quòd D. Angelica dum ipſo patre viuente renuntiauit illius bonis, effuſo nimis ſermone vſa
eſt, cùm dixerit, ſe renuntiare omnibus bonis paternis
integraliter & ſine diminutione. Quæ ſanè renuntiatio
11 † excludit etiam à petitione legitimæ, vel eius ſupplementi.



menti. ita in ſpecie Rubeus conſi.43.col.vlt.verſ.replicari
poteſt. & in eadem facti ſpecie conſultus cum Rubeo idẽ
reſpondit Soc.Iun. conſil.1 6. numero 16.lib.1. confirma-
12 tur ex illa doctrina, qua dicimus, quòd ſi † maritus promittit reſtituere totam dotem integraliter, non habet lucrum à ſtatuto ſibi delatum. Ita copiosè differit Roland.in tractat. de lucro dotis. quæſt. 38. vbi numero nono multos huius ſententiæ auctores recenſet. Quibus addo Marſi. ſingul. 687. & Rubeum d. conſilium 43. numero decimotertio.

Quartò non parum confert, quòd D. Angelica vſa eſt
his verbis, & promittit, quòd de cætero nihil plus petet
de bonis & hæreditate dicti eius patris: quæ ſanè verba
ſignificant eſſe renuntiatum etiam iuri petendi ſupplementum legitimæ. Nam etſi controuerſia ſit illa aſſer-
13 tio † Caſtren.in d. l. ſi quando. §. & generaliter.colum.2.
verſicu.ſed quid ſi diceret. C. de inofficioſo teſtamento
14 cùm dixit, quòd ſi filius † promittit plus non petere, excluditur à ſupplemento legitimæ: etſi ergo controuerſa
ſit hæc opinio.cum diſſentiant Baldus in d.§. & generaliter.Guido Pap.quæſt.93.Angel.Aret.§.tam autem, in ſin.
Inſtitut.de inofficioſo teſtamen.& Ruin.conſi.56.nume.
8.verſ.oportet ergo.& conſil.60. numero 4. libr.2.atta-
15 men cùm † filius promiſit, nihil plus petere, omnino excluditur ab omni ſupplemento legitimæ: cùm illa vniuerſalis negatiua totum neget. Ita in ſpecie Ruinus conſi.
97.numero 7. verſ. ſecundo reſpondetur, libro ſecundo:
16 cùm reſpondit, quòd ſi † filia acceptata dote relicta, promiſit aliquid non petere de ſubſtantia patris, excluditur
17 etiam à legitima, cùm dictio † aliquid referatur ad totum
& quamlibet minimam eius partem.clem.1. de foro compe. Addo Decium in l. cùm quid.numero 1. ff. ſi certum
petatur. Ita etiam ſubiungit Ruinus d.conſil.97. numero
18 7.verſ.tertiò dicitur.lib.1. † filiam pariter excludi ab hac
legitima & eius ſupplemento, ſi promiſit, non petere aliquid de cuncta ſubſtantia patris. Ea ratione, quia illa verba, cuncta ſubſtantia, vniuerſalia ſunt, & idem operantur,
ac ſi ſpecialiter legitimæ fuiſſet renuntiatum. Eſt ergo idẽ
à fortiori dicendum in caſu noſtro, in quo adeſt dictio,
nihil, quæ plus operatur quàm affirmatiua.iuxta l.hoc genus. vbi gloſſ. ff. de condi. & demonſtratio. cum ſimilibus.

Quintò huc ſpectat, quòd D.Angelica dixit & prote-
19 ſtata eſt in ea renuntiatione, quòd etiam † renuntiabat omnibus iuribus dicendi, generalem renuntiationem non
valere, niſi ſpecialiter & nominatim renuntiauerit. Quæ
ſanè renuntiationis clauſula operatur hunc effectum, vt
cenſeatur renuntiatum diſpoſitioni d.l.ſi quando.§.& generaliter. C. de inoff. teſtamen. qua (vt diximus) ita fuit
conſtitutum. Ita declarat in ſpecie Soc.Iunior conſi.136.
numero 22.lib.1. Cuius quidem doctrina confirmatur ex
ſententia Baldi in l. omnes. numero ſecundo. C. de præſcript.triginta, vel quadraginta annorum & ibidem Angelus, cùm ſcribunt, quod clauſula hæc, Non obſtantibus
quibuſcunque legibus & ſtatutis in contrarium facientib.
de quibus eſſet facienda ſpecialis, expreſſa & nominatim
mentio.&c.idem operatur, ac ſi ſpecialiter nominatim &
ſingulariter leges & iura illa omnia fuiſſent ibidem relata
& enumerata. Et Baldum ac Angelũ ſecuti ſunt Iaſon in l.
vltima, in fine.C.ſi contra ius, vel vtil.publi.Gozad.conſil. 14. numero 12. & conſil.25. numero 1,. Pariſ. conſilio
vndecimo, numero ſexto libr.4. Socinus Iunior conſilio
82.numero 20.libro ſecundo.Craue.conſilio 126.numero
7.& Gramma. deciſ. 60. numero 66. Eſt verum, quod
Boerius.quæſt.3.numero 10.in ſpecie de re hac noſtra verba faciens ait, Baldi & Angeli traditionem ſolùm proce-
20 dere † in diſpoſitione legis; vel principis, quæ legis vim
obtinet; ſecus in diſpoſitione & actu priuatæ perſonæ, vt *
contrahentium. & ita declaraſſe ait Angelum in l. ſed &
ſi quis, §.quæſitum.in fin.ff. ſi quis cautio.& cum eo Iaſon
ibi, & Rubeus num.20.Idem Iaſon. in l.1 numero 23. ff.ſi
quis in ius voca.non ierit. Poteſt tamen hæc argumentatio ſatis defendi ob vim aliorum verborum adhibitorum
in hac renuntiatione.

Sextò, maximè aduerſus Do. Angelicam vrget, quòd
quando acceptauit legatum centum coronatorum ſibi à
patre in teſtamento relictum, expreſsim, iurib.ſuis renuntiando, approbauit & confirmauit teſtamentum ipſum in
omnib⁹ & per omnia, vt in eo cõtinetur. Quæ ſanè appro-
21 batio operatur, vt omnino excluſa ſit à † legitima & eius
ſupplemento, cum teſtator dixerit, quòd volebat ipſam
D. Angelicam eſſe tacitam & contentam dote ſibi data,
& illo legato; & quòd nihil penitus poſſet de cætero petere ex ſuis bonis & hæreditate. Ita in ſpecie cenſuit Ruin.
conſi.56.num.9.& 10.lib.2.& Pariſ.conſi.1.num.104. lib.
3.& Rubeus conſil. 73.num. 5. & Soc.Iunior conſilio 122.
num. 9.in fin.& num.21.22.lib. 1. & in eadem facti ſpecie
Socini idem conſultus reſpondit Curtius Iun.cõſilio 159.
nu. 6.7. & hoc in caſu ſcribunt relati doctores, ceſſat diſ-
22 poſitio † d. §. & generaliter, quæ intelligitur eo caſu, quo
olim agnitio oneris immediatè ex legis diſpoſitione ſequebatur in conſequentiam ex agnitione expreſſa legati
in eo teſtamento relicti. Quæ ſanè tacita agnitio oneris
hodie ceſſat: quia hodie onus reijcitur à lege & à lucro ſeparatur. Sed diuerſum eſt hîc, cùm ſcilicet filius expreſſè
& indiſtinctè approbat teſtamentum; quia dicitur totam
voluntatẽ patris approbaſſe. atque ita ex natura verborum
dicitur tam onus quàm lucrum æquè principaliter agnouiſſe. Ita declarat Rui.d.cõſil.56. num.9.lib.2.id quod ſimilibus aliorum traditionibus cõfirmat. idẽ ſenſit Curt.
Iun.cõſil.10.col.1.verſi.etſi quiſpiam.

23 Septimò confert, quòd vbi † renuntiatio à filio facta nil
aliud ſignificare & operari poteſt quàm remiſsionem atque renuntiationem legitimæ, & eius ſupplementi, operari id debet. ita in ſpecie reſpondit Soc.Iun.conſi.136.num.
17.& multis ſequentibus. lib.1. Atqui noſtro in caſu nil aliud operari poteſt quàm renuntiationem illam legitimæ:
ergo illa omninò remiſſa cenſetur. Illa minor probatur,
quia aut conſideramus ipſius teſtamenti validitatem: &
tunc certũ eſt, illud valere abſque hac renuntiatione. Hæc
ergo renũtiatio nihil quò ad eum effectum operatur. Aut
conſideramus ius ipſius filiæ renuntiantis: & tunc certum
eſt, illam nullum aliud ius habuiſſe in bonis patris quàm
ad hanc legitimam conſequendum, vel verius dotẽ. Cùm
ergo iuri ſuo renuntiauerit, de alio intelligi non poteſt
quàm de hoc ipſo. Et ob id illud dicitur omnino remiſſum: ſicuti in ſpecie conſiderat Socinus Iun.d.conſil.136.
num.20.lib.1.

Octauò confirmantur iam relata virtute & ſumma effi-
24 cacia adhibiti † iuramenti. Quod ſanè iuramẽtum operatur hoc in caſu, vt renuntiatum ſit diſpoſitioni d.§. & generaliter: atque ita quòd nulla legitima vel ſupplementum peti poſſit: ita in ſpecie ſcribunt Rom. in l.1.§. ſi quis
ita.num.33.de verborum obligationibus. Alex.conſ.181.
numero 4.libro 5. Iaſon in d.l. ſi quando §. & generaliter.
numer.5.C.de inoff. teſtamen.idem conſi.207 numero 3.
lib 2.Rui.conſi.97.nume.6.lib.1.Dec.conſil.26. numero
3. Rubeus conſilio 43. numero 14. & conſi. 73. numero 5.
Gozad. conſi. 69. numero 19. Natta in repe. c. quamuis.
numero 20. verſ.aduerte tamen. de pactis in 6.& ibidem
clarius Didacus par.3.§.3. numero 3.Ripa libr.3. reſponſo
c.5.in fin.& cap.10.numero 4. Pariſ. conſi.1. numero 103.
lib.3.Soc.Iunior conſi.136. numero 25. lib. 1. & conſi. 50.
numero 10.& numero 14.15.lib.2.Guilielmus Benedictus
in cap.Raynutius.in verbo, in eodem teſtamento relinquens.il primo.numero 130. de teſtam. Tiraq. in repe.l.ſi
vnquam.in præfatione.nu.139 C. de reuoc.dona. etſi ibidem.numero 155. dubitet. Non ignoro tamen permultos ab hac opinione diſſentire, aſſerentes nil prodeſſe hoc
in caſu iuramentum. Ita in ſpecie affirmarunt Bal. in rubr.ff.de iureiur.col.pen.verſi.non tamen credo.Rom.in l.
qui ſuperſtitis.in tertia limitatione. ff. de acquir. hæredi.
Aret.in l.j.§.ſi quis ita.numer.17.col.4.verſ.Addo dictis.
de verb.obligat. Afflictus in c. ſi quis inueſtierit. numero
26.de feudo dato in vicem legis commiſſo Boerius quæſt.
3.numero 10. vbi hanc poſteriorem opinionem eſſe communem * aſſerit. Tiraq. in tract.de iure primig.q.55.numero 3.Quibus accedunt Guido Pap.quæſt.427. ſi quis filius.Curt.Sen. conſi. 76. D. Ludouicus. col.5.verſ.& per
doctrinam.Francus in d.c.quamuis. col.4.verſ.fatetur tamen.de pactis in ſexto.Barb.conſi.55.col.penul.verſic.&
ſi quiſpiam.lib.2.Dec.conſi.180.numero. 6. 7. Bertrand.
conſi.9. numero 8. libro 1.& conſilio 68. colum.penult.
lib.2.Grammat.deciſ.57.numero 27.& deciſ.102. numero 87.Cæterùm, ſi rectè enumerentur vtriuſque opinionis auctores, conſtat primam illam eſſe magis receptam.
& certè eſt æquior noſtro in caſu, in quo conſiderari non
poteſt ratio violandi iuramentum hoc, quod ſine diſpendi

dio æternæ ſalutis,ac etiã patrimonij, cuius ſui debitam
partem conſecuta eſt,obſeruari poteſt.
Nonò alia ratione omnino excluſa eſt D. Angelica à
legitima, vel eius ſupplemento, Nam, ob ſtatutum quo
filia dotata excluditur à ſucceſſione paterna; excluditur
etiam à legitima, dote ſcilicet conſtituta. Et ideo reci-
25 piendo dotem dicitur omnino impedita conſequi † legi-
timam: cùm vel ipſa legis auctoritate excludatur. Ita in
ſpecie reſponderunt Ruin. conſilio 51. numero decimõ-
tertio libro ſecundo. Iaſ. conſilio 221. columna penultima
verſic. vnde aduertendum. libro ſecundo. Curtius Iunior.
conſilio 10. columna prima. numero 2. verſic. & ſi quiſ-
piam & Soc. Iunior conſi. 25. colum. vltima. libr. 1. & hu-
ius ſententiæ ratio eſt, quòd hæc filia ita à ſtatuto exclu-
ſa nullam habet legitimam, ſed dotem illam ſolam. Et po-
26 tuit † ſtatutum filiam illam hæc legitima priuare, dote
ſcilicet data, quemadmodum relati doctores ex multo-
rum auctoritate ſcribunt. & retuli plures lib. 2. de arbi-
trariis iudic. caſu 149. numero 13. Nec hîc repugnat do-
ctrina Saliceti in auth. nouiſſima. colum. penult. C. de in-
officioſo teſtamento cùm dixit, ſtatutum excludens fœ-
minam, non excludere eam à conſecutione legitimæ.
27 Et † Salicetum multi ſecuti ſunt, vt Decius conſilio 392.
numero quarto. Curtius Sen. conſilio 39. columna tertia.
quia vno verbo reſpondetur, illam doctrinam poſſe pro-
cedere, quando ſtatutum nihil ipſi fœminæ loco legiti-
mæ tribuerat: at ſecus cum vult eam congruè dotari, vt
hîc factum fuit. Ita declarat Ruinus locis ſupra relatis. &
idem in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. numero 167. 170.
171. de liber. & poſthu. ita etiam Iaſ. in d. conſilio. 321. co-
lum. vlt. lib. 2.
Decimò & vltimò, vel ea ratione ſine controuerſia ma-
28 lè experitur D. Angelica, cùm † tempore dotis à patre
conſtitutæ fuerit congruè dotata ſecundum vires patri-
monij tunc exiſtentis: & ideo renuntiatio ei omnino ob-
eſt, ne quid plus conſequatur: ita clarè & in ſpecie reſ-
pondit Alexand. conſilio 181. numero tertio. & numero
quarto. libro quinto. Eſt clara & manifeſta ratio, quia iam
29 ſatis habuit legitimam ſuam: & de † auctis facultatibus
nihil ei debetur. Ita ſcribunt Bal. in l. pactum quod do-
tali. oppo. 6. C. de collatio. Iaſon in authent. nouiſſima.
numero quinto. C. de inofficioſo teſtamento. & alios re-
cenſui libro ſecundo de arbitrariis iudic. &c. caſu 149. nu-
30 mero 18. & in ſpecie, quòd † dos æſtimari debeat con-
grua iuxta quantitatem patrimonij exiſtentis tempore
dotis conſtitutæ, & quòd aucto patrimonio dos non de-
beat augeri, affirmarunt Bald. in authent. res quæ. nume-
ro decimoſexto. C. commun. de legat. Ruin. in l. Gallus.
§. & quid ſi tantùm. num. 174. de libe. & poſthu. & alios
multos retuli d. caſu 149. numer. 16. eſt ergo quòd conclu-
damus, D. Angelicam nil penitus ex bonis his paternis
conſequi poſſe.
Non obſtant nunc in contrarium adducta. Ad primum
reſpondeo, hîc non adfuiſſe ſolam ſimplicem renuntia-
tionem generalem, ſed ſpecialem, vt iam multis demõn-
ſtrauimus. Præterea & ſecundò hîc facta fuit renuntiatio
tempore quo pater viuebat. atque ita eo tempore quo nul
lum ius erat quæſitum filiæ: ſecùs eſt in caſu. d. §. & gene-
raliter. vt dixi ſupra ſuo loco.
Non obſtat ſecundum, quia reſpondeo, doctrinam
31 † Caſtrenſis, d. conſilio 73. procedere, cùm dos loco le-
gitimæ ſuccedit: quæ quidem legitima cùm non cenſea-
tur ſimplici renuntiatione remiſſa. d. §. & ſi generaliter.
pari ratione nec dos ipſa. Ita declarat ipſemet Caſtrenſ.
conſilio 44. ſubſtitutio prædicta facta Antonio, in fine.
libro ſecundo. At nos eo in caſu verſamur, cùm dos loco
legitimæ non eſt, ex quo eſt à ſtatuto hæc filia excluſa, vt
dictum fuit ſupra. Ita ſenſit Comenſ. d. conſi. 188. quem
ſecuti ſunt Rui. d. conſi. 51. nume. 13. lib. 3. & Dec. conſ. 505.
num. 6. Præterea & ſecundò, admiſſo, quòd dos hæc loco
legitimæ ſit, dicendum adhuc eſt, illam eſſe remiſſam,
quemadmodum & ipſa legitima diceretur remiſſa ex tam
ſpeciali, iurata & geminata renuntiatione. Et ita iuris eſſe
concludo.

Iacobus Menochius I. C.

## *SVMMARIVM.*

1 *Pontifex mandans prouideri de beneficio certi valoris, nõ poteſt prouideri de beneficio minoris valoris, etiam volente eo, cui prouidendum eſt.*
2 *Minor ſumma maiori ineſt.*
3 *Regulæ inhærendum eſt donec fallentiæ caſus oſtendatur.*
4 *Diſpoſitum illud dicitur, de quo ſi Papa vel concedens eßet interrogatus, ita reſpondißet.*
5 *Argumentum de toto ad partem, eadem ſubſiſtente ratione, valet.*
6 *Penſionarius æquiparatur vſufructuario.*
7 *Inſtitutio facta ſub tali conditione, valet etiam pro illa parte, pro qua adimpleta fuit conditio, licet non in totum.*
8 *Hoc tamen procedit quando conditio appoſita eſt facto diuiduo.*
9 *Intellectus plures ad c. ſi cui de non ſacerdotali. §. fi. de præben. in 6. & nu. ſeq.*
10 *Mandati fines diligenter ſunt obſeruandi.*
11 *Diſpenſatio eſt ſtrictißimæ interpretationis, ideo in hac materia non valet argumentum de maiori ad minus.*
12 *Penſiones clericis ratione alimentorum dari ſolent.*
13 *Alimentorum cauſa eſt fauorabilis & pia.*
14 *Beneficia tenuia non dantur viris magnis & diuitibus, ſed pauperibus reſeruantur.*
15 *Expreſſum aliquid dicitur per relationem ad aliud.*

## FACTI SPECIES.

*Pontifex Max. penſionum quatuor centum coronatorum conſtituit Reuerendo admodum D. Hieronymo Lipamano, Abbati Oſſarenſi, ſuper reditib. Epiſcopatus Veronæ. Quam tamen penſionem voluit. D.N. Beatißimus ſolui & præſtari cùm tot vacabunt penſiones ex his, quæ nunc præſtantur, quæ eius ſummæ ſint: modò vacant penſiones pro ſumma ducentorum coronatorum. Ambigitur, an pro ea portione penſio præſtanda ſit.*

## CONSILIVM LXXII.

# Initium à Domino.

REM hanc pro viribus in pauca conferam: ſi quidem accepi hæc tractari coram viris ampliſſimis, ſimúlque doctiſſimis, quib. breuitas ſummopere placet. Dicendum itaque videbatur; penſionem perſoluendam non eſſe.
Primò, quia ſub conditione vel ſaltem ſub die cõceſſa videtur: nempè cùm vacabunt tot penſiones, quæ ſummam quadringentorum coronatorum conficiant. at dies hæc adhuc non ceſſit, nõ ergo debetur. l. cedere diem, de verb. ſign.
Secundò ex ca. ſi cui de non ſacerdotali. §. vlt. de præ-
1 ben. in 6. quo ſtatutum eſt, quòd ſi Pontifex † mandat pro-
uideri de beneficio certi valoris, non poteſt prouideri de
beneficio minoris valoris, etiam volente eo cui prouidẽ-
dum eſt. ita hîc non erit fortè ſatisfactum conſtitutioni
Pontificis, qui de ſumma quadringentorum coronato-
rum, non autem de minori eam penſionem præſtari vo-
luit. Huc ſpectare videtur, quod decidit Rota deciſ. 73. de
reſcriptis, in nouis, & deciſ. 14. de præben. in nouis. nem-
pè mandatum de prouidendo de beneficio maiori, non
impleri ſi de minori prouideatur. conferre videtur & tex.
c. quamuis, de præben. in 6. & quod tradit Gigas de pen-
ſionib. quæſt. 18. nu. 5. dum inquit, diſpenſatum ad benefi-
cium non poſſe conſequi penſionem; etſi quid minus ſit.
& eo loci alia recenſet, quibus oſtendit diſpenſatum ad
maioar-



maiora beneficia, nõ poſſe conſequi minora. Cæterùm, re
diligẽtius perpenſa, contrarium verius opinor: nempè pen
ſionem præſtãdam eſſe pro eã portione, quæ hodie vacat.
Primò adducor ea ratione, quia ſi voluit Pontifex pro
maiori ſumma penſionem præſtari, ergo & pro minori: ſi
2 quidem ex ſermonis proprietate minor † ſumma maiori
ineſt. ita cenſent omnes in l. prima §. ſi ſtipulanti, de verb.
oblig. vbi Alexand. numero ſecundo. Iaſ. numero octauo
& Galliaul. num. decimoquarto ſcribunt, ita ſenſiſſe om-
3 nes. erit itaque huic regulæ † inhærẽdum donec fallentiæ
caſus oſtendatur, vt ſcribit Bart. in l. 1. num. primo. in fine
ff. ſi quis in ius voca. non ierit. & Dec. l. 1. nu. 7. de reg. iuris
cæteros ſciens prætereò.
Secundò confirmatur à mente veriſimili Pontificis,
qui dum conceſsit maiorum ſummam, conceſsiſſet & hãc
minorem, ſi credidiſſet caſum ita futurum, & vere creden
dum eſt, quòd ſi hac de re interrogatus fuiſſet, ita reſpon-
4 diſſet. pro diſpoſito † itaq; habendum eſt, iuxtà gl. l. tale pa-
ctum. §. vlt. ff. de pactis. & in ſpecie prouiſionis beneficij
quod fortius eſt) reſpondit Gemini. conſ. 111. Iſtud dubiũ,
columna ſecunda inquit ille quòd reputatus idoneus ad
maiora, idoneus etiam habitus dicitur ad minora, iuxta c.
ſcriptum, de electio.
5 Tertiò confert argumentum † de toto ad partem, quod
procedit, maximè cum eadem ratio ſubeſt. l. quæ de tota,
de rei vind. c. maiorib. de præben. quo argumenti genere
vtitur in his Gigas de penſionib. q. 18. in fi. dũ ſcribit, ido-
neũ in retinẽdo beneficiũ, eſſe pariter idoneũ, ſi illi renun-
tiando, ex eo penſionem retinet.
6 Quartò illud certum eſt, penſionarium † vſufructuario
æquiparari. ita ſcribunt Caccialupus de penſionibus. q. 25.
num. 4. & Gigas de penſionib. q. 38. num. 2. at vbi vſusfru-
7 ctus † relictus eſt, donec totum quid ſolutum fuerit ab hæ-
redibus; ſi hæredum vnus pro parte ſoluit, pro ea parte v-
ſusfructus ceſſat. l. cui vſusfructus legatus, ff. de vſufructu
lega. quo textu verè diffinitur, conditionem, quæ alioqui
ſpecificè eſt implenda, pro parte impleri poſſe. & pro ea
parte ceſſare conditionatum, ita hîc, conceſſa penſione ea
ſub conditione ſeu die, vel qualitate, cùm vacabit ſumma
400. Coronatorum, pro ea parte, quæ vacat, præſtãda eſt.
Nec expectãdũ erit, quòd ſpecificè impleri poſsit.
Vltimò confirmatur quod mox dixi, quia ſi ſpectandũ
eſſet, quòd ſpecificè & ad vnguem (vt dici ſolet) conditio
hæc impleri deberet; vix vnquam præſtaretur pẽſio. nam,
ſi penſiones maioris ſummæ vacarent, adhuc diceret gra-
uatus nõ eſſe conditioni ſatisfactum, & ob id nõ eſſe præ-
ſtandam; quia non vacant penſiones illius ſummæ, ſed ma-
ioris: quod dictu valdè abſurdum eſt.
Non aduerſantur nũc in oppoſitum adducta; in quorũ
diſſolutione omnis verſatur labor. Primum non obſtat,
8 quia admiſſo, hanc eſſe conditionem, † vel diem, attamen
quia adiecta eſt facto diuiduo, pro ea parte debetur, pro
qua conditio & dies euenit. d. l. cui vſusfructus, & ibi an-
notauit. Bar. num. 4. qui & illud ſubiungit, quòd vbi im-
plementum condõnis pro parte vtilitatem adfert, pro ea
parte dicitur illi ſatisfactum. Diuerſum quidem eſſet, ſi
conditio facto indiuiduo fuiſſet adiecta, vt præcitato lo-
co annotauit Barto. & cum eo ſenſerunt Rui. conſilio 27.
num. 2. lib. 4. Soc. Sen. conſ. 125. num. 15. libr. 4. Boer. quæſt.
251. & Alc. reſp. 739. Non obſtat ſecundum, quod maius
dubium habere videtur. Nam ille canon c. ſi cui de non ſa-
cerdotali, plures hẽt ſẽſus & intellectus, quos etiãſi appro-
bamus, demonſtratur illum ad rem noſtram nihil pertine-
9 re. Primus † eſt intellectus. quòd ibi igitur de mandato à
10 ſuperiore inferiori facto, cuius quidem mãdati † fines di-
ligenter obſeruandi ſunt. leg. diligenter. ff. mand. nec pin-
guius impleri debet, quemadmodum multorum exemplis
atque auctoritatibus probaui in commentariis de arbitra
rijs iudicum, libr. 2. caſu 201. ita in ſpecie d. c. ſi cui de non
ſacerdotali intellexit Dec. in cap. quia in tantum numero
10. in fi. de præben. & in l. non debet cui. numero 7. de reg.
iur. & verè idem ſenſit. Crotus in l. 1. §. ſi ſtipulanti. num.
9. in fin. de verbor. oblig. Confirmatur Auctoritate Rotæ
deciſ. 37. de reſcrip. in nouis. quę decidit, tantam gratiam
non tribuit cùm à Pontifice mandatum eſt prouideri, quã
cum ipſe prouidet. in caſu autem noſtro ipſemet Põtifex
penſionem conſtituit: non ergo erit illa regulanda mã-
datorum regula. Nec aduerſatur quòd Iaſ. & Soc. in dict.
l. 1. §. ſi ſtipulanti, de verb. obli. ille, num. 9. verſ. 4. notab.
iſte, num. 4. ab hoc intellectu recedant: quia & in manda-
tis maiori ſummæ ineſt minor. l. rogatus. ff. mand. & l.
cùm alter. C. de fideiuſſ. Secundus eſt intellectus, quòd in
eo cap. ſi cui de non ſacerdotali; agitur de diſpenſatione,
11 quæ † cum ſtrictiſsimæ interpretationis ſit. efficit, ne ma-
iori conceſſo, cenſeatur conceſſum quod minus eſt. ita re-
ceptum hunc eſſe à Doctorib. ſenſum ſcribit Dec. dict. c.
quia in tantum. num. 6. de præben. & confert quod reſpõ-
dit Oldra. conſ. 215. columna tertia. verſic. & hoc plenius.
dum ait, in diſpenſationib. non licere argumentari de ma-
iori ad minus, vt diſpenſatus in eo quod eſt plus, cenſea-
tur & in eo diſpenſatus quod eſt minus. Hinc, poſt alios,
ſcribit Gigas de penſionibus. quæſt. 18. quòd diſpenſatus
ad beneficium, non poteſt conſequi penſionem, etſi quid
minus ſit, ob diſpenſationis odium. & in ſpecie hac noſtra
dict. cap. ſi cui de non ſacerdotali, intellexerunt Are. in
l. quidquid aſtringendæ. in fi. de verb. oblig. Fel. in c. cau-
ſam quæ num. 7. de reſc. ipt. Iaſ. d. l. 1. §. ſi ſtipulanti. nume.
9. & ibi Soc. num. 4. verſ. & textus. Crotus. num. 8. & Co-
raſius. num. 24. de verb. oblig. At in caſu noſtro non verſa-
mur in diſpenſatione, quia ſatis habilis erat & eſt hic cle-
ricus, cui de penſione prouiſum eſt. Nec eſt hæc conceſsio
odioſa & ſtrictæ interpretationis, vt eſt diſpẽſatio. ſi qui-
12 dem penſio † alimentorum cauſa dari ſolet: vt tradit Gigas
13 de penſionib. q. 51. nu. 20. alimentorum † verò cauſam fa-
uorabilem eſſe ignorat nemo. Dec conſ. 72. col. 2. & alimẽ
torum cauſam piam eſſet reſpondit Craue. con. 199. num.
10. poſt Bar. l. alio. ff. de ali. & ciba. legat. Quocircà ſcriptũ
reliquit Crottus. in d. l. 1. §. ſi ſtipulanti. nume. 8. de verb.
oblig. diſpoſitionem d. c. ſi cui de non ſacerdotali, nõ pro-
cedere cum caſus eſt fauorabilis. id quod priùs cenſuit eo
loci Soc. num. 4. verſ. & textus. Verùm, quia à ſecundo hoc
intellectu recedunt Dec. d. c. quia in tantum. nu. 6. de præ-
ben. & Alcia d. §. ſi ſtipulanti. num. 24. verſ. ſed etiam iſta,
ob id & tertium intellectum referam, quem ſi approbabi
mus, adhuc res erit clara ad fauorem huius pẽſionarij. Ter
tius itaque intellectus d. cap. ſi cui de non ſacerdotali, eſt,
quòd ibi duo illa beneficia, vnum maioris, aliud minoris,
valoris, duæ diſtinctæ beneficiorum ſpecies cenſentur. ve
rè enim beneficium parui valoris qualitate, ſeu ſpecie à
beneficio magni valoris differt. Nam Pontifex Max. non
leuam drĩam inter conceſsionem beneficij maioris & mi-
noris valoris facit: cùm ex qualitate perſonarum modò be
neficium maioris valoris, modò minoris conferat. Nec e-
14 nim viris † magnis & diuitib. confert beneficia tenuia, quæ
pauperibus reſeruari ſolent. cap. ad aures, de reſc. quo loci
Abb. num. 4. Dec. nume. 10. verſ. ſecunda concluſio. Ripa
num. 27. & Bero. num. 125. ſcribunt, valorem beneficij ob
id eſſe interpretatione exprimendum, quia ex illius quan-
titate poſſet Pontifex à ſucceſsione trahi. Hac ergo ratio-
ne factum eſt, vt Pontifex Max. mandans prouideri de be
neficio tanti valoris, non intelligatur mandare de benefi-
cio minoris valoris, quod fortè illi, cui prouideri vult, non
conuenit. Hunc ſenſum probarunt Gemi. Ancha. & Fran-
cus, ibi in d. cap. ſi cui de non ſacerdotali, Bal. in l. diẽ pro-
ferre. §. ſi plures. ff. de recep. arbitr. Dec. in c. conſtitutus.
num. 3. propriè medium. de reſcri. Galliaula in l. 1. §. ſi ſti-
pulanti. num. 15. de verb. oblig. idem placuit Soc. Iun. in l.
4. §. Cato. num. 63. de verb. oblig. & Didaca Couarr. lib. 1.
varia. reſol. c. vlt. nu. 7. verſi. ſolet tamen. & præter eos idẽ
ſenſit Gemin. conſ. 107. Super primo dubio. col. 2. verſi.
Nõ obſtat rõ. & fortè hoc illud eſt quod dicere voluit Ro-
ta deciſ. 4. num. 7. de reſcrip. in nouis. id eſſe in caſu dict.
c. ſi cui de non ſacerd. quia taxationis cauſa illa ſumma ad-
hibita eſt, cùm aliud ſit beneficium vnius taxationis,
aliud alterius. Rotam ſecuti ſunt Gemin. conſilio cen-
teſimoundecimo, Iſtud dubium, verſiculo, non obſtat ſe-
cundũ eos. & Io. Staphileus De literis gratiæ & iuſtitiæ, ti-
tulo de mõ impetrandi. num. 17. ſi ergo Pontifex Max. nõ
ſe reſtringendo ad certam ſpeciem, dicit, illi prouideas de
aliqua præbenda centum aureorum: & præbendam mino
ris voloris vacantem confert, valet collatio. & hoc caſu
non procedit d. c. ſi cui. In caſu noſtro ceſſat hæc rõ, cùm
penſio eiuſdem qualitatis ſit; & tam ad vnam portionem
quàm ad aliam penſionarius iſte idoneus eſt. Nec ad certã
ſpeciem Pontifex Max. ſe reſtrinxit. Huic intellectui nõ
aduerſatur quod ſcribit Alc. d. §. ſi ſtipulanti. num. 24. ver.
ſed tamen iſta. dum ait, hunc ſenſum eſſe aduerſus verba
d. cap. ſi cui de non ſacerdotali. vbi Pontifex Max. genera-
liter dixerat, debere prouideri tali præbenda certi valoris:
nec in ſpecie præbendam expreſſerat, vnde non eſt aliqua
diffe-

differentia in qualitate; ſecus ſi concedens applicuiſſet ani
mum ad certam ſpeciem. Reſpondeo, quòd imò Pontifex
ibi de certa ſpecie intellexit, ex valoris deſignatione. Nã
15 aliquid expreſſum † eſſe dicitur per relationem ad aliud. l.
vbi autem. §. illud, de verb. obl. latè Dec. l. certum nu. 3.
ff. ſi cert. pet. pulchrè Rui. conſi. 165. nu. 8. li. 2. & Tiraq. de
legib. connubia. gl. 5. nu. 187. Accedit, Alciato in hoc defe-
rendum nõ eſſe, cùm in ea opinione ſolus ſit. Non obſtat
illa doctr. Gigantis. d. q. 18. nu. 5. quia reſpondi ſuprà lo-
qui in diſpenſatione odioſa, nos verò in prouiſione fauo-
rabili. Quare concludo hanc penſionis portionem huic
penſionario deberi.

Iacobus Menochius I. C.

## SVMMARIVM.

1 *Solennitates quæ requiruntur in alienatione rei Eccleſiæ, requiruntur etiam in tranſactione.*
2 *Immobilia Eccleſiæ non poſſunt alienari abſque conſenſu capituli & Prælati.*
3 *Tranſactio de re Eccleſiæ quomodo fieri debeat cum conſenſu capituli.*
4 *Indefinita an æquipolleat vniuerſali, cùm actus fieri debet ab vniuerſitate.*
5 *Actus incontinenti factus poſt tranſactionem illi ineſſe dicitur.*
6 *Etiam ad vtilitatem tertij, nu. 21.*
*Ratam habere emptionem quis dicitur, qui illius pretium ſibi numerari petit.*
7 *In alienatione ſeu tranſactione rei Eccleſiæ, cum conſenſu capituli facta, an requiratur vt ſinguli canonici, qui capitulo interuenerunt, ſint nominati, vel ſufficiat dicere, Decanus cum canonicis.*
8 *Prælatus, Abbas vel Epiſcopus an poſſit tranſigere ſine conſenſu capituli ſuper rebus, cuius dominium, vel poſſeßio non eſt plenè ac perfectè ſuæ eccleſiæ acquiſitum atque incorporatum.*
9 *Prælatus ſolus donare poteſt noualia, quæ in ſua diœceſi oriuntur, cũ Eccleſiæ perfectè acquiſita non ſint.*
10 *Item & repudiare legatum rei immobilis factum Eccleſiæ.*
11 *Legati dominium recta via in legatarium tranſire dicitur.*
12 *Et quid in fratribus mendicantibus.*
13 *Monachi mendicantes magis tenentur obſeruare pacta & tranactiones quàm alij, & qua ratione, nu. ſeq & nu. 27.*
14 *Tranſactio licèt vitioſa ſit, tamen purgatur, ſi fuerit obſeruata per multum tempus à partibus.*
15 *Alienatio bonorum religioſorum, qui non poſſunt immobilia poßidere, non requirit aliquam ſolennitatem.*
16 *Indefinita in ſolis probationibus non æquipollet vniuerſali.*
17 *Actus confirmatorij, qui ſequuntur actum factum, declarant mentem agentis.*
18 *Dictio, alijs, ad vniuerſitatem ex communi ſermone referri ſolet.*
19 *Periculum vbi maius eſt, ibi melius & tutius prouidendum eſt.*
20 *Præſentia virorum bonorum excludit omnem ſuſpicionẽ atque fraudem contractus.*
21 *Præſumitur quilibet vir bonus, & quod omni diligentia ſuum officium exerceat, alioqui mortaliter peccare diceretur.*
22 *Mutuãs pecunias Eccleſiæ quomodo probare poßit pecunias verſas eſſe in vtilitatem Eccleſiæ.*
23 *Scientia naturæ inſtrumenti vel tranſactionis quomodo cognoſcatur in contrahente vel tranſigente.*
24 *Dictio, vt ſuprà, cuius ſit naturæ.*
25 *Scientia vnius partis negotij arguit ſcientiam totius.*
26 *Scientia præſumitur ex vicinitate temporis & loci.*

## CONSILIVM LXXIII.

# Initium à Domino.

QVAE Subtili ac perelegãti
motiuo excitata eſt dubita-
tio aduerſus Reuerẽdas Mo-
niales S. Helenæ, me non pa-
rum dubiũ atq; ancipitẽ, vt
cõtra eas ſentirem, reddidit.
1 Vera ſi quidem eſt Doctorũ
ſententia, ſolennitatem † illã
quæ in alienatiõe bonorum
eccleſiæ neceſſaria eſt, in trã
ſactione de eiſdem eccleſiæ
rebus requiri: quemadmodũ
annotarunt Baldus in l. 1. C. ſi aduerſus tranſa. & Io. Bap-
tiſta à S. Seuer. in tract. de tranſact. quæſt. 7. & quæſt. 8. In
2 alienatione † autem immobilium eccleſiæ requiritur con-
ſenſus capituli ac prælati. cap. nullam. 19. quæſt. 2. & c. in
venditionibus. decimoſeptimo quæſt. quarta. Abb. cap.
quanto, de his quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu cap. Bal.
auth. hoc ius porrectum. numero tertio. in fine. C. de ſa-
croſan. eccleſi. atque ita reſponderunt, Socinus Senior.
conſilio decimoquinto. columna quarta. verſic. ſeptimo
videtur. libro primo & Ruin. conſilio centeſimoſexage-
ſimoſeptimo. columna prima. libro primo. omnes in cap.
primo. de rebus eccleſiaſt. non alienand. & Bertach. tract.
de epiſcop. libro quarto parte quarta. numero centiſimo
quarto. Sed in caſu noſtro non probatur, quòd volun-
tate atque conſenſu totius capituli facta ſit tranſactio,
& per conſequens, alienatio per Reuerendas Moniales
Sanctæ Claræ in ipſas moniales Sanctæ Helenæ, quan-
doquidem ſolùm in tranſactionis inſtrumento legitur,
quòd Domina Abbatiſſa cum monialibus tranſegit: quæ
ſanè verba cum monialibus indefinita ſunt, quæ hoc in
caſu vniuerſali non æquipollent: & per conſequens non
ſufficiunt. Nam fieri poteſt, quòd duæ, vel tres tantùm cõ-
ſenſerint: atq; ita contra aliarum voluntatem monaſterio
detrimentum attulerint. quemadmodum ſcripſerũt Abb.
in d. c. quanto. num. 7. de his quæ fiunt à præla. ſine conſ.
cap. Oldrad. conſ. 100. verſ. tertiò, in omnibus. Feder. de
Senis conſil. 94. Ripa c. cùm M. Ferrar. num. 11. de conſt.
Craue. trac. de antiq. temp. parte. 3. & Andreas ab Exea c.
cùm omnes, num. 2. de conſtit. qui vno ore affirmare vi-
3 dentur, non ſufficere † ſi ita ſimpliciter & indefinitè dica-
tur, Moniales, Canonici, Decuriones tranſegerunt. Idem
etiamſi per collectiuam eſt dictum, capitulum tranſegit:
cum (vt in motiuo dicitur) nec collectiua vniuerſali æqui-
polleat. His accedũt alij permulti relati à Didaco Couarr.
lib. 1. varia. reſol. c. 13. num. 9. verſi. vndecimò ex his. quib⁹
ego addo Iaſ. conſi. 13. col. 5. verſi. prætereà & ſecundò. lib.
3. Marſi. ſing. 171. Audiuiſti. Cur. Iun. conſi. 17. num. 14. &
Gramma. voto 26. nume. 3. quia clarè affirmant, non ſuffi-
cere, ſi dicitur, canonici conſenſerunt: cùm in probatio-
nibus fiendis indefinita vniuerſali nõ æquipolleat. Cæte-
rùm, re ipſa diligenti atque accurato ſtudio perpenſa, cõ-
trariũ verius eſſe opinor: nempè tranſactionẽ hãc validã
eſſe, & viribus ſuis ſubſiſtere, quod multis atque ſolidis
rationibus demonſtrari ita poſſe opinor.

Primò, quia dum dicitur à monialibus tranſactum, in-
telligitur à monialibus, hoc eſt ab omnibus. Nam regula-
4 riter † indefinita vniuerſali æquipollet. l. ſi pluribus, vbi
Bar. de lege 2. latè omnes in l. 2. ff. de libe. & poſthumis. &
in ſpecie cùm actus fieri debet ab vniuerſitate, vt putà à
capitulo canonicorum, ſi ſcriptum reperitur, à canonicis
ita factum, ſufficit: quia, vt actus valeat, interpretatio fit à
canonicis, hoc eſt, à capitulo & tota vniuerſitate. ita affir-
marunt Andr. Barb. in cap. requiſiſti, de teſta. Dec. in d. c.
cùm omnes. 2. lect. num. 1. verſ. ſecundò in alia. & ibi An-
dreas ab Exea. num. 1. qui in contrarium allegatur, ſcribit,
aſſertionem hanc veram eſſe. eiuſdemque opinionis citat
Dec. conſi. 61. num. 2. verſi. vlt. non obſtat. Idem ſenſerunt
alij permulti, quos infrà referam, dum differentiam cõſti-
tuũt inter actus validitatem, & illius probationem. Nam,
quantum in ſe actus validus eſt, & licet deficere videatur
probatio, quòd ſcilicet tota vniuerſitas non conſenſerit,
aliũde probationes, ſi extant, ſumi poſſunt. In caſu noſtro
conſenſus omniũ monialiũ Sanctæ Claræ ex alijs actibus
probatur, vt mox ſubijciã, ſufficere ergo debet.

Secũdò, quòd omnium Monialium S. Claræ conſenſus
in hac tranſactione interceſſerit, vel ex eo demonſtratur,
quòd ſtatim atque incontinenti ipſæmet Moniales, ex pe-
cunijs ſibi à Monialib⁹ S. Helenæ numeratis, ſe liberarũt,
ac (vt dicitur) francauerunt à præſtatione libelli, qua tene-
bantur erga Bernardinum de Surdis. & in eo francationis
inſtrumento proteſtatæ ſunt, has pecunias eſſe ex pecunijs
5 à Monialibus S. Helenæ numeratis. qui † quidem actus in-
continenti poſt tranſactionem factus, illi ineſſe dicitur. l.
lecta. verſi. dicebam. ff. ſi cert. pet. omnes l. petens. C. de
pactis. Hic ergo liberationis atque francationis actus, qui
ſemper ab his Monialibus S. Claræ legitimus habitus eſt,
confirmat ipſam tranſactionem: quia ſi aliter diceremus,
ſequeretur, quòd ex ſuis pecunijs hæ Moniales S. Claræ
non affrancaſſent libellum: ſed ex pecunijs Monialium S.
Helenæ, cuius contrarium ipſæ Moniales S. Claræ, ex tam





longa illius francationis obſeruatione fatentur. Cùm igi-
tur pretium & ſummam illam in trãſactione numeratam
acceptauerint hæ Moniales S. Claræ, & hodie adhuc illũ
francationis actum approbent, per conſequens ratam ha-
bere dicuntur tranſactionem: ſi quidem verum eſt illum
6 † emptionem ratam habere, qui illius pretium ſibi nume
rari petit. l. liberis. §. 1. ff. de lib. cauſ. Calc. conſil. 22. in fin.
& Crauet. conſil. 159. nu. 5. quos ſecutus ſum in commen-
tariis de recuperanda poſſ. Remedio 15. nu. 123. quo loci &
alia his ſimilia, quibus tacitè actus ratihabitio inducitur,
congeſsi.

Tertiò opinor, nos non verſari in ea difficultate, quòd
indefinita in probationibus vniuerſali non æquipolleat,
cùm verba huius tranſactionis non indefinitè; ſed colle-
ctiuè concepta ſint. ita ſcribit Dida. d. c. 13. nu. 9. verſi. vn-
7 decimò ex his, in fi. dum inquit, ſufficere † ſi dicatur, Deca
nus & canonici: quia collectiua hæc verba ſufficiũt, vt hîc
Abbatiſſa & Moniales. Et hanc Didaci ſententiam apertè
probat tex. in c. Canonici, de off. ord. in 6. vbi Gemi. re-
prehendit ex eo textu Oldradum aliter ſentientem. Et
cum Geminiano in ſpecie ſenſit Barb. conſil. 18. Difficile
eſt, col. 2. verſic. Et licèt iſta ſint, lib. 3.

Quartò, admiſſo etiam (quod fortius eſt) quòd tranſa-
ctio hæc celebrata atque inita ſit à ſola Abbatiſſa S. Claræ,
opinor tranſactionem illam non poſſe nunc ad commo-
dum d. monaſterij S. Claræ reſcindi. Nam illud certum
eſt, & ex his actibus & documentis conſtat, has Moniales
S. Claræ non fuiſſe in quaſi poſſeſsione illius annuæ præ-
ſtationis alimentorum iuxta ordinationem Reuerendi Vi
carij generalis: nec aliquod prædium eam ob cauſam vel
poſsidebant, vel obligatum habebant. Quo fit vt tranſigi
ſuper ea cauſa à ſola ipſa Abbatiſſa potuerit: ſi quidem ve-
8 ra eſt Doctorum ſententia, Prælatum † ſine capituli con-
ſenſu poſſe tranſigere ſuper rebus, cuius dominium, vel
poſſeſsio non eſt plenè atque perfectè ſuæ eccleſiæ acqui
ſitum, atque (vt dici ſolet) incorporatum. itã poſt Abba.
in c. 2. & c. ſtatuimus, de tranſact. in ſpecie reſpondit Al-
ciat. reſpon. 17. num. 8. ſecundum impreſsionem Lugdu-
nenſem. Confirmatur ex doctrina Baldi in l. Præſes. num.
6. C. de tranſact. dum docuit, quòd quando res aliqua ad-
huc non eſt perfectè acquiſita eccleſiæ, & illi incorpora-
ta, Epiſcopus ſolus, ſine alterius conſenſu & auctoritate
tranſigere poteſt, & illam aduerſario remittere. Baldum
ſecutus eſt ibi Salicetus, columna prima, verſic. ſed quæ-
ramus. & tacitè Iaſon ibidem ad finem. idem ſenſit Io. Ba
ptiſta à S. Seuerino. d. tract. de tranſact. quæſt. 7. nume. 7.
His accedit quod ſcriptum reliquit Abbas in cap. tua nu-
per, in fine, de his quæ fiunt à Præla. ſine conſen. capitulo
9 dum ait, Prælatum † ſolum donare poſſe noualia, quæ in
ſua diœceſi oriuntur, cùm eccleſiæ perfectè acquiſita non
dicantur. confirmatur à fortiori ex doctrina Federici de
Senis conſilio nono. Res quædam, qui reſpondit, Præla-
10 tum † ſine alterius conſenſu atque auctoritate potuiſſe re
pudiare legatum rei immobilis factum eccleſiæ. & ta-
11 men iam ſcimus legati † dominium recta via in legata-
rium tranſire. l. à Titio. ff. de furtis. cùm Federico eſt re-
* cepta * magis opinio, vt atteſtatur Iaſon in l. legatum.
numero trigeſimonono, de legatis primo, qui, dum & ipſe
eam probat, ſcribit, quòd ſecundum Federicum iudica-
ret. & hanc eſſe in iudiciis ſeruandam admonuit magnæ
auctoritatis iuriſcon. Franciſ. Aret. in l. is qui hæres. nu.
9. de acquir. hæred. Hanc quoque ſententiam ſecuti ſunt
Ancha. conſil. 135. verſic. item etiam aduertendum. Bald.
conſil. 26. optimæ allegationes. in fin. lib. 4. vbi reſpondit
12 in fratribus † mendicantibus tranſactione remittentibus
prædium, quod nunquam poſſederunt. Barb. conſ. 12. col.
2. verſ. & eſt diligenter. & conſ. 40. col. 5. in fi. lib. 1. Fel. in
c. quod ſuper his. nu. 5. verſic. fallit ſecundò. de maio. & o-
bed. Dec. in c. eccleſia S. Mariæ. nu. 57. verſic. tertia conclu
ſio. de conſt. Crau. conſ. 152. nu. 9. & Rubeus conſ. 12. nu.
6. in fi. qui Caſtren. & Corn. eiuſdem opinionis recenſet.
Marſil. ſing. 194. Magna eſt.

Quintò, noſtram hanc ſententiam mirum in modum
adiuuat Ancha. conſil. 136. Ex conſiliis, qui reſpondit in
ſpecie, quòd tranſactio inita inter Moniales ordinis men
dicantium, & quæ de proprio nihil habere poſſunt, qua-
les opinor eſſe has Sanctæ Claræ, eſt obſeruanda: etſi per
eam fuerit ſumma quædam remiſſa. Et præter rationem
ſuprà relatam ex reſponſo Federici de Senis. d. conſil. 9.
duabus aliis rationibus, quæ maximè caſui noſtro conue-
niunt, vſus eſt. prima, quòd canones † magis arctant has 13
moniales, quæ nihil proprij habere poſſunt, ad pactorum
& tranſactionum obſeruationem ex cap. vlt. de pact. li. 6.
quo, (ait Ancharanus) probatur hæc pacta à monialibus
his etiam ſine conſenſu & auctoritate ſuperioris poſſe ce
lebrari. Secunda ratione vtitur, quòd illæ Moniales eam
tranſactionem † obſeruauerant per multos & multos an- 14
nos, vt hîc verè contingit. ex qua obſeruatione (inquit
Ancharanus) omne vitium, ſi quod aderat, purgatum di-
citur. confirmatur auctoritate Baldi conſilio 261. Opti-
mæ allegationes. lib. 4. qui ex dicto capitulo vlt. de pactis
in ſexto, reſpondit, eſſe ſpeciale in fratribus mendicanti-
bus. vt tranſactiones bona fide, etiamſi deficiant aliæ ſo-
lennitates, obſeruentur. Idem quod Ancharanus reſpon-
dit Decius conſilio quadrageſimoſeptuageſimoquarto.
num. 9.

Sextò ac vltimò, ſi moniales hæ ſanctæ Claræ immobi-
lia poſsidere non poſſunt, dicendum eſt, hanc tranſactio-
nem, etiam quòd omnis à iure requiſita ſolennitas defice-
ret, eſſe obſeruandam: ſi quidem † in alienandis bonis re- 15
ligioſorum, qui non poſſunt immobilia poſsidere, iuris
ſolennitas non videtur neceſſaria. ita ſcribunt Archid. in
capitulo de viduis. 27. quæſt. 1. Baldus in capitulo cùm cau
ſa. numero quarto, de re iudic. in authent. hoc ius porre-
ctum. numero quinto. & in authent. ſi qua mulier. num.
6. in fin. C. de ſacroſanct. eccle. & Felin. in capitulo in præ
ſentia. num. 52. verſi. tertiò ſcias, de probatio. Huic tamen
vltimo fundamento non multum innitor, cùm intelli-
gam extare extrauagantem Pauli, qua differentia hæc ſub-
lata videtur. quam quidem extrauagantem obſeruari ſcri-
bit Bertach. tractat. de Epiſcopo. libro quarto, parte 4.
num. 109.

Non obſtant nunc adducta in ſubtili motiuo, quia ex
iam relatis ſatisfactum opinor. Nam illa † procedunt in 16
ſolis probationibus: in quibus indefinita non æquipollet
uniuerſali: ſed hîc aliunde demonſtratum eſt, ex conſenſu
omnium monialium, validam eſſe tranſactionem. Præ-
tereà dixi in illo tranſactionis inſtrumento eſſe dictum,
Abbatiſſa & moniales &c. quæ verba eandem vim habent;
quàm illa, omnes moniales: vt in ſpecie affirmat Dida-
cus, d. lib. 1. varia. reſol. cap. 13. num. 9. verſicul. Vndecimò
ex his, ad finem. qui ſubiungit, hoc ſufficere, & iudicis ar-
bitrio relinqui; quòd ex aliis verbis inſtrumenti hoc col-
ligi poſsit: quemadmodum hîc colligitur ex aliis conie-
cturis ſumptis à ratihabitione tanti temporis, & alio ſe-
cuto effectu. & cùm in hoc, ex Didaci ſententia iudicis
arbitrium verſetur, vt verè in omnibus probationibus ver
ſatur, quemadmodum ſcripſi in commentariis, de arbi-
trariis iudicum. lib. 2. caſu 90. ſequitur, iudicem vt virum
bonum ſequi debere, quod æquum magis eſt, & naturali
rationi magis conſentaneum, vti admonui in eiſdem
commentariis, de arbitrariis iudicum, lib. 1. quæſtione de
cimatertia, ſed quis vir bonus non iudicabit, tranſactio-
nem hanc eſſe conſenſu omnium monialium Sanctæ Cla-
ræ celebratam? cùm tot actus † confirmatorij ſubſecuti 17
ſint, qui veram enixámque earum voluntate ratificantem
hanc tranſactionem oſtendunt. Atque ita ſperant Reue-
rendæ Moniales Sanctæ Helenæ, æquiſsima ſententia
Illuſtriſsimi atque Reuerendiſsimi dicti domini Le-
gati Sanctiſsimi Pontificis noſtri, à tanta ſibi illa-
ta moleſtia per Reuerendas Moniales Sanctæ Claræ
liberari.

## IN EADEM CAVSA.

Reuocantur in dubium ab Illuſtriſsimo atque Reueren
diſsimo Domino meo Colendiſs. Beatiſs. P. N. legato
quæ non iam ſatis pridem pro Reuerendis Monialibus
Sanctæ Helenæ ſcripſi. Et quanquam ſint valdè ſubtilia,
quæ nunc ſunt excogitata: nihilominus opinor pro rei ve
ritate atque iuſtitia poſſe procedere quod iam reſpondi.
Non enim eſt hæſitandum quin vera ſit Didaci ſententia
dicto capitulo decimotertio, numero nono, cùm deciſio
Doctoris in terminis, etiamſi ſine lege ſit, omnem dubi-
tationem tollat. vti ſcriptum reliquit Gomeſ. Hiſpa. in §.
æquè. numer. 14. Inſtitut. de actio. ſed quòd iure probetur
iam dixi ſuprà in tertio illo argumento, ex cap. canonici,
de off. ord. in 6. vbi Gemi. quem ſequitur Barb. d. conſil.
18. col. 2. lib. 3. Nunc verò rõne probatur. Nam haud rectè
dici poteſt, ꝙ duæ vel tres moniales interuenerint, cùm

Abbatiſſ.,vt caput,cæteras omnes moniales, vti ſui inte-
gri corporis membra adfuiſſe præſupponat. Nec enim no
men dignitatis, ſeu magiſtratus obtineret, ſi integer nu-
merus monialium non adeſſet, vt ſi diceremus, præſes &
conſiliarij. nam dum præſupponimus illum eſſe eo in lo-
co ſub titulo dignitatis, præſupponitur etiam quòd in-
teger conſiliariorum numerus adſit: alioquin iuſtum no-
men non obtineret. Quod hic maximè procedit, cùm di-
18 catur,& aliis monialibus, quæ dictio, aliis,† ex communi
ſermone ad vniuerſitatem referri ſolet. vt apud Ciceronē
Officior. primo. Nos autem quantum in vtroque profe-
cerimus, aliorum ſit iudicium. & apud Salluſt. in Cati.
Pars ingenium, alij corpus exercebant. Nec commodè de
duobus vel tribus dici hoc poteſt. Præterea, dum dicitur
quòd Doct. Didaci poſſet procedere quando aliæ conie-
cturæ concurrerent, vt puta, ſi foret dictum, quòd ſono
campanellæ præmiſſo, vel quòd in loco ſoliti capituli cō-
ueniſſent, quia poſſet tunc præſumi omnes adfuiſſe. Re-
ſpondetur nec aliter in caſu noſtro contigiſſe: ſi quidem
in loco ſolito ad contractuum celebrationem conuene-
rant hæ Moniales S. Claræ, hoc eſt in parlatorio ipſius
Monaſterij: & ſolitum campanellæ ſonum creditur præ-
ceſsiſſe, cùm in inſtrumento affrancationis libelli hoc ex-
primatur, quod ſanè inſtrumentum refert præcedens pau
lò antè confectum, quæ qualitas in vno poſita dicitur &
in altero repetita. Eſt enim veriſimilius, & naturali ratio-
ni magis conſentaneum, quòd maior ſolennitas & diligen
tia adhibita fuerit in eo tranſactionis inſtrumēto, quàm
19 in eo affrancationis, ob maius † periculum, nouæ ſcilicèt
litis & controuerſiæ. arg. c. vbi periculum, de elect. in 6.
Nec eſt credendum quòd duo Iuriſconſulti adhibiti te-
ſtes in illis inſtrumentis, & ipſarum monialium prote-
ctor, qui præſumitur vir optimus, paſsi fuiſſent fraudem
aliquam committi ab Abbatiſſa S. Claræ in alienatione
20 facta. ſolet equidem præſentia † virorum bonorum omnē
ſuſpicionem, omnémque fraudem excludere, vt ſcribunt
Iaſ. in l. tranſactionem. num. 1. ex illo tex. C. de tranſact.
Dec. conſil. 219. col. vlt. latè & egregiè Marſil. ſing. 417.
præſentia. Alcia. tractat. præſump. regul. 1. præſump. 21. &
Gramma. deciſ. 66. num. 9. cæteros ſciens prætereo. Ac-
cedit, quòd ſi contradicendi locus conſiderari potuiſſet,
certè aderat protector ille qui contradixiſſet: cum magna
21 ſit præſumptio, † quòd quilibet vir bonus ſit. l. meritò. ff.
pro ſocio. & quòd ſuum officium ſumma cum diligentia
exerceat. l. j. ff. de off. Præfect. prætor. ſcripſi in commen-
tariis de arbitrariis iudicum, lib. 2. caſu 40. nu. 10. alioqui
mortaliter peccare diceretur, vt inquit Soc. Sen. conſil. 2.
col. 2. lib. 1. & Crau. conſil. 152. num. 4. quod nulla ratione
dicendum eſt. Præterea, ſi conceditur (quod verè negari
non poteſt) in inſtrumento affrancationis lebelli omnes
moniales S. Claræ interueniſſe, & illas fuiſſe proteſtatas,
ſe redimere & affrancare cenſum ex pecuniis S. Helenæ:
nonne manifeſta & apertiſsima ſumitur ratificatio dictæ
alienationis? quemadmodum dicebam in ipſo reſponſo,
quæ ſanè ratio adeo vera & concludens eſt, vt nullo mo-
do tergiuerſari poſsit. & rectè dicebam in eo reſponſo, a-
ctum incontinenti factum ineſſe cenſeri, etiam ad commo
dum tertij. ita in ſpecie noſtra docuit Ang. in d. §. hoc e-
tiam, col. pen. verſic. ſecundò ſi probat. dum inquit quòd
22 creditor qui eccleſiæ mutuò † dedit pecunias, ſatis pro-
bat pecunias eſſe verſas in vtilitatem eccleſiæ, ſi probat
eccleſiæ adminiſtratores ſtatim & incontinenti ſoluiſſe
debitum. ecce quòd ſolutionis actus ſimplex geſtus inter
eccleſiam & illum creditorem cui ſoluit eccleſia, prodeſt
creditori mutuanti, vt ſatis probatum dicatur illas pecu-
nias à ſe mutuò datas fuiſſe. Idem quod Ang. ſimilibus ca
ſibus ſcribunt Ripa in l. ſi ventri. §. eorum. numer. 10. ff. de
priuileg. credi. & Tiraquel. tracta. de retractu conſang. §.
32. glo. 1. num. 24. Si ergo ſimplex actus factus incontinen
ti cenſetur ineſſe præcedenti ad commodum tertij, quan-
tò fortius eſt dicendum in hoc noſtro, in quo adeſt expreſ
ſa proteſtatio, has pecunias eſſe illas numeratas à monia-
libus S. Helenæ? quæ quidem tutè ob id contraxiſſe dicun
tur, vt ſcriptum reliquit Fabianus de Mōte tract. De em-
ptio. & vendit. quæſt. 5. princ. nu. 107. Nec hæſitādum eſt
quin moniales S. Claræ dum aſſeruerunt illas pecunias
fuiſſe numeratas à monialibus S. Helenæ, optimè ſciue-
rint initam tranſactionem vnà cum omnibus ſuis qualita-
23 tibus, ſi quidem ſcientia † ex multis detegitur. Primò,
quòd in eo affrancationis inſtrumento ita legitur: dedit
& exburſauit ſupraſcriptos ducatos centum, quæ verba re
feruntur ad precedens inſtrumentum tranſactionis, in
quo fit mentio huius ſummæ. Nec enim in eo inſtrumen-
to affrancationis, ante illa verba, ſupraſcriptos, fit mentio
horum ducatorum centum. hæc ergo verba referunt. d.
inſtrumentum tranſactionis, vt egregiè docuit Bart. in l. 1.
§. hoc edicto. in fin. ff. de poſtul. & cum eo ſenſit Dec. con
ſil. 513. num. 11. & Rubeus conſil. 49. nu. 1. Neuiz. conſil. 72.
num. 17. Si ergo relatum dicitur illud inſtrumentum tran
ſactionis, & de eo facta eſt mentio in hoc inſtrumento af-
francationis, ſequitur neceſſariò, moniales S. Claræ habuiſ
ſe plenam de eo ſcientiam, vt tradunt Ang. in l. qui Ro-
mæ. §. duo fratres. q. 2. de verb. obl. Alex. conſil. 39. num. 6.
lib. 2. & Crauet. conſil. 65. nu. 7. dum affirmant, ſcientiam
inſtrumenti ex eo præſumi, cùm de eo habita eſt aliqua
mentio. Præterea & ſecundò legitur in eo inſtrumento af
francationis, ducatos centum habitos à dicto Monaſterio
24 Beatæ Helenæ, vt ſuprà quæ † dictio, vt ſuprà ſui natura eſt
relatiua præcedentium, vt in ſpecie de hac dictione, vt ſu-
prà, tradit Dec. conſil. 394. num. 1. & Rub. conſil. 49. nu. 1.
& conſil. 68. num. 3. Nec hîc mihi dicatur, ſciuiſſe quidem
moniales S. Claræ hanc qualitatem, nempè pecunias fuiſ-
ſe numeratas à monialibus S. Helenæ, non tamen ſciuiſſe,
qua de cauſa: quia dico etiam ſciuiſſe cauſam, quia dicitur
habitos, vt ſuprà, id eſt, eo modo, ea de cauſa ſuprà relata,
25 ſcientia † vnius partis negotij arguit ſcientiam totius. l.
non eſt ferendus, vbi Bart. ff. de tranſact. & in terminis re-
ſpondit Crauet. conſil. 74. num. 2. ſcientiam quitationis
factæ ante quoddam inſtrumentum præſumi etiam inter
conficientes ſecundum inſtrumentum, cùm coram eiſdē
teſtibus, & ab eo notario celabratum eſt, & ſubiicit poſt
26 Baldum conſil. 295. lib. 3. ſcientiam præſumi † ex vicinitate
temporis, vt etiam ex vicinitate loci. & ait, non eſſe veri-
ſimile, quòd notarius, qui recepit ambo inſtrumenta ſi-
mul, vnum oſtenderit ſine altero, quod præſertim proce-
dit in caſu iſto, ex qualitate facti, vt inquit idem Crauet.
conſil. 168. num. 5. & ex qualitate etiam aſsiſtentium per-
ſonarum, maximè illius protectoris, qui fraudem non eſ-
ſet paſſus perpetrari. Et quamquam hæc ſatis ſupérque o-
ſtendant Moniales S. Helenæ ius optimum fouere; atta-
men adhuc dico verum ac ſolidum eſſe illius fundamen-
tum, quo dicebam, ſolam Abbatiſſam potuiſſe hoc caſu ſi
ne tot ſolennitatibus tranſigere, atque alienare hæc bo-
na, quæ non erant adhuc ſuo monaſterio perfectè acquiſi-
ta. Nec loquuntur allegati à me Doctores, cùm diſtinctæ
ſunt menſæ Monialiū & Abbatiſſæ. Nam relati à me Do-
ctores in quarto fundamento mei reſponſi, ea ratione mo
uentur, quòd hæc non ſit propriè alienatio, ex quo nec per
fectè quæſitum & eccleſiæ patrimonio incorporatum nō
eſt. nec diſtingunt, an menſæ ſint communes, vel diſtin-
ctæ, vt clarè eſt videre apud Feder. de Senis. d. conſil. 9. &
Baldum d. conſil. 261. Optimæ allegationes. lib. 4. dum i-
pſe reſpondit in fratribus mendicantibus tranſactione re
mittentibus prædium nondum à ſe perfectè quæſitum.
Quod maximè diceudum eſt in caſu iſto, in quo canones
27 magis arctant moniales ad obſeruationem pactorum &
tranſactionem, vt dicebat Baldus. d. conſil. 261. & Anch.
d. conſil. 136. quæ quidem reſponſa, vti hac in re ſunt egre-
gia, ita verè credo fuiſſe perpenſa ab Illuſtriſsimo & Re-
uerendo dicto D. legato. cuius æquitatem, iuſtitiam, fi-
dem & integritatem hîc appellant S. Helenæ Moniales.
& earum nomine ego Illuſtriſſ. atque Reuerendiſſ. D. ſuæ
deditiſsimus.

Iacobus Menochius I. C.

## SVMMARIVM.

*1 Forenſis varijs modis ſumitur.*
*2 Forenſis qui in loco eſt, aliunde tamen oriundus, tenetur ſtatuto ciuitatis habitationis, licèt loquatur de ciue.*
*3 Forum ſortiri, & ſtatutis ligari paria ſunt.*
*4 Forenſis propriè ille dicitur, qui & habitatione, & origine forenſis eſt.*





*5 Ciuis qui alibi habitat, an ligetur ſtatutis loci originis.*
*6 Ignorans facinus contra ſtatutum, contemnere non dicitur. & num. 12.*
*7 Pœna arbitraria tunc imponitur quando alia à lege diffinita non reperitur.*
*8 Arbitraria pœna an maior eſſe debeat ordinaria, vel æqualis.*
*9 Delinquens ignoranter pœnam non meretur, quia verè delinquere non dicitur.*
*10 Statutum imponens pœnam Prætori non inquirenti de crimine intra certum tempus, intelligitur pœna impoſita Prætori ſcienti, non ignoranti.*
*11 Excommunicatus licet dicatur adhærens Pontifici falsò ſe pro Papa gerenti, fallit tamen in ignorante hanc falſitatem.*
*12 Pœna ratione contemptus imponitur.*
*13 Ignarus excommunicatus an dicatur excommunicatus, & petere poßit abſolutionem.*
*14 Accuſator quale habeat potißimum fundamentum ad accuſandum.*
*15 Qualitas fundans intentionem probari debet ab ipſo allegante.*
*16 Ignorantia in dubio præſumitur ad euitandam pœnam corporalem & pecuniariam.*
*Forenſis ignorare præſumitur loci ſtatuta & leges.*
*Et quid ſi in illo loco pluries adfuerit. nu. 19.*
*17 Ignorantia an probari poßit per iuramentum.*
*Et quid ſi aliqua præſumptio adeſſet in contrarium.*
*18 Arma ferre prohibitum eſt, etiam de iure communi.*
*19 Fallit in itinere.*
*20 Ciuis nouellus qualis dicatur vt in eo præſumatur ignorantia legum illius ciuitatis.*
*21 Lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi, vt comprehendat etiam perſonas priuilegiatas.*
*Dictio alios, quid ſignificet.*
*22 Pater recipiens filium bannitum, an & qua pœna puniatur.*
*23 Paterfa. dicitur ſcire omnia quæ geruntur in domo ſua.*
*Et quomodo procedat hæc regula.*
*24 Furtum non præſumitur factum in domo optimi viri, & optimæ famæ.*
*25 Verba generalia reſtringuntur ad terminos habiles, & intelligenda ſunt, vt ius commune diſponit.*

## CONSILIVM LXXIIII.

# Initium à Domino.

DVBITARI contingit,
an D. Hippolyt. de Lauis,
qui ſeptem ab hinc annis
non in territorio Man-
tuano, vbi iam per decen-
niū cum eius patre, qui &
nunc illic commoratur,
ſed in territorio Brixien-
ſi habitat, inciderit in pœ-
nas edicti Illuſtriſ. atque
Excellentiſſ. D. Ducis Mā-
tuæ, quo tormenta belli-
ca, (quos vulgò ſclopos à rota vocant,) graui ſub pœna
prohibentur. Qua quidem in re dicendum opinor, nullo
modo in aliquam pœnam incidiſſe, quod ſtatim multis
ſolidis rationibus planum faciam. Illud nunc primum
ſciendum eſt, hoc edictum duplex perſonarū genus pro-
hibere, ne arma hæc deferant, ciues. ſ. ſeu incolæ, & foren-
ſes. de incolis non eſt controuerſia: de forenſibus autem
eſt dubitatio, quinam forenſes ſint qui hoc edicto con-
tinentur. Variis modis & pro ſubiecta materia forenſis
1 † ſumitur. ſiquidem primò appellatur forenſis ille, qui
etſi in loco eſt & commoratur, aliundè tamen oriundus
eſt. vti reſpondit Corn. conſil. 194. num. 6. lib. 4. qui con-
ſuluit hunc haberi pro forenſi quò ad commodum ſtatu-
ti concedētis ciuibus acquirere. & Corneum ſecuti ſunt
Dec. conſil. 352. num. 5. & Soc. Iun. conſil 37. nume. 19. &
conſil. 49. num. 27. lib. 1. hic tamen forenſis quò ad caſum
2 noſtrum non haberetur pro forenſi, ſed † pro ciue; cùm
illa ratio, qua prohibentur ciues arma hæc deferre, pro-
hibeat & hos forenſes. Nam ij forum in loco habitationis
ſortiuntur: & ob id ſtatutis illius loci ligantur. hæc enim
3 duo à pari procedunt, forum † ſortiri & ſtatutis ligari, vt
inquit Paul. Caſtren. in l. omnes populi, in fin. de iuſt. &
iure. & Alex. conſil. 41. colum. 2. lib. 2. & latè Rol. à Valle
tract. de lucro dotis. quæſt. 36. num. 6. & de his forenſibus
loquitur hoc edictum in illis verbis, *che niuno tanto terriero quanto foreſtiero*, &c. dum pœnam iis cum ciuibus indicit;
nempe bonorum publicationem, quæ ſanè pœna ſolum
ciuibus & incolis conuenit. de his forenſibus noſtra non
eſt quæſtio, quandoquidē D. Hippolytus in eo territorio
atque ditione Mantuæ moram non trahit: nec bona ali-
4 qua ibidem habet. Secundò forenſis † is dicitur qui & ori-
gine & habitatione forenſis eſt. & hîc verè & propriè fo-
renſis quò ad commoda & incōmoda dicitur, vt latè ſcri-
bunt relati Doct. Corn. ſ. & Dec. & Corn. conſil. 209. nu.
3. lib. 1. & clarè Dec. conſil. 550. ad finem. Inter hos foren-
ſes connumerandus eſt D. Hippolytus, cum verè nec ori-
ginem nec habitationem in territorio Mantuæ habeat.
De his forenſibus non loquitur edictum; ſed declaratio
edicti promulgata anno 1559. ut mox ſubiiciam. Tertiò
forenſis & ille appellatur quò ad noſtros terminos, qui
5 † etſi origine Mantuanus ſit, alibi tamen habitat. illa eſt
ratio, quia (vt mox ſubiiciam) edictum ligat eos, qui aſsi-
duè in ea ditione & vrbe verſantur, & ſciunt hanc armo-
rum delationem prohibitam eſſe: quæ ſcientia in forenſi
non cadit. ita ſcribit poſt Cor. Soc. Iun. d. conſ. 49, nu. 27.
lib. 1. eſt enim in his magis inſpiciendum domicilium &
habitatio, quæ origo. vt relati Doctores dicunt & reſpon
dit Dec. conſil. 352. nu. 2. de his etiam forenſibus loquitur
ſolùm præallegata declaratio edicti anni 1559. Nec aduer
ſatur illud quòd in eo edicto puniuntur caupones, hoc eſt,
hoſpites hoſpitantes forenſes qui arma hæc habent, quaſi
ibi edictum loquatur de his forenſibus qui non habitant,
& ſi cauponæ hos in hoſpitio recipientes puniuntur, à
fortiori & hæc arma ferentes cōprehendi videntur. Quo
niam reſpōdeo, manifeſtā eſſe rationē diuerſitatis inter v-
num & alterum. Nam forenſis, qui arma defert, cum pro-
6 babiliter † ignoret edictum, non contemnit, nec actū ſui
natura & iure communi prohibitum facit. & ob id non
punitur, (vt ſtatim dicam) caupo verò contemnit, cum e-
dictum eſſe promulgatum ſciat, & admonere debet ad ſe
cum his armis venientes, ne illa ferant & habeant. Horum
enim cauſa fieri facilè poteſt, ne malefici delicta commit-
tere poſsint. Quibus intelligimus forenſes, hoc eſt, non ha
bitantes in territorio Mantuæ non puniri illa pœna edi-
cti ordinaria, hoc eſt, publicationis bonorū & triremiū:
ſed ſolum continentur ſub illa prohibitione facta in de-
claratione ſub anno 1559. Qua ſanè declaratione ſancitum
eſt, hos forenſes ſemel monitos & non deſiſtentes arma
hæc ferre, eſſe grauiter puniendos. non determinat hæc
declaratio quæ intelligatur atque dicatur grauis hæc pœ-
na, ob id arbitraria erit. ita enim dicimus eſſe iudicādam
7 pœnam † arbitrariam, cū lex in ſpecie eam non diffinit,
quemadmodū infinitis propè relatis caſibus ſcripſi lib. 2.
de arbitr. iudic. & tradunt omnes in c. de cauſis, de off. de-
8 leg. vbi gl. in verbo certa. Hæc autē arbitraria † pœna nō
debet eſſe maior, vel æqualis pœnæ ordinariæ: ſed potius
mitior, vt inquit gl. in d. c. de cauſis, in verbo certa. Bal. in
l. quicunque. C. de ſer. fug. & ibi Dec. in fi. alios retuli. li. 1.
de arbitr. iud. q. 85. quo loci dixi, quòd ex cauſa etiam poteſt
iudex in arbitrariis pœnis pro facti qualitate excedere mo
dum pœnæ ordinariæ. quæ quidē cauſa ſine dubio hîc ceſ
ſat. His ita explanatis atque declaratis, videndum nūc eſt,
an huic pœnæ arbitrariæ locus ſit in caſu noſtro aduerſus
D. Hippolytum. & dicendū eſt, locū non eſſe: ſi quidem,
vt huic pœnæ locus ſit, admonitio præcedere debet in hos
forenſes, ne arma deferāt. ita enim in ea declaratione ſcri
ptum eſt: *Et habbino eßi capitanei per vna ſol volta à far auertiti gli foreſtieri che trouerano portarne in queſto dominio, à non ne portare per lo auenire: perche ſe più ſaranno ritrouatti con detti archibugi ſaranno retenuti, & anco eßi rigoroſamente caſtigati.*
Quæ quidem declaratio edicti. conuenit cum iure commu
9 ni, quo ſancitum eſt, cum pœnam † non mereri, qui igno-
ranter delinquit: cum verè delinquere non dicatur. l. ex
maleficiorum. ff. de act. & obl. & in ſpecie ſcribit Gramma
conſ. 25. nu. 1. qui reſpondit, forenſem & alibi habitātem
non ligari edicto de non extrahenda moneta è Regno
Neapolitano, cùm illius edicti ignarus eſſet. cuius vera
doctrina confirmatur permultis iuris locis. ita. n. videmus,
10 quòd ſi ſtatutū † indicit pœnā prætori nō inquirēti de crimine
intra certū tēpus, intelligitur pœna impoſita Prętori ſciē
ti, & nō ignorāti. ita docuit Alex. in l. vl. C. de dol. Sic pa-

riter confert doctrin. Card. in clemen. 1. quæſt. 38. de pri-
uileg. vbi inquit, quòd diſpoſitio illius Clementinæ pu-
niens præſumentem, &c. non ligat hominem ſimplicem
& ignarum contrauenientem illi diſpoſitioni ſine dolo,
& præſumptione ſeu audacia & temeritate: quam ſanè
doctrinam multum commendauit Felin. in c. quoniam
contrà, vlt. notab. de probat. & idem reſpondit Calder.
conſil. 4. tit. de ſent. excomm. Huc ſpectat doctr. Abba-
tis in rubr. de ſchiſmat. in fin. quo loci docuit, quòd licet
11 ille qui falsò gerit † ſe pro Papa, ſit vnà cum illi adhæren-
tibus excommunicatus, attamen excommunicati non
ſunt, qui ignorant illum falsò pro Papa ſe geri. Ad rem
& illud tandem maximè pertinet, quod docuit Felin. in
cap. 1. nume. 23. de ſponſ. quòd licet aduenæ & peregrini
legem ciuitatis inquirere & obſeruare teneantur, non ta-
men ſtatutum quò ad pœnam eos ligat. Horum ratio eſt,
12 quòd pœna † ratione contemptus imponitur: at qui igno
rat, non contemnit; ob id non punitur. ita egregiè ſcri-
ptum reliquit Abbas in capit. cùm ſit, in fin. de appell. &
AEgidius Bellame. deciſ. 540. ſi ignorans. qui cum Fran-
13 co decidit, ignarum † excommunicatum non tenere pe-
tere abſolutionem: quia ex quo ob ignorantiam non con
tempſit, nec etiam excommunicatus dici poteſt. cùm i-
taque in caſu noſtro D. Hippolytus vt forenſis monitus
non fuerit, ſequitur, ignoraſſe, & per conſequens, nec cō-
14 tempſiſſe nec deliquiſſe. Erat enim ab accuſatore † pro-
banda hæc edicti qualitas, nempe admonitionem præ-
ceſsiſſe, cùm hæc ſit qualitas in qua fundamentum accu-
ſator facere debet. ita tradunt omnes in l. qui accuſare. C.
de edend. Bart. l. 2. §. diem. ff. quemadm. teſt. aper. Marſil.
conſil. 7. col. pen. Pariſ. conſil. 96. num. 9. lib. 1. Soci. Iun.
conſil. 22. num. 11. lib. 1. & latiſsimè Tiraq. de retract. con-
15 ſang. §. 8. glo. 7. num. 1. vbi aiunt, qualitatem † fundantem
intentionem alicuius eſſe probandam ab eo, qui in ea fun
damentum conſtituit. prætereà habet Dominus Hippo-
lytus intentionem fundatam à iure communi, quo igno-
rantia facti præſumitur, & qui ſcientiam allegat, eam pro-
16 bare debet. l. verius. ff. de probatio. imò ignorantia † præ-
ſumitur ad euitandam pœnam corporalem & pecunia-
riam; ita egregiè reſpondit Crauet. conſil. 244. num. 4. &
in ſpecie Gram. d. conſil. 25. numer. 1. in criminalibus, vbi
ait, forenſem præſumi ignorare loci ſtatuta & leges, hac
præcipuè regula, quòd ignorantia præſumitur, vbi de
ſcientia non apparet. Ruſſus præter iuris præſumptionē,
qua D. Hippolytus habet intentionem ſuam fundatam,
17 poteſt ſuam hanc † edicti ignorantiam ſuo iuramento
probare; vti tradunt permulti, quos retuli in commenta-
riis de arbitrariis, lib. 2. caſu 186. num. 3. Nec eſt hîc dicen-
dum. non eſſe admittendum hoc iuramentum: quia vbi
aliqua aduerſatur iuris præſumptio, ceſſat hæc probatio
ignorantiæ ex iuramento, vt dixi d. caſu 186. numer. 7. At
hîc non vna, ſed etiam duæ præſumptiones D. Hippoly-
to aduerſari videntur. Vna quòd ignorauerit hoc edictū
publicè notum, quemadmodum ſcripſi d. caſu 186. nu. 8.
18 Altera, quòd tulerit arma, quæ † etiam à iure communi
ferri prohibentur. l. 1. C. vt armo. vſus. lib. 11. & l. 1. ff. ad l.
Iul. de vi publ. & ſcripſi in præcitatis commentariis de ar
bitrariis iudicum, lib. 2. caſu 394. nume. 18. & ſubſequenti-
bus. Reſpondetur illi primæ præſumptioni, quòd illa pro
cedit in his, qui in loco vbi quid publicè notum eſt habi-
tant, vel ibi aſsiduè verſantur, vt tradunt Docto. ibi à me
allegati. quod non contingit in D. Hippolyto, qui in eo
territorio nec habitabat (vt iam dixi) nec aſsiduè verſaba
tur. Secundæ præſumptioni reſpondeo, illam non proce-
dere hoc in caſu: quia D. Hippolytus attulit arma hæc in
domo, non vt ibi haberet, vel vt in eo territorio ferret,
19 ſed vt ferret † dum iter faciebat. quod iure conceditur.
d. l. 1. ff. ad l. Iul. de vi publ. cap. 1. §. ſi quis ruſticus. de pace
tenend. in vſibus feudo. & latè declaraui. dicto caſu 394.
num. 58.

Non etiam obſtat quòd D. Hippolytus in eo territo-
rio verſari conſueuerit, cùm pluries acceſſerit, vt patrem
inuiſeret: & ob id ſcientiam huius edicti habuiſſe præſu-
mitur. c. quantò, & c. quoſdam, vbi Docto. de præſumpt.
Reſpondeo vnà cum Gram. d. conſil. 25. num. 3. in crimi-
nalibus vbi reſpondit, Mercatorem illum forenſem qui
in Regno Neapolitano tempore nundinarum per aliquot
dies verſatus fuerat, non incidiſſe in pœnas conſtitutio-
num Regni quibus prohibentur monetarum extractio-
nes è Regno: quia adhuc dicitur iniuſta ignorantia, etſi a-
liquando ibi adfuerit. Accedit, quòd à fortiori tradunt
Bart. Alber. & Caſtren. in l. vlt. §. quoties. ff. de publ. illum
20 cenſeri † ciuem nouellum, qui per annum in ciuitate non
habitauit: quo caſu ante annum præſumitur ignorare le-
ges ciuitatis. ita poſt alios Boe. quæſt. 260. num. 1. qui ait,
ob id excuſari. ergo conſtat à fortiori, non præſumi ſcien
tiam edicti ex ſola conuerſatione per aliquot dies. idem
in ſpecie ſenſit Iaſ. in repet. l. cunctos populos. nume. 67.
ad finem poſt Bart. ibi. nu. 21. C. de ſum. Tri. & fide Ca-
thol. vbi volunt, forenſem ligari ſtatuto ciuitatis de ar-
mis non ferendis, ſi fuit ſciens, & quòd ſcientia ſolum præ
ſumitur ſi diu habitauit. cum ergo non conſtet, D. Hipo-
lytum ſciuiſſe hanc prohibitionem, non eſt aliqua pœna
puniendus ob hanc delationem, quemadmodum & edi-
cti verba hoc declarant, ibi, *à non ne portare per lo euenire per
che ſe piu ſarano ritrouati*, &c. atque ita concludo. Quò verò
ad ſecundam dubitationem, an D. Baptiſta d. D. Hippo-
lyti pater pœna edicti plecti mereatur, ob id quòd filium
deferentem hæc arma hoſpitatus in domo ſit, eúmque re-
ceptauerit. Et dicendum videbatur eſſe puniendum ex
edicti verbis, quæ generalia ſunt, & comprehendere di-
cuntur quemcunque receptantem hos deferentes ſimilia
21 arma. & lex † generaliter loquens, generaliter debet in-
telligi, vt etiam comprehendat perſonas priuilegiatas. l.
in fraudem. §. vlt. de mil. teſt. & Iaſ. l. 1. num. 12. ff. ſol. ma-
trim. & Dec. conſil. 5. Confirmatur, quia ita edicti verba
concepta ſunt: *Et nella predetta pena caſchino anco gl'oſt & altri ch'alloggierano foreſtieri che habbino di queſta ſorte arme.*
Illa enim verba, *& altri*, comprehendere videntur omne
genus perſonarum, præter caupones. Cęterùm opinor D.
Baptiſtam nullo modo puniri poſſe pœna edicti; ſed ſi pu
niri meretur (quod minimè verum exiſtimo) puniendus
erit pœna arbitraria, quemadmodum diximus in patre
22 † qui filium bannitum receptauit. qui quidem pater ſolū
arbitrio iudicis puniri poteſt, & non pœna ordinaria, vt
declaraui in commentariis de arbitrariis iudicum, libr. 2.
caſu 348. nume. 7. vbi multos huius ſententiæ retuli. Præ-
tereà credo D. Baptiſtam non eſſe aliqua pœna punien-
dum. Nam, cum non conſtet (vt iam dixi) D. Hippoly-
tum aliàs ſimilia arma detuliſſe; & ignoraſſe edicti pro-
hibitionem, pro hac vice ab omni pœna immunis eſt, ef-
ficítque ne eius pater puniri poſsit: alioqui puni-
retur pro eo qui malè non egit. Rurſus non conſtat quòd
hîc dominus Baptiſta ſciuerit Dominum Hippolytum
filium arma hęc in domo attuliſſe. Nam fieri poteſt quòd
abfuerit, cùm Dominus Hippolytus ad eum venit, &
quòd domum reuerſus, arma, cum cæteris rebus, dum
equitamus ferri ſolitis, in thalamo, vt moris eſt, repoſi-
ta, atque ita oculis domino Baptiſtæ eſſent abſcondita.
Quæ ſanè præſumptio ratione veriſimili & à communi-
ter contingentibus firmatur, qui ergo contrarium aſſe-
rit, magnis exactíſque probationibus probare debet. l.
vlt. ff. de eo quod met. cauſ. & cap. quia veriſimile, extra
eo. de præſump.
23 Nec dicatur cognita † præſumi patrifam. ea quæ domi
geruntur, iuxta l. Octaui. ff. vnde cogna. & l. de tute-
la. C. de in integr. reſtitut. & capitulo conſtitutus. de
teſtibus.

Reſpondeo, hoc procedere in factis ſucceſsiuis, non
autem in momentaneis, quæ vno actu expediuntur, vt
tradunt Iaſon in lege prima, columna prima, & ibi Ripa.
numero quadrageſimoſexto. ff. ſi certum petatur. mo-
mentaneum autem eſt, huiuſmodi arma in domo adfer-
re. Hinc videmus, quòd illa præſumptio qua præſumitur
24 rem furto † ſubtractam in domo alicuius repertam fuiſ-
ſe ac ſuffuratam, ceſſat cùm reperitur in domo viri pro-
bi, vt declarant Bald. & cæteri in lege inciuilc. codice de
furtis. & latè Tiraquell. tractatu de pœnis legum, cauſa
quinquageſimaprima, numero centeſimotrigeſimopri-
mo, quia præſumitur quòd eo inſcio in eius domo illata
fuerit. ita hîc poſſumus conſiderare inſcio D. Baptiſta ar-
ma in domo illata fuiſſe.

Non obſtant nunc duæ conſiderationes ſupra relatæ.
25 illi primæ reſpondetur, verba † generalia reſtringi ad ter-
minos habiles, & intelligi, vt ius commune diſponit. l. vt
gradatim. §. 1. ff. de mun. & hono. & gloſſ. in §. 1. Inſtit.
de verborum obligationibus cum ſexcētis ſimilibus, quæ
allegari poſſent.

Non



Non obſtat illa ſecunda, quia illa dictio, *& altri.* refertur ad eos, qui conſueuerunt hoſpitari forenſes amicos ſolitos arma hæc deferre, & ſcienter hoſpitantur; quod in caſu noſtro ceſſat. Atque ita iuris eſſe opinor.

Iacobus Menochius I. C.

## SVMMARIVM.

1 *Homines natura liberi naſcuntur.*
2 *Seruitus ſeu obligatio in dubio non præſumitur.*
3 *Præſumptio à lege approbata reijcit onus probandi in aduerſarium.*
4 *Liber quilibet præſumitur, licèt aduerſarius ſit in quaſi poſſeſsione ſeruitutis.*
5 *Prætendens ſeruitutem, eam habere non poteſt abſque priuilegij conceſsione.*
6 *Vſus non ſoluendi collectas quid operetur.*
7 *Negligentibus iura non fauent, ſed eos pœnis afficiunt.*
8 *Præſcribens libertatem non ſoluendi collectam, an probare teneatur, vel potius onus probandi incumbat contrarium aſſerenti.*
9 *Grauari quis non debet duplici onere vnius rei cauſa. & numero 65.*
10 *Collectæ non debentur, cùm prædia in æſtimo non ſunt regiſtrata.*
11 *Scribere quilibet poteſt in libro ſuo talem pro debitore, ſed illa ſcriptura ei nihil prodeſt.*
12 *Liber æſtimi vt obliget deſcriptos in eo, quid requiratur.*
13 *Obligatio vnius oſtendit alterius liberationem.*
14 *Statuta in dubio in viridi obſeruantia præſumuntur.*
15 *Superior contra inferiorem ſtatuere poteſt.*
16 *Prædia cenſenda, & regiſtranda ſunt, vbi ſunt ſita.*
17 *Aſſertiones Principis multoties repetitæ denotant vt res de qua agitur, ita verè ſe habeat.*
18 *Subrogatum ſapit & tenet locum illius in cuius locum ſubrogatum eſt.*
19 *Lonati territorium an comprehendatur ſub Brixiæ territorio. & num. ſeq.*
20 *Onerum impoſitio arguit ſubiectionem loci, cui imponuntur.*
21 *Limitatio ſub regula dicitur, & regula cum limitatione vnum corpus conſtituit, licèt ex aliqua qualitate diuerſa ſint.*
22 *Locus ille ciuitati ſubiectus dicitur qui iudicem vt illo loco ius dicat, recipit ex ciuitate, & eius appellationes ad prætorem Ciuitatis deuoluuntur.*
23 *Appellatio non deuoluitur niſi ad ſuperiorem.*
24 *Ciuitas in tres partes diuiditur, prima eſt ciuium, ſecunda diſtrictualium, tertia oppidorum ſeparatorum ab illo territorio ciuitatis.*
25 *Locus licèt ſit à ciuitate ſeparatus, non tamen dicitur ſeparatus à corpore vt pes, manus, ſunt duo membra ſeparata inter ſe, non tamen à corpore.*
26 *Confirmatio ſtatutorum duorum locorum coniunctim, an denotet etiam vnionem illorum locorum.*
27 *Verba in obſcuris interpretantur contra impetrantem priuilegia, & reſcripta.*
28 *Priuilegia odioſa ſtrictè interpretantur, vt tantùm operentur, quantum verba ſonant.*
29 *Priuilegia ſeparationis locorum ſunt odioſa.*
30 *Inferiori vt ſuperior ſubijciatur, eſt indignum, neque hoc à Principe conceſſum præſumitur.*
31 *Princeps inuitis ſubditis non poteſt alienare ciuitatem vel oppidum.*
32 *Confirmatio nihil noui tribuit.*
33 *Confirmatio in eo gradu, & eſſe in quo antea quis erat, facit vt ille gradus probandus ſit qualis antea fuerat.*
34 *Actus humani ad hoc vt conficiantur, tria requirunt, & quæ.*
35 *Cauſa iuſta & honeſta, vt dici poſsit, quid requiratur.*
*Loca an bonum ſit vt ſeparentur.*
36 *Veneti tantam in ſuos habent poteſtatem, quantam habet Imperator in toto ſuo Imperio.*
37 *Deus Opt. Max. ea non poteſt, quæ ſunt mali & peccati.*
38 *Potentiæ defectus non eſt nolle iniqua, & iniuſta.*
39 *Deus peccare nequit.*
40 *Principes vt iuſtitiam adminiſtrent loco Dei ſunt.*
41 *Poteſtas in peccando poſita non eſt.*
42 *Princeps & omnes priuati tenentur fidem obſeruare, & pacta conceſſa adimplere. & num. 49. & hoc eſt de iure naturæ, quod tolli non poteſt; & exemplis probatur, fidem ſeruandam eſſe.*
43 *Priuilegia ob benemerita conceſſa, nulla ratione infringi poſſunt.*
44 *Quia vim contractus obtinent.*
45 *Brixienſes priuilegio ciues Veneti dicuntur.*
46 *Epiſcopus an poſsit rem vnius eccleſiæ, in aliam transferre ſine iuſta cauſa, & an cum conſenſu Rectoris illius eccleſiæ.*
47 *Veneti iure ordinario non poſſunt alienare Brixiam, & in alium Principem eam transferre.*
48 *Populus talis efficitur qualis eſt Princeps.*
49 *Voluntas duobus modis conſideratur.*
50 *Princeps non præſumitur concedere ea quæ delictum & iniquitatem arguunt.*
51 *Priuilegium concedi non debet vbicunque ex conceſsione lædatur ius alterius.*
52 *Cauſæ cognitio à iure naturæ prouenire dicitur.*
53 *Ius alterius ſine cauſa tolli non debet, quia ita ius naturæ ſuadet.*
54 *Cauſæ cognitio plura requirit.*
55 *Princeps omnia concedere dicitur penſatè, non præcipitanter.*
56 *Obſeruantia longa priuilegiorum, eſt ipſorum fida interpres.*
57 *Vſus contrarius quadraginta annorum multum operatur.*
58 *Verba cui non conueniunt, neque diſpoſitio conuenire debet.*
59 *Allegans conſuetudinem, illam probare debet.*
60 *Conſuetudo eſt facti, ideò probari debet.*
61 *Reſcripta Principum recipiunt interpretationem à iure communi.*
62 *Prædia ſolita ſoluere cenſus & alia onera tranſlata intelliguntur vnà cum eiſdem oneribus.*
63 *Et quid ſi alicui priuilegiato vendantur.*
64 *Reſcripta potius ſunt interpretanda fruſtrà impetrata quàm vt indebitè tertium lædant.*
65 *Princeps non præſumitur velle alterum lædere vt alteri proſit.*
66 *Caſus dubius à frequentiori actu & obſeruantia interpretationem recipit.*
67 *Conſuetudo & præſcriptio vt proſit, continuata eſſe debet, non interrupta.*
68 *Soluens vnica vice, debitor in omnibus cenſetur.*
69 *Proteſtatio operatur, vt ſalua ſint proteſtantis iura*
70 *Solutio ratione præteriti non adfert præiudicium ratione futuri.*
71 *Aſſerens actum, qui multiplici de cauſa fieri potuit, ſi ob vnam ſolam confectus fuit, id probari debet.*
72 *Probationes concludere per neceſſe debent, non per probabile.*
73 *Aſſerens vſum actus, debet probare vſum illum fuiſſe in eo ſpeciali actu introductum, non autem ita generaliter fuiſſe obſeruatum.*
74 *Conſenſus qui actum conficit ſolum quò ad actum illum operatur, cui adhibitus eſt.*
75 *Voluntas noſtra non debet operari vltra intentionem.*
76 *Actus priuilegio immunitatis repugnantes ſolum præiudicant quò ad actus contrarios, & non vltra.*
77 *Conſenſus an præiudicet confitenti.*
78 *Damnum quis ex pacto ſentire non debet, ſi in ipſo conſenſum non præſtiterit.*
79 *Conſuetudo interpretatiua actus vbi deficit in loco, ad vicinum locum confugimus.*
80 *Obligatio quæ in loco eſt, infert libertatem eſſe cum altero.*
81 *Conſuetudo vnius loci, locum illum non exit cum ſtrictæ ſit interpretationis.*
82 *Argumentum ſumptum à ſimili facilè proſternitur, vna adducta diſsimilitudine.*
83 *Arguere non licèt ex diuerſis.*
84 *Commodum ſequi debet incommodum.*
85 *Debitum totius vniuerſitatis, à ſingulis ſolui nequaquam æquum eſt.*
86 *Princeps antequam cauſa belli auxilium à populis petat, proprias pecunias impendere debet quibus deficientibus ſubſidium à populo habere debet.*
87 *Idem in prælato à clericis præſidium petente.*
88 *Res tranſit cum onere ſuo in quemcunque.*
89 *Rubrica declarat nigrum.*
90 *Statuere in onerum materia non licet, niſi ex ſpeciali priuilegio.*
91 *Statuta vſu non recepto, non ligant.*
92 *Res inter alios geſta, tertio non præiudicat.*
93 *Iudicandum non eſt exemplis.*
94 *Medici imperiti dicuntur, qui vno collyrio omnes morbos ſanare putant.*
*Idem de aduocatis dicimus.*
95 *Factum non eſt ſpectandum, ſed potius quid faciendum.*

X. 3. 96 *Cauſa*

96 *Cauſa vna & eadem duas habere poteſt ſententias contrarias & cur hoc eueniat.*
97 *Ciues an dicantur, qui naſcuntur in vico, vel habitant.*
*Ciuis quomodo quis dicatur.*
98 *Venetiarum ciuitas eſt communis patria.*
99 *Priuilegium ſi ob cauſam vel ratione perſonæ conceditur, prius de cauſa, ſeu de perſona conſtare debet.*
100 *Diſpoſitio quælibet ſuam ſubſtantiam præſupponit, qua deficiente ceſſat diſpoſitio.*
101 *Executio ſi fieri debet contra hæredem pro debito defuncti conſtare prius debet illum eſſe hæredem.*
102 *Executio non conceditur de debito non liquido.*
103 *Promiſsio de ſoluendo facta liquidatione in tali termino, non currit tempus niſi à die factæ liquidationis.*
104 *Cauſæ onerum ſummariæ dicuntur, & executiuè procedendum eſt.*

## CONSILIVM LXXV.

# Initium à Domino.

HAEC iam diu controuer-
ſa dubitatio inter Magni-
ficos D. Aueroldos Brixien
ſes, & Lonati vniuerſita-
tem, verè dubitabilis eſt:
cùm permulta hincinde
adferantur. Controuerti-
tur enim, an D. Aueroldi,
etſi ciues Brixiæ ſint, com-
pelli poſsint regiſtrare bo-
na à ſe poſſeſſa in territorio
Lonati in libris æſtimi Lo-
nati, & vnà cum ea vniuerſitate onera ſubire. Qua quidem
in re ego, qui veritatem, quantum in me eſt, tueri ſoleo,
partes D. Aueroldorum ante omnia defendam, multíſq;
oſtendam, eos cogi non poſſe, nec ſoluere nec regiſtrare.
Deinde ſingulatim diluam rationes & fundamenta, qui-
bus Lonatenſes vtuntur. ita enim res & clarior & aperta
magis erit. Quòd autem D. Aueroldi non teneantur nec
regiſtrare nec ſubire onera cum Lonatenſibus:
Primò facit à iure ſatis eſt fundata intentio Domino-
1 rum Aueroldorum. Siquidem † natura liberi omnes ſumus.
l. manumiſsiones. ff. de iuſt. & iur. §. vlt. Inſt. de lib. Hoſt.
& Ioan. And. in cap. nimis, de iureiur. & in ſpecie ita re-
ſpondit Crauet. conſil. 111. nume. 9. Non ergo præſumitur
2 ſeruitus † vel obligatio præſtationis cenſus, qui ſubiectio
nem arguit. §. ſi quis igitur, in authent. de natura. lib. &
reſponderunt Alex. conſil. 23. col. 2. lib. 5. & Calca. conſil.
34. col. 2. Cùm ergo fundata ſit Aueroldorum intentio,
Lonatenſes probare debent, ſe habere facultatem colle-
3 ctandi ipſos Aueroldos: cùm præſumptio, † quæ pro A-
ueroldis eſt, onus probandi contrarium in ipſos aduerſa-
rios reiiciat. l. generaliter. §. ſi petitum. in fin. ff. de fideic.
liber. Confirmatur ex ſententia Iaſ. in l. ſi priùs quàm.
num. 42. de ope. nou. nun. qui ex l. circa. ff. de prob. & l.
liberis. §. vlt ff. de liber. cauſ. docuit, quaſi poſſeſsionem
ſtatus & qualitatis, quæ à natura homini inſunt, transfer
re onus probandi contrarium in aduerſarium. Quinimò
4 † tanta eſt vis huius præſumptionis libertatis, quòd e-
tiamſi Lonatenſes eſſent in quaſi poſſeſsione collectandi
Aueroldos, adhuc ipſorum Aueroldorum intentio præ-
ferretur: quandoquidem verior videtur ſententia glo. in
d. l. ſi priuſquam, vbi Iaſ. num. 30. maiorem eſſe vim præ-
ſumptionis, quòd liber vnuſquiſque ſit, ea præſumptio-
ne, quæ à quaſi poſſeſsione ſeruitutis proficiſcitur. quod
5 ſine controuerſia procedit. cùm ſeruitutem † habere præ-
tendens, eam habere non poſsit ſine priuilegij conceſsio
ne. cap. cùm perſonæ, de priuileg. in 6. Iaſ. in d. l. ſi priuſ-
quam. num. 46. Quemadmodum hoc in caſu contingit, in
quo Aueroldi tanquam ciues Brixiæ maiores ſunt ipſis
Lonatenſibus. Non ergo ſine priuilegio poſſunt Lona-
tenſes aliquam poteſtatem & iuriſdictionem in ipſos A-
ueroldos exercere. Donec ergo Lonatenſes probent, ſibi
competere & eſſe ius collectandi Aueroldos; ſunt Aue-
roldi in ſua hac quaſi poſſeſsione libertatis tuendi.
Secundò ſuffragatur, quòd hactenus Aueroldi non ſol
6 uerunt collectas Lonatenſibus quo fit, vt ab vſu † non ſol-
uendi conſecuti ſint libertatem, quæ ita præſcribi ſolet. i-
ta in ſpecie reſponderunt Abbas. conſil. 101. num. 7. lib. 1.
& Crauet. conſil. 111. num. 3. Eſt enim adſcribendum negli
tiæ eorum qui cenſum & collectas non exegerunt, cùm
exigendi locus & occaſio extabat. Nam negligentibus
7 † iura non fauent, ſed eos pœnis afficiunt. quemadmo-
dum ſcripſi in commentariis de recup. poſſ. remedio 7.
num. 18. 20. & de arbitrariis iudicum, lib. 2. caſu 341. Quòd
autem Aueroldi nunquam ſoluerint has collectas cum
Lonatenſibus, fatentur ipſimet Lonatenſes, dũ aſſerunt,
ſe nunquam potuiſſe compellere ipſos Aueroldos ad ſol-
uendum: ob magnam eorum potentiam. Cuius quidem
confeſsionis pars prima vera eſt, & ab Aueroldis proba-
tur. Secunda verò falſa eſt, vt mox dicam. Hæc ſolida ra-
tio oſtendit, Aueroldos non ſolùm eſſe in quaſi poſſeſ-
ſione non ſoluendi, verùm etiam præſcripſiſſe liberta-
tem non ſoluendi, etiamſi Lonatenſes ius habuiſſent col
8 lectandi. Qui † ergo in ſtatu libertatis eſt; & eam præſcri-
pſit, onus aliquod non habet probandi eam; ſed is, qui
affirmatiuam prætendit, probare debet. ita in ſpecie re-
ſpondit Crauet. conſil. 111. nu. 11. & clarius Natta conſil.
446. nu. 14. lib. 2.
Tertiò confirmatur hæc ſententia, quia iniquum eſt a-
9 liquem duplici † onere premi atque grauari cauſa vnius
rei tantùm. l. Titia. §. qui inuita. de legat. 2. & in ſpecie
Crauet. conſil. 111. num. 8. & magis in terminis Natta con
ſil. 160. num. 34. lib. 1. & conſil. 447. num. 14. lib. 2. Cùm er
go Aueroldi pro eorum prædiis ſoluant cum ciuitate
Brixiæ, dicendum eſt, cogi non poſſe à Lonatenſibus, vt
cum eis ſoluant.
Quartò, quòd Aueroldi non teneantur cum Lonaten-
10 ſibus ſoluere, vel ex eo probatur, quòd † nunquam pro-
pria prædia in æſtimis Lonatenſium regiſtrarunt. Quòd
arguit eos non teneri contribuere cum ipſis Lonatenſi-
bus. ita arguit Crauet. conſil. 111. num. 13. & nume. 17. poſt
alios.
Id quod ratione naturali confirmatur; quia, ſi Aue-
roldi obligati fuiſſent eo modo contribuere, coacti fuiſ-
ſent recognoſcere prædia illa vti illi regiſtro obligata.
Nec dicendum eſt Lonatenſes in eorum libris ſcripſiſſe,
d. Aueroldos debitores hanc ob cauſam: quia reſponde-
tur, non licuiſſe eis hoc facere, vt infra ſuo loco dicam la-
11 tius. Eſt enim † in facultate cuiuſcunque alterum in ſuis
codicibus debitorem facere: non tamen hæc deſcriptio,
detrimento eſt, niſi aliunde conſtet, eum debitorem eſſe;
vel ſcribentis perſona publica ſit. Præterea aliud eſt ſcri-
bere aliquem debitorem ratione æſtimi; aliud eſt quòd
is factus debitor ſit in ipſo æſtimo deſcriptus. Nam, vt li-
12 ber † æſtimi deſcriptos poſſeſſores obliget, diligenter at-
que ſolenniter debet eſſe confectus & conſcriptus. Et
inter multa ſolennia illud requiritur, vt poſſeſſores qui
deſcribendi ſunt, citentur atque moneantur, vt valeant
notam facere prædiorum ſuorum qualitatem. quod pro-
bat l. 1. C. de cenſib. lib. 11. & tradunt Neuiz. conſ. 67. nu.
10. & Rol. conſ. 66. nu. 54. li. 1. qui alios plures recenſent.
Atqui in his regiſtris Lonati hoc obſeruatum cum Aue-
roldis non fuit: ſequitur ergo illos non teneri.
Quintò, vt huius ſim opinionis, me non parum mouet,
quòd fatentur Lonatenſes ſe has collectas exigere à non
nullis aliis ciuibus Brixiæ, vt DD. Ioan. Mariæ Piſcheriæ
& Ludouico Aſtenſi, oſtendunt Aueroldos, à quibus ni-
hil vnquam hanc ob cauſam fuit exactum, eſſe ab hoc mu
13 nere liberos. Nam vnius † obligatio alterius oſtendit li-
bertatem. ita in ſpecie noſtra arguit Crauett. conſil. 111.
num. 15. poſt Bal. in conſil. 257. Quæſtio, vertens, lib. 1. &
Cor. conſi. 264. col. 6. lib. 4. Non enim loci conſuetudo
obligat illos, qui illi conſuetudini nunquam conſenſe-
runt vel expreſſè vel tacitè.
Sextò ac vltimò vrget admodum cõcludens hæc argu-
mentatio. Habet ciuitas Brixiæ ſuis ſtatutis cautum, nec-
non & priuilegiis Sereniſsimi Dominij Venetorum,
quòd ciues Brixiæ habeant cõtribuere cum ipſa ciuitate,
& quod nõ poſſint cogi ab aliquo oppido & vniuerſitate,
vt pro prædiis, quæ illis in locis poſſident, cum illis con-
14 tribuant. Nec de horum ſtatutorum † viridi obſeruantia
dubium extat & iure ita præſumitur. lege Arriani. C. de
hæreticis latè Ripa l. admonendi numero centeſimode-
cimooctauo, de iureiurando. Nec etiam ambigitur quin





contra Lonatenſes locum habeant hæc ſtatuta, cùm illi
15 ciuitati Brixiæ ſubſint. Poteſt enim ſuperior † contrà infe-
riorem ſtatuere. arg. l. nam & magiſtratus. ff. de arbit. & l.
ille à quo. §. tempeſtiuum. ff. ad Trebel. & in claris his ter-
minis reſpondit Natta conſil. 160. num. 2. lib. 1. poſt alios,
quos recenſet. Atqui Aueroldi ciues Brixiæ ſunt: non er-
go cum Lonatenſibus, ſed cum ipſa ciuitate contribuere
tenentur.
Hac veritate patefacta ſolùm ſupereſt referre atque di
luere rationes & fundamenta, quæ à Lonatenſibus aduer
ſus Aueroldos adferuntur.
Primo itaque loco, quòd Aueroldi compelli poſsint
contribuere cum Lonatenſibus, facit. Eſt Lonatum op-
pidum à ciuitate Brixiæ ſeparatum, & ob id à ſeipſo mo-
deratur, à ſe ſuos æſtimos & regiſtros facit: ergo habet
facultatem regiſtrandi atque æſtimandi prædia ipſorum
Aueroldorum, cùm illa in ſuo territorio contineantur.
Nec enim aliqua extare dicitur differentia inter prædia i-
pſorum Aueroldorum, & alterius cuiuſcunque incolæ
16 loci Lonati: quandoquidem prædia † cenſenda & regi-
ſtranda ſunt, vbi ſunt ſita. l. forma. de cenſibus. Quòd au-
tem Lonatum ſit oppidum à Ciuitate Brixiæ ſeparatum
ex multis reſcriptis Sereniſsimi Dominij probari vide-
tur. Nam permulta reſcripta anni 1441. 1443. 1444. 1473.
affirmant, territorium Lonati eſſe ſeparatum à ciuitate
Brixiæ. Et expreſsim in reſcripto anni 1473. in hæc verba
legitur. Quòd ſeparati à cæteris diſtrictualibus agri Bri-
xienſis ſunt. Quæ quidem verba non enuntiatiua, ſed aſ-
ſertiua videntur. Idem aſſeritur in reſcripto anni 1474. in
quo hæc ſunt verba, inhærentes nos ſeparationi. Idem in
reſcripto anni 1480. ibi, Nam inhoneſtum herclè puta-
mus, quòd cùm ipſi de Lonato ſint ſeparati & limitati,
17 &c. Quæ † ſanè toties repetitæ aſſertiones Principis opti-
mè probare videntur rem ita ſe habere, iuxtà clem. 1. de
probat. & ſcribunt relati à Crauet. in trac. de antiq. temp.
parte prima.
Reſpondetur multipliciter, & verè opinor hoc funda-
mentum vrgere contra ipſos Lonatenſes. Quod vt pate-
faciam, ſciendum eſt priùs, quòd anno 1192. Henricus Im
perator eo tempore Brixiæ dominus ſuo priuilegio con-
ceſsit Ciuitati Brixiæ regalia omnia, quæ tunc in diœceſi
& territorio Brixiæ obtinebat: & deſcribendo confines
Brixiæ inter illos comprehendit & Lonatum. Hæc re-
galium conceſsio hunc parit effectum, vt Lonatum, quod
tunc immediatè ſubiiciebatur ditioni Henrici, nunc ſub-
18 ſit immediatè Brixiæ. Nam † ſubrogatum locum & na-
turam obtinet eius, in cuius locum ſubrogatum eſt. l. eum
qui. §. qui iniuriarum. vbi latè Iaſ. ff. ſi quis cautio. Idem
Brixiæ ſuo priuilegio contulit Bernabouus Vicecomes
Brixiæ tunc dominus anno 1349. Quæ ſanè confirmata at
que ita interpretata fuerunt à Sereniſsimo Dominio.
Nam anno 1439. ſuo priuilegio conceſsit huic ciuitati, quod
oppida & caſtra omnia territorij Brixiæ, quæ acquireren
tur, ipſi ciuitati ſubiicerentur, ac vnita illi forent; non
obſtante quauis ſeparatione, aliáque contraria conceſ-
ſione. Neque dubium eſt, quin ſub territorio Brixiæ Lo-
natum contineatur. His priuilegiis, ſæpius etiam à Sere-
niſsimo Dominio confirmatis, nunquam contradixit
Lonatum: imò (vt mox ſubiiciam) approbauit. Prætereà
ſciendum eſt, quòd anno 1441. cum Sereniſsimum Domi
nium mandaſſet Brixiæ, vt intra biennium ſolueret coro-
natos duo mille in ſingulos menſes, vnà tamen cum eius
territorio. Huius oneris diſtributione atque diuiſione fa-
cta per Clariſsimos Præfectos Brixiæ vna illius portio à
Lonatenſibus perſoluenda aſsignata fuit. Hinc infertur,
19 Lonatum † non ſolùm ſubeſſe Brixiæ, verùm etiam ex o-
neribus Brixiæ indictis eſſe illi contingentem portionem
aſsignandam. Hinc etiam infertur, Brixiam eſſe caput, &
Lonatum vnum ex membris ipſius capitis; atque ita v-
20 niuntur vt membra capiti humano. Hæc onerum † impo-
ſitio, quæ à Ciuitate Brixiæ Lonatenſibus indicitur, ſub-
iectionem arguit. §. ſi quis igitur, in auth. de natura. libe.
Alex. conſil. 23. col. 2. lib. 5. Calca. conſil. 34. col. 2. & Iaſ.
conſi. 166. col. 2. lib. 4. Confirmatur, quia in illo reſcripto
anni 1441. ſcriptum eſt, portionem Lonatenſibus aſsigna-
21 tam eſſe limitationem. Limitatio † ſub regula eſt, vt ſcri-
bit Dec. in l. 1. nu. 22. de reg. iur. & regula cum ipſa limita-
tione vnum corpus conſtituit, etſi in limitatione diuerſa
aliqua qualitas inſit. Præterea Lonatum ciuitati Brixiæ
22 ſubiici, illud apertè oſtendit, quòd Brixia Prætorem † vt
illi iuſdicat, mittit. Et iuſdicere & poteſtatem exercere,
maioritatem arguit. l. vlt. ff. de iuriſd. omn. iud. Ita etiam
cauſæ appellationum vel conſilij ſapientis, quæ à Præto-
re Lonati ſunt, excellentiſsimo Collegio Brixiæ deuol-
uuntur. Hæc ergo omnia arguunt ſuperioritatem; cum
23 appellatio † non niſi ad iudicem ſuperiorem fiat. l. præci-
pimus. C. de appel. His ita conſtitutis & expoſitis, nunc
reſpondeo argumentationi à Lonatenſibus propoſitæ,
falſum eſſe illud Lonati præſuppoſitum, quòd ſcilicet
territorium habeat à ciuitate Brixiæ ſeparatum: quia imò
eſt illi vnitum atque ſuppoſitum. Reſpondeo ſecundò, &
24 animaduertendum cenſeo, integrum corpus † Brixiæ in
tres partes diuidi. Vna eſt ciuium, altera diſtrictualium,
tertia oppidorum ſeparatorum à territorio Brixiæ. Hanc
diuiſionem apertè probat illa diſtributio onerum anni
1441. Cuius pars prima ciuibus, ſecunda diſtrictualibus,
tertia locis ſeparatis à diſtrictu aſsignata fuit. Lonato &
Aſulæ vti ſeparatis diſtrictu Brixiæ vna portio coronato-
rum quinque centum & ſexaginta fuit aſsignata. Qua di-
uiſione ita cognita dicendum eſt, quòd quando Sereniſ-
ſimum Dominium in ſuis reſcriptis anni 1473. 1474.
25 1480. & 1481. aſſerit † Lonatum eſſe ſeparatum, non aſſe-
rit eſſe ſeparatum à corpore Ciuitatis Brixiæ, ſed ſolùm
eſſe ſeparatum à diſtrictualibus, vt vna ſit portio diſtri-
ctualium, & altera ipſius Lonati: non tamẽ hinc fit, quin
ita Lonatum ac ipſi diſtrictuales, vnitum ſit ciuitati Bri-
xiæ: quemadmodũ pes & manus duo diſtincta ſunt mem
bra, & tamen vtrumque in corpore hominis continen-
tur. Eſt ergo huic primo Lonatenſium fundamento ſa-
tisfactum.
Secundò mouentur Lonatenſes, vt oſtendant eorum
oppidum eſſe à Ciuitate Brixiæ ſeparatum, ex priuilegio
26 conceſſo à Sereniſsimo Dominio anno 1517. Quo † qui-
dem confirmata fuerunt Lonatenſium ſtatuta vnà cum
eorum immunitatibus, vnionibus, limitationibus, ſepa-
rationibus & conſuetudinibus ſolitis. Quæ quidem priui
legia inferunt, Lonatenſes habere immunitates & ſepa-
rationes. Id quod intelligendum videtur à ciuitate
Brixiæ.
Reſponderi primò poteſt vno verbo, quòd hæc priui-
legia inferunt, Lonatenſes habere vniones, quæ intelli-
27 guntur cum ciuitate Brixiæ. nam verba † obſcura con-
tra impetrantem priuilegium vel reſcriptum interpre-
tantur. lege veteribus. digeſtis de pactis. atque ita funda-
mentum retorquetur. Prætereà non concludit neceſſa-
riò, niſi aliunde probetur; Lonatum habet immunitates
& ſeparationes, ergo id intelligatur à ciuitate Brixiæ:
cùm id, & verius (vt diximus) eſſe poſsit à diſtrictua-
libus.
Reſpondeo tamen ſecundò & apertius, & ante omnia
ſciri volo, hæc ſeparationis priuilegia (ſi modo huiuſmo-
28 di hæc ſunt) odioſa † admodum eſſe, & ob id ſtrictiſsi-
mam tantùm interpretationem admittere, vt tantum o-
perentur, quantum aperta illorum verba ſignificant, ca-
pitulo priuilegia, de priuilegiis. Et in ſpecie priuilegia
29 ſeparationis & exemptionis ita fore interpretanda, ſcri-
bunt Abbas in capitulo cùm dilectus, de donatione. &
Antonius de Prætis in tractatu de iuriſdict. epiſcopi, ca-
pitulo primo, numero octauo. Ea eſt ratio, quia ex ea ſe-
paratione non leue detrimentum adfertur loco, à quo
ſeparatio fit. Quemadmodum hoc in caſu eueniret: nam
Brixia ſuam iuriſdictionem amitteret, & Aueroldi, qui
hodie vti ciues præſunt Lonatenſibus, illis ſubiicerentur:
quod indignum & indecorum admodum eſt, vt ſupe-
30 rior † inferiori ſubiiciatur: ob id non præſumitur id à
Principe conceſſum. capitulo primo, paragrapho præter-
eà ducatus, de prohibitione alienata per Federicum ar-
gumento à fortiori ſumpto à gloſſa, lege inuitus, ff.
de fideicommiſſaria libertate, dum ſcribit Principem
31 † inuitis ſubditis non poſſe ciuitatem, vel oppidum alie-
nare. qua de re ſcripſi conſilio ſecundo, numero du-
centeſimoſeptuageſimoquarto, quæ hîc de induſtria
prætereo.
Hoc ita explicato atque firmato dicendum eſt, quòd
quando Lonatenſes impetrarunt priuilegium à Sereniſ-
ſimo Dominio, fuit illis cõceſſa confirmatio priuilegiorũ
immunitatis, gratiarũ & decretorum iam conceſſorum
ab excellẽtiſsimo conſilio Sereniſsimi Dominij: & quòd

in reliquis forent in eodem ſtatu & gradu, in quo ante
32 bellum reperiebantur. Quæ confirmatio † nil tribuit no-
ui, vt ſcribunt Dec. in l more. num. 31. de iuriſd. omn. iud.
ſed tantùm confirmat quod antè reperiebatur: Atqui
non oſtendunt Lonatenſes aliquam ſeparationem eis
conceſſam fuiſſe ab excellentiſsimo Collegio, ſequitur il
lam confirmationem quò ad hunc effectum eſſe inuti-
lem. Præterea & ſecundò confirmata illa omnia fuerunt,
vt ſint Lonatenſes in eo ſtatu & gradu, in quo ante bel-
33 lum reperiebantur. Hanc † ergo qualitatem, ſuæ ſcilicet
conditionis & ſtatus ante bellum probare debebant Lo-
natenſes, vti in ſpecie reſpondit Natta conſil. 160. nume.
19. lib. 1.

Reſpondeo tertio loco, & hîc ſummopere animaduer
tendum cenſeo, admiſſo, quòd priuilegia Lonatenſibus
conceſſa clarè & expreſſè eis tribuant ſeparationes & ex-
emptiones à ciuitate Brixiæ: adhuc dico illa priuilegia ni
hil eis prodeſſe: ſiquidem iure non ſuſtinentur. Quod, vt
34 patefaciam, ita argumentor. Actus † omnes humani tria
requirunt, vt conficiantur & conſiſtant: nempè conficien
tis voluntatem, eiuſdem poteſtatem, ac tertiò cauſam ho
neſtam & iuſtam. ita cenſent noſtri, vt gloſſa prima, l. ſi
filiæ. C. de donatio. ante nupt. in capitulo ſuper abbatia.
de offic. deleg. latè Neuizanus inter conſilia Bruni con-
ſilio duodecimo, numero quinto. Socin. Iun. conſil. 95.
num. 4. lib. 3. & alibi.

Sed in hac priuilegiorum conceſsione hæc tria omni-
nò ceſſant: ergo nil operari debent. Dicam primò, an
hîc iuſta & honeſta adfuerit ſeparationis cauſa. Et verè o-
35 pinor non adfuiſſe. Hæc cauſa † tria requirit, vt iuſta at-
que honeſta dici poſsit: quòd ſecundum æquitatem lici-
ta ſit, quòd conueniens ſit ſecundum honeſtatem: quòd
expediens ſit ſecundum vtilitatem. Ita de his ſeparatio-
nibus atque exemptionibus verba faciens cenſuit Bal. in
tract. de exemptionibus. in princ. Quo loci recenſet mul
tas cauſas iuſtas, quibus hæ ſeparationes & exemptiones
concedi poſſunt. Inter illas ne vnam quidem reperio, quę
hîc adaptari poſsit. Vnam atque primam cauſam perpen-
dit Baldus, vt ſcilicèt quies & pax ſit inter loca, quæ ſepa
rantur. Quæ ſanè cauſa hîc ceſſabat: non enim Lonaten-
ſes moleſtia aliqua à Brixienſibus afficiebantur: imò ab
eis ſemper adiuti atque defenſi fuerunt.

Secunda eſt cauſa, à Baldo relata, profeſsionis diuer-
ſitas, quæ ſanè cauſa, cum viris religioni dicatis ſolùm cō-
uenire videatur, hîc non poteſt adaptari. Tertia, princi-
pum, quibus ſubſunt diuerſitas, quæ cauſa, vt re ipſa con
ſtat, hîc non conuenit. Ceſſant & cæteræ omnes cauſæ,
quæ ad has ſeparationes concedendum iuſtæ creduntur.
Quas quidem ſeparationes in eccleſiis non aliter conce-
di voluit Bonifacius Octauus, quam quando etiam ob-
ſeruaretur à ſe edita conſtitutio relata in capitulo ſi Papa,
de priuil. in 6. Quo loci conſtituit, quòd, etiam ſi atteſta-
tur Pontifex, eccleſiam aliquam eſſe ſeparatam, non ta-
men ex ea atteſtatione illa ſeparatio infertur, niſi de ea a-
liunde plenè conſtet. Et ibidem alia conſtituit Bonifa-
cius, quæ optimè caſui noſtro adaptari poſſunt. Secundo
nunc loco dicendum eſt de auctoritate Sereniſsimi Do-
minij in concedenda hac ſeparatione. Qua quidem in re
mentis meæ non eſt aliqua fari, quæ ſint aduerſus ſupre-
mam illius poteſtatem & auctoritatem: cùm tanta alio-
36 qui † ſit huius Sereniſsimi Dominij in ſuos poteſtas, quan
ta illa Imperatoris in toto ſuo Imperio, vt cenſuit Af-
flict. deciſ. 305. numero ſeptimo, poſt Baldum in l. cùm te
ſtamentum. C. de iuris & facti igno. & ſcribunt multi à
me relati ſuprà conſilio ſecundo, numero ſexageſimoter
tio. Dicam ergo ſolùm de regulata & ordinata poteſtate
iuxtà æquitatem & iuſtitiam. Qui ſanè ſermo, (ni fallor)
Sereniſsimo Dominio, ſanctiſsimæque Reipublicæ mi-
nimè diſplicebit, quandoquidem diſplicere ei non de-
bet, non poſſe; quæ nec Deus Optimus Maximus non
37 poteſt. Deus † itaque Optimus Maximus ea non poteſt,
quæ mali & peccati ſunt. capitulo vltimo de pœniten. di-
38 ſtinct. 2. cùm non ſit potentiæ † defectus, nolle iniqua &
iniuſta. Crauett. conſilio ducenteſimoquadrageſimopri-
mo, numero vigeſimo. Hinc ſcriptum eſt, Io. cap. 1. ſine
eo factum eſt nihil, hoc eo, peccatum ſine Dei voluntate
factum eſt. Hæc quoque eſt Theologorū vera ſententia,
39 Deum † peccare non poſſe, vt ſcribit Card. Zabarella
conſil. 142. col. 1. Idem de principibus hujus ſæculi dicen-
40 dum eſt, cum, vt iuſtitiam † adminiſtrent, Dei loco ſint.
authent. de armis, in princip. Hinc rectè noſtri ſcribunt,
quòd quando Princeps abſoluta aliqua poteſtate vtitur,
ratione ſcilicet non regulata, quòd inquam crudelis eſt il
41 la poteſtas, cùm † poteſtas in peccando poſita non ſit, c.
1. 40. diſtinct. cap. ſunt quidam, 25. quæſt. 1. Abbas in capi-
tulo cùm teneatur. de præbend. Et verè hîc non dicitur
defectus poteſtatis, ſed potius voluntatis, cùm iuſtiſsi-
mus Deus, quod malum & peccatum eſt, nolit. Dicamus
nunc, an, vbi conceſſa foret hæc ſeparatio, iniuſtum &
malum id fuiſſet. Et verè dico, quòd iniuſtum admodum
& ſummum fuiſſet peccatum. Nam, hoc fuiſſet, datam fi-
dem violare: quod ſanè ſummum atque perhorrendum
peccatum nullo modo in hoc Sereniſsimo & iuſtiſsimo
Dominio conſiderari poteſt. Quòd fuiſſet fidei violatio,
vel ex eo demonſtratur; quòd non ſemel Sereniſsimum
ipſum Dominium confirmauit priuilegia & ſtatuta Ciui-
tatis Brixiæ; & non ſemel promiſit, ſe ea ſeruaturum at-
que rata habiturum. Atqui illa ſtatuta & priuilegia (vt
iam dixi) continent hanc vnionem & ſubiectionem Lo-
nati erga Brixiam: non ergo dicendum eſt Sereniſsimum
Dominium voluiſſe fidem datam violare; & hæc iura Bri
xiæ infringere: cùm fidem violare (vt iam probaui) pec-
42 catum graue ſit. Hinc ſciibunt omnes, † non ſolùm pri-
uatos homines, ſed & Principes ipſos teneri datam fidem,
& pacta conuenta ſeruare. ita omnes in capitulo primo,
de probat. clem. paſtoralis, de re iud. Fulgoſ. conſilio ſe-
xageſimoprimo, columna ſecunda. Crauett. conſil. 135.
numero quinto. ſunt equidem illa à iure naturæ. l. ex hoc
iure, de iuſt. & iure. Quod ſanè ius infringere nullo mo-
do poteſt Princeps. ita omnes in capititulo quæ în eccle-
ſiarum, de conſtit. Hinc Philoſophorum Princeps Ari-
ſtoteles nil magis ſuadebat Alexandro Macedoni, quàm,
vt datam fidem ſeruaret: quemadmodum grauiſsimi ſcri-
ptores Plutarchus & Q. Curtius in Alexandri vita ſcri-
ptum reliquerunt, & quanti ſit fidem ſeruare, ſuo exem-
plo nos docuit Attilius ille Regulus, de quo apud Cice-
ronem in officiis, & alios, quos ex induſtria omitto. Præ-
tereà, vbi Sereniſsimum Dominium hanc feciſſet ſepa-
rationem, ingratitudinis vitio (bona venia ſemper ſit di-
ctum) laboraſſet. Nam ciuitas Brixiæ vel eiuſdem Sere-
niſsimi Dominij teſtimonio ſummæ fidelitatis erga i-
pſum commendatur: & omniū annales pleni ſunt, quan-
tæ ſemper fidei erga ipſos Venetos fuerit. Quin ob eius
bene merita promiſit Sereniſsimum Dominium, ſe ſer-
uaturum priuilegia & ſtatuta ipſius ciuitatis. Si ergo hāc
conceſsiſſet ſeparationem, graue hoc ingratitudinis pec-
catum commiſiſſet: quod nulla ratione dicendum eſt,
cùm nimis graue illud ſit, vti leges & omnium exempla
docent. & Venetos ipſos hoc ingratitudinis vitio alie-
nos ſemper fuiſſe, notum eſt omnibus atque exploratum
quin, liberè dicam & verè, nationem aliquam ab ipſo qui
dem mundi exordio ad hæc vſque tempora nūquam ex-
titiſſe, quæ Venetos gratitudine ſuperauerit. Etenim ſunt
hi (vt vno me expediam verbo) omnium virtutum gene-
re cumulatiſsimi. Hoc etiam poſito, quòd ob benemerita
43 conceſſa ſint priuilegia † hæc à Sereniſsimo Dominio, ſe-
quitur illa infringi nulla ratione poſſe; cùm contractus
44 † vim illa obtineant. ita doctè reſponderunt Socin. Iu-
nior conſilio ſeptuageſimoſexto, numero trigeſimoo-
ctauo, libro primo. Pariſius conſilio primo, numero no-
nageſimooctauo, libro primo. & Bellonus conſilio tri-
geſimoſeptimo ad finem. Quod de ipſa Ciuitate Brixiæ
dictum fuit, idem dicendum eſt de ipſa nobiliſsima Aue-
roldorum familia, cuius maxima erga Remp. Venetam
beneficia tot extiterunt, vt priuilegio & ciues Veneti fa-
45 cti ſint: & alia permulta in memoriā grati beneficij con-
ſecuti ſint. Nec dubitandum quin ſeparatio hæc mirum
in modū læderet Ciuitatē Brixiæ, ſi verè fuiſſet conceſſa:
Hoc clarè & dilucidè demonſtratur, ratione (mea quidem
opinione) optima atque concludenti: qua aſſero, quòd v-
bi ita foret conceſſum Brixiam maius detrimentum ac-
cepturam, quàm ſi eam Sereniſſ. Dominium ex toto in
alterum Principem transferret. Nam, ſi integra ipſa Bri-
xiæ Ciuitas in alterum Principem à Sereniſsimo Domi-
nio tranſlata foret, apud ſe ſua omnia membra retineret:
nec onerum & collectarum cauſa tantum premeretur,
quantum ſi hoc Leonati oppido careret: nec ſua illa iuriſ-
dictione, quā hodie (vt diximus) in Lonatenſes exercet,
priuare-



priuaretur. Quibus tamen & careret & priuaretur ſic huic
ſeparationi locus foret: & tanquam corpus lacerum ſua
hæc omninò neceſſaria membra amitteret. Hāc noſtram
veram & æquam ſententiam probant duæ claræ Pontifi-
cum conſtitutiones ſi ſimul iunguntur. Vna eſt Bonifa-
cij 8. in cap. dudum, de rebus eccleſ. non alienan. Altera
Clementis ſeptimi in clem. 1. de rebus eccleſ. non alienan
46 Conſtituit † Bonifacius, non licet Epiſcopo rem vnius ec
cleſiæ in aliam transferre, ſine cauſa iuſta, ac ſine conſen-
ſu Rectoris illius eccleſiæ: & tamen placuit Clementi, iu-
ſtis de cauſis Epiſcopo licere ſine conſenſu Rectoris ec-
cleſiæ vnam eccleſiam alteri vnire. Rationem diuerſitatis
harum conſtitutionum egegiam & notatu dignam attulit
glo. in d. clem. vlt. in verbo, defenſor. quòd ſcilicèt mi-
nus damni eccleſiæ adfertur cùm alteri vnitur, quam quā
do vna res alteri conceditur. Nam ex ſingulari illius rei
alienatione damnum ſemper illa ſentit; & ab vnione in-
terdum commodum ac ſummam vtilitatem ſentire po-
teſt: cum eccleſia, cui vnitur, poſſit eſſe pinguior & à dili-
gentiori Rectore adminiſtrata. Eſt ergo vera ratio hæc,
quod Brixia maius damnum ſentiret ex hac ſeparatione,
quam ſi illa ex toto in alterum Principem & dominum
transferreretur. Hoc ita conſtituto, dico nunc, quod po-
47 tuiſſet † aut poſſet Sereniſſimum Dominium iure ordina-
rio alienare Brixiam, & in alium Principem eam transfer
re: ita glo. in l. inuitus. ff. de fideic. lib. & latè Cra. conſilio
241. nu. 6. & dixi ſuprà.

Ea ratione vtuntur, quia mutare Principem, graue ad-
modum eſt, cùm è bono & iuſto reperiri poſſit iniquus,
impius & perfidus. quo nil peius euenire poteſt populis,
tum ob iuſtitiæ adminiſtrationem, tum etiam, quia (vt
48 Philoſophus dicebat, & vſu comprobatur) talis † efficitur
populus, qualis eſt Princeps. Si ergo non potuiſſet Sere-
niſſimum Dominium inuitis ciuibus Brixienſibus eam ci
uitatem alienare, & in alium transferre, non etiam potuiſ
ſet ex iure regulato & ordinario ſeparare hoc oppidum
Lonati ab ipſa ciuitate Brixiæ.

Tertiò dicendum nunc reſtat de voluntate Sereniſſimi
Dominij, an ſcilicèt hanc ſeparationem concedere vo-
49 luerit. Et verè opinor noluiſſe concedere. Voluntas † duo
bus modis conſideratur, expreſſa & tacita. Dictum fuit
ſuprà, expreſſam non adeſſe: nunc patefaciam & tacitam,
quæ coniecturis infertur, deficere. Primò ex rationibus iā
adductis. Eſt enim graue delictum fidem violare, & ob be
nemerita conceſſa infringere. Non ergo præſumendum
50 eſt voluiſſe † concedere hæc quæ delictum & iniquitatem
arguunt: cùm princeps, vt iuſtus eſt, velit ea tantum quæ iu
ſta ſunt. Secundò hoc demonſtratur, quia, ex quo Lona-
tenſes nullam cauſam iuſtam atque honeſtam huius ſe-
parationis Sereniſſimo Dominio narrarunt, non eſt præ-
ſumendum ſeparationem concedere voluiſſe. Siquidem
51 clari iuris eſt, quod vbi ex alicuius priuilegij † conceſſio-
ne lædi aliquis poteſt, conceſſio illa concedi non debet
52 ſine magna cauſæ cognitione: cùm cognitio † cauſæ à iu-
re naturæ ſit, vt inquit Bald. in l. iudex. C. commina. &
53 epiſt. illo textu. ſuadet enim lex † naturæ ſine cauſa ius al-
terius tollendum non eſſe. l. 2. ff. de ijs qui ſunt ſui vel a-
lieni iuris capitulo ſine culpa, de reg. iuris in ſexto. Hinc
ſanctiſſimè D. Paulus ad Timoth. 1. capitulo quinto iudi
ces admonuit, ſine præiudicio nihil facere debere in alte
ram partem declinando, ſine præiudicio, hoc eſt ſine cau
54 ſæ cognitione & diligenti examinatione. Hæc cauſæ † co
gnitio plura requirit, nempè quod aduerſarius monitus
ſit & citatus; quod iura partium concedendi Principij ex
55 ponantur, quod is Princeps † non præcipitanter, ſed pen
ſatè procedat. & alia quæ copioſè retuli in commentariis
de arbitrariis iudicium, libro primo, queſtione decima-
octaua. Cùm ergo nihil horum in hac conceſſione inter-
uenit, dicendum eſt, Sereniſſimum Dominium eam con
ceſſionem facere noluiſſe. Tertiò fortius dico, imò has cō
ceſſiones priuilegiorū innuere Principem noluiſſe aliquo
56 modo concedere hanc ſeparationem. Nam longa † priui
legiorum obſeruatio eſt ipſorum priuilegiorum fida in-
terpres: ita Roman⁹ conſilio ducenteſimoſeptuageſimo
primo, columna ſecunda, numero tertio. Aret. conſil. vn
decimo, columna tertia, verſiculo ſed limita. Socinus Se-
nior conſilio vondecimo columna vltima, libro pri-
mo & Dec. conſilio 156. columna vltima qui & illud ſcri-
bunt, hanc obſeruantiam non requirere longam tempo-
ris præſcriptionem. Atqui in caſu noſtro iamdiu obſer-
uatum fuit, quòd hæc priuilegia nullam contineant ſepa-
rationem: ergo præſumitur Principem eam non coceſſiſ-
ſe. Quartò. admiſſo ita Principem voluiſſe, reſpondetur
ex contrario tanti temporis vſu eſſe extinctam hanc ſepa
rationem. Eſt enim vera interpretum ſententia hæc, con
57 trario vſu † quadraginta annorum extingui. ita Bart. in l.
lîcitatio. § earum. ff. de public. Alexand. conſilio decimo
ſexto numero 24. libro quinto, Ruin. conſi. 210. columna
6. lib. 1.

Tertiò adduntur Lonatenſes, vt oſtendant ſe iure com
pellere poſſe Aueroldos, vt eorum bona ibidē regiſtrēt,
& ſecum ad onera contribuant, ex reſcripto à Principe
Venetiarum eis conceſſo, anno 1516. die 21. Decembris,
quod hoc continet quod forenſes & non habitantes in
oppido Lonati, ſoluere teneantur onera cum ipſo
oppido, ex cauſa bonorum, quæ in eo territorio poſſi-
dent. Atqui Aueroldi forenſes ſunt, non habitantes, &
eorum bona ſub illo territorio ita ſunt, ergo iuxta reſcri
ptum cum Lonatenſibus ſoluere tenentur.

Reſpondetur multipliciter: primò, hoc reſcriptum ad
rem non conferre: quandoquidem ſolùm loquitur de fo-
renſibus illis, qui in futurum bona ſita in eo territorio Lo
nati acquirent. At Aueroldi non acquiſiuerunt quæ nunc
poſſident prædia in eo territorio Lonati, poſt huius re-
ſcripti conceſſionem: cum antiquitus hæc poſſederint.
Cùm ergo caſui noſtro reſcripti verba † non conue-
58 niant, nec etiam conuenit diſpoſitio lege quarta § .to-
ties. ff. de damno infe. & paſſim omnes ex hac trita iuris
regula. Confirmatur hæc reſponſio, quia hoc reſcriptum
vult, quod foronſes qui emerunt eorum, qui cum Lonatē
ſibus ſoluere onera conſueuerunt, in futurum etiam cum
illis ſoluere teneantur. Solùm ergo loquitur reſcriptum
de bonis. quæ ſoluere ſolent: atqui prædia & bona Auerol
dorum non conſueuerunt ſoluere cum ipſis Lonatenſibus
ergo in reſcripto de his non agitur. Quòd ſoluere non cō
ſueuerunt, ſatis ex iam ſuprà traditis conſtat: & ipſi Lona
59 tenſes, qui hanc conſuetudinem † allegant, probare eam
debent l. actor. cum ſimilibus. ff. de probat. Eſt enim con-
60 ſuetudo quid facti. ob id probari debet ab eo, qui eam al-
legat. ita in ſpecie Doct. d. l. de quibus.

Prætereà, & fortius dico, quòd quando hoc reſcriptum
iam relata verba non contineret; adhuc illa ſubintelli-
61 gerentur. Siquidem Principum reſcripta † à iure commu-
ni interpretationem recipiunt, vt inquit Bal. in capitulo
ſuper eo columna prima verſi. & ideo verba. de off. dele-
62 ga. Lex verò communis ſtatuit, quod prædia † ſolida ſol-
uere cenſus & alia onera tranſlata intelliguntur vnà cum
eiſdem oneribus. ita docuit poſt multos Iaſo. in l. is cui o-
63 pus. nu. 6. ff. de operis noui nunt. Quod † procedit etiamſi
alicui priuilegiato vendantur, vt eccleſiæ. ita Soc. Senior
conſilio quadrageſimoquinto libro tertio & conſilio duo
decimo libro quarto, vel fiſco. ita Soc. Iunior conſilio 74.
numero octauo libro rertio & latiſſimè Tiraquell. tract.
de retractu conſang. § . 1. gl. 9. numero 112. & glo. 10. nu. 13.
ea eſt huius ſententiæ ratio, quia onus eſt rei annexum; ob
id vnum ſine altero eſſe non poteſt. Nos verò alio in caſu
verſamur.

64 Reſpondeo ſecundò, reſcripta † eſſe potius interpretā
da fruſtrà impetrata, quàm vt indebitè tertium lædant, ita
Bald. in d. ca. ſuper eo, vlt. nota. de offic. deleg. Iaſon con-
ſilio quingenteſimoſeptimo, columna penultima, libro
tertio. & idem in l. ex facto. 4. notab. de vulg. Dec. conſi-
lio vndecimo columna quinta & tunc præſertim cùm is
tertius tempore conceſſionis reſcripti nec monitus, nec
auditus de iure ſuo fuit. Non enim præſumitur Principem
65 † velle alterum lædere, vt alteri proſit. Si ergo hoc reſcri-
ptum intelligeretur, quòd Aueroldi teneantur ſoluere o-
nera cum Lonatenſibus, ſequeretur quòd ipſi Aueroldi,
nec moniti, nec de iure ſuo auditi maximè læderentur, dū,
vt maiores inferioribus (vt iam dixi) ſubijcerentur, & du-
plici onere grauarentur; quia Brixiæ, vbi hactenus ſolue-
runt, & Lonati ſoluerunt, aduerſus iuris ſententiam. l. Ti-
tia. § . qui inuita. de. leg. 2. & in ſpecie reſpondit Craue. cō
ſilio 111. numero octauo & ſuprà attigi. Læderetur etiam
ciuitas Brixiæ, à cuius ęſtimo hoc quod maximum eſt, au
ferretur. Hoc ergo reſcriptū intelligendum eſt, non de ip-
ſis Aueroldis, ſed de alijs forenſibus, qui non ſint ciues
Brixiæ.

Quartò nituntur Lonatenſes argumento ducto à codicibus ſui æſtimi atque regiſtri; in quibus ſcripti ſunt Aueroldi vti debitores ab anno 1509. vſque ad 1520. 1528. & & ab anno 1545. hactenus. Quod ſanè debitum recognouerunt Aueroldi ob ſolutionem quam anno 1525. fecerunt. Non ergo negare poſſe videntur Aueroldi, quin cum Lonatenſibus teneantur ſubire onera.

Reſpondeo primò, vtiam ſuprà attigi, nil referre, quòd curauerint Lonatenſes in eorum codicibus ſcribi Aueroldos eſſe ratione æſtimi debitores: cùm aliud ſit quod Aueroldi deſcripti ſint, vt debitores, aliud verò quod verè ſint debitores. Hinc multis conſtat, non eſſe debitores indebitè ergo ita deſcripti fuerunt. Nec liber æſtimi Lonatenſium præiudicium aliquod adfert ipſis Aueroldis, nec ciuitati Brixiæ, cùm nec moniti, nec citati fuerunt tempore confectionis æſtimi & regiſtri, vt citandi erant, quemadmodum ſuprà diximus.

Reſpondeo ſecundò, & fundamentum hoc aduerſus ipſos Lonatenſes retorqueo. Nam, cũ pro maiori parte temporis deſcripti non fuerint debitores ij Aueroldi in illis libris æſtimi, ob id iudicandi ſunt, non teneri cum Lona-
66 tenſibus iſtis ſoluere. Siquidem caſus † dubius à frequentiori actu & obſeruantia interpretationem recipit. Arg. l. quæritur. ff. de ſtatu hom.

Reſpondeo tertiò, quod cùm Lonatenſium conſuetudo & obſeruatio deſcribendi Aueroldos, vt ſuos debitores, continua non fuerit, ſed ſæpe interrupta, nil contra ipſos Aueroldos operari poteſt. Nam omnium eſt ſententia in lege de quibus. ff. de legibus & in capitulo vltimo,
67 de conſuetudine, conſuetudinem † & præſcriptionem tunc prodeſſe cum continua fuit; quandoquidem ſi aliquando ceſſat, oſtendit populo & præſcribenti, ſibi eam non placere: & contrarium potius à ſe probari. Nec dubitationem mouet conuentio illa anni 1525. quia mox illi ſatisfaciam.

Quintò, vtuntur Lonatenſes fundamento illo ex dicta
68 conuentione anni 1525. qua Aueroldis † placuit ſoluere expenſas militum anni 1516. ob id præiudicium ſuæ immunitati atque iuri ſuo attuliſſe dicuntur. eo enim actu declaraſſe videntur, ſe teneri pro his oneribus contribuere cum ipſis Lonatenſibus.

Reſpondeo primò, has conuentiones initas ſemper fuiſſe, proteſtationibus adhibitis quod ex illis actibus nullum intelligeretur allatũ præiuditium in futurum iuribus ipſorum Aueroldorum proteſtantium. Quæ quidem
69 † proteſtationes hunc effectum pariunt, vt ſalua ſint proteſtantis iura. l. non ſolùm. §. morte. vbi omnes. ff. de operis noui nuntiat.

Reſpondeo ſecundò, quod etiamſi liberè eam ob cauſam factæ forent ſolutiones, non tamen ipſis Aueroldis in futurum præiudicium aliquod attulit. Siquidem ſolu-
70 tio † illa ratione præteriti, non autem futuri præiudicium & damnum adfert. ita cenſuit Guido Pap. q. 387. & Abbas conſilio 94. libro 1. Alexan. conſilio 33. libro quinto, & clarè in ſpecie hac Natta conſilio 446. numero decimoſexto. lib. 2.

Reſpondeo tertiò, quòd Lonatenſes non probarunt ſolutiones illas, factas ob id fuiſſe ab Aueroldis, quòd eorũ bona ſubijcerentur ſuo Lonatenſium æſtimo. id quod verè probandum erat: non enim clarum eſt id eam ob cauſam fuiſſe factum. Quæ quidem conſiderari non poteſt: nam ſi id foret verum, non ſolùm ob illas expenſas militum anni 1516. verùm etiam pro aliis aliorum annorum ſoluere compuliſſent: quemadmodum compulerunt cæteros in eo æſtimo deſcriptos. Eſt ergo dicendum, cauſam hanc expenſarum pro militibus ſpecialem fuiſſe, ac ipſis Aueroldis conuenientem pro eorum commodo & beneficio; non autem fuiſſe ordinariã cauſa æſtimi. Quocircà erant partes Lonatenſium probare hanc conuentionem ſoluendi fuiſſe cauſa æſtimi, & non ob aliam: ſi-
71 quidem, cùm actus, † multiplici de cauſa fieri potuit, qui aſſerit ob vnam ſolàm confectum eſſe, id probare debet. Salic. in lege ſecunda, C. de noxal. Socinus Iunior, conſilio primo numero 6. libro primo, debent enim probatio-
72 nes † concludere per neceſſe, non autem per probabile. l. neque natales. C. de probat. & l. non hoc. C. vnde legit. capitulo in præſentia, de probat. Hinc fit, quod quando
73 quis nititur vſu † alicuius actus, probare debet, vſum illu fuiſſe in eo ſpeciali actu introductum, non autem ita generaliter fuiſſe obſeruatum. ita reſponderunt Oldra. conſilio 237. columna prima. Aret. conſilio 23. in 3. dubio Alexand. conſilio ſexto, libro quinto & Cra. conſilio nonageſimoſexto, columna ſecunda. Erat ergo quod probarent Lonatenſes, has conuentiones & ſolutiones hãc ob cauſam, vt tanquam ordinarij debitores tenerẽtur, factas fuiſſe. Quod cùm factum non fuerit ſequitur, leue hoc eſſe pro Lonatenſibus fundamentum.

Reſpondeo quartò, quod etiamſi ob hanc cauſam expẽſarum militum ſibi præiudicium attulerint Aueroldi ex hac conuentione; non tamen in cæteris ſibi præiudicarunt. Hoc ea ratione aperta demonſtratur. Nam conſen-
74 ſus † qui actum conficit, ſolùm quò ad actum illum operatur, cui adhibitus eſt. lege prima. §. Iulianus. ff. de iti. actúque priua. l. voluntariæ. C. de excuſ. tuto. l. iubemus. C. ad S.C. Velleia. Bart. in l. ſi futurum per fideicommiſſum. de legat. primo. Rom. conſilio 132. in fine & Petraſancta ſing. 32. & rectè: nam ſi aliter diceremus, opus eſſet dicere nō-
75 ſtram voluntatem † operari vltra intentionem noſtram, quod falſum eſſe ſcimus. l. non omnis. ff. ſi cert. pet. cum ſimil. Eſt ergo dicendum, hũc actum contributionis cauſa expenſarum pro militibus factarum, in cæteris non attuliſſe aliquod præiudicium. Confirmatur hæc reſponſio
76 ea doctorum ſententia, qua affirmant, actus † priuilegio immunitatis repugnantes, ſolùm præiudicare quò ad actus contrarios, & non vltra. ita probat glo. ex illo textu in lege ſecunda C. de ijs qui ſpontè mun. pub. libro decimo Signorol. conſi. 229. q. 7. Alexand. conſi. 193. 14. dubio ſecundo, Felin. in capitulo cùm acceſſiſſent. numero ſeptimo de conſti. Licèt ergo Aueroldi ſibi in hoc caſu præiudicauerunt, vt pro expenſis militum contribuere cum Lonatenſibus teneantur, non tamen in cæteris omnibus ſibi detrimentum attulerunt. Quod pro Aueroldis diximus
77 procedit etiam fauore Ciuitatis Brixiæ, quæ † etiamſi diceretur, hoc in caſu, ex ſuo adhibito conſenſu ſibi præiudicaſſe, non tamen idem eſt in cæteris, quemadmodum iura ſunt clara, in l. nihil. ff. ad munici. l. reſp. vbi gl. C. ex quibus cau. maio. l. rempublicam. C. de iure reipub. libro decimo, Bart. in l. nulli. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom. Credo tamen quo ad ipſam Ciuitatem Brixiæ, nullam hîc ad-
78 eſſe probabilem dubitationem: quandoquidem illa † non conſenſit his conuentionibus & ſolutionibus; non ergo ſibi conuentiones illæ dãno eſſe poſſunt. ita docuit Bart. in l. 1. C. de ijs qui ſpontè munera ſubeunt. lib. 10. & in ſpecie clarè ita reſpondit conſilio 160. numero quadrageſimoſexto. lib. 1.

Sexto mouentur Lonatenſes argumento à ſimili ducto quod ſcilicèt Aueroldi pro bonis quæ in territorio Bidizoli poſſident, cum ipſo oppido Bidizoli onera ſoluunt. Idem ergo facere debent hoc in caſu: quandoquidem vbi
79 conſuetudo † interpretatiua actus deficit in loco, ad vicinum locum confugimus. vt ſcribunt Doctores in d. l. de quibus.

Reſpondeo primò, & dico, hoc fundamentum poſſe retorqueri contra ipſos Lonatenſes quod ſi Aueroldi ſoluunt cum oppido Bidizoli, & non cum Lonato, demonſtratur quod ſunt liberi ab hoc onere ſoluendi cum Lo-
80 nato. Siquidem obligatio † quæ cùm vno loco eſt, infert libertatem eſſe cum altero, ita in ſpecie noſtra reſpondit Craue. conſilio 111. numero quarto, argumento lege, cùm Prætor. ff. de iudicijs. Præterea dico, quòd cùm conſuetu-
81 do † ſit in loco Bidizoli, locum illud non exit, cùm ſtrictæ ſit interpretationis lege prima. §. ſiquis ex hoc. ff. de itine. actúque priuat. & in ſpecie Craueta. dicto conſilio 111. numero decimoquinto qui Baldum & alios plures recenſet.

Reſpondeo ſecundò, quòd in his caſibus, exemplis iudicandum non eſt; nec ſimilibus: cùm diuerſi admodum ſunt termini. Nam dicere ſolemus, quod argumentum
82 † ſumptum à ſimuli facilè proſternitur, vna adducta diſſimilitudine. ita Doctores in capitulo tranſlato, de conſtitutione & ſcribit Euerardus in centuria legali, in argumento à ſimili. Diſſimilitudo hoc in caſu apertè demonſtratur ex eo, quod oppidum Bidizoli eſt ex riperia Salodij: quæ quidem reperia iam anno 1426. à ciuitate Brixiæ ſeparata fuit. quemadmodum & oppidum Aſulæ, ac loca Vallis Camonicæ: quæ anno 1428. ſeparata fuerunt à ciuitate Brixiæ, Hinc ſtatuta Brixię, vt ſtatuto 42. in ciuilibus, deſcripta habent oppidum Lonati, & ta-

men



men non continent oppida riperiæ Salodij & Aſulæ. Nõ
83 ergo ex † diuerſis argumentari licet lege Papin. exuli. ff. de minoribus lege vltima codice de calumn. cum ſexcentis ſimilibus.

Reſpondeo tertio, & dico, quod ſi Lonatenſes vti volunt conſuetudine & iure loci Bidizoli, ac riperiæ Salodij, debent vti in omnibus, nempè eo modo, quod illi vtuntur: quod ſi fiet, iam Aueroldi ſe obtulerunt idem facere. quod faciunt in loco Bidizoli. Eſt enim in tota illa riperia ac etiam in oppido Aſulæ more & lege ſtatutum, ꝙ in ſolutionibus onerum ante omnia præferantur reditus & pecuniæ publicæ quibus deficientibus collecta indicitur à ſingulis iuxtà proprium æſtimum ſoluenda. Quòd ſi quid è pecuniis publicis ſupereſt, illæ iuxta ſingulorum æſtimum diſtribuuntur. Nec aliqua conſtituitur differentia inter ciues & forenſes: qui diſtributionis modus iuri naturæ conuenit. Dictat namque natura, eum ferre debe-
84 re commodum, † qui & incommodum ſuſtinet. leg. ſecundum naturam. de regul. iuris. Quò verò ad illud, quod publici reditus & pecunię ęrarij anteferantur in his ſolutionibus, re vera conſtat eſſe iuri communi conueniens. Si-
85 quidem lex communis ſtatuit, onera † impoſita ob ęs ab omnibus debitum, non debere à ſingulis pręſtari, niſi in ſubſidium: cùm vniuerſitatis cauſa ſit à cauſa ſingulorum lege in tantum. §. vniuerſitatis. ff. de rerum diuiſione lege, ſed ſi hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocan. atque ita in ſpecie reſpondit Natta conſilio 418. numero 1. 2. libro ſecundò, poſt alios, quos recenſet. Hæc vera iuris ſententia confirmatur eo argumento ducto à
86 fortiori, quod quando princeps † etiam ſupremus auxilium à populis, vt bellum aliquod gerat, requirit, ante omnia debet proprias pecunias impendere; & illis deficientibus ſubſidium à populo habere: ita interrogatus reſpõdit Alciat. reſpon. 161. numero duodecimo, pro illuſtriſſimo Duce Ferrariæ aduerſus Paulum III. Pontificem Max. qui à Duce illo requirebat pecunias, vt bellum gereret aduerſus Turcas. ita quoque reſpondit Socinus Iunior conſilio nonageſimooctauo. numero decimo, libro tertio. Hinc alij permulti ſcribunt, quod quando Præla-
87 tus † à clericis & eccleſia requirit charitatiuum ſubſidium priùs debet impendere quod ipſe habet in arca, & deinde ſubſidium requirere. ita enſuit Card. in cle. 1. columna tertia de exceſſ. prælat. Franc, de Marchis. q. 472. numero 4. & Boer. q. 134. numero nono & idem probaui in commẽtariis de arbitrariis iudicium, libro ſecundo, caſu 178. numero decimotertio, decimoquarto. Si ergo obſeruare hoc debent principes ſuperiores, quantò fortius ij inferiores ſubditi? Hinc infertur malè ac peſſimè egiſſe Lonatenſes dum inter ſe bona vniuerſitatis diuiſerunt. Erant enim ita in communi relinquenda pro omnium commodo & vtilitate, vt in ſolutionibus onerum poſſent eorum reditus adferri. Cæterùm, poſtquàm iniqua hæc diuiſio facta eſt (quam aliquando fore reuocandam iure demonſtrabo) dico illos, quibus portio horum bonorum fuit aſſignata fore compellendos illos reditus conferre debere in onerũ ſolutionibus. Nã, ſi bona hęc apud vniuerſ. extarẽt eorũ redit' in his ſolutionib' anteferrẽtur: ergo idẽ præſtare de-
88 bent, qui loco vniuerſitatis ſucceſſerunt: cùm res † tranſeat in quemcunque cum onere ſuo. vt docuit Iaſ. in le. is qui opus. numero ſexto de operis noui nuntia. & ſuprà dixi.

Septimò, Lonatenſes adduntur argumento ducto ab eorum ſtatuto ſub rubr. Quòd bona ſoluentium cum Lonati ſint obligata ipſi communi. Quod quidem ſtatutum habet hæc verba. Et etiam quælibet perſonæ, habentes aliqua bona in dicta terra & eius territorio, pro quibus ſecundum formam præſentium ſtatutorum ſoluere teneãtur cum dicto communi, ſunt obligatæ ſuprà. Hoc ſtatutum diſponit poſſeſſores omnes, qui in eo territorio prædia poſſident; teneri ſoluere cum ipſo communi Lonati: ergo idem facere debent Aueroldi cùm prædia in eo territorio poſſideant.

Reſpondeo primò, quòd hoc ſtatutum relatam interpretationem non habet. Nam intelligitur ſtatutum, pro bonis illis, quæ ſecundum formam ſtatutorum ſoluere tenentur: ita interpretanda ſunt illa verba ſtatuti, pro quibus ſecundum formam præſentium ſtatutorum ſoluere tenentur. Quam quidem interpretationem probat eiuſ-
89 dem ſtatuti † rubrica: cuius verba hæc ſunt: Quòd bona ſoluentium cum communi Lonati ſunt obligata, &c. illud verbum ſoluentium, ita reſoluitur, id eſt, qui ſoluunt. At in caſu noſtro, Aueroldi non ſoluunt, nec ſoluere tenentur, vt iam demonſtrauimus: ergo de illis non loquitur ſtatutum.

Reſpondeo ſecundò, quod etiamſi relatam interpretationem ſtatutum hoc non admitteret, non tamen Aueroldis nocere poſſet. Nam contra eos à Lonatenſibus ſta-
90 tui non potuit: ſiquidem non eſt iure † conceſſum ſtatuere in hac onerum materia contra aliquem, niſi ex ſpeciali priuilegio: ita Bartolus in lege vnica. C. de mulie. & in quo loco libro decimo. Natta conſilio 447. numero 8. lib. 2. & in ſpecie Ruinus conſilio 111. columna penult. lib. 5.

Reſpondeo tertiò, quòd etiamſi ſtatutum hoc validum eſſet, attamen non noceret adhuc Aueroldis, cùm aduer-
* ſus eos nunquam fuerit vſu receptum. Et vera * eſt omniũ
91 ſententia, ſtatuta † vſu non recepta non ligare. ita Dec. conſilio 638. numero duodecimo & conſilio 649. numero 8. & Gozad. conſilio 22. numero 9. & Pariſ. conſil. 47. num. 34. lib. 3..

Octauò, mouẽtur Lonatenſes ex duabus ſententijs his in caſibus latis à Clariſſim. Brixiæ Præfectis. Vna fuit Clariſſ. D. M. Antonij Amulij aduerſus forenſes non habitantes in oppido Lonati. Qui quidem forenſes contendebãt, ſe non teneri ſoluere cum ipſo oppido, & tamen fuit iudicatum teneri. Secunda fuit ſententia aduerſos Monachos Maguzani, qui pariter coacti iure fuerunt ſoluere cum oppido ipſo Lonati: ergo idem de Aueroldis dicendum eſt.

Reſpondeo primò, quod etiamſi hæ ſententiæ in noſtris his terminis (quod negatur) loquerentur, attamen
92 non obeſſent Aueroldis, cùm ſint † latæ inter alios, non moniti ipſis Aueroldis; l. vnica. C. res inter alios acta. & latiſſimè Tiraquellus in tractat. Res inter alios acta.

93 Reſpondeo ſecundò, non eſſe exemplis † iudicandum. l. nemo. C. de ſent. & interlo. om. iud. Alioqui de iudici-
94 bus idem diceremus quod de imperitis † medicis dicere ſolemus, quia vno collyrio opinantur morbos omnes ſanari poſſe, vt inquit glo. in capitulo vltimo. 29. diſt & iure Aduocatorum imperitia damnatur ob Albe. in l. 1. ff. de conſt. princ. & à Boe. tract. de auctoritate magni conſilij. num. 170. dum à ſimili iudicato argumentum ſumunt: &
95 iudices ita aliorum exemplo iudicantes grauiter reprehẽdunt & rectè. Non enim † ſpectandum eſt, quod factum
96 fuit, ſed quid eſſet faciendum l. ſed licèt. ff. de off. præſidis. Sæpe enim videmus, etiam in vna & eadem cauſa † latas fuiſſe contrarias ſententias. l. denuntiaſſe. §. vlt. ff. ad l. Iul. de adult. cum vnus iudex iuſtus, alter verò iniquus eſſe poſſit. Qua de re egregiè in ſpecie hac. Bald. conſilio 234. Prę mittendum eſt ad euidentiam, in fin. l. 2. & Crau. conſilio 232. nu. 3.

Reſpondeo tertiò, relatas ſententias loqui de forenſibus non habitantibus. Atqui Aueroldi dici non poſſunt forenſes: imò dici debent ex opp. Lonati. Hoc vel ex eo demonſtratur, quod Aueroldi ciues & Brixiæ & Venetiarũ ſunt: & ob id ex loco etiam Lonati eſſe dicuntur. Nam ſi
97 qui † in vico naſcuntur vel habitant, ciues eſſe non deſinũt l. qui ex vico. ff. ad munic. & ſcribunt Soc. Senior conſilio ſeptimo columna prima, & conſilio 74. columna 1. libro primo Dec. conſilio 389. numero ſeptimo, & Soc. Iunior conſilio ſecundo, nomero 30. lib. 1. cæteros omitto. à fortiori qui ciues ſunt dicuntur eſſe ex vico, qui ciuitati illi
98 ſubeſt. Præterea Ciuitas Venetiarum † eſt communis patria, vt ſcribit Gomeſ. in §. fuerat: Inſtit. de actio. & ideo aliquando ſub anno 1523. fuit declaratum à Sereniſſimo Dominio, quòd Ciuis Venetus iure acquirere poſſit prædia quouis in loco & oppido Dominij: etiam ſi is locus, illa Ciuitas vel illud oppidum ſtatuto cautũ haberet, quod nullus forenſis acquirere ibi poſſet immobilia. Non ergo dici poſſunt Aueroldi forenſes Lonati, vt de eis intelligantur dictæ ſententiæ. Eſt ergo concludendum, reiectis his fundamentis & argumentis, Magnificos Dominos Aueroldos non poſſe compelli à Lonatenſibus vt cum illis onera ſubeant.

Hinc nunc intelligimus quàm iniquè egerint Lonatenſes, dum curarunt bona colonorum horum de Aueroldis pro exequutione capi & ſubhaſtari, ob hanc cauſam, ꝙ ipſe Aueroldi teneãtur ſoluere onera. Nam cùm aliquam

ob

99 ob cauſam priuilegium†conceditur,conſtare priùs debet
de cauſa illa:quemadmodũ, cùm aliqui ſuæ perſonæ cau
ſa conceditur,ante omnia conſtare debet, illum eſſe ta-
lem.l.diuus.ff.de milit.teſtamen. vbi Bartolus idem in l.
1.§.& parui. numero ſecundo,ff.quod vi aut clàm.Craue.
conſilio 211.numero 5.iidem etiam Doctores ſcribunt,
quod quando ſtatutum tribuit executionemparato inſtru
mento,priùs conſtare debet,illud eſſe inſtrumentum.Ea
100 eſt ratio,quia omnis diſpoſitio † ſuam ſubſtantiam præ-
ſupponit,qua quidem deficiente ceſſat priuilegium. ita
reſpondit Calcaneus conſilio 87. columna ſecunda, &
ſcribit Crauet.tract.de antiquitate temporum, parte pri
ma principali.4.part.nu.4Hinc fit,quod quando ex cauſa
debiti alicuius contractus qui eſt conueniendus,conſtare
priùs debet,an illud ſit debitum ex eo contractu. ita reſ-
pondit Bartol.conſilio 185.Deodauit,in fin.lib.1. & cum
eo Craue.conſilio 280.numero 3.qui his ſimilia congeſ-
101 ſit.Idem dicimus cùm executio†fieri debet contra hære-
dem pro debito defuncti, conſtare priùs debet illum eſſe
hæredem ita Ruin.conſilio 102.numero quarto, libro 5.
ita ergo dicendum eſt in caſu noſtro, dum ſtatutum tri-
buit executionem pro debitis ex cauſa onerum & colle-
ctarum,intelligitur,cùm de debito conſtat. At hîc non
adeſt debitum Aueroldorum,cùm hac de cauſa nil debe-
re diximus.Rurſus alia ratione concedenda non erat exe-
102 cutio † hæc, quandoquidem non poterat dici debitum
hoc liquidum,vt opus erat.cùm multæ obſtarent excep-
tiones,quemadmodum ſcribunt omnes de inſtrumento
cui conceditur executio, cùm liquidum & clarum eſt.ita
Bartolus in lege ſi cauſa cognita.numero ſecundo. C. de
tranſact.Alexand.conſilio 188.numero 7.libro ſecundo.
Decius conſilio 618.numero 5.& egregiè Crauet conſilio
103 231. numero octauo,qui ſcribit,quod ſiquis promittit†ſol
uere in certo termino,facta priùs liquidatione, terminus
non currit ante liquiditatem.Zucchardus in l.vltima. nu.
176. C. de edicto diui Adriani tollendo. &ibi Curti. Iũ.
numero quinto,vbi affirmant, liquidationis exceptionẽ
nunquàm cenſeri reiectam.Atqui in caſu noſtro, præter
exceptiones iam relatas,& alias plures oppoſuerunt Aue
roldi,quibus demonſtrarunt,ſe nil debere:non ergo in re
dubia erat concedenda executio. Quocircà non aduerſa-
tur,quod aiunt Lonatenſes,executionem ita fieri potuiſ-
104 ſe,cùm in caſibus†onerum ſummariè, immò executiuè
procedatur.§.coges.in auth.de mand. princip. & in ſpe-
cie reſponderunt Baldus conſilio 238. Ad veritatem libro
primo.Pariſius conſilio 25.numero 116.libro primo.Cra-
uet.conſilio 111.numero 1.& Roland.conſilio 32.numero
5.lib.1. Siquidem reſpondetur ex iam dictis,hoc procede
re cùm debitum eſt clarum & liquidum: quemadmodum
Crauet.d.conſilio 111.numero 19.& Roland.d.conſil. 32.
in fine declarant. Ita iuris eſſe arbitror, rectiore iudicio
ſaluo.

Iacobus Menochius. I. C.

*SVMMARIVM.*

1 *Statutum de lucro dotis vt habet locum, debet conſtare vxorem mortuam eſſe. & tres caſus ponuntur.nu. 8.*
*Verba ſtatuti de lucro dotis, ſtrictè ſunt interpretanda, vt minus lædatur ius commune quam fieri poßit.*
3 *Vxorem moriens poſt maritum extantibus filijs, an ſtante ſtatuto de lucro dotis, poßit diſponere.*
4 *Clauſula recipiens plura determinabilia, æqualiter debet determinari. & nu.14. vbi quomodo procedat. & nu,15.*
5 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*
*Homo mortuus, homo non dicitur.*
6 *Dictio, ſi verò, cuius ſit naturæ.*
*Coniunctiuæ dictionis qualis ſit natura.*
7 *Dictio, verò, & dictio, ſed, æquiparantur.*
8 *Caſus omiſſus à ſtatuto remanet in diſpoſitione iuris communis, & an hæc regula habeat locum in quacunque diſpoſitione.*
9 *Dictio teſtatoris erga aliquos conſideratur ex commodo.*
*Statutum de lucro dotis an cenſeatur magis conſiderare perſonam mariti vel filiorum.*
10 *Statutum de lucro dotis qua de cauſa introductum dicatur.*
11 *Dos materna quibus debeatur poſt mortem matris, vel marito vel filijs.*
12 *Argumento ab abſurdo euitando valet.*
13 *Vxor non poteſt plus relinquere ſecundo viro quàm filio primi matrimonij.*
*Et an filijs primi matrimonij magis ſint dilecti filij ſecundi.*
14 *Determinatio non determinat æqualiter omnia determinabilia, cũ commodè id facere non poteſt.*
15 *Similiter æqualiter non determinat cùm maior fauor debeatur vni determinabilium quàm alteri.*
16 *Similiter æqualiter non determinat cùm diſpoſitio eſt neceßaria.*
17 *Similiter æqualiter non determinat cùm ſimus in claris.*
18 *Rubricæ inſcriptæ ſunt ad demonſtrandũ contenta in nigro, neque determinant æqualiter contenta in nigro.*
19 *Repetitio regulariter non cenſetur in dubio in materia ſtricta per dictiones habentes naturam repetendi.*
20 *Regulæ ſtandum eſt donec probetur contrarium.*
21 *Repetitio vt ſuprà, non præſumitur quando ex repetitione abſurdum oriretur.*
22 *Qualitas reſpiciens vnam perſonam, non dicitur repetita quo ad alteram, quando qualitas poſt perſonam primam eſt adſcripta.*
23 *Repetitio in dubio non præſumitur cùm conſtat de contraria mente diſponentis: maximè in ſtatutis.*
24 *Verba ſtatuti ad literam ſunt intelligenda abſque interpretatione.*
25 *Omißus caſus non dicitur, ſi conſtat de eo ex coniecturata mente diſponentis.*
26 *Similiter ſi ſimilis caſus à lege vel ſtatuto eſt comprehenſus.*

## FACTI SPECIES.

*DVbitari hîc contingit (ſtante ſtatuto oppidi Pallauicini, cuius verba ſubijciuntur) quòd cùm maritus mortuus fuerit ante vxorem, & deinde vxor ſuperſtite filia ex vtroque eorum, an huic filiæ dos materna ex eo ſtatuto acquiratur.*

### Verba Statuti.

*Rubr. de dote per maritum lucranda.*

*STatutum & ordinatum eſt; quòd ſi aliquis ſubditus, vel ſuppoſitus præfati Domini noſtri acceperit aliquam in vxorem, eámque in domum ſuam traduxerit, vel ipſa virum in domum ſuam duxerit, & matrimonium perfecerint, vel communi opinione vicinorum habeatur pro perfecto, & pro marito & vxore reputentur; & ſi contingat ipſam mulierem præmori ſine filijs, maritus lucretur totam dotem datam, vel promiſſam. Si verò dictus maritus ex ea vxore filios, vel filias habuerit, ea dos ad eos, vel ad eas pertineat. Si autem dicta mulier habuerit alium virum, ex quo filij, vel filiæ vnus, vna, vel plures extarent; tunc dictus maritus filios non habens, ex eo matrimonio lucrari debeat dimidiam dotis tantummodò, reſeruata alia dimidia filijs, vel filiabus alterius matrimonij. Et ſi ipſe maritus ex eo matrimonio filios habuerit, nihil lucretur, ſed ea dos per medium diuidatur inter ſuos, & filios alterius matrimonij. At, ſi mulier plures habuerit maritos, & ex vnoquoque filios, tunc filij cuiuſcunque matrimonij habeant partem, pro rata in ſtirpes, & non in capita, videlicèt, vt filij vel filiæ cuiuſcunque matrimonij, ſiue vnus, ſiue plures ſiut, exportent vnam portionem, & alij filij alterius matrimonij aliam: & ſic de ſingulis. Et ſi vlterius maritus non habeat filios, ſit ipſe pro vna parte, quemadmodum, ſi ex ea filios haberet & habeat, & lucretur eam*



*partem dotis, quæ filijs veniret, ſi filios haberet. neque poſſit ipſa vxor de dote aliter diſponere teſtando, vel aliter in vltima voluntate diſponendo, quàm ſuprà ſtatutum & deciſum ſit niſi pro anima ſua, & ad pias cauſas, cui liceat ea de cauſa relinquere quartam partem dotis, in alijs patibus remanentibus firmis, quæ ſupra ſtatuta, diſtincta & ordinata ſunt.*

## CONSILIVM LXXVI.

# Initium à Domino.

RESPONDENDVM
videbatur huic propoſitæ
conſultationi, dotem hanc
maternam filiæ non acqui-
ri; idque multis rationi-
bus.

Primò,quia non videtur
euenisse caſus,iuxtà diſpoſi
tionem ſtatuti, quod requi
rere videtur,quod vxor mo
ri debeat ante maritum, vt
1 locus ſit lucro†tam fauore
mariti,quàm filiorum.Conſtare enim priùs debet, vxo-
rem eſſe præmortuam,vt tradit Caſtr. in l.qui duos. §. ſi
maritus.& in l.ſi inter, columna ſecunda. ff. de rebus Si-
gnor.conſilio 9.quos ſecutus eſt Rolan. à Valle in tract.
de lucro dotis. queſtione ſexageſima, numero ſeptimo
Quòd tam reſpectu filiorum,quam mariti vxor præmori
2 debeat,ſuadent verba ſtatuti,quæ† ſtrictè imò ſtrictiſſi-
mè interpretari debent, vt minus lædant ius commune
cui repugnat: quemadmodum multis oſtendit Rolan. d.
tractatu de lucro dotis quæſ. 2. Minus autem læditur ius
commune,ſi intelligitur,quòd tunc locus ſit ſtatuto,cùm
vxor moritur ante maritum,ſiue filios habeat, ſiue non:
3 quia,†ſi moritur poſt maritum,ſuperſtitibus filijs,ſaltem
eo caſu quo libera eſt à vinculo ſtatuti,poterit ad libitum
diſponere de dote ipſa,vt ius commune ei permittit: vti
ſcribunt poſt cæteros Alba conſilio 50.Roſa.à Valle con
ſilio 72.in vlt.dubio.lib.1.& Cagnolus in l.vlt.nu.100.C.
de pactis.
4 Secundò,quia iſta clauſula,†Et ſi contingat, &c. reſpi-
ciens plura determinabilia,nempè, cùm mulier moritur
ſine filijs,& cùm decedit cùm filijs,debet æqualiter deter
minare,iuxta regulam l.iam hoc iure. de vulg. ita etiam
Rubrica,quæ totum ſtatutum reſpicit,vult mulierem mo
ri debere ante maritum:debet ergo æqualiter determina-
re omnia,quæ in textu habentur, Atqui, cùm ſolus extat
maritus,requirit apertè ſtatutum,quod ipſa vxor præmo
riatur:ergo idem dicendum eſt, cùm maritus & filij ex-
tant,vt filijs lucrum acquiratur.
Tertio,quod illa qualitas,quod mulier ſemper debeat
præmori, cenſeatur ineſſe, vel repetita etiam in caſu d.
verſic.ſiverò.illud non parum ſuadet, quod ille verſicu-
lus determinat hunc caſum,nempè,cùm pater concurrit
cum filiis ad lucrum dotis.Atqui iſte concurſus dari non
poſſet, niſi vterque viueret poſt ipſam mulierem, cùm
5 non †entis nullæ ſint qualitates.l.eius qui. ff. ſi cert. pe-
tat.& homo mortuus non dicitur homo. l. homo mor-
tuus. ff. de verborum obligationib. Ripa libro ſecundo
reſponſion. capitulo 23.numero ſecundo & Gomeſ.Inſt.
de actio in prin.numero 25.ergo omni caſu mulier præ-
mori debet.
Quartò, quod qualitas hæc cenſeatur repetita in caſu
6 d.verſi.ſi verò &c.ſuadet natura ipſius dictionis†ſi verò,
quæ non ſolũ eſt aduerſatiua:ſed ẽt coniunctiua,vt docet
Bartolus in lege Lucius.§.quæ habebat.ff.ad Trebell. ſe-
quitur quod in coniunctione repetita cenſentur quæ in
præcedentibus continentur.ita egregiè docuit Bald. in
l.omnes populi numero duodecimo, verſi. item vnum
caput ſtatuti. de iuſti.& iure.Inquit Baldus, quod ſi ſtatu
to cautum eſt,quòd,exiſtentibus maſculis,fœminæ ab in-
teſtato non ſuccedant: facto verò teſtamento non ſucce
dant,niſi in eo tantùm,quod pater reliquerit:certè intel-
ligitur facto teſtamento extantibus maſculis. Illa enim
qualitas maſculinitatis,cenſetur repetita virtute illius ad-
7 uerſatiuæ,ſi verò,quæ†idem ſignificat, quod dictio, ſed;
quæ repetitionem inducit.l.Seiæ. §. Caio.de fundo inſtr.
& Baldum ſecuti ſunt permulti,quos recenſet. Socin. Iu-
nior, conſilio 83.numero nono,libro primo.vbi copioſiſ
ſimè multis ſimilibus confirmat. Idem ergo dicendum
hîc videtur,quod illa verba,præmoriente, & præmori,cẽ
ſeantur repetita eo in caſu, cùm maritus extat cum aliis.
Quintò ac vltimò hic caſus videtur à ſtatuto omiſſus;
quia ſi ſingula eius verba & clauſulæ perpendantur, non
fuit in eo expreſſim dictum,quomodo ſuccedant filij pri
mi matrimonij, mortua muliere poſt virum. caſus ergo
8 †omiſſus remanet in diſpoſitione iuris. l. commodiſſi-
mè.ff,de libe.& poſt.cuius regula locũ habet in quacunq;
diſpoſitione.Gozad.conſilio 84. numero nono, latè Ti-
raquell.tractatu de iure primigen.q.40.numero 194. Si
quid ergo hæc filia conſequi debet,non ex ſtatuto, ſed ex
iure communi videtur conſequi.
Cæterùm.re ipſa longè melius atque diligentius per-
penſa,contrarium viſum eſt verius; quod imò etiam mo
riente marito,filij ex eo matrimonio admittantur ad do-
tem matris ex diſpoſitione ſtatuti. Cuius rei declarandæ
gratia aliquot caſus ita diſtinguendi ſunt.Primus eſt ca-
ſus,cùm mulier moritur ſolo marito,ſine filiis, ſuperſti-
te.Hoc caſu ſine dubio,ex verbis ſtatuti, maritus dotem
lucratur.ita enim ſunt ſcripta veaba ſtatuti.Et ſi contin-
gat ipſam mulierem præmori ſine filijs, maritus lucre-
tur totam dotem.&c.Hic caſus non eſt de quo agimus.
Secundus eſt caſus,cum mulier moritur,marito ſuper-
ſtite vnà cum filiis.Hic caſus etiam eſt clarè deciſus à ſta-
tuto, nempè dotem deferri liberis, non autem marito.
Quod oſtendunt illa verba, ſi verò dictus maritus ex ea
vxore filios vel filias habuerit ea dos ad eos vel ad eas perti
neat. Hic caſus pariter non eſt is, qui in controuerſiam
adducitur.
Tertius eſt caſus,cùm mulier moritur poſt maritum,ſu
perſtitibus liberis: an etiam hoc in caſu ſtatuto locus ſit,
vt filij conſequantur dotem maternam,Hic eſt caſus præ-
ſentis diſputationis. Et verè eſt dicendum, filiis dotem
maternam deferri.
Primò,quia,ſi rectè conſiderentur verba ſtatuti,filij ma
gis dilecti & in conſideratione habiti ſunt à ſtatuto, quã
ipſe maritus.Hoc patet,quia quando ſimul extant filij &
maritus,filij dotem conſequuntur,excluſo maritò, vt in
eo verſi.ſi verò,& inferiùs clarè diſpoſitum eſt,& à com-
9 modo†enim maior dilectio conſiderari ſolet, iuxtà tex-
tu.n l. Publius. §.1. ff. de cond.& demon.argumento du-
cto à fortiori.& tradunt ibi Soc.& cæteri:& Dec.conſilio
514.nu 3. copioſè Cur. Iun.conſi.22.nu.8.& Tiraq.de iu-
re primige.q.19.nu.3.4.5.atque in ſpecie noſtra filios eſſe
magis dilectos,conſiderant Corn.conſi.48.Statutum Flo
rentiæ,colu. 2.& poſt Fulgo.& Rom.tradit Rolan.de lu-
cro dotis.q.55.nu.6.Quo ſtante,dicendum eſt,quod quẽ-
admodum maritus præmoriente vxore ſine liberis, do-
tem conſequitur, ita etiã filius moriente matre poſt pa-
trẽ,dotẽ cõſequi debet,alioqui ſequeretur, ꝙ filij non ex
ſua perſona,ſed ex perſona patris admittentur: cùm ta-
men(vt dixi)ipſi ſint magis in conſideratione,quàm ſit ip
ſe pater.
Secundò me mouet hæc ratio ducta maiori:cum ſtatu-
10 tum†defert marito lucrum dotis, id facit ob impenſam
& onera,quæ ſuſtinuit in eo matrimonio.ita cenſet Co-
menſis conſilio 48.Statutum Florentiæ.columna ſecun-
da Rolan.contractu de lucro dotis.q. 4. numero decimo.
11 Et hoc videbatur iuſtum impedimentum quo†filius,quã
do concurrit cum patre,à patre deberet excludi, ex quo
filius potius titulo lucratiuo quàm oneroſo dotem hanc
habet.vt in ſpecie reſpondit Deci. conſilio 386. columna
penult. verſi. prædictis tamen non obſtantibus. & ſenſit
Corn.d.conſilio 48.ad finem.Et tamen hoc non obſtan-
te filius patrem excludit (vt iam diximus.) Si ergo filius
admittitur ſuperſtite patre,ergo à fortiori debet admitti
ſublato omni impedimento, quod adferre videbatur
perſona patris.

Tertiò

Tertiò (mea opinione) hîc caſus eſt ſatis deciſus ex ver
ſiculo. Si autem dicta mulier, &c. dum ſtatuit, quod ſi v-
xor mortuo primo marito, nubit ſecundo, quod filij illi
primi matrimonij habeant partem dotis, atque ita diui-
dant vel cum priuigno, vel cum fratribus vterinis. Ita quo
que deciſus eſt in verſ. At ſi mulier plures &c. dum admit-
tit filios primi & ſecundi matrimonij, cum filiis tertij ac
etiam vlterioris mr̃monij. Ecce ergo quod, quò ad filios,
ſtatutũ dr̃iam non cõſtituit, ꝙ mulier moriatur ante ma
ritũ, relictis filiis poſt maritũ eiſdẽ filijs ſuperſtitib⁹. Nec
dicatur in caſu. d. verſi. ſin autem, filij primi mr̃monij ſo-
lum conſequuntur partem dotis, cum tamen nos lo-
quamur eo caſu, quo totam deberet conſequi. Hoc nihil
eſt, cum id quod debetur filiis ſecundi matrimonij eſt,
quia quò ad matrem ſunt æquè filij ac illi prioris matri-
monij; non tamen fit, quin illis filijs primi matrimonij
deferatur dos mortuo eorum patre.
12 Quartò, ac vltimò, adducor argumento † ducto ab ab-
ſurdo euitando, quod iure conceditur. l. nam & abſurdum
ff. de operis liberto. cum ſimilibus. ſequeretur iniquum ab
ſurdum; & quid contra mentem ſtatuti, ſi filij hoc in ca-
ſu non admitterent ur. Hoc ita demonſtratur. Filij primi
matrimonij ſunt magis dilecti, quam ſit maritus ipſe pri-
mus (vt iam diximus) & ſunt magis dilecti quam ſecun-
13 dus. Id patet, quia † ius commune ſolum admittit, vt ſecũ
do viro tantum relinqui poſſit, quantum vni filiorum pri
mi mr̃monij quib. ſanè filijs ẽt legitima reſeruatur. ita tra
dunt omnes in l. hac edictali, in princ. ex illo textu. C. de
ſecun. nupt. ibi Bertran. in rep. num. 15. Ita etiam filij pri-
mi matrimonij ſunt magis dilecti, quàm filij ſecundi ma-
trimonij: cum vnuſquiſque filiorum primi matrimonij tã
tum habeat, quantum habent omnes filij ſecundi ſimul, vt
tradunt Docto. in dicta lege, hac edictali, ibi Baldus nu-
mero 25. Et ſi dicatur, aduerte, quod ſtatutum diſponit
æquè dotem eſſe diuidendam inter filios primi & ſecun-
di matrimonij; ergo æquè ſunt dilecti. Reſpondeo, ſuf-
ficere, quod ſaltem inſpecto iure cõui filij primi matri-
monij ſint magis dilecti. Hoc ita poſito dico, quòd
abſurdum ſequeretur hoc modo. Supponamus, mulierem
exiſtentibus his filijs primi matrimonij tranſire ad ſecun
da vota, & ſuſceptis ex ſecundo viro filijs decedere ſecun
do viro ſuperſtite ſolo, vel cum filiis: is ſolus vir, vel illi fi-
lij ſecundi matrimonij excluderent filios primi matrimo
nij, ſi verum foret. quod ſemper mulier debeat mori ante
virum, vt filij acquirant dotem, quod eſt abſurdum, & cõ
tra mentem ac verba ſtatuti, ac etiam iuris communis.

Non obſtant nunc adducta in contrarium, quibus, etſi
ſatis ex iam dictis reſponſum ſit, in ſpecie tamen ita re-
ſpondeo. Ad primum dico, quod tunc conſtare debet
mulierem eſſ præmortuam, cum vir vult conſequi lucrũ,
vt dixi ſuprà in primo caſu à me factæ diſtinctionis. Nã,
tunc maritus probare debet mortem ſuæ vxoris, vel mari
ti hæredes probare id habent, cùm ex perſona mariti con-
ſequi volunt illud lucrum. Eſt enim hoc fundamen-
tum ſuæ intentionis, vt oſtendant eueniſſe caſum ſtatuti.
ita verè loquuutur Caſtr. Signorol. & Rolandus. At quan
do filij volunt ex ſua perſona conſequi lucrum hoc, non
habent neceſſe, ex permultis rationibus ſuprà relatis, o-
ſtendere matrem deceſſiſſe ante eorum patrem & ſe ipſos
ſed ſufficit oſtendere ſe eſſe ſuperſtites. Nec hoc caſu lædi
tur ius commune plus quàm ſit ex mente ſtatuti, quo (vt
diximus) hoc caſu filij ij omninò admittuntur.

Non obſtat ſecundum, quia reſpondetur, illam clauſu
lam, & ſi contingat. &c. verè determinare æqualiter duos
illos caſus cùm eadem ſit ratio, cùm maritus & filij ſuper
ſunt re ipſa. Sed hîc eſt omiſſus tertius caſus, cum mortuo
viro mulier decedit, filiis ſuperſtitibus. Hic caſus non de
terminatur æqualiter cum duobus alijs, cum magna ſit
differentia inter vnum & alterum. vti regulam d. l. iam
hoc de iure vulg. ibi declarant omnes. Iaſon numero vn-
decimo. Alexan. in l. ſi quis maior. numero ſeptimo, ver-
ſiculo non obſtat. codice de tranſact. Decius conſili 394.
numero tertio. latè Socinus Iunior conſilio centeſimoui
geſimo primo. numero 27. libro primo. Picus in l. Titia.
§. Titia. numero 33. de legat. ſecundo. Differentia caſuum
ac etiam rationis ſatis ita demonſtratur, quod hoc modo
filij ij, qui ſunt magis dilecti, quàm maritus, & qui ſaltẽ
cum filiis ſecundi matrimonij admittuntur, excluderen-
tur eueniente hoc caſu: & tamen ex iam relatis aliter di-
14 cendum eſt. Præterea, & ſecundò, vna determinatio † nõ
determinat æqualiter omnia determinabilia, cùm com
modè id facere non poteſt: ita declarat Iaſon in l. 1. §. ſed
& ſi mihi. in ſecundo notab. ff. de verbo. oblig. Chriſto-
phorus Portius in §. vlt. ad fi. Inſt. de inoff. teſt. Atqui hîc
non poteſt commodè determinare, quia ita æqualiter de
terminando filij ij excluderentur contra mentem ſtatu-
ti, & rationes iam relatas. Præterea, & tertiò, vna deter-
15 minatio † æqualiter non determinat, cùm maior fauor de
betur vni determinabilium, quàm alteri. ita cenſuit Iaſon
in dicta lege iam hoc iure numero vndecimo, verſiculo, li
mita iſtam, & declaratus Paulus Picus in repe. l. Titia. §.
Titia cùm nuberet. numero 33. de legat. ſecundo. Sed hîc
maior fauor debetur filijs, quam marito; licet ergo neceſ
ſe ſit mulierem mori oportere ante virum, vt viro dos ac
quiratur, non tamen requiritur, vt mulier moriatur an-
te maritum, vt dos filijs deferatur. Præterea & quartò, vna
16 determinatio † æqualiter non determinat, cum diſpoſitio
eſt neceſſaria: ita declarat Iaſon in d. l. iam hoc iure. nume
ro decimotertio, de vlg. Decius conſilio 456. numero
duodecimo, verſiculo tertiò reſponderi.

Atqui caſus iſte noſter, de quo loquimur, eſt caſus ne-
ceſſarius, tam ex diſpoſitione ſtatuti, quam iuris commu
nis: cùm ſemper (vt oſtẽdimus) filij primi matrimonij for
tius conſequãtur dotem matris, quam vel maritus, vel fi-
17 lij alterius matrimonij. Rurſus & quintò vna † determi-
natio, æqualiter non determinat, cùm ſumus in caſibus
claris. ita Ripa. in l. Centurio. numero vigeſimooctauo,
in fine de vulgati. ſed iam ſuprà diximus caſum noſtrum
eſſe clarè deciſum à ſtatuto in eo verſiculo ſi autem dicta
mulier. Nec aduerſatur vnica illa determinatio Rubricæ,
quia reſpondetur, illam ſolùm reſpicere caſum illum quã
do maritus lucratur dotem, qui caſus eſt primus ſupra à
18 me diſtinctus. Accedit, quod rubricæ † quæ ſunt conſcri-
ptæ ſolùm ad demonſtrandum, contenta in nigro, non
determinant æqualiter ſcripta in nigro. ita egregiè regu-
lam dicta lege iam hoc iure, declarat Ioannes Baptiſta de
ſancto Blaſio in repetitione rubricæ. Decret. pagina vl-
tima po. 20.

Non obſtat tertium, quia facilè reſpondetur, verum eſ
ſe, quod ſemper mulier debet eſſe præmortua, cum mari-
tus vult concurrere cum filiis, quia aliàs non daretur con
curſus: quia, vt ibi dixi, nõ entis nullæ ſunt qualitates. Sed
non eſt caſus noſter. Solùm nos tractamus, cùm viro mor
tuo mulier decedit filijs ſuperſtitibus, qui cum patre non
concurrunt. quo in caſu oſtendimus filios hos admitti.

Non obſtat quartum, quia reſpondeo multis modis
quòd dicta in præcedentibus non cenſentur repetita in
ſequentibus. Primò, quia regulare eſt, quod in his, quæ ha
19 bent † ſtrictam interpretationem, vt in contractibus, di-
cta in præcedentibus non cenſentur repetita in ſequenti-
bus. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. vbi Bartolus &
Doctores de verb. oblig. clarè Socinus Iunior conſilio
142. numero 29. libro tertio & Alciat. reſp. 96. numero vi
20 geſimoprimo. Huic ergo regulæ † ſtandum erit donec cõ
trarium probetur, vt inquit Bartolus in lege ſecunda, nu
mero 1. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. Decius in lege pri-
ma. numero ſeptimo, de regulis iuris. cæteros prætereo.

Reſpondeo ſecundò, dicta in præcedentibus non cenſe
21 ri repetita in ſequentibus, quando † ex ea repetitione ali-
quod abſurdum oriretur. ita Iaſ. in l. talis ſcriptura, in
prin. numero quadrageſimo, verſiculo quintò, limita, de
leg. 1. Decius conſilio 213. numero 8. Socinus Iunior con-
ſilio primo numero 29. lib. 1. conſilio 160. numero 61. li-
bro ſecundo, & conſi. 42. nu. 26. lib. 3. Crau. conſi. 296. co-
lumna tertia, verſiculo tertio. Sed in caſu noſtro reſulta-
ret illud abſurdum, de quo ſupra diximus, nempè quod
filij ij excluderentur, cum tamen patri & filiis ſecundi ma
trimonij præferantur.

22 Reſpondeo tertiò, quod vbi qualitas † reſpicit vnam
perſonam, non dicitur repetita quo ad alteram, cum qua-
litas illa eſt poſt perſonam primam adſcripta. ita docuit
Bart. in l. vlt. §. Seio. de legat. ſecundo ex illo textu, ſi teſta
tor ita legat, Seio ſi hæres non erit, & eius vxori centum
lego: vxor illa habebit dimidium legati, etiamſi Seius hæ-
res efficiatur. Nam illa conditio, ſi hæres non erit, non
dicitur repetita in legato facto vxori; etiamſi ibi adfue-
rit vnitas ſermonis, diſpoſitionis & temporis. Idem dicen
dũ eſt hic qui illa conditio ſimiliter præmorietùr, eſt ſo-
lùm



lùm adiecta cum lucrum defertur marito, non ergo dici-
tur repetita, cùm defertur filiis. Ita ſimili in caſu reſpon-
cit Alexand. conſilio 158. numero ſecundo libro 6. Alcia.
reſp. 96. numero 25. verſi. tertiò quia. & ad rem magis So
cinus Iunior conſilio 142. numero 22. libro 3. qui reſpon-
dit in caſu, qui huic multũ conuenit: non refero, quia illa
reſponſa in omnium manibus verſantur. ita quoque in ſi-
mili ſtatuto de lucro dotis tradit Dec. conſilio 386. colu.
vltim. verſi. 3 non obſt. vbi ita reſpondit illi aduerſatiuæ.
ſed etſi.

Reſpondetur quartò hîc duos eſſe caſus, vel etiam tres,
ut ſuprà eos diſtinximus. Cùm ergo qualitas fuerit adie-
cta illi caſui, cùm maritus lucrum hoc conſequitur; trahi
illa debet ad caſum, cùm filijs dotis lucrum defertur. ita So
cinus Iunior in dicto conſilio 142. numero 24. verſic. 3. e-
tiam libro 3.

23 Reſpondetur quintò, repetitionem † nõ concedit cùm
conſtat de mente contraria diſponentis, vel ſtatuentis: i-
ta Oldrad. conſilio 132. Factum tale, Socin. Iun. in conſi-
lio 81. numero 20. & dicto conſilio 142. numero 28. libro
3. & idem præter eum, tradit Alcia. reſp. 96. numero 20.
verſi. ex præſumpta. Atqui in caſu noſtro iam oſtendimus
conſtare mentem ſtatuentium fuiſſe quòd filij ij primi
matrimonij conſequantur lucrum hoc, mortua muliere
poſt virum: vt perpendimus, d. ſtatutum, in illo verſ. ſin au
tem &c. iam dicta non repeto.

Reſpondetur ſextò, ac vltimò, repetitionem qualitatis
24 non dari, cum † verba ſtatuti ſunt intelligenda ad literam,
omni reiecta interpretatione; quod hîc eſſe opinor ex
ſtatuto oppidi Pallauicini. ita declarat in ſpecie Alcia. d.
reſp. 96. numero 28. verſi. octauo eſt aduertendum. Quo
loci copioſè Alciat. reſpondit illi doctrinæ, quam ſump-
ſit Bald. in l. omnes populi. numero nono de iuſt. & iur.
à reſponſo illo. l. Seiæ. §. Caio. ff. de fundo. inſtru. & inſtr.
leg. & Socinus Iunior conſilio 98. numero quadrageſimo
ſecundo. lib. 1.

Non obſtat quintum ac vltimum, quia reſpondeo im-
mò hunc caſum non eſſe omiſſum à ſtatuto, vt ſuprà mul
tis rationibus demonſtraui. Et vt caſus non dicatur omiſ-
25 ſus, † ſufficit voluntas coniecturata, ita Curtius Senior cõ
ſilio. 52. Super teſtamentis. col. pen. Ruin. conſilio 170. nu
mero 2. libro 2. latè Pariſ. conſilio. 75. numero. 38. & con-
ſilio 77. in fin. lib. 2. Præterea & ſecundò, caſus non dici-
26 tur omiſſus cùm † aliàs ei ſimilis eſt à ſtatuto comprehẽ-
ſus. ita Curti. Sen. d. conſil. 52. colu. vlti. Tiraq. de retractu
conſang. §. 2. gloſſ. 1 numero 19. & Pariſ. conſilio. 54. in
fin. lib. 2. ita declarantes regulam d. l. commodiſſimè. In
caſu noſtro iam oſtendimus, eſſe in ſtatuto comprehen-
ſos caſus ſimiles & habentes minorem rationem, quàm
hic habeat: ergo & caſus iſte ſatis dicitur comprehenſus.
Concludo ergo, huic filiæ cenſeri acquiſitum lucrum &
dotem hanc ex diſpoſitione ſtatuti.

Iacobus Menochius. I. C.

## *SVMMARIVM.*

1 *Hypoteca generali ſubijci poſſunt non ſolùm quæ in noſtro dominio ſunt, & a nobis poſſidentur, ſed etiam quæ adhuc in bonis noſtris non ſunt, ſed nobis tantùm debentur.*
2 *Nomina debitoris ſub hypotheca eſſe poſſunt.*
3 *Ius futurum ſub generali hypotheca omnium bonorum continetur.*
4 *Legitima filijs debetur iure naturali.*
5 *Et debetur ſine conditione die, onere, vel grauedine.*
6 *Legitima ante mortem patris non habet nomen legitimæ.*
7 *Hæreditas non vocatur hæreditas cum adita ſit.*
8 *Legitima antequam petatur, vel agnoſcatur, tranſmittitur.*
9 *Etiam ad hæredes extraneos.*
10 *Licet petitio facta non ſit.*
11 *Tranſmitti non poſſunt quæ debita non ſunt, ſecus vero conditionalia.*
12 *Ius petendi legitimam in bonis noſtris an ſit.*
13 *Fructus legitimæ debentur filio à die mortis patris, & idem de fructibus ſupplementi; & quomodo intelligatur.*
14 *Legitima eſt acquiſita filio ſtatim poſt mortem patris, licet petita nõ fuerit.*
15 *Legitima conſequitur tribus actionibus.*
16 *Legitima cenſetur æs alienum.*
17 *Actionem habens, habere dicitur rem, licet impropriè.*
18 *Ius ad rem donari poteſt.*
19 *Filius cum legitimam conſequitur, efficitur hæres patri.*
20 *Filius an poſſit agnoſcere legitimam, & nomen hæredis recuſare.*
21 *Agnitio ſola in hærede ſufficit.*
22 *Diſponens de legato illud agnoſcere dicitur.*
*Idem de hæreditate dicimus.*
23 *Ius petendi ſupplementum legitimæ continetur ſub hypotheca omnium bonorum.*
24 *Legitima differt ab eius ſupplemento.*
25 *Acceptatio animum accipientis declarat, & denotat ratificationem relicti.*
26 *Ius quærendum publicari nequit.*
27 *Legitima non publicatur cæteris bonis publicatis, & quomodo intelligatur.*
28 *Filius non habet ius viuente patre in bonis ipſius, ſed tantum ſpem.*
29 *Ius adeundi cenſetur in bonis noſtris quo ad tranſmiſſionem, ſecus quo ad tranſmiſſionem pro publicatione.*

## CONSILIVM LXXVII.

# Initium à Domino.

DVBITATIO & doctè &
eleganter excitata & me,
vt ingenuè fatear non pa-
rum, prima (vt aiunt) facie
ancipitem fecit, vt contra
Magnificum D. Nicheſolã
reſponderem. Cæterum, re
diligentiſſimè perpenſa o-
pinor vere legitimam ſub
generali hypotheca cadere.
Quod, vt dicam, multis ad-
ducor. eo imprimis præſup
1 poſito, quòd non † ſolum quæ in Dominio noſtro ſunt, &
quæ à nobis poſſidentur, ſubiici poſſunt hypothecæ gene
rali, l. qui prædium. C. ſi alien. res pigno. data ſit. l. qui fi-
lios. C. quæ res pigno. obliga. poſſ. Verum etiam ea quæ
adhuc in bonis noſtris non ſunt verè, ſed ſolum nobis de
bita. lege tertia. §. 1. & ibi gloſſ. ff. qui potio. in pigno. ha-
bean. Bartolus in lege prima, §. primo. ff. de pigno. & tra
dit. Neguſant. in dubiis allegatus in tracta. de pigno. par-
te ſecunda, membro tertio. numero quinto. qui ſubiicit nu
mero 6. idem eſſe cum debitor ſolum habet ius aliquod
in re. ex l. grege. & in ſuperficiarijs, vbi glo. ff. de pignor.
2 Immò & debitoris † nomen ſub hypotheca continetur.
l. grege. §. cum pignori. ff. de pigno. & ibi Bartolus & i-
dem in l. nomen. C. quæ res pignor. obliga. poſſ. & late tra
dit Neguſ. præcitato loco. numero vigeſimoprimo, ita e-
3 tiam ius † futurum ſub generali hypotheca omnium bo-
norum continetur, lege vltima. codice. quæ res pigno. o-
blig. poſſ. Ripa. lege prima, numero ſecundo. ff. de pigno.
Iaſon in lege tertia. §. incertam. numero decimoſexto. ff.
de acquiren. poſſeſſio. qui ſcribit in conſtituto contine-
ri præſentia & futura & obligatione ſubiici omnium bo
norum. His ita poſitis, dico nunc hac in re omnem
dubitationem in eo verſari, an legitima ſit debita filio
mortuo patre, antequam eam petat. Qua in re cenſeo eſ
ſe debitam.

Primò, quia vera eſt iuris & Doctorum omnium ſen-
4 tentia, legitimam † eſſe filio debitam iure naturali, vel ve-
rius ratione naturali. l. cum ratio, in fine. ff. de bonis dam
na. & l. ſcimus in princip. C. de inoffi. teſtam. & declarant
Socinus iunior conſilio 62. numero decimo libro tertio.
Hinc tradunt omnes ex illo textu in l. quoniam in priori
bus. codice. de inoff. teſtamen. adeò purè & liberè eſſe de
5 bitam filio legitimam, vt nullum † onus, nulla dies, nulla
conditio adiicià patre poſſit. idem reſponderunt Ruin.
conſilio decimoſeptimo, numero 7. libro ſecundo. qui ait
legitimam mortuo patre ſtatim eſſe debitam filio, & pro-
bat.

bat.dicta lege ſcimus.§.cum autem.Hoc quod omnes aſ-
ſerunt,legitimam eſſe debitam filio, opinor neceſſariò
omnes intelligere poſt mortem patris, & ante petitio-
nem ab eo filio factam. Siquidem alio tempore, quàm
6 hoc,legitimæ nomen verè non habet.ante†mortem pa-
tris non habet nomen legitimæ; quia nullo modo illa de-
betur.ita tradunt Bartolus in lege ultima.ff.de lib. agno.
Iaſon l.in ſuis.ff.de lib.& poſthu.& in auth.nouiſſima.C.
de inoff.teſtam.col.ſecunda.Guido Papæ.queſtione 468.
Ita etiam petitione facta, quia tunc dicitur potius pro-
prium patrimonium ex ea aditione hæreditatis,quam per
7 petitionem facit,quam legitima.Nam hæreditate † adita
nomen hæreditatis extinguitur. lege prima. §. veteres.
vbi Iaſon numero decimoquarto de acq.poſſ.Decius cō-
ſilio ſexageſimonono,columna ſecunda Rubeus conſilio
centeſimoquinquageſimoprimo numero primo. & Pari
ſius conſilio vigeſimo, numero ſecundo libro tertio,cæ-
teros ſciens prætereo. Eſt ergo dicendum tunc legiti-
mam eſſe,& dici,cum mortuus eſt pater & petita adhuc
non fuit.

8 Secundò ea ratione adducor,quod legitima † antequam
ſit petita vel agnita tranſmittitur , ita reſponderunt Bal-
dus conſilio 432.Duo erant fratres.columna prima,verſi-
culo & ſi dicatur libro tertio.Alexand. conſilio centeſi-
moquinquageſimoprimo,ad finem. libro tertio.Ruinus
conſilio 107.in fine libro tertio. Decius conſilio 320. nu-
mero 3.Fabianus de Giochis in rep.auth. nouiſſima nu-
mero 268.C.de inof.teſt.& Cra. conſilio 312. numero 5.
Pariſius conſilio nono.numero octauo & conſilio quadra
geſimoquinto,numero octauo , libro ſecundo. qui affir-
9 mat,etiam ad†hæredes extraneos tranſmitti , & de ea ad
10 libitum diſponi poſſe.& in ſpecie cum adhuc † nulla eſt
facta petitio , idem reſpondit. Clariſs. Ceph. compater
meus conſilio quinquageſimoſexto,numero vigeſimopri
mo,libro primo,dum loquitur de filia quæ deceſſit in æ-
tate infantiæ.Ita de filio monacho, qui ignorauit ſibi re-
lictum Boerius queſtione 250.numero quarto circamed.
poſt Caſt.& alios.quæ deciſio ad rem multum facit. quia
ſi is monachus ignorabat,a fortiori conſtat non petiiſſe.
Si tranſmittitur ergo eſt eo tempore debita. & hac ra-
tione verè relati omnes interpretes vtuntur. Nec enim
11 tranſmitti†poſſunt quæ debita non ſunt vt iura conditio-
nalia.l.vnica,vbi gl.& omnes codice de iis qui ante aper.
tab.& tradunt Alexan.conſilio nonageſimoſecundo, co
lumna prima,libro tertio.Decius conſili. 416.in fine.Bru
nus conſilio octauo,numero ſecundo.Curtius iunior con
ſilio decimo ſexto , numero 1. & pulchre Aretinus conſi
lio primo.numero 5.Et ideo relati Doc.præſertim Boer.
12 d.q.250.numero 4.poſt alios dixit,ius † petendi legitimā
eſſe in bonis noſtris, & ita loquuntur de legitima ante-
quam petita ſit.

* Tertio non parum ſuffragatur, quod * vno ore omnes
13 ſcribunt , fructus † legitimæ deberi filio à die mortis pa
tris.ita Baldus conſilio 221.Super primo puncto libro 4.
Corn.conſilio 265.ad fin.libro tertio.Ruinus conſilio 56.
numero ſecundo,libro ſecundo.Capra conſilio ſexto, nu
mero octauo & conſilio 153. qui idem dicunt de fructi-
bus ſupplementi legitimæ.quam opinionem ſecutus eſt
Clariſs.Ceph.d.conſilio 56.numero 49.conſilio nonage
ſimoquinto,numero.19.& conſilio 109.numero 29.libro
1.Quod quidem intelligunt omnes nulla facta petitione.
Nam vbi petita foret legitima virtute interpellationis &
moræ eſſent præſtandi fructus, non autem natura rei de-
bitæ.atque ita in ſpecie concludit Fabianus in d. authen.
nouiſſima.num,centeſimodecimonono.C.de inof.teſta.
ea ratione,quia dies mortis & aditæ hæreditatis interpel-
lat.pro filio. quæ ratio a Fabiano conſiderata clarè con-
14 cludit†legitimam filio eſſe quæſitam perfectè mortuo pa
tre abſque alia petitione.

Quartò his his accedit,quod legitima dicitur eſſe debi-
tum ratione naturali,vt ſupra dictum fuit.& ob id actio-
15 nes†tres conceduntur ad eam conſequendam, condictio
ex lege,petitio hæreditatis.& actio ex teſtamento.ita la-
te,poſt Baldum,Corneum & alios plures reſpondit Cra
uetta conſilio trecenteſimoduodecimo numero quar
to,verſiculo , ſed præter eum Rubeus conſilio 156.
numero ſecundo.Inde fit,vt æs alienum inſpecta perſona
16 debentis perſoluere,legitima†cenſeatur æs alienum:quē-
admodum tradunt Alexan.conſilio ſeptimo , numero 8.
libro ſecundo & declarat Iaſon conſilio 181. libro ſecun-
do.Fabianus in d.rep.auth.nouiſſima.numero.60.& cla-
riſſime Tiraqu.in rep.l. ſi vnquam,in verbo, ſuſceperit li
beros.numero 113.C.de reuoc.dona.confirmatur, quia ſi
17 actionem†filius habet rem habere videtur.l qui actionē.
de reg.iur.quamquam,hoc impropriè ſit, vt ibidem de-
clarant Dec. & Cagnolus. & reſpondit Ruinus conſilio
97.numero vndecimo libro quinto, nihilominus hoc ad
rem noſtram nil refert,quia etiam ſi ſola ſit actio, attamē
ſub hypotheca continetur.d.lege nomen codice quæ res
pig.oblig.poſſunt.Nec negari poteſt , quin ſit ſaltem ius
ad rem,ex quo probabiliter,immo ſine controuerſia con
18 ſequi poteſt , ſi eſt ius†ad rem,vt donari illud poteſt.leg.
ſpem codice de dona.ita ſub hypotheca continetur,cum
hypothecari poſſint,quę etiam alienari.lege prima.§.vlt.
ſſ.quæ res pig.obl.poſſ.Neguſ.d.3.membro.nu. 46.& res
clara eſt.

Quintò opinor,neceſſe non eſſe filio petere legitimam,
vt eam acquirat;ſed credo ſufficere ſolam agnitionem , ſi
modo actus aliquis extrinſecus hoc in caſu requiritur.Nā
19 filius†cum legitimam conſequitur patri hæres efficitur. i-
ta tradunt Bartolus in leg. quia poterat.ff.ad Treb. Bal-
dus.leg.hæres codice de impub.Ruin.conſilio 136.nume
ro tertio,libro ſecundo.& Bolog.conſilio 50. in fine qui
20 ſcribunt, filium†non poſſe legitimam aſſequi & recuſare
hæredis nomen. Quo ita poſito, ſequitur quòd quemad-
21 modum in hærede ſola hæreditatis agnitio†ſufficit l.ſi a-
uia.C.de iur.delib.late omnes in l.gerit.ff.de acq.hær. &
latiſſime Tiraq.in tract.le morta ſaiſit le viſ. par. 7.decl.
2.ita in hoc caſu legitimè dicendum eſt. Atqui iam con-
ſtat D.Aloyſiam agnouiſſe legitimam ex bonis maternis,
cum eam portionem bonorum maternorum legauerit.
vt probat.d.l.ſi auia.C.de iur.delib.Ita etiam qui delega-
22 to † diſponit legatū agnoſcere dicitur Craue. conſilio
261.num.3.idem de hæreditate, quæ agnita & adita dici-
tur cum hæres eam cedit,vel de ea aliter diſpoſuit.ita So-
cin.iun.con.107.nu.1.li.2.& Pariſ.con.19.nu.116.118.li.2.

Sextò,credo pro D.Nicheſola eſſe deciſionem in for-
tiori caſu Ripæ.in l.1.nume.7.ff. de pigno.dum affirmat
23 ius†petendi ſupplementum legitimæ contineri ſub hy-
potheca omnium bonorum.& tamen eo loci Ripa ait,il-
lud ſupplementum non deberi,niſi petitione facta : ergo
a fortiori In legitima.vt infra dicam. Non obſtant nunc
quæ in dubijs adſeruntur & doctè & ſubtiliter.ſiquidem
gloſ.in l.ſcimus.C.de inoff.teſt. & Doctores qui eam ſe-
quuntur verè loquuntur in ſupplemento legitimæ , non
autem in ipſamet legitima.atque ita loquuntur Ripa.l. 1.
num.7.ff.de pign.Cor.conſi.126.nu.9.lib.2.& con. 264.
nume.8.li.4.Iaſ.l.de pupillo.§.qui opus.3.nota.de operis
nou.nun. Tiraq.in.l.ſi vnquam.in verbo reuertatur nu-
me.11.C.de reuo.don. Hier.Verius in repe.l.ex facto. nu
me 294.de vulga.Natta conſi.352.nu.9.lib.2.& Bertrā.cō
ſi.121.lib.5.& recte ij ſentiunt.& ſi ab his diſſentiant Salic.
in d.l.cum ſcimus.q.1.Alexan.conſi.150.nume. 8. libr. 2.
dum aſſerunt ita tranſmitti ſupplementum legitimæ ac
ipſam legitimam.& alios ſupra retuli.Attamen rectè ( vt
dixi)opinor ſenſiſſe gloſ.d.l.ſcimus , & qui eam ſunt ſe-
cuti.non tamen quicquam obeſt,cum magna ſit differen
24 tia†inter legitimam & eius ſupplementum. Nam ob id
ſupplementum non præſtatur,niſi a filio petatur,quia nō
petendo videtur contētari de ea portione ſibi patre reli-
cta,& illam loco integræ legitimæ habere.Illa enim acce
25 ptatio†animum acceptantis declarat.l.Paulus.ff.rem ra-
tam haber.immo acceptatio inuit ratificationem relicti.
l.auia.C.de iur.delibe.late Cra.conſi.261.nu.3.quod non
contingit,cum legitima non eſt aliquo modo petita, nec
enim ex illa taciturnitate animus detegitur.

Non etiam aduerſatur ꝙ in motiuo dicitur , adeo ante
petitionem nullum ius in legitima quæſitum eſſe , vt nec
26 in cōfiſcatione bonorum illa veniat.cum dicatur ius†quę
rendum quod publicari non poteſt.vt reſpondit Dec.cō-
ſi.442.nu.20. & Boſſius in tract. cauſarum criminal. tit.
De bonorum publica.in prin.Idem ſcribunt alij quos re
cenſet Crau.conſi.252.col.2. Cur.iun.conſi.102. nu. 6. &
27 Pariſ.conſi.157.nu.27.lib.4.Et in ſpecie legitimam †non
publicari cæteris bonis publicatis,tradunt multi,quo re-
tuli in tract.de recup.poſſ.remedio nono.nu.176.Reſpō
deo,& animaduertendum cenſeo,quòd aut loquimur de
publicatione bonorū ex delicto filij,aut ex delicto patis.





Primo caſu,cùm filius delinquit viuente patre. publi-
catis bonis oībus filij non publicatur legitima ei debita
poſt mortem patris:ea rōne,quam & ſ.attigi quia viuen-
28 te † patre non habet ius aliquod filius radicatum in bo-
nis patris.ita Ang.in §.ſi quis autem non implēs,in auth.
de hrdi.& Falcid.& latè confirmat Fabianus de Giocchis
in repē.auth.nouiſſima.nū.261.C.de inoff.teſt 1.& quam-
quam ſpem probabilem(vt mox dicam)filius habeat, nō
tamen illud ius futurum venit in confiſcatione ,& ratio-
nem ſtatim ſubiiciam.

Secundo caſu,cū pater ipſe delinquit,legitima filij non
publicatur:ea ratione,quia & ſi perfectè debita non ſit le-
gitima patre viuente, eſt tamen certa ſpes deberi illam
præſtari mortuo patre.& ob id,vt ſ.dicebam dicitur le-
gitima eſſe quaſi debita & eſſe æs alienum.ita alijs rationi
bus latè tradit Fabianus in d.auth.nouiſſima.num.262.

Tertium caſum,qui proprius ad rem noſtram accedit,
omittunt Doctores:quando ſcilicet filius ſtatim mortuo
patre deliquit,antequàm legitimam petat,an tunc publi-
cari debeat legitima.Qua in re ſine controuerſia dico pu-
blicari.& fortè hunc caſum,vti indubitabilem non pro-
poſuerunt Doctores.Nam ſi (vt iam dixi)ſtatim mortuo
patre eſt debita legitima,ſi de ea diſponere poteſt, ſi eſt
quaſi debita viuo patre,quantò fortius eo mortuo? Eſt e-
nim ius purum & ab omni onere liberum.Et hoc caſu ceſ
ſat illa ratio,qua dicimus ius futurum non cōfiſcari, vt in-
quit Dec.d.con.442.nu.20.cum alijs ſ.relatis. Nā in his
ſtricta admodum recipitur interpretatio,vt multis probat
Dec.d.con.442.col.2.& Fabianus in d. auth. nouiſſima.
nu. 261.non ergo mirum,ſi ius futurum,quod non dicitur
ius propriè,non publicatur;vt tradunt relati omnes iuris
interpretes.At nos loquimur cùm ius cōpetit de præſen-
ti & eſt certum.Præterea magna eſt dīa cùm ius aliquod
conſideratur ratione publicationis ex delicto, & cū in a-
29 liam ob cauſam.Nam videmus,ius † adeundi cēſeri in bo
nis noſtris quò ad tranſmiſſionem,& tamen non conſide
ratur quò ad eandem tranſmiſſionem in hac publicatio-
nis bonorum materia. Ita Imola in l.ſi ita quis.§.ca l.de
verb.oblig.quē ſecutus eſt Rui.con.23.nu.27.lib.5.qui ita
declarat.l.pretia rerum.ff.ad l.falcid. His opinior ſatisfa-
ctum eſſe dubitationibus ſubtiliter excitatis.

Iacobus Menochius I. C.

## SVMMARIVM.

1 *Teſtator ob delictū vnius non poteſt priuare hæreditate filiā ſuam.*
2 *Et quæ ſit ratio.*
3 *Teſtator quando poſſit adimere relictum in teſtamento.*
4 *Ademptio in dubio pro pœna præſumitur facta.& nu.11. & per totum conſi.*
5 *Filius inſtitutus ſub conditione non poteſtatiua rumpit teſtamētū.*
6 *Exhæredatio cū cauſa fieri debet,alias nō valet.& nu.28.& ſeq.*
7 *Teſtator poteſt adijcere conditionem vel modū ſuæ diſpoſitioni,& vbi illis locus non eſt,transferre in alium hæreditatem ſuam.*
8 *Diſpoſitio,ſeu ademptio ad hoc vt cenſeatur in vim pœnæ facta, aliquod præceptum præceſſiſſe oportet.*
9 *Filius præſumitur patrem diligere.*
10 *Inſtituto prima ſi purè & ſimplicer facta ſit, deinde teſtator conditionalem tranſlationem ſubiecit,præcedens inſtitutio ſub contraria conditione facta dicitur.*
11 *Diſpoſitio dicitur conditionalis cùm adijcitur conditio reuocationis.*
12 *Diſpoſitio teſtatoris interpretatur in dubio potius in caſu cōditionis quàm pœnæ.& ſupra nū.4.*
13 *Conditionis adiectio quando plus operetur quàm adiectio modi.*
14 *Conditio diſpoſitionem ſuſpendit.*
15 *Modus appoſitus in diſpoſitione præſuppcnit,diſpoſitionem perfectā.*
16 *Modus in diſpoſitione poſitus quid ſit.*
17 *Diſpoſitio ſub modo facta,ſi deficiat modus,vt puta ſi nō adimpleatur,an diſpoſitio irritetur.*
*Et quid ſi modus pendet à facto tertij:*
18 *Legatum ſub modo implendo per Prælatum factum eccleſiæ,ſi modus non fuerit impletus,an legatum Eccleſiæ debeatur, quomodo intelligatur.*
19 *Tranſlatio in vim pœnæ fieri poteſt,etiam quando pendet à facto certij.*
20 *Tranſlatio legati Eccleſiæ facti valet in pœnam adminiſtratorum ipſius Eccleſiæ,qui iuſſa teſtatoris non impleuerint.*
21 *Et an eo caſu Eccleſiæ ſuccurratur ob dolum ac negligentiā adminiſtratorum.*
22 *Renuntiare quis poteſt iuri ſuo tacitè & expreſſè.*
23 *Petitio hæreditatis præſcribitur ſpatio 30. anno. de iure C. & quo modo de iure pretorio.*
24 *Hæres non poteſt impugnare teſtamentum ſemel ab ipſo approbatum.*
25 *Renuntians facto cenſetur renuntiare omni iuri, quod ex eo deſcendit.*
26 *Intellectus ad l.paterfamilias.de hæred inſti.*
27 *Portio cohæredis non adimpletis conditionem pro parte ſua accreſcit alteri in totum adimplenti.*
28 *Inſtitutio filij ſub caſuali conditione vt illa reijciatur à legitima, an valeat.*
29 *Exhæredatio quouiſmodo facta à patre valeat conſentiente filio:nec que poteſt teſtamentum quod approbauit oppugnare.*
30 *Exhæredati ſine cauſa quo caſu valeat, etiam contradicente filio, legitima non debtur ſiliabus dotatis à patre.*

## FACTI SPECIES.

*DOmin. Hieronymus Boccatius Brixienſis anno 1536. teſtamentum condidit, in quo hæredem inſtituit D. Paulam eius filiam, quibuſdam adiectis cōditionibus. inter cæteras hanc adſcripſit. Et caſu quo idem Do. Hieronimus teſtator decedret veneno, vel morte violenta, (quod Deus auertat) dicto caſu reuocauit & reuocat dictum eius teſtamentum in omnibus prout iacet: & voluit & vult eſſe nullius valoris & momenti, tamquam ſi non fuiſſet factum. & dicto caſu voluit & vult eius bona & hæreditatem deuenire in hoſpitale magnū Brixiæ. Quod hoſpitale dicto caſu ſibi hæredem vniuerſalem facit & inſtituit.*

*Euenit quòd is Do. Hier. teſtator fuit interfectus anno 1539. & eo mortuo hoſpitale Brixiæ eius hæreditatem ſtatim apprehendit, & hactenus poſſidet. Idque conſentiente ipſa D.Paula, quæ ex permultis actis oſtendit ſe voluiſſe acquieſcere, quod hoc caſu hoſpitale hæreditatem hanc haberet. Nunc vero D.Paula conqueritur, hanc hæreditatem ſibi ex patris teſtamento debitā iniquè ab hoſpitali occupari. Quid iuris ſit, ambigitur.*

# Initium à Domino.

## CONSILIVM LXXVIII.

HAEC quæ proponitur, iu-
ris quæſtio,non parum dif-
ficilis & perplexa eſt nam
dicendum omnino videba-
tur,hoſpitale iure heredem
non fore dicti D.Hierony-
mi,ſed totam illam hæredi-
tatem eſſe deferēdam dictæ
D.Paulæ filiæ.

Primò , ea ratione , quòd
non videtur licuiſſe † d. te- 1
ſtatori ita diſponendo ob
homicidæ facinus priuare filiam Paulam à ſe iam hæredē
inſtitutam,ex claro illo & ſingulari reſponſo Alpheni in
l.Paterfamil.ff. de hæred.inſt.quod ſingulare eſſe cēſuerūt
Romanus ſing.112.Quæro, &c.Ant. Corſetus ſingulari in
verbo,teſtator.il 2.& Gulielm.Benedictus in rep.c Ray-
nutius,parte prima,in verbo ſi abſq;liberis moreretur.nu
219.de teſta.quod intellexit Bar.in dicta.l.paterfamil.nu.
2 2.euenire,quia illa ademptio & exhæredatio † non in vim
cōditionis,ſed pœnæ facta dicitur : quemadmodum hoc
in caſu videtur factum.Et id apertius demōſtratur ex do-
ctrina Bart.præcitato loco.quam quidē probarunt Bald.
in l.1.in 5.opoſ.C.de ijs,quæ pœnę nom.Soc.Sen.conſ.21.
col.2.verſi.confirmatur & 2.li.3.Rui.conſ.122.col.5.num.
10.li.2.& conſi.150.nu.9.verſ.2.infertur.li.3.& Didac Co
uarr.in c.Raynaldus. §.1.nu.7.de teſta.Durā.de arte teſtā
di,li.3.cautel.4.nu.2.Qui quidem,alijs relatis cum Bartolo

3 ita diſtinguit. Aut teſtator † aliquid primò dat purè &
ſimpliciter, deinde diſpoſitionem ſubnectit, qua in caſum
contrauentionis à facto tertij dependentis; adimit, & tūc
nullius eſt effectus ademptio illa. d. l. paterfam. Aut præ-
cedit teſtatoris diſpoſitio nō purè, ſed ſub conditione cō
modū inſtitutionis tribuens, & deinde ſubſequitur adēp-
tio, ſi conditio non eueniat, tunc valet ademptio, ſuúmq;
effectum conſequitur, etſi à facto tertij pendeat, itaij intel
ligunt & explicant l. ſi ita fuerit. in pri. ff. de manū. teſt. Ea
fortè eſt rō, ꝙ priore caſu ex facto tertij adimitur, quod
iā purè datū, id quod iniquū eſſe videtur. Secundo verò
caſu nihil admittitur, cùm pendente adhuc conditione ni
hil datū ſit. l. ſi quis ſub conditione dādorū decē. ff. ſi quis
omiſſa cauſ. teſt. In hac ergo facti ſpecie fortè verſamur
circa primū diſtinctionis caſum: ſi quidē is teſtator purè
& ſimpliciter inſtituiſſe videtur D. Paulam filiā, & ea inſti
tutione perfecta illud adiecit, quòd ſi veneno, vel altera
morte violenta &c. quæ ſanè adiectio non cōditionis, ſed
pœnæ vim obtinere videtur: & ob eam D. Paulam filiam
ſine ſuo facto priuari non potuiſſe.

Secundò confirmari videtur, ꝙ in vim pœnæ & non cō
ditionis tranſlata hæc hæreditas videtur: ſi quidem in du-
4 bio pœna † & non alius actus præſumi videtur. quemad-
modum his in terminis interrogatus rñdit Rui. conſi. 20.
nu. 5. li. 2. ex ſententia Alex. in l. ita ſtipulatus magna, col.
vlt. verſi. per quam opininionē limitatur, de verb. obl. &
clarius Pariſ. conſi. 19. nu. 138. lib. 2. ſi in vim pœnæ eſt fa-
cta tranſlatio, ſequitur vt (dixi) Do. Paulam priuari fortè
non potuiſſe.

Tertiò, contra hoſpitale hæc ratio non parū vrgere vi-
5 detur, ꝙ cùm filia hæc fuerit ſub ea conditione † non po-
teſtatiua inſtituta, nempè, ſi non erit ipſe teſtator veneno
vel alia morte violenta occiſus: quo fit vt teſtamentū il-
lud ſit nullum l. ſi pater vbi Alex. nu. 3. C. de inſt. & ſubſt.
& latè Soc. Sen. conſi. 97. & cōſi. 98. li. 3. & Fulg. con. 21. ſi
teſtamentum eſt nullum ſequitur hæreditatem non defer
ri hoſpitali ex teſtamento: ſed D. Paulæ filiæ ab inteſtato.

Quartò ac vltimò, ſi diceremus, ex hac reuocatione &
diſpoſitione hoſpitale conſequi debere hæreditatem, ſe-
6 queretur D. Paulam filiam eſſe ſine † iuſta cauſa exhære-
datā aduerſus §. cauſas in auth. vt cū de appell. cogno. &
ſcribūt Alex. & Dec. in d. l. ſi pater. C. de inſt. & ſubſt. ille
nu. 3. iſte nu. 8. Hæc me dubiū & ancipitem reddebāt, atq;
ferè impellebant vt pro D. Paula reſponderem.

Cæterùm, re ipſa longè melius atque diligentius per-
penſa, contrariæ ſententiæ magis accedo, & opinionem
Excellentiſ. d. D. Ludouici Chizziolæ & Hieronymi Re-
gij, qui doctiſsimè pro hoſpitali reſponderunt, probo:
nempè hoſpitale iure inſtitutum eſſe hæredem, & rectè eā
aſſecutum fuiſſe. Quod quidem vt dicam, multis adducor
rationib. meo quidē iudicio, ſatis ſolidis. Verū añ omnia
7 illud ſciendū eſt, teſtatori † licere adijcere conditionem
vel modū ſuæ diſpoſitioni, & vbi illis locus non ſit, tranſ-
ferre in alium hæreditatē ſuam. de cōditione extat tex. in
d. §. ſi ita fuerit, de manū. teſt. & alijs infra fuſius cōproba
uimus. de modo ꝓbatur in l. ſi hæres. ff. de cond. ob cauſ. &
in l. 2. C. de his, quæ ſub modo. & latius infra dicemus. Ver
ſatur ergo omnis difficultas cognoſcere, an hæc teſtato-
ris diſpoſitio & adiectio facta ſit in vim conditionis, mo-
di. vel pœnæ. Quòd autem facta ſit in vim conditionis;
multis probatur.

Primò, hæc diſpoſitio non eſt in vim pœnæ, ergo dicen
dū eſt in vim cōditionis valere. quòd nō ſit in vim pœnæ,
8 vel ex eo demonſtratur, quod vt † in vim pænæ valeat diſ
ſpoſitio præceptū aliquod præceſsiſſet debuit, vt annota-
rūt oēs in §. vlt. Inſti. de lega. ſenſit Rui. cōſ. 150. nu. 7. li. 3.
& clarius Soc. in l. 2. verſ. ſed aduerte. ff. de cōd. & demon.
& cōſi. 21. col. 1. ver. ſed in caſu noſtro. li. 3. Iaſ. in l. talis ſcri
ptura, in prin. nu. 16. de leg. 1. & Pariſ. cōſ. 19. nu. 258. lib. 2.
At in caſu noſtro nō modò quò ad D. Paulā nullū præceſ
ſit præceptū ne ab ea occideretur, verū nec cōſiderari for
9 tè pōt: cū præſumptio † ſit, filiā patrē diligere, nō aūt odio
habere. Quod ergo à teſtatore eſt factū, nō dicitur factū
in pœnam contempti præcepti, cùm nullum præceſſerit.
10 Secundò ea adducor rōne ꝙ teſtator † primò purè & ſim-
pliciter inſtituit, deinde cōditionalē trāſlationē ſubiecit.
Quocirca præcedēs īſtitutio ſub cōtraria cōditione facta
dicitur. l. aliqñ, in fi. ff. de cōdit. & demo. quā ita in his ter-
minis intellexit Rui. cōſ. 150. nu. 7. verſ. 2. cōfirmatur, li. 3.
atq; ita declarat Bart. in d. l. paterfa. nu. 4. nec aliter ſenſit
Aret. in l. Titia. col. 3. verſ. ſed iſta ſua rō, de ver. ob. dū re-
ijciendo conſultationē Oldradi, differētiā inter duos hos
caſus cōſtituit. primò, cū præcedit ſimplex inſtitutio, de-
inde ſequitur conditionalis adēptio, ſine oneris impoſi-
tione, tūc dicitur adēptio in vim cōditionis. ſecundo, cū
teſtator purè diſpoſuit, hæredē inſtituendo, deinde ſubiū
git onus, & poſt oneris impoſitionē, adēptio ſubſequitur,
ſi illi volūtati ſatisfactū nō fuerit, tunc, ſi nō fuerit ſatisfa-
ctū adēptio in vim pœnæ facta dicitur. Nos verſamur in
primo illo caſu: ſi quidē iā diximus nullū hîc onus fuiſſe
D. Paulæ iniunctū. nec aduerſatur vna cōſideratio Rui. cō
ſil. 20. nu. 4. verſ. ſed adhuc cōtra prædicta lib. 2. dū intelli
git d. l. aliquādo, niſi adēptio ſit facta in vim pœnæ. Nam
ſuo in caſu præſupponit Ruin. adēptionē præceſsiſſe demandatū onus: ſecus ergo ſi nō præceſsiſſet, vt in caſu no-
ſtro. Quocirca confirmat potius Rui. hanc ſententiā, quā
impugnet. ita pariter intelligo eundē Ruin. conſil. 48. nu.
4. lib. 2. qui exponit Bar. in l. 1. §. ſi ita. nu. 2. verſ. ſed contra
iſtud oppono fortiter. ff ad l. Fal. His accedit egregiū rñ-
ſum conſultiſsimi cōpatris mei Io. Cephali conſ. 52. lib. 1.
11 vbi nu. 9. affirmat diſpoſitionē † eſſe cōditionalē, cū adii-
citur conditio reuocationi, vt ſi dicā, quas pecunias ego
legaui, reuoco & adimo, niſi mater mea morietur, imò eo
loci nu. 17. fortius ſcribit, diſpoſitionē non eſſe pœnalem,
ſed in vim conditionis, ſi teſtator poſt primos hæredes
alios in vniuerſa hæreditate inſtituit, nulla facta expreſſa
ademptione à prioribus, vt latè is & eruditè explicat illā
facti ſpeciem huic noſtræ non diſsimilem.

Tertio ſuffragatur, quòd in dúbio ſumenda eſt hæc in-
12 terpretatio † quòd in vim conditionis, & non pœnæ ſit
facta tranſlatio. quam ſanè aſſertionem probat gloſſa, ſi
rectè perpendatur in l. 2. in gl. 1. ff. de his, quę pœnæ nom.
ibi, ſi autē non apparet, dicam eſſe conditionē. Quod qui-
dem ea ratione confirmatur quia ſic intelligendo appare-
bit teſtatorem iuxta legis diſpoſitionem voluiſſe diſpo-
nere: non autem adiicere pœnam innoxiæ filiæ. Nec ad-
uerſatur quod ſuprà dixi ex Alex. & Ruino, nēpè pœnam
præſumi quoniam infrà ſuo loco reſponſum adferam.

Quartò, vtor argumento à fortiori ſumpto, plus ope-
13 ratur adiectio conditionis † in tranſlatione diſpoſitionis
14 quā ipſe modus. quod vel ex eo patet, quia cōditio † om-
nia in ſuſpenſo retinet, & ea conditione non impleta diſ-
15 poſitio eſt imperfecta: cùm tñ modus † præſupponat diſ-
poſitionem perfectam, ēt ipſo modo non impleto. Nam
conditio illa dr̃, quæ antequam actus perfectus efficiatur,
16 implenda eſt. l. filiofa. de cond. & demon. Modus † aūt dr̃
moderatio quædam diſpoſitioni adiecta aggrauans in tē-
pus diſpoſitionis perfectæ. l. demonſtratio. §. vlt. & l. quib.
diebus. §. Termilius, vbi Bar. nu. 1. ff. de cond. & demonſt.
& ibi Soc. nu. 7. ſcribit illam Bartholi diffinitionem & di-
ferentiā à cæteris recipi. Quibus accedunt Aret conſi. 93.
in fi. & conſi. 149. col. 1. Alex. conſil. 102. nu. 2. lib. 2. Ruin.
conſ. 60. nu. 5. lib. 2. Alc. reſp. 236. nu. 2. & Crau. cōſi. 59. nu.
17 1. At illud clarum eſt ex non implemento † modi etiā de-
pendentis à facto tertij diſpoſitionem atq; ita hæreditatē
transferri. quod probatur in l. ſi hæres. ff. de cond. ob cām
& l. 2. C. de his, quæ ſub mō. Bar. in d. §. Termilius. nu. 17.
& Alex. conſi. 102. col. 2. ver. 2. principaliter. li. 1. & Soc. in
d. §. Termilius. num. 7. auctoritate Io. Andreæ in addit. ad
Spec. tit. de inſtrumentorū editione. §. nunc verò aliqua.
nu. 83. in addit. quæ incipit iniuriarū, quò loci ſcripſit ille,
ꝙ ſi teſtator inſtituit hæredem, his verbis: Inſtituo hære-
dē meū Titiū in omnibus bonis meis, hac conditione, ꝙ
non ſuccedat, nec poſsideat dicta bona, nec eorū partem
poſsit habere, nec eorum poſſeſsionē recipere, donec le-
gata à me relicta per meos executores fuerint ſoluta, in-
quit Io. Andreas hāc diſpoſitionem eſſe modalē, & cuius
implementum pendet à facto tertij, nempè executorum;
& tamen hæres hæreditatem non conſequitur, ſi modus
ille non impletur. Quod ſine cōtrouerſia hîc procedit, vbi
à teſtatore expreſſum ita fuit. quod annotauit Io. Andr.
precitato loco. Accedit doctrina Socini in d. §. Termilius
nu. 17. verſi. aliquando & ſecundò. dū docuit, quòd ſi ad
18 commodum † eccleſiæ factum eſt legatū, & adiectus mo-
dus per Prælatum implendus; & caſu quo non impleatur,
quòd eccleſia legato priuetur: ſi Prælatus non ſatisfacit, ec
cleſia legatum perdit. & in ſpecie magis rñdit Bal. conſi.
219. Pepus Nicolutij, col. 2. ver. præterea ētſi per caſū. li. 2.
relictum non deberi, ſi modus caſu & fortuitò non imple
tur, cū ita teſtator diſpoſuit. Licèt ergo culpa & facto. D.
Paulæ



Paulæ effectū non ſit quin D. Hieronymus teſtator eius pa
ter morte naturali vita functus ſit: attamen poſteaquam
eum modum, vel verius conditionem ſuæ diſpoſitioni ex
preſsim adhibuit, eſt dicendum, hæreditatem eſſe, iuxta
ſuam voluntatem, tranſlatam in hoſpitale.

Quintò admiſſo tranſlationem hanc factā fuiſſe in vim
pœnæ, adhuc opinor illam fieri potuiſſe cùm à iure non
improbetur. Non enim (vt mox dicam) ratione caret, nec
19 iniqua eſt. Quòd tranſlatio † in vim pœnæ fieri poſsit, et
quando pendet à facto tertij, probat tex. d. l. ſi ita fuerit,
in prin. ff. de manum. teſt. ibi, niſi aliud expreſſerit teſtator
& ibi prout teſtatorem voluiſſe apparebit. Atq; ita clarè
docuit Alex. in l. hæreditas, in fi. C. de his quib. vt indig.
& magis clarè in his terminis idē rñdit Soc. Iun. cōſil. 129.
nu. 16. 17. li. 3. & in l. 4. §. Cato. nu. 45. ff. de ver. obl. ita intel
ligens d. l. ſi ita fuerit. Et ad rē melius confert reſpōſū An-
geli cōſi. 167. Teſtator in omnib. col. 2. verſi. ſuper tertio
20 verò. dū reſpōdit, trāſlationē † legati eccleſiæ facti valere
in pœnā adminiſtratorū ipſius eccleſiæ, qui teſtōris iuſſa
non impleuerunt. voluit enim Angelus eccleſiam potuiſſe
priuari ob factum adminiſtratorū etſi aliàs eorū factū ec-
cleſiæ non noceat, vt inquit gl. in c. 2. de ord. cog. Sed hoc
ꝓcedit, quia ita teſtatori placuit. Angelū ſecutus eſt Ruin.
21 cōſi. 27. nu. 3. li. 2. qui ſubiungit, tūc eccleſiæ † ſuccurri ad
uerſus adminiſtratorū dolū & negligentiam. Idē ergo di-
cendū eſt in caſu nr̃o. cōfert quod dixi ſuperiore funda-
mento ex doctina Soc. in l. quib. dieb. §. Termilius: nu. 17.
ver. aliquando & ſecundò. de cond. & demon.

Sexto admiſſo ēt quòd nō licuerit teſtatori in vim pœ-
næ adimere, & ꝙ nec in vim conditionis teneat hæc diſpo
ſitio, attamē clarè cōſtat D. Paulam ex ſuo proprio con-
22 ſenſu ſe ipſam ab hac ſucceſsione excluſiſſe. Nam † & ta-
citè & expreſsè viſa eſt iuri ſuo renuntiare. tacitè, quoniā
paſſa eſt per triginta ferè annos hæreditatem hanc ab hoſ-
23 pitali poſsideri, & tamen clari iuris eſt, petioni † hæredi-
tatis præſcribi ſpatio annorum triginta de iure ciuili l. li-
cèt. C. de præſcrip. 30. vel 40. anno. & anno de iure preto-
rio, vt ſcribunt permulti relati à Boe. q. 96. nu. 7. qui in his
terminis, imò fortiorib. loquitur. expreſsè ēt ius ſuum re-
miſit D. Paula per tranſactionem cum ipſo hoſpitali anno
24 1540. initā. in qua quidē tranſactione † fatetur ipſum hoſ
pitale hæredem eſſe dicti D. Heronymi teſtatoris: non er-
go poteſt D. Paula nunc impugnare illud teſtamentum;
quemadmodum docuit Iaſ. in d. l. ſi pater. in fine. C. de
inſt. & ſubſt. & infrà alijs oſtendam. etiam teſtamentum
ſuſtineri, quo filius fuit ſine cauſa exhæredatus, vel præte
ritus (quod eſt fortius) valere, ſi teſtamentum illud filius
ipſe approbauit. Accedit quod in illis tranſactionibus &
contractibus celebratis inter D. Paulam & hoſpitale, re-
nuntiauit D. Paula illi teſtamento ex quo agnouit hoſpi-
25 tale hæredis loco. Quo fit vt renuntiando facto. † cenſe
atur renuntiare omni iuri, quod ex eo deſcendit, ita egre-
giè reſponderunt Bart. conſi. 50. Dilectus colu. 1. lib. 1.
Iaſ. l. ſciendum. nu. 33. ver. contrariam. de verb. oblig.
Cra. conſi. 290. nu. 2. ver. 2. nos. & Ceph. cōſi. 137. nu. 5. li. 1.

Non obſtant nunc in contrarium adducta, quib. etſi cre
dam ex iam relatis ſatisfactum fuiſſe attamen in ſpecie re-
ſpondeo. Et ad illud primū dicitur, d. l. paterfa. nō obeſſe
Primò, quia is textus procedit cùm ius hæredi inſtituto iā
quæſitum eſt, à quo quidē auferre durum & irrationabile
quodammodo vr̃. at in caſu noſtro non pōt dici ius quæ-
ſitū D. Paulæ, cū ſub cōditione hæres facta eam adire non
potuerit: atque ita in ſpecie eleganter declarat celeberr.
Cepha. d. conſ. 52. nu. 9. lib. 1. & num. 21. 22. illius egregias
26 conſiderationes non refero. Secundò rñdeo, † & aliter in
terpretor d. l. paterfa. quàm alij hactenus fecerint. Dico i-
taq; diſpoſitionē teſtōris in d. l. paterfam. iudicatam fuiſſe
ob id irrationabilē, & per ç̃ns non obſeruandā, quia teſta-
tor ille iuſſerat monumētū ſibi ſtrui à duob. hæredib. à ſe
inſtitutis. Quod ſanè monumētū ab vno hr̃dū, q hr̃ditatē
adiuit, ſtructū fuit, Dubitatū fuit an hic hæres, qui ſolus in
totū monumētū edificauit, hr̃ditatē habere reipſa poſſet.
dicendū videbatur non poſſe; cùm voluntati teſtatoris nō
videatur ſatisfactū, dū voluit teſtator à duob. ædificari, nō
ab vno. Contrariū tñ eo loci rñdit ea rōne Alphen' quòd
cùm volūtati teſtōris, qui illud tantū viſus eſt ſpectare, mo
numētū ædificari, ab vno hæredū ſatisfactū re ipſa fuerit,
naturali æquitati repugnat, vt is, qui tā pro ſe, quā pro al-
tero ſatis fecit teſtōris deſiderio, iure ſuo ex alterius per-
27 ſona priuetur. Præterea, is hæres, qui † pro parte ſua mo-
numentum ſtruere recuſauit, hæreditatem non adiuit pro
ſua portione, quæ ſanè deficiens portio accreſcit alteri hæ
redi adimplenti: & ob id efficit eū eſſe hæredē in totū, &
perſonā ſuſtinere duorū: atq; ita erit voluntati teſtatoris ſa-
tisfactū. Quod non contingit in caſu noſtro. in quo nihil
fuit ab vno hærede factū ob quod hæreditatem mereatur
vel ab altero omiſſū vt alter priuetur: ſed ita placuit teſta-
tori expreſsè diſponere. quæ ſanè diſpoſitio, non repugnat
rationi naturali, alioqui foret dicendum, eſſe & irrationa-
bilem illam, quæ deficit ob euentum fortunæ & caſus: ꝙ
falſum eſſe ſupra oſtendimus.

Non obſtat ſecundum, quod in dubio pœna præſumi-
tur, quia reſpondeo, Alex. in d. l. ita ſtipulatus, loqui extra
terminos noſtros. loquitur enim cùm quis nulla præcedē
te cauſa oneroſa aliquid promittit; nam illa promiſsio ex
latere ſoluentis eſt pœna, cùm nulla ex cauſa ſibi vtili ſol-
uat, quocircà ad rem noſtram non confert. & ob id perpe-
rā is locus à Ruino in hanc trahitur ſentētiam. Pariſius au-
tem in d. conſi. 19. nu. 138. lib. 2. loquitur eo caſu, cùm pre-
cedit præceptum, cui ſi non pareat. adiecta eſt relicti pri-
uatio, vt ſuprà declarauimus.

Non obſtat tertium, quia reſpondetur: primo quòd imò
28 inſtitutio † filij, valeat ſub conditione, vt illa reijciatur è
legitima. ita Iaſ. in l. ſi pater. num. 10. C. de inſt. & ſubſt. vbi
Caſt. num. 8. ſcribit, ita Doctores omnes vſque ad Bartoli
tempora hanc ſententiam probaſſe.

Secundò reſpondetur, D. Paulā hîc exhæredatā fuiſſe in
defectū condōnis. quo caſu rectè procedit teſtōris & diſ-
poſitio & voluntas ex. l. ſi quis hæredē. C. de inſt. & ſubſt.
quā ita intellexerunt Alex. in d. l. ſi pater. nu. 3. verſi. vel re-
ſpōde ꝙ, & ibi Dec. nu. 4. quod ſine cōtrouerſia ꝓcedere
ſenſit Iaſ. in d. l. ſi pater. nu. 11. quādo cōditio, ob cuius e-
uentū filia hæreditate priuatur, euenit filia ipſa viuēte, quē
admodū hic contingit. Reſpōdetur & tertiò, ꝙ ex quo le-
gitima huic D. Paulæ debita non eſt, (vt mox dicā) potuit
tamquam extranea ſub quauis conditione inſtitui.

Non obſtat quartum, quia reſpondetur primò ꝙ ex
quo D. Paula acquieuit illi paternæ diſpoſitioni, exhære-
29 datio † valet: cùm volēte filio exhr̃datio nō vitiet teſtamē
tū, vel infringendi cauſam præſtet. l. non putauit. §. ſi quis
ſua manu. ff. de bono. poſſ. cōtratab. quo adducti ſcribūt
oēs in l. poſth. C. de contratab. teſtamētū quo filius exhæ-
redatus eſt, non rūpi, ſi illud filius ipſe approbauit. ita in-
quam Iaſ. nu. 27. & Decius num. 9. & latè ſcribit Boer.
q. 14. nu. 9. qui teſtatur hanc eſſe veriorem opinionē. nē-
pe teſtamentum patris, quo ſine cauſa filius exhæredatus
eſt, valere, ſi illi conſentiat filius. idem Boer. q. 96. nu. 5.
Quæ quidē ſententia ſine controuerſia hîc procedit, po-
ſteaquam non habuit neceſſe pater relinquere filiæ legi-
timam ratione naturali ei debitā: non enim huic filiæ de-
betur legitima, vt mox ſubijciam. Reſpondetur ſecundò
30 d. §. cauſas; & cætera † iura quæ diſponūt, filium filiámue
ſine cauſa à patre exhæredari non poſſe, procedunt cùm
legitima filio filiæve debetur: quod extra omnem cōtro-
uerſiam eſſe opinor. At hoc in caſu D. Paulæ legitima à
D. Hiero. patre præſtāda non erat: potuit ergo & ſine cau
ſa exhæredari legitimā nō fuiſſe debitā, vel ex eo apparet
ꝙ ex ſtatuto Brixiæ 19. in ciuilib. ſub. rubr. De ſucceſsio-
ne aſcendentiū ſufficit, filias eſſe dotatas, quare legitima
eis nō debetur, cùm ab ea excluſæ cenſeantur. ita ſenſerūt
Bar. in l. Titio centū. §. Titio genero. nu. 6. & Caſt. nu. 8.
de cond. & demon. Dec. conſi. 505. nu. 7. Rui. conſil. 12. nu.
34. & latè conſil. 27. nu. 17. lib. 3. & reſpondit egregiè idem
Rui. conſi. 51. nu. 12. verſi. ſecundus eſt caſus. & conſ. 56. nu.
2. li. 3. tunc filiæ legitimam non deberi, cùm ſtatutum vult
eam debere dotari, vt hic. Atque ita iuris eſſe cenſeo, re-
ctiore iudicio ſaluo.

Iacobus Menochius I. C.

## *SUMMARIUM.*

1 *Prælatus non poteſt alienare ſeu in emphyteuſim perpetuum concedere res quæ ſunt de menſa Eccleſiæ.*

2 *Quid ſi ſemel alienata ſit, & reuerſa ad Eccleſiam iuſtis de cauſis, & retenta per annum à Prælato.*

3 *Res poſſeſſa per 10. annos à prælato effecta, de menſa dicitur Eccleſiæ. & nu. præced.*

4 *Prælatus licèt poſſit aliquam rem Eccleſiæ alienare ſeu in emphy-*


teuſim

*teuſim concedere, non tamen conſanguineis ſuis poteſt concedere. & de veritate nu. 19.*

5 *Inueſtitura ſeu emphyteuſis conceſſa lite pendente nullius eſt momenti.*

6 *Prælatus poteſt ad libitum cui vult conferre in feudum res Eccleſiæ ſolitas concedi.*

*Et an requiratur conſenſus capituli.*

7 *Epiſcopus ſolus poteſt feloniam vaſallo remittere, & in emphyteuſi Eccleſiaſtica.*

8 *Prælatus reinueſtire poteſt eandem emphyteutam, ac vaſallum, ob cuius feloniam aliámve cauſam res reuerſa eſt ad eccleſiam, & quomodo procedat.*

9 *Prælatus ſi iurauerit non alienare res Eccleſiæ, ſi tamen alienauerit res ſolitas alienari, non eſt periurus.*

10 *Res Eccleſiæ alienabilis reuerſa ad Eccleſiam quando cenſeatur eſſe ecta de menſa Eccleſiæ. & nu. ſeq.*

11 *In claris non eſt opus coniecturis.*

12 *Prælatus promittens non alienare res Eccleſiæ, ſi fecerit mentionẽ de re alienabili vel alienata, non poterit vtiq; ipſã quoque alienare.*

13 *Coniecturæ aliæ ſunt iure diffinitæ, aliæ non, & hæ relinquuntur arbitrio iudicis.*

14 *Prelatus deſcribens rem alienabilem quæ ad eius manus deuenit, in codice rerum menſæ Eccleſiaſticæ, videtur voluiſſe rem ipſam eſſe de menſa Eccleſiæ.*

15 *Prælatus an poſſit ſine cõſenſu, vel etiam cum cõſenſu capituli immutare antiquum ſtatum rei Eccleſiaſticæ.*

16 *Ratificatio acquiſitionis præſumitur ex eo quod quis in ſuo codice aliarum ſuarum rerum rem acquiſitam deſcribit.*

17 *Prælatus ad hoc vt dicatur voluiſſe rẽ effici de menſa Eccleſiæ, quãto tempore debeat tenuiſſe & poſſediſſe rem ipſam.*

18 *Impedimentum belli, & litis iuſtum eſt, cùm vtriuſque euentus dubius ſit.*

19 *Prælatus ſecundum veriorem opinionem poteſt conſanguineis ſuis concedere in emphyteuſim res eccleſiæ.*

20 *Secus autem ſi extaret aliqua fraudis ſuſpicio ſeu coniectura, quæ erga conſanguineos magis præſumitur quàm contra alios.*

21 *Obtinens duas ſententias conformes, maximum ius in re habere dicitur, & quid ſi adeſſet appellatio.*

22 *Succumbens in duobus Iudicijs conformibus, ſi aliquid impetrauerit contra illas ſententias, debet puniri.*

23 *Tertius nõ poteſt impedire ſententiæ executionem ortæ inter alias partes, vt per appellationem vel ſimile impedimentum.*

24 *Innouatio lite pendente cur non admittatur.*

25 *Inueſtitura non poteſt impetrari lite pendente, nulla facta mentione de ipſa pendentia litis.*

26 *Contrahens de re litigioſa punitur.*

27 *Litigioſa res an dicatur, ſi agatur de inhabilitate perſonæ.*

28 *Præſumendum eſt pro ſcientia.*

29 *Exceptiones de iure tertij non proſunt obijcienti, cùm non ſint excluſiuæ intentionis ipſo iure illius, contra quem obijciuntur.*

30 *Opponi non poteſt à tertio de iure delato in fiſcum, niſi fiſcus rem illam apprehenderit & incorporauerit.*

## FACTI SPECIES.

*ANNO 1471 Reuerendiſſimus D. Chriſtophorus Epiſcopus Senogallẽſis in emphyteuſim cõceſſit Marco Moſtardo pro ſe & ſucceſſoribus vſque ad tertiam generationẽ caſtrum Procozonis; cum eius pertinentijs: quod quidem caſtrum conſueuit in emphyteuſim concedi. Huius Marci ſucceſſores poſſederunt d. Caſtrum pacificè vſq; ad annum 1552. quo tempore Reuerendiſsimus D. Marcus Viguerius Epiſcopus Senogallienſis iuſtis de cauſis curauit Octauianum & eius fratres de Moſtardis ſucceſſores d. Marci ea emphyteuſi priuari. lata tãdẽ fuit ſententia (licet tranſiuiſſet in iudicatum, & mandatum fuiſſet dictum D. Epiſcopum eſſe in poſſeſsionem mittendum) fuit ab ea per d. Moſtardos appellatum, & de nullitate dictũ, ac etiam petita reſtitutio in integrum. Verùm anno 1556. vigore d. ſententiæ, non obſtante appellatione ac reſtitutione petita. d. Reueraudiſſimus Epiſcopus fuit miſſus in poſſeſsionem d. Caſtri, expulſis d. Moſtardis. Poſſedit d. Reuerandiſsimus D. Epiſcopus Marcus vſque ad annum 1560. & eo vita functo creatus eſt Epiſcopus Reuerendiſsimus D. Vrbanus, qui dum poſſeſsionem d. Caſtri continuaret, ſententiam obtinuit anno 1560. die 22. Auguſti à Reuerendiſſ. D. Epiſcopo Bobienſi Apoſtolico delegato, qua fuit pronũtiatum, d. Moſtardis non competree aliquam reſtitutionem in integrum aduerſus ſententiam contrà ſe latã. Re ita iudicata à lite ceſſarunt Moſtardi, ſed eorum ſuaſionibus & impulſu litem excitauit Fiſcus nomine Cameræ Apoſtolicæ Hac lite ad finẽ vſq; perducta cũ ſperaretur ferri ſententiam pro ipſo D. Epo, ipſe D. Epusanno 1569 die pen. Decẽ. facta priùs declaratione, quòd huiuſmodi bona nunquã fuerũt adſcripta inter bona mẽſæ epalis, d. Caſtrũ in emphyteuſim conceſſit Magnifico D. Marco Antonio Viguerio affini ſuo pro ſe & ſucceſſoribus vſque in tertiam generationẽ. Et nomine Laudemij dictus D. Marcus Antonius promiſit ſoluere aureos 140. pro ſingula ſalma terræ, quæ ſumma aſcẽdit vſque ad aureos 13705. Cuius quidẽ ſummæ partem ſoluit d. D. Marcus Antonius tunc & paulò poſt ſumptam inueſtiturã vti publicis documentis conſtat. De duobus nunc dubitari contingit. Primò an iure d. Reuerendiſſ. D. Vrbanus. Epiſcopus in emphyteuſim dare atque concedere potuerit d. Caſtrũ Procozoni d. D. Mar. Antonio. Secũdò, an illa tã immẽſa coronatorũ 13705. ſũma iurè vel indebitè potius promiſſa fuerit à dicto D. Marco Antonio: ita quòd valeat eam redigere ad ſolã quinquageſimã valoris d. Caſtri & prædiorũ, iuxta iuris cõis diſpoſitionẽ.*

## CONSILIVM LXXIX.

# Initium à Domino.

NON eſt leuis, quę diſcutienda proponitur dubitatio; an lite pendente inter prælatũ & emphyteutã iuſtis de cauſis ab emphyteuſi expulſum, currat annus renouationis emphyteuſis reuerſæ ad Eccleſiam, ita ꝙ inconſulto Pontifi. Maxi. non liceat ipſi pręlato emphyteuſim nouo emphyteutæ concedere. Primæ huic dubitationi videbatur reſpondendum. elapſo anno, & fortius decennio, quo emphytenſis eſt reuerſa ad eccleſiam. non licuiſſe Reuerendo D. Vrbano epiſcopo Senogallienſi eam nouo emphyteutæ Pontifice inconſulto concedere.

1 Primò, quia certi iuris eſt, Prelatum † non poſſe aliena
re, atque ita in emphyteuſim perpetuam, vel feudum con
cedere ea quæ ſunt de menſa Eccleſiæ. c. 1. Epiſcopũ, vel
Abb. in vſib. feud. c. 1. qui feud. dare poſſ. c. 1. §. itẽ ſi Epiſ-
copus, quib. mod. feud. amittat. in vſib. feu. c. vt ſuper, de
reb. eccleſ. non alie. & c. 2. de feudis, vbi oẽs. c. ad noſtram
de reb. eccleſ. nõ alie. Marti. Laud. in c. 1. col. pen. verſ. fall.
2 ſeptimò, qui feud. dare poſſ. Atqui quãdo res † ſolita con
cedi ab Eccleſia in emphyteuſim, vel feudũ ad eã reuerſa
eſt iuſtis de cauſis, & Prælatus eã per annũ apud retinuit,
illa cẽſetur effecta de menſa Eccleſiæ, & Prælati. ita oĩum
primus cenſuit Archid. in c. 1. 35. q. 8. quẽ ſequuti ſunt Flo
ria. in c. 2. de feudis, & ibi Card. Zabarel. q. 12. Idẽ Car. cõſ.
34. circa primũ dubiũ, col. 1. verſ. itẽ & alio reſpectu. Dec.
auth. qui rẽ. nu 21. C. de ſacroſ. Eccle. Idẽ ſenſit Abbas in
c. vt ſuper. nu. 10. de reb. Eccle. nõ. alie. Barb. conſ. 17. col.
9. in fi. li. 4. & nouiſsimẽ idẽ cenſuit Iulius Clarus li. 4. ſẽt.
§. feud. q. 13. verſ. ſed nunquid, qui eiuſdẽ opinionis fuiſſe
3 ſcribit Guid. Pap. q. 154. Accedit ꝙ ſaltẽ dicitur † effecta
de mẽſa, cùm per decenniũ res fuit poſſeſſa à Prælato, vti
hanc opinionẽ probauit Barb. in c. vt ſuper. col. 3. verſi. &
ideo videtur mihi, de reb. eccl. non alie. ſequitur ergo non
licuiſſe d. Reuerendiſs. D. Vrbano, Pontiſice inconſulto
eã in emphyteuſim con cedere D. Marco Ant. prædicto.
quod hic fortiùs videtur dicendũ, cùm re hac ad Reuerẽ-
diſs. D. Marcũ Epiſcopum reuerſa eã is poſſederit per qua
drienniũ. & eo mortuo Reuerẽdiſs. D. Vrbanus eius ſuc-
ceſſor per annos oct. atq; ita non ſolùm per annũ, ſed &
quartumdecimum bona hæc fuerunt apud Reuerendiſſ.
hos Epiſcopos.

Secundò huic opinioni ſuffragari vr̃, ꝙ etſi aliàs Præla-
4 to † liceat rem aliquã Eccleſiæ cõcedere in emphiteuſim
vel feudũ, non tñ ſuis conſanguineis videtur poſſe conce-
dere. ita cenſuerunt gl. in c. 1. qui ſucceſſ. tenea. in c. 1. §. vlt.
ſi de inueſt. inter dõ. & vaſall. lis oria. Mart. Laud. in d. c. 1
col. 2. qui qui ſucceſſ. teneant. Fulg. conſil. 220. Nobiles de
Fortiate. Bart. in auth. quibuſcunq; ex eo tex. C. de ſacroſ.
Eccle. Iaſ. in ca. 1. nu. 13. verſ. 5. vltra eos. qui feud. dar. poſſ.
qui poſt gl. in c. peruenit. 1. q. 1. ſcribit, prælatos eſſe cæcos
erga conſanguineos & affines, dum opulentos ex eccleſiæ
bonis efficere conantur.

Tertiò ea rõne nõ vr̃ iure conceſſa hæc emphyteuſis, ꝙ
conceſſa videtur lite pendente inter ipſum Prælatũ & pri
mos illos emphyteutas, vel fiſcum apoſtolicum, qui & ip-
5 ſe ius in re hac prætendebat. Inueſtiturã † autẽ lite pendẽ-
te conceſſam nullius valoris eſſe, in ſpecie affirmat Felyn.
conſ. 32. nu. 13. poſt Caſtr. conſi. 117. In cauſa appellationis
Quod ſanè reſpõſum eſt in meo Codic. c. 73. li. 2. in nouis.
Hæc dubitationem hac in re mouebant.

Re tñ diligenti accuratoque ſtudio perpenſa, contrariũ
viſum eſt verius, nempè licuiſſe d. Reuerendiſs. D. Vrba-
no concedere rem hanc in emphyteuſim, etiã eo anno vel
decennio elapſo poſtquàm ad eũ res hæc reuerſa eſt. Nam
6 ſatis habet prælatus † fundatã de iure intentionẽ, vt poſſit
libere res ſolitas concedi, vel in emphyteuſim vel in feud.
cui vult conferre. Ita Bal. in ca. 1. col. 1. qui feud. dar. poſſ.
qui ſcribit, non eſſe ẽt neceſſarium conſenſum alterius,
vt capituli, idq; ait ꝓbari in c. 1. § in clericorũ, ſi de inueſt.
inter vaſall. & domi. lis oriatur. Bald. ſecuti ſunt Iaſ. in c. 1.
nu. 7. verſ. an autẽ, qui feud. dare poſſ. Fel. in c. cùm cã. nu.
14. de re iud. & in c. edoceri. nu. 2. de reſcrip. idem affirmarunt.
Calder. conſi. vlt. ad finem tit. de conſuet. & conſil. 1.
tit. de feudis. Federicus de Sen. conſi. 109. Quidam Prælatus.
Rom. conſi. 70. col. 1. Caſtr. conſ. 134. Viſo inſtrumẽto
lib. 1. latè Præpoſ. in cap. 1. col. 3. qui feudum dare poſſ.
* communem * teſtatur Cur. Iuni. in tractatu feud. parte 2.
q. 1. nu. 2. & q. 2. Hinc ſcribit Iaſ. in d. c. 1. nu. 7. verſi. addo
ꝙ qui feud. dare poſſ. poſt Bald. ibi, quòd ſolus Epiſcopus
7 † poteſt remittere feloniã vaſallo, & in emphyteuſis eccle
ſiaſt. idẽ Iaſ. in l. 2. nu. 130. C. de iure emphy. & Curt. Iun.
8 vbi s. q. 2. confirmatur, quia poteſt Prælatus † reinueſtire
eundẽ emphyteutã & vaſallum, ob cuius feloniam aliãve
cauſam res reuerſã eſt ad eccleſiã. ita docuit Ancha. in ca.
2. extra de feudis. Quod procedit etiãſi in reſcripto con-
ceſſo diceretur, quòd res illa deberet & poſſet alteri in feu
dari. Ita reſpondit idẽ Ancha. conſ. 170. quidã D. Ricobi-
nus, colum. vlt. Nec in hoc conſtituenda eſt differentia,
an Prælatus concedat ſuis conſanguineis, vel extraneis,
quemadmodum j. rñdendo ſecundo contrario, pla-
9 num faciam. Huc ſpectat, quòd etſi Prælatus † iuraſſet, nõ
alienare, atq; ita in emphyteuſim non concedere res Eccle
ſiæ; attamen alienare & in emphyteuſim cõcedere poſſet,
quæ concedi conſueuerunt. Ita Abbas in c. vt ſuprà, nu. 10.
in fi. de reb. Eccle. non alie. & in c. 2. nu. 3. ex de feudis, ex
illo tex. Idem docuit Bald. in c. 1. nu. 1. de cler. qui inueſt.
facit, in vſib. feu. Prælati intentione fundata, atq; ita be-
ne munita. ſupereſt vt reſpondeam adductis rationib. in
contrariũ in quarũ diſſolutione tota verſatur difficultas.

Non obſtat ergo illud primũ, quod hæc bona reuerſa
ad eccleſ. effecta ſint de menſa, cum per annum poſſeſſa à
Prælato fuerint, ex opinione Archid. d. cap. 1. 35. quæſt. 8.
Reſpondetur huic difficultati multis mod. Verùm ante-
10 quam eò deueniam, ſciendum eſt priùs, quando † res con
ſueta concedi in emphyteuſim, vel feudum reuerſa ad ec-
cleſ. cenſeatur effecta de menſa ipſius Eccleſiæ. Hoc verè
altero de duobus modis fieri animaduerto expreſſa & ta-
cita declaratione voluntatis prælati, qui vult rem illam ef
fici de mẽſa Eccleſiæ. primo modo expreſsè declarat Præ
latus ſuam voluntatem, cùm res emphyteutica vel feuda-
lis, mortuo emphiteuta vel vaſallo, vel ob non ſolutũ ca-
nonem, vel alijs iuſtis de cauſis deuenit ad Prælatũ, cadu-
citate declarata, & ipſe Prælatus expreſsim declarat, ſe vel
le rem illam eſſe in futurum de menſa prælaturæ & eccle-
ſiæ: tunc verè efficitur talis: & primam illam ſuam naturã
res hęc perdit, ita quòd non põt amplius liberè à Prælato
concedi in emphyteuſim vel feudum. ita docuit Abbas in
c. vt ſuper. nu. 10. verſ. & dicendum eſt. de reb. eccleſ. nõ
alie idem placuit Card Zabarellæ in c. 2. q. 13. extra. de feu-
dis. Ancha. conſi. 156. propter tria, col. 2. verſ. præterea vi-
detur. Idem verè ſenſit Bar. in l. ſi vacantia. nu. 9 verſi. vel
ſi Abbas. C. de bonis vaca. lib. 10. & Barb. in d. ca. vt ſuper.
col. 2. verſ. ſi verò loquimur. Claudius de Seiſellio, quem
mox referam, pag: 251. verſ. tamen concludo, ſcribit, ita in
Sabaudia, & in Gallia Prælatos, & cæteros conſueuiſſe de-
clarare: & verè non eſt qui ab hoc diſſentiat. Nec enim
11 † in claris eſt opus coniecturis, vt vulgati iuris eſt. Quod
12 quidem procedit, & verum eſt, quò ad ipſum Prælatũ † ita
declarantem. is enim ea declaratione facta non poteſt am-
plius rem illã alienare. & in emphyteuſim concedere.
Quò verò ad eos, quib. de honeſtate tenetur Prælatus da-
re in emphyteuſim, iuxta ea, qui ſcribunt Bar. in l. 1. §. per
mittitur. ff. de aqua quotid. & æſt. Ancha. conſi. 170. colu.
2. & latè Soc. Iun. conſ. 9. li. 3. Tiraq. de retractu conſang.
in procemio. nu. 41. 42. Quò ad eos inquam requiritur lap-
ſus anni poſt declarationem. ita Claudius de Seiſellio in
ſpeculo feud. titulo qui feudum dare poſſ. pag. 252. ver. &
iſtud. poſt Car. in c. 1. Epiſcopũ, vel Abb. Hic caſus nõ eſt
ille de quo nos diſputamus: non, n. reperitur facta aliqua
expreſſa declaratio vel à Reuerendiſs. D. Marco, qui poſt
eã emphyteuſim è manibus Moſtardorũ recuperauit: vel
à Reuerendiſs. D. Vrbano. Quini nò ipſe D. Vrbanus ex-
preſsim declarauit bona hæc non fuiſſe effecta de menſa
eccleſiæ. cui quidem declarationi credendum atque ſtan-
dum eſt: nam hoc totum à voluntate ipſius Prælati Docto
res ſcribunt. Secundo modo, nempè tacitè voluntas decla
ratur ex coniecturis, quæ ex aliquo facto Prælati eliciun-
13 tur. quare aliquæ † videntur iure diffinitæ, aliæ non (vt
nunc ſubijciam) & hæc quæ non ſunt iure diffinitæ iudi-
cis arbitrio relinquũtur ita cenſuit Card. Zabar. in d. c. 2.
q. 13. in fi. extra de feudis, & Claudius de Seyſellio in Spec.
feud. tit. qui feudũ dare poſſ. pa. 255. ver. Hac cõiectura ceſ
ſante. Qua de re copioſè diſſerui in poſteriorib. commen-
tariis, de arbitr. iudic. &c. quorũ nouam editionẽ nũc ac-
curato ſtudio adornamus. Prima coniectura eſt, cũ præla
14 tus † rẽ ad manus ſuas redactã, deſcribi facit in codicibus
eccleſiæ vel prælaturæ & incipit rẽ illã ſimul habere cum
aliis rebus menſæ eccleſiaſticæ. Nã tunc coniicitur, præ-
latum voluiſſe rẽ illam eſſe de mẽſa eccleſiæ, & prima ſua
natura amiſſa nouã induere: ita cẽſuit Bar. in d. l. ſi vacan-
tia. nu. 9. C. de bon. vac. li. 10 quẽ ſecuti ſunt ibidẽ Angel.
col. 5. & Io. de Platea. nu. 3. in fi. Card. Zabar. in c. 2. extra de
feudis. Barb. in c. vt ſuper, col. 2. verſ. & ideo diſtingue, de
reb. eccleſ nõ alien. Anch. cõſ. 156. Propter tria. col. 2. ver.
præterea vr̃. Præpoſ. in c. 1. Epiſc. vel Abb. Claudius de Sey
ſellio in d. Spe. feud. d. ti. Qui feudũ dare poſ. pag. 251. ver.
tñ concludendo. Cur. Iun. trac. feud. parte 2. q. 5. principa
li in fine, vbi tamẽ vr̃ hãc ſequi. idẽ affirmarunt Frãc. Sõſ-
bechius in cõment. feud. part. 8. nu. 8. Guiliel. Hanneto-
nius in tract. de iure feud. lib. 1. c. 5. Zaſius in epito. feudor.
part. 5. nu. 50. Quibus intelligimus malè ſcripſiſſe Imol. in
c. vt ſuper. nu. 7. ver. ſed certè, de reb. eccl. non alie. & in c.
2. nu. 5. ver. Quò ad ſecundũ, extra de feudis dũ à Bart. ea
15 rõne præcipua diſſentit, ꝙ non eſt † in ptãte Prælati, etiã
cũ conſenſu capituli immutare antiquũ ſtatũ rei eccleſia-
ſticæ ex c. cùm de beneficio. de præb. in 6. Nã illud proce
dit, cũ ibi cõſuetudo requireret ſpaciũ 40. annor. vt indu-
ceretur, ergo idẽ tempus ad eã tollendã requiritur. ita
Curt. Iun. declarat in tract. feud. 2. q. 5. princ. nu. 6. præte-
reà, ibi illa mutatio damnũ eccleſiæ adfert ita oẽs ſentiunt
in d. c. cùm de beneficio. & cùm res ad eccleſiam liberè
reuerſa eſt, nouã naturã induere incipit Prælati volũtate.
16 † Quæ quidẽ ita facto hoc deſcriptionis declarari potuit
ac expreſsis verbis, iuxtà l. Paulus. ff. rem ratam hab. & co-
pioſè ſcripſi in tract de recup. poſſ. remedio 9. nu. 111. 112.
Hæc coniectura non conuenit caſui noſtro, cùm in facto
non præſupponatur factam eſſe hanc deſcriptionem: ta-
metſi aliquot annos Reuerendiſs. Eps Marcus ac deinde
Reuerendiſs. Vrbanus hæc bona poſſederint, & fructus
perceperint. Secunda eſt coniectura, qua prælati voluntas
declaratur; ꝙ velit rẽ ad eccleſiã reuerſã effici de mẽſa ec-
cleſiæ, nẽpè, cùm re ad manus ſuas redacta, per aliquod tp̃s
eam ita apud ſe retinet. Nam & tunc coniicitur Præla-
tũ voluiſſe rẽ effici de menſa. ita ex relatis Doctorib. per-
multi ſentiunt, & alij quos j. referã. Sed dubitationis eſt,
17 quantũ † tẽporis currere hoc in caſu debeat. In hoc ſunt
opiniones variæ. Vna fuit Baldi in c. 1. nu. 3. declaratio qui

inueſt.facit,in vſib.feud.ꝙ eo ipſo,ꝙ eccleſia reperitur in
poſſeſsione, præſumitur facta incorporatio, atq; ita effe-
cta res de mẽſa eccleſiæ,& verè idem quod Bald.ſenſit Io.
de Lignano in c.quæ in eccleſiarum, de cõſti.vt eum re-
ferunt Barb.in c.vt ſuper.col.2.de rebus eccleſ.non alie.
& Cur. Iun.in tract.feud.parte 2.q.5.principali.nu.3. Ve-
rùm falſa eſt horum opinio:nam Barb . & Curt . Iun . ra-
tionibus multis à Lignano in ſpecie diſſentiũt.Idẽ Rom.
conſi.70.nu.1.Ita quoq;in ſpecie à Baldo diſſentiũt Mart.
* Laud.& Præpoſ.in c.1.Epiſ. vel Abba.& * cõem eſſe con
tra Bald.teſtatur Claud.de Seyſellio in ſpec.feud.tit . Qui
feudũ dare poſſ.pag.246.ver.1.loco. & ſi verè aliter ſenſit
ipſemet Bald.in l.vacantia.nu.7.de bon.vacan.dum vult.
eſſe neceſſariã deſcriptionẽ à Bald.quoque à fortiori diſ-
ſentiunt cęteri omnes,quos infra referã,dũ requirunt cur
ſum vel anni vel decennij, vel tricennij.Secunda itaq; fuit
opinio Archi.in d.c.1.35.q.8.ſufficere vnius anni tẽpus &
cũ eo ſenſerunt alij relati ſ.in primo fundamento dubita-
tionis.Cæterũ ab Archid. diſſentiunt expreſsim Anchar.
conſ.156.ꝓpter tria.col.2.verſ.nec eſt vera. Imol.& Barb.
in c.vt ſuper,de reb.eccleſ.non alien.ille nu.7.iſte col. 2.
diſſentit & Ang.in rep.l.ſi vacãtia.5.C.de bon.vaca.& ve-
rè ab Arch.diſſentit Bar.in d.ſi vacantia.nu.9. vt Bart. ita
ſenſiſſe ſcribunt Barb.præcitato loco & Guid.Pap.q.134.
col.1.verſ.Bart.verò. Aduerſantur ẽt Archi.Mart . Laud.
in c.1.Epiſ.vel Abb.& ibid.Afflict.in pri.nu.12.Curt. Iũ.
in tract.feud.par.2.q.5.prin.nu.2. Claudius de Seiſellioin
Spec.feud.tit.qui feud.dare poſſunt.pag.256.verſ.Secun-
da fuit opinio.& Zaſius in epitome feudo.par.5.nu.50. dũ
vult neceſſe fore ꝙ ſaltẽ currat tempus 30 . anno . non er-
go vult ſufficere curſũ anni ſecundũ Archi.quib.infertur
prima rñſio ad illud fundamentũ,ꝙ ſcilicet Archid. opi-
nio frequentius reijcitur. Vel ſi defendi põt ex declaratio
ne Imolæ & Curt.Iun.locis iã citatis:vt.ſ.loquatur Archi. 18
cùm Prælatus iurauit nõ infeudare niſi feuda noua,vt tũc
nõ poſſit infeudare redacta ad ſuas manus anno elapſo, at
que in iuramento vim fecit Archi.Vel ſecundũ Claudium
de Seyſellio loquitur Archi.cùm Prælatus iurauit expreſ
sè non infeudare feudũ nouũ:ſecus ſi ſimpliciter dixiſſet,
ꝙ non infeudaſſet rem ecclæſ.atq; in a forma cõi.Non ad-
huc hęc opinio viget contra hunc Prælatum nr̃m. Tertia
ẽt fuit hac de re opinio Barb.in d.c.vt ſuper,col.3.verſ.&
ideo vr̃ mihi.de reb.eccl.non alien. qui exiſtimauit,neceſ
ſariũ fore curſum decennij. Verùm ſolus eſt in in ea opi-
nione Barb.nec iure vel rõne ſatis concludenti eã probat
ob id eã in ſpecie improbauit Cur.Iun.in tract.feud.par-
te 2.q.5.principali.nu.6.verſi.ſexta fuit.Claudius tamẽ de
Seyſellio præcitato loco pag.254.verſ.ſi aũt minori,hanc
opinionẽ tuetur eo caſu. cùm quid aliud cũ tẽpore hoc
concurrit.ab eo non diſſentit Zaſi.vt j.referã. Quarta fuit
opinio Iſerniæ in c.1.col.2,verſi.itẽ bona titulata,de his
qui feud.dare poſſ.fore neceſſarium curſum 30.anno.ean-
dem opinionẽ probarunt Imola in d.c.vt ſuper,num.7.de
reb.eccleſ.non alienãd.Mart.Laud.in c.1.in prin col.pen
ad finẽ.Epiſc.vel Abb.in vſib.feud,nec diſſentit Angel.in
repe.dictę legis,ſi vacantia,col.6.C.de bonis vaca lib. 10.
nõ ẽt diſſentit Zaſius in epitome feudo.par .5.nu.50. Clau
dius in d.Spec.pag.254.verſi.aũt verò.ſi ergo hæc opinio
vera eſt,ſequitur ceſſare hîc vbi tantũ tẽporis non eſt ela-
pſum,oẽm dubitationẽ.Cæterùm nõ multũ tribuo huic
opinioni,cùm ab ea alij diſſentiant,vt præpoſ.in d.c.1.E-
piſc.vel Abb.alias ab hac opinione recedere refert Clau.
d.Spec.feudo.pag.29.ver. vnde tertia,& falsã aſſerit Cur. *
Iun.in tract.feud.par.2,q.5.princ.nu.6. Quintã fuit opi- 19
nio eiuſdẽ Curt.Iun.præcitato loco.nu.7.qui ſcribit, ſo-
lũ curſum tẽporis non ſufficere, vt voluntas hæc declare-
tur,atq;ita immutetur ſtatus rei:ſed neceſſum fore,vt ea-
dem adhibeatur ſtatus rei:ſed neceſſum fore,vt eadem ad
hibeatur ſolennitas,q̃ adhiberi ſolet,cùm res eccleſiæ in
emphyteuſim conceditur.Quæ ſanè opinio,ſi vera eſt de- *
ſtruit relatum fundamentũ:quandoquidẽ hoc in caſu nõ
fuerunt adhibitæ hæ ſolennitates.verùm illa Curt.opinio
aliquo iure ſolido,vel rõne bona non fulcitur,& ipſemet
Cur.in ea. q.5.in fine ambigit , dum conatur Bartoli opi-
nionẽ tueri.& deinde etiã ſubijcit , quòd ſi Prælatus diu
poſſedit,& fructus collegit,cenſetur incorporata menſæ.
Non tamẽ declarat quod tẽpus ſignificet illud diu,atq;ita
rẽ in determinatã relinquit.Cõſtat itaq;in tanta opinio-
nũ varietate nullam extare,quæ caſui nr̃o conueniat,ex- 20
ceptis illis duabus,nẽpè Archi.& Barb.quas falſas,& cõi-
ter reijci diximus.Quinimò Archi.vel Barb.opinione ꝓ-
bata,adhuc opinor eam non obeſſe,ſi quidẽ ab ea conie-
ctura ducta à curſu anni decẽnij vel ẽt maioris tp̃is,iuſtus
& prudens iudex recedit ex alijs coniecturis,quãdũ aliquæ
huc ſpectant.Prima eſt,cùm Prælatus fuit aliquo impedi-
mento detentus,ne rẽ illã ad ſe reuerſam iterũ in emphy
teuſim alteri concederet.Nã tũc ex lapſu anni vel alterius
tẽporis non cenſetur declarata voluntas Prælati quòd vo
luerit rẽ illã eſſe de mẽſa.ita in ſpecie reſpõdit Ancha. cõſ
156.col 2.verſ.itẽ,& ſi eſſet vera.quẽ ſecuti ſunt Claud.de
Seyſellio in ſpeculo feud.tit.Qui feud.dare poſſunt.pagi.
255.verſ.prædicta tñ.Zaſius in epitome feud.par.5.nu.50.
vbi adfert exemplũ impedimẽti,cùm bellũ aliquod viget
Atqui in caſu nr̃o notoriũ exiſtit impedimentũ, quo detẽ
ti fuerunt duo ij Reuerendiſs.Epiſc.D.Marcus & D.Vrba
nus,ne ante hoc tẽpus tutè poſſent nouo vaſallo, vel em-
phyteutæ hæc bona cõcedere.Nam impedimentũ Reue-
rendiſs.Do.Marci fuit iuſtũ vſq;ad eius mortẽ,quia licet
anno 1556.obtinuerit ſñtiã, & miſſus fuerit in poſſeſsionẽ
attamẽ tutè nõ poterat in emphyteuſim cõcedere Caſtrũ
ex quo ſuper ꝓprietate lis,mediante appellatione,& in
integrũ reſtõne petita,pendebat,Quæ cã appellationis &
reſtõnis mortuo D.Marco,cùm adhuc penderet,impedi-
mẽtũ præſtitit Reuerendiſs.D.Vrbano,ne emphyteuſim
concederet.Nam cã illius reſtõnis in integrũ petitæ à d.
Moſtardis fuit diffinita à Reuerẽdiſs.Epiſc. Bobiẽſi Apo
ſtolico delgat. anno.1560.die 22.Auguſti.Non enim tutè
potueit Reuerendiſs.Epiſc. Vrbanus cã non diffinita al-
teri cõcedere hãc emphyteuſim, quæ fuiſſet fortè Moſtar
dis relinquenda,ſi in cauſa reſtõnis in integrum pro illis
fuiſſet iudicatũ lite cõtra Moſtardos diffinita illis ipſis in
ſtigatoribus.ſuperuenit nouũ impedimentũ litis,& con-
trouerſiæ à fiſco excitatæ, de cuius exitu , qui dubius eſſe
ſolet,vt vulgatũ eſt,non parũ ambigebant:nã vt belli † im
pedimentũ iuſtũ eſt;ita pariter,& litis cùm vtriuſq; euẽ-
tus dubius ſit.l.ſi quis ſeruo.ff. de peculio.& de litis impe-
dimento tradit Tiraq.tract.de retractu conſang.§.12. gl.
2.& de impedimento ex cã litis Fel.in ſpecie conſ.32.n.17.
Nec hoc impedimentum priùs ceſſauit, quã anno proxi-
mè præterito 1569.die 16.Iulij,quo tẽpore lata fuit ſñia à
Reuerendiſs D.Maceratenſi cameræ Apoſtolicæ clerico
in fauorẽ d.Reuerẽdiſs.D.Epiſcopi Vrbani.Secunda eſt,
quæ huc pertinet,coniectura,cùm Prælatus ea mente di-
ſtulit aliquot annos emphyteuſim cõcedere vt inueniret
bonum emphyteutam,& multo meliorem faceret eccle-
ſiæ conditionem.Nam nec tunc curſus alicuius temporis
facit pælatũ ſenſiſſe rem illã eſſe velle incorporatam men
ſæ Eccleſiæ.ita cenſuit Car.in c.2.q.13.& ibidẽ Imol. nu.
34 extra de feudis.idẽ Imola in c.ſuper.nu.7.in fine,verſ.
nõ puto tamẽ,de reb.eccleſ.non alien.Zaſius in epit. feu-
do.pag.252.ver.ſi verò non apparet.Franc.Sonsbetius in
commenta.feud.par. 8.nu.8.Atqui hoc in caſu hac ẽt ra-
tione & cã diſtulit hic Prælatus rẽ hãc in emphyteuſim cõ
cedere,vt bonũ emphyteutã inueniret,& eccleſiæ condi-
tionẽ redderet meliorẽ,vt ipſemet Reuerendiſs.D.Epiſc.
in cõceſsione huius inueſtituræ atteſtatus eſt.id quod ita
exitus rei declarat,dum deinde is D.Vrbanus huic D. M.
Anto.nouo emphyteutæ cõceſsit annuo cenſu duplicato.
Accedit D.M.Anto.Laud.(vt aiunt)noĩe numeraſſe,ma-
ximã ſummã,nẽpè coronatorũ 13705.cùm tamẽ alij olim
ſolum hanc ob cauſam ſoluere conſueuerint coronatos
tercentũ,ad ſummũ.Non obſtat ſecundũ fundamentum,
quia reſpondetur,veriorẽ * & receptã magis opinionem
eſſe,Prælatũ † æquè poſſe ſuis conſanguineis concedere
rẽ eccleſiæ in emphyteuſim,vel feudũ,ac extraneis.ita cẽ-
ſuerunt Bal.in c.1.in prin.de his qui feudũ dare poſſ.idem
Bal.in c.1.poſt gl.ibi,ſi de inueſt.lis oria.inter dom.& ua-
ſallũ:Aluar.vbi.Fed.de Senis.conſi.52.quidã Præla.Imol.
in c.vt ſuper,nu.18.de reb.eccleſ.non alien.vbi communẽ
* teſtatur.ita etiã hanc eſſe cõem & verã teſtatur Cur.Iũ.
in trac.feud.par.2.q.7.princ. nu.3.eandẽ probarunt An-
cha.in d.c.vt ſuper.nu.4.verſ.an aũt.de reb.eccleſiæ non
alie.Car.Zabar.conſ.34.in fin.Signo.conſ.214.cõem.teſta
tur Claud.de Seyſellio in ſpeculo feud.tit.Qui fedum da-
re poſſunt.pag.195.ver.contrariam.Io.Iac. de Leonardis
inter conſilia Brun.con.114.nu 423.Alc.tract. præſump.
reg.1.præſum.29.& egregiè Ripa.in tract.de peſt.titu.de
remedijs ad conſeruandam.Vbert.nu.170. Illud quidem
verũ eſt, quòd ſi aliqua † extat coniectura fraudis,facilius
præſumitur fraus cum conceditur conſanguineo , quam
cùm



cùm alteri ita intelligo relatos interpretes,ſic ſuã doctri-
nam declarantes.atqui hîc oĩs alia ſiniſtra ſuſpicio ceſſat,
qñquidem magnam ex hac emphyteuſis conceſſione ſen
ſit vtilitatem eccleſia, cuius reditus maximè aucti ſunt.
Non obſtat tertium ac vltimum, quia multis modis reſ-
pondeo.Primò,ꝙ tp̃e huius conceſſionis inueſtituræ fa-
ctæ à Reuerendiſs.D.Vrbano.d.Do.Mar.Anto. nulla lis
pendebat inter illos primos emphyteutas de Moſtardis,
& D. Ep̃m.cùm iam permultæ ſñiæ cõformes cõtra illos
Moſtardos latæ fuerint:quinimò vltimum , ꝙ Moſtardis
cõpetere poterat auxilium reſtõnis in integrũ fuit reie-
ctũ in ſñia Reuerendiſs.Ep̃i Bobienſis Apoſtolici delega-
ti anno 1560.die 22.Auguſti.nõ ergo dici põt,ꝙ ex ea in-
ueſtitura fuerit allatum damnũ illis Moſtardis. ita in ſpe-
cie ipſemet Fel.in d.con.32.nu.14.verſ.nã duæ. declarat il
21 lum ius habere,qui † duas obtinuit ſententias vt ſibi præ-
iudicari non poſſit.ergo ita à contrario iſtis Moſtardis nõ
fuit illatum præiudicium,cũ declaratum fuerit tot ſenten
tiis,ius nullum habere & lata ſententia,executaq; vt hîc,
lis nõ dr̃ pendere.Imola in clem.1.nu.13.vt litè pend.& li
cèt idẽ Imo.in clem.2.nu.4.eo tit.intelligat,poſt glo.ibi
cũ à ſententia nõ fuit appellatũm; attamẽ idem eſt , cùm
duæ latæ ſunt conformes ſententiæ,quæ vim iudicati ha-
bent,illæq; executæ ſunt,cùm tũc res clara ſit pro eo, qui
obtinuit.ita latiſſimè ſcribunt Gomeſ.in reg.Cancellarię
de annali poſs.q.44.& Quin.Mandoſ.in reg.Cancellarię.
22 de ſubroga.imò ipſemet aduerſarius qui † ſuccubuit,puni
tur,ſi quid impetrat.ita Iaſ.in l.2.nu.7.C.vt lite pen.ex il-
lo texto.Nec hîc dicatur,non ſolùm inter D.Ep̃m & Mo
ſtardos litem extitiſſe,verùm ẽt inter Do.Epiſcopum, &
23 fiſcum.quia reſpõdeo,fiſcum tanquã tertiũ † oppoſito-
rẽ litem mouiſſe,atq; excepiſſe:quo caſu nõ potuit impe-
dire excutionem ſententiarum , vel per appellationẽ, vel
alia vi,ex quo fiſcus iã verè ſciuit litẽ tractari inter D.E
piſcopum,& Moſtardos.ita Bart.Imola,& Ang. Aret.in
l.à ſñia col.vlt.ff.de app.Dec.in c.ſua col.2.de app.& Fel.
in c.cùm ſuper,nu.10.de re iud.Reſpondeo ſecũdò,quod
24 nõ alia rõne prohibetur † innouatio lite pẽdẽte.quã quia
ius alterius lædi poteſt:ob id lite pendente non põt alter
litigantiũ impetrare vel reſcriptũ,vel priuilegiũ , nõ fa-
cta mentione pendentiæ litis:quam ſi ſciat Princeps, for
tè reſcriptum,vel priuilegiũ nõ cõcedet:ita ꝓbat text.in
l.2.C.vt lite pẽ.& idem Iaſ.nu.2.& tex.in c.1.vt lite pẽd.
Rui.con.80.in fi.li.5.Ita etiã lite pend.nõ licet impetrare
25 † inueſtiturã,nõ facta mentione pendentiæ litis,quia ſi ſci
ret Princeps,vel alter iuris conceſſor inueſtiturę litẽ pen
dere,cã nõ cõcederet ad alterius præiudicium. ita Caſtrẽ.
d.cõſi.83.In cã appellationis,li.2.& Fel.in d.conſi.32. nu.
13.Atqui in caſu nr̃o nullũ præiudiciũ Moſtardis cenſe-
tur illatum,ex quo iã multis ſententijs fuit declaratũ,nul-
lũ ius eis cõpetere.Nõ etiã fiſco apoſtolico quia de illius
iure fuerat cognitũ in lite aduerſus Moſtardos,qui de eo
iure fiſci obiecerant.Præterea D.M.Anto.nõ obtinuit in
ueſtituram à Domino hoc eſt à Reuerendiſs. Epiſcopo,
qui ignorabat litẽ pendere,ſeu moleſtiam illatam à fiſco
ſed optimè ſciuit:nõ ergo dicitur impetraſſe quid iuri re
pugnans.Caſtren.enim & cum eo Felin.negant conceſ-
ſionem inueſtituræ non nocere aduerſario illius impe-
trantis ob id quod impetrans ab eo Principe ignaro iuris
alterius non expreſſit litem pendere:at noſtro in caſu ceſ
ſat hæc ignorantia in dicto D.Epiſcopo,qui D.M. Anto-
nium inueſtiuit.Quocircà,verè intelligimus,malè ad rem
hanc induci reſponſum Felini, ac etiam Caſtrenſis.Sed ꝓ
babilius dubitari poterat,an ex quo lis aliqua pendebat in
ter D.Epiſcopum & fiſcum,is Epiſcopus potuerit de re li
tigioſa diſponere & D. M.Ant.inueſtire.Nam dicendum
26 † videbatur non potuiſſe,impediente vitio litigioſo:iuxta
titulum de litigioſis,præſertim l. vlt.C.de litig. qua pœ-
na indicitur contrahentibus de re litigioſa. Verũtñ nec
obiectio hæc obeſt D.M Antõ.ſi quidem litigioſi vitium
contrahitur cùm realis actio,qua de rei dominio conten
ditur mota eſt.ita Bart.& cæteri in l.1.C.de litigio. Abb.
in c.cùm M.Ferr.nu.7.de conſt.Rom.conſi.270.nu.3. Pa
riſ.c.dilectæ.nu.11.de excep.Pract.Papi.in forma libelli ꝓ
actione reali,in verbo,veris, nume. 58. hic non fuit lis de
dominio,quia ſatis de eo conſtabat,ſed de dolo,& delicto
ac vitio negligentiæ illorum de Moſtardis,qui indigni iu
dicati ſunt,vt eam emphyteuſim retinerent. Hæc ergo lis
27 † de inhabilitate perſonæ nõ efficit rem eſſe litigioſam,ita
Io.Bapt.Ferretus con.12.& conſ.ſeq.li.1.& tradit Quint.
Mandoſ.in regula Cancellariæ de ſubrogatio.q. 13. nu.4 .
præterea,nõ põt dici contractũ vitiũ litigioſi,ex quo ape r
tè cõſtat,Moſtardos fuiſſe cãm iniuſtã & calũnioſe egiſ-
ſe,vt ſcribunt Caſſa.do.deciſ.7.ti.de dolo & contuma.&
deciſ.5 nu.3.vt lite pend.Gomeſ.in regula Cãcellariæ de
annali poſſeſſo.q.45.quos ſecutus eſt Mandoſius d.regu.
la de ſubroga.q.2.nu.9.qui dicit nu.7.& num.8.tunc vi-
tium litigioſi non impedire,cùm nec eccleſiæ, nec collit
gantis intereſt,vt verè hic contingit,vt de eccleſiæ intere
ſe non agitur,cùm eius cõditio (vt Mandoſius conſiderat
effecta ſit melior,nec etiam Moſtardorum,qui iam totie
ſuccubuerant in cauſa,idem eſt dicendũ de fiſco cuius cã
28 calũnioſa creditur,ex quo in ea ſuccubuit.enĩ pro ſenten-
tia præſumẽdũ.l.Herennius.§.Caia.ff.de euictio. Reſpõ
deo tertiò,& cenſeo diligenter eſſe animaduertendum,ꝙ
hic Reuerendiſs.Ep̃s Moder.dum his oppoſitis exceptio
nib.moleſtiã adfert D.M.Anto.opponit de iure tertij.Nã
nihil hic dicit eſſe factum in detrimentum eccleſiæ, nec
id dicere poteſt,quandoquidem(vt ſæpius dictum fuit)ec
cleſiæ conditio facta eſt melior.ſolùm ergo opponit,em
phyteuſim cõceſſam fuiſſe lite pendente inter d.Moſtar-
dos,vel fiſcum,& ipſum Epiſcopum ſuũ anteceſſorẽ;quæ
ſanè exceptio reſpicit ius illorũ vel de Moſtardis,vel fiſci:
29 eſt ergo exceptio de iure tertij . Atqui exceptiones † hæ
tũc non proſunt obijcienti,cùm non ſunt excluſiuæ intẽ
tionis ipſo iure illius contra quem obijciuntur.ita cẽſent
gl.1.l.2.ſi ager vectig.vel emph.peta.& ibi Bar.idem Bar.
in con.81. Martinus Forniconis.nu.4.5.lib.1.idẽ.l.2.col 1.
& ibi Soc.nu.8.ff.de ecce.rei iud.Idẽ Soc.in l. qui Romæ.
§.Flauius.in fi.de verb.obl.& con.82.col.2.li.3.& cõſ.88.
in prin.Alex.conſi.137.nu.7.li.2.Cor.con.65.col. pen. in
fi.li.1.& conſi.102.nu.23.li.2.& pulchrè admodum Fran.
Aret.in l.cùm ſeruum.nu.3.verſ.2.concluſio.C.de ſer.fug.
Ruin. conſi.2.nu.2.verſi.præterea li.1.& Gram.deciſ.77.
nu.4.in fi.Qui quidẽ ferè oẽs & exẽplo rei nr̃æ de qua agi
mus admodum proximo vtuntur,& ſi emphyteuta ob nõ
ſolutũ canonẽ expelli ipſo iure põt,atq;ita iure ſuo priua
ri,attamẽ cẽſetur priuat⁹ volẽte dño.Hãc ergo exceptio-
nẽ niſi placeat,ita trãſferẽdo i⁹ in tertiũ,is terti⁹ obiicere
nõ põt.ita ergo in caſu nr̃o,licèt vitiũ litigioſi priuet alie
nãtẽ ſuo iure,attamẽ intelligitur,qñ ita placet aduerſario,
cui principaliter cõceditur hæc exceptio.At hoc in caſu,
nec Moſtardis nec fiſco hoc placuit;q̃a ius huius exceptio
nis in modernum Epiſcopũ nõ tranſtulerunt, nec trãsfer
re aliquo potuerunt:cùm verè nullũ habeãt,vt iã demõ
ſtraui. & in ſpecie Bar.in d.conſ.81.Marti.Forniconis.nu.
30 7.reſpõdit nõ poſſe † opponi à tertio de iure delato in fiſ-
cum,niſi fiſcus rẽ illã apprehenderit & incorporauerit.ex
tex.l.his cõſequẽter in prin.& ibi gl.in verbo nõ pertine
re.ff.famil.erciſ.Nõ ergo de vitio litigioſo, quo res fiſco
infertur l.vlt.C.de litigioſ.opponi põt. Et ſaltẽ in hoc e-
rat neceſſaria declaratoria vel pro iure Moſtardorũ,vel fi-
ſci,quod ſcilicèt d.D.M.An.vel D.Epiſcopus,ob vitium
illud litigioſi,vel aliã ob cãm,ius ſuũ amiſerint.ita ex glo.
d.l.his cõſequenter,docuit Ancha.in c.cũ ſecũdo,colu.2.
verſ.2.nota,de hæret.in 6.ꝙ intelligit procedere ſine cõ
trouerſia.idẽ Ancha.conſi.197.coul.2. verſ. vel põt dici,
quãdo cõtra poſſeſſorẽ quis agit,& ius tertij obijcitur, vt
hic cõtingit,vbi D.Epiſcopus Modernus agit contra di-
ctum D.M.Antonium & ei obijcit exceptionem de iure
Moſtardorum,vel fiſci,ob litis pendentiam.Ita de hac nõ
leui dubitatione ſentio.

Iacobus Menochius I. C.

## *SVMMARIVM.*

*1 Res empta illi dicitur acquiſita, cuius nomine empta fuit, neque cu*
*randum cuius fuerit pecunia,& hinc infertur ad plures caſus ſi*
*miles. vt in ſocio emente pecunia communi nomine ſuo,ità de de*
*poſitario.*
*2 Adminiſtratores vniuerſitatis ſi aliquid emerint,an in dubio præ*
*ſumantur emiſſe de pecunia vniuerſitatis vel propria.*
*3 Poſſeſsio c.annorum ab vniuerſitate denotat quod res illa ſit ipſius*
*vniuerſitatis,non particularium.*
*4 Cõmunis res præſumitur ſi deſcripta ſit in libro rerum communiũ.*
*5 Factum quod faciendum non erat, vel non factum,quod faciendum*
*erat,declarat mentem facientis vel omittentis.*
*6 Tempus longiſsimum loco tituli habetur.*
*7 Confeſsio maximam probationem facit.*
*8 Tertius poteſt opponere de iure tertij,quod eſt excluſiuum intentio-*

 nis

*nis aduerſariorum.*

9 *Originarij qui dicantur. & nu 13.*

10 *Ciuis originarius duobus modis quis efficitur.*

11 *Et an ob abſentiam à loco originis amittat nomen ciuis originarij.*

12 *Statutum loquens de ciue originario, an extendatur ad illum, qui in ciuitate illa domicilium contraxit, in qua natus eſt.*

13 *Vt ciuis vnius ciuitatis, gaudere poſſet priuilegijs illius ciuitatis, quid requiratur.*

14 *Ciuis originarius vt quis efficiatur, quantum tempus requiratur quòd habitauerit in ciuitate.*

15 *Ciuis originarius dicitur etiam ille, qui ex longa & multiplici obſeruatione pro originario reputatus eſt.*

16 *Nomen non habetur in conſideratione, cùm de veritate contraria conſtat.*

17 *Veritas ex ſola hominum aſſertione non immutatur.*

18 *Vicos Ciuitatis moderari ac gubernari ſtatutis ſuæ ciuitatis, clari iuris eſt.*

19 *Secus ſi vicus à Ciuitate ſeparatus ſit.*

20 *Reip. vel vniuerſitatis intereſt, vt ſit ipſa quam frequentiſſima.*

21 *Diuiſio ſeu renuntiatio pro alienatione capitur. & nu. 56.*

22 *Vniuerſitatis bona alienari nequeunt abſque obſeruatione ſolennitatis. l. fi. C. de vend. reb. ciuit.*

23 *Idem dicimus in diuiſionibus bonorum vniuerſitatis.*

24 *Vniuerſitas, pupilli & ætate minores æquiparantur.*

25 *Bona minorum quomodo diuidi non poſſint.*

26 *Diuiſio prædiorum vniuerſitatis debet fieri cum conſenſu omnium de illa vniuerſitate, maximè cùm illa prædia ſingulis adferebāt commodum ac vtilitatem. Et quæ ſit huius dicti ratio.*

27 *Et cum præſentia ſeu decreto Prætoris.*

28 *Decretum Prætoris in diuiſione rerum vniuerſitatis debet interuenire cum cauſæ cognitione.*

29 *Nomina ſingulorum de vniuerſitate ſunt ſcribenda quando ſit diuiſio rei vniuerſitatis: quia diuiſio eſt res magni ponderis.*

30 *Diuiſio prædiorum mutat illorum qualitatem.*

31 *Natura peccare non dicitur, ſi fœminas potius quàm maſculos pepererit.*

32 *Afflictio afflicto non addenda.*

33 *Detrimentum ſine cauſa datum, iniquum & iniuſtum dicitur.*

34 *Actus ille inualidus eſt cui lex ſuperioris reſiſtit.*

*Mandatum ſeu præceptum Prætoris, vanum, eluſorium & fruſtatorium eſſe nequit.*

35 *Dictio quò ad, tempus ſignificare dicitur.*

36 *Prohibitum ad tempus videtur poſt tempus permiſſum.*

37 *Interpretatio illa, qua actus eluſorius redditur, non eſt ſumenda.*

38 *Interpretatio illa ſumenda, quæ veriſimili propius accedit.*

39 *Sententia eſt ſtricti Iuris, & tantum diſponit, quantum loquitur. & num ſeq.*

40 *Sententia debet interpretari, ne iniqua & iniuſta decernat.*

41 *Communalia & communia an differant.*

42 *Identitas eſt probanda, & quando præſumatur.*

43 *Aſſerens pluralitatem, eam probare debet.*

44 *Sententiæ recipiunt interpretationem à petitionibus, & cauſis.*

45 *Dictio imò, quando ſtet correctiuè.*

46 *Remittere quilibet poteſt ius proprium.*

47 *Regreſſúſque ad illud non datur, cùm remiſſum ſit per renuntiationem. & quomodo procedat. nu. 73.*

48 *Lex maximè damnat lites, & controuerſias.*

49 *Confirmatio operatur ne vlterius de actus inualiditate quæratur.*

50 *Renuntiantes iuri ſuo, ſibi præiudicare debent.*

51 *Cauſa vniuerſitatis quando, & quomodo dicatur.*

52 *Multitudo hominum an poſſit facere vniuerſitatem, etiam ſuperiore non approbante.*

53 *Pars vniuerſitatis vel à Ciuitate vel Burgo excluſa, an faciat vniuerſitatem, & retineat priſtinum nomen.*

54 *Vniuerſitas, vel conſilium, ſi aliquid fecerint non coniunctim, ſed vnus hodie conſentiat, cras quatuor & alia die decē, illud quod eſt factum non valet.*

55 *Illi de vniuerſitate non poſſunt dicere ſe partem habere illarum rerum, quæ vniuerſitatis ſunt.*

56 *Vniuerſitas non poteſt creare Syndicum vel procuratorem ad renūtiandum abſque decreto.*

57 *Renuntiatio eſt donatio, ideo ſi excedit ſummam quingentorum aureorum indiget inſinuatione.*

58 *Statutum requirens ſubſcriptiones duorum notariorum inſtrumento, ſeu alias ſolennitates, eſt factum ob euitandas fraudes, & falſitates.*

59 *Inſtrumentum licèt ſit nullum ob omiſſionem ſolennitatum, ſuſtinetur tamen ſubſtantia & nu. 60.*

60 *Decretum Prætoris interponi non poteſt niſi in ſcriptis, & ſic ſcriptura eſt neceſſaria.*

61 *Confitens ea quæ in inſtrumento continentur, intelligitur confiteri, ſi inſtrumentum verum ſit, aliàs enim reprobato inſtrumento, confeſſio nullius eſt momenti.*

62 *Veritas ſine ſolennitate ſtare nequit.*

63 *Confitens inſtrumentum ſuæ renuntiationis factum fuiſſe nihil tamen de eius validitate aſſerens, ſibi non præiudicat, ſi inſtrumentum non reperiatur validum.*

64 *Procurator vel ſyndicus vt noceat principali ſua confeſſione mandatum habere debet ſpecialiſſimum ad confitendum.*

65 *Procurator ad alienandum etiam cum libera, non ſufficit.*

66 *Ratificatio actus nulli, eſt noui actus celebratio.*

*Et an illæ ſolennitates, quæ in actu faciendo requiruntur, requirātur etiam in hac ratificatione.*

67 *Syndici vniuerſitatis præiudicare non poſſunt ſingularibus perſonis.*

68 *Vniuerſitas abſolutè donare nequit, vti neque minor ſeu pupillus, qui inter ſe conueniunt.*

69 *Cauſa falſa actum vitiat, ideo renuntiatio ſeu contractus falſa cauſa factus non valet.*

70 *Renuntiatio de iure non cognito non valet, ideo notarius faciens renuntiationis inſtrumentum, debet parti renuntianti declarare, quòd ius habeat in re illa.*

*Et quid ſi interuenit iuramentum.*

71 *Renuntiatio ſeu donatio cum enormiſſima læſione facta, irritatur.*

72 *Renuntiatio ſeu donatio per vim, ſeu coactè facta, non valet.*

73 *Pater non poteſt præiudicare filijs & ſucceſſoribus, in iure familiæ conceſſo.*

74 *Confirmatio renuntiationis non valet, ſi renuntiatio eſt nullius valoris, & quomodo.*

75 *Indultum Principis falſa cauſa munitum, minimè valet.*

76 *Soluens angarias pro prædio, eius communis frui debet.*

77 *Diuiſo rerum vniuerſitatis poteſt fieri, ſed ſeruatis ſeruandis.*

78 *Petens conſequens, dicitur & antecedens petere.*

79 *Res ſemper tranſit cum ſuo onore.*

## CONSILIVM LXXX.

# Initium à Domino.

PLVRA efficiunt, (vt paucis, quantum fieri pōt, concludam) quæ multis explicanda forent: percelebris doctrina excellētiſſimi atq; eruditiſſ. Aſſeſſoris, apud quem cā agitur: eiuſdē ſumma æquitas, quam pauperes ij hic appellant: & magna tēporis anguſtia, quæ me, ob publicum aſſiduúmque docēdi munus occupatum, nūc maximè vrget. ſi quid ergo parum vel doctè vel accuratè ſcriptis his mandauero, non iniquo iure mecum erit agendum, ſed omnia æqui ac boni cōſulendum. Quò facilior ſit cauſæ exitus, dum acutiſſimis excitatis dubitationibus pro viribus conor ſatisfacere, plura ex ordine enucleanda fore credo.

Primò patefaciam prædia Venzaghi acquiſita fuiſſe toti vniuerſitati Lonadi, ita quod non ſingulis originarijs illius ętatis vel eorum deſcendentibus, ſed omnibus ſimul in vniuerſum prodeſſe acquiſitio illa debeat. & in hac eadem dubitatione ſubiiciam, idem eſſe de cæteris bonis, quę vulgò communalia iſti appellant.

Secundò clarè oſtendam, hos, qui forenſes habitantes appellantur, dici verè originarios, & contineri ſub nomine, communis & hominum Lonadi, ita, inter antiquiſſimos originarios, & hos ipſos commentitio nomine, forenſes appellatos.

Tertiò, apertè demonſtrabo, prædia illa Venzaghi nulla ratione diuidi potuiſſe eo modo, quo anno 1559. diuiſa fuerunt.

Quartò, dilucidè exponam hos forenſes (ita enim hoc nomine his in ſcriptis vtar) nulla renuntiatione, alióve facto ius ſuum tam quò ad hæc prędia Venzaghi, quā quò ad cætera non amiſiſſe.

Quintò ac vltimò illud ex iam explanatis clarum & planum fiet, hæc prædia Venzaghi in vniuerſum eſſe communicanda, & illorum reditus eſſe pro collectarum & onerū ſolutionibus anteponendos: vel ita prædia diuidenda, vt





ij forenſes ſuam portionem conſequantur.

Prima illa dubitatio, ꝙ prædia Venzaghi fuerint acquiſita vniuerſitati, ita multis explicatur.

Primò, quia in inſtrumento emptionis ſub anno 1408. 8. Iunij apertè dicitur, ꝙ duo illi emptores, ſcilicet Antoniolus Panicia & Petrus Veraſius, nomine & vice communis & hominū terræ Lonadi emerunt à Bernardo Maddio prædia hæc Venzaghi. Et ipſamet vniuerſitas iam eo anno 148. menſe Maio, ſuo nomine preces dedit Pandulpho Malateſtæ Brixiæ tunc Principi, vt ſuo nomine, communis, ſcilicet & hominum hæc prædia emere poſſet. Ita ſub anno 1416. menſe Ianuario, dum reſiduum prædiorum Venzaghi emeret vniuerſitas hæc à Capitaneo generali Mantuano Io. Franc. Gonzagha, & tunc Imperiali Vicario, clarè non vno in loco teſtatur, emi nomine cōmunis & hominum præſentium & futurorum terræ Lonadi. & anno 1454. lato laudo inter illos de Boccatijs & cōmune Lonadi pronuntiatum fuit iura omnia illorum de Boccatijs in prędijs Venzaghi eſſe traſlata in commune & homines Lonadi. Nec vllum verbum prolatum eſt, quòd prædia empta ſint ſingulis, vel de pecunijs ſingulorum; ſed ſemper dictum fuit acquiſitum communi & hominibus. Quocirca dicendum eſt, acquiſitionē eſſe fa-
1 ctam vniuerſitati: ſi quidem ad hoc vt cognoſcamus † cui acquiſita cenſeatur res empta, ſufficit inſpicere cuius nomine facta ſit emptio, nec curandum eſt (quod fortius eſt) cuius ſit pecunia vēditori numerata. Ita enim cēſent omnes interpretes loquentes de ſocio, qui nomine proprio ex communi pecunia emit. Nam (aiunt illi) licet pecuniæ communes ſint, attamen totum emptori acquiritur quod emptum eſt: etſi ſocius alter vel compenſare, vel repetere valeat illius pecuniæ partem. Ita Alex. conſ. 49. nu. 11. verſ. tertiò pro hoc, lib. 1. ex tex. l. ſi ea pecunia. C. de rei vind. quo loci eſt ſcriptum, rem emptam à depoſitario ſuo nomine ex pecunia deponentis ſibi & non deponenti acquiri. & aperte probat l. penul. C. ſi quis alteri vel ſibi. Idē reſpondit Ruin. conſ 216. nu. 4. li. 1. poſt Bart. in l. Titium. §. altero. ad finem. ff. de adminiſtr. tuto. Non diſſentit Bolog. conſ. 7. col. 3. verſ. & idem probatur; qui alios plures recenſet. Idem probarunt Barba. conſ. 22. col. 1. lib. 1. Soc. Sen. conſi. 101. nu. 6. li. 4. & Pariſ. conſi. 84. nu. 14. conſi. 86. nu. 10. & conſi. 87. nu. 8. li. 1. Quòd ſi hoc procedit cū emptor ſuo noīe emit ex pecunia aliena quantò fortius dicēdū eſt hîc, vbi emptores illi proteſtati ſūt ſe emiſſe ex pecunia cōmunis & hominū, effecta ergo ſunt prædia hæc in totū ipſius vniuerſitatis. quemadmodū egregiè reſpōdit Barb. d. conſi. 22. col. 1. ꝙ aūt emptores illi ſint proteſtati pecuniā fuiſſe vniuerſitatis, clara verba confecti inſtrumēti ſub anno 1416. oſtendunt. Quinimò vbi ab illis nihil fo-
2 ret dictū, ita eſſet † præſumendū, ꝙ ſ. emerint ex pecunia vniuerſitatis, cùm illi vti adminiſtratores vniuerſitatis emerint, iuxta l. ſi vt ꝓponis. C. de rei vind. l. 2. ff. quādo ex facto tuto. & l. curator. C. arbitr. tutel. & egregie ſcribūt Fabianus tract. de emptio. & vēd. q. vlt. nu. 1. & 2. apertius Alc. reſp. 495. nu. 8. verſic. 2. eſt & hoc eſſe quotidianū ait Soc. tract. fallen. reg. 343. fallen. 2. vbi aſſerit empta ex pecunia pupilli & minoris (quibus, vt infrà dicemus, vniuerſitas æquiparatur) effici ipſorum, etſi ab emptore proprio nomine empta ſint, cum itaque vtrumque concurrat hoc in caſu quòd ſcilicet & nomine vniuerſitatis & ex pecunia vniuerſitatis emptum ſit Venzaghum ipſi vniuerſitati in vniuerſum non autem ſingulis de vniuerſitate acquiſitum eſt.

Secundò in hanc ſententiam ea ratione adducor, quòd
3 iam videam hanc ipſam vniuerſitatem † annis centū quinquaginta, plus minus, poſſediſſe prędia hæc Venzaghi in vniuerſum, vt prædia communis & hominum. eſt ergo vrgens præſumptio, quòd in executionem illius tituli emptionis anni 1408. & 1416. poſſederint. iuxtà. quædam. ff. de rei vind.. Qua de re ſcribunt Roma. conſi. 159. nu. 3. Natta conſi. 358. nu. 9. li. 2. & latè tradunt Crau. conſi. 226. num. 5. & Neuiz. conſi. 80. nu. 25. Quod certè tam diu paſſi non fuiſſēt aduerſarij, ſi titulo ſuo ſingulari ad ſingulare ſuum cōmodū prædia hæc empta fuiſſēt. nō enim tā grādis ſui iactatio præſumitur. l. cū de indebito, de proba. cū ſimili.

Tertiò, quòd acquiſitum fuerit Venzaghū vniuerſitati in vniuerſum, patet; quia ante factā diuiſionē inter hos ſin-
4 gulares, prædia † illa ſemper in regiſtris atq; ęſtimis non nomine ſingulariū perſonarū. ſed totius vniuerſitatis deſcripta fuerūt. Quare ſequitur ꝙ etiāſi empta fuiſſent nomine ſingulariū, attamē acquiſita fuiſſet & cōicata vniuerſitati. ex doctrina Bart. in l. rura & poſſeſſiones. C. de omni agro deſerto. lib. 11. dū ſcribit in hæc verba: Nota ꝙ fratres, qui ſe fecerunt tantūmodo in emptionū inſtrumentis nominari. poſteà prædia in cataſtro deſcripta reperiūtur conſcripta eis & fratribus, & ſic communiter tributa ſunt ſoluta. Nā per hoc eſt aliis fratribus dominiū acquiſitum, ſicut ipſis, quos tenor inſtrumenti deſignat. Quam ſane ſententiā ſecuti ſunt Rom. conſ. 291. nu. 7. Barb. cōſ. 22. col. 2. in fi. lib. 2. Soc Sen. conſ. 18. col. 10. verſi. vlterius eitam. lib. 1. conſi. 46. in fi. lib. 3. & conſi. 129. nu. 14. libr. 4. vide Dec. conſi. 21. nu. 10. & conſi. 146. verſ. nam ſicut. Iaſ. l. decem. nu. 35. de verbo. oblig. ſi hoc procedit cùm emptio facta eſt nomine proprio, quantò fortius hoc in caſu, vbi eſt facta nomine communis, & de illius pecunia.

Quartò, quòd venzaghum ſit acquiſitū vniuerſitati, & non ſingularibus perſonis, vel ex eo etiam demonſtratur; quia ante factā hanc iniquā diuiſionē, nunquam perſonæ ſingulares petierunt bona hæc vti eorum propria interſe
5 diuidi, vel quid aliud fieri. Quocirca † ex hoc nō facto declararunt prædia hæc fuiſſe ipſi vniuerſitati, & non ſibi acquiſita. Ita enim non factum vt factum hominis volūtatem & actum dubium declarat: quemadmodū in non diſſimili caſu, multorum auctoritatibus reſpondit Crauet. conſi. 91. nu. 10. qui ad rem hanc & illud ſubijcit, quòd ſi aliter res ſe haberet, quod petiiſſet is qui rem ſuam eſſe credit; cùm nemo preſumatur iactare ſuum, iuxta l. cùm de indebito. ff. de proba. cum vulgatis ſimilibus.

Quintò, hoc idē demōſtratur ſumpto iure à præſcriptione centū & quinquaginta annorū, empta fuerūt hæc prædia anno 1408. & ſolū diuiſa fuerunt anno 1559. cōſtat ergo quòd ſpacio 150. annorū prædia hæc poſſeſſa fuerūt in cōi ab vniuerſitate, & non à ſingularib. Hoc ergo lōgiſſi-
6 mū † tēpus loco tituli habetur. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æſti. l. ſi quis diuturno. ff. quemad. ſeruit. amit. latè ſcribūt Bal. in trac. præſcrip. ſecūda particula quartæ partis principalis. q. 2. Dido. lib. 1. varia. reſol. c. 17. nu. 7. qui eiuſdem ſententiæ alios receuſent.

Quòd ſi hæc procedūt illis in caſibus, in quibus nullus præceſſit titulus, quid hîc dicemus, vbi clarus & apertus anteceſſit titulus emptionis noīe vniuerſitatis & ex illius pecunia?

Sextò, ꝙ Venzaghū vniuerſitati & nō ſingularibus fuerit acquiſitum, apertè probatur ex confeſſione aduerſariorū, qui in ea diuiſione, quā fecerunt anno 1559. affirmarūt, emptionē factā eſſe à cōi & hominibus Lonadi. Quæ
7 ſane cōfeſſio † maximā probationē facit. l. generaliter. §. & ſi quidē, C. de reb. cred. & l. vlt. C. de fideicō. & ſcribūt multi, quos retuli in tract. de recupe. poſſeſſ. Remedio 1. nu. 217. 218. Nec obeſt ꝙ in illo ipſo diuiſionis inſtrumēto dixerint, prædia hæc fuiſſe empta ab eorū maiorib. ex ſuis ꝓprijs pecunijs: quia falſum hoc eſt, & repugnat illi antiquiſſimo inſtrumento anni 1416 Repugnat etiam longiſſimi tēporis obſeruatio, qua (vt iā diximus) declaratū eſt apertè hæc prædia eſſe vniuerſitati, & nō ſingularibus acquiſita. Vltimò nō poſſunt aduerſarij aliter dicere, quàm uti à me nūc dictū eſt. Nā, aut volūt antiquos illos emptores, nēpè Petrū, Veraſiū & Antoniolū Panicia emiſſe & acquiſiuiſſe vniuerſitati in vniuerſū (quod veriſſimū eſt) & tunc cōſequuti ſumus quod quærimus. Aut volūt emptores illos non emiſſe nomine totius vniuerſitatis, ſed ſuo ſingulari; & tunc illis ſolūm & ſuis hæredibus acquiſiuiſſe dicuntur: inter quos hæredes & ſucceſſores non extant ij omnes qui interſe diuiſerunt, cùm nō probauerint ſe tales eſſe: ſequitur ꝙ ſe ipſos excludunt, & ꝙ diuidendo aliena, ea vſurpauerint, & per conſequens vti poſſeſſores malæfidei tenētur reſtituere, quòd conſecuti ſunt. & his
8 forenſibus † ita licebit opponere de iure tertij, qđ eſt excluſiuum intentionis aduerſariorū. iuxta l. 2. vbi oēs. ff. de excep. rei iudic.

Hac veritate patefacta, nempè prædia Venzaghi fuiſſe acquiſita ipſi vniuerſitati & non ſingularibus, eſt dicendum idē eſſe de cæteris bonis, quæ ab iſtis cōmunalia appellantur, inter quæ extant paſcua, nemora, vectigalia, & his ſimilia. Hæc inquam totius vniuerſitatis eſſe non negāt aduerſarij: quinimò affirmant ita eſſe vniuerſitatis, vt eorum reditus communicandi ſunt, & his forenſibus habitantibus: quemadmodum ita dixerunt aduerſarij, non vno in loco, vt in illis capitulis porrectis anno 1520. Ianuario menſe in cauſa diuiſionis lignorum, & alibi ſæpè.

Secunda nunc ſeſe offert dubitatio, an ij qui forenſes
habitantes appellantur, hoc nomen mereantur: ſed dici
potius hodie debeant eſſe originarios:atque ita contineri
ſub nomine communi & hominum Lonadi. Qua ſanè in
re dicendum eſt,hos falsò & commentitio nomine fuiſſe
appellatos forenſes:cùm verè ſint originarii, vt & cæteri
illi antiquiſsimi habitantes & incolæ.Hoc multis ita de-
monſtratur.
9 Primò,originarij † dicũtur illi,qui in loco nati ſunt,vel
quorũ pater vel auus ibi natus eſt.l.aſſumptio.§.filius.vbi
gl.& Bar.ff.ad municip.& de incol.& ſcribit Petrus An-
tibolus in tract.de muneribus,parte prima num.3.ciuem
10 † originariũ altero de duobus modis aliquem effici,vel &
ipſe in ciuitate natus ſit,vel eius pater vel auus. Quorum
quidẽ conditionẽ filii ſequuntur quò ad honores,cõmo-
da atq; tutelas.Et originarium dici qui ortus eſt in loco,
clarè probant l.1.l.3.& l.4.C.de municip.& origin.li.10.
quinimò,cùm aliquis eſt natus in loco,ita originarius eſt,
vt originẽ illam nec mutare,nec recuſare valeat.l.aſſum-
ptio,in prin.ff.ad municip.& l.origine.C.de municip.&
orig.lib 10.Iaſ.in l.huiuſ no di.§.legatum.nu.9.10.de le.
1.vbi loquitur in terminis ſtatuti de ciue originario.Grã.
ma.voto 10.nu.16.& Boer.q.13.nu.3.quo loci nu.5.diffusè
11 ſcribit,ꝙ etiamſi quis abeſſet † à loco originis,non tamẽ
perdit nomen hoc originarij.Hinc in materia ſtatutorum
12 † vel conſuetudinis,quæ ſtrictæ interpretationis eſt,appel-
latione ciuis,originarius.hoc eſt,qui in ciuitate, in qua do
micilium cõtraxit & habet natus & cõtinetur. gl.vlti. l.1.
in fi.ff.de tuto.& cura.da.ab his.quam poſt Bal.& Aret.
probauit Boeri.q.13.nu.24,Qui ergo in loco Lonadi,nati
ſunt,vel quorum pater vel auus natus ibi eſt Lonadi ori-
ginarius verè dicitur.Et quanquã magna ſit inter Docto.
cõtrouerſia ad hoc vt quis tãquã ciuis vnius ciuitatis, poſ
ſit gaudere priuilegiis illius ciuitatis ſufficiat eſſe natũ in
ea ciuitate,licèt habeat domiciliũ in altera. Quã quidẽ di-
ſceptationẽ adeò grauẽ eſſe ſẽſit cõciliũ Neapolitanũ, vt
auſum minimè ſit eã diffinire, quẽadmodũ receſet Afflic.
13 deciſ.384.Attñ † vno ore fatentur oẽs,ꝙ qñ habitatio,in-
colatus ſeu domiciliũ cõcurrit cũ ipſa origine,ille origina
rius ita habitans fruitur commodis & honorib.illius loci.
Boer.d.q.13.nu.33.& 45.Cùm ergo ij qui forenſes appel-
lãtur,nati ſint vel ipſi vel eorũ pater vel auus in loco Lo-
nadi,originarii dicantur,habeant,habuerintque domici-
lium in eo loco à cæteris quãtũuis antiquiſsimis; iure cõi
inſpecto,non differunt;& eiſdem commodis ac illi frui
debẽt.quòd aũt ab iis contractũ ſit domiciliũ,credo eſſe
apertiſsimũ:qñquidem oẽs ferè annis ab hinc ſexaginta,
ac multò plus in loco Lonadi habitauerint,ibíque onera
14 cũ cæteris ſubierint:cũ tñ † tps decẽnii ſufficiat ex aliquo
rum ſententia etſi aliquando ſcripſerim in commentariis
de arbitrariis iudicum,lib.2.caſu 86.num.16.hoc in iudi-
cis arbitrio relinqui.Credo tamen neminem virum bonũ
aliter pronuntiaturum,quàm quòd ex tam longiſsima ſe-
xaginta annorum habitatione contractum ſit domici-
lium.Hoc præſertim in caſu,in quo conſtat hos in loco
Lonadi bona omnia ſua & totam familiam habuiſſe atq;
in præſentiarum habere.Dicuntur ergo ob originem &
domicilium verè de Lonado.ita pulchrè ad rem hanc re-
ſpondit Bal.conſi.455.incipit Seia origine paterna,colũ.
2.verſi.Tertius articulus.lib.1.
15 Secundò;hoc idem demonſtratur † ex longa & multi-
plici obſeruatione,quia ij habiti ſunt originarij. Nam ij
onera & munera æquè cum cæteris fermè ab hinc annis
centum ſuſtinuerunt:ſiquidem ab anno 1475.citra colle-
cta illis fuit vt habitantibus indicta & anno 1500.cùm eſ-
ſet controuerſia ſuper ſententia confirmante præceptum
de non indicendis collectis,pronuntiatum illud inciſum
atque reuocatum fuit,non fuiſſe indicẽdas his,vt nec illis
antiquis originariis,eo quòd reditus vniuerſitatis ſufficie
bãt.ſi ergo par & æqualis non fuiſſet vtriuſque conditio,
non certè iſtis profuiſſent reditus vniuerſitatis. Cõfirma-
tur,quia anno 1518.pronuntiatum fuit,etiam ad horum
commodum eſſe anteponendos reditus vniuerſitatis Lo
nadi pro onerũ & collectarum ſolutionib. Illa ſententia
confirmata fuit ab excelſo concilio Veneto 40. Ciuilium
cauſarum confirmata etiam fuit bis anno 1523.à clariſsim.
Laurẽtio Bragadeno prætore tunc Brixiæ.Quinimo vim
illa iudicati obtinet,cùm nunquam ab ea fuerit appella-
tum vel reclamatum.Ita etiam fuit obſeruatum anno 1530.
dum fuit pronuntiatum, reditus molendinorum iterum
eſſe ſubhaſtandos,& illos cedere debere commodo etiam
horum forenſium.Idem eſt factum aliis in caſibus anno
milleſimo quingenteſimoquadrageſimoſeptimo.& anno
1565.& milleſimo quingẽteſimoſexageſimoſexto. dũ ſem
per illa ſententia anni 1518.confirmata fuit. cõſtat ergo ꝙ
quò ad commoda & onera,ij forenſes habiti ſunt vt ori-
ginarii illi antiqui.Nec confictum atque commentitium
16 hoc forenſe nomen quicquam obeſt,ſi quidem † veritas
rei ipſi nomini præualet:nec nomen illud tunc conſidera
tur.l.inſulam.ff. de præſcriptis verbis.l.ſi olei.C.locati.la
tè Crauet.conſilio 20.numero 5.& conſilio 214.numero
2 cæteros ex induſtria prætereo. Quocirca,nec illud etiã
obeſt,quòd ij forenſes aliquando petierint ſe, vt vicinos
tractari:quoniam illud intelligi facilè poteſt de his,qui ea
ætate viuebant:at ſecus hodie in his qui origine & domi-
cilio ſunt effecti Lonatenſes, & à cæteris non differunt.
17 Præterea aſſertiones † hæ veritatem non immutant.Nam
vt inquit l.cùm falſa.C.de iuris & facti ignorãtia. veritas
ex ſola aſſertione hominum non immutatur, & ibi latè
ſcribunt Bartolus ac Iaſon,Ruin.conſilio 128. numero 5.
libro ſecundo.Decius l.traditionibus,numero 6.C.de pa
ctis.Alciat.reſponſ.258.numero 8.& Socin.Iunior conſi
lio 112.nu.3.lib.1.
Non etiã aduerſatur quæ allegatur ordinatio & ſtatu-
tum ciuitatis Brixiæ ſub anno 1488. dum conſtituerunt,
ꝙ illi dicantur forenſes qui in ciuitate non habitarunt ab
anno 1438.citra,& qui non ſuſtinent onera & factiones cũ
ipſa ciuitate.Quo ſanè ſtatuto vti ẽt poſſe videntur Lo-
natenſes,cùm Lonatum ſit oppidũ & vicus ciuitatis Bri-
18 xiæ.Illud enim certum eſt vicos † gubernari atq; modera
ri ſtatutis ſuæ ciuitatis.l.qui ex vico. ff. ad municip. & in
ſpecie trãdunt Soc.Sen.conſi.7.col.1. & conſ.74.col.1.li.
1.Dec.conſi.389.nu.7.& latè Pariſ.conſi.16.nu.20 22.lib.
4.Reſpõdetur huic dubitationi, Lonatum eſſe oppidum
ſeparatum à ciuitate Brixię, cùm habeant ſtatuta Lona-
tenſes & priuilegia ſeparata,ac venerint ad obedientiam
Illuſtriſsim. Dominij poſtea quàm Brixia ciuitas ſe huic
Dominio ſuppoſuit.& quemadmodum etiã conſtat ex ſe
paratione facta per ſereniſſ. Dominium,& ipſimet aduer
ſarij hoc pluries affirmarũt in cauſa Auerolda, quæ ſex ab
19 hinc menſib.fuit diffinita.ſi ergo † ſeparatus eſt vicus,non
debet moderari ex ſtatutis Brixiæ.ita Alex.conſ.151.colu.
2.lib.2.Curt.Iun.conſi.110.num.12.Neuiz.conſi. 58.nu.6.
& pulchrè Alc.reſponſo.77.nu.2.
Quod præſertim hoc in caſu procedit,cum ſtatutum il
lud ſit correctoriũ iuris cõmunis,imò & odioſum. Quod
vel ex eo patet,quia iam probauimus,de iure cõmuni ori
ginarium dici ex natiuitate,& ob domiciliũ deinde con-
20 ſequi commoda loci,eſt etiã odioſum,quia fauor † eſt ꝙ
vniuerſitas ſit quàm frequentiſsima.l.3.§.pen. ff.de decu-
rio.l.Magiſtros.C.de profeſſoris.& Medi. libro decimo.
egregiè Alcia.reſpon.nonagſimoprimo nume. ſeptimo,
vbi ob id ait,ſtatuta collegiorum excludentia natos extra
ciuitatem,non eſſe rigidè interpretãda:quia fauor eſt col-
legij,quòd numerus ſit frequens.idem Alciat.reſpon.725
His ergo clarum atque planum ſit,hos non mereri nomẽ
forenſium habitantium,ſed eſſe verè originarios, eſſéque
idoneos vt eligantur etiam ad officia,quæ in eo oppido
exerceri ſolent iuxta ſtatutum illius oppidi ducenteſimo
trigeſimotertio,ſub rubr.quòd habentes ſortem.Debent
etiam frui cæteris commodis atque priuilegijs ipſius vni
uerſitatis.
Tertia dubitatio eſt nunc enucleanda, nempè prædia
Venzaghi nullo pacto diuidi potuiſſe eo modo quo fue-
runt diuiſa:nec enim ritè,nec rectè eſt confecta.
Primò minus ritè atque ſolenniter eſſe factam vel ex eo
21 demonſtratur,quòd diuiſio † alienatio eſt.l.prima.§.1. &
l.ſi pupillorum.ff.de rebus eorum.Baldus in l.prima.C.ſi
aduerſus rem iudicatam.Gozad.conſilio 58.numer. 13.&
ſcripſi de arbitrar.iudicum libro 2 caſu 17.nume.35.Bona
22 † autem vniuerſitatis alienari nõ poſſunt ſine obſeruatio-
ne ſolennitatis.l.vlti.C.de vend.reb.ciui.vt ſ.interueniat
conſenſus totius vniuerſitatis,auctoritas principis vel ſu
perioris,ſeu eius decretum:tertiò iurare debent ipſi alie-
nantes alienationem fieri pro vtilitate ipſius vniuerſita-
tis.Quæ ſanè ſolennitas ita eſt obſeruanda in alienatione
bonorum Caſtri & Villæ, vt vnius ciuitatis, quẽadmodũ
annotauit Io.à Platea in d.l.vlt.& reſpõderũt Alex.conſ.
1.col.2.lib.4 Ruin.conſi.41.nu.7.lib.1.& conſilio 67.nu-
mer.12.lib.1.idẽ decidit Capicius deciſ.93.nu.4.præterea
etiam



23 etiã † in diuiſionibus eſſe obſeruandã ſolennitatẽ illam l.
vlt.C.de vend.reb.ciuit.reſpõdit Calca.cõſil.49.in fi.Il-
24 lud accedit,ꝙ hæ vniuerſitates † æquiparãtur pupillis &
ætate minorib.ita docuit Bar.in l.1.§.vlt.nu.1.ff.quod cu-
25 iuſq; vniuerſ.nomi.At bona † minorũ ita diuidi non põt,
vt nec alienari poſsint,quẽadmodum latè ſcripſi in d.cõ-
men.de arbit.iudic.li.2.caſu 171.nu.34.Quòd aũt hæ ſolẽ-
nitates ſeruatæ non fuerint,clarè apparet ex ipſa ordina-
tione de diuidendo.Non adfuiſſe iuramentũ clarè ordina
tio oſtendit.Deficit ẽt oĩum conſenſus,cùm & ij forẽſes
habitantes,cũ verè ſint originarij,interuenire debuerint.
Quinimõ,nec maiorẽ partẽ illorũ originariorũ antiquo-
26 rum interueniſſe ſufficit.Siquidẽ prædia † hæc adferebãt
cõmodũ & vtilitatẽ ſingulis de vniuerſitate;quo caſu oẽs
adeſſe debebant,quẽadmodũ in claris his terminis rñdit
Calca.cõſ.45.nu.3.vbi ait,nõ eſſe mandatũ à maiori parte
ſtatum prædiorum reducendo paſcua ad culturam,ne per
indirectũ,qui cõmodũ ſentiunt,illud perdant.& nu.6.in-
quit debere hoc ab oĩbus ꝓbari, ex quo res deducitur ad
vſum nõ deſtinatũ,& incõſuetũ, ob id melior eſt cõditio
prohibentis. & ſubiicit,in his non ſufficere,ꝙ maior pars
conſentiat:ſed omnes vt ſinguli conſentire debent.
27 Non etiã interuenit decretũ † prætoris,vel Principis ſu-
perioris, ſi quidem illa præſentia dominorũ prouiſoris
ac prætoris ſolùm fuit,vt vniuerſitas poſſet cõgregari, vt
moris eſt;non aũt ut ſuo decreto confirmarent illam or-
dinationẽ de prædiis his diuidendis.erat enim illa ordi-
natio in ſpecie decreto confirmanda,vt tradit Rol. cõſ.3.
num.9.li.1 Quinimò debuerunt reddi certiores ipſi DD.
prouiſor & prætor,qualia eſſent hęc prędia,& illis notum
facere,ꝙ iã non ſemel à prætore Brixiæ & à ſereniſs. Do-
minio fuit ordinatũ,ne prædia hæc (vt ſtatim dicemus) di
uiderentur. Decretũ ergo etiãſi diceretur interpoſitum,
28 nil tamẽ prodeſt:quia † cauſa non cognita fuit interpoſi-
tum,ut tradunt permulti relati à Rol.d.conſil.90.nu.43.
& conſi.33.nu.23.lib.1.quem ſecutus ſum in commenta-
riis de arbitrariis iudicum.lib.2.caſu 171.num.23.
Secũdò ex eo corruit hæc diuiſio,quòd in ea ordinatio-
29 ne de diuidendo nomina † ſingulorum erant deſcriben-
da,cùm actus hic diuiſionis magni põderis fuerit. ita Ro
land.d.conſi.90.num.21.poſt multos quos recenſet. Di-
uiſionem autem hanc eſſe quid magni ponderis, vel ex eo
patet quòd alienatio eſt( vt diximus) itẽ immutat prædio-
30 rum qualitatem,vt in ſpecie reſpondit Calcan.d.conſi.45.
nume.4.quem ſuprà retuli. Præterea agebatur de præiu-
dicio fœminarum,quibus portio aliqua aſsignata nõ fuit,
vt tamen erat opus:quod mox patefaciam. Eſt etiam hoc
quid arduum, quia agebatur de contraueniendo volun-
tati ſuorum dominorum,qui iuſſerant, ne prædia hæc di-
uiderentur.
Tertiò inconſultè atque iniquè facta eſt hæc ordinatio
& diuiſio.Siquidem excluſæ fuerunt fœminæ,quæ tamen
31 Excludi non debuerunt. Quid enim peccauit † natura, ſi
fœminas illas peperit? l.maximum vitium.C.de lib.præt.
Potuit equidem diuiſio hæc maximum detrimentũ affer
re alicui viduæ,quæ filias tantum habuiſſet.Res iniquiſſi-
32 ma & peſsimi exempli plena.Eſt hîc addita afflictio † af-
flicto:ſi mater multas habuiſſet filias, præter onus collo-
candi eos matrimonio,& ſoluendi dotem,quorũ cã ma-
ximè fauorabilis eſt;adiectum illis fuit hoc onus, ne ob
ipſas fœminas aliquid de his prædiis cõſequerẽtur.& ta-
men contrarium potius faciendum erat, vt tantũ ponde-
ris non ſentiret.Accedit,ꝙ ſi,ex ſententia Baldi in l.1.§.vl
ti.verſ.ſuper ſexto.ff.quod cuiuſq; vniuerſ.nomi.prædia
ſunt ita inter ſingulos de vniuerſitate diuidenda,vt ſingu
li contribuerent pretium in illorum emptionem;cur non
& fœminis aſsignata eſt portio ſua?nonne & eorũ maio-
res (ſi modò verum eſt eſſe empta ex pecunia ſingulorũ)
ſuam portionem earum cauſa numerarunt? ſi enim aliter
dicimus,a maiorum ſuorũ hæreditate ſine cauſa iuſta ex-
cluduntur. Dicere hæc volui paulò fuſius,vt diligẽtiſsimè
pro more conſideret æquiſsimus Do. Aſſeſſor,quàm ini-
qua,quãquam inconſiderata ſit diuiſio hæc.quæ quidem
dici poteſt diuiſio ſacratiſsimæ veſtis Seruatoris noſtri,
cùm è prædiis his fœminæ pauperes,quæ inde emolumẽ-
tum atque ſubſidium aliquot cõſequebantur, partẽ non
obtinuerunt:illiſque in ſortem ceciderit, quibus ſors na-
turæ maſculos dedit.
Quartò,diuiſio hæc ob magnam ſui iniquitatem cor-
ruit,Nam excluſi fuerunt ij forenſes,ſeu verius noui ori-
ginarij,quibus omni iure portio erat aſsignanda, quod
vel ex eo demonſtratur;quia,ſi ipſi conſequebantur illud
commodum,quòd horum prædiorum reditus antepone
bantur in ſolutione onerum,cur non conſequi debuerũt
portionem:cùm diuiſa fuerunt?Hanc enim ob cauſam &
ipſi partem in illis habere dicuntur.Quòd autem reditus
horum prædiorum eſſent anteponendi in ſolutionibus o-
nerum,ſtatim dicam.Præterea,accedit quòd ij tanquã fo-
renſes fuerunt excluſi,cùm tamen verè originarij ſint: &
eiſdem commodis atque priuilegiis,vt illi qui diuiſerunt
inter ſe frui debent,quemadmodum iam ſuprà dictũ fuit.
33 Quod ergo factum fuit ad horum detrimentum, iniquè
factum fuit,vt inquit Bar.in l.toties.ff.de pollicit. & Iaſ.
in l.ciuitas.num.10.ff.ſi certum peta.& tradit Bartol.in l.
omnes populi.nu.2 ff.de iuſti.& iure.Ripa lib.1.reſponſo.
ca.11.& in tracta.peſtis.titu.de remediis ad curandum pe-
ſtem.num.48.
Quintò detegitur inualiditas huius diuiſionis,quòd ad-
uerſus mandata Principis, atque magiſtratuum facta eſt.
34 Illud enim clarum eſt,quòd actus † ille eſt inualidus, cui
lex ſuperioris reſiſtit,vt inquit Barto. in l.cùm lex.nume.
4.6.ff.de fideiuſſo.& ſcribunt Afflict.deciſi.278. Barbat.
conſi.43.col.12.lib.1.& latè Tiraquel.in tracta.de legibus
connub.in glo.3.nu.12.16.17.
Quòd autem mandatum, atque prohibitum ſit à ſupe-
rioribus,ne prædia hæc Venzaghi diuiderentur demon-
ſtratur.Anno ſiquidem 1518.cùm eſſet cõtrouerſia an re-
ditus prædiorum,atq; bonorum vniuerſitatis eſſent ante-
ponendi in ſolutione onerum & angariarum,pronuntia-
tum fuit à clariſsimo Capitaneo Brixiæ,anteponẽdos eſ-
ſe:atq; ita in neceſſarium antecedens non poſſe nec debe-
re diuidi hæc prædia.Nam,ſi diuidi cõceſſam diceremus,
vana & fruſtratoria illa ſententia redderetur: quod nõ eſt
dicendum.l.ſi prætor.ff.de iud.cum ſi nil. Illa ſententia
fuit confirmata ab excelſo Concilio Veneto anno 1520.&
à clariſsimo Prętore Brixiæ anno 1522. & anno 1523.cæte-
ras confirmationes prætereo.
Nec aduerſantur aliquæ acutæ dubitationes excitatæ in
motiuis.nempè,non videri prohibitam hãc diuiſionem,
ſed potius permiſſam ab illa ſententia anni 1518.cùm in ea
legantur hæc verba:Quòd quò ad fuerint intratæ commu
nis,ipſæ intratæ præponantur ad ſoluendũ angarias. Hæc
ſanè verba (dicitur in motiuo) oſtendunt reditus com-
munis eſſe anteponendos pro eo tempore, quo aderunt
reditus hi in communi:non propterea prohibent diuiſio
35 nem.Nam dictio † quò ad tempus ſignificat.ita Barto.in
l.1.nu.15.verſic.& quæro de dictione quoad.de condit.&
36 demon.Si ergo ad tempus † eſt prohibitum,ergo poſt tẽ-
pus dicitur permiſſum.l.Imperator.ff.de poſtul.& l.ſtatu
liberum.§.ſtichum.de lega.2.& in ſpecie alienationis eſt
textus in l.pater filium.§.fundum.de leg.3.& tradũt Go-
za.conſi.37.num.7.latè Tiraq.de retractu conſangui.§.1.
glo.10.nu.19.& alibi.
Reſpondetur,illa verba,quò ad,non referri ad tempus,
ſed ad quantitatem & ſummã redituum,vt ſenſus ſit, præ-
ponantur reditus communis omnes,quò ad fuerint,ideſt,
quanti & quot fuerint.Hunc ſenſum genuinum oſtẽdunt
ſubſequentia verba,ad ſoluendum angarias:& quòd vltra
ipſas intratas & reditus talea exigatur. ecce dicitur, & ꝙ
vltra,dictio vltra,non refertur ad tempus, ſed ad quanti-
tatem.Hic ſenſus ex alio ſuadetur: quia, ſi ad tempus fa-
cienda eſſet relatio, facilè & citò potuiſſent ij originarij
ſententiam illam eludere; nempè diuidendo inter ſe hæc
prædia.quod eſſet iniquum dicere, & contra l.ſi prætor.
37 §.ff.de iudic.& interpretatio † illa qua actus cluſorius red
ditur,non eſt ſumenda.Ita Craue.conſil.25.nu.7. & ſcri-
pſi in loco quem mox referam.Ne igitur eludatur ſenten
tia,ſumenda eſt interpretatio literæ magis cõueniens,vt
ad quantitatem referatur.
38 Præterea ſumenda † eſt illa interpretatio, quæ veriſimili
propius accedit.ita Crauet.conſi.33.nume.22. & conſilio
135.nu.33.& abundè ſcripſi in commentariis de arbitrariis
iudicum,libro ſecundo.caſu 199.quo loci dixi illam in-
terpretationem eſſe ſumendam. quæ benignior eſt, quæ
à prudentibus reprehendi non poteſt;quæ iuri communi
magis conſentanea eſt,qua vtrique partium ſatisfactum &
conſultum eſt,qua altera partium damnum nõ ſentit,qua
alter deceptus non remaneat: & demum illa recipienda
eſt, quæ iniquitatẽ excludit. Si ergo recipitur hæc inter-
pretatio,vt ad tempus illa verba referantur, quod veri-
ſimile

ſimile non eſt,continet;nēpe fuiſſe latā ſnīam;quæ triduo
eludi poterat:vt econtrà,ſi refertur ad quātitate,perpetuò
erat,ac eſt oībus ꝓfutura.Erit etiā benignior ſi referatur
ad quantitē,quia relata ad tēpus offendit & ius cōe & cō-
modū ad iura horū forenſiū.Non poterit reprehēdi à ſa-
pientibus relata ad quantitatē vt econtrà poterit,ſi ad tē-
pus nec enim ſapiens actū eluſorium atq; momētaneum
probare ſolet.Iuri cōi etiā magis conuenit ſi ad tēpus re-
feratur,cùm ius cōe (vt dixi & mox dicam) non admittat
has diuiſiones ſine cauſa iuſta & cū alterius detrimento:
ſed verè vult hoc,reditus debere anteponi ad oīum cōmo
dum.id quod nō cōtingeret,ſi ad tēpus illa verba referū-
tur.Relatis quoq; his verbis ad quantitatē vtriq; partium
erit conſultū;cùm tū vni tantū prodeſſe poterūt,ſi referū
tur ad tēpus,oīs erit excluſa fraus & iniquitas, detrimen-
tū alterius partis euitabitur,ſumpta hac interpretatione,
vt ad quantitatē referantur:cū tamē relata ad tēpus frau-
dē,dolū,dānum ſociis præſtabūt.Cætera ob id prætereo,
quòd ſciā me alloqui virum optimum atq; incorruptum,
qui æquitatē & Dei iuſtitiā ſemper præ oculis habere ſo-
let.Illud ſolùm nunc dico,quòd ſi verba hæc eā interpre-
tationē,vt ad tēpus referantur,reciperet, nō hactenus tot
ſentētiis & confirmationibus pronuntiaſſent principes &
magiſtratus,bona hæc nō eſſe diuidenda:quemadmodum
pronuntiandum fuit.& præſertim anno 1522.à clariſsimo
Prætore Brixiæ,qui dum declarauit, ligna non eſſe diui-
denda,in hæc verba ſententiam protulit: Et idcircò non
debere diuidi inter ipſos de communi:ſicut nec alii redi-
tus dicti communis diuiduntur. Quæ verba, alii reditus,
ampla ſunt,& omnes reditus complectuntur,

Non etiam aduerſatur illa cōſideratio, qua vſi ſunt ad-
uerſarii,cui,vt plenius ſit ſatisfactum, rūdere decreui: etſi
fortè opus nō videatur, cùm excellentiſsimus Aſſeſſor in
motiuis de ea nullū verbū faciat,vt inde nobis oſtēdat.ſe
nihili eā facere.Conſideratio inquā aduerſariorū eſt, illā
ſententiam anni 1518.prædia hæc Venzaghi expreſsim nō
continere,imò ea excludere : cùm ſolùm loqui credatur
39 de bonis cōmunalibus ipſius vniuerſitatis. Et ſnīa † ſtri-
cti iuris eſt,& tantū diſponit quantū loquitur,vti ſcribūt
Dec.l.ius noſtrū.nu.11.de reg.iur.Goza.conſ.50.num.12.
Soc.Iun.cōſ.181.nu.67 lib.2.& Cra.cōſi.188.nu.6.Cæte-
ros prætereo.ſumpta ergo ſtricta interpretatione ſolùm
hæc cōalia cōtinebuntur.Quòd ſuadetur etiam ex eo ( vt
40 aiūt aduerſarij)quia ſententia † debet interpretari,ne ini-
qua & iniuſta decernat.vt reſpondit Caſtr.conſi.3. libr.1.
iniuſta autem decerneret.ſi etiā Venzaghum contineret.
Rurſus & tertiò ſuadetur hæc interpretatio,quia verba il-
lius ad præcedentia reſtringuuntur.vt reſpondit Pariſ.cō-
ſil.102.num 7. lib.1.Ad præcedentia non de Venzagho,
ſed de communalibus loquuntur. Prætereà.& quartò ac-
cedit.quòd vltima verba ſententiæ expreſsim de commu-
nalibus loquuntur, de illis ergo ſolùm ſententia intelligi
debet, ex doctrina gloſſæ in ca.prædicator.16.q.1. & tra-
dunt alii,quos nunc referam.

Nō inquam hæc conſideratio officit.Siquidē probabi-
lis minimè eſt hæc diuiſio bonorum,vt alia dicantur com
41 munalia, † alia cōia, alia originariorum : cùm par ſit ho-
rum bonorū qualitas & cōditio,nēpe pro cōmodo oīum
qui illius vniuerſitatis ſunt:& præſertim horū forenſium
quos nos forenſes,ſed originarios & incolas verè eſſe de-
monſtrauimus. Et quò ad acquiſitionē horum prædiorū
Venzaghi.nulla adeſt à cæteris differētia: cùm ita hæc vt
illa vniuerſitati ſint in vniuerſum, & nō ſingularibus ac-
quiſita,vt ſuprà dictū fuit.Hæc itaq; nomina cōis & com-
munalis vti conficta & falsè ad detrimentum horum fo-
renſium inuenta abolēda omninò ſunt. Quod præſertim
dicendum eſt tēpore illius ſententiæ, quo ſanè tēpore nō
cōſtat extitiſſe hanc differentiam inter hæc nomina, cōis
& cōmunalis, Et cum inſpecto iure communi,necnon &
42 vſu ipſorum bonorum,idem ſint, ſequitur identitatē † eſ-
ſe probatam,vt ait Crau.cōſ.198.nu.2.poſt Alex.cōſi.13?.
lib.1.& Corn.conſi.206.ad fi.lib.4.& Dec.in ca.pruden-
tiam.§.ſexto.de of.deleg.dū ſcribunt identitatem præſu-
mi,cū qualitas aliqua conuenit.ij ergo aduerſarij qui aſ-
ſerunt differentiā extitiſſe tēpore ſnīæ,ita vt ſnīa vnā ſpe-
43 ciē tantū incluſerit,probare † debent,ex ſnīa Cornei con
ſil.144.nu.11.lib.4.quem ſequutus eſt Crau.d. conſil.198.
nu.4.Quo loci ait ꝙ ille qui aſſerit pluralitatem, probare
debet:vt & ille qui aſſerit identitatē. ex latere noſtro iam
ſatis identitas probata eſt ex eadem cōditione & qualita-
te bonorum, & ex iuris communis diſpoſitione:erat ergo
onus aduerſariorum probare pluralitatem tempore illius
ſententiæ extitiſſe.quod cùm factum non fuerit, illi ſen-
tētiæ indiſtinctè ſtandum eſt.Quocirca apparet leuē eſſe
illam rōnē,qua dictū eſt,ſententiam eſſe ſtrictę interpre-
tationis.Hoc admiſſo,quid inde ſequitur : nihil certe cū
non conſtet differentiam horum bonorum eo tempore
extitiſſe?ſed potius eiuſdem fuiſſe qualitatis & conditio-
nis indiſtinctè.ergo ex ſermonis proprietate omnia cō-
plectitur ſententia, quemadmodum & de ſtatuto dicunt
omnes in l.omnes populi de iuſtitia & iure.
44 Prætereà ſententia † recipit interpretationem à petitio-
ne & cauſa,vt reſponderūt in terminis Alex.conſ. 49.nu.
8.lib.7.Crau.conſi.186.nu.5.& Soc.Iun.conſi 181.nu.70.
lib.2.ſed ſi petitio relata in procēmio illius ſententiæ in-
ſpiciatur,clarè conſtabit,diſputationem fuiſſe de antepo
nendis omnib.reditibus dictæ vniuerſitatis,cùm in ea di-
catur donec extiterint intratæ communis.& nullū verbū
de illo nomine,alioqui conficto cōmunales.imò ipſimet
aduerſarii anno 1520.die 23.Ianuarii dum capitula quædā
producerent in cauſa diuiſionis lignorum,confeſsi ſunt
indiſtinctè reditus vniuerſitatis non diuidi. nec ibi conſti
tuunt differentiam inter reditus bonorum cōis & cōmu-
nalia.Quod verò dicitur eſſe interpretandā ſnīam,ne ini-
qua contineat;retorquetur.iniqua certè cōtineret,ſi ij fo
renſes excluderentur à cōmodo redituum Venzaghi,quæ
aliàs ad ſui vtilitatem etiam anteponebantur ad ſolutionē
angariarum vt demonſtrauimus.Ita tertiæ rationi ſatisfa
ctū eſt:cùm illa potius aduerſarios oppugnet, quàm tuea-
tur.Ceſſat & illud vltimum ex gloſſ.in d.cap.prædicator.
quia illa procedit vbi duo pugnantia ſunt in eadem ſenten
tia comprehenſa:tunc enim à ſecūdo primum tollitur, &
45 illa dictio imò,ſtat correctiuè.ita Bald.in l.1.nu.18.C. de
furtis.hæc verò in caſu non extat repugnantia, quia verè
eiuſdem qualitatis atque conditionis ſunt bona hæc.Diſ-
ſoluto hoc obiſſe res clara & aperta fit ad fauorem horū
forenſium.

Quarta propoſita dubitatio diſcutienda nunc eſt,an ij
forenſes ex illa renuntiatione facta anno 1560.mēſe Apri-
lis ius omne ſuum in his prædiis Venzaghi amiſerint.Qua
quidem in re dicendum videbatur,amiſiſſe.
46 Primò,quia vnicuique † licet ius proprium remittere.
47 l.pen C.de pactis,cum ſimilibus.& iure † remiſſo per re-
nūtiationem non amplius datur regreſſus ad illud.l.quæ-
ritur.§.ſi vendito.ff.de ædil,edicto.l.vl.C.de remiſſ.pig.
Crau.conſi.74.nu.7.cùm ergo ij forenſes ius ſuum remi-
ſerint,fruſtrà nunc videntur contendere.

Secundò renuntiatio hæc videtur omninò obſeruāda,
cùm ex probabili atque laudabili cauſa cenſeatur facta:
48 nempè, vt recederetur à litibus & controuerſiis,quas † le-
ges maximè damnant.c.finem litibus.de dolo & cōtuma.
cum ſexcētis ſimilib.videtur etiam ex laudabili cauſa fa-
cta,quia illi originarij vice verſa cōmunicarunt his foren
ſibus bona communalia,ob cauſam ergo eſt facta renun-
tiatio,& per conſequens obſeruanda.

Tertiò cōfirmata fuit hæc ipſa renūtiatio à Sereniſ.Do
49 minio anno 1564.cōfirmatio † itaq; efficit,ne vlterius de
actus inualiditate quæratur.c.1.de confirm.vtil.vel inutil.
Abbas in ca.ea quæ.nu.3.de ſenten.& re iudi.

Vltimò dicendū videtur,ꝙ ſaltē ſingulares ipſæ perſo-
50 næ quæ renuntiauerunt † ſibi ipſis præiudicarunt: vti tra
dunt Bal.in l.1.in prin.ff.de magiſtr.cōuen.idem cōſi.47.
col.1.verſ.item fallit.li.3.Albe.l.nulli.nu.12.in fin.ff.quod
cuiuſque vniuerſ.nom.& Ruin,conſ.175.nu.16.lib.1.

Cæterùm, re ipſa diligentiſsimè perpenſa, verè opi-
nor renuntiationem hanc nihil his forenſibus obeſſe.
Quod multis demonſtrari poteſt. Verùm illud priùs di-
cam,hos forenſes ſeu verius originarios ita nunc conten
dentes non vt perſonas ſingulares litem agere;ſed vt v-
num corpus,atque ita in vniuerſali.Nam cùm ſit pars to-
tius vniuerſitatis Lonati,vel ſit multitudo , quæ non de
re propria ſingulari vt ſingulis,ſed vt omnibus debita cō-
tēdat;cauſa dicitur eſſe vnius corporis vniuerſalis. Quod
etiam ex eo patet ,quia etiam ex ſuperiorum licentia in
actu huius compromiſsi fiendi in illuſtriſsimum atq; ex-
cellentiſsimum D.Sfortiam Pallauicinum, congregaue-
runt eorum concilium & vniuerſitatē,more & ordine ob
ſeruato ſyndicos atque procuratores cauſæ cōſtituerunt.
51 Cauſa † ergo dicitur vniuerſitatis, vt tradunt omnes in l.
in tantum.§.vniuerſitatis, de rerum diuiſione.Albericus
in l.



in l.nulli.nu.19.ff.quod cuiuſq: vniuerſ.nom. qui docuit,
etiam hominum vniuerſitatem carentem decurionibus
& Conſulibus ſyndycum & procuratorem conſtituere
poſſe,& cùm res hæc ſit apertiſsima,non multum immo-
52 ror.Et hanc hominum † multitudinem vniuerſitatē con
ſtituere & facere poſſe,etiam ſuperiore non approbante,
docuit Barto.in l.vltimo.nu.3.ff.de colleg.illicit.Barbat.
conſi.17.col.2.lib.1.Hinc Bar.in l.ſi hæres.§.vicis.in fi.de
leg.1.dixit burgum facere vniuerſitatem legitimā. Acce-
53 dit quòd pars † vniuerſitatis expulſa à ciuitate vel oppido
( vt hìc contingit ) poteſt facere ſyndicum,& ob id nomē
vniuerſitatis retinet.ita Bar.in l.ſi quis à filio.§.vlt.nume.
1.de lega.1.& in terminis his claris dixit Bal.in l.teſtatrix.
§.plures.ff.ſi ſeruitu.vindi.quòd ſi vna pars villæ & caſtri
cum altera litigat,ambæ poſſunt facere ſuos ſyndicos &
ſuum conſilium.Quocirca ceſſat quòd in motiuo dicitur,
hos forenſes non facere vniuerſitatem.His ita explanatis
detegitur nunc hanc renuntiationem nullius effectus eſſe.

Primò,apertè conſtat ex illo inſtrumento renuntiatio
nis,hos forenſes non vnà ſimul congregato conſilio &
more ſolenni obſeruato renuntiaſſe,ſed eo menſe Aprili
aliqui die 12.aliqui ſeparatim tamē:aliqui die 15.aliqui 17.
atque ſucceſsiue vſque ad diem 28. illius menſis, modò
quinque,modò ſex, modò decem renuntiaſſe dicuntur.
54 Quo ſit vt † non vniuerſitatis nomine aliquid egiſſe di-
cantur.ita in terminis docuit Albericus in l.nulli.numer.
12.ff.quod cuiuſque vniuerſitatis nomine. Qui quidem
ait non ſufficere quòd vnus hodie alter cras veniat.Eſt e-
nim opus quòd ſolenni more congregetur conciliū,& re
diligenter cōſiderata, deliberatio fiat, vt quod melius &
vtilius futurum eſt,diffiniatur.quemadmodum etiam re-
ſpondit Corn.conſ.130.in fi.li.1.Quib.infertur reſponſio
ad illud quod in motiuo dicitur,ibi in verſicu. Homines
communis,&c.hos forenſes non facere vniuerſitatem, &
quòd ſeparatim potuiſſent renuntiare. Nam imò faciunt
vniuerſitatem , ex quo agitur de re communi : nec enim
55 † vnuſquiſque poteſt dicere ſe partem habere. Prætereà
& in motiuo paulò poſt hoc conceditur, dum dicitur,fa-
ctum à maiori parte cæteris præiudicare, præſupponitur
ergo collegiatim hoc fieri,alioqui pars maior nō daretur,
ſi non daretur corpus in vniuerſum.

Secundò corruit hæc renūtiatio,quia ſine decreto crea-
56 tus eſt ſyndicus † & procurator ad renuntiandum : & ta-
men illud erat omninò neceſſarium.ita reſpondit Corne.
conſilio 148.num.4.lib.1.dum inquit,decretum fore ne-
ceſſarium in conſtitutiones ſyndici ad alienandum bona
vniuerſitatis.id quod etiam ſuprà multorum auctoritati-
bus comprobaui. Dubium autem non eſt,renūtiationem
eſſe alienationem,vt probat l.prima.C.de remiſſ.pigno.
& ſic eſt donatio ( vt infrà ſubiiciam ) cui dubium, quin
cenſeatur alienatio?

Tertiò deficit ex eo hæc renuntiatio,quod inſinuata nō
57 eſt, cùm tamen † inſinuatione opus eſſet. Siquidē renun-
tiatio eſt donatio.ita Bal.in l.illud.num.7. C.de ſacroſan.
eccle.& eo etiam loci ait in ſpecie,quòd quemadmodum
donatio excedens ſummam quingētorum aureorum, in-
ſinuationem requirit.l.ſancimus.C.de dona.ita etiam re-
nuntiatio.alioqui( inquit Baldus) nullius valoris erit: etiā
ſi (ait ille) fuiſſet confirmata. Cum Baldo idem ſcriptum
reliquit Afflictus in tract.de iure protimeſeos, in princi.
nu.32.qui eiuſdem ſententiæ alios recēſet.& alios propè
infinitos congerit Tiraquel.in rep.l.ſi vnquam,in verbo,
donatione largitus,nu.176.C.de reuo.don.Nec hìc dica-
tur eſſe factā ob cauſam,ita vt opus nō ſit inſinuatione ex
aliquorum ( dubia tamen) opinione; quia verius eſt nullā
hic adfuiſſe cauſam probabilem,vt mox dicam.

Quartò annullatur etiam hæc renuntiatio defectu ſo-
lennitatis.Nam requirit ſtatutum Lonati ſub rubr.Quòd
rogationi cuiuſlibet inſtrumenti adſint duo notarij. re-
quirit inquam pro forma & ſolennitate quòd inſtrumēta
habeant duorum notariorum rogationē, ſeu ſubſcriptio
58 nem,alioqui nulla omninò & ipſo iure ſunt.Quod † ſanè
ſtatutum conditum eſt ad euitandum falſitates, quæ fieri
faciliùs poſſent, ſi illa ſecundi notarii ſubſcriptio defice-
ret,vti tradunt in terminis Socin.Sen.conſi.2.col.1. verſi.
2.præmitto lib.3.
59 Nec aduerſatur,ꝙ licet inſtrumentū † ſit nullū,valet atq;
ſuſtinetur ſubſtantia actus,ex ſententia multorū,quos re-
cenſet Iaſ.in l.ſeruum filii.§.eū qui chirographū. nu.5. de
leg.1.Boſsius ti.de Falſis.nu.34.qui ſcribit in contractum
probari aliunde poſſe;etſi inſtrumētum illud deficit. Hic
autē probari dicitur hæc renuntiatio ex ipſorumet foren-
ſium confeſsione: parui ergo refert,quòd inſtrumentum
illud deficiat.Reſpondetur huic dubitationi multis mo-
dis,ac primò;illam opinionem à Iaſone firmatam, dubita
tione non carere:quandoquidem alii permulti contrariū
verius eſſe affirmarunt:nempè inſtrumento annullato,e-
tiam ſubſtantiam contractus tolli.Quam ſanè ſententiam
probarunt Bal.Flor.& Roman.quos ipſe Iaſon præcitato
loco recenſet.

Reſpondeo ſecundò,hoc inſtrumentum ad ſui eſſentiā
requirere ſcripturam.Hoc demonſtratus,quia iam oſtē-
60 di,fuiſſe neceſſarium decretum † Prætoris quod ſanè de-
cretum nō niſi in ſcriptis interponi poteſt,vt latè reſpō-
dit Rol.conſi.99.nu.10.lib.1.& alios retuli in commenta
riis,de arbitrariis iudicum,lib.2.caſu 161.num.26. Quo fir
mato ſequitur dicendum, quòd vbi ſtatutum annullat in-
ſtrumentum ex aliqua cauſa,dicitur etiam annullare con
tractus ſubſtantiam:ita in terminis reſpondit Caſtr. con-
ſil.44. Videtur dicendum dictum compromiſſum.col.1.
verſi.niſi actum fuiſſet.lib.1.

Reſpondeo tertio ex ſententia Innocen.in ca.cùm ve-
nerabilis,de exceptio.& in capit.cùm olim, de cenſibus.
61 dum ſcribit, quòd † ſi quis confitetur ea quæ continētur
in inſtrumento:intelligitur confiteri ſub cōditione,ſi in-
ſtrumentum eſt verum ; & ideo reprobato inſtrumento,
non ſtatur confeſsioni de ipſo inſtrumento. Innocētium
ſecuti ſunt Caſtrenſ.conſil.342. Aduertendum eſt quòd ſi
de mala.colum.2.verſi.ad quod optim. fa.it,lib.1. & So-
cin.Sen.conſil.92.col.6.verſi.prætercea ex quo,libr.3.alia
conſiderat egregiè Roman.conſi.294.nummer.2.verſi, aut
inſtrumentum continet.vbi ait confeſsionem non pro-
deſſe,cùm inſtrumentum eſt nullum defectū ſollennita-
tis inſtrumentariæ,vt hìc.Cùm ergo ſtatutum hoc annul
let inſtrumentum hoc ob eam falſi ſuſpicionem, & hanc
ob ſolennitatem inſtrumentariam,ſequitur cōfeſsionem
horum forenſium,nullum eius detrimentum adferre poſ
ſe.& egregiè inquit Socin.dicto conſi.92.colum. 6.verſi.
prætereà quod,confeſsionem non præiudicare,cùm veri-
62 tas † ſine ſolennitate ſtare non poteſt.ex ſententia Barto
li,quem citat.

Reſpondeo quartò ex eiuſdē Soci.Sen.ſententia, dicto
conſi.92.colum.7.in princi.libr.3.quòd licèt confiteatur
63 † quis inſtrumentum eſſe confectum , non tamen fatetur
inſtrumentum ſeu actum in eo ſcriptum eſſe validū, cùm
aliud ſit ( inquit ille ad rem noſtram) inſtrumētum, aliud
actus.In caſu ergo iſto forenſes non ſunt confeſſi,ſe vali-
dè renuntiaſſe;ſed ſolùm renuntiationis inſtrumētum eſſe
confectum:an modò illud ſit validum vel nō,iuris diſpo-
ſitioni relinquunt.

Reſpondeo quinto,& hìc cenſeo diligēter animaduer-
tendū quòd hæc confeſsio facta eſt à procuratoribus ho-
rum forenſium;qui ad ita conficiendum nullum manda-
tum fecerunt nec ſpeciale,nec generale: quo caſu ſine du-
bio nihil eius confeſsio hæc nocet. Nam ad hoc vt procu
64 rator † noceat domino ex ſua confeſsione facta, dū rūdit
poſitionib. aduerſarii, habere debet mandatum ſpeciale,
imò ſpecialiſsimum.ita in ſpecie & in terminis noſtris,
quòd ſyndicus communitatis atque vniuerſitatis ei non
præiudicet ex ſua confeſsione,ſi caret ſpecialiſsimo man-
dato,reſpondit Soc.Sen.cōſi.55.incip.Præſtantiſsime Do
ctor,col.vl.ver.1.licèt ſyndicus.li.1.idē tradit Neuiz.cōſ.
7.nu.14.Qui enim in his ſpecialiſsimo caret mādato,non
dicitur habere mandatū,ob id ſua confeſsio domino non
nocet,vt inquit Pariſ.conſ.115.nu.18.li.1.Cōfimatur hoc
ea ſolida ratione:quia ſi hæc procuratorum atq; ſyndico-
rum confeſsio præiudicium adferret his forenſibus ex ea
confeſsione ſequeretur alienatio atq; diſtractio ſuorū iu-
65 rium in dictis prædiis Venzaghi,& tū procurator † ad a-
lienandum etiā cum libera,non ſufficit.ita Iaſ.in l.1.nu.3.
ff.de offi.procura.Cæſa.Præterea ſi hæc confeſſio præiu-
dicaret,inferret ratificationem illius actus renūtiationis,
66 quæ alioqui eſt nulla.Quo fit vt ratificatio † actus nulli nil
aliud ſit quàm noui actus celebratio.l.aſſe toto.de hæredi.
inſti.Et ob id omnis forma & ſolēnitas. quæ debet inter-
uenire in actu dū celebratur,interuenire pariter debet dū
ratificatur.ita in ſpecie & in terminis ſimilis confeſsionis
reſpondit Soc.Sen.d.conſi.92.col.6.verſ.Confirmatio e-
nim.lib.3.Accedit quòd hic agitur de re magni ponderis,
erat ergo opus ſpeciali mandato:quēadmodum reſpōde-
runt

runt Pariſ. & Crauet. ille conſilio 31. num. 113. libr. 1. & iſte
conſi. 297. col. 5. verſi. 12. Hinc videmus Conſules & De-
curiones vniuerſitatis, etſi amplam poteſtatem habeant,
non tamen poſſe remittere ius vniuerſitatis: ita Crau. cõ-
ſil. 45. num. 8.
Reſpondeo vltimò, hanc confeſsionẽ eſſe factã à ſyndi
67 cis † conſtitutis ab vniuerſitate, qui non pñt nocere ſin-
gularibus perſonis. ita Dec. conſ. 61. nu. 3. Vantius tractat.
nullitatum. ti. de nullitate ſentẽtiæ ex defectu inhab. com-
paren. nu. 154. Aut ergo volumus dicere illã renuntiatio-
nem eſſe factam à ſingularibus, & non ab vniuerſitate, vt
verè ita eſt factum, & tunc hæc ſyndicorum confeſsio illis
non nocet, Aut volumus dicere eſſe factam renuntiationẽ
ab vniuerſitate: & tunc proculdubio corruit; cùm illa ſo-
lenniter congregata non fuerit, & minus rectè atque ritè
ius ſuum remiſerit.
Quintò corruit hæc renũtiatio, quia ſine vrgẽti cã, ſine
decreto eſt facta ab hac forẽſiũ vniuerſitate, quæ cùm ab-
68 ſolutè donare † nõ poſsit, nec etiã põt iuribus ſuis renun-
tiare. id quòd ita demonſtratur. Iã ſuprà oſtendi, vniuer-
ſitatẽ minori & pupillo æquiparari: oſtendi etiã renũtia-
tionẽ eſſe donationẽ. nunc ſic, minor vel pupillus donare
non poteſt. l. prædia. C. de præd. min. imò nec ob cauſam
donare poteſt, vti reſpondit Soc. Sen. conſi. 130. col. 1. lib. 1.
quem ſecutus ſum in commentariis de arbitrar. iudicum,
lib. 2. caſum 171. nu. 46. idem ergo hîc dicendum eſt.
Sextò ex eo deficit hæc renuntiatio, quòd ex falſa cã eſt
facta, nẽpè ſub illo prætextu quòd his forẽſibus conceſ-
ſum ſit participare de bonis, quæ cõmunalia & cõia iſti ap
pellant. in quib. dicebant ij originarij quòd forenſes nul-
lũ ius habebant. Quæ ſanè cauſa falſa eſt. Siquidem falſum
illud eſt, quòd forenſes ij non participent de illis commu
nialib. cùm ea habeant à principe, cõia autem habeãt me-
dio ſñiarum, cùm iã ex actis & latis ſñiis, qua in hoc ij ori-
ginarii aduerſantes recipiunt & probãt. conſtant hos fo-
renſes cõſecutos fuiſſe cõmoda ex dictis communalibus
69 & cõibus, vt eoſdẽmet originarios. Cauſa † ergo falſa a-
ctùm vitiat. l. 1. C. de falſa cauſa adiect. & egregiè reſpon-
dit Soc. Sen conſi. 266. col. vlti lib 2. falſam cauſam vitia-
re etiam conceſsionem factam à principe ſuo motu pro-
prio: & falſam cauſam vitiare contractum, probat l. 2. §. cir
ca. ff. de excep. dol. & l. ſi diuortio, vbi Bart. Alex. Iaſ. & cæ
teri. ff. de verbo. obli. Alex. conſi. 89 lib. 2.
Septimò ex abrupto & iure non cognito eſt facta hæc
renuntiatio. non enim fuit iis forenſibus, qui ferè omnes,
quantum res ipſa docet, ſunt ignari, & admodum inopes,
& iudicio carentes. nec eis fuit explicatum à notario quod
ius eis competeret, & cui iuri, & quam ob cauſam renun-
70 tiarent. Cùm ergo renuntiatio † facta fuerit de iure non
cognito, ſequitur obeſſe non poſſe. l. mater decedẽs. ff. de
inoffi. teſta. & latiſsimè tradit Tiraq. in repe. l. ſi vnquam,
in præfatione. nu. 98. C. de reuo. don. & in tract. de retra-
ctu conſang. §. 1. glo. 10. nu. 21. Quod procedit etiam ſi in-
terceſsiſſet iuramentum. ita Craue. conſil. 257. nu. 2.
Octauò. cùm aſſeratur facta hæc renuntiatio ob cauſam
illius oblationis factæ ab originariis, de concedẽdo bona
communalia & cõia, manifeſtè conſtat, renuntiationem
hanc attuliſſe enormiſsimam læſionem ipſis forenſibus:
q̃nquidem prædia Venzaghi ſunt reditus coronatorum
octo millium plus minus, & tamen hæc communalia vix
poſſunt eſſe reditus coronatorum duorum millium, vel
circa. Præter illud quod iam dixi, hos forenſes ius habere
clarum in his communalibus, & communibus. cùm ergo
71 adſit læſio † enormiſsima, reſcindi omninò debet, diſpo-
ſitione l. 2. C. de reſcin. vendi. quæ in hac renuntiatione &
donatione locum habet, vti tradunt in terminis Alexand.
Corne. & Soc. quos ſecutus eſt Crau. conſi. 192. num. 1. qui
in terminis cuiuſdam renuntiationis atque ceſsionis re-
ſpondit. & ibidem, nu. 1. verſi. quinimò, idem cẽſuit cùm
ſit donatio non correſpectiua ad aliquam cauſam, ſi ma-
gni ponderis eſt & ſine aliqua cauſa, quia dicitur potius
prodigalitas, quàm donatio.
Nonò corruit hæc renuntiatio, cùm facta fuerit per vim
72 † & coactè ab iis forenſibus, quos tempore illis grauis pe
nuriæ fame necaſſent aduerſarii illi, niſi ita renuntiaſſent
qui multis dolis atque perſuaſionibus compulerunt hos
ad renuntiãdum, id quod ex iam examinatis teſtibus pro-
batum eſt. & illorum teſtium fides ſatis creditur æquiſsi-
mo D. Aſſeſſori cognita, qui pro ſui æquo arbitrio illam
ſequi poteſt. l. 3. §. tu magis. ff. de teſtibus. Qua de re fuſius
ſcripſi in commentariis de arbitrariis iudicum, lib. 2. caſu
92. reuocari ergo atque reſcindi debet, vt in terminis re-
ſpondit Crau. d. conſi. 192. nu. 12.
Decimò atque nunc vltimò, dato (non conceſſo tamẽ)
quòd renuntiatio damnum attulerit illis qui renuntiaue-
runt; non tamen ſucceſſores & hæredes illorum lædere po
teſt, ſi habitabunt in eo oppido Lonati, in quo ſuã etiam
originem habent. Siquidem ij ſucceſſores hoc non con-
ſequuntur ex perſona eorum patris, ſed ex propria, ex iu-
73 re ſibi conceſſo à patria, quod † ſanè ius ex facto patrum
non admittitur. ita probat notabilis textus l. 3. ff. de in-
terdict. & relegat. Quo adducti cenſent permulti patrem
renuntiando feudo quod à Principe conceſſum fuit fami-
liæ & generi, nõ præiudicare filiis. ita oẽs in l. apud Iulia-
num. §. ſi quis aliqui. de legat. 1. & his ſimilia congerit Ti-
raquel. in tracta. de nobilitate, ca. 35. nume. 4. 5. Ita ſcribit
idem Tiraquel. in tracta. de retract. conſangui. §. 32. gloſ.
1. nu. 2. 3. factum patris non nocere filio in facultate retra-
ctus, quæ à iure vel patriæ, vel familiæ cõceſſa dicitur. No
ui enim ſucceſſores ex ſua perſona ius cõſequũtur, quod
eis facto patrum auferri iniquum admodum foret. Cre-
do tamen opus non eſſe ad hæc confugere, cùm certè o-
pinor renuntiationẽ illam nèc ipſis renuntiantibus obeſ-
ſe, ex multis relatis rationibus, quibus non aduerſantur in
contrarium conſiderata. nam illis etſi credam eſſe ſatisfa
ctum, ita in ſpecie reſpondeo.
Non obſtat ergo primum, quòd vnicuique licet renun
tiare fauori proprio: & ꝙ ad eius renuntiatum non datur
regreſſus. Vera hæc ſunt, cùm renuntiatio legitimè facta
eſt & ſeruatis ſeruandis. Siquidem, quod minus legitimè
factum eſt; non nocet. c. non præſtat. vbi gloſſ. & Dyn. de
regu. iur. in 6.
Non obſtat ſecundum, quòd facta ſit renũtiatio ex lau-
dabili cauſa; quia contrarium verius eſſe oſtendimus. nem
pè ex falſa & iniqua cauſa eſſe factam, & maxima cum læ-
ſione horum forenſium.
Non obſtat tertium, quia Illa Sereniſsimi Dominij cõ-
firmatio nihil prodeſt, cùm facta ſit eo ſub prætextu, ꝙ
valida eſſet & legitima renuntiatio. cùm ergo corruat re-
74 nuntiatio, † deficit & confirmatio. ita cenſent omnes in
cap. 1. de confirm. vtili vel inutili. vbi Deci. nu. 6. & num.
9. ſcribit confirmationem actum nullum non confirma-
re, niſi ex certa ſcientia ex cauſa examinata atque plenè co
gnita facta ſit. quod hîc non euenit. Accedit, cõfirmatio-
nem ex falſa cauſa conceſſam fuiſſe: nempè eo ſub prætex-
tu, quòd prædia hæc eſſent acquiſita ex pecunia maiorũ,
quòd qui conceſſerint his forenſibus. quæ cùm falſa eſſe
75 conſtet, ſequitur indultum † Principis nihil prodeſſe. ita
Soc. Sen. conſi. 266. col. vlti. lib. 2.
Non obſtat illud vltimum, quia reſpondetur quod hîc
non tractatur cauſa ſingularium perſonarum, ſed vniuer-
ſitatis. nam ipſa vniuerſitas conſtituit ſyndicos ad com-
promittendum: non ergo tractari poteſt hîc de ſingulari
facto ſingularium perſonarum: quia (vt ſuprà dixi) ſyn-
dicus vniuerſitatis nõ eſt ſyndicus & procurator ſingulo-
rum, vt reſpondit Deci. d. conſi. 61. nu. 3.
Reſpondeo ſecundò, nec etiam quò ad perſonas ſingu-
lares nocere renuntiationẽ hanc, quæ ob multa vitia cor-
ruit, vt iam diximus.
Quinta ac vltima dubitutio ſatis clara ac dilucida ex
iam relatis fit, nempè hæc prædia Tenzaghi eſſe etiam iis
communicanda, cùm æquè ac ipſi aduerſarii cenſeantur
originarii & incolæ, & eiſdem commodis oppidi Lona-
ti frui debent: cùm præſertim ita ſæpius iudicatum fuerit.
76 Quocirca † & ad eorum commodum prædiorum reditus
ſunt anteponendi in ſolutionibus angariarum. quod ſcri-
bunt multi im motiuis relati: quos quidem ſum pariter ſe-
cutus in commentariis de arbitrariis iudicum, libro ſecun
do, caſu 178. numer. 13. Nec aduerſatur quòd in motiuis di-
citur, hoc intelligi donec bona permanebunt in commu-
ni, cùm alienatio & diuiſio ſit permiſſa: quia fatemur di-
77 uiſionem † eſſe permiſſam, ſi ſeruatis ſeruandis facta eſt,
vt in terminis his reſpondit Calcaneus conſilio 49. in fi-
ne. quem etiam ſuprà allegaui. At iam demonſtratum eſt
minus ritè ac rectè eſſe factam diuiſionem: ſequitur ergo
illam nil obeſſe his forenſib. qui nullum cõmodum ex ea
conſecuti ſunt, vt æquũ tñ erat debuiſſe conſequi, ex ra-
tionibus multis ſuprà ſuis locis relatis. Nec ſequitur con-
ſequentia illa motiui, ꝙ ſi hoc procederet, nẽpè diuidi nõ
potuiſſent in præiudicium horum forenſium, quod nun-
quam



quam bona hæc poſſent diuidi: quia imò poſſent diuidi,
æqualitate tamen ſeruata, vt & ij forenſes ſuam portionẽ
proprietatis haberent, quemadmodum habent portionẽ
reditus, quæ antefertur ad ſui commodum in ſolutione
angariarum: alioqui, vt ſæpius dictum fuit, facilè fuiſſet
eos priuare iure & commodo horum redituum. Quod
autem ſubiicitur in motiuo, forenſes hos obtinere non
poſſe; quia non petunt prædia Venzaghi, nec eius redi-
tus, ſed tantùm vt angariis præponantur, nihil officit. Si-
quidem petendo reditus præponi debere, in antecedens
neceſſarium petunt non debere diuidi: petunt etiam illo-
rum reditus partem, cùm loco pecuniæ ab eis in ſolutio-
78 ne angariarum erogandæ illi cedant. qua itaque petit † cõ
ſequens, dicitur etiam petere antecedens neceſſarium. l.
ad legatum. l. ad rem mobilem. ff. de procuratoribus. cum
vulgatis ſimilibus. Illud prætereà, quod de præſcriptio-
ne dicitur, facilè conceditur. nec enim negant forenſes ſe
velle ſoluere onere & angarias eo modo, quo hactenus
ſoluerunt, & vt ſoluunt aduerſarii. Quinimò parem (vt iu-
ris eſt) cũ illis conditionem eſſe debere contendunt: cùm
& origine & domicilio ita Lonatenſes ac illi ſint. Rur-
ſus accedit, quòd ſi ex relatis tot ſententiis; prædia hæc ef
fecta ſunt obnoxia, vt illorum reditus anteponãtur in ſo-
lutionibus angariarum ad commodum etiam horum fo-
renſium, diuiſio ipſa prædiorum & eorum aſsignatio ad-
uerſariis facta eandem oneris cauſam annexam habere
79 debet. Siquidem cum ſuo † onere res ſemper tranſit, vt
multis docuit Iaſon in l. is cui opus. numero 6. de operis
noui nuntiatione. Gozad. conſilio decimoquinto. nume-
ro decimotertio. & latiſsimè Tiraquellus tractatu de re-
tractu conſanguinitatis. §. primo. gloſſa 9. numero 113. &
gloſſa decima. numero 13. 14. & Socinus Iunior conſilio
ſeptuageſimoquarto. numero 8. libro tertio. Aequum
itaque erat in omnem euentum, quòd ij aduerſarii facta il-
la diuiſione ſaltem ſoluerent angarias forenſium, pro ea
ſcilicet portione, quæ contingere poterat ex redituum
quantitate. Hæc pro huius cauſæ, quàm æquitatem & iu-
ſtitiam maximam opinor habere, elucidatione ſcripſiſſe
mihi ſufficiat. Cætera excelletiſsimus ac æquiſsimus ipſe
Aſſeſſor pro ſumma ſua æquitate atque integritate ſupple
re ſi ita ei viſum erit, facilè poterit.

Iacobus Menochius I. C.

## *SVMMARIVM.*

1 *Pater tenetur filiam dotare, & hoc dotandi onus tranſit ad heredes.*
2 *Frater licèt non ſit hæres patris, an teneatur ſororem dotare.*
3 *Statutum, quòd filia cui à patre aliquid relinquitur pro dote ſit tacita & contenta, intelligitur ipſam à ſua legitima excludere. & ſequen.*
4 *Dos non debetur filiæ niſi dum nupſerit, & ſi non nubat, illam non tranſmittit ad hæredes.*
*Iura conditionalia non tranſmittuntur.*
5 *Dos an debeatur filiæ, ſi non petierit.*
6 *Filia cui factum eſt legatum annuum à pãtre cum hoc quòd ſit tacita & contenta, nec quicquam aliud petat, ſi illud agnouerit, dotem amplius petere non poterit.*
7 *Agnoſcens legatum an aliud ſibi competens petere poſsit.*
8 *Et in hoc caſu multum differt quando talis excluditur à diſpoſitione legis, & facto hominis.*
9 *Hæres in quarto vel quinto gradu non poteſt impugnare defuncti voluntatem, ſi hæredes anteceſſores non potuerunt illud facere.*
*Et quomodo id procedat.*
10 *Idem dicimus ſi diſponeret de re peruentura ad ſuum hæredem.*
11 *Idem in feudo filio reſtituendo.*
12 *Actio dotis competens filiæ, ſi filia patri ſuccedit, dicetur confuſa cum aliis actionibus.*
13 *Creditor fideicommiſsi ſi ſuccedit illi qui tenetur ſoluere iſtud an cõfundantur actiones omnes, vt aliàs ſolet fieri.*
14 *Confeſsio teſtatoris de ſatisfactione ſibi de debito facta, nocet hæredi.*
15 *Confeſsio mariti de receptione dotis ab vxore, non præiudicat hæredibus, ne ſequatur donatio inter virum & vxorem. & nu. 22.*
16 *Neque iuramento confirmari poteſt.*
17 *Et an ſaltem morte mariti confirmetur.*
18 *Dotem ſolutam eſſe tantùm non ſufficit, ſed de eius quantitate conſtare debet, quia dos vno numo conſtitui poteſt.*
19 *Quantitas pecuniæ facilius probatur quàm ſubſtantia eius.*
20 *Pecuniæ ſubſtantia an iuramento probari poſsit.*
21 *Iurandi facultas an tranſeat ad hæredes.*
22 *Enuntiatiua verba fauore dotis probant.*
*Et quid in aliis caſibus, & quomodo hæc regula intelligatur.*
23 *Et non probant in illo actu de quo contingit diſputare.*
24 *Hæreditas adita amplius hæreditas non dicitur, ſed patrimonium hæredis.*
25 *Legitima iure, vel ſaltem ratione naturali filiis debetur.*
26 *Et debetur titulo inſtitutionis.*
27 *Filius cui relicta non eſt tota legitimæ portio, poteſt agere ad ſupplementum.*
28 *Et quanto tempore excludatur à petitione ſupplementi.*
29 *Quitatio ſeu ceſsio iurata ſi appareat, nihil amplius eſt quærendum.*
30 *Ingrediens monaſterium, ſi non habuerit integram legitimæ portionẽ an ad ſupplementum agere poſsit.*
31 *Filia cui aliquid à patre fuit legatum pro toto eo quod petere poſsit, & quòd ſit tacita, & cõtenta &c. ſi agnouerit tale legatum, an poſsit petere dotis maternæ portionem ſibi ſpectantem.*
32 *Superfluitas euitanda.*
33 *Interpretatio in dubio illa ſumenda eſt, qua iudicetur quòd talis voluerit eligere illam viam qua vtrique caſui, & obligationi ſatisfaciat.*
34 *Relatio quæ poteſt fieri ad duas cauſas, ſi nulla appareat diuerſitatis ratio, ad vtranque cauſam referri debet.*
35 *Dos ex bonis patris filiæ debetur tantùm officio iudicis, ſecus ex bonis maternis.*
36 *Actus in dubio cenſetur factus ob cauſam magis vrgẽtem & neceſſariam.*
37 *Teſtator in dubio præſumitur voluiſſe diſponere in caſu magis neceſſario.*
38 *Actus an factus ſit nomine proprio vel alieno, in dubio quid iudicandum ſit.*
39 *Solutũ ſi ſit aliquid, quod duplici de cauſa poterat ſolui, cuius cauſa dicatur ſolutum.*
40 *Donatum illi dicitur, cuius contemplatione donatum eſt.*
41 *Cauſa finalis omnino obſeruanda eſt.*
42 *Donatio contemplatione illius facta dicitur ad cuius commodum eſt facta.*
43 *Verba donationis non ſunt conſideranda, ſed potius cuius cõtemplatione facta eſt.*
44 *Donatio in dubio præſumitur facta contemplatione illius, qui donãti proximior eſt.*
45 *Auus ſi nepti donauerit, dicitur donaſſe contemplatione filii, non neptis, & nu. 55.*
46 *Contrarium tamen ſecundum magis communem obſeruari debet.*
47 *Præſumptio reiicit onus probandi in aduerſarium.*
48 *Auus qui aliàs tenetur dotare neptem ex filio, non tenetur quando filius eſt diues.*
49 *Donatio contemplatione illius facta dicitur, quem donator maximè diligebat, & multa dilectionis ſigna oſtendit.*
50 *Donatio ſponſæ à conſanguineis facta cenſetur contemplatione ſponſæ, non ſponſi.*
51 *Donatio contemplatione illius facta dicitur, cuius merita plura erga donatorem adſunt.*
52 *Merita infantis nulla eſſe poſſunt.*
53 *Donatum alicui contemplatione alterius, quando æquiparatur ei, cuius contemplatione donatum fuit.*
54 *Extraneus non extraneo ſed ſibi acquirit.*
55 *Auus qui tenetur dotare neptem ex perſona filii ſi ei donat, dicitur donaſſe contemplatione filii, non neptis.*
56 *Suppletio filiæ an debeat fieri in pecunia vel de ſubſtantiis patris.*
57 *Fructus dotis debitæ filiæ debentur loco alimentorum.*
58 *Et quid ſi filia alita fuerit.*
59 *Et an ratione intereſſe debeantur.*
60 *Statutum quòd dos & alimenta debeantur filiæ an comprehendat filiam quæ aliunde alimenta eſt conſecuta.*
61 *Vidua an poſsit petere alimenta præterita.*
62 *Dos ſi non ſoluatur filiæ, debetur cum fructibus à die mortis patris.*
63 *Filia cui dos debetur, eſt alenda donec & quò vſque dos ſoluatur.*
64 *Mora conſtituitur pro ſolutione dotis eo tempore quo filia maior facta eſt.*
65 *Alimenta quòd debeantur filiæ donec dos ſoluatur, vel pro intereſſe vel ex diſpoſitione legis differt.*
69 *Alimenta alicui debita cur debeantur etiamſi aliunde alere ſe poſsit.*

CONSI-

CONSILIVM LXXXI.

# Initium à Domino.

CAVSA hæc, ſuper qua interrogatus nunc mihi reſpondendum eſt, iure & merito requirit, vt quantũ fieri poteſt paucis abſoluam. Nam res agitur apud viros ſapientiſsimos & æquiſsimos, qui non effuſum ſermonem, ſed nudam ipſam veritatem ſpectare atque ſe qui ſolent. Et quanquã credam grauiſsimos hos viros pro more potius has doctiſsimas atque acutiſsimas dubitationes contra illuſtriſsimam D. Iuliam excitaſſe, quam quòd aduerſus eam ſentiant, nihilominus, vt, quantum in me eſt, ipſis ac interroganti ſatisfactum erat, dicam quod hac de re ſentio. Cùm itaque illuſtriſsima D. Iulia dotem congruã & ſibi debitã in bonis Illuſtris Comitis Io. Baptiſtæ eius patris, iure optimo ſibi aſsignari petierit, dubitatur primò ab excellentiſsimis D. iudicibus eſſe imprimis è dictis bonis detrahendã dotem Do. Aldæ filiæ Illuſtris Comitis Iulii, atque ita ſororis Illuſtris Comitis Ioannis.

1 Primò quia ipſa D. Alda † erat ab ipſo Comite Iulio patre dotanda. l. qui liberos. ff. de ritu nupt. l. obligamur. §. lege. ff. de actio. & obli. l. vlt. C. de dotis promiſ. quod dotandi onus tranſit in hæredes. l. pro hæreditariis. C. de hæred. actio. & in ſpecie Rui. cõſ. 200. nu. 4. lib. 1. tranſiuit ergo hoc onus in Comitem Ioannem, & deinde in Comitem Io. Baptiſtam. 5

Secundò comprobatur, quia etſi Comes Ioannes non extitiſſet hæres d. Comitis Iulij patris, adhuc tamẽ tenebatur dotem conſtituere d. D. Aldæ ſorori. cùm & frater
2 † teneatur ſororem dotare: quemadmodum tradunt omnes in l. 1. ff. ſolut. matri. ibi Ripa nu. 83. quibus addo Calca. conſi. 1. nu. 16. Soc. Sen. conſ. 17. col. pen. lib. 1. & conſi. 57. nu. 4. lib. 4. & latè Tiraquel. tracta. de iure primigen. q. 62. nu. 2. 3. dicendum ergo videtur, dotem hanc, vt æs alienum eſſe detrahendam è dictis bonis Comitis Ioannis ac ſucceſſorum.

Cæterùm re ipſa diligenter perpenſa, contrariũ (ni fallor) verius eſt: nempe d. dotis nullam eſſe habendam rationem. quod vt dicam multis rationib. adducor: præmiſ- 6 ſo tñ vno, quod à Doct. verum affirmatur, hoc eſt, quòd
3 filiab. † excluſis ex ſtatutis Ferrariæ li. 2. ſub rub. Quod filia ſit contenta de eo quod pater dederit, vel dare promiſerit, aut reliquerit in dotem. & ſub rub. de ſucceſſione ab inteſtato. his inquam filiabus legitima non alias eis de iure cõi debitam, non eſſe præſtandam cùm & ab illa excluſæ ſint, ita ſenſit Barto. in l. Titio centum. §. Titio genero. num. 6. & ibi Caſtr. nu. 8. de condi. & demon. Bal. con ſil. 329. circa primum dubium. libr. 3. & Deci. conſi. 26. nu. 4. 505. nu. 7. idem reſponderunt Soc. Sen. inter conſ. Curt. Sen. conſi. 18. col. 4. verſi. 2. fundamento. Curt. Sen. conſil.
* 35. col. 10. vbi communem * teſtatur. Comenſ. conſil. 188. ſpectabili. Iaſ. 221. col. pen. lib. 2. Soc. Iun. conſil. 62. nume. 9. lib. 3. Boer. q. 188. nu. 7. Tiraq. de primigę. q. 55. nu. 5. reſpondit Ruin. conſi. 12. nu. 34. latè conſi. 27. nu. 17. 18. cõ ſi. 34. in fi. lib. 3. quod ſine dubio procedit hoc in caſu, vbi ſtatuta hæc Ferrariæ volunt filias dotari. ita Ruin. conſil. 51. nu. 12. verſi. ſecundus eſt caſus. & conſi. 56. nu. 3. libro 3. qui Bartolum d. §. Titio genero. Baldum & Comẽſem ac alios nonnullos recenſet. latè Craue. conſi. 11. nu. 13. & cõ ſil. 236. nu. 2. hoc ita præmiſſo.

Primo moueor & conſidero, quòd licèt Do. Alda eſſet dotanda, ſi voluiſſet matrimonio collocari, cùm tamen
4 nunquam nupſerit, dos † ei verè debita non fuit: & ob id eam ad ſuos hæredes tranſmittere non potuit. ſolum etenim ſub cõditione, ſi nubat, dos debetur hoc in caſu mulieri, iura autem conditionalia non tranſmittuntur. hanc ſententiam probauit Caſtr. in l. Titio cẽtum. §. Titio genero. nume. 8. in fin. de condit. & demonſtration. dum diſtinguit, aut ſtatutum inquit, quòd ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, ſed dotentur, intelligitur fœminæ in totum, etiam à legitima excluſæ, & quod ſubiungit ſtatutum; ſed dotentur. intelligitur, ſi iubent, & hoc in 7 caſu inquit Caſtr. procedit opinio Bar to. d. §. Titio genero. nu. 6. qui dixit, dotem deberi ſub cõditione hac, & ob id non tranſmitti: aut ſtatutum inquit, quòd filia dotata non ſuccedat. tunc, inquit Caſtr. dos eſt debita purè, & tráſmittit. quia tunc loco legitimæ, quæ purè debetur, ſuccedit. eandem diſtinctionem probauit ipſemet Caſtr. in con. 5. ſuper eo de quo quæritur lib. 2. Alex. conſi. 13. nu 11. 12. li. 3. Soc. Sen. conſi. 288. col. 13. lib. 2. & latè Brun. trac. ſuper ſtatut. Quòd ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, art. 11. num. 34. & nu. 79. nos aũt ſumus in primo caſu relatæ diſtinctionis: ſiquidem ſuprà diximus ex ſtatutis Ferrariæ fœminas excludi à legitima, atq; ita nihil ſibi eo prætextu deberi, ſed ſolùm eſſe dotaneas: vt clarè probant verba illius ſtatuti, de ſucceſſione ab inteſtato. Quocirca dos non debetur loco legitimæ, atque ita non debetur purè, ſed ſub illa conditione. ſi nubent: non ergo tranſmittitur. hoc clarè confirmatur ex ſtatuto eiuſdem Ciuitatis Ferrariæ li. 2. ſub rub. Infra quantũ tempus frater vel deſcendens teneat maritare. & c. ibi. Inſuper diſponimus, quòd ſi ante dicta tempora ſuperius limitata mulier ipſa deceſſerit antequam in matrimonio collocetur, hæredes ipſius nullam quæſtionem mouere poſſint contrà hæredes defuncti, ad quos ſpectabat onus dotandi occaſione d. dotis. verba hæc oſtendunt ſtatutum ſequutum eſſe ius commune, quo impeditur (vt dixi) huius dotis tranſmiſſio. Nec mouent difficultatem verba, que in eo ſtatuto ſubſequuntur: Si verò deceſſerit poſt dicta tempora, tunc talis mulier dotem duplicatam tranſmittat ad quoſcunque hæredes ex teſtõ, vel ab inteſtato. quoniam hìc verba non cõueniunt caſui noſtro in quo dos duplicata non debetur: atque ita qualitas iſta adeſſe non põt. nã non conſtat D. Aldam voluiſſe, uiſſe virum ducere, cum nunquam † requiſierit fratrem, vel nepotem, vt hoc efficeret, iuxta deciſionem Affli. 370. num. 7. & in terminis ſtatuti Ferrarienſis Rimin. conſilio 585. libro tertio quæ auctoritates in ipſis motiuis probantur. quòd autem dos hæc duplicata tranſmittatur, eſt in odium conſanguineorum, qui fœminas matrimonio collocare non curant. quod odiũ cum hoc caſu ceſſat, dos nunquam fuit duplicatè debita, & ob id non fuit tranſmiſſibilis.

Secundo quòd hoc caſu habenda non ſit huius dotis ratio, ex eo demonſtratur, quia Comes Ioannes d. D. Aldæ frater legauit coronatos octuaginta in ſingulos annos ipſi D Aldæ, ſi modò nihil plus quauis de caſu petiiſſet. quod ſanè legatum agnouit D. Alda. iure ergo ab omni iure ſuo excluſa fuit, quoniam legatum † agnoſcens, cum omni ſuo onere agnoſcere dicitur. leg. cùm ab vno. leg. Imperator. §. ſi centum. de lega. 2 & glo. in l. Titia. §. qui inuita. de leg. 2.

Nec aduerſatur quod reſpondit Caſt. conſil. 131. iſta D. Liſa. quod reſponſum eſt in meo codice. 73. lib. 1. vbi col. 2. verſi. his non obſtantibus puto, inquit, hanc legati acceptationem mulieri non nocere, quin poſſit dotem petere: imò inquit ipſe Caſtren. ibi col. vlt. verſi. Nunc reſtat, nec expreſſam renuntiationem, vel quitationẽ nocere ipſi mulieri. & Caſtrenſem ſunt ſecuti Iaſ. in l. ſi quando. §. & generaliter, num. 5 C. de inoffi. teſt. Ruin. conſi. 140. nu. 7. 8. lib. 4. Brun. tract. quòd ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, artic. 9. num. 61. 62. & Steph. Bertr. in repe. lege hac edictali. in verbo. Si verò plus. nu. 6. 7. C. de ſecund. nupt. Reſpondeo primò Caſtrenſem loqui quando dos fuit debita purè. eo quia illa Liſa nupſerat, atque ita conditio euenerat. id quod ceſſat hoc in caſu noſtro, quia hæc dos nunquam fuit debita D. Aldæ, cum virum non duxerit: vt iam diximus; & in ſpecie noſtra ita concludit idem Caſtren. conſilio decimo ſexto. Viſo dicto puncto & dubijs elicitis, col. 2. verſi. breuiter in caſu noſtro. lib. 2. Reſpondeo ſecundo, Caſtrenſem loqui quando dos ſuccedit loco legitimæ, cui cùm non poſſit ſimpliciter renuntiari. l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inoff. teſt. ita nec ipſi doti. vt idem Caſtrenſis clarè ſentit conſil. 44. Subſtitutio prædicta facta Antonio. in fi. li. 2. ita nec legati acceptatione, ſed nos loquimur eo caſu, cùm dos non eſt loco legitimæ, vt iam diximus, & hoc idem ſentit Comenſis conſ. 188. ſpectabilis miles, quem poſt alios ſecutus eſt Rui. con. 31. nu. 13. li. 3. Dec. conſi. 505. num. 6. inquit ille, quòd qñ filius † mortuo patre agnoſcit legatum, non impeditur petere legitimam ex d. §. & gñaliter nam tũc ius in legitima iam ei quæſitum fuit. Sed qñ eo viuente acceptando aliquid ei renuntiat nihil amplius petere poteſt, cum tunc iuri adhuc non quæſito, imò



ſito, imò ſibi nõ debito renũtiet. ita eſt hoc in caſu, dũ D. Alda legatum acceptauit. accedit ſecundum Ruin. d. cõſ.
8 51. nu. 13. poſt Soc. Sen. quem citat, ꝙ quando † perſona ſuc 17 ceſſibilis excluditur facto hominis, puta renuntiatione vel pacto, eſſe neceſſariam ſpecialẽ renuntiationem & ſolennem: ſecus eſt cùm perſona ex diſpoſitione ſtatuti eſt excluſa, vt hoc in caſu nño: quia tunc ſimplex acceptatio legati ſufficit, vt excludatur, & nihil amplius petat. atque ita hoc in caſu non habet locum ſtatutum Ferrariæ de indemnitatibus mulierum. quod loquitur cùm mulier ſuo facto iuri ſuo vult renuntiare, non autem cum iam eſt facto & diſpoſitione legis excluſa. Ad ferri etiam poteſt rñſio, quam conſiderat idem Rui. d. conſ. 51. nu. 13. verſic. poteſt etiam. vt apud eum.

Tertiò alia efficaci ratione demonſtratur nullam eſſe habendam rõnem huius dotis. Nam dato, (nõ tamẽ conceſſo) ꝙ dos hæc eſſet debita à Comite Ioanne ipſi D. Aldæ. ipſe Comes Ioannes reliquit illos aureos 80. annuos. Comitis Ioannis extitit hrs Comes Io. Baptiſta, & illi Comes Iulius & Hippolytus & hodie Do. Laura & ſorores,
9 quemadmodum ergo Comes Io. Baptiſta † nõ potuiſſet impugnare factum Comitis Ioannis ſui anteceſſoris. ita nec hodie hæ ſorores. l. cùm à matre. C. de rei vind. quæ 18 iuris conſtitutio procedit etiam cùm quis non eſt hæres immediatus alienantis, ſed mediatus, vt reſpondit Caſtre. conſilio 208. Dico dictum Bartholomæum. libr. 2. quem ſecutus eſt Boer. q. 23. nu. 20. Et d. l. cùm à matre, procedit
10 quoque quando teſtator diſponit † de re puentura ad ſuũ hæredem, vt putà de re ex fideicommiſſo illi reſtituenda, 19 ita reſponderunt Fulgoſ. conſ. 67. Paterfamiliàs. Rui. cõſ 7. num. 39. lib. 1. poſt alios quos recenſet. idem conſil. 25 num. 10. 11. libro. 2. Pariſius conſil. 34. in fin. libr. 2. & Socinus Iunior conſil. 107. nume. 56. libro 3. & Alba conſil.
11 73. num. 1. † ita in feudo filio reſtituendo concludunt Afflict. deciſ. 112. num. 2. Ruin. conſil. 1. num. 13. lib. 1. & Pariſius conſil. 23. num. 198. libr. 1. ita hoc in caſu licet dos eſſet his ſororibus reſtituenda tanquam hæredibus D. Aldæ, attamen ex quo ſucceſſerunt ipſi Comiti Ioanni, eius factum impugnare non poſſunt.

Quartò confirmatur iam relatum fundamentum, quia 20 præſuppoſito milies quòd Illuſtres hæ ſorores tanquam hæredes D. Aldæ eſſet creditrices dotis dictæ D. Aldæ in bonis d. Comitis Ioannis & ſucceſſorum; attamen quia mediantibus perſonis Comitis Io. Baptiſtæ, ac Comitis Iulij fuerunt ac ſunt hæredes dicti Comitis Ioannis, ac e-
12 tiam Comitis Iulij ſenioris: ſequitur, actiones † has omnes dotis eſſe confuſas, vt ſcribunt Doctores in l. debitori. C. de pactis. vbi in ſpecie Dec num. 5. de dote verba faciens ita ſenſit poſt Caſtren. conſ. 164. quod eſt in meo codice 78. Viſa facti narratione ſatis longa. libr. 2. idem. ſenſit Pariſ. conſi. 25. nume. 63. lib. 2. Ruin. conſil. 112. nu. 19. lib. 2. & latè Soc. Iun. conſ. 270. num. 3. 4. li. 2. & de dote egregiè Iaſ. conſ. 28. lib. 2. affirmant ij Doctores dotis actionem confundi, ſi creditor efficitur ha res debitoris.
13 quod tamẽ dicunt nõ procedere † in hærede fideicommiſ- 21 ſario, qui dum fideicommiſſum habet reſtituere, dotem tamen poteſt petere. quod non contingit, cùm hæres directus eſt, vt hìc. ſi ergo viueret D. Alda, & eſſet hæres Co- 22 mitis Ioannis, certè ſua actio de dote confunderetur ergo idem eſt dicendum nunc, cùm D. Laura & ſorores locum teneant d. D. Aldæ.

Non obſtant nunc duo relata fundamenta in contrarium, quia illis ex iam relatis ſatis ſuperque ſatisfactum opinor.

Quò ad ſecundã dubitationem, dum ambigitur eſſe detrahendam dotem D. Iuliæ vxoris Comitis Ioannis, quã quidem dotem confeſſus eſt habuiſſe ipſe Comes Ioãnes:
14 quæ ſane confeſſio † etiam hæredi nocet. l. cum quis decedens. §. codicillis. de l. 3. Io. Dilect. de arte teſtandi. titulo 6. cautela 6.

Verùm opinor non eſſe habendam aliquam rationem huius dotis. quod tribus fundamentis (mea quidẽ ſententia) ſolidiſſimis demonſtratur.

Primò quia viuente ipſa D. Iulia, ita in ſuo teſtamento confeſſus eſt is Comes Ioannes: quæ quidem confeſſio
15 † vti facta inter virum & vxorem, nõ valet, ne prohibita inter eos donatio ſequatur. ita Bart. in d. l. cùm quis decedens. §. Titia. de l. 3. & latè Rol. à Valle, trac. de lucro dotis. q. 80. quib. accedunt Soc. Se. conſ. 61. col. 3. li. 1. qui ne-
16 gat, hanc confeſſionem † iuramento confirmari. idem latè conſilio 65. colum. 2. & 3. libro 1. Curtius Iun. conſ. 95. num. 4. 5.

Nec obſtat, quòd licèt non valeat hęc confeſſio viuẽte marito confitente, valere tamẽ † eo mortuo; quoniã eius morte confirmatur, vt inquit Bar. d. §. Titia. in fin. cum quo ſenſerunt Bald. nouellus tract. dotis parte 10. num. 7. qui ita in foro ſeruari dixit. & Dida. li. 1. varia. reſol. ca. 7. nu. 4. verſ. quòd ſi confeſſio dotis. quia reſpondeo, morte hanc non confirmari ex l. donationes quas parẽtes. C. de don. inter virum & vx. quam ita in ſpecie hanc intellexerunt Socinus Senior in l. 1. num. 97. ff. ſol. matr. & conſil. 115. num. 5. libr. 4. Iaſ. in leg. 2. §. ſed etſi mihi. numer. 7. de verbo. oblig. Ruin. conſi. 132. num. 8. lib. 4. Cur. Iun. conſ. 95. num. 6. vbi latè. Pariſ. conſ. 62. nu. 20. libr. 1. conſil. 16. nu. 23. lib. 2. & Chaſſaneus conſil. 7. nu. 24. Reſpondeo & ſecundò, non fuiſſe morte confirmatam, quia nulla præceſſit traditio & tranſlatio bonorum donatorum; quemadmodum poſt Bal. Alex. Corneum, Decium & alios reſpondit Cra. conſ. 141. nu. 2.

Secundò, præſuppoſito quòd conſtet de dote, attamen non conſtat de quantitate: & ideo poſſemus dicere dotem eſſe vnius coronati, poſteaquam & in vno numo dos † conſiſtere poſſit: vt tradunt omnes in rubr. ff. ſol. matr. ibi Ripa, nu. 53. poſt Bald. in ca. ſi proponente. de reſcrip. Nec obſtat illud inſtrumentum celebratum anno 1486. inter Marianum & Pallauicinum, quo quantitas huius dotis probari videtur, etſi videantur illa verba enuntiatiua inter alias perſonas prolata. nam hìc non agitur de probanda ſubſtantia, ſed ipſa quantitate, quæ † facilius probatur. vt poſt Rayne. de Forliuio in leg. 1. ff. de in litem iuran. tradit Decius in leg. in actionibus. numero 13. eod. titul. de in litem iur. & idem Decius in leg. certi condictio. §. quoniam. num. 7. ſi cert. pe. cum aliis in ipſis motiuis relatis. quib. in ſpecie accedit Dec. conſi. 536. nume. 12. Reſpondetur hoc in caſu non eſſe locum illi doctrinæ Raynerij, quoniam is loquitur eo caſu cùm reus, qui ſubſtantiam actus doloſe negauit, & de mendacio conuictus fuit, quoniam tunc ſubſtantia ipſa legitimè probata, quantitas deinde ipſius actoris iuramento probari poteſt: etſi iuramento † ſubſtantia ipſa probari non poſsit. Sed hoc contingit in caſu noſtro, in quo ſubſtantia verè probata non fuit. & ſi fuit probata, non tamẽ conſtat D. Iuliã actricẽ dolo negaſſe, ita vt dici poſſit conuicta de mandacio doloſo. atq; ita Raynerij doctrinã declarat & rectè Cra. trac. de antiq. tẽp. parte 1. principali. in illa particula, quę incipit. vidimus & abũdè, eſt ſecundũ impreſſionẽ Lugdunenſem anni 1550. ſub pag. 67. nu. 11. 12. 13 & ibid. nume. 9. in fi. ſcribit poſt Corneum, quòd quando probationi aliàs non ſufficiẽti creditur, vt putà libro rationum, iuramentum ſaltem eſt adijciendum: ſentiens nõ ſufficere illam probationem inſufficientem. in caſu itaq; noſtro non debet ſufficere hoc inſtrumentum Mariani, ſed iuramentum ipſius Dom. Iuliæ vxoris d. D Ioannis, vt potè ab ea que dotem numeraſſe dicitur, & cui nota eſt veritas, quod † quidem iuramentum ab eius hæredibus præſtari non poteſt vt ſcribit Iaſ. in l. ſi quando, nu. 51. C. vnde vi Pariſius conſilio 75. numero 36. libro primo, latè Tiraq. de retractu conſang. §. 2. gloſſ. numero 35. Reſpondeo ſecùdò, verba † hæc enũtiatiua, quæ aliàs dotis fauore probant, iuxta tradita per omnes in l. ex his. vbi Iaſ. nu. 2. verſi. 2. ſingulariter. & Dec. nu. 12. C. de teſt. mil. Marſil. ſing. 442. & Gozad. conſili. 42. nu. 10. non probare in caſu iſto ex pluribus. & primò quia quod dicunt Doctores verba enuntiatiua inter alias perſonas prolata probare, in telligitur contra illum qui verba illa enuntiauit, vt putà, Caius & Seius contrahunt, in eo contractu fatetur enuntiatiuẽ Caius ſe dotem Sempronio debere, iuuari poterit Sempronius ea confeſſione contra illum Caium. eſt ratio quia licet confeſſio hæc inter alios emanauerit, reſpicit tamen Sempronij perſonam, cui voluit prodeſſe Caius. ita loquitur Barto. in illo conſilio 123. libro primo, & alij qui eum ſecuti ſunt. & clarè tradit Crau. d. tract. de antiq. temp. 1. parte princ. in particula illa, quæ incipit. Propoſitum numero 19. & 20. eſt pagi. 17. ſecundum iam relatam impreſsionem. qui Socinum & alios recenſet. Sed in caſu noſtro nec perſona Comitis Ioannis mariti d. Do. Iuliæ, nec ipſa D. Iulia interuenit in eo inſtrumento: & ideo non eſt hæc confeſſio quæ illum Marianum obligare poſſit erga Comitem Ioannem. nec obligat vel probat ipſum Comitem illam recepiſſe, quia ipſe nunquam eam

23 approbaſſe dicitur.Secundò non ꝑbant hæc verba†enũ-
tiatiua hoc in caſu,in quo principaliter diſputari cõtin-
git de actus ſubſtantia:hoc eſt an hæc dos conſtituta fue-
rit,vel non.ita declarat Alex.conſi.136.col.pe.li.1.& con
ſi.202.col.2.lib.2.& Dec.in l.2.col. vlt. & in auth.ſi quis
in aliquo,col.pen.C.de edendo.& alibi ſæpe.& hos ſecu-
tus eſt Craue.loco iam relato pag.19.nu.54.qui alios plu-
res recenſet.

Tertiò dico omni caſu pro tertia parte,pro qua Comes
Io.Baptiſta hæres extitit dictę D.Iulię matri, non eſſe ha
bendam ratioṅe d.dotis, quia poſteaquã Comes Io. Bap.
24 adiuit hæreditatem†matris dicitur effectum ſuum patri-
monium in totum.l.1.§.veteres.vbi gl.& Iaſ.nu.14.de ac-
qu.poſſeſ.Dec.conſi.266.col.1. conſ.310. colu.1. & conſ.
370.col.1.& alibi ſæpiſſimè.Pariſ.conſ.20.nu.2.3. & cõſ.
85.nu.36.li.2.Cur.Iu.conſ.5 .col.vlt.Soc.Iun. conſi.113.
num.33.lib.1.Rub.conſ 150.num. 1. cæteros ex induſtria
prætereo.

Quò ad tertiam dubitationem dum dubitant excellen
tiſſimi Do.Iudices eſſe ſaltem detrahendas legitimas de-
25 bitas Comiti Iulio & Hippolyto: cùm legitima†ſit iu-
re,vel ſaltem ratione naturali debita.leg. ſcripto. C.vn-
de liberi.cum vulgatis ſimilibus.opinor rem eſſe claram,
quòd ſcilicet nulla ſit harum legitimarum facienda de-
tractio.

Primò,quia ſatis conſtat Comitem Ioannem patrem
26 his filiis titulo†inſtitutionis certamſummã legaſſe.quod
ſufficit,vt inquit poſt alios Iaſ.in authen. nouiſſima. nu.
27 15.C.de inoffi.teſta.& caſu quo hæc ſumma†eſſet minor
legitima,ſolùm erat conceſſa facultas his filiis petere ſup
plementum legitimæ.vt tradunt omnes in l.omnimodo.
28 C. de inoff.teſta.Sed ab hac † ſupplementi petitione,ſe-
* cundum communem * opinionem , triginta annis filius
excluditur.ita Iaſ.in l.ſi quis filium,numer.5. C. de inoff.
teſtam.Baldus tract.præſcrip. tertia particula quartæ par
tis principalis.quæſt.23.& communem teſtatur Boerius.
quæſt.250.num.4.& Ruin.conſi. 27.num. 5.27.libro 3.Si
ergo rectè tempora computabuntur,clarè conſtabit eſ-
ſe elapſos non ſolùm triginta , ſed & 50.annos , quocir-
ca huic petitioni locus amplius eſſe non poteſt. quod
fortius procedit , quia non ſolùm filij iſti tacuerunt ,
verùm etiam conſenſerunt voluntati paternæ, vt nunc
dicam.

Secundò,quòd harum legitimarum nulla ſit habenda
ratio,demonſtratur quò ad perſonam Comitis Iulij, qui
quidem non extitit hæres. d. Comiti Ioanni mediante
perſona Comitis Io. Baptiſtæ fratris, quo fit vt volunta-
tem d. Comitis Ioannis impugnare non poſſit, vt dixi
ſuprà ex l.cùm à matre.C.de rei vind.imò ipſe Comes Iu
lius acquieuit cum iuramento voluntati paternæ. nam
anno 1526.cedendo d. ſummam ſibi à patre relictam Co-
miti Hippolyto iureiurando affirmauit, ſe obſeruatu-
rum ceſſionem illam: at quomodo eam obſeruaret, ſi vi-
ueret & vellet remittere d.ſummam , & integram legiti-
mam(vt in motiuis dicitur)petere? Cùm ergo ad ſit qui-
29 tatio†iurata,ſequitur, nihil vlterius eſſe quærendum : vt
tradit Iaſ.in d.l.ſi quando.§.& generaliter.num. 6.C. de
inof.teſt.Rubeus conſ.73.num 5. quæ quidem opinio ma
* *gis communis* eſt. vt teſtatur Tiraq. in repe. l. ſi vn-
quam.in præfatio.num.144.C.de reuoc.don. & tract. de
iure Primigen.q.55.nu.2. 3. Didacus in capitul.quamuis.
part.3.§.3.numer. 3. de pactis in 6.qui multos huius opi-
nionis recenſent. & idem ſenſit Boer. quæſt. 14. quan-
quam aliter fuiſſe in eo conſilio ſeruatum dicat. quò ve-
rò ad Comitem Hippolytum , is non ſolùm tempore &
acceptatione eſt excluſus, verùm etiam vltrà legitimam
eſt conſecutus, cùm portionem ſuam & illam Comitis
Iulij habuerit: quas quidem ſummas opus eſſet remittere
caſu quo iterum legitima ſua eſſet calculanda , & dedu-
cenda.

Ex his ceſſat illa difficultas dum in motiuis dicitur ad
legitimas has computandas & deducendas eſſe connume
randas filias,quibus augetur legitima, etſi illæ non ſucce
dant.nam,ſi vera ſunt relata fundamenta ceſſat hæc diffi-
cultas.quam ex alio ceſſare opinor. quoniam audio has ſo
30 rores†Comitis Ioannis monaſterium fuiſſe ingreſſas , &
monaſterium eſſe incapax , quod etiam ex ſtatuto Ferra-
riæ li.2.ſub rubr.de bonis ingredientium monaſterium.
quo ij ingredientes priuantur ſucceſſione, atq; ita ut mor
tui habentur.quò fit vt ſi pro mortuis habentur, non ſint
connumerandæ in numero maſculorum ad eorum legiti-
mam augendam.ita Ang.conſ. 105.Statuto cauetur.in fi.
Alex.in l. planè. §.ſi duob.nu.7. de l.1. Iaſ.auth.nouiſſi-
ma.nu.47.C.de inof.teſt.& ibi Fabianus de Giochis.nu.
211.Boe.q.104.nu.5.Accedit ꝙ relata opinio in motiuis
adeò dubia eſt,vt liberum ſit iudici ſequi etiam cõtrariã,
ita rñdit poſt alios Cephalus d.conſ.245.num. 51. libr.2.
Quo ad quartam dubitationem,præſuppoſito ꝙ relatę de
tractiones fieri debeant,dubitatur an Illuſtris Do. Iulia
actrix ſit competenter dotata.& in motiuis dicitur eſſe cõ
petenter dotatam : quoniam aureos ſex mille conſecuta
eſt. duo milia ex bonis paternis à patre ei in teſtamento
legatis:quatuor millia relicta à Comitiſſa Gambara.

Quò ad duo milia coronatorũ opinor ſatis clarũ eſſe,
illam non poſſe ex toto cenſeri dotatam ex bonis pater-
nis,ſed in ea ſumma ẽt dotẽ maternã cõtineri. quod mul-
tis rationibus mox planũ faciã.Illud principio præſuppo
nendum eſt,Comitem Io Baptiſtam D.Iuliæ patrẽ tranſi-
gendo cũ D.Thadea matre d.D.Iuliæ,ab ipſa D.Thadea
conſecutũ fuiſſe,tam ꝑ dote D. Iulię,quàm ꝑ ei᷒ alimẽ-
tis ac aliis impenſis à ſe ipſo Comite factis,ſummam coro
natorum duorum millium & cẽtum.qua ſumma accepta,
liberauit ipſam D Thadeam ab onere dotandi , & aliqd
relinquendi ipſi D.Iuliæ. atq;ita ipſe Comes Io.Baptiſta
viſus eſt ſe conſtituere debitorem D.Iuliæ pro bonis ma
ternis.Quò verè præſuppoſito,dico nunc Comitem Io.
31 Baptiſtam relinquẽdo†d.ſummã duorum millium aureo
rum ex cauſa dotis,pro omni eo & toto,quod ipſa D.Iul.
poſſet conſequi in bonis paternis, tam iure debitæ hære-
ditatis ac legitimæ & iure naturæ,quàm alio iure ſibi de-
bito:dico inquam ipſum Comitem voluiſſe includere do
tem maternam.& ita in ſpecie conſulit Abbas Panorm.
conſ.81. col.vlt.verſi.& hoc maximè.lib.1.

Primò,quia illa verba legati, & etiam alio iure ſibi de-
bito,referenda ſunt ad iura bonorum maternorum, tum
32 ne ſuperuacanea†ſint.contra l.ſi quando', in prin de l.1.
cum vulgatis ſimilibus. tum etiam quia vt generalia apta
ſunt eam cauſam comprehendere , nec(vt ſtatim ſubiun-
gam)diuerſitatis rõ aliqua reddi poteſt, cur magis ad ſo-
lam dotem à patre debitam, quàm & ad hanc maternam
referri debeant.

Secundò ea rõne adducos , ꝙ ex quo Comes Io. Bapt.
erat debitor.D.Iuliæ duabus ex cauſis:nẽpè pro dote à ſe
ex propriis bonis conſtituenda,& pro bonis maternis à ſe
iam receptis.cùm ergo reliquit hanc ſummam duorũ mi
33 lium Coronatorũ,pro omni alio iure &c.intelligitur†vo
luiſſe comprehendere omnem cauſam : quoniam in du-
bio,quis præſumitur eam elegiſſe viam,qua vtriq; caſui &
obligationi ſatisfaciat.l.adoptiuus.§. 1. ff. de ritu nupt. &
in ſpecie hac ita reſpondit Conſultiſſ.compater meus Ay
mo Cra.conſ 149.nu.13. verſ.vndecima coniectura , poſt
Baldum & Caſtrenſem,quos citat in meo codice reſpon-
ſum Caſtr.eſt conſ.180.In cauſa,quam Magnificus D.Ti
tius. col.5.in fin.lib.1.

Tertiò ſuffragatur , quòd iſta verba & pro omni alio
iure, referri poſſunt & ad cauſam dotis paternæ : referri
etiam poſſunt ad dotem maternam: cùm ratione vtriuſ-
34 que teneretur Comes Io.Baptiſta.cùm ergo†nulla rõ di-
uerſitatis reddi poſſit, cur magis ad vnam quàm ad alte-
ram referri debeant;ad vtranque verè referenda ſunt. at-
que ita ſcribit Cra.d.conſ.149.nu.8.

Quartò fortius dicendũ eſt,quòd imò iſta verba, & ꝑ oĩ
alio iure,potius comprehẽdant dotẽ maternam,quàm pa
ternam?quoniam,inſpecta perſona ipſius Comitis Io.Ba
ptiſtæ,dos materna eſt magis debita ipſi D.Iuliæ,cùm eã
mater aſſignauerit,& ipſe comes , eam recipiendo penes
ſe,eam filiæ ſoluere promiſerit:atque ita iure actionis D.
35 Iulia illam à patre conſequi poterat:dos † verò ex bonis
patris ſolùm officio iudicis filiæ debetur, vt ſcribunt om-
nes in l.qui liberos. ibi Coraſius.nu. 52. de ritu nupt.& in
l.1.ff.ſol.matr. cùm ergo is comes Io. Baptiſta eam ſum-
mam aureorum duorum millium reliquerit,dicendum eſt
voluiſſe relinquere ob obligationem magis vrgentem
& neceſſariam, hoc eſt dotis maternæ , quemadmodum
in ſimili reſpondit Craue.d.conſil. 149.num. 12.ex regu-
36 la illa , quòd actus † in dubio cenſetur factus ob cauſam
magis neceſſariam ex ſententia Bartolus in le. triticum.
de verbo.oblig.& in leg.vltim.C.de alim.pup. præſta.&
tra-



tradit idem Cra.conſ.106.nu.8.& idem firmauit Bal.cõſ.
35.Pater filio.col.2.lib.2.dum reſpondit,præſumi teſtato
37 rem†voluiſſe prouidere in caſu magis neceſſario.& Bald.
ſecutus eſt idem Cra.conſ.135.nu.34.conſ.202.nu.10 cõſi.
272.nu.4.& conſ.267.in fi.verſ.poſtremò conſidero.cõſ.
301.nu.6.conſ. 304.nu.5.& conſ. 308.in fi.qui his ſimilia
congeſſit.

Quintò ea ratione adducor, quia quãdo dubium eſt an
38 actus†factus ſit proprio nomine, vel alieno , tunc ſi duo
concurrunt,nempè quòd is tertius ſit ad id obligatus, &
ꝙ mandauerit ſuo nomine etiam fieri,cenſetur eo caſu id
eſſe factum nomine illius tertij, atque ita nomine alieno.
ita docuit Bart.in l.Titium.§.altero.nu.2. verſi. 3.caſu.&
in le.qui negotiationem. in princ.ff.de adm.tut.Sed duo
hæc in caſu noſtro concurrunt,primum,quia dos matris
huic filiæ eſt debita,matre præſertim ita diſponente.alte-
rum,quia iam ipſa mater in illa tranſactione reliquit illam
ſummam etiam pro cauſa dotis filiæ, mandauitque illi
ſolui.& in ſpecie in his claris terminis reſpõdit Alba cõſ.
2.nu.3.qui ſubiungit,hoc tantò magis procedere,quando
is qui ſoluit dotem , habebat etiam penes ſe partẽ alte-
rius,qui tenebatur pro ſua contingenti portione confer-
re:vt contingit propriè in caſu noſtro,dum Comes Ioan.
Baptiſta penes ſe retinuit illam portionem Do. Thadeæ:
& relato loco Alba alia recenſet , quæ apud eum videri
poſſunt.

Sextò & vltimò adducor ex eo, quòd iam clarum eſt i-
pſum Comitem Io.Baptiſtam patrẽ fuiſſe(vt dixi)debito
rem huius filiæ duabus de cauſis, pro paterna.ſ.& mater-
na dote.Cùm ergo illa verba,& omni alio iure,ſint dubia,
hoc eſt, poſſint referri & ad dotem maternam & ad pater
nam,nec expreſſerit pater ipſe viuens,quòd ſolùm referri
deberent ad dotem paternam , atque ita quòd tota illa
39 ſumma in eam cauſam cedere debeat; ſequitur†filiam vti
creditricem poſſe imputare ſibi hãc ſummam in quã vult
cauſam.ex regula l.1.verſ.quoties verò non dicimus.ff.de
ſolutio.

Quibus clarè conſtat ceſſare quod in motiuis acutiſſi-
mè excitatum fuit:quod.ſ.in dubio præſumitur in totum
datum pro dote paterna, cuius onus eſt filiã dotare.nam
hoc ceſſat in nr̃o ex relatis rationib.qa imò nõ dr̃ ſolũ da
tum ꝑ dote paterna,ſed & ꝑ materna.& tãtò fortius hoc
dicendũ eſt,qa fortè hoc caſu ſalua nõ eſt actio ipſi Do.
Iul.qua valeat deinde experiri contra hr̃des D.Thad.ma
tris ob regreſſum,quẽ ipſa haberet aduerſus bona & hr̃des
d. Comitis Io.Baptiſtæ , ex his quæ in his terminis rñdit
Abba.d.conſ.81.nu.2.verſ.3.& vlt.lib 1.

Quò vero ad quatuor millia aureorũ datorũ ab Illuſtri
Heleonora Comitiſſa Gãbara, pariter ſũ in ea opinione,
illa nõ eſſe cõputãda ad fauorẽ patris,ſed potius ipſius D.
Iulię.Quæ quidẽ diſputatio ab eo pẽdet,an Gãbara dona
uerit contẽplatione Comitis Iul.patrui, an potius contẽ
40 platione ipſius D.Iul.Nã vbi cõſtabit cuius†contẽplatio
ne donata fuerint illi ſoli acquiſita dicẽtur, vt inquit Bal.
in l.cùm oportet.nu.4.C.de bonis q̃ li.Bar.& cæteri in l.
ſed etſi plures.§.in arrogato.& ibi Iaſ.in §.ad ſubſtitutos
vulg.& pup.& p cõſequẽs vel imputabũtur, vel nõ,in le
gitimã d.D.Iul.iux.l.quoniã nouei.de inoff.teſt. vbi Do
ctores. & hac in re fortè videbatur dicendũ , Gãbarã do-
naſſe contẽplatione Com.Iul.Primò(vt in motiuis dr̃,qa
Gãbara dediſſe videtur hãc ſummã ea rõne vt ipſa D.Iul.
renũtiaret bonis paternis ad commodũ d.Com. Iul. quæ
41 quidem†cauſa finalis eſt & obſeruanda.l.2.§.vlt.vbi Bar.
ff.de dona,Ang.conſ.124.Cra.conſ.243.nu.2.& conſ.246.
42 nu.3.Cùm ergo hæc quãtitas data ſit ad commodum†Co
mitis Iul.eius contẽplatione data cenſetur.vt ſenſit Bald.
in l.cũ oportet.nu.4. C. de bonis quæ liber. quo ſtãte ſe-
quitur quòd perinde eſt ac ſi hæc ſumma data ſit ab ipſo
Com.Iul.vt rñdit Caſt.conſ. 118. eſt in meo codice conſ.
97.ſi d.Corn.li.2.Pariſ.conſ.5.nu.26.li.1.& Cra.conſ.91.
43 nu.6.qui rñdit, non eſſe inſpicienda verba†donationis,
ſed cuius cõtẽplatione donatũ eſt.& in ſpecie magis ita ſẽ
tiũt So.Se.conſ.33.col.vlt.ver.& hoc maximè.li.3. & Ripa
in l.in quartã.nu.205.ff.ad l. Falcid.qui affirmãt illius cõ-
tẽplatione donatũ cẽſeri,ad cuius cõmodũ factæ ſũt re-
nuntiationes & pactiones,quòd nihil amplius petet.

Secundò,ꝙ Gãbara donauerit dictã ſumma cõtẽplatio-
ne Com.Iul.& nõ D.Iul.apparet ex cõcturata eius mẽte;
quia Com.Iul.erat ipſi Gãbaræ ꝑximior , quàm eſſet Do
44 Iul.cõtẽplatione†igitur D.Iul.donaſſe præſumitur.ita ſẽ
ſit Alc. reſp.353.nu.3.& Nat.conſ.14.nu.4.li.1.poſt Caſt.
d.conſ.97.ſi d.Corn.cũ quo ẽt ſenſerũt Ang.conſ.76.Io.
Philip.col.2.ver. primò ex natura.Alc.conſ. 173.n.3.li.5.
Barba.cõſ.69.col.5.li.3.Io. Lupus in rep.rub.de don. in
ter virũ & vxo.§.45.nu.13.& late Rui. conſ.196.nu.6.li.2.

Tertiò cõfirmãtur iã dicta , qa vbi relatæ rõnes ceſſarẽt,
adhuc tñ in dubio ſecundũ regulã eſſet dicendum, ꝙ hoc
ſit donatum contẽplatione ipſius Com.Iul.vt dicũt Do-
45 ctores,ꝙ ſi auus†dotẽ det nepti , regulariter præſumitur
dediſſe contemplatione filij ſui, non aũt ipſius neptis.ita
Bar. conſ.131.Primò agitur.num.1.Ang.d.conſ.79.col.2.
ver.non obſt.d.l.auus. Rui.conſ.113.col.3.verſ. accedit di.
1.conſ.138.col.vlt.& conſ.196.nu.8.li.2.& Ripa l.in quar
tam.nu.202.verſ.fallit primò.ad l.Falcidiam.

Re tñ ipſa diligentiſſimo ſtudio perpenſa,in contrariã
ſententiam deſcendo:nempè donata ab illuſtri Comitiſſa
Gambara d.Illuſtri D.Iuliæ,eſſe eius ſola contemplatio-
ne donata:& ob id tanquam ei aduentitia non eſſe in legi
timam imputanda.quod,vt dicam,multis moueor.

Primò conſidero, Gãbarã nullo iure, vel rõne obligatã
fuiſſe dotẽ cõſtituere D.Iul.ob pſonam D.Iulij:ſed quod
fecit Gãbara,volũtariè & ſpontè fecit.quo ſtante ſequitur
* illa vera & cõmunis*doctorum ſententia in fortioribus
46 terminis,hoc eſt,ꝙ quando auus †dotem cõſtituit nepti,
q̃ ab eo non eſt neceſſariò ob perſonã filij dotanda,nõ dr̃
illam dotem dediſſe contẽplatione filij,ſed ipſius neptis.
& ita in dubio eſſe iudicandũ affirmarunt.gl.Bar.& cæte-
ri,in l.quæſitum.de l.1.Alex.conſ.199.nu.7.lib. 2.conſ.8.
n.7.li.3.conſ.89.n.6.li.4.conſ.138.n.2.& conſ.179.nu.5.li.
5.quos ſecutus eſt Cra. conſ.219.nu.1.prin.& ibi ver.non
omitto.quo loci ſatisfacit illi doctrinę s relatę ex l.dedit
dotẽ.ff.de colla. bona. & infrà dicã. idẽ ſenſit Picus l.in
quartã.nu.245.ff.ad l Falc.& ibi clarius Berengarius par-
te vlt.nu.66.in fi.huic ergo regulæ & præſumptioni ſtan
dũ eſt ad fauorẽ D.Iul. donec contrariũ ꝑbetur,cùm ta-
47 lis ſit præſumptionis†virtus,vt ꝑbãdi onus in aduerſariũ
reiiciat.l.generaliter.§.ſi petitum.ff. de fideicommiſ.libe.
Secundò adducor illa concludenti ratione.nam D.Iulius
erat multum diues;quo fit vt nullo modo dici poſſit Gam
baram eius contemplatione dediſſe hãc dotem. D. Iuliæ.
* quia * vno ore ſcribunt Doctores,quòd vbi auus†vel al-
48 ter ſimilis nomine & cauſa filij tenetur nepti dotem con-
ſtituere,non tenetur,quando is filius eſt diues, & dotem
conſtituere põt.ita reſpõdit Craue.d.conſi.219.nu.3.poſt
Soc.Sen.conſ.33.col.6.verſ.Auus enim tenetur.li.3. Dec.
conſi.81.col.pen.& Ripam l.in quartam.nu.204.l. Falcid.
quibus addo Alex.conſi.138.nu.3.lib.5.& Alc.tract. præ
ſump.reg.1.præſump.17.ſi hoc in auo,in quo erga filium
ſuũ maior conſideratur dilectionis & obligationis ratio,
procedit,quãto fortius in caſu noſtro , vbi non ſolùm le-
uis. ſed nec minima quidem perpendi poteſt cauſa, qua
ipſa Gambara hoc facere teneretur ex perſona.d.Domin.
Iulij.

Tertiò,quòd Gambara cõtemplatione D.Iuliæ ſolùm
49 donauerit,ex eo patet, quòd eã †maximè diligebat,cùm
tamen non diligeret ipſum Comitẽ Iuliũ:nam ipſam Do.
Iuliam per multos annos domi aluit,& diuturna eius cõ-
ſuetudine vſus eſt:illam filiam ſæpiſſimè appellabat, & a-
lia permulta dilectionis ſigna oſtendit:quæ teſtibus pro-
bata dicuntur:quin illius etiam fuit memor dum in extre
mis ageret,dum in ſuo teſtamẽto illi aliqua etiam legauit,
grauauit ſuos hæredes vt dotis reſiduũ perſoluerent. quæ
dilectionis exempla atque ſigna erga Comitem Iuliũ non
extiterunt.quo fit vt ipſius Do.Iuliæ contẽplatione tan-
tùm donata cenſeãtur.ita Bar.in l.ſed etſi plures.§.in arro
gato.nu.3.verſ.ſecus ſi ergo.ff.de vulg.quo loci ſubinfert,
50 donata ſponſæ à conſanguineis ipſius ſponſæ cenſeri eius
contemplatione donata non autem contemplatione ſpõ-
ſi,ob maiorem dilectionem . cum Bartolo ſentiunt ibi
Alexan.& Iaſ.idem reſponderunt Butr.conſi.trigeſimo-
ſeptimo,in ſecundo dubio.& Rol.conſi.10.nu.10.lib.2.ad-
do Ioan.Lupum in repe.rubri.de dona.inter virum & v-
xo.§.45.nu.13.verſi. crederem tamen.cæteros ſciens præ-
tereo.

Quartò mirum in modum ſuffragatur,quòd cùm multa
extiterint merita D.Iuliæ erga Gambarã,ex quo iſti mul
tos annos inſeruiuit,tunc præſertim cùm malè valeret &
51 grauiſsimis morbis laboraret,dicendũ† eſt ei donata eſſe
ſua contẽplatione,non autẽ Com.Iulij,qui nihil penitus
meruit,donata cenſeri. ita ipſemet Bal.in d.l.cùm opor-
Z 2 tet

ter.nu.4.C.de bonis quæ liber. qui in motiuis contra D. Iuliam adducitur. & idem quod Bald. ſenſit non vno in loco Alex.vt in conſi.8.nu.10.lib.3.dum conſiderat nulla
52 †eſſe poſſe merita infantis,vt eius contẽplatione ſibi donatum cenſeatur.idem Alex.conſi.89. nu.6. verſ. prætereà poſito.lib.4.& clarius conſ.138.nu.2.lib 5.vbi reſpondit,quòd donatio facta ab auo nepoti præſumitur facta contemplatione meritorum ipſius nepotis, non autem eius patris. merita etiam hæc conſiderat Fernandus Berengarius in repe.d.l.in quartam,parte vlt.nu.66.ad l.Falcid.Et in ſpecie & clarè idem ſcripſit Io.Lupus in d.repe. rubri.de donat.inter virum & vxor.§.45.nu. 13. verſ.crederem tamen.

Quintò moueor vna hac ratione, qua omnem ceſſare dubitationem opinor, quando Doctores affirmant dona
53 tum † alicui alterius contemplatione, acquiri illi, cuius contemplatione eſt datum:modò is cui eſt datum, ſit in poteſtate illius,& ei acquirere poſſit; ſecus ſi non poſſet; vt quando filio contemplatione patris donatur, patri acquiritur cùm filius ſub illius poteſtate eſt.Si verò eſt emã
54 cipatus,non acquirit. Eſt ratio,quia extraneus†non extraneo,ſed ſibi acquirit.l. adhuc.§.quæſtiones. de vſufructu.l.quidam cùm filium.ff.de hære.inſt.quemadmodum & in ſtipulatione dicimus.l.ſtipulatio iſta.§.alteri,de verbo.obl.& ita in ſpecie de filio emancipato conſiderauit Bal.in d.l.cùm oportet.nu 4.C.de bonis quæ liberis.& ibi clarius Caſt.nu.4.in fi.nec video,qui diſſentiant.Cùm ergo D.Iul.non fuerit ſub poteſtate Comitis Iulij,nec apta vt illi aliquid poſſet acquirere,ſequitur, ꝙ etſi ei cõtemplatione Comitis Iulij fuiſſet à Gambara donatam ipſi Comiti,non fuiſſet hoc quæſitum, & per conſequens ad illius commodum non eſſet Dom.Iuliæ in dotem imputandum.

Non obſtant nunc in oppoſitum adducta, quoniam reſpondeo,& ad primum dico,Gambaram non donaſſe ea ratione, vt D. Iulia renuntiaret bonis patetnis ad cõmodum Comitis Iulij,ſed donauit ob dilectionem & merita ipſi' D.Iuliæ: & hęc fuit cauſa finalis. Nec obſtat quòd per ſuum mãdatum videatur Gambara confirmaſſe conuentiones & pacta inita inter ipſum Comitem Iulium,& Magnificum Equitem Herculem Turcum,dictæ D.Iulię virum.in quibus quidem conuentionibus hæc vna extat, quòd dicta D. Iulia renuntiet bonis paternis & maternis ad commodum d. Comitis Iulij. Quia reſpondeo in illis conuentionibus plura extitiſſe capita; inter quæ extabat & illud, quòd Gambara numeraſſet quatuor milia coronatorum pro dote dictæ D. Iulię.& reſpectu huius capituli mandatum fecit ipſa Gambara, vt meritis D. Iuliæ & ſuis promiſſionibus de ea dotanda ſatiſfaceret, nõ autem fecit reſpectu illius capituli, vt ipſa D. Iulia acceptis his quatuor milibus coronatis, renuntiaret bonis paternis ad commodum d.Comitis:quia hoc non ſpectabat ad ipſam Gambaram,ſed ad ſolum ipſum Comitem Iuliũ ob ſummam duorum milium coronatorum à ſe, iuxta teſtamentariam diſpoſitionem Comitis Io.Baptiſtæ,numerãdam. Reſpondeo ſecundò,illam doctrinam Ripæ.d.l. in quartam.num.205.& Soc.Sen.d.conſ.33.non carere probabili dubitatione: cum Paulus Picus in d.l.in quartrm.nu.251. ad l.Fal.eum latè improbet.

Non obſtat ſecundum,fundamẽtum,quia hoc caſu maior proximitas non eſt in conſideratione ex ſuprà relatis: * & Caſtrenſis loquitur quando nulla alia aderat præſumptio qnàm iſta maioris proximitatis. Sed in caſu noſtro aliæ extant,& efficaciores,vt iam diximus. Rurſus, ſi affectio eſt conſideranda:vt etiam conſiderat Picus in l.quartam.nu.175.ff.ad l. Fal. maior affectio conſiderari potuit Gambaræ erga Do. Iuliam quàm erga Comitem Iulium ex ſuprà relatis.Accedit quòd Caſtrenſis ſuam illam conſultationem non tantùm affirmat hac ratione, quæ leuis eſt,quantum aliis plurimis,vt apud eum.id quod faciunt Alc.& Natta.

Non obſtat tertium,quia reſpondeo,illud procedere qñ
55 † auus ex perſona filij erat obligatus dotare neptẽ:ita textum l.dedit dotem.ff.de colla. bono.intelligunt & declarant Ale.conſ.8.nu.7.in fi.li.3.& conſ. 138.nu.2. in fi.li. 5.& Cra.conſ.219.nu.1.2.vbi ita conciliat Doctores qui diſſentire in hoc videntur.idem ſenſit Neui. conſ.76.nu. 13.cùm ergo in caſu noſtro clarè conſtet Gambarã non fuiſſe obligatam ex perſona Comitis Iulij aliquid dare dictæ D.Iuliæ,ceſſat hæc difficultas.

Quò ad quintam dubitationem,an dos duplicata ſoluenda ſit D.Iuliæ,nunc pauca vel verius nihil mihi dicendum eſt:quandoquidem apud me integra acta non extãt, nec in facto mihi pręſupponitur aliquid,ex quo poſſim intelligere,an Comes Iulius fuerit interpellatus ab ipſa D. Iulia,vt eam nuberet, dotemque perſolueret.

Quò verò ad ſextam & vltimam dubitationem,an fructus dotis perſoluendi ſint D. Iuliæ: qua in re non deberi dubitant Excellentiſſimi D.Iudices.

Primò, quia pater legauit duo milia coronatorum D.
56 Iuliæ pro ſua dote: quæ dos ſi augenda eſt, etiam† in pecunia numerata augenda,atq;ita ſupplenda eſt, vt viſus eſt ſentire Bald.conſ.22.Punctus quæſtionis talis eſt. li. 4.& clarius Guido Papæ.q. 487. qui ita in curia illa obſeruari affirmauit.Cùm igitur tota hæc ſumma in pecunia conſiſtit;ſequitur,fructus & vſuras non deberi;tum q̃a Comes Iulius non fuit in mora per interpellationem cõſtitutus, tum ẽt quia nihil ex illis pecuniis ſuperlucratum fuiſſe ꝓbatur.ita Doct.in l.ſi inſulam.§.vſuras.ff.ſol.matri.
57 Secundò,fructus†hi loco alimentorum debentur.Cra. conſ.189.col.1.Gram.conſ.146.col.pe. in ciuilibus. Cùm
58 ergo iam D.Iulia† alita fuerit, ei nihil amplius debetur, vt ſenſit Cra.d.conſ.189.num.6.dum inquit,nihil deberi
59 rõne alimẽtorũ,ſed ſi q̃d debetur,rõne†intereſſe debetur, quod ꝓbandũ eſt idq̃ in terminis firmare videtur Ale.cõſ. 48.col.1.verſ.& vtrum iſta,li.3.vbi concludere videtur ꝙ
60 filia,cui debetur dos †ex ſtatuti diſpoſitione,necnõ & alimenta,ſi aliunde alimenta,eſt conſecuta,nihil petere poſſe ab iis,qui eã dotare & alere tenebãtur, & inquit ꝙ nec poſteaquam matrimonio collocata fuit, quicquam ei debetur,cùm à viro alenda ſit.idem Alexã.conſ. 27.nu.2.li. 4.Cùm ergo D.Iulia cõſecuta fuerit alimẽta partim apud proprium patrem; & partim apud Illuſtrem Comitiſſam Gambaram,dicendum videtur nihil cauſa horum alimentorum petere poſſe.

Verùm his minimè refragãtibus,ſentio fructus ſeu eorum loco alimenta deberi D.Iuliæ.

Primò illa ratione moueor,quòd hæc alimẽta iure actionis, legiſque diſpoſitione debentur:cùm filia ſit dotanda ex diſpoſitione relatorum ſtatutorum Ferrariæ,& per cõſequens alenda,vt ſtatim dicã:peti ergo hæc ſemper poſſunt;quemadmodum latè in ſpecie rñdit Alexan.conſ.7.
61 nu.8.9.10.lib. 2. dum in caſu fortiori cenſuit, viduæ†cui dos reſtituenda eſt,eſſe etiam alimenta prętèrita ſoluenda,etſi aliunde illa conſecuta fuit.idem ſenſit Bal.in l.de alimentis.C.de tranſ.quem ſecutus eſt So.Se.conſ.57.nu. 38.lib. 4.& in ſimili ſenſit Natta conſ.387.nu.5.li.2.

Secundò ſatis intentio Do. Iuliæ fundata dicitur ex eo ſolo,quod hæc alimenta ſeu dotis fructus præſtanda ſunt, vt in terminis reſpondit Alex.conſ.69.col.1.verſ.ſuper ſecundo dubio.li.1.quo loci ait,quòd quemadmodum dos
62 †debetur filiæ ex diſpoſitione ſtatuti, fructus etiã debentur:& inquit deberi à die mortis teſtatoris.idem reſpondit Rui.conſ.26.nu.22.li.3.vbi So.Se.ſe ſubſcripſit.& ibi col.vlt.multis rationib.hanc ſententiam tuetur.eandem latè probauit Tiraq.in l.ſi vnquam,in verbo,reuertatur. num.270.C.de reuoc.donat.quæ auctoritates in motiuis relatæ fuerunt.erit ergo ſtandum huic concluſioni & regulæ,donec contrarium probetur.

Tertiò fundatur intentio Do.Iuliæ,quia*receptiſſima
63 eſt Doctorum ſententia, filiam† cui dos ex diſpoſitione ſtatuti eſt conſtituenda interim alendam eſſe. ita Baldus in l.alimenta.C.de nego.geſt.Caſtr.conſi. 16. Viſo puncto & dubiis.col.2.lib.2.Socin.Sen.conſi.57.num.36.lib. 4.& Curt.Sen.conſi.27.Magnificus vir.col.vltim.Cagn. leg.iura ſanguinis,num.10. de regulis iuris Crau.d. conſ. 189.nu.1.4.nec his caſib. poteſt grauatus dotare, ſeipſum excuſare,quòd aliunde filia alimenta conſecuta ſit,vt ſtatim dicam.

Non obſtãt nunc adducta in contrarium, in quorum diſſolutione omnis verſatur labor. Ad primũ itaque reſpondeo,& primò D.Iuliam non petere hos fructus ſeu intereſſe,ſed alimenta,quæ ſibi erant à Comite Iulio prẽſtãda:quæ ſanè alimẽta iure debentur, vt iã dixi.Secundò di
64 co,quòd imò Comes Iulius†fuit in mora conſtitutus, ex quo D.Iul.erat in minori ætate:cuius fauore mora re ipſa contrahitur. ita clarè in terminis reſponderunt Alexan. conſ.7.nu.8.verſ.& eo tempore.li.2.clarius Soc.Se.conſ.





57.num.43.libr. 4. qui teſtatur ita à grauiſſimis iureconſultis fuiſſe reſponſum. Idem inter conſilia Ruini conſil. 26.nu.33.li.3. Confirmatur doctrina Iaſo. conſ.92.col.6. verſ.2.principaliter,lib.1.quem ſecutus eſt Cra.conſ.189. nu.6.ver.prætereà,quòd cum his in caſibus,in quibus dos ex diſpoſitione ſtatuti debetur,nihil poſſit filiæ imputari, cur ſortẽ non petierit,quo debitor in mora conſtitueretur,alimenta vel intereſſe præſtandum eſt.Et eo loco ſcrĩ
65 bit Crauetta,hæc alimenta†non deberi tanquã intereſſe, & vt acceſſorium ad debitam quantitatem,ſed verius legis diſpoſitione.& ibidem Cra.nu.5.declarat,hæc alimenta eſſe omninò præſtanda,non probato, quòd filia paſſa ſit aliquod intereſſe. Eandem differentiã in ſpecie facit Soc.Sen.conſ.57.nu.36.lib.4.

Non obſtat ſecundum, quia rñdeo,vt iã vno verbo attigi,Comitem Iuliũ non potuiſſe,nec illius hæredes nunc poſſe ſe excuſare à præſtatione horũ alimentorũ, eo ſub prætextu quòd D.Iul.alimenta ſit conſecuta. Nam ſi legitima hæc eſſet excuſatio,facile eſſet filias decipere, cõpellendo illas alteri inſeruire,atque ita inde alimenta cõſequi:quod iniquum & abſurdum valde eſt.Quocircà eſt dicendum illum alimenta habere, qui ex proprio habet. Ita egregiè rñdit Bal.conſ.30.lib.2.quem ſecutus eſt Cra. conſ.199.nu.5.verſ.4.adducor.Quod confirmatur doctrina Angeli in l.vnica. §.cùm aũt.C.de rei vxo. actio. quã probauit Soc.Se.conſ.64.in fi.li.4.inquit Angelus,quòd ſi vidua non fuit alimentata ab hæredib. viri ſui defuncti, poteſt petere alimenta ab illis, etiamſi à patre vel fratrib. alimenta recepit:quia(inquit Angelus)ille dicitur habere aliunde ut ſe alat,qui habet ex propriis bonis. Atque ita iuris eſse cenſeo.

Iacobus Menochius I. C.

## SVMMARIVM.

1 *Opera hominis bona ad conſequendum æternam vitã conferre, vt econtrà,mala damnationem promereri.& nu.22.*
2 *Credulitatem à ſcientia differre.*
3 *Scientia eſt per ſenſum.*
4 *Credulitas & fides eſt per argumenta.*
5 *Nemo viuens ſcit,an Deo gratus ſit.*
6 *Scire nemo poteſt certò,an ſit in Dei gratia.*
7 *Scire homo debet,quod per fidem credere eſt neceſſe.*
8 *Operum articulus ab omnibus cognitus eſt.*
9 *Deus operum remunerator.*
10 *Credere & ſcire debet idiota articulos contentos in ſymbolo.*
11 *Symbolum Apoſtolorum continere etiam articulum de bonis & malis hominum operibus.*
12 *Idiotam teneri explicitè ſcire articulum de bonis & malis operib.*
13 *Homines ſimplices & ignaros non eſſe de ſubtilitatibus ſacræ ſcripturæ interrogandos.*
14 *Dei arcana homo viuens ignorat.*
15 *Hæretica non eſt aſſertio & propoſitio illa, quæ multos habet ſenſus.*
16 *Probationes in cauſis capitalibus claras & concludentes eſſe oportere.*
17 *Aſſertio ambigua ſumi in eo ſenſu debet, quo delictum euitatur.*
18 *Interpretari actus debet in meliorem partem.*
19 *Pelagij error de meritis operum hominis.*
20 *Hæreſis Pelagij conuincitur.*
21 *Pelagij error à multis Conciliis damnatus.*
22 *Opera hominis bona eſſe meritoria.*
23 *Hominem eſſe cum Deo cooperarium.*
24 *Hominis meritum eſſe nullum ante gratiam.*
25 *Auguſtini locus egregius contra Pelagium.*
26 *Interpretatio magis conueniens ſenſui probari debet.*
27 *Meretur is,qui aliquid agit.*
28 *Interpretatio magis benigna recipienda eſt.*
29 *Interpretatio illa ſumi debet,quæ à ſapientibus non habebit reprehenſionem.*
30 *Interpretatio ſumi debet,quæ iuri communi conuenit.*
31 *Reſponſio ſecundum interrogationem debet intelligi.*
32 *Reſponſio ſæpe obſeruatur,non habita ratione interrogationis,*
33 *Hæreſis crimen non concludunt verba ambigua, & multiplicis ſenſus.*
34 *Dolum non præſumi.*
35 *Deus fidelis eſt in ſuis promiſſionibus.*
36 *Pelagij error à D. Auguſtino deiectus.*
37 *Seruire ſpe præmij,animi eſt mercenarij & illiberalis.*
38 *Bugaurij Hæretici error.*
39 *Opera noſtra conferre ad ſalutem & iuſtificationem contra Lutherum,qui falso credidit,ſolùm eſſe fructus fidei.*
40 *Homo ex ſe ſufficiens non eſt acquirere vitam æternam.*
41 *Opera hominis æquare non non poſſunt præmium vitæ æternæ.*
42 *Seruator noſter, vt perfectus,operatus eſt opera bona.*
43 *Seruatorum noſtrum ex ſuis operibus meruiſse.*
44 *Homo ſatisfacere an poſſit ſuis erratis per pœnitentiam.*
45 *Hominem,vt purum hominem ſine Dei auxilio non poſſe pro ſuis peccatis ſatisfacere.*
46 *Homo ſine Dei gratia ad eum non redit.*
47 *Satisfactio à puro homine non eſt pro peccatis æquiualens.*
48 *Incluſio vnius non eſt alterius excluſio,vt peccatum euitetur.*
49 *Argumentum ab incluſione vnius ad excluſionem alterius,nõ procedere,vt abſurdum euitetur.*
50 *Incluſio vnius non eſt alterus excluſio,ſi mens agentis repugnat.*
51 *Lutheri & Bulingerij error de hominum operibus.*
52 *Proteſtatio tuẽtur,ne quis hæreticus dici poſsit.*
53 *Idiotam implicitè;Doctum explicitè ſcire debere Dei Mandata.*
54 *Creder e quod credit eccleſia Romana,eſt implicitè credere.*
55 *Proteſtans nõ excuſatur ab hæreſi,ſi eas deinde tuetur & defendit.*
56 *Proteſtans hæreticus an carcere ſit mancipandus.*
57 *Prædeſtinatos nos eſse omninò ad vitam æternam,hæreticum eſse intellige.vt nu.71.89.93.cum ſeq.*
58 *Lutheri errror,quo aſſerebat, hominem certò ſcire poſse nos eſse in gratia Dei.*
59 *Dubium eſt,quod eſſe poteſt,& non eſſe.*
60 *Aſſerens ſe ignorare,an ſit in Dei gratia,non errare.*
61 *Iuſtificati qui dicantur.*
62 *Certitudo quid ſit.*
63 *Certitudo quotuplex.*
64 *Certitudo per reuelationem quæ.*
65 *Concilium Tridentinum ſeſſione ſexta,c.12.in fine declaratnr.*
66 *Certitudo per ſe.*
67 *Certitudo quæ euidens,*
68 *Certitudo fidei quæ.*
69 *Dei arcana nemo viuens ſcit.*
70 *Concilium Tridentinum ſeſſione 6.c.9.declaratur.*
71 *Certum qui ſe aſſerit de ſalute ſua certitudine fidei, cum Luthero errat.*
72 *Certitudo fidei non eſt ad indiuiduum & ſingulare.*
73 *Certitudo moralis quæ.*
74 *Certitudinem moralem multos habere gradus.*
75 *Euidentia moralis.*
76 *Hominem eſſe in eodem inſtanti duobus in locis,non niſi miraculosè fieri poteſt.*
77 *Probatio neceſſaria artificioſa,quæ apud Rhetores.*
78 *Coniectura & præſumptio violenta quæ.*
79 *Teſtes affirmantes,ſe vidiſſe & cognouiſſe homicidam noctis tempore,cum Luna non luceret,& lumina deſicerent,de falſo conuinci poſſunt.*
80 *Hominum actiones nil certi poſſe ſibi præfinire.*
81 *Infans baptizatus moriens certus eſt de ſalute.*
82 *Infantem non peccare ex vrgenti humana præſumptione.*
83 *Cap.ſi quis poſitus,de pœnit.diſt.7.declaratur.*
84 *Certitudo proueniens à coniecturis & indiţijs magna,quæ.*
85 *Homicida is præſumitur violenta præſumptione,qui domũ,in qua quis interfectus reperitur,cum gladio ſanguinolento exiuit.*
86 *Certitudo minor quæ ſit proueniens à coniecturis.*
87 *Debitum ſoluiſſe præſumitur.qui chirographum oſtendit cancellatum.*
88 *Peccatorum chirographum cancellatur medio pœnitentiæ.*
89 *Certitudine minori homo de ſalute certus eſt,ſi bene agit.*
90 *Certitudo leuis quæ.*
91 *Furtum præſumi ab eo commiſſum,qui domi erat.*
92 *Liber & ingenus præſumitur,qui patrem habuit ingenum.*
93 *Certitudine quadruplici coniecturali de ſalute æterna certi eſſe poſſumus.*
94 *Certitudinem ſalutis Seruator nobis tribuit,*
95 *Certitudines coniecturales eſſe certitudines imperfectas.*
96 *Certitudo ex ſpe eſt illa coniecturalis.*
97 *Incorrigibilem eſſe,qui ad priſtinos errores reuertitur.*
98 *Abbatis lapſus.in c.cùm non ab homine.nu.30.de iudicijs.*
99 *Incorrigibilem dici in errore perſeuerantem.*
100 *Incorrigibilis eſt, qui non obtemperat iudici in eo,quod eſt vltimũ ſuæ iuriſdictionis,*
101 *Pœnitentiam erranti indicere,eſt vltimum iuriſdictionis.*
102 *Incorrigibilis eſt impœnitens & relapſus.*

103 Cap.ad abolendam.in princip.cum.§.laicus.de hære. declaratur.
104 Hæreticus duo facere debet, vt iudicis ſecularis manus euitet.
105 Delictum non præſumitur.
106 Pœna non eſt intelligenda cùm ceßat dolus.
107 Incorrigibilem eße, qui iniunctam pœnitentiam non obſeruauit.
108 Bibliam vulgarem contra præceptum iudicis legere, eſt peccatum ſecundi ordinis.
109 Pœnitentia primi ordinis quæ.
110 Pœnitentia ſecundi ordinis quæ
111 Bibliam vulgarem legere; non inducit hæreſim ſui natura.
112 Bibliæ vulgaris lectio idiotis & ignaris eſt interdicenda.
113 Pœnæ anathematis adſtringere an ſe quis poßit.
114 Carceri an quis ſuo iuramento obligare poßit.
115 Pœnitentiam non obſeruare, eſt inobedientia.
116 Homo non eſt dominus membrorum ſuorum.
117 Lex & iudex habet poteſtatem vitæ & necis in homines.
118 Animæ ſuæ nemo dominus eſt.
119 Delictum quod non eſt, nemo facere poteſt ex ſua confeßione eße delictum.
120 Pœnæ corporali pro altero obligare ſe poteſt nemo.
121 Iudices malè agere, cùm compellunt accuſatos renuntiare ſuis probationibus.
122 Pœna anathematis obligare ſe nemo poteſt ad aliquid agendum.
123 Cap.Ego Berengarius, de conſecra. diſt 2.declaratur.
124 Carceri ſe obligare quis poteſt ex ſuo iuramento.
125 Iuramentum ex cauſa iniuſta non obligat.
126 Inobedientia quando ad pœnam mortis obliget.
127 Incorrigibilis non eſt, qui vocatus ad iudicium ſponte acceßit.
128 Butrij verba in c. cùm non ab homine.nu.22.& Abb.ibi.nu. 30. de iudicijs, declarantur.
129 Incorrigibilis eſt qui perſeuerat in delicto, & ter monitus non deſiſtit.
130 Incorrigibilis dicitur qui his monitus à peccato non ceſſat.
131 Baldi traditio in c. cùm non ab homine, de iudicijs, exploſa.
132 Calderini & ſequacium traditiones explicatæ
133 Cap.ad abolendam.§.Laicus.de hæret.declaratur.
134 Cap.excommunicamus.2.§.vlt.de hæret.declaratur.
135 Hæretici pœna damnatur hæreticorum ſectator.
136 Ioannis Vuitcleff hæreſis de Sacroſancta Euchariſtia.
137 Prædeſtinatos nos eſſe omnino, hæreſim fuiße etiam Ioannis Vuitcleff.
138 Teſtes ſingulares hæreſim probare.
139 Teſtes ſingulares ſemiplenè probare.
140 Malus ſemel, ſemper malus præſumitur.
141 Teſtibus ſingularibus iudex poteſt fidem adhibere.
142 Teſtimonio vnius tantum damnari poteſt nemo.
143 Præſumptiones violentæ eße debent in cauſa capitali.
144 Præſumptionibus & coniecturis vbi quis eſt damnandus, pœna corporali damnari non poteſt.
145 Simoniacum pœna ordinaria non damnari ex coniecturis & præſumptionibus.
146 Hæreticus præſumptus pœna ordinaria non punitur.
147 Relapſus in hæreſim quis dicatur.
148 Relapſus eſt qui ſecundò de hereſi eſt ſuſpectus.
149 Hæreticis fauens de hæreſi ſuſpectus eſt.
150 Hæreticus relapſus vt quis dicatur, debet conſtare de priori, vel poſteriori lapſu.
151 Cap.accuſatus.§.ille quoque, de hæret.declaratur.
152 Præſumptio iuris & de iure quid ſit.
153 Cap.accuſatus, in prin. de hæret.declaratur.
154 Fictio quid ſit.
155 Præſumptiones & coniecturæ probatæ eße debent legitimè, vt ex illis damnari accuſatus poßit.
156 Hæreticus ſecundo ſuſpectus quando relapſus dicatur.
157 Cap.accuſatus, in prin.de hær.explanatur.
258 Dictio, ipſe, demonſtratiua perſonæ.
159 Fictiones duæ ex eodem fonte eße non poſſunt.
160 Teſtes cùm variant in verborum formalitate, de qua deponere debent, non probant.
161 Teſtis iudicans non probat.
162 Iacobi Simancæ traditio dubia.
163 Teſtes in cauſa hæreſis eße debere omni exceptione maiores; & quando.
164 Teſtes eße omni exceptione maiores aßerens, probare debet.
165 Caſtrenſis doctrina declaratur.
166 Teſtes tres quando in cauſa hæreſis requirantur.
167 Teſtes duo in cauſa hæreſis ſufficiunt ad indicendum pœnitentiam.
168 Hæreticus qui ſponte ſecundum errorem confeßus eſt vt relapſus damnari non debet.
169 Arnaldi Albertini doctrina declaratur.
170 Relapſo ſponte confitenti pœnam abſolutè non eſſe remittendam.
171 Hæreticus, vt damnari poſſit, pertinax eſſe debet.
172 Pertinacia quid ſit.
173 Pertinax exterius quis.
174 Pertinax in hæreſi non dicitur, qui aßerit quod eccleſia Catholica credit.
175 Idiotæ ſufficit quòd implicitè credat, ne dicatur hæreticus.
176 Ignorantia non præſumitur.
177 Hæreticus relapſus dicitur pertinax interius.
178 Cap.ad abolendam.§.qui verè.verſiculo, illos, de hæreticis. declaratur.
179 Verbum, deprehendo, quid ſignificet.
180 Senibus delinquentibus lenienda eſt pœna.
181 Senex quis.
182 Senex dicitur arbitrio iudicis.
183 Senibus qua ratione parcendum.
184 Senes intellectu carere. *
185 Senex bono ſenſu caret, & puero ſimilis eſt.
186 Puer ignorat quod agit.
187 Senex quæſtionibus ſubiici non debet. *
188 Senem epiſcopum pœnis non affecit Pontifex.
189 Senes à pœna hæreſis defendi.
190 Furioſo & inſano erranti parcendum.
191 Furioſus idem eſt quòd amens & demens.
192 Stultus quis.
193 Inſanus quis.
194 Stultitia quid. *
195 Furioſum à ſtulto in aliquibus differre.
196 Demens & mentecaptus in iure non differunt.
197 Inſania quæ.
198 Phræneſis quæ.
199 Inſanum à furioſo non differre re ipſa.
200 Stulto delinquenti parcendum.
201 Demens & ſtultus ignorant quod agunt.
202 Ignorans non punitur.
203 Furioſus dormienti ſimilis.
204 Furioſus ſimilis abſenti.
205 Abſentem non delinquere.
206 Furioſum ſatis ſuo furore puniri.
207 Furioſus caſu agit, quod agit.
208 Furioſum à pœna homicidij excuſari.
209 Furioſum à pœna parricidij excuſari.
210 Furioſum hæreſis pœna non puniri.
211 Furorem & ſtultitiam difficilis eſſe probationis.
212 Mentis ſanitatem eſſe quid inuiſibile.
213 Mentis defectus ex dictis & factis colligi.
214 Inſaniam teſtibus ſingularibus probari.
215 Factum quando à furore agitato factum præſumatur.
216 Sapientes multi ſtulta egerunt.
217 Salomon ſtultè aliqua egit.
218 Patauini Doctoris teſtamentum ſtultitiæ plenum.
219 Inſanum aliquem eſſe aſſerens, probare debet.
220 Inſanus ſemel talis ſemper præſumitur.
221 Inſani imaginatio
222 Theophili medici inſania & imaginatio.
223 Infirmi cuiuſdam imaginatio.
224 Thraſili inſania. *
225 Inſanos falli imaginationibus.
226 Inſaniæ ſpecies plures.
227 Phræneſim quæ accidentia præcedant.
228 Furioſus & inſanus præſumitur, qui viam lutoſam ambulat, cùm ſicca & bona extat.
229 Stultus præſumitur, qui riſu digna agit.
230 Stultitiæ ſignum eſt ſermo inordinatus.
231 Stultitiam hominis, à teſtibus vicinis probari.
232 Melancholia phræneſim cauſat.
233 Phræneſis morbus perpetuus eſt.
234 Inſanos & ſtultos aliquando verba ſanæ mentis loqui.
235 Confeſsio de delicto facta ab inſano, ei non nocet.
236 Clementiam maximè apud Deum & omnes commendari.
237 Manaſſes Regis erratum; & Dei clementia erga eum poſt errati petitam veniam.

## LECTOR STVDIOSE.

*CVm Bernardinus Patauinus Berretarius iam penè ſeptuagenarius, & non ſatis ſanæ mentis aliquot ab hinc annis aliquas abiuraſſet hæreſes apud Sanctiſſimum officium Inquiſitionis hìc Patauij: iterum accuſatus fuit quòd de operibus noſtris, de prædeſtinatione, & de Sacroſancta Euchariſtia malè ſenſerit. Interrogatus fuit à Sancto officio Inquiſitionis; & cùm multa reſponderit, quæ magnum inijciebant æquiſsimis & ſapientiſsimis illis patribus, ſanctæque inquiſitionis iudicibus ſcrupulum, rogauit me ſummæ integritatis atque ſanctitatis vir Reuerendiſſ. D. Nicolaus Ormanetus Epiſcopus Patauinus meritiſsimus, vt Bernardini defenſionem pro iuſtitia & æquitate ſuſciperem. Magni ponderis negotium ſuſcepi, & defenſionem conſcripſi; illiſque ſapientiſſimis patribus dedicaui. Nunc eam euulgari volui, vt bonis & ſtudioſis, à quibus vt id facerem, non ſemel rogatus fui, rem gratam facerem.*



## CONSILIVM LXXXII.

# Initium à Domino.

IVSSISTIS (æquiſsimi atque ſapientiſſimi iudices) vt Bernardino viro planè miſerando me & patronum & defenſorē præſtarem. Munus, quod graue, & ſupra vires meas agnoſcebam libenter recuſaſſem, niſi me vobis rem gratam facturum, non ignoraſſem. Qua ergo potui cura, diligentia & non mediocri ſtudio rē abſolui: vtinam veſtris auribus, veſtro iudicio, quod ego tanti facio, quàm quod maximè, dignā: ſi vobis, vt par eſſet, non ſatiſfecero, æq; ac boni, rogo oīa (vt ſpero) conſulite Ego verò ꝓ mea virili, vt inopē hunc pro bono & æquo tuear ac defendam, pugno atque contendo: ꝙ credam virū minimè
impium & à Sacroſāctæ Eccleſiæ Romanæ inſtitutis, quo 2
rum ego cauſa vel meum ipſum ſanguinē ꝓfundere para
tus ſum, non diſſentientem. Chriſtiano à fratri in eo cu
ius gratia ſalui facti ſumus omnes, nō alia ratione opē fe 3
ro & adiumēto ſum, quàm quòd Chriſtianæ me ciuitatis 4
eſſe ciuem memini: quem ex Chriſti Opt. Max. inſtituto
non modò neceſſarios ſuos, ſed alienos ēt & hoſtes omni
beneuolentia complecti oporteat: non ita quidē vt eorū 5
vitiis indulgeamus (id.n.ab amici hominis officio eſt lō
gè remotiſſimum,) ſed vt eos ab omni errore diligenter
amicéque abductos ad benè beatéque viuendi rationem
traducamus, opemque quando id iure licet, feramus. Ho
minis itaque huius innocentia fretus, veſtra confiſus be
neuolentia, quod à me præſtari voluiſtis officium ita exe
quar, vt principio cognoſcatis me totā hāc defenſionem 6
ad tria deduxiſſe præcipua capita: quòd tria in cōtrouer
ſiā vocari intelligā. Illud primum eſt, quòd Bernardinus
malè de Chriſtianorū operib. ſenſerit. Nam aſſeritur ne
gaſſe, quod Orthodoxa Eccleſia, quod viri Chriſtiani om
nes concedunt & libenter fatentur, fideliū opera ad ſalu
tē æternā ꝓdeſſe, mala verò obeſſe. Secundū eſt, quòd hic
affirmaſſe dicitur, nos oēs præſciptos atq; prædeſtinatos 7
ab æterno eſſe à rerum oīum parente optimo. Tertiū, qđ
venit in controuerſiam eſt, quòd hic incorrigibilis atque
impœnitens ſit; cū iniunctā pœnitētiā à Sācto Inquiſitio
nis officio, dū abiuratis malis opinionib. aliquot ab hinc 8
annis liberatus fuit, nō obſeruauerit. His ꝑ mea mediocri
tate pertractatis, ſubnectam ad huius defenſionē, q̄ hæc
oīa complectuntur, quæq; hominis cōditionē reſpiciūt.
Quò ad primam dubitationem; quæ cæteris difficilior
eſt; dicendum videbatur, Bernardinum de operibus ma
lè ſenſiſſe aduerſus diffinita ab Orthodoxa Eccleſia. Ita
enim de operibus, quid ſentiret interrogatus, reſpondit:
*Io sò, che poſsiamo meritar il Paradiſo per gratia & dono di Dio:*
*è non sò niente d'opere.* Quibus ſanè verbis totum tribuere 9
videtur diuinæ gratiæ, operibus autem nihil. Quod aſſe
rere hæreticum eſt. Eſt enim veriſſima ſententia, † opera
noſtra ad vitam æternam conſequendā multum conferre; vt contrà, opera iniqua & praua damnationis æternæ pœnam promereri. Ita enim Geneſ. capitulo quarto, ſcriptum eſt: Nónne, ſi bene egeris, recipies: ſi autem malè, ſtatim in foribus peccatum aderit? Pſalm. 14. dum petiit Propheta, quis eſſet Dei tabernaculum ingreſſurus, reſpondit Deus: Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam. Et Sapien. capitulo. 10. Et reddidit iuſtis mercedem laborum ſuorum: & deduxit illos in via mirabili. Ita etiam lege Euangelica eſt diffinitum: ſi quidem legitur Matthæi capitul. 12. Ex verbis tuis iuſtificaberis, ex verbis tuis condemnaberis. Paulus Apoſtolus ad Roma. capitulo, 2. Qui reddet vnicuique ſecundum opera eius: iis quidem, qui ſecundum patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem quærunt; vitam æternam: iis autem, qui ſunt ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati credunt autem iniquitati; iram & indignationem. Idem ad Corinth. 1. c. 15. Abundate in omni opere bono, ſcientes, quòd labor veſter non eſt inanis in domino: nō enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri & dilectionis, quam oſtendiſtis in nomine ipſius. Et Io. in Apocal c. 14. opera eorum ſequuntur eos. ſed quid moror? quòd etiam ſi non extarent tot & tanta aperta vtriuſque legis teſtimonia, nónne ſacroſancta Eccleſia Romana non ſemel diffiniuit, opera fidelium bona prodeſſe ad ſalutem, mala verò obeſſe? ita hodie in Oecumenico Concilio Tridentino, ſeſſio. 6. capitu. 16. diffinitum fuit. Et olim in Concilio Arauſicano ſub Leone primo, canone 18. Cuius hæc ſunt verba: Debetur merces de bonis operibus, ſi fiant: ſed gratia, quæ non debetur, præcedit vt fiant.

Cæterùm, re hac diligentiſſimè perpenſa atque conſiderata, in ea opinione ſum, verba à Bernardino prolata hæreſim nō ſapere: cùm is verè non neget opera fidelium ad æternam ſalutem prodeſſe, vel obeſſe. Quod, vt planum faciam, ſingula à Bernardino prolata verba percurram, illáque non indiligenter perpendam. Hic primò interrogatus his verbis: *Credete voi Bernardino, che il San. Dio ne darà il Paradiſo ſecundo li noſtri meriti?* reſpondit, *io non vi sò dire queſte coſe, perche ogni coſa è in man di Dio:* Hæc reſponſio duobus modis accipi poteſt. Vno, *non so dire*, hoc eſt, neſcio, referendo ad ſcientiam. Altero, *non sò dire*, referendo ad ſolam credulitatem ſcimus inter credulitatem † & ſcientiam, vel ignorantiam multum differre, vt ſcribunt Theologi omnes in proœm. Magiſtri ſnīa. & noſtri cum Bar. in l. admonendi. num. 2. ff. de iureiu. cū † ſcientia vel per ſenſum; vel alium euidentem modum; † credulitas vero & fides obſcurioribus argumentis comparetur. ſi iuxtà primum modum verba Bernardini ſumātur, aſſertio hæreſim non ſapit, cùm veram certitudinem, quæ ex ſenſu fit, ignoramus omnes. † Nemo enim ſcit (vt ait Eccleſ. c. 9.) an amore vel odio dignus ſit. Et Apoſtolus ad Corinth. 1. c. 4. Nihil mihi conſcius ſum; ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Quocircà rectè D. Thomas. 1. 2. q. 112. art. 3. & cum eo alij, quos infrà in ſecundò articulo, de præſcientia referam docuit, ꝙ nemo certus & ſecurus eſſe pōt vera certitudine & ſecuritate an ſit futurus ſaluus, vel non Quinimò aſſerere, iuſtum † certò ſcire poſſe ſe eſſe in Dei gr̄a, & de vita æterna certum eſſe hæreſis Lutheri eſt quēamodum recenſet Alphonſus de Caſtro li. 7. aduerſus hæreſes, in verbo Gratia, hæreſi tertia: & vberius in ſecundo articulo infrà dicemus. Si verò ſecundo modo ſumantur atque interpretentur hæc verba Bernardini, *non sò dire*, vt ſ. ad credulitatem referantur: aſſertio hæreſim ſapere videtur. ſiquidem † ſcire debemus, quæ per fidem credere eſt neceſſe cùm dicat Apoſtolus ad Corinth. 2. c. 4. Habentes eundem ſpiritum fidei, ſicut ſcriptum eſt, credidi, propter quod (ita. n. Pſalmo 115. legitur) loquutus ſum; & nos credimus, propter quod & loquimur. Atqui hic articulus † de bonorum & malorum operum remuneratione, eorum vnus eſt, qui in ore omnium eſt; & ab eccleſia quotidie decantatur: ergo à quouis ſciri debet. Accedit quod legitur apud Apoſtolum ad Hebreos c. 11. Accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt: & quòd inquirentium ſe, eſt remunerator. Hæc ſunt duo præcepta, quæ expiicitè vnuſquiſque tenetur ſcire. Quemadmodum ſcribunt D. Thomas 2. 2. q. 2. part. 5. & Beatus Antonius in 4. par. ſuæ ſummæ, titulo octauo, cap. 3. §. 9. Illud autem † ſecundùm præceptum & quòd inquirentium ſe eſt remunerator, opera includit & ſignificat. ſequitur ergo quòd vnuſquiſq; tenetur ſcire hunc articulum de bonis & malis operib. Quod

vel ex eo etiam confirmatur, quia vnuſquiſque, etiamſi
10 idiota † ſit, tenetur ſcire articulos fidei contẽtos in Sym-
bolo Apoſtolorum, vt diui Thomas & Antoninus ſcri-
pſerunt, & ex recentiorib. Alphonſus de Caſtro. lib. 1. de
iuſta hære. punit. c. 9. Dubium autem non eſt. in articulis
11 fidei adeſſe hunc articulum † de bonis & malis operib.
cùm ſub illis verbis, iudicare viuos & mortuos: & ſub il-
lis, vitam æternam, contineantur: quemadmodum Ricar-
do & cæteris in 3. ſenten. diſt. 25. placuit. & Angelus Cla-
uaſ. in ſua ſumma in verbo, fides, num. 5. in fi. idem anno-
12 tauit. Et in ſpecie quòd quilibet, etiam † idiota, teneatur
credere, ac ſcire explicitè opera noſtra nobis vel obeſſe,
vel prodeſſe, ſcribit poſt Roſellum in ſua ſumma Sylue-
ſter Prierius in ſumma, in verbo fides. nu. 6. Verùm, ſi per
ſonam Bernardini idiotæ & ignari reſpicimus, aſſertio
hæc ſua hæreſim non ſapit: quia etſi hunc articulum ſcire
teneatur, tenetur tamen quò ad ſolam ſubſtantiam & ru-
di quodammodo, vt Alphonſus de Caſtro, loco iam cita-
to ſcribit: non autem quò ad circumſtantias, quas multos
ignorare poſſe iuſtè opinor; vt Bernardinus aſſeruit, ſe
ignorare, quòd Deus ſic remuneret opera noſtra, vt parũ
de ſua gratia tribuat. Quocircà dicere voluit Bernardinus,
ſe neſcire loqui de his difficultatibus quæ emergunt circa
meritum operum & gratiæ. Et quãquàm (vt D. Thomas,
13 2. 2. q. 2. art. 5. ad ſecundum, docuit) ignari hi & † ſimpli-
ces de his ſubtilitatib. fidei non ſunt examinandi: attamẽ
(vt ille ait) examinari tunc debent, cùm ſuſpecti ſunt; & ſi
non inueniuntur pertinaces in mala opinione, nil eis erit
imputandum. Quod etiam ſcripſit Alphonſus de Caſtro
lib. 1. de iuſta hæret. punit. c. 9. Quare dicerem, quòd niſi
Bernardinus aliis rationib. quas ſuis locis adferam, defen
di abſolutè poſſet, non, ob hunc articulum de operib. vt
hæreticus eſſet condemnandus; ſed (iuxta conſilium eru-
ditiſſimi Arnaldi Alber. in trac. de hæret. c. 34. nu. 49.) de-
nuo interrogandus, vt certius ſciri poſſet, quid de his ope
rib. ſentiat; & ſi pertinax nõ eſſet, non eſſet quidquã ei im
putandũ: vt D. Thom. ſcribit. Nunc ſubiicimus illa eiuſdẽ
Bernar. verba; dũ ita interrogatus; *Se voi io & quel altro nõ hauerem o cati, ma hauere mo fatto bene, ne mandat. ià caſa del Diauolo*; rñdit *io nõ ſo ſecreti*. Rectè hic rñdit, iuxtà præcedentẽ
*li ſuoi* declarationẽ, ꝙ ſ. tãquã idiota & ignarus, neſciat has
difficultates de bonorũ & malorũ operũ meritis, & de di
uina gr̃a, vt diximus ſ̃, vel ſi ad ſcientiã hãc referimus, re-
14 ctè dixit, qa † verè Dei arcana ignoramus. Eſt enim ita Ec
cleſiaſt. c. 3. ſcriptũ: Altiora te ne quæſieris, & fortiora te
ne ſcrutatus fueris: ſed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita
ſemper, & in pluribus operibus eius non eris curioſus: plu
rima enim ſuper ſenſum hominum oſtenſa ſunt tibi. con
iectura ſcire poſſumus nos futuros fatuos, certò & verè
ſcire non poſſumus: vt ſuo loco diffuſius dicam: cùm er-
go ad veram certitudinem, quæ eſt per ſcientiam, ideſt,
ſenſum, ſe retulerit Bernardinus, non erraſſe mihi vide-
tur. Et quamquam hæc reſponſio in viro docto & erudito
ſanæ mentis facilè admittenda non foret: quippè quòd in
vniuerſum certi ſimus de bonorum operum remunera-
tione, & malorum pœna: attamen in ignaro & rudi ad-
mitti poteſt; cùm potius, ſibi timens, ne ſua reſponſione
laqueum ſibi pararet, & vt ſe ab his ſubtilibus interroga-
tionibus ſolueret, reſpondit, ſe ignorare Dei ſecreta. hæc
ſcilicet Dei ſecreta eſſe verè exiſtimans. ſed maius dubiũ
exoritur ex eiuſdem Bernardini verbis, qui ita iterroga-
tus: *Poſſiamo noi meritare il Paradiſo con l'opere noſtre mediante la gratia di Dio*? reſpondit, *Io sò, che poſſiamo meritare il Paradiſo per gratia è dono di Dio è non sò niente d'opere*. Hæc
ſanè verba maius dubium mouent aduerſus Bernardi-
num, quòd de operibus (vt initio dictum fuit) malè ſen-
ſerit. ſed verè alius eſt horum verborum ſenſus; quò hæ-
15 reſis non infertur. Nam † hæretica dici non debet illa pro
poſitio atque aſſertio, quæ æquiuoca eſt, & multiplicem
ſenſum habere poteſt. Atqui hæc à Bernardino prolata,
æquiuoca & multiplicis ſenſus eſt: ergo hæreticam eſſe
dicere non debemus. Illa maior probatur auctoritate
Archidia. capitulo, ſecundo, de hæret. in 6. Felini in capi
tulo, excommunicamus. numero 7. de hæret. & Arnaldi
Alber. in tractat de hæret. q. 7. numer. 7. q. 28. numer. 16.
& q. 34. nume. 48. 50. & præter eos egregiè Alphonſus de
Caſtro lib 1. de iuſta hæret. punit. capitul. 9. pag. 49. verſi.
verùm hîc admonere. Cuius ſanè ſententiæ ratio illa eſt;
16 quòd in † capitalibus cauſis probationes eſſe debent cla-
ræ, atque omnino concludentes, vt ſcriptum eſt in l. vlti.
C. de probat. & Caietanus in 2. 2. q. 60. art. 3. qui declarat
cap. afferte gladium, de præſump. Quã ſanè claram proba-
tionem nõ facit aſſertio multipliciter intelligibilis: cùm
eius veritas (auctore Piloſopho) ignoretur. Præterea, cùm
17 † aſſertio aliqua eſt ambigua, & multipliciter intelligi-
bilis, in dubio ſenſus bonus ſumi debet, quo delictum
euitatur. leg. meritò. ff. pro ſocio. Hinc Domin. Auguſtin.
in libro de concordia, ita ſcribit: In hoc loco nihil aliud
percipi exiſtimo, niſi vt ea de quibus dubium eſt, quo ani
18 mo † fiant in meliorem partem interpretemur. Et in ſpe-
cie criminis hæreſis idem ſenſit Arnaldus Alber. in tract.
de hæret. quæſt. 7. numero 15. & q. 25. numero. 17. Si ergo
bonus ſenſus delicto carens recipitur, inde ſequitur, nul-
lam in cauſis capitalibus fieri poſſe condemnationem.
Minor illa propoſitio, nempè aſſertionem Bernardini eſ-
ſe valdè ambiguam, apertè demonſtratur. Nam ita inter-
rogatus reſpondit, *Io sè, che poſsiamo meritare il paradiſo per gratia & dono di Dio: è non sò niente d'opere*. Hæc verba, *non sò niente d'opere*, primò poſſunt intelligi *d'opere ſole ſenza la gratia di Dio*. Poſſunt etiam ſecundò intelligi, *Non sò niente d'opere con la gratia*. Interpretando verba hæc iuxtà
primum ſenſum & modum, aſſertio non modò hæretica
non eſt; ſed maximè Catholica; cùm repugnet illi pra-
uæ hæreſi Pelagij, qui falsò aſſerebat, nos ex noſtris meri-
19 tis † & operibus abſque diuina gratia & auxilio poſſe no-
20 bis vitam æternam parare. Qui ſanè † Pelagij error peſ-
ſimus conuincitur ex verbis Dauidis Pſalm. 36. à Domi-
no greſſus diriguntur. clarius Oſeę capitulo, 13. Perditio
tua Iſrael, tantummodò in me adiutorium tuum. Et Io.
capitulo, 10. ſi ne me (inquit Seruator) nihil poteſtis face-
re. Qua ratione enim fieri poteſt vt ſine diuino auxilio æ-
ternam ſalutem conſequamur, ſi ſine eo nihil poſſumus?
Hinc Seruator (vt eſt apud Ioan. capitul. 6.) exclamat, Ne
mo poteſt venire ad me, niſi pater, qui miſit me, traxerit
eum. Et Apoſtolus ad Corinth. 1. cap. 4. ſcribens ait, Quis
enim te diſcernit? quid aũt habes quod nõ accepiſti? ſi aũt
accepiſti, quid gloriaris quaſi nõ acceperis? Idem ad Co-
rinth. 2. c. 3. Fiduciam aũt talem habemus per Criſtum ad
Deum: non ꝙ ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis
quaſi ex nobis, ſed ſufficiẽtia noſtra ex Deo eſt. Accedit ꝙ
21 † Pelagij error damnatus meritò fuit à multis ſacroſãctis
Conciliis, vt refert Alphonſus de Caſtro libr. 7. aduerſus
hęreſes, in verbo, Gratia. Hęc itaq; Bernardini verba bo-
num hunc ſenſum habere poſſunt. Poſſunt ẽt fortè habe-
re ſecũdũ ſẽſum, hoc eſt, *Nõ sò niente d'opere cõ la gratia di Dio*.
Quę interpretatio ſi admitteretur, aſſertio hęc hęreſim ſa
peret, cùm verè opera noſtra meritoria ſint mediante &
concomitante diuina gratia, ſine qua nihil poſſumus. Et
22 iam ſuprà multis conceſſimus, † opera nr̃a eſſe meritoria;
quod intelligimus adiuuante Dei gratia. Eſt. n. pro parte
tribuendũ operib. & meritis nr̃is; ꝓ altera verò gr̃æ diui-
23 næ. ita quòd ambo concurrimus & † cooperarij vel coadiu
tores ſumus cum Deo, vt Apoſtolus ad Corinth. 1. cap. 3.
ſcribens ait. Præcipua tñ pars conquiſitæ gloriæ diuinæ
gratiæ tribuenda eſt. Quod Apoſtolus ad Corinth. 1. c. 15.
ſcribens his ſignificat, Gratia. n. Dei ſum, id quod ſum: &
gr̃a eius in me vacua non fuit, ſed abundantius illis om-
nib. laboraui: nõ ego aũt, ſed gr̃a Dei mecũ. Hinc D. Au-
guſtinus Epiſtol. 105. ad Sixtũ presbyterũ ſcribens, vt fa-
24 ctum Pelagianorum deiiceret, ait, Nullum eſt † meritum
hoĩs ante gratiã, quo percipiat gratiã, cùm omne meritũ
noſtrũ nõ faciat in nobis niſi gratia; & cùm Deus coro-
nat merita nr̃a, nihil aliud coronet, quàm dona ſua. Sicut
enim ab initio Dei miſericordiam conſecuti ſumus, non
quia fideles eramus, ſed vt eſſemus; ſic in fine; quod erit
in vita æterna, coronabit nos, ſicut ſcriptũ eſt, In miſeri-
cordia & miſerationib. Non itaq; fruſtra Deo cantatur; &
miſericordia eius præueniet me: & miſericordia eius ſub
ſequetur me. Vnde & ipſa vita æterna, quæ vtiq; in fine ſi-
ne fine habebitur; ideo meritis præcedentib. redditur; tñ
qa eadem merita quib. redditur, non à nobis parata ſunt
per noſtrã ſufficientiã, ſed in nobis facta per gr̃am, ẽt ipſa
gratia nũcupatur. nõ ob aliud, niſi quia gratis datur; nec i-
deo quia meritis nõ datur, ſed qa data ſunt & ipſa merita,
25 quib. datur. Hoc dilucidius idem † Auguſtinus de gratia
& libero arbitrio, cap. 6. & 7. his ſignificat, cùm dicunt
Pelagiani, hanc eſſe ſolam non ſecundum merita noſtra
gratiam, qua homini peccata dimittũtur: illam verò, quæ
datur in finem, ideſt. æternam vitã, meritis noſtris præce
dentibus reddi. Reſpondendum eſt eis; ſi enim merita
noſtra



noſtra hîc intelligerent, vt etiã ipſa Dei dona eſſe cogno-
ſcerent, non eſſet reprobanda iſta ſententia: quoniam ve-
rò merita humana hîc prædicant, vt ea ex ſemetipſo habe
re hominem dicant, prorſus rectiſsimè reſpondet Apo-
ſtolus, Quis enim ſe diſcernit? quid autem habes quod nõ
accepiſti? prorſus talia cogitanti veriſsimè dicitur; Dona
ſua coronat Deus, nõ merita tua, ſi tibi à te ipſo ſint meri
ta tua: ſi autem Dei Dona ſunt bona merita tua, non Deus
coronat merita tua, tanquam merita tua, ſed tanquam do
na ſua. Hæc Auguſtinus. Cùm itaque veriſsima ſit hæc ſen
tentia, nempè, opera noſtra adiuuãte diuina gratia eſſe vi-
tæ æternæ meritoria, duæ prauæ hæreſes inter ſe pugnan-
tes proſternuntur. Illa inquam Pelagij, qui totum meritis
tribuebat, euertitur, & illa Lutheri, qui operibus noſtris
non modò nihil tribuit, ſed etiam illa deteſtatus eſt; vt re
cenſet Alphõſus de Caſt. lib. 7. aduerſus hæreſes, in verbo,
opera, confunditur. Duplici ſenſu aſſertionis Bernardini
declarato; quorum vnus delictum infert, alter non infert:
is ſenſus (vt admonui) recipiendus eſt, quo euitatur deli-
ctum. Quod & alia hac ratione non contemnenda facien-
27 dum eſſe opinor, quia is ſenſus & † interpretatio, quæ ver-
bis magis conuenit, probari debet. Atqui magis conuenit
verbis Bernardini ille ſenſus, quòd opera noſtra ſine diui-
na gratia meritoria non ſint. Id quod vel ex eo demonſtra
tur, quòd vna orationis pars ex altera declaratur. l. pars li-
terarum. ff. de petit. hæred. In prima parte prolata ſunt
hæc verba: *Sò che poßiamo meritare il Paradiſo dono & gratia di Dio*. Quæ ſanè verba duobus modis intelligi poſſe vñr. pri
mò, quò per ſolam Dei gratiam abſque operib. noſtris ac-
quirere poſſumus vitam æternam. quæ quidem aſſertio, ita
intellecta, non ſapit (vt opinor) hæreſim, cùm non neget
opera eſſe meritoria, ſed ait, Deum poſſe ſi vult, vitam æ-
ternam concedere, nulla habita ratione operum. Et huic
parti correſpondet ſequens orationis pars: *E non sò niente d'opere*, hoc eſt, *non sò d'opere ſole ſenza la gratia*. Ita enim ſin-
gula ſingulis redduntur. Iuxta glo. l. qui in futurum. ff. de
pactis. Secundo modo poſſunt intelligi, *sò che poßiamo meritare il Paradiſo per gratia & dono di Dio*. Hoc eſt, medianti-
bus operib. noſtris. Qui ſanè ſenſus verior mihi videtur,
quia verba illa; *poßiamo meritare*; ad opera noſtra referun-
tur, & de illis intelliguntur. Non enim referendo ad ſolã
27 gratiam diuinã ſtare poſſunt; quia † meretur is qui aliquid
agit cùm (vt ſcribit Laurentius Valla libro 4. elegantiarũ
cap. 110.) merere ſit mercede operari, laborare atq; alte
ri inſeruire. Eſt ergo ſenſus horum verborum, *So che poßiamo meritare*: hoc eſt operibus noſtris acquirere, *il paradiſo per gratia*, id eſt. mediante gratia diuina. Et ſi hoc modo
verba hæc intelligantur, neceſſariò ſubſequentia illa, *Et non sò niente d' opere*, intelliguntur de ſolis operib. ſine gra
tia: cùm iam ſuprà affirmauerit, operib. cum gratia acqui
ri. ſi enim aliter diceremus, ſermo iſte manifeſtam repu-
gnantiam contineret: quod non eſt concedendum l. 1. C.
de furtis cum vulgatis ſimilibus.

Præterea & tertio loco principali accedit, ꝙ illa pri-
28 ma † interpretatio recipi debet, quæ maiorem benignita
tem continet. l. vlt. C. qui bonis cedere poſſunt. & ſcripſi
lib. 2. de arbitrariis iudicum, caſu 199. num. 6.

29 Quartò huc ſpectat, quòd recipienda eſt illa † interpre-
tatio, quæ à ſapientibus reprehendi non poteſt. l. Saluius
Ariſto. ff. de lega. præſtan. & copioſè ſcripſi de caſu 199.
numer. 8. Atqui ſi primam illam interpretationem reci-
pimus, omnem prudentiam reprehenſionem euitabimus.

30 Quintò ac vltimò cõfert, quòd illa recipi debet † inter-
pretatio, quæ legi communi magis conuenit. l. ſi ſtipula-
tus. ff. de vſuris & ſcripſi d. caſu. 199. num. 9. ſed illa pri-
ma interpretatio legi communi Chriſtianæ conuenit: il-
la ergo, & non altera probari debet.

Nec hîc obſtant duæ difficultates, quæ videntur poſſe
31 excitari. Prima, quòd verba † reſponſionis debent intelli-
gi ſecũdum præcedentem interrogationem. l. ſi defenſor.
§. qui interrogatus. ff. de interro. actio. At hîc interroga-
tus fuit Bernardinus his verbis: *Poſſiamo noi meritare il Paradiſo con le opere noſtre mediante la gratia di Dio*. Ergo reſpon-
ſio, quæ ita ſe habet & ſubſequitur: *Sò che poſsiamo meritare il Paradiſo per gratia è dono di Dio, è non sò niente d'opere*. Hæc
inquam vltima pars reſponſionis videtur includere opera
cum auxilio & gratia Dei: cùm ipſi interrogationi aduer-
ſari videatur. Reſpondetur primò huic dubitationi; quòd
ſatis reſponſio interrogationi conuenit: quia reſpondit,
*Sò che poſſiamo meritare* &c. quæ verba includunt opera, vt
dixi ſuprà. Et illa verba, *Non so d'opere*, ex abundanti de ſo-
lis operibus, de quib. non fuit interrogatus, prolata fue-
32 runt. Præterea, non obſeruamus perpetuò † interrogatio-
nem, ſed reſponſionem. ita Gemini. in c. ex eo, col. 1. in fi.
de elect. in 6. quem ſecutus eſt Iaſ. in conſi. 173. col. 4. lib.
4. Et eo loci ſcribit Iaſ. quòd confeſsio atque ita reſpon-
ſio nõ intelligitur ſecundum petitionem & interrogatio-
nem, ſi ex ea reſultat prauus ſenſus & abſurdus; vt hic verè
reſultaret. Secunda difficultas eſt, quòd tunc demum ver-
33 ba ambigua multiplicis ſenſus non † concludunt crimen
hæreſis, cùm ſine dolo prolata fuerunt: at ſecus ſi cum do-
lo. ita viſus eſt ſentire Arnaldus Albert. in tract. de hæret.
q. 7. num. 14. Huic dubitationi reſpondetur multipliciter:
34 Primò quòd † dolus nõ præſumitur. l. dolum. C. de dolo.
& iam ſuprà diximus, vbi demonſtrauimus ex D. Auguſti-
ni ſententia, verba eſſe in meliorem partem interpretan-
da. Et alijs multis infrà ſuo loco oſtendemus, Bernardinũ
dolo carere.

Nũc de ijſdem operibus interrogatus Bernardinus; his
verbis: *Non ſapete che dice la ſcrittura e San Paulo. che Dio darà la merzede à tutti ſecondo che meritaranno l'opere ſue*? Reſpon-
dit *Queſto ſtarà à Dio à far quello li piacera*. Hæc reſponſio ha-
bere poteſt duplicem ſenſum. Primus eſt, quòd Deus ex
poteſtate ordinaria liber ſit à remuneratione bonorũ o-
perum. Secundus eſt, quòd Deus liber ſit ex poteſtate ab-
ſoluta, iuxtà primum ſenſum aſſertio eſſet hæretica: quia
35 fidelis † eſt Deus in promiſsionib. ſuis; vt ait Apoſtolus
ad Corinth. 1. c. 1. ad Timot. 2. ca. 2. & ad Theſſa. 2. cap. 3. &
vt legitur Pſal. 104. Memor fuit in ſæculum teſtamẽti ſui,
verbi quod mãdauit in mille generationes. cùm ergo bo-
num facientibus, vitam æternam, & malum faciẽtibus ig-
nem promiſerit: ordinaria poteſtate tenetur id obſeruare.
ſi verò reſpicimus ſecundum ſenſum, qui ad delictum eui-
tandum magis recipiendus eſt, reſponſio hæreſim non ſa-
pit; quia omnia reliquit in libera Dei poteſtate. imò hære
ſis eſſet dicere, Deum eſſe coactum, ſecundũ opera noſtra,
quæ nos bona iudicamus, æternam vitam nobis dare. Et i-
deo licèt multa merita noſtra ſint; attamen vitam æternã,
quam conſequimur, ad Dei donum & gratiam referimus:
ne videamur cũ improbo Pelagio (vt iam diximus) neceſ-
36 ſario † operibus noſtris vitam æternam tribuere. Rectè e-
quidem. D Auguſtin', vt Pelagianorum faſtum deijceret,
ita ſcribere cõſueuit ad Pſalmum 102. Qui corronat te, &c.
Qui in nobis victi ſumus, in illo vicimus; ergo coronat te,
quia dona ſua coronat, non merita tua. Plus omnib. labo-
raui (ait Apoſtolus) ſed vide, quid adiunxit: Non ego autẽ,
ſed gratia Dei mecum. Idem Auguſt. in enarratione Pſal-
mi 88. ita ait: Cùm viderit homo, quidquid boni habet,
non ſe habere à ſe, ſed à Deo ſuo: videt id totum, quod in
eo laudatur, non de ſuis meritis, ſed de miſericordia Dei.
Poteſt itaque Deus grtiam hanc ſuam non impertiri, nec
iniuſtè faciet: cùm (vt noſtri dicere ſolent) quilibet ſit arbi
ter & moderator rei ſuæ. Deinde ſubiungit idem Bernar-
dinus, ita interrogatus *à queſto modo ſeguiterà, che ſi potemo ſaluare ſenza noſtre opere*? Reſpondit; *io confeſſo che biſogna operare per amore di Gieſu Chriſto*. Hæc reſponſio interroga-
tioni vix conuenit, ſed multò minus congrua fuit inter-
rogatio & illatio ab interrogatore facta, ſi antecedẽn-
tia ſpectentur. Sed eſto, omnia rectè conuenire, non tamẽ
hæc reſponſio hæreſim ſapit. Quandoquidem his verbis
innuit Barnardinus, nos non debere bene operari ſpe tan
tum præmij, quin magis operari debemus ex charitate,
37 hoc eſt, Dei amore. Nam, vt illiberalis † & mercenarij eſt
animi ſeruire, ſpe præmij tantum, ita e contra liberalis &
ingenui hominis eſt ſeruire ſine ſpe præmii & recompen-
ſationis. non n. negat Bernardinus, opus nullum, etſi per ſe
bonũ, eſſe bonũ niſi fiat ex puro & ſincero amore. Nã, ſi id
38 aſſereret, † Bugaurij hæreſim aſſereret, vt recenſet Alphõ-
ſus de Caſt. lib. 7. aduerſus hæreſes, in verbo, opera, hæreſi
ſecunda: ſed tantum aſſerit Bernardinus, eſſe bene operã-
dum Dei amore, hoc eſt, ex ſimplici charitate. quo laude
dignum eſſe, eo loci Alphonſus ſcribit. His accedit quod
Syluester Prierius in ſua ſumma, in verbo, Charitas. num. 5.
quòd Deum amare debemus, & illi ſeruire propter eum
principaliter, & non ob uitam æternam: ſed ſecundariò id
nobis licet. Nec hîc mihi dicatur, hanc Bernardini reſpon
ſionem non carere ſuſpitione, vt potè quæ fauere videa-
39 tur, errori Lutheri & ſequacium, qui falsò aſſerebant † ope

 ra no-

ra noſtra nil ad noſtram iuſtificationem conferre,ſed eſſe
fructus fidei, quam hæreſim multis doctè & accuratè e-
uertit Dom.Soto li.3.de natura & gratia,c. 8. Quia reſpõ-
deo,quòd licet hoc poſsit innuere; attamen non conclu-
dit apertè, ſed ſubobſcurè quæ ſanè obſcura probatio nõ
ſufficit in his grauioribus:quin debet probari ſenſus, qui
delicto caret.
Non etiã hæreſim habent verba illa, quæ ſubiungit Ber
nardinus ita interrogatus: *Peſsiamo anco fare per acquiſtar il*
*Paradiſo le bone opere?*reſpondit,*à me non baſta l'animo d'aqui*
*ſtarlo con l'opere.*Siquidem reſponſio hæc cõuenit ſentẽ-
40 tiæ Apoſtol. ad Corinth.2.c.3. † Fiduciam autem talem
habemus per Chriſtum ad Deum: non quòd ſufficientes
ſimus cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis, ſed ſuffi-
cientia noſtra ex Deo eſt.Et idem ad Corinth. 2. cap.12.
Sufficit tibi gratia mea; dicit ipſe Seruator Apoſtolo,
qui carnis ſtimulum patiebatur.Non.n.dixit, tu ipſe ſuf
ficis,ſed dixit:ſufficit tibi gratia mea. & ſi Bernardinus
aliter dixiſſet,cum Pelagio, qui noſtris operibus partem
præcipuam ſalutis æternæ tribuebat,(vt iam diximus)er
raſſet. Eſt enim hominis arrogantis & inſipidi aſſerere,
nos poſſe ex ſolis noſtris operibus.ſua. ſ. vtilitate conſi-
derata,acquirere ſalutem æternam.Nam ſcriptum eſt Lu
cæ c.17.Sic & vos cũ feceritis omnia, quæ præcepta ſunt
vobis,dicite,ſerui inutiles ſumus:quod debuimus facere,
41 fecimus.Ita pariter,ſi penſentur † opera,vt de ſe pretioſa
& ſecundum ſui ſubſtantiam, certè nec æquare poſſunt
æternæ gloriæ pondus, à quo in immenſum exceduntur.
Et iuxta hanc conſiderationem ait Apoſtolus ad Roma-
nos c.8.Exiſtimo enim quòd non ſunt condignæ paſsio-
nes huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur
in nobis.Nec repugnant illa verba,quæ relatam reſpon-
ſionẽ ſequuntur.*Perche el ſi ha acquiſtà Gieſu Chriſto.* ſi qui-
dem ambigua admodum ſunt & in verbis & in ſenſu. In
verbis dubitatio ineſt,quia legi ita poſſunt:*Per che el ſi ha*
*acquiſtà*(atq; ita cum accentu graui)*Gieſu Chriſto.*Et ſecũ-
dum hãc lectionem duo ſenſus eſſe poſſunt. Primus erit
ſenſus,quòd Ieſus Chriſtus ſibi acquiſierit vitam æter-
nã ſuis operib.Qui ſanè ſenſus videtur conuenire verbis
præcedentib.*à me non baſta l'animo d'aquiſtarlo.*quaſi dicat
hoc eſt proprium Dei acquirere vitam æternã propriis
virib.Et Latinè ita ſignificantius dici potuiſſet. Non fert
mihi animus,poſſe mihi acquirere vitam æterna propriis
operib.quia ſoli Seruatori noſtro datum hoc fuit. Et iux
ta hunc ſenſum,verba hæc hæreſim non ſapiunt:cum eo
animo ſint à Bernardino prolata, vt oſtendat, ſe non fi-
dere propriis virib. & rõnem,quantum nouit dicere,ad
didit maximã;quòd ſ.ſolus Seruator id facere potuit. Et
ſi dicatur,erraſſe vr̃ Bernardinus aſſerendo, Seruatorem
ſuis operib. acquiſiuiſſe ſibi vitam æternam, cum is nihil
horum opus haberet,ex quo patri coæqualis ſemper fuit
& eſt.Quia reſpondetur primò, hæc verba non eſſe à Ber
nardino prolata,vt negaret Seruatoris æternitatẽ,& cum
patre æqualitatem:atque ita oportuiſſe bene operari, vt
vitã ęternã ingrederetur:ſed protulit,vt rõnem omnium
maximã ad ſuæ aſſertionis confirmationem,adferret.Prę
tereà & ſecundò reſpondetur, Bernardinũ conſideraſſe
Seruatorem noſtrum vt hominẽ in terris,qui venit ſerua
re mãdata patris,atque ita bene operari,vt deinde ad pa-
42 trem reuerteretur.Et ideo † Seruator noſter, vt perfectus
operatus eſt opera bona, quemadmodũ & Io. Baptiſta,
quo inter natos mulierum non ſurrexit maior.& Paulus,
qui vidit arcana Dei,ij.n.vt viri perfecti bene operati ſũt
& meruerunt,vt ſcribit Alphonſus de Caſtro lib.1.ad-
uerſus hæreſes,in verbo,opera, hæreſi tertia. vbi rectè dã
nat Beguinos & Lutherum qui impiè aſſerebant, homi-
nem perfectum non debere benè operari. Qui quidem er
ror damnatus fuit in Concilio Viennenſi ſub.Cle.5.vt eſt
relatum in cle.ad noſtrã,de hæret. His accedit Franciſci
Mayroni ſnĩa,qui in 4.ſenten.diſt.19.q. 2. ſcriptum reli-
43 quit,† Seruatorẽ noſtrum ex ſuis operib.meruiſſe,& præ
mium meritorũ retuliſſe;cùm datũ ei fuerit nomẽ quod
eſt ſupra omne nomen,vt in nomine eius omne genu fle
ctatur,&c. Quod ſanè præmium non gloriæ & gratiæ eſ-
ſentiale, ſed accidentale eſſe cenſuit Dominicus Soto in
4.ſenten.diſt.21.q.1.art.2.
Secũdus erit ſenſus,quòd Ieſus Chriſtus nobis acqui-
ſierit vitam æternam,quaſi dicere voluerit,non eſt neceſ-
ceſſe operari,quia Seruator ſuo ſanguine vitam æternam
nobis comparauit: ſed hic ſenſus relatus ad verba antece
dentia nõ ſuſtinetur, quia iam dixit, *à me non baſta l'animo*
*d'acquiſtarlo.*præſupponit ergo hominibus opus eſſe ac-
quirere vitam æternam.Accedit,quod hic ſenſus, qui de-
lictum inferret,non eſt recipiendus,vt aliàs diximus.
Legi etiam aliter poſſunt illa verba, nempè hoc modo:
*perche el ſi acquiſta* (atq; ita lego ſine appoſitione accentus,)
*Gieſu Chriſto,*hoc eſt,bene operando,non acquirimus im-
mediatè vitam æternam, ſed Seruatoris gratiam & amo-
rem,quo mediante ſalutem deinde æternam adipiſcimur.
Et iuxta hunc ſenſum verba illa hæreſim non ſapiũt: cùm
operibus tãtum non tribuat,quin multò plus diuinæ gra-
tiæ, vt iam diximus. & vltimus iſte ſenſus cõprobatur ex
verbis,quæ ſubſequuntur:*ma dico ben,che dobbiamo operare à*
*gloria del noſtro padre celeſte.* hoc eſt debemus potius ex cha-
ritate quàm ſpe præmij operari; quemadmodum ſupra
explicauimus.
Poſtmodum interrogatus Bernardinus his verbis: *Se cõ*
*l'opere non voleti acquiſtare il Paradiſo, non potreti con queſte al-*
*manco ſatisafre alli noſtri peccati?*Reſpõdit,*mo queſto ſta in pet-*
*to de Gieſu Chriſto.* Quam ſanè reſponſionem Catholicã eſſe
opinor. Cuius rei declarandæ gratia,ſciendum eſt, varias
44 eſſe Doctorum ſententias & opiniones, an nos † pœnitẽ-
tijs atq;bonis operib.noſtris ſatisfacere poſsim' pro pec-
catis noſtris.Scotus in 4.ſenten.diſt.15. q.1.in ea opinione
fuit,nos ſatisfacere cõdignè poſſe peccatis, ſeu pœnæ pro
peccatis noſtris.Nam Lucæ c.3.præcepit Seruator his ver-
bis:facite fructus dignos pœnitentiæ.Et ſi quis diceret( vt
D.Hier.ait)ſatiſfactio eſt redditio æquiualentis pro æqui-
ualenti, & quantum malum fuit auerſio à Deo per pecca-
tum,ita tantum bonum eſt conuerſio ad Deum per chari-
tatem:atq;ita purus homo poſſe videtur æquiualẽs redde-
re. cæterum aduerſus Scotum ſenſerunt Diuus Tho. in 3.
part.ſummæ.q.1.art. 2.& ibi Caietanus. idem D.Thomas
in 4.ſenten.diſt.15.q.1.art.2.Ang.Clauaſ.in ſua ſumma in
verbo, ſatisfactio. & Syluester Prierius in ſumma. in ver-
bo ſatisfactio.num.1.Cardi.de Turrecre.in ca. nõ ſufficit.
45 de pœniten. diſt.1.ij vno ore rectè affirmarunt, † homi-
nem vt purum hominem ſine Dei auxilio condignè non
poſſe ſatisfacere pro peccato. Quam ſanè ſentẽtiam verè
probauit Dom. Soto in 4.ſenten.diſt.19.q.1.art.2.quàm-
quàm tribus conſideratis concluſionibus diſtinguere vi-
deatur.Nam(vt Eſaiæ cap.64.ſcriptum eſt)omnes iuſtitię
46 noſtræ ſunt ſicut pãnus mẽſtruatæ.Et ſi nemo poteſt † ſi-
ne gratia Dei ad eum redire,ita dicẽdum eſt,ſine eius auxi-
lio & gratia ſatisfactionem non eſſe pro peccato cõdignã;
niſi ab eo tanquam à parente optimo ſit acceptata.eſt.n.a-
pud Oſeam ca.13. ſcriptum.Perditio tua Iſrael,tãtummo-
dò in me auxiliũ tuum.& ideo illud Lucæ ca.3.Facite fru-
ctus dignos pœnitentiæ, non excludit gratiam diuinam.
47 & † ſatisfactio hæc à puro homine nõ eſt æquiualẽs, cùm
homo,qui finitus dicitur,nõ poſsit offenſæ factæ Deo,qui
infinitus eſt, æquiualens reddere. His conſtat Bernardinũ
rectè ſenſiſſe,dum reſpondit,hoc in Seruatoris noſtri po-
teſtate poſitum eſſe. Et rectè etiam reſpondit, an ex ope-
rib.noſtris valeam' ſatisfacere pro peccatis noſtris. *Queſto*
*il laſcio giudicar à voi,perche non sò tanto inanti.* rectè inquam
reliquit iudicium de re dubia ſacris Theologis, cum ipſe
ignarus ſit.Quod & paulò poſt repetit *Non ſono dotto, non*
*mi perſuado di ſapere.*
Dubitationem maiorem mouent verba, quæ deinde
ſubſequuntur.Nam is interrogatus:*Quando vi ſetti confeſſa*
*to il voſtro confeſſore,non vi ha impoſto la penitenza per ſatisfa-*
*ctione de voſtri peccati?* Reſpondit,*meſſer ſi,è l'ho fatta.* Et ite-
rum interrogatus, *Se voi l'haueti fatta, come dite che non ſa-*
*peti,che nõ poſsiamo ſatisfare con l'opere noſtre alli noſtri peccati,*
*& ſe l'ha fatta per ſatisfare alli ſuoi peccati?* Reſpondit,*l'ho fat*
*ta per ſatisfare alli mei ſuperiori, & Gieſu Chriſto ſatisfarui per*
*li mei peccati,è ſono obligato à farla, perche il confeſſore me l'ha*
*comandato.*Hæc reſponſio etſi tria dicta habeat,duas tamẽ
ſententias tantùm continet.Prima eſt,quòd egerit pœni
tentiam ſibi iniunctã,vt ſuis maiorib.ſatisfaceret.Secun-
da, quòd Seruator noſter pro nobis ſatisfacit,vel ſatisfe-
cit.Illa prima aſſertio hæreſim ſapere videtur, quia vide-
tur inuere,non egiſſe pœnitentiam, vt ſatisfaceret ſuis er
ratis,ſed vt obtemperaret ſuis maioribus: quaſi innuat.
quòd coactè potius, quàm quòd his fidem adhibeat, ita
egerit. Verùm opinor, hanc aſſertionem hæreſim non
ſapere.Nam,dum hic aſſerit,ſe egiſſe pœnitentiã, vt ſuis
maio-



maioribus ſatisfaceret,non tamen negat, quin etiam fece-
48 rit,vt pro viribus ſuis erratis ſatisfaceret. Nam vnius † in-
cluſio non eſt alterius excluſio, quando per excluſionem
aſſerens peccatum committeret.ita ſenſit gl.in c.1.in ver-
bo ex filio,de ſum.Trin.& fide Cathol.in 6.& Bar.in pri
ma.conſt.cod. num. 7.dum excuſant Imperatorem illum,
qui aſſerebat, Spiritum Sanctum procedere à patre, quia
non negat ex hoc, quin etiam procedat à filio. Et clarius
reſpondit Gratus conſi. 5.num. 83.lib. 2.argumentum ab
49 vnius † incluſione ad alterius excluſionem, non procedẽ-
re quando abſurdum inde ſequeretur. Accedit, quòd ar-
gumẽtum hoc ſolùm præſumptiuè infert; vt egregiè ſcri-
bit Mathæſ.nota. 77. Pręterea,cum conſtat de mente ſal-
50 tem veriſimili contraria, vnius incluſio † non eſt alterius
excluſio.ita Iaſ.in l.1.§.adipiſcimur.num.4,ff.de acq.poſſ.
& Soc.Iun.conſi.122.num.21.lib. 1. Hîc autem conſtat de
mente Bernardini,qui opera noſtra nõ negauit, ergo &c.
Prætereà,ſi dicit Bernardinus,ſe egiſſe pœnitentiam vt ſa-
tisfaceret ſuis maioribus,includit etiam ita egiſſe,vt ſatis-
faceret ſuis erratis. Nam ſatisfacere non poteſt ſuis maio-
rib. quin & erratis ſatisfaciat: cum ipſi maiores pœniten-
tiam pro erratis iniunxerint.& dum vnum contextum in-
cludit,ceſſat argumẽtum ab incluſione vnius &c.ita egre-
giè Antonius Corſetus in ſuis ſingularib. in verbo Argu-
mentum,incipit,tu habes.Secunda eſt ſentẽtia, quæ ex re-
latis verbis colligitur, quòd Seruator noſter ſatisfacit,ſeu
ſatisfecit pro peccatis noſtris. Quæ ſanè aſſertio hæretica
videtur.Nam & Lutheri & Bulingerij error fuit peſsim',
51 quo aſſerebant,opera † noſtra non fore nec meritoria, nec
neceſſaria:quia Seruator noſter plenè ſatisfecit.Et quòd (ſi
aliter diceremus) videretur ex noſtris operib. aſſerere illi
ſatisfactioni quid deeſſe. Quem ſanè errorem multis dã-
nat Ambroſius Catharinus in commentarijs ad Epiſtolas
D.Pauli. Epiſt. ad Coloſſenſ. cap.1. Alphonſus de Caſtro
lib.11.aduerſus hæreſes,in verbo,opera. & egregiè D. So-
to in 4.ſenten.diſt.19.q.1.art.3.
Cæterùm re diligentiſsimè perpenſa, opinor, aſſertio-
nem hanc Bernardini iuxta eius verba hæreſim non ſape-
re.Nam duob.modis verba hæc intelligi poſſunt. Primò,
quòd Seruator noſter ſatisfecerit:atq; ita in præteritum,
quòd ad acerbiſsimam eius paſsionem referri poteſt. Et
iuxta hũc ſenſum aſſertio hæretica eſſet: quippè quæ ope-
ra excluderet. ſed hic ſenſus non conuenit verbis illis de
præſenti prolatis, hoc eſt: *Satisfa lui per li mei peccati.* Nam
opus eſſet quòd verba ita eſſent concepta, *& lui ha ſatiſ-*
*fatto.*Secũdo modo intelligi poſſunt hæc verba, quòd Ser-
uator ſatisfacit ratione maioris partis ſatisfactionis: quia
(vt iam diximus)verior eſt illa ſententia D. Thomæ & ſe-
quacium,quòd nõ poſſumus nos ſola noſtra opera & pœ-
nitentia erratis condignè ſatisfacere.
His ſatis apertè demonſtratur,verba de operib.& meri-
tis noſtris à Bernardino prolata hæreſim non ſapere .Sed
alia ratione conuincitur clarè,Bernardinum non malè de
fide Catholica quò ad hunc articulum & alios, de quib.
ſuo loco.ſenſiſſe.Nam generali proteſtatione dixit,ſe cre-
dere id quod Eccleſia Romana Catholica credit. Dum.n.
fuit interrogatus,quod aliquãdo fuit à viro quodam no-
mine Turra reprehenſus,quòd eccleſiaſtica inſtituta ſper
neret,reſpondit:*Io vi dico,che non ſprezzo neſsuna de queſta co*
*ſe,non mi recordo quelli mi diceſsi: & vi dico di nuouo,ch'io credo*
*quello che crede la ſanta madre Chieſa Apoſtolica Romana.* Quæ
ſanè proteſtatio generalis omninò eſt, cum plus nõ ſe re-
ferat ad vnum quàm ad alterum:ſed generaliter ad inſtitu-
52 ta eccleſiæ,quæ à ſe minimè ſperni dixit.Hæc ergo † prote-
ſtatio tuetur ipſum Bernardinum:ſi quidẽ vera eſt Theo-
53 logorum & Canoniſtarum ſententia,quòd ſufficit † idio-
tam credere implicitè, cùm tamen doctus teneatur crede-
re explicitè,Et dum idiota credit implicitè, hæreticus dici
non poteſt.ita ex aliorum traditionibus declarant Arnal-
dus Alber.in tract.de hæreti.q.12.num.4.& q.30. numer.
6.& num.72.& Iacobus Simãca in praxi hæreſeos,tit. 50.
54 Sed † credere id quod credit Eccleſia Romana, eſt crede
re implicitè:vt illi ſcribunt.nõ ergo hæreticus dici poteſt.
Nec hîc mihi dicatur,Bernardinum excuſari minimè poſ-
55 ſe ſua hac † proteſtatione, cùm ſuos errores defendat, vt
ſcribunt relati Arnaldus q.12.num.5. verſi. hoc tamen, &
Simanca d.tit. 50. num.7. quia reſpondetur,imò non de-
fendere aliquem errorem, ex quo ferè ſemper tanquam
ignarus ad diffinitionem Eccleſiæ Romanæ ſe remittit; &
ait ſe nolle diſputare,quia hæc ignorat. ita Arnaldus d. q.
56 12.nume.9. Nec me mouet quòd ait idem † Arnaldus ibi-
dem num.15.hunc proteſtantem ad perpetuum carcerem
damnari poſſe,quia loquitur is Arnaldus, cùm quis mani-
feſtè hæreticus extitit,ſed proteſtationem adhibuit. Nam
tunc proteſtatio eum adiuuat, ne hæreticus pertinax di-
catur,non tamen efficit,quin is tanquam hęreticus cõdẽ-
nari debeat ſaltem ad carcerem.quo ſanè in caſu nos non
verſamur.cùm Bernardinus nil clarè dixerit, ex quo hæ-
reticus nunc dici poſsit.
Secundus principalis articulus, in quo erraſſe aſſeritur
Bernardinus,eſt de præ deſtinatione.nam viſus eſt aſſere-
re Bernardinus, nos eſſe omninò prædeſtinatos; cùm ita
interrogatus,*Adunque voi ſeti certo d'andar in Paradiſo?*Reſ-
pondit,*meſſer ſi,mi ho fermezza d'andare in Paradiſo.* Quæ
verba inferunt ſe eſſe omnino prædeſtinatum ad vitam æ-
57 ternam.Quod quidem aſſerere † hæreticum eſt.Antiquiſ-
ſima enim hæreſis fuit ſub Zozimo Ponti.Max.& Hono-
rio Imperatore,vt refert Sigibert in annalib. quàm mil-
le poſt annos ab inferis ſuſcitauit Ioannes Huſs Bohemus
vt recenſet Alphonſus de Caſtro lib.12.aduerſus hæreſes,
in verbo;prædeſtinatio.Hi enim aſſerebant,piè viuentib.
non prodeſſe bonorum operum laborẽ,ſi à Deo ad mor-
tem æternam ordinati fuiſſent: & impiis ac peccatoribus
non obeſſe quæcunque ſcelera & flagitia à ſe commiſſa,ſi
Deus illos ad vitam æternã prædeſtinaſſet.cùm ergo Ber-
nardinus aſſeruerit,ſe ſecurum eſſe de propria ſalute,præ
deſtinationem aſſerere videtur.atque in hæreſim hanc la-
pſus eſt,quam quidem vt grauem multis damnat Alphõ-
ſus de Caſtro præcitato loco.& hodie in Sacroſancto Cõ
cilio Tridentino Seſsione ſex.ca.12.& canone 15.qui ita ad
omnium ſalutem ſanctiſsimè eſt ſcriptus . Siquis dixerit
hominem renatum, & iuſtificatum teneri ex fide ad cre-
dendum,ſe certò eſſe in numero prædeſtinatorũ; anathe-
ma ſit.Inferre etiam videntur verba Bernardini illum er-
58 rorem Lutheri,qui aſſerebat † hominem certò ſcire poſ-
ſe ſe eſſe in gratia Dei. quem errorem damnat Alphonſus
de Caſtro lib.7.aduerſus hæreſes,in verbo Gratia, hæreſi
tertia. Et apertè demnatus fuit in concilio Tridentino,
ſeſsione 6.cap.9.& canone 14.
Re tamen diligenti atque accurato ſtudio diſcuſſa,atque
bene examinata: opinor verba à Bernardino prolata hæ-
reſim hanc prædeſtinationis non inferre;nec etiam illam
prauam Lutheri. Quod equidẽ multis ita demonſtratur.
Primò, quia non ita certò hoc affirmauit,quin etiam du-
bitauerit Bernardinus: cùm ita reſponderit, *Ho fermezza*
*d'andar in Paradiſo.*& deinde ſubiunxit: *La Maieſta di Dio*
*me potria mandare à caſa dil Diauolo.* Ecce quòd pro conſtã
59 ti non aſſerit, ſe ad vitam æternam prædeſtinatum.† Du-
bium enim illud eſſe cenſetur, quod poteſt eſſe & nõ eſ-
ſe.l.de ſtatu.ff.de teſt. Bar.in l.admonendi.nu. 20. de iu-
reiur.cùm ergo aſſerat, Deum poſſe etiam eum damna-
re,vt & ſaluare: ſequitur dubitare. Et illa verba,*Ho fer-*
*mezza,*alium habent ſenſum,vt ĩ.dicemus.
Secundò confirmatur relatum fundamentum;quia ſub
iungit Bernardinus verba hæc: *Che voleti ch' io mi giuſti-*
*fichi da mia poſta,ſarai vno hypocritone ſimile al Phariſeo: ma*
*prego el mio Gieſu Chriſto,che mi giuſtifichi, per ſua miſericor-*
*dia,*&c.His verbis fatetur,nollè iudicare ſe iuſtum eſſe:&
60 per conſequens † ſe verè ignorare certitudine fidei vel na-
turali eſſe certũ de ſalute æterna. Et ideo eius verba cum
illis Apoſtoli ad Corinth.1. cap. 4. conuenire videntur:
dũ ait,Nihil mihi conſcius ſum,ſed non in hoc iuſtifica-
tus ſum.
Tertiò accedit,quod paulò poſt iterum de prædeſtinatio
ne interrogatus,quid de prædeſtinatione à concionatori-
bus,audierit,reſpondit:*Ho ſemper ſentito à predicare,che ſono*
*quelli che Gieſu Chriſto ha chiamà, & quelli che l'ha chiamà l'ha*
61 *giuſtificà, & quelli ha giuſtificà,l'ha glorificà,*&c. † Quæ ſanè
verba ſunt Apoſtoli ad Roma.cap.8. Deinde ſubiungit
Bernardinus in hæc verba; *Ma quali ſiano pei queſti,io non sò.*
Quibus quidem verbis conſtat, Bernardinũ nihil de præ-
deſtinatione certò affirmaſſe,cũ dicat ſe ignorare,qui ſint
vocati,iuſtificati & glorificati.qui enim prædeſtinationẽ
affirmant,aſſerunt omnes eſſe prædeſtinatos vel ad ſalu-
tem vel ad damnationem,quod quidem Bernardinus non
aſſerit.
Quartò confert,quòd in ſpecie Bernardinus,de præde-
ſtinatione interrogatus,reſpondit:*Quella opinione tiene la*
ſanct-

*Sancta Chieſa Catholica & Apoſtolica Romana, io tengo quella
intentione, & credo quello che crede lei: perche non ſono dotto à ra-
gionare de queſti fatti.* Quæ aſſertio eſt credulitatis implicitæ
quæ (vt iam diximus) idiotam ac ignarum excuſat.
Quintò ac vltimò, quòd nihil de prædeſtinatione affir-
mauerit Bernardinus, vel ex eo conſtat, quòd ipſe de ope-
rib. meritiſq; noſtris idem ſentit, quod Eccleſia Romana
(vt ſuprà demonſtrauimus) non ergo de ipſa prædeſtina-
tione aliquid affirmauit contra Eccleſiam. Quandoquidē,
qui nos prædeſtinatos affirmāt, opera ac merita noſtra bo
na, vel mala nobis prodeſſe vel obeſſe ad vitam æternam
conſequenda negant: vt Bullingerius & Lutherus.
Non obſtant nunc illa verba in contrarium perpenſa,
dum dixit Bernardinus, *Io ho fermezza d'andar in Paradiſo,*
62 ac ſi dixiſſet, ſum certus de ſalute æterna. Eſt enim † certi-
tudo quædam animi firmitudo, qua virtutes cognitiuæ
ſuis cognoſcibilib. adhærentes redduntur ſtabiles. Nam,
præter reſponſiones, quæ colligi poſſunt ex primo funda-
mento iam relato, reſpōderi ita poteſt. Verum, priùs ani-
63 maduertendum cenſeo, quòd † certitudo aliquando eſt
per reuelationem, aliquādo per ſe ipſum, vt docet Diuus
64 Thomas, prima ſecundæ, q. 112. art. 5. † Per reuelationem
eſt, cùm Deus alicui reuelat, vt Apoſtolo, cui, (vt ipſe te-
ſtatur ad Corinth. 2. c. 12.) Deus dixit, ſufficit tibi gra-
tia mea. Ita Magdalenæ, cùm Seruator ei dixit: Fides tua
te ſaluam fecit. Lucæ cap. 7. in fine. Quod quidem ex ſpe-
65 ciali priuilegio eſt, vt ſenſit † Concilium Tridētinum ſeſ-
ſione ſexta, cap. 12. in fine: ſi per hanc reuelationem Ber-
nardinus hanc gratiæ certitudinem haberet, non hæreti-
cus, ſed beatus dici poſſet: ſed abſit quòd hoc ego credere
velim. De hac itaque certitudine hic certus non eſt dicen-
66 dus: ſiquidem certitudo, † per ſe, triplex eſt: vna euidens,
altera credulitatis ſeu fidei, tertia moralis ſeu humana.
67 Prima † certitudo quæ euidens dicitur, à rei euidētia pro-
uenit. Quæ ſanè euidentia tribus modis dicitur: principij,
concluſionis, & quæ à ſenſu bene diſpoſito deſcendit. Pri-
mi modi exemplum eſt, omne totum eſt maius ſua par-
te. ſecundi modi exemplum eſt, quod dicitur poſt diſcur-
ſum ex concluſione, quæ à principio deriuatur; totus mū-
dus eſt maior terra. Tertij modi, qui à ſenſibili bene pro-
ximato producitur, exemplum eſt, vt quòd paries ſit al-
bus, quem proximè video: quòd ferrum ſit calidū, quod
attrecto. De hac certitudine ex euidentia nec ſenſit nec
ſentire potuit Bernardinus: quandoquidem hæc à ſenſu,
vel ab auidenti ratione deſcendit, locum non habet: quia
ſolùm procedit in his, quæ à ratione metimur, non autem
68 in credibilibus. Secunda eſt † certitudo, quæ fidei dicitur.
Hæc non ab euidentia, non à ratione ſeu cognitione rei
deſcendit; ſed immediatè ab adhæſione producitur, qua
animus auctoritate coactus credibili adhæret. Hæc certi-
tudo eſt duplex, quemadmodum & duplex eſt fides: vna
humana, altera diuina humana eſt, quæ ab humanis ſcri-
ptoribus quibus fidem habemus prouenit. Et hæc falſa
eſſe pōt, quia mētiri poſſūt, vt de fide quæ teſtib. humanis
adhibetur, ſcribit Caietanus in 2.2. q. 60. art. 3. in rūſione
ad primum. Quinimò, ſi quò ad humana, vera foret fides,
quæ ab his fit, non tamen quò ad diuina, illis penitus in-
cognita, vera eſſe poteſt. Quis enim Dei arcana hanc
69 † vitam viuens intelligit? Diuina auctoritas & fides eſt,
quæ à diuinis auctoritatibus habetur: quæ quidem ve-
ra & certa eſt, cùm illis credere omninò debeamus: cùm
humana certitudine & fide certi non ſimus de vita æter-
na; non etiam certi ſumus auctoritate diuina: quia non ſo
lùm nulla reperitur auctoritas, quæ nos ita credere debere
cogat, ſed ēt contraria extat, qua incerti efficimur. eſt e-
nim ſcriptū ab Apoſtolo ad Roma. c. 11. Noli altum ſape-
re, ſed time. Et Eccleſiaſt. c. 3. Altiora te, ne quæſieris. &
c. 5. De propitiato peccato noli eſſe ſine metu. Eccleſiaſt.
c. 9. quòd nemo ſcit an amore, vel odio dignus ſit. Et le-
gitur Iob c. 9. ſi ſimplex fuero, hoc ignorabit anima mea.
70 De hac † certitudine loqui intelligo Sacroſanctum Con-
cilium Tridentinum ſeſſione ſexta, cap. 9. ibi; cùm nullus
ſcire valeat certitudine fidei, cui nō poteſt ſubeſſe falſum
ſe gratiam Dei eſſe conſecutum. Qui ergo aſſerunt, ſe de
71 vita æterna eſſe certos, † certitudine fidei, cum Luthero
errant. Is enim hāc certitudinem, falsò tamē, admittebat.
Quā ſanè hæreſim damnat Dominicus Soto li. 3. de natu-
ra & gratia, c. 10. qui multis oſtendit, non dari certitudi-
nem ex fide. Hanc certitudinē non affirmanit Bernardi-
nus noſter, quandoquidem (vt dixi) non perſiſtit in ea ani-
mi firmitate, quæ eā fide deſcendit. & in dubio, ne erraſſe
dicatur, ita intelligēdus eſt ſuus iſte ſermo. Accedit quòd
72 † certitudo fidei non ad indiuiduum & ſingulare (vt cer-
titudo ſpei facit) applicat, ſed per fidem omnibus. vt
egregiè declarat Franc. Horatius libr. 1. locorum cathol.
cap. 64 pag. 1. vbi adfert differentiam fiduciæ ex ſpe ex
fide. Cùm ergo Bernardinus de ipſo tantum dixerit, non
73 eſt ſua aſſertio de certitudine fidei, ſed ſpei. Tertia eſt † cer
titudinis ſpecies, quam moralem appellant. Hæc eſt lon-
gè debilior illa, quæ ab euidentia deſcendit. cùm
in rebus moralibus & humanis haberi non poſſit exa-
cta illa certitudo, quæ vel à perfecta rei cognitione pro-
ducitur, vel ab ipſa animi cōſtitutione & firmitate deſcē-
74 dit: vt iam relatæ habētur. Hæc † certitudo multos habet
gradus. Nā aliqñ eſt maior aliqñ magna, aliqñ minor, aliqñ
minima. Maior dici illa poteſt, quæ à fortiſsimis argumē-
75 tis & firmiſsimo teſtimonio deſcēdit. Et hanc † moralem
euidentiam eſſe dicimus. Poſſunt huius certitudinis per-
multa exempla adferri. ſi exhibeo inſtrumentū hîc Pata-
uij inter te & me confectum die 20. Iulij 1571. inde neceſ-
ſariò fiet, ea die 20. Iulij nec me nec te Romæ fuiſſe, cùm
ob maximam loci diſtantiam fieri nō poſſit, vt eadem die
76 vtroque in loco ſimus. Hoc enim humana † vi fieri nō po-
teſt, ſed ſi contingit, miraculoſè cotingit, vt de diuo Am-
broſio annotauit Baldus in l. optimam. C. de contrah. &
committ. ſtip. & de diuo Iſidoro Boer. q. 165. nu. 7. Hanc
77 Rhetores appellant † probationem artificialem neceſſa-
riam, vel ſignum. ita Fabius Quintilianus lib. 5. Inſt. Orat.
78 c. 9. qui hoc exemplo vſus eſt. Noſtri appellant † præſum-
ptionem vel coniecturam vel inditium violentum, ex d. l.
optimam. Illud quoque exemplum adferri poteſt, ſi affir-
79 mant † teſtes, ſe vidiſſe noctis tempore Caium hominem
occidiſſe, & de facie Caium nouiſſe: ſi probetur lumen eo
tempore non adfuiſſe, Lunam ea nocte illuminem fuiſſe,
& tantam eſſe locorum diſtantiam, vt humanus oculus,
quamquam Lynceus (vt eſt in prouerbio) videre non po-
tuerit: inde fiet neceſſariò, violenta hac præſumptione,
hac inquam maiori humana certitudine, teſtes illos falsò
id aſſeruiſſe. Quod Athenis aliquando vſuueniſſe memo-
riæ prodidit Plutarcus in vita Alcibiadis. Et in iure noſtro
probatur auctoritate Baldi in l. ſi cum exceptione. §. in
hac. ff. quod metus cauſa. Iaſon in l. non minorem. num. 4.
C. de tranſact. & Dec. conſi. 163. col. 3. Hac certitudine &
præſumptione violenta certi eſſe non poſſumus de ſalu-
te, & quòd Deo grati ſimus: cùm tantæ certitudinis nulla
eſſe poſſint apud nos firmiſſima argumenta, ſigna vel te-
80 ſtimonia. Nam † actiones noſtræ humanæ actiones ſunt;
quæ certum ſibi ac neceſſarium euentum præfinire ne-
queunt: quemadmodum Ariſtoteles lib. 1. Rhetor. cap. 5.
ſcriptum reliquit, & inibi eruditiſſimi, Daniel Barbarus &
81 Petrus Victorius. Excipi hîc poteſt caſus † infantis bapti-
zati & ſtatim mortui, quem ſcimus eſſe ſecurum, violenta
hac præſumptione humana iuncta teſtimonio legis diui-
82 næ. Eſt humana præſumptio vrgens, † infantem non pec-
care, cùm quod videt ignoret. l. 1. §. ſi infans. C. de falſa
moneta, & infrà dicemus. Eſt teſtimonium diuinæ legis;
quia qui baptizatus erit, ſaluus (ſi modò nō peccauerit) e-
83 rit. Atque ita † intelligo D. Auguſtinum relatum in cap. ſi
quis poſitus, de pœniten. diſt. 7. de hac certitudine intelli-
gi non poteſt vel debet Bernardini aſſertio. Magna eſt
84 † certitudo, quæ ab indiciis & coniecturis apparentibus
humana lege & ratione probatis deſcēdit. ſi dicimus Aia-
cem ab Vlyſſe occiſum, quòd poſt odia antiqua inter eos
Vlyſſem ipſum vidimus nudo gladio & cruēto iuxta Aia-
cis cadauer conſiſtere. Quo ſanè exemplo vtitur M. Tull.
85 libro 1. ad Herennium. Ita pariter ſi probatur † te exiuiſſe
domum diſtricto & cruento gladio, & cruenta veſte; & in
domo repertum eſſe cadauer: ſolumque te fuiſſe mortui
inimicum, vrgēs inde orietur coniectura & præſumptio,
ducta à ratione humana, & coniecturis ita apparentibus
confirmata, vt dicendum ſit te illum occidiſſe. Quod exē-
plum ad rem hanc declarandam attulit Fabius Quintilia-
nus lib. 5. Inſt. Orato. capit. 9. & ex noſtris Bart. in l. fur eſt.
num. 2. ff. de furtis Bal. in l. neque natales. numer. 7. C. de
proba. Boer. q. 166. num. 2. & Gramma. deciſ. 42. num. 4.
Hac certitudine certi eſſe poſſumus de ſalute alicuius.
Nam tantæ obſeruantiæ eius vita eſſe poteſt; vt vrgens in-
de ſit coniectura & præſumptio, eum futurum ſaluum, vt
mox dicemus. Eſt tamen hæc imperfecta adhuc certitu-
do & cognitio, vt infrà ex D. Thoma referemus. Minor
† certi-



86 † certitudo eſt, quæ ab initiis credibilib. ac veriſimilibus
tantùm deſcendit: & hanc probationem artificialem cre-
dibilem Rhetores appellant: vt Ariſtoteles lib. 1. Rhetor.
cap. 6. & Fabius d. lib. 5. Inſtitu. Orato. capitulo. 9. noſtri
87 iuris præſumptionem appellant. ſi probo † Chirographū,
quo me tibi centum debere ſum profeſſus, eſſe cancella-
tum; inde veriſimilis certitudo orietur me tibi ſatisfeciſſe.
l. ſi Chirographum. ff. de proba. Iaſon. in l. 2. nu. 2. ff. de pa-
88 ctis. Ita veriſimilis eſt certitudo, quòd ſi † Chirographum
peccatorum, (iuxta illud Apoſto. ad Coloſſen. capitulo ſe
cundo,) quo æternæ damnationi obligati ſumus cancel-
latum medio pœnitentiæ oſtendemus, nos ab ea obliga-
tione ſolutos & liberatos demonſtrabimus, cum ſcriptū
ſit Matthæi cap. 3. Pœnitentiam agite; appropinquauit e-
nim regnum cælorum. Et in Actibus Apoſto. ca. 11. Ergo
& gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam. Et de hac
89 † ſecuritate & certitudine loquitur D. Auguſt. vt eſt rela-
tum in cap. ſi quis poſitus. de pœnit. diſt in. 7. Vis quod eſt
incertum euadere, age pœnitentiam dum ſanus es: ſi ſic a-
90 gis, dico tibi quòd ſecutus es. Minima eſt † certitudo, quæ
à leui præſumptione naſcitur; quam ſuſpicionē noſtri ap-
pellant. vt Bart. in l. admonendi. nu. 21. ff. de iureiur. & Rhe
tores appellant hanc probationem artificialem non repu
gnantem, vt Fabius d. lib. 5. Inſt. Orat. c. 9. & Duarenus li.
91 1. diſputa. anniuer. c. 27. ſi probo te domi fuiſſe, cùm † fur-
tum fuit commiſſum, oritur leuis præſumptio contra te,
quòd tu rem illam furto ſubtraxeris. Bald. in l. 1. numero
2. C. locati. & Iaſ. in l. ſi quando. nu. 39. C. vnde vi. ſi probo
92 † Sempronij patrem eſſe liberum & ingenuum, & nullam
hactenus motam fuiſſe quæſtionem ſtatus fratribus Sem-
pronij, inde inſurget præſumptio leuis, Sempronium eſſe
ingenuum. ita probat l. neque natales. C. de proba. & leg.
matrem. C. eod. Hac certitudine certi ſunt omnes homi-
nes; cùm Deus velit omnes ſaluos (vt Apoſtol. ad Titum,
1. c. 2. ſcribit) fieri, modò ipſi velint.
93 His itaque quatuor † certitudinib. de ſalute æterna cer-
ti eſſe poſſumus in hac vita, cùm ſint certitudines conie-
cturales. ita cenſuerunt D. Thomas in 1.2. q. 112. art. 5. An-
tonius in ſua ſumma par. 4. titu. 9. c. 4. §. 4. Card. de Turre-
crema. in c. ſi quis poſitus. num. 3. & ibi Nauarrus. nu. 20.
de pœniten. diſt. 7. Alphonſus de Caſtro lib. 7. aduerſus
hæreſes. in verbo, Gratia, hæreſi tertia. Michael Medina in
commentariis aduerſus Dominicum Soto; quem refert &
probat Sixtus Senenſis lib. 6. Bibliothecæ Sanctæ, annot.
210. 215. Ambroſius Catherinus in commentariis ad Epi-
94 ſtolas D. Pauli. 1. ad Corinth. c. 13. Hanc † certitudinem no-
bis tribuit Seruator noſter Io. c. 14. Qui diligit me, dilige-
retur à Fatre meo, & ad eum veniemus, &c. Et Apocalyp.
c. 1. Vincenti dabo manna abſconditum, quod nemo no-
uit, niſi qui accipit. Hinc D. Auguſtinus, vt eſt relatum in
d. c. ſi quis poſitus, de pœnit. diſt. 7. ſecuritatem atque cer-
titudinem hanc affirmas his verbis: Vis quod eſt incertū
euadere, age pœnitentiam, dum ſanus es: ſi ſic agis, dico ti-
95 bi quòd ſecutus es. Hæ tamen † certitudines non dicuntur
perfectæ, ſed imperfectæ (vt Do. Thomas. 1.2. q. 112. art. 5.
ſcribit) iuxta illud Apoſtoli ad Corinth 1. cap. 4. Nihil mi-
hi conſcius ſum. & Pſal. 18. Delicta mea quis intelligit ab
96 occultis, &c. Eſt. n. hæc † certitudo nō ex fide, ſed ex ſpe,
quemadmodum Fran. Horantius libr. 1. locorum Cathol.
cap. 64. ſcribit. Quæ ſanè ſpes admixtam habet probabi-
lem tantùm opinionem & præſumptionem de ſalute no-
ſtra. Et ideo eſſe poteſt, & non poteſt. In aliquibus eſt ma
ior, in aliquibus minor, cum non æqualiter omnibus, ſed
pro menſura meritorum cōcedatur: quemadmodum ſcri-
bunt D. Thomas, 1. q. 112. art 3. & D. Antoninus in 4. par.
ſuæ ſummæ. tit. 9. ca. 4. §. 3. Quocircà tot gradus habet hæc
coniecturalis certitudo, & hæc ſpes, quod conſiderari poſ
ſunt maiora & minora merita.
Tertius principalis articulus eſt, quo Bernardinum, vt
relapſum in hæreſim damnandum eſſe, aſſeritur: nempè
quòd ſit incorrigibilis atque impœnitens. Et multis dicē
videbatur hunc, vt talem, fore iudicandum.
97 Primò, is † incorrigibilis dicitur, qui ad priora delicta re
uertitur. ita Butrius in cap. cùm nō ab homine. num. 22. de
iudiciis, quem ibi ſecutus eſt Abbas. nu 30. nec diſſentiunt
alij. imò eo loci Abbas, d. num. 30. verſi. nam idem intelli-
go, &c. hoc procedere ſcribit, etiamſi reuertitur ad priora
delicta leuiora primis. ex dicto. c. cùm non ab homine, ex
cap. vt famę, de ſent. excom. & ex l. 3. in fine. C. de epiſcop.
audient. Et quamquam dicat Abbas, aliquem non poſſe
reuerti ad idem delictum in ſpecie, quia (ait Abbas) ſi ſe-
mel commiſit homicidium, non poteſt ad idem reuerti.
98 Sed † errat Abbas: quia verum quidem eſt, quòd nō po-
teſt reuerti ad idem, hoc eſt, in indiuiduo, quia ſi ſe-
mel occidit Caium, non poteſt amplius eum occi-
dere, ſed Butrius loquitur de eodem delicto in ſpecie; vt,
ſi ſemel occidit Caium, & ſecundo loco occidat Seium:
hic dicitur reuerſus ad idem delictum: atque ita per conſe-
quens cenſetur incorrigibilis. Atqui Bernardinus iſte re-
uerſus eſt ad idem delictum: quia adhuc legit libros, quo-
rum cauſa creditur in hæreſim lapſus, & à quorum lectio-
ne, ob eam cauſam, iuſſus eſt abſtinere: ergo videtur iudi-
candus incorrigibilis & relapſus.
Secundò & fortius conferre videtur; quòd non ſolùm
hîc Bernardinus non dicitur reuerſus ad idem delictum:
ſed imò videtur in eo perſeueraſſe, ſi quidem librum illū,
cuius lectio ei prohibita fuit, ſemper domi habuit poſt à
ſe factam abiurationem: & veriſimile eſt, quòd perſeuera-
uerit illum legere; cùm etiam cōfeſſus ſit in actis, ſe illum
99 ſæpe legiſſe. Atqui perſeuerat in delicto, † incorrigibilis
dicitur. ita Butrius & Abbas vbi ſuprà. nec alij diſſentiūt:
ergo, &c.
100 Tertiò accedit, quòd † incorrigibilis is creditur, qui
non obtemperat prætori & iudici in eo, quod eſt vltimū
ſuæ iuriſdictionis, vt, ſi depoſitus non dimitti, ſed potius
gerit officium. ita docuit Baldus in dicto capitulo, cùm
101 non ab homine, numero ſecundo, de iud. Atqui † pœnitē-
tiam delinquenti pro erratis imponere, eſt vltimum iuriſ-
dictionis iudicis: ergo, cùm Bernardinus eam pœnitentiā
ſpreuerit, dicitur factus incorrigibilis & impœnitens.
Quartò contra Bernardinum non parum vrgere vide-
tur, quod in ſpecie reſpondit Abbas Podienſis inter cōſi-
lia Federici de Senis, conſ. 157. nu. 3. dum reſpondit, quòd
ille cui tamquam hæretico ab inquiſitore fuit pœnitētia
102 iniuncta, ſi eam non fecit, dicitur † incorrigibilis, impœ-
nitens, atque ita relapſus, ex c. literas, de præſumpt. Idem
ſenſit Calder. cōſ. 2. tit. de hæret. col. 2. verſi, coadiuuatur.
qui hunc fictè conuerſum & impœnitentem apellat. Idē,
viſi ſunt ſentire Archidia. & Geminia. in cap. vt commiſ-
ſi, de hæret. in 6. Zenzel. & Imola in clem. 3. de hæret. Ni-
col. Arelat. tract. De hæret. q. 30.
103 Quintò ac vltimò in ſpecie, hac de re videtur † tex in c.
ad abolendam, in prin. iuncto §. laicus, de hæret. Eſt in eo
canone in principio ſtatutum, quòd clerici manifeſtè in
hæreſim deprehenſi, ante omnia debēt totius ordinis ec-
cleſiaſtici prærogatiua denudari, deinde ſæcularis pote-
ſtatis arbitrio relinqui, niſi ad arbitrium Epiſcopi errorē
ſuum abiurare conſenſerint, & ſatisfactionem cōdignam
exhibuerint. Idem repetitum eſt in d. §. laicus. Duo ergo
104 copulatiuè requiruntur, quòd ſcilicet † abiuret, & ſatisfa-
ctionem exhibeat, ſi vult manus iudicis ſecularis euitare:
cùm natura copulatiuæ ſit, vt vtrumque concurrat. l. ea
tamen adiectio, de leg. 3. At, cùm Bernardinus vnum tan-
tum impleuerit, nempè abiurationem, & non ſatisfa-
ctionem, videtur tanquam impœnitens tradendus fo-
ro ſeculari.
Cæterùm, re hac accuratè & diligēter cōſiderata, cōtra-
rium opinor verius; nempè Bernadinum non cenſeri in-
corrigibilem & impœnitentē, ita vt iudici ſeculari puniē-
dus tradi debeat. quod ita planum facio.
Primò, ſatis conſtat, Bernardinum habere intentionem
fundatam, quòd ſcilicèt non dicatur incorrigibilis & im-
pœnitens, cùm hoc graue ſit delictum; vt iam apertè con-
105 ſtat: & delictum † non præſumitur. l. meritò. ff. pro ſocio,
& ſcribunt Bar. in l. non ſolùm. §. ſed vt probari, de ope-
ris noui nūtia. & Alciat. in tract. præſum. reg. 1. præſum.
106 21. Et ſi nullus præſumitur dolus & culpa, nec † pœna eſt
infligenda: cùm culpa & pœna duo ſint connexa. D. Tho-
mas, 2.2. quæſt. 108. art. 4. Soto li. 1. de iuſt. & iure. q. 6. art.
5. col. 1.
107 Secundò † incorrigibilis ſeu impœnitens non dicitur,
& per conſequens in hæreſim relapſus, qui non obſeruat
iniunctam ſibi pœnitentiam, quæ ſecundi ordinis eſt. ita
docuit Calde. in cap. literas, de præſump. quem ſecuti ſunt
Franc. Squillacen. in tract. de fide Cathol. q. 19. & recen-
tiores aliqui quos refert Vmbertus in ſuo opere iudiciali
Inquiſitionis. pag. 497. verſi. Et quòd hoc ſit verū. & pag.
460. verſi. ad idem, At qui hæc pœnitentia iniūcta Bernar-
108 dino, ne legeret † Bibliam vulgarem, eſt pœnitentia ſecū-
di ordinis, & non primi: ergo non poteſt dici impœnitens
& re-

& relapſus, etſi eam non obſeruauerit. Illa minor propoſi-
109 tio ita probatur. † Pœnitentia primi ordinis eſt illa, quæ
directò tendit contra hæreſim; vt quòd abiuratus non le-
gat libros hæreticos, non conuerſetur cum hæreticis; non
prædicet alijs hæreſes, quòd hæreſes deteſtetur. Secundi
110 ordinis † ſunt, quæ directò non ſunt contra hæreſim, vt ie
iunare, peregrinari, & his ſimilia. ita Calder. & Squillac. ac
111 alij iam relati. Legere aũt † Bibliam vulgarem directò hæ
reſim non inducit: & ita non legere, dici non poteſt dire-
ctò contra eam, cùm lectio per ſe bona ſit: & quanquam
Arnaldus Albor. in tract. De hære. q. 28. nu. 34. contendat
112 bonam eſſe lectionem † Bibliæ vulgaris prohiberi igna-
ris & idiotis, non tamen affirmat, lectionem illam eſſe ſua
natura malam, & directò hæreſim inferre, ſed per indire-
ctum, ob ſcilicet malam intelligentiam, quam ſanè occa-
ſionẽ præſtat & lectio Bibliæ Latinæ ignaris & in Sacris
literis non verſatis, vel etiam verſatis ſine diuino ſpiritu.
Nec hîc mihi dicatur, aduerte, quòd hic Bernardinus abiu
rando hæreſes, & ſuſcipiendo iniunctam pœnitẽtiam, ſuo
iuramento promiſit ita obſeruare, iuxta formam ca. ergo
Berengarius. de conſ. diſt. 2. potuit ergo ſe ipſum ad pœnã
113 relapſus obligare. Nam poteſt quis ſe ipſum ſub † anathe-
matis pœna ad aliquid obſeruandum obſtringere: ita cen-
ſuerunt Archidic. in c. quoties cordis. 1. q. 7. Vincen. & alij
plures in ca. cùm dilectis, de electio. ita etiam poteſt quis
114 ſuo † iuramento obligare ſe ad carcerẽ, & quòd inde non
fugiet, etiãſi mors deinde eſſet ei inferẽda. ita gl. in clem.
paſtoralis, & ibi Car. in 4. nota. de re iud. Ancha. in c. pa-
ctum. de pact. in 6. & in c. poſſeſſor. q. 3. de reg. iuris. in 6.
Io. Andr. ad Spec. in rub. de iureiur. col. 3. Abba. in c. ſi ve-
rò. num. 8. de iureiur. & in c. inter alia, in fi. de immu. ec-
cleſ. Alber. in l. fideli. C. de his qui ad eccleſ. confug. Marſ.
ſing. 177. Auſterius in additio. ad deciſ. Capellæ Tholoſa.
q. 442. Ioan. Maior in 4. ſenten. diſt. 15. q. 20. Angelus Cla-
uaſius in ſua ſumma, in verbo, Carcer, num. 4. & in verbo,
fugere. nu. 2. & Sylueſter Prierius in ſumma, in verbo, Ac-
cuſatio, in fin. Accedit, quòd hanc non obſeruare pœni-
115 tentiam, eſt † inobedientia, quæ mortis pœnam meretur.
cap. 2. de maior. & obed. & ibi interpretes. Et ſi ergo quis
116 † dominus nõ ſit membrorum ſuorum. l. liber. homo. 1. ff.
ad l. Acquil. & cap. cùm contingit, de ſenten. excommu.
117 attamen † lex & iudex in homines mandatorum contem-
tores hanc poteſtatem habent, vt de lege ſcribit Dec. in. l
nec ex prætorio. num. 6. de regul. iuris, poſt Bar. in l. Ti-
tio centum. §. Titio centum. ff. de cond. & demo. Et de iu-
dice ſenſit in ſpecie Vmbertus in ſuo opere inquiſitionis,
pag. 462. verſi. ſed dato, & nunquam conceſſo.
Huic dubitationi ſatisfieri ita verè poteſt; priùs tamen
118 regulam hanc permittimus, quòd † nemo eſt dominus a-
nimæ ſuæ. ita egregiè Abbas in cap. vltim. in primo nota.
de pactis. quem ſecutus eſt Felinus in cap. contingit, col.
1. verſi. idem dicas de anima. de ſenten. ex commu. Ita etiã
nemo dominus eſt membrorum ſuorum. d. l. liber homo
1. ff. ad. l. Aquil. Quocircà, rectè cenſuit poſt Roma. conſi.
113. num. 4. Ang. conſi. 22. in fin. & conſ. 403. Craue. conſi.
119 48. num. 7. & conſi. 262. colum 2. † neminem poſſe ex ſua
confeſsione facere, quòd delictum illud ſit, quod verè nõ
120 eſt. Ita quis non põt ſe obligare † ad pœnam corporalem
pro altero, vt copioſè ſcribit Didac. lib. 2. varia. reſolut,
121 cap. 8. nu. 8. Hinc quoque noſtri ſcribunt, malè facere iu-
dices, qui faciunt reos renuntiare ſuis defenſionibus. ita
Marſil. ſing. 651. qui alios plures recenſet. Accedit, quòd
vera eſt Theologorum ſententia, neminem poſſe ſub pœ
122 na anathematis † aliquid ſe ſeruaturum promittere; cùm
in ſeipſum excommunicationis ſententiam ferre non poſ-
ſit. ita. D. Thomas in quarta ſenten. diſtin. 19. q. vlti. artic.
vltim. Cardi. de Turrecrematta in cap. quoties cordis. 1. q.
7. poſt gloſſam ibi, & refert Vmbertus in illo opere in-
quiſitionis, pagi. 460. recentiores quoſdam ita hac ratio-
tione in ſpecie noſtra reſpondiſſe; quòd ſcilicet obiurga-
tus ſuſcipiendo pœnitentiam non potuit ad pœnã relap-
123 ſus ſe ipſum obligare. Non obſtant illa contraria, quia † ad
ca. ego Berengarius, reſpondetur, illud iuramentum non
eſſe obligatoriũ, ſed imprecatorium, vt ita declarãt gloſ-
ſa & Turrecrema. in d. cap. quoties. 1. q. 7. & illi recentio-
res relati ab Vmberto loco præcitato. Et quod dicit Ar-
chid. & cum eo alij in dicto capitu. quoties repugnat opi-
nioni D. Thomæ & Theologorum. Quod autem dictum
124 eſt, aliquem poſſe ex ſuo iuramento † obligare ſe ad carce-
rem, & ab eo non fugere; concedo, cùm iuſta eſt cauſa, qua
is pœna corporali puniri debet. At ſecus cùm cauſa à lege
125 vt hîc, non iudicatur iuſta & legitima: nam tunc † iuramen
tum eum non obligat: ita declarant omnes in dicta clem.
paſtoralis, de re iud. D. Thomas & Caietanus in 2. 2. q. 69.
art. 4. Archid. in capitulo, cùm homo, 22. q. 5. & Didacus
li. 1. varia. reſol. ca. 2. nu. 11. verſi. In ſecunda, &c. Nec illud
de peccato & pœna inobedientiæ obeſt: quandoquidem
126 non omnis † inobedientia obligat ad pœnam mortis tem
poralis vel æternæ; ſed iuxta qualitatem & quantitatem
rei, cuius cauſa factum eſt præceptum. Nam, ſi cauſa præ-
cepti eſt vtilitas publica; tunc præceptum obligat inobe-
dientem ad mortem: ſi verò cauſa eſt priuata, nõ obligat.
Hæc eſt non modò Canoniſtarum, ſed & Theologorum
ſententia. Ex Canoniſtis ita cenſuerunt Butr. & Abbas in
cap. 2. de maior. & obed. Decius in capitulo, nam concupi
ſcentiam, lect. 1. nu. 9. de conſtit. & Didacus Couarr. in c.
quamuis, parte. 2. §. 2. nu. 6. verſi. quintò aduertendum, de
pactis, in 6. & in capitulo peccatum, parte. 2. §. 5. num. 2. de
reg. iuris, in 6. Ex Theologis ita affirmarunt D. Thomas
1. 2. q. 96. art. 4. & ibi Caietanus. Adria. quodlibet. 6. art. 2.
Alphonſus de Caſtro lib. 1. de poteſt. legis pœnalis. c. 4. &
5. Dominicus Soto lib. 1. de iuſtitia & iure. q. 6. art. 4. col.
vlt. cùm ergo inobſeruantia huius præcepti non reſpiciat
publicam vtilitatem & nonum, ſed vnius priuati ſolùm, ex
quo ei ſoli ſua cauſa tantùm ſingulariter factum ſit, ſequi-
tur, eius inobſeruantiam non obligaſſe ad pœnam mortis
temporalis, nec ad æternam.
Tertiò & vltimò, quòd Bernardinus dici non poſsit
127 † incorrigibilis, vel ex eo conſtat, quòd in manibus Sancti
officij eſt, & ad iudicium vocatus venit, aliquámque reſi-
ſiſtentiam non fecit. ita ſcribunt Abbas in d. c. cùm no ab
homine. nu. 30. poſt Butrium ibi, de iudiciis. quos in ſpe-
cie ſecutus eſt Reuerendus fratrer Angel. Veronenſis, vt
refert Vmbertus in ſuo opere inquiſitionis, pag. 437. eſt in
caſu. 4. in fine.
Non obſtant adducta in contrarium, in quibus quidẽ
diſſolueudis non mediocris verſatur labor. Ad primum i-
taque reſpondeo vno verbo, Bernardinum non eſſe reuer
ſum ad idem delictum: cùm legere Bibliã è Latino in ver-
naculam linguam tranſlatam, ante tamen pœnitentiã ſibi
iniunctam, non eſſet peccare, cum (vt iam diximus) ſui na-
tura illius lectio iure prohibita non ſit.
Non obſtat ſecundum, quia reſpondetur duob. modis.
Primò, vt diximus ad primum, nempè legere Bibliam vul-
garem non eſſe ſui natura malum, non ergo in malo per-
ſeueraſſe dicitur. Secundò, quòd ſola perſeuerentia in de-
licto non efficit illum perſeuerantem eſſe incorrigibilẽ:
cùm neceſſaria prius ſit aliqua admonitio, vt deſiſtat. Nã
incorrigibilis quis dicitur, qui correctioni ſibi factæ non
obtemperat. & ideo dictio hæc, incorrigibilis, præſuppo-
nit antecedentem correctionem; quæ in ſola delicti per-
128 ſeuerentia non cadit. Quocircà opinor verba † Butrij in d.
c. cùm non ab homine. num. 22. & Abbatis. num. 30. de iu-
dicijs, eſſe copulatiuè legenda hoc modo: in corrigibilis
129 eſt, qui in delicto perſeuerat, & ter admonitus non deſiſtit.
vt copulatiuè loquitur ibi. Barba. numero 94. quamquam
Dec. ibi & Bernardus Diaz. in praxi Canonica criminali,
cap. 131. num. 3. & verè cæteri omnes qui hac de re loquun-
tur, intelligũt perſeuerentiam ſolam non efficere aliquem
incorrigibilem ſine admonitione. Has admonitiones ter
fieri oportere relati cenſuerunt. Ego opinor vnà cum Al-
phonſo de Caſtro lib, 2. de iuſta hæret. punitio. c. 2. duas
130 † ſufficere. Quæ cùm factæ nõ fuerint Bernardino, ex hac
ſola perſeuerentia dici non poteſt incorrigibilis.
131 Non obſtat tertium, quia reſpõdeo, primò † Baldum ex
ſuo capite ſine lege & ratione loqui. ſecũdò loquitur Bal-
dus eo in caſu, in quo is qui non deſiſtit ab officio, in eo
perſeuerare dicitur: quæ ſanè perſeuerãtia nõ facit incor-
rigibilem, niſi in caſu iam relato.
Non obſtat quartum, quia reſpondeo, primò, Abbatem
132 de Podio, † Calder. & alios eo loci relatos loqui, cùm is,
cui fuit iniuncta pœnitentia, non eſt in manibus officij.
nam ſi eſt in eius manibus, non dicitur incorrigibilis, vt
diximus ſuprà in vltimo fundamento noſtræ opinionis.
Secundò reſpondeo, quòd relatorum opinio procedere
poteſt cùm pœnitentia primi ordinis fuit iniuncta, ſecus
ſi ſecundi: quia eo caſu non eſt vera ex ſuprà relatis in ſe-
cundo fundamento.
Non obſtat vltimum, quia reſpondeo, primò, vt reſpõ-
dent aliqui recentiores relati ab Vmberto in eo opere In-
quiſi-



133 quiſitionis, pag. 461. verſi. at ratio, &c. tex. † d. cap. ad abo-
lendam. §. laicus, de hæret. in illis verbis; niſi abiurata hæ-
reſi & ſatisfactione exhibita ad fidem confugerit, &c. in-
telligi, quòd hæreticus eſt relinquendus brachio ſeculari,
niſi, hæreſi abiurata, pœnitentiam ſibi iniungẽdam priùs
acceptauerit. Qui ſanè ſenſus (ait ille) colligitur ex princi
pio illius canonis; vbi loquendo de clerico hæretico redi-
re volente ad fidem, inquit, ipſum recipi non debere, ni
ſi duo promittat, abiurare & pœnitentiam ſubire, ſeu ac-
ceptare; quod verbum, conſenſerit, ibi adſcriptum ſigni
ficat. Atqui idem de laico, quod de clerico ſancitum ibi
eſt in §. laicus, cùm ad iam dicta ſe referat. Accedit, quòſi
in eo. §. laicus, tria ex ordine à redeunte ad fidem requi-
runtur; nempè abiurare, ſatisfactionem exhibere, & ad fi-
dem ſtatim confugere. Qua ratione dici poteſt, pœniten-
tiam adimpleri debere, antequam quis ad Orthodoxam
fidem confugerit? Eſt ergo ſermo de promiſsione accep-
tandi & ſatisfaciendi. Qui ſanè ſenſus verè mihi probatur,
quem & ea ratione cõfirmo, quòd ſi expectãda foret ple-
na ſatisfactio, is hæreticus ſæpe ſtatum ſuum non repete-
ret, cùm ſæpe iniungi ſolent pœnitentiæ, donec is in hu-
manis egerit. Quod & abſurdum eſſet, & menti illius cõ-
134 ſtitutionis repugnaret. Nec verè aduerſantur † cap. excõ-
municamus, 2. §. vlt. de hæret. & cap. literas in fine. de præ-
ſump. quia intelligi facilè poſſunt de eo, qui pœnitentiam
peragendam ſuſcepit, & eam facere cœpit, non tamen ad-
huc perfecit; ex iam dictis. Prætereà intelligi & declarari
poſſunt hęc iura procedere in pœnitentia primi ordinis:
non autem ſecundi; quemadmodum ſuo loco diximus.
Concludo itaque ex his Bernardinũ dici non poſſe incor-
rigibilem & impœnitentem.
Dubitatio vna adhuc, nec quidẽ leuis, ſuboritur, quòd
ſcilicèt hic Bernardinus tanquam hæreticus puniẽdus ſit:
ſi quidem ſaltem teſtimonio duorum probatum videtur,
hunc eſſe alicuius ſectæ hæreticæ ſectatorem. Non enim
135 dubium eſt, quin vt hæreticus damnãdus is ſit, qui † ſecta-
tor eſt hæreticorum. cap. hæreticus. 24. q. 3. Oldra. conſil.
210. num. 2. & ſcribit Arnaldus Albert. in tract. de hæret.
q. 29. num. 40. Quòd Bernardinus ſecutus ſit Sectam ali-
quam hæreticorum, vel ex eo conſtare videtur quòd duo
ex examinatis teſtibus hoc probare videntur: hoc eſt, pri-
mus & ſextus. Primus enim affirmat, Bernardinũ ſibi dixiſ
ſe, quòd in Sacroſancta Euchariſtia adeſt Seruator noſter
Ieſus Chriſtus ſpiritualiter tantùm, non autem corporali-
136 ter. Quæ hæreſis † fuit multorum, ſed maximè Ioãnis Vuit-
cleff. vt recenſent Card. de Turrecremata lib. 4. ſummæ
eccleſiaſti. cap. 38. & Alphonſus de Caſtro lib. 6. aduerſus
hæreſes, in verbo, Euchariſtia. Sextus verò teſtis affirmat,
137 Bernardinum aſſeruiſſe, † Deum ab æterno prædeſtinaſſe
quos ſaluos & damnatos eſſe vult. Quæ quidem hæreſis à
multis fuit recepta, & maximè etiam ab eodẽ Ioãne Vuit-
cleff, vt recenſet Card. Turrecrema. d. cap. 38. verſ. ſi Papa
ſit præſcitus. Qui quidem Vuitcleff. hanc pręſcientiã præ-
ſupponit. Dicẽdum ergo videtur, Bernardinum ſecutum
eſſe hãc ſectam Vuitcleff. Quæ ſanè probatio etſi teſtium
138 † ſingularium ſit, attamen concludere non videtur; que-
madmodum in ſpecie cenſuit Iacobus Simancas in praxi
hæreſeos, tit. 37. in fi. vbi in ſpecie ſcribit, quòd etſi teſtib⁹
ſingularibus probari minimè poſsit, hæreticum aliquem
eſſe in ſpecie vel in genere; probari tamen poteſt, aliquem
eſſe ſecutum ſectam alicuius hæretici, vt Sacramentario-
rum, vel Anabaptiſtarum.
Secũdò, Bernardino aduerſatur, quòd etſi teſtes iam re-
139 lati † ſingulares ſint; attamen ſemiplenam probationem
faciunt: vt ſcribunt Decius conſ. 650. & alij, quos in ſpecie
hac refert Simancas. d. tit. 37. num. 4. Vel ſaltem præſum-
ptionem faciunt, vt tradũt Alex. conſi. 77. in fi. lib. 1. & ali
plures, quos recenſet Craue. conſi. 73. num. 35. & conſ. 178.
num. 8. & Didacus Couarr. lib. 3. varia. reſol. cap. 3. nume. 5.
Qui illud aſſirmant, hanc præſumptionem alijs coniectu-
ris & præſumptionibus coadiuuari ita poſſe, vt perfecta
inde probatio fiat. Coniecturæ aliæ hîc adſunt, quia iam
140 aliàs abiurauit. Et † ſemel malus ſemper mal⁹ præſumitur,
vt probat in ſpecie tex. ca accuſatus. §. 1. de hæreticis, in 6.
Tertiò accedit, quòd etiamſi teſtes hi ſingulares ſunt; at
tamen in arbitrio & facultate Sancti officij Inquiſitionis
141 videtur poſitum, illis teſtibus † fidem adhibere: iuxta do-
ctrinam Caſtren. in l. Lucius, in fine. ff. ex quibus cauſ. irro-
ga. infamia. quam ſecuti ſunt permulti à me relati lib. 2.
de arbitra. iudicum, caſu 90. nu. 5.
His tamen minimè refragãtibus, adhuc opinor Bernar-
dinum non eſſe vt hæreticum condemnandum: ſiquidem
142 pro eo eſt iuris regula & Doctorum ſententia, nempè † v-
nius teſtimonio neminem poſſe dãnari. Ita enim lege di-
uina conſtitutum eſt, vt legitur Numeri c. 35. in fin. Homi
cida ſub teſtib. punietur: ad vnius teſtimonium nullus cõ-
demnabitur. Deutero. cap. 17. In ore duorum aut trium te
ſtium peribit, qui interficiet. Nemo occidatur, vno con-
tra ſe dicente teſtimonium. & Deutero. c. 19. Non ſtabit
teſtis vnus contra aliquem, quidquid illud peccati, aut fa-
cinoris fuerit: ſed in ore duorum, aut trium ſtabit omne
verbum. Quod etiam lege Euangelica ſancitũ fuit, vt ſcri
ptũ eſt Math. c. 18. & Io. c. 8. Ita ẽt lege canonica, vt habe
tur in c. licèt. in fi. de teſtib. Ita & lege ciuili. l. iuriſiurandi.
C. de teſtib. argumento ducto à fortiori. Et hoc adeò cla
rum eſſe opinor, vt ſit ſuperuacaneum auctoritatib. mul-
torum, quæ paſsim habentur, confirmare. Duo etiam ob-
ſeruanda hîc eſſe cenſeo. Primum, quòd vt quis ex conie-
cturis & præſumptionibus puniri de delicto & maleficio
143 poſsit, præſumptiones † & cõiecturæ vrgentes ac violẽtæ
oĩnò eſſe debent, vt prob. l. vlt. C. de prob. l. ſi hi qui; C. d.
adul. & clarè ſcribũt Boer. q. 184. nu. 6. Craue. con. 57. nu.
5. conſi. 73. num. 19. & con. 178. num. 2. qui alios recenſet ſe-
cundum, quod cenſui eſſe obſeruãdum, eſt, quòd vbi quis
144 ex præſumptionib. & † coniecturis de maleficio condem-
natur, nõ poteſt condemnari pœna aliqua corporali, ſed
tantum pecuniaria. Hanc veram ſententiam infinitis pro-
pè doctorum auctoritatibus probaui li. 2. de arbitrariis iu
dicum, caſu 279. Quibus nunc accedit quòd poſt Alexan.
& Francum reſpondit Alciatus reſpõ. 2. in fin. quòd tunc
demun ſufficiunt præſumptiones & coniecturæ vrgentes
ad condemnandum aliquem de crimine, cùm ciuiliter agi
tur, non autem cùm criminaliter. Et ob id eo loci conclu-
145 dit, † Simoniacum non potuiſſe condemnari pœna ordi-
naria pro illo crimine. & idẽ quod Alciatus ſcripſit Vm-
bertus in ſuo opere inquiſitionis, in verbo, probatio. nu.
15. pag. 284. & de vſurario idem reſpondit Crau. conſi. 73.
num. 34. in fin. Accedit quoque quod tradit Caietanus in
2. 2. q. 60. art. 3. dum declarando cap. afferte, de præſump.
inquit Salomonem non condemnaſſe illam, quæ filium
necauerat. Sed in ſpecie magis probat tex. in ca. literas, de
præſump. vbi Inno. 3. ob pręſumptionem vehementẽ non
146 condemnauit pœna corporali † de hæreſi accuſatum. & i-
bi gloſſa pe. & poſt eam Abbas ibi col. pen. qui dum ſcri-
bunt, leuem præſumptionem ſufficere ad inquirendum,
vehementem verò ad condemnandum, intelligendi ſunt
ad aliam pœnam quàm corporalem. ita etiam intelligo
Vmbertum in ſuo opere inquiſitionis, in verbo præſum-
ptio. num. 20. Et quòd his vehementer ſuſpectis de hære-
ſi non pœna corporalis, ſed pecuniaria tantùm ſit indicẽ
da, affirmauit poſt alios à ſe relatos Iacobus Simencas in
praxi hæreſeos, titul. vlt. nume. 10. & Arnaldus Albert. in
tract. de hæreticis. q. 34. num. 57. 58. Et idem in ſpecie ſcri
pſit Ancha. in cap. accuſatus, in princ. col. 2. verſi. item no
ta diuerſum, de hæret. in 6.
Nec dubitationem hîc mouet, quòd Bernardinus, vti re
lapſus mortis pœna damnari debeat: cùm iam ſemel mani
feſtas hæreſes abiurauerit. & nunc vehementer ſuſpectus
147 dicatur. Et quemadmodum † relapſus ille eſt, qui tãquam
vehementer ſuſpectus abiurauit, & deinde ſecũdò de hę-
reſi manifeſtè conuincitur. cap. accuſatus, in princ. de hæ-
148 ret. in 6. ita è contra † relapſus dicitur cùm manifeſtam hæ
reſim primò abiurauit, & poſtmodum ſecundò factus eſt
de eadem hæreſi ſuſpectus. d. c. accuſatus. §. ille quoque,
vbi, qui primò hæreſim manifeſtam abiurauit, & deinde
ſecundò cõuincitur dona & munera hæreticis miſiſſe, illos
domi recepiſſe, viſitaſſe, aſſociaſſe, aliáque in eos benefi-
cia contuliſſe, cenſetur in primã hæreſim relapſum: cùm
tamen clari & aperti iuris ſit, ſolam vehementem hæreſis
149 † præſumptionem & coniecturam oriri ex eo, quòd hære
ticis fauet, vt ibi interpretes omnes ſentiunt, & in cap. ex-
cõmunicamus. 1. §. credentes. extra de hæret. ſcribunt Al-
phonſus de Caſtro lib. 2. de iuſta hæret. punit. cap. 2. & Ia-
cobus Simancas in praxi hæreſeos, cap. 15. & c. 16. Et in ſpe
cie hunc eſſe relapſum affirmaſſe video Ancha. in d. §. ille
quoque, in ſexto & ſeptimo notabili, dum ſcribit, quòd
conſequens declaratur per antecedens, vt & è contra, vo-
luit dicere Ancha. quod quemadmodum manifeſta hære-
ſis ſecunda declarat primam vehementiam præſumptio-
nem, ita è contra prima manifeſta hærereſis declarat ſub-
ſequen-

ſequentem vehementem coniecturam. Hoc clarius affir-
mauit in eo.§.ille quoque, Geminia.verſi.quæro, an ſuffi-
150 ciat,&c.dum ſcribit,quòd adhoc vt dicatur† hæreticus re
lapſus,conſtare debet.de vno lapſu priori,vel poſteriori.
Atque ita non conſtituit Geminianus differentia,imquòd
quis ſit primò iudicatus manifeſtè & verè hæreticus, &
inde ſuſpectus vehementer, vel è cõtra;cùm ſufficiat vnus
lapſus ſiue prior ſit,ſiue poſterior; cum prior æquè decla-
ret poſteriorem,vt poſterior priorem. Et multò apertius
hanc ſententiam probauit Calder.in tract.De hæret. cap.
16.num.3.& Alphonſus de Caſtro.d. lib. 2. de iuſta hæret.
punit.cap.2. qui inter cætera declarando cap. excommu-
nicamus §. ſi qui autem. de hæret.ſcribit in hæc verba:Po-
teſt adhuc alio modo aliquis dici relapſus, vt puta, ſi pri-
mùm de hæreſi conuictus, hæreſim omnem abiurauit, &
perpetuo carceri mancipatus fuiſſet, prout fieri mandatur
in cap.excommunicamus.§.ſi qui autem,de hæretic.& in
de ex carcere exijſſet. Is certè dicetur meritò relapſus:
quia de primo lapſu fuit conuictus,& de ſecundo dedit ve-
hementem ſuſpicionem, per hoc ſolùm; quòd exijt à car-
cere.Hæc Alphonſus.Verùm huic dubitationi,quã nõ le-
uem eſſe ſemper iudicaui,reſponderi poteſt.

Primò,quòd aduerſus Bernardinum non ea nunc vrget
vehemens ſuſpicio,qua iuxta dictum. §. ille quoque, dici
151 poſsit relapſus. nam ille canon † de ea præſumptione lo-
quitur, quæ à lege pro vera & certa probatione babetur:
quemadmodum aperta verba illius canonis ſignificant,
dum ita ſcripta ſunt:Cùm illũ ex approbati à ſe priùs er-
roris conſequentia, non ſit dubium id feciſſe. Ecce, quòd
lex habet eam coniecturam & præſumptionem pro vera
& indubitata probatiõe,quòd is abiuratus id egerit, prio-
res à ſe abiuratos errores approbando. atque ita intellexe-
runt Alphonſus de Caſtro & Grillandus.ille libr. 2.de iu-
ſta hæret. punit.cap. 2. in primis verbis,dum ait, aduerſus
hanc præſumptionem non admitti probationem contra-
riam. iſte, Grillandus inquam,in tract. de hæret.q.vlt.vbi
152 apellat hanc † præſumptionem iuris & de iure. quæ huius
naturæ eſt, vt lex ita pro certo habeat, quod contrariam
probationem nõ admittit:iuxta cap.is qui fidem,de ſpon-
ſa. & ſcribit poſt alios Alciatus in tract. præſump. in præ-
ludijs, parte 2. Et hanc verè eſſe præſumptionem iuris &
153 de iure, vel ex eo conſtat, quòd is tex. † cap. accuſatus, in
prin. in ea adeò pedem figit, vt eam fictionem his verbis
154 appellet:cenſeri debet quadam iuris fictione relapſus.† fi-
ctio autem eam habet naturam. vt rem veram, etſi re ipſa
non ſit, ita ponat & firmet, vt contra eam probationem
contrariam nullo modo admittat.cap.2.de arbitr.in 6.Fe-
lin.in cap.quãto,de præſump.& Alcia.in tract. præſump.
in præludijs, parte prima.num. 4. Atqui,ſi diligenter per-
curramus totam huius negotij ſeriem, nullam certè repe-
riemus probatam coniecturam & præſumptionẽ,quæ dici
poſsit & mereatur iuris & de iure.Dixi,& rectè (ni fallor)
nullam eſſe probatam præſumptionem: quandoquidem,
vt coniecturis præſumptionibus & iudicijs cauſa iudice-
tur,& reus condẽnetur,omninò neceſſarium fore ſcimus,
155 † cõiecturas illas,præſumptiones & indicia legitimè pro-
bata eſſe oportere,vt ſcribũt Bar.in l.vlt.nu.7.ff.de quæſt.
Marſil.conſ. 20. num. 44.& conſi.29.num.20.idem ſing.
269.& ſing. 76.Gramma.conſil.17.num.18.& cõſi.21.nu.
12.in criminalibus.& Rol.conſil.24.lib.1. Hoc autem in
caſu apertè conſtat ex teſtimonio examinatorum,nõ fuiſ-
ſe probatam præſumptionem aliquam. Nec minus ipſius
Bernardini confeſsione; quæ quidem, etiamſi aliquid ad-
uerſus eum palàm feciſſet, ei non noceret, ſi aliunde non
conſtat:vti ſuo loco dicemus. & ſi cõiectura & præſump-
ptio aliqua ex actis colligitur, non iuris & de iure, ſed ſo-
lius hominis ita conijcientis eſt. quo fit vt verè ſimus
extra terminos illius ca.accuſatus.§. ille quoq;,de hær.in 6.

Secundò reſponderi poteſt,quòd ad hoc, vt is, qui pri-
mò hæreſim abiurauit, & ſecundò aſſeritur vehementer
156 ſuſpectus,† relapſus dici poſsit de eadem hæreſi,quã priùs
abiurauit,in ſpecie ſuſpectus eſſe debet.vt puta, ſi abiura-
uit,primò hæreſim Arianã, quod ẽt debet eſſe vehemẽ-
ter ſuſpectus eiuſdẽ Arrianæ hæreſis. Hanc ſententiam,
quam veram eſſe opinor,in ſpecie probauit Alphonſus de
Caſtro,d.lib.ſecundo de iuſta hær.punit.c.2. declarando.
d.§.ille quoque. Quam quidẽ declarationẽ lege & ratiõe
is probat.lege inquam ex verbis dict. §. ille quoque,iũcto
157 principio dict. † cap.accuſatus. Quod enim vno in caſu
ſtatuitur, & in altero quoque ſancitum eſt. Atqui in
principio illius canonis requiritur, quòd is qui ſemel ab-
iurauit vt ſuſpectus, committat in ipſam hæreſim verè
158 ſecundo loco,vt dicatur relapſus.† Illa dictio ipſa, (ita e-
nim dicere voluit Alphonſus) identitatem ſignificat. l.
cùm præcario.ff.de preca.cap.per inquiſitionem, de ele-
ctio.Eſt enim dictio hæc demonſtratiua perſonæ & rei ad
oculum,ita declarat,poſt alios,Ripa in l. filiusfam.§.diui.
numero centeſimoundecimo de legatis primo.Ratione
etiam Alphonſus vtitur,quia nõ eſt æquum,vt paris om-
nino conditionis ſit in iudicio is qui in iudicio bis apertè
fuit de hæreſi conuictus,cum illo, qui ſemel tantum & i-
terum ſuſpectus. Ego eam rationem eſſe conſidero, quòd
159 duæ † fictiones ex eodem fonte non poſſunt principali-
ter circa idem concurrerer. Ita docuit Bartolus in lege ſi
qui pro empt.nu. ſeptuageſimoprimo & ibi Iaſ.nu.399.
de vſuca.pro empt.Atqui in caſu noſtro duæ eſſent fictio-
nes ex eodem fonte prouenientes:nempè quòd hæreticus
in vna ſpecie cenſeatur & hæreticus in altera: & quòd ve
hementer ſuſpectus ſit vere hæreticus.Non ergo circa idẽ
pricipaliter poſſunt hic concurrere, vt vere cõcurrerent,
cum vna veniat in conſequentiã alterius;ex quo aliquan-
do vna ſine altera adeſt.cum ergo in caſu noſtro Bernar-
dinus non ſit ſuſpectus vehemẽter alicuius hæreſis in ſpe
cie,quas olim abiurauit: ſequitur dicendum, non cenſeri
relapſum.Quod autem aſſeritur ſuſpectus hæreſis ſacra-
mentariorum,quam olim abiurauit, dicimus, quòd non
eſt inducta vehemens ſuſpicio teſtimonio vnius tantum.
Et infra etiam dicemus.

Non obſtant nunc adducta in contrarium; quia ad pri-
mum reſpondetur multipliciter. Et primo teſtib.nõ pro
bari,Bernardinum aſſeruiſſe illam hæreſim de prædeſtina
tione:quia,ſi dicta teſtis ſexti conferantur cum dictis ſe-
ptimi,conſtabit eos inter ſe pugnare.nam ſextus teſtis in
quit,Bernardinum affirmaſſe, prædeſtinationẽ. ſeptimus
vero refert verba Bernardini iuxta ſententiã Apoſtoli ad
Roma.c.8.verba teſtis hæc ſunt. *Che Dio ha predeſtinato l'e-
letti, & che quelli che ſono predeſtinati ſi ſaluaranno.* Quæ ſane
verba potius inclinant in ſententiam Apoſtoli quàm in
aliam.& præſertim,quia ita ipſe Bernardinus in ſuo con-
ſtituto ſe ipſum declarauit,vt ſuo loco diximus. Et cum
160 hi teſtes varient† in formalitate verborum à Betnardino
prolatorum,eis credendũ non'eſt,vt in ſpecie noſtra ſcri-
bit Arnaldus tract.de hæreticis.q.34.numer.47.Accedit,
161 quòd ambo hi teſtes iudicant de opinione† ipſius Bernar
dini;qua ex re ſe ſuſpectos reddunt,vt tradunt omnes in c.
cum cauſam,de teſtib. & in ſpecie noſtra Old. conſi.210.
col.vlt.verſ.circa primum. Et hac ratione minuitur fides
primi teſtis.Oldradum ſecutus eſt Arnaldus in tract. de
hæret.q.34.nu.47.

Reſpondetur ſecundo, quòd illa declaratio & doctrina
162 † Simancæ.d.tit.37.in fin.non eſt vera:quia, ſi foret vera,
ſequeretur, quòd per indirectum probari poſsit teſtibus
ſingularib. aliquem eſſe hæreticum in genere, quod ipſe
negat.Vel ſi vera eſt,hic non conuenit, quia non fuit in-
quiſitus Bernardinus, quod ſit talis vel talis ſectæ. vel in
genere de hæreſi.Nec etiam(vt dixi)videtur mihi vera illa
Simancę declaratio.Et ideo melius viſus eſt declarare Iu-
lius Clarus in ſua praxi criminali.§.fi.q.53.verſ.dixi etiam
qui ſcribit, illud,quod dicitur,teſtibus ſingularibus poſ-
ſe in genere delictum probari, procedere quando agitur
non de pœna infligenda,ſed ad alium finem, vt de repel-
lendis teſtibus,vel cum ciuiliter agitur ad priuationem iu
ris ſui,vt dotis.

Non obſtat ſecundum, quia uerius eſt hoc in caſu non
facere ſemiplenam probationẽ: cum relati teſtes aliquot
defectus(vt dixi)patiantur. Sed eſto rem ita eſſe, non ta-
men dicendum eſt in cauſa tam graui ſufficere hanc proba
tionem ſemiplenam ad condemnandum pœna graui.Præ
terea & ſecundo,teſtes iſti,vt hoc in caſu probent, debẽt
163 eſſe omni† exceptione maiores, vt clare in hac ſpecie ſcri
bunt poſt alios Arnaldus in tract.de hæreticis.q.24.num.
4.5.& Simanca in praxi hæreſeos.tit.34.nu.5. Et iſta qua-
litas debet eſſe cognita iudici,vt eo loci Arnaldus ſcribit.
Et tradunt in ſimilibus caſibus Curt.ſen.in tract.de teſti-
164 bus.concluſ.34.& 35.vbi ſcribit,hanc † qualitatem, quòd
teſtis ſit omni exceptione maior:eſſe probandam. idem
cenſuerunt Soc.iun.conſ.39 nume.62.libr.2.& Gramma.
conſilio trigeſimoquinto. numero trigeſimooctauo. in
criminalib.

Non obſtat tertium, quia reſpondeo, quod do-
165 ctrina † Caſtrenſi & ſequacium procedit in cauſis ciui-
libus, non autem in cauſis criminalib. præſertim in cauſa
hac



166 hac hæreſis,in quo tres † teſtes omninò requiruntur,vt
ſcribit Arnaldus in d.tract.de hæret.q.34.nu.3. ſi in alijs
criminibus duo ſufficiant. Nõ enim teſtis ſolus ſufficit
ad indicendam pœnam corporalem, quia legi diuinæ
167 & humanæ repugnaret. Et ideo ſolùm ſufficiunt † hi
teſtes ad iudicendam pœnitentiam. ita ſcribunt Franc.
Squillacen.in tract.de fide cato.q.34.in fin.& Vmbertus
in ſuo opere inquiſitionis,in verbo,teſtes.nu.18.His ſa-
tis apparet eſſe diſſolutum hunc obicem alioqui fortiſſi
mum.Conſtat etiam Bernardinum non conuinci alicu-
ius teſtimonio,quòd de fide catholica aliquid male ſen
ſerit. Qua ex re infertur, ꝙ ſi ſua confeſſione ſola Ber-
nardinus aliquid aduerſum ſe nunc dixiſſet, nullo pa-
168 cto vti † relapſus condemnandus eſſet. Ita docuit Ar-
naldus Alber. in d. tract. de hæreticis. q.25. nu. 25. qui
ſcribit in ſpecie hac,ꝙ,ſi quis hæreſim abiurauit, vel vt
verè hæreticus,vel vt vehementer ſuſpectus, & deinde
iterum in eã lapſus ſit,& ad inquiſitorem ſpontè acce-
dat, fateatúrque in hæreſim ſe relapſum: & is relapſus
non comprobetur teſtimonio alterius,vel alia probati-
one,quòd non erit brachio ſeculari tradendus:cùm re-
laxentur curiæ ſeculari ſolùm qui teſtibus,vel alijs pro
bationibus ſunt conuincti.Solùm in eo verſari videtur
169 aliqua difficultas, quòd † Arnaldus loquatur de eo,
qui ſpontè ad iudicem accedit, & ſpontè fatetur cri-
men ſuum: ac fortè contrà (vt hic) cùm accuſatus fuit,
prehenſus & carceri incluſus. Quod viſus eſt etiam ſẽ-
tire Alphõſus de Caſtro li.2.de iuſta hær.punit.c.2.ver.
ſed difficultas.Cæterùm, idẽ eſſe opinor & in caſu iſto:
ius ſanè rei declarãdæ gratia duos caſus ita diſtinguo.

Primus caſus eſt, cùm agitur vt hic relapſus omninò
abſoluatur, tunc debet ſpontè acceſſiſſe, & ſpontè fa-
teri delictum, & ei ſola pœnitentia ſpiritualis iniun-
gi debet.ita intelligo Alphonſum loco iam citato.

Secundus eſt caſus, cùm agitur de indicenda pœna
relapſus, quæ mortis naturalis eſt. Hoc caſu nullam dif
ferentiam conſtituo quòd ſpontè acceſſerit vel coactè: at
que ita quòd ſpontè ſit confeſſus,vel aliquo timore.Nã,
ſi aliunde non conſtat quàm ex ſua confeſſione,non põt
pœna mortis puniri. Ea eſt ratio,qua Arnaldus d.q. 25.
nu. 27. vtitur,quia nemo eſt dominus membrorum ſuo-
rum. l. liber homo.1.ff. ad l.Aquil.& ſuprà copioſè com-
probaui. Et ideo ſoli confeſſioni ſtandum non eſt. Quæ
ſanè ratio,quæ hoc in caſu præcipua eſt, locum habet &
in eo, qui ſpontè iudici non ſe obtulit. Et ideo pœnam
mortis euitabit iſte;quamquam(vt Arnaldus ſcribit)a-
lia pœna ſit ei indicenda.Et huc ſpectant quæ ſcripſi lib.
2.de arbitr. iudicum, caſu 367. Nec hic repugnat, quod
ſcribit Iacobus Simancas in praxi hæreſeos, titu. 60. in
170 fin.huic ita † ſe relapſum confitenti,non eſſe remitten-
dã pœnã inconſulto Pont.Max.quia reſpondetur, non
remitti hîc pœnã aliquã, ſed ſolùm imponitur pœna his
caſib.indici ſolita. Et Põtifex Max.dicitur tribuiſſe om-
nem ordinariã poteſtatem huic ſancto inquiſitionis of-
ficio.Quod,cùm ſatis clarũ ſit tã iure ipſo cõmuni,quàm
ipſis indultis, non eſt quòd multis nitar hoc probare.

Tametſi per multis rationibus demonſtratum ha-
ctenus credam, bernardinum de hæreſi à ſancto officio
inquiſitum,non poſſe tanquam relapſum condemnari,
cùm ſecundò erraſſe,non conſtet:nihilominus,vt mune
ri meo,quod à ſancto officio demandatum fuit omni di-
ligentia pro viribus ſatiſfaciã,alijs rationibus conabor
oſtendere,hunc non eſſe ea pœna relapſus puniendum.

Primò ea me mouet ratio, quòd, vt quis cenſeatur
171 † hæreticus,inter multa,quæ requiruntur, illud eſt præ
cipuum,quòd in ea hæreſi ſit pertinax.ca. dixit Apoſto-
lus.24.q.3.& ibi Card.de Turrecremata, in cap. hæc eſt
fides 24.q.1.& in ca.damnamus,de ſum.Trin.& fide ca-
thol.& ſcribunt omnes,quos infrà referam, Atqui Ber-
nardinus pertinax non cenſetur, vt relapſus dici poſſit:
ergo vt talis puniri non poterit. Minor propoſitio pro-
172 batur: † Pertinacia,quæ ſecundum D.Thomã in 2.2.q.
138.ar.2.eſt impudens tenacia,& quæ,vt ille ait, perſeue
rantiæ opponitur,duobus modis conſideratur: exterius
& interius,vt ſcribunt Archiepiſ. Floren. in ſua ſumma
parte 2.tit.12.c.5.§.1 & Sylueſter Prierius in ſumma, in
verbo,hæreſis,prima.num. 5. & clarius ad rem noſtram
Arnaldus Albert.in tract.de hæret.q.3.num. 7. Exterius
173 † pertinax multis modis cognoſcitur, & vinginti mo-
dos recenſet Card. de Turrecrema. in ſumma de eccle-
ſia,lib.4.in 2.parte.c.16.& aliqua ſcribit Simancas in pra
xi hæreſeos. tit.30. Et copioſius Arnaldus Albert. tract.
de hæreticis.q.30. Et dicitur pertinax etiam cùm ex ver-
bis apertè conſtat eum defendere hæreſim.Interius ve-
rò is cenſetur pertinax, cùm eam hæreſim in animo fi-
xam habet,& latenter intra ſe retinet.Exteriori pertina
cia dici non poteſt pertinax Bernardinus, cùm ſemper
aſſeruerit,ſe paratũ emendare & corrigere,& quòd vult
credere, qđ credit Eccleſia Catholica Romana. Quod
174 quidem ſufficit ad fugiendum hoc† pertinaciæ vitium.
d.cap.damnamus.& in ſpecie ſcribunt Vmbertus in ſuo
opere inquiſitionis,pag.442.& clarius Arnaldus Albet.
in d tract.de hæret.q.3.nu.11.in fi.& q.29.num.30. & nu.
38. Idem q 30.nu.72. ſcribit, pertinacem non dici, qui ſe
ſubijcit determinationi eccleſiaſticæ. Quod quidem in
Bernardino procedit,qui ignarus & imperitus eſt iudi-
candus,cùm vix legere nouerit,vt ſcribit Arnaldus d. q.
175 3.nu.12.13.Hi enim † idiotæ(vt aliàs admonui)implicitè
tãtum ſcire tenentur,quæ fidei ſunt,vt tradunt D. Thõ-
mas 2.2.q.2.art.6.Angelus Clauaſ.in ſua ſumma, in ver-
bo,fides.nu.4.& Sylueſter Prierius in ſũma,in verbo,fi-
des.nu.6.Idẽ quoque ſẽſit Alphõſus de Caſtro li.1.de iu-
ſta hæret.punit.cap.9.eſt pag.48.verſ. at vulgaris homo.
176 Quo loci,etſi dixerit † ignorantiã eſſe probandã ab eo,
qui eã allegat, attamẽ illud ſolùm procedit in eo,qui ſci
re tenetur. Nã ex quo tenetur ſcire, præſumitur etiam ꝙ
ſciat:& ideo ſi ignorantiã allegat,eã tenetur probare. ita
declarãt gl.& cæteri.in c.præſumitur, de reg.iuris, in 6.
& in l.iuris ignorãtia. C. qui admitti. At ſecus in eo,qui
ſcire non tenetur: quia in eo præſumitur ignorantia. d.
c.præſumitur, & ſcribunt relati Doctores. Et in ſpecie
noſtra idem viſus eſt ſentire ipſe Alphonſus vbi ſuprà,
verſ.Quia ſi res, quam aſſerit. &c. Et eo loci admonet,
quid ab inquiſitoribus obſeruandum ſit. Pertinacia in-
teriori an pertinax ſit Bernardinus, maius dubium eſt.
Nam Arnaldus Albert.in d.tract.de hæret.q.3 nu.7.ver.
177 idem in illis, ſcribit,† relapſum cenſeri pertinacem in-
terius & mentalem.Sed verè dici poteſt, quòd ſi menta
lis tantum eſt pertinax,& per conſequens relapſus, non
dicitur verè relapſus,ſed præſumptiuè.quo fit vt pœna
ordinaria mortis indici ei non debeat,ſed alia extraor-
dinaria iudicis arbitrio:quemadmodum multis proba-
ui lib.2.de arbitra.iudicum,caſu 279.Nec repugnat text.
178 † c.ad abolẽdam.§.qui verò,verſ.illos, de hæret. qui,&
relatus eſt in c.ſuper eo,de hæret.in 6. Quæ iura ad ſuæ
ſententiæ confirmationem recenſet Arnaldus.d.q.3.nu.
7. quãdoquidem non loquuntur de eo,qui præſumpti-
uè relapſus iudicatur: ſed de verè relapſo: cùm ita ſcri-
ptum ibi ſit: Vel, poſtquam (vt diximus) proprij Antiſti-
tis examinatione purgauerint,deprehenſi fuerint in ab-
179 iuratam hæreſim recidiſſe, &c.verbum † deprehendo,
verè & propriè ſignificat,in ipſo facto capere: ita vt nec
fugere, nec inficiari poſſit. M.Tull.act.7.in Verrem.
Quaſi eſſe in aliquo manifeſto ſcelere deprehenſus. &
lib.2.de finibus.Occultum facinus eſſe potuerit,gaude-
bit:deprehenſus,omnem pœnam contemnet.Et d.ca.ad
abolendam,verſ.illos,ita intellexit ibi Anch.in 4.notab.
& ibidem Io. de Ana. Et idem apertius poſt Io. And.&
Hoſt.ſenſit Abbas in c.literas.nu.9.verſ.quæro ſecundò.

Secundò,ꝙ Bernardinus pœna ordinaria puniendus
180 non ſit,hac ratione dicendum eſt,quòd † ſenibus delin
quentibus,vel aliquid de fide & religione aſſerentibus,
vel parcẽdũ,vel pœna minuẽdã eſt. Atqui Bernardinus

iſte

iſte ſenex ita dicitur, vt indulgendum ei ſit: ergo parci ei
debet, vel pœna mitigari. Illa minor (vt ab ea incipiam)
probatur: quia ſi diſcurramus ſingulas doctiſsimorum
181 hominum ſententias, quis † ſenex dicatur, ſemper repe
riemus ſexagenarium ſenem dici. Multorum opiniones,
qua ætate ſenex dici quis poſsit, retuli li. 2. de arbitrarijs
iudicum quæſtion. & cauſis caſu 59. vbi quid ex medicis
ſenſerint Hippocrates & Galen9, quid ex Latinis Varro,
quid ex noſtris multi ſcripſerint, recēſui. Et quamquam
* eo loci in fine, ex recepta * magis ſententia, dixerim iu-
182 dicis † arbitrio relinqui, qua ætate dicatur quis ſenex,
iuxta ſ. qualitatē perſonæ & materiæ ſubiectæ, attamē non
dubito, quin nunc æquiſsimi iudices ſancti officij inqui-
ſitionis iudicaturi ſint, hunc Bernardinū ſenem ita eſſe
pro ſuæ perſonæ qualitate, vt parcendū, vel minuēda om
183 ninò pœna ei ſit. Ratio enim, qua leges voluerunt † ſe-
nib. parcendum (vt mox ſubiiciam) eſt, quia intellectu
& ſenſu carent. qui ſanè intellectus incipit illis deficere,
qui annum quinquageſimum ſecundum excedunt; au-
ctor eſt in politicis Ariſtoteles, & cum eo Tiraq. noſter
in tract. de pœnis legum, &c. cauſa 8. nu. 3. Quæ ſanè
ratio in Bernardino maximè locum habet. Maior verò
argumentationis noſtræ propoſitio, quòd ſcilicèt ſe-
nibus delinquentibus vel minuenda pœna, ratione, ex-
emplo & multorum auctoritate probatur. Ratione, quia
184 † ſenex iudicio & ſenſu bono caret; cùm puero æqui-
185 paretur. iuxta illud Plauti in Mercatore: Senex † quem
exemplo eſt, iam nec ſentit, nec ſapit. Aiunt ſolere eum
repueraſcere. Plato lib. 1. de republ. & lib. 1. de legib. re-
fert illud Græcorum: Bis pueri ſenes. Alios recenſet Ti-
raq. in tract. de pœnis legum, &c. cauſa 8. Quemadmo-
186 dum ergo pueri † ignorant quod agunt. l. 1. §. infans. C.
de falſa moneta. & ob id excuſantur à pœna, ita ſenes, ac
pueri. Exemplo clarè probatur in l. ſi quis in graui. §. i-
gnoſcitur. ff. ad S.C. Syllania. de his, quibus vt indig. vbi
187 Vlpianus cenſuit † ſenibus parcendum eſſe, ne tenean-
tur pœna illius Senatuſconſulti; ne ſ. quæſtionibus ſub-
ijciantur, cùm dominus occiſus in domo fuit. Et in l. 2.
ff. termino amoto vbi diuus Adrianus, referente Calli-
ſtrato, ſenē termini amotorē ad breuius tēpus q̄ adoleſcē
tē relegauit. Quocircà, rectè Paulus in l. ferè in omnibus,
de rég. iur. cēſuit, ferè in omnib. pœnalib. iudicijs & ætati
& imprudentiæ (quorū vtrūque hîc cōcurrit) ſuccurri. Ita
Gregorius Pont. Max. vt relatum eſt in c. tanta. 86. diſt.
188 Epiſcopum † Senem pœnis emeritis non affecit, etſi poſt
graue patratum crimen miſſam celebrauerit. Et pro pec-
cato minuitur pœnitentia in ſene. cap. tempora. 26. q. 7.
Auctoritate multorū probatur, vt gloſſæ in l. ferè in om-
nib. de reg. iuris, & poſt Tiraq. in d. tract. de pœnis legum,
cauſa 8. alios retuli li. 2. de arbitrarijs iudicum, caſu 329.
nu. 20. 21. Quibus nunc addo Io. Igneum in l. ſi quis in
graui. §. ignoſcitur. col. 1. & 2. ff. ad S. C. Syllania. Iodo-
cum in praxi criminali, c. 74. nu. 33. Et in ſpecie noſtra ad-
do Iacobum Simancam, in tract. hæreſeos, tit. 47. nu. 12.
189 qui ſcribit, † ſenes à pœna hæreſis ob id defendi, quòd
nimia debilitate confecti deſipiunt. Hæc argumentatio
maximè ex his, quæ infrà dicemus, confirmatur.

Tertiò, quòd Bernardinus abſolui debeat, vel ſaltem
leui pœna puniri, hæc argumentatio mirum in modum
190 vrget. † Furioſo, inſano ac ſtulto erranti ſuccurrēdum
eſt, nec pœna indicenda. At Bernardinus inſanus & ſtul-
tus eſt, hactenúſque fuit: illi ergo ſuccurri debet. Pro-
poſitiones veras eſſe ſtatim oſtendam. Illud primùm ſci-
endum eſt, quòd etſi furioſus, inſanus & ſtultus in mul-
tis inter ſe differant, non tamē quò ad rem noſtram dif-
ferunt. M. Tull. (vt ab eo initium faciam) lib. 3. Tuſcul.
191 quæſtio. † Furioſos, amentes & dementes eoſdem no-
192 minat; † ſtultos verò, quos noſtri mente captos appel-
193 lant; † inſanos autem tamquā vtrorumque genus con-
ſtituit. Sanitatem (inquit ille) animorum poſitam in trā-
quillitate quadam, conſtantiáque cenſēbant: his rebus
mentem vacuam appellarunt inſaniam. Nec minus
illud acutè quòd animi affectionem lumine carentem
nominarunt amentiam, eandémque dementiam. Et ali-
quanto poſt: Furorem eſſe rati ſunt mētis ad omnia cæ-
citatem; quod, cùm maius eſſe videatur quàm inſania,
tamen eiuſmodi eſt, vt furor in ſapientem cadere poſſit,
non inſania. Quibus (ni fallor) conſtat, eandem eſſe fu-
roris quæ dementiæ diffinitionē: ac propterea eandē v-
194 tramque eſſe. de ſtultitia verò ita ſcribit M. Tull. † ſtul-
titiam enim cenſuerunt, id eſt, inconſtantiam ſanitate va-
cantem, poſſe tamen tueri mediocritatem officiorum, &
vitæ communem cultum atque viſitatum. Cæterùm, ali-
quādo hæc inſania eſt appellata. Nam, & Romæ (vt Gel-
lius li. 18. Noct. Attica. cap. 7. ſcriptum reliquit) Domitio
homini docto celebríque grammatico, cognomentū in-
ſano factum eſſe: quoniam erat natura intractabilior &
195 moroſior. Furioſus in hoc à ſtulto vel mente capto dif-
fert, quòd furioſus animi rabie agitur atque vexatur; &
ob id furioſus dicitur, quaſi mens extra ſe feratur: vnde
mentis emotæ dicūtur, qui furore agitātur. Stultus verò
ſeu mente captus is appellatur, qui eo morbo laborat,
quem Græci vocāt Μώρωσιν, cùm ſcilicèt pars rationalis
animæ vitiata eſt. Nec iſte, vt ille, animi rabie agitur, ſed
quietè agens, nulla furoris indicia oſtendit. Hanc inter
furioſum & mentecaptum differentiam ex noſtris agno-
ſcunt. Baldus in l. ſi furioſi. C. de nupt. & in l. 2. C. de cu-
ra. furio. Alex. conſi 54. nu. 1. lib. 1. & conſi. 3. num. 2. lib. 6.
Curt. Iun. conſil. 151. nu. 3. 9. Iaſ. in l. furioſum. num. 2. C.
qui teſta. face. poſſ. Gramma. conſil. 16. num. 14. crimina-
196 libus. Pariſ. conſil. 87. num. 11. lib. 3. in iure noſtro à † mē-
te capto demens non differt, quod probat l. ſi furioſi. C.
de nuptijs. vbi quem mente captum ad furioſi differenti-
197 am appellauit, mox dementem nominat. † Inſania, quæ
(vt diximus) vtrorumque genus conſtituit, Latinè ap-
pellatur, quam Græci phreneſim, vt ſcribit Cornelius
Celſus lib. 3. cap. 17. qui doctè admodum de his diſſerit.
Alij melancholiā dixerunt, vt ex noſtris Budæus in an-
not. ad l. 2. ff. de ædil. edicto. Et inſaniam, id eſt, quaſi in-
ſanitatē appellarūt multi, quamcumque ægrotationem
198 & morbum animi. Et phreneſis † dicitur morb9 acutus
in febre ſuperueniens; cùm ægrotātes deſipiunt & aliena
loquūtur. quod probat & l. 1. §. interdū. ff. de ædil. edicto.
De hac inſania & melancholia plura egregiè ſcribunt
Ariſt. in problema. ſect. 30. Cœlius Rhodignus li. 17. lect.
antiq. cap. 3. & 4. qui ex Galeno & alijs plura ſcribunt
Beatus Antonin9 in prima parte ſuæ ſummæ. tit. 2. c. 6. §. 6.
& ex noſtris Bræcheus in l. inter ſtuprū. §. verū. de ver. ſig.

His conſtat furioſum, à ſtulto & inſano differre, quòd
199 vnus plus altero eo animi morbo laboret: cōueniūt † ta-
men in eo, quòd æquè vnus ac alter lumine & ſenſu bo-
no caret. Quocircà, rectè ex multorum ſententia ſcribit
Boer. q. 23. nu. 42. hos omnes in iure noſtro æquiparari.
Nunc deductas propoſitiones argumentationis probo.
200 Illa maior propoſitio, quòd ſcilicèt furioſo, † inſano &
ſtulto parcendum ſi, probatur ratione, exemplis & aucto
ritate multorum. Ratione, quia delectum ſine culpa &
dolo non committitur. l. illud. §. 1. ff. de iniurijs, qui de
furioſo in ſpecie loquitur. l. 1. §. diuus. ff. ad l. Cornel. de
ſicar. l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœnis & per
conſequens non punitur? vt illis iuribus apertè probatur,
& copioſè diſſerui lib. 2. de arbitr. iudicū, caſu. 324. Qui
bus accedit D. Thomas in 2. 2. q. 108. art. 4. vbi ait, pecca-
201 tum inuoluntarium non puniri. Atqui † demens, inſa-
nus & ſtultus ignorant quod agunt. l. diuus. ff. de off. præ
ſid. l. in negotijs, de reg. iuris. & in l. qui ſeruum. ff. de ac-
qui hære. ſcriptum eſt, furioſi nullam eſſe voluntatem.
& in l. furioſi. de reg. iur atque ita dolo carent, ergo non
cenſentur deliquiſſe, & per conſequens puniendi nō ſunt.
202 Non enim æquum eſt, quòd † ignorans puniatur. l. vlt.
ff. de decretis ab ordin. facien. & doctè ſcribunt Decius
conſi. 440. nu. 2. & Crauetta conſi. 6. nu. 73. & conſi. 260.
203 col. 1. Præterea † furioſo & ſtulto, vt & dormiēti eſt ſub-
latus vſus liberi arbitrii; ob id peccare nō poſſunt: vt poſt
D. Tho-



D. Thomam prima parte ſummæ. q. 48. art. 8. ſcribit D.
Antoninus in ſua ſumma. parte prima, tit. 2. c. 6. §. in fine.
204 Accedit, quòd † furioſus & huic ſimiles abſentes dicun
tur. l. Iulianus. ff. de diuort. l. 2. §. furioſus. ff. de procur. l.
1. §. adipiſcimur. ff. de acqu. poſſ. & l. 2. §. furioſus. ff. de iu
re cod. abſentes intelligo animo, non autem corpore. l.
coram. ff. de verbo. ſigni. & l. diem proferre. §. corā. ff. de
205 rece. arbitr. & vtroque in loco ſcribentes. Atqui † abſen-
tes non dicuntur delinquere. l. abſentem. de pœnis, cum
206 ſimilibus. Non ergo debent puniri. Præterea † furioſus
ſatis ipſo ſuo furore punitur. l. diuus. ff. de off. præſid. Et
207 quod à furioſo † factum eſt, caſu & fortuitò videtur fa-
ctum. l. vlt. in fin. ff. de adminiſt. tut. Quemadmodū quod
caſu euenit, non punitur ita nec quod ab his furioſis &
mēte captis actum fuit. Quibus rationibus ad rem hanc
probandam poſt alios vſus ſum lib. 2. de arbitr. iudicum,
caſu 325. & in tractatu de recuperāda poſſ. remedio 9. nu.
91. Quibus accedunt quæ ſcribit Igneus in l. ſi quis in
graui. §. ignoſcitur. nu. 74. ff. ad S.C. Syllania. Exemplis
permultis probatur, furioſum ſtultum & his ſimiles non
280 puniri. Ita enim † furioſum à pœna homicidij excuſari
Modeſtinus ſcribit in l. infans. ff. ad l. Cornel. de ſicar. Et à
pœna inferentis iniuriam excuſari mente captum, ob id
quòd iniuriam pati potius quàm facere dicatur, cenſuit
Vlpianus in l. ſed etſi quæcunque. §. 1. ff. ad l. illud. §. 1. ff.
206 de iniurijs. Quinimò † à pœna parricidij excuſandos eſ
ſe furioſos & ſtultos voluerunt diuus Marcus & Cōmo
dus in l. diuus. ff. de off. præſid. & in l. pen. §. vlt. ff ad l Pō-
pe. de parrici. Quod equidē non ſolùm lege ciuili, ſed &
canonica & diuina conſtitutum eſt. Canonica inquam in
ca. indicas. 3. q. 9. & in c. illa. 15. q. 1. & clem. 1. de homicid.
Diuina. vt Exodi c. 21. Deuter. c. 19. Numeri cap. 35. Quæ
quidem ſemper conſtituit, inuoluntarium homicidam,
qualis eſt mente captus, puniendum non eſſe. Hinc lau-
datur Adrianus Imperator, qui ſeruum per furorem in
ſe irruentem, non iuſsit puniri, ſed medicis curandum
tradi: auctores ſunt Dion, & Spartianus in Adriani vita.
Probatur & hæc ſententia multorum auctoritate, quem-
madmodū retuli. d. lib. 2. de arbit. iudicum, caſu 325. Qui-
bus accedunt Igneus in d. l. ſi quis in graui. §. ignoſcitur.
nu. 75. ff. ad S.C. Syllania. Petrus Placa lib. 1. epitome de-
licto. c. 29. Ex Theologis idem ſcribit Alphonſus de Ca
ſtro lib. 2. de poteſtate legis pœnalis. c. 13. uerſ. prima cau-
ſa. Et in ſpecie noſtra, quòd mēte captus, ſtultus & furi-
210 oſus pœna † hæreſis puniri non debeat, dum hæreſim a-
liquam eſſeruit, tradunt Iacobus Simancas in prax. hære
ſeos. titul. 47. numer. 9. & Vmbertus in ſuo opore Inqui-
ſitionis, pag. 464. qui ita recenſet à multis iuriſconſultis
fuiſſe in ſpecie reſpōſum. His ego addo tex. & gloſſam in
c. 3. in verbo, non ſanæ, de hæret. in 6. vbi ſtulto dicenti ali
quid hæreticū culpa nō adſcribitur, cùm non peccet. Et
eſt Theologorum omniū ſententia in ſecundo ſenten. di
ſtinct. 22. qui ſcribunt, furioſum & mentecaptum non
peccare. & id clarè cenſuit Alex. de Ales in ſua ſumma,
parte 2. q. 172. artic. 1. & 3.

Minor propoſitio, quòd ſcilicet hic Bernardinus ſtul-
tus, mente captus & demens fuerit, ac ſit, multorum teſti
monio credimus probatum. Quorum teſtimonia ante-
quam referam, aliqua priùs dicam ad faciliorem expla-
nationē eorū, quæ dicturus ſum. Illud primū ex mente
211 omnium ſciendū eſt, † ſtultitiā, dementiā, inſaniam &
furorem difficilis eſſe probationis, quippè quæ ſunt de
his, quæ latent in hominis animo, & paſsim cognita non
ſunt, niſi diu cum eo quis ſit & verſetur. & ob id Baldus
212 in l. 2. ff. de teſta. ſcribit, mentis ſanitatem † eſſe quid in-
uiſibile, & propriè non percipitur viſu vel auditu, ſed ma
gis iudicio rationis. & ideo (vt dixi) difficilis probatio-
nis eſt. & ita cenſuerunt permulti quos recenſet. Boer.
q. 23. num. 41. & præter eum Decius in l. furioſum. num.
29. C. qui teſtament facer. poſſ. 213. qui teſt. Qua ex re
213 illud ſequitur, quòd hi † defectus mentis non niſi
ex dictis & factis exterioribus iudicari poſſunt: quē-
admodum multorum auctoritate probauit Boer. d. q.
23. nu. 43. & præter eum idem ſcripſerunt Corn. conſil. 22.
nu. 6. lib. 4. Gramma. conſi. 16. nu. 8. in criminalibus, &
Rodericus Suarez alleg. 1. nu. 5. & nu. 17. Illud etiam ſe-
214 cundo loco ſciendum eſt, hanc mentis † inſanitatem pro
bari poſſe teſtibus ſingularibus. ita firmarunt Dec. in l. fu
rioſum. nu. 30. C. qui teſta. fac. poſſ. Rui. conſi. 67. nu. 9.
lib. 1. Pariſ. conſ. 87. nu. 9. lib. 3. Boer. q. 23. nu. 4. & Suarez.
d. alleg. 1. nu 17. Tertiò præmittendum eſt, quòd vbi am-
215 bigitur, an † dicta vel facta ab aliquo præſumantur di-
vel facta tempore ſanæ mentis, vel potius dementiæ, hęc
regula conſtituitur prima, quòd, ſi aliquibus ſignis non
conſtat hunc dementem, præſumuntur dicta & facta ab
homine ſanæ mentis, quamquam actus illi ſtulti & de-
216 mentis hominis ſunt: cùm & plurimi † ſapientes ſtulta &
& inſana egerint. Exemplo ſunt multi, vt omnium ſa-
217 pientiſſimus † Salomon, qui (vt ſcriptum eſt libr. 3. Re-
gum cap. 11.) ſenio iam confectus ardenti amore cœpit
amare mulieres, quæ eius cor deprauarunt. Et legitur li-
br. 2. Regum, c. vlt quòd Dauid, cùm ſtultè populum di-
numeraſſet, cor eū percuſſit, & dixit Dauid ad Dominū:
Peccaui valdè in hoc facto: ſed precor Domine, vt tranſ-
feras iniquitatem ſerui tui, quia ſtultè egi nimis. Hinc
etiam ex noſtris Paulus Caſtr. in l. quidam in ſuo. num. 3.
218 ff. de cond. inſt. refert † Doctorem Patauinum, quem fuiſ
ſe ſanæ mentis Caſtrenſis ipſe exiſtimabat, ſtultè ſuo in-
teſtamento diſpoſuiſſe: quòd corpus ſuum portaretur cū
tubis & corneis (vt illius verbis vtar) ad eccleſiam. & ꝙ
fierent nuptiæ, & ꝙ etiā eius vxor indueretur pannis ru-
beis, aliàs priuabat hæredē. & ſcribit Caſtrenſis ita fuiſſe
obſeruatū. Sed ad rē. Hoc itaque caſu qui aſſeruit hunc
219 † eſſe ſtultū & inſanū, probare debet. Ita ſcriptū reliqué-
runt Dec. in l. furioſum. nu. 19. C. qui teſt. fac. poſſ. & con-
ſi. 489. in fi. alios infrà referam. Secunda eſt regula, quòd
220 quando quis eſt factus † ſtultus & inſanæ mētis; quam-
quam dilucida interualla habeat; attamen quod ab eo
dictum & factum eſt, præſumitur dictū & factum tem-
pore mentis inſanæ: & qui contrarium aſſerit, probare
debet. ita vt Decius in d. l. furioſum. numero 23. Ruin.
conſilio 67. numero 9. libro 1. Curt. Iun. conſilio 151.
numero 7. Pariſius conſilio 87. numero 12. libro 3.
Boer. q. 23 numero 62. 67. & numero 84. Gramma. con-
ſil. 16. nume. 9. in criminalibus. & Suarez. d. alleg. 1. nu.
18. 19. Et in ſpecie criminis hæreſis, ita cenſuit Anchar.
in ca. 3. in 7. nota. de hæret. in 6. qui ſcribit, quòd furo-
re probato, factū deinde ab hæretico præſumitur factū
ob reliquias priſtinæ volūtatis. His ita poſitis, videamus
nunc quàm rectè ꝓbetur hæc inſania teſtimonijs iſtorū.

Primus teſtis, ſer Petrus Tiene aromatarius, qui at-
teſtatur, hunc Bernardinum, ob infirmitatem effectum
eſſe inſanum. & dum reddit rationem, refert ipſum Ber-
nardinum ipſi teſti narraſſe viſionem ſuo in cubili, quòd
ſcilicèt vidit equitem ingredientem cubile è ſpecula, &
quòd contra eum clamauit, vt recederet. Et idem quòd
iſte teſtis deponit ſer Hieronymus, ſecundus teſtis. Qui
221 ſanè actus dementis & inſani eſt: quippè quòd † imagi-
nandi potentia læſa erat: vt recenſet ex Galeno libro 3.
de morbis, Cœlius Rhodig. lib. 17. lectio. antiq. cap. 3. qui
222 ſimile accidiſſe † Theophilo artis medicæ perito ſcri-
bunt. is cùm decubuiſſet æger, in angulis domus occi-
nentes arbitrabatur adeſſe tibicines & cantores. Illud e-
223 tiam ſcribunt quod Romæ euenit in eo qui † infirmita-
te oppreſſus, occluſis ædib. de feneſtris vaſa tranſeunti-
bus oſtendebat; ſciſcitans, an elideret. Et de ſeipſo Gale-
nus ſcribit, quòd dum puer adhuc ageret, & æſtiuo tem-
pore febri quateretur, ex cubili prominentes atro colore
feſtuculas videre ſe opinabatur, veſtes quoque floccorū
224 plenas. Eſt quoque ad rē noſtrā maximè illud † Thraſy-
li, qui ea inſania capt9 erat, vt Piræū ingrediētes naues,
ſuas arbitraretur, ꝓinde abeūtes remigrātéſque ingēti ap
plauſu excipiebat: ꝙ ſi qua naufragiū feciſſet, nil inde
mœroris cōcipiebat. Hūc fratris cura vbi à morbo abſol-

uiſſet,narrabat nunquam ſe vidiſſe iucundius quàm fu-
roris tempore, quantum abeſſet triſtitia; voluptas ſuſim
arrideret. Ita recenſet Cœlius d. li.17.c.3. & ex antiquis
225 Aelianus lib. 4. de varia hiſtoria. Hi itaque cùm † ima-
ginibus fallantur,inſani verè ſunt: quemadmodum Cor
nelius Celſus lib. 3. medicinæ, cap.18. his ſignificat: Ter
226 tium (inquit) inſaniæ † genus eſt, cuius ſpecies duæ
ſunt: nam quidam imaginib. non mente falluntur, qua-
li inſanientem Aiacem, vel Oreſtem poetarum fabulæ
ferunt: quidam animo deſipiunt. Et ex noſtris idem in
ſpecie ſcribit Rodericus Suares. d. alleg. 1. nume. 6. qui
citat hæc Galeni verba, libro de interioribus. Hanc paſ-
227 ſionem † phreneſis multa præcedunt accidentia: quia
imaginationibus eis apparentibus adeò coacti incipiunt
clamare inimici,& ſtupefieri;& aliquando ſine cauſa ob-
liuionem patiuntur. Huius quoque Bernardini inſani-
am probat hic teſtis ea ratione, quòd dum hic Bernardi-
nus ambularet, more ſtultorum ambulabat, hoc eſt (vt
teſtis loquitur) de trabuchon,& ſi obuiam amicos habe
bat,illos non aſpiciebat,& nihil eis dicebat:& tẽpore plu
228 uiæ cũ ſub porticibus iter facere poſſet,via † lutoſa ibat.
Et cum huius teſtis teſtimonio cõuenit teſtimonium ter
tij teſtis. Qui ſanè actus inſani atque ſtulti ſunt, vt pro-
bat l.1. in fi. ff.de ædil. edic. Cur. Iun. conſ.151.nu.8. &
Suares.d.alleg.1.nu.3.4. dum ſcribunt, eum cenſeri ſtul-
229 tum, qui † ridenda agit, & talia quæ vir ſanæ mentis
non faceret. Accedit tertiò, quòd iſte primus teſtis atte-
ſtatur, Bernardinum conſueuiſſe inordinatè loqui; cùm
ſuus ſermo ita eſſet, vt nullam haberet concluſionem: &
cum hoc conuenit quartus teſtis. Dubium autem non eſt
230 quin ſermo inordinatus † ſignum ſit dementiæ & inſa-
niæ, quemadmodum probat text. cap. legimus. 93. diſt.
quem in hanc ſententiam citant Gemin.in cap.1.§. ſi ve-
rò, de clerico ægro.lib.6. Dec.in l.furioſum.nu.29.verſi.
tertiò. C. qui teſtam. facere poſſunt. & conſ. 448. nu. 1.
Corneus conſi.22.num.8.& num. 14. lib. 4. Suares. d.al-
leg.1.nume.4. & Gram.conſi. 16. numer. 10. Et in noſtris
terminis criminis hæreſis eſt tex.in c.filij, de hæret. in 6.
& ibi notat Francus in ſecundo notab. Præterea Bernar
dini inſania & ſtultitia probatur teſtimonio horum qua-
tuor teſtium, imò etiam teſtimonio mulieris quarto lo-
co examinatæ à ſancto officio inquiſitionis contrà ip-
231 ſum Bernardinum; omnes tanquam vicini † & cogno-
ſcentes Bernardini conditionem, eum pro inſano & ſtul
to habent: quod ſufficit ad eum vt talem iudicandum.
Ita ſcribũt Dec.cõſi.86.nu.7.Pariſ.cõſi.87.nu.7.li.3.Boe.
q.23.nu.8.& Gram.conſi.16.nu.12.& nu.15. in criminalib.
Rurſus accedit teſtimonium duorum medicorum præ-
excellentis doctrinæ, & magnæ experientiæ in arte me-
dica, qui retulerunt ſuo iuramento, ipſo Bernardino vi-
ſitato, quòd is maximè abundat melancholia: quando-
quidem melancholiam diximus ſuprà cauſare dementi-
am & ſtultitiam. Quin ſecundus medicus, nempè excel
lens D.Nicolaus Buccella atteſtatur, ſe ſemper habuiſſe
hunc Bernardinum, *per huomo di poco* (vt ipſe ait) *di-
ſcorſo*, id eſt, modici intellectus. Quod ſi ita eſt, intelli-
gimus hunc eſſe virum ſimplicẽ,ignarum & fatuũ potius
quã aliter. qui dũ malitia & culpa caret, dici non poteſt
peccaſſe,ita vt puniri graui pœna mereatur. Nec hîc repu
gnat,quòd duo hi medici aſſeruerint,ſe non habere hũc
pro ſtulto & inſano:quia duobus modis poteſt reſpõderi.
Primò, quòd cùm inſania & ſtultitia multipliciter in-
telligatur, (vt ſuprà declarauimus) vt ſcilicet aliqui ſint
ſemper inſani, aliqui habeant dilucida interualla: item
quòd aliqui furore vexentur, aliqui ad rem loquantur,
aliqui in ſola memoria, aliqui in ſola imaginatione læſi;
dicendum eſt,quòd hi medici non habeãt hunc pro om-
ninò ſtulto, & qui careat omni dilucido interuallo; non
tamen negant,quin hic ſit multum melancholicus,& ho
mo modici iudicij. Et ſtat ſimul quòd cùm viſitauerint,
haberet interualla dilucida, non tamen ſit, qui ferè ſem-
232 per ſit extra mentem. Nam † melancholia phreneſim
cauſat (vt diximus) quæ ſanè phreneſis ſemper adeſt, li-
cèt aliquando lateat. Ita enim ſcribit Auicenna, dum de
phreneſi agit: quem recenſet ex noſtris Rodericus Sua-
res.d.alleg. 1. num. 19. qui citat & Galenum libro de in-
teriorib. ita loquentem: Phreneſis vera paulatim venit,
nec ſubitò mentis alienationem facit; ſicut contingit in
alienationibus propter alia verba factis:ſed cùm facit ea,
continuè patiuntur. Et ideo ſubiungit Suares; quòd mor
233 bus † phreneſis ſemper durat ex quo incipit: vnde eſt
ſemper in dementia infirmus, & patiuntur alienationem
mentis, licèt loqui videatur aliqua verba ſanæ mentis.
Hoc idem ſcribunt Cardinalis Zabarella conſil. 57. col.
2.verſi. ex coniecturis,& Pariſ. conſi. 87. num. 44. libro
234 tertio: dum reſponderunt, † ſtultos & inſanos aliquan-
do loqui verba ſanæ mentis: & quòd aliquando faciunt
aliqua ſigna prudentiæ;non tamen deſinunt eſſe ſtulti &
inſani. Quo fit vt dicta ab iſto Bernardino, ſi qua ſunt
aduerſus eccleſiam Romanam, præſumuntur dicta tem
pore inſaniæ & ſtultitiæ vrgentis:& qui contrarium (vt
diximus) aſſerit, probare debet. Hinc etiam infero quòd
235 aſſertiones Bernardini nocere ei non debent, vt de † con
feſſione delicti facta ab eo qui furore vexabatur, reſpon-
dit Gram. conſil. 16. nu. 20. 21. in criminalib. poſt Spe.
quem citat. Hæc habui, quæ ad Bernardini defenſionem
in medium proferrem: cæterùm, hæc integerrimo & æ-
quiſſimo iudicio veſtro (iuſtiſſimi iudices) ſubijcio. Ve-
ſtram clementiam, quæ vos Deo Opt. Max. ſummoperè
commendat, ſolùm huius miſerandi viri nomine requi-
236 ro. Certo equidem ſcio vos eſſe memores, † clementi-
am maximè commendari in principib. quorum loco vos
nec immeritò certè non ſedetis. Eſt enim ſcriptum lib.
3. Regum,cap.20. Audiuimus, quòd reges domus Iſrael
clementes ſunt. & Heſter cap. 13. Volui potentes nequa-
quam abuti magnitudine, ſed clementia & lenitate gu-
bernare ſubiectos. Et ideo rectè & ſanctè de Seruatore
noſtro eſt ſcriptum Matthæi c. 21. Ecce rex tuus venit ti-
bi manſuetus: & lex eius vocabitur lex clementiæ. Vos
ſummis præcib. obteſtor (ſapientiſſimi iudices) vt veſtro
cordi hæreat illa ſumma clementia, qua vſus eſt Deus
237 Opt. Max. erga † Manaſſem. is enim (vt legitur li. 2. Pa-
ralipo. c. 33.) regum omnium, qui Hieroſolymis regna-
runt, ſceleratiſſimus, ſtellas adorauit, aras Baalim erexit,
in templo Dei idolum poſuit, ſomnia obſeruauit, augu-
ria ſectatus eſt, ſuper hæc ſanguinem innoxium fudit; in-
terficiens Prophetas, Eſaiam Serra mediũ ſecans. Cum-
que ob hæc flagitia Dominus tradidiſſet eum in manus
principum Aſſyriorum, ferróque vinctus ductus eſſet
in Babylonem, anguſtijs compellentibus agnouit pecca
tum, egit pœnitentiam, orauit, exauditus eſt, Deoque
propitio redijt Hieruſalem, & recuperauit regnum: at-
que in alium mutatus, idolis ſublatis prophanata expia
uit; & vnum Deum Iſrael impensè coluit. Quis igitur
veniam deſperet, ſi Manaſſes inuenit? Non certè deſpe-
rat Bernardinus, ſi quid aduerſus Romanæ eccleſiæ in-
ſtituta ſanctiſſima admiſit, vos in eum futuros manſue-
tudinis & clementiæ plenos iudices: quorum vota Deus
ipſe Opt. Max. bene fortunet. Hæc quidem ſcripſi P. A.
pio corde, mentéque ſincera, ac bona vt virũ decet Chri
ſtianum, veréque Catholicum. Cæterùm, ſi quid fortaſſe
(quamuis minimum) eſſet: quod pijs hominib. diſplice
ret, id totum vobis & ſacroſanctæ præſertim Romanæ
Eccleſiæ humiliter ſubijcio: à qua ne latũ quidem vnguẽ
(vt veteri parœmia dici ſolet) diſcedere intẽdo. Valete.
ex ædibus noſtris. Chriſto Redemptori laus & gloria,

Iacobus Menochius I. C.

*SVMMARIVM.*

1 *Papa an poſſit quempiam priuare ſuo iure.*
2 *Collatio beneficiorum dicitur ex fructibus ordinarij collatoris.*
3 *Papa promiſſione ſua obligatur, non tantùm iure humano, verùm etiam diuino & naturali: ideo aliquid concedens, non videtur poſſe reuocare iure ordinario.*

4 *Beneficia*



4 *Beneficia collatiua & electiua à pari procedunt, maximè in fauorabilibus. & quomodo hoc procedat. num. 18.*
5 *Papa an poſſit prouidere ad libitum de beneficio electiuo in præiudicium iuris electorum eos præueniendo.*
6 *Clauſula decreti annullatiua, decernens irritum & inane, ligat etiam Pontificem. & quomodo procedat. nu. 21. 23. 25.*
7 *Et annullat ipſo iure quod in contrarium geſtu eſt.*
8 *Et annullat non tantùm titulum, ſed etiam & poſſeſſionem.*
9 *Papa dum concedit ordinarijs facultatem conferendi alternatiuis menſibus, non dicitur voluiſſe à ſe poteſtatem abdicare conferendi vacantia ab illiſmet ſex menſibus conceſſis: quia in dubio cenſetur cumulatiuè conceſſiſſe non priuatiuè.*
10 *Papa præiudicare poteſt ordinarijs collatoribus, etiamſi ipſi conferre præpararunt, & quomodo procedat, num. 23.*
11 *Ordinarius non poteſt conqueri ſi Papa concedit plures expectatiuas in eorum eccleſia, quibus collatio ad eos ſpectans deinde impeditur.*
12 *Papa poteſt concurrere cum ordinario in iuriſdictione, & facultate conferendi conceſſa ipſi ordinario.*
13 *Papa poteſt præuenire ordinarios, & tunc eis dicitur ligare manus. & num. 24.*
14 *Papa quando poſſit conferre beneficium, cuius collatio alteri eſt conceſſa, & diſtinguitur.*
15 *Eccleſia vnius paſtoris eſſe debet.*
16 *Ius collationis beneficiorum leue eſt, quia detrimentum leue oriri dicitur.*
17 *Papa conferendo beneficium cuius collatio alteri eſt conceſſa, non dicitur ius eius cui conceſſa eſt minuere.*
18 *Collatiua & electiua beneficia à pari procedunt, cùm par adeſt ratio.*
19 *Diſpoſitionis appellatione an contineantur beneficia collatiua & electiua.*
20 *Vniuerſitas iuri communi innititur in eligendo, vel ſaltem quia ipſi iuri communi propius accedit.*
21 *Clauſula à natura principalis diſpoſitionis regulatur.*
22 *Repugnantia duo in eodem ſubiecto eſſe nequeunt.*
23 *Clauſula decreti annullans, &c. non dicitur appoſita reſpectu Pontificis, ſed potius reſpectu ordinariorum & aliorum executorum.*
24 *Decretum appoſitum in gratia, non afficit niſi beneficium cadens in illa.*
25 *Clauſula decreti in dubio quando dicatur Pontificem ligare.*
26 *Clauſula decreti non impedit factum Pontificis ex ſua certa ſcientia.*
27 *Papa conferendo beneficium an ſolo illo actu dicatur derogaſſe re ipſa facultati ordinario tributa.*
28 *Et an conferendo teneatur facere mentionem de iure ordinarij,*
29 *Collatio beneficij Papæ quæ alteri eſt conceſſa, habet vim reſeruationis.*
30 *Reſeruatio habet in ſe derogationem ad ſubſequentia.*
31 *Papa ſi appoſuerit manus in collatione alicui conceſſa, illa appoſitio habet vim decreti annullatiui, & derogationis.*
32 *Scientia Papæ ſufficit ad derogationem actus.*
33 *Scientia præſumitur in his quæ factum proprium reſpiciunt.*
34 *Contrariorum vno cognito, cognoſcitur & aliud.*
35 *Papa non præſumitur ignorare ſtatuta & regulas Cancellariæ,*
36 *Speciali indulto an ſit derogatum per literas apoſtolicas, in quibus nulla eſt facta mentio de indulto ſpeciali.*

CONSILIVM LXXXIII.

# Initium à Domino.

RESPONDEBO Paucis, quan-
tum fieri pro mea mediocritate pote-
rit, propoſitæ iuris quæſtioni, cùm a-
pud eruditiſſimos atque ampliſſi-
mos viros iudicium hoc tractari ac-
ceperim. Dubitari contingit, an San-
ctiſs. fœlicis record. D.N. Pius IIII
iure die prima Ianuarij 1564. contu-
lerit parochialem Guinzani diœceſis Brixienſis vacan-
tem menſe Decembris antecedentis anni, Reuerendo
Dom. Anſuiſio Polæ, cùm clauſula derogationis nouæ
prouiſionis, de qua in themate. Cùm ſit, quòd ob regu-
lam alternatiuæ Reuerendiſſimo Domin. Epiſcopo Bri-
xiæ competat facultas conferendi vacantia illius men-
ſis Decembris: quemadmodum ipſe Reuerendiſs. Epi-
ſcopus hanc parochialem cõtulit die 3. Ianuarij 1564. Re
uerendo Do. Angelo Rato. Qua quidem in re duo mihi
propoſita diſcutiam. Primum, an Pont. Maxim. liberè
poſſit conferre vacantia ſub mẽſibus ordinariorum. Se-
cundum, admiſſo neceſſariam fore derogationem regu-
læ alternatiuæ, an ex clauſulis, in ea noua prouiſione fa
cta D. Polæ ſatis illæ regulæ derogatum ſit.

Quò ad primam dubitationem videbatur dicendum
Pontificem Max. non poſſe liberè conferre vacantia ſub
menſibus ordinariorum.

1 Primò, quia non videtur poſſe Papã † priuare quem-
quã iure ſuo. ita ſcribunt oẽs in c. quæ in eccleſiarum. de
conſt. & in cap. propoſuit, de conceſſ. præb. & annotauit
Abbas in ca. conſtitutus, de relig. dom. Papam non poſſe
aliquem priuare eo iure, quod habet in re, vel poſſeſſio-
ne. Atqui conferre vacantia ſub menſe Decembris, eſt de
2 iure ordinarij ex regula alternatiuæ. Et collatio † bene-
ficiorum dicitur ex fructib. ordinarij collatoris. ca. con-
querente, de of. ord. & ca. cùm olim, de maio. & obe. Bi-
ſigne. deciſ 4. de præb. Bellame. deciſ. 66. & Gomeſ. ſu-
per reg. Cancel. de triennali. quæſt. 21. Ita ergo dicen-
dum hîc videtur, Papam non poſſe priuare ordinarium
iure ſuo conferendi beneficia ſub ſuis menſibus va-
cantia.

3 Secundò ſuffragari videtur, quòd Papa † ſua promiſ-
ſione & contractu obligatur non ſolùm iure humano,
vt c.1. de probat. & c. poſteaquam. 25. q. 2. Sed & diuino,
quo Deus ipſe promiſſis ſtetit. Geneſ. ca. 22. dum promi-
ſit Abrahamo multiplicare ſemen ſuum. & Lucæ ca. vlt.
Ego mittam promiſſum patris mei in vos ſpiritum. imò
& naturali, cui nihil magis conuenit quàm fidem ſerua-
re. l.1. ff. de conſt. pec. Cùm ergo conceſſerit Pont. ipſe
Max. facultatem hanc ordinarijs: non debet poſſe eam
reuocare, vt tradunt Inno. in cap. nouit, de iud. & Roma.
conſil 352. nu. 16. Habet enim conuentio & concordata
clauſulam decreti, & ob id eo iure collationis priuari or
dinarius non poteſt, ita in ſpecie Gem. conſ. 56. Inter ſã-
ctiſſimum. col. vlt. verſi. item quòd concordare. & mox
alijs confirmabimus.

Tertiò accedit, quòd à pari procedunt beneficia
4 † collatiua & electiua cap. cùm in cunctis §. clerici de e-
lectio. Boe. q.2. nu. 44. qui ſcribit, hoc in fauorabilibus
5 maximè procedere. Atqui Papa † non poteſt ad libitum
prouidere de electiuo ad præiudiciũ iuris electorũ, eos
præueniendo. ita reſponderunt Rom. conſi 483. numer.
13. & conſil. 499. numer. 3. Anch. conſil. 339. & Boer. quæ-
ſtion. 2. numer. 9 qui alios recenſet. Non ergo pariter de-
bet poſſe Pontif. Maxim. auferre ius collationis ordina-
rio.

Quartò ac vltimò dubium non leue mouet, quòd regu
la alternatiuæ, qua ordinarijs tributa eſt conferẽdi facul
6 tas, habet clauſulam † decreti annullatiuam, decernens
irritum & inane. Quæ ſanè clauſula ligat & ipſũ Papam,
ita Gemin. in cap. quodam, in fi. de præb. in 6. & ibidem
Anch. nota 3. & Francus nota. 1. Philippus Probus in ad-
ditio. ad Io. Monacum in cap. tibi qui. nu. 5. de reſcri. in 6.
Pariſ. conſ. 37. nu. 3. libr. 4. & Rebuf. ſuper cõcord. Galliæ
in rub. de firma & irreuocabo. concord. ſtabil. in verbo,
7 tertiò notanda. Et clauſula † hæc decreti annullat ipſo
iure quod in contrarium geſtum eſt. c. penulti. de præb.
in 6. & ſcribunt Abbas in capitul. dilectus numero 14.
de, præb. Oldrad. conſil. 319. colum. vltim. Felin. in capit.
cùm acceſſiſſent. num. 7. de conſt. Caſſado. ſuper regula
Cancella. deciſſion. 12. num. 4. Gomeſ. ad regulam Can-
cell. de annali poſſ. q. 4. col. 2. verſic. Nam decretum. &

8 Rebuf.loco ſuprà citato.imò clauſula † hæc vitiat nō ſo
lùm titulum, ſed & poſſeſsionem. ita Probus in d.c. tibi
qui.nu.18.& Bert.conſi.142.num.4.lib.2. & Bellame. de-
ciſ.66.Hæc dubitationem hac in re non mediocrem fa-
ciebant.

Re tamen diligenti ſtudio & peruigili cura perpenſa,
contrarium viſum eſt verius:nempe Ponti.Max. potuiſ-
ſe libere conferre hanc parochialem,quæ ſub menſe col
lationis ordinarij vacat. Hoc vt dicam, multa me mo-
uent.

9 Primò,quòd Papa † dum conceſsit ordinariis eam fa
cultatē conferendi alternatiuis menſib.nō abdicauit à ſe
poteſtatem conferendi etiā vacantia in ſex illis mēſib.or
dinariorum: ſed eam retinuit tanquā ordinarius totius
terrarum orbis, iuxta ca. cuncta per mundum.9.q.3.&
notat Abbas in c.quia diuerſitatem, de conceſſ. præb.
Et ideo Papa dicitur cōceſſiſſe ordinariis facultatē cōfe-
rēdi cumulatiuè, non aūt priuatiuè. ita ſcribunt omnes
in cap. ſi à ſede, ex illo tex. de præb. in 6. Coſmus Gu
myer in Pragm.ſanctio. tit.de collatio. §.neque ēt.in gl.
præuentionem. qui ſcribit, eſſe locum præuentioni, & ſi
vnus eorum confert, alter nil vlterius quærere debet: cū
iam ius in re quæſitū ſit illi prouiſo, Quod & poſt Baldū
& Ioā. Monachū ſcripſit Gomeſ. in trac. Gratiarum ex-
pectat, nu.14. Et apertè tradit Io. de Selua in trac.de be-
neficio,parte 3.q.in fi.Papam in præiudicium ordinario-
rū poſſe conferre beneficia omnia. Imò fortiori in caſu
10 ſcribit Selua præcitato loco.q.67 Papam † præiudic-
re poſſe ordinarijs collatorib.etſi ipſi conferrep pararūt,
atque ita ad actum conferendi, quo Papam præueniſſe
videntur,deuenerunt.Scribit ēt Io. Staphileus de Grati-
js & expectatiuis, in prin. nu.4.& 5.& in §. poſt hæc.nu.
11 4.ordinarios † non poſſe conqueri, ſi Papa cōcedit plu-
res expectatiuas in eorum eccleſia,quibus collatio ad e-
os ſpectans deinde impeditur:quia Papa non facit eis in-
iuriā, ex quo ſuo iure vtitur. Nam etſi ordinarijs contu-
lit poteſtatē cōferendi certis in mēſib. attamē multò am
pliorem ſibi reſeruauit. Et decidit ſacra Romana Rota
deciſ.1. & deciſ. 17.de præb. in nouis, Papā poſſe ordina
rijs præiudicare, eos præueniendo in collationib. Ita ēt
affirmat Franciſ.de Marchis.q.196.nu.3. parte prima,
12 Papā † cum ordinario concurrere in iuriſdictione & fa-
cultate conferendi.idem q.382.nu.4. ea.parte.Et clarius
13 idem q.980.d.parte.1.ſcribit, Papā † poſſe præuenire or-
dinarios,& ꝙ quando præuenit,dicitur eis ligare manus.
ex cap. auditis, de præb. in 6. idem Franc. de Marchis.q.
1199.num.2.parte 1. præuentionē Papæ ligare manus or-
dinariorum, ex quo continet clauſulam decreti.id quod
infra comprobabimus.

Secundò mouet me plurimum egregia atque elegans
deciſio ſacræ Romanæ Rotæ deciſ.33.num.9.de præben.
in antiquis,dum decidit,quòd aliquando Papa † tribuit
14 alicui poteſtatem conferendi beneficia: aliquādo cōfert
ius in beneficio, vel ad beneficium, vt is illud habeat ti
tulo beneficiali. Primo caſu (inquit Rota) Papa poteſt
conferre beneficium cadens ſub prima conceſſione illi fa
cta,nulla habita de ea mentione, ex cap. dudum. §. nos
attendentes, de præben.in 6. Secundo caſu non valebit
collatio beneficij,in quo, vel ad quod in prima conceſſi-
one fuit alteri ius quæſitum: vt ſcribunt Compoſtell.Ar
chid.& Io.And.quos ibi Rota recenſet,Rationē diuer-
ſitatis horum caſuum egregiam adfert Rota. Siquidem
in primo caſu(qui noſter eſt)data eſt illa conferendi po-
teſtas,quæ de iure eſſe poteſt:& re vera eſt penes plures
etiam inſolidum.cap.regenda.10.q.1.cap.omnes.17.q.7.
& cap.1.de offi.leg.in 6.Et ideò,cùm poſt conceſsionem
factam de poteſtate conferendi, ſit poteſtas penès conce
dentem,& penès eum,cui eſt conceſſa,vnus alterum præ
uenire poterit:& valebit collatio eius,qui alterum in cō-
ferendo præueniet.d.cap.dudum.§.nos attendentes. Sed
in ſecundo caſu beneficium vt titulus non poteſt eſſe plu
15 rium:quia vna eccleſia † debet eſſe vnius paſtoris, capit,
cùm nō ignores,de præb.Et ideo,cùm alteri ius eſt quæ-
ſitum vel in re,vel ad rem,non poteſt alteri ius illud da-
ri quin ius illius primi reuocetur: hoc autem Papa nun-
quam intendit,niſi exprimat.Hæc Rota, cuius ſola deci-
ſio totam hanc controuerſiam dirimit.

Non obſtant tunc in contrarium adducta. Ad pri-
mum reſpondetur vnà cum Ioan.de Selua in trac. de be-
neficio, parte 3.quæſt.60.numer.2. illud procedere vbi
agitur de graui præiudicio:ſecus ſi de leui,vt in caſu no-
16 ſtro. Eſt enim † leue damnum, cùm ſolùm agitur de iu-
re collationis beneficiorum.ita docuit Abbas in capit.1.
de reſtit.in integr.quem præcitato loco probauit Selua.
Ratio illa eſſe poteſt,quia ſi vno tempore ordinarius iſte
non prouidet,poterit alio tempore prouidere.Præterea,
17 verum non eſt,quòd Papa † conferendo vacātia ſub his
menſibus ordinarij, illius ius minuat, quandoquidem
ſuo iure Papa vtitur, ex quo eandem poteſtatem, imò
maiorem (vt dixi) apud ſe retinuit. Non ergo ordinario
iniuriam facit dum ſuo iure vtitur, ex vulgata iuris re-
gula.

Non obſtat ſecundum, quia reſpondetur ex relatis
ſuprà,Papam ſe non obligaſſe ſua conceſsione, quin &
ipſe conferre poſsit:nam (vt dixi) maiorem poteſtatem
apud ſe retinuit.Nec repugnat illud reſponſum Gemi-
nia,conſi,56.quia ex his,quæ infra declarabimus, cōſtat,
non procedere hoc in caſu.

18 Non obſtat tertium,quia reſpondetur,beneficia † col
latiua & electiua à pari procedere, cum par adeſt ratio:
vt ſcribunt Doc.in dict.capit. cùm in cunctis.§. clerici.
de electio.non tamen regulariter. Quocircà tradit Re-
buff.ſuper concord.Franciæ in tit.de collatio. in gloſſa,
diſpoſitionem verſi.non tamen, &c. quòd etſi diſpoſi-
19 tionis † appellatione contineantur beneficia collatiua,
ac illa,quæ ex præſentatione veniunt,non tamen electi-
ua continentur. Ea ratione vtitur,quia non eſt veriſimi-
le,quòd Papa,qui vult derogare in collatiuis facultati
ordinariorum,velit & derogare electioni, quæ ad plu-
20 res ſpectat:quia vniuerſitas † iuri communi innititur in
eligendo,vel ſaltem quia ipſi iuri communi propius ac-
cedit,ex ſententia Ioan. Monachi in capit. generali, de
elect. in 6. Bonifa. in clement.1. de præb. Card. con-
ſil. 103. caſus ſuper quo column, 2. & egregiè Ripa,
libr. 2. reſp. capit. 23. numer. 1. & capit. 33. nu-
mer.2.

Non obſtat illud vltimum, quia multipliciter reſpon
detur. Primò,quia tunc demum clauſula decreti ligat,at-
que effectum ſuum operatur,cùm diſpoſitio cui apponi-
21 tur,id patitur.Siquidē † à natura principalis diſpoſitio-
nis regulatur.ita ſcribunt Card. in clement.1. quæſt. 18.
in fin. de electio, Imola in clement.1.ſecundo notab, de
conceſſ.præb.pulchrè Rom.conſi.330.numer.13.14.Alex.
conſil.97.numer.5. libr.5. Dec,in capit.cæterum. numer,
6.de reſcr.Caſſadorus ſuper regula Cancell.deciſ.10. in
fin. Ripa in capit,cùm M.numer.37.de conſt.Pariſ.conſi.
* 82.numer,15.libr.4.Quibus conſtat, hanc eſſe* receptam
opinionem,etſi alij diſſentiant.Atqui in caſu noſtro na-
tura principalis diſpoſitionis hoc non admittit: quia,ſi
conceſsio conferendi ordinariis eſt facta cumulatiuè,nō
dicitur,clauſula decreti ligare Pontificem Maxim. alio-
22 qui eſſet inducere duo † pugnantia in eodem ſubiecto,
quod nec Deus ipſe facere poteſt,vt inquit D. Thomas
quod lib.12.q.2.art.2.& Angel.conſil.187.in fin. & ſcribit
Dec.in l.vbi repugnantia.numer.3.de regul.iur. Quam-
23 obrem dicendum eſt,hanc clauſulam † decreti non eſſe
appoſitam reſpectu perſonæ Papæ,ſed vel reſpectu ordi
narij ſi ante,vel extrà tempus à regula ſtatutum contuliſ
ſet,vel verius reſpectu inferiorum,vt putà executorum,
vel ſimilium. quod in ſpecie mihi viſus eſt ſentire Ioan.
Staphileus in trac.de gratiis & expectatiuis,in prin.num.
9.dum ſcribit, hanc aſſertionem quòd Papa præuenire
poſsit ordinarios in collatione vacantium ſub eorum
mēſibus,intelligi,cùm ipſemet ſummus Pōtifex apponit
manum



manum per ſignaturam & nouam prouiſionem. (qualis
eſt hæc noſtra) conferendo. Nam is hoc facere poteſt: ſed
illa non poſſunt per expectantes acceptari, vel per exe-
cutores vel ſubexecutores eiſdem conferri, ob clauſu-
lam decreti.Ecce quàm apertè ſenſit Staphileus, clauſu-
lam decreti non reſpicere, nec ligare Papam, ſed ſolùm
inferiores, vt executores in ea expectatiua, quam dum
ſimpliciter Papa conceſſit, non poteſt executor ob illam
expectatiuam conferre beneficium, quod de menſe ordi
narij vacaret: ſed expectare debet, quod vacet vnum
ſub menſe reſeruato ſoli Pontifici. Accedit quod ſcribit
Gomeſ. in trac. Gratiarum expectatiuarum. nume. 18.
24 poſt Gemi. conſil. 133. colu. 4. quòd decretum † appoſi-
tum in gratia, non afficit niſi beneficium cadens in illa:
quia intelligitur modificatum ſecundum modificatio-
nem gratiæ.cùm ergo beneficium hoc non cadat ſub con
ceſſione facta ordinario, ex quo conferre & illud potuit
Papa,ſequitur,clauſulā decreti illud nō potuiſſe afficere.

Reſpondeo ſecundò, & dico hanc argumentationem
poſſe contra aduerſarium retorqueri, quòd ſcilicèt clau-
ſula iſta hoc in caſu ligauerit ordinarium. Nam vera
* eſt * & recepta illa ſententia, quòd Papa præuenire po-
teſt ordinarios. cùm ergo hîc præuenerit, illa clauſula
decreti ligat manus ipſius ordinarij, ne conferat. Quod
& iuri communi conuenit, quādoquidem ſcribunt Dec.
conſi. 224. nu. 6. & Franc. de Marchis in q. 1199. nu. 2.
parte 1. quòd eo ipſo quòd Papa præuenit ordinarium,
ſtatim illius manus ligat abſque alia inhibitione. Qua
de re & mox ſubijciam nonnulla.

25 Reſpondeo tertiò, clauſulam † decreti ligare in du-
bio Pontificem Max.quando ſcilicèt non conſtat, quòd
aliter voluerit: at quando de eius mente & animo con-
ſtat,illud decretum ſuam diſpoſitionem impedit. ita do-
cuit Philippus Probus in addit. ad Io. Monachum in
cap. tibi qui. nu. 21. verſi. reliquum aliud habes, de re-
ſcr. in 6. vbi inquit, quòd quando decretum reſpicit fa-
ctum interponentis, ſi contraueniatur ab ipſo interpo-
nente, valet indiſtinctè. Quod hîc contingit. hic enim
Papa facit pro ſe, hoc eſt, pro ſua facultate conferendi,
quam exercere voluit. Idem quod Probus ſcribit poſt
Lapum, Francus in cap. ſtatutum, col. vlt. verſ. & vide
hîc plenè,de præb. in 6. Quòd ſi dicatur, imò hîc agi de
facto pro altero,pro collatione ſcilicèt prouiſo facta, di-
co idem eſſe, ex quo hoc ex certa ſcientia Pontifex fecit.
26 Non enim clauſula † decreti impedit factum Papæ ex
ſua certa ſcientia. ita præcitatis in locis Lapus, Francus
& Probus. quibus accedunt Gemin. in d. c. ſtatutum,
col. vlt. verſic. quærit vltimò. Soc. Sen. conſ. 117. col.
vlt. verſ.ſed quando prædicta ceſſarent. lib.3. & Rebuff.
ſuper concor. Franciæ. rub. de forma mandati apoſtoli-
ci. effectu 21.& 25. qui idem eſſe ſcribunt, cùm Papa mo-
tu proprio contulit. quod reſpondit & Soc. Sen. conſil.3.
col.4.verſic. confirmatur. lib.3. Quod autem hîc adfue-
rit Pontificis ſcientia, ſtatim dicemus. Atque hac in re
ita iuris eſſe cenſeo.

Quò ad ſecundam dubitationem,admiſſo non potu-
iſſe Papam ita liberè conferre, an conferendo vt contu-
lit, ſatis derogaſſe dicatur facultati ordinario conceſſæ?
27 Dicendum eſt ex ipſo † ſolo collationis actu cenſeri de-
rogatum re ipſa facultati ordinario tributæ, ita clarè &
in ſpecie Cald. conſi. 7. verſ. & ad prædicta, tit.de præb.
28 Dec.conſi. 224.nu.6. vbi clarè inquit, quòd Papa † con-
ferendo non habet neceſſe expreſsè facere mentionem
de iure ordinarij,quia illi derogat ex ſua ipſa collatione.
Idem cenſuit Franc. de Marchis. queſtion. 980. parte 1.
hoc idem apertè tradit Io. de Selua in trac. de Beneficio,
parte 3.q.vlt.nu.3.Quam ſanè ſententiam probant duo cla
ra iura:nempè c.dudum.§. nos igitur. &c. quamuis, de
præb.in 6.quibus quidē expreſsè cautum eſt, Pontificem
Max.poſſe liberè, nulla facta mentione conceſſionis factæ
ſuis legatis,conferre beneficia illa quorum collationem
iam conceſſerat illis legatis, vel delegatis: quandoqui-
dem vnà cum ipſis cumulatiuè concurrit in collatione.
29 Secundò confert, ꝙ vel ipſa ſola † collatio Papæ vim
reſeruationis habet:ita Rota deciſ.10.de præben.in no-
uis.& Biſig.deciſ.6.nu.6.de præb. in antiquiorib. q. ſcri
bit ita ſeruari in Cancellaria in ſolo mandato de proui-
dendo.& Rota præcitato loco affirmat, hanc reſeruati-
onem eſſe ſpecialem.idem ſcripſit Rebuf. in praxi Bene
ficio.tit.de reſeruatio.nu.30.& Mandoſ.in reg.3. Cācell.
30 de reſeruatio.q.13.nu.4 Atqui reſeruatio † habet in ſe
derogationem ad ſubſequentia.ita Rebuf.d.tit.de reſer-
uatio.num.40.ſatis ergo dicitur hîc iuri ordinarij dero-
gatum.

Tertiò confirmatur quod iam dixi,quòd ipſa ſola ap
31 poſitio † manus Papæ, vim decreti annullatiui & dero-
gationis habet.ita Rota deciſ.14.nu.1. vt lite pend.in no
uis.Gaſpar Peruſ.in trac.de reſeruat.in princ.q.10. & Re
buſ.vbi ſ.nu.40.qui nu.34.ſcripſit,manus appoſitionem
Papæ plus operari ipſa reſeruatione. Quæ ſanè rationes
32 verè hîc procedunt, vbi datur Papæ ſcientia, quæ † ſola
ſufficit ad derogationem, vt tradunt omnes in l. quidam
conſulebat, de re iud. & confert l. Vlp. de excuſ. tuto.&
latè tradit Felin.in cap.nōnulli.24.corolla.de reſcr.Quòd
autem Papa habuerit ſcientiam facultatis ordinarij, vel
ex eo conſtat,quod ex precib.D. Polæ impetrantis nouit
parochialem vacaſſe ſub menſe Decembris: quem ſanè
33 menſem notoriè conſtat eſſe ordinarij. Et ſi Pon. Max. †.
ſcit hoc,quòd factum proprium reſpicit, quo ſ. tempore
conferre ipſe poteſt,iuxta præſumptionē iuris.l.vlt.ff.pro
ſuo.ſequitur etiam ſcire huius oppoſitum,quando ſ.col
34 latio ſpectat ad ordinarium: quia cognito † vno de con
trarijs, cognoſcitur & alterū,vulgata l.1.ff.de ijs qui ſunt
ſui vel alie.iuris.& in caſu notabili Rebuf.ſuper concor.
tit.de collatio.§. præfatique ordinarij,in verbo, collatio-
35 nem. Nec hîc dici poteſt, Papam † ignoraſſe facultatem
ordinarij conferendi vacantia illius menſis, quemadmo
dum præſumitur ignorare ſtatuta, vel regulas Cancella-
riæ,vt omnes ſcribūt in c.1.de conſtit.in 6.ibi Gomeſ.nu.
196.& idem in procemio ad regu. Cancella. q. 5. quia illa
procedunt quò ad certas qualitates & diſpoſitiones,quæ
notoriæ non ſunt Pontifici, vt eſt facultas iſta.

Quartò adeſſe hîc expreſſā derogationē illius faculta
tis ordinarij vel ex eo conſtat, quòd adeſt illa clauſula,
ſeu ſi venerabili fratri noſtro Epiſcopo Brixienſi,vel qui
buſvis alijs,&c.quæ ſanè clauſula operatur hunc effectū,
vt deroget indulto ſpeciali conceſſo ordinario, ne admit
tat ad beneficiū aliquem,cui à Papa eſt prouiſū per lite-
36 ras † apoſtolicas non facientes mentionē illius ſpecialis
indulti: vt declarat Rebuf.in praxi beneficio.in tit.decla
ratio nouę prouiſionis,in verbo,ſeu ſi venerabili, &c. Si
ergo voluit Pius IIII. prouidendo D. Polæ derogare in-
dulto etiam ſpeciali Reueren. Epiſcopi Brixiæ,à fortiori
dicendum eſt voluiſſe derogare facultati generali,quæ &
cæteris ordinarijs competit, & præſertim, cùm & eam ſi-
bi Papa reſeruaſſe dicatur, vt ſuprà dictum fuit. quod &
eo loci ſenſit ipſe Rebuffus.

Quintò ac vltimò eſſe derogatum illi poteſtati tributæ
ordinario, oſtendit clauſula illa huius nouæ prouiſionis,
ibi. Nos enim irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſu-
per his à quoquam quauis auctoritate ſcienter,vel igno-
ranter contigerit attentari. Hæc enim clauſula derogat
illi facultati Reuerend.Epiſcopi Brixiæ.ita in ſpecie cen-
ſuit Rebuffus in praxi Beneficiorum.d.tit.declaratio no-
uæ prouiſionis, in verbo, Nos enim. Atque ita iuris eſſe
concludo, rectiore iudicio ſaluo.

Iacobus Menochius I. C.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter patrem & filium adhibito iuramento an valeat.*
2 *Quæ ab initio valent, ex caſu ſuperuenienti non irritantur.*
3 *Quæ per aliquē euentū reſolui poſſunt, ad hæredes non tranſeunt.*
4 *Filius*

4 *Filius in poteſtate exiſtens tenetur conferre donationem ſibi factam cum iuramento, ad exemplum filij emancipati, & qua ratione.*
5 *Pater ſuccedit filio in bonis, quæ patri non acquiruntur per filium.*
6 *Et an teneatur ad eius debita, & qua ratione.*
7 *Donatio cauſa mortis confirmari non poteſt ſuperuiuente donante.*
8 *Donatio cauſa mortis à lege reuocatur, quando donatarius moritur ante donantem.*
9 *Et quid ſi appoſitum eſſet iuramentum de non reuocando eſſet per mortem donatarij ante donantis mortem, & per totum conſi.*
10 *Donatio cauſa mortis inter patrem & filium non valet, & qua ratione.*
11 *Et an morte donantis confirmetur.*
12 *Donatio inter virum & vxorem, & inter patrem & filium æquiparantur, adeò vt argumentum de vna ad aliam valeat. Et qua ratione.*
13 *Et quando dicatur confirmari videtur caſus.*
14 *Donans, & donatarius ſi ſimul decedant, ad videndum an talis donatio confirmetur, quis præſumatur præmortuus, vel donans vel donatarius.*
15 *Donans alicui præſumitur eius tantùm contemplatione donaſſe, non cauſa ſuorum hæredum.*
16 *Licèt etiam aliquid eius hæredibus donaret.*
17 *Primordialis actus ſeu res hanc dicitur habere naturam, vt à propria eius ſpecie iuxta legis conſtitutionem proueniat.*
18 *Euictio in contractu emptionis eſt de illius natura primordiali, cùm ita à lege in ea ſpecie ſit conſtituta.*
19 *Donatio habet hanc naturam primordialem, vt per ſuperuenientiam filiorum reuocetur.*
20 *Accidentalis natura actus qualis dicatur.*
21 *Pactum contra naturam primordialem donationis, vt non obſtante ſuperuenientia liberorum valeat, quid operetur. & num.29.*
22 *Donatio quòd non valeat ob præmortuum donatarium, & quod expreſsè à donante reuocetur, differunt.*
23 *Donatio non dicitur fieri cum animo reuocandi.*
24 *Iuramentum contra mentē & conſenſum iurantis non valet.*
25 *Iuramentum contra primordialem naturam actus an valeat.*
26 *Donatio habet primordialem naturam vt præmoriente donatario reuocata intelligatur.*
27 *Iuramentum regulatur ſecundum naturam actus in quo apponitur.*
28 *Iurans ſoluere pecuniam ſibi mutuò numeratam, an poſtea poſſit agere exceptione non numeratæ pecuniæ.*
29 *Venditio cum iuramento ſi Titio facta ſit abſque traditione & poſtea Seio ſine iuramento, ſed cum traditione, qualis præualeat.*
30 *Iurans aliquam in vxorem ducere, intelligitur niſi ex poſt fuerit fornicata, & qua ratione.*
31 *Iuramentum niſi aliud intercedat, nihil addit actui, quia ſecundum eius naturam regulatur.*
32 *Iuramentum quando non regulatur ſecundum naturam actus cui apponitur.*
33 *Iuramentum actum non confirmat, vbicunque eſt contra præſumptam mentem & voluntatem donantis.*
34 *Iuramentum tunc intelligitur ſecundum naturam actus, cùm deficit conſenſus iurantis, ſeu certo modo limitatus eſt.*
35 *Abſurda ſunt euitanda.*
36 *Iuramentum ſequitur naturam tantum primordialem actus, non accidentalem.*
37 *Donationis primordialis natura an hæc ſit, vt niſi reuocetur confirmata dicatur, vel ſit ex natura accidentali.*
38 *Iuramentum non debet operari vltra partium conſenſum.*
39 *Donatio iurata nil prodeſt in non cogitatis.*
40 *Donans præſumitur donare cum qualitatibus à iure requiſitis vel ſaltem voluiſſe donare.*
41 *Iuramentum in donatione appoſitum regulatur ſecundum naturam donationis, non obſtante aſſertione donantis, quòd voluerit donationem perpetuò valere, & in omnem caſum.*
41 *Generalitas non extenditur ad caſum veriſimiliter non cogitatum.*
43 *Delinquere, fraudari, fallique nemo debet auctoritate legis.*
44 *Iuramentum in dubio fruſtrà non præſumitur adhibitum.*
45 *Clauſula poſita in executiuis, non alterat naturam ipſius actus.*
46 *Clauſula ad habendum, tenendum, & quicquid placuerit faciendum, poſita in executiuis inſtrumenti diuiſionis factæ inter fratres, non dicitur ex ea data facultas alienandi fideicommiſſum, neque remiſſum dicitur.*
47 *Idem de clauſula in inueſtitura poſita pro ſe, & quibus dederit quæ non facit feudum eſſe alienabile contra ſuam naturam.*
48 *Iuramentum non poteſt ſanare ſeu ſupplere duos defectus.*
49 *Inſinuatio neceſſaria eſt in donationibus excedentibus ſummam à iure expreſſam.*
50 *Et an requiratur in donatione facta coram Prætore.*
51 *Inſinuatio requiritur in donatione tam reſpectu rei donatæ quàm etiam reſpectu donantis.*
52 *Clauſula iuramenti quæ apponitur in donationibus pro obſeruatione donationis parui eſt momenti, quia ex ſtylo notariorum ſolet apponi.*
53 *Donatio inter viuos facta à patre filio, vel à marito vxori adhibito iuramento, dicitur nulla, ſi ante donatorem moriatur donatarius.*
54 *Iuramentum an confirmet donationem inter virum & vxorem*
55 *Donatio inter viuos filio à patre facta & iurata, an valeat, tres caſus diſtinguuntur.*
56 *Iuramentum intelligitur rebus ſic ſtantibus.*
57 *Promiſſio iurata etſi tollat reuocationem hominis, non tamen legis.*
58 *Actus quantumcunque iuratus tollitur per caſum de nouo ſuperuenientem.*
59 *Diſpoſitio legis fortior eſt diſpoſitione hominis.*
60 *Donatio inter viuos cur reuocetur per ſuperuenientiam filiorum.*
61 *Renuntiare quilibet poteſt fauori ſuo.*
62 *Principium fictè dicitur valere cùm actus poſtea irritatur, quia retrotrahitur ad initium, & perinde eſt ac ſi nunquam valuiſſet.*
63 *Dos dicitur donatio, & qua ratione talis donatio valeat inter patrem & filiam, cùm aliàs non valeat.*
64 *Effectus verbis antefertur, neque curamus de modo, dummodo habeamus effectum.*
65 *Donatio cauſa mortis facta cum pacto iurato de non reuocando, efficitur inter viuos, & an iſtud ſit vigore pacti, vel iuramenti.*
66 *Barbatia reprehenditur cùm multa imperitè & temere ſcripſerit.*
67 *Opinio antiquorum præualet illi recentiorum pondere, numero, & menſura.*
68 *Veritas opinioni præualere debet.*
69 *Contrauenіens inſtrumento iurato an periurus ſit, diſtinguitur.*
70 *Deus tantùm ſcrutatur cordium.*
71 *Periurus punitur.*
72 *Aſſerens talem periurum eſſe, debet priùs probare ſe ex parte ſua adimpleuiſſe promiſſa. Et qualiter quis periurus probetur.*
73 *Periurus quis non probatur, niſi probetur id dolo & fraude egiſſe.*
74 *Periurus is non dicitur, qui non obſeruauit iuramentum contra illum, qui contra ſe fidem violauit.*
75 *Periurus quis in dubio non præſumitur.*

## CONSILIVM LXXXIIII.

# Initium à Domino.

HAEC propoſita dubitatio non leuis eſt ponderis, cùm in ea verſetur illa grauis difficultas, an donatio iurata facta à Dom. Marco Sgorbario Rauennate filiæ ſuæ ſubſiſtat, tametſi ante patrem donantem mortua ſit



tua ſit filia donataria. Qua ſanè in re permultæ ſunt rationes, & interpretum auctoritates hincinde. Et verè probabilior ac receptior videtur opinio affirmatiua, hãc ſcilicèt donationem ob vim iuramenti ſuſtineri.

1 Primò ea vrgenti argumentatione donatio inter † patrem & filium adhibito iuramento valet ab initio vſque,
* ita * recepta magis eſt Doctorum opinio in l. frater à fratre. ff. de cond. indeb. vbi Caccialup. nu. 81. Iaſ. col. vlt. ver. 7. limita. Crot. nu. 71. Ripa lib. 3. reſp. cap. 9. nu. 8. Sed quæ
2 † ab initio valent ex caſu ſuperuenienti non irritantur. l. nec enim. ff. de itinere actuque priu. l. ſancimus. C. de admi. tut. cum ſimilib. adductis à Crau. conſ. 102. nu. 2. Ergo hæc donatio ob mortem donatarij morientis ante donãtem, non debet poſſe reddi nulla: ita in ſpecie hac argumentatur Craue. d. conſi. 102. num. 2.

Secundò mouetur Craue d. conſi. 102. num. 3. & cla-
3 rius Rol. à Valle conſi. 77. nu. 12. li. 1. Quæ † per aliquem euentum reſolui poſſunt, ad hæredes non tranſeunt, ſed donationes, pacta & contractus ad hæredes tranſeunt. l. ſi auia. C. de dona. Bald. conſi. 194. Viſa donatione, lib. 4. & Bertr. conſi. 233 colum. vlt. lib. 2. Iaſ. conſi. 6. col. 2. verſi. confirmatur, lib. 3. Sequitur ergo donationem non reſolui per euentum caſus donatarij præmorientis.

Tertiò mouetur Crauetta præcitato loco ex doctrina
4 Soc. Sen. conſi. 91. nu. 7. lib. 1 qui reſpõdit, quòd filius † in poteſtate tenetur conferre donationem ſibi factam cum iuramento, quemadmodum tenetur filius emancipatus. Ea eſt, ſecundum Socinum, ratio, quia vtraque donatio ab initio valet: & tamen, ſi non adeſſet iuramentum, illa donatio non conferretur. Conſtat ergo quòd iuramentũ non recipit naturam, nec conditionem ipſius donationis, ſed eam abſolutè validam reddit, & per conſequens eueniente caſu, quo præmoriatur donatarius, non cenſetur nulla.
5 Quartò ita argumentatur Crauetta. Hodie pater † ſuccedit filio in bonis, quæ patri non acquiruntur per filiũ. authen. defuncto. C. ad S. C. Tertyll. Bar. & cæteri in l. ſi infanti. C. de iure delib. Iaſ. in l. qui ſe patris. num. 60. in fi. C. vnde liberi. Sed iſta bona donata cum iuramento non acquiruntur patri, ſed ipſi filio, & quatenos pater ſuccedit filio, illi ſuccedit vt hæres, non vt pater, & ob
6 id † ad eius debita tenetur: ita Bar. in l. poſt dotem. num. 27. verſi. non obſtat, quòd notatur. ff. ſol. matr. ſequitur ergo hanc donationem iuratam eſſe validam in perſonam filij præ morientis, cui pater ſuccedit. ita voluit argumentari Crauetta.

Quintò in hanc ſententiam adfert Cra. tex. l. à marito. C. de don. inter vir. & vxo. quem inquit contra Deciũ
7 hoc modo retorqueri poſſe. Nam ideo † ibi donatio reuertitur ad donantem ſuperſtitem, quia ab initio non valebat: ſed morte demum confirmabatur. Confirmari autem non poteſt ſuperuiuente donatore, ergo clarè præſupponit ille tex. quòd, ſi donatio ab initio valuiſſet, ad donantem non eſſet reuerſa. Atqui (voluit dicere Crauetta) in caſu noſtro ab initio valuit donatio ob vim iuramenti, ergo non reuertitur ad donantem.

Sextò mouetur Rol. à Valle conſi. 77. nu. 11. lib. 1. Do-
8 natio † cauſa mortis reuocatur à lege, quando donatarius moritur ante donatorem. l. ſi vir vxori. §. vxor viro. ff. de dona. inter vir. & vxor. l. non omnis. ff. ſi cert. peta. §.
9 1. Inſt. de donatio. Sed vbi donatio † cauſa mortis fit adhibito pacto de non reuocando cum iuramento, per mortem etiam donatarij non reuocatur. l. vbi ita donatur. ff. de dona. cauſa mor. Guido Pap. conſi. 23. num. 4. in fin. & Bertr. conſi. 78. lib. 1. ergo nec hoc in caſu.

Septimò ac vltimò, vt huius eſſem opinionis auctoritas multorum, qui ita in ſpecie ſenſerunt, me non parũ mouebat. Nam ita ſenſit Guido Pap. q. 147. vt eum refert Craue. d. conſi. 102. nu. 4. ita quoque Federicus de Senis. conſi. 140. Bertr. conſi. 233. li. 2. & conſi. 175. lib. 3. Barb. con. 59. col. pen. lib. 2. Alc. in cap. cùm contingat. nu. 108. de iureiur. quos refert Rol. d. conſi. 77. num. 14. lib. 1. qui & ipſe eiuſdem opinionis fuit. & idem Rol. conſi. 25. nu. 24. lib. 2. & Craue. d. conſi. 102. & ex recentioribus etiam idẽ ſenſit Antonius Gabriel. in ſuis concluſionibus. lib. 3. tit. de donationibus. concluſ. 3. num. 19. 20. qui alios eiuſdẽ opinionis recenſet, vt Caſtrenſem & Baldum nouellũ. His accedunt Didacus in rubr. extra de teſta. parte 2. nu. 10. Villalob. in ſuis commu. opinio. in verb. donatio. nu. 123. & Cephalus conſi. 61. nu. 22. lib. 1. Alba conſ. 4. nu. 9. Catellianus Cotta in ſuis memoral. in verbo donatio cauſa mortis. & Natta conſi. 28. nu. 6. lib. 1.

Re tamen ipſa diligentiſsimo ſtudio ac cura peruigili perpenſa, contraria ſententia viſa eſt verior & magis recepta; nempè, hanc donationem à patre filiæ factam iuramento etiam hoc adhibito, effectam eſſe nullam ob id ꝙ ante patrem filia eſt mortua. Quam quidem ſententiam vt veram eſſe oſtendam, aliqua ad huius rei explanationem præmittam, quibus huius donationis natura declarabitur: & ea cognita facilius de veritate huius dubitationis iudicari poterit.
10 Illud itaque primò ſciendum eſt, hanc † donationẽ inter patrem & filium lege prohibitam eſſe. l. donationes quas parentes. C. de do. int. vir. & vxo. l. filiæ. C. famil. erciſ. omnes in l. frater à fratre. ff. de cond. indeb. ibi Barto. nu. 57. Iaſ. nu. 44. Caccialupus num. 64. & Crotus. nu. 68. qui eam eſſe rationem ſcribunt propter reflexum, quia quod acquirit filius, acquirit ſtatim patri. l. placet. ff. de acq. hære. atque ita patria poteſtas eſt impedimẽto. Hæc
11 donatio † hanc naturam à lege eſt conſecuta, vt morte cõfirmetur, quemadmodum confirmari etiam ſolet dona-
12 tio inter vir. & vxo. Inter † quas tanta eſt affinitas, vt ab vna ad alteram hoc in caſu Doctores argumententur. d. l. donationes quas parentes. Verùm animaduertendum eſt, quia quod dicitur de morte, altero de duobus modis intelligi poteſt. Vno, morte ipſius donantis: altero, morte ipſius donatarij. Primo caſu, cùm moritur ipſe donãs, ſuperſtite donatario, res clara eſt, donationem eſſe confirmatam: cum donans voluerit donatarium eſſe dominum rerum donatarum: & illa patria poteſtas, quæ impedimento erat, per mortem fuit ſublata. Secundo verò caſu, cùm donatarius ante donantem moritur, non confirmatur, ſed penitus legis diſpoſitione ex præſumpta mente donantis annullatur donatio. ita clarè probat l. ſi inter virum. ff. de reb. dub. vbi, dum agitur de donatione inter
13 vir. & vxo. quæ huic ſimilis eſt, tres † caſus recenſentur. Primus, cùm præmoritur maritus donans, tunc valet donatio vxori facta. Secundus cum præmoritur vxor donataria, tunc donatio ad donantẽ reuertitur. Tertius, cùm
14 ambo † ſimul moriuntur, & ignoratur, quorũ alter priùs ſit mortuus, tunc, vt donatio valeat, præſumitur priùs mortuus donans. Hanc eandem differentiam facit l. cùm hic ſtatus. §. ſi ambo. ff. de don. inter vir. & vxo. iuncto vltimo verſiculo antecedentis. §. & probat. l. à marito. C. de don. inter vir. & vxo. Hanc diſtinctionem magna ratione fecerunt legiſlatores & iuriſconſulti: nam, quando præmoritur donans, apertè conſtat ſuæ voluntatis fuiſſe illũ donatarium accipere quaſi ex teſtimonio, vt ſcribit Sali. in l. ſi filiæ. C. fam. erciſ. & repeten. in l. ſi inter. ff. de reb. dub. Caccialupus & Crotus in l. frater à fratre, de cond. inde. ille nu. 65. iſte nu. 92. Secundo caſu cum donatarius præmoritur, nulla redditur donatio ex præſumpta men-
15 te donantis; quem lex † præſumit, ſolùm voluiſſe donare illi donatario, & non eius hæredibus: cùm non eandem fiduciam de illis, ac de ipſo donatario habuerit, vt egregiè ſentit Alci. reſ. 99. num. 24. & confert, quod is ſcribit ibid. nu. 17. poſt Bal. conſ. 361. li. 3. Fulg. conſ. 17. & Bolog.
16 conſ. 74. dum inquit, quòd quando † quis donat Caio & eius hæredibus, intelligitur donare hæredib. Caij contẽplatione ipſius Caij, quod ſi in eius perſona effectum nõ habet, nec in perſona ipſorum hæredum. Et hæc, quæ diximus, ſunt iuxta præmordialem naturam ipſius donationis à lege prohibitæ inter has perſonas. Nam rei vel
17 actus primordialis † natura illa eſſe cenſetur, quæ à pro-

pria eius ſpecie iuxta legis conſtitutionem prouenit. ita Bal. in l. j. nu. 1. C. commod. qui citat inter alia l. pacta conuenta, ff. de contrah. emp. adferri poteſt exemplum in e-
18 uictione, quæ † in contractu emptionis eſt de illius natura primordiali; cùm ita à lege in ea ſpecie ſit conſtituta: quemadmodum ſcribunt glo. & cæteri in d. l. pacta conuenta. & ſcribunt Coraſius lib. 3. miſcella. cap. 10. Zaſius.
19 li. 1. ſingula. reſpon. cap. 12. Ita etiam naturam † primordialem donationis eſſe ſcribunt Doctores, vt ob ſuperuenientiam liberorum reuocetur, ex diſpoſitione l. ſi vnquam. C. de reuo. do. quod ſcribunt Doctores, quos ſuo loco referam.
20 Ita quoque econtra dicimus, naturam † actus accidentalem, cùm quid rei vel actui contingit, præter legis conſtitutionem, hominis facto, vt eſt, cùm aliter eſt expreſsè conuentum; vel ratione culpæ, vel moræ. ita Bald l. 1. nu.
21 1. verſ. quædam autem. C. commod. Quocircà, ſi † pacto expreſſo eſſet conuentum inter donantem & donatariū, quòd, etiam ob filiorum ſuperuenientiam, donatio reuocari non poſſet, alterata eſſet per hoc accidens prima natura donationis, ita ſcribunt Ripa in d. l. ſi vnquam. q. 51. Pariſ. conſ. 72. nu. 71. nu. 19. lib. 1. Quemadmodum etiam in ſpecie noſtra; ſi pacto expreſſo foret conuentum inter patrem & filium, quòd donatio à patre filio facta non cēſeretur nulla, etiam præmoriente ipſo filio; natura primordialis huius donationis eſſet per hoc accidens alterata. Et in hac donatione licet ita paciſci, cùm lex (ſublata per mortem patria poteſtate) non niſi ad fauorem patris donantis iuxta eius præſumptam voluntatem annullet hanc donationem, potuit ergo pater expreſſim mentem ſuam declarare, & ſuo fauori renuntiare: quamuis econtrà non poſſit pater paciſci, vt ante mortem alterius eorum valeat hæc donatio, quam lex prohibet ob vinculum poteſtatis paternæ.

Illud quoque ſecundo loco ſciendum eſt, non leuem
22 eſſe differentiam inter hæc duo, quòd † donatio ob præmortuum donatarium non valeat: & quòd nō valeat ob reuocationem, quam expreſſim facit donans; iuxta l. à marito. C. de don. inter virum & vxo. vt in ſpecie noſtra hanc differentiam viſus eſt conſiderare Bal. conſ. 252. Donatio cau. mor. lib. 2. quod eſt repetitum in conſ. 294. lib. 3. Primo caſu donatio eſt nulla ipſo iure legis diſpoſitione: ita probat l. cùm hic ſtatus. §. ſi ambo. ff. de dona. inter virū & vx. ibi, nullius momenti donationem eſſe voluit, &c. Ea eſt ratio, quia hoc in caſu vſque ab initio deficit conſenſus donantis: quippè, qui, ſi ſciuiſſet donatarium debuiſſe mori ante ſe, donationem non feciſſet: vt ſuprà diximus. iure ergo & meritò, cùm deficiat cōſenſus, hoc eſt, eſſentia donationis, lex illam decernit nullam. Secundo verò caſu non tenet donatio defectu conſenſus, qui quidem defectus ſuperuenit; cum iam ab initio factæ donationis adeſſet. Adfuit enim hoc modo; quia, dum do-
23 natio † fit, non cogitat donās velle deinde reuocare; quia alioqui faceret actum ex repugnanti conſenſu, hoc eſt, ex conſenſu, vt valeret donatio; & cōſenſu, vt vellet deinde reuocare. Quæ ſanè repugnantia ſtare eodem tempore non poteſt. His apertè conſtat, donationem à patre filio factā ſuā primordiali natura nullam eſſe, cùm filius donatarius præmoritur. Nunc ſolùm ſupereſt demōſtrare, iuramentum non mutare naturam huius donationis, quin adhuc nulla ſit præmoriente donatario. Quod ita demonſtratur.
24 Primò ita argumentor: iuramentum † contra mentē & conſenſum iurantis nihil operatur, ita in ſpecie multis probat Cra. cōnſ. 102. nu. 7. verſ. 2. reſpondeo. Et præter eū Soc. Sen. conſ. 115. col. 2. lib. 1. Iaſ. in l. ſciendum. nu. 33. de verb. oblig. & Ripa in l. ſi vnquam. nu. 6. C. de reuoc. donat. Boe. q. 3. nu. 8. Tiraq. de legib. connub. gl. 5. nu. 150. Sed hoc iuramentum eſſe in caſu noſtro contra præſumptam mentem & conſenſum donantis, iam ſuprà demonſtrauimus: ergo nihil operari debet.
25 Secundò hoc me plurimum mouet, iuramentum † cōtra primordialem naturam actus, illius actus naturam alterat: ita cenſuerunt Iaſ. in l. ſi conuenerit. num. 7. de iuriſdic. om. iud. Dec. in c. 1. num. 23. poſt Aret. ibi. col. pen. & ibi Alcia. nu. 46. de iudic. Crau. d. conſ. 102. nu. 7. verſi. 4.
26 reſpondeo. Sed natura † primordialis huius donationis eſt, vt præmoriente donatario nulla ſit. d. l. à marito. C. de dona. inter virum & vxo. l. cùm hic ſtatus. §. ſi ambo. ff. eo. & l. ſi inter. ff. de reb. dubiis, ergo iuramentum ſequitur naturam huius donationis: nec eam alterat immutátve. Qua argumentatione ita deducta, apertè conſtat, non eſſe verum, quod ſcribit Cra. d. conſ. 102. nu. 6. verſ. ſolùm ſupereſt. dum ſcribit, caſum d. l. à marito, eſſe à noſtro diuerſum, quippè, quòd ibi loquatur textus de donatione ſine iuramento, quæ ab initio eſt nulla, ſed morte confirmatur: nos de ea quæ ob iuramētum ab initio valida eſt.

Non eſt vera hæc conſideratio, quia præſupponit Crauetta pro conſtanti, quod abſolutè verum non eſt, hanc ſcilicet donationem, quando præmoritur donatarius eſſe iuramento confirmatam. Hoc inquam verum non eſt, cùm lex ob contrariam donantis voluntatem actum donationis annullet, eique reſiſtat. d. l. cùm hic ſtatus. §. oratio. ff. de don. inter virum & vxo. Nec me mouet altera cōſideratio eiuſdem Crauettæ d. conſi. 102. nu. 6. verſ. 2. reſpondeo, &c. quòd, ſi non poteſt iſte pater, qui donauit expreſsim reuocare donationem iuratam, multò minus tacitè: quia reſpondetur ex ſuprà adductis, quòd in caſu hoc noſtro, non eſt ipſe donans, qui tacitè reuocet, ſed eſt lex, quæ nullam eſſe declarat hanc donationem ob deficientem conſenſum vſque ab initio, ſi caſus hic eueniſſet. Quod quidem non contingit, quando expreſſa reuocatio fit ante mortem alterius eorum. Nam illa reuocatio ob adhibitum iuramentum impeditur, quia iuramentum eſt adhibitum ſecundum voluntatem & conſenſum donantis, qui ab initio cogitauit non reuocare. Atque i-
27 ta, hoc modo declarando, iuramentum † ſequitur naturam ipſius actus & donationis iuxta voluntatem donantis: quemadmodum etiam aliis multis in caſibus videmus, iuramentum ſequi naturam ipſius actus. Exempla plura adferri poſſunt, vt in l. vltim. C. de non
28 numera. pecun. vbi iuramentum, quo † quis iurat ſoluere pecuniam mutuò ſibi numeratam, cùm verè numerata non fuerit, eam habet conditionem, vt poſſit is qui iurauit obijcere exceptionem non numeratæ pecuniæ. Habet enim promiſſio huius ſolutionis eam naturam, quòd poſſit intra biennium obijci exceptio hæc. Quod ibidem annotarunt omnes, & in c. ſi cautio, de fid. inſtr. & alibi. Ita videm' in caſu l. quoties. C. de rei vind. quod
29 ſi quis † prædium Caio priùs vendiderit, & deinde illud idem Mæuio vendat & tradat; dominium huius prædij in Mæuium transfertur. Quod procedit, etiamſi prior illa venditio adhibito iuramento fuerit confecta: cùm iuramentum ſequatur naturam contractus emptionis & venditionis, quæ eſt, vt ante traditionem dominium in emptorem non cenſeatur translatum: & ideo in ſecūdum emptorem re tradita tranſit dominium, & ipſe potior efficitur, eo iuramento non obſtante. ita d. l. quoties, declarat ibi Iaſ. nu. 36. poſt Imolam in c. cùm contingat. nu. 81. de iureiur. idem affirmarunt Marſil. in l. qui duobus. nu. 9. ff. de falſis. & Goza. conſ. 14. nu. 2. Ita etiam dicimus in caſu l. ſi vnquam. C. de reuo. don. vbi adhibitū iuramentum ſequitur naturam illius donationis, vt reuocari adhuc poſſit ob filiorū ſuperuenientiam. Quod multorum auctoritatibus firmauit ibidē Tiraq. in præfat. nume. 165. & ante eū ibi copioſè Ripa. q. 3. Rol. à Valle conſ. 11. nu. 20. li. 1. Ita etiam iure pontificio, quod in his magis obſeruandum eſt, ſancitum reperitur; vt ſcilicet iuramentum ſequatur naturam contractus, vt eſt
30 tex. in ca. quemadmodum, de iureiur. vbi qui † iurat, ſe ducturum aliquam in vxorem, intelligitur, niſi ex poſt fuerit fornicata: cùm natura huius promiſſionis ſponſaliorum eſt, quòd ſponſa non fornicetur. Simile eſt in c. cùm locum, de ſponſa. cætera his ſimilia non refero, quæ copioſè



copioſè recenſentur à Tiraq. in d. l. ſi vnquam, in præfat. nu. 30. & ibi Ripa q. 3. vbi ſummatim plures adferunt interpretes, qui hanc pro regula affirmant. idem Tiraq. in tract. de iure conſtituti, parte 3. limit. 7. num. 35. Quibus conſtat, verum non eſſe, quod reſpondit Rol. d. cōſ. 77. num. 21. lib. 1. dum ſcribit, regulam eſſe in contrarium, quòd ſcilicet iuramentum non ſequitur naturam contractus: ſed quòd imò illi ſemper aliquid addit. Non in-
31 quam hoc verum eſt? quia † niſi aliud intercedat, iuramentum nihil addit, ſolùm iuxta naturam contractus illum confirmat. Noc contrariæ doctrinæ quas ipſe Rolā. d. conſ. 77. nu. 18. 19. 20. adfert, repugnant huic regulæ, cùm illæ procedant, quando expreſſo conſenſu vltra naturam actus quid actum eſt: vt eſt in eo exemplo, quo is Rolandus vtitur: ſi emphiteuta priuati, qui ſolùm per ceſſationem triēnalem ſolutionis canonis emphyteuſim perdit, promittat quotannis ſoluere, & ſi non ſoluet, perdere emphyteuſim, atque ita ſuo iuramento id affirmet: cadet ab omni ſuo iure, & iuramento id affirmet: cadet ab omni ſuo iure, & iuramentum operatur vltra naturam contractus, cùm conuentione illa natura fuerit alterata. Ita eſt in alijs caſibus ab eo conſideratis, in quibus ſemper expreſſo conſenſu natura actus fuit alterata.

Hoc itaque ſolidum fundamentum Decij ſtat in cōcuſſum. Nec illi plures conſiderationes, quas aduerſus Decium facit Cra. d. conſ. 102. num. 7. vſque ad finem, aduerſantur: illis enim ſingulatim reſpondetur.

Prima eſt conſideratio Crauettæ d. conſil. 102. nu. 7.
32 quòd tunc † iuramentum non intelligitur ſequi naturam actus, cùm adijcitur ad validandū actum, vt hîc: & ideò fruſtrà in caſu noſtro alia conditio expectatur.

Reſpondetur, Crauettam præſupponere iuramentū hoc in caſu confirmare hanc donationem: id quod eſt, de quo nunc contendimus. Si enim de alio eſſet diſputatio, fortè admitti hoc poſſet. iuxta l. qui teſtamētō. ff. de teſta. & cap. 1. de ætate & qual. in 6. Nos autem diſputamus, an iuramentum confirmet vel non hoc in caſu. & dici-
33 mus † non confirmare, cùm hoc ſit contra præſumptam voluntatem donantis. Solùm enim confirmat ne ab ipſo donāte reuocari poſſit: quemadmodum ſuprà diximus. Et ideo inſtantia, quam adfert Crauetta de alienatione facta à minore, quæ iuramento confirmatur, ad rem non confert, quia ibi conſtat non ſolùm de præſumpta mente, ſed etiam de clara & manifeſta ipſius minoris, quio-bligati voluit: & ob id adhibitum iuramentum eam alienationem confirmat, quod (vt diximus) non contingit in caſu noſtro. Et in caſu illo l. vlt. C. ſi maior factus aliena. rat. hab. illud iuramentum nil aliud operari poterat quàm alienationis confirmationem: hîc aliud poteſt, nempè, ne ab ipſo donante reuocari poſſit, vt ſuprà declarauimus.

Secunda eſt conſideratio Crauettæ d. conſ. 102. num. 7. verſi. ſecundò reſpondeo, &c. iuramentum tunc in-
34 telligitur ſecundum naturam actus, cùm deficit conſenſus, vel eſt certo modo limitatus: ita Bar. in l. ſi quis pro eo. nu. 14. ff. de fideiuſſ. Bald. in l. 1. nu. 3. C. commod. Imola in ca. per tuas. de arbitr. & alios refert ipſe Crauet. Quibus accedunt Ruinus & Gozad. relati à Rol. d. cōſ. 77. num. 23. lib. 1. Atqui in hac donatione non deeſt conſenſus, nec limitatus eſt, ergo iuramentum non intelligitur ſecundum naturam donationis.

Reſpondetur, vt iam ſuis locis diximus, hanc conſiderationem retorqueri poſſe: quandoquidem hîc conſtat conſenſum donantis deficere. Non enim is (vt lex cō ijcit) cogitauit donare alij q̄ filiæ, vt ſi mortua fuiſſet, non donaſſet. Non ergo iuramentum vltra conſenſum & voluntatem donātis operatur, vt relati Doctores ſcribunt.

Tertia eſt conſideratio Crauettæ d. conſil. 102. num. ſeptimo, verſic. tertiò reſpondeo, & c. quod ſi vera eſſet Decij opinio, ſequeretur vnum, quod eſt valde abſurdum, quòd ſcilicèt donatio iurata poſſet reuocari: cùm textus dictæ l. à marito, concedat reuocationem, iuxta
35 naturam ipſius actus. Ne igitur ſequatur hoc abſurdum, dicendum eſt, iuramentum non ſequi naturam ipſius actus.

Reſpondetur, vt iam ſuprà dictum fuit, diuerſam adeſſe rationē inter duos hos caſus, quòd ſcilicet expreſſim à donante reuocetur donatio, & quòd reuocata ſeu annullata legis diſpoſitione cenſeatur. Nam primo caſu cùm donans iurat non reuocare, ſuo conſenſu recedit in ea parte à natura huius donationis, quæ eſt, vt per pœnitentiam reuocari poſſit. Secūdo caſu non recedit, quia eum caſum euenturum non cogitauit, vt ſuo loco diximus. Quod in ſpecie noſtra confirmatur, quia, quando pater donat filiæ, non cogitat veriſimiliter ob naturæ ordinem, quòd filia ante ſe mori debeat, iuxta l. nam, etſi parentibus. ff. de inoff. teſt. & ſcribit Alcia. tract. præſum. reg. 1. præſump. 43.

Quarta eſt conſideratio Crauettæ. d. conſi. 102. num.
36 7. verſ. 4. reſpondeo, &c. Iuramentum † ſequitur ſolùm naturam primordialem actus, non autem accidentalem. ita Iaſ. in l. ſi conuenerit. nu. 8. de iuriſd. om. iu. Dec. in c. 1. nu. 23. poſt Aret. ibi col. pe. de iudicijs. & ibi etiam Alcia. nu. 46. Atqui natura primordialis huius donationis eſt (inquit Crauetta) quòd donatio ſit nulla, nec omninò confirmetur morte donatoris præmorientis, ſed accidentaliter, ſi donationem non reuocauerit: ergo ſecundum talem naturam accidentalem iuramentum intelligi non debet.

Reſpondetur, hanc conſiderationem in illa minori propoſitione falſam eſſe. Eſt enim falſum, quòd hæc donatio non confirmetur morte donatoris præmorientis: nam ex diametro repugnant. l. ſi inter virum. ff. de reb. dubijs. & l. cùm hic ſtatus. §. ſi ambo. ff. de don. inter vi-
37 rum & vxo. Præterea non eſt † accidentalis natura, quod niſi reuocetur, confirmata cenſeatur: imò eſt ſecundum eius naturam, quam ei lex ipſa tribuit. Nec enim hominis factum hîc intercedit, ſed ſola ipſa lex ita ab initio ſtatuit: iuxta doctrinam Badi in d. l. 1. nu. 1. C. commodati. Cùm ergo lex ſtatuerit, donationem hanc nullius eſſe momenti præmoriente donatario, & econtra valere, præmoriente donatore, ſequitur (vt iam diximus) hanc eſſe primordialem naturā huius donationis. Quocircà ſimpliciter adhibitum iuramentum illius naturam ſequetur, non autem alterabit. Et ob id præmoriente verò donatario, nequaquam.

Quinta eſt conſideratio Crauettæ d. conſil. 102. nu. 7. verſ. 5. reſpondeo, quam viſus eſt probare Rolan. d. conſi. 77. nu. 23. Iuramentum (inquit Crauetta) intelligitur ſecundum naturam actus, & eius conditiones recipit, at-
38 tento tamen veriſimili conſenſu partium: ſed † vltrà partium conſenſum operari non poteſt: ita ſenſit Bald. in l. 1. nu. 4. verſ. 2. quæritur. C. commodati. Aret. conſi. 24. col. 2. Quibus addo Alex. in l. ſtipulationes non diuiduntur. nu. 27. verſ. non obſtat. ff. de verb. oblig. & alios refert Tiraquel. in l. ſi vnquam, in præfat. nu. 148. qui poſt
39 Cynum ſcribit, donationem † iuratam nil prodeſſe in non cogitatis. Atqui in caſu noſtro partes voluerunt facere donationem perpetuò valituram, & in omnem caſum. Nec ſubintelligitur conditio, ſi donatarius ſuperuiuat: quia (inquit Crauetta) hoc iure cautum non eſt. ergo iuramentum non intelligitur ſecūdum naturam actus, hoc eſt, ſub illa conditione, quia eſſet contra mentem & conſenſum partium.

Reſpondetur primò, illam minorem propoſitionem veram non eſſe. Siquidem (vt iam ſæpius fuit dictū) mēs donantis fuit donare donatario ſuperſtiti: & ita donatio illa à lege recipitur poſt mortem donatoris, nō autem, ſi præmoriatur donatarius, atque ita intelligitur donatio
40 caſub conditione facta legis diſpoſitione, cum † qua donans conuenire voluit, iuxta l. hæredes mei. §. cùm ita. ff.

ad Trebell.Ita etiam ſecundum naturã ipſius actus ad-
hibitum cenſetur hoc iuramentum.Prætereà & ſecundò
non obeſt,quod ait Crauetta,ob id iuramentum operari
41 plenum effectum,quia † donãs voluit donationem per-
petuò valere,& in omnem caſum.Hoc inquam non ob-
eſt,quia etiam generalis ita aſſertio non facit, quin dona
tio & illi adhibitum iuramentum reſtringatur atque in-
telligatur ſecundum naturam ipſius actus:ita Bald.in l.1.
q.vlt.C.de inoff.do.quem ſecutus eſt Ripa in l.ſi vnquã.
num.10.C.de reuoc.don.Pariſ.conſ.72 nu.6.lib.1.vbi ita
42 declarant conſtitutionẽ illam.Non enim generalia † ex-
tenduntur ad caſum veriſimiliter non cogitatum. l. qui
iure militari.ff.de mil.teſt.Quod verò ſubiicit Crauetta
præcitato loco,& cum eo Rol.d.conſ.77. num. 22. ex re-
ſponſo Gozadini conſ.57.col.pen.Iuramentum reſtrin-
gi ad naturam actus,ne in plus obliget: at hîc non obli-
gat in plus:ergo,&c.Non vrget, quia iam intelligimus,
quòd in plus obligaret ſi vltrà voluntatem donãtis hoc
in caſu obligaret:cũ & hoc dicatur plus:iuxtà tex.§.plus.
Inſt.de actio.Sexta eſt conſideratio Crauettæ d. cõſ. 102.
43 col.vlt.verſ 6.dico.Nemo † legis auctoritate fraudari fal
lique debet.l.vlt.C.de his qui ven.æta.impetra. At legis
auctoritate falli quis poſſet,ſi ab hoc donatario acquire-
ret,cùm lex faciat hanc donationem eſſe validam adhi-
bito iuramento?ergo ne fraus hæc ſuo iuſto legis clypeo
ſequatur,Decij opinio recipienda non eſt. Reſponde-
tur,Crauettam pro conſtanti ponere, verum eſſe, quòd
hoc caſu donatio hæc ita iurata firma ſit,quod nos in du
bium reuocamus.Si enim iuramentũ actus naturam ſe
quitur (vt verè ſequi oſtendimus) non eſt verum dicere
hanc donationem eſſe perfectam & validam hoc in caſu.
Septima ac vltima conſideratio Crauettæ, quòd niſi di-
camus hanc donationem eſſe validam,& hoc in caſu ſe-
44 queretur dicendum, quòd iuramentum † fruſtrà fuiſ-
ſet adhibitum,contra l.ſi quando,de leg.1.cùm aliàs do-
natio hæc confirmetur mortuo donatore, ea non re-
uocata.

Reſpõdetur primò,ſatis eſſe quòd iuramentum ad-
dat robur actui valido in ſua forma,quemadmodum fa
cit & aliis in caſibus ſuprà relatis, cùm eorum naturam
ſequitur.

Reſpondetur ſecundò,hoc iuramẽtum ſatis opera-
ri,ne expreſsim ab ipſo donante reuocari poſsit donatio,
quemadmodum à donante fuit promiſſum.His conſide
rationibus confutatis ſtat ſolidum Decij fundamen-
tum.

Tertiò nunc loco præter Deciũ & cæteros, vt huius
opinionis ſim,mouet me,quòd clauſula hæc iuramenti
eſt appoſita in executiuis ipſius donationis. Atqui clau-
45 ſula † poſita in executiuis,non alterat naturam ipſius a-
ctus:ita in ſpecie donationis ſcribunt Deci. in l. omnis.
nu.11.verſ.vnde reſoluendo.ff ſi cert.pet.& Iaſ.cõſ.6. col.
5.verſi.quintò principaliter.lib.3.Ita etiã reſpondit Dec.
conſ.305.col.1.conſ.500 nu.8.& conſil.521. num.14.idem
in l.vlt.num.21.C.de pact.qui in ſpecie ſcribit,hanc clau
ſulam,de non reuocando donationem adhibito iuramẽ
to,nil operari,cùm eſt in executiuis poſita. Cum Decio
idem reſpondit Curt.Iun. in conſil.56. nu.2.& egregiè
Soc.Iun.conſ.114.nu.15 lib.3.qui alios recenſet.Ita etiam
ſenſit Soc.Se.in conſ.137.nu.2.verſ.prædicta etiam. lib.1.
46 Bellonus conſ.60.num.15.Ita in clauſula † ad habendũ,
tenendum,& quidquid placuerit faciendum,quæ vbi po
ſita eſt in executiuis inſtrumenti diuiſionis factæ inter
fratres,non dicitur ex ea data facultas alienandi fideicõ
miſſum:atque ita nõ dicitur illud eſſe remiſſum. ita poſt
alios tradit Ripa in l.qui Romæ.§ duo fratres. num. 45.
& num.84.de verb.obligat. & cæteri ſequuntur. Idem
47 † quoque dicimus in clauſula poſita in inueſtitura feu-
di,pro ſe & quibus dederit,quæ vbi poſita eſt in executi
uis,non facit feudum eſſe alienabile contra ſuam natu-
ram:vt tradunt Dec.conſil.193.colum. penul.verſi. dein-
de verius.& Rubeus conſ.110.col.vlt.Alia his ſimilia re
cenſet Dec.conſi.500.nu.8.9.

48 Quartò adducor ea ratione, quòd iuramentum † nõ
poteſt ſanare,atque ita ſupplere duos defectus: ita poſt
Socinum Sen.in l.1.§.ſi quis ita.num.10.de verbo. oblig.
reſpondit Ruinus conſil.98.num.7.lib.1. Dec. conſi. 239.
num.5.Caſſane.conſ.7.num.26.& Bellonus conſi. 4. nu.
4.Alciat.capit.cùm contingat.num.46. de iureiuran. So
cin.Iuni.conſi.48.nu.19.lib.1. Atqui in caſu noſtro duo
defectus impediunt hanc donationem eſſe validam. Pri
49 mus eſt defectus inſinuationis:quæ † quidem erat neceſ
ſaria.§.ſancimus.C.de dona.Secũdus eſt patria poteſtas.
vtrunque ergo defectum iuramentum hoc ſupplere non
50 poteſt.Nec hîc obiiciatur,neceſſariam † non fuiſſe inſi-
nuationem hoc in caſu,cùm donatio hæc fuerit celebra-
ta coram Prætore Faentiæ,quod ſufficere videtur,vt ſcri
bit Barto.in l. Modeſtinus. nu.3. ff. de donat. qui docuit
ſufficere,quòd coram quocunque iudice fiat.Et cũ Bar-
tolo ſenſerunt alij nonnulli relati ab Antonio Canario
in tracta.de inſinuatio.q.12.Hoc inquam nil obeſt, quia
* * verior & magis recepta eſt opinio,inſinuationem do-
51 nationis fieri debere coram ordinario † vel ratione per-
ſonæ donantis,vel ratione rei donatæ.ita ſcribit Petrus
Rebuffus in commentariis ad regias conſtitutiones Gal
liæ,tomo ſecũdo,tit.de donationibus inſinuandis, in fi.
principij,poſt Imolam in d.l.Modeſtin.ff.de don.& Gui
donem Pap.conſil.57.idem ſenſit Oldr.conſ.253 nu.3.

52 Quintò huc ſpectat,quòd clauſula † hæc iuramenti ap
poſita pro obſeruatione donationis, paruifacienda eſt,
quippè quæ potius ex ſtylo notariorum,quàm ex volun
tate donantium & contrahentium appoſita videtur. ita
multos huius ſententiæ refert Tiraq. in l. ſi vnquam, in
præfat.num 172.C.de reuo.don.His ſimilia ſcribũt Dec.
conſ.521 num.15.Curti.Iun. conſ. 82. nu.3.Ripa l. vlt.nu.
181.C.de reuo.don.Pariſ.conſi.6.num.22.conſ.20.nu.87.
lib.1.Socin.Iun.conſil.116.num.21.& conſi.158. nu.18.lib.
2.Gramma.deciſ.62.nu.22.& Ferrat.cautela 30. & in ſpe-
cie noſtra ita reſpondit Corn.conſ.126.nu.3. propriè me-
dium lib.1.

Sextò ac vltimò mouet me plurimum auctoritas mul
53 torum,qui affirmarunt donationem † inter viuos factã
à patre filio,vel à marito vxori,adhibito etiam iuramen-
to,nullam reddi,ſi ante donatorem moritur donatarius.
ita enim ſcripſerunt Bald.cõſ.29.Caſus,vir donauit. col.
2.verſ.teneo igitur,lib.1.Et ſi dicatur vnà cum Rolando
d.conſ.77.num.24.Baldum eo loci loqui præſuppoſito,
54 quòd iuramentum non confirmet aliquo in caſu dona-
tionem inter virum & vxorem:dico eundem Baldum in
conſ.252.Donatio cauſa mortis,li.2.repetito in conſ.294.
lib.3.in ſpecie noſtra,admiſſo quòd iuramentum confir-
met hanc donationem ſimpliciter,ait tamen quòd in ca-
ſu noſtro iuramentum non impedit nullitatem huius do
nationis,hoc in caſu, quia non facto hominis ſed legis
annullatur.Hanc opinionem clarius firmauit Dec.conſ.
240.num.3.& ibi Moderni apoſtillantes. idem conſ. 586.
nu.8.Et in ſpecie donationis factæ à patre filiæ idẽ Dec.
conſ.659.in fin.Decium ſecuti ſunt Pariſ.conſ.86. nu. 48.
libr.3.qui eiuſdem opinionis recenſet Baldum & Socinũ
Seniorem.Gramma.deciſ.103.num.75. 76. Alcia. reſpõſo
442.in fine Portius conſi.112.nu.46.Siluan. conſi. 40. nu.
20.qui eiuſdem ſententiæ citat Corn.conſi. 126.nu.3. li.1.
vbi verè ver.2.modo &c.hoc affirmat.idẽ reſpondit Mã-
tua conſ.243.lib.2.Quibus conſtat,hanc eſſe magis rece-
ptam opinionem.

Non obſtant nunc adducta in contrarium, quibus,
etſi ex iam adductis credam ſatisfactum, ſingulatim ta-
men reſpondendum eſſe cenſui.Ad primum itaque re-
ſpondeo,donationem à patre filio factam eſſe in ſe vali-
dam,donec vel reuocetur, vel præmoriatur donatarius:
idque iuxta primordialem naturam huius donationis.
Et iuramẽtum quod adhibetur,ſequitur naturam ipſius
donationis,non autem eam immutat. Quocircà, diſtin-
55 gui † hoc loco poſſunt tres caſus.Primus eſt, ſi ſimplici-
ter pater



ter pater filio donauit,& nõ promiſit ſolenni ſtipulatio-
ne adhibita,eam donationem non reuocare, licèt adhibi
tum ſit iuramentum,quo aſſerat donans quod fecit vel-
le obſeruare,verè illud iuramentum non operabitur effe
ctum,ne, ſecundum donationis naturam reuocari illa
poſsit.& multò minꝰ impeditur annullatio donationis,
56 donatario præmoriente:cùm iuramẽtum † intelligatur,
rebus ſic ſtantibus.ita in ſpecie Ruin.conſi.170.nu.13.lib.
1.vbi loquitur etiam quando eſt facta promiſsio de non
reuocando etiam ex cauſa non cogitata. Secundus eſt ca
ſus,cùm pater donauit filio,& promiſit ſolenni cum ſti-
pulatione,adhibito etiam iuramento, quòd eam dona-
tionem non reuocabit,quauis etiam ex cauſa: tunc dona
tio ab ipſo donante non poterit reuocari, quia iam ipſe
pater ita promittendo cogitauit de poteſtate ſua, quam
in reuocando eam donationem lex ei tribuit: ob id dici-
tur illi facultati renuntiaſſe, vt iam ſuprà ſuis locis dixi-
mus.Et quò ad hunc effectum,dicitur hæc donatio vali
da ab initio:atque ita quò ad hunc caſum rectè loquitur
57 Crauetta.Verùm hæc promiſsio † iurata & ſi tollat reuo
cationem hominis, non tamen tollit reuocationem ſeu
annullationem legis,cùm de eo caſu donans veriſimili-
ter non cogitauerit:vt poſt Baldum.d.conſi.252.li.2.dixi-
mus ſuprà.Et hoc in caſu minus rectè ſenſit Crauetta,
hanc donationem eſſe omninò perfectam & validã:quia
verè adhuc pendet futurus euentus. Quo, vt tanquàm
58 † cauſa de nouo ſuperueniens reddit actum quãtumuis
iuratum nullius momenti:vt poſt Ancha. conſil. 84.col.
2.reſpondit idem Crauet.conſil.264.num.5. in fine. Nec
mirum,quòd hæc iurata promiſſio impediat hominis re
uocationem,& non illam,quam lex facit.Quia, (præter
59 rationẽ ſuprà relatam) fortior † eſt legis diſpoſitio quàm
hominis.ita poſt Baldum in l.frater à fratre.2.not.de cõd.
indebiti,reſpondit idem Craue.conſil.111.nu.24. & in ſi-
60 mili videmus quòd donatio † valida reuocata cenſetur
per filiorum ſuperuenientiam ex d.l.ſi vnquam.C.de re-
uo.dona.Nam ob eam cauſam videtur quædam dona-
tio conditionalis,ſi filij non naſcentur.ita declarat Pariſi.
conſ.72.num.43.lib.1.poſt Corneum quem citat: ita hîc
dicitur donatio valida & perfecta,donec euenerit caſus
donatarij præmorientis.

Tertius eſt caſus,cùm pater,qui filio donauit,nõ ſo-
lùm promiſit,ſe non reuocaturum eam donationem,ſed
etiam validam eſſe voluit,ſi contingeret donatarium mo
ri ante ſe,& iuramentum adhibuit. Hoc caſu crederem,
donationem non reddi nullam,etiamſi præmoriatur fi-
61 lius donatarius,cùm placuerit & licuerit † patri renun-
tiare ſuo fauori à lege ſibi tributo hoc in caſu à ſe optimè
præuiſo & cognito.Qui ſanè caſus is non eſt, qui nunc
in diſputationem adducitur.

Non obſtat ſecundum,quia reſpondeo,illam mino-
rem propoſitionem eſſe in ſpecie noſtra falſam: ſi qui-
dem verius eſt, hanc donationem ad hæredes donatarij
nõ tranſmitti: vt ſuprà cum Baldo,Fulgoſio, Bolognino
& Alciato ſcripſimus.Et ſi admitteremus trãſmitti, eſſet
præſuponere verum quod diſputamus,nempè non reſol
ui donationem ob mortem donatarij ante donantem:
quod non eſt pro conſtanti concedendum. Nec Baldus
& cæteri relati à Crauetta & Rolando loquuntur hoc
in caſu,ſed in eo cùm donatio in perſonã donatarij om-
nem perfectionem accepit,& ei plenè fuit acquiſita.

Non obſtat tertium,quia reſpondeo,Socinum loqui
eo caſu cùm pater donans eſt præmortuus. Nam ibi di-
ſputat Socinus, an is filius donatarius teneatur conferre
cũ alijs fratribus.loquitur ergo Socinus, cùm filius fuit
ſuperſtes.Nec officit quod inquit Socinus,hanc donatio
nem ita iuratam eſſe validam ab initio:quia dico cenſeri
62 † validam ab initio fictione,quia ſecuta morte patris do
nantis retrotrahitur effectus,vt tempore donationis ce-
lebratæ cenſeatur validè confecta:vt tradunt multi rela-
ti à Rolando conſil.93.num.32.lib.1.& alios ſuis locis re-
cenſui.

Non obſtat quartum,quia verè ad rem nihil confert:
ſi quidem Bartolus in d.l.poſt dotem.nu.27.ff.ſol. matr.
63 loquitur,cùm cauſa † dotis fit donatio:quæ quidem in-
ter patrem & filium ex illa ſpeciali cauſa conſiſtit.l.Pom-
ponius Philadelphus.ff famil.ercíſ.Et Bartolum ita in-
telligunt & declarant Soc.Sen.conſil.100. nume.3.verſi.
ex quo infertur.libr.3.& Alciat.reſponſo 299.num.1.

Non obſtat quintum,quia iam ſuprà demonſtraui-
mus.d.l.à marito,rectè probare Decij & ſequacium ſen
tentiam.Prætereà illa minor propoſitio,quam Crauetta
veram abſolutè præſupponit,non eſt in caſu noſtro ad-
mittenda,vt iam ſæpius dictum fuit.

Non obſtat ſextum,quia dupliciter reſponderi po-
teſt.Primò animaduertendum cenſeo hanc argumenta
tionem parum ad rem cõferre.Nos eo in caſu loquimur,
in quo conſtat,qui actus geſtus ſit,nempè factam eſſe do
nationem inter viuos à patre filio, & ſolùm contenditur,
an adhibitum iuramentum immutet huius actus natu-
ram,vel illam inſequatur,firma tamen manẽte ipſa ſub-
ſtantia.Sed in caſu donationis cauſa mortis,qui à Rolan
do adducitur,non ita eſt.Nam ibi dubium eſt, an is do-
nãs voluerit donare cauſa mortis,vel inter viuos, atque
ita de actus ſubſtantia non conſtat. Aliqui ſentiũt voluiſ
ſe donare cauſa mortis,cùm verba id ſuadeant. Aliqui ve
rò ſcribunt voluiſſe donare inter viuos,cùm effectus,qui
naſcitur ex pacto de non reuocando & ex iuramẽto, hoc
64 ſignificet.Et quia effectus † verbis antefertur,præualuit
opinio eorum,qui dixerunt,hanc eſſe donationem inter
viuos.Quemadmodum ſcripſerunt, præter relatos à Ro
lando,Dec.conſ.305.col.1.& in l.vlt.num.21.C.de pactis.
Crauet.conſil.214.num.1.2.& in ſpecie clarius tradit Soc.
Iunior conſil.114.num.10.li.3.Quocircà intelligimus, iu-
ramentum non immutare naturam illius donationis,ſed
demonſtrare donantem voluiſſe donationem in ſubſtan-
tia ita conſtituere ab initio vſque: hîc verò poſteaquam
de actus ſubſtantia à principio conſtabilita conſtat, di-
ſputatur,an iuramentum alteret naturam ipſius actus.

Reſpondetur & ſecundò,quòd in eà donatione cau-
ſa mortis iuxta verborum conceptionem, illa donatio
65 † ob promiſsionem de non reuocando efficitur ob effe-
ctum ſuum donatio inter viuos:quod quidem contingit
ob pactum illud de non reuocando, non autem ob ſolũ
iuramentum. Et ideo Doctores hunc effectum principa-
liter tribuunt pacto,non autem iuramento.ita Decius in
d.l.vlti.nume.21.C.de pactis. vbi de iuramento nullum
verbum. Ferratius caut.30. col.1 &.2. Crauet.d.conſ.214.
colum.1.In caſu huius donationis promiſsio de non re-
uocãdo reſpicit ſolùm reuocationem ex facto hominis,
nõ autem ex facto legis,atque ita in eo caſu ſolo promiſ-
ſio operatur,vt iam dixi ſuprà.Et ideo iuramentũ, quod
commune ad omnes caſus videtur,non alterat naturam
ipſius donationis reſpectu annullationis ex legis diſpo-
ſitione,cùm nulla quò ad eam facta ſit promiſsio. Et hoc
illud eſt quod ſcribunt permulti ſuprà relati,iuramentũ
ſequi naturam actus,intelligitur inquam de hoc ſimpli-
ci iuramento non concomitato aliqua promiſsione repu
gnanti naturæ actus,cui adhibetur.

Non obſtat ſeptimum & vltimum,qui reſpondetur,
quòd,ſi auctoritatibus deferẽdum eſt, multò plures ſunt
pro noſtra ſententia,vt ſuo loco retulimus. Quod eò ma
gis procedit,quia permulti in eo ſeptimo fundamento
adducti,non affirmant nec loquuntur in ſpecie noſtra.
Nam Guido Pap.q.147 qui à Crauetta citatur,loquitur,
cùm pater donauit filio cauſa dotis, quæ donatio inter
eos permiſſa eſt.l.Pomponius Philadelphus.ff.famil. er-
ciſ.& Guidonem ita loqui ſenſit Alciatus reſponſo 299.
num.1.Ad auctoritatem Federici de Senis conſ. 140. re-
ſpondetur, illum loqui ſolùm eo in caſu, quo donans
præmoriatur,qui caſus non eſt,de quo contẽdimus.mul
tum enim inter ſe duo ij caſus differunt,vt egregiè in ſpe
cie hac annotauit Caſtrẽ.conſ.82. In iſta donatione, col.
1.verſi.& iſtam partem lib.2.Ad Bertrandum,d.conſ.233.

lib.2.reſpondetur,illum vix hoc ſentire.Nec id aſſeruiſ-
ſet,ſi Decij & aliorum auctoritates conſideraſſet. Ad il-
lud reſponſum Barbatiæ reſpōdetur , illum vix hoc ſen-
tire:& ſi hoc ſcriberet,parui facienda eſt eius auctoritas:
66 cum † multa temerè & imperitè ſcribere conſueuerit,
quemadmodum annotarunt multi, quos retuli in tract.
de recuperan.poſſeſſ.Remedio 14.num.67. Ad auctorita
tem Alciati reſpondetur,illum aliter conſuluiſſe,d.reſp.
442.in fi.ſola ergo ſupereſt auctoritas Crauettæ,Rolan-
di & Gabrielis,quæ tanti eſſe nō debet , vt anteferri de-
beat auctoritati tantorum patrū,quos ſuprà pro opinio-
67 ne noſtra retulimus.Nam antiquorum opinio † præua-
let illi recentiorum pondere,numero & menſura vt di-
cere conſueuit Baldus,quē refert Alciatus in tract. præ-
ſump.reg.1.præſump.45.num. & Neuiſanus lib.5. Syluæ
nuptial.num.9.10. Et licèt Ant.Gabriel.in d. ſua conclu-
ſione.3.nu. 19.20. citet eiuſdem opinionis Socinum Se-
niorem,Baldum nouellum & Caſtrenſem : attamen ni-
hil hoc me mouet , cùm Socinus ab eo relatus in conſil.
61.col.3.lib.1.ne verbū quidē hac de re faciat.Baldus ve-
rò nouellus in tra.de dote,parte 10.nu.10.verſ.inſuper vi
di dubitari.&c. dum affirmat iuramentū reddere validā
hanc donationem,& eam confirmari,etiam præmorien-
te viro donatario,ſuæ opinionis recēſet Bar.Ioan. And.
& Imolam,qui hoc non ſcribunt. Nec Caſtr. conſi. 346.
Circa bona.num.3.lib.1.affirmat hanc opinionem , quin
potius contrarium reſpondit , cæteras contrarias præte-
reo. Et Cephalus.d.conſi.61.num.22.lib.1.ſecutus fidem
* Crauettæ aſſeruit,illam eſſe communem , * cùm tamen
ex iam dictis cōſtet aliter eſſe. Nec tanti facienda eſt Do-
68 ctorum auctoritas, quin † veritas præualere debeat. Ita
Albæ, Cottæ & Nattæ auctoritas proſternitur. Conclu-
do itaque hanc donationem nullius momenti eſſe.

Quò ad ſecundam dubitationem. an D. Dominicus
cenſeatur periurus, & per conſequens repellendus iudi-
69 cio,vtpote qui contrauenerit † inſtrumēto iurato confe-
cto inter eum & dictū Do.Franc. Ego hac in re cōſidera-
re non poſſum , qua ratione dici poſſit periurus hic D.
Dominicus. Nā aut actor vult quòd Dominicus ſit per-
iurus, quia aſſeruit contēta in inſtrumento ſocietatis ac
in aliis confectis cum d.Franc.eſſe vera,& non ficta , nec
ſimulata &c. & tamen nunc aſſerit d. Dominicus à d.
Franc.fraudatum fuiſſe atque deceptum. Aut Dominic⁹
dicitur,non obſeruando aliqua ex promiſsis in illis in-
ſtrumentis,contrauenisse re ipſa ex latere ſuo illi iuratæ
promiſsioni.

Primo caſu res dubitatione caret,Dominicum ſcili-
cèt non eſſe periurum:ſi quidem, dum iurauit contenta
in inſtrumentis eſſe vera,&c.quò ad ſe,nō quò ad ipſum
70 Franciſcum eſſe vera aſſeruit.nō enim † poterat eſſe ſcru
tator cordis illius,quod ſolius Dei eſt.cap.erubeſcant,v-
bi gl.32.diſt. Si ergo arguit Dominicus fraudem & doliū
ipſius Franciſci,non dicitur ſuo iuramento,quod non e-
rat de alterius voluntate,contrauenisse:& per conſequēs
non dicitur periurus.

Secundo caſu,ſi aſſerit actor Dominicum non ob-
ſeruaſſe contenta in illis inſtrumentis,& per conſequens
71 affectum eſſe † periurum,atque ita incidiſſe in pœnam l.
ſi quis maior.C.de tranſactio.dico ſine controuerſia non
incidiſſe in eam pœnam.

Primò,quia,vt quis dicatur contrauenisse ſuo iura-
mento,& ita incidiſſe in pœnam d.l.ſi quis maior , debet
72 † qui hoc aſſerit probare,ſe ex latere ſuo impleuiſſe prō-
miſſa,ita in ſpecie noſtra poſt Alex. Barba. Decium &
Parpaleam reſpondit Rolandus conſ.57.num.17.18.libr.
1 Atqui non video hoc in caſu,quòd probatum fuerit ex
parte actoris & hæredum d.Franciſci,ipſum Fran. dum
in humanis ageret promiſsis ſatisfeciſſe, atque ea omni
ex parte impleuiſſe. Ceſſat ergo pœna d.l.ſi quis maior.

Secundò,vt quis dici, poſſit periurus , & per conſe-
73 quens incidiſſe in pœnam d.l.ſi quis maior, † cōſtare de-
bet ſuo dolo ita egiſſe,vt tradunt Alexan.in l.vlt. in fine.
ff.qui ſatiſd.cog.& alios plures huius opinionis recenſet
Antonius Gabriel.in ſuis concluſionibus lib.3. concluſ.
* 1.num.52.vbi hanc eſſe communem* Doctorum opinio-
nem teſtatur.idem reſpōdit Beroius conſil.158. num.49.
libr.1.ſed in caſu noſtro non video probatum, quòd hic
Dominicus dolo huic iuramento contrauenerit:non er-
go locus eſt pœna d.l.ſi quis maior.

Tertiò , is non incidit in pœnam d. l. ſi quis maior,
74 qui † non ſeruat iuramentum erga eum, qui iuramen-
tum & fidem ſuam violauit.ita poſt multos conſuluit
Rolandus d.conſil.57.num. 20. libr. 1. At in caſu noſtro
manifeſtè conſtat d. Franciſcum violaſſe fidem datam
ipſi dominico,ſi quidem eum hæredem priùs fecit,mox
bona aliqua donauit, & tamem doloſè ac fraudulente
omnium bonorum donationem fecit Ioannæ filiæ.

75 Quartò ac vltimò,in dubio † pronuntiandum eſt d.
Dominicum non incidiſſe in pœnam d.l.ſi quis maior.
ita Gratus conſi.121.colu.3.lib.2.quem ſecutus eſt Anto.
Gabriel.d.lib.3.concluſ.1.in fine.& preſertim hoc dicen-
dum eſt,quia,cùm pœna d.l.ſi quis maior,nimis rigoro-
ſa & dura ſit,vix in practica obtinetur.ita Corneus con-
ſil.246.nu.3.lib.3.quem probauit Rol. d.conſ. 57. nu. 46.
libr.1. Atque ita iuris eſſe cenſeo,rectiore iudicio ſaluo.

Iacobus Menochius I.C.

## *SVMMARIVM.*

1 *Liberorum appellatione qui veniant.*
2 *Deſcendentium appellatione qui contineantur.*
3 *Liberorum & deſcendentium nomen collectiuum eſſe.*
4 *Collectiuè vocati ordine ſucceſſiuo veniunt.*
5 *AEqualis determinatio ſimul vocatorum.*
6 *Subſtitutio compendioſa fideicommiſſariam continet.*
7 *Subſtitutio compendioſa quibus demonſtretur.*
8 *Familias à maſculis conſeruari.*
9 *Ratio vbi eſt vnica,pro expreſſa habetur.*
10 *Subſtitutione fideicommiſſaria bona in familia conſeruari.*
11 *Alienandi prohibitio arguit teſtatorem bona de vno in alium venire voluiſſe.*
12 *Subſtitutio reciproca fideicommiſſaria cenſetur cùm multi ſunt vocati, & alienare prohibiti.*
13 *Alienandi prohibitio eſt,cùm teſtator vult bona remanere debere in familia.*
14 *Prohibitio realis non alienandi,perpetuò durat.*
15 *Actus vnus ab altero interpretatur.*
16 *Teſtamentum ſecundum etſi deroget primo , illud tamen declarat.*
17 *Teſtator qui in primo teſtamento voluit bona in familia conſeruari, idem voluiſſe præſumitur in ſecundo.*
18 *Donatarij filij aduerſus fideicommiſſarios legitimam detrahere poſſunt.*
19 *Legitima nullum onus imponi poteſt.*
20 *Teſtatoris declarationi,an fideicommiſſum voluerit conſtituere, ſtatur in alia ſcriptura & actu.*
21 *Subſtitutionem eſſe fideicommiſſariam, cùm teſtator eſt ad plures ſubſtitutionis gradus digreſſus.*
22 *Filij poſiti in conditione vocati cenſetur, cùm teſtator eſt digreſſus ad plures ſubſtitutionis gradus.*
23 *Argumentum ab abſurdo euitando procedere.*
24 *Fideicommiſſum fuiſſe iniunctum proximioribus, & non remotioribus, abſurdum eſt dicere.*
25 *Inſtitutus onus iniunctum ad ſubſtitutos cenſeri repetitum.*
26 *Subſtitutio facta de duobus antiquioribus de domo comprehendit primos & ſecundos antiquiores.*
27 *Fideicommiſſum dicitur iniunctum perſonaliter, cum fuit dictum, transferatur, &c. et ideo tunc dicitur perpetuum. & infra declaratur.*
28 *Subſtitutionem fideicommiſſariam non fieri in contractu donationis.*
29 *Fideicommiſſum an in donatione cauſa mortis conſtitui poſſit.*

30 Do-



30 *Donationem cauſa mortis eſſe vltimam voluntatem quò ad ſuū effectum.*
31 *Fideicommiſſum an poſſit conſtitui in donatione in caſu l. quoties.C.de dona.quæ ſub modo.*
32 *Actio quæ datur pro donatione facta in caſu l.quoties.C.de dona.quæ ſub modo.*
33 *Subſtitutione directa immediatè diſponenti ſucceditur.*
34 *Donatio in caſu l.quoties.C.de dona. quæ ſub modo,an ad libitum reuocari poſſit.*
35 *Subſtituti per vulgarem ſuccedunt ſoli,cæteris in conditione poſitis excluſis.*
36 *Patre vocato cum liberis,ſolus pater ſuccedit.*
37 *Subſtitutio ſtrictè interpretatur.*
38 *Subſtitutionem ordine ſucceſſiuo factam in dubio eſſe directam.*
39 *Fideicommiſſum eſſe quid odioſum.*
40 *Subſtitutionem eſſe directam,cùm ipſo iure & facto bona trāſferri voluit teſtator.*
41 *Fideicom.reciprocum vt ſit,quot requirantur.*
42 *Fideicommiſ.reciprocum requirit eſſe factum in omnibus bonis.*
43 *Reciprocum fideicom.requirit expreſſam vocationem.*
44 *Conuentio de re reſtituenda decedentibus duobus vocatis , non verificatur vno ſuperſtite.*
45 *Conditione appoſita in ſubſtitutione euaneſcente, expirat ſubſtitutio.*
46 *Oldradi conſi.21.Thema tale,multis comprobatur.*
47 *Fideicommiſſum extingui euaneſcente conditione.*
48 *Conditione ſemel extincta,omnes ſubſtitutiones euaneſcere.*
49 *Pariſius conſ.18.nu.38.lib.2.declaratur.*
50 *Fideicomm.non extare in dubio pronuntiandum.*
51 *Reus in dubio liberandus.*
52 *Libera eſſe bona in dubio dicendum.*
53 *Deſcendentes ſimpliciter vocatos cenſeri directò.*
54 *Raphaelis Comenſ.doctrina in l.cum ita.§.in fideicommiſſo.nu. 4.verſ. or videte. de leg.2. multis cōprobatur & declaratur.*
55 *l.Pater filium. ff.ad l.Falcid.declaratur.*
56 *L.Vnum ex familia.§ ſed ſi fundum.de legatis ſecundò , declaratur.*
57 *Diſpoſitionem in primo actu verificari.*
58 *Cap.non poteſt.de præb.in 6.declaratur.*
59 *Diſpoſitio non verificatur in primo actu ob coniecturatam diſponentis voluntatem.*
60 *Familiæ nomen nil per ſe operatur.*
61 *Fideicommiſſum gradatim iniunctum quid ſignificet.*
62 *Fideicommiſſum pluribus alternatiuè relictum ordine ſucceſſiuo deberi.*
63 *Fideicommiſſum alternatiuè relictum quomodo debeatur.*
64 *Soc.Sen.conſi.113.col.antepen.verſic.ſed ad omnia iſta. lib.1. declaratur.*
65 *Subſtitutionem reciprocam non præſumi.*
66 *Subſtitutionem reciprocam non induci ex ſolis illis verbis, vos inuicem ſubſtituo.*
67 *Rephaelis Comenſis doctrina in d. §. in fideicom. à multis recepta.*
68 *Subſtitutionem tracti ſucceſſiui extingui , extincta conditione.*
69 *Subſtitutio compendioſa quando à directa non differat.*
70 *Bart.l.peto.§.fratre.de leg.2.declaratur.*
71 *Rephaelis Comenſ.mens declarata.*
72 *Item quando eius doctrina locum non habeat.*
73 *Subſtituti ordine ſucceſſiuo per fideicommiſſariam an vocati ſint.*
74 *Inſtituo Caium,& eo decedente ſubſtituo Seium & eius liberos,quomodo Seius cum filijs ſit vocatus.*
75 *Subſtituto patre cum filijs , filij ex vulgari veniunt patre mortuo.*
76 *Soc.Sen.doctrina in l.Gallus.§.quidam rectè.col.pen.& vl. de lib.& poſt hum.copioſè explanatur.*
77 *Subſtitutio facta de filio & eius filijs ſimul quomodo intelligatur.*
78 *Subſtitutio facta de fratre & eius filijs ſimul, quomodo intelligatur.*
79 *Subſtitutio facta filio de fratre cum eius filijs,quō procedat.*
80 *Subſtitutio directa eſt cùm adeſt ſolùm verbum ſubſtituo,ſine tractu temporis.*
81 *Subſtitutionem in dubio directam cenſeri.*
82 *Subſtituti plures collectiuè quomodo veniant.*
83 *Soc.Sen.in l.Gallus.§.quidam rectè.nu.9.verſ.quartus caſus, de lib.& poſth.declaratur.*
84 *Conditio de gradu ad gradum,nec de perſona ad perſonam cenſetur repetita.*
85 *Fideicommiſſa ex tacita teſtatoris voluntate induci.*
86 *Fideicommiſſum non induci niſi expreſſè.*
87 *Teſtatorem aliquid voluiſſe non ſufficit,niſi diſpoſuerit.*
88 *Fideicommiſſum coniecturis induci.*
89 *L.quidam cùm filium,de hæred.inſt.declaratur.*
90 *L.Peto.§.fratre.de leg.2.declaratur.*
91 *L.Cùm ita.§.in fideicommiſſo.de leg.2.declaratur.*
92 *L.vlt.C.de verbo.ſignifi.declaratur.*
93 *Fideicommiſſum eſſe poſſe inter primos,& non inter remotiores & poſteriores.*
94 *Subſtituti plures copulatiuè compendioſè quomodo ſuccedant.*
95 *Baldus conſi.305.Non eſt dubium lib.3.declaratur.*
96 *Dec.conſ.205.nu.4.verſ.& idem tamen eſt.declaratur.*
97 *Crauetta conſil.22.& conſi.131.explanatur.*
98 *Alba conſi.51.nu.13.reiectus.*
99 *Subſtitutio fideicommiſſaria actiua quæ , & ibi copioſè declaratur.*
100 *Subſtitutio compendioſa tres virtualiter in potentia continet ſubſtitutiones.*
101 *Clauſula,vulgariter,pupillariter & per fideicommiſſum,declaratur ab euentu caſus ſubſtitutionis.*
102 *Agnationis conſeruandæ fauor attenditur in caſu expreſſo à teſtatore.*
103 *Alienandi prohibitio ſolùm operatur in caſu contrauentionis.*
104 *Item etiam in prohibitione perpetuò facta.*
105 *Item cùm prohibitio à cauſa eſt veſtita.*
106 *Prohibitio de non alienando à teſtatore facta ab eo liberè reuocari poteſt.*
107 *Priuari nemo debet ſuo iure,ſi expreſſa lege non eſt cautum.*
108 *Error ex ſcriptura manifeſta detegitur.*
109 *Alienandi prohibitio quando perſonalis.*
110 *Fideicommiſſum factum in teſtamento,non facit vt in donatione factum cenſeatur.*
111 *Teſtator qui fecit mentionem de filijs maſculis non intelligitur de eiſdem in alia parte feciſſe.*
112 *Comenſ.conſi.275.nu.5.lib.4.declaratur.*
113 *Inducta ad fauorem,odium non debent operari.*
114 *Priuilegij conceſſione noua facta , antiquum non præſumitur ſublatum.*
115 *Donata à patre filio in præmium emancipationis eius propria efficiuntur.*
116 *Prohibitio detractionis quartæ non excedit perſonam.*
117 *Prohibitio facta filijs non extenditur ad nepotes.*
118 *Caſtren.conſi.343.lib.1.& Curtius Iun.conſilio 121.num.13. & Craue.conſi.vlt.col.vlt.declarantur.*
119 *Agnationis conſeruatio præſumitur à teſtatore conſiderata , eueniente caſu.*
120 *L.Publius.ff.de cond.& demo.declaratur.*
121 *Dilectus aliquando magis præſumitur remotus quàm proximus.*
122 *Filius melioris conditionis aliquando eſt ipſo patre.*
123 *Ancha.conſi.27.Non ſeruato,reiectum.*
124 *Item,quo in caſu procedat,declaratur.*
125 *Conditio,ſi deceſſerit ſine liberis,differt à cōditione,ſi hæres erit.*
126 *Diſpoſitionem eſſe fauorabilem cùm agitur de conſeruanda voluntate teſtatoris.*
127 *Fideicommiſſum verbis imperſonalibus conceptum , quod & quando tranſeat in infinitum.*
128 *Conditio,in qua rem tradi verſatur , non habet actum ſucceſſiuum.*
129 *Subſtitutio directa ſignificatur ex verbis, trāsferatur ipſo iure.*
130 *Raphaelis Comenſ.doctrina in l.Vnum ex familia.§.ſed ſi fundum.nu.3 de leg.2.declaratur.*

## FACTI SPECIES.

MAgnificus D. Marianus de Fendrolis Brixineſis emanci
pauit D. Bartholomæũ filiũ, & Dominos Nicolaũ & Io.
Iacobum nepotes ex Iulio filio prædefuncto: & in emancipatio-
nis præmium eis bona permulta donauit. quibus ſanè bonis
illis aſſignatis, ita cum illis pepigit: Item, cum pacto vallato,
vt ſupra quòd prædicti Domini Bartholomæus, Ioan. Iacobus
& Nicolaus & aliquis eorum, & cuiuslibet eorum deſcenden-
tes & hæredes vllo vnquàm tẽpore non valeant, nec poſſint alie-
nare, vel transferre dicta bona, vel aliquam partem de dictis bo-
nis & iure, nec in magna, nec in minima parte aliquo titulo vẽ-
ditionis, donationis, vel hypothecæ & alicuius alienationis, per
quam aliquod dominium & ius dictorum bonorũ, ſeu alicuius
partis eorum transferretur extra dictos donatarios, excepto ti-
tulo permutationis, &c.

Deinde idem D. Marianus in eodem donationis inſtrumen
to ſubiunxit ſubſtitutionem in hæc verba: Item, cum pacto val-
lato, vt ſuprà, quòd caſu quo d. Dom. Bartholomæus decederet
ſine liberis maſculis ex legitimo matrimonio conceptis & natis,
ita quòd non comprehendantur aliquo modo legitimati, & mo
naſterium aliquod non habeatur pro filio, & ſimiliter eius libe
ri maſculi & legitimi vt ſuprà deſcendentes ſine liberis maſcu-
lis & legitimis, vt ſuprà, quòd tunc prædicta bona & donata, vt
ſuprà ipſo iure & facto transferantur, & tranſlata etiam intel
ligantur in dictos Io. Iacobum & Nicolaum, ſi extabunt, ſi non,
in eorum maſculos deſcendentes legitimè conceptos, vt ſuprà.

Et caſu quo dicti Ioan. Iacobus & Nicolaus decederent ſi-
ne filiis maſculis & ex legitimo matrimonio conceptis & natis,
ita quòd monaſteriũ non habeatur loco filij, vt ſuprà. Et ſimili-
ter, ſi eorum filij maſculi & legitimi, vt ſupra, decederẽt ſine li-
beris maſculis legitimis, vt ſuprà, ita quòd non comprehendã-
tur aliquo modo legitimati, & monaſterium pro filio, vt ſuprà:
quod tunc dicta bona & iura donata & ceſſa prædictis Ioan. Ia
cobo & Nicolao transferantur & tranſlata eſſe intelligatur i-
pſo iure & facto in ipſum Bartholomæum ſi extabit, & ſi non
extaret, in eius liberos maſculos deſcendentes & legitimos, vt ſu
prà: quæ abſque alia iudicis declaratione apprehendi poſsint.
Altero verò, &c.

Nunc euenit quòd maſculi omnes deſcendentes à Ioan. Ia
cobo & Nicolao mortui ſunt, & in fideicommiſſo ſucceſſerũt ma
ſculi deſcendentes à Bartholomæo, nempè Ioan. Antonius, Ioã.
Maria & Franciſcus, nepotes dicti Bartholomæi ex Hierony-
mo eius filio. Deinde deceſsit Franciſcus, relictis tribus filiabus,
Olinde, Liuia & Peregrina.

Dubitatur nunc, an D Ioan. Antonius & Ioan. Maria
excludant has fœminas ab omnibus his bonis à D. Mariano
donatis.

## CONSILIVM LXXXV.

# Initium à Domino.

PROPOSITA hæc cõſultatio (mea
& aliorum, qui hac de re ſcripſerunt,
ſententia) cõtrouerſia admodum eſt:
an ſcilicèt deſcendentes hi maſculi à
D. Mariano conſequi valeant bona à
dicto D. Mariano donata dictis Bar-
tholomæo filio ac Ioan. Iacobo & Ni
colao nepotibus tunc emancipatis: ob
id quòd bona hæc ipſa ſubiaceant perpetuo fideicommiſ
ſo, cuius caſum maſculi hi nunc eueniſſe opinantur. Re-
ſpondendum videbatur, hos deſcendentes conſequi poſ
ſe hæc bona, vt potè fideicõmiſſo ſuppoſita, excluſis his
fœminis. Nam D. Marianus donator perpetuum inter i-
pſos maſculos à ſe deſcendentes fideicommiſſum conſti
tuiſſe videtur. Quod multis rationibus & coniecturis cõ
ſtare videtur.

Primò, D Marianus ita in illa donatione diſpoſuit,
quòd caſu, quo dictus Bartholomæus decederet ſine libe
ris maſculis, & ſimiliter eius liberi maſculi, &c. quòd ei⁹
bona transferantur ipſo iure in alios donatarios, vel eius
liberos legitimè deſcendentes, &c. Atqui appellatione
1 † liberorum veniunt omnes in infinitum. l. liberorum. ff.
2 de verb. ſignifi. ſicuti etiam appellatione † deſcendentiũ,
omnes in infinitum venire probat. l. vlt. C. de ſuis & le-
git. Alex. conſ. 56. col. 1. li. 1. copioſè Soc. Sen. conſ. 51. col. 1.
li. 4. Rui. conſ. 120. col. 1. lib. 1. Dec. conſ. 229. num. 2. Pariſ.
conſ. 4. in fi. li. 4. & Natta conſ. 531. nu. 24. li. 3. Et ideò dici
3 tur † collectiua, vt apertè ſcribũt Angelus conſi. 38. Qui-
dam Ioannes. Caſtr. in l. Gallus. §. quidam rectè. nu. 9. &
ibidem Soc. Sen. nu. 4. verſ. aliquando & ſecundò, & Iaſ.
nu. 27. ff. de libe. & poſth. Alex. conſ. 25. nu. 2. li. 4. & in ſpe
cie Soc. Sen. conſ. 12. nu. 10. conſ. 86. nu. 8. & conſ. 114. nu.
2. lib. 3. Dec. conſ. 205. col. 1. conſi. 638. nu. 5. & conſ. 662, nu.
2. & Natta. d. conſ. 531. nu. 25. li. 3. cum ergo liberi hi colle-
4 ctiuè, † atque ita ordine ſucceſsiuo vocati ſint, non dire-
ctè inter ſe, ſed per fideicommiſſum ſubſtituti videntur.
Quod in ſpecie reſpondit Baldus conſil. 385. Non eſt du-
bium, lib. 3. qui cenſuit, quòd ſi teſtator inſtituit Colã &
eius deſcendentes, vel liberos, qui teſtamenti tempore
adhuc nati non erant, deſcendentes & liberi illi vocati
cenſentur per fideicommiſſum. Item ſenſerunt Soc. Sen.
in d. l. Gallus. §. quidam rectè. nu. 9. verſ. quartus caſus. i-
dem conſ. 90. in fine, li. 1 & conſ. 43. nu. 9. ver. aliquando
& quintò lib. 3. Dec. conſ. 205. nu. 4. ver. & euidens conie-
ctura. & conſ. 562. col. vlti. Crauet. conſ. 22. nu. 6. & Alba
conſ. 51. num. 2. Qui quidem interpretes in hanc ſenten-
tiam adducti ſunt duabus illis rationibus, quibus vtitur
Soc. Sen. in d. §. quidam rectè. num. 9. verſ. quartus caſus.
præſertim ex l. cùm ita. §. in fideicommiſſo. & l. peto. §. fra
tre. de leg. 2. citant & l. vlt. C. de verb. ſignifi. Ea etiam ra-
tione vtitur Rubeus in d. §. quidam rectè. nu. 70. poſt De
cium conſil. 425. col. 2. quòd per fideicommiſſum hi de-
ſcendentes ita videntur inter ſe ſubſtituti, vt fuerunt illi
5 primi grauati inter ſe, vt † æqualis ſit determinatio. l. iã
hoc iure, de vulga. l. quamuis. C. de impuberum & aliis
ſubſtitu.

Secundò, quòd ex fideicommiſſo hi deſcendentes
maſculi, nempè D. Io. Ant. & Io. Maria conſequi valeant
bona hæc donata, excluſis fœminis, illud non parũ ſua-
dere videtur, quòd per ſubſtitutionem compendioſam
6 vocati ſunt. Atqui † compendioſa fideicommiſſariã con
tinet. ita in ſpecie reſpondit Roma. conſ. 56. quem ſic in
his terminis intellexit Soc. Iu. conſ. 180. nu. 75. lib. 2. ergo
7 per fideicommiſſum hi vocati ſunt. Quòd hi † compen-
dioſè ſint ſubſtituti, atque ita illa maior propoſitio, pro-
batur, quia ſubſtituti ſunt ſub commemoratione mortis,
hoc eſt, caſu quo Io. Iacob. & Nicolaus decederent ſine
liberis. Quæ ſanè mortis mentio tractum temporis in fu-
turum continet: & ob id compendioſa inducitur, vt do-
cuit Bar. in l. Centurio nu. 9. & nu. 26. ver. tertia fuit opi-
nio. & nu. 32 verſi. 2. oppono. ff. de vulg. & ibidem Galli-
aul. nu. 327. Bellam. conſi. 26. col. 2. Alex. conſ. 3. nu. 4. lib.
7. Soc. Sen. conſ. 144. col. 1. li. 1. Dec. conſi. 227. col. 2. Curt.
Iun. conſ. 86. nu. 3. Neuiz. conſi. 53. nu. 2. & Rolan. conſi. 69.
nu. 2. li. 1. Nec hîc dicatur, quod licet Bartholomæus cẽ-
ſeatur compendioſè ſubſtitutus Io. Iacob. & Nicolao, ſi
extaret, non tamen liberi ipſius Bartholomæi, cum aliter
ſint ſubſtituti, nempè, ſi non extabit eorum pater Bartho
lomæus: quæ ſanè ſubſtitutio vulgaris eſt. Quia reſpon-
detur, quòd imò & illa compendioſa videtur, ſed ſub tri
plici conditione. Prima, ſi Io. Iacobus & Nicolaus dece-
derent ſinè liberis: quæ (vt dictum fuit) ſine dubio com-
pendioſa eſt. Secunda, ſi liberi ipſorum decederent ſine
liberis, quæ etiam compendioſa eſt. Tertia, ſi non extaret
dictus Bartolomæus ipſorum ſubſtitutorum pater. Con
ceditur ergo, quòd ſi tempore mortis Iuliani vltimi vi-
xiſſet Bartholomæus, ipſe intelligeretur ſubſtitutus. Et
probabiliter dici potuiſſet, quòd ex quo tẽpore illo eue-
nientis cõditionis Bartholomæus reperiebatur in hũma
nis, ipſe ſucceſſiſſet: & aliis ſubſtitutionibus non fuiſſet
amplius



ampli⁹ locus. Verùm, quia nõ euenit ille caſus, cùm Bar
tholomæus deceſſerit ante Iulianũ vltimũ ex deſcenden
tibus Io. Iacobi, ideo factus eſt locus ſequẽti ſubſtitutio
ni de liberis maſculis dicti Bartholomæi. Qui quidẽ libe
ri (vt dictum fuit) ſub triplici cõditione vocati fuerũt. Pri
ma defecit, quia donatarij illi primi deceſſerunt relictis
maſculis. ſecunda verò conditio euenit tẽpore quo Bar-
tholomæus non extabat in rerum natura, ſequitur ergo
ex tertia, ſi Bartholomæus nõ extaret, &c. quòd eius libe
ri & deſcendentes ſint vocati, atque ita per hanc compen
dioſam ſubſtituit: cùm intelligantur ſubſtituti liberis d.
Io. Iacobi & Nicolai deſcendẽtib. ſine liberis: ex quo nõ
extabat Bartholomæus, qui eos excluſiſſet. ergo vocãtur
per compendioſam, non autem per ſimplicem vulgarẽ,
quia non ſuccedunt vti ſubſtituti Bartholomæi, ſed vti
ſubſtituti liberis liberorũ d. Ioan. Iacobi & Nicolai. Cùm
ergo ſit compendioſa, ſequitur continere fideicommiſſa
riam, atque ita per fideicommiſſum hi ſuccedunt.

Tertiò accedit coniectura ab eo ducta, quòd D. Ma-
rianus donator ſolùm maſculos ſuæ familiæ vocauit, ex
cluſis legitimatis, excluſoque monaſterio. Quod nõ alia
ratione à teſtatore factũ creditur, q̃ vt bona in ſua fami-
8 lia conſeruentur. quæ ſanè † familia ſolùm à maſculis,
non autem à fœminis & monaſterio cõſeruari poteſt. §.
cæterùm, Inſtit. de leg. agna. tutela. & poſt Baldum & a-
lios tradunt Soc. Sen. conſ. 63. nu. 17. lib. 3. & Dec. conſ. 15.
9 col. 2. Quæ quidem ratio, vti vnica † conſiderari põt, ita
pro expreſſa habetur, vt in ſpecie reſponderunt Dec. cõſ.
545. nu. 6. & Soc. Iu. conſ. 1. nu. 43. li. 1. Atqui in familia con
10 ſeruari hæc bona nõ poſſunt, niſi inter † hos deſcenden-
tes facta diceretur ſubſtitutio reciproca fideicommiſſa-
ria. Quod in ſpecie viſus eſt ſentire Comenſ. in l. cùm i-
ta. §. in fideicommiſſo. nu. 4. verſ. ſin autem legauit teſta-
tor, de legat. 2. Et in ſpecie hac clarius ita argumentatur
Dec. conſ. 270. in fi.

Quartò confirmari vr̃ præcedens coniectura ex hac,
quæ ducitur à prohibitione illa facta, de non alienando
11 bona perpetuò extra familiam. Quæ † prohibitio arguit
donatorem voluiſſe bona hæc transferri ex vno in aliũ:
atque ita voluiſſe vocare omnes, quorum fauore prohi-
bitionem fecit: vt ſcribũt omnes in l. filiusfam. §. diui, de
leg. 1. Erit ergo ſubſtitutio fideicommiſſaria reciproca,
quod viſus eſt ſentire Comenſ. in d. §. in fideicommiſſo.
nu. 4. Et tantò fortius procedit hæc ſententia hoc in ca-
ſu, in quo facta eſt omnibus deſcendentib. & perpetuò:
cum dictum ſit, quòd nec donatarij nec eorum deſcendẽ
tes vllo vnquam tẽpore, atque ita perpetuò, alienare poſ
ſint. Ita reſponderunt Soc. Sen. conſ. 250. col. vlt. li. 2. Cor.
conſ. 22. col. 4. verſ. concurrit. lib. 2. Ruinus cõſ. 122. nu. 4.
li. 2. Gozad. conſ. 26. nu. 24. & conſ. 64. nu. 13. Cur. conſ. 87.
col. vlt. Cra. conſ. 155. nu. 5. Pariſ. conſ. 18. nu. 50. & conſ. 41.
nu. 68. lib. 2. Alexander de Neuo conſ. 17. nu. 3. & Alba cõ
ſi. 87. num. 13. Qui quidem omnes concludere videntur,
12 quòd † quando omnes deſcendentes & liberi ſunt pro-
hibiti vllo tempore alienare, omnes cenſentur vocati &
inuicem ſubſtituti, vt ſi eos onerauit, cenſeatur etiam
vocaſſe.

Quintò accedit coniectura, quòd donator hãc, quã
13 iam retulimus, prohibitionem † in rem, non autẽ in per-
ſonam fecit: atque ita realis eſt, dum dixit, velle bona in
familia remanere. vt egregiè ſcribunt Baldus in l. preci-
bus. nu. 27. verſi. tu dic, & ibi Salicetus. col. pe. nu. 36. C. de
impuber. & aliis ſubſtit. Cur. Sen. conſ. 42. nu. 8. verſ. acce
dat ad præmiſſa. Soc. Sen. conſ. 62. nu. 10. lib. 3. & Pariſius
14 conſ. 30. nu. 29. lib. ſecundo. Atqui, cùm † prohibitio rea-
lis eſt, ꝑpetuò durat, nec cũ perſona primi & ſecundi in-
ſtituti extinguitur, ſed de vno in alium trãſit. l. peto §. fra-
tre, vbi Bar. de leg. 2. Et in ſpecie ſenſerunt Corn. cõſ. 22.
nu. 6. lib. 2. Socin. Sen. in l. qui Romæ. §. cohæredes. nu. 15.
verſ. quartus caſus, de verb. obli. poſt. Are. ibi. idem Soc.
conſ. 202. verſ. cõfirmatur eadem, & conſ. 249. nu. 25. verſ.
circa tertiam principalem. lib. 2. Dec. conſ. 23. & Ripa in
l. filiusfa. §. diui. nu. 122. in fi. de leg. 1. Quò ergo de vno in
alium ordine ſucceſsiuo tranſeant hæc bona, neceſſe eſt
dicere, ſubſtitutionem eſſe reciprocè fideicommiſſariã.

Sextò accedit illa coniectura, quòd idem D. Maria-
nus donator iam ſex menſes ante donationem hanc con
didit teſtamentum, in quo aliqua bona illis ſuis hæredi-
bus & nunc donatariis prælegauerat, atque diuiſerat: &
expreſsè ſubſtitutiones reciprocas fecerat, adiecta ratio-
ne, quòd volebat bona ſua in ſuos deſcendentes perue-
nire, excluſis fœminis, in ſtirpes, & non in capita. Quæ ſa
nè verba ſignificare videntur reciprocum fideicommiſ-
ſum eſſe conſtitutum inter ipſos deſcendentes. Ergo cre-
ditur D. Marianum eiuſdem intentionis fuiſſe in hac do
15 natione: cùm vnus † actus ab altero interpretationẽ re-
cipiat. l. vxori. §. vlt. vbi Bart. de leg. 3. Alex. conſ. 69. col. 1.
lib. 6. Quod procedit etiam in actu, qui ſequitur ex inter
uallo: nam & is præcedentem declarat. ita reſponderunt
Barb. inter conſilia Alex. conſ. 94. col. 1. lib. 3. & conſil. 52.
col. 6. verſ. ex iſto. lib. 4. Curt. Sen. conſ. 49. col. 6. & Calca
neus conſi. 79. col. 2. Hinc reſpondit Corn. conſ. 275. col. 3.
16 nu. 5. li. 4. quòd licèt ſecundum † teſtamentum deroget
primo, attamen à primo declarationem recipit. Illum ſe
cutus eſt Dec. conſ. 515. nu. 5. quo loci in ſpecie reſpondit,
17 quòd ſi in primo † teſtamento apparet teſtatorem voluiſ
ſe verbis expreſsis conſeruari bona in familia, idem vo-
luiſſe videtur in ſecundo. Et ſi in primo fecit mentionem
de hæredib. maſculis, idem voluiſſe creditur repetere in
ſecundo teſtamento: cùm non præſumatur voluiſſe mũ-
tare opinionem in his, quæ familiæ dignitatem & hono-
rem conſeruare poſſunt. Et in ſpecie idem reſpõdit Cra.
conſi. 113. ad finem.

Septimò confert cõiectura, quòd D. Marianus in hac
donatione pactum appoſuit, quòd bona donata non poſ
ſent accipi, nempe imputari in legitimã debitam D. Bar-
tholomæo filio, & dictis dominis Io. Iacobo & Nicolao
nepotib. Quod ſanè pactum apertè ſignificare videtur,
mentem donatoris fuiſſe, quòd bona hæc alienari extra
familiam non poſſent, ſed ꝙ in ea perpetuò conſeruarẽ-
tur. Eſt enim clarum quòd ſi donator non adhibuiſſet
18 hoc pactum, † ij donatarij ex omnibus his bonis donatis
quartam detrahere potuiſſent etiam aduerſus omnes fi-
deicommiſſarios: vt ſcribunt Bart. in l. in quartam. nu. 15.
& ibi Alex. col. 9. Rip. nu. 89. & Picus nu. 113. ff. ad l. Falcid.
Et per cõſequẽs potuiſſent ij donatarii alienare tertiam
19 partem horum bonorũ donatorũ: cùm legitimæ † nul-
lum onus imponi poſſit, quo libera eius diſpoſitio impe-
diat. l. quoniam in priorib. C. de inoff. teſt. Alex. in l. in
quartam. nu. 13. ff. ad l. Falcid. & Ripa in l. filiusfa. §. diui.
nu. 27. de leg. 1. cũ ſimilib. cõſtare itaq; ex hoc vr̃ maxima
affectio D. Mariani, ꝙ voluerit hæc bona remanere in fa
milia, atq; ita inter ſuos deſcẽdẽtes maſculos cõſeruari.
Quod equidẽ nõ videtur potuiſſe facere, niſi fideicõmiſ
ſariã ſubſtitutionẽ inter eos reciprocã feciſſe dicamus.

Octauò, non parũ vrgere vr̃ coniectura ducta à diſpo-
ſitione facta à prefato D. Mariano donatore in codicillis
à ſe vltimo loco cõditis: in quibus quidẽ, dũ reuocauit
Pœnã appoſitã alienãti predicta bona tã in teſtõ quàm
in donatione hac, in hæc verba ſubiunxit: Salua tñ ſem-
per remanẽte virtute ac vi dictorũ fideicõmiſſorũ & ſub
ſtõnum in dictis oĩb. eius bonis, maximè in virtute & vi
reuocãdi & vindicãdi bona & iura dicti fideicõmiſſi &
ſubſtitutionis eorũ, caſu quocunq; eueniẽte, &c. Quæ ſa-
nè verba multipliciter conſiderantur. Primò, quòd do-
nator ſeu D. Marianus codicillator reuocauit prohibitio
nem alienationis per ſe factam cum omni pœna, præter
prohibitionem, q̃ ex fideicõmiſſis inducebatur: & quòd
voluit bona omnia ſubiacere fideicõmiſſo tam in teſtõ
q̃ in donatione facto: ita vt non poſſint alienari, & ſi ali-
enentur, vult poſſe reuocari & vindicari. Ergo apparet
de enixa mente D. Mariani donatoris appellantis in il-
lis codicillis, fideicõmiſſa facta in donatione hæc, vt &
in teſtamento. cùm ergo donator ſe ipſum declarauerit,

20 illi ſuæ declarationi † ſtandum eſt:ita Baldus in auth. ni
ſi rogati,col.2.verſi.nam vbi.ad C. Trebell. Barba. inter
conſilia Alex.conſ.52.nu.25.lib. 4. Pariſ. conſ.1.nu.29.&
conſ.3.nu.53.lib.3.Grama.conſ.105.nu.6.Secundo perpen
ditur,quòd donator non reſeruauit fideicõmiſſa & ſub-
ſtitutiones,ſecundum quod ex ſono verborum intelligi
poterant,ſed reſeruauit virtutem & vim eorum. Quæ ſa
nè voces,vis & virtus,ſignificant interpretationem pro-
uenientem ex mente diſponentis,cùm illa ſit vis & vir-
tus.Tertiò conſideratur,quòd donator voluit talem re-
ſeruationem fieri de vi & virtute dictorum fideicommiſ
ſorum.ergo manifeſtè aperuit is donator intẽtionis ſuæ
eſſe,ꝙ vbicunque tractabitur de vindicandis bonis ſuis
virtute fideicommiſſorum,de quib.in teſtamento,atten-
datur vis & virtus eorum,non autẽ nuda & ſimplex cor
tex verborum.Quæ quidem vis & virtus eſt, vt bona per
petuò in familia conſeruentur.

Nonò confirmatur præcedens fundamentum,quòd
D.Marianus in hac donatione plures gradus ſubſtitutio
num(vt iam diximus)complexus eſt. Nam & illos pri-
mos donatarios inuicem ſubſtituit,& deinde eorum de
ſcendentes hinc inde vocauit. Qui quidem digreſſus ad
21 plures gradus ſubſtitutionum † operatur, vt omnes obli
quæ atque ita fideicommiſſariæ cenſeantur :cùm videa-
tur mens diſponentis velle conſeruare bona in familia,
quod euenire non poteſt,niſi mediante fideicommiſſo à
primis donatariis in ſecundos repetito, vti reſpnderunt
Caſtr.cõſ.343,Quia ex allegationib.li.1.Soc.Sen.cõſ.240.
col.5.nu.10.verſ.quare iſtis.li.2.& omnium clarius Curt.
Iun.conſ.121.nu.15.& Craue.conſ.vlt.col.vlt. verſ. ſecun-
22 dò principaliter.Quinimò ob digreſſum † ad plures gra
dus ſubſtõnum vidẽtur vocati illi ꝗ in cõditione ſunt po
ſiti:ita reſponderunt Ancha.cõſ.74.Alex. conſ.64. nu.7.
lib.5.Ruinus conſ.118.nu.11.lib.2. Boer.q.155.nu.13. 28. &
plures recenſet Cephalus conſ.251.nu.79.lib.2.

Decimò confert argumentum ductum ab abſurdo
23 † euitando,quod iure noſtro maximè probatur.l.nam &
abſurdum,de operis liber.cum vulgatis ſimilibus.Atqui
24 abſurdum videtur, quòd onus fideicommiſſi † filiis &
proximioribus iniunctum fuerit,& non cæteris ſubſtitu
tis vlterioris gradus,& adhuc non natis:iuxta l.Publius.
ff.de condit.& demonſtr.Et in ſpecie hac ratione addu-
cti,ita cenſuerunt Soc.Sen.conſ.250.col.5.verſ. item ſi fi-
liab.& cõſ.251.col.9.li.2. Rui.cõſ.67.nu.4.& conſ.142.nu.
13.verſ.prætereà.li.2.Dec.conſ.205.nu.8. Cur.Iun. cõſ.22.
nu.8.& conſ.112.nu.5.Pariſ.conſ.18.nu.72.& conſ. 61.nu.
45.lib.2.Rub.conſ.150.nu.2.verſ.præmiſsis tamẽ. & Cra.
conſ.62.nu.7.& conſ.147.nu.3.Et hac ratione docuit Iaſ.
25 in l.licèt imperator.num 24.de leg.1.† onus legatorum
iniunctum inſtitutis repetitum cenſeri in perſonam ſub
ſtitutorum.

Vndecimò,non mediocriter reſponſum Anch. conſ.
27.Non ſeruato ordine,col. pe. Qui quidem Anchara-
26 nus reſpondit, quòd ſubſtitutio † facta à teſtatore duob.
antiquorib. de domo & familia de Calcagnis intelligi-
tur non ſolùm facta illis duob.primis, ſed etiam alijs ſe-
quentib,gradatim poſt duos illos primos. Ancharanum
ſecuti ſunt Roma.conſ.438.nu.14. Barba.conſ.27.col. 10.
verſi.præterea adducitur,li.1. conſ.18. col.6.li. 2. & conſ.
14.col.2.verſ.vnde ſolennis docto.li.3.Soc.Sen.in l.Gal-
lus.§.quidam rectè.num.9.de li. & poſth.& in §. inſtitu-
ens.col.vlt.& ibi Iaſ.nu.23.idem Soc.Sen.conſi. 250.,col.
5.verſ.præterea poſt filios.li.2.& conſ.12.nu.18.li. 3. Rui.
conſ.34.nu.15.conſi.40.col.3. & conſ.214. nu.9. li.1. conſ.
24.nu.6.conſil.102.nu.1.& conſ. 110. nu.14. li.1. conſ. 164.
num.4.& conſ.167.nu.7.li. 3. Dec. conſ.516. nu. 16. Alba
cõſ.51.nu.14.& Tiraq.in trac.de iure primige.q.3. nu. 10.
& in l. boues §.hoc ſermone.limit.12.num.5.de verb. ſig.
Natta in conſi.531.nu.27.lib.3.
27 Duodecimò & vltimò, hoc † fideicommiſſum verbis
imperſonalib.conceptũ fuit:cùm dixerit donator, tranſ-
feratur,&c.Quo fit,vt facilius tranſeat in deſcendẽres,l.
Pater.§.quindecim.de leg.3.Et eſſe perpetuum & ſucceſ-
ſiuum fideicom.cenſuit Cumanus in l. vnum ex familia.
§.ſed & ſi fundum.nu.3.de leg.2. à quo non diſſentit Soc.
Sen.conſ.227.col.5.in prin.lib.2.

Re tamen diligentiſſimo ſtudio,& cura non medio-
cri perpẽſa,contrariam ſententiam , vt veriorem & pro-
babiliorẽ ſequor , nempè hoc noſtro in caſu non eſſe in-
ter D.Io.Ant. Io Mariam & Franciſcũ D. Bartholomæi
donatarij primi conſtitutum aliquod reciprocum fidei-
commiſſum tam reſpectu bonorum, quæ ipſi à ſuo a-
uo donata fuerunt, quàm reſpectu bonorum, quæ do-
nata fuerunt dominis Io.Iacobo & Nicolao. Et ob id nõ
poſſunt nũc Dñi Io. Ant.& Io.Maria excludere filias D.
Frãciſci, qui ſine maſculis deceſſit. Quò autem facilius
hãc eſſe verã ſnĩam demõſtrem,priùs illud præfabor,hîc
agi de duplici ſpeciæ bonorum, hoc eſt(vt ſuprà attigi)
de bonis, quæ prouenerunt ex perſona D. Bartholomæi
in tres hos fratres.Rurſus de bonis,ꝗ prouenerũt ex per-
ſona Io.Iacobi & Nicolai, qui ambo ſine maſculis deceſ
ſerunt. Secundò ſciendũ eſt,hãc ſubſtõnem haberes tres
partes.Prima eſt vſq;ad illa verba,Et caſu quo d.Io. Iac.
& Nic.Secunda ab illis verbis,Et caſu quo &c.In prima
parte duo aguntur: primò liberi Bartholomæi & libero-
rum liberi in conditione ponũtur,reſpectu illius partis
bonorũ donatæ ipſi Bartholomæo,vt illa verba clarè o-
ſtendunt,ꝙ caſu quo dictus Bartholomæus decederet ſi-
ne liberis maſculis,&c.Secũdò,Bart.moriẽti ſine liberis
maſculis,ac ẽt ipſis lib.moriẽt.ſine lib.maſculis,ſubſtitu
ũtur Io.Iac.& Nic.& eorum deſcẽdentes:vt oſtendũt ver
ba illa:Transferantur & trãſlata eſſe intelligãtur in d.Io.
Iacobum & Nicolaũ, ſi extabũt: ſi nõ, in eorũ maſculos
deſcẽdentes.Et in hac prima parte huius ſubſtitutiõis ſo
lùm verſatur dubiũ circa primũ caſũ,ex quo ſ. Bartholo
mæus deceſſit,relicto Hieronymo,& Hieronym⁹ relictis
Io.Ant.Io. Maria & Franciſco , an inter tres hos fratres
extiterit reciprocũ fideicõmiſſum reſpectu bonorũ(vt di
xi)donatorum Bartholomæo auo ſuo. In ſecunda parte
ſubſtitutionis duo etiã aguntur.Primò, liberi Io. Iacobi
& Nicolai & liberi liberorũ in cõditione ponũtur , vt ſi-
gnificatur illa verba,Et caſu quo d.Io.Iac.& Nicolaus de
cederẽt ſine filijs maſculis,&c.& ibi,& ſimiliter ſi eorũ fi-
lij maſculi,& legitimi,&c.De hoc caſu nunc nõ diſputa-
tur,cum nulli extẽt hodie maſculi ex duob⁹his fratribus.
Secũdò ſubſtituitur his duob.fratrib⁹,vel eorũ liberis ſi-
ne maſculis moriẽtib.Bartholomæ⁹ſi exſtabit,& ſi exta-
bit,ei⁹ deſcẽdẽtes. Eſt nũc dubitatio,quia maſculi oẽs ex
Io.Iac.& Nicolao deſcendẽtes mortui ſũt,& eorũ pars bo
norum donatorũ peruenit in tres hos fratres,nempè Io.
Ant.Io.Mariã & Franc.an ſ. rõne huius partis reciprocũ
extet fideicõmiſſũ inter eos.Et quãquam diſtinctim forẽt
adducẽdæ rationes & argumẽta,cùm diſtincti caſus ſint:
attamẽ, quia rationes ſunt quæ vtriq; caſui cões ſunt; &
ſine diſtinctione ab aduerſarijs adductæ ſũt, ob id vnà e-
go pariter referã: priùs tamẽ (excepta prima) argumẽta-
tiones primi caſus,deinde ſecũdi referã: tertio verò loco
cõmunes collocabo. Et ſingulatim admonebo quo in
caſu deducatur argumentum.

Primò itaque ea ratione cõi adducor, ꝙ hîc ſumus in
ſubſtõne facta in cõtractu donationis,iuxta l. quoties.C.
28 de dona.ꝗ ſub modo. atqui in cõtractib⁹ ſubſtitutio † fi-
deicõmiſſaria fieri nõ poteſt.Ita cẽſuerũt Comẽſ.& Caſt.
in lege qui Romæ.§.cohæredes;de verb.obl.Ille nu.4.iſte
nu.2.& ibid.Alex.nu.4.verſ.nec obſtat. Iaſ.nu.15.verſi.&
breuit.& Soc.Sen.nu.19.verſ.prohibitio alienat.Rui.cõſ.
214.nu.16.li.1. & cõſ.7.nu.14.li.3.cum quo reſpondit eo-
dem in caſu Decius in conſil. 488. numer 19. & idem
ſenſit ipſe Decius conſil.613.nume.2. & apertius Pariſ.
conſil.100.nume.20.lib.4. & Alciat. reſp.517. nume.3. &
reſp.518. Et quamquam aliqui ſcripſerint , fideicom-
29 miſ. poſſe † conſtitui in donatione cauſa mortis , vt
affirmarunt Caſtr. conſil.384. Si quæritur. lib.1. Alex.
conſ.247.in fi.li.6.Curt.Iun.conſi.15.nu.5. verſi. ſecundo
principali.



principali.Soc.Iun.in cõſ.185.nu.6.li.2.& Cra.conſ.130.in
30 fi.ij ea rõne hoc aſſerũt,ꝗa donatio † cã mortis quò ad ef
fectũ vltima voluntas dr̃: non ergo hæc ſubſtitutio.iuxta
d.l.quoties.C.de don.ꝗ ſub modo,eſt iudicanda fideicõ
miſſaria,ſed directa.Atq; ita in terminis reſpõdit Caſſa-
neus conſ.53.nu.25.qui ait eſſe ſubſtõnem vulgarẽ.qui ita
intellexit Dec.conſ.245.nu.7.& rectè,nã Decius citat l.vt
hæredib.de leg.2.quã in vulgari ſubſtõne facta ad fidei-
cõmiſſum loqui interpretati ſunt Corn.conſ.29.in fi.lib.
31 2.& Soc.Iun.conſ.100.nu.16.li.3.Et quò ad terminos † d.
l.quoties,in quib⁹ nos verſamur,credo hãc opinionẽ eſ-
ſe veriſſimã:qñquidẽ,ſi ſubſtitutio eſſet iudicanda fidei-
commiſſaria vti illa,ꝗ in vltimis voluntatib.fit,cõpeteret
32 actio ordinaria ex fideicõmiſſo,cùm tñ ſola † perſonalis
vtilis ex perſona donatoris detur:vt ſcribunt ibi Salicet⁹
& cæteri,& clarius Didacus Couarr.li.1.varia.reſol.cap.
14.nu.3.& Alcia.reſp.99.num.11.& reſ.578.num.1. Et hoc
33 † ſubſtitutioni directæ cõuenit,cùm per eam immediatè
diſponenti ſuccedatur,vt declarat Rip.in l. hr̃des mei.§.
cùm ita.nu.96.ad Treb.& eſt clari iuris.Et hæc ſnĩa à for
tiori vera eſt ex opinione Aemylij Fereti coſ.12.nu.4.qui
reſpondit,in donatione inter viuos qualis eſt hæc noſtra,
non eſſe locum ſubſtitutioñi:cùm illa ſolùm locum ha-
beat in donatione cauſa mortis:atque ita declarat d.l. vt
34 hæredibus.Poſſet etiam ad libitum à donatore † reuoca
ri,cuius contrarium verius eſſe ſcribũt Doct.in l.qui Ro
mæ.§.Flauius.de verb.obli.& Did.d.c.14.num.13.Eſt er-
go hæc ſubſtitutio iudicanda iuxta naturam contractus
directa vulgaris. Et alios etiam effectus habet,quos ſuo
loco referam.

Secundò,admiſſo ꝙ ita interpretari debeat hæc ſub-
ſtõ,ac ſi eſſet facta in teſtõ,adhuc dicendũ eſt,hos deſcen
dentes non eſſe vocatos per ſubſtõnem fideicõmiſſariã,
ſed per vulgarem,ſi verba donationis perpendantur.Nã
donator hos deſcendentes vocauit ſub hac conditione,
ſi aliquis ex ipſis donatariis deceſſerit ſine filiis maſculis:
& ſi illi maſculi ſine maſculis:quæ ſanè ſubſtitutio vul-
garis eſt.ſunt enim ij liberi ſubſtituti eorũ parentib.vul-
35 gariter quãdoquidem ſi † mortuis maſculis omnibus al-
terius ex donatariis,ſuperſtes fuiſſet alter donatarius : is
ſolus ſucceſſiſſet,non autem liberi maſculi cũ eo:vt ſcri-
bunt Soc.Sen.in l.Gallus.§.quidam rectè.num.5.ver.Se-
cundò principaliter,de liber.& poſthu.Dec.cõſ.248. nu.
3.Ruin.conſ.62.nu.6.lib.1.& conſ.139.nu.22.li.3.dum af-
36 firmant,quòd ſi inſtituatur † pater cum ſuis liberis, illi li
beri non veniunt ſimul cum patre,ſed vnus poſt alterũ
ordine ſucceſſiuo.ij ergo liberi vocati ſunt caſu quo eo-
rum pater non extaret:nam eo deficiente,tunc liberi ad-
mittebantur & qui gradu proximior fuiſſet is præferen-
dus fuiſſet,iuxta d l.cùm ita.§.in fideicommiſſo,de leg.2.
Quòd verò aſſecuta à liberis his hæreditate & ſucceſſio-
ne inter eos locus eſſet ſubſtõni ex verbis donationis nõ
37 colligitur.Et iõ nec nos id dicere debemus,cùm † ſubſti
tutio ſtrictè interpretetur,& ſolùm illis in caſib locũ ha-
beat,in quib.clarè & apertè loquitur. Hinc noſtri dicere
ſolẽt,hoc in caſu tua ſubſtõ nõ loquitur.Ita Soc.Sen. cõſ.
63.col.3.verſi.& in primis iſta cõcluſio.li.1.Iaſ.cõſ.29. col.
pe.in fi.conſ.30.col.2.lib.3.Rub.conſ.28.nu.2. conſ.31. nu.
4.conſ.120.nu.5.& conſ 144.nu.4.Ita etiã cenſuerũt Go-
zad.conſ.21.nu.8.conſ.29.nu.13.& conſ.59.nu.1. Et in ſpe
cie Pariſ.conſ.31.nu.6.li.2.Soc.Iun.conſ.101.nu.3.& conſ.
118.nu.1.li.1.conſ.4.nu.13.& conſ.64.nu.10.lib.3. Alc.reſp.
564.nu.1.& Cra.cõſ.161.nu.16.& cõſ.208.nu.3.Et ideò re-
ſpõdit Cra.cõſ.22. nu.3.in fi. poſt Caſtrẽſem & Dec.ſub-
38 ſtõnem ordine † ſucceſſiuo factã,in dubio cenſeri dire-
ctam.idẽ conſ.208.nu.3.Ea eſt rõ,quòd fideicommiſſum
39 eſt onus.l.cohæredi.§.cùm filiæ.ff de vulg.Et dr̃ † res o-
dioſa.ita Dec.conſ.336.in fi.& Craue.conſ.180.in fi.Idem
reſponderunt Soc.Iun.conſ.105.nu.9.li.2.& Siluanus cõ
ſi.64.nu.19.& nu.25.Quòd ſi horum ſentẽtia procedit in
ſubſtitutionibus factis in vltimis voluntatibus, quæ fa-
uorabiles ſunt,quantò fortius in his,quæ fiunt in contra
ctibus,qui(vt dixi)ſtrictius interpretantur? Accedit ꝙ D.
40 Mar.donator vſus eſt illis verbis,ipſo iure † facto tranſ-
ferantur.Quæ verba,ipſo iure,oſtendũtur ſubſtõnem eſ
ſe directam:ita Ripa in l.Centurio.num.182.de vulg.

Tertiò,ꝙ reſpectu bonorum,quæ à D.Bartholomæo
prouenerunt tres ij fratres reciproco fideicommiſſo nõ
41 fuerint grauati;vrget plurimùm; qua , vt reciprocum †
fideicomiſſum inter plures ſubſtõs conſtitutum cenſea-
tur,tria requirũtur.Primò,ꝙ fiat ab vltimo decedente.l.
vlt.§.filium.de lega.2.& l.Lucius.§.Caio.ff. ad Treb. at-
* que ita * crebrius doctores ſentiũt:vt apud Bar.Caſtr. &
cæteros in l. hæredes mei. §. cùm ita.ff. ad Treb.ibi Soc.
Sẽ.nu.7.8.& Rip.idẽ.Soc.Sẽ.cõſ.113. in fin.lib. 1. & conſi.
104.col.pen.lib.3.eruditiſs.Zanchus in d.§.cùm ita. num.
42 550.Requiritur † ſecundò , quòd facta ſit expreſſim in
omnibus bonis: ita ſcribunt omnes in l. Titia Seio. §.
Seia libertis.de leg.2.ex illo tex.Iaſ.in l.quidam teſtõ.in
fi.de vulg.& alibi ſæpe,vt refert Zanchus in d.§.cùm ita.
43 nu.614.Requiritur & tertiò quod † ſint expreſsè vocati:
nec enim ſufficit ꝙ ſint in cõditione poſiti.Ita Soc.Sẽ.in
d.§.cùm ita.nu.3.poſt.Imol.& alios, quos recenſet. idem
Soc.conſ.113.in fin. lib.1 cõſi.249.col.4.lib. 2.cõſ. 104.col.
pen.lib.3.Ruin.cõſ.96.nu.11.cõſ.108.nu. 2.& cõſ. 140.nu.
12.lib.2.Pariſ.conſi.44.nu.29.lib.2.Soc.Iun.conſi.151.nu.
11.& conſi.176.num.15.libr. 2. Crauet. conſil. 161. numer.
7.& conſil.306.numer.2.& Torniellus.inter conſil. Por-
tij.Imolen.conſi.43.numer.28.etſi ab hac recepta ſenten-
tia diſſentiat Riminal.Sen.conſil.521. lib.2. & Alcia. in l.
vel ſingulis.col.pe.de vulg. Quorum opinio, vel vt ma-
gis receptæ repugnans,falſa eſt, vel intelligi debet, cùm
alijs coniecturijs conſtat eſſe in alia parte diſpoſitionis
vocatos:quemadmodum ſenſit Socin.Iun.conſi. 151. col.
vlt.lib.2.Et idẽmet Soc.Iun. conſi 110. lib. 3. in ſpecie ad
euitandum hanc rõnem conſiderat plures coniecturas
ad demonſtrandum,illos in condõne poſitos eſſe voca-
tos.cùm ergo hæc requiſita hîc non concurrant, præſer-
tim hoc vltimum, ſequitur dicendum , reciprocum fidei-
commiſſum non fuiſſe inter hos fratres conſtitutum.

Quartò,quod nullum,quò ad hæc bona,ſit conſtitu-
tum fideicommiſſum inter ipſos deſcendentes ex D.Bar
tholomæo,vel ex eo conſtat; quia dum teſtator appoſuit
pactũ reſpectu bonorum aſſignatorum D.Bartholomeo,
nõ prouidet,aut aliquid agit reſpectu ipſius D Bartholo
mæi & eius deſcẽdẽtiũ:ſed agit & prouidet dictis Io. Ia-
cobo,& Nicolao,eorumq; deſcendentibus; quia eos vo-
cat,caſu quo ipſe Bartholomæus & eius liberi decedant
ſine maſculis. Et ideo (vt dixi) inter ipſos deſcen-
dentes ex Bartholomæo nihil diſponit, vt ſcilicèt ſint in-
uicem ſubſtituti. Quod clarè & in ſpecie reſpondit Alc.
reſp.164.nu.16.vſque ad finem,qui in tali facti ſpecie cõ-
44 ſuluit, Franciſca † duorum filiorum mater conuenit vt
tutrix cũ Repub.Florentina, vt filiorum ſuorũ caſtra &
bona ſub protectione ipſius Reip.reciperentur; hoc ad-
iecto pacto,quòd ſi ipſi maſculi & eorum deſcendentes
deceſſiſſent ſine filiis maſculis,Reſp. Florẽtina Caſtra il
la conſequeretur:cùm alter filiorũ deceſſiſſet relicta fœ-
mina,alter verò relictis maſculis,reſpõdit, Alciatus, Rẽ-
public. Florentinam non poſſe conſequi caſtra: cùm ca-
ſus conuentionis non euenerit, quia ſcilicèt ambo illi
fratres non deceſſerant ſine maſculis , ſed eorum vnus
tamen:alter verò reliquit fœminam. Reſpondit ẽt Alci-
atus,fœminam illam(& hoc ad rem noſtrã facit)non ex-
cludi à maſculo : quia licet Reſp . ſit vocata in defectum
maſculorum,non tamen ipſi maſculi cenſentur inuicem
& reciprocè inter ſe vocati caſu quò alter eorũ decedat
ſine filijs maſculis.Et ideò(ait Alciatus)exiſtentia illius
maſculi duo operatur. Primò operatur, ne Reſpub. ad-
mittatur ad ſucceſſionem caſtrorum pro parte illius, qui
deceſſit ſine maſculis,ſed relicta filia.

Secundò operatur,vt ipſa filia, donetis maſculus erit
ſuperſtes, fœmina ſuccedat & admittatur pro parte. quæ
patris ſui fuit.Quibus rõnibus ſuam hanc tueatur ſnĩam

Alciatus,eſt videre apud eum. Illud ſolùm nũc dicã,hãc
tanti Doctoris deciſionem eſſe in claris terminis noſtris,
cùm ibi agatur de ſimili vocatione deſcendentium ma-
ſculorum in contractibus facta. Quocircà maximè conſi
deranda erit.

Quintò,quòd nullum,quò ad bona hæc ſit reciprocũ
fideicõ.conſtat,quia ipſe Bartholomæus deceſsit,relictis
45 maſculis:illa ergo cõditio appoſita † in ſubſtitutione fuit
46 extincta,& ob id ſubſtõ expirauit,vt † reſpondit Oldra.
conſ.21.Thema tale eſt.qui ſcribit, ꝙ teſtõr fratrem ha-
bebat,ex altero fratre præmortuo nepotem, & ex tertio
fratre defuncto tres alios nepotes,ſeu patrueles. hos om
nes hæredes fecit in ſtirpes:deinde dixit,ſi aliquis hære-
dum meorum ſine filiis,aut deinceps deſcẽdentibus ma
ſculis decedat,eius portio deuoluatur ad cohæredes,vel
eorum hæredes,dummodò maſculi ſint, & ex maſculis
ſecundũ rectã lineam deſcendentibus, excludendo ſem-
per fœminas,quas dotauit,& deſcendentes ex eis. Dein
de cauit idem teſtõr,quòd ſi oẽs præfati hæredes nollent
prædictas dotes ſoluere,ꝙ tunc ea portio ad eccleſiã Ro
manam deuoluatur,quã cũ onere illo ſubſtituit. Rurſus
& tertiò ſtatuit,ꝙ,ſi nec eccleſia,nec dicti hæredes maſcu
li ſoluerẽt dictas dotes,portio illa deuoluatur ad fœmi-
nam,quæ cum ea portione,in qua eã ſubſtituerat, nube-
ret. Demũ ordinauit idẽ teſtõr,ꝙ,ſi dicti oẽs hæredes abſ
que filiis & nepotibus,vel deinceps maſculini ſexus de-
ſcendentib.decederent,vt bona ſua ad eccleſiã Romanã
deuoluantur. Euenit poſtmodum,ꝙ,mortuo teſtõre, v-
nus nepotũ deceſsit relictis quatuor filiis maſculis,quo-
rum duo ſine liberis deceſſerunt,tertius verò filia ſola ſu
perſtite,mortuus eſt:quartus quoque ſine prole,nepte in
ſtituta,vita eſt functus. Maſculi ex maſculis deſcẽdentes
bona ex ſubſtõne,dote oblata,vẽdicabant.conſult⁹ Old.
rñdit,proneptẽ illã abſoluendã eſſe,& integrã illam ſub-
ſtõnem expiraſſe in perſona aui ipſius neptis, qui deceſ-
ſit,quatuor filiis maſculis ſuperſtitib.quidqd poſtea de il
lis cõtigerit:cùm verũ nõ ſit inſtitutũ obiiſſe ſine liberis
maſculis.atque ita cenſuit Old.onus fideicommiſsi non
eſſe repetitum in perſonam ſubſtitutorum. Eandem opi-
nionẽ verè probarunt Ang.conſ.159.nu.1.& Anch.conſi.
137.Nõ diſsimili in caſu idem rñdit Alex.conſ.108.libr.1.
& clarius conſ.185.li.2.vbi in hac ſpecie conſuluit Ricar-
dus:Teſtator filiis carẽs,inſtituit Sinibaldũ nepotem ex
fratre,& ipſius Sinibaldi filios maſculos:& cauit,ꝙ ſi Si-
nibaldus decederet cũ filiis,& deinde eius oẽs filij dece-
derẽt qñcunque ſine filiis legitimis & naturalibus,tũc &
in quolibet dictorũ caſuũ,ſuos hæredes eſſe voluit,& di-
cto Sinibaldo & eius Sinibaldi filiis ſubſtituit Philippũ.
Euenit,ꝙ Sinibaldus ſucceſsit teſtõri,& deinde deceſsit,
relictis Antonio & Iuliano filiis ſuis. Antonius deinde
reliquit Iacobum:recuſabat Iacob. ſe fore hæredẽ patris
& Iuliani patrui,vindicãdo bona iure ſubſtõnis,pſertim
bona illa Iuliani,qui deceſſerat ſine filiis.Rñdit Alexan-
der,ſecutus Oldradum,Iacobum illũ iure ſubſtõnis non
potuiſſe admitti:cùm ſemel extincta fuerit ſubſtõ.Quini
mò fortiori in caſu cõſuluit idẽ Alex.conſ.139.lib.6.Erat
à teſtõre facta multiplex ſubſtõ de gradu in gradũ: & ꝙ
ipſius teſtõris bona è domo & familia ſua nõ exirẽt,Et tñ
decidit Alexander,ꝙ primo gradu perẽpto, oẽs defece-
runt,& ꝙ gradus oẽs facti ac limitati ſunt, caſu quo pri-
mæ ſubſtõnis condõ,vt nr̃o in caſu,eueniret.& in ſpecie
nr̃i caſus Alexandrum commendat Rub.in l.Gal.§. qui-
dam rectè.nu.68.& nu.70.de libe.& poſth. Ita etiam cla
rè reſpondit Ruin.conſi.92.lib.2.Mater filios ſuos inſti-
tuit,& poſt eorum mortem voluit bona peruenire ad fi-
lios,ſeu nepotes maſculos deſcendentes ex eis : ſed caſu
quo maſculi non extarent,eoſque deficere contingeret,
voluit ad fœminas puenire,quas hoc caſu ſubſtituit. Du
bitatum fuit,an nepotes grauati eſſent onere reſtõnis fi-
deicommiſſi erga pronepotes,vel inuicẽ.Dicendum vi-
debatur,eſſe grauatos,quia non ſolùm fuerant poſiti in
condõne,ſed & grauati ſaltem illi nouiſſimi,& ſub qua-
litate maſculinitatis,& digreſſum erat ad plures gradus
47 ſubſtõnum.Reſpondit tamen Ruinus, † fideicõmiſſum
non continuare,ſed extinctum eſſe.Idem conſ.124.num.
9.lib.2.fortiori in caſu reſpondit ipſemet Ruin.conſi.115.
nu.2.li.3.non refero facti ſpeciem ab eo clarè ibi in prin-
cipio reſponſi relatam.Idem Ruin.conſi.138.nu.13. idem
clarius conſ.153.nu.4.lib.3.ita etiam docuit & reſpondit
Iaſ.in l.ſi quis hæredem.nu.5.C.de inſt.& ſubſt. & conſi.
66.col.5.lib.3.Hoc idem ſenſit.Soc.Sen.conſi.104.nu.10.
& conſi.116.col.5.li.3. Et permultis in caſibus ſimilib. &
fortiorib.Dec.conſi.205.nu.8.verſi. non obſtat quod cõſ.
291.nu.5.conſil.417.nu.3.conſ.442.conſ.445.conſ.465.nu.
14.conſ.513.nu.13.conſil.635,num.17.& conſil. 636. num.5.
Curt.Iun.conſi.92.nu.5.Pariſ.conſi.14.num.10.& conſil.
44.nu.12.& conſ.58.nu.4.& clarius conſ.74.nu.21.& cõſ.
82.nu.4.lib.2.Tiraq.in l.ſi vnquam, in verbo, ſuſceperit
liberos.nu.190.C.de reuo.dona.Nat.in cõſi.191.nu.7. &
* cõſ.200.nu.6.li.1.Et cum Oldrado*cõem eſſe opinionẽ cẽ
ſuit Cra.cõſ.98.nu.4.& cõſ.161.nu.6. & Cephalus cõſ.17.
numero.4.libr.1 & conſil.269.numer.20.libr.2.Ita etiam
alij plures cenſuerunt relati à Socin.Iun. conſil.180. nu.
65.li.2. Et in ſpecie donationis ita ẽt egregiè reſpondit
48 Alc.reſp.134.Hic enim omnes concludunt,† conditione
ſemel extincta in totum ſubſtõnes deficere.Ita ergo hoc
nr̃o in caſu dicendum eſt,hos vltimos deſcẽdentes ex fi-
deicõmiſſo à D.Mariono in ſuo teſtõ conſtõ non ſucce-
dere,cùm illius condõ iã defecerit in perſona D. Bartho
lomæi ac ẽt Io. Iacobi, qui relictis maſculis deceſſerunt.
Nec huic Oldradi & ſequacium doctrinæ duo repugnãt.
Et primò,ꝙ illa doctrina non procedit,cùm conſtat ẽt ſo
lis coniecturis teſtatorem aliter ſenſiſſe: vt ſenſit Anch.
conſi.27.col.3.verſi.poſtquã igitur quem permulti ſecuti
ſunt,vt ſup.retuli,cuius inf.rñſum adferam.Secundò nõ
49 repugnat declaratio †Pariſij cõſi.18.nu.38.li.2.dum ſcri-
bit,Oldradum loqui, cùm teſtator vnam ſolam ſuſtõnẽ
fecit:at ſecus ſi plures. Non eſt vera Pariſij declaratio,
cum aliter loquatur Oldradus: & qui enm ſecuti ſunt,
dum apertè ſcribunt quòd prima ſubſtitutione deficien
te, aliæ corruunt. & hoc fatetur ipſemet Pariſ. d. con-
ſil.74.numer. 21. libr.2. Cæteræ coniecturæ à Pariſio per
penſæ aduerſus Oldradi reſponſum iam ſup. & infrà di-
luentur.

Sextò ac vltimò pro hac parte dicimus eſſe pronun-
tiãdum.Nam negari non põt,quin hæc iuris qõ ſit maxi-
50 mè dubia.In dubio aũt pronuntiãdum eſt, † fideicõmiſ-
ſum nõ extare:ita auctoritate Rotæ Romanæ rñdit Cra.
cõſ.180.in fi.Neuiz.li.6.nu.47.ver.item in dubio. Præter-
51 eà eſt pronuntiandum in dubio † pro reo. l. Arrianus.ff.
de actio.& obli.l.qui accuſare. C.de eden.Rurſus in du-
bio eſt pronuntiandum pro poſſeſſore. §. commodum.
52 Inſt.de interd.vltimò in dubio pronuntiandum† eſt bo-
na eſſe libera,non autem obligationi ſuppoſita.l. altius.
C.de ſeruit.Hæc ad rem hanc egregiè recẽſet Alcia.reſp.
483.in fi.

Quò verò ad bona illa,quæ prouenerũt ex donatio-
ne facta d. D. Io.Iac.& Nicolao, verè nullum inter hos
fratres,nempè Dños Io.Ant,Io.Maria. & Fran. adfuiſſe
aliquod fideicommiſſum reciprocum.Qñquidem, ſim-
pliciter(vt diximus)his verbis vocati hi fuerunt:In ipſũ
Bartholomæũ ſi extabit: & ſi nõ extaret, in eius liberos
53 maſculos deſcẽdẽtes.Nec in verbis † aliquod additũ fuit
verbũ tractum tpis habens,(vt mox dicã)quo fit vt nõ di
cãtur ſucceſſiuè grauati inter eos reſtituere,ex ſnĩa in cla
54 ris terminis Raphaelis † Cum.in l.cùm ita.§. in fideicõ-
miſſo.nu.4.ver.or videte,de leg.2.Cuius hæc ſunt verba.
Or videte:Ego putarem conſiderandum, ſi relictum fa-
ctum familiæ eſſet factũ ſic,Relinquo familiæ meæ,pro-
cedere.l.ſi cognatis,& opinionẽ doctorum,& vocantur.
Rõ,quia eſt relictum ſemel tãtum familiæ : ideo ſufficit,
ꝙ ſemel ſit verificatum legatum : & videtur voluiſſe, ſi
bene memini, Bart.in d.§.fratre.& iſte poterit alienare.
vt in l, vnum. §. ſed ſi quidem. inf. eod. Hæc Cumanus.
Cuius



Cui⁹ doctrina caſui noſtro verè cõuenit, cùm hic ſolùm
his verbis, Bartholomæus & eius liberi ſeu deſcẽdentes
ſint vocati,ſi extabit,& ſi non extaret,in eius liberos ma
ſculos deſcendentes. Ecce,quòd poſt verba hæc, liberos
maſculos deſcendentes, nil plus dictum. Quod clarius
aperitur ex ſecũdo caſu,& exemplo,q à Cumano in hæc
verba ſubiiciũtur. Si autem legauit teſtator, ne alienetur
extra familiã,vel vt remaneat in familia,& ſic,vt habeat
tractum ſucceſsiuũ,hoc videtur importare, vt perpetuò
debeat remanere in familia,& procedit iſte textus,vt in-
ſpiciatur tempus mortis,& non teſtamẽti d.l.ſi cognatis,
quia non ſufficit,quòd fuerit in familia tẽpore teſtamen
ti,niſi perdurauerit.Hæc ille.Qui ſanè poſtremus caſus
rem noſtrã reddit clariorẽ:cùm (vt dixi) in caſu noſtro il
lis verbis,liberos maſculos deſcendentes,&c.additũ non
ſit,ita quòd remaneat in familia,vel,ne exeat de familia,
vel aliud ſimile tractum temporis futuri ſignificãs. Hæc
Cumani doctr. verè hanc totam controuerſiam dirimit.
Verùm,quia de illius veritate ambigitur, ob id iuribus,
rationib.& Doctorũ auctoritatib.cauſa verã eſſe, præ-
ſertim quò ad primum caſum,qui noſter eſt,planum fa-
ciam. Primò mouet me multũ tex.l.filiusfami.§.cùm pa-
55 ter.de leg.1.& ſimilis tex. † l.pater filiũ.ff.ad l. Fal: vbi ſi
teſtator grauauit hæredem ſuum, ne fundum alienaret,
ſed relinqueret in familia,ſufficit,ſi is hæres vni ex fami
lia relinquat. Nec collectiuum illud nomen operatur a-
ctum ſucceſsiuum,cùm in fideicõmiſsis(vt iã dixi,& inf.
repetam vberius)ſtricta ſumatur interpretatio. Et ideo
non præſumitur cõtinuatio oneris. Nec ratione actus ſuc
ceſsiui eſt differentia inter has verborum formulas. Hæ-
res meus fundũ relinquat in familia:vel volo ꝙ poſt hæ-
redem meum fundus ſit de illorum familia. Quò in quã
ad actum ſucceſsiuũ nulla eſt differentia:quia vtroq; ca
ſu ſufficit relinquere illis de familia,qui ſunt eiuſdẽ gra
dus eodẽ tẽpore:nec eſt neceſſe quòd ij aliis reſtituãt. Eſt
quidẽ inter duas has formulas differentia quò ad electio
nẽ,quã hæres iuxta ſecundã formulã facere nõ poteſt, vt
poteſt iuxta primã:cùm prima ſit indefinita tribuẽs hære
di facultatem eligendi vnum de familia,ſecunda verò ſit
diffinita ex diſpoſitione teſtatoris plurali num. at vltimi,
vt omnes de familia eiuſdem gradus eodẽ tẽpore exiſten
tes admittãtur:vt declarãt Caſt.in d.§.cũ pater. & Ruin.
conſ.117.nu.26.li.2.Secundò hãc ſententiã clarius probat
56 tex. † l.vnũ ex familia §.ſed & ſi fundũ,de leg.2.quo loci
reſpondit Pap.ꝙ,ſi hæres grauatus relinquere fundũ in
familia, vni ex familia reliquerit:& ei onus indixerit, vt
fundũ illũ extero reſtitueret:nõ põt hæres illi⁹ electi,vel
alter de familia fundũ ab extero illo auferre iure fideicõ-
miſsi, ſi tãtundẽ eidẽ de familia eſſet relictũ ab hoc hære
de,qa,ſi ei⁹ voluntatẽ agnouit iſte de familia,nõ põt am-
plius ab extraneo fundũ auferre.iuxta l. cùm à matre. C.
de rei vind.Nec min⁹ ab extraneo fundũ aufert alter de
familia,q,illo primo reiecto mortuo,ſuccedit. Quòd res
ita ſe habeat apertè probat verſicul⁹,Quòd ſi talia verba,
&c.quo ſanè loco caſus à primo diuerſus ponitur,vt oſtẽ
dunt illa verba,Quòd ſi.Et ibi reſpõdit Papinianus, ꝙ ſi
teſtator ita cauit:Peto,ne fund⁹ de familia exeat,&c.hæ-
redẽ hæredis propter ſequẽs fideicõmiſſum,eſſe oneratũ:
& cæteris de familia poſtea fideicõmiſſum petẽtib.ex pri
mo teſtõ,fund⁹ debet reſtitui.cùm ergo in ſecũdo hoc ca
ſu reliqui de familia,mortuo primo electo ex familia,ad
mittantur ad auocandũ fundũ,quod inquit Papinianus
deberi ob fideicõmiſſum ſequẽs, hoc eſt cõtinuatiuũ &
ſucceſsiuũ,intelligimus in primo caſu,quãdo eſt ſimpli-
citer dictũ,ꝙ fundus relinquatur in familia, nõ adiectis
ſcilicèt illis verbis,ne exeat de familia, nõ poſſe dici ſe-
quẽs fideicõmiſſum,ſed extingui in perſona primi electi.
Nã eo caſu electione facta dicitur cõditio extincta, & ob
id cæteri de familia conditione deficiunt:vt apertè ait i-
pſe Papinia.in d.l.vnum ex familia.§.ſi de Falcidia. in fi.

Tertiò accedit regula ducta ex l.boues.§.hoc ſermo
ne.de verb.ſignifi.c.nõ põt.de præben.in 6. vbi ſumitur
57 regula; ꝙ † diſpoſitio verificatur in primo actu. Ita hic di
cendũ eſt,ſufficere ſi primis deſcẽdentibus bona hæc de-
lata fuerunt. Nec hic obſtat reſponſio Anch.cõſ.27. Non
ſeruato ordine dubiorũ.col.pe.ver.nõ obſtat ſi dicatur,
58 &c.dum † reſpondit,d.cap.nõ põt,loqui vbi ſtricta ſumi
tur interpretatio,cùm nos verſemur in caſu fauorabili,
& per conſequẽs ampliãdo. Errat enim Ancharan⁹, cùm
verius ſit fideicõmiſſum eſſe onus & quid odioſum.l.co-
hæredi.§.cũ filiæ.de vulg.& iõ ſtrictè interpretatur. Atq;
ita in ſpecie noſtra Ancharanum rectè reprehẽdit Crau.
cõſ.180.nu.1.col.2.ver.ſecundò reſpõdeo.Nõ etiã obſtat,
ꝙ hæc regula § hoc ſermone,& cap.non poteſt,ceſſat,vbi
59 de contraria † voluntate diſponentis conſtat, vt declarat
poſt multos Tiraquellus in d.§. hoc ſermone. limita.12.
quia reſpondetur,hic nõ conſtare de mente D. Mariani,
quòd voluerit ratione huius portionis conſtituere fidei-
commiſſum inter hos deſcendentes. Et coniecturæ quæ
adferuntur,nil proſunt,vt infrà dicemus ſuis locis.

Quartò ſuffragatur non parum,quòd nomen fami-
liæ & liberorum ita eſt collectiuum, vt nomen deſcen-
dentium:vt omnes concedunt in l.Gallus §. quidam re-
ctè.de liber. & poſthum. & ſupra attigi. atqui nomen
60 familiæ † per ſe,ſine alio adiuncto ex ſui proprietate nõ
ſignificat actum ſucceſſiuum,atque ita gradatim nõ in-
telligitur:ſed ex coniectura mẽtis teſtatoris.ita in ſpecie
cenſuit Soci.Sen.conſi.37.num.1.in fi.li.3.quem in ſpecie
noſtra ſecutus eſt Alciatus in d.l.cùm ita.§. in fideicom-
miſſo.num.2.in fin.de leg.2. Et hanc aſſertionem eſſe ve-
61 ram ſenſit † idem Soci.Sen.in l.Gallus.§. quidam rectè.
num.9.de lib.& poſthu. qui dum aſſerit fideicommiſſũ
hoc gradatim eſſe,duo ſimul iungit,nempè,nomen col-
lectiuum, cùm verbo ſignificante etiam fideicommiſſa-
riam: ſentiens, non ſufficere ſolum collectiuum. Quod
comprobatur,quia, ſi iſta nomina collectiua liberi, de-
ſcendentes,familia,&c. actum ſucceſſiuum ſignificarent
ſui proprietate & natura, dicendum foret, quòd illa cõ-
ditio,ſi deceſſerit ſine liberis,non eſſet extincta, natis li-
beris & ſtatim mortuis, quia perſeuerantiam & actum
ſucceſſiuum requireret: ſed hoc cõſequens eſt falſum.l.
hæredibus.in prin.ff.ad Treb.& l.cùm vxori.C.quando
dies legati cedat.& poſt Oldr.cõſi.21. copioſè ſuprà diſ-
ſerui:ergo falſum etiam eſt antecedens, nempè hæc no-
mina ſui proprietate & natura actum ſucceſſiuũ & per-
ſeuerantiã requirere.cũ ergo in caſu nr̃o,ſine aliquo ad-
iuncto deſcẽdentes hi vocati ſint,ſequitur dicendũ,actũ
ſucceſſiuum ceſſare, & per conſequens fideicõmiſſum.

Quintò confert non parum argumentatio, qua in
his terminis vtitur Ruin.conſi.92.nu.7.li.2.cùm plurib.
per verbum obliquum relinquitur, ij omnes alternati-
62 uè † dicuntur vocati ordine ſucceſſiuo. l. cum pater.
§.pen.de leg 2.Bart.& cæteri in l. Gallus, §. quidam re-
ctè.de lib.& poſthu.Et,qui vltimo loco vocatus eſt, in-
telligitur vocatus,ſi primus non vixerit.l.ſi fundum ſub
conditione.§.his verbis.de leg.1.vel,ſi primus defecerit.
l.hæredes mei.§.vl.in fin.ff.ad Treb.Et tamen hoc intel-
63 ligitur, ſi primus morietur † vel deficiat antequam ſe-
cũdus ſit natus, atq; ita quãuis.primus ſit per fideicõmiſ
ſum vocatus,vltimus tamẽ ſolùm dr̃ ad illud fideicõmiſ
ſũ vulgariter ſubſtitutus:vt eſt tex.in d.l.hæredes mei. §.
vlt. ad Treb.& ibi ſẽſit gl.in verb.vel vni.Quod clari⁹ ex
plicat ibi Rip.nu.9.poſt Soc.Sen.cõſ.113.col.pen.lib.1. Et
idẽ cẽſuit Soc.Iun.cõſ.100.nu.34.li.3.Et quãuis Soc. Sen.
64 d.conſ.† 113.col.antep.verſ.ſed ad oĩa iſta.ſcribat,d.§.vl.
& iã relata procedere,qñ plures ſũt vocati ordine ſucceſ
ſiuo p copulã, ſec⁹ cũ ordine ſucceſsiuo p nomẽ collecti
uũ familiæ:qa tũc ẽt poſteriores ſunt vocati per fideicõ-
miſſariã.Verùm tñ reſponderi põt,Socinum loqui quã-
do illi nomini collectiuo adiectum eſt verbum ſigni-
ficans tractum temporis in futurum,quia, ex quo tam
poſteriores de familia quàm primos reſpicit, æquali-
ter determinat. arg. l. iam hoc iure, de vulga. At ſecus
cùm nullum adeſt verbum ſignificans tractum tẽporis

in futurum, vt in caſu noſtro, & diximus ſuprà. Nam,
tunc ita alternatiuè & diſiunctiuè videntur hi vocati,
ac eo in caſu, in quo reſpondit Soc. d. conſi. 113. col. an-
tepenul. poſt Cuman. d. §. quidam rectè, & ibi idem
Soc. col. vlt. qui Alexandrum & alios recenſet.
Sextò me plurimum in hanc ſententiã adducit hæc
argumentatio. Si diceremus hos deſcendentes, hoc eſt,
tres hos fratres eſſe vocatos per fideicommiſſariam,
neceſſe etiam eſt dicere inter eos reciprocam ſubſti-
tutionem fideicommiſſariam eſſe inductam: vt per
ſe clariſſimum eſt. ſed hoc conſequens eſt falſum,
quia inter ſe reciprocè non ſunt ſubſtituti: ergo &
antecedens. Quòd reciprocè ſubſtituti non ſint, a-
65 pertè demonſtratur. † Subſtitutio reciproca non præſu-
mitur, ſed ad eam inducendam vrgens coniectura requi
ritur: ita Caſtren. & Iaſ. in l. poteſt. ff. de vulg. Ripa in l. hæ-
redes mei. §. cũ ita. nu. 17. & ibi Zanchus nu. 558. & nu. 619.
ff. ad Treb. Hic nullæ extãt coniecturæ, cùm poſt illa ver
ba, liberos maſculos deſcendentes, &c. nihil ſit additum.
Quinimò, admiſſo quòd eſſet reciproca ſubſtitutio, nõ ta
men adhuc dici poſſet reciproca fideicommiſſaria. Quæ
66 quidem non inducitur etiam † ſi ita ſit facta, vos inuicẽ
ſubſtituo, vt docuit Bar. in l. Lucius, & ibi Rip. nu. 41. te-
* ſtatur * communem, de vulgari. Immò fortiori in caſu re
ſpondit Caſt. conſ. 14. Si cõtingat d. D. Liſiã, col. 2. ver. re-
ſtat reſpondere. lib. 1. quòd teſtatór plures liberos voca-
uit, & inuicẽ ſubſtituit, & grauauit per fideicõmiſſum re
ſtituere cuidam ſocietati: quòd licet illa ſocietas ſit voca
ta per fideicommiſſum, attamẽ (inquit Caſtrẽſis) illi libe
ri inter ſe ſubſtituti ſolùm vulgariter, non autẽ per fidei-
commiſſum vocati ſunt. & ideo hæreditate adita corruit
inter eos ſubſtitutio. l. poſt aditam. C. de impuber. Et ibi
Caſtrenſis loquitur de vocatis ſub nomine collectiuo, vt
ipſemet in principio illius reſponſi dicit. Et quãuis à Ca-
ſtrenſi diſſentiat Ripa in d. l. Lucius. nu. 42. attamẽ à Ca-
ſtrenſis vera opinione recedendum nõ eſt, vt eam quoq;
probat Zãchus in d. §. cùm ita. nu. 599. Ita ergo in caſu no
ſtro dicendũ eſt, quòd licet Io. Iacob. & Nicolaus eorũ-
que liberi grauati fuiſſent reſtituere deſcẽdentib. Bartho
lomæi, non tamen hi deſcendẽtes Bartholomæi collecti-
uè vocati ſunt inter ſe ſubſtituti per fideicõmiſſum, ſed
vnà ſimul omnes ſolùm per vulgarem ſuccedũt. Quæ ſa-
nè vulgaris ex parte D. Frãciſci, qui ea hæreditate adita
deceſsit, fuit extincta. d. l. poſt aditam.
Septimò ac vltimò, vt huius ſim opinionis, multorũ
67 facit auctoritas. Nam, cum † Cumano in d. §. in fideicom
miſſo, expreſsim ſenſit Decius cõſ. 228. col. 1. conſ. 253. nu.
4. & conſ. 291. nu. 6. & infrà dicam hãc verè fuiſſe Decij o-
pinionẽ. Ruin. d. conſ. 92. nu. 5. 6. 7. 8. lib. 2. conſ. 89. nu. 20.
& conſ. 159. nu. 22. eod. lib. 2. idem Ruin. conſ. 19. col. pen.
verſi. confirmantur præmiſſa. & conſ. 164. num. 9. lib. 3. Et
verè Cumanum ſecutus eſt Soc. Sen. in l. ſi cognatis. nu.
16. de rebus dubiis. dum ait, eſſe notandam hanc doctri-
nam ad ea quæ ſcripſit in d. l. Gallus. §. quidam rectè, vbi
num. 9. dum hac de re agit, declarat hanc aſſertionẽ, non
procedere, cùm huic ſubſtitutioni adiectum eſt verbum
ſignificans tractum futuri temporis: quod ſanè verbum
hîc deficit. Et idem Socinus alibi tacitè ſecutus eſt ean-
dem opinionem, vt infrà referam. cum Cumano etiã cla
rè & expreſsè ſenſit Alciatus in d. §. in fideicõmiſſo. col.
vlt. & in d. l. Gallus. §. quidam rectè. nu. 32. & clarius nu.
55. & ibidem Rubeus nu. 64. verſi. ad vnum. & idem Ru-
beus conſ. 106. num. 4. qui reſpondit. Soci. Sen. in d. §. qui
dam rectè. num. 9. verſic. 4. caſus, aliter ſentientem erraſ-
ſe. His accedit Pariſ. conſ. 39. num. 7. lib. 3. Hanc ſententiã
tacitè approbauit idem Soci. Sen. d. §. quidam rectè. nu.
9. qui (vt dixi ſuprà) voluit, hos de familia eſſe per fidei-
commiſſariam vocatos, ſi adiectum eſt verbum habens
tractum futuri temporis. ergo à ſenſu contrario, & ita ta-
citè, ſentit Socin. quòd vbi deficit illud verbum, non cen
ſetur ex eo ſolo nomine collectiuo inductum fideicom-
miſſum inter eos de familia. ita etiam intelligo Curt. Iu.
conſ. 48. colum. 2. & conſil. 172. num. 2. & Crauet. conſ. 223.
numer. 6. & conſi. 180. ita etiam declaro Ruin. conſil. 139.
num. 22. conſi. 142. num. 13. & conſi. 143. num. 9. lib. 3. Qui-
nimò tacitè fortiori in caſu idem, quod Cumanus ſenſit
Socin. Sen. conſi. 104. colum. 2. verſi. capio nunc. libr. 3. ibi
teſtator ita diſpoſuerat: Et eos & quemlibet eorum, &
cuiuſlibet eorum filios & deſcendentes maſculos legiti-
mos, &c. Hîc clarum eſt, teſtatorem ſub nomine iſto de-
ſcendentes collectiuo diſpoſuiſſe, & illos per fideicom-
miſſum ſubſtituiſſe primis à ſe inſtitutis. & fortius in illo
caſu adiecit teſtator clauſulam, vulgariter, pupillariter
& per fideicommiſſum, & tamen reſpondit Socin. illos
deſcendentes eſſe ſolùm actiuè vocatos, non autem paſsi
uè, atque ita non eſſe inter ſe grauatos. Et Socinum ſecu-
ti ſunt plures, quos retuli ſup. in 1. artic. in quarto funda-
mento noſtræ opinionis. vbi inter cæteros recenſui Pari-
ſium conſil. 87. num. 25. lib. 2. qui clarè & apertè ita in ſpe
cie reſpondit. Eandem Cumani ſententiam tacitè fortio
ri in caſu approbauit Alex. conſil. 139. num. 3. 4. libr. 6. qui
68 reſpondit in ſubſtitutione † habente tractum ſucceſsiuũ
futuri temporis, vt ſcilicèt de gradu in gradum illi de pa
rentela ſuccederent, deficientib. maſculis: & adiecta fuit
cauſa, quia voluit bona remanere in familia, & ob id fœ-
minas excluſerat: & tamen reſpondit Alexander, quòd,
primo gradu perempto, hoc eſt, quia primus mortuus
eſt relictis liberis maſculis, cæteri omnes excluſi cenſen-
tur. Et Alexandrum probauit Alciatus reſpon. 134. in fi-
ne, vbi noſtris in terminis cenſuit, à fortiori hoc eſſe verũ
in donatione inter viuos facta. Accedit etiam quod reſpõ
dit idem Alexan. conſi. 185. lib. 2. ibi ſubſtitutio erat facta
compendioſè, & tamen affirmat, primo moriente cum
liberis maſculis fideicommiſſum euaneſcere. Quibus
ſatis intelligimus ceſſare tres ex multis reſponſioni-
bus, quæ acutæ ab aduerſa parte conſideratæ fuerunt
ad Cumani doctrinam, nempè, prima, ſecunda & vl-
tima. Ceſſat inquam vltima, qua dicebatur, Cumani
doctrinam ab aliis nõ probari: ceſſant prima & ſecunda,
quibus aſſeritur, Cumanum non loqui in ſubſtitutione
compendioſa, atque ita in fideicommiſſaria, ſed in dire-
cta, inter quas magna eſt differentia, vt ſcribunt Corne-
us conſil. 47. num. 5. lib. 4. Galliaula in l. Gallus. §. quidã
rectè. num. 22. & ibi Garſia. nu. 64. & Dec. conſi. 95. nu. 4.
qui in caſu fortiori loquitur. Ceſſant inquam hæ reſpõ-
ſiones, quia etiamſi de compendioſa ageretur, idem fo-
ret dicendum ex Alexandri & Socini ſententia. ſed verè
infra oſtendemus quò ad caſum noſtrum nullam adeſſe
compendioſam. Sed eſto quòd compendioſa ſit, adhuc
69 reſpondetur, hanc † compendioſam, atque ita fideicom-
miſſariam hanc nihil differre à directa, cùm per condi-
tionis defectum, quia ſcilicèt primi vocati deceſſerunt,
relictis maſculis, & ita primis admiſſis, cæteri excludan-
tur, vt cùm Alex. d. conſi. 185. li. 2. dixi ſuprà, & infrà in
reſponſione ad ſecundum vberius explicabimus. Nec
negat Dec. conſi. 236. num. 2. 3. qui in ſecunda reſponſio-
ne citatur, quin & fideicommiſſaria extinguatur per cõ-
ditionis euentum, vt latius infrà ſuo loco dicemus. Non
quoque ſuffragatur aduerſarijs tertia reſponſio, qua aſ-
70 ſerunt † doctrinam Bartol. in l. peto. §. fratre. de leg. 2.
quia potius ipſis fauet deſcendentibus, quàm contrà vr-
geat. ſi quidem Bart. in illo §. fratre. colu. 2. verſi. venio ad
quartam partem? &c. (cuius dicta eo loci citare voluit
Comenſis) dum ſoluit dubitationem aduerſus text. illũ
excitatam ex l. pater. § quindecim. de lega. 3. ita ſcribit,
quòd in d. §. quindecim, prohibitio de non alienando e-
rat perſonalis; quia quilibet erat prohibitus aliena re
partem ſuam: at in §. fratre, prohibitio erat realis, quia
prohibita fuerat domus alienari. Quæ ſanè realis prohi-
bitio omnes afficit ad quemcunque tranſierit ſemel, vel
* pluris. Et cum Bartolo * recepta eſt ſẽtẽtia, vt teſtatur Ia-
ſon cõſ. 120. col. 2. lib. 1. Ripa in l. filiusfamil. §. diui. nu. 66.
de leg. 1. qui alios plures recẽſet. Brunus cõſ. 77. nu. 4. Pa-
riſius conſ. 1. nu 43. & con. 17. nu. 29. lib. 3. & Gratus conſ
21. num.



21. num. 47. lib. 2. Hoc noſtro in caſu prohibitio eſt realis,
quia dictum fuit, quòd bona transferantur, & c. ergo res
hoc onere affecta eſt, vt cum illo tranſeat in omnes, vt
poſt alios reſpondit Pariſ. conſi. 30. numer. 29. lib. 2. cùm
ergo ſimus in fideicommiſſo reali, non extinguitur pri-
ma vice qua locum habuit, ſed in alios omnes trãſit pro-
hibitio. Hæc reſponſo quanquam ſubtilis & accuta, non
71 conuenit caſui noſtro, quandoquidem † Comenſ. noluit
citare Bartolum in d. §. fratre, verſi. venio ad quartam
partem: ſed voluit eum citare in verſ. venio ad tertiam
partem. Bartoli verba hæc ſunt: Venio ad tertiam par-
tem, ſcilicèt ad verſ. Quid ergo, &c. Hîc dicitur quòd
proximus quiſque vocatur: contra ſuprà eo. l. cùm ita. §.
fi. Sol. Ibi aliqui fuerunt nominati, vnde præferuntur:
hîc ſimpliciter familia. Hæc Bartolus. qui dum citat d. l.
cùm ita. §. final. qui verè eſt. §. in fideicommiſſo, ſentit i-
dem quod Comenſ. qui dixit, relictum pluribus, ſufficit,
quòd ſemel verificetur, quia ex pluribus nominatis pro-
ximior admittitur, & dum is alijs præfertur, cæteri exclu
duntur. ſecus ſi eſt relictum, vt familia ſit, vt ipſe Bar. &
Comenſis ſcribunt. Præterea & ſecundò negatur à do-
natore factam eſſe prohibitionẽ alienandi in rem: quia
imo perſonalis eſt, vt ſuo loco infrà in reſponſione ad
quartum argumentum ipſorum aduerſariorum dicam.
72 Quarta eſt reſponſio ad † Comenſis doctrinam, quæ v-
bi vera eſſet, non tamen procederet, vbi de contraria
mente diſponentis appareret, cùm eius opinio ex alio
fundari non poteſt, quàm ex regula l. boues. §. hoc ſer-
mone. de verb. ſigni. quæ tamen limitatur, quando con-
ſtat de contraria mente diſponentis, etiam ex coniectu-
ris. ita Roma. & Alexander in l. diuortio. §. ob donatio-
nes. ff. ſol. matr. Et alios recenſet Tiraq. in d. l. boues. §.
hoc ſermone. limi. 12. vbi inter cætera citat Ancha. conſ.
27. Non ſeruato ordine dubiorum. colum. 3. verſicu. poſt-
quam igitur. qui in ſpecie reſpondit, quòd ſi quis hærede
inſtituto, ſubſtituit duos antiquiores domus, iſta ſubſti-
tutio non reſtringitur ad duos primos antiquiores tan-
tùm, ſed ad ſequentes, illis excluſis, vel repudiantibus,
propter veriſimilem mentem teſtatoris. idem cũ An-
charano multi à Tiraquello relati ſentiunt. Et in ſpecie
noſtra ita doctrinam Comenſis declaraſſe videtur Soc.
Sen. conſ. 12. nu. 18. lib. 3. qui fortiori in caſu loqui vide-
tur. Atqui noſtro in caſu plures ſunt coniecturæ, quibus
conijcitur, D. Marianum donatorem voluiſſe ſua hæc bo
na tranſire ad deſcendentes in infinitum. Non ergo lo-
cus eſt doctrinæ Comenſis. Huic reſponſioni replicari
poteſt vno verbo, coniecturas hîc nullas extare, quibus
hoc aſſerere cogamur. Nam etſi per multæ recenſeãtur,
illas tamen infrà ſuo loco ex ordine confutabimus. Et
interim eſt conſiderãdum, nullam ſpecialem cauſam &
rationem fuiſſe adiectam in hoc caſu, quo deſcendentes
ſucceſſerunt. Illud verò reſponſum Ancharani, quod
maiorem dubitationem facere videtur, verè non aduer
ſatur: ſi quidem in diuerſa à noſtra facti ſpecie reſpõdit
Ancharanus, vt infrà in reſponſione ad penultimum ad-
uerſæ partis argumentum apertè demonſtrabimus. His
conſtat, Cumani doctrinam veram eſſe, & plurimum
nobis fauere. Nunc ſupereſt, vt contrarijs obiectis reſ-
pondeamus.
Non obſtant itaque adducta in contrarium. ad primũ
reſpondetur, & negatur illa minor propoſitio, quòd ſci
73 licèt vocati ordine † ſucceſſiuo intelliguntur vocati per
fideicommiſſariam. non enim bona eſt conſequentia, ſũt
ordine ſucceſſiuo vocati, ergo per fideicommiſſariam,
cùm eſſe poſſit per directam, vti in dubio præſumitur,
vt diximus ſuprà. Quò autem res clarior reddatur, rem
paulò altius repetam. Eſt itaque ſciendum quòd ſi teſta
74 tor ita diſponit, Inſtituo Caium, † & illo decedente ſine
maſculis, ei ſubſtituo Seium & eius liberos ac deſcen
dentes, tria veniunt in controuerſiam. Primum eſt, an ſi
ille Caius hæres inſtitutus moriatur ſine filijs maſculis,
ſit ille ſeu eius hæres grauatus per fideicommiſſum
reſtituere hæreditatem Seio ſubſtituto. Et conceditur, eſ
ſe grauatum, cùm Seius ea ſub cõditione ſit ſubſtitutus,
quæ ob tractum futuri temporis, fideicommiſſariam ſi-
gnificat: iuxta gloſſ. l. in teſtamento, vbi docto. C. de mi-
lit. teſta. ſecundum eſt, an, poſtquàm ille Seius ſucceſsit,
ſit ipſe grauatus onere fideicommiſsi erga ſuos liberos,
ſeu deſcendentes. Et in hac dubitatione varij caſus diſtin
guuntur. In aliquibus (vt diſtinctim infrà ſubiiciam) con
cluditur, Seium illum non eſſe grauatum, ſed ſuccedere
75 † ex vulgari ſubſtitutione ad illud fideicommiſſum, iux-
ta l. vt hæredibus, de leg. 2. & reſponderunt Corne. conſi.
29. in fin. lib. 2. Soc. Iun. conſi. 100. nu. 16. lib. 3. & in ſpecie
Comenſ. d. §. quidam rectè. nu. 8. & Rui. conſi. 92. num. 5.
& conſi. 102. num. 10. lib. 2. atque ita hæreditate per eũ a-
dita, filios eſſe excluſos. in aliquibus verò concluditur,
Seium hunc eſſe grauatum erga liberos. Tertiũ quod ve-
nit in controuerſiam, eſt, an illis in caſibus, in quibus ille
Seius eſt grauatus onere fideicõmiſsi erga liberos ſuos,
vel ſuos deſcendentes, an inquam illis caſibus liberi ipſi,
hæreditate per eos adita, ſint etiam inter ſe eodem onere
grauati, vt vnus alteri reſtituere teneatur, eueniẽte caſu,
quòd eorum vnus ſine maſculis decedat. Et quò res ſit
76 clarior, percurramus ſingulos caſus † enumeratos à Soci
no Sen. in d. l. Gallus. §. quidam rectè. colu. pen. & vlt. de
liber. & poſthu. Diſtinguit Socinus quinque caſus. Pri-
77 mus eſt, cùm † pater & filij vnà ſimul hac formula voca-
ti ſunt: Inſtituo Caium filium meum, eiuſque filios. Hoc
caſu ordine ſucceſsiuo, neceſsitate quadã filij ſuccedũt,
poſt patrem: idque ex vulgari atque ita directa ſubſtitu-
tione conſequuntur, cùm ſcilicèt eorum pater viuo ad-
huc auo teſtatore vita functus eſt. Nam, illius Caij filij
defuncti loco neceſſe habuiſſet is auus teſtator hos ne-
potes hæredes inſtituere, iuxta conſilium Galli Aquilij,
ne ſuum teſtamentum irritum efficeretur. Hanc aſſertio-
nem Socini & priùs Caſtrenſis probarunt cæteri in d. §.
quidam rectè, quemadmodum ibidem ſcribit Alciat. nu.
46. Cæterùm hic caſus ad rem noſtram non confert, vt
apertè videre eſt.
78 Secundus eſt caſus, † cùm plures ordine ſucceſſiuo,
non ob neceſſitatem, ſed ob affectionem & ſucceſſionis
deſiderium vocantur, vt ſi teſtator ita diſponat: Inſtituo
Seium fratrem meum, & eius filios. Hoc caſu idem di-
cendum eſt, quod in præcedenti, nempè filios fratres
eſſe per vulgarem vocatos. ita Socinus in dicto §. qui-
dam rectè. nume. 8. Ea eſt ratio, quòd idem operatur hic
affectionis ordo, quòd neceſſitatis: & ob id etiam quòd
verbum inſtituo, merè directum obliquari non poteſt.
cum Socino cæteri ſentiũt, vt ibidem atteſtatur Alciatus
numer. 48. Hic caſus pariter ac præcedens huc non per-
tinet.
79 Tertius eſt caſus, cùm † teſtator ita diſponit: Inſtituo
Titium filium meum, & illi ſubſtituo Sempronium fra
trem meum, & eius filios. Hoc in caſu (admiſſa opinio-
ne Bartoli, quam permulti relati à Rubeo. d. §. quidam
rectè. nu. 128. reijciunt, quòd ſcilicèt filij hi nõ ſuccedãt
æqualiter eodémque tempore cum eorum patre) ſunt
opiniones, an filij hi Sempronij fratris ſint vulgariter
ſubſtituti vel per fideicommiſſum. Et eſſe vulgariter ſub
ſtitutos cum Aretino cenſuit Soc. d. §. quidam rectè. nu-
mer. 8. verſi. tertius caſus. idem reſponderunt Alex. con-
ſi. 13. numer. 7. libr. 4. cui ſe ſubſcripſiſſe Socinus teſtatur.
d. numer. 8. vt verè ſubſcripſit in conſ. 113. libr. 1. idem reſ-
ponderunt Dec. conſi. 253. numer. 2. & conſi. 291. numer.
* 2. & numer. 4. Pariſ. conſi. 82. numer. 11. lib. 2. qui * commu
nem eſſe aſſeruit. Soc. Iun. conſil. 136. numer. 4. libr. 3. &
Boer. q. 185. numer. 16. & Alcia. d. §. quidam rectè. numer.
49. Ea eſt ratio, quòd ſubſtitutio hæc concepta eſt per
80 verbum † ſubſtituo, ſine aliquo adiuncto, quo ſig-
nificetur tractus temporis futuri, ob id ſolam vulga-
rẽ infert. l. iam hoc iure, de vulga. & pupil. Bar. in d. l. Lu-
cius. q. p. e. ti. Propterea ſequitur, quod, hæreditate adita, ex-
tinguitur d. l. poſt aditã. C. de impuberũ & alijs ſubſtit.

81 Rurſus in dubio † ſubſtitutio debet interpretari directa, non autem fideicommiſſaria.l.vlt.C.de hæred.inſt. & tradũt gloſſa & Docto.in l. verbis ciuilibus, de vulga. & pup.ſubſtit.& ſuprà alios retuli. Verũ hic caſus adhuc noſtro non conuenit: quia etiam aduerſus Aretinum cũ Caſtrenſe hoc loco diceremus, filios fratris eſſe vocatos per fideicommiſſum: attamen non inde ſequitur,quòd, reſtitutione eis facta à patre, ſeu eius hæred. illi ſint inter ſe grauati eodem onere reſtitutionis: vt nos in caſu noſtro quærimus: & in ſequenti caſu clarius ſubijciam.

82 Quartus eſt caſus, cùm plures † vocãtur ordine ſucceſsiuo per nomen collectiuum, & per verba ſignificantia non ſolùm vulgarem, ſed & fideicommiſſariam,vt ſi teſtator ita diſponat:Inſtituo Caium filium meũ, & quãdoque deceſſerit,ſubſtituo Seium fratrem meum,& eius liberos,vel deſcendentes,vel familiam.Hoc caſu(inquit Socinus in dicto §.quidam rectè,nu.9.) illi liberi, vel illi deſcendentes,vel de familia per fideicommiſſum vocati cenſentur.Et ſcribit Socinus,ita docuiſſe Caſtrenſem in lege cùm ita.§.in fideicommiſſo,de legatis ſecũdò. Hũc caſum noſtro conuenire aduerſarij opinantur, ob id fortè( etſi ipſi non ſatis clarè explicent)quòd hoc in caſu quarto Socinus agere duo videtur,expreſsè vnum, & tacitè alterum.Expreſsè,quod ille Seius frater primo loco in ſubſtitutione vocatus grauatus dicitur fideicommiſſum reſtituere ſuis liberis & deſcendentibus. Secundum eſt,quod tacitè Socinus innuit,nempè illos liberos & deſcendentes eſſe inter ſe grauatos,vt gradatim vnus alteri reſtituat.Illud primum Socini pronuntiatum ab eo expreſsè firmatum minorem habet dubitationem, quàm habeat ſecundum.Nam cum Socino ſentiũt alij permulti,vt ſcribit Alciatus in d.§.quidam rectè.nu.49.verſi.idẽ ſi dictione.Verùm,cùm non ſit caſus noſter,in præſentiarum non contendo.Secundum verò Socini pronuntiatũ tacitè,nempè illos liberos & deſcendentes eſſe inter ſe grauatos,non ſolùm à caſu noſtro differt:verùm etiã falſum eſt.Quòd differat,vel ex eo conſtat,quòd ipſe loquitur in compendioſa abſolutè,nos in conditionali. Nam duæ hæ formulæ inter ſe differunt:Inſtituo filium meũ, eiúſque liberos,& quandocunque deceſſerint,illis ſubſtituo Caium.Et hæc,inſtituo filium meum,& ſi deceſſerit ſine liberis, illi ſubſtituo Caium:vt differentiam hãc ſenſit Alex,conſ.13.nu.6.7.lib.4.ſi rectè eius dicta perpendantur.cum enim ſubſtitutus eſt vocatus per compẽdioſam,abſolutè admittitur quocũque tempore eueniat caſus,quia omni caſu & omni tempore ille eſt vocatus. ita
83 loquitur † Soc.Sen.in d.§.quidam rectè.nu.9.verſi.quartus caſus.cùm verò eſt vocatus ſub illa conditione,ſi deceſſerit ſine liberis,vel etiam in compendioſa, quandocũque deceſſerit ſine liberis:ſi deficit aliquo tempore conditio,vt quia liberos relinquat,corruit ſubſtitutio:ita loquitur Oldradus d.conſ.21.& qui eum ſequuntur. Ea eſt ratio,quia ſufficit conditionem ſemel eueniſſe,vt ſuo loco diximus.Nos autẽ ſumus in hoc ſecundo caſu, in quo ſubſtitutus eſt Bartholomæus & eius liberi,& deſcendẽtes,illis Io.Iacobo & Nicolao,ſi deceſsiſſent ſine liberis. Quæ ſanè conditio prima,& per conſequens cæteræ ſequentes,ſuſceptis à Io.Iacobo liberis defecit. Sed eſto, quòd caſus iſte quartus à Socino propoſitus noſtro conueniat,arbitror veram non eſſe Socini opinionẽ. Nã duob. argumẽtis vtitur Socinus,Primò argumẽtatur ex l. cùm ita.§.in fideicõmiſſo.de leg.2.in illis verbis, aut poſt eos omnes,&c.Ex quo enim iuriſcon.ille vult,familiam admitti poſt nominatos mortuos,cenſetur admiſſa familia, ſiuè nominati non fuerint admiſsi,quia præmortui,atq; ita per vulgarẽ:ſiue admiſsi,& deinde mortui, & ita per fideicommiſſariam:cùm conditio mortis etiam fideicõmiſſariam ſignificet,vt inquit glo. d.l.in teſtamẽto.C.de milit.teſta.& dixi ſuprà.Hæc Socini argumẽtatio ſolùm cõcludit,quòd liberi,vel deſcendentes veniũt per fideicommiſſariam poſt expreſsim nominatos,non tamẽ probat,quòd liberi illi,poſtquam facti ſunt hæredes,ſint inter ſe grauati.quandoquidem & ipſe Soc.in l.ſi cognatis nu.17.poſt Cumanum in d.§.in fideicommiſſo,aſſerit,quòd, primo de familia admiſſo,cæteri excluſi cenſentur. Non enim reſpectu ſequentium graduum appoſita eſt illa dictio,quandocunque,vt eſt appoſita in primo gradu.Nec poteſt dici repetita,vt in ſpecie aſſerit Ruinus,quem recenſet Alciatus in dicto §.quidam rectè.nu.31. Cuius ve-
84 ra ſententia vel ex eo probatur, quòd conditio † poſita in vno gradu,vel certis perſonis non cenſeatur repetita in alio gradu,nec inter alias perſonas. l. ſub conditione. ff.de hæred.inſtit.l.ab omnibus.§.cùm quidam. de lega. 1.& tex.notab.in l.quæ conditio, vbi notat Soc.nu.4. de cond.& demon.Roma.conſi 503.colu.1.Gozad.conſ.vlt. nu.4.& Pariſius conſi.38.num.24. lib.3. Quod maximè in fideicommiſſaria procedit,vt So.in d.l. quæ conditio. nu.9.docuit.

Secundò ita argumentatur Socinus in d.§.quidã re-
85 ctè.nu.9.† Fideicommiſſa tacita teſtatoris voluntate inducuntur.l.cùm proponebatur,de leg.2.atqui teſtator relinquendo liberis,deſcendentib.vel familiæ ſub nomine hoc collectiuo,videtur huius voluntatis,vt res remaneat in familia,vt probare videtur tex.d.l.cùm ita.§. in fideicommiſſo,de leg.2.Et confert quod reſpõdit Ancha. conſ.27.col.pen.ſed vbi vult teſtator,quòd res remaneat in familia,videntur gradatim grauati de reſtituendo.l. peto.§.fratre.de leg.2.quẽ ita(ait Socinus)intelligit Bar. in l.ſi cognatis.de rebus dubiis,ergo erit fideicommiſſaria inter eos de familia.Hæc argumentatio vera non eſt ex multis.Primò, quia illa prima propoſitio,quod fideicommiſſa tacita teſtatoris voluntate inducantur dubitationem habet. Si quidem ſentiunt permulti,fideicom-
86 miſſum † non induci niſi expreſſè de voluntate teſtatoris appareat.id quod probat tex.apertus in l. quidã cùm filium.ff.de hæred.inſtit.quo loci in vltimis verbis ſcribit Baldus, falſam eſſe vulgarem illam allegationẽ,iſta fuit teſtatoris voluntas,non enim ſufficit ita voluiſſe,niſi diſpoſuerit.Et in ſpecie noſtra tex.d.l.Gallus.§. quidam rectè.ibi,vt eo caſu valeat,qui ex verbis cõcipi poſsit.ita probant l.ſi quis in fundi vocabulo.de leg.1. & l.ex verbis.C.de don.inter virum & vxo.Et tacitam hanc voluntatem non ſufficere ad inducendum fideicõmiſſum,ſcripſerunt Dec.conſ.205.nu.5.Ruin.conſ.153.nu.6.lib.2. Ripa in l.hæredes mei.§.cùm ita.nu.17.& nu.31.ad Trebell. Soc.Iun.conſ.100.nu.18.li.3.Alba conſ.31.nu.10.& Crau. conſ.161.nu.14. Cæterùm, quia repugnare videtur d.l. cùm proponebatur,de leg.2.& aliæ plures,quibus mul-
88 tis in locis Doctores ſcribunt,† fideicommiſſum cõiecturis induci,vt tradunt copioſè Iaſ.conſ.228.col.1. li.2. Pariſ.conſ.48.nu.13.& conſ.57.nu.5.li.2.& Soc.Iun.conſ.101. nu.11.& conſ.102.nu.17. li.2.cæteros prætereo:ob id,omiſſa longa ſerie concluſionum,quas ad hanc controuerſiã conciliandam conſiderat Soc. Sen. in l.in ambiguo,col. vlt.de reb.dubiis,ego ita ſoleo diſtinguere,quòd aliquæ ſunt coniecturæ à lege approbatæ,aliquæ verò cõſideratæ ab homine: cùm ſola eſt hominis præſumptio à lege non probata,nõ inducitur fideicommiſſum. Ea eſt ratio, quia iam apertè conſtat hanc eſſe legis præſumptionem & regulam,fideicommiſſum non præſumi, cùm ſit onus & quid odioſum.l.cohæredi.§.cùm filiæ.de vulg.& ſcribit Crauet.conſil.180.in fin.& dixi ſuprà. Præterea præſumptio legis eſt,teſtatorem nolle hæredem grauare.l. vnum.§.ſi rem.de legat.2.qui ergo vult aſſerere coniecturis eſſe inductum fideicommiſſum,neceſſe habet vti coniecturis,quibus contraria legis coniectura conuelli poſſit.quæ quidem alia eſſe debet legis coniectura, ne contingat inferiorem plus poſſe ipſo ſuperiore, hoc eſt, hominem aduerſus legem moliri quid poſſe. Cùm itaque ſola eſt hominis coniectura, nil illa prodeſt ad fidei-
89 commiſſum inducendum. ita probat † l. quidam cùm filium. de hæredib.inſtitut.& aliæ illi ſimiles. Cùm verò coniectura eſt à lege recepta,tunc cõtraria perimitur, atque ita



atque ita fideicommiſſum inducitur: ita procedit d.l. cùm proponebatur, de leg.1.& illi ſimiles. Ea eſt ratio, quòd tunc lex omiſſa prima præſumptione & cõiectura, quòd ſcilicèt non ſit præſumendum,teſtatorem voluiſſe grauare hæredem ſuum. d.l.vnum ex familia.§. ſi rem, nouæ coniecturæ & præſumptioni inhæret; illámq; probat. Cùm ergo noſtro in caſu nulla ſit coniectura à lege probata, qua dicere poſſimus, teſtatorem ita diſponendo voluiſſe fideicommiſſum inter hos liberos inducere, dicere non poſſumus ex tacita hac volũtate teſtatoris, à lege nõ recepta,eſſe inductũ. Nec repugnãt iura,quibus aſſerit Socinus,relictũ familiæ cẽſeri relictũ,vt in ea perduret; & per neceſſariũ cõſequẽs,eſſe fideicõmiſſum indu-
90 ctũ.nõ inquã repugnat † l.peto.§.fratre.de leg.2. Quia reſpondetur, non probare, quòd fideicommiſſum ſit inter illos de familia inductum ex ſimplici prohibitione, ne alienetur: ſed ita demum, ſi adijciatur ratio & cauſa; quia teſtator vult, quòd ipſa bona in familia conſeruentur.ita declarat ipſemet Soc.Sen.in d.l.ſi cognatis.nu.18. de reb. dubijs, & in l.qui Romæ.§. cohære des.nu.15.de verbo.oblig.& conſi.251.col.3.verſ.ſecundò hanc cõcluſionem.& col.5.ver.ſecunda difficultas,lib.2.alios recenſet Rubeus in d.§.quidam rectè.nu.65. Et alia ad declarationem d.§.fratre.infrà dicemus.Non etiam repugnat.
19 † l.cùm ita.§.in fideicommiſſo.quia reſpondetur,nil penitus ad rem conferre. Siquidem, ibi ſolùm hoc diffinitur, qui proximiores veniant mortuis primis vocatis vel viuente teſtatore, vel eo mortuo ad fideicommiſſum in familia conſtitutum. Et diffinit primò venire nominatos, deinde proximiores,qui fuerunt tempore mortis teſtatoris, poſtmodum, qui ex his primò procreati ſunt. Hîc ergo duo facit iuriſconſ. Primò præſupponit fideicommiſſum iam eſſe in familia, atque ita illud pro abſoluto concedit, dum ait; in fideicommiſſo, quod familiæ relinquitur, &c. Quomodo autem, quibúſve verbis in familia inducatur,ibi non diſputat:ſed præſupponit verbis & modis aptis & idoneis ad illud conſtituẽdum. ſícque præſupponit terminos habiles, iuxta l.qui teſtamento.de teſta.cum vulgatis.Hoc ita admiſſo, ſecundò quærit iuriſconſ. quomodo in hoc fideicommiſſo ſuccedant illi de familia: & reſpondet, vt ibi ſcriptum eſt. Nos itaque non contendimus de modo ſuccedendi, & ita de ſecunda iuriſconſulti dubitatione: ſed de primo,hoc eſt, an verbis illis prolatis à teſtatore cenſeatur inductum fideicommiſſum inter ipſos deſcendentes. Conſtat ergo textum illum ad rem non conferre. Ita etiam reſponderi
92 poteſt.† l.vlt.C.de verbo.ſigni.vbi verè non agitur quomodo & quibus verbis fideicommiſſum conſtituatur in familia; ſed ſolùm qui nomine familiæ in fideicommiſſi ſucceſſione comprehendantur. Reſpondetur & ſecundò Alciat.in d.§ quidam rectè.nu.50.& d.§.in fideicommiſſo, ad finem. d.l.vlt. ſolùm conſtituere, quòd illi de familia gradarim in fideicommiſſo ſuccedant: quomodo autem hoc gradatim intelligatur vel per vulgarem, vel per fideicommiſſariam, non diffinitur in eo loci, ſed in iuris diſpoſitione relinquitur. Non etiam repugnat illud reſponſũ Anchar.conſi.27.quod Soc.adducit; quia infrà ſuo loco reſponſũ adferam. Non etiam obſtat vltima illa ratio adducta per Rubeum in d. §.quidã rectè. num. 70. poſt Dec.conſ.425.col.2.quòd ſ. ita illi familia debent eſſe ſubſtituti inter ſe per fideicommiſſariam, vt fuit ille primus grauatus erga familiam ipſam, vt æqualis ſit determinatio.l.iam hoc iure, de vulg.Non inquam hæc ratio obſtat, cùm in ſpecie noſtra non procedat ita ipſemet Rubeus d.§. quidam rectè. nu.49.50. declarat. Et in ſpecie etiam reſpondet Ruin.conſi.92. col.vlt. verſ.
93 non obſtat quòd omnes.li.2.non eſſe mirum quòd † fideicõmiſſum exter reciprocũ inter illos primos, & non inter poſteriores. Qua ratione autẽ hoc eſſe poſſit, infrà in reſpõſione ad decimum dicã, declarandò l. Publius, de cõd.& demon.His conſtat Socinũ Sen.in d.§.quidam rectè. numero 9. verſi.quartus caſus, minus rectè ſentire: & illi repugnare cæteros. Nos hîc refero quintum
94 caſum Soc.d. § quidam rectè. num.10.cùm.plures † vocantur ordine ſucceſsiuo per copulam in ſubſtitutione compendioſa, puta, ſi teſtator dixerit, quandocunque deceſſerit filius meus, ſubſtituo fratrem & filios,ſeu fratrum filios & nepotes,&c. Non enim nos hoc in caſu verſamur: cùm iſti deſcendentes & liberi inter ſe non copulatiuè, ſed ſolùm collectiuè vocati ſunt.Et ſi caſus iſte ad rem conferret,noſtræ ſententiæ ſuffragaretur:cùm Socinus & cæteri affirmẽt,eo modo vocatos eſſe per vulgarẽ, nõ autem per fideicõmiſſariam inter ſe vocatos. Quibus apparet,Socini auctoritatẽ contra nos non pugnare.

95 Non etiam repugnat auctoritas † Baldi d. conſil.305. Non eſt dubium,lib.3.& melius duplicatum cõſi.492.lib. 2.illud enim reſponſum 305 non eſt perfectè impreſſum. Dico itaque hoc reſponſum non obeſſe; quandoquidem Baldus ſolùm diffinit an pater vocatus vnà cum liberis vel deſcendentibus, ſuccedat vnà ſimul cum illis eodem tempore, vel potius ipſe primò, & deinde poſt eum ipſi liberi. Quòd ita ſit, apparet, quia,( præter ipſius Baldi clara verba) refert Bald. opiniones Bartoli & Iacobi de Arena in d. §.quidam rectè, & inquit,quòd Bartolus fuit in ea opinione,quòd pater ſolus veniat & excludat liberos: vt verè huius opinionis fuit Bart. in d.§.quidam rectè. nu.4.At Iacobus de Arena cenſuit, patrem vnà cũ liberis eodem tempore ſuccedere. vt recenſet Bart.in d. §.quidam rectè.nu.4.Baldus verò reſpondit in hæc verba: Mihi autem videtur, ex verbo deſcendentes, & quia Matthæus filius Colæ Angeli non proponitur fuiſſe in rerum natura adhunc tempore teſtamenti D. Matthæi, nec eſſe tunc ſpe certa, poterat ſperari, quòd teſtator diſpoſuerit deſcenſiuè,ſcilicèt,vt deſcendat de vno in alterum ſucceſſio, ſicut ius ſanguinis. Hæc Baldus. Cuius ſententia non diffinit, an is Matthæus poſt Colam ſuccedens, per vulgarem ſuccedat, vel per fideicommiſſum. Solùm ſatis habuit Baldus diffinire, illum non potuiſſe ſuccedere cum Cola eius patre. Et admiſſo quòd ille filius poſt patrem ſuccedat per fideicommiſſariam, non tamen inde concludit, quòd cæteris deſcendentibus is grauatus eſſet reſtituere. Præterea accedit, quòd etiamſi Baldus id aſſereret ad quod allegatur, non tamẽ ei foret deferendum, cùm nec ratione vrgenti, nec lege aliqua moueatur. Eſt quidem eius auctoritas probabilis, non tamen neceſſaria, vt ſcribunt omnes in l. 1. ff.ſi cert.pet.

66 Non etiam repugnat † Decius conſi.265 num.4. verſ. & euidens coniectura: quia reſpondetur,ipſum Decium ibidem nu.8.verſ.& idem tamen eſt, &c. aliter concludere, argumento ducto ab eo,quòd quemadmodum liberi poſt patrem ſunt vocati per vulgarem, ita etiam liberi inter ſe. Et eodem argumento vtitur idem Decius conſi. 253. nu. 4. verſi.& argumentum quod facit Soc. idem Dec.conſi.228. col. 1 & fortius conſi.291.nu.6. reſpondit,inter deſcendentes non eſſe inductum fideicommiſſum, etiamſi dictum fuit, ne bona exeant de familia. Et cùm Decius pluribus in locis cum Cumano ſenſerit quàm contra, credendum eſt, illum Cumanum ſecutũ, iuxta ea quæ ſcribunt Iaſ. conſ.89. col. vlt. lib. 3. & Rol. conſ.67. num.33. li.1.quòd illa creditur opinio Doctoris, quæ ſæpius ab eo probata fuit.

97 Non quoque repugnat auctoritas † Crauettæ cõpatris mei cõſi.22.& cõſ.131.quia reuera ei parũ deferendum eſt,cùm ſolùm illis iuribus & rationibus quibus vſus eſt Soc.Sen. in d. §.quidam rectè.nu. 9. verſ.quartus caſus, adducatur: quæ minus obſtare oſtendimus.Nam primò Crauetta citat d.l.peto.§.fratre,& d.l. cùm ita. §. in fideicommiſſo, de quibus ſuprà. Secundò inquit ibidẽ Crauet.d. conſil.22.nu.4. verſi.2. probatur.quòd teſtator, vocando deſcendentes,dicitur habuiſſe affectionem ad eos, ergo,&c.Hæc ratio fuit Socin.d. verſi. quartus caſus, & illi reſpondi ſuprà, quòd iſta affectio non ſatis fuit à teſtatore verbis ſignificata,vt etiam quò ad hos deſcendẽtes cõſeruaretur.& in ſpecie ita reſpõdit Ruin.conſ.102.

nu. 14. lib. 2. Et affectioni teſtatoris ſatisfactum dicitur poſteaquam non vnus tantùm, ſed plures facti ſunt hæredes. Tertiò adducitur. Crauetta auctoritate Baldi, Soc. Sen. & Decij, ſed quia ſuprà abundè fuit ſatisfactum, nō oportet hîc aliquid dicere.

Quartò ea ratione vtitur, quòd ſubſtitutio concepta verbis, quæ tractum temporis futuri habent, efficit vt ordo ſucceſſiuus intelligatur per fideicommiſſum: ita Soc. Sen. conſi. 12. nu. 14. & conſi. 43. col. 5. verſic. aliquando & quintò, li. 3. & alibi Doctores. Sed ſubſtitutio hæc (inquit Crauetta) habet tractum temporis in futurum, quia non fuit facta ſimpliciter deſcendentibus, ſed deſcendentibus poſt mortem donatariorum, & primo loco vocatorum. Hæc argumentatio, ſi rectè perpendatur, eſt eadem cum illa prima Socini d. verſ. quartus caſus, dum & ipſe citat ad firmandam illam minorem propoſitionē glo. in l. teſtamento. C. de mil. teſta. & ſuprà ſuo loco reſpondi, conditionem illam habentem tractum temporis futuri appoſitam primis vocatis, non cenſeri repetitam in ſecundos: etſi Dec. conſi. 236. num. 3. relatus à Craue. d. conſi. 22. nu. 7. diſſentiat. Qua autem ratione repetita non cenſeatur, eo loci demonſtraui. Et ideo Curt. Iun. conſil. 48. nu. 4. 5. ſuo in caſu conſiderat verba hæc tractum temporis ſignificantia fuiſſe adſcripta perſonis filiorum, de quorum reciproca ſubſtitutione fideicommiſſaria inter eos agebatur. Quintò adductus eſt in eam ſententiam Crau. d. conſ. 22. nu. 8. ob vim clauſulæ codicillaris, quæ quidem in hac noſtra ſpecie deficit.

98 Non etiam repugnat auctoritas † Albæ conſi. 51. nu. 13. quia is ſolùm mouetur auctoritate Ancha. d. conſ. 27. Nō ſeruato ordine dubiorum, colu. pen. quam demonſtrabimus infrà nil nobis obeſſe. Adducitur quoque illa ratione, quòd qualitas præcedentis ſubſtitutionis fideicommiſſariæ declarat ſequentem, iuxta l. qui filiabus. de leg. 1. Quæ ſanè conſideratio leuis eſt, & retorqueri poteſt, vt infrà in reſponſione ad ſextum demonſtrabimus. Ea quoque ratione vtitur Alba d. conſi. 51. num. 17. quòd niſi diceremus inter deſcendentes eſſe inductum fideicommiſſum, teſtator feciſſet actum eluſorium, contra ſuam voluntatem, quæ fuit facere fideicommiſſum in familia. Leuis eſt argumētatio, quia præſupponit Alba pro conſtanti, de quo diſputatio eſt, nēpè in familia hoc caſu eſſe factum fideicommiſſum. negamus nos eſſe hoc caſu factum: & ob id voluntas teſtatoris eluſoria non eſt, cùm effectum ſuum circa à ſe diſpoſita, optimè conſecuta ſit. His à multis impugnationib. defenditur vera Cumani ſententia.

Non obſtat ſecundū argumentum, ꝙ deſcendentes iſti vocati ſint compendioſam, quæ fideicommiſſariā continet: quia reſpondeo, & animaduertēdum cenſeo, quòd aut loquimur reſpectu partis donatæ Bartholomæo: vt ſcilicèt ratione illius partis & filij Bartholomæi, ſi plures extitiſſent, vel eius nepotes, nempè Io. Ant. Io. Maria & Franciſcus ſint vocati per compendioſam, quæ contineat fideicommiſſariam actiuè & paſſiuè. Aut loquimur reſpectu partis, quæ donata fuit Io. Iacobo & Nicolao, vt ſcilicèt ratione illius partis Io. Ant. Io. Maria & Franciſcus ad eam vocati fuerint per cōpendioſam, quæ contineat fideicommiſſariā actiuè & paſſiuè. Quò ad primum, dico fuiſſe quidem vocatos per cōpendioſam, quæ
99 continet fideicommiſſariam, ſed illa fideicommiſſaria † eſt tantùm actiua, nō autem paſſiua. Actiua inquam eſt, quia tres ipſi fratres eorū patri D. Hieronymo ſucceſſerunt per hāc fideicommiſſariam: ſed non paſſiuè, hoc eſt, ꝙ vnus eorum alteri teneretur reſtituere. quandoquidē, ſi hoc diceremus, opus eſſet omninò dicere inter hos fratres eſſe inductam reciprocam, quam inductam non eſſe ſuprà demonſtrauimus. Quò verò ad ſecūdum, admiſſo ꝙ tres hi fratres vocati fuerunt per cōpendioſam ad portionem illam deſcendentem à Io. Iacobo & Nicolao, attamen hæc compendioſa continet ſolùm fideicommiſſariam actiuè, quia iſti ſuccedunt, non autem paſsiuè, quia, ea portione à ſingulis aſſecuta, vnus alteri reſtituere teneatur, ſi deceſsiſſet ſine maſculis, vt deceſsit Franciſcus. Quòd autē paſſiuè non ſint vocati tres hi fratres, appertè conſtat ex verbis donationis, quæ, dum de parte Io. Iacobi & Iuliani agitur, ita ſunt concepta: Et caſu quo d. Io. Iacobus & Nicolaus decederent ſine filiis maſculis, & ex legitimo matrimonio conceptis & natis, ita quòd monaſterium nō habeatur loco filij, vt ſuprà. Et ſimiliter, ſi eorū filii maſculi & legitimi vt ſuprà, ita quòd comprehendantur aliquo modo legitimati, nec monaſterium habeatur pro filio, &c. Hactenus, nihil deſcendētibus à Bartholomæo, ſed ſemper de liberis & deſcendētibus Io. Iacobi & Nicolai, qui ſanè liberi ſolùm in conditione poſiti ſunt. Deinde ſubiungit donator: Quod tūc dicta & bona & iura donata & ceſſa prædictis Io. Iacobo Nicolao transferantur & translata eſſe intelligantur ipſo iure & facto in ipſum D. Bartholomæum, ſi extabit, ſi non extabit, in eius liberos maſculos deſcendentes & legitimos, vt ſuprà. His verbis vocātur Ioan. Ant. Io. Maria & Frāc. actiuè, ſed nō paſsiuè, quia inter eos nō eſt appoſitum aliquod verbum habens tractum futuri temporis, nec tacitè, nec expreſsè. Non inquam tatitè, quia iſti tres fratres eodem tempore fuerunt, nec vnus ab altero deſcendit, vt filius à patre, nepos ab auo: inter quos, hoc eſt, patrem & filium, auum & nepotem, conſideratur tacitè tractus tēporis deſcendendo de gradu in gradum, vt conſiderant omnes in l. Gallus. §. quidam rectè, de liber. & poſth. & infrà dicemus. Non etiam expreſsè, quia non eſt inter eos appoſitum aliquòd verbum habens ſignificationem tractus temporis futuri, vt dictio, quandocunque, vt conſiderant Soc. in d. §. quidam rectè. nu. 9. verſi. quartus caſus. & infrà dicā. Erat enim opus ad hoc, vt fideicommiſſum ita conſtitueretur, adijcere hæc verba, deſcendentes quandocunque, vel his ſimilia, vt puta, ita quòd dicta bona remaneant in familia, iuxta doctrinam Cōmenſ. d. §. in fideicommiſſo, vt ſuprà abundè retulimus. Secundò reſpondetur, quòd etſi concedatur hanc eſſe compendioſam & à ſimplici directa differre, cùm vocati per directam collectiuè, ſi eorum primus vocatus adiuit hæreditatem, corruunt aliæ omnes ſubſtitutiones, etiamſi is decedat, prole aliqua non relicta. l. poſt aditam. C. de impuberum & aliis ſubſtit. Quod non eſt ſubſtitutis per cōpendioſam, quia illa fideicommiſſariā continet, vt ſcilicet, eo ſine liberis moriente, hæreditate etiam adita, fiat locus ſubſtituto. Sed tamen, quòd ad caſum noſtrum, poſteaquam defecit conditio, non differt compendioſa, atque ita fideicommiſſaria à directa: cùm per conditionis defectum, quia ſcilicèt primi vocati deceſſerunt, relictis maſculis, & ita primis admiſsis cæteri excludantur, vt cùm Alex. conſi. 185. lib. 2. diximus ſuprà. Præthereà, & ſecundò, de compendioſa iudicamus ſecundum caſus contingētiam? quemadmodum egregiè & in ſpecie declarat Dec. conſi. 416. nu. 10. cùm ait,
100. quòd ſubſtitutio compendioſa † continet tres illas ſubſtitutionis ſpecies virtualiter, ſeu in potentia ab initio: attamen, cùm ex poſtfacto hæc compendioſa reſoluitur in vulgarem, vel pupillarem, vel fideicommiſſariam: de ea iudicatur vt de ſimplici & abſoluta vulgari, vel fideicommiſſaria. Et huius ſententiæ Decius recenſet Bart. in l. hæredes mei. §. cùm ita, propè finem. ff. ad S.C. Trebel. & Alex. conſi. 1. nu. 15. lib. 1. Quorum declarationem probauit ipſemet Dec. conſi. 431. nu. 8. Idem ſenſerunt Ruin. conſi. 28. nu. 6. & conſil. 159. nu. 22. lib. 2. Rubeus in l. Gallus. §. quidam rectè. nu. 25. de libe. & poſthu. & Pariſ. conſi. 72. nu. 23. lib. 4. Et hoc illud eſt, quod dicere voluit poſt Bartolum & Comenſem Soc. Sen. conſi. 113. nu. 7. verſic. ſecunda ratio, lib. 1. hanc ſubſtitutionem compendioſam eſſe reſpectu filiorum, quò ad fratrem: quia tunc vulgaris dicitur: nam filij admittuntur tunc cum eorum pater nō admittitur. Huc etiam ſpectat quod reſpondit Ruinus
101 conſi. 7. nu. 13. lib. 3. dum reſpondit, † clauſulam illā ſubſtitutionis vulgariter, pupillariter & per fideicōmiſſum, (quam



ſubſtitutionem compendioſam ſignificare videmus) intelligi iuxta caſum, qui euenit. Ita etiam de clauſula codicillari reſponderūnt Soc. Sen. conſi. 6. nu. 5. lib. 3. & Soc. Iun. conſil. 180. nu. 81. lib. 2. Cùm ergo in caſu noſtro per conditionis euentum ſolùm vulgaris ſubſtitutio locum habere potuerit, (vt iam diximus) ſequitur dicendum, nullam habendam eſſe rationem fideicommiſſariæ.

Non obſtat tertiū, quia reſpōdeo vnà cum Soc. Iun. in
102 conſi. 4. nu. 20. in fi. lib. 3. quòd fauor † agnationis à teſtatore conſideratus, attenditur in caſu pro eū expreſſo, ſeu in quo diſpoſuit: atque ita vbi aliquis ex inſtitutis deceſſiſſet ſine filijs maſculis, ſed poſtquā & Bartholomæus & Io. Iacobus maſculis ſuperſtitibus vita functi ſunt, ceſſat illa conſideratio: quod multis ipſe Socinus comprobat. Quibus in ſpecie accedunt Socin. Sen. cōſi. 116. col. 4. verſic. Quæ omninò non habent. lib. 3. Alexan. conſil. 59. col. vlt. verſ. non obſtat etiam. lib. 5. Cephalus conſ. 17. nu. 28. in fi. li. 1. vt verè idem ſenſit Rui. conſ. 92. num. 9. lib. 2.

Non obſtat quartum, quia reſpondetur, quòd illa
103 prohibitio † de non alienando ſolùm operatur in caſu contrauentionis. Et ob id ex dictis ſuprà in vltimo fundamento noſtræ opinionis hæc argumentatio retorquetur. ita cenſuerunt Alex. & alij communiter in l. filius fa. §. diui. de leg. 1. ibi Alex. nu. 12. & idem in l. qui Romæ. §. cohæredes. col. 3. de verbo. oblig. Dec. conſi. 218. nu. 14. & col. vlt. conſi. 377. nu. 6. conſi. 442. nu. 7. & cōſi. 613. Iaſ. cōſi. 96. lib. 4. & Curt. Iun. conſi. 22. quod procedit etiāſi dictū fuiſſet, quia volebat ſemper remanere in maſculos deſcendentes: ita reſponderunt Soc. Sen. conſi. 227. col. 7. verſi. ſecūdò fortius, lib. 2. Rui. conſi. 227. nu. 12. li. 1. cōſi. 96. nu. 14. conſi. 134. nu. 3. & conſil. 190. nu. 20. lib. 2. & Dec. d. conſi. 377. nu. 7. Cephalus cōſil. 17. nu. 22. 24. lib. 1. & latiſſimè Siluan. conſi. 6. nu. 26. Quorum doctrina fortius hîc procedit, vbi D. Marianus eam cauſam, quòd volebat bona in familia conſeruari, non appoſuit. Nec refra-
104 gatur, quòd ſit facta prohibitio, ꝙ nullo † vnquam tempore, & ita perpetuò alienetur, quia idem eſt. ita in ſpecie Rui. conſi. 89. num. 14. lib. 2. Soc. Sen. d. conſi. 227. co. 5. lib. 2. & Siluan. conſ. 6. nu. 28. in fine. Quocircà non aduerſantur quæ ſcribunt Soc. Sen. conſi 251. col. vlt. lib. 2. Ruin. conſi. 122. nu. 4. lib. 2. Corneus conſi. 22. col. 4. verſi. concurrit. lib. 4. Gozad. conſi. 26. num. 24. & conſil. 64. num. 13. Crauet. conſil. 155. num. 5. Pariſ. conſil. 18. numer. 50. & conſi. 41. nu. 68. lib. 2. Alexan. de Neuo, conſi. 17. num. 3. & Alba conſil. 87. nu. 13. quando omnes deſcendentes ſunt prohibiti vllo tempore alienare, cenſentur vocati & inuicem ſubſtituti. Nam illi loquuntur ſimpliciter, & ideo intelligendi ſunt eſſe vocatos in caſu contrauentionis, & qui euenit, non autem abſolutè. Ita expreſsè declarat Alex. in l. filiusfa. §. diui. in fin. de leg. 1. Rubeus conſil. 53. num. 4. Soc. Iun. conſi. 79. nu. 9. lib. 1. declarando gl. l. codicillis. §. inſtituto. de leg. 2. quæ hoc affirmat eſſe verum in caſu alienationis. Cephal. conſil. 17. nu. 22. li. 1. Præter-
105 eà loquuntur † cùm prohibitio alienationis à ſua cauſa eſt veſtita, vt quando dixit teſtator, quia volo bona prædicta remanere in familia, vt declarant Ripa. l. filiusfa. §. diui. nu. 121. 122. de le. 1. & Soc. Iu. cōſ. 140. nu. 7. 8. li. 3. Rub. d. conſi. 53. nu. 4. 5. Quæ ſanè cauſa hîc adiecta non fuit.

Reſpondetur ſecundò, hanc prohibitionem alienationis reuocatam fuiſſe ab ipſo D. Mariano in codicillis à ſe vltimo loco cōditis. Quæ ſanè reuocatio fieri potuit
106 à D. Mariano in præiudicium etiam horum † deſcendentium, qui illius hæredes mediante perſona ſuorum anteceſſorum ſunt, vt in ſpecie reſpondit Ripa libr. 3. reſponſo. capit. 16. quem ſecutus eſt Didac. libr. 1. varia. reſol. capit. 14. numer. 8. in fin. Et reuocatio hæc abſolutè tollit illud impedimentum alienationis poſitum in ipſa donatione: in qua appoſita non fuit illa pœna amiſſionis bonorum quæ in teſtamento adiecta fuerat: cùm in donatione illa tranſlatio dominij facta, caſu quo vnus hæredū conaretur alienare, eſt ſolùm detrimentū emptoris; ne ſcilicèt in eum tranſeat aliquod ius dominij, iuxta ea quæ ſcribunt omnes in l. filiusfa. §. diui. de leg. 1. vbi Ripa. nu. 22. poſt alios. non autē eſt pœnā alienantis, vt ſcilicèt priuetur re vel pretio rei à alienari tentatæ: cùm priua-
170 tio † ſui iuris nō inferatur niſi expreſsè cautum ſit. l. at ſi quis. §. diuus. de religio. & ſump. fune. & copioſè ſcripſi li. 2. de arbitra. iudicùm, caſu. 275. Quo ergo ad reuocationē prohibitionis factæ in donatione, ſolùm operari poſſit reuocatio hæc circa ipſam ſimplicem prohibitionē, ex quo pœna adiecta non fuit, ſequitur dicendum, illam eſſe reuocatam, cùm diſponentis voluntas ita debeat interpretari, ne fruſtrà facta ſit. l. ſi quando, de leg. 1. cum vulgatis ſimilibus. Reuocatio autem pœnæ operatur in teſtamento, vbi prohibitio adiecta pœna facta fuit. Et ſi dicatur, imò & in donatione appoſuit pœnam, vt ipſe donator aſſeruit in ipſis codicillis, vbi, Quòd tamen non incidant, nec incidiſſe intelligantur in aliquam pœnam, de qua in dicta donatione & teſtamento: quia reſpondetur, teſtatorem erraſſe, vt manifeſtè eius error ex contraria
108 † ſcriptura donatiōis detegitur, iuxta l. error, vbi Iaſ. col. 1. C. de iuris & facti igno. Prætereà, quod dicitur, reuocationem videri factā ſolùm reſpectu Bartholomæi, & Io. Iacobi ac Nicolai, non antem aliorum ab illis deſcendentium. Quòd maximè dicendum videtur ad euitandā extenſionem in correctorijs. Reſpondetur, eam reuocationem non ſolùm reſpicere perſonam deſcendentium, ſed & aliorum, cùm ita in codicillis ſcriptum ſit, de prædictis eius hæredibus, & cetera dum abbreuiatè ergo locutus eſt D. Marianus, referre ſe voluit ad id totū quod in donatione ſcriptum eſt, iuxta ea quæ omnes de clauſula cæterata, ſcribunt in l. Gallus. §. idem credendum, de lib. & poſth. Quod verò vltimo loco dicitur ex his codicillis declarari mentem D. Mariani volentis fideicommiſſum etiam inter ipſos deſcendentes conficere, infrà in reſponſione ad ſeptimum confutabimus.

Nō obſtat quintū, quia reſpōdetur primò, imò prohibitionem eſſe perſonalem, vt apertiſsima ſunt donationis verba. Nec ibi adiecta eſt illa clauſula, quia vult prædicta bona conſeruari in familia. Eſt enim ſolùm dictū, quòd prædicti D. Bartholomæus, Io. Iacobus & Nicolaus, & aliquis eorum & ex cuiuſlibet eorum deſcendētibus & hæredibus vllo vnquam tempore non valeant, nec poſsint alienare, &c. Quæ ſanè verba ſunt in perſo-
109 nam concepta, & ob id † perſonalis eſt prohibitio. l. pater. §. quindecim. de leg. 3. & ſcribunt Soc. Sen. con. 62. nu. 10. lib. 3. & oēs in d. §. diui, poſt Bar. in l. peto. §. fratre. nu. 2. verſ. venio ad quartam partem, de leg. 2. & Pariſ. conſi. 1. nu. 43. lib. 3. clarè Ruinus conſi. 119. nu. 17. libro 2.

Non obſtat ſextum, quia reſpondeo, & argumentum
110 retorqueo, quòd ſi fecit † fideicommiſſum in teſtamento & codicillis, non præſumitur quòd ita voluerit facere in hac donatione, cùm facile ei fuiſſet hoc exprímere: quod cùm non fecerit, præſumptio eſt noluiſſe facere: iuxta l. vnicam. §. ſinautem ad deficientis. C. de cad. toll. Et in ſpecie noſtra ita egregiè reſpondent Soc. Sen. conſi. 116 col. 2. verſi. ſed ad iſtam coniecturam. lib. 3. & Craue. conſi. 161. nu. 8. in ſimili citatur doctrina Io. de Anania
111 conſi. 22. qui reſpondit, quòd ſi teſtator in vna parte † teſtamenti faciat mentionem de filiis maſculis, & in altera non, non dicitur idem diſpoſuiſſe in ea, in qua fecit mentionem, vt in altera: quia facile ei fuiſſet dicere, ſibi placuiſſe ita agere. Cùm Io. de Anania alij ſenſerunt, vt Anch. conſ 120. & alios infra in ſequenti articulo referā.
112 Non etiam hîc repugnat illa doctrina †. Cornei d. conſi. 275. nu. 5. lib. 4. quia verum non eſt, quòd ex dictis in ſecundo teſtamento, quòd eſt primo contrarium, illud primum declaretur. Nam cùm diuerſæ ſint voluntates, vna non dat alteri interpretationem: ita Bar. in l. Statius Florus, in prin. ff. de iure fiſci. Et ratione ac auctoritate Bartoli aliorumque in ſpecie Corneum reprehendit Ruin. conſi. 93. nu. 13. in fin. lib. 2. Et idem Ruin. conſi. 144. nu. 27. eodem lib. 2. quamquam Corneum non referat, eius

tamen conſiderationem euertit,ductus auctoritate Bart.
in d.l. Statius Florus. Quòd ſanè reſponſum Rui.conſi.
144.eſt annotandum, quia in ſpecie reſpondit contrariũ
in eodem caſu Decij.d.conſi. 515. Et recentiores annotã-
tes ad conſilium illud Decij ſcribunt, eo loci Decium
malè reſpondiſſe. Et ſi rectè perpendatur, à Corneo &
Decio diſſentit Craue. d. conſi. 113. in fi. dum refert do-
ctrinam Barba.conſi. 58.col. 7. lib. 1. & Decii in c. 1. lect.
1. nu.11.de conſtit.

Non obſtat ſeptimum, quia reſpondetur, hanc prohibi
tionem detractionis quartarum, legitimæ ſcilicèt & Tre
bellianicæ, non inferre neceſſariò donatorem voluiſſe
hæc bona conſeruari debuiſſe in familia, cùm alijs de cau
ſis ita viſus ſit prohibere. Nam hoc potius videtur feciſ-
ſe D. Marianus pro voluntate & commodo ipſorum do
natariorum, quos voluit habere hæc donata vt præcipua
ex hac cauſa, reſeruando eis facultatem detrahendi ip-
ſam legitimam ex aliis bonis. cùm ergo hoc ſit inductum
113 ad augmentum commodi ipſorum donatariorum † non
debet operari diminutionem. l. legata inutiliter. de leg.
2.&.l.legata, de adimen. lega. Et ſcribunt Soc. Sen.con-
ſi.38.col.2.lib.1, Decius conſi.364 nu.3. Et egregiè probat
l. vlt. C. de præpoſ.agen. in re,lib.12. vbi, ait Bart. quòd
114 nunquam per conceſsionem noui † priuilegij, ſublata
intelligūtur ei antiquitus conceſſa. l. t confert l.in frau
dem.§.neque.ff.de iure fiſci. Prætereà & ſecundò reſpõ-
deo, D.Marianum patrem voluiſſe iuris communis diſ-
poſitionem confirmare. arg.l. hæredes mei. §. cùm ita.
115 ff. ab Trebell. iure autem communi clarum eſt quòd †
donata à patre filio in præmium emancipationis efficiun
tur propria ipſius filij, ita quòd neceſſe non habet filius ea
imputare in ſuam legitimam. ita cenſuit Bart. in l. in
quartam. nu. 13.ff. ad l. Falcid.& in l.peto, in prin. de leg.
* 2. quem cæteri * communiter ſecuti ſunt: vt communem
teſtatur Ripa in d.l.in quartam.nu.184.

Rurſus & tertiò reſpondetur, quòd etiam admiſſo nõ
prohibuiſſe his de cauſis, non tamen infertur, quòd, ſi
prohibuit primis donatariis, & ratione ſuæ perſonæ fi-
deicõmiſſum inducatur, ergo & inter ipſos liberos eſſe in
ductũ fideicõmiſſum, cùm hæc phibitio detractionis nõ
116 excedat † perſonã primorum. Et pactum prohibitionis
non extenditur de perſona ad perſonam, vt clari iuris eſt.
l. ſi vnus.§. ante omnia. ff.de pactis. Et in ſpecie probat
117 tex. in §. nos. in auth. de reſt. fideicom. quo dicimus, †
prohibitionem factam filijs non extendi ad nepotes. &
* * communem eſſe opinionem teſtatur Ripa in l. filiusfa,
§.diui.nu.106. de leg.1.

Non obſtat octauum, quia vno verbo reſpondetur, ver
ba illa D. Mariani adſcripta in codicillis ſatis ſuperque
poſſe verificari quò ad fideicommiſſum, quo primi illi
donatarij grauati fuerunt, vel eueniente conditione re-
ſtituere donatario ſuperuiuenti, vel ſuis liberis ob ordi-
nem ſucceſsiuum, nec inferunt, quòd ipſimet liberi eſſet
inter ſe grauati, nec quòd perpetuò bona eſſet in familia.
118 Non obſtat nonum, quia reſpondeo, doctrinam † Ca
ſtren.d.conſil.343.& Curt. Iun. d. conſi. 121. num. 15. ac
Craue. d. cõſi.vlt. col. vlt. procedere, quando conſtaret
diſponentem voluiſſe vocare etiã deſcendentes, id quòd
non cõſtat noſtro in caſu, vt inter ſe grauati ſint, quemad
modum ſuo loco planum fecimus. ita declarat Craue.
conſil.98.nu.14.verſi.ad ſecundum. Secundò reſpondeo,
relatos doctores loqui cùm vna adeſt prohibitio de non
alienando, quæ tunc operatur cùm ſecuta eſt alienatio.
Ita in ſpecie Curtij Iunioris & Crauettæ doctrinam de-
clarat Ceph. conſi. 269.num.44.lib.2. Tertiò reſpondeo,
119 † teſtatorem conſideraſſe agnationnis conſeruationẽ,
eueniente tamen caſu fideicõmiſsi. Ita pulchrè reſponde-
runt Aret.cõſ.141. Alex.cõſ.59.col. vl.verſi.nõ obſtat etiã.
lib.3.Soc. Sen. conſ.116.col.3.lib.3. quos ſecutus eſt Ceph.
conſi. 17. nu.28.in in fi. lib. 1. idem ſenſit Rui. conſi. 153.
nu. 5. verſi. & ſubſtituti. lib. 2. quem retulit idem Ce-
phal. conſi.269. nu. 48.lib.2.& attigi ſuprà.

Nõ obſtat decimũ illud argumentũ ab euitãdo abſur
120 do, † & ex l. Publius.ff.de condi.& dem. quia reſponde-
tur ex declaratione Crauettæ conſi.98.num.14.verſic.nõ
obſtat quartum.& conſi.161.num.17.verſi.2. Quòd ſi hoc
genus argumenti in hac materia procederet, nunquam
locus foret doctrinæ Oldradi d.conſi.21. Quo circà (ait il
le) non licet in fideicommiſſis ita argumentari. quod re-
ſpondit & Dec.conſi.465.nu.15.in fi. Prætereà (inquit Cra
uetta) d.conſi.98.nu.14.& d.conſi.161.nu.18. non eſt incõ-
121 ueniens, quòd remotior † ſit aliquando magis dilectus,
vt is multorum auctoritate comprobauit. Illis accedunt
Ruin.conſ.67.nu.10.conſ.117.num.24.& conſ. 142.num.
3.lib.2.& Soc.Iun.conſ.2.num.24.lib.3. qui ſcribit, quòd
122 aliquando filius † eſt melioris conditionis quàm fuerit
eius mater vel pater. Et idem Soc. Iun.conſ.100.num.57.
eo.lib.3. ſecutus eſt Craue.d. conſ. 161. num.18. qui ea ra-
tione vtitur, quòd filij grauati detrahunt duas quartas,
atque ita dimidiam hæreditatis, quod non faciunt cæte-
ri: rectè ergo grauari potuerunt: quæ ratio ceſſat in aliis.
Rurſus, & tertiò, reſpondeo, vt reſpondet Craue. conſil.
161.nu.17. quòd argumentum poteſt retorqueri, quia is,
qui in vno fuit grauatus, in altero debuit releuari iuxta l.
eum qui ædes, de vſucap.

Non obſtat vndecimum argumentum ſumptum ex
123 doctrina † Ancha.conſ.27. Non ſeruato ordine dubiorũ,
col.pen. quia multipliciter reſpondetur. Primò, quòd in
eadem met facti ſpecie reſpondit Bal.conſ.47. Caſus ta-
lis eſt, D. Andriolus de Calcagnis.libr.1. vbi reſpondit,
quòd ob repudiationem fideicommiſſi factam à duobus
illis antiquioribus de familia, filia cõſequitur bona illa,
quæ conſequi non potuiſſet, ſi poſt duos illos antiquio-
res, qui renuntiarũt, duo alij (vt Ancharano placuit) ad-
mitti debuiſſent. Quod ſanè Baldi reſpõſum ſi vidiſſent
Doctores noſtri, qui turmatim ſunt ſecuti Ancharanum,
non ita paſſim cum eo ſenſiſſent. Sed eſto, Ancharanum
rectè in illa ſua facti ſpecie reſpondiſſe, non proptereà
nobis obeſt. Reſpondeo itaque ſecũdo loco, quòd in ca-
124 ſu † Ancharani, d.conſ.27. duo illi antiquiores vltimo lo
cõ vocati, ſimpliciter vocati fuerunt, nulla adiecta condi
tione: ob id non videtur mirum, quòd illis repudianti-
bus duo alij ex antiquioribus poſt primos ſuccedere ha-
beant: cùm menti & volũtati teſtatoris non fuerit re ipſa
ſatisfactum, ex quo illi non extiterunt hæredes, ſed repu
diarunt. Quocircà eo in caſu non potuit habere locum
regula l. boues.§.hoc ſermone.de verb.ſig. quæ intelligi-
tur procedere, quando ille primus actus re ipſa ſuum ef
fectum conſecutus eſt. At noſtro in caſu voluntati D.
Mariani donatoris ſatisfactum fuit. Nam is ita demum
voluit, Bartholomæum Io.Iacobo & Nicolao ſuccedere:
& e contrà Io. Iacobum & Nicolaũ ipſi Bartholomæo,
ſi ſine maſculis deceſsiſſent. Suſceptis ergo liberis, illiſ-
que ſuccedentibus cæteri donatarij excluſi ſunt, ex men-
te donatoris, vt diximus ſuprà ex doctrina Oldradi, d.
conſ.21. Et dubium non eſt magnam extare differentiam
125 inter duas has † conditiones, ſi deceſſerit ſine liberis, &
ſi hæres erit. Nam illa, ſi deceſſerit ſine liberis, momenta
nea eſt, cùm ſatis ſit liberos ſuſcipere. l. filiusfam.§.cùm
quis.de leg.1.& melius in l.cùm vxori.ff.quando dies le-
gati cedat.& in ſpecie Decius in l.ſi quis hæredem.num.
2.C.de inſt.& ſubſt. Cõditio verò illa, ſi hæres erit, actus
ſucceſsiui dicitur, cùm requirat aditionem hæreditatis
& perſeuerantiam, alioqui non eſſet ſatisfactum teſtato-
ri, qui hæredem re ipſa non haberet. Ita in ſpecie reſpon
dit Angel.conſi.159. Corradus Alberti, col.1.verſ.in con
trarium videtur. quem ſecutus eſt Decius in d. l. ſi quis
hæredem. num. 3.& probat text. in l. 3. §. ſi quis ita.ff.de
hæred.inſt. vbi is hæres dicitur, qui hæreditatem adiuit.
& eo loci ſcribit Caſt. quòd ex eo ſolo quòd quis eſt ſcri
ptus hæres, non dicitur conditioni, ſi hæres erit, ſatisfe-
ciſſe. Et idem reſpondit Rui.conſi.29. num.8.lib.2. vbi &
eiuſdem ſententiæ recenſet Bartolum. Et ſi neceſſaria eſt
hæredis aditio, ſequitur inde perſeuerantia, quia ſemel
factus



factus hæres, nũquã eſſe deſinit.§.1.Inſt.de fideicõ.hære.l.
reſtituta.ff.ad Trebell. cum vulgatis ſimilibus. Quocircà
in caſu Ancharani aliud dicendum eſſet, ſi antiquiores
illi adiuiſſent hæreditatem, & cum eo nomine mortui
fuiſſent. Quòd autem hic ſit caſus Ancharani, vel ex eo
conſtat, quòd Ancharanus diſputat & contendit, illam
diſpoſitionem factam non eſſe caducam: ſentiens ibi agi
de admittendis illis antiquioribus, vt voluntas teſtatoris
effectum habeat. Et ideo illi ſecundi antiquiores admit
tuntur loco, primorum, ac ſi illi in rerum natura nun-
quã fuiſſent. Et ob id eo loci Anch.ait, ibi agi de diſpoſi-
126 tione fauorabili, vt verè fauorabilis † eſt, cùm agitur de
ſuſtinenda teſtatoris voluntate: vt omnes ſcribũt in l.in
teſtamentis, de reg.iur. Alioqui, ſi Ancha. intellexiſſet
de fideicommiſſo extendendo erraſſet: cùm tũc materia
odioſa ſit, vt ſcribit Craue. conſi.180.nu.2. verſi. ſecundò
reſpondeo. qui, dum Ancharanum aliter, & fortè malè
intellexit, eum reprehendit. Prætereà, ſi intelligeremus
Ancharanum loqui de extendendo fideicommiſſo ad a-
lios antiquiores poſt illos primos, ſuum reſponſum erit
dubitabile. Primò, quia opus eſſet dicere, ſubſtitutio-
nem fideicommiſſariam extendi de perſona ad perſonã,
quæ ſanè extenſio non conceditur. l. ſi quis ita. §. pen: ff.
de teſtam. tutel. Et in ſpecie, hac ratione, àb Ancharano
diſſentit Crau.conſi. 161. nu.11 qui.nu.12. ſubiungit & ſe-
cundam, & nu. 13.14. alias adiicit. Et idem Craue. conſi.
180. aliis improbat Ancharani opinionem vt apud eum.
127 Non obſtat vltimum, quòd verbis † imperſonalibus
conceptum ſit hoc fideicommiſſum, & quòd ob id faci-
lius tranſit.d.l. pater.§. quindecim, de lega.3. quia reſpõ-
detur, D. Marianum donatorem non eſſe vſum verbo,
relinquatur, vel relinqueretur, quòd ſui natura ob imper
ſonalitatem actum ſucceſsiuum ſignificare videtur: ſed
vſus eſt verbo transferatur. quod actum momentaneum
oſtendit. ita gl. in l. ſi cùm fundum venderes, in verbo
tradat.ff.de contrah. empt. & in glo. magna.ff de pactis.
& in l.3.§. vnde vi & vi arma. Et egregiè Angelus conſi.
34. Conſtantinus nu.5.& num.8. vbi ait, quòd ſi in condi-
128 tione † verſatur rem tradi, non dicitur conditio illa ha
bere tractum ſucceſſiuum. ita etiam rem reſtitui, vt ſcri-
bit Iaſon in l.ait prætor.§.ſi petitor.nu.5.ff.de iureiuran-
* do. vbi hãc eſſe * communem opinionem teſtatur. Cùm
ergo Iuliano vltimo, ſeu eius hæredibus à donatore im-
poſitum fuerit anus transferendi bona donata in deſcen
dentes Bartholomæi, ſatisfactum eſt conditioni, nec re-
quiritur perſeuerantia, cùm ſit impoſitum, factum, quod
temporis momento expediri potuit. Accedit, quia dixit
129 † donator, transferatur ipſo iure: nam dictio ipſo iure,
cùm directam ſubſtitutionem ſignificet, Ripa l.Centu-
rio.num.182.de vulg. dilationem nõ adeſſe, nec tractum
temporis ſignificat. Prætereà & ſecundò reſpondetur,
quòd tunc demum hæc verba imperſonalia operantur ef
fectum, vt perpetuò in familia bona ſint, cùm antecedẽti
prohibitioni negatiuæ appoſita fuit cauſa iuſta, vt ſi di-
ctum ſit, prohibeo ne bona mea extra familiam alienan-
tur, quia volo cõſeruari in familia. ita cẽſent omnes quos
ſuprà retuli in reſponſione ad quartum fundamentum.
130 † ita loquitur Cumanus in d. l. vnum ex familia. §. ſed
etſi fundum.num.3.de leg. 2. Quæ ſanè cauſa hîc deficit.
His opinor ſatis conſtare, nullam ſubſtitutionem fidei-
commiſſariam eſſe conſtitutam inter hos deſcendentes:
& per conſequens has fœminas à maſculis non excludi.

Iacobus Menochius I.C.

## SVMMARIVM.


1 *Teſtator difficilius de rebus ſui hæredis quàm de proprijs diſpni.*
2 *Hæres grauatus reſtituere hæreditatem, intelligitur de hæreditate ei à teſtatore illo relicta.*
3 *Legatum factum poſt vniuerſale fideicommiſſum, cum ipſo fideicommiſſo debet reſtitui.*
4 *Legatum quando iure hæreditario peti poſſit.*
5 *Dictio item, repetitiua.*
6 *Legatum ſubiacere reſtitutioni cùm relinquitur fideicommiſſum ſub nomine bonorum & hæreditatis.*
7 *Fideicommiſſum tractum ſucceſſiuum habere.*
8 *Legatum iure reſtitutionis relictum, venire in reſtitutione fideicommiſſi.*
9 *Dictio, vt infrà, ad ſequentia omnia refertur.*
10 *Legatum ſubiacere reſtitutioni fideicommiſſi cũ eadem ſub forma, qua fideicommiſſum eſt relictum.*
11 *Legare nemo poteſt ſibiipſi.*
12 *Verbum imperſonaliter prolatum referri æquè ad legata, vt ad fideicommiſſa.*
13 *Legatum venire in reſtitutione fideicommiſſi, cùm perpetuò bona ſunt in familia conſeruanda.*
14 *Indefinitam æquipollere vniuerſali.*
15 *Agnationis conſeruandæ ratio tam in acquirendis quàm in acquiſitis habere locum.*
16 *Ratio vbi eadem eſt ibi & idem ius.*
17 *Bona remittens vbi ſubiecta ſunt fideicommiſſo, fateri dicitur fideicommiſſum.*
18 *Legatum an veniat ſub reſtitutione fideicommiſſi à coniecturata voluntate teſtatoris.*
19 *Legatum ſingulare non venire in reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis.*
20 *Verbum, bona, eſſe vniuerſale.*
21 *Legatum quando relinquitur poſt fideicommiſſum, non venit regulariter in reſtitutione fideicommiſſi.*
22 *Gloſſa l. Marcellus. §. quidam liberis. ff. ad Trebellia. declaratur. & num. 72.*
23 *Ordo ſcripturæ quando in legatis & fideicommiſſis attendatur.*
24 *Legatum maximi valoris venire in reſtitutione fideicommiſſi.*
25 *Incluſio vnius, alterius eſt excluſio.*
26 *Confirmatio vnius eſt alterius infirmatio.*
27 *Teſtator vocans aliquos, alios dicitur excludere.*
28 *Fideicommiſſo includuntur ſimilia.*
29 *Augmentum operari non debet diminutionem.*
30 *Incluſione vnius quando aliud non excludatur.*
31 *Socinus. Sen. in l. Marcellus. §. quidam liberis. col. 1. verſi. tertiò conſidera. ff. ad Trebellia. declaratur.*
32 *Teſtator legans fundum & viginti, ſi vult reſtitui bona ad eum peruenta exceptis viginti, an etiam fundus ſit exceptus.*
33 *L. Lucius. §. pluribus. ff ad Trebell. declaratur.*
34 *Teſtator ſi vna parte teſtamenti fecit mentionem maſculorum, quod de iiſdem in altera intellexit, ex Abbatis opinione.*
35 *Sed econtrà, Ancha. & alij plures.*
36 *Quod declaratur ex diſtinctione* Decij.
37 *Agnationis conſeruandæ ratio quo in caſu locum habeat.*
38 *Verba ad literam cùm intelligi debent, omnis interpretatio excluditur.*
39 *Conditio appoſita in inſtitutione, repetita dicitur in ſubſtitutione.*
40 *Extenſio de perſona ad perſonam nec de caſu ad caſum fit in ſubſtitutionibus.*
41 *Extenſionem omnem ceſſare cùm verba ad literam debent intelligi.*
41 *Fideicommiſſi onus ad alios non extendi.*
43 *Dictio, dictos, reſtrictiua.*
44 *Cõditio poſita in inſtitutione reſtricta ad certum caſum, non dicitur repetita in ſubſtitutione.*
45 *Relationem fieri ad proxima.*
46 *Conditio dicitur repetita in ſubſtitutione cùm alias plus videretur relictum ſubſtitutis quàm inſtitutis.*
47 *Qualitas maſculinitatis quando in alia parte teſtamenti ſit repetita.*
48 *Ibidem declaratur.*
49 *Conditionem appoſitam in fideicommiſſo non cenſeri repetitam in legato.*
50 *Etiamſi conditio & qualitas vtrique conueniat.*
51 *Item cùm rerum eſt diuerſitas.*
52 *Item quando actus fauorabilis reſtringeretur.*

53 Legatum agnatis factum eſſe fauorabile.
54 Legata non eſſe ſtrictè interpretanda.
55 Repetitionem conditionis in odioſis non fieri.
56 Clauſula appoſita in principio, quando in fine repetita dicatur.
57 Legata poſt fideicommiſſum relicta nõ venire in reſtitutione fideicommiſsi.
58 Capra conſi.119.declaratur.
59 Iaſon conſi vlt.lib.4.declaratur.
60 Teſtatorem æquè poſſe de re hæredis ac de propria diſponere.
61 Baldus conſi.239.lib.2.declaratur.
62 Corneus conſi. 05.lib.2.declaratur.
63 Hæreditario iure quando capere quis dicatur.
64 Expreſſo eorum quæ inſunt, nil operatur.
65 Pretiũ rei ſubiacet oneri reſtitutionis, vt & ipſa res ſubiacebat.
66 Prælegatum quando in reſtitutione fideicommiſſi veniat.
67 Decius conſi.425.nu.16.declaratur.
68 Decius. conſi.597.nu.7.exponitur.
69 Guido Pap.q.461.interpretatur.
70 Ruin.cconſi.120.nu.13.lib.3.declaratur.
71 Dictio, vt infrà, reſtrictiua.
73 Ordo ſcripturæ ceſſat ob mentem contrariam teſtatoris.
74 Proprietas verborum ſeruanda.
75 Etiamſi præſumptio repugnet.
76 Maximè, cùm verba ſunt clara.
77 Verbum, lego, ſignificare interdum hæredis inſtitutionem.
78 Contrarium verius etiamſi adiectum ſit vniuerſitati bonorum.
79 Verbum magis potens trahit ad ſe minus potens.
80 Verbum inſtituo, ad ſe trahit verbum, lego.
81 Dictio, item, repetitiua.
82 Dictio, vt infrà, non referri ad ſeparata.
83 Pariſ.conſi.94.nu.53.lib.2.declaratur.
84 Legatarius & hæres an ſimul quis eſſe poſſit.
85 Clauſula, omni meliori modo, &c. quid in prælegatis operetur,
86 Verbum, ſubſtituo, de ſe nil ſignificare.
87 Alex.con.25.lib.1. declaratur.
88 Hieronymi Zanchi doctrina declarata.
89 Legatum quãdo ex ordine intellectus ſubſequitur fideicommiſſum, an veniat in reſtitutione fideicommiſſi.
90 Legatum ab hæreditate ſeparatum, non venit cum ea reſtituendum.
91 Bona poſita ſub fideicommiſſo intelliguntur de exiſtentibus eo tempore.
92 Raphaelis Comenſ.conſi.3.aduerſus communem reiectum.
93 Agnationis conſeruandæ ratio ſolùm ſpectat quoad bona, quib. onus fuit adiectum.
94 Erronea aſſertio non nocet.
95 Dominus rem ſuam ab altero erroneè recognoſcens, ſibi non præiudicat.
96 Cenſum de re propria ſoluens per errorẽ rem cẽſuariã non facit.
97 Caſtrum proprium vt emphyteuticum ab eccleſia per errorem recognoſcens, ſibi non præiudicat.
98 Rem propriam recognoſcens vt feudalem ab eccleſia per errorem, non facit præiudicium.
99 Dominus aſſerens rem ſuam eſſe feudalem vel cenſuariam, præſumptionem inducit, rem ita eſſe.
100 Præſumptio nil operatur, cùm veritas apparet.

## CONSILIVM LXXXVI.

In eadem cauſa præcedentis reſponſi.

# Initium à Domino.

DVBITARI adhuc contingit in eadem cauſa magnificorum dominorum de Fenarolis, Brixienſiũ, an bona de Rudiano, poſt vniuerſale fideicommiſſum conſtitutum in ſuo teſtamento à D. Mariano de Fenarolis, legata reſtitutionis oneri ſubiaceant. Qua in re prima (quod aiunt) facie dicendum videbatur, ſubiacere.

1 Primò, quia clari iuris eſt, † teſtatorem difficilius de rebus hæredis quàm de propriis diſponere & teſtari: quemadmodum ſenſit Baldus conſil. 239. Laurentius, verſi. modò quæritur. lib.2. dum reſpondit, in dubio diſpoſitionẽ teſtatoris non trahi ad bona hæredis. Baldum
2 ſecutus eſt Craue. conſil.144. num.8. qui reſpondit, † grauatum reſtituere hæreditatem, intelligi de hæreditate ei obuenta à teſtatore, non autem de alia. Atqui noſtro in caſu iam cernimus, D. Marianum teſtatorem, relinquẽdo acquirenda per ipſomet hæredes, voluiſſe illa reſtitutioni ſubiacere: ſicuti oſtendunt verba illa teſtamenti, dum teſtator aſſignat portionem hæreditatis Bartholomæo, ibi, Item in omnibus bonis, iuribus, actionibus & liuellis acquiſitis per ipſum Bartholomæũ ab anno 1508. citrà, & in futurum per eum acquirendis, &c. & paulò poſt, dum aſſignat portionem Io. Iacobo & Nicolao, ibi, Item in omnibus bonis, quæ acquirentur per ſupraſcriptos Io. Iacobum & Nicolaum, &c. Si voluit teſtator acquirenda per hæredes ſubiacere reſtitutioni fideicommiſſi, ergo à fortiori dicendum videtur voluiſſe ſubiacere acquirenda per ipſummet teſtatorem.

Secundò, vt huic opinioni conſentirẽ, me non parum mouebat, quòd teſtator hic cauit per eum acquirenda eſſe inter ipſosmet ſuos hæredes diuidenda: atque ita videtur à ſingulis eorum legaſſe, nempè, vt vnuſquiſque ſuam portionem iure ſuo hæreditario conſequi poſſet.
3 Quo fit, vt hoc † legatum ſubiaceat reſtitutioni, ex *
* communi Doctorum ſententia; qua affirmant, quòd etiamſi legatum ſubſequitur vniuerſale fideicommiſſum, ſubiacere tamen reſtitutioni: cum hæres legatum illud ex propria perſona capit. Ita reſponderunt Corn. conſi.105. col.2. lib.2. Rui. conſi.130. nu.10. lib.3. & Riminal. conſi.248. in fi. lib.2. Et ſcribit Alex. in l. Titia, primo notab. ff. ad l. Falci. & hos ſecutus eſt bene eruditus Hieronymus Zanchus in repe. l. hæredes mei. §. cùm ita. nu. 429. ff. ad S. C. Trebell. quo loci eiuſdem ſententiæ recenſet Oldradum & Ripam.

Tertiò huc ſpectat, quòd teſtator ſpeciatim legando à ſe acquirenda, legaſſe dicitur portionem vnam, quam iam in ipſa hæredis inſtitutione complexus fuerat. Hoc vel ex eo patet; quoniam ſi ſolùm dixiſſet teſtator, inſtituo filios meos in omnibus bonis meis, etiam venirent bona per teſtatorem acquirenda vſque ad eius mortem, quo tempore teſtamẽtum confirmatur. Ita ſcribunt omnes in l. quoties. C. de hæred. inſti. Et eſt iuris abſolutiſſimi. Quod ſi verum eſt, ſequitur & hæc bona acquirenda ſubiacere reſtitutioni, ex ſingulari doctrina Caſtr. conſi. 121. Viſa quadam petitione, col.2. lib.1. quem ſecutus eſt Zanchus in d. §. cùm ita. num.448. inquit Caſtrenſis, aut
4 quiſquis is eſt, quòd † quando aliqua hæreditatis prælegatur portio, quæ detrahitur ex tota portione, in qua ipſe hæres priùs fuerat grauatus, portionem illam iure hæreditario capi, & per conſequens in fideicommiſſi reſtitutione venire.

Quartò maximè vrgere videtur, quòd qualitas & conditio reſtitutionis videtur repetita in hoc legato. Nã hoc legatũ immediatè ſubſequitur legatum factum Bartholomeo, cui teſtator legauit facultatem retinendi & affrancandi bona de Paſſirano & Paterno relicta Baptiſtæ: ea tamen adiecta conditione, quòd pretium ſit ſub fideicommiſſo. Deinde legando bona à ſe ipſo teſtatore acquirenda, ſubijcit in hæc verba: Item legauit, voluit
5 & mandauit, &c. Dictio † item, eſt repetitiua omnium præcedentium qualitatum & conditionum. l. in repetendis, de leg.3. vbi Bart. & ſcribit Gomeſ. in §. æquè. nu.19. Inſtit. de actio. ergo (vt dixi) qualitas & conditio reſtitutionis repetita dicitur & hoc in caſu.

Quintò in hanc opinionem me adducebat: quòd li-
* cèt recepta * magis videatur opinio illa; legatum non venire in fideicommiſſi reſtitutione; quando fideicommiſſum, vel ſub nomine hæreditatis tantùm, vel ſub nomine bonorum



ne bonorũ cõſtituitur: attamẽ cùm ſub nomine hæredi-
6 tatis bonorũ † ſimul fideicõmittitur, etiam legatũ dicitur contineri. Ita decidit Guido Pap. q. 461. & reſponderũt Dec. conſi. 425. numero 16. & conſilio 597. numero 7. Ruinus conſilio 120. numero 12. lib.3. Pariſ. conſilio 18. numero 15. lib.3. & Craue. conſil. 294. nu. 1. Idem ſcripſerũt Duran. de arte teſtandi, tit. 5. cautela 28. nu. 4. & Zanchus in d. l. hæredes mei. §. cùm ita. nu. 444. ff. ad Trebell. Atqui in hæredum inſtitutione ita locutus eſt D. Marianus teſtator. Ita quòd perpetuò bona & hæreditas dicti D. teſtatoris, &c. ergo ſenſit teſtator, etiam hoc legatum eſſe ſub fideicommiſſo comprehenſum.

Sextò mouebar argumẽto dicto ex doctrina Ripæ in l. hæredes mei. §. cùm ita. nu. 49. ad Treb. à qua nõ diſſentit Ruin. conſil. 120 libro 3. inquit Ripa, quòd opinio illa gloſſæ & Doctorum in l. Marcellus. §. quidam liberis. ad Trebell. quod ſub fideicommiſſo non continetur legatum relictum poſt onus iniunctum reſtitutionis, non procedit, quando illud eſt relictum ſimpliciter, atque ita
7 à morte teſtatoris cedit: † fideicommiſſum autem habet tractũ futurũ, vt putà, ſi dixerit, ſi hæres inſtitutus, vel eiuſdeſcendẽtes ſine filiis maſculis morerẽtur. Nã (inquit Ripa) eſt ordo intellectus, vt ſtatim à die mortis teſtatoris cedat legatum, fideicommiſſum verò ſequatur, quòd per plures annos poſtea, prout tulerit caſus, verificari poteſt. Et hoc in caſu non obſeruatur ordo ſcripturæ, ſed illi antefertur ordo intellectus: atque ita legatum hoc continebitur ſub fideicommiſſo, etſi ſcriptura poſterior fuerit. Et huius opinionis, recenſet Ripa, fuiſſe Bar. in l. Scæuola, & in l. omnibus. §. qui ſuſpectam. ff. ad Trebel. Quia ſanè iuris ſententia diffinitus videtur caſus hic noſter: ſiquidem dicti hæredes à die conditi teſtamẽti citra acquiſiuerunt dominium bonorum omnium, quæ tempore mortis teſtatoris reperiebãtur. & tamen quinquaginta ab hinc annis euenit fideicommiſſi conditio. Atque ita licèt in ordine ſcripturæ præcedat grauamen, in ordine tamen intellectus ſubſequitur: & per cõſequens etiam legato iniunctum videtur.

Septimò ſuadetur hæc opinio hac argumentatione:
8 Quæ inſtitutionis iure † relinquuntur, veniunt in fideicommiſſo. ita in ſpecie reſpondit Curtius Iun. conſi. 13. num.5. verſic.2. principaliter. & idem ſcribit Zanchus in d. l. hæredes mei. §. cùm ita. num. 447. ad Trebell. Atqui bona hæc non iure legati, ſed inſtitutionis, atque ita iure hæreditario relicta fuerunt, ergo in fideicõmiſſi reſtitutione veniunt. Illa minor propoſitio multis probari videtur. Primò, quia teſtator in principio dixit, in omnibus ſe inſtituere filiũ & nepotes pro portionib⁹
9 aſſignatis, vt infrà. Quæ ſanè dictio, † vt infrà, ſignificat omnia ſequentia, quorum facta eſt diuiſio. l. in venditione. ff. de actio. empti. §.1. Inſtit. de gradibus. Bart. in l. Gallus. §. idem credendum. nu.8. de liber. & poſthum. & gloſſa in cap. ſicut, de appella. ergo & adhæc bona, quæ æqualiter diuiſa fuerunt, refertur, & per conſequens æquè ac iam acquiſita iure hæreditario relicta dicuntur.
10 Secundò confirmatur, quod ex quo eadem † eſt diuiſionis forma; eodem titulo omnia relicta videntur, hoc eſt, inſtitutionis. Ita Pariſius conſ.94. nu.53. lib.2. etiamſi teſtator vſus ſit verbo, lego. Eandem eſſe diuiſionis formam apparet, quia iam acquiſita diuiſit teſtamentor in ſtirpes, & non in capita: relinquendo vnam dimidiam Bartholomæo filio, & alteram dimidiam Io. Iacobo & Nicolao nepotibus. Ita pariter acquirendo voluit diuidi in ſtirpes, & non in capita. Tertiò huc ſpectat, quòd eiſdem fermè verbis vſus eſt teſtator quò ad alia bona, ſi quæ tẽpore teſtamẽti habebat, quorũ portionem nõ aſſignaſſet. Dixit enim, & ſi quæ alia liuella, poſſeſſiones & bona reperientur in hæreditate prædicta, de quibus non ſit facta mentio, ea communiter diuidantur, & diuidi debeant pro dimidia inter dictum Bartholomæum & Io. Iacobum ac Nicolaum. Et cùm ratione horũ bonorum ſint ij inſtituti, non autem effecti legatarij, idem dicendum eſt, de his acquirendis. Quartò magis vrgere videtur, quòd hi quò ad hæc bona legatarij dici non poſ-
11 ſunt: quia cùm nulli alij ſint † hæredes vniuerſales, à ſe ipſis ſibi ipſis legari non potuit. l. legatum. §. hæredi. l. qui filiabus. in fine. de lega. 1. & l. in fideicommiſſariam. §. vlt. ff. ad Trebell. Et reſpondit Pariſ. conſi.79. in prin. lib. 2. Et præſertim, cùm æqualiter inſtituti ſint, & tantum vnus daret alteri cohæredi, quantum ab eo acciperet.

Octauò accedit, quòd hoc fideicommiſſum relictum
12 eſt per verbum, ſubſtituto, quod ſanè † verbum, imperſonaliter prolatum ita adaptari poſſe videtur ad relicta particularia quam ad vniuerſalia: & ideò omnia ſub hoc fideicommiſſo contineri videtur. Ita reſponderunt Rui. conſ.152. nu. 6. lib.3. & Cur. Iun. conſ.13. col.1. quos ſecutus eſt Zanchus in d. §. cùm ita. nu. 375. Quibus accedunt Boer. q. 280. nu. 2. & Pariſi. conſi. 18. nu.17. lib.3.

Nonò nõ mediocriter vrgere videtur clauſula illa in eo teſtamento adiecta. Ita quòd bona & hæreditas teſtato-
13 ris † perpetuò deueniant in deſcendentes maſculos, &c. Quæ ſanè clauſula ſignificat, omnia quæ erant ipſius teſtatoris tempore eius mortis ſub fideicommiſſo comprehenſa. Ita reſpondit Corneus conſ.3. Teſtator B. cui ſubſcripſit eo loci Fulg. & quos ſecutus eſt Duran. de arte teſtandi, titul. de ſubſtitutio. cautel.28. in fine. Et ſcribunt
14 relati Doctores, indefinitam æquipollere † vniuerſali. Quo fit vt ſi vniuerſalia eſſent verba, etiam prælegata continerentur ſub fideicommiſſo. l. cùm virum. C. de fideico. Alex. in l. Marcellus §. quidam liberis. nu.2. verſic. limitatur. ff. ad Trebell. & Dec. conſil.254. col.2. & conſ. 597. numero 7.
15 Decimò accedit, quòd voluit teſtator bona † conſeruari in agnatione & familia. Quæ ſane ratio locũ etiam
16 habet in bonis acquirendis, cum adſit eadem † ratio, ergo idem ius ſtatui debet. vulgata l. illud, in princi. ff. ad l. Aquil. Et ſi teſtator fuiſſet interrogatus, ita reſpondiſſet, ſicuti in ſpeciè conſuluit Pariſ. conſ. 79. num.26. lib.2.

Vndecimò & vltimò confert, quòd ſub ann.555. fratres iſti in iudicio egerunt contra hæredes Iuliani poſthumi, ab illis petendo dimidiam bonorum prædictorum de Rudiano, tanquam ſubiecta fideicommiſſo ex hoc teſtamento D. Mariani: tandem inter eos fuit tranſactum,
17 relaxatis his bonis. Quo fit vt fratres hi confeſsi † videãtur, dicta bona eſſe ſub fideicommiſſo, iuxta l. non intelligitur. §. tacitè, iuncta gloſſam in verbo probationibus, de iure fiſci. vbi Bart. Et reſpondit Socin. Sen. conſi. 82. verſ. ſecunda concluſio, lib.3. Hæc me hæſitantem reddebant.

Re tamen ipſa diligentius perpenſa, in eam deſcendo ſententiam, legatum hoc bonorum acquirendorum per teſtatorem non ſubiacere oneri reſtitutionis. Quod vt dicam, multis rationibus adducor. Illud tamen ante om-
18 nia dicam, hanc diſceptationem à † coniecturis pendere poſteaquam teſtator clarè non diſpoſuit. ita in ſpecie affirmatur Dec. conſi.80 col.3. & Siluanus conſ.19. num. 24. quos probauit Zanchus in d. §. cùm ita. nu.368. Quibus accedunt Rui. conſi.120. nu 15. li.3. Pariſ. conſ.79. nu. 15. li.3. & Soc. Iun. conſ 107. nu.35. & nu. 41. lib. 3.

Primò ea coniectura in hanc adducor ſententiam, quòd hic teſtator verbis vniuerſalibus fideicommiſſum conſtituit, dum grauauit ſuos hæredes reſtituere hæredi-
19 tatem ſuam: & idem fecit † legatum ſingulare bonorum acquirendorum, innuens legatum hoc, vti à fideicommiſſo ſeparatum ſub eo non contineri: cùm hæreditatis appellatione non veniant legata. Ita declarat gl. l. Marcellus. §. quidam liberis. ff. ad Trebell. quam ſecuti ſunt ibi Bart. nu.4. Soc. Sen. nu. 2. Alex. in l. hæredes mei. §. Cùm ita. in tertio nota. eo. & ibidem Zanchus. nu.415. te-
* ſtatur eſſe * communem opinionem. Et eo loci recenſet eiuſdem opinionis Oldradum & Decium. idem probarunt Rui. conſi.65. nu.16. lib.2. Soc. Iun. conſ. 107. lib. 3. Bero. conſi. 81. num. 14. lib. 2. Portius conſ. 6. nu. 26. &
20 Ceph. conſ. 259. nu.18.23. lib.2. ita pariter † verbum bone.

vt vniuerſale non comprehendere legatum tradũt Bart. & Soc. d. §. quidam liberis. Rui. conſi. 120. nu. 13. lib. 3. & Zanchus d. §. cùm ita, nu. 398. verſ. quarta declaratio. Nec aduerſatur, quòd vtroque verbo ſimul vſus ſi teſtator, quoniam infra ſuo loco reſponſum adferam.

Secundò moueor ex illa coniectura, quòd hîc præce-
21 dit † fideicommiſſum, & legatum ſubſequitur, quo in
* caſu * recepta magis eſt doctorum opinio, legatum ſub fideicommiſſo non contineri. ita communem hanc eſſe opinionẽ teſtatur Zanchus, d. §. cùm ita. nu. 497. qui huius opinionis recenſet glo. d. §. quidam liberis. & ibi Socin. & Claud. Seyſel. column. 1. Alex. l. Titia. 1. nota. ad l. Falci. Capram. con. 119. Corneũ. cùm virum. C. de fidei. Dec. conſ. 80. col. 1. & conſ. 81. nu. 3. Ripam d. §. cum ita. num. 48. & Crau. conſi. 295. in 4. dubio. quibus etiam accedunt Soc. Sen. con. 31. nu. 8. li. 4. Rui. conſ. 117. nu. 13. lib. 2. Dec. conſi. 254. nu. 6. Boer. q. 280. num. 8. Pariſ. conſ. 79. nu. 3. 11. lib. 2. & conſ. 18. nu. 15. li. 3. Bero. conſ. 81. nu. 22. lib. 2. & Portius d. conſ. 6. nu. 27. Nec habenda eſt ratio eorum, qui diſſentiunt, quorum in numero fuit Salic. in d. l. cùm virum. colu. 2. C. de fideic. ibi Coraſ. nu. 39. Soc. Iun. conſi. 107. nu. 40. lib. 3. Corn. cõſ. 228. in fi. li. 4. Nec enim in iudicando à communi opinione, auctoritate tãtorum patrum confirmata, tutò recedere lice. Non etiã obſtat quòd relata gloſſæ & ſequacium opinio non pro-
22 cedat, cùm conſtat de † contraria voluntate teſtatoris, vt in ſpecie reſpondit Rui. conſi. 120 col 3. lib. 3. quia reſpondetur, hîc non conſtare, aliam fuiſſe volũtatem teſtatoris, quàm quòd hoc legatum ſeparatum ſit ab hæredis inſtitutione. Et aliud iudicandum ſit de legato, quàm de relictis in inſtitutione hæredis: vt etiã infra in reſpõſione ad ſextum argumentum dicemus. Non quoque repugnat
23 quòd dicetur, tunc † ordinem ſcripturæ attendi cùm conformis eſt rationi communi. ita Bal. in l. veluti. nu. 7. de iuſt. & iure. Sed à ratione videtur remotum, quòd teſtator velit imponere onus ſuper bonis acquirendis ab hæredib. & non ſuper ſuis: quia reſpondebimus infra reſponſione ad vltimum. Et quòd dicitur, bona hæc eſſe
24 † maximi valoris, & ob id præſumi contineri ſub fideicommiſſo, vt tradunt Dec. conſil. 254. col. 2. verſic. &
* vlterius Ruin. conſ. 116. col. 4. lib. 2. & * cõmunem dixit Zanchus in d. §. cùm ita nu. 437. Et his accedit Soc. Sen. trac. fallen. reg. 165. fall. 1. Reſpondeo vno verbo, quòd licèt hæc bona ſint alicuius valoris, non tamen vniuerſam hæreditatem vel maiorem eius partẽ complectuntur, vt loquuntur relati Doct.

Tertiò ſuffragatur illa coniectura, quæ deſumitur ex eo, quòd teſtator hîc iam ſpeciatim aliqua bona expreſsè fideicommiſſo ſubiecit, vt bona illa acquirenda ab ipſiſmet hæredib. viuente teſtatore: & pretium, ꝙ numeratũ eſſet à D. Bartholomæo in affrancatione bonorũ de Parerno & Paſſinaro, ita & cætera bona longa ſerie enumerata. Cùm ergo teſtator hæc bona ſub fideicommiſſo incluſerit, & non hæc legato comprehenſa, cenſetur exclu-
25 ſiſſe hæc ipſa legata à fideicommiſſo, cùm † vnius incluſio ſit alterius excluſio. l. cùm Prætor. §. 1. de iud. c. nonne. de præſum. Hinc dixit Bart. in l. legata inutiliter, è leg.
26 l. quod vbi † aliqua probantur vel confirmantur, è contra alia improbata cẽſeri. ex l. tribunus. §. vlt. de milit. teſ. Soc. Sen. conſi. 258. col. pen. verſi. iſta concluſio lib. 2. confert à fortiori quod ſcribit Crotus in l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 94. verſi. 2. fallit, de verb. ob. quòd ſi in caſu eſt remiſſum fideicommiſſum, in altero non cenſetur remiſſum, ex hac regula, quia vnius incluſio eſt alterius excluſio, dicta l. cùm Prætor. ſi hoc contingit in remiſſione fideicommiſſi, quæ eſt fauorabilis. Ergo à fortiori in conſtõe, quæ odioſa eſt, vt mox ſubiiciam. Et ad rẽ maximè ſpectat qđ iſi lit Alex. cõſ. 157. n. 9. verſ. qui li. 6. vbi ex re-
27 gula. d. l. cùm Prætor, inquit, ꝙ ſi † teſtator certis in caſib. ſubſtituit, & alios omiſit, in illis omiſſis vr̃ potius cõtrariã diſpoſitionẽ locũ hẽre. huic ſimile eſt quod tradit Caſ. in l. cũ acutiſſimi. nu. 6. C. de fideicõ. quẽ ſecutus eſt Soc. Sen. conſi. 150. col. 23. verſic: ad hoc benefacit. lib. 1.

Nec repugnat, quod huic fundamento reſpondetur. Et primò retorquendo illud ex declaratione Ruini cõſ.
28 116. nu. 9. verſ. nec ob. lib. 2. quòd ſcilicet & † ſub fideicõmiſſo hæc includantur, ex quo & alia his ſimilia incluſa
29 fuerunt. Et expreſſio † facta operari non debet diminutionem. iuxta l. legata inutiliter. ff. de leg. 2. & Alexan. in prin. ita declarare videtur d. l. cùm prætor. Reſpõdetur, verius excluſa à fideicommiſſo præſumi poſtquam in dubio ſumenda eſt interpretatione fideicommiſſum inducatur: vt iam copioſè ſuis locis dictum fuit. Nec hic (vt Ruinus dicebat) diminutionem operatur, cùm nunquã hoc legatum fuerit comprehenſum ſub fideicommiſſo, ob id priuatio non datur, cùm habitus non præceſſit. l. decem. de verb. obl. cum vulgatis ſimilibus.

Non etiam refragatur quod ſecundò dicitur, regulam
30 l. cùm prætor, non procedere, cùm illud † quod excluſum videtur, alia ratione & iure includitur, vt declarat Dec. in conſi. 190. col. pen. & idem in l. in 3 lectu. num. 84. ff. ſi cert. pet. Siquidem reſpondetur vno verbo, non reperiri in hoc teſtamento quòd bona hæc ex alia teſtamenti parte includãtur ſub fideicõmiſſo, quod probare debuiſ-
31 ſent aduerſarij. Quod verò ſcribit Soc. † in d. l. Morcell. §. quidã liberis. col. 1. ver. tertio cõſiderat. ff. ad S. C. Trebell. verè nõ obeſt: & quamquam ſubobſcurè admodum loquatur Socinus: ita tamen clarè cum Imol. in l. Lucius. §. pluribus, ad finem. ff. eo. ad S. C. Trebell. poteſt
32 declarari, hac priùs facti ſpecie propoſita. Teſtator † hæredem inſtituit, & illi etiam prælegauit prædia & viginti: deinde eum rogauit, vt reſtitueret Caio quod ad eum peruenit ex bonis ipſius teſtatoris, exceptis illis viginti, dubitatum fuit, an ſub fideicommiſſi reſtitutione veniãt & prædia. Gloſſa in d. §. pluribus, fuit in ea opinione, quòd venirent, ea ratione, quia teſtator, excipiendo illa viginti, quæ noluit reſtitui, voluiſſe videtur, quòd nec prædia reſtituantur: quia excipiendo vnum de prælegatis, videtur excipere & alterum. Hanc rationem gloſſæ reprehendit Imola, quia ſi liceret in caſu d. §. pluribus, argumentari ab exceptione, potius eſſet dicendum (inquit Imola) econtrà, quòd imò prædia eſſent reſtituenda, quia excipiendo atque excludendo à reſtitutione illa viginti, videtur reſtitutioni includere illa prædia. Atque ita Imola potius videtur approbare in hac ſpecie hoc genus argumenti ab incluſione vnius ad excluſionem alterius, & ecõtrà, quàm improbare. Sed tamen quò ad de-
33 clarationem d. §. † pluribus, inquit, hoc non euenire ratione exceptionis, ſed alia potius, nempè, quia ibi teſtator prohibuerat illa prædia alienari, & voluit venire ad ſuperuiuentẽ, & ita (inquit Imola) ſpecialis prouiſio facta fuit ſuper prædiis illis: nõ mirum, ſi nõ continẽtur illa prædia ſub generali diſpoſitione, & ita ſub fideicõmiſſo. Hæc itaque argumentatio ſtat ſolida. Nec etiam ei repugnat, quod docuit Iaſ. in l. qui filiabus. num. 3. de leg. 1.
34 poſt Abb. conſ. 37. lib. 1. quòd † ſi teſtator in vna parte teſtamenti fecit mentionem de filiis maſculis, & in altera ſimpliciter de filiis, illa pars ſimplex intelligitur & declaratur, vt etiam intellexerit de filiis maſculis. Atque ita conſtat ex horum ſententia, non licere argumentari, ꝙ ex quo in vna parte fecit mentionem de maſculis, & nõ in altera, ꝙ in illa, in qua mentionem non fecit, non dicãtur excluſi maſculi, & ita non eſſe locum argumento, quod dici ſolet à tex. l. vnicæ. §. ſinautem ad deficientis. C. de caducis toll. Non inquam hoc repugnat, quando-
* quidẽ * magis † recepta opinio videtur eſſe contra Abbatẽ & Iaſonẽ. Nã ab Abbate in ſpecie diſſentit Anch. cõſ. 120. quem ſecuti ſunt Ruin. cõſ. 93. nu. 15. conſ. 140. nu. 6. conſ. 144. nu. 17. lib. 2. Goza. conſi. 45. num. 2. Curt. Iun. conſi. 49. num. 7. Pariſ. conſ. 38. num. 27. & num. 32. & cõſ. 39. num. 3. lib. 2. Soc. Iun. conſi. 3. num. 42. lib. 1. & Craue. cõſi. 289. col. pen. Cæteros ſciens prætereo. Et ideò argumentum retorquetur, vt dicam in ſeptimo argumẽto. Et licet Decius conſi. 567. in prin. & in ſubſcriptione ad cõ-
ſilium



lium Soc. Iun. conſilio 128. li. 1. diſtinguat, quòd aut colli-
36 gi poteſt † mens teſtatoris, quòd voluerit bona cõſeruari in agnatione: & tunc intelligẽdum eſt, quòd etiã in alia parte teſtamenti ſenſerit de maſculis. Si verò de ea mente conſtat, aliter dicendum eſt. Quam ſanè diſtinctionem probauit Socin. Iun. conſil. 103. col. vlt. lib. 1. & conſil. 158. nu. 94. li. 2. Et quæ ratio conſeruãdæ agnatiõis hîc militare veſter. ergo, &c. Reſpõdetur, non eſſe verum, quòd quò ad prælegata agatur de cõſeruanda agnatione & familia: non enim ratio & cauſa cõſeruationis familiæ fuit in ipſa parte teſtamẽti, in qua prælegatũ hoc ſit, expreſſa; ſed ſolùm in hæredis inſtitutione. Et ob id ab ea ratione duci non poteſt argumentũ. Hanc cõſiderationẽ, ſi rectè perpẽdatur, in ſpecie facit Ruin. conſ. 29. num. 11. verſ. & ideo. li. 2. Et cõferri poſſunt quæ diximus aliàs poſt Soc.
37 Iun. cõſ. 4. nu. 20. in fi. li. 3. & alios plures, quòd ratio † agnationis cõſeruandæ locũ habet in caſu à teſtatore expreſſo, & in quo diſpoſuit. Cum ergo circa prælegatum non diſpoſuerit, eã ob cauſam ceſſat relata conſideratio.

Quartò me multum mouet illa coniectura, quæ exeo facilè colligi poteſt; quòd multis in caſibus (vt iam retuli) teſtator voluit bona relicta eſſe ſub fideicõmiſſo, & tamen de acquirendis à ſe ipſo nihil dixit. Cùm ergo ſine expreſſo onere ſit factũ legatum, onus impoſitum hæreditati ad illud referri non poteſt; quia voluit teſtator ſuã
38 diſpoſitionem ad † literam intelligi prout ſcripta eſt: quo caſu ſtrictiſsima ſumitur interpretatio: vt tradũt Bal. in l. omnes populi. nu. 18. 25. de iuſti. & iure. in auth. ſi qua mulier, in fi. C. de ſacroſ. eccl. & in l. precib. nu. 15. C. de impub. Alexand. l. poſt aditam, nu. 4. C. de impub. & in l. 1. nu. 33. & ibi Socin. nu. 36. de vulga. Iaſ. l. non dubium, nu. 12. C. de leg. Felin. & Dec. in c. tranſlato, de conſtit. & latè declarat Zucchard. in l. vlt. nu. 230. C. de edicto diui Adri. toll. Nec enim hoc in caſu admittitur extẽſio vel cõditionis repetitio, quemadmodũ videmus in ſubſtitutionib',
39 vbi † conditio poſita in inſtitutione non cẽſetur repetita in ſubſtitutione. ita tradunt Soc. in l. quæ cõditio. num. 4. de cond. & demon. Goza. conſil. vlt. numero 4. & Pariſ. conſil. 38. num. 24. lib. 2. Cra. conſi. 161. numero 16. & conſ. 208. nume. 3. qui non alia ratione ſcribunt, quàm quòd
40 ſtrictè ſumitur interpretatio, vt † extenſio de caſu ad caſum de perſona ad perſonam non admittatur. & in ſimili caſu Alc. reſp. 96. num. 29. reſpondit, quòd vbi extat ſta-
41 tutũ quòd † verba intelligantur ad chartam, hoc eſt, ad literam, ceſſare omnem extenſionem, & relationẽ qualitatis & conditionis, que de caſu ad caſum fieri poſſet.

Sextò mirum in modum confert illa cõiectura deſumpta ex illis verbis poſitis in prohibitione alienationis, quæ ita concepta ſunt: Et quòd per eos, vel aliquẽ ex eis dicta bona & hæreditas nunquã vendi, &c. & paulò poſt: Et dicta bona & hæreditas deueniãt, &c. Hæc verba referunt bona illa in inſtitutione diſtributa inter hæredes, eſt fideicõmiſſo ſuppoſita. & illis verbis dicta, quæ re-
42 ſtrictiua ſunt ad iam relata, vtitur. quo fit vt † fideicommiſſi onus illis ſolùm cẽſeatur iniunctũ, non autem alijs deinde legatis: quemadmodum in ſpecie reſpõderunt Siluanus conſi. 49. num 21. Soc. Iun. conſ. 107. num. 45. li. 3. Bero. conſi. 81. nu. 11. lib. 2. Quod ex eo confirmatur, quia vbi fideicõmiſſum eſt iniunctum hæredibus, & dictum eſt reſtrictiuẽ per teſtatorem, & grauo dictos meos hæ-
44 redes, illa dictio † dictos, facit vt illud onus non ſit repetitum à primis hæredibus in ſecundos, ob vim † ſuæ reſtrictiõnis. ita egregiè affirmatur Corn. conſil. 315. nu. 10. lib. 1. conſil. 61. num. 8. lib. 2. & conſil. 279. numero 2. li. 2. Soc. Iun. conſil. 22. numero 30. libro 3. & Craue. conſilio 98. numero 8.

Nec repugnant quæ ex aduerſo obijciuntur. Et primò, quòd ſufficit ex coniecturis colligi mentẽ teſtatoris volentis prælegatũ venire ſub fideicõmiſſi reſtitutione: quia reſpõdet; imò nullã extare cõiecturã, qua hoc ſuaderi & firmari poſsit. Nõ etiã repugnat quod ſecũdò dicitur ꝙ etiã ſi verba prohibitionis ſint reſtrictiua, non tamen illa fideicommiſsi, quod indefinitè eſt factum, & generaliter comprehendit omnia. Reſpondetur, vt dicam infrà in reſponſione ad ſecundum fundamentum aduerſariorum. Non quoque obeſt, quòd imò illud relatiuum, dicta bona & hæreditas, &c. non referatur ad bona ſpecificè ſuprà relata, & corporaliter diuiſa: ſed quòd potius referatur ad illa verba ſuprà immediatè prolata ſimpliciter, bona & hæreditas, &c. Nam ſtatim ſuprà dixerat, Ita ꝙ perpetuò bona & hæreditas dicti teſtatoris deueniant in deſcendentes maſculos: &c. mox ſubiunxit hæc verba. Et quòd per eum vel eos dicta bona & hæreditas
45 nunquam vendi poſſint. Cùm igitur † relatio fieri debeat ad proxima & immediata. l. talis ſcriptura. §. vlt. de leg. 1. cum ſimilib. præſertim quãdo referendo ad omnia præcedẽtia reſtringeretur fauor familiæ, vel aliuqã teſtatore conſideratus. ca. cùm dilecti, vbi Abbas de dona. In caſu noſtro (dicunt aduerſarij) illud relatiuum dicta bona hæreditas, ad clauſulam immediatè præcedentẽ, in qua teſtator non limitatè de corporib. bonorũ. ſ. aſsignatorũ, neque ad ea ſe retulerat, locutus eſt: ſed indefinitè dixerat, ſe velle bona & hæreditatem ſuã cõſeruari perpetuò &c. Nec dixerat ſua ſupraſcripta deuenire, &c. ergo clarè cõſtat ꝙ relatiuũ illud, dicta, nõ reſtringit, nec refert bona particularia aſsignata hæredib. ſed refert in vniuerſum bona omnia & totã hæreditatem ſuam. Reſpondetur huic conſiderationi, ꝙ imò illud relatiuũ, & ꝙ dicta bona & hæreditas &c. refertur ad bona & hæreditatẽ, cuius corpora ſuprà à teſtatore fuerũt ſingulariter aſsignata. Hoc vel ex eo cõſtat, ꝙ ſemper teſtator locutus eſt de illis bonis & hæreditate, cuius corpora ſ. aſsignauerat. Nam aſsignatione facta portionis ſuæ D. Bartholomæo, ita ſubiunxit teſtator: In quibus bonis ſic vt ſuprà ipſi D. Bartholomæo aſsignatis, ipſum D. Bartholomæum ſibi hæredem inſtituit, vt ſuprà, volens de ipſis fore & eſſe tacitum & cõtentum, &c. Ita pariter aſsignatis corporib. partis DD. Io. Iacobi & Nicolai, ita ſubiunxit idem teſtator: In quibus bonis, ſic vt ſ. dictis Io. Iacobo & Nicolao aſsignatis, eoſdẽ Io. Iacobum & Nicolaũ fratres ſibi hæredes inſtituit: & de quib. bonis ipſos voluit & mãdauit fore tacitos & cõtentos pro portione ſibi ſpectãte in bonis & hæreditate prædicti D. teſtatoris. Dubiũ non eſt, quin hactenus ſit locutus teſtator de illis bonis & hæreditate tantũ, cuius ſingularia corpora ſuprà aſsignauerat: cùm ſemper relatiuè de illis loquatur. Hac aſsignatione partium facta ſuis his hæredibus, ſubijcit teſtator ſubſtitutionem, qua vnum alteri ſubſtituit, & copulatiuè ita loquitur: Et quos dictũ Bartholomæum eius filium, Io. Iacobum & Nicolaum nepotes, vt ſuprà, & eorum deſcendentes, &c. ſibi ipſis inuicem & vicisſim ſubſtituit pupillariter, &c. Hæc ſubſtitutio dici non poteſt facta de alijs bonis quàm de iam relatis ſuprà; & aſſignatis in ipſa inſtitutione: quia, ſi de intelligeretur, non eſſet ſubſtitutio, hoc eſt ſecunda inſtitutio, cum nulla eo caſu, quò ad alia bona non aſsignata, præceſſerit inſtitutio. Et hoc ita clarum eſſe credo, vt turpe ſit negare. Subſtitutione ita à teſtatore confecta, ſubiungit ille rationem & cauſam cur ita hos ſuos hæredes inuicem ſubſtituerit, & ait: Ita ꝙ perpetuò bona & hæreditas præfati Domini teſtatoris deueniant, &c. Quæ verba bona, & hæreditas, non de aliis bonis & hæreditate intelligi poſſunt, quàm de bonis & hæreditate illius ſubſtitutionis, cuius confirmationis gratia, cauſam & rationem
46 ſubiunxit: alioqui † ſequeretur, quòd vellet teſtator in deſcendentes plus peruenire ex ſubſtitutione quàm aſſignauerit in inſtitutione. Et in terminis noſtris ita arguit poſt Fulgoſ. conſi. 100. col. 2. Pariſ. conſi. 79. nu. 22. lib. 2. voluit ergo teſtator & bona & hæreditatem illam perpetuò conſeruari, in qua ſubſtitutionem fecit: ſubſtitutio autẽ facta eſt de bonis & hæreditate, cuius corpora ſigulariter aſsignata fuerũt. Ita ergo pari mõ illud relatiuum, Et ꝙ per eos vel aliquẽ ex eis dicta bona & hæreditas, &c. refertur ad bona eadẽ aſsignata ſ. in hæredis

cc inſtitu

inſtitutione, & deinde in ſubſtitutione.
Septimò illa etiam vrget coniectura, quòd in multis
ipſius teſtamenti capitulis ante hoc legatū ſemper appo-
ſuit teſtator expreſsè onus reſtitutionis: ergo illa quali-
tas & cōditio non cenſetur reperita in hoc capitulo lega-
ti, quæ iuris ſentētia probatur ex doctrina Anch.cōſ.120.
dum reſpōdit, quòd ſi teſtator in vna parte teſtamēti fe-
47 cerit menſionē de filijs maſculis, & in † alia parte ſimpli
citer de filijs ſit locutus, ita qualitas maſculinitatis non
cenſetur repetita, & ob id etiā fœminæ erunt cōprehen-
ſæ.cum Ancharano ſenſerūt Alex.conſ.53.li.4.& dixi ſu-
prà, in tertio argumēto.Quibus accedunt plura illis ſimi
lia quæ cōgerunt Zucchardus in l.vlt.nu.82.C.de edict.
diui Adri. toll. latiſſimè Craue. conſi.289.col.pen. verſi.
iam etiam.Soc.Iun.conſi.158.num.40.conſi.160.nu.36. &
conſ.170.nu.29.li.2.idem conſ.71.nu.14.conſi.73.nu.12.&
conſ.136.nu.39.lib.3.cæteros ſciens prætereo. Nec obſtat
48 illa ratio, quòd † qualitas expreſſa in vna parte teſta-
menti cenſetur repetita in altera parte.l.qui filiabus. de
lega.1.quia reſpondetur procedere in diuerſa oratione.
ita Soc.Iun.conſi.128.num.98.li.1.Rubeus conſil.31.nu.6.
& conſi.141.num.4. Goza.conſil.45.nu.1. vel cùm ſumus
in odioſis,vt declarant Dec. conſi. 567. Quibus in ſpecie
addo ita declarantem Zucchardum in d. l.vlt.nu.83.in fi.
& num.84.Soc.Iun.conſi.13.nu.31.lib.1.
49 Octauò huc ſpectat,quòd, ex quo † conditio appoſita
in inſtitutione & fideicōmiſſo vniuerſali non eſt expreſ-
sè repetita in hoc legato de bonis acquirēdis ſeparata o-
ratione facto, non poteſt dici eſſe repetendā,illa ratione,
quia tunc repetitioni conditionis & qualitatis locus nō
eſt,cùm illa qualitas in oratione diuerſa apponitur & ad
ſcribitur, etiamſi aliqua dictio repetitiua adeſſet. ita do-
cuit Bar.in l.in reperendis col.2.verſi. Quandoque eſt i-
dentitas perſonarū & rerū diuerſitas, de leg.3. & clarius
in l.Seio.§.Caio.nu.2.verſi.2.caſu.ff.de fund.inſtru.egre-
giè Bald.conſi.58.In reſtitutione dotis. primo dubio li.2.
Soc.Sen.conſi.22.col.2.verſi. confirmatur.li.3. alios mul-
tos in hanc ſententiā recenſet Craue. cōſ.216.nu.14.verſ.
50 2.reſpondeo.Quod fortius procedit etiā quando † qua-
litas conuenit illis omnibus rebus & actibus, de quibus
agitur.Ita reſpondit Ruin. conſ. 176. col. 5.in fi.lib.2.Ita
etiam ſenſit Alcia.reſp. 96.nu.25. verſi. 5.quia contrarias.
Et conferunt quæ dixi in præcedenti fundamento.
51 Nonò accedit, quòd † conditio, vel qualitas repetita
non cenſetur,cùm rerum adeſt diuerſitas. Ita ſenſit Bar.
in d.l.in repetendis. col.2.ver. quandoq; eſt idētitas per-
ſonarum,& rerum diuerſitas. de leg.3. idem conſi.39. li.
1. Signorol.conſi.116.in fi.& conſ.217.propè finē.Soc.in l.
vlt.col.2.de reb.dubi. & Corn.conſil.129.in fi.lib.2. Sed
in caſu noſtro manifeſta eſt rerum legatarum diuerſitas
à rebus fideicommiſſi. Non ergo appoſita conditio in fi-
deicommiſſo repetita cenſetur in legato.
Decimò ſuffragatur hæc concludens & ſolida ratio.
52 Quando actus † ſequens ſui natura fauorabilis reſtrin-
geretur,ſi præcedens qualitas & cōditio ad eum referre-
tur, referri illa non debent. Ita Inno.& Butr.in cap.cùm
dilecti, de dona.Et in ſpecie ferè Alex.cōſ.48.nu.8.li.1.&
cōſ.158.nu.8.li.6.Iaſ.in l.talis ſcriptura.nu.40.verſi. 6.li-
mit.de leg.1.& Goza. cōſ.80.nu.5. Sed in caſu noſtro le-
53 gatum hoc † fauorabile eſt latè interpretandum, cùm
ipſiſmet hæredibus factum ſit.l. vnum ex familia. §. ſi
rem.de leg.2.argumento ducto à ſenſu contrario. Quod
fortius procedit, ſi vera eſt illa opinio Butrij & aliorum,
quam probat Cagnol.in l.in teſtamentis. num. 6.de reg.
54 iur.nempè, † legata non eſſe ſtrictè interpretanda. Ne
ergo hoc legatum reſtringatur, fieri non debet illa con-
ditionis repetitio. Nam maximè reſtringeretur, ſi ex li-
bero efficeretur ſubiectū oneri reſtitutionis. His acce-
* dit Alci.reſp.96.nu.27.qui* cōmunē eſſe dixit opinionē,
55 quòd in odioſis non conceditur † repetitio qualitatis
& conditionis. Et fideicommiſſa eſſe odioſa & ſtrictæ
interpretationis iam diximus, & infrà in vltima argu-
mentatione dicemus.
Vndecimò confert elegans doctrina Bar.in l.vlt.ff.de
56 reb.dubiis. cùm ſcribit, quòd licèt † clauſula appoſita in
principio,vel in fine,referri ſoleat ad ſequētia vel ad præ
cedentia: attamen non refertur, quando non eſt princi-
paliter per ſe poſita: ſed venit ad qualificandum actum,
cui adijcitur. vt puta, ſi conditio apponitur vni legato,
quia tunc ad aliud legatum non refertur. Et cum Bartolo
idem ſenſerunt Alex. conſi.158. nu.7.lib. 6.Bolog. conſi.
40.col.5. in prin. Dec. conſi.92. num. 1. Soc. Iun. conſi. 3.
num.41.lib.1.& conſi.26.nu.5.lib.3. & Antonius Capici-
us deciſ.108.nu.12. Cùm ergo conditio hæc ſit ad qualifi
candum fideicommiſſum, ſequitur clauſulam hanc non
eſſe repetitam in legato.
Duodecimò,& vltimò huc ſpectat autoritas Capræ cō.
119. circa hoc dubium, Iaſ.conſi. vlti.lib.4. qui in ſpeciè
57 noſtra reſponderunt, † legata poſt fideicommiſſum in-
iunctum facta,non venire in reſtitutione ipſius fideicom
miſsi. Et eo loci Iaſ. in fine reſpondit, ita in dubio eſſe
pronuntiandum.Et Iaſonem ſecutus eſt Soc. Iunior cōſ.
107. num. 50.lib.3. Atque ita etiam dicimus in dubio nō
cenſeri repetitam conditionem in ſubſtitutione vt ex di
recta efficiatur fideicommiſſaria: ſicuti reſpondit Crau.
conſi.208.nu.3. Ea ratione,quòd(vt dixi ſuprà)fideicom
miſſum eſt onus & odioſum, quod reſtringi debet quā-
tum fieri poteſt.Nec aliqua repugnāt quæ aduerſus Ca-
58 pram & Iaſonem obiiciuntur. Et primò † Capram loqui
in caſu, in quo non aderant verba, vt in caſu noſtro: &
in ſpecie non erat illa ratio expreſſa, quòd ſ. voluit teſta
tor bona conſeruari in ſua familia. Reſpondetur ꝙ nec
in caſu noſtro,quò ad hæc bona extant illa verba, nec illa
ratio,vt infrà dicemus.Prætereà,licèt ( vt ab aduerſariis
obiicitur) in caſu Capræ,teſtator ille in codicillis poſt te
ſtamentum conditis reuocauerit expreſsè omne relictū
factum de dictis libris & ſcripturis relictis in teſtamēto
vt mirum non ſit, ſi reuocatum etiam dicitur fideicom-
miſſum,quò ad ipſas ſcripturas:attamen Capra in hac re
uocatione ſuum fundamentum non facit, ſed potius in
eo diſpoſitionis ordine, cui & nos innitimur. Nec ad rē
facit,ꝙ Capra loquatur de ſcripturis,in quib.nō cadit af
fectio,vt conſeruentur in agnatione,quia rūdetur,nec in
caſu noſtro, quò ad bona hæc à fideicommiſſo ſeparata
hāc affectionem cadere. Nō etiam aduerſantur quæ ob-
59 iiciuntur contra † Iaſonem,d.conſi.vlt. Et primò, ꝙ ibi
nō aderat eadē ratio conſeruandi bona in familia. Huic
obiectioni ex relatis patet reſpōſio.Et qđ dicitur, ibi le-
gatas fuiſſe pecunias,in quibus non cadit affectio: reſ-
pondetur,quòd imò cadit,cùm ex eis immobilia acqui-
ri potuerint,Prætereà quòd dicitur, Iaſonem cōſideraſ-
ſe rationem ſeruandæ æqualitatis, quæ hîc non repu-
gnat:reſpondetur,ꝙ nec in caſu illo tanta erat dicta ra-
tio, vt illi ſoli Iaſon fuerit innixus. Non enim erat con-
cludens ratio,ſed perſuaſiua.His conſtat apertè, hoc le-
gatum non ſubiacere oneri fideicommiſſi.
Non obſtant nunc adducta in contrarium. Et ad pri-
mum multipliciter reſpondeo. Primò quòd imò ita faci
60 lè poteſt teſtator diſponere † de re hæredis, vt de pro-
pria:ita inquit glo.§.non ſolùm. Inſt. de leg. Nec refra-
61 gatur † quod reſpondit Baldus,d.conſi.239.& poſt eum
Crauetta,quia illud ea rōne intelligitur,vt minus graue
tur hæres,quod hîc non cōtingit,imò contrariū,qa,ſi le-
gatū ſubiiceretur oneri reſtitutionis, ipſi hæredes multo
plus grauerentur,qa & rē teſtatoris propriā tenerētur re
ſtituere. Prætereà,illi loquuntur,quando teſtator dixit,
quò ſua hæreditas reſtitueretur;quæ ſanè verba ad hæ-
ditatem teſtatoris diriguntur.
Reſpondeo ſecundò,in caſu noſtro nullam eſt diffe-
rentiam inter vnū caſum & alterum. Nam cùm teſtator
grauauit hæredes in bonis ab eis acquirendis, intellexit
de profectitiis,quæ ipſi teſtatori nihilominus effectuali-
ter acquirebātur:nō aūt intellexit de aduētitiis,vel caſtrē
ſib.vel quaſi, qđ vel ex eo patet, qa voluit illa diuidi, vt
eis



eis aſſignauit bona ſua, & eſſet aliàs iniquum quodam-
modo, vt vni acquiſita aliunde eſſent alijs communia, &
præſertim,quia præſumendum eſt,teſtatorem minus vo-
luiſſe grauare hæredē, quantū fieri poteſt.l. vnum ex fa-
milia.§.ſi rem.de lega.2. Rurſus extat differentia, ſiqui-
dem hæc acquirenda à ſe ipſo teſtatore titulo legati reli-
cta fuerunt: illa verò acquirenda ab ipſiſmet hæredibus
titulo inſtitutionis: ob diuerſitatē ergo manifeſtā eſt di-
cendū, cōditionem adſcriptā vni caſui; alteri non cōue-
nire, quemadmodum iam diximus.
Non obſtat ſecundum, quia reſpondeo, Corneum
62 † d.conſil.125.libr.2.& alios d.loco citatos loqui quando
grauamen ſubſequitur legatum. ita declarat idemmet
Zanchus.d.§. cùm ita. nu.432. poſt eundem Corneum in
l.cùm virum.C.de fideicom. Prætereà,non dicuntur hîc
hæredes iſti iure hæreditario capere hoc legatū, ex quo
vnus ab altero illud conſequitur pro ſua portione ſingu-
lis titulo legati relicta. Nec enim in diuiſione ipſa fien-
da vnus ſua manu accipere poterat, ſed à conſocio cape-
re debuit; iuxta diuiſionis & legati naturam. Iure enim
63 † hæreditario capere is dicitur, qui à teſtatore quid titu-
lo vniuerſali conſequitur; non autem ſi titulo ſingulari,
vt legati. ita tradunt omnes in l. in quartam, ibi Bart.
num.6. Ruin.nu.9.& Picus.nu.68. & ibi in terminis no-
ſtris omnium clarius Fernandus Berengarius parte 2.
num.7.ad l.Falcid.
Non obſtat tertium,quia reſpondeo,hæc bona à teſta-
tore acquirenda non eſſe portionē eorum,in quibus iam
hæredes inſtituerat: ſiquidem expreſſim ita bona enu-
merauit & retulit, vt iam illa extabant: & ab illis ſepa-
rauit hæc acquirenda,ita quòd priùs cum illis iuncta di-
ci nō poſſunt. eſſent quidē iuncta, quādo dictū ſimplici-
ter fuiſſet: in omnib.bonis meis hæredes inſtituo filiū &
nepotes meos. & deinde ſeparatim diſpoſuiſſet de illis
acquirēdis, vt eſt in Caſtren. nam tunc è corpore illo ex-
tracta cenſentur: & illa conditio adhuc ineſſe veſter: at
64 in caſu noſtro, vt clarè patet, diuerſum eſt. Rurſus † ex-
preſſio eorum quæ tacitè inſunt, operatur quando aliter
fit expreſſio,quàm ineſt,vt declarant omnes in l.3.de leg.
1.Decius auth.ingreſſi.prima lect.nu.13.C.de ſacroſ.eccl.
Ripa li.2.reſp.ca.32.ita hîc.ſuppoſito enim quòd bona ac
quirēda ab ipſo teſtatore eſſent cōprehēſa in bonis hære-
dib.titul.inſtitutionis relictis,attamē cùm expreſſit titul.
legati expreſſit, atque ita plus operatur, vt ſcilicet nō cō
prehendantur ſub fideicommiſſo, cum ab eo differant.
Non obſtat quartum, quia facilis eſt reſponſio, quòd
licet dictio, item,ſui natura præcedētium qualitatum &
conditionū repetitiua ſit,nihilominus hoc in caſu multis
de cauſis ceſſat repetitio, vt ſ. demōſtrauimus. Accedit,
quòd diuerſa eſt ratio legati facti D. Bartholomæo, de
affrancādo illa prædia, & adiecto onere reſtitutionis in
pretio numerādo D.Baptiſtæ;quia pretiū loco rei ex teſta
65 toris diſpoſitione ſuccedit. vt ergo † res erat iam ſub fi-
deicommiſſo, ita & pretium, vt in ſpecie eſt text.in l.Im-
perator. §.vlt.de leg.2.& ibi Bar. latè Tiracq. trac.de re-
trac.conſang.§.32.glo.1.nu.13.20.& egregiè Alc.reſp.569.
nu.2.3.4.
66 Non obſtat quintum,quia reſpōdeo, primò horum †
interpretum doctrinā iure non probari, immò iure cō-
muni refragatur:ſiquidē ius cōmune ſtatuit prælegatum
non venire in reſtitutione fideicommiſſi,quia appellatio
hæreditatis, vel bonorū, vt tituli & nominis generalis,
non adaptatur ſignificationi legati,vt nomini particula-
ri:à fortiori ergo dicendū eſt,quòd minus cōuenit legato
hæreditatis nomen iunctum cum nomine bonorum. Se-
cundò, ſi rectè relatorum Doctorum verba perpendan-
tur, non affirmant id ad quod allegātur: imò contrariū
67 ſentire videntur. Nam Dec.† d.conſil.425.nu.16.17.con-
tendit excluſum à legato non cenſeri, qui prohibitus eſt
petere fideicommiſſum, quia teſtator voluit illum eſſe
tacitum & contentum bonis & hæreditate ſib relictis
& argumentatur, ꝙ legata nō continentur appellatione
hæreditatis & bonorū, quæ argumētatio( ſi Decius ſen-
tiret ad quod allegatur) contra eum cōcluderet.Decius
68 † verò d.conſ.597.nu.7.verſi.2. reſpōdetur, malè ſentit,
& aduerſus ea, quæ iam ſcripſerat d. conſ. 425. imò eius
ratio non concludit, dum ait, ampliorē eſſe ſignificatio-
nem horum verborum, in bonis & hæreditate, & ob id
comprehēdere legata: quia fateor eſſe ampliorē,ſed quò
eſt amplior,eò à fortiori non cōuenit legato, ſed, vt quid
maximè differens ab illo, non cōprehendit.ita pariter in
69 telligo † Guidonē Pap.d.q.461.qui, dum ſcribit, ꝙ ver-
bum,bona, iunctum cum verbo hæreditas,accipitur pro
eodē, & ab illo verbo hæreditas reſtringitur oſtēdit tamē
eſſe dicere relinquo hæreditatem & bona,quantum di-
cere ſimpliciter, relinquo hæreditatem. Sed quando di-
citur, relinquo hæreditatem,legatum non cōtinetur: er
go nec quando ſimul duo illa verba iunguntur.illa ergo
Guidonis deciſio retorqueri poteſt. Nec etiā aduerſatur
70 auctoritas Ruini † d.conſil. 120.nume.13.lib.3. quia re-
ſpondeo,Ruinum loqui cùm teſtator hac indefinita, hæ-
reditatem & bona relinquo, vſus non eſt, ſed illis ver-
bis vniuerſalibus, omnia bona mea.nam illa dictio,om-
nia, cōprehenditur etiam legata. Sed nos non loquimur
in hoc caſu, ſed in primo, quia dixit teſtator: ita quòd
perpetuò bona & hæreditas,&c.Nec dicatur,initio ipſi-
us inſtitutionis dixiſſe in hæc verba. In omnibus autem
alijs ſuis bonis &c.Reſpōdeo, ibi paulo pòſt reſtrinxiſſe
in ſpecie illa enumerādo,dū dixit, pro parte ſibi aſſigna-
71 ta, vt infrà.quæ dictio infra, † reſtrictiua eſt,& oſtendit
in ea inſtitutione ſolùm contineri expreſsè enumerata.
ita tradūt Alec.cōſil.176.in fi.lib.2.& Dec. cōſil. 190.nu.8.
& dictione infra ſcripta,tradit Pariſ.conſi.93.nu.24.li.1.
Non obſtat ſextum,quia reſpōdeo ſecundū Ruin.conſ.
120.nu.15. verſi. ſecundò reſpondetur. lib.3. diſtinctionē
72 illam gloſſæ in d.§. quidem liberis,quòd grauamē † præ
cedat, vel ſequatur, ſecundum ordinem ſcripturæ, vel
73 intellectus procedere, cùm aliter non conſtat de † men-
te teſtatoris: ſecus,quando de ea ex alijs coniecturis ap
paret, quia tunc coniecturam ordinis ceſſat ex l. cum vi-
rum, in fi. C. de fideicom.& l. 3.C.de liber.præter.ita ēt
declarat Bar.in l.2.§. priùs. nu. 7. de vulg. & Felin.in c.
cùm dilecta. col.4. verſi. declara quinq; modis. de reſ-
crip. Sed in caſu noſtro multis iam oſtendimus, men-
tē teſtatoris fuiſſe, ne ſub onere fideicōmiſsi hoc legatū
cōtineretur: ergo ceſſat illa doctrina gloſſæ & ſequaciū.
Non obſtat nunc ſeptimum,quia reſpondetur, ꝙ illa
minor propoſitio non eſt vera:nempè hæc bona Rudiani
acquiſita poſt cōditum teſtamentum, fuiſſe relicta titulo
hæreditario & inſtitutionis:quia imò titulo legati.Quod
ex verbis apertis ipſius legati conſtat: & à verborum
74 proprietate † recedendum non eſt.l. non aliter, de leg.
3. & mens tunc demum attenditur & obſeruatur, cùm
verba propriè vel impropriè conueniunt, aliàs ſecus: vt
ſcribunt Alex.conſ.139.lib.6.Ruin.conſi.153.num.6.lib.2.
75 imò proprietas † verborum attenditur, etiamſi præſum
ptio ſit, teſtatorem aliter ſenſiſſe.ita Cra. conſi.161. nu.43.
76 Imò, cum † verba ſunt clara,eorum attenditur proprie-
tas, etiamſi actus reddatur nullus. Soc.in l. vbi eſt. in
quinto nota.de cond.& demō. Cra.conſ.288.col.2.Cùm
ergo dixerit teſtator, quòd legat,&c. intelligitur eſſe le-
77 gatum. Nec obſtat quòd verbum, lego,† etiam hæredis
inſtitutionem ſignificat.l. in repetendis, de leg.3. & l.ver
bis legis, de ver.ſign. Corn. conſ.228.li.4.& Pariſ.conſi.
54. nu.7.li.2. & conſi. 21.num.51.lib.3.
* Reſpondeò primò, *cōmunem opinionem eſſe quòd
78 verbum lego,† etiam adiectum vniuerſitati bonorū non
importat hæredis inſtitutionē.ita cōmunē teſtatur Alex.
in l.1.col.1.de leg.1.Crotus in rub.eo tit.nu.5.& ibidē Cra.
nu.64.Reſpōdeo ſecundò, (admiſſo hoc verbū lego ope-
rari hæredis inſtitutionē) quòd illa opinio procedit ſo-
lùm, cùm alter hæres non fuit inſtitutus: at altero hære-
de inſtituto, ſemper eſt legatarius(niſi duob.in caſib.qui
ad rem nō faciunt) ita Crotus & Crauetta, vbi ſupra. In

caſu noſtro

caſu noſtro iam adeſt hæredis inſtitutio reſpectu alio-
rũ bonorum in vniuerſum, ſeparata ab hoc prælegato.
Et ad hoc prælegatum aliam ſuſtinet hæres perſonam:
quòd ſi aliter diceremus, nunquam fieri poſſet, quòd
cohæres eſſe quis poſſet, & vnà etiam legatarius: quod
aperto iuri repugnat. Nec Corneus aliquid hac de re
ſcribit; nec Pariſius obeſt. Nec ad rem confert, quòd
idẽ teſtator paulò ſ. vſus eſt verbo, lego, pro verbo inſti-
tuo, dum. ſ. dedit facultatẽ Bartholomæo recuperãdi bo
na de Paſſirano, ita eſt locut⁹: Itẽ legauit, inſtituit, voluit
& ordinauit, &c. Cùm ergo negari non poſſit, quin illa
ſit hæredis inſtitutio, ſequitur quòd verbũ lego, pro ver
bo inſtituo ſumitur. Reſpondetur primò, quòd ſi hoc cõ
cederetur, non ex ſolius verbo lego id eſſet factũ, ſed ex
verbo, inſtituo ei adiunctũ. Nã, quando in vno actu duo
79 verba iungũtur, quorum quodlibet actũ diuerſæ naturæ
ſignificat; verbum † oſtendens actum magis plenum, ad
ſe tahit verbum minoris virtutis & efficaciæ, Ita docuit
Georgius Natta in cle. ſæpe. §. non ſic tamen. col. 33. de
verb. ſig. ex l. non ſolùm. §. vl. de vſucap. Et declaraui li. 1.
de arbitra. iudicũ. q. 7. nu. 17. Cùm ergo verbũ inſtituo ſit
maioris effect⁹, ſequitur dicẽdũ, ad ſe trahere verbũ lego.

Non etiam repugnat, quòd idem teſtator vſus ſit ver-
bo lego, in alia ſignificatione, dum legauit, ne liuellum
quod ſoluit Ant. Bombaſarius poſſit affrancari: quia re-
ſpondeo quòd ibi ſubiecta materia oſtendit verbum le-
go, ſtare pro verbo, ordino & volo: vt in caſu noſtro
ſubiecta materia oſtendit ſtare propriè pro legato, non
autem pro hæredis inſtitutione.

Reſpondetur ſecundò principaliter ſingulis conſide-
rationibus deductis in illo primo fundamẽto. Et illi pri-
mæ, quòd teſtator in principio ſe retulerit ad omnia infra
aſſignata & diuiſa, reſpõdetur ſolùm ſe retuliſſe ad ea, q̃
in hæredis inſtitutione aſſignata fuerũt, non autẽ ad om-
nia & quæcunq; relicta in ipſo teſtamẽto: & præſertim
ad legatũ bonorũ acquirendorũ, & de quib. nunc agitur:
cùm ſeparatũ ſit hoc legatũ ab ipſa inſtitutione hæredis,
vt per ſe patet. Et ſuadetur, quia inter ipſam hæredis in-
ſtitutionem & hoc legatum, adſunt alia legata, quæ
quidem efficiunt, clauſulam continentem hæredis in-
ſtitutionem, non cõtinuare cum hoc ipſo legato, cùm il-
la media prohibeant extrema coniungi; iuxta l. continu-
81 us. in prin. de verb. ob. vbi Doc. Præterea dictio, † item,
inceptiua, oſtendit diſpoſitionẽ vnam ab altera ſepara-
tam, licet ſit ad primam cõtinuatam. iux. l. in repetendis.
vbi omnes de leg. 3. clarè Bar. in l. 1. in prin. nu. 1. ff. de pu-
blica. & vectig. vbi ſcribit, quòd quando præcedens ora-
tio eſt perfecta, dictio, item quæ ſequitur, non inducit re
petitionem qualitatis & conditionis appoſitæ actui præ-
cedenti. Alex. conſi. 102. nu. 5. li. 5. & in claris terminis ita
82 reſpõdit Soc. Sen. cõſi. 10. nu. 26. li. 1. Cùm ſint hæ † ſepa-
ratæ diſpoſitiones, illa verba, vt infrà, non referuntur
ad ipſum legatum, vt poſt alios ſcribit Iaſ. in l. talis ſcri-
ptura. nu. 37. de leg. 1. Dec. conſ. 213. nu. 6. & Boe. q. 146. nu.
3. Et alios retuli in meo reſponſo, in octauo fundamẽto:
& ibidem in ſubſequentib. argumentis plura attuli, qui-
bus apertè demonſtratur, huic repetitioni atque relatio-
ni locum non eſſe. Secundæ cõſiderationi, quòd vna ſit
83 diſpoſitionũ forma, reſpondetur, † Pariſium d. conſ. 94.
nu. 55. li. 2. loqui cum hæredes ſunt inſtituti in omnib. bo-
nis, & deinde illorũmet bonorum diuiſio ſubijcitur à te-
ſtatore. Et ideo nõ loquitur Pariſius, cùm bona prælega-
ta ſunt ſeparatim legata, extra hæredis inſtitutionem. Et
eodem titulo duo habere dicũtur, cùm eo ſub titulo ſunt
vocati etiamſi ex diſparibus partibus vt ſi dicat, inſtituo
Caium & Seiũ in domo mea: ſed Caium pro duab. parti-
bus, Seiũ verò pro tertia. Ita declarat Francus in cap. ſi pa
ter. col. 12. verſi. in eadẽ gl. de teſta. in 6. quẽ citat Pariſ. d.
loco. quod hîc non cõtingit. Tertiæ cõſiderationi, quòd
teſtator eiſdẽ verb. vſus ſit, cùm voluit alia liuella, ſi q̃ re
perirẽtur, diuidãtur; reſpõdetur vno verbo, illa titulo le-
gati relicta nõ fuiſſe, ſed inſtitutiõis: cũ in ipſamet hæredis
inſtitutione ante prohibitionem de non alienando ita
teſtator diſpoſuerit. Et ideo non licet ab eo caſu ad no-
ſtrum argumentari. Quartæ conſiderationi, quòd hæc
bona iure hæreditario & non legati cenſeantur legata,
ob id quòd à ſe ipſo ſibiipſi quis legare non põt: reſpon-
detur primò, quòd leges & Doctores dicentes aliquem
84 non poſſe dici legatarium † & hæredem, cùm quis à
ſe ipſo ſibiipſi legare non poteſt, procedit, cùm ipſe ſolus
eſt hæres inſtitutus: ſecus cùm duo ſunt cohæredes: nam
tunc vnus ab altero accipere dicitur, atque ita legatum
ſubſiſtit. ita declarãt omnes in. l. in quartam. ff. ad l. Falc.
ibi Ruin. nu. 9. Picus num. 68. & clarius Fernandus Be-
rengarius in ſecunda parte, nu. 7. Ita etiam ſenſit Ang.
conſ. 295. nu. 3. Reſpondetur ſecundò, vt in ſpecie reſpon-
det Pariſ. conſ. 79. nu. 29. lib. 2. poſt Fulg. quem citat,
quòd etiamſi diceremus ex relata ratione legatũ hoc vi-
deri inutile: attamen, quia, ob coniecturatam mentem
teſtatoris, remanere debet apud ipſum hæredem, non
venit in reſtitutione fideicommiſſi. Reſpondetur tertiò,
85 quòd cùm in hoc teſtamento appoſita ſit † clauſula, om
ni meliori modo, &c. hoc prælegatum aliàs nullum, va-
let. Ita Pariſ. d. conſi. 79. nu. 31. poſt Angelum Caſtr. Ful
go. & Iaſonem. Et eo loci ſubiungit Pariſius aliam reſ-
ponſionẽ, quæ huc ſpectat, ꝙ ob clauſulam, ꝙ valeat iure
donationis cauſa mortis, &c. ſuſtinetur in vim illius do
nationis. quæ clauſula hîc appoſita fuit.

86 Non obſtat octauum, quia reſpondeo, † verbum ſub
ſtituo, de ſe nihil ſignificare, ſed operari iuxta ea, quæ ei
iunguntur. nam ſi legatum præcedit, & ſubſtitutio ſub-
ſequitur, verbum illud oſtendit etiam legatum cõtineri,
87 ſecus econtra, ita loquitur † Alex. d. conſ. 25. num. 7. li. 1.
& Ruin. d. conſi. 152. nu. 6. lib. 3. qui Alexandrum ad ver-
bum refert & ſequitur. nam illo in caſu in ordine literæ
legatum præcedebat. Sed diuerſum eſt in caſu noſtro. i-
ta reſponſum fuit & rectè ab excellentiſſimo D. Iulio
Calzaueglia, qui & alio egregia reſponſione ſatisfacit.
quàm deſumit à doctrina Ripæ. d. §. cùm ita, nu. 36. Præ-
tereà reſponderi ita poteſt, Alex. & cæteros in eo ſepti-
mo fundamento relatos loqui, cùm fideicommiſſum eſt
ſimpliciter factum, nos verò cùm eſt factum ſub nomine
✣ hæreditatis: inter quos caſus eſt differẽtia ſecundũ* cõem
doctorũ opinionẽ. nam primo caſu legatũ continetur, &
venit in reſtõne. Secundò verò caſu nõ. ita duas regulas
88 propoſuit † Zanchus, d. §. cùm ita. nu. 368. & ibi. nu. 375.
ſub primo caſu collocauit illam extentionẽ. ita ẽt intelli
git Ripa d. l. hæredes mei. §. cùm ita. nu. 52. in fin. ad Tre-
bel. qui poſteaquã dixit ab hac cõi opinione recedendũ
89 non eſſe in iudicando, ſubiecit, hanc intelligi, quãdo † fi-
deicommiſſum ſaltẽ ex ordine intellectus præceſſit gra-
uamen, ſecus ſi ſequitur vel ex ordine intellectus, vel, &
fortius ex ordine ſcripturæ, ita etiam expreſsè declarat
Natta conſi. 320. nu. 1. lib. 2. Prætereà & tertiò rñdeo, opi-
norque nos verſari extra hos terminos, nã loquimur nos
eo caſu cũ facta eſt hæredis inſtõ, & ei adiectũ inter in-
90 ſtitutos † onus reſtõnis quò ad ipſam hæreditatẽ, dein-
de ſeparatim eſt eiſdem factũ legatũ: an ſcilicèt hoc lega-
tũ habeat annexũ illud onus adſcriptum hærediti. & ex
multis rõnib. dictũ eſt, ꝙ nõ, caſus verò relatorũ docto-
rum eſt, quãdo pluribus hæredibus inſtitutis ſunt adinui
cẽ ſubſtituti, & onere reſtitutionis grauati, an is q parte
ſuam euiniẽte caſu reſtituit, reſtituere etiã dẽat portio-
nẽ, quã iam eſt conſecutus ex perſona alterius ſui hære-
dis, qui priùs defecit: & dicitur teneri. Eſt rõ, quia illud
verbũ ſubſtituo, æquè cõprehẽdit vnã portionẽ ac alterã,
& facit, vt qui ſuccedit, eã iure hr̃ditario cõſequatur: nõ
ergo mirũ, ſi venit in reſtõne: ſed diuerſum hîc eſt qa le-
gatũ nõ capit iure hr̃ditario, nec ei hr̃ditatis nomẽ cõue-
nit. Et hãc rõnẽ ſenſit, & ſi ſubobſcurè Natta cõſ. 320. col.
2. verſ. cõprobat iſtud. & clarus cõ. 321. col. 2. verſ. Nõ ob-
ſtãt illa verba. lib. 2. & ita inquit, & verè, ſentire Alex. cõſ.
252. nu. 4. verſ. Nec obſtat. lib. 6. quod duplicat cõſ. 25. li. 1.

Non obſtat nonum, quia reſpondeo verè intelli-
gi



91 gi † de omnibus bonis, quæ reperiẽtur tempore mortis
teſtatoris, hoc eſt, de illis, de quib. ſpecialiter non diſpo-
ſuit. Nam & illa ſunt comprehenſa ſub illa prohibitione:
ſecùs illa, de quib. aliter diſpoſuit, vt hæc legata, ex. l. v-
xorem. §. fæliciſſimo, de leg. 3. cum aliis in hanc ſenten-
tiam adductis per Alex. d. conſi. 25. col. vlt. verſ. ſed quan-
92 do teſtator. lib. 1. Prætereà † reſpondetur, Comenſem
d. conſi. 3. conſuluiſſe contra communem opinionem, vt
patet ex his, quæ ſcribit Zanchus, d. §. cùm ita. nu. 416. &
nu. 443. & per Soc. in d. §. quidam liberis. nu. 12.

Non obſtat decimum, quia reſpondetur, rationem il
93 lam conſeruandi bona † in agnatione, reſpicere bona
comprehenſa in fideicommiſſo, non autem ab eo ſepara
ta, vt verè ſeparata ſunt hæc legata, vt ſuprà demonſtra-
ui. Nec repugnat quòd dicitur, quòd ſi teſtator fuiſſet in-
terrogatus, reſpondiſſet, quòd voluiſſet legatum ſubia-
cere oneri fideicõmiſſi: quia reſpõdeo, retorquendo, ꝙ
imò contrarium reſpondiſſet ob contrarias coniecturas.

Non obſtat vltimum, quia reſpondetur, aſſertionem
94 illam detegi † erroneam ex iam relatis, ob id præiudi-
cium aliquod non adfert. nec enim per aſſertionem no-
ſtram rei veritas immutari poteſt. l. cùm falſa. C. de iuris
& facti igno. & in ſpecie reſpondit Corn. conſi. 186. lib. 3.
& Soc. Iun. conſ. 180. in fi. lib. 2. erroneam confeſſionem
non conſtituere fideicommiſſum, quod non fuiſſe à te-
ſtatore factum conſtat. atque ita reſpondet Excell. Iulius
95 Galzaueglia. Cõfirmatur à fortiori, quia quãdo quis †
rem propriam recognoſcit ab alio, ſibi non præiudicat,
ſi ignoranter facit. ita clarè docuit Bart. in l. ſi aliquam
rem. nu. 9. in fi. de acq. poſ. hinc ſcriptum reliquit Bald. in
l. non idcircò. C. de iuris & facti igno. ꝙ & ſi quis ſoluit
96 † cenſum pro re propria, tãquam emphyteutica, quæ nõ
eſt, referendo ſe ad antiquum inſtrumẽtum ex quo de-
inde apparet, rem emphyteuticam non eſſe, ex ſolutio-
ne illa rem non effici emphyteuticam: quoniam non ex
certa ſcientia, ſed potius per errorem recognitio proceſ-
ſit, qui ſanè error, vt is ſcribit, quemadmodum ab initio
grauis eſt, & omnem impedit conſenſum, ita etiam tem-
poris progreſſu. idem pariter affirmauit Ang. in l. qui rẽ
propriam. C. locati. qui docuit, quòd etſi nobilis reco-
97 gnoſcit ab eccleſia † Caſtrum pro emphyteutico, vel feu
dali, cùm tamen liberum ſit, non efficitur feudale, vel
emphyteuticum. Imò fortius reſpondit Rapha. Comẽſ.
98 conſ. 165. Gaſpar, &c. recognoſcentem † rem propriam,
vt eccleſiæ in feudum, facere actum ipſo iure nullum. i-
dem in fortiori caſu ſenſit Aret. conſi. 14. num. 8. & idem
affirmarunt Alex. conſi. 9. num. 10. lib. 5. Ruin. conſ. 155.
nu. 6. lib. 1. Dec. conſi. 564. nu. 6. Curt. Iun. conſi. 17. num.
8. & Alciat. tract. præſump. reg. 4. præſumpt. 21. in fin. qui
99 & alios retulit. Et licèt aſſertio hæc † præſumptionem,
ſeu probationem aliquam adferat, rem ſcilicèt ita eſſe:
vt docuit Bar. in d. l. cùm falſa. nu. 8. C. de iuris & facti i-
gno. quem ſecuti ſunt Guido Pap. q. 272. Dec. l. 1. nu. 26.
C. de pactis. Ruin. conſil. 128. num. 5. libr. 2. attamen nihil
100 † præſumptio hæc operatur, cùm contrarium ex facto
ipſo detegitur: vt egregiè declarat idem Comenſ. d. cõſ.
165. & idem ſenſerunt Bald. d. l. cùm falſa. Crau. conſ. 157.
numero 8. quibus addo Socin. Sen. conſil. 25. numer. 3. &
conſi. 57. num. 11. lib. 4. Ruinum conſi. 10. num. 16. lib. 3. &
Iaſ. in l. ſi poſt. nu. 3. C. de iuris & facti ignora. Qui quidẽ
idem eſſe affirmat in facto proprio, cùm ſcilicèt de dam
no euitando agitur, vt hîc. Et tradunt Comenſ. d. con-
ſil. 165. & Dec. d. conſil. 350. numer. 4. Imò, etiamſi de
damno euitando non agitur, adhuc in facto proprio er-
ror detegitur, & excuſat, demonſtrando rem aliter ſe ha
bere. Ita reſpondit Crauet. conſil. 157. num. 8. Cui addo
Abba. conſil. vl. propè finem lib. 2. & egregiè tradit Curt.
Iun. conſil. 92. nu. 11. At in caſu noſtro ſatis demonſtratũ
fuit, ex ea diuiſione iam fuiſſe remiſſum fideicommiſ-
ſum: ergo aſſertio illa, vt erronea, non nocet. Atque ita iu
ris eſſe concludo.

Iacobus Menochius I.C.

*SVMMARIVM.*

1 *Fideicommiſſum reciprocum ob diuiſionem factam cenſeri re-
miſſum.*
2 *Diuiſione non cenſeri remiſſum fideicommiſſum conditionale.*
3 *Item, etiamſi eſſet promiſſum perpetuò non contrauenire.*
4 *Clauſulæ acceſſoriæ non alterant naturam actus.*
5 *Clauſulam ad habendum, tenendum, &c. eſſe acceſſoriam in cõ
tractu diuiſionis, & nihil operari: ſed contrà infrà.*
6 *Clauſulæ appoſitæ in inſtrumento ex ſtilo notariorum videntur.*
7 *Clauſulam codicillarem nihil operari, cùm ſit ex ſtilo notario-
rum: ſed infrà declaratur.*
8 *Fideicommiſſo per diuidentes remiſſo agi poſſe ad precium con
tra hæredes.*
9 *Ignorantiam fideicommiſſi præſumi.*
10 *Ignorantiam teſtamenti proaui præſumi.*
11 *Alienandi facultate data in diuiſione bonorum fidecommiſſi,
intelligitur de alienatione ex contractu.*
12 *Creditor conſentiendo alienationi pignoris, de qua alienatione
intelligatur.*
13 *Fideicommiſſarium conſentiendo in alienatione fideicommiſſi,
poſſe agere ad pretium.*
14 *Alienatio fideicommiſſi per vltimæ voluntatis modum dicitur
potius legis permiſſione facta, quàm hominis voluntate.*
15 *Clauſula, ad habendum, tenendũ, &c. appoſita in inſtrumento
diuiſionis fideicommiſſi, operatur, vt illud ſit remiſſum.*
16 *Barto. in l. qui Romæ §. duo fratres. q. 8. de verbo. oblig. decla-
ratur.*
17 *Verbum, placuerit, arbitrium viri boni operatur.*
18 *Clauſulam, quidquid placuerit, non differre à clauſula quid-
quid voluerit.*
19 *Verbum placuerit, iuncto verbo voluerit, quid ſignificet.*
20 *Fideicommiſſum cenſeri remiſſum cũ verba diuiſionis nil aliud
operari poſſunt.*
21 *Alba conſi. 74. num. 12. improbatur.*
22 *Ratio vnica præſumitur mouiſſe legislatores ad ita ſtatuen-
dum.*
23 *Fideicommiſſi remiſſio ſequitur ex actu, qui non valet niſi re-
nuntiationem operetur.*
24 *Ferijs is renuntiaſſe dicitur, qui tempore feriarum ſententiam
ferri poſtulat.*
25 *Exceptioni declinatoriæ renuntiatum cenſeri à reo, qui dilato-
rias & peremptorias opponit.*
26 *Fideicommiſſo cenſeri renuntiatum ex æquali diuiſione inter
fideicommiſſarios facta.*
27 *Verbum, omnia, vniuerſale.*
28 *Fideicommiſſum cenſeri remiſſum ob vim ſermonis vniuerſalis.*
29 *Item quando in diuiſione eſt data facultas alienandi.*
30 *Dominus efficitur, cui res cum poteſtate alienandi eſt tradita.*
31 *Verbum, proprietas, dominium ſignificare.*
32 *Clauſula, ponens in ſuum ſtatum & ius, &c. in eum omne ius
ſuum transferre dicitur.*
33 *Fideicõmiſſum à diuidentibus cenſeri remiſſum cùm promittunt,
portiones diuiſas habere ratas & firmas, & attenderet ac ob-
ſeruare.*
34 *Item etiam cùm pars fideicommiſſi fuit excepta.*
35 *Exceptio regulam declarat.*
36 *Exceptio fit de comprehenſis in regula.*
37 *Procurator conſtitutus ad omnes actus, excepta certa cauſa
ſpeciali, dicitur ſpecialis procurator.*
38 *Procurator ad cauſam reſtitutionis in integrum, mandatum
ſpeciale habere debet.*
39 *Fideicommiſſum ex clauſulis generalibus cenſeri remiſſum.*
40 *Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. q. 1. de verb. obl. declaratur.*
41 *Clauſulas executiuas ampliare diſpoſitionem.*
42 *Item maximè, quando alias nil operantur.*
43 *Item quid in reſcriptis gratioſis, & in fauorabilibus & ſimili-
bus.*
44 *Item non extendere diſpoſitionem quando ſunt de ſtilo nota-
riorum.*
45 *Clauſulam ad habendum, tenendum, &c. appoſitam in inſtru-
mento diuiſionum, nõ eſſe ex ſtylo notariorum, ſed ex volũ-*

*tate diuidentium.*

46 *Notarium præſumi nil ex ſuo capite adſcribere in inſtrumento.*

47 *Notarius nil plus poteſt ſcribere in inſtrumento, quàm dictum fuit à partibus.*

48 *Notarius legere & publicare debet inſtrumentum coram partibus, vt de eo rogetur.*

49 *Notarij verba eſſe verba partium.*

50 *Clauſulam codicillarem cenſeri voluntate teſtatoris inſertam in inſtrumento.*

51 *Idem de cæteris accidentalibus & ſubſtantialibus.*

52 *Fideicommiſſum cenſeri remiſſum, cùm in diuiſione ei renuntiatum fuit.*

53 *Ripæ & Alciati doctrina declaratur.*

54 *Fideicommiſſi alienationi conſentiens non præiudicat ſibi in pretio.*

55 *Non procedit cùm ſponte conſenſit.*

56 *Scientiam fideicommiſſi coniecturis probari.*

57 *Sciuiſſe fideicommiſſi onus præſumitur hæres adeundo hæreditatem.*

58 *Fideicommiſſum præſumitur ſcire, qui copiam teſtamenti habuit.*

59 *Teſtamenta à notariis publicari mortuo teſtatore.*

60 *Fideicommiſſum cenſeri remiſſum, data alienandi facultate in diuiſione bonorum, cùm ipſa alienatio facta fuit etiam in vltima voluntate.*

61 *Hæredis inſtitutionem eſſe alienationem.*

62 *Hæres aliquando melioris conditionis ipſo teſtatore.*

63 *Alienata ſemel reuocari amplius non poteſt.*

64 *Poſſeſſionem ex noua cauſa immutari.*

65 *L. ſicut. §. ſi debitori. ff. quibus mod pig. vel hyp. ſol. declaratur.*

66 *Hæredem poſſidere diuerſo iure aliquando à iure teſtatoris.*

67 *Locans rem ſuo nomine dominum ſe eſſe ſignificat.*

68 *Diuiſionem præſumi ex diutina ſeparata poſſeſſione.*

69 *Diuiſionem eſſe quid facti.*

70 *Poſſeſſionem arguit cenſus ſolutio.*

71 *Actum à ſe geſtum impugnare quis non poteſt.*

72 *Diuiſionem nouam fieri petens, ab antiqua dicitur recedere: & infra declaratus.*

73 *Socius vti re communi poteſt ad deſtinatum vſum.*

74 *Actus etiam nullus declarat mentem agentis.*

75 *Diuiſione ſecunda facta, primæ dicitur renuntiatum.*

76 *Comparatione literarum probari poteſt ſcriptura priuata.*

77 *Diuiſio facta præſumitur ex decennali poſſeſſione.*

78 *Frater quomodo alteri teneatur de euictione cùm res diuiſa euincitur.*

79 *Euicta re euincibili empta ab eo, qui ſcienter emit, de euictione actio non datur.*

80 *Euictionem ceſſare cùm ex meo facto euictio euenit.*

81 *Diuiſio à patre facta, à filio improbari non poteſt.*

82 *Diuiſio facta à teſtatore differt ab illa facta ab hæredibus.*

83 *Diuiſio facta à parte non aufert ius fideicommiſſi, ſaltem quò ad pretium.*

84 *Diuiſione facta inter fratres, & portione vnius euicta, non agit is de euictione contra alios.*

85 *Etiam procedit, cùm ex natura rei ſequitur euictio.*

86 *Æqualitatem inter fratres eſſe ſeruandam.*

87 *Baldus in l. ſi familiæ. nu. 3. C. famil. erciſ. declaratur.*

88 *Fideicom remiſſio de euictione agitur.*

89 *Etiam ſi ſit euictio ſecuta ex natura rei.*

90 *Euictio præſtatur cùm res feudalis pro libera eſt data.*

91 *Hæres non poteſt impugnare factum ſui teſtatoris.*

92 *Euictio quando non præſtetur re euicta data in diuiſione ab vno fratre alteri.*

93 *Alciatus in l qui Romæ. §. duo fratres. nu. 35. de verb. obliga. declaratur.*

94 *Rei maior vtilitas & pretium cum periculo futuri euentus compenſatur.*

95 *L. ſi fundum ſciens, de leg. 1. declaratur.*

96 *Emens rem ſcienter dicitur eſſe in mala fide.*

97 *Euictione promiſſa, ſi non præſtatur, ſaltem ſoluitur pretium.*

98 *Diuiſione facta ſi euictio nõ præſtatur, ſaltem ope exceptionis ſuccurritur.*

99 *Filius patris hæres non reuocat fideicom. à patre alienatum.*

100 *Patrem poſſe alienare rem filij.*

101 *Fideicom. hæredis alienare tutè poteſt teſtator.*

102 *Hæres reuocare non poteſt feudum à ſuo teſtatore alienatum.*

103 *Bald. in l ſi pater. nu. 9. C. de inoff. teſta. declaratur.*

104 *Caſtren. conſi. 445. libr. 2. declaratur.*

## CONSILIVM LXXXVII.

In eadem cauſa præcedentis Reſponſi.

# Initium à Domino.

QVAE adhuc in controuerſiam venit
diſputatio, in hac cauſa Dominorum
de Fenarolis, grauis & ardua eſt. Du
bitatur enim, an ex inſtrumento di-
uiſionis factæ anno 1550. renuntia-
tum ſit fideicommiſſo (ſi modò exti-
tit) conſtituto à D. Mariano teſtatore.
Qua in re dicendum videbatur, non
cenſeri renuntiatum multis rationibus.

Primò, quia ad hoc, vt per clauſulas generales & præ-
gnantes dicatur remiſſũ fideicõmiſſum, requiri videtur,
1 quòd illud † fideicõmiſſum ſit reciprocũ: nam tunc, ob
æqualitatẽ ſeruandã, facilè remiſſio inducitur: non autẽ
econtrà. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. obligat.
& l. 1. C. de pactis. Dec. cõſi. 288. col. vlt. Sed in caſu noſtro
non videtur extare fideicõm. reciprocũ, cùm bona à duo-
bus poſſeſſa, hoc eſt, bona illa de Paſſirano & de Proue-
his libera ſint: bona verò à D. Franci. poſſeſſa fideicõ. ſub-
iaceãt: nõ ergo ex diuiſione fideicõ. renũtiatum videtur.

Secundò vrgere illud videtur, quòd per diuiſionem
2 † bonorum cõmunium non videtur remiſſum fideicom.
conditionale, etiamſi diuidentes ipſi habuerint fidei-
commiſſi ſcientiam. l. cùm pater. §. hæreditatem. de leg. 2.
imò, etiamſi adiecta fuiſſet clauſula de non contraueni-
endo, quemadmodum probare videtur tex. d. leg. qui
* Romæ. §. duo fratres, iuxta * communem ſenſum quem
Bart. ibi. q. 1. probauit. quæ opinio procedere videtur,
3 etiamſi promiſſum eſt perpetuò non † contrauenire: &
etiamſi adeſſet iuramentum Bar. Caſt. & alij in l. tres fra
tres. ff. de pactis. Alex. conſi. 104. lib. 4. & conſi. 208. lib. 6.
quantò ergo fortius hîc vbi ceſſare videntur.

Tertiò mirum in modum hanc opinionem confir-
4 mare videtur, quòd † clauſulæ acceſſoriæ veniẽtes ad ex-
ecutionem actus principalis, non debẽt illius effectũ au-
gere: ita cenſuit glo. in cle. 1. de præben. quam ſecuti ſunt
permulti, vt refert Ripa. d. §. duo fratres. nu. 45. & Iaſ. in l.
ius ciuile. nu. 8. de iuſt. & iure. Soc. Iun. conſi. 93. nu. 24. li.
3. cæteros prætereo. ſed in caſu noſtro iſti fratres ſolùm
volebãt cõficere inſtrumenta diuiſionũ, non ergo ex his
clauſulis oriri debet actus maior ipſo principali: quod
eſſet, ſi diceremus, in conſequẽtiam diuiſionis renuntia-
tum eſſe fideicom. atque ita in ſpecie argumentãtur Cro
tus, d. §. duo fratres. nu. 43. & Ripa, num. 45. & clarius ad
5 rem noſtram Curt. Iun. conſi. 131. col. 2. dum loquitur †
de clauſula, ad habendum, tenendum. &c. ita etiam Rui.
conſi. 137. nu. 20. lib. 2. Dec. conſi. 500. nu. 5. & conſ. 521. nu.
14 & Gratus conſi. 17. col. penul. lib. 1.

6 Quartò cõfert, quia huiuſmodi † clauſulæ appoſitæ vi-
dentur magis ex ſtylo notariorum, quàm contrahen-
tium diſpoſitione, ob id conſiderandæ non videntur, ita
Dec. conſi. 352. colu. pen. verſi. quia reſpondetur, & in ſi-
7 mili de clauſula † codicillari, & ſimilibus tradunt Bart.
in l. 1. num. 10. in fi. ff. de iure cod. Dec. conſi. 394. colu.
pen. & conſi 399 col. pen. Cur. Iun. conſ. 82. nu. 3 & conſi.
101. nu. 11. Soc. Iun. conſi. 116. nu. 21. & conſi. 158. nu. 18. li. 2.
& Pariſi. conſi. 20. nu. 87. lib. 1.

Quintò, dato quòd per clauſulas huic inſtrumẽto di-
uiſionis in-



uiſionis inſertas cenſeatur datæ poteſtas alienandi quo-
uis titulo, adhuc tamen competere videtur fideicommiſ
8 ſariis actio † contra hæredes ad prætium rerum ita alie-
natarum: quemadmodum poſt Barto. d. l. qui Romæ §.
* duo fratres. q. 8. cenſuerunt omnes, vt eo loci * communẽ
teſtatur Ripa nu. 84. & ibi Claudius Seyſellius. nu. 38. &
clarius ibi Alcia. nu. 31. & interrogati reſponderunt Cur.
Iun. conſ. 13. nu. 7. & Alba conſi. 74. in fine.

Sextò, licet ex prædictis clauſulis videatur remiſſum
fideicom. attamen non videtur habere locum in caſu no
ſtro, cùm probari non videatur, hos fratres diuidẽtes ha-
9 buiſſe notitiam fideicommiſſi, cùm ignorantia † potius,
quàm ſcientia præſumatur. l. eius qui in prouincia, in fi-
ne. ff. ſi certum pet. Bar. d. §. duo fratres. num. 12. in fine. &
ibi Crotus. num. 84. & Ripa num. 45. qui multis modis
extẽdit quod fortius hîc procedere videtur, quia ſi præ-
ſumitur ignorantia paterni teſtamenti, fortius præſumi-
10 tur † ignorantia teſtamenti, proaui, cùm antiquitus fa-
ctum ſit, & ob id obliuio præſumitur. Bar. l. 2. nu. 6. ff. de
confeſſ. & Baldus, l. magnam, nu. 2. C. de contrah. & co-
mitt. ſtip. quibus accedunt omnes in l. quod iuſſit, ibi Ri
pa. num. 46. de re iud. Gozad. conſi. 9. nu. 35. & intra quod
tempus obliuio præſumatur, latè explicauimus in com-
mentariis de arbitriis iudicum. lib. 2. centuria 1. caſu. 26.

Septimò ac vltimò hæc opinio vera ex eo videtur, ꝙ
ex quo horum bonorum alienatio ſecuta non eſt ex con
tractu, ſed ſolùm ex titulo vniuerſali: dum ab inteſtato
fœminæ hæ ſucceſſerũt: ab his ergo fideicommiſſum re-
uocari poſſe videtur: quia, cùm in diuiſione fideicom. da-
tur facultas alienandi, intelligitur ex contractu, non au-
tem ex titulo vniuerſali & lucratiuo: ita tradit Alcia. in
d. l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 31. & reſpon. 577. à quo
non deſſentit Ruin. conſi. 13. num. 7. lib. 2. & conſ. 92. nu.
27. lib. 3. quorum quidem opinio his rationibus niti vide
tur primò, quòd vna ſit defuncti teſtatoris, & viuentis
hæredis perſona. §. 1. in auth. de iureiur. à mor. præſt. ſed
vbi bona hæc fideicommiſſo ſuppoſita eſſent apud de-
functum hunc, ſi adhuc viueret, & reuocari poſſent, vt
Bart. d. §. duo fratres. q. 8. & alij affirmant, ita ab his hære
dibus. Secũdò, inquit Alciatus, confirmatur eo ſimili, ꝙ
12 ſi creditor conſentit debitori, vt pignus † vendat, ſi titu-
lo ſingulari diſtrahitur, ab acquirente non reuocatur: ſi
verò titulo vniuerſali, reuocatur l. ſicut. §. ſi debitori. ff.
quibus mod. pig. vel hypo. ſol. Cõfirmat tertiò Alciatus,
* quia * communis ſentẽtia † videtur, ꝙ vbi fideicommiſ-
13 ſarius alienationi fideicommiſſi conſentit, in pretio præ-
iudicaſſe non dicitur, quemadmodum ſuprà dixi. ſed v-
bi res eſt penes hæredem, fruſtrà ad remediũ ſubſidiariũ
petendi pretium recurrimus. Cõfirmatur quartò ſecun-
14 dum Ruinum, quia hæc alienatio per † vltimam volun
tatem, eſt potius legis permiſſione, quàm hominis volũ-
tate, & ob id defunctus ita relinquendo, nõ videtur vſus
ea alienandi facultate conceſſa: atque ita bona hæc vti a-
pud defunctum adhuc exiſtentia reuocari poſſe videtur.
hæc me dubium & ancipitem reddebant.

Cæterùm, paulo diligentius re cõſiderata, in eam ſen-
tentiam, quam tot conſultiſſimi viri probarunt accedo:
nempè, ex ea diuiſione fideicommiſſum remiſſum eſſe.
quod vt dicam, me mouent plura.

Primò adducor ex vi illius clauſulæ, in eo diuiſionis
inſtrumento deſcriptæ, ad habendum, tenendum, &
quidquid placuerit faciendum. quæ ſanè vis clauſulæ
tanta eſt, vt vere fideicommiſſum remiſſum cenſeatur:
ita in ſpecie huius clauſulæ affirmarunt Angel. d. l. qui
Romæ. §. duo fratres q. 5. de verborum obligat. Alexand.
conſil. 189. numero 10. libro 2. Pariſ. conſilio 33. numero
21. libro 3. Alciat. reſpon. 138. numero 3. & reſpon. 561.
ad finem. Sed huic fundamento obſtare videtur, quòd
16 † Bartolus dict. §. duo fratres. quæſtio. 8. loquitur cùm
expreſsè data eſt alienandi facultas, vel cùm eſt dictum,
& quidquid voluerit faciendum, non autem ſi dictum
eſt, quidquid placuerit: quoniam illa verba, quidquid
voluerit, liberam diſponendi facultatem tribuunt, quã
17 facultatẽ concedere non videntur illa verba, quidquid †
placuerit, quæ arbitrium viri boni & regulatum ſignifi-
cari videntur: vt ſcribit idem Bart. in l. creditor. §. Lucius.
ff. mand. Iaſ. l. ſi procurator. numer. 11. C. de procurat.
& in ſpecie noſtra hanc differẽtiam facere videtur Ang.
d. §. duo fratres. q. 5. & col. vlt. verſi. deinde. quæro Gra-
tus, conſi. 17. col. pen. verſi. nec clauſula. lib. 1. Ruin. conſ.
137. nu. 7. conſi. 137. nu. 15. lib. 2. & conſi. 99. num. 11. lib. 4.
Huic obiectioni occurro, imò nullam eſſe inter duas has
clauſulas differentiam, cùm idem ſit dicere quidquid pla
cuerit, ac dicere quidquid voluerit: quoniam illud ver-
bum, placuerit, ob adiectam dictionem, quidquid, ſigni
ficat, datam eſſe liberam facultatem, & liberum diſponẽ-
19 di arbitrium, quod ex ſimplici verbo † placuerit, regu-
latum erat. ita in ſpecie noſtra affirmarunt Ruin. conſi.
233. nu. 2. 3. lib. 2. Crotus. d. §. duo fratres. num 133. Zucchar
dus in l. 1. num. 61. C. de pactis. Soc. Iun. conſ. 116. numer.
56. lib. 1. Alci. d. reſp. 138. nu. 3. & Andreas ab Exea in cap.
1. nu. 389. extra. de conſt. quam ſententiam ego pariter ſe-
cutus ſum in nunc impreſsis cõmentarijs de arbitrarijs
iudicum, lib 1. q. 8. nu 12. Confirmatur, quia in hoc caſu
iam data fuit alienandi facultas, vt mox ſubijciam, ob id
ceſſat omnis difficultas, quia Ruinus d. con. 137. nu. 7 cõ-
ſiderat clauſulam, & quidquid placuerit, &c. nõ tribue-
re alienandi facultatem ſine alio adiuncto. quæ ſanè
ratio hîc ceſſat, cùm adſit adiunctum, hoc eſt, alienan-
di conceſſa facultas.

Secundò in hanc ſententiam adducor ea ratione,
20 quòd vbi diuiſionis † verba alium effectum, quam remi
ſionis fideicommiſſi operari non poſſunt, illud remiſ-
ſum cenſetur: ita docuit Bart. d. §. duo fratres. q. 6. & ibi
Crotus. num. 127. his accedunt Baldus conſi. 440. Fa-
ctum proponitur eſſe tale, col. 2. verſi. item ſunt hîc ver-
ba. lib. 3. Alexan. conſi. 102. nu. 6. libr. 6. Decius conſil. 187.
propè finem. Ruin. conſil. 84. numer. 7. conſil. 119. numer.
11. conſil. 144. numer. 5. & conſi. 152. numer. 9. libr. 2. Pariſi.
conſi. 71. numer. 14. lib. 3. & Soc. Iun. conſil. 116. numer. 50.
74. li. 1. Sed in caſu noſtro onus erit aduerſariorũ probare
hæc verba; Ad habendũ, tenendũ, & reliqua in hoc diui-
ſionis inſtrumẽto adſcripta aliũ effectum operari poſſe,
quàm remiſſionis fideicõmiſſi. ita in ſpecie reſpõdit Rui.
d. cõſi. 152. num. 9. li. 2. ſatis enim erit ex latere noſtro di-
cere, aliam cauſam non extare, vt is Ruinus tradit. Nec
21 me mouet auctoritas † Albæ conſi. 74. nume. 11 12. dum
à Ruino diſſentit, ſi quidem Alba malis rationibus ſuam
illam nouam opinionem tuetur. Ait ille primò, quòd in
dubio non præſumitur extare vnica cauſa diſpoſitionis,
ſed multæ, Iaſ. l. quamuis colum. vlt. C. de tranſacti.
Ripa, d. §. duo fratres. nume. 79. Præterea & ſecundò,
inquit Alba, regula eſt, quòd per diuiſionem non cen-
ſeatur remiſſum fideicommiſſum. is ergo, qui aſſerit
fideicommiſſum eſſe ex cauſa ſpeciali remiſſum, is in-
quam cauſam illam ſpecialem probare debet: quem-
admodum in ſimili reſponderunt Cur. Sen. conſil. 72.
in princip. & Dec. conſil. 397. col. 2. hæ rationes Albæ
leues ſunt. Nam Iaſ. d. l. quamuis, nititur doctrina Sa-
liceti, quæ vera non eſt, intelligendo eam, vt paſſim
22 à Doctoribus intelligitur, ſiquidem verius eſt, † ratio-
nem vnam tantùm, eamq́ue rationem eſſe, qua legum-
latores moti creduntur ad ita ſtatuendum: vt egregiè
declarat Soc. Iun. conſi. 1. num. 53. lib. 1. Præterea, admiſſa
Saliceti & ſequaciũ doctrina, credo maximã eſſe differẽ-
tiã inter caſũ illũ, & noſtrum. Nam in caſu Saliceti ſi plu-
res rationes præſumũtur, id facilè cõceditur, quoniã lex
firmior redditur, nec eſt edita ad detrimẽtum ſingularis
perſonæ. ſed diuerſũ hîc, vbi ſi plures cauſæ præſumerẽ-
tur, plures obligationes ad horũ damnum adfuiſſe dice-
remus: cùm tamẽ obligatio non præſumatur. Non etiã
aduerſatur ſecunda ratio, quia nos non contendimus, fi-
deicommiſſum eſſe remiſſum ex cauſa ſpeciali; ſed ſo-
lùm affirmamus nullã aliam affuiſſe obligationem, vel

cauſam, ob quam renuntiatio & remiſsio fieri debuit,
quàm hæc fideicommiſſi.
23 Tertiò me mouet non parum, quòd renuntiatio † ex
eo actu inducitur, cùm actus ille citra renuntiationẽ fie-
ri non poteſt: quemadmodum probat tex. l. de lege. § vlt.
& l. ſeq. ff. de lege commiſſ. quo loci habetur, quòd ille q
contractũ reſcindere poteſt, ſi quid accipit, aut ex eo pe-
tit, cenſetur renuntiare iuri ſuo reſcindendi. quod & re-
ſpondit Aret. conſ. 149. nu. 11. verſ. ſed quæritur. ſimile eſt
quod reſpondit Caſtr. conſ. 119. Videtur dicendum ſuper
primo puncto. col. 1. & conſ. 259. Circa primum quæſitũ
24 dubitatio videtur, col. 2. lib. 2. illum † ferijs renuntiare,
qui feriarum tempore ſententiam ferri poſtulat: cùm id
citra renuntiationem peti non poſsit. Non eſt diſsimile
quod docuit Bart. in l. quidam conſulebant. nu. 9. de re
25 iud. exceptioni † declinatoriæ cenſeri renũtiatum à reo,
qui exceptiones dilatorias & peremptorias opponit: cùm
dilatoriæ opponi non poſsint citra declinatoriæ renun-
tiationem. & in noſtris ferè terminis ſimile tradit Crau.
26 conſ. 24. nu. 3. ex † æquali diuiſione facta inter fratres fi-
deico. eſſe renuntiatum. alia his ſimilia congerunt latè
Craue. conſ. 106. nu. 2. 3. & Tiraq. tract. de retractu conuẽ
tio. § 1. glo. 2. num. 59. Cùm ergo in caſu noſtro inter fra-
tres hos diuidentes adinuicem ceſſæ fuerint actiones om
nes, tam competentes, quàm competituræ: ſequitur, fidei
commiſſum cenſeri remiſſum, quia nulla alia actio, quàm
hæc ex fideicommiſſo competebat, & per conſequens a-
ctionum ceſsio fieri non poterat citra fideicommiſsi re-
nuntiationem, ergo eſt illi renuntiatum.
Quartò ſuffragatur, quòd in hac diuiſione ceſsio &
iurium remiſsio verbis admodum generalibus concepta
eſt, dum dictum eſt, omnia iura, omneſque actiones &c.
& ibi, & alias quaſcunque & quæcunque, &c. quæ verba
27 † vniuerſalia ſunt, vt de ea dictione tradunt Dec. in l. om
nia. numer. 1. ff. ſi cert. pet. & in l. ex teſtamento. num. 4. C.
de mil. teſta. latiſsimè Crauet. conſ. 290. nume. 4. & conſil.
294. nume. 1. ita & de dictione quacunque, infinita propè
congerit Tiraq. de retractu conſang. § 1. gloſ. 7. nume. 20.
cum multis ſubſequentibus. Sed virtus vniuerſalis diſpo
ſitionis eſt, vt omnia tam præſentia quàm futura comple
ctatur, & tam propria, quàm impropria, & tam regularia,
quàm ſpecialia & priuilegiata: quemadmodum fuſiſsi-
mè relati Doctores ſcribunt. & in ſpecie ob vim ſermonis
28 vniuerſalis † fideicommiſſum eſſe remiſſum, affirmãt De
cius conſil. 287. propè finem. Ruinus conſil. 152. numer. 8.
li. 2. Pariſi. conſil. 71. num. 14 lib. 3. & Craue. conſ. 24. num.
11. verſ. amplius. qui eiuſdem opinionis recenſet Socinum
& Curtium. & clarè in noſtris terminis Crotus, d. §. duo
fratres. num. 133. verſic. confirmatur iſta conſideratio. Gra
tus conſi. 60. lib. 1. & nouiſsimè Franc. Merzarius in Epi-
tome de fideicommiſ. parte 3. q. 59. quę poſt redditum re-
ſponſum videre contigit. Et eo loco refert ita fuiſſe à Ro-
ta Romana & Florentina deciſum.
29 Quintò, maximè vrget illud quod vera omnium
* * ſententia comprobatum eſt, fideicom. cẽſeri remiſſum,
quando in diuiſione alienandi facultas hinc inde eſt dã-
ta: quandoquidem aliàs repugnantia diſpoſuiſſent: nem
pè fideicommiſſum debere conſeruari: & fideicommiſ-
ſum poſſe diſtrahi. ita ſcribunt Ange. d. §. duo fratres. q.
5. & Crotus q. 8. Cur. Sen. conſi. 64. col. vlt. Deci. conſil. 11.
nu. 7. Gratus conſi 17. col. 1. & conſ. 60. col. 2. lib. 1. Soc. Iu.
conſ. 116. nume. 60. lib. 1. & Crauet. conſ. 24. numer. 8. Sed
in caſu noſtro ex verbis diuiſionis conſtat datam eſſe fa-
cultatem alienandi, dum dictum eſt, ponentes ſeſe in o-
mnem eorum locum, ius & ſtatum in prædictis, vt in rẽ
propriam, & verè propriam, &c. res autem propria eſſe
dicitur, cùm is dominium habet cum libera alienandi
30 poteſtate, † vt verba de ſe clara ſunt, & probat l. fœminæ.
§. illud. & ibi Baldus. C. de ſecund. nupt. & idem Baldus
in l. ſi de proprietate. nu. 10. C. ſi à non compe. iud. Nam
verbum proprietatis, rectum dominium oſtendit: ita do-
cuit Iaſ. in l. huiuſmodi §. ædes. nu. 8. de lega. 1. & ad rem
32 hanc. Boer. q. 44. num. 29. Et qui ponit † alium in locũ
ſuũ, ius & ſtatum, vt in rẽ propriam & verè propriam, ve
rè ei cõcedit, quòd omnia faciat, quæ poſſet facere ipſe do
minus ſi præſens eſſet. ita has clauſulas æquiparat Alex.
in l. prouinciali. §. ſi ego. numero. 9. de oper. noui
nuntia.
33 Sextò comprobatur ex illa † clauſula, qua diuidentes
promiſerunt portiones ita diuiſas habere ratas, firmas,
& perpetuò attendere & obſeruare, & in aliquo non cõ-
trafacere, vel contrauenire: qua clauſula fideicom. remiſ
ſum eſſe, reſponderunt Ruin. conſil. 118. num. 21. & conſil.
153. nume. 14. libr. 2. Cur. Sen. conſi. 64. columnn. pen. Dec.
conſi. 11. num. 7. conſi. 86. col. 2. conſi. 287. col. vlt. & conſi.
345. col. 2. Pariſ. conſi. 31. colu. 1. lib. 3 & Soci. Iun. conſi. 116.
nu. 60. lib. 2. quorum quidem opinio procedit ſine cõtro-
uerſia ob vim aliarum clauſularum huic inſtrumẽto ad-
ſcriptarum, vt decidit Boer. q. 147. numero 11.
Septimò, & nunc vltimò moueor ex eo, quòd in prò
miſsione euictionis per hos diuidentes facta, reſerua-
tum atque exceptum fuit fideicommiſſum à D. Hiero.
conſtitutum, quæ exceptio hunc operatur effectum, vt
34 alia † fideicommiſſa cenſeantur remiſſa: ita in ſpecie do-
cuit Crotus in d. l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 94.
de verbo. oblig. qui dixit, ſe ita conſuluiſſe. & illum ſecu
tus eſt Portius Modernus in ſuis concluſionibus, regu.
35 39. in fine. Eſt ratio, quia † exceptio declarat regulam
in quibus caſibus loquatur. l. nam quòd liquidè. §. vlt.
ff. de penu lega. & eam confirmat Bar. l. quæſitum. §. de-
nique de fund. inſtr. Dec. l. 1. nu. 21. de reg. iuris. immò ſi
36 exceptio fit de eo, quod aliàs non comprehendebatur ſub
regula, ad illud extenditur, ne exceptio inutilis redda-
tur. vt putà, ſi conſtituo † procuratorẽ ad omnes actus,
excepta cauſa reſtitutionis in integrum, mandatum hoc
extẽditur etiam ad cauſas requirẽtes ſpeciale mandatũ.
38 Et ratio, quia exceptio caſus † reſtitutionis in integrum
aliàs mandatũ ſpeciale requirebat. ita Alex. l. vlt. ff. quòd
quiſque iuris. & ibi Iaſ. & idẽ Iaſ. l. properãdũ, in prin. nu.
7. C. de iud. Dec. l. 1. nu. 25. de reg. iuris. ubi alios recenſet.
quibus accedit Soc. Iun. conſi. 34. nu. 7. lib. 1. & conſilium
50. nu. 13. lib. 2. & latiſsimè Tiraq. trac. de retractu con-
ſang. ad finem num. 94.
Non obſtant nunc adducta in oppoſitum, quoniam
illis ita ſatiſfactio. Et ad primũ dico, non eſſe verũ, quòd
neceſſe ſit fideicommiſſum eſſe debere reciprocum. nam
illud quidem affirmant omnes, reciprocum fideicommiſ
ſum facilius remitti, non tamen negant, quin etiam non
39 † reciprocum cenſeatur remiſſum ex clauſulis generali-
bus, & alijs coniecturis iam relatis. ita declarat Alcia. reſ-
pon. 561. Nam facilius aiunt fideicom. reciprocum cenſeri
remiſſum, quia fauorabile quid eſt, vt quia mutuum re-
ſpiciat periculum. ita Pariſ. conſi. 52. nume. 37. lib. 3. non
tamen hoc negant in cæteris fieri poſſe.
Non obſtat ſecundum, quia facilis eſt reſponſio,
40 cùm † Bartol. d. §. duo fratres. q. 1. ſolùm loquatur quã-
do verba renuntiationis ſimplicia ſunt, & ſolùm tempus
præſens, non autem futurum reſpiciunt, cum tamen in
caſu noſtro ampla ſint, & futurum complectantur. ſic
omnes Bartolum ibi intelligunt, & ita declarant Go-
za. con. 36. nu. 12. Pariſi. con. 46. nu. 9. & con. 55. nu. 13. li. 2.
Bellonus con. 19. nu. 7. & Soc. Inn. con. 128. nu. 122. lib. 1.
Non obſtat tertium, quia reſpondeo, imò clauſulas
41 has † ampliare, cùm poſitæ ſint ſuper diſpoſitione, quæ
eis non repugnat. ita in his terminis declarat Ripa d. §.
duo fratres, numer. 84. qui in contrarium in eo tertio fũ-
damento citatur. & illum ſecutus eſt Soci. Inn. conſi. 93.
nu. 27. lib. 3. qui nu. 25. poſt Iaſonem. Gratum & eundem
42 Ripam, inquit has † clauſulas executiuas ampliare at-
que extendere diſpoſitionem principalem, quando hæ
clauſulæ in ea diſpoſitione nihil aliàs operarentur, vt hîc
verè nihil operarentur, niſi intelligatur, ex illis tribu-
tã eſſe alienandi facultatem, cùm ratione poſſeſsionis
& vſus diuidentes illi iam omnem facultatem obtine-
rent.



rent. Præterea inquit Soc. Iun. d. conſil. 93. num. 30. illud
43 quod dicitur, † clauſulas executiuas non ampliare di-
ſpoſitionem, ſolùm procedit in reſcriptis gratioſis ſimi-
libus, quæ ſtrictè interpretantur, ſecus in fauorabilib.
Sed iam clarum eſt, fideicommiſſi remiſſionem fauora-
bilem eſſe, quemadmodum illius inductionem & con-
ſtitutionem odioſam eſſe iam diximus. Erit ergo dicen-
dum hîc clauſulas executiuas extendere. Rurſus, inquit
44 Soc. Iun. d. conſi. 93. num. 33. quòd tunc † clauſulæ execu-
tiuæ non extendunt diſpoſitionem, quando ſimpliciter
ex ſtylo notarij ſunt appoſitæ, quaſi non principaliter
conſideratæ, ſed acceſſoriè, vt declarat Goz. conſi. 6. nu.
31. ſed in caſu noſtro principaliter ex partium voluntate
& conſenſu adſcriptas mox planum faciam.
45 Non obſtat quartum, quia reſpondeo, imò has † clau-
ſulas non eſſe ex ſtylo notariorum, ſed partium volunta-
te. ita ſenſit Bart. d. §. duo fratres. q. 8. dum ſcriptum re-
liquit, eſſe inſpicienda & conſiderando verba inſtrumen-
ti, & clarius ibidem affirmauit Ripa. num 49. quod ego
veriſſimum opinor: ſiquidem magna eſt pro notario præ
ſumptio, vt ſit doctus & peritus, iuxta gloſſam §. ſi ita
ſcriptum. Inſt. de inutil. ſtipula. & in ſpecie reſpõdit Ne-
uiz. conſi. 28. num. 19. qui Corneum ac alios plures recen
ſet. Illis addo Soc. Iun. conſi. 101. nu. 1. verſ. preterea, li.
46 1. non ergo † præſumi debet, quòd is tanquam peritus
clauſulas has tanti põderis ex ſolo ſuo capite inſtrumen-
to adſcribat. iam etenim noluit notarius, ſe nil poſſe in
ſubſtantia inſtrumento addere, quemadmodum docuit
Baldus in rub. C. de fide inſtrumentorum. num. 10. dum
47 inquit, † notariũ nil plus ſcribere poſſe, quàm quæ pro-
prijs vidit oculis, vel proprijs audiuit auribus. ita etiam
reſpondit Bologn. conſi. 50. col. 2. & Cur. Sen. conſil. 56.
48 Super proceſſu. col. 1. Rurſus † notarius, antequam cen-
ſeatur rogatus de his, quæ inſtrumento continentur, in-
ſtrumentum illud coram ipſis partibus legere debet, eaſ-
que interrogare, an intelligant quod ſcriptum eſt, & an
velint documentum à ſe confici. ita docuit Bar. in l. fidei-
com. §. 1. de leg. 3. Alex. l. ſciendum. nu. 28. in fine. de verb.
oblig. Dec. conſi. 97. nu. 3. Rubeus conſ. 14. & nu. 3. & Soc.
Iun. conſi. 198. nu. 94. lib. 2. Si ergo dicimus, notarium par-
49 tibus legiſſe hoc inſtrumentum; ſequitur, † verba hæc
non ipſius notarij, ſed partium eſſe. id quod clarè docuit
Baldus in. l. errore. C. de teſta. dum dixit, verba notari
eſſe verba partium. idem Bald. l. 3. num. 6. C. de rei vind.
& in ſpecie Decius conſi 450. num. 3. conſi. 639. num. 9. &
conſil. 653. num. 6. Quibus rationibus adductus aliquan-
50 do interrogatus reſpondi, clauſulam † codicillarem in-
ſtrumento teſtamenti cenſeri inſertam voluntate teſta
toris, non autem ſtylo notarij. quod placuerit Baldo in
d. l. errore. num. 2. C. de teſtam. ita in ſimilibus clauſulis,
51 quæ vel ſubſtantialia, † vel accidentalia actus reſpici-
unt, affirmarunt Alexan. conſi. 1. num. 22. li. 5. Ruin. conſ.
159. nu. 16. libr. 3. Decius conſi. 490. num. 10. Ripa. l. Cen-
turio. num. 83. verſic. in primis. de vulg. & Neuiza. conſil.
28. num. 14.
Non obſtat quintum, quia reſpondeo, illa procedere,
52 quando quis † ſimpliciter conſenſit alienationi; ſecus
quando fideicommiſſum renuntiatum eſt, vt hîc: tunc
omne ius renuntiantis tollitur. ita affirmarunt Ang. d. §.
duo fratres. 5. oppo. Ruinus conſi. 152. colu. penul. verſi. &
magis hoc procedit, lib 2. Cur. Iun. conſi. 4. num. 22. Zuc-
chardus. l. 1. nu. 61. C. de pactis, & hoc idem clarius affir-
mauit Cra. conſi. 227. in fine.
Reſpondetur ſecundò, relatam doctrinam Ripæ, Al-
ciati & aliorum in d. quinto fundamento relatorum, pro-
53 cedere † quando res alienatur titulo oneroſo, ſecus ſi lu-
cratiuo. ita viſus eſt ſentire Bart. in d. l. ſi fundum per fi-
deicommiſſum. de leg. 1. & in noſtris his terminis Ruin.
conſi. 144. ad finem, verſic. quamuis. & conſi. 152. col. pen.
verſ. præterea ibi de hoc libr. 2. Reſpondeo etiam tertiò
diſtinguẽdo priùs cum communi opinione duos caſus.
Primus eſt, cùm ſponte quis non conſenſit alienationi,
54 ſed potius ex neceſſitate: tunc is † conſentiens non præ-
iudicat ſibi quò ad pretium: ita intelligitur & procedit
d. l. ſi fundum per fideicommiſſum, qua Alciatus & alij
in contrario fundamento relati nituntur. & hic non eſt
55 caſus noſter. Secundus eſt caſus cùm quis † ſpontè con-
ſentit alienationi, tunc is etiam in pretio ſibi præiudicat
* vt probat l. codicillis. §. 1. de leg. 3. quam ita * magis com-
muniter Doctores intelligunt & conciliant cum d. l. ſi
fundum per fideicom. vbi Iaſ. nume. 18. communem te-
ſtatur. & hic caſus eſt noſter. Nam verè erat in facultate
horum fratrum diuidere & non diuidere, conſentire &
diſſentire. & ideo conſentiendo ſpontè conſenſerunt. id
quod oſtendit etiam illa clauſula inſtrumento diuiſionis
inſerta, ſpontè, &c. cuius effectus eſt, vt à ſciente & ſua
libera voluntate geſtum dicatur: vt ſcribit Caſtr. l. hoc
iure. ff. de dona. quem ſequitur Ruin. conſi. 126. nu. 18. li. 3.
Non obſtat ſextum, quia reſpondeo, immò hos fratres
habuiſſe ſcientiam teſtamenti D. Mariani, quod multis
coniecturis demonſtrauit Excellentiſſimus D. Calzaue-
56 glia in ſuo reſponſo. Et hanc ſcientiam † coniecturis ſa-
tis probari affirmauit Bart. d. §. duo fratres. q. 3. & ibi Ri-
pa num. 53. & clarius Crauet. conſi. 193. nu. 7. Vna eſt con-
iectura, quia ſub anno 1555. ob caſum, qui euenit ex per-
ſona Iuliani poſthumi, partes teſtamentum illud Dñ.
Mariani produxerunt contra hæredes Iuliani poſthumi.
oritur ergo præſumptio maxima, quòd iam ante, atque
ita tempore diuiſionis haberent notitiam d. teſtamenti,
iuxta l. non eſt ferendus. ff. de tranſac. Dec conſi. 267. col.
2. idem ſenſit Ripa. d. §. duo fratres. num. 53. dum inquit,
57 veriorem eſſe opinionem, illum † præſumi ſciuiſſe con-
ditum teſtamentum, & inductum fideicom. qui ſe hære-
dem dixit, ita fortius hîc in his, qui agebant vt fideicõ-
miſſarij. & Craue. d. conſil. 193. num. 7. verſic. ſimiliter, &
verſi. idem ſi probaretur. Pariſ. conſi. 91. num. 48. 50. lib. 2.
Secunda eſt coniectura, quia inter D. Iulianum equitem
& filios Do. Nicolai multæ lites agitatæ fuerunt, & ſuper
dictis fideicommiſſis initæ ſunt tranſactiones; vna ſub
anno 1533. cui interfuit D. Hiero. pater horum diuiden-
tium: altera ſub anno 1545. paulò ante mortem dicti D.
Iuliani; quo tempore dicti fratres erant omnes ætatis ad-
ultæ. iure ergo præſumitur horum habuiſſe ſcientiã tum
ex coniunctione maxima, tum ex vicinitate; quemadmo
58 dum relati Doctores ſcribunt. & illum † præſumi ſcire
fideicommiſſum, qui copiam teſtamenti habuit, tradit
Pariſ. conſil. 46 num. 17. lib. 2. & in ſpecie de eo qui teſta-
mentum produxit, tradit Neuiz. conſil. 84. num. 19. nec
diſſentit Ripa §. duo fratres. nume. 46. Alba conſi. 59. nu.
8. Tertia adfertur etiam coniectura, quia anno 1545. D.
Iulianus eques deceſſit relictis duabus filiabus, & vxore
grauida, quæ nomine dictorum de Fenarolis requiſita
fuit, vt adueniente tempore partus eos admoneret, quia
intendebant velle mittere honeſtas mulieres, quæ partui
aſſiſterent, pro eorum intereſſe: qui ſic admoniti miſe-
runt: ſed cùm aliud intereſſe non fuerit, quàm cauſa fi-
deicommiſſi, quemadmodum exitus demonſtrauit: quia
mortuo poſthumo agere cœperũt: ſequitur eos habuiſſe
fideicõmiſsi notitiã. Quarta accedit cõiectura quæ deſu
59 mitur † à communi ſtylo notariorũ, qui, poſteaquam te-
ſtator eſt vita defunctus, publicant teſtamentum ab eo
factum: ita Alexand. d. § duo fratres, nu. 53 & Pariſ. conſi.
72. num. 27. lib. 2. Gozad. conſi. 98. nu. 21. Crauet. d. conſil.
193. nume. 6. ad finem.
Non obſtat ſeptimum & vltimum quia reſpondeo,
* magis * receptam & veram eſſe Doctorum opinionem,
nullam eſſe conſtituendam differentiam in alienatione
60 † fideicommiſſi, quòd alienatio facta ſit titulo ſingulari
inter viuos, vel vniuerſali ex vltima diſpoſitione & ſuc-
ceſſione, vt dicatur alienans vſus facultate illa alienandi
ſibi data in bonorum diuiſione. ita reſponderunt Alex.
conſi. 289. num. 8. lib. 2. Cur. Sen. conſi. 64. Antiquiſſima,
col. pen. Soc. Sen conſi. 43. col. 1. lib. 4. Ruinus ſibi parum
conſtans conſi. 144. col. vltim. & conſi. 152. col. pen. lib. 2.

vbi latè hanc ſententiam defendit Zuc:hardus.l.1 num.
61 C.de pactis.& Pariſ.conſ.46.col.vl.li.2 & conſ.71. nu.
61 15.22.lib.3.Eſt ratio manifeſta,quia † hæredis inſtrumen
to eſt alienationis ſpecies.l.ſi ita quis.§.ea lege,de verbo.
oblig.Ruin.conſ.151.nu 24.lib.1.Pariſi. conſ.74. in fin.li.
2.& Soc.Iun.conſ.129.nu 18.lib.2.& quod eſt dictum de
hæredis inſtitutione,eſt etiam de ſucceſsione ab inteſta-
to.ita Iaſon d.l.ſi ita quis.§.ea lege.num.8.de verbo.obli.
& Pariſ.conſi.71.num.28.lib.3.Nec aduerſantur rationes
illæ Alciati & aliorum.nam illi primæ rationi reſponde
62 tur,non eſſe aliquando mirum,quòd† hæres ſit melioris
conditionis ipſo teſtatore,ob nouam cauſam: quemad-
modum declarat idem Alcia.in l.2 §.ex his.col.2.de ver.
obliga.& ibi latius Lancelotus Galiaul. & Cagnol. in l.
hæredem.in fi.de reg.iur.Differentiæ autem ratio, & no
ua cauſa eſt,quoniam hîc ante alienationem res penès
defũctum ſub reſtitutionis onere reperitur, cùm, nõ ob-
ſtante alienandi licentia obligata ſit,donec aliquo modo
alienetur,vt ſcribunt omnes in d.§.duo fratres.Sed quã-
63 do ſemel fuit † alienata,reuocari amplius non poteſt, cũ
effecta ſit perpetuò alienabilis.l. pater. §.quindecim de
leg.3.quo fit vt noua cauſa poſsidendi hæc bona ſit in his
hæredibus ab inteſtato etiam ſuccedentibus. Nam, ſi re-
ctè conſideramus,duæ hîc adſunt cauſæ poſsidendi. V-
na,ratione fideicommiſsi iam à primo teſtatore conſtitu
ti:& ex hac cauſa poſsidebant omnes fratres ante diuiſio
nem & fideicommiſsi renuntiationem. Altera eſt cauſa
ſuperueniens,nempè poſt diuiſionem,quæ deinde poſſi
dendĩ cauſam verè immutauit: vt in claris terminis re-
ſpondit Soc.Sen.conſi.15 col.vlt.lib 5 vbi cõſuluit, quòd
64 antiqua † poſſeſsio immutata dicitur,ex noua cauſa ex-
trinſeca,& propriè loquitur in duobus fratribus qui di-
uiſerunt hæreditatem,vt poſt diuiſionem dicantur ex no
ua cauſa poſsidere.ita hîc fratres diuidentes ante diuiſio
nem vno titulo poſsidebant,deinde facta diuiſione alio
titulo cum facultate alienandi,& ideo relinquendo hæ-
redes ſuccedentes ab inteſtato,videtur eis voluiſſe hanc
nouam poſſeſsionem ex illa licentia transferre: & ij hæ-
redes non ex cauſa antiqua,ſed ex præcedenti immedia
ta hæc bona poſsidere dicuntur.iuxta l.quædam mulier.
ff.de rei vin.& tradit Craue.conſi.226.num 5. & Neuiza.
conſi.80.num.25.quod maximè dicendum eſt,cùm præ-
ſumptio ſit,eũ velle ex vtiliori cauſa poſsidere, q duab.
de cauſis poſsidere poteſt:ita enim naturalis ratio ſua-
det.Non etiam obſtat illa ſecunda ratio Alciati ex illo ſi-
65 mili de pignore,ex † l.ſicut.§.ſi debitori.ff. quibus mod.
pig.vel hypo.ſol.quia reſpondeo,textum illum contra-
rium probare,dum inquit,conſenſum præſtitum à credi
tore debitori de pignore alienando, ſi à debitore viuẽte
alienatum non fuit,alienari poſſe ab hærede eiuſdem de
bitoris.Ecce ergo conſenſum & licentiam ab hærede nõ
reuocari,ſed perdurare.& ita Bar. ibi intellexit & Negu
ſa.tract.de pigno.parte 6. membro 3. num.15. Non obſtat
tertia ratio,quia iam ſuprà reſpondi ad d.l. ſi fundũ per
fideicom.ceſſat enim hîc præſuppoſitum, quòd ſi res ex-
tat penes hæredem,poſsit reuocari, quemadmodum re-
uocari poteſt pretium à ſingulari ſucceſſore.ceſſat inquã
hoc,quia falſum eſt in caſu noſtro, pretium à ſucceſſore
ſingulari reuocari poſſe,vt ſuprà oſtendimus. Nõ obſtat
66 quarta ratio,quæ † Ruini fuit, quia reſpondetur, quòd
imò hæres alio titulo,& diuerſo à titulo anteceſſoris ſui
poſsidet:cùm is anteceſſor tacitè vocando hos ab inteſta
to ſuccedentes,iuxta l.conficiuntur.de iure cod.eã licen
tia vſus eſſe videatur.atque ita concludo ex ea diuiſione
fideicom.cenſeri renuntiatum.

Quò ad ſecundam propoſitam dubitationem,quæ ex
facto potius,quàm ex iure pendet, an ſcilicèt probetur,
quòd diuiſa fuerint bona,quæ obuenerunt per mortem
Iuliani poſthumi ſub ann.1555.& ea, quæ redempta fue-
runt à filiabus Do.Nicolai anno 1561.& dicendum vide-
batur,ſatis probari factam diuiſionem.

Primò,ex inſtrumento compromiſsi ſub anno 1555.
3.Februarij,in quo actum de his bonis videtur.

Secundò,quia D.Franc. ſub anno 1561. locauit bona
hæc de Rudiano tanquam propria, nulla facta mẽtione
dictorum fratrum.ergo diuiſio facta creditur. Nam locã
67 do†nomine ſuo,ſe dominum oſtendit, vel ſaltẽ poſſeſſo
rem,cùm talis ſit locationis vis.l.per vniuerſas.§.qui per
colonum,de acqui.poſ. Pariſ.cõſ.104.nu.88.li.1.Al.reſp.
294.num.5.

Tertiò probari videtur hæc diuiſio ex ſcriptura con
fecta inter hos fratres ſub anno 1562.in qua habẽtur quæ
dam diuiſiones pro maiori patre ſimiles illis, de quibus
in compromiſſo.

Quartò, quia iſti fratres per multos annos poſſede-
68 runt bona iſta,tanquàm diuiſa,ex illa ergo † poſſeſſione
diuiſio præſumitur.l.ſi maior.C.communi diuid.

Cæterùm,re melius conſiderata, contrarium verius
eſt,nempè hactenus non probari factam eſſe horum bo-
norum diuiſionem. quod his rationibus ſatis probari
poteſt.

69 Primò,quia † diuiſio quid facti eſt, quod ſanè factum
non præſumitur,ſed qui illud aſſerit, probare debet. l.in
bello.§.factæ.de capt.& poſtlim. reuerſ. & in ſpecie ſen-
ſit Bald.conſil.396.Caſus talis eſt,quidam Do.Leo,ad fi-
nem,lib.1.& probat tex.l.ſi maior.C. communi diuid. dũ
vult probari inſtrumentis,teſtib.vel coniecturis.

Secundò, quia hactenus D. Maria etſi non poſſidet
aliqua bona ex his,quæ à Iuliano poſſidebantur, atta-
men perſoluit cenſus & onera, ex quibus intelligimus
70 bona non eſſe diuiſa:nam cenſus † ſolutio poſſeſſionem
arguit:ita tradit Iaſ. l. decem.nu.35. de verb. ob. & clarè
Soc.Se.conſi.205.col.2.ver.1.ex theorica. lib. 2. id quod
procedit ſine controuerſia videntibus & patiẽtibus ad-
uerſariis.

Non obſtat itaque primum,quia reſpondetur,à diui-
ſione facta in d. compromiſſo receſſum fuiſſe per D. Ioã.
Mariam, qui iudicialiter prouocauit ad nouas diuiſio-
nes:& petijt ſibi reſpõderi de fructibus Rudiani & Pro-
ualii:imò expreſſè dixit, ex eo compromiſſo non eſſe fa-
ctas diuiſiones, ſed ſolùm fuiſſe tractatum de diuidẽdo,
quibus quidem verbis conſenſit D.Franc. non ergo poſ-
ſunt nunc ij domini Maria.& Fran .fundamentum con-
71 ſtituere ſuper hoc † actu à ſe impugnato.l.poſt legatum,
in prin.vbi latè Bar.ff.de his quib.vt indig.latiſſimè tra-
dunt Soc.Iun.conſil.129.num.9.lib. 1. & Craue. conſil. 1.
nu.3.& conſi.24.nu.5.idem conſ.255.col.1.Prætereà, dum
72 petierunt nouas fieri diuiſiones, † à iam facta,ſi qua eſt,
receſſiſſe dicuntur.l.ſi maior,vbi glo.& Doct.C.commu
ni diuid. nam cum actus, qui fieri non poteſt citra iuris
renuntiationem geritur,renuntiatio facta dicitur, quẽ-
admodum multis probauimus:ita hîc,non enim peti no
ua diuiſio poteſt, quin iam factæ diuiſioni renuntiatum
dicatur.

Non obſtat ſecundum,quia reſpondetur ipſum Do.
Franc.locaſſe d. bona tanquam ſua,ex quo partem in eis
habebat, nam ſocius rei communis non errat diſponen-
do de re communi, cùm ratione ſuæ partis de ea diſpo-
73 nat.quod†procedit eo præſertim caſu cum ad vſum de-
ſtinatum de illis diſponit.l. ſerui electione.§.Labeo, vbi
Bart.& clarius ad rem noſtram ibi Ripa,num.14. de leg.
1.& Docto.in l.id quod noſtrum,de reg.iur.

Reſpondetur ſecundò, quod ſub anno 1562.facta eſt
quædam alia diuiſio,quæ quidem, etſi aliis de cauſis in-
ualida eſt,declarat tamen iam ante aliam diuiſionem nõ
74 præceſſiſſe.nam actus†etiam nullus declarat mentem a-
gentis.l.vl.vbi Bart.ff.de reb.eo.& Dec.conſi.172.colum.
1.Soc.Iun.conſi.8.num.31 libr.2.& latè Tiraqu. de legib.
connubial.poſt leges connub.gloſſa 6.num. 206. Acce-
75 dit,quia etiamſi facta fuiſſet alia†diuiſio,per hanc ab il-
la eſſe receſſum,vt in ſpecie reſpondit Ruin.conſi.187.nu.
12.lib.2.nam ex actu contrario receſſum dicitur à primo,
quemadmodum ſcribunt omnes in l.non ſolùm. §.mor-
te de oper.nou.nunt.& in cap.cùm M.Ferra. de conſtit.
Non ob-



Non obſtat tertium,quia reſpondetur,hanc diuiſionem
ſub anno 1562. non probari, cùm de ea ſolùm appareat
76 ſcriptura priuata,quæ quidem nihil probat.Nec† litera-
rum comparatione probari poterit, iuxta l. comparatio-
nes.C.de fide inſtr,Illa eſt ratio,quia, vt intelligo, mul-
ta deficiunt, que neceſſaria ſunt ad hanc comparationẽ
faciendam, quæ autem requirantur, fuſiſſimè explicaui
in commentariis de arbitrariis iudicum.lib.2. centuria 2.
caſu 114.Non obſtat quartum ac vltimum,quia reſpon-
detur,quòd ad hoc,vt ex ſeparata poſſeſſione præſuma-
77 tur † diuiſio,oportet poſſeſsionem eſſe debere decenna
lem.l.ſi maior,vbi glo.& Bart.C.communi diuid. & de-
clarant Ruin.conſi.117.in fi.& conſil.162. num.5. lib.3. &
conſi.29.nu.2.lib.4.Iaſ.l.ſi certis annis.nu.11.C.de pactis
latè Boer.q.58.nu. 2. & Balbus tract. præſcript. ſecunda
parte principali q.10.nu.39.in caſu autem noſtro non eſ-
ſe decurſum decennium abſolutè præſupponitur. Quò
verò ad tertiam propoſitam iuris dubitationẽ, an ratio-
ne bonorum de Rudiano,quæ Do.Franc.conſecutus eſt
ex diuiſione,ipſi fratres teneantur de euictione erga D.
Franc.ſeu eius hæredes,ſi ex cauſa fideicõmiſsi, cui hæc
bona ſuppoſita aſſeritur,ſequatur. Qua in re dicendum
videbatur,non teneri.Primò ex doctrina gloſſæ in l.ſi fa
miliæ.in glo.vlt.in fine.C.famil.erciſ. & ibi clarè expli-
78 cat Baldus,in fin.inquit gloſſa illa,quòd ſi † vnus fratrũ,
cui obuenit feudum in diuiſione,ſola filia relicta moria-
tur:& illius filiæ patruus ei auferat feudum, fœminam
non poſſe conſequi pretium,vel quid aliud ex bonis pa-
trui ob ſecutam euictionẽ.Ea ratione mouetur,quia hoc
caſu euictio non ſequitur ex facto patrui euincentis,ſed
ex natura rei:& quando euictio ex natura rei ſequitur,
non tenetur alteri frater:ita etiam in caſu noſtro, & cum
gloſſa illa ſenſerunt Bar.in fine,Salice.& Caſtr. idem re-
ſponderunt Alexand.conſi.21.num.4 li.5.Ruin. conſi.11.
nu.11.& conſ.14.nu.5.li.1.conſ.137.nu.12.lib.2. conſil.7.in
fin.& conſil.92.col.vlt.lib.3.Socin.Iun.conſil.119. num.2.
lib.3.& Tiraqu.tract.de retractu conſang. §.1.glo. 9. nu-
mer.35.

Secundò maximè vrgere videbatur l.ſi fundũ ſciẽs.
79 C.de euictio.qua probatur,quòd ſi ſciens † rem euinci-
bilem,eam acquirit,pro euictione ei actio non datur:ni-
ſi in eum caſum de euictione ſibi caueri curet.ita Bald.d.
l.ſi familiæ.num.8.C.de famil.erciſ. Alexan.d. conſil.21.
num.6.verſi.tertiò principaliter.lib.5.& Soc.Iun.d.conſ.
119.nu.3.lib.3.& Craue.conſ.211.nu.6.

Tertiò hanc opinionem comprobare non parũ vi-
80 detur l.fundum meum.ff.de euict.ſi res † facto meo euin
citur,aduerſus venditorem de euictione non experiar,
idẽ ſi mei anteceſſoris facto euincitur, cum factũ defun-
cti ſit ipſius hæredis.Cùm ergo ex cã fideicõmiſſi res e-
uincitur,euictio dr̃ facto anteceſſoris ipſorum diuiden-
tium,ceſſat ergo actio pro euictione.ita in ſpecie docuit
Bart.l.qui Romæ.§.duo fratres.q. 13. ver. ſecundo caſu.
de verb.oblig.Quartò accedit quòd ex quo diuiſio facta
81 † fuit à patre,conqueri non poſſunt filij,etſi vnus plus al
tero conſecutus ſit.l.ex parte.§.vlt.vbi Bal.ff.famil.erciſ.
Alex.conſ.77.lib. 3. & diuiſio à teſtatore facta differt à
82 † diuiſione facta ab ipſis hæredibus:ſi quidem primo ca-
ſu conqueri filii non poſſunt.Ita reſponderunt Cor.con.
228.col.2.& conſi.273.col.7.lib.4.Dec.conſil 254.num.2.
& Pariſi.conſil.34.nu.27.lib.2. Et cùm diuiſio facta eſt à
patre,de euictione non agunt filij. Ita Pariſ.d. conſi. 34.
nu.22.ex.l. ſi familiæ. verſ.pro parte, & verſi. item ſi fiat.
83 Quintò & vltimò vrgere videtur, quòd † diuiſio à pa-
tre facta, nõ aufert ius fideicommiſſi:cùm fideicommiſ-
ſum,vt æs alienum,ante omnia deduci poſſit. l. irritum.
vbi Caſtren.C.ad.l.Falc. gloſſ.in l.cùm pater, in verbo,
compenſat,de leg.2.& in l.debitor.ff.ad l.Falc.Ita etiam
videmus,patrem non poſſe ab vno auferre,& alteri præ-
legare,vt ſcribunt Oldra.conſ.187.Iaſ.in l.2.q. vlt. C. de
iure emph.& Soci.Iun.cõſi.72.nu.17.li.1. Et ideò dicebat
Bald.in l.ſi pater.num.9.C.de inoff.teſt.ꝙ ſi teſtator non
relinquit hæredi, quod relinquere tenebatur,poteſt hæ-
res venire contra eius factum. & in terminis fideicom-
miſſi ita reſpondit Caſtren.con 445.col. vlt. verſi. tertiò
facit.li.2.& inter Caſtrenſis conſilia Saluſtius de Peruſio
conſi.197.li.2.& Crau.conſil.200.nu.7.Hæc dubitationẽ
mouebant.Re tamen diligentiſſimè perpenſa atque con
ſiderata, contraria ſententia verior eſt:nẽpè in caſu hoc
noſtro,hos fratres de euictione teneri erga D.Franc. ſeu
eius hæredes, quod vt dicam, duæ ſolidiſſimæ rationes
me mouent.Primò quia hîc præſupponitur,D.Franc.in
totum obueniſſe bona de Rudiano fideic.ſuppoſita: alijs
verò fratribus bona libera. quo fit vt locus ſit doctrinæ
Guidonis Suzariæ, quem recẽſet Bald. in d.l.ſi familiæ,
num.3.verſ.iſta gloſſ. C.famil. erciſ. vbi Guido declarat
gloſſam illam,quæ affirmauit,ꝙ quando bona ſunt diui
84 ſa † inter fratres,& portio vnius euincitur,alter ob ſecu
tã euictionẽ non tenetur. Illa(inquit gl.)eſt ratio,quia
mutuũ periculũ,qđ ſuberat, ſubſceptũ fuit.quæ doctrin.
inquit modò Guid. ceſſat & locum non habet, quando
vni omnia bona libera obuenerũt, & alteri omnia bona
obnoxia, quia tunc ceſſat ratio mutui periculi. Quæ
85 ſanè doctri. procedit etiam, quando † euictio ſeque-
retur ex natura ipſius rei: & ſi ipſe Guido. prima fa-
cie loqui videtur eo caſu, quando euictio aliunde
& extrinſecus, non autem ex natura rei ſequitur:quòd
autem propriè ac verè loquatur etiam quando ſequitur
euictio ex natura rei, declarat Alex.d.§. duofratres. nu.
34.verſi.Bald. tamen & clarius ita Guidonem intellexit
ibi Alcia.numero 37.idem Alciat.reſpondeo 133.numero
5. & reſp.138. numero 3. in fin.& rectè.mea quidem ſen-
tentia. Siquidem eadem militat ratio hoc caſu, cùm
ex natura rei ſequitur euictio, quemadmodũ quãdo ex-
trinſecus. nempè, quia mutuũ periculum ſuſceptũ non
86 eſt:&quia magna ſequeretur inter † fratres inæqualitas:
quã, vt euitem⁹, plura legis ſanciuerũt,vt doctè & elegã
ter multis oſtẽdit Magn.D. Galzaueglia.in reddito hac
in cauſa reſponſo,quib. accedunt tradita à Ruino conſi.
122.num.7. lib.2.Gozad. conſi.58. num.15. Soc. Iuni.con
ſil.147.num. 41.lib.2.Pariſ.conſi.2.num.27.lib.3.& Tira-
quel.tract. de iure primig.q.4. nu.5.6.7. Hæc Gui.doctr.
multò fortius noſtro in caſu procederet,quando proba-
ri poſſet aliquis dolus ex latere fratrum commiſſus con-
tra D. Franc. vt quia aſsignaſſent bona hæc fideicom-
miſſo obnoxia ipſi D. Franc. carenti prole maſculina,
& quam non poſſe ſuſcipere videbant: quemadmodum
conſiderat Alcia.d.§.duo fratres. num.37. Nec aduerſa-
87 tur quòd à Guid.diſſentiat † Bal.in d. l. ſi familiæ.nu. 3.
adductus ex tex.l.ſi fratres.C. communia vtriuſque iud.
quem Guidoni aduerſari dixit:quandoquidem,vt inquit
Alcia.in.d.§.duo fratres. nu.34.verſicu.Nec obſtat, verè
non repugnat quia loquitur quando mutuum pericu-
lum fuit ſuſceptum, quod hîc non contingit. & latè
eo loci declarat Alc. cuius verba huc adferre ſuperuaca-
neum fore exiſtimaui.

Secundò, locum eſſe euictioni in caſu noſtro vel ex
eo demonſtratur. hîc etenim fideicommiſſum remiſſum
fuit, vt ſup. iam latè oſtendimus,quo ſtante ſequitur de
83 euictione agi poſſe,& ſi illa ſequitur ex rei natura.ita reſ
pondit Craue. conſi. 24. in fin.poſt Corneum conſi.150.
col.vt.lib.3.& con.13 ad fi.lib.4.idẽ Crauer.con.211.nu.7.
imò ſubiicit Craue.d.con. 24. poſt Are.cõſ.3.locũ eſſe eui
89 ctioni ſecutæ† etiam ex natura rei,quando illa natura al
terata fuit partium conuentione. Confirmatur hoc fun-
damentum( mea opinione) ſatis ſolidum auctoritate Ri
pæ lib.1.reſpon.c.1.nu.63. qui reſpondit,euictioni his ca-
90 ſibus locum fore, quando res feudalis † data eſt pro li-
bera,vt cùm in conceſsioni dictum eſt, pro ſe & quibus
dederit,vel ſimili modo: ſi quidem data videtur alienãdi
facultas & alterata eſt natura rei,ob id euictio præſtatur.
ita hîc dicendum eſt, vbi in diuiſione tot ſunt appoſitæ
clauſulæ,quibus( vt iam diximus ) fideicom. alteratum
fuit:& vt res libera cõceſſum D. Fran. fuiſſe dicitur.Ter-

tiò & vltimò accedit hæc ratio, quòd hi actores & cum illis D. Ioan. Franc. defunctus. in diuiſione inter eos facta à D. Hieronymo eorum patre non ſunt conſecuti bona D. Mariani, vt propria atque fideic. D. Mariani ſuppoſita, ſed vt bona libera D. Hieronymi patris diuidentis. quod factum debent hi actores D. Hieronymi
91 hæredes approbare † l. cùm à matre. C. de rei vendic. & infrà dicemus.

Non obſtant nunc in contrarium adducta, quia reſpondetur. Et ad primum reſpondeo, doctrinam Baldi
92 & ſequacium procedere quando † diuiſio alia ratione foret æqualis: vt putà, ſi vni fratrum obuenisſent bona patrimonialia valoris centum, & alteri fratri bona fideicõmiſsi vel feudalia valoris ducentũ, æſtimata tamẽ cẽtũ tãtum, ob periculũ reſtitutionis, illisq; adiectũ onus: tũc is, cui adiudicata fuerunt illa feudalia, conqueri non poſſet, ob ſecutam euictionem: quandoquidem æqualis fuit diuiſio. ita viſus eſt vno verbo ſentire Alciat. d. §. duo fratres. num. 37. ibi, & alius habens liberos, bona paris æſtimationis, &c. Ecce conſiderat Alciatus parẽm æſtimationem, quæ conſiderari non poſſet, quando ratio periculi & oneris reſtitutionis fideicomiſsi, vel feudi cõſiderata non fuiſſet. hoc clarius ſenſit idem † Alciatus d. §.
93 duo fratres nu. 35. ibi, dum tamen in hoc aduertatur, an qui bona fideicõmiſsi accepit, id fecerit, quia in præſentia eſſent vtiliora, voluerítque eam vtilitatem cùm futu-
94 ri † euentus periculo compenſare. arg. l. de fideic. C. de trãſac. quòd ſi ita rem hãc intelligemus, æqualitatẽ ſeruabimus, & dolum fraudémque euitabimus. ita etiam viſus eſt intellexiſſe Soc. Iu. d. conſ. 119. nu. 1. lib. 3. ibi, item etiam, quòd ipſa nõ teneatur aliquo modo ad bona eiuſdem valoris. & ibi num. 2. verſic. nam cùm talia, inquit, diuiſionem fuiſſe legitimè factam: quod falſum eſſet, ſi tanta adeſſet inæqualitas. & idem clarius repetit Socinus in fine d. reſponſi, dum conſiderat ſufficere æqualitatem fuiſſe ab initio ſeruatam, quæ non poſſet dici ſeruata, ſi res fideicom. ſine illo reſtitutionis periculo æſtimata fuiſſet. ſed in caſu noſtro præſupponitur, quòd bona hæc fideic. fuerint æquè æſtimata, ac libera: atque ita nullam fuiſſe habitam futuri periculi rationem.

95 Non obſtat ſecundum ex tex. † l. ſi fundum ſciens, quia reſpondeo, ibi id contingere, quia ille emens rem ſcienter, dicetur eſſe in male fide: quo caſu fur dicitur l. ſi ſeruum. C. de furtis. & ideo in pœnam etiam pretium amitit, & in pœnam fiſco defertur. ita cenſuit gl. in c. 1. in
* verbo ex empto, de prohib. feud. aliena. per Frid. quam* communiter receptam aſſerit Gomeſ. in §. item ſi quis in fraudem. nu. 41. in fi. Inſt. de actio. qui ita declarat d. l. ſi fundum. idem ſenſit Didacus li. 3. varia. reſol. c. 17. pagin. 2. verſ. ad etiam quæſtionẽ. ſed in caſu noſtro non ita cõtingit, quoniã D. Frãc. non verſabatur in aliqua mala fide.

Reſpondetur & ſecundò, quòd ex quo in ipſo diuiſio-
97 nis inſtrumento † de euictione promiſſum eſt, ſaltem pretium eſt reſtituendum, cum ambæ partes ſcirent adeſſe fideicom. ita declarant Angel. Aret. §. vlt. nu. 2. Inſt. de emp. & vend. Crau. conſ. 64. nu. 4.

Non obſtat tertium ex l. fundum meum. ff. de euictio. quia pariter reſpondetur, vt ſuprà dixi, non procedere cùm de euictione eſt promiſſum. Vel & ſecundò, non procedit quãdo mutuum periculum non eſt ſuſceptum, ex doctrina Guidonis de Suzaria ſuprà relata.

Non obſtat quartum, quia reſpondeo, quòd hîc non conqueruntur hæredes iſti de æquali diuiſione, imò eam approbant: ſed non ita aprobant, vt factam de bonis D. Mariani fideicõmiſſo ſubiectis, ſed vt de bonis liberis ipſius D. Hieronymi diuidentis, vt infrà dicemus.

Reſpondeo ſecundò, quòd et ſi de euictione agi non
98 poſſit, cùm diuiſio à teſtatore facta fuit: attamẽ † læſo ſuccurritur ope exceptionis. l. cùm pater. §. euictis, de leg. 2. Comenſis & Ripa in l. qui Romæ. §. duo fratres. de verb. obliga. ille num. 25. iſte numer. 95. quo loci idem eſſe aſſerit Ripa, cùm euictio eſt ſecuta ab alter ex hæredibus. Et coniectura voluntatis in d. §. euictis, colligitur ex eo, quòd teſtator inter ſuos diuidẽdo, voluit eis prælegare res in diuiſione aſſignatas: & in ea diuiſione eos ad inuicem grauare. propterea videtur teſtator velle grauamen vnius cum prælegato alterius compenſare, & econtra. l. filium. C. fami. erciſ. ibi, compenſato propterea quod ab hæredibus vice mutua percipitur. & in l. deducta. § numis. verſi. cùm autem. ff. ad Trebell. Quocirca teſtatoris voluntas illa fuit, vt non cogatur hæres ſuſcipere grauamen ſibi iniunctum, niſi ei prælegatum conſeruetur.

Non obſtat quintum & vltimum, quia reſpondeo, quòd pater poteſt ſua diſpoſitione auferre & perimere ius fideicommiſſi reſtituendi filio, cùm filius hæres pa-
99 tri afficitur. Nam nec hoc in caſu † poteſt filius patris factum impugnare: ita poſt Romanum & Alexandrum reſpondit Rui. conſ. 7. nu. 39 lib. 1. qui ait, quòd licèt alienatio rei ſubiectæ fideicommiſſo facta pendente conditione, reſoluatur per condonationis euentum. l. vlt. §. ſinautem. C. cõm. de leg. ſi tamen fideicommiſſarius ſuccedit hæredi grauato, eam alienationem reuocare non poteſt. Idem Ruin. conſ. 25. nu. 11. lib. 2. & eo loci. nu. 10. ſcribit,
100 † patrem poſſe alienare rẽ filij ſui hæredis: qui ſanè hæres contrauenire non poteſt. Ita etiam reſpõdit Pariſ. cõ-
101 ſi. 34. in fi. lib. 2. Soc. Iun. conſ. 107. nu. 56. li. 3. qui ambo † in ſpecie fideicommiſsi ita reſponderunt. idem quoque reſpondit Fulgo. conſ. 67. Paterfamilias. Et quod de feudo eſt dictum, verum non eſt, cùm liceat patri alienare feudum etiã ex pacto & prouidẽtia in præiudiciũ filij, ſi fili-
102 † patri hæres efficitur: cùm tanquam hæres non poſſit patris factũ improbare. ita docuit Bald. in l. qui ſe patris, nu. 9. C. vnde liberi. cum Bal. ſenſerunt Alex. conſ. 13. nu. 7. conſ. 19. nu. 14. lib. 5. Rui. conſ. 17. nu. 11. conſ. 38. nu. 16. cõſi. 20. in fi. & conſi. 208. nu. 16. lib. 1. Dec. conſ. 185. nu. 1. & ibi. nu. 4. multis oſtendit, non eſſe adhibendam differentiam, quòd feudum ſit hæreditarium vel ex pacto & prouidentia, cùm omni caſu non poſſit hæres contrauenire facto defuncti. cum Bald. etiam tranſeunt idem Dec. cõſ. 445. num. 56. & conſi. 468. nu. 30. Pariſ. conſ. 10. nu. 7. conſ. 16. nu. 43. & conſi. 106. nu. 27. lib. 1. & Boe. q. 23. nu. 20. Nec
103 obſtat illa doctr. † Baldi in l. ſi pater, nume. 9. C. de inof. teſt. & Caſtrenſis ac Saluſt. j. necnõ & Crauettæ: quia reſpondeo, illos loqui, cùm teſtator reliquit quòd is hæres ſine ipſius teſtatoris facto conſecuturus erat, & nil vltrà ex bonis ipſius teſtatoris hæres recipit. vt putà, ſi centum reliquit teſtator huic hæredi, quæ ſanè centum ei reſtituenda erant ex alterius teſtatoris diſpoſitione, vel alterò etiam iure. Ex quo enim tunc hæres nihil ex bonis ipſius vltimi teſtatoris conſequitur, illius volũtatem impugnare poterit: at ſecus quando ipſe teſtator præter bona omninò à ſe hæredi reſtituenda, alia reliquit. tunc is hæres venire non poteſt. Ea eſt tunc ratio, quia ſi à teſtatore fuit honoratus, potuit etiam ab eo grauari. Et cùm eius voluntatem approbauerit, acceptãdo quod ſibi fuit
104 relictũ, non poteſt amplius eam improbare. † Et ideo Caſtr. d. conſ. 445. col. vlt. verſ. facit, loquitur in caſu donationis inofficioſæ, quæ aduerſabatur diſpoſitioni iuris, necnon & ſtatuti, ſuper quibus Caſtrenſis fundamentũ conſtituit. Et deinde ait illos filios & nepotes nõ habuiſſe debitam portionem, & ob id poſſe reuocare vſque ad debitam ſummam. l. 2. C. ſi in fraudem patro. Atq; ita loquitur Caſtrenſis iuxta caſum relatum in præcedenti reſponſione ſecundi fundamenti. quod non contingit in caſu noſtro. Non etiam obſtat illud reſponſum Saluſtij, quia verè ibi col. 2. verſ. præterea prædicta, &c. loquitur, quando ad hæredem nihil prouenit ex facto defuncti: vt quia alio facto & euentu illa bona, quæ teſtatoris credebantur, ad eos peruenerunt. Quod hic non contingit: quia hi filij multa ex bonis D. Hieronymi patris cõſecuti ſunt. Ita etiam loquitur Crauet. d. conſi. 200. nu. 7. dũ agit de patre relinquente ſpuriis, quib. prohibetur à patre relinqui, quando adeſt legitima ſoboles: quod hîc non contingit. His

git. His



git. His opinor huic dubitationi eſſe abundè ſatisfactũ.

Iacobus Menochius I.C.

SVMMARIVM

1 *Clauſula ad habendum, tenendum, & c. poſita in inſtrumento diuiſionis, an operetur remiſſionem fideicommiſſi.*
2 *Statutum Brixiæ 191. in ciuilibus. Quòd rogati reſtituere hæreditatem, & c. declaratur, de qua portione intelligatur.*
3 *Legitima quibus debeatur.*
4 *Naturam rei magis ſimilis altera ſequitur.*
5 *Statutum correctorium à iure communi interpretatur: contra infrà. num. 30.*
6 *Fructus imputari in Trebellianicam.*
7 *Portio quæ retineatur ob imputationem.*
8 *Augmentum operari ad eum finem inducta, & non diminutionem.*
9 *Legitima quantitas taxatur ex filiorum numero.*
10 *Deſcendentium appellatione venire omnes in infinitum.*
11 *Trebellianicam retinet hæres hæreditatem reſtituere grauatus.*
12 *Species potentior attenditur.*
13 *Hæreditatis petitio actio realis eſt.*
14 *Bannitum relegati nomen aſſumere.*
15 *Sententia eſt interlocutoria, quæ plus de ea parte participat.*
16 *Res tẽporalis eccleſiaſticæ iuncta, efficitur eccleſiaſtica.*
17 *Legitimam eſſe potentiorem Trebellianica.*
18 *Legitimæ fructus non imputari.*
19 *Duo determinabilia æqualiter determinari.*
20 *Fructus non imputantur in Trebellianicam filijs primi gradus.*
21 *Priuilegiatus efficit non priuilegiatum eſſe pariter priuilegiatum, ſi ei coniungitur.*
22 *L. iam hoc iure. ff. de vulg. declaratur.*
23 *Subrogatum ſapere naturam ſubrogati.*
24 *Et quomodo eius naturam ſequatur.*
25 *Fructus pendentes hæreditatem augere.*
26 *Fructus qui fideicommiſſario reſtituantur.*
27 *Fructus hæreditarij qui.*
28 *Aſcendentes grauati quot quartas detrahant.*
29 *Aſcendentes aliquando extraneis æquiparari.*
30 *Statutum correctorium à iure communi non recipere interpretationem.*
31 *Fructus qui veniant in detractione quartæ.*
32 *Fructus regulariter in Falcidiam non imputari.*
33 *L. quod de bonis. §. quod auus. ff. ad l. Falcid. declaratur.*
34 *Odium non debent operari ad fauorem inducta.*
35 *Statutum Brixiæ 180. in ciuilibus, declaratur.*
36 *Actus præſumitur legitimè geſtus.*
37 *Statutum Brixiæ 180. in ciuilibus, non comprehẽdere cauſam dotis.*
38 *Simulatio non arguitur ob continuatam poſſeſſionem.*
39 *Dos conſtante matrimonio eſt mariti.*
40 *Maritum ſoluere debere collectas & onera pro dote conſtante matrimonio.*
41 *Et ipſe agit ad recuperationem rerum dotalium.*
42 *Maritus non præiudicat vxori non ſoluendo canonem pro re dotali emphyteutica.*
43 *Præſcriptio decurſa contra maritum non præiudicat mulieri.*
44 *Clauſula conſtituti præſumptionem ſimulationis auferre.*
45 *Iudicis arbitrio relinquitur, an ſimulatio præſumatur ob continuatam poſſeſſionem.*
46 *Statutum conforme iuri communi ab eo interpretatur.*
47 *Simulatio ceſſat ceſſante cauſa fraudis.*
48 *Dotem poſſe conſtitui in bonis fideicommiſsi.*
49 *Auus tenetur dotare neptem. infrà declaratur. num. 55.*
50 *Auth. res quæ. C. communia de legat. declaratur. & infrà nume. 54.*
51 *Regula obſeruanda eſt, ſi non conſtat de exceptione.*
52 *Trebellianicæ detractio non impeditur à teſtatore.*
53 *Teſtator ad libitum rei propriæ legem imponere poteſt.*
54 *Auth. res quæ, declaratur.*
55 *Auus quando neptem non dotet.*
56 *Dotare idoneus quando cenſeatur pater.*
57 *Dos quando compenſanda cum legitima.*

CONSILIVM LXXXVIII.

# Initium à Domino.

CVM motiuis acutiſſimè à Clariſs. Iuriſconſulto cauſæ commiſſario excitatis, abundè ſatiſfactũ exiſtimarem ex his, quæ Excellẽtiſs. atque Conſultiſſimus D. Vincentius Stella ſcripſit, iudicabam hac in re ſuperuacaneam forem omnem meam operam. Verùm, ne opinionem amici de me conceptam fallerem, aliquas ſpiculas (vt eſt in veteri prouerbio) poſt optimi meſſoris terga colligam.

Dubitatio prima excitatur aduerſus diuiſionem anni 1513. qua multis rationib. ambigit conſultiſs. D. Commiſſarius ex verbis adſcriptis in eo diuiſionis inſtrumento, non eſſe remiſſum fideicommiſſum. Cæterùm, contrarium verius eſt, imò remiſſum cenſeri, ob vim illius clauſu-
1 læ, ad † habendum, tenendum, & quidquid placuerit faciendum, & ex alijs clauſulis, ex quibus data eſt alienãdi facultas. Quæ ſanè clauſulæ ſignificant eſſe remiſſum fideicommiſſum: quemadmodum ſcibunt Bart. & cæteri. in l. qui Romæ. §. duo fratres. de verb. oblig. Et cùm ſuperioribus dieb. ſimili in cauſa ita ex multis reſponderim pro magnificis Dominis De Fenarolis, de induſtria illa prætermittam: nam ſuperiore in reſponſo legi facilè illa poſſunt.

Quò igitur ad ſecundam dubitationem, an fructus percepti per D. Hieronymum D. Vrſæ patrem imputandi ſint in eã portionem, quam poterat deducere ex diſpoſitione ſtatuti Brixiæ 191. ſub rub. Quòd rogati reſtituere hæreditatem detrahant. qua in re dicendum, inquit Clariſs. cauſæ cõmiſſarius, fructus hos eſſe imputandos,
2 Primò, quia † portio hæc, cuius detractionem concedit ſtatutum, potius conuenire videtur Trebellianicæ, quàm legitimæ, tum conſiderãdo perſonam grauati, cui
3 † legitima nõ debetur, cùm primum ſucceſsionis locum non obtineat, vt poſt Capram conſi. 53. nu. 4. ſcribit Fabianus Giochus in repe. auth. nouiſsima. q. 3. nu. 25. C. de inof. teſta. tum etiã quia hæc portio in perſona D. Hier. eſt quinta totius hæreditatis, cùm inter extraneos haberi videatur, quib. quidem extraneis ſolùm quintam ſtatutũ defert: vt in illo verſ. alij verò. ſi ergo eſt quinta portio, videtur potius iudicanda Trebellianica, vt illi proximior, quàm legitima, quæ ſolùm eſt tertia, cùm Trebellianica
4 ſit quarta. Naturam ergo † ipſius Trebellianicæ, cui magis ſimilis eſt, ſequi debet. l. naturalis. §. ſed ſi facio. vbi Iaſ. nu. 4. nota. de præſcrip. verbis. Signo. conſi. 119. nu. 13. ſed in quartam Trebellianicam fructus imputantur: ergo & in hanc ſtatuti portionem. Secundò, quia licèt rela-
5 tum † ſtatutum ſit iuris communis correctorium, attamen à iure communi declarationem & modificationem recipit. Iaſ. in repet. l. omnes populi. col. vlt. de iuſt. & iure. Maria. Soc. Sen. tract. citatio. char. 29. col. 2. verſ. ſed cõ-
6 tra prædicta. ſed ius commune vult † fructus imputari in Trebellianicam. l. in fideicommiſſariam, ad Trebell. ergo & ſtatutum ita intelligi debet, vt huic portioni fru-
7 ctus imputentur. Tertiò, quia etiam † dicta portio dicitur retineri per imputationem fructuum. l. iubemus. C. ad Trebell. ibi, videtur per imputationem redituum.

Quartò, quia ſtatutum ſolùm loquitur quò ad detractionem, de imputatione autem nihil determinat: ob id hoc in iuris communis diſpoſitione relinquitur. nec denuò ad aliud infertur, quia ſeparatum quid eſt. probatur in l. in quartam, ad l. Falcid. & l. imputanda. C. eo. & l. in fideicommiſſariam, ad Trebell.

Quintò & vltimò illud conferre videtur, quia rela-
tum ſtatuum intédirminuere detractionem, quæ fit de
iure communi, cùm ſolùm filijs vnā tertiam concedat,
alijs verò quintam tātum, & in verſi.alij verò.ob id ergo
8 non debet † operari augmētum, quòd fructus & nihil a-
liud imputentur.contra l.legata inutiliter. de adime. le-
ga.Dec.conſi.627.nu.12.nam ſi non imputantur fructus,
pariter nec legata, nec quidquā, quod iudicio teſtatoris
percipiatur, quod abſurdum eſt, clariſſimum cauſæ com
miſſarium hæſitantem reddunt:nec mirum, cùm accutiſ-
ſima ſint fundamenta.

Re tamen ipſa diligenti ſtudio perpenſa, opinor, nullā
eſſe faciendam imputationem horum fructuum in hanc
portionē à ſtatuto conceſſam:quod vt clarè patefaciam,
multis rationibus adducor. Sed priùs declarandum eſt
in cuius locum ſubrogata ſit hæc portio ſtatutaria:an ſci
licèt in locum legitimæ, vel Trebellianicæ, vel potius ſit
tertia ſpecies.

Quòd ſit legitima, ex eo probari videtur; quia legiti-
9 ma † taxatur ex numero filiorū, ſi ſunt quatuor, eſt tertia,
ſi ſunt quinq; eſt, ſemis.authēt. nouiſſima.C. de inof.teſt.
hæc eadem taxatio fit in hoc ſtatuto inter deſcendentes
maſculos:ergo eſt loco legitimæ, cùm ei aſſimilet. quod
in caſu nòſtro magis conuenit inſpecta perſona D.Hier.
hæredis inſtituti, qui erat nepos illius teſtatoris: atque
10 ita ex deſcendentib. cùm appellatione † deſcendentium
veniant non ſolùm filij & nepotes, ſed etiā alij vlterioris
gradus.glo.in ca.ſtatutum, in verbo ignorare, de hæret.
in 6.Soc.Sen.conſi.51.nu.3.lib.4.& Pariſ.conſi.4.in fi.lib.
3.& conſi.72.nu.8.lib.4.Huic tamen rationi reſponderi
poteſt ex his, quæ mox ſubiiciam. Quòd autem ſit Tre-
bellianica his probari videtur.

Primò, quia ſtatutum vult portionē illā retineri pro
reſtitutione hæreditatis, ergo eſt Trebellianica, quæ ve
11 rè à iure communi inuenta eſt, cùm hæres † inſtitutus eſt
rogatus hæreditatem reſtituere, vt eſt tex.apertiſs. Inſt.
de fideicommiſs. hæred.in prin. quæ reſtitutio in legiti-
mæ deductione conſiderari non videtur. Verùm poſſu-
mus dicere, etiam legitimam conſiderari cùm hæreditas
reſtituitur, vt in filio, qui duas quartas detrahit, vt ōnes
ſcribunt in l.filium quem.C.fami.erciſ.& in d.l.in fidei-
commiſſariam.ad Trebell. Rurſus, non ſeqnitur, dedu-
citur hæc portio in reſtitutione hæreditatis, ergo eſt Tre-
bellianica:quia poteſt, vt eſt tertia ſpecies à ſtatuto conſi-
derata & inuenta.

Secundò hanc eſſe Trebellianicam illud videtur ſua-
dere, quia inſpecta perſona maſculorum vltra primum
gradum, non poteſt dici legitima, quia illa non datur, ni-
ſi filijs primi gradus, vt iam ſuprà dictum fuit:ſed hæc
conceditur etiam alijs vlterioris gradus, imò etiam con-
ceditur extraneis, vt in d. verſi.alij verò, clarè legitur. ſi
ergo non eſt legitima, ergo eſt Trebellian.

Tertiò confirmari ex eo videtur, quòd non ſit legiti-
ma, quia inſpecta perſona fœminarum, portio eis aſſigna
ta non conuenit cum portione eis aſſignata de iure com-
muni: cùm ergo legitimæ non conueniat, dicendum vi-
detur Trebellianicam eſſe. Verùm reſpondetur his dua-
bus rationibus, quòd non ſequitur, non eſt legitima, ergo
eſt Trebellianica. quia poteſt eſſe tertia ſpecies, vt iam
dixi. atque dicendum eſt. eſſe tertiam ſpeciem à ſtatuto
conſideratam: quo ſtante dicendum eſt in eam tertiam
ſpeciem non eſſe imputandos fructus.

12 Primò, quia tertia hæc ſpecies à potentiori, † regula
ri debet. l.quæritur.ff.de ſtatu hom.qua adductus reſpō-
13 dit Signo.conſi.48.col.vlt.verſic.præterea hæreditatis †
petitionem realem actionem denominari, ſumpto no-
mine à re, vt à potentiori.idem Signo.conſi. 119.num.13.
14 dixit, † bannitum relegati nomen aſſumere vt potētius,
15 quàm deportati, ita † ſententia dicitur interlocutoria,
cùm plus de eius natura participat, ut reſpondit Craue.
16 conſi.273.num.2.ita † res temporalis eccleſiaſticæ iuncta
eccleſiaſtica dicitur, vt nomē à potentiori retinens: quē-
admodum conſuluit Craue.conſ.276.col.pen. alia ſimi-
lia adferunt Dec.conſi.213.num.3. conſi.352. nu.5. & in l.
rogaſti, in prin.nu.6.ff.ſi cert.pet.Gomes.Inſ.de actio.in
princ.num.41.& §.quædam.num.4.eo.Alcia.l. in princ.
num.42.de verb.oblig.& Crau.in rub.de legatis 1. num.
17 150. Cùm ergo † legitima ſit ipſa Trebellianica poten-
tior & firmior, cùm, vt clarū eſt, difficilius tollatur, ſint-
que maiora illius priuilegia, quàm Trebellianicæ; ſequi
tur, portionem hanc eſſe ſecundum legitimam regulan-
18 dam. Sed in † legitimā fructus non imputātur. l. ſcimus,
vbi omnes.C.de inoff.teſta. Ripa d.l. in fideicōmiſſariā.
nu.38.ad Trebell.& ſatis clarū eſt, ergo nec in hanc por-
tionem imputari debent.

Secundò, dato (non tamen conceſſo) hanc portionem
eſſe loco Trebellianicæ, opinor ea ratione in ea eſſe im-
putandos fructus. nam Lex. duo comprehendens ſub
19 † vnica determinatione æqualiter determinat.l. iam hoc
iure.de vulg.& pupil.l. quamuis. C. de impuber. & aliis
ſubſt. ſed hoc ſtatutū tribuens tertiam deſcendentibus
grauatis ſub vna &eadem determinatione complectitur
20 filios primi gradus, & cæteros deſcedentes:ſed filij † pri-
mi gradus non imputant fructus in quartam Trebellia
nicam.l.iubemus.C.ad Trebell.Ripa in l. fideicommiſ-
ſariam.nu.28.ad Trebellia. ergo nec imputabunt cæteri
deſcedētes, qui à ſtatuto illis filiis primi gradus æquipa-
rantur. Nec dicatur, fundamentum poſſe retorqueri hoc
modo: deſcendēs vltra primum gradum imputat, filius
deſcendenti æquiparatur, ergo filius imputat. Quia reſ-
pondeo, melius eſſe dicere, quòd priuilegium datum fi-
lio proſit etiam aliis deſcendentib. quàm, vt quod non
conceditur deſcedētibus adimatur etiam filio. quia hoc
modo per indirectum filio auferretur hoc priuilegium,
quod alioqui teſtator ipſe impedire non poteſt, vt tradūt
omnes in d.l.iubemus.C.ad Trebell.& Ripa d. l.in fidei
commiſſariam.num.28.ff.eo. Accedit, quòd quando pri-
21 uilegiatus † cum non priuilegiato iungitur, is priuile-
giatus ſuum priuilegium impertitur non priuilegiato,
vt latè multis exemplis oſtendit Iaſ. in l. ſi emancipati,
col.2.C.de colla.

22 Non etiam dicatur, quòd regula † d.l.iam hoc iure,
de vulg.non procedit quando inter duo illa comprehen
ſa ſub vnica determinatione extat aliqua diuerſa ratio,
vt declarat Iaſ.in d.l.iam hoc iure.num.11.verſ.ſecundò
limita. diuerſa autem ratio hîc ſubeſſe videtur: quia alia
eſt perſona filiorum primi gradus, qui ſunt, (vt dixi) in
hoc priuilegiati, vt non imputent. alia eſt aliorum deſ-
cendentium, qui habentur tamquam extranei. Quia
reſpondeo, quòd licèt de iure communi inter hos ſit dif-
ferentia, non tamen extat differentia quò ad ſtatuti diſ-
poſitionem, quæ hos deſcendentes loco filiorum habet,
cùm illis concedat detractionem tertiæ, vel dimidiæ, vt
concedit filiis primi gradus. Præterea ſtatutum differen
tiam conſtituit inter hos deſcendētes & extraneos, cùm
deſcendentibus concedat detractionem tertiæ, vel dimi-
diæ, & tamen extraneis ſolum quintam portionē tribuit,
vt ibi, in verſi.aliis verò non ergo habet deſcendentes lo
co extraneorum, ſed loco filiorum primi gradus. Acce-
dit quòd fortè illa declaratio non eſt vera, cùm multi cō
tradicant.ita Iaſ.conſ.162.col.2.in fi.lib.2.

Tertiò, dato (non tamen conceſſo) quòd hæc portio
23 ſit loco Trebellianicæ ſubrogata, dico tūc demum † ſub
rogatum ſapere naturam eius in cuius locum ſubroga-
tur, cùm in totum ſubrogatum eſt, non autem cum in par
te:vt reſponderunt Calca.conſ.85.colum.4.num.8.& De
cius conſ.38.in fine.& in his ferè terminis addo Raphael.
Comenſem conſil.35.Stante ſtatuto Vincentiæ.col.2. ver
ſi.nec obſtant allegata.qui reſpondit, dotem ſubrogatam
à ſtatuto Vincentiæ, loco legitimæ non regulari ſecun-
dum naturam legitimæ, cùm facta fuerit ſubrogatio cū
additamento atque argumento. Sed hæc portio ſtatuti
nunquam poteiit dici ſubrogata in totum loco Trebell.
hoc ex ſupra relatis patet. variat enim ex perſonarum di-
uerſitate,



uerſitate, cùm modò ſit tertia, modò dimidia, modò
quinta.

24 Quartò illud accedit, † ſubrogatum in omnibus non
ſequi naturam eius, in cuius locum ſubrogatur. hoc pa-
tet in ſubſtituto, qui inſtituti naturam in totum non ſe-
quitur.l.1.§.hæc actio.ff.ſi quis teſta.liber eſſe iuſſus fuer.
quem ſic citat in hanc ſententiam Bald.in l.certum.num.
12.C.vnde legit.& ſcribit gl. in l. certi condictio, in ver-
bo, in omni cauſa.ff.ſi cert.petat.& ibi Alex. nu.9. & Iaſ.
num.30.verſic.aduerte etiam.alios recenſet Tiraq.tract.
*le mort à ſaiſit le vif.* parte 2.declar.9.in fine.ita etiam hoc
in caſu eſt dicendum, nō ſequi in omnibus, atque ita fru-
ctus non imputari, alioqui ab ea Trebellianica nihil dif
ferret.

Quintò & vltimò in hanc adducor ſentētiam, quòd
ſtatutum vult eſſe detrahendam tertiam, vel dimidiam
totius hæreditatis.ſed ſi imputādo fructus, portio dedu-
ceretur, non deduceretur ex ipſa hæreditate, ſed ex ipſis
fructibus, qui hæreditarij non ſunt, ergo imputari nō de
bent, quòd autem hi fructus hæreditarij non ſunt, patet:
quia fructus in hac materia tripliciter conſiderātur. Pri-
25 mò percepti † vel pendentes ante aditam hæreditatem:
hi loco fructuum non habentur, ſed hæreditatem augēt,
& cum re ipſa principali fideicommiſſario reſtituuntur.
ita poſt alios Ripa in d.l.in fideicommiſſariā.num.3.11.&
nu.12.ad Trebell.de his non eſt noſtra diſputatio.

26 Secundò conſiderātur † fructus poſt aditam hæredi-
tatem & euentum cōditionis percepti:hi omnino fidei-
commiſſario reſtituuntur.ita Ripa d.l.in fideicommiſſa-
riam, num.12.de his pariter noſtra nō eſt diſputatio. Ter-
tiò conſiderantur fructus, qui fuerunt ſeminati & perce
pri ab hærede hæreditate adita ante euentum conditio-
27 nis:de his contendimus. Fructus ergo iſti † non dicun-
tur hæreditarij, ſed proprij ipſius hæredis:ita clarè affir-
marunt Alexan. in d.l.in fideicommiſſariam.num.5. Ri-
pa num.13.& Hieronym.Laure.ibi in repe.num.30. Eſt ra
tio, quia hæreditas adita amittit nomē hæreditatis, & ef-
ficitur patrimonium adeuntis, atque hæres dominus di-
citur. fructus ergo domino & ita hæredi acquiruntur, nō
autem hæreditarij dicuntur, quod quidem fundamentū
ex his quæ infrà ſubiiciam, confirmatur.

Non obſtant nunc in contrariū adducta fundamen
ta, quibus etſi ex iam relatis ſatisfactum credam, attamē
in ſpecie reſpondeo. Ad primum itaque dico, verum nō
eſſe, quòd hæc portio ſit loco Trebellianicæ, vt iam latè
ſuprà oſtendimus.& licèt diceretur illius loco ſubroga-
ta, non tamen (vt declarauimus) ſecundum illius naturā
regulatur. Minus quoque verum eſt in caſu noſtro, por-
tionem hanc eſſe quintam, ob id quòd D.Hier.fuerit te-
ſtatori extraneus, quia imò non erat extraneus, ſed ex de
ſcendentib.iuxta ſtatuti diſpoſitionem in principio, cùm
eſſet teſtatoris nepos:qui quidem nepos ſine dubio ve-
nit ſub appellatione deſcendētium, vt iam diximus. Nec
aduerſatur quod in motiuis dicitur, quòd imò hoc in ca
ſu appellatione deſcendentium ſolùm veniunt filij pri-
mi gradus ratione abſurdi euitandi.abſurdum autem eſ
ſet, quia in filiis primi gradus portio de iure communi
eſt dimidia, hoc eſt, quarta legitimæ, altera verò Trebel-
lianicæ:hæc autem ex ſtatuto eſt ſola tertia, in cæteris ve
rò deſcendentib.vlterioris gradus portio, quæ eſt quarta,
hoc eſt, Trebellianica, eſſet aucta, quia eſſet tertia. Reſpō-
detur, hanc conſiderationem præſupponere, quòd ſem-
per negatum in motiuis fuit, hanc portionem non eſſe lo
co legitimæ. Præterea, credo hoc non eſſe abſurdum in
caſu noſtro, vt deſcendentes vlterioris gradus filio æqui-
parentur, quia videmus, ſtatutum etiam æquiparare aſcē-
dentes ipſis filiis primi gradus, deferendo eis dimidiam
& tertiam portionem loco quartæ, & tamen ius commu
82 ne plus fauet illis filiis quàm aſcendētibus, ex quo hi † de
ſcendentes non detrahunt duas quartas, vt detrahunt i-
pſi filij: egregiè docuit Iaſ.in l.filium quem habentē.nu-
me.9.& ibi Lancellotus Politus.num.14. C. famil. erciſ.
poſt Baldum quem citant.idem Iaſ.auth. nouiſſima, nu.
39.C.de inoff.teſta.pulchrè Cra.conſ.110.nu.1. imò de iu-
re communi aſcendentes extraneis æquiparantur in de-
29 tractione Trebellianicæ. Ripa d.l.in fideicommiſſariam.
nu.31.& tamen ſtatutum hoc differentiam cōſtituit inter
extraneos & hos aſcendentes.

Non obſtat ſecundum, quia reſpondeo, quòd funda-
mentum poſſet procedere, quando hæc portio ſtatutaria
eſſet Trebellianica, nam tunc fortè poſſet dici eſſe regu-
landam ſecundum diſpoſitionem iuris communis: ſed
iam diximus, non eſſe Trebellianicam. Rurſus reſpōde-
tur, quemadmodum rectè reſpondit, Excellentiſſimus
* D.Stella,* receptam magis opinionem eſſe, quòd ſtatu-
30 tum † iuris communis correctorium non recipit inter-
pretationem ab ipſo iure communi. & præter relatos ab
ipſo D. Stella idem affirmarunt Goza. conſi.19. nu 19. &
conſ.59.nu.19.Soc.Sen. conſ.150. colu. 25. verſ. poſtremò
hæc.li.1. Soc.Iun.conſ.73.in fi.li.3. latè Tiraq. trac. *le mort
ſaiſit le vif*, par.2.declarat.2.nu.2.omnes ſecuti Bal.in l.ma
ximum vitium.nu.14.C. de liber. præter. qui ad rem ferè
noſtram dixit, quòd ſi ſtatutum corrigit ius commune in
legitima, vt quia, cum ſit tertia, reduxit ad quintam, non
interpretabitur ſtatutum ſecundum ius commune, vt pa-
ter teneatur relinquere legitimam illam iure inſtitutio-
nis:ita hoc in caſu dicendum eſt, quòd cum ſtatutū cor-
rigat in Trebellianica (ſi modo hæc portio eſt illius loco)
ius commune modo ad quintam, modò ad tertiam redu
cendo illam quartam, ſequitur à iure communi non re-
cipere interpretationem. Non obſtat tertium, quia reſpō-
deo, hoc in caſu per fructuum imputationem non detra-
hi portionem à ſtatuto tributam, cùm fructus hæreditarij
non dicantur, & portio illa hæreditaria eſſe debet, vt iam
31 dixi, & quòd dicitur in motiuis, quòd licèt fructus † non
veniant in detractione, quia non ſunt hæreditarij, quòd
tñ veniūt in imputatione: quēadmodum (dr̄ in motiuis)
videmus in quarta hæreditatis, q̄ eſt Fal.l.in quartā. ad l.
Fal.& tñ in eam fructus imputantur.l. quod de bonis. §.
ſi auus.ad l.Fal. Reſpondeo, & retorqueo hanc conſide-
* rationem, vera eſt &*communis ſententia, † fructus re-
32 gulariter in Falcidam non imputari:ita cenſuit Barto. in
l.in quartam, q. 1.num.6.ad l.Falc. & ibi cæteri eum ſe-
quuntur, & latè declarat Ripa in l. in fideicommiſſariā.
num.47.ad Trebell. Addo Signorol.conſil.66. numer.7.
verſicul.ſi verò quæratur quid iuris, eam rationem affert
Barr. quæ ad rem noſtram confert, quia Falcid. debetur
ex hæreditate, id eſt (inquit ipſe) iure hæreditario, quod
idem eſt, cùm tamen fructus tales dici non poſſint. atque
ita hæc Bartoli & aliorum ſententia noſtram confirmat,
fructus. ſ. in hanc portionem ſtatutariam non imputari,
33 quia ex hæreditate debetur. Nec obſtat tex. † d. l. quod
de bonis. §. quod auus.ad l.Falci. quia loquitur, cùm gra
uatus erat creditor teſtatoris, quia tunc fructus Falcidiæ
imputantur:ita ibi intelligit Bar.& Ripa d.l. in fideicom
miſſariam.num.19.& egregiè admodum Soc. Iun. conſ.
57.nu.13.li.3.

Non obſtat quartum, quia reſpondeo, quòd ſi ſtatu-
tū nihil diſponit de imputatione, & hoc relinquat in di-
ſpoſitione iuris communis: quòd ex quo ius commune ni
hil diſponit de hac portione à ſe nunquam conſiderata,
nihil in eam poteſt imputari. Rurſus procedere fortè poſ
ſet ratio, ſi concederemus hanc eſſe quartam Trebelliani
cam, quia tunc imputatio fructuum in eam vt à ſtatuto
nō determinatam, ab eo iure communi determinaretur.
at nos negamus hanc eſſe Trebellianicam:& vbi conce-
deremus, eſſe illius loco ſubrogatam, non tamen ex hoc
ſequeretur, quòd ſecundum illam eſſet regulanda, ex ſu-
prà adductis.

Non obſtat ſecundum ac vltimum, quia reſpondeo,
& retorqueo fundamentum, quòd in caſu noſtro cùm
deſcendentes vltra primum gradum, (vt erat D. Hier.)
ſunt grauati reſtituere hæreditatē, ſtatutum auget quar-
tam Trebellianicam (ſi modò hæc talis eſt) quia de iure
communi

communi eſt quarta,& hic conſtituitur tertia . ſtatutum
ergo,quod tendit ad augendum,non debet diminutioné
operari,vt ſcilicet fructus loco illius tertiæ habeat. & ſi
34 aliter diceremus,† inducta ad fauorem odium parerent,
contra regulam l.quod fauore.C.de legib. atque ita con
cludo.

Quò ad tertiam excitatam dubitationé,quòd in ſo-
lutum datio facta de Plodiis 30.prædiorũ ſimulata præ-
ſumatur,ob id quòd D.Hier.qui inſolutum dedit poſſeſ
ſionem in illis,donec vixit, continuauit: quo caſu vide-
35 tur ſimulatio præſumi ex † ſtatuto Brixiæ 180.in ciuili-
bus,ſub rubr.Quòd venditio & donatio & inſolutum da
tio,&c.quod quidem ſtatutum etiam cauſam dotis com
prehendere videtur,cùm generaliter loquatur, & lex ge
neraliter loquens dotis cauſam complectitur. ita docuit
Dec.in l.1.in 2.notab.& ibi Cagnol. de regul.iuris.idem
Deci.conſi.301.cum aliis allegatis in ipſis motiuis.

Cæterùm,contrariũ verius eſſe opinor,nempè il-
lam inſolutum dationem ſimulatam non præſumi.

36 Primò,quia præſumptio eſt, quòd † actus geſtus ſit
verus & legitimus.l.cùm precibus.C.de proba.& latè in
ſpecie noſtra reſpondit Rui.conſi.119. nu.1.li.1. qui ergo
vult contrarium dicere,probare debet.

Secundò ea ratione adducor,qua etiam vtitur excel-
37 lentiſſimus D.Stella,quia ſtatutum hoc † 180.non com-
prehẽdit cauſam dotis , cùm in quauis diſpoſitione ge-
nerali illa non continuatur . quemadmodum infinitis
propriè Doctorum auctoritatib.oſtendit D.Stella. quib.
accedũt Calca. conſi.13.colu.2.vbi adfert quatuordecim
inſtantias,quib.oſtendit,legem quantumuis generalem
cauſam dotis non comprehendere. alios innumeros re-
cenſet Neuiz.conſi.77.nu.16.

Tertiò mirum in modum vrget illa ſubtilis & vera
38 conſideratio D.Stellæ,dum ita argumentatur:† Conti-
nuatio poſſeſſionis aduerſus impeditum agere,ſimula-
tionem non arguit .Inn.in c.illos vos, de pigno. confert
Doctr.Bar.in l.poſt contractum.num.5.de don.quam do
ctrinam ego ſecutus ſum,declarando relatum ſtatutum
Brixiæ 180. ita inquam ſcripſi in commentarijs De arbi-
trarijs iudicum,li.2.caſu 39.nu.3.ſed D. Vrſa iuſto impe-
dimento tempore illo à ſtatuto præfixo fuit impedita, er
go in eius damnum datio inſolutum ſimulata non præ-
ſumitur. Minor illa propoſitio, quòd ſ.fuerit impedita,
ex eo probatur, quia inſolutum datio ei & eius viro do-
39 tis cauſa fuit facta:ſed conſtante matrimonio † dos non
dicitur eſſe mulieris, ſed viri. l. doce ancillam. C. de rei
vind.& ob id apud maritum omnis extat actio, vt eo lo-
co dicitur. nam dominium verum viri eſt.l.ſi prædium.
C.de iure dot. imaginarium verò vxoris. l. in rebus. C.
eo tit.quæ iura ita egregiè declarat Coraſ.li.5.miſcella. iu
40 ris,c.14. hinc dicimus † virum ſoluere debere collectas
& onera.Soc.Sen.conſ.282.col.2.& alia tradit Chaſſa.cõſ.
41 61.nu.2.3.4.Cùm ergo † maritus agere & horum prædio-
rùm poſſeſſionem conſequi debuerit, & non fecerit, ſe-
quitur, non potuiſſe detrimẽtum aliquod eius vxori ad-
ferre.l.ob maritorum.C.ne vxor pro marito. Hinc vide-
42 mus,† maritum non præiudicare vxori,ſi non ſoluit ca-
nonem domino rei emphyteuticæ in dotem datæ.ita Bal.
conſ.476.Ex actis factis.li.4.ita lata ſententia contra vi-
rum vxori non præiudicat.Caſtren.conſi.284.Videtur ꝙ
43 dicta ſententia fuerit.col.3.lib.2.in nouis.Ita pariter † p̃-
ſcriptio decurſa(vt hîc)contra maritum,vxori non valen
ti agere,non præiudicat,vt reſpondit Soc.Iun.conſ.144.
in fi.li.1.poſt Baldum nouellum & Baldum & eſt tex. in
l.in rebus.§. omnis. C. de iure dot. & clariſsimè tradit
Boer.q.228.nu.1.2.

Quartò in hanc ſententiam adducor ob vim clauſu
44 læ † conſtituti,iunctæ præſertim clauſulæ precarij:nã hæ
efficiunt poſſeſſorem conſtituentem ipſum & precariò
concedentem,& ob id faciunt ceſſare ſimulationis præ-
ſumptioné.ita poſt alios,quos citat,affirmarunt Rui.cõſ.
119.nu.9.li.1.Aret.conſi.65.nu.3.Cæpolla tract.de ſimula.
contract.præſump.24.& Curt.Iun.conſi.110.num.3.verſ.
vel aliter.

Quintò ac vltimò ea ratione moueor , quòd ex quo
ſtatutum hoc eſt iuris communis declaratorium. nam
de iure communi non eſt determinatum , quòd tempus
illud ſit, quo poſſeſſionis continuatio arguit ſimulatio:
45 ſed relinquitur † iudicis arbitrio, quemadmodum ſcri-
pſi in illis commentariis De arbitriis iudicum, li.2. caſu.
39.ſtatutum ergo iſtud declarat illud tempus eſſe trien-
46 nij,cùm ergo † ſtatutum hoc ſit ſecundum ius commu-
ne,ab eo interpretationem recipit , vt tradunt omnes in
l.2.C.de noxa.act.copioſè Gomeſ.in §.in perſonã.nu.25.
Inſt.de actio.Curt.Iun.conſi.7.num.10.& Soc. Iun.conſ.
29.num.8.li.1.cæteros prætereo.ius autem commune nõ
ſtatuit ſolùm hoc tempus præſumptionem ſimulatio-
nis inducere,ſed ita demum ſi adeſt alia cauſa , quæ ex-
preſſa & probata eſſe debet , vt quia ſit ad fraudandum
47 † aliquem:ita declarant Cæpolla.d.præſump.24. Ruin.
d.conſi.119.nu.1.lib.1.Dec. conſi.648.nu. 6.Goz.cõſ. 94.
nu.54.57.& Cur.Iun.conſi.108. nu.11.Sed in caſu noſtro
non poteſt dici facta ad fraudem aliquorum , præſertim
fideicommiſſariorum,quoniam quantum ad eos attinet
prædia hæc ob cauſam dotis alienari & inſolutam dari
potuerunt,vt mox dicemus, ſequitur ergo hanc inſolu-
tum dationem non eſſe ſimulatam.

Non obſtat fundamentum in contrarium adductũ,
quia illi ſatisfactum eſt ex relatis,præſertim ſecũdo fun-
damento opinionis noſtræ.

Quò ad quartam & vltimam dubitationem,an ſcili-
cèt dos potuerit cõſtitui in bonis his fideicommiſſo ſup-
poſitis,ſtante diſpoſitione D.Antonij , dicendum vide-
tur,ſecundum Clariſſimum cauſæ commiſſarium , con-
ſtitui non potuiſſe.

Primò, quia tũc demum ex bonis fideicommiſſi dos
48 † conſtitui poteſt, cùm alia bona libera nõ extant.auth.
res quæ.C.com.de leg.ſed hoc in caſu alia extabant bo-
na libera patrimonialia ipſius D. Hier. patris dictæ D.
Vrſæ,non ergo dos potuit ita conſtitui.

Secundò confirmari hoc poſſe videtur ex doctrina
Iaſ.in d.auth.res quę.num.32. verſ.limita ſecundò , in fi-
49 ne.vbi inquit, quòd tunc demum auus † tenetur dota-
re neptem,qñ filius eſt pauper,& ꝙ eo caſu locus eſt diſ-
poſitioni d.authenticæ. ſi verò filius diues eſt , auus ille
non tenetur dotem cõſtituere nepti, & per conſequens,
non eſt locus diſpoſitioni illius authenticæ , cùm ceſſet
ratio dictæ conſtitutionis. cum Iaſone idem ſenſit Ru-
beus Alexandrinus conſi.124.num.3.qui in noſtris termi
nis ita reſpondit.idem ſenſit Alciat.reſp.640.quòd autẽ
alia extarent bona,iam dixi.vel ſaltem extabãt duæ quar
tæ detrahendæ, legitima ſcilicèt & Trebellianica , quæ
ad dotem conſtituendam ſufficere credidit Rubeus d.
conſi.124.num.3.

Re tamen ipſa diligentius perpenſa , opinor dotem
huic magnificæ D.Vrſæ ex d.bonis fideicommiſſi con-
ſtitui potuiſſe.

50 Primò,quia ita extat iuris † conſtitutio, d. auth .res
51 quæ.à qua quidem conſtitutione,eiuſque † regula rece-
dendum non eſt,donec clarè de Fallentia oſtendatur,vt
inquit Bart.in l.1.nume.2.ff.ſi quis in ius voca.non ierit.
Decius in l.1.nu.7.de reg.iuris. alios induſtria prætereo.

Secundò,rem claram & apertam reddit ipſiuſmet te-
ſtatoris, qui fideicommiſſum fecit , voluntas & diſpoſi-
tio.nam , fideicommiſſo conſtituto,diſpoſuit,ſi inſtitu-
ti hæredes decederent ſine filiis maſculis,relictis tantùm
filiabus, quòd illis dotem conſtituerent. quam quidem
dotis conſtitutionem ex ipſis bonis fideicommiſſi fieri
voluiſſe,ea ratione demonſtratur:quia in primis ipſe te-
ſtator inſtituit dictum D. Hyeronim. & eius fratrem in
d.bonis,& deinde illis ſubſtituit Auguſtinum,& Augu-
ſtino filios D. Violantidis ſororis ipſiuſmet D. teſtato
ris. deinde ſubiicit,quòd ſi dicti D.Hieron. Laurentius
& Auguſtinꝰ decederẽt relictis ſolùm filiab. ꝙ dictæ fi-
liæ debeant dotari, intelligit de his bonis fideicõmiſsi.
Et quòd de illis & non de alijs quibuſuis bonis intelle-
xit, hoc patet, quia apud Do. Hier.& Lauren. bona tri-
plicis ſpeciei eſſe poterant à ſe acquiſita ſua induſtria,vel
ex legitima eorũ patri debita , Trebellianica detrahẽda
ex fideicommiſſo,& bona hæc ipſa fideicõmiſsi de bonis
acquiſitis teſtator non intellexit: quia ipſe teſtator in-
ſtituendo illos ( vt eſt clariſsimum ) inſtituit in proprijs
ipſius teſtatoris bonis,& deinde ſubſtitutiones fecit.Nõ
etiam intellexit vt dos ex Trebellianica detrahenda ab
inſtitutis conſtitueretur,quia in illa non etiam ſubſti-
52 tuit Auguſtinum. Præterea, eo modo † detractioné illã
impediuiſſet, quod facere nõ potuit. auth. ſed cùm teſta
tor. C.ad l.Falci.& tradunt oẽs in l. nemo poteſt. de leg.
1.latiſsimè Soc. Iun.cõſ.131.lib.2. & Craue. cõſ. 219.nu.6.
eſt ergo dicẽdum, & verè, teſtatoré intellexiſſe de bonis
53 ipſius fideicommiſsi.id quod efficere potuit, quoniam †
teſtator ad libitum rei propriæ legem imponere poteſt ,
vti omnes affirmant in l. filiusfa.§.Diui,de leg.1. & pro
bat vulgaris tex.§. diſponat, in auth.de nuptijs. quo ad-
ducti cenſent omnes, teſtatoris voluntatem eſſe in-
uiolabiter ſeruandam. latè Pariſ. conſilium 19. nu-
mero 43.libro.2.

Non obſtant nunc adducta in oppoſitum: quia reſ-
pondetur. Et ad primum reſpondeo,procedere quando
ipſe teſtator expreſsè nõ diſpoſuiſſet dotari ex bonis fi-
deicommiſsi, vt hic.nam quãdo teſtator fideicommiſ-
ſum cõſtituit, & nihil cauit de dote aſsignanda filiabus,
tacitè cõſentire videtur, iuxta legis diſpoſitionem,quòd
bona hæc alienentur : ſed diſpoſitione iuris bona hæc fi
deicommiſsi poſſunt alienari, cùm alia bona libera non
extant. d.auth. res quæ , ergo ita & tacita teſtatoris vo-
luntate. ſecus verò quando teſtator expreſsè diſpoſuit
vt in caſu noſtro, quia tunc vltra legis diſpotionem vult
diſponere, & in claris ceſſant coniecturæ.

Non obſtat ſecundum, quia reſpondeo, & diſtinguo
54 † duos caſus.Quorum primus eſt, quando ipſemet teſta
tor, qui fideicommiſſum conſtituit , voluit dotem filiæ
ex bonis fideicommiſsi poſſe dari: tunc res eſt clara,doté
poſſe cõſtitui à quouis teſtatore,nõ habita ratione,quòd
aliunde illæ filiæ poſsint dotari:quia (vt ſuprà dixi)teſta
tor rei ſuæ ad libitũ legẽ imponere poteſt. & hoc in caſu
nos verſamur.Secũdus eſt caſus,quãdo fideicommiſſum
fuit à teſtatore conſtitutum ſine licentia & facultate do-
tandi ex illis bonis,& ſuccedentes in illo fideicommiſſo
volunt dotem conſtituere:tunc ita eſt diſtinguendũ: Aut
pater eſt ille qui cõſtituit,& tunc,ſi non habet alia bona,
ex his fideicommiſsi poteſt.ita procedit d.auth.res quæ.
Aut eſt auus,qui vult neptẽ dotare,& tunc, ſi neptis pa-
tre caret,poteſt ipſe auus dotem dare:quia dotandi obli-
gatio quæ erat in patre,reuertitur ad auum , vt tradunt
Docto.in l.1.ſolu.matr.& ibi Ripa num.74.Soc.Iun.con
55 ſi.79.nu.37.lib.3.Aut habet patrem inopẽ,& tunc † auus
tenetur dotare.& hic eſt caſus noſter.& hoc caſu ipſe auꝰ
poſſet fideicommiſſum ſuorum anteceſſorum ob hanc
cauſam diſtrahere.ita ſenſit ipſe Iaſ.d.auth. res quæ. nu.
32.verſ.2.limi.in prin.dum adducit l.dedit dotem. ff. de
colla.bono.Aut patrem diuitem,& tunc auus nõ tenetur
neptem hanc dotare,& per conſequens nec poteſt aliena
re fideicõmiſſum, iuxta d.auth.res quæ.ita loquitur Bal.
ibi.nu.12.& Iaſ.d.num.32.verſ.ſecundò limita,in fi. ita e-
tiam Alcia.& Rubeus.Nec obſtat, quòd hoc in caſu D.
56 Hier.ſatis fuerit diues & idoneus † ad dotandum, ob id
quod habebat Trebellianicam ex perſona ſua & legiti-
mam ex perſona patris ſui,vt dicebat Rub.d.cõſ.124. nu.
3.quia reſpondeo,hoc pendere ab illa difficultate,an auꝰ
relinquens dotem neptis voluerit compenſare illam cũ
legitima & Trebellianica patris, qua de re nunc dice-
mus.atque ita concludo.

Quò ad vltimam illam dubitationem, an dos D.
57 † Vrſæ ſit compenſanda cum legitima ſeu tertia illa por-
tione,quam ex perſona patris detrahere poteſt ex diſpo-
ſitione d.ſtatuti,Quod rogati reſtituere &c.in cuius du-
bitationis declaratione non immorabor,cum doctiſſimè
fuerit in hac cauſa reſponſum per excellentiſſimum Iu-
riſconſultum D.Hieronymum Zanchum,qui multis ra-
tionibus apertè demonſtrauit,non eſſe compenſandam.
& in ſpecie ſimilis caſus ita etiam latiſſimè conſuluit cõ-
ſultiſs. D.Cephal.conſi.105.lib.1.illorum ſcriptis addere,
eſſet ſolem facibus illuſtrare , vt eſt in veteri prouerbio.
Eſt hæc mea de re hac tam ardua & difficili ſententia,
quam grauiſſimo clariſſimi cauſæ commiſſarij iudicio lu
bentiſſimo animo ſubijcio.

Iacobus Menochius I.C.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtatoris voluntatem pro lege eſſe.*
2 *Alienatio de bonis fideicommiſſi inualida eſt.*
3 *Teſtatoris præceptum ita annullat diſpoſitionem contra illud factum,vt præceptum legis.*
4 *Teſtatoris voluntas & legis diſpoſitio à pari procedunt.*
5 *Hæres regulariter non poteſt improbare factum defuncti , cui ſucceſsit.*
6 *Hæres facto defuncti contrauenire poteſt,quando illud factum eſt inualidum.*
7 *Hæres eſt eadem perſona cum defuncto.*
8 *Hæres contrauenire poteſt illi facto ſui anteceſſoris, cui potuiſſet & ipſe anteceſſor.*
9 *Hæres facilius contrauenire poteſt facto ipſius defuncti , quàm ipſe defunctus.*
10 *Hæres contrauenire poteſt facto teſtatoris, quod eſt contra legem.*
11 *Idem quando nil teſtator hæredi reliquit.*
12 *Feudum à teſtatore alienatum ab hærede quando reuocetur.*
13 *Hæres ex ſua perſona quando facto teſtatoris contraueniat.*
14 *l.Vindicantem ff.de euictio declaratur.*
15 *Filia cum renuntiat bonis paternis an nepotibus noceat.*
16 *Feudi renuntiatio facta à patre non nocet filio.*
17 *Feudum non deſinit eſſe paternum renuntiatione à patre facta.*
18 *Hæredem non ſeruare factum teſtatoris,quod eſt ad ſui fraudem.*
19 *Idem quando ipſe teſtator poſſet illud factum improbare & reuocare.*
20 *Hæres an repræſentet ſuum mediatum anteceſſorem.*
21 *Hæres hæredis defunctum non repræſentat.*
22 *Euictiones plures non iungi.*
23 *Subſtitutio,qui mihi hæres erit,ad hæredem hæredis non trahitur.*
24 *Præceptum pœnale non tranſire in hæredem hæredis.*
25 *Hæres,confecto inuentario,poteſt facto defuncti contrauenire.*
26 *Feudum à teſtatore alienatum reuocari poſſe ab hærede, ſi confecit inuentarium.*
27 *Feudum hæreditarium vt quis aſſequatur hæres eſſe debet.*
28 *Inuentarium conſtituit eo in gradu ac ſi hæreditas adita non fuiſſet.*
29 *Hæres confecto inuentario reuocare poteſt fideicommiſſi bona à ſuo teſtatore diſtracta.*
30 *Hæres ſuccedendo teſtatori efficit, vt actiones confundantur.*
31 *Actionem hypothecariam dari pro fideicommiſſo reuocando cũ fuit alienatum.*
32 *Actionem hypothecariam dari pro fideicommiſſo & illam aditione hæreditatis non confundi.*
33 *Hæres non tenetur vltrà vires hæreditarias de iure canonico cùm non confecit inuẽtarium. quod infrà. numero 156.declaratur.*
34 *Hæredem non reuocare rem ſuam à teſtatore alteri relictam.*
35 *L.vnum ex familia §.ſed ſi vno.de leg.1.declaratur*
36 *Argumentum à contractibus ad vltimas voluntates valere.*
37 *Hæres non reuocat rem ſuam à teſtatore venditam.*
38 *Hæres pupillus non contrauenit facto ſui teſtatoris.*
39 *Hæres nõ reuocat factum teſtatoris à lege non probatum ad ipſius hæredis commodum. & nu.41.*

40 *Teſtatoris & hæredis vna perſona.*
41 *Hæres non poteſt improbare factum defuncti à lege non receptum.*
42 *Turpitudinem propriam allegare non debet.*
43 *Filius patris hæres nō reuocat in ſeruitutem ſeruum à patre libertate donatum.*
44 *Agens & patiens non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto.*
45 *Actio hæredis contra bona teſtatoris, cui ſucceſſit confunditur.*
46 *Hæredis & teſtatoris vna eſt perſona.*
47 *Factum proprium impugnare nemo poteſt.*
48 *Exceptio euictionis agentem repellit, cùm de ea tenetur.*
49 *Teſtator rem ſuam cui vult, legare poteſt.*
50 *Teſtator grauare poteſt quem honorat.*
51 *Legatarium non poſſe contrauenire facto defuncti.*
52 *Factum ab eo qui dominus non eſt, ab eo effecto domino non reuocatur.*
53 *Maritus conſtante matrimonio vendens rem vxoris, eo ſoluto, ſi dominus efficitur, eam non reuocat.*
54 *Argumentum ductum à contrarijs valere.*
55 *Filius viuente patre rem patris alienās, eo mortuo, & dominus effectus, non reuocat.*
56 *Filius non poteſt exigere debitores à ſe viuo patre liberatos cum patri ſucceſſit.*
57 *Quod maximè procedit, cùm debitores ſunt ex cauſa oneroſa.*
58 *Hæredis factum eſt factum defuncti, & econtrà.*
59 *Pater vendendo rem filij, eam filius non reuocat ſi patri ſit hæres.*
60 *Hæres non reuocat fideicommiſſum à teſtatore alienatum.*
61 *Idem cùm hæredi grauato alienanti ſuccedit.*
62 *Teſtatorem poſſe de re fideicommiſſi ſui hæredis diſponere.*
63 *Hæredem non reuocare donata à ſuo teſtatore.*
64 *Item nec data in diuiſione bonorum.*
65 *Argumentum à feudi ad fideicommiſſum valere.*
66 *Feudum alienatum à teſtatore non reuocari ab hærede.*
67 *Item, ſi eſt feudum antiquum ex pacto & prouidentia.*
68 *Item, cum feudum eſt hæreditariam.*
69 *Item, etiam confecto inuentario.*
70 *Filius ſuccedens in feudo hæreditario hæres eſſe debet.*
71 *Feudum hæreditarium poteſt pater vni filiorum prælegare.*
72 *Item procedit etiam ſi aliquid tantùm à patre habuit.*
73 *Exceptio, ius non habes, agentem repellit.*
74 *Item dicitur exceptio litis finitæ.*
75 *Andreas Iſernia in cap. Imperialem, declaratur.*
76 *Vaſallus alienando feudum ſine conſenſu domini nil agit, etiā domino, eo mortuo, conſentiente.*
77 *Feudum ſtatim quod eſt alienatum, ad ſucceſſores ius deuoluitur.*
78 *Feudum ſine conſenſu domini alienatum, dicitur nulliter alienatum, ex cauſa domini.*
79 *Soc.Sen.conſi.79.nu.47.lib.4.declaratur.*
80 *Pariſ.conſi.33.nu.96.lib.3.declaratur.*
81 *Bartoli doctrina in l. poſt mortem. ff. de adoptio. copioſè examinatur.*
82 *Teſtator ſuo facto contrauenire poteſt.*
83 *Contrahens ſuo facto contrauenire non poteſt.*
84 *Non procedit quando lex repugnat.*
85 *Item, quando contractus eſt nullus fauore publico.*
86 *Guido Papæ conſi.180.col.vlt.declaratur.*
87 *Gratus conſi.91.nu.26.lib.1.declaratur.*
88 *Fideicommiſſi alienatio nulla eſt ſolo fauore ſuccedere in eo debentium.*
89 *Dec.conſi.185.nu.6.declaratur.*
90 *Curt.Sen.conſi.1.col.vlt.declaratur.*
91 *Donationem inofficioſam ab hærede donantis reuocari poſſe.*
92 *Soc.Iun.conſi.120.nu.28.lib.1.declaratur.*
93 *Hæres quo ſpeciali caſu reuocet alienata à teſtatore.*
94 *Iaſon conſi.64.col.3.verſi.nec obſtat.lib.3.declaratur.*
95 *Pater alienando rem filij, ex ſuo cōtractu obligatur, & illa obligatio in filium hæredem deſcendit.*
96 *L.quemadmodum.C.de agricol.& cenſ.lib.11.declaratur.*
97 *Fauori ſuo hæres renuntiare poteſt.*
98 *Hæres, qui nil à teſtatore conſequitur, eius factum improbare poteſt.*
99 *Caſtren.conſi.445.Tria ſunt, col.vlt.lib.1.declaratur.*
100 *Caſtren.conſi.199.col.2.lib.2.quod eſt Saluſtij Peruſini declaratur.*
101 *Iaſon conſi.56.col.6.verſi.3.& adhuc.lib.3, declaratur.*
102 *Craue.conſi.200.nu.7.declaratur.*
103 *Gloſſ.cap.1.§.hoc quoque in verbo inueſtiri, de ſucceſſ. feudi, elucidatur.*
104 *Feudum antiquum à patre legitimè alienatum, reuocat filius patris non hæres.*
105 *Hæres maſculus pro filio in materia feudali ſumitur.*
106 *Filius patris hæres non reuocat feudum antiquum à patre legitimè alienatum.*
107 *Afflictus in cap.1.§.hoc quoque. num.19. verſi. ſed quando. de ſucceſſ. feudi declaratur.*
108 *Filius reuocat feudum illegitimè à patre alienatum, ſi ei hæres non eſt.*
109 *Hæres filius non reuocat feudum à patre illegitimè alienatum.*
110 *Iaſonis error conſi.56.colu.6.verſi.2.vltra, lib.3.nec non Grati, & Nattæ, notatus*
111 *L.vlt.C.de euictio declaratur.*
112 *Hæredem fideiuſſoris differre ab hærede principalis.*
113 *Fideiuſſoris hæres qua ratione recuperare poſſit rem alienatā, pro qua ſuus anteceſſor fideiuſſit.*
114 *L.defuncto.C.ſi quid in fraudem patro.declaratur.*
115 *Baldus in l. pactum quod dotali. quæſt.2.C. de colla. declaratur.*
116 *Hæres matris contrauenire non poteſt renuntiationi à matre factæ.*
117 *Bald.conſi.215.lib.2.declaratur.*
118 *Ruin.conſi.220.lib.1.declaratur.*
119 *Fraus non fit ſcienti.*
120 *Inuentario non confecto lex fingit tantum eſſe in hæreditate, quantum in onere.*
121 *Errorem non preſumi.*
122 *Falſa cauſa diſpoſitionem vitiat.*
123 *Teſtator etiam ignorans rem ſui hæredis legare poteſt.*
124 *Legatum rei alienæ factum affini, valet, etiam ſi legans ignoret eſſe alienam.*
125 *Legatum rei ſuppoſitæ fideicommiſſo valet, & ab hærede contradici non poteſt.*
126 *Caſtren.conſil.199.libro.2. quod eſt Saluſtij Peruſini improbatum.*
127 *Hæres hæredis tenetur ſeruare factum defuncti.*
128 *Hæres hæredis dicitur propriè hæres.*
129 *Inem verè & propriè.*
130 *Etiam in diſpoſitione ſtricta.*
131 *Et ideò dando illi ſatisfacit conditioni.*
132 *Hæres hæredis habet beneficium.l. vlt.C.de edict.diui Hadria. tollen.*
133 *Caſtrenſis ſeu Saluſtij rationes.dicto.conſi.199.reiectæ.*
134 *L.qui liberis.§.hæc verba.ff.de vulg.declaratur.*
135 *Bald.in l.vlt.C.de hæred.inſt declaratur.*
136 *Hæredem hæredis habere ſucceſſionem a defuncto.*
137 *Inuentarium illegitimè confectum, nil prodeſſe.*
138 *Inuentarij conficiendi tempus quod.*
139 *Citari qui debeant in confectione inuentarij.*
140 *Creditorem conditionalem non eſſe in conſideratione.*
141 *L.ex his prædijs, de euictio.declaratur.*
142 *Creditor conditionalis quomodo dicatur propriè creditor.*
143 *Creditor conditionalis mitti poteſt in poſſeſſionem.*
144 *Creditum ſub conditione eſſe conſiderabile.*
145 *Inuentarium cùm conficitur, citantur fideicommiſſarij.*
146 *Inuentarium nil releuat, ſi bona omnia non ſunt diſcripta in eo.*
147 *Inuentario qui adhiberi debeant teſtes.*
148 *Legitimam grauari non poſſe.*
149 *Legitimam deduci deducto prius ære alieno.*

150 Eui-



150 *Euictio an debeatur pro alienatis titulo lucratiuo.*
151 *Alciati reſp.556.ad finem declaratur.*
152 *Grati æquiuocatio in conſi.91.nu.31.verſ.3.reſpondeo.lib.1.*
153 *Hypothecaria quādo cōfundatur, ſi creditor debitori ſuccedit.*
154 *Actio hypothecaria non confunditur ex Romano.*
155 *Et ibidem declaratur copioſè.*
156 *Inuentario non confecto, an hæres teneatur vltra vires hæreditarias de iure canonico.*
157 *Hoſtien.in ſumma, de teſta.§.ad quid, declaratur.*
158 *Baldum malè Hoſtienſis traditionem intellexiſſe.*
159 *Baldi error conſi.96.li.4.*
160 *Hæres non confecto inuentario, an teneatur vltra vires hæreditarias in iudicio animæ.*
161 *Item triplex de ea re opinio.*
162 *Item illa opinio Aretini hac de re expenditur.*
163 *Idem quomodo legatariis non teneatur.*
164 *Item qua ratione hoc factum.*
165 *Hæres non confecto inuentario creditoribus tenetur vltra vires hæreditatis, etiam in foro animæ.*
166 *Qua ratione id factum, ibidem declaratur.*

## FACTI SPECIES.

*ANNO 1587. D. Scipio Luſchius è Marchia Anconitana, confecto teſtamento, fideicommiſſum, ad ſuæ familiæ conſeruationem, ſuis in bonis conſtituit. Quod quidem fideicommiſſum hactenus fuit obſeruatum, Hæc bona ad D. Octauianum eius pronepotem deuenerunt. Is anno 1559. Condito teſtamento hæredem fecit Dominum Philippum fratrem, & aliqua ex his bonis fideicōmiſſo ſuppoſitis legauit Domino Cæſari conſanguineo ſuo, aſſerens, ſe id facere ad compenſationem ſui crediti. Euenit quòd mortuo Domino Philippo, relicto Domino Marcello filio & hærede is litem mouit contra dictum Dominum Cæſarem pro reuocatione bonorum ei à Domino Octauiano relictorum. Cui obijcitur, eum eſſe hæredem & non confeciſſe legitimum inuentarium, & ob id non poſſe contrauenire facto Domini Octauiani ſui anteceſſoris. Dubitatur nunc quid iuris.*

## CONSILIVM LXXXIX.

# Initium à Domino.

NON leuis ponderis eſt, quæ enucleanda mihi proponitur iuris dubitatio: cùm variæ & non parum repugnantes eſſe videantur Doctorum opiniones. Et verè prima (quod aiunt) facie dicendum videbatur, D. Marcellum hæredem D. Octauij mediante perſona D. Philippi patris ſui, conſequi poſſe bona fideicommiſſi D. Scipionis, de quibus ipſe D. Octauius ſuo in teſtamento diſpoſuit, atque ita alienauit. Hoc, vt dicerem multis adducebat. Vno tamē priùs præmiſſo,
1 quòd † teſtatoris voluntas pro lege obſeruanda eſt. §. diſponat. in auth. de nupt. Cùm ergo D. Scipio in familia fideicommiſſum conſtituerit, obſeruanda eſt illius volun-
2 tas & diſpoſitio. Et ideò omnis † alienatio de bonis fideicommiſſi facta, inualida eſt. l. vlt. C. communia de leg. & fideicommiſ. l. filiusfam. §. 1. ff. de lega. 1. Et in ſpecie ita ſcribunt Calcan. conſil. 8. numer. 16. & Gramma. deciſ. 93. numer. 1. Et calcaneum ſequitur Craue. cōſil. 174. numer.
3 2. verſic. ſed præmiſſis. qui ſcribit, † præcepto teſtatoris ita annullari actum contra illud factum, vt diſpoſitio
4 legis: cùm à pari procedat voluntas teſtatoris † & diſpoſitio legis. ita Cur. Sen. conſi. 55. Statuto ſen. col. 4. verſi. diſpoſitio enim.

Primò, vt dicerem, D. Marcellum hæredem Do. Octauij poſſe reuocare hæc bona ab eo alienata, mouebat me, quòd licèt hæres non poſſit venire contra factū de-
5 functi, cui † hæres extitit. l. cùm à matre. C. de rei vind.
6 Nihilominus tunc † hæres facto defuncti contrauenire poteſt, quando illud teſtatoris factum eſt inualidum. Ita ſcribunt Iſernia in cap. Imperialem. nu. 6. verſ. additio, de prohib. feud. aliena. per Frider. & in ca. 1. §. alienare. nu. 1. Qualiter olim feud. aliena. poter. Soc. Sen. conſi. 76. num. 47. lib. 4. quos in ſpecie ſecutus eſt Gramma. d. deciſ. 93. nu. 8. His addo Pariſium conſi. 33. num. 97. lib. 3. Gratum conſi. 91. nu. 26. lib. 1. Corneum conſ. 301. nu. 2. lib. 1. Guid. Pap. conſ. 180. col. vlt. Soc. Iun. conſi. 77. nu. 134. ver. reſpondetur. lib. 1. & Craue. conſ. 200 nu. 5. Cùm ergo (vt iam præfatus ſum) hæc alienatio inualidè facta ſit à D. Octauio, vt potè contra primi teſtatoris voluntatem, ſequitur, D. Marcellum eam reuocare poſſe, atque ita ei licere factum ſui anteceſſoris improbare.

Confirmatur hæc argumentatio ea ratione, quòd in hæredem tranſlata eſt facultas, quæ erat apud ipſum
7 teſtatorem, cùm vna & eadem † perſona cenſeantur. §. j. in auth. de iureiur. à Morien. præſt. Dicendum eſt ipſum
8 hæredem † huic facto inualido poſſe contrauenire, quēadmodum potuiſſet & ipſe teſtator: ſicuti declarando l. poſt mortem. ff. de adoptio. ſcribit ibi Bart. copioſè tradunt Afflictus deciſ. 335. num. 11. & Vantius in tract. de nullitatibus, tit. Quis poſſit dicere de nullitate. num. 2. & tit. Quoties & intra quod tempus de nullitate dici poſſit. numero 51. Et in ſpecie à teſtatore ad hæredem argumentatur Iaſon conſil. 87. numero 2. in fin. libr. 1. Imò
9 ipſe † hæres facilius contrauenire poteſt alienationi inualidæ factæ à ſuo anteceſſore quàm ipſemet anteceſſor potuiſſet: ita reſpondit Dec. cōſ. 185. nu 6. & ſēſit Natta cōſ. 289. nu. 5 verſ. omiſ. iſto li. 2.

Secundò vrgere non parum videtur, quòd quando
10 teſtatoris anteceſſoriſque factum eſt contra † legis diſpoſitionem, illi hæres contrauenire poteſt. Ita reſponderunt Baldus conſi. 161. Quidam Mœchus. lib. 5. Cur. Sen. conſi. 1. colu. vlti. & Iaſ. conſil. 64. colu. 3. verſic. non obſtat, lib. 3. & cōſi. 87. nu. 2. in fi. libr. 1. ait vbi procedere etiamſi eſſet factum iuratum, quos in ſpecie ſecutus eſt Gramma. d. deciſ. 93. num. 9. Quibus accedunt Iaſ. conſi. 168. in fine, libr. 4. Natta. d. conſi. 289. numer. 9. libr. 2. ex l. quemadmodum. C. de agric. & cenſ. li. 11. Sed iam diximus, teſtatoris voluntatē eſſe legē, & pro lege obſeruādā: ergo ſequitur, illi facto cōtraueniri ab hoc hærede poſſe.

Tertiò, ea ratione adducebar, qua ad hanc aſtruendam opinionem motus eſt Gramma. d. deciſ. 93. nu. 11. & 12. Quando eſt in poteſtate teſtatoris relinquere & non relinquere alicui hæreditatem, tunc, ſi reliquit, tenetur hæres ratum habere eius factum: at ſecus quādo ipſe te-
11 ſtator † habet omninò neceſſe relinquere eam hæreditatem & bona ipſi ſuo hæredi: tunc non tenetur is hæres factum defuncti ratum habere, ſed illi cōtrauenire poteſt. Ita reſpondit Caſtre. conſi. 445 Tria ſunt, col. vlt. ver. 3. facit dubium. libr. 1. & Saluſtius de Peruſio inter conſilia eiuſdem Caſtren. cōſil. 199. Viſis dubijs. col. vlt. verſ. prætereà, lib. 2. quos poſt Craue. conſ. 200 num. 7. ſecutus eſt Gramma. d. deciſ. 93. nu. 11. His accedit glo. in cap. 1. §. hoc quoq;, in verbo, inueſtiri, de ſucceſſ. feudi. q̄ ait, ꝙ
12 vbi pater † alienat feudū ex pacto & prouidētia debitū filio, & filius efficitur hæres patris, pōt is hæres cōtrauenire illi alienationi. Et gloſſam illā ſecuti ſunt Bald⁹, & alii nōnulli relati à Natta cōſ. 470. nu. 16. 17. li. 2. Dec. cōſ. 445. nu. 56. verſ. Mihi videtur quòd etiam. Iaſ. conſi. 56. colu. 6. verſ. ſecundò vltrà, libr. 3. Gratus conſi. 91. nume. 35. libr. 1. Cùm ergo D. Octauius virtute fideicōmiſſi ſibi iniūcti à

dd 2 D.Scipione

40 Teſtatoris & hæredis vna perſona.
41 Hæres non poteſt improbare factum defuncti à lege non receptum.
42 Turpitudinem propriam allegare non debet.
43 Filius patris hæres nõ reuocat in ſeruitutem ſeruum à patre libertate donatum.
44 Agens & patiens non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto.
45 Actio hæredis contra bona teſtatoris, cui ſucceſſit confunditur.
46 Hæredis & teſtatoris vna eſt perſona.
47 Factum proprium impugnare nemo poteſt.
48 Exceptio euictionis agentem repellit, cùm de ea tenetur.
49 Teſtator rem ſuam cui vult, legare poteſt.
50 Teſtator grauare poteſt quem honorat.
51 Legatarium non poſſe contrauenire facto defuncti.
52 Factum ab eo qui dominus non eſt, ab eo effecto domino non reuocatur.
53 Maritus conſtante matrimonio vendens rem vxoris, eo ſoluto, ſi dominus efficitur, eam non reuocat.
54 Argumentum ductum à contrarijs valere.
55 Filius viuente patre rem patris alienãs, eo mortuo, & dominus effectus, non reuocat.
56 Filius non poteſt exigere debitores à ſe viuo patre liberatos cum patri ſucceſſit.
57 Quod maximè procedit, cùm debitores ſunt ex cauſa oneroſa.
58 Hæredis factum eſt factum defuncti, & econtrà.
59 Pater vendendo rem filij, eam filius non reuocat ſi patri ſit hæres.
60 Hæres non reuocat fideicommiſſum à teſtatore alienatum.
61 Idem cùm hæredi grauato alienanti ſuccedit.
62 Teſtatorem poſſe de re fideicommiſſi ſui hæredis diſponere.
63 Hæredem non reuocare donata à ſuo teſtatore.
64 Item nec data in diuiſione bonorum.
65 Argumentum à feudo ad fideicommiſſum valere.
66 Feudum alienatum à teſtatore non reuocari ab hærede.
67 Item, ſi eſt feudum antiquum ex pacto & prouidentia.
68 Item, cum feudum eſt hæreditariam.
69 Item, etiam confecto inuentario.
70 Filius ſuccedens in feudo hæreditario hæres eſſe debet.
71 Feudum hæreditarium poteſt pater vni filiorum prælegare.
72 Item procedit etiam ſi aliquid tantùm à patre habuit.
73 Exceptio, ius non habes, agentem repellit.
74 Item dicitur exceptio litis finitæ.
75 Andreas Iſernia in cap. Imperialem, declaratur.
76 Vaſallus alienando feudum ſine conſenſu domini nil agit, etiã domino, eo mortuo, conſentiente.
77 Feudum ſtatim quod eſt alienatum, ad ſucceſſores ius deuoluitur.
78 Feudum ſine conſenſu domini alienatum, dicitur nulliter alienatum, ex cauſa domini.
79 Soc.Sen.conſi.79.nu.47.lib.4.declaratur.
80 Pariſ.conſi.33.nu.96.lib.3.declaratur.
81 Bartoli doctrina in l. poſt mortem. ff. de adoptio. copioſè examinatur.
82 Teſtator ſuo facto contrauenire poteſt.
83 Contrahens ſuo facto contrauenire non poteſt.
84 Non procedit quando lex repugnat.
85 Item, quando contractus eſt nullus fauore publico.
86 Guido Papæ conſi.180.col.vlt.declaratur.
87 Gratus conſi.91.nu.26.lib.1.declaratur.
88 Fideicommiſſi alienatio nulla eſt ſolo fauore ſuccedere in eo debentium.
89 Dec.conſi.185.nu.6.declaratur.
90 Curt.Sen.conſi.1.col.vlt.declaratur.
91 Donationem inofficioſam ab hærede donantis reuocari poſſe.
92 Soc.Iun.conſi.120.nu.28.lib.1.declaratur.
93 Hæres quo ſpeciali caſu reuocet alienata à teſtatore.
94 Iaſon conſi.64.col.3.verſi.nec obſtat.lib.3.declaratur.
95 Pater alienando rem filij, ex ſuo cõtractu obligatur, & illa obligatio in filium hæredem deſcendit.
96 L.quemadmodum.C.de agricol.& cenſ.lib.11.declaratur.
97 Fauori ſuo hæres renuntiare poteſt.
98 Hæres, qui nil à teſtatore conſequitur, eius factum improbare poteſt.
99 Caſtren.conſi.445.Tria ſunt, col.vlt.lib.1.declaratur.
100 Caſtren.conſi.199.col.2.lib.2.quod eſt Saluſtij Peruſini declaratur.
101 Iaſon conſi.56.col.6.verſi.3.& adhuc.lib.3.declaratur.
102 Craue.conſi.200.nu.7.declaratur.
103 Gloſſ.cap.1.§.hoc quoque in verbo inueſtiri, de ſucceſſ. feudi, elucidatur.
104 Feudum antiquum à patre legitimè alienatum, reuocat filius patris non hæres.
105 Hæres maſculus pro filio in materia feudali ſumitur.
106 Filius patris hæres non reuocat feudum antiquum à patre legitimè alienatum.
107 Afflictus in cap.1.§.hoc quoque. num.19. verſi. ſed quando. de ſucceſſ. feudi declaratur.
108 Filius reuocat feudum illegitimè à patre alienatum, ſi ei hæres non eſt.
109 Hæres filius non reuocat feudum à patre illegitimè alienatum.
110 Iaſonis error conſi.56.colu.6.verſi.2.vltra, lib.3.nec non Grati. & Nattæ, notatus
111 L.vlt.C.de euictio declaratur.
112 Hæredem fideiuſſoris differre ab hærede principalis.
113 Fideiuſſoris hæres qua ratione recuperare poſſit rem alienatã, pro qua ſuus anteceſſor fideiuſſit.
114 L.defuncto.C.ſi quid in fraudem patro.declaratur.
115 Baldus in l. pactum quod dotali. quæſt.2.C. de colla. declaratur.
116 Hæres matris contrauenire non poteſt renuntiationi à matre factæ.
117 Bald.conſi.215.lib.2.declaratur.
118 Ruin.conſi.220.lib.1.declaratur.
119 Fraus non fit ſcienti.
120 Inuentario non confecto lex fingit tantum eſſe in hæreditate, quantum in onere.
121 Errorem non preſumi.
122 Falſa cauſa diſpoſitionem vitiat.
123 Teſtator etiam ignorans rem ſui hæredis legare poteſt.
124 Legatum rei alienæ factum affini, valet, etiam ſi legans ignoret eſſe alienam.
125 Legatum rei ſuppoſitæ fideicommiſſo valet, & ab hærede contradici non poteſt.
126 Caſtren.conſil.199.libro.2. quod eſt Saluſtij Peruſini improbatum.
127 Hæres hæredis tenetur ſeruare factum defuncti.
128 Hæres hæredis dicitur propriè hæres.
129 Inem verè & propriè.
130 Etiam in diſpoſitione ſtricta.
131 Et ideò dando illi ſatisfacit conditioni.
132 Hæres hæredis habet beneficium.l. vlt.C.de edict.diui Hadria. tollen.
133 Caſtrenſis ſeu Saluſtij rationes. dicto.conſi.199.reiectæ.
134 L.qui liberis.§.hæc verba.ff.de vulg.declaratur.
135 Bald.in l.vlt.C.de hæred.inſt declaratur.
136 Hæredem hæredis habere ſucceſſionem a defuncto.
137 Inuentarium illegitimè confectum, nil prodeſſe.
138 Inuentarij conficiendi tempus quod.
139 Citari qui debeant in confectione inuentarij.
140 Creditorem conditionalem non eſſe in conſideratione.
141 L.ex his prædijs, de euictio.declaratur.
142 Creditor conditionalis quomodo dicatur propriè creditor.
143 Creditor conditionalis mitti poteſt in poſſeſſionem.
144 Creditum ſub conditione eſſe conſiderabile.
145 Inuentarium cùm conficitur, citantur fideicommiſſarij.
146 Inuentarium nil releuat, ſi bona omnia non ſunt diſcripta in eo.
147 Inuentario qui adhiberi debeant teſtes.
148 Legitimam grauari non poſſe.
149 Legitimam deduci deducto prius ære alieno.





150 Euictio an debeatur pro alienatis titulo lucratiuo.
151 Alciati reſp.556.ad finem declaratur.
152 Grati æquiuocatio in conſi.91.nu.31.verſ.3.reſpondeo.lib.1.
153 Hypothecaria quãdo cõfundatur, ſi creditor debitori ſuccedit.
154 Actio hypothecaria non confunditur ex Romano.
155 Et ibidem declaratur copioſè.
156 Inuentario non confecto, an hæres teneatur vltra vires hæreditarias de iure canonico.
157 Hoſtien.in ſumma, de teſta.§.ad quid, declaratur.
158 Baldum malè Hoſtienſis traditionem intellexiſſe.
159 Baldi error conſi.96.li.4.
160 Hæres non confecto inuentario, an teneatur vltra vires hæreditarias in iudicio animæ.
161 Item triplex de ea re opinio.
162 Item illa opinio Aretini hac de re expenditur.
163 Idem quomodo legatariis non teneatur.
164 Item qua ratione hoc factum.
165 Hæres non confecto inuentario creditoribus tenetur vltra vires hæreditatis, etiam in foro animæ.
166 Qua ratione id factum, ibidem declaratur.

## FACTI SPECIES.

*ANNO 1587. D. Scipio Luſchius è Marchia Anconitana, confecto teſtamento, fideicommiſſum, ad ſuæ familiæ conſeruationem, ſuis in bonis conſtituit. Quod quidem fideicommiſſum hactenus fuit obſeruatum, Hæc bona ad D. Octauianum eius pronepotem deuenerunt. Is anno 1559. Condito teſtamento hæredem fecit Dominum Philippum fratrem, & aliqua ex his bonis fideicõmiſſo ſuppoſitis legauit Domino Cæſari conſanguineo ſuo, aſſerens, ſe id facere ad compenſationem ſui crediti. Euenit quòd mortuo Domino Philippo, relicto Domino Marcello filio & hærede is litem mouit contra dictum Dominum Cæſarem pro reuocatione bonorum ei à Domino Octauiano relictorum. Cui obijcitur, eum eſſe hæredem & non confeciſſe legitimum inuentarium, & ob id non poſſe contrauenire facto Domini Octauiani ſui anteceſſoris. Dubitatur nunc quid iuris.*

## CONSILIVM LXXXIX.

# Initium à Domino.

NON leuis ponderis eſt, quæ enucleanda mihi proponitur iuris dubitatio: cùm variæ & non parum repugnantes eſſe videantur Doctorum opiniones. Et verè prima (quod aiunt) facie dicendum videbatur, D. Marcellum hæredem D. Octauij mediante perſona D. Philippi patris ſui, conſequi poſſe bona fideicommiſſi D. Scipionis, de quibus ipſe D. Octauius ſuo in teſtamento diſpoſuit, atque ita alienauit. Hoc, vt dicerem multis adducebat. Vno tamẽ priùs præmiſſo,
1 quòd † teſtatoris voluntas pro lege obſeruanda eſt. §. diſponat. in auth. de nupt. Cùm ergo D. Scipio in familia fideicommiſſum conſtituerit, obſeruanda eſt illius volun
2 tas & diſpoſitio. Et ideò omnis † alienatio de bonis fideicommiſſi facta, inualida eſt. l. vlt. C. communia de leg. & fideicommiſ. l. filiusfam. §. 1. ff. de lega. 1. Et in ſpecie ita ſcribunt Calcan. conſil. 8. numer. 16. & Gramma. deciſ. 93. numer. 1. Et calcaneum ſequitur Craue. cõſil. 174. numer.
3 2. verſic. ſed præmiſſis. qui ſcribit, † præcepto teſtatoris ita annullari actum contra illud factum, vt diſpoſitio
4 legis: cùm à pari procedat voluntas teſtatoris † & diſpoſitio legis. ita Cur. Sen. conſi. 55. Statuto ſen. col. 4. verſi. diſpoſitio enim.
Primò, vt dicerem, D. Marcellum hæredem Do. Octauij poſſe reuocare hæc bona ab eo alienata, mouebat me, quòd licèt hæres non poſſit venire contra factũ de-
5 functi, cui † hæres extitit. l. cùm à matre. C. de rei vind.
6 Nihilominus tunc † hæres facto defuncti contrauenire poteſt, quando illud teſtatoris factum eſt inualidum. Ita ſcribunt Iſernia in cap. Imperialem. nu. 6. verſ. additio, de prohib. feud. aliena. per Frider. & in ca. 1. §. alienare. nu. 1. Qualiter olim feud. aliena. poter. Soc. Sen. conſi. 76. num. 47. lib. 4. quos in ſpecie ſecutus eſt Gramma. d. deciſ. 93. nu. 8. His addo Pariſium conſi. 33. num. 97. lib. 3. Gratum conſi. 91. nu. 26. lib. 1. Corneum conſ. 301. nu. 2. lib. 1. Guid. Pap. conſ. 180. col. vlt. Soc. Iun. conſi. 77. nu. 134. ver. reſpondetur. lib. 1. & Craue. conſ. 200 nu. 5. Cùm ergo (vt iam præfatus ſum) hæc alienatio inualidè facta ſit à D. Octauio, vt potè contra primi teſtatoris voluntatem, ſequitur, D. Marcellum eam reuocare poſſe, atque ita ei licere factum ſui anteceſſoris improbare.
Confirmatur hæc argumentatio ea ratione, quòd in hæredem tranſlata eſt facultas, quæ erat apud ipſum
7 teſtatorem, cùm vna & eadem † perſona cenſeantur. §. j. in auth. de iureiur. à Morien. præſt. Dicendum eſt ipſum
8 hæredem † huic facto inualido poſſe contrauenire, quẽadmodum potuiſſet & ipſe teſtator: ſicuti declarando l. poſt mortem. ff. de adoptio. ſcribit ibi Bart. copioſè tradunt Afflictus deciſ. 335. num. 11. & Vantius in tract. de nullitatibus, tit. Quis poſſit dicere de nullitate. num. 2. & tit. Quoties & intra quod tempus de nullitate dici poſſit. numero 51. Et in ſpecie à teſtatore ad hæredem argumentatur Iaſon conſil. 87. numero 2. in fin. libr. 1. Imò
9 ipſe † hæres facilius contrauenire poteſt alienationi inualidæ factæ à ſuo anteceſſore quàm ipſemet anteceſſor potuiſſet: ita reſpondit Dec. cõſ. 185. nu 6. & ſẽſit Natta cõſ. 289. nu. 5 verſ. omiſ. iſto li. 2.
Secundò vrgere non parum videtur, quòd quando
10 teſtatoris anteceſſoriſque factum eſt contra † legis diſpoſitionem, illi hæres contrauenire poteſt. Ita reſponderunt Baldus conſi. 161. Quidam Mœchus. lib. 5. Cur. Sen. conſi. 1. colu. vlti. & Iaſ. conſil. 64. colu. 3. verſic. non obſtat, lib. 3. & cõſi. 87. nu. 2. in fi. libr. 1. ait vbi procedere etiamſi eſſet factum iuratum, quos in ſpecie ſecutus eſt Gramma. d. deciſ. 93. num. 9. Quibus accedunt Iaſ. conſi. 168. in fine, libr. 4. Natta. d. conſi. 289. numer. 9. libr. 2. ex l. quemadmodum. C. de agric. & cenſ. li. 11. Sed iam diximus, teſtatoris voluntatẽ eſſe legẽ, & pro lege obſeruãdã: ergo ſequitur, illi facto cõtraueniri ab hoc hærede poſſe.
Tertiò, ea ratione adducebar, qua ad hanc aſtruendam opinionem motus eſt Gramma. d. deciſ. 93. nu. 11. & 12. Quando eſt in poteſtate teſtatoris relinquere & non relinquere alicui hæreditatem, tunc, ſi reliquit, tenetur hæres ratum habere eius factum: at ſecus quãdo ipſe te-
11 ſtator † habet omninò neceſſè relinquere eam hæreditatem & bona ipſi ſuo hæredi: tunc non tenetur is hæres factum defuncti ratum habere, ſed illi cõtrauenire poteſt. Ita reſpondit Caſtre. conſi. 445 Tria ſunt, col. vlt. ver. 3. facit dubium. libr. 1. & Saluſtius de Peruſio inter conſilia eiuſdem Caſtren. cõſil. 199. Viſis dubijs. col. vlt. verſ. prætereà, lib. 2. quos poſt Craue. conſ. 200 num. 7. ſecutus eſt Gramma. d. deciſ. 93. nu. 11. His accedit glo. in cap. 1. §. hoc quoq;, in verbo, inueſtiri, de ſucceſſ. feudi. q̃ ait, ꝙ
12 vbi pater † alienat feudũ ex pacto & prouidẽtia debitũ filio, & filius efficitur hæres patris, põt is hæres cõtrauenire illi alienationi. Et gloſſam illã ſecuti ſunt Bald⁹, & alij nõnulli relati à Natta cõſ. 470. nu. 16. 17. li. 2. Dec. cõſ. 445. nu. 56. verſ. Mihi videtur quòd etiam. Iaſ. conſi. 56. colu. 6. verſ. ſecundò vltrà, libr. 3. Gratus conſi. 91. nume. 35. libr. 1. Cùm ergo D. Octauius virtute fideicõmiſſi ſibi iniũcti à

D.Scipione,adſtrictus eſſet relinquere illius fideicōmiſsì
bona ipſi D.Marcello, ſequitur dicendū, ipſum D.Mar-
cellū hæredē in his inſtitutū nō teneri obſeruare aliena
tionem factam ad ipſo D.Octauio,ſed illi contrauenire
poſſe.

Quartò ſuffragari nō mediocriter videbatur D.Mar-
cello hæc argumentatio,ꝙ etſi hæres ſit Do.Octauij, atta
men venit contra alienationem ab eo factam non ex per
ſona ipſius D. Octauij, vel ex perſona D. Philippi patris
ſui, ſed ex propria, cùm ipſe ex ſua ipſa perſona habeat
conſequi bona hæc fideicommiſsi. Atqui filius hæres cō
13 trauenire poteſt ✝ facto patris quando ex ſua perſona,
non antem ex perſona patris id facere poteſt. Ita in ſpe-
cie argumentatur bene eruditus Natta,conſilio 470.nu-
mero 13.libro 2.adductus ex notab.tex.l.vltim.C. de eui-
ctio. Et ſimili in caſu idem reſpondit Ruin. conſil.220.
numero 3. libro 1. Quo loci conſtitutum eſt, hæredem
fideiuſſoris,qui de euictione promiſit, poſſe agere & rē
vindicare, quando non vt hæres fideiuſſoris,ſed nomine
proprio agit. Et ex illa conſtitutione interpretes omnes
14 declarant † regulam l.vindicantem.ff. de euictio. quē de
euictione tenet actio, eundem agētem repellit exceptio.
in eandem ſententiā citat & Natta l.defuncto.C. ſi quid
in fraudem patro.& gloſſam in l.1.verbo, appellandum.
ff.de excep.rei iud. Adfert ſecundò illud ſimile de renun
15 tiatione quam facit✝ filia patri de hæreditate cum iura-
mento, iuxta ca. quamuis, de pactis,in 6. vt non noceat
nepotibus venientibus ex propria perſona. vt tradit Bal-
dus in l.vl.col.4 verſic. ſed hîc incidenter. C.de pactis.&
in l. pactum quod dotali.q.2. in fine. C.de collatio.quem
ſecuti ſunt (vt præter Nattam hos recenſeam) Caſtre. &
Alex. in l. qui ſuperſtitis.ff.de acq. hæred. Tiraq.de iure
primige.q.40 nu.117. Gramma. deciſ.57.nu. 39.& Didac.
in. cap. quamuis, parte 3. §. 2. nu.4. de pact.in 6. & Cra.
conſ.84.nu.5.& Rol. conſ.11.numero. 4.

Præreteà,& tertiò, adfert Natta reſponſum Baldi cōſ.
215. Proponitur Quòd inueſtituræ,in ſecūdo dubio. lib.
16 2. dum reſpondit, quòd ✝ refutatio facta per fratrem de
feudo, quod virtute antiquæ inueſtituræ tranſibat ad fi-
lios & deſcendentes in infinitum, non præiudicet filijs,
quia renuntiatio nō nocet alteri quàm renuntianti. Et-
enim cui defertur ius per mortem renuntiantis, non
nocet refutatio feudi: vt in capit.1.de aliena. feudi pater
quia ſicut extinctus per mortem nō præiudicat alteri, ita
nec quaſi extinctus per refutationē, vt in ca.1.de vaſallo
17 decrep.æta.vbi dicitur,ꝙ nō obſtāte † refutatione,feudū
eſt paternū:ipſi autē refutāti dū viuit,bene obſtat,vt in c.
tres erant agna.de eo qui fidem fec.ag.de feud. paterno.
ibi,dum dicit,niſi feudū domino refutauit. Hæc Baldus
& Natta.

Quintò me aliquādo maximè mouebat doctrina Bal
di in l.1.verſ.quæro vtrum iuramentum.C.de inoff.don.
quem ſecuti ſunt Salicetus ibi, Curtius Sen. conſi. 1. in
fine. Rui.conſi. 42. col.pen.lib.5.Pariſ.conſil.33.num.97.
lib.3.Tiraq.in tract.de retractu conſang.§ 1. gloſſ.9. nu.
58.qui alios plures eiuſdem opinionis recenſet. Scribit
18 itaque Baldus,filiū ✝ patris hæredem non teneri obſer-
uare ipſius patris voluntatem & diſpoſitionem, cum ad
ſui fraudem & detrimentum eſt facta. Atqui in caſu no-
ſtro clarè conſtare videtur, diſpoſitionem & alienatio-
nem D. Octauij eſſe factam potius ad fraudem D. Mar-
celli, quàm ad eius vtilitatem: cùm hoc factum vide-
atur, ne conſequeretur integrum fideicommiſſum à D.
Scipione relictum. Sequitur ergo,D.Marcellum illi ali
enationi contrauenire poſſe. Et his rationibus ita aliquā-
do fuiſſe deciſum in conſilio Neapol. atteſtatur Gram.
d.deciſ.93. in fi.

Sextò adducebar in hanc opinionem ea ratione, ꝙ
fortè hæc diſpoſitio & alienatio D. Octauij, dū de fide-
icommiſſo D. Scipionis diſpoſuit. erronea & per falſam
cauſā facta videtur. Nam per errorē fortè credidit hæc
eſſe propria bona, cùm tamen eſſent alijs reſtituenda,
ſtante ergo errore,ſequitur,quòd quemadmodum ipſe-
19 met ✝ teſtator potuiſſet facto proprio cōtrauenire,vt ſcri
bunt Barr.in l.poſt mortem.ff.de adoptio. Alexan. conſi.
123.num.6.lib.1. Ruin.conſ.78.nu.5.lib.4. & clarius Soc.
Iun.conſ.93.nu.16.lib.2. Ita etiam ipſe D. Marcellus hæ-
res contrauenire poſſe videtur. quod in ſpecie reſpondit
Dec.conſ.475.nu.26. Sic declarando d.l.cùm à matre.

Septimò accedit,quòd Do.Marcell⁹ dicti Do. Octa
uij hæres verè & immediatè non extitit, ſed ſolùm me-
diante perſona Dom.Philippi patris ſui: & ideo dicitur
hæres hæredis dicti D.Octauij,qui alienauit. Qui ſanè
20 hæres ✝hæredis non repræſentat perſonam illius media
ti anteceſſoris,& per conſequens non tenetur eius factū
approbare:ita in ſpecie reſpondit Saluſtius de Peruſio in
ter cōſilia Caſtrenſis conſ.199. Viſis dubiis,de quibus col.
2.verſ.ſed tamen prædictis.lib.2. Cui quidē eo loci ſub-
ſcripſit Abbas. Quos ſecuti ſunt Dec.in l.hæredem.nu.7.
in fi.de reg.iur.& Tiraq. in trac. *le mort ſaiſit le vif.* parte 2.
declara.quinta.nu.5. Ea ratione motus eſt is Saluſtius,ꝙ
21 licet † hæres repræſentet defunctum, non tamen id facit
hæredis,cùm perſona media impediat extrema coniun-
22 gi,& eſſet coniungere plures † fictiones, quod iure non
permittitur.l.1.C.de inoff.don.& ſcribit Bart. in l.ſi is qui
pro emptore.ff.de vſucap. Et ſubiungit is Saluſtius, hoc
ſatis probari in l.qui liberis.§.hæc verba,de vulg. vbi ſub
23 ſtitutio,✝ qui mihi hæres erit,non trahitur ad hæredem
hæredis. Et facit (ait ille) quod notat Bal.in l.vlt.C. de hæ
24 red.inſt.dum ait,præceptum pœnale ✝ non tranſire in hæ
redem hæredis. Præterea hæres hæredis nil habet ab illo
primo defuncto: ergo grauari non potuit: iuxta l.ab eo.
C.de fideicom.

Octauò,ea ſolida ratione dicendum videbatur, D.
Marcellum reuocare poſſe hæc bona,nec teneri approba
re factum ſuorum anteceſſorum: eo quia quando adiuit
25 hæreditatem ✝ Patris ſui,confecit inuentarium de omni
bus bonis illius,quæ in hæreditate reperiebātur: quo fit
vt liberè poſsit contrauenire facto patris ſui & anteceſſo
rum.ita declarando l.cùm à matre.C. de rei vind. & illi
ſimilia ſcribit Bart.in l.cùm vir.num.14.verſi.ſed ſi fecit.
ff.de vſucap.reſpondit Alex.conſi.19.num.14.& conſi.28.
numer.18.libr.5 quòd repudians feudum, non præiudi-
cat hæredi adeunti hæreditatem confecto inuentario. i-
dem reſponderunt Iaſon conſi.56.colum.2. verſic. ſecun
dò pro iſta.& colum. 6. verſicul.4.reſpondetur. libr.3.&
conſil.136.numer.5.libr.4. Ruin.conſil.38.numer. 21. libr.
1.& conſil.39.numer.10.libr.2. Dec.conſil.185.num.5. con
ſil.395.numer.5.in fi.conſil.445. numer. 56.& conſil. 468.
numer.30. Brun. conſil. 18. numer. 16. Scribunt hi, quòd
26 quādo feudum † fuit alienatum à prædeceſſore, & is qui
eius hæres efficitur de hæreditate & bonis confecit inuē
tarium,non tenetur approbare prædeceſſoris factum vl-
tra vires hæreditatis. Ita tamen diſtinguendo: Aut feu-
dum eſt hæreditarium,& tunc ſiue conficiatur inuenta-
rium,ſiue non,ſemper hæres tenetur approbare factum
27 defuncti. Eſt ratio,quia ✝ ſemper debet eſſe hæres, & o-
nera hæreditatis ſuſtinere: quod non faceret,ſi ei prodeſ-
ſet inuentarium. Nā vbi in hæreditate nihil reperiretur,
ob virtutem inuentarij hæres eſſe deſineret. Et hoc in ca-
ſu nos non loquimur. Aut feudum eſt ex pacto & proui
dentia,quod quidem ſucceſſor obtinere poteſt abſque eo
quòd ſit hæres ſui anteceſſoris immediati, vt relati Do-
ctores affirmant.& tunc,ſi efficitur hæres ſui anteceſſo-
ris,vbi alienauit, & confecit inuentarium, ſolùm tene-
tur approbare factum defuncti,quatenus habet ex bonis
28 ipſius teſtatoris. Eſt ratio,quia per ✝ inuentarium con-
ſtituitur eo in ſtatu, in quo fuiſſet antequam adiuiſſet
hæreditatem: quo ſanè tempore poterat reuocare &
conſequi feudum abſque hæreditate. Et hic caſus eſt
noſter. Nam Dom. Marcellus poterat conſequi fidei-
commiſſum ſuorum antiquorum abſque eo, quòd adi-
ret hæreditatem vel patris, vel aui ſui. Et ideò confi-
ciendo de hæreditate inuentarium, ſecurum & tutum ſe





29 reddidiſſe viſus eſt. Quod in ſpecie de fideicōmiſſo † ver
ba faciens reſpondit Pariſ.conſi.33.nu.95. cum ſubſequē-
tibus,lib.3.idem conſuluit Gratus conſil.91. numer.37.38.
lib.1.

Nonò, admiſſo etiam quòd confectum non eſſet in-
uentarium,adhuc dicendum videtur,D.Marcellum poſ-
ſe reuocare hæc bona fideicommiſſi, atque ita poſſe con-
trauenire facto defuncti,cui hæres extitit. Siquidē, quòd
hæres non poſſit reuocare alienata à ſuo anteceſſore, id
30 euenit,quia ei ſuccedendo ✝ actiones confundūtur: cùm
non poſſit hæres eſſe creditor bonorum ſibi debitorum
à ſuo anteceſſore, & debitor, dum tenetur eius factum
obſeruare. Hæ inquam actiones confunduntur.l. debito
31 ri, vbi omnes.C.de pactis. Atqui in caſu noſtro ✝ actio hy
pothecaria,quæ pro conſequendo fideicommiſſo datur,
non confunditur per aditionem hæreditatis: nec in ea hæ
res repreſentat defunctum. Et ideò hæres poteſt retine-
re rem quam habet apud ſe loco pignoris: vel agere con-
tra tertios poſſeſſores.l.debitor.ff.ad S.C.Trebell.vbi Ca-
ſtren.Fulgoſ.& Alex.idem ſcribunt Alex.Dec. & Rimi-
nald.in d.l.debitor.C. de pactis. Addo Goza. conſi .94.
num.47. qui aſſeruit, hypotecariam nunquam confundi
propter ſucceſſionem. Cùm ergo pro re per fideicommiſ
32 ſum † relicta competat actio hypotecaria.l.2. C. commu.
de leg.& §.ſed noſtra,Inſti.de legatis.& copioſè Alex.in.
l.1.ff.de leg.1. Sequitur. dicendum, quòd non obſtante a-
dtione hæreditatis, poteſt D. Marcellus per hypothe-
cariam reuocare bono comprehenſa in fideicōmiſſo ad-
uerſus quoſcunque detinentes: non obſtante obligatio-
ne de euictione: cùm hypothecarius nō teneatur adim-
plere factum defuncti, cùm eum non repreſentet. Ita in
claris his noſtri ſterminis hac cōſideratione argumenta-
tur. Gratus conſi.91.nu.31.verſi.3.reſpondeo,lib.1.

Decimò & vltimò ea ratiōe moueor,quòd iure cano-
33 nico ✝ inſpecto,eiuſque inſpecta æquitate,hæres non te-
netur vltra vires hæreditarias,cùm,non confecto inuē-
tario,hæreditatem adiuit. Ita Baldus conſi.69. Super præ
miſſo.lib.4. At in caſu noſtro ſumus in terris Eccleſiæ,in
quibus ius canonicum obſeruari debet.cap.1. de oper.
nou.nun.ergo.etiamſi D.Marcellus non confeciſſet in-
uentarium,adhuc tamen non tenētur vltra vires hæredi-
tarias. Ita in claris his terminis argumentatur Gratus d.
conſi.91.num.38.39.lib.1. Hæc mi maximè hæſitantē red-
debant,vt pro Do. Marcello aduerſus D. Cæſarem reſ-
ponderem.

Cæterùm,re ipſa diligentiſſimè perpenſa atque con-
ſiderata,contrarium verius eſſe opinor: nempè,D.Mar-
cellum non poſſe contrauenire facto Dom. Octauii aui
ſui, atque ita reuocare non poſſe partem illam bono-
rum fideicommiſſi relictam D. Cæſari. Quam ſanè
ſententiā veram eſſe exiſtimo leg. rationibus ac per mul-
tis Doctorum auctoritatibus.

Primò iure probatur hæc ſententia,nempè in l.filius-
famil.§.cùm pater.ff.de lega. primò. quo loci clarè ſcri-
34 bit Martianus,† hæredem pro eo parte qua hæres eſt te-
ſtatori,qui fundum fideicommiſſo ſuppoſitum alteri le-
gauit,non poſſe fundum illum reuocare.

35 Secundò clarè etiam probat ✝ hanc ſententiam tex. l.
vnum ex familia.§.ſed ſi vno.ff.de lega.2. quo loci Papi-
nianus ait, quòd ſi fundus qui in familia cōſeruari de-
buit,à teſtatore extraneo fuit legatus, vindicari ille fun-
dus poterit ab illo ex familia,qui teſtatori leganti non ef-
ficitur hæres: hæres autem,qui aliàs iure ſuo & ipſe vin-
dicare potuiſſet,doli exceptione repellitur.

Tertiò argumentari licet à contractibus ad vltimas
36 ✝ voluntates. l. ſeruum filii. §. eum qui chirographum.
& l. quæ de legato. ff. de lega. 1. & vtroque in loco Do-
37 ctores. Atqui, ſi quis vēdit rem ✝ alterius,& is rei domi-
nus venditori ſuccedit,eique hæres efficitur,eam vendi-
tionem improbare & reuocate non poterit. ita probat
l.1. in prin. ff. de excep.rei venditæ & traditæ, quo loci
Vlpianus in hæc verba ait: Marcellus ſcribit, ſi alienum
fundum vendideris,& tuum poſteà factum petas: hac te
exceptione rectè repellendum. Sed & ſi dominus fundi
hæres venditori exiſtat,idem erit dicendum. Idem aper-
tè ita reſcripſerunt Dioclet.& Max.Impp. in l.cùm à ma
tre.C.de rei vind. cùm à matre domum filij te ſciente cō-
paraſſe proponas aduerſus eum dominium vindicantē,
ſi matri non ſuccesſit, nulla te exceptione tueri potes.
Quòd ſi venditricis obtinet hæreditatem, doli mali ex-
ceptione,pro qua portione ad eum hæreditas pertinet,
vti non prohiberis. Iidem Impp. in l.vēditrici. C. de reb.
alie.non alien.ita reſcripſerunt: Venditrici ſuccedēti hæ-
reditario iure perfectam rectè venditionem reſcindere,
ac dominium reuocare non licet. Sed & ſi hæc ex perſo-
na ſua vindicet,vel exceptione te doli mali,ſi hanc viam
elegeris,tueri: vel euicta re, ſi defenſione monſtrata vti
nolueris,quanti tua intereſt,poteris experiri. Idem reſcri
pſit Gordianus in l.ſiue poſſeſsio.C.de euictio Siue poſ-
ſeſsio venditoris fuit,filius,eiuſdéque patris hæres,fru-
ſtrà quæſtionem mouet: ſiue non patris,ſed filij eius poſ
ſeſsio fuit,de qua iure hæreditario author laudari pōt:
controuerſiam mouere non poteſt. His accedit l. Polla.
38 C.de his quib.vt indig. quæ à fortiori probat, † pupillū
hæredem non poſſe contrauenire facto ſui anteceſſoris.

Quartò accedit argumentum ductum à fortiori ex
Aureliani reſcripto in l.ſi ab eo.C.de libera.cauſa. Si ab
eo,cuius ſeruus fuiſti, manumiſſus es, fruſtrà libertatis
controuerſiam ſuſtines, maximè ab hærede eius, qui te
manumiſit: cum etſi iure libertas non proceſſerit, reſpe-
ctu tamen aditæ hæreditatis voluntatem defuncti ſuo cō
39 ſenſu firmare debuit. Ecce quòd ſtatuit Aurelianus,✝ hæ
redem non poſſe impugnare defuncti voluntatē, quæ a-
liàs à iure non probatur,fauore ſcilicèt & commodo hæ
redis.nam eo loci ait Aurelianus,libertatem iure datam
non fuiſſe. Erat iure inualida illa manumiſsio, vt quia fa
cta fuerat ab eo,qui erat minor viginti annis,(vt ibi gloſ
ſa ſentit,& cum ea Salicetus & cæteri) vel qui alia de cau
ſa manumittere impediebatur: & tamen is hæres, qui ei
ſucceſsit,manumiſsionem illam reuocare non poteſt. Er
go à fortiori nō poteſt in caſu noſtro,in quo iura nō pro
hibent teſtatorem poſſe diſponere & legare rem ſui hæ-
redis,imò id concedunt.l.vnum ex familia.§.ſi rem.ff.de
leg.2.& infrà dicemus.& egregiè ſcribit Crau.conſ.174.
numer.10.

Quintò comprobantur iam relata, hac argumenta-
40 tione.✝ Teſtator & hæres cēſetur eſſe vna & eadem per-
ſona.§.1.in auth.de iureiur.à morien. præſt. cū aliis, quæ
41 infra citabimus. Et ideo ſicuti ✝ anteceſſor ſi aliquid, e-
git,quod à lege improbatur,ſeu non permittitur pro i-
pſius facientis vtilitate,non poteſt ille factum illud im-
probare & reuocare pro ſui commodo, ita nec id facere
poterit eius hæres. Ita reſpondit Alex.Imp.in l. ſi credito
rib.C.de ſeruo pign.dato manumiſſo. Si creditorib.ſatiſ-
factum fuerit,ancillæ quæ pignori obligatæ à debitore
manumiſſæ erant,liberæ fiunt. Nam ipſe manumiſſor, ſi
fraudem ſe feciſſe creditoribus,vt reuocet libertates, au-
deat dicere: audiri non debet,nec hæredes eius. Hæc Ale.
Idem reſponderunt Dioclet.& Max.in l.filius.C.de reu.
his quæ in fraud.cred.alien.ſunt.& vtroque loco annota
uit gloſſator,quòd non licet venire contra ſuū vel præde
ceſſoris ſui factum,licet illud non tenuerit de iure. Ita ēt
cenſuit gl.l.tranſactione finita.C.de tranſactio.accedit l.
pen.C.de reſtit.milit.& l.ſucceſſores.C.de ſoluti. Non e-
42 nim admittitur quis ad ✝ allegandum turpitudinem ſuā
vt reuocet à ſe factum.l.cum profitearis C. de reu. dona.
& ibi Doct.& reſpondit egregiè Soc.Sen.conſi.264.col.
3.verſi.circa quartam.li.2. His accedit tex.l.filium.ff.de li
43 bera.cauſa.vbi Vlpianus apertè ſcribit,✝ filium patris hæ
redem non poſſe in ſeruitutem reuocare ſeruum ab ipſo
patre manumiſſum.

Sextò,comprobatur hæc vera iuris ſententia efficaci
atque multiplici ratione. Legi & naturæ repugnat, ꝙ
44 † agens & patiens concurrant in eodemmet ſubiecto.

l. Vranius.ff.de fideiuſſo. Si ergo diceremus, hæredem,
qui eſt eadem perſona cum defuncto, poſſe reuocare di-
ſpoſita & alienata à defuncto ipſo, concurreret in eo a-
ctio,ſcilicet reuocationis:& paſsio,nempè obſeruationis
illius facti.quod eſſet contra legem & naturam d.l. Vra-
45 nius.Et ideò dicimus, quòd quando ✝ creditor ſuccedit
ſuo debitori,actio confunditur.l.debitori. C.de pactis.l.
ſi ab eo.C.de negoci.geſt.& l.ſi vxor.C. de bonis aucto.
iud.poſsid.& ſcribunt Decius & cæteri in d.l.debitori.nu
mer.1.Iaſ.conſi.28.lib.3.Ruin.conſi.95.lib.5.Goza.conſil.
94.num.46.Soc.Iun.conſi.8.nu.5.& conſi.170.nu.2.3.lib.
2.Cra.conſi.144.nu.5.& conſil.300.nu.7. Cæteros præte-
46 reo. Accedit & altera ratio,quòd hæres eſt vna † & eadẽ
perſona cum defuncto.§.1.in auth.de iureiur.à morien.
præſt.& ſcribunt omnes in l.hæredẽ.ex illo textu, de re-
gul.iur.egregiè Anch.conſi.244.nu.2. qui multa ſimilia
recenſet.Dec.conſ.282.nu.5.vberrimè Calc.conſi.18. nu.
9.& 10.& plura ſimilia congerit Marſil. ſing. 160. Atqui
47 defunctus✝ & prædeceſſor ſi viueret,nõ poſſet factũ pro
prium impugnare,illique contrauenire. l. poſt mortem.
ff.de adopt.ergo nec poteſt iſte hæres. Hac ratione vſi
ſunt Baldus & Caſtr.in d.l.cùm à matre.C.de rei vind.&
Iaſ.conſi.238.col.2.lib.2.Et huic rationi altera annectitur,
48 quòd ſi viueret is qui alienauit,de euictione ✝ teneretur,
& per conſequens à reuocatione repelleretur.l.vindicã-
tem.ff.de euictio.& l.exceptione.C.eo.ergo pari ratione
tenetur hæres,in quem pro hæreditaria portione tran-
ſeunt actiones actiuè & paſsiuè.l.pro hæreditariis.C. de
hære.actio.aliam rationem mox ſubiiciam.

49 Septimò ea ratione moueor,quòd licet teſtatori ✝ rẽ
ſui hæredis,quibus placet,legare & relinquere.l.vnũ ex
familia.§.ſi rem.de leg.2.& §.non ſolùm,Inſtit. de legat.
50 Cuius quidem ſententiæ ea eſt ratio, quòd quem ✝ teſta
tor honorat,grauare etiã poteſt.l. ab eo. C. de fideicom.
Ex quo textu adductus reſpondit in caſu fortiori Curti⁹
51 Iunior conſil.54.numer.11.✝ legatarium non poſſe con-
trauenire facto teſtatoris, etſi aliter de legatario ſentiat
Caſtren.in d.l.cùm à matre.Et hinc fit,quòd ſi habet cõ-
modum hæres ex perſona ipſius teſtatoris,nõ poteſt eius
factum improbare.l.ex quà perſona,vbi Decius & cæte-
ri de regul.iur. Et ſi hæc aſſertio vera eſt, quando res ve-
rè & propriè eſt ipſius hæredis.d.§.non ſolùm, à fortiori
procedit in re illi ſolùm debita, vt eſt fideicommiſſum,
quod à teſtatore antiquo alteri,quàm huic hæredi eſt re
lictum.d.l.filiusfa.§.cùm pater.de leg.primò. & dixi ſu-
prà.Si potuit D.Octauius rem D.Marcelli debitam lega-
re,ergo ſequitur,D.Marcellum eius factum improbare
non poſſe.

Octauò,admiſſo quòd non potuiſſet D.Octauius le
gare bona hæc debita D.Marcello,atque ita poſito quòd
diſpoſitio hæc D.Octauij ab initio fuerit inualida ; atta-
men hæreditate adita per D.Marcellum, hodie cõualida
ta eſt.Nã vera eſt iuris ſententia,quòd quãdo aliquid fit
52 ✝ à nõ domino,ſi is poſtea efficitur dominus, valet diſpo
ſitio,& ſuum effectum ſortitur.ita egregiè probat l. cùm
53 vir.ff.de vſucap.quo loci ſcriptum eſt,quòd ſi vir ✝ con-
ſtante matrimonio vendit fundum dotalem, & deinde
mulier moriatur,mariruſque ipſe dotem lucretur,aliena
tio fundi dotalis,quæ eo alienationis tempore erat inua
lida,conualidatur.Atqui hæres ſubintrando locum præ-
deceſſoris,efficit vt is defunctus cenſeatur viuus & effe-
ctus dominus rei alienatæ:ergo alienatio conualidatur.
Et cum illo reſponſo l.cùm vir,conuenit l. rem alienam.
ff.de pignor.actio.l.ſi quis alienã.ff. de actio. empt. l. qui
balneum.§.Titia.ff.qui potio.in pigno.habe.

54 Nonò accedit ✝ argumẽtum ductum à cõtrariis,quo-
rum eadem eſſe ſolet diſciplina.l.1.ff.de his qui ſunt ſui
vel alie.iur.Doctr.in rubr.ff.de acquir.poſſ.Atqui quan-
55 do ✝ filius alienat rẽ patris eo viuente,deinde patre mor-
tuo ei hæres fit,illa alienatio tenet, nec contrauenire ei
poteſt filius.ita probat l.Iulianus.§.ſed ſi filiusfa. ff. ad S.
C.Maced.Cuius hæc ſunt verba:Sed ſi filiusfamilias,pa-
tre ſuo relegato,vel longo tempore abſente, dotem pro
filia promiſerit,& rem patris pignori dederit, Senatuſcõ
ſultum quidem ceſſabit,patris tamen res non tenebitur.
Planè ſi patri hæres extiterit filiusfamilias:& pign⁹ per-
ſequatur,exceptione doli ſummouebitur. Hinc ſcribunt
Nicolaus de Neapoli in l.2.§.ꝙ ſi in patris.ff.ſoluto matr.
56 & Alber.in l.filiusfa.eo.tit.quòd ✝ ſi filius,viuo patre li-
berat patris debitores,& deinde patri hæres efficiatur, li
beratio illa valida redditur. Idem ſcribunt gloſſa, Bal-
dus, Angelus, Albericus & Salicetus in l. nec nos. C. de
capti.& poſtlim.reuerſ.idem Albericus in l.filius paciſcẽ
* do.C.de pactis.vbi *communem hanc eſſe teſtatur.Quæ
57 ſententia ✝ maximè procedit,vel quã filius debitorem ex
cã oneroſa liberauit,vel promiſit ſe obſeruaturum,mor-
tuo patre:ſicuti declarat Decius in d.l.filius paciſcendo.
nu.3.C.de pactis,& in l.quod initio,de reg.iuris. Ergo e-
conuerſò idem dicendum eſt,quando pater vendit rem
filij,filio viuo:& ei filius deinde hæres efficitur. Eſt ẽm ea
dem ratio,quia vtroque caſu ex duab.perſonis vna pro-
58 pter repræſentationem conſtituitur. & ✝ factum vnius
eſt factum alterius,vt egregiè admodũ reſpondit Anch.
conſi.244.nu.2.qui multis comprobauit.Et ideò, cùm fi-
lius vendit rem patris,& eo mortuo repræſentando eũ,
tãquam ſi ipſemet pater vendiſſet,non poteſt contradice
59 re.ita quoque econtrà,cùm pater † vendit rem filij,filio
ipſi patri ſuccedente,infringi alienatio ab eo non poteſt,
quia ab ipſomet filio facta cenſetur.

Decimò(vt etiam obſtendam hanc ſententiam mul-
torum auctoritatibus fulciri) mouet me auctoritas Ro-
mani conſ.18.Viſa facti narratione.nu. 4. & Alex. conſi.
3.in prin.& conſi.23.in fin.lib.3.qui reſponderunt, filium
60 ✝ effectum hæredem patris, non poſſe reuocare bona fi-
deicommiſsi ſibi debita ab ipſo patre alienata. Et ho-
rum auctoritate adductus reſpondit Ruin.conſ.7. nu.39.
lib. 1. quòd licèt alienatio rei ſubiectæ fideicommiſſo fa-
cta pendente conditione reſoluatur per conditionis e-
uentum.l.vlt.§. ſinautem.C. communia de legatis. atta-
61 men,ſi fideicommiſſarius ſuccedit ✝ hæredi grauato,qui
bona illa alienauit contra fideicommittentis voluntatem
& diſpoſitionem, non poterit eam alienationem reuoca
re:cum approbare teneatur factum illius, cui ſucceſſit.d.
l.cùm à matre.C.de rei vind.& l. ex qua perſona,de reg.
iuris.cum aliis ſuprà relatis.Idem reſpõdit ipſemet Ruin.
cõſi.25.nu.11.li.2.quo loci affirmauit,patrẽ poſſe alienare
rem filii hæredis ſui:& filium teneri eius factum appro-
bare.

His accedit auctoritas Pariſij conſi.34. in fin.li.2. &
Socini Iun.conſi.107.nu.56. li. 3. qui ambo abſolutè reſ-
62 ponderunt,✝teſtatorem poſſe diſponere de fideicommiſ-
ſo ſuo,hæredi reſtituendo: & hæredem ipſum teneri ob-
ſeruare hanc diſpoſitionem ex regula dictæ l.cùm à ma-
tre.Nec aliter reſpondit Fulgoſ.conſi.67. Paterfamiliàs,
63 cum dixit,✝ hæredem non poſſe contrauenire donatio-
ni factæ à ſuo anteceſſore de bonis fideicommiſſo ſubie-
ctis,& ipſi hæredi reſtituendis.Ita etiam reſpondit Soci-
64 nus Iunior conſi.116.nu.53.lib.1.hæredem ✝ illius,qui di-
uidẽdo cum fratre bona ſubiecta fideicommiſſo,remiſſo
ipſo fideicommiſsi onere,non poſſe eam diuiſionem in-
fringere, & fideicommiſſum reuocare.Et eo loci Soci-
nus eiuſdem ſententiæ alios recenſet. idem ſenſit Alcia.
reſp.561.in fi. idem reſpondit Alba conſil.73. numer. 1. &
ſenſit Tiraq.in tract.de retractu conſang.§.1.glo.9.nu.50.

Vndecimò mouet me argumentum ductum à feudo
65 ✝ ad fideicommiſſum,quod ſanè argumenti genus à iure
receptum eſt,ſicuti in ſpecie argumentantur Doctores,
66 quos mox referam.At cùm feudum omninò debitum ✝
filio poſt mortem patris ab ipſo patre alienatur, & patri
hæres fit filius,non poteſt filius alienationem illam reuo
care,ſed eam approbare debet.Ita decidit Afflictus deciſ.
112.nu.4.qui loquitur in feudo hæreditario, antiquo ta-
men.Et idem eſt in quouis illo feudo, etiam nõ hæredi-
67 tario,vt eſt illud ex pacto & prouidẽtia: ✝ quod alienatũ





à teſtatore ab hærede reuocari non poteſt. Ita Baldus in
l.qui ſe patris.nu.9.C.vnde liberi. cùm docuit, ꝙ ſi pa-
ter repudiat feudum antiquum,præiudicat etiam filio, q
ei hæres extitit.Ea ratione,quia cùm hæres ſit eadẽ per-
ſona cum defuncto repudiante, quemadmodũ repudiãs
ipſe contrauenire non poteſt repudiationi, qua præiudi-
cium ſibi attulit:ita pariter & hæredi ſuo damnum de-
dit,vt nec ipſe cõtradicere valeat. Cum Baldo ſenſerunt
Alex.conſ.13.nu.7.& conſ.19.num.14.lib.5. Ruin. conſil.
17.nu.11.& nu.38.conſi.38.num.16.conſi.208.nu.16.& con
ſil.220.in fi.libr.1.& Dec.conſ.185.num.1.& ibidem nu.4.
copioſè oſtendit non eſſe adhibendam differentiam, ꝙ
feudum ſit antiquum ex pacto & prouidentia,vel hære-
ditarium:quia ſemper & ſine controuerſia, quando non
eſt confectum legitimum inuentarium hæres contraue-
nire non poteſt facto ipſius defuncti,cum Baldo quoque
ſenſerunt idẽ Dec.conſ.445.nu.56.& conſ.468.nu.30.Pa-
riſ.conſ.10.nu.7.conſ.16.nu.43.& conſ.106.num.27. lib.1.
Zaſius in epitome feudo.parte.8.nu.62. & Boer.q.23. nu.
20.qui aliis,quæ caſui noſtro conueniunt,comprobauit.
Nec glo.in cap.1.§.hoc quoque.in verbo.inueſtiri,de ſuc
ceſſ.feudi repugnat,vt infrà in reſpõſione ad tertium pat
tis aduerſæ fundamentum declarabimus. Quemadmo-
dum ergo hæres non poteſt cõtrauenire alienationi feu
di ſibi debiti,ita etiam contrauenire non poteſt aliena-
tioni & diſpoſitioni fideicommiſſi ſibi reſtituendi: cùm
par ſit ratio vtriuſque caſus.

* Duodecimò & nunc vltimò ſuffragatur illa *recepta
68 Doctorum ſententia,quia dicunt,filium ✝ non poſſe cõ-
trauenire diſpoſitioni,atque ita alienationi factæ à patre
de feudo hæreditario:ſed teneri illam approbare.ita affir
marunt permulti relati à Ruino conſ.1.nu.13.lib.1. Pari-
ſio conſ.25.nu.198.li.1.& à Rolando conſi.2. nu.40. lib.1.
69 Quod procedit ✝ etiam confecto inuentario:ita Afflict.
deciſ.240.num.11.Ruin.conſ.2.nu.8.lib.4. & Gratus con
ſi.4.num.50.lib.1.Illa ratione adducuntur,quòd filius,vt
70 in eo ✝ feudo ſuccedat,hæres etiam eſſe debet:atqui hæ-
res non poteſt contrauenire facto defuncti, ergo aliena-
tum feudum reuocare non poteſt. Hinc videmus, quòd
71 ſi † pater vni filiorum feudum prælegauit, alij filij & hæ
redes patris contradicere non poſſunt. ſicuti de prælega
to reſponderunt Ruin.conſi.48.num.10.lib.1. & conſi.25.
num.10.lib.2.Natta conſ.501.num.20.& conſi.503.nu.10.
72 lib.3.Et hoc procedit † non ſolùm quando ipſe filius eſt
hæres,ſed etiam quando aliquid tantùm ex bonis patris
alienantis conſequitur.Ita Curt.Iun.in tract.feudo. par
te quarta.nu.150.Sufficit enim quòd ſe hæredem fecerit
etiam rei minimæ,dũmodò confectum non ſit legitimũ
inuentarium.Qua de re infrà ſuo loco nõnulla dicemus.

Non obſtant nunc adducta in contrarium,quib.ſin-
gulatim mea pro virili ſatisfaciam. Ad primum itaq; re-
ſpondeo,non eſſe verum,quòd diſpoſitio D.Octauij in-
ualida ſit inſpecta perſona D. Marcelli hæredis: quia ſi
ei bona hæc fideicommiſſo ſuppoſita,erant reſtituenda,
de illis potuit D.Octauius teſtator diſponere, & alteri re
linquere.d.§.non ſolùm.Inſt.de lega.cum aliis ſuprà ad-
ductis.Quocircà,quo ad perſonam ipſius D.Marcelli,di
73 cere poteſt D.Cæſar legatarius D.Octauij ✝ quò ad te li
beras ædes habeo.l.loci corpus.§.cõpetit.ff.ſi ſeruit.vind.
& in ſpecie noſtra ita conſideraſſe viſus eſt Tiraquellus
d.tract.de retractu conſang.§.1.glo.9. nu.38. vbi inquit,
hunc cenſeri iuri ſuo renuntiaſſe,& ab eo ſe alienũ feciſ-
74 ſe.Et eſt aduertendum,quòd hæc exceptio ✝ eſt litis fini-
tæ:reſpondit Cra.conſ.182.nu.8.& cõſ.195.nu.7.& ob id,
inquit Fel.in c.ſuper his.nu.18.de accuſ. opponi poterit
ante litem conteſtatam.Nec aduerſantur relatæ auctori-
75 tates ✝ Andreæ Iſerniæ in d.c.Imperialem.quia reſpon-
deo,Iſerniam loqui cùm inualiditas actus pendet ab al-
terius perſona,q̃ ipſius hæredis.inquit enim ille, ꝙ quan
do vaſallus alienat feudum & moritur antequam con-
ſenſum domini impetret,alienationem illam eſſe nullã,
& hæredem non teneri eam ſeruare,& impetrare illũ cõ-
ſenſum domini ſuper alienatione ſui anteceſſoris. Illa eſt
ratio,quia eo mortuo ius eſt deuolutum ad ſucceſſores:
& ideò non poſſet confirmari alienatio illa,quæ iam de-
fecit,& q̃ morte alienantis non eſt,cõfirmata,ſed infirma
76 ta poti⁹ nõ impetrato cõſenſu domini. Qui quidẽ ✝ domi
nus ſi conſentiret, non etiam eam confirmaret. quod in
ſpecie ita declarat Sigiſmundus Loffredus conſi.1. num.
167.& conſil. 10. numer. 24. & clarius explicat Afflictus
d.cap.Imperialem.q.24.numer.10.qui ſcribit in hæc ver-
ba.Et hæc concluſio probatur:nam eo ipſo, quòd mor-
77 tuus eſt ✝ alienator,ſtatim feudum aperitur filio,vel ag-
nato : qui in alienatione non interfuit regius conſenſus:
& ſic feudum eſt ipſius filij,vel agnati,vnde Princeps cõ-
ſentiendo poſt mortem alienatoris, non poteſt ille con-
ſẽſus præiudicare filio,vel agnato, cui feudum erat quæ-
ſitum antequam Rex conſenſiſſet. & maximè hoc pro-
cedit,ſi feudum eſſet ex pacto & prouidentia. idem etiam
ſi feudum eſſet hæreditarium,quia ſi pater alienauit feu-
dum, antequàm Princeps conſentiret, mortuus eſſet
ſuperſtite filio & hærede, ſtatim feudum apertum eſt
filio: quia alienatio fuit ipſo iure nulla: vnde ſuper-
ueniens conſenſus poſt mortem patris, non tollit ius
filio, quia Princeps eo tempore conſentit, quo res eſt
alterius & non illius alienantis, cuius alienatio per
Principem confirmatur. Hæc Afflictus. qui idem di-
xit deciſ.286.numer.3.ex cuius verbis clarè conſtat ca-
ſum illum à noſtro differre. nam ibi ( vt dixi ) nullitas
78 ✝ prouenit ex perſona ſuperioris, atque ita alterius
quàm hæredis. ſed in caſu noſtro ſolùm prouenit
ex ipſo hærede, in quem per mortem teſtatoris fidei-
commiſſum tranſit,& ideò acceptando hæreditatem te-
ſtatoris,probare etiam debet omnem eius diſpoſitionẽ.
quòd clarè cõfirmat, quia iam cenſuit Afflictus in caſu
Iſerniæ,idem eſſe ſi feudum eſſet hæreditariũ, & tamen
iã diximus,hæredẽ non poſſe reuocare alienationẽ de eo
factã.intelligitur enim,quia de ſuo iure, nõ de illo Prin-
79 cipis agitur.Non etiã aduerſatur reſponſũ Soc.† Sen cõſ.
79.nu.47.lib.4. quoniã eo in caſu inualiditas diſpoſitio-
nis non procedebat à ſola perſona hæredis, ſed à diſpo-
ſitione iuris communis,ac etiã municipalis:ſi quidem i-
bi maritus conſtante matrimonio cõfitebatur in teſtamẽ
to ſe accepiſſe dotem ab vxore:rñdit Socinus illam cõfeſ
ſionẽ nõ profuiſſe illi vxori,cũ donatio videretur,quam
ius cõmune,necnon & illius Ciuitatis ſtatutum impro-
bat.inquit etiam Socinus,illã cõfeſſionẽ non fuiſſe obſer
uandam ab hærede,quoniam iam legis diſpoſitione erat
nulla.Idem ſenſit Alex. in l.ſi donatione. nu. 10. in fi.C.
de colla.etſi Iaſ.ibi.nu.7.diſſentiat,cuius quidem Iaſonis
opinio,ſi vera eſſet,minus obſtaret huic traditioni So-
cini:quippè quæ falſa eſſet. diuerſum eſt in caſu noſtro,
in quo à iure alienatio rei alienæ,præſertim hæredis nõ
annullatur ipſo iure, imò valet. l. rem alienam. C. de
leg.cum ſimilibus.atque ita reſpondeo ad auctoritatem
80 ✝ Pariſij d.conſil.33 nu.96. li.3.qui in voluntate nulla le-
gis diſpoſitione loquitur.

Non obſtat etiam illa confirmatio,dum dictum fuit,
quòd quemadmodũ licuiſſet D. Octauio facto proprio
81 contrauenire, ita nunc licet D. Marcello, ✝ ex doctrina
Bart.in d.l.poſt mortem.quia vno verbo poſſum ſatiſfa-
cere,vt reſpondet Soc.Iun.conſil.93. nu. 15. lib. 2. in hac
regula non eſſe conſtituendum fundamentum, quia eſt
doctrina Brocardica. verum rectius & planius reſpon-
deo,& animaduertendum cenſeo,hoc nihil penitus ob-
eſſe.quod clarè demonſtratur diſcurrendo ſingula mẽ-
bra diſtictionis Bar.Inquit ille,aut ſumus in vltimis diſ-
poſitionib⁹,aut ſumus in cõtractibus. In vltimis diſpoſi-
82 tionib.eſt clarũ,ipſum teſtatorẽ poſſe † contrauenire,re-
uocãdo quod diſpoſuit,quoniã ambulatoria eſt eius vo-
luntas vſq; ad mortem.l.4 ff.de adimen.lega.hæres tñ re-
uocare non poteſt,ſed eã omninò obſeruare debet, cùm
diſpoſitio hæc ſit illi lex cogens eum ad obſeruantiam,
§.diſponat, auth.de nuptijs. Aut ſumus in contractibus,

83 & tunc aut contractus eſt præter legem, etiam tunc †
non poteſt hic qui contraxit contrauenire, ſi præſertim
tpis diuturnitate actum confirmauit. at nos fortè (ſi hîc
ageretur de actu geſto in contractibus) eſſemus in hoc
caſu, ex declaratione Iaſ. in l. ſi donatione. nu. 7. verſ. ſed
ad propoſitum. C. de colla. ſi ergo hodie D. Octauius vi-
ueret, vel ſaltem vixiſſet vſque ad tempus aditionis hære
ditatis per D. Marcellum, certè non poſſet contrauenire:
minus ergo poteſt ipſe D. Marcellus, qui adeundo hære-
ditatem atque ita repræſentando perſonam defuncti, idē
ſibi, quod ſuo anteceſſori placuit: quod quidem factum
curſu viginti annorum comprobauit. Aut (inquit Bart.)
84 hîc † contractus eſt contra legem atque ita nullus fauo-
re tertiæ perſonæ, & tunc qui actum illum ex ſua perſona
fecit contrauenire non poteſt. ita inquit Bart. ſic intelli-
gendo, leg. ſi creditoribus. C. de ſeruo communi manu-
miſſo, quæ conſtitutio etiam prohibet hæredem contra-
uenire. & idem cum Bart. Senſit Vantius. d. tract. nullita-
tum, titulo quoties & intra quod tempus. nu. 52. ſi ſumus
in caſu iſto, vt potè quòd alienatio hæc prohibeat fauore
ſucceſſorum, ſequitur, ꝙ D. Octauius ſicuti contraueni-
re non potuiſſet, ita nec nunc. D. Marcellus hæres ex. d. l.
85 ſi creditoribus. Aut (inquit Bar.) contractus eſt † nullus
fauore publico, & tunc clarum eſt contrahentem poſſe
contrauenire. l. quemadmodum C. de. agricol. & cēſ. lib.
11. quam Bar. intellexit in d. l. poſt mortem, poſt glo. ibi
procedere fauore publico principaliter. & clarius idem
Bart. in l. ſi quis pro eo. nu. 7. ff. de fideiuſſ. Iaſ. in l. iuriſgē
tium §. ſi paciſcar. nu. 4. ff. de pactis. & in ſpecie Bald. in l.
cum à matre. colum. 1. verſi. item non obſtat. quem etiam
referam infrà in ſequenti reſponſione. Quocircà reſpō-
dit Alex. conſi. 123. num. 6. lib. 1. hoc caſu contractum eſſe
ipſo iure nullum. Nos tamen in hoc caſu non verſamur,
quia non agitur hîc de fauore publico principaliter, vt
loquitur Bart. d. l. ſiquis pro eo, nu. 7. quem ſecuti ſunt ēt
Rui. conſi. 106. nu. 6. lib. 1. & Didacus. c. quamuis, in 2. par.
relectionis. §. 3. de pactis in 6. qui alios recēſent. Addo Be
roium in c. ſi quis presbyter. nu. 48. de reb. eccle. non alie
na. vbi ita declarat d. l. quemadmodum. Ita etiam intelli-
86 go loqui hoc in caſu † Guid. Pap. conſi. 180. col. vlt. Cor-
87 neum conſi. 301. nu. 2. lib. 1 & † Gratum d. conſi. 91. nu. 26.
lib. 1. à me citatos in d. 1. arg. Aut (inquit Bar. in d. l. poſt
mortem) contractus eſt nullus fauore contrahētis & vo-
lentis contrauenire, & tunc poteſt, ex l. 1. & per totum. C.
de prædijs mino. quem ſecutus eſt Alex. conſi. 103. num.
14. lib. 2. Sed nos non ſumus in hoc caſu, quia alienatio
88 † fideicommiſſi non eſt nulla fauore alienātis: imò quòd
ad eum eſt inualida, vt ſuprà diximus: quemadmodum
etiam in feudo affirmauimus: ſed eſt nulla fauore eorū,
qui in eo debent ſuccedere, vt iam diximus. Sequitur er-
go, quòd D. Octauius non potuiſſet cōtrauenire, minus
89 ergo pōt D. Marcellus eius hæres. Nec obſtat illud † cō-
ſilium Decij 185. nu. 6. quia fatetū Decius hæredē eo in ca-
ſu poſſe cōtrauenire, ſed teneri de euictione. Præterea ait
Decius, illum hæredem defendi, ob confectum inuenta-
rium. Sed quomodo defendetū D. Marcellus qui nullum
confecit legitimum inuentarium? vt infrà dicemus. Præ-
terea Decij cōſideratio ad rem noſtram non cōfert, quia
loquitur qñ contractus eſt nullus fauore alterius, q̄ con-
trahentis, hoc eſt fauore domini feudi, in cuius detrimē-
tum feudum ſine ſuo conſenſu fuerat alienatū. id quod
clarius explicat Alex. conſi. 109. nu. 5. lib. 4. quo in caſu cō-
cludunt omnes, ipſummet alienantem contrauenire non
poſſe, ſecūdum Bartol. in d. l. poſt mortem, per d. l. ſi cre-
ditoribus. C. de ſer. comm. manumiſ. Affirmant quidem
Alex. & Decius, ꝙ ſi is contractus annullatur ob cauſam
domini, alienantem de euictione teneri. quod verum
eſt, quia ſi alienās non obſeruat quod promiſit, tenetur
de euictione. & hoc in caſu nos non loquimur, ſicuti ex
ſuprà adductis clarè conſtat. Non enim noſtro in caſu
lex prohibet teſtatorem poſſe alienare rem & fideicom
miſſum debitum, ſeu reſtituendum hæred. Ita etiam ſimi-
90 li in caſu loquitur † Curt. Sen. conſ. 1. col. vlt. Nam reſpō-
91 dit ille, donationem † omnium bonorum, vt inofficio-
ſam reuocari poſſe ab hærede donātis, ob ſobolis ſuper-
uenientiam, cùm illi diſpoſitioni & donationi leges re-
pugnent, vt titulus C. de inoff. dona. & l. ſi vnquam. C. de
92 reuoc. don. Ita etiam ſenſit † Soc. Iun. conſi. 129. nu. 28. li.
1. imò, ſi in fraudem facta eſt, & nullum commodum ſen
tit hæres, facilè tunc contrauenire poteſt. ſicuti ad rem
noſtram declarat Alba. d. conſ. 73. nu. 2. cùm inquit, eſſe
93 ſpeciale † in illis perſonis, quibus aliquid debetur ex le-
gis diſpoſitione, & in hæreditate non reperiunt quantū
eis debetur: nam tunc hi admittuntur ad reuocationem,
non quidem abſolutè, ſed inquantum ſufficit pro portio
ne eis debita legis diſpoſitione. Et hoc ob id conceditur,
quia duæ rationes cōcurrunt. Vna, quia legi fraus fit. Al-
tera, quia is hæres nullum ſentit commodum ex hæredi
tate illa. Idem quod Alba ſenſit Did. lib. 1. variarum reſo
94 lutio. c. 19. in fi. Ita etiam loquitur † Iaſ. conſ. 64. col. 3. ver
ſi. nec obſtat, lib. 3. & conſi. 168. in fin. lib. 4. Ita pariter de-
clarat Rui. conſ. 42. col. pe. lib. 5.

Non obſtat ſecundum, quia reſpondeo vnà cum Bal
do, in l. cùm à matre. col. 1. verſ. item non obſtat. C. de rei.
95 vind. quòd licèt † patri interdictum ſit alienare rem filij:
attamen ipſe pater ex ſuo contractu obligatur: & iſta ob-
ligatio deſcendit deinde in hæredem patris: vnde nō ex-
cluditur filius, quia filius, ſed quia hæres. arg. l. etſi is. C.
de præd. mino. Id quod ait Bald. non contingit in caſu. l.
96 quemadmodum. C. de agr. & cenſ. lib. 11. † quia ibi erat
prohibitum cōmercium: & ideò nemo obligatur. l. ſi quis
inquilinos. §. vlt. de leg. 1. & dixi in reſponſione præcedē
tis argumenti. ita & loquitur Iaſ. d. conſ. 87. li. 1 & cōſ. 64.
lib. 3. Qua ex re ceſſat & illud quod dixi ſuprà in prælu-
diis conſultationis, voluntatem teſtatoris eſſe legem: &
à pari procedere cum diſpoſitione legis. Nam hoc ceſſat:
97 quia † is, cuius fauore teſtator diſpoſuit. poteſt renūtia-
re ſuo fauori. ita declarādo. d. §. diſponat Decius dicit in
l. cum proponas. la 1. in fi. C. de pact. & cōſ. 349. col. 2. filiꝰ
ergo adeundo patris hæreditatem renuntiaſſe dicitur fa
uori ſuo, ſ. diſpoſitioni ſui antiqui teſtatoris.

Non obſtat tertium argumentum, quia reſpōdeo, nō
eſſe abſolutè verum, hæredem poſſe contrauenire volun
tati teſtōris, cui ſuccedit: cùm ei relinquit quod neceſſe
habebat relinquere. Nam hoc procedit ſolùm, qñ illi tan
tummodò relinquit, quod is hæres ſine teſtatoris diſpoſi
98 tione erat cōſecuturus: & nihil vltra † ex bonis ipſius te-
ſtatoris, vt putà, ſi centum reliquit teſtator huic hæredi,
quæ ſanè centum erant omninò ei reſtituēda ex alterius
teſtatoris diſpoſitione, vel altero iure: ex quo enim tunc
hæres nihil ex bonis huius vltimi ſui teſtatoris conſequi
tur, illius voluntatem non tenetur probare, ſed contraue
nire & reuocare poterit. At ſecus eſt quādo ipſe teſtator,
præter bona omninò à ſe hæredi reſtituenda, alia relin-
quit. Nam, tunc is hæres non poteſt contrauenire facto
ipſius defuncti, quia ſi ab eo fuit honoratus, potuit ēt gra
uari, d. l. ab eo. C. de fideicom. Et adeundo hæreditatem,
dr̄ ingreſſus eiꝰ locum, ſuamque perſonam repreſentat,
99 & ideò improbare eius factum nō pōt. † Et ideò Caſtr. d.
conſ. 445. Tria ſunt, col. vlt. verſ. 3. facit, loquitur in caſu
donationis inofficioſæ, cui aduerſatur legis diſpoſitio,
necnō & ſtatutum, quib. innititur Caſtr. qui deinde ſub-
iungit filios illos & nepotes non fuiſſe cōſecutos ſibi de
bitam portionē: & ob id potuiſſe reuocare vſque ad ſum
mam ſibi debitam, ex l. 2. C. ſi in fraudem patro. Atq; ita
loquitur Caſtrenſis iuxtà caſum relatum in præcedenti
reſponſione ad ſecundum partis contrariæ argumētum.
id quod (vt dixi) non euenit in caſu noſtro. Non obſtat
100 ēt illud reſpōſum Saluſtij Peruſini inter cōſilia † Caſtr.
199. Viſis dubiis, col. 2. ver. præterea prædicta, quia loqui
tur relato in caſu, cum ſcilicet, fraudem legi diſponens
facit, & quando non relinquit debitam portionem. & ad
ſuæ opinionis confirmationem citat d. l. 2. C. ſi in fraudē
patro. Et idem Saluſtius præcitato loco. col. vlt. verſ. præ-
terea,



terea, loquitur quando ad hæredem nihil peruenit ex fa
cto defuncti. vt quia alio facto & euentu illa bona,
quæ teſtatoris credebantur, ad eum peruenerunt. At ſe-
cus eſt in caſu noſtro, in quo Do. Marcellus conſecutus
eſt partem bonorum dicti D. Octauij, qui præter bona
ſubiecta fideicommiſſo alia multa propria poſſidebat:
& quæ quidem omnia in ipſum Do. Marcellū peruene-
101 runt. Ita † etiam loquitur Iaſon conſi. 56. col. 6. verſi. 3. &
102 adhuc lib. 3. Ita etiam † Crau. conſ. 200. num. 7. cùm re-
ſpondit, patrem non poſſe relinquere filiis ſpuriis, refra-
gante legis diſpoſitione. & ob id patris hæredes poſſe ea
relicta reuocare. Quod equidem hîc non contingit, cùm
non fuerit à lege impeditus D. Octauius de re D. Mar-
celli hæredis ſui diſponere. Nec pariter aduerſatur au-
103 ctoritas gloſſæ in † d. cap. 1 §. hoc quoque. in verbo in-
ueſtiri, de ſucceſ. feudi. quia eam Bald. ibi. col. vlt. verſic.
vlt. diſtingue, aliter intelligit. Et quò res clarior fiat, vnà
diſtinguo aliquot caſus.
104 Primus eſt, quando pater † alienat ex contractu, vel
ſimili actu feudum antiquum, quod eo mortuo erat per-
uenturum ad filium ſuum, & alienatio fuit legitimè fa-
cta, id eſt, iure permittente: & ipſi patri filius hæres non
extitit. Hoc caſu patris alienatio non nocet filio, quin li-
berè poſſit filius reuocare feudum. Ita probat tex. in ca.
1. §. item ſi fuerit, quibus mod. feud. amitta. & ca. 1. §. etſi
clientulus. de alien. feud. Nam in eo §. etſi clientulus, cō-
ſtitutum eſt, hæredem maſculum, id eſt, filium maſcu-
lum poſſe reuocare alienatum feudum. Ibi textus ſumit
105 † hæredem maſculum pro ipſo filio, non autem quòd
verè ſit hæres, quia ſi hæres eſſet, non reuocaret, vt mox
cùm eo ſubiiciam.
106 Secundus eſt caſus, quando † pater legitimè aliena-
uit ex cōtractu vel alia ſimili diſpoſitione feudum anti-
quum ex facto & prouidentia: & patri filius hæres ef-
ficitur. Hoc caſu non poteſt filius contrauenire facto pa-
tris, atque ita ei non licet reuocare feudum. ita declara-
ri & intelligi (mea quidem ſententia,) debet Bald. in d.
cap. 1. §. hoc quoque, col. vlt. verſi. 1. caſu, &c. Nam ſi filius
hæres contrauenire non poteſt, cùm feudum eſt illegiti-
mè à patre alienatum (vt vna cum Baldo ſubiiciam in-
frà in quarto caſu) quanto fortius non debet poſſe con-
trauenire hæres quando pater legitimè alienauit? Siqui
dem hoc caſu duo vincula concurrunt, vnum alienatio-
nis legitimæ, alterum ſucceſſionis, quæ efficit hære-
dem eſſe vnam eandémque perſonam cum ipſo alienan-
te: ſicuti abundè ſuprà diximus. Et hoc in caſu idem cla
107 rius ſenſit † Afflic. in d. §. hoc quoque num. 19. verſi ſed
quando poſt mortem. dum dixit, quòd filio reuocante
feudum poſt mortem patris, duo debent concurrere. Pri
mò, quòd feudum ſit ex pacto & prouidentia: ſecundò, ꝙ
confecerit inuentarium. Ecce ergo quòd apertè ſenſit
Afflictus, filium non reuocare alienatum feudum, cùm
eſt hæres ſine inuentario. idem Afflic. deciſ. 112. num. 2. Et
idem ſcripſit Zaſius in epitome feudo. parte 9. de aliena-
tione feudi. numero 28. & parte decima. de feudo. ſuc-
ceſſ. numero 62. poſt Baldum in l. qui ſe patris. numero
9. C. vnde libro quem ſupra declaraui, & alios non-
nullos.
108 Tertius eſt caſus, cùm † pater illegitimè alienauit feu
dum antiquum: & patri non eſt hæres filius: tunc faci-
lius poteſt reuocare feudum. Nam ſi poteſt (vt diximus
ſupra in primo caſu) reuocare quando alienatio legiti-
mè facta eſt, ergo à fortiori cùm illegitimè. Ita enim in-
telligo Baldum in d. §. hoc quoque. d. l. col. vlt. verſic. aut
non legitimè: ibi aliàs, vt puto.
109 Quartus eſt caſus, cùm pater † illegitimè feudum anti
quum alienauit, & ei efficitur hæres filius: tunc non po-
teſt filius reuocare alienationē. ita expreſsè docuit Bal.
in d. §. hoc quoque, colu. vlt. verſic. aut non legitimè, qui
ita interpretatus eſt gloſſam ibi, & in c. 1. §. Titius. ſi de
feudo fuer. controuerſ. Ita etiam reſpondit & intellexit
Caſtr. conſil. 208. Dico dictum Bartholomæum. col. 1.
verſi. & hæc voluit gl. lib. 2. quo loci ait, præter Baldum e
ita ſenſiſſe Iacobum Beluiſium in d. §. hoc quoque. Et v
rè id ſenſit: nam & eius verba ad literam ferè tranſcri-
pſit Bald. & ibidem Aluaro. col. 5. verſic. vtrum autem
factum patris. ita quoque Baldum intellexit Iacobinus
à S. Georgio in inueſt. feudali. in verbo, Et cum pacto
de non alienando. num. 31. verſi. ſed ſi agnati. & nu. 32. &
Zaſius in epit. feudo. parte 9. num. 27. Qua ex re conſtat
110 erraſſe † Iaſonem conſil. 56. colum. 6. verſic. 2. vltra. lib. 3.
Gratum. d. conſil. 91. num. 35. lib. 1. & Nattam conſil. 470.
numero 16. libro 2. qui gloſſam & Bald. in d. §. hoc quo-
que, aliter ſunt interpretati. Et dum allegant Baldum in
d. §. hoc quoque. col. 2. verſi. pone ergo, &c. malè ad rem
hanc noſtram citant; cùm Baldus non de alienatione ex
contractu, ſed ex delicto, quæ hæredi filio alia ratione,
quam Baldus & cæteri adfuerunt, non nocet.

Non obſtat quartum, quia reſpondeo, illam mino-
rem propoſitionem non eſſe veram in ſpecie noſtra. Si
111 quidem † tex. ille l. vlt. C. de euict. loquitur in hærede fi-
deiuſſoris, qui poteſt contrauenire facto ſui anteceſſo-
ris; licèt ipſe anteceſſor qui fideiuſſit, non poſſet. vt in l.
exceptione. C. eod. tit. de euic. Nos verò loquimur in hæ
rede ipſiuſmet principales alienantis, quia vt eius ante-
ceſſor non poſſet contrauenire; ita nec ipſe poteſt. l. ven-
ditrici. C. de reb. alien. non alien. quo loci Salic. col. 1. ver.
✠ oppono quòd imò, ſcribit hanc eſſe* communē Doctorū
112 opinionem, maximè † differre hæredem principalis ab
hærede fideiuſſoris. Eam eſſe differentiæ rationem ſcri-
bit, quòd hæres principalis eſt hæres auctoris, & ob id
ea ratione, qua hæres & defunctus cenſentur vna & ea-
dem perſona, ipſe cenſetur vt venditor: ſed fideiuſſor nō
eſt auctor, ſed pro conſentiente habetur, vt in d. l. exce-
ptione C. de euictio. Et tunc demum conſentit, quando
res ſua venditur: ideo nec tunc eius hæres contrauenire
poſſet hæreditario nomine. Sed quando venditur res ter
tij, fideiuſſor non dicitur conſentiens, ſed ſimpliciter fi-
deiubens pro euictione. vnde tertius ille eius hæres me-
ritò poteſt contrauenire: quia & ipſe fideiuſſor, ſi illius
tertij hæres eſſet, contrauenire poſſet; licet de euictione
teneretur. quam declarationem in ſpecie probat Fulgo.
conſilio 67. Paterfamiliàs. colu. 4. vbi copioſè explicat.
Quod factum eſt (ait Salicetus) ne hæres damno afficia-
tur. non tamen declarat Salicetus quomodo is fideiuſ-
113 ſoris † hæres damno affici poſſit. crederem ego affici
damno quod ei non euenit vt hæredi venditoris: nam
venditoris hæres in hæreditate defuncti pretium inue-
nit, vel ad hæreditatis vtilitatem verſum: quocircà ſiue
iure ſuo, ſiue hæreditario agat, obijci ei ſemper poteſt
doli exceptio; vel ad intereſſe poterit conueniri, re eui-
cta. d. l. venditrici. C. de reb. alien. non aliena. Hoc non
poteſt euenire in hærede fideiuſſoris; qui nec pretium in
hæreditate, nec hæreditatem auctam inuenit: cùm fide-
iuſſor nullo accepto pretio venditioni expreſsè non con
ſenſit: ſed ſolùm de euictione fideiuſſit: & ob id ei agen
ti vel ſuo nomine nulla obijci poteſt doli exceptio, ne-
que de euictione ad intereſſe poterit reconueniri: ſecus
ſi hæreditario nomine ageret, quia hæres & defunctus
vna eadémque perſona cenſentur. § 1. in authen. de iu-
reiur. à morien. præſt. rationē ad declarationem doctri-
næ Saliceti cùm conſideraſſem, reddito iam à me mul-
tis ante diebus reſponſo, incidi in commentarios erudi-
tiſſimi Beroij ad cap. ſi quis presbyter. num. 47. verſic. vel
fortè. de reb. eccleſ. non alienan. qui & ipſe hæc conſide-
rauit. Et hanc rationem viſus eſt ſentire Alciat. reſp. 556.
ad fidem. Quamquam eo loci de ea Saliceti differentia,
quam ego probo, non parum ambigat. Non quoque hîc
114 repugnat † l. defuncto. C. ſi quid in fraud. patro. quini-
mò opinioni Nattæ refragatur: habet illa conſtitutio du
os caſus. Primus eſt quando patronus immediatè liber-
to ſuccedit, reuocat alienata à liberto, cui non ſuccedit
vt hæres, ſed in id quod lex ei in præmium quodammo-
do detulit, ſicuti ibi gloſſa & Doctores ſcribunt. & hic

caſus ad rem noſtram non confert. Secundus eſt, quan-
do patronus ſucceſſit liberto, & ab eo facta approbauit,
& deinde moritur patron⁹ relicto hærede, tunc is patroni
hæres non poteſt reuocare alienata à liberto, vt nec po-
tuiſſet ipſemet patronus. Et hic eſt caſus noſter, in quo
dicimus, hæredem non poſſe reuocare, quæ non poſſet
ipſe ſuus anteceſſor.
Non etiam obſtat illud ſecundum ex ſimili doctrina
115 † Baldi in l. pactum quod dotali. q. 2. C. de colla. & in l.
vlt. C. de pact., quia loquitur Baldus quando nepotes ve
niunt ex ſua perſona ex edicto ſucceſſorio, omiſſa ma-
116 tris renuntiantis hæreditate. Nam, ſi † hæredes matris
eſſent eius renuntiationi non poſſent contrauenire, ex d.
l. cùm à matre. C. de rei vind. Ita in ſpecie Baldi doctri-
nam declarat Dec. in d. l. pactum quod dotali. nume. 18.
verſi. ſecundus caſus. C. de collat. Idem ſcripſerunt Ru-
beus conſi. 12. nu. 12. Pariſ. conſi. 69. nu. 70. lib. 3. & clarius
Didacus in cap. quamuis. parte 3. § 3. nu. 7. de pact. in 6. &
in ſpecie Caſſaneus conſi. 69 num. 2. & nume. 8. & conſi.
47. nu. 33. vbi clarius idem reſpondit.
117 Non etiam repugnat tandem illud reſponſum † Baldi
conſi. 215. lib. 2. quod à Natta adducitur: ſi quidem loqui-
tur Baldus quando pater renuntiauit feudo, & filius ei
hæres non efficitur. Nam ex quo à patre nihil habet, nec
factum eius approbare dicitur; & per cõſequens renun-
tiatio ab eo facta ei non nocet. Quòd autem Bald. loqua-
tur in filio non hærede patris, vel ex eo primò conſtat,
quòd in eo ſecundo articulo nullum de hoc verbum fa-
cit. ſecundò, quia in præcedenti articulo ab ipſo diſputa-
to, an inueſtitura à patre ſuſcepta, qua feudum eſt immu
tatum, filio noceat; arguit Baldus, nocere debere; quia
ſi filius vult habere feudum, debet etiam eſſe hæres pa-
tris; & tãquam hæres deinde ei nocet patris factũ. Ecce,
quòd Baldus præſupponit ſuo illo in caſu, filium illum
re ipſa non fuiſſe effectum hæredem; ſed ſolùm ait, quòd
debet eſſe hæres. Cùm ergo in ſecundo articulo diſpu-
tat Baldus de renuntiatione à filio reuocãda ex eius per-
ſona, præſupponit, filium ipſum hæredem non extitiſſe
patri. Et ita declarandus eſt Baldus, qui alioqui & malè
& aduerſus aperta iura reſpondiſſet. Et ita etiam intelli-
118 gi & declarari debet † Rui. conſilio 220. libro 1. aliàs
malè reſpondit.
Non obſtat quintũ argumẽtum, quia reſpõdeo, falſũ
eſſe, quòd hoc factũ ſit ad fraudandũ ipſũ D. Marcellum,
qui quidẽ, dum approbauit voluntatẽ ipſius D. Octauij
adeundo eius hæreditatẽ, non poteſt nunc allegare, hoc
119 eſſe factum ad ſui fraudem. Non enim † ſcienti & vo-
lenti fraus fit. c. ſcienti, de regul. iur. in 6. Nec poteſt hoc
in caſu dicere D. Marcellus, eſſe hoc legatum ad ſui frau
dem, ne ſcilicet bona illa fideicommiſſi ſibi reſtituenda
conſequeretur. quia reſpondeo, ipſum D. Marcellum
tantundem aſſecutum fuiſſe, ex quo non confecto legi-
120 timo inuentario lex fingit tantum † eſſe in hæreditate
quantum eſt in onere, quo grauatur, vt ſcribunt omnes
in l. vlti. §. in computatione. C. de iure delib. & clarè Rui.
conſi. 42. nu. 3. ibi, fingitur enim. li. 5. Eſt enim quòd ſuæ
facilitati adſcribat: quoniam antequam hæreditatẽ adi-
ret, perſcrutari debebat, an vtilis vel damnoſa futura
eſſet aditio illa. Damnum ergo quod quis ſua culpa ſen-
tit, ſibi, non alteri imputare debet. ca. damnum, de reg.
iur. in 6. cũ ſimilibus. Nec me mouet quod inquit Gram.
d. deciſ. 93. in fin. deciſum ita fuiſſe in concilio. Neapolita
no; quia reſpondeo, excelſum illud concilium fuiſſe for-
tè motum illa ratione, quia in eo caſu confectum fuerat
inuentarium; vt ipſe eo loci refert, num. 10. & nihil ferè
ex bonis illius teſtatoris fuerat hæredi relictum: non mi-
rum ſi non impediebatur contrauenire facto defuncti
quòd hîc non contingit.
121 Non obſtat ſextum argumentum, quia reſpondeo, †
errorem non præſumi: ſed probandum eſſe ab eo, qui il-
lum allegat. Ita omnes in l. ſi poſt diuiſionem, ibi Iaſ. nu.
1. C. de iuris & facti ign. Cra. conſi. 255. nu. 5. qui in ſpecie
loquitur de eo, qui dicebat erraſſe, negando bona ſubeſſe
fideicommiſſo, cùm tamen verè ſubeſſent, cùm (vt inquit
Crauetta) non præſumatur hîc error, ſed probari debet.
Præterea, quod dicitur, ex falſa cauſa ita diſpoſitum à
D. Octauio, non eſt verum. Non. n. expreſſa adeſt aliqua
122 † cauſa falſa: ob id diſpoſitio non eſt inualida. l. 1. vbi
Bald. nu. 17. C. de falſa cauſa adiecta lega. atque ita etiam
ſenſit Soc. Sen. conſi. 266. col. vlt. prope medium. lib. 2.
Reſpondeo ſecundò, admiſſo etiam, quòd ipſe Dom.
Octauius ignorauerit hæc bona fuiſſe ſub fideicõmiſſo,
nihil tamen hoc refert ad inualiditatem diſpoſitionis:
123 quoniam non refert, ſciuerit, vel † ignorauerit te-
ſtator rem quam relinquit, alteri fuiſſe ſui hæredis. §. non
ſolùm. verſi. quod autem, vbi glo. & Doct. Inſt. de legat.
Reſpondeo tertiò, Do. Octauium reliquiſſe hæc bona
D. Cæſari ſanguine ſibi coniuncto, quo fit vt adhibenda
124 non ſit differentia, an † ſciuerit Dom. Octauius vel igno
rauerit bona hæc eſſe aliena, hoc eſt futura D. Marcel-
li, ob reſtitutionem, quam ei poſt mortem ſuam facere
tenebatur. ita probat l. cùm rẽ alienam. C. de leg. & copi-
oſè Iaſ. num. 5. ſcribit, hoc caſu errorem non nocere. Idẽ
ſcribunt Alc. in tracta. de præſump. reg. 1. præſump. 28.
& Tiraq. in trac. de pœnis legum, &c. cauſa. 22. nu. 27.
125 & in ſpecie de eo † teſtatore, qui per errorem legauit
bona ſuppoſita fideicommiſſo, quæ propria eſſe crede-
bat, reſpondit Bellon. conſi. 9. nu. 8. ſi ergo hoc procedit
in bonis alienis, quantò fortius in his, quæ ipſius hæ-
redis erant?
Non obſtat ſeptimum argumentum, quia reſpondeo
126 illam † Saluſtij traditionem d. conſi. 199. inter conſilia
Caſtrenſis, non eſſe veram: & in ſpecie contrariũ rñdit
Paulus ipſe Caſtr. conſi. 208. Dico dictum Bartholomæ-
um, lib. 1. vbi reſpondit in claris his terminis: Nicolaus
quidam auus maternus Bartholomæi & Danielis aliena-
uit feudum, quod ad ipſos, Bartholomæum ſcilicèt &
Danielem, deuoluebatur: & deinde filiam hæredem re-
liquit, cui quidem filiæ hæredes extiterunt ipſi Bartho-
lomæus & Daniel. Volebant hi fratres reuocare eã alie-
nationem ab auo materno factam. Reſpondit Caſtren-
ſis, reuocare non poſſe: quia, ex quo mediãte eorũ matre
hæredes extiterũt ipſi Nicolao auo, non poſſunt eius fa-
ctum improbare. Et Caſtrenſem ſecutus eſt Boe. q. 23. nu.
20. Eiuſdem ſententiæ aduerſus Saluſtium fuit Sigiſmun
dus Loffredus conſ. 1. nu. 168. qui copioſè diſſerit. Ea eſt
127 ratio, quia ſi primus † hæres tenetur obſeruare quod à
ſuo anteceſſore factum eſt, pari ratione tenetur & hæres
mediatus, ad quẽ obligatio immediati hæredis tranſit.
Et ille in quẽ alienatio eſt facta: tutus eſt exceptione, quæ
vti perpetua eum defendit à quouis hærede. Et ideò dici
128 mus ꝙ † hæres hæredis dicitur propriè hæres, cùm lo-
cum hæredis ſubeat, & eius perſonam ſuſtineat. l. hære-
dis appellatione. vbi gl. & Doct. & l. ſciendum, de verb.
ſign. & l. ſi. quis filiũ. §. vlt. ff. de acq. hær. & l. qui per ſuc
129 ceſſionẽ. ff. de reg. iur. Et hoc intelligit † verè & propriè,
non autẽ fictè & impropriè, quemadmodũ ſcribunt Bald.
in l. vlt. q. 21. C. de hære. inſt. Iaſ. d. l. ſi quis filium. §. vlt. nu.
7. ff. de acq. hær. idẽ in l. filiusfa. §. diui, 1. lec. nu. 100. Soc.
Sen. conſi. 253. col. 3. verſi. ex quib. li. 2. Cagn. in d. l. qui per
ſucceſſionem. nu. 11. de reg. iur. & Alc. in d. l. hæredis
130 appellatione, de verborum ſign. Quinimò † & hæ-
res hæredis propriè hæres eſſe dicitur in ea diſpoſitio-
ne, quæ ſtrictam habet interpretationem, ſicuti in con-
ditione, quæ licèt in forma ſpecifica impleri debeat. l. qui
hæredi. & l. Mæuius. ff. de cond. & dem. attamen iuſſus
131 † dare hæredi ſatisfacit, ſi dat hæredi hæredis. l. cùm ita
datur. §. vlt. de cond. & dem. & in ſpecie ſcribunt Bart.
in l. ſi ſtipulatus fuerim per te. num. 5. de verb. ob. Aret. in
l. paterfa. ad fidem. ff. de vulg. & pup. ſubſtit. Iaſ. in d. l. ſi
quis filium. §. vlt. num. 9. Dec. in d. l. qui per ſucceſſionẽ.
num. 4. & eo loci Cagn. num. 5. de reg. iur. His accedit il-
* la * recepta ab omnibus ſententia, quòd illud remedium
132 † atque beneficium poſſeſſorium conceſſum à l. vlt. C.
de edicto



de edicto diui. Adr. toll. quo hæres ſcriptus in teſtamen-
to, mittitur in poſſeſſionem bonorum, quæ poſſidebat is
teſtator tempore mortis ſuæ, conceditur & hæredi hæ-
redis ſcripti, cùm & ipſe propriè hæres ſit & ſcriptus le-
gis diſpoſitione. ita ſcribunt omnes in d. l. vlt. C. de edic.
diui Adria. tollen. ibi Barto. num. 11. Bald. num. 35. verſic.
idem in hærede. Decius num. 27. Cur. Iun. num. 53. & V-
bertinus Zucchardus num. 236. Et ſcripſi in commenta-
tariis de adipiſcenda poſſeſſione, remedio quarto. q. 30.
qui ſanè commentarij propediem in lucem prodibunt.
Quibus conſtat non obeſſe rationes illos, quas attullit
133 Saluſtius † ille Peruſinus ad ſuæ opinionis confirmatio-
nem. Non enim obſtat illud primum, quòd licèt hæres
repræſentet perſonam defuncti, non tamen ſecunda per-
ſona, hoc eſt, hæres hæredis repræſentat ipſum defun-
ctum, propter mediam perſonam, quæ tollit habilitatẽ
extremorum. Nam eſſet cauſare & coniungere plures fi-
ctiones, quod dicendum nõ eſt. l. 1. C. de inof. don. & ſcri
bit Bartol. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap. Hæc
ratio diluitur ex relatis ſuprà: quia verius eſt, hæredem
hæredis repræſentare perſonam defuncti, alioqui non
poſſet dici verè & propriè hæres, vt verè eſt. Nec media
illa perſona impedit, quandoquidem medium habile &
conueniens non impedit extrema coniungi: vt ſcribunt
omnes in d. l. ſi is qui pro emptore. Et admiſſo, quòd me-
dia perſona eſſet inhabilis, non tamen adhuc illa impe-
dimento eſſet, quin hæres hæredis repræſentaret primũ
illum defunctum, quandoquidem repræſentatio non fit
ob perſonam repræſentantem: ſed ob bona & hæredita-
tem, quæ à defuncto tranſeunt in hæredem. Et ideo non
habetur ratio perſonarum, ſed ipſius ſucceſionis, quæ ef
ficit vt remotiſſimus etiam hæres dicatur teſtatoris hæ-
res: vt dicitur in d. l. qui per ſucceſſionem; de reg. iur. Et cũ
hæreditas & ſucceſſio ſit eo onere grauata, ad quem illa
134 tranſit, etiam onus tranſit. Non etiam repugnat † l. qui li
beris. §. hæc verba, de vulg. quàm is Saluſtius citauit,
quia reſpondeo, d. §. hæc verba. procedere, cum diſpoſi-
tio teſtatoris eſt reſtricta ad certum & deſignatum hæ-
redem, quem nominatim teſtator retulit, vt eſt quando
teſtator grauat hæredem ſuum infraſcriptum, & dein-
de hæredem illum nominat, nam de eo, & non de alte-
ro intelligitur diſpoſitio. ita procedit d. §. hæc verba, vt
eo loci declarat & intelligit Bartolus & alij, quos re-
fert Cagnol. in d. l. qui per ſucceſſionem. numero 8. de
reg. iuris: quandoquidem is hæres hæredis non venit ex
iudicio teſtatoris. quod probauit & Alciat. in l. hære-
dis appellatione, de verbor. ſign. & non diſſentit Zuc-
chardus in d. l. vlt. nume. 242. C. de edicto diui Adri. toll.
Præterea ex ſententia Bar. in d. §. hæc verba, ille tex. pro-
cedit in diſpoſitione hominis, que verificatur ſolùm in
primo hærede. id quod probarunt & alij plures, quos
refert Zucchardus in d. l. vlt. nume. 241. verſi. 2. modo. etſi
ipſe diſſentiat. Nos verò non verſamur in diſpoſitione
hominis, ſed legis, qua conſtitutum eſt, hæredem, ideſt,
eum qui habet cõmoda ſucceſſionis, nõ poſſe improbare
factum ſui prædeceſſoris, hoc eſt, teneri ſuſtinere onera
ab illo hæreditati impoſita. Non etiam repugnat illa do
135 ctrina † Baldi in l. vlti. C. de hære. inſti. quam is Saluſtius
allegauit: quia reſpondeo, procedere in pœnalibus, in
quibus à perſona non receditur ob ſtrictiſsimam inter-
pretationem. ita declarant Decius Cagnol. in d. l. qui
per ſucceſſionem, de reg. iur. ille numero 5. iſte nume. 10.
Id quod procedit à præſumpta voluntate teſtatoris, qui
fortè cognita hæredis ſui negligentia, eum adiecta pœ-
na excitare voluit: quod non contingit in hærede hære-
dis. Præterea intelligitur relata doctrina cùm pœna no-
minatim eſt hæredi iniuncta; ſicuti declarat Corneus in
d. l. vlt. numero. 9. C. de hæred. inſt. à quo Cagnolus non
136 diſſentit. Rurſus quod ait is Saluſtius, † hæredem hæ-
redis nil habere ab illo primo defuncto, eſt falſum: quia
imò ab eo habet d. l. qui per ſucceſsionem. Sed eſto, quòd
nihil ab eo primo haberet, adhuc idem eſt: quia ſi habet
ab illo hærede, cui ipſe ſuccedit immediatè, is primus
hæres obligatus ſatis dicitur obſeruare factum defuncti.
Iſta ergo obligatio, quæ huic ineſt, tranſit in ſuum hæ-
redem, atque ita ſucceſsiuè, adeò quòd ita nouiſsimus
hæres ac primus tenetur illud factum obſeruare.
Non obſtat octauum, quòd ſcilicèt Do. Marcellus
confecerit inuentarium: quia multipliciter reſpondeo.
Et primò illud inuentarium à D. Marcello factum nil ei
137 ſuffragari: quandoquidem ex multis conſtat eſſe † ille-
gitimum: & per conſequens hoc caſu nil prodeſſe: ſicut
in ſpecie reſpondit Soc. Iun. conſ. 108. nu. 43. lib. 2. Quòd
autem inuentarium ſit nullum, multis demonſtratur.
Primò, quia conſtat ex iudiciali confeſsione in actis
facta à dicto D. Marcello anno 1527. die 8. Februarij, ip-
ſum declaraſſe, ſe hæredem eſſe dicti D. Philippi patris
ſui, & tamen inuentarium ſolùm fuit cõfectum eo anno
mẽſe Maio, atque ita longè poſt triginta dies aditæ hæ-
138 reditatis, † intra quod tempus tenebatur hoc inuentari-
um conficere: iuxta l. vlt. §. ſi verò poſtquam. C. de iure
delibe. & ibidẽ Doctores. Romanus conſi. 84. col. 2. verſ.
quamobrem. Raphael Comenſ. conſi. 63. D. Thomenus.
Abbas conſi. 73. nu. 7. li. 2. Guido Papæ. q. 571. Aliqui Do
* ctores. & Dec. conſ. 633. nu. 2. vbi hanc * communem eſſe
teſtatur. Secundò deficit inuentarium, quia non fuerunt
citati ij de quorum intereſſe agitur: iuxta text. §. ſi verò
abſint, in auth. de hæred. & Falcid. vt tamen erat neceſſe
139 † citare nominatim illos, qui erant certi, & per edictum
incerti. Quod clarè reſpondit Dec. conſi. 251. numer. 4.
qui in his terminis loquitur. & ſenſit idẽ Dec. in d. conſ.
633. nu. 19. idem reſpondit Abbas conſi. 73. num. 6. lib. 4.
Nec me mouet, quòd neceſſe non fuit citare D. Cæſarem
140 creditorem ac legatarium, ex quo erat tantum † credi-
tor cõditionalis: quia nõ poteſt agi de euictione, niſi ſecu
ta illa ſit, lata ſententia. l. euicta. §. duplæ. ff. de euictio. gl.
Bar. & Caſtr. in. l. ſi ſeruum, in prin. ff. eo. Caſt. conſi. 208.
Viſis omnibus, quæ in puncto. col. 1. verſi. aut dicemus.
lib. 1. Alex. conſi. 119. nu. 33. lib. 6. & Cæpolla, cautela 71.
Si ergo eſt conditionalis creditor, non potuiſſet eo tem-
pore de euictione experiri etiam ratione euentus, ita ſen
ſit Alex. in additio. ad Bal. in. l. ex his prædijs de euictio.
141 dũ intelligit † d. l. ex his prædiis, hære locum in obliga-
tione pura, non autem in conditionali. Idem Alex. conſ.
65. nu. 4. li. 5. qui eiuſdem opinionis eſſe Baldũ cenſuit. Et
hos ſecutus eſt Neguſant. in trac. de pignorib. part. 5. mẽ-
bro 1. num. 24. verſ. tamen idem Alex. Non inquam hoc
repugnat, quia reſpondetur, illam Alexandri & ſequaciũ
opinionem eſſe dubiã, cũ ipſemet Alex. cõſ. 97. nu. 10. reſ-
ponderit, diſpoſitionẽ d. l. ex his prædij, habere locũ &
in re obligata ſub cõditione: quia ille dubius euentus eſt
in cõſideratione. Præterea, admiſſo ꝙ illa prima opinio
Alexandri ſit verior: attamen adhuc nihil obeſt. Nam,
142 etſi creditor conditionalis dici non poſſit † creditor pro
priè, vt ſuum creditum exigere valeat, vt ſcribũt Docto-
res in l. 1. ff. ſi cert. pet. ibi Dec. in 1. lectu. nu. 29. Ripa, nu.
101. & Curt. Iun. nu. 72. Iaſ. in l. qui Romæ. §. duo fratres.
num. 25. & ibidem Ripa, num. 70. de verb. oblig. attamen
propriè creditor dicitur in cæteris, ne ius ſuum lædatur,
143 ſicuti videmus † eum mitti in poſſeſſionem vt eis cau-
tum ſit pro legato conſequendo eueniente conditione.
l. in poſſeſſionem, in prin. ff. ex quib. cauſis in poſſeſſ. ea-
tur. Scribit Cæpolla in l. creditores. numer. 9. de verb. ſi-
gnific. Et ideo ex eo textu d. l. in poſſeſſionem, docuit
Decius in d. l. 1. numero 29. ſi certum peta. creditorem
conditionalem in materia indifferenti eſſe propriè cre-
ditorem. Quod maximè procedit in caſu noſtro, in quo
iam ex parte D. Marcelli conficientis inuentarium ſube-
rat ſpes recuperãdi bona hæc fideicommiſſi, cùm eo in-
tuitu confecto inuentario ſe munierit: & econuerſo ti-
mor adeſſe poterat futuræ euictionis ex parte D. Cæſaris
legatarij atque creditoris. Et illud certum eſt, ius condi-
144 tionale, quod † ex actu præſenti, vel præterito ſpem ali-
quam habet, eſſe conſiderabile, & ius illud auferri ab a-

liquo non poteſt.l. inde Neratius.§. idem Iulianus. ff.ad
l. Aqui. Are.conſil.166.col.vlt.& egregiè Gomeſ.in com-
mentarijs ad regulas cancellariæ, de non tollendo iure
quæſito.q.4.pag.4. verſi.ſecundus caſus eſt. Si ergo hoc
ius conditionale eſt in conſideratione, ſequitur dicendũ
debuiſſe hunc citari, ne in iure ſuo lædatur, iuxta l.de v-
noquoque.ff.de re iud. Et, ni ego fallor, credo hac de re
eſſe textum in ſpecie in §. ſancimus, in auth.de hære. &
145. Falcid. quo loci Iuſtinianus ſtatuit,in † confectione
inuentarij ab hærede eſſe vocandos fideicõmiſſarios,hoc
eſt, illos, quib.conditione aliqua eueniente, reſtitui hæ-
reditas debet. Quod non alia ratione factum eſt, quam
quòd ne eorum ius, quod cõſiderabile eſt,lædatur.Præ-
146 tereà ex alio corruit hoc † inuentarium, quia non fue-
runt conſcripta in eo multa bona pretioſa, quæ extitiſſe
in domo tunc temporis probatum fuit. Et ideo ob hunc
dolum corruit inuentarium. ita ſcribit Dec. conſilio 633.
numero 10.& Abbas d. conſilio.73. nu.6.verſi. prætereà,
lib.2. Rurſus fuit probatum teſtes adhibitos in ea confe-
147 ctione inuentarij fuiſſe † pauperes, inopes, & conditio-
nis deploratæ:cùm tamen leges requirant eos eſſe opor-
tere locupletes, & bonæ conditionis & famæ. ita reſpon-
derunt Bart.conſil.154. Maritus.nu.9.lib.1. & Dec.conſi.
633.numero 15. Huic tamen poſtremæ rationi non mul-
tum confido,cùm à Bartolo diſſentire videatur Bald. in
l.vlt.in fi.prin. C.de iure delib.& conſi.145.Inuentarium
col.2.verſi.item & pro teſtibus.lib.4.

Reſpondeo ſecundo loco principaliter, quòd etiamſi
confectum inuẽtarium ſit iure validum, attamen adhuc
Do.Cæſar legatarius atque creditor eſt tutus, ex quo D.
Marcellus adhuc habet apud ſe multa ex bonis aui & pa
tris ſui, quæ quidem bona contendit Domi. Marcellus
148 velle retinere pro ſua † legitima, quam aſſerit aliquo o-
nere non potuiſſe grauari: quẽadmodũ ſcribit gl.in l.vlt.
§.in cõputatione. C.de iur.delib.Eſt inquã tutus D. Cæſ.
149 quia falsũ eſt, ꝙ D. Marcell. poſſit detrahere † legitimã
ex dictis bonis,quin priùs ſatisfactũ ſit D.Cæſari & cæte
ris creditorib.nã verior eſt illa ſententia gloſſæ l.cũ à ma-
tre.C.de rei vind.cùm dixit, hæredem teneri etiam re-
ſpectu legitimæ obſeruare factum defuncti. Quam ſanè
* doctrinam eſſe veram & * communiter receptam atteſta-
tur Iaſon in d.l.vlt.§.in computatione. numero 10.verſi.
breuiter determinatio.C.de iure delib. comunem etiam
teſtatur Io.Nicolaus Arelata.in rep.l.Generaliter num.
128.verſi. eſt ergo communis. C.de ſecund.nup. Nec hìc
repugnat quòd hæc non procedant, quando alienatio
150 eſt facta † titulo lucratiuo: quia tunc de euictione hæ-
res non tenetur:vt in ſpecie declarando d.l.cum à matre,
ſcribit Io.Nicolaus.d.l.generaliter.numero 129.verſ.Sal-
uari tamen. Non inquam hoc repugnat: quandoquidem
hæc bona non propria ipſius D.Octauij teſtatoris legan-
tis erant, ſed ſuorum ſucceſſorum: quo caſu hæredes i-
pſius D. Octauij tenentur de euictione,iuxta l.cùm alie-
nam.C.de leg. Scribunt Bar. in.l.ſi domus.§.de euictio-
ne.nume.3.verſi.tertium membrum, & ibidem Iaſ.num.
151 28.de leg.1.& hoc modo declarari poteſt doctrina † Al-
ciati reſp.556. ad finem, de qua aliquando dubitaui.

Non obſtat nouum argumentum, quia reſpondeo,
152 & animaduertendum cenſeo,† Gratum in d.conſ.num.
31.verſi.tertiò reſpondeo,lib.1.non mediocriter æquiuo-
care.Quod diſtinguendo duos caſus ita planum facio.

153 Primus eſt,quando † creditor habens ex aliquo iure
hypothecam in bonis ſui debitoris, directò efficitur eius
hæres.Hoc caſu ſine controuerſia confunditur omnis a-
ctio,quam habebat in bonis illis.Ea eſt ratio,quia eſt ef-
fecta vna perſona cum ipſa ſuo debitore, & patrimoniũ
eſt confuſum:& ideò extinguitur omnis hypotheca, ſi-
cuti etiam extinguitur hoc caſu & realis & perſonalis a-
ctio.Et hìc caſus procedit ſiue bona hypothecata repe-
riantur in bonis teſtatoris tempore quo ei ſucceditur, ſi-
ue reperiantur apud alterum de voluntate ipſius teſta-
toris,qui in illum alienauit & tranſtulit.Nam hìc hæres
directus illa auocare nõ poteſt per hypothecariam,quia,
ſi non poſſet teſtator ſi viueret,nec etiam poſſe debet hic
hæres,qui loco illius eſt.Hic eſt caſus noſter,in quo dixi-
mus,D.Marcellum hæredem D.octauij non poſſe reuo-
care per hypothecariam alienata fideicommiſſi bona in
D.Cæſarem,quia nec contra ipſummet D. Octauium a-
ctionem habuiſſet,ob id quòd ei ſucceſſit,loquũtur Do-
154 ctores à nobis relati.Et clarè in ſpecie † actionis hypo-
thecariæ ita reſpondit Rom.conſi.148.Hæc venditio, in
fine.

155 Secundus eſt caſus, cùm creditor habens † hypothe-
cariam ſuccedit ipſi debitori per fideicommiſſum,& hy-
pothecata bona eueniente conditione reſtitutionis, re-
periuntur in bonis reſtituendis. Hoc caſu creditor iſte,
vel illius hæres poteſt reſtituendo fideicommiſſum reti-
nere hæc bona ſibi hypothecata.Eſt ratio,quia ſucceden
do ex fideicommiſſo à teſtatore nihil conſequitur, ſed
quod habet ob Trebellianicam,à lege habet:& ideò non
eſt adeò effectus vna perſona cum teſtatore, quin eueni-
ente caſu reſtitutionis fideicõmiſſi ſua priſtina actio ſal-
ua ſit. Ita loquuntur Doctores in d.l.debitori. C.de pac.
quos Grat.recenſet. Et hic caſus (vt re ipſa conſtat) dif-
fert à præcedenti: atque ita à noſtro multum diuerſus.
Non enim noſtro in caſu diſputatur, an Dom.Marcellus
hæres D. Octauij poſſit retinere bona illa fideicommiſſi
ſibi debiti, à ſuiſque maioribus relicti, eo quòd ſucceſ-
ſerit D.Octauio per fideicommiſſum:quia verè non ſuc-
ceſſit ipſi Do. Octauio per fideicommiſſum, ſed directò
mediante perſona patris ſui. Et tanquam hæres directus
ratione ſui crediti nec realem, nec perſonalem, nec hy-
pothecariã habet in bonis ipſius D. Octauij: & per cõſe
quens nil poteſt recuperare à D. Cæſare poſſeſſore, qui
voluntate dicti D. Octauij factus eſt dominus.

Non obſtat vltimum argumentum, quia reſpondeo
multipliciter. Et primò, veriorem eſſe contrariam ſentẽ-
156 tiam, quòd † ſcilicet de iure canonico in foro cõtenſio-
ſo hæres non confecto inuentario, teneatur ſatisfacere
debita defuncti teſtatoris etiam vltra vires hæreditari-
as. Ita enim in ſpecie ſibi parum & conſtans affirmauit
Bal.in l.vlt.in prin.numero.9.C.de iure delibe.qui clarè
differentiam conſtituit inter forum conſcientiæ & forũ
contentioſum iuris canonici,& aſſerit, in foro iuris cano
nici hæredem hunc teneri vltra vires hæreditatis, ſi non
confecit inuentarium.idem Bal. in l.filium quem haben
tem.nume.37.verſi.ego breuiter.C. famil. erciſ. Et idem
157 verè docuit † Hoſt.in ſumma teſtamen. §. ad quid hæ-
res.verſi.quid ſi non ſufficit hæreditas.&c. etiamſi Bald.
in d.conſi.69. lib.4. aliter, & malè, Hoſtienſis verba ſit
interpretatus. Quod, vt planum faciam,verba ipſa Ho-
ſtienſis reſcripſi. Quid ſi non ſufficit hæreditas ad per-
ſoluenda debita? Diſtingue ſecundum leges, vtrum cõ-
fecerit inuentarium, & tunc non tenetur vltrà vires hæ-
reditatis: vel non fecerit, & tunc tenetur. C. de iure de-
lib.l.ſancimus.Et idem videtur ſecundũ ius canonicum,
infra eo.c.Raynutius.§.penul.in fi.In iudicio autem ani-
mæ non puto quòd teneatur vltra quàm ad ipſum per-
uenit de ipſa hæreditate, quamuis ſibi imputari poſſet
quò ad detractionem falcidiæ faciendam,vt notatur eo-
dem verſic. & hoc ſi inuentarium. Hæc Hoſtienſis. Cu-
158 ius quidem verba fuerunt malè † à Baldo conſiderata.
d.conſi.69. cùm reſpondit, Hoſtienſem ſcripſiſſe, iure ca
nonico hæredem non conficientem inuentarium non te
neri creditoribus vltra vires hæreditarias. Nam (vt vi-
demus apertè) contrarium dixit Hoſtienſis: ſed quò ad
iudicium animæ (de quo infrà) cenſuit Hoſtienſis, hæ-
redem hunc teneri. Idẽ quod Hoſtienſis docuit Io.An-
dr.in c. quãquam.nu.11.de vſuris. in 6. in nouella. Quos
quidem ita intellexit & Romanus in auth.ſimiliter. nu.
* 107.C.ad l.Falcid.qui atteſtatur, hanc eſſe * communem
opinionem Canoniſtarum. Et tota illa Romani diſpu-
tatio deſumpta eſt ad literam ferè ab Anch. conſil. 411.
incipit, Et prima facie, Ancharani tamen nomine ſup-
preſſo.et-



preſſo: etſi ipſe Romanus & priùs Ancharanus ab hac
opinione diſſentiant. Idem cum Hoſtienſe clarius & a-
pertius reſponderunt Abbas conſil.73. numero 8.verſic.
Nec obſtat. li.2. qui rationes egregias & maximè anno-
tandas adfert. & Ruinus conſil.20.num.6.lib.4. Quibus
159 conſtat † Baldum in d. conſil. 69. lib. 4. & in rubr.ff.de
acq.poſſ.verſi.bene tamen fateor. erraſſe. Nec ratio, qua
is & cæteri eius ſequaces moti ſunt, vera eſt. Aiunt illi,
ius pontificium non cõſiderare præſumptam illam frau
dem, quòd ſcilicet hæres, non conficiendo inuentarium
præſumatur occultaſſe & ſubtraxiſſe bona hæreditatis,
vt infrà in ſequenti reſponſione dicam:quam ſanè frau-
dem lex ciuilis præſumit. Non inquam (aiunt illi) lex
pontificia hanc perpendit, cum veritati innitatur. Hæc
ratio nõ eſt vera,quia etiam lex canonica ſuper præſum-
ptionibus fundamentum conſtituit.cap.literas, de reſtit.
ſpolia. &c.tua nos, de ſent. excom. & ſcribunt Io. Andr.
& cæteri iam relati. Et quòd dicitur veritatẽ ſolam ſpe-
ctari, in foro animæ ſolum(vt infrà ſubijciam) procedit.

Reſpondeo ſecundo loco (admiſſo quòd hìc verſe-
mur in foro conſcientiæ: cùm verius tamen ſit verſari in
foro contentioſo iuris canonici) quòd immò attento e-
tiam iudicio animæ hæres hic tenetur vltra vires hæredi-
tatis ob non confectum inuentarium. Hac enim in di-
160 ſceptatione, an in iudicio animæ hæres teneatur † vltra
vires hæreditatis, cùm non confecit inuentarium: ſunt
tres Doctorum opiniones. Prima eſt, abſolutè negatiua
quòd ſcilicet non teneatur.Ita ſcribunt Hoſt.& Io. An-
dre. ſuprà relati,quos ita intellexit & ſecutus eſt Bart. in
rubr.ff. de acqui.hære.numero 3.& in l.gerit.eo.tit.Bald.
in l.filium quem habentem. numero 37. verſi. ego breui-
ter. C. famil. erciſ. & in d.l.vlt.in prin. numero 9. C.de
iure delib.Alex.in rubr.ff. de acquir. hære.num. 5. & ibi-
* dem Iaſ.num.23. &Roman.eo.loci. col. 1. * communem
hanc eſſe opinionem aſſerit.Hãc quoque ſecuti ſunt Ab-
bas conſi.73.Circa primum dubium.num.9. lib.2. Felin.
in cap.1.num.44.de conſti.Ruin.d.conſi.20.nume.6.lib.
4.& Did.in cap.1.num.16.de teſti.Quibus accedunt Ab-
bas in cap.1.de ſolutio.& Bero.in cap.dilecti.num.67.de
arbitr.Ea ratione mouentur,quòd in animæ iudicio nõ
præſumptio,ſed ſola veritas ſpectatur.

161 Secunda fuit † opinio præcedenti contraria, quòd
ſcilicet hic hæres teneatur etiam vltra vires hæredita-
rias.Hanc probarunt Feder. de Senis conſi.21. Angelus
in l.1.§.hæc ſtipulatio,colum.2.verſ.in alijs verò.ff.ſi cui
plus quàm per legem Falcid.& Caſt.in rubr.ff.de acqui.
hære.num.2.Ea ratione hi adducuntur,quòd leges ciui-
les cenſentur diuinitus promulgatæ per ora principum.
cap.quo iure.8.diſt.& cap.vlt. 16. q.3.Et, vbi peccatum
non continent,à lege canonica approbatæ dicuntur. ca.
de capitulis.diſt.10.&c.c.1.de oper.noui nunt. & ſcribit
D.Thomas,1.2.q.46.arti.4.

162 Tertia fuit opinio † Aret.in d.rubr.ff.de acquir. hæ-
re.col.2.qui conciliando duas relatas opiniones,duos ca
ſus ita diſtinguit.Primus eſt caſus,cùm agitur de legatis
163 à teſtatore relictis & ab hærede præſtandis,hoc caſu, †
ſi hæres non confecit inuentarium, in foro animæ non
tenetur vltra vires hæreditatis.Et ita procedat opinio il
la Hoſtienſis, Ioan. Andr. & ſequacium. Et verè idem
ſenſit Bart.in repe.l.1.num.45.C.de ſacroſ.eccl.& ibidem
clarius Andreas de Beſſetis in ſua repe.num.130.& mul-
tò clarius in ſpecie Abbas conſi.73.num.8.verſi. Nec ob
ſtat.lib.2.Ita etiam loquitur Angel.in l.in teſtamento.la
2.C.de teſta.mil.Et ſi rectè perpendatur,idẽ ſenſit Hoſt.
in d.§.ad quid hæres,ibi,verſ.ſed cui debet primò.Nam
164 hoc caſu lex † ciuilis,quæ ſtatuit hunc hæredem non cõ
ficientẽ inuẽtariũ teneri legatariis vltra vires hæredita-
tis, eſt fundata in præsũpta illa fraude, ꝙ ſcilicèt hæres
ſubtraxerit bona hæreditatis, & illa occultauerit. ſicuti
probat text. §.hinc nobis, in auth.de hære.& Falci. Quã
quidẽ fraudẽ præſumptã (vt diximus) non cõſiderat iu-
diciũ animæ.Cùm ergo nos non verſemur hoc in caſu,
ex quo non agitur hìc de legatis, quibus D. Marcellus
grauatus nõ fuit à D.Octauio,ceſſat hæc diſputatio.Se-
165 cundus eſt caſus, cùm † agitur de ære alieno contracto
à teſtatore viuente,& perſoluendo ab hærede. Hoc in ca
ſu,hæres non confecit inuẽtarium, tenetur etiam in fo-
ro conſcientiæ creditorib. ſatisfacere vltra vires hære-
ditatis.Et hoc caſu,(qui verè noſter eſt) procedit ſecun-
dùm Aretinum opinio Feder.De Senis, & aliorum. Et
hanc ſententiam in ſpecie probauit Did. in c.1.nu. 16. de
teſt.Idem verè ſenſit Guilielmus Benedictus in c. Ray-
nutius,in verbo mortuo itaque teſtatore,il.1.nume.396.
166 eo.ti.de teſt.Ea ratio,quòd lex † ciuilis,quæ voluit hæ-
redẽ non conficientẽ inuentarium teneri vltra vires hæ-
reditatis ſoluere æs alienum creditorib.non eſt fundata
in ea præſumptione, quòd hæres ſubtraxerit & occulta-
uerit bona hæreditaria)vt in caſu præcedenti)ſed eſt fun
data in veritate, nempè, quia hæres adeundo hæredi-
tatem quaſi contraxit cum illis creditoribus: & illis vi-
ſus eſt promittere eam ſummam.ita probat text.l.vlt. in
prin.C.de iure delib.quem perpendit Aret.in d.rubr.ff.
de acq.hær.col.2.Cùm ergo lex ciuilis non præſumptio
ni,ſed veritati innitatur,dicendum eſt,eam quoque ob-
ſeruandam fore in iudicio animæ. Et per conſequens in
caſu noſtro,ſi modò in eo foro verſamur, quod non con
cedo.Nam hìc eſt in contentio quòd D.Octauius reli-
quit hæc bona D. Cæſari in cõpenſationem eorum quæ
ei debebat:atque ita omni caſu D.Octauij hæredes fuiſ-
ſent debitores ex ære alieno iam in vita contracto.Præ-
tereà obligatio ad conſeruationem relicti fuit cauſata in
perſona D.Philipi primi hæredis, & illa deinde deſcen-
dit in D.Marcellum,qui ob id aſſerere non poteſt,quòd
obligatus ſit immediatè ex cauſa legatorum,ſed ex cau-
ſa obligationis ſui anteceſſoris immediati, in eumque
tranſlatæ.Concludo itaque,rectiore iudicio ſemper ſal-
uo,D Marcellum nullo pacto poſſe recuperare hæc bo-
na fideicommiſſi relicta à Do.Cæſari,qui omni ex parte,
At abundè demonſtraui,tutus eſt.

Iacobus Menochius. I. C.

## *SVMMARIVM*

1 *Iuſpatronatus eſt quid oneroſum Eccleſiæ,cui quædam imponitur ſeruitus.*
2 *Epiſcopus non poteſt ſubijcere Eccleſiam ſeruituti,vel eius libertatem alienare.*
3 *Iuſpatronatus laicorum in Eccleſia eſt quid de iure ſpeciali.*
4 *Eccleſiaſtica apud laicos eſſe non debent.*
5 *Sed in poteſtate Prælatorum eſſe debent.*
6 *Epiſcopus nihil poteſt contra ius commune.*
7 *Inferior nullam habere dicitur poteſtatem in diffinitis à ſuperiore & num.33*
8 *Pontifex poteſt in fundatione Eccleſiæ apponere conditionem. quòd laicus fundator intereſſe poſſit electioni ſacerdotum,nõ tamen eam conditionem adiicere.*
9 *Iuſpatronatus tribus modis acquiritur.*
10 *Iuſpatronatus non acquiritur ſi quis aliquid Eccleſiæ, etiam cũ conſenſu Epiſcopi dederit.& quomodo procedat.nu.41.*
11 *Epiſcopus non poteſt iuſpatronatus in Eccleſia libera conſtituere,& ſi iam conſtitutum poſſit transferri.*
12 *Quid ſi dixerit iuſtis de cauſis feciſſe.an ei credatur.*
13 *Iuriſdictio, & poteſtas Epiſcopi in Eccleſia ſimplici eſt de iure communi fundata,vt de ea diſponere poſſit.*
14 *Pontifex in Eccleſia de nouo iuſpatronatus conſtituere.*
15 *Feudum Eccleſiæ plus eſt concedere quàm iuſpatronatus in Eccleſia conſtituere.*
16 *Feudum vt conſtituatur,oportet vt vtile dominium transferatur,& quid de fructibus.*
17 *Feudum Eccleſiæ difficilius in vaſallorum ſucceſſores tranſit, quàm iuſpatronatus.*
18 *Iuſpatronatus tranſit ad ſpurios & fœminas.*
19 *Feudum autem nequaquam.*
20 *Epiſcopus poteſt de nouo infeudare bona Eccleſiæ conſueta dari in feudum.*

21 Quid ſi iurauerit in feudum non concedere.
22 Bona eccleſiaſtica conſueta dari in feudum ſi reuertantur ad prælatum, & de eius menſa efficiantur, non poſſunt amplius infeudari.
23 Diſponens præſumitur in dubio diſpoſuiſſe de eo de quo iure diſponere poteſt.
24 Epiſcopus poteſt ex cauſa Eccleſiam liberã facere patronatã.
25 Epiſcopus abſque iuſta cauſa non poteſt ſacræ rei ſeruitutem imponere.
26 Bona feudalia reuerſa ad Eccleſiam. & effecta de menſa prælati. poſſunt denuò dari in feudum, vt inculta ſeu infrugifera ad culturam redigantur, vel ad frugem perducantur.
27 Iuſpatronatus poteſt in Eccleſia conſtitui ob re ædificationem Eccleſiæ.
28 Item ob ditationem Eccleſiæ quæ fortè erat inops, & tenuis reditus, & quomodo intelligantur.
29 Solennitates præſumuntur interueniſſe ex diuturnitate temporis de cuius initio non extat hominum memoria in contrarium, & hoc aſſerenti creditur & num. 44.
30 Alienatio rei minoris vel Eccleſiæ ſolenniter facta, præſumitur ob diuturnitatem temporis.
31 Antiquum quid dicitur per decem annos.
32 Epiſcopus quomodo poſſit & quando Eccleſiæ ſeruitutem imponere.
33 Inferior ex cauſa poteſt immutare factum ſuperioris.
34 Epiſcopus põt immutare pœnitentiam à Papa alicui impoſitũ.
35 Et ſtatuere ſeu diſpenſare ex cauſa contra ordinata à ſacris conciliis.
36 Vel econtra ius commune.
37 Electio prælati in Eccleſia conuentuali non ſpectat ad laicos, quia eſt omninò ſpiritualis.
38 Laicus poteſt præſentare clericos & Sacerdotes in Eccleſia conuentuali, qui Eccleſiæ inſeruire debent, non autem eligere prælatum.
39 Prælatus in Eccleſia à Pontifice tantum eligi poteſt.
40 Eligere prælatum in Eccleſia, & Sacerdotẽ præſentare quomodo differant.
41 Donans Eccleſiæ quando acquirat Iuſpatronatus in ea.
42 Referenti quando ſtandum ſit.
43 Priuilegium faciens mentionem de alio facit fidem, licet aliud non inueniatur.
44 Verbis narratiuis & enuntiatiuis creditur in antiquis, etiam contra tertium.
45 Aſſertioni illius ſtandum eſt, qui dum ſine cauſa aliquid facere poteſt, aſſerit cauſam adeſſe.
45 Laicus non poteſt præſcribere iuſpatronatus in Eccleſia, quæ nunquam fuit patronata, & ſi vnquam extitit, liberata fuit.
47 Iuſpatronatus eſt quid ſpirituale, ideo à laicis poſſederi nequit & 76.
48 Laicus quando præſcribere poſſit iuſpatronatus.
49 Iuſpatronatus acquiſitum præſcriptione à laico an poſſit impedire collationem Pontificis vel ordinarij.
50 Et quid ſi vltimus inſtitutus eſſet mortuus.
51 Iuſpatronatus an in Eccleſia præſcribi poſſit, diſtinguuntur duo capita & num. ſeq.
52 Io. And. in c. quod alicui, in fi. de reg. iur. in 6. declaratur.
53 Neſcitur ergo non eſt.
54 Exercitium vnius actus competentis alicui quando denotet poſſeſſionem illius rei ſuper qua habetur exercitium.
55 Doctores ſunt intelligendi ſecundum iura, quæ allegant.
56 Verba de antiqua conſuetudine, ſunt verba partis aſſertiua.
57 Acquiſitio ex fundatione, & ex præſcriptione æquiparantur.
58 Præſcriptio probatur, ſi probetur poſſeſſio cepiſſe ab anteceſſoribus ſuis quibus ſucceditur.
59 Pro poſſeſſore præſumitur.
60 Titulus qui requiritur ad præſcriptionem.
91 Titulus qui requiritur ad præſcriptionem rei Eccleſiaſticæ debet habere originem, & conceſſionem à Pontifice.
62 Titulus inualidus dat iuſtam cauſam præſcribendi.
63 Alienatio rei Eccleſiæ facta ab Epiſcopo abſque capituli conſenſu, licèt non adferat iuſtum titulum acquirenti, quò ad plenidominij acquſitionẽ, adfert tñ quò ad inchoãdã p̃ſcriptionẽ.
64 Titulus probatur ex præſcriptione, & curſu temporis cuius initij non extet memoria hominum.
65 Lex præſumit titulum adeſſe ex curſu temporis excedentis memoriam hominum.
66 Præſumptum à lege, non eſt neceſſe vt allegetur.
67 Præſumptio iuris & de iure, nõ recipit probationem in contrarium.
68 Et procedit contra clericos, & libertatem Eccleſiaſticam.
69 Eccleſia patronata an dicitur ſentire detrimentum, & incommodum vel potius vtilitatem & commodum.
70 Laicus non eſt omninò incapax Iuriſpatronatus Eccleſiæ.
71 Argumentum à ceſſante ratione impeditiua valet.
72 Præſcribere is non poteſt, qui poſſidere nequit.
73 Poſſidens ex conceſſione ſolenni à ſuperiori facta, non dicitur in mala fide.
74 Præſcriptio an valeat, ſi primus poſſeſſor fuit in mala fide, & ſucceſſores poſtea per longum temporis ſpatium in bona.
Succeſſores an in dubio dicantur in mala fide, ſi ille cui ſuccedunt fuerit in mala.
75 Bona fides præſumitur, ſi quis poſſederit per longum tempus, de cuius initio non extet hominum memoria.
76 Iuſpatronatus Eccleſiæ ſecundum veriorem opinionem à laico poſſideri poteſt.
77 Poſſeſſor malæfidei nullo tempore præſcribit & ſeq.
78 Iuſpatronatus laici in Eccleſia eſt ex gratia.
79 Conceſſibilia ſunt etiam præſcriptibilia, ſicut è contra, quæ concedi non poſſunt, præſcribi nequeunt.
Et quomodo hæc regula intelligi poſſit.
80 Priuilegium & gratia inducitur ex curſu temporis excedentis hominum memoriam.
81 Reſeruata Principi præſcribi poſſunt tanto tempore cuius initij non extet hominum memoria.
82 Exemptionis liberatio non eſt ſimpliciter prohibita, ſed ſecundum quid.
83 Iuſpatronatus Eccleſiæ præſcriptione acquiſitum, eſt adeò validè acquiſitum, vt impediatur collatio Pontificis.
84 Derogationes Iuriſpatronatus laicorum an admittantur.
85 Iuſpatronatus non cenſetur comprehendi ſub reſeruatione beneficiorum.
86 Et quid de iurepatronatus acquiſito præſcriptione.
87 Et de qua præſcriptione intelligi debeat.
88 Priuilegio, & gratia conceſſum non transfertur ad . .
89 Laicus quò ad officium Eccleſiaſticum tantum poteſt quãtum iure expreſſum reperitur.
90 Iuſpatronatus alteri legari non poteſt, quia tributum dicitur ius alimentorum, honoris, & præeminentiæ, non proprietatis. & num. 94. in fi.
91 Laicus cui antiquitus ſunt conceſſæ decimæ in feudum, non poteſt transferre ſine cõſenſu Epiſcopi Eccleſiaſticæ perſonæ vel loco religioſo, & qua ratione hoc ſit.
92 Regula vnico caſu limitata, in cæteris habere locum dicitur.
93 Donatio iuriſpatronatus priuato facta non valet.
94 Dictio aliqua cuius ſit natura.
95 Donatio ſeu renuntiatio ſui iuris facilius conceditur in fratrem quàm in extraneum.
96 Iuſpatronatus titulo inſtitutionis, & hæreditario relinqui põt.
Et an alio modo relinqui poſſit.
97 Et an requiratur conſenſus Epiſcopi.
98 Regulæ inhæredum eſt, donec contrarium probatur.
99 Donare qui poteſt, eidem donari conceditur.
100 Iuſpatronatus cur conceditur laicis.
101 Homines non magis ſibi, q̃ ſuis ſucceſſoribus ſtudent prodeſſe.
102 Hæredes comprehenduntur ſub conceſſione, & prouiſione facta cum anteceſſore, etiam in materia ſtrictæ interpretationis.
103 Stipulatio ob aliquo taxatiuè facta, ſibi aliquid, dari, vel fieri, includit & hæredes illius.
104 Acquirens in dubio, & pro hæredibus acquiſiſſe præſumitur.
105 Emphyteuta cum conſenſu Epiſcopi poteſt bona eccleſiæ Emphyteutica legare.





106 Imò ſecundum aliquos etiam ſine conſenſu.
107 Teſtatoris vltima voluntas libera eſſe debet, neque ab alieno arbitrio pendere debet.
108 Iuſpatronatus legari poteſt.
109 Iuſpatronatus Eccleſiæ an ab inteſtato tranſeat ad hæredes.
110 Exceptio excluſiua iuris alicuius, contra eum opponi poteſt.
111 Res ſemel facta alienabilis vel transmiſsibilis, ſemper poterit alienari vel, tranſmitti.
112 Decimæ non tranſeunt in ſucceſſores.
113 Decimæ cur introducantur.
114 Illatio ex diuerſis non licet fieri.
115 Lex quæ varios habet intellectus, non licet allegari ad deciſionem quæſtionum.
116 Titulus denotat bonam fidem adeſſe.
117 Quaſi poſſeſsio Iuriſpatronatus vna præſentatione acquiritur, & quid aliud requiratur.
118 Poſſeſſor iuriſpatronatus quãdo nõ debet a ſuo poſſeſſu amoueri.
119 Populus qui eſt in poſſeſſione præſentandi Clericum in Eccleſia patronata, non debet amoueri.
120 Beneficium in dubio adiudicatur illi, qui probauit collatorem ſuum fuiſſe in quaſi poſſeſſione cõferendi tempore collationis.
121 Poſſeſſor bonæfidei facit fructus ſuos.
122 Et conſumptos non reſtituit.
123 Iuſpatronatus fructus quales dicantur.
124 Turpius eijcitur, quàm non admittitur hoſpes.
125 Præſentatus ab eo, qui erat in quaſi poſſeſſione præſentandi cũ bona fide amouerit non debet, etiam ſi deinde conſtet patronum illum verè non eſſe patronum.
126 Eoque magis ſi ante præſentationem non fuerit oppoſitum, & tranſactum ſit tempus ab ea appellandi.
127 Sententia a Prælato putatiuo an valeat, ſi poſtea cognoſcatur non prælatus, & ita declaretur.
128 Eccleſia patronata an & in quibus differat ab Eccleſia collectiua.
129 Collationis fructus quales ſint.
130 Quaſi poſſeſſor cõferendi beneficia, bona fide, facit fructus ſuos.
131 Beneficium patronatum & collatiuum, & patronatum & electiuum, an differant.
132 Eccleſia an in dubio præſumatur patronata, vel potius collatiua.
133 Præſentatio, aut inſtitutio de beneficio, facta à quaſi poſſeſſore bona fide, an irritetur, ſi ſuper quaſi poſſeſſione fuerit mota lis & quæſtio.

## FACTI SPECIES.

ANNO 1422. Iuſpatronatus Eccleſiæ S. Marci Aſulæ, ſine cura diœceſis Brixienſis, extincta familia Marzola, cui dictum iuſpatronatus competebat, tranſlatum fuit per Reuerendiſs. tunc Epiſcopum Brixiæ in Amighinum de Amighettis Aſulanum ac eius hæredes & deſcendentes maſculos legitimos. Quæ ſanè trãſlatio iuſtis quibuſdam de cauſis facta aſſeritur. Hanc translationem confirmauit Reuerendiſsimus Epiſcopus ſucceſſor anno 1459. & denuò ad cautelam dictum iuſpatronatus tranſtulit in Io. Baptiſtam filium dicti Amighini eiuſque deſcendentes maſculos: aſſeruitq; dictus D. Epiſcopus, id ſe feciſſe, quia dicti Amighinus & Ioan. Baptiſta multa fecerunt in dicta Eccleſia.

In executione huius translationis dicti de Amighetis ab anno 1424. vſque ad annum 1545. ſemper continuatis temporibus pacificam quaſi poſſeſsionem præſentandi clericum in ipſa eccleſia obtinuerunt, & quinque preſentationes factæ ab illis fuerũt. Anno 1545. per hos de Amighettis fuit præſentatus. D. Zacharias de Turchis filius Magnifici Do. Bartholomæi.

Anno 1554. die decima Menſis Martij Do. Galeaz. de Amighettis vltimus ex ea familia Amighettorum legauit & ceſsit d. D. Bartholomæo Turcho eius proximiori affini & eius deſcendentibus maſculis hoc iuſpatronatus. & eadem die conſtituit ſpecialem procuratorem ad cedendum dictum Iuſpatronatus, cum auctoritate & conſenſu Reuerendiſsimi D. Epiſcopi Brixiæ.

Eodem anno 1545. die 14. Martij Reuerẽdiſſimus D. Epiſcopus Brixiæ eam ceſsionem & tranſlationem approbauit, atque ita inueſtiuit dictum D. Bartholomæum & eius deſcendentes maſculos.

Anno 1555. die 22. Aprilis D. Bartholomæus præſentauit Dom. Rubertum eius filium in Rectorem dictæ Eccleſiæ vacantiis per reſignationem ſupraſcripti Do. Zachariæ eius filij. Qui quidem, D. Rubertus præſentatus à Reuerendiſsimo D. Epiſcopo Brixiæ fuit inſtitutus.

Anno 1570. mortuo dicto D. Ruberto, dictus D. Bartholomæus iterum præſentauit dictum D. Zachariam eius filium: qui quidem præſentatus fuit inſtitutus à dicto Reuerendiſsimo D. Epiſcopo.

Eodem anno die 11. Nouembris in executione literarum Apoſtolicarum in forma dignum, prædicta Eccleſia vti libera & merè collatiua tanquàm vacans per obitum eiuſdem D. Ruberti familiaris Illuſtriſsmi & Reuerendiſsimi D. Cardinalis Cornelij & affecta ob familiaritatem, collata fuit per Reuerendiſsimum D. Epiſcopum Mantuæ, Magnifico & Reuerẽdiſsimo D. Herculi Strocio Canonico Mantuano ſub die 5. Februarij, 1571. Et cùm D. Strocius non potuiſset conſequi actualem poſſeſsionem, recuſante Reuerendiſsimo Do. Epiſcopo Brixiæ exequi literas Reuerẽdiſsimi D. Epiſcopi Mãtuæ, ob litis pendentiam coram eo inter dictos Do. Zachariam & Strocium, Obtinuit Strocius die 4. Februarij 1571. reſcriptum Apoſtolicum, quo auocãdo cauſam à quocunque iudice Eccleſiaſtico & ſeculari, eam delegauit Illuſtriſsimo & reuerendiſsimo D. Legato Venetiis commorãti, cum derogotione iuriſpatronatus: & quòd dictam cauſam cognoſcat manu regia, & quacunque appellatione remota.

Poſtremò dictus Do. Strocius die 25. Maij. 1571.

*declarauit in actis curiæ d. Illuſtriſſimi & Reuerẽ-
diſſimi D. Legati, ſe velle conſequi dictam Eccle-
ſiam vti liberæ callationis, non autem quatenus ſit pa
tronata, non obſtante dicta derog atione.*

*Dubitari nunc de multis contingit. Et primò an
iuſpatronatus huius Eccleſiæ exiſtens apud illos de
Marzolis eo anno 1422. iure transferri potuerit à
d. D. Epiſcopo in familiam illorum de Amighettis.*

*Secundò, ſuppoſito quòd translatio illa fieri non
potuerit, an hoc iuſpatronatus in dubium refricari
poſſit, cùm ſortitum fuerit effectum curſu centum
& triginta annorum, tot præſentationibus factis.*

*Tertiò dubitatur, an hoc iuſpatronatus legari po
tuerit à* D*o.* G*aleacio Amighetto* D*om. Bartholo-
mæo Turcho, Maximè ſubſecuta confirmatione.* D.
*Epiſcopi.*

*Quartò ambigitur, an ſaltem (admiſſo eccle-
ſiam hanc non eſſe patronatam)* D. *Zacharias ad
præſens inſtitutus conſeruari debeat donec vixerit
in ipſo beneficio, cùm fuerit præſentatus à dicto* D*o.
Bartholomæo quaſi poſſeſſore bonefidei dicti iuriſ-
patronatus.*

CONSILIVM XC.

# Initium à Domino.

PRIMAE dubitationi propoſitæ re-
ſpondendum videbatur, quòd extin-
cta familia Marzola illius iuſpatro-
natus transferri non potuerit à Reue
rendiſſimo Do. Epiſcopo Brixiæ in
familiam Amighettam. Quod equi-
dem multis dicendum videbatur.
1 Primò, iuſpatronatus † eſt quid
onerosum Eccleſiæ, cui ſeruitus quædam imponitur. ita
Bald. in rubr. C. de vſufr. Feder. de Senis, conſil. 234. Su-
per puncto. in fi. Rochus Cur. in trac. de iure patronatus,
in verbo Et dotauit. 2. & probat text. in c. ſignificauit, vbi
Docto. de teſtib. & copioſè Cæſar Lambertinus in trac.
de iurepatronatus. lib. 1. art. 1. q. 6. numero 3. Atqui non
2 poteſt Epiſcopus † eccleſiam ſeruituti ſubijcere, atque
ita eius libertatem alienare; ita gl. in d. c. quæ mentis. 16.
q. 7. & clarius ſcribunt permulti, quos infra referam in
quarto argumento huius opinionis.

Non ergo potuit D. Epiſcopus in caſu noſtro eccle-
ſiam hanc S. Marci, ob mortem illorum de Marzolis, à
ſeruitute iuriſpatronatus liberatam, iterum nouæ ſerui-
tuti ſupponere.

3 Secundò accedit, quòd iuſpatronatus † laicorum in
eccleſia eſt quid de iure ſpeciali: cùm ius commune non
4 ferat eccleſiaſtica † eſſe apud laicos. c. 2. c. decretum, &
cap. regenda. 10. q. 1. ca. Sacroſancta, ca. Meſſana, de ele-
5 ctio. ſunt † enim hæc ſub poteſtate prælatorum, vt illis
iurib. probatur: & ſcribunt gl. in c. ſicut vnire, de exceſſ.
præla. & in ſpecie text. in c. nobis de iurepatro. Quod
tradit & Curt. trac. de iurepatro. in verbo, pro eo quòd
6 de Diœceſani. numero 4. ſed Epiſcopus † nil poteſt con-
7 tra ius commune, cùm inferior † nullam habeat pote-
ſtatem in diffinitis à ſuperiore, cap. inferior. 21. diſt. cap.
inferior, de maio. & obed. cle. ne Romani, de electio. er-
go non poterit Epiſcopus conſtituere ius patronatus in
eccleſia libera.

Tertiò ſuffragari videtur doctrina gloſ. in c. nobis, in
verbo de iuriſdictione, de iure patro. & ibi Abb. num. 9.
& quam recenſet ad rem hanc Curtius loco ſ. citato. In-
8 quit gloſſa illa, quòd licet Pont. † Max. poſſit in funda-
tione Eccleſiæ apponere conditionem quòd laicus fun-
dator intereſſe poſſit electioni Sacerdotum, non tamen
eam conditionem adijcere poterit Epiſcopus; ergo nec
iuſpatronatus conſtituere poteſt.

Quartò vrgere hæc ratio videtur, quòd iuſpatrona-
9 tus † acquiritur ſolùm tribus modis, conſtructione, do-
natione & fundi collatione. Et qui aliquid Eccleſiæ vl-
tra has cauſas dat, dicitur benefactor; non autem patro-
nus. ſed in caſu noſtro hi de Amighettis nullum ex rela-
tis tribus præſtiterunt; ergo patroni effecti non ſunt. ita
argumentatur (etſi vberius) Abbas in conſi. 59. nu. 2. li. 2.

Quintò hæc opinio in ſpecie multorum auctoritate
confirmatur. Ita enim ſenſit. gl. 1. ca. piæ mentis, propè
10 medium. 16. q. 7. cùm ſcribit, quòd ſi quis † aliquid det
eccleſiæ iam conſecratæ, non per hoc fit patronus. Quod
intelligo etiam conſenſu Epiſcopi, aliàs illa doctrina
probabili dubitatione careret. Et gloſſam illam ſecuti
ſunt ibi Archid. & Gemin. Inn. in rub. de iurepatro. nu.
3. Io. And. in cap. 1. de iurepatro. in 6. Et ibidem Archid.
Cardinalis in rubr. extra eo. q. 6. & conſil. 82. Caſus ſuper
quo, in 1. dubio. Abbas in cap. 3. col 2. de iurepatro. conſi.
28. In cauſa communis. copioſè conſi. 106. colu. vlt. verſi.
præterea, in d. li. 2. Alex. conſi. 74. ad finem li. 4. Præpoſ.
in cap. hortamur. 70. diſt. Curtius de iurepatro. in verbo.
Pro eo quòd de diœceſani. in fi. Qui eiuſdem opinionis
recenſet Felinum in tract. Quando literæ Apoſtolicæ
noceant patro. num. 10. Idem tradunt Lambertinus lib. j.
de iurepatr. parte 1. art. 4. q. 10. num. 5. verſi. limita. & An-
gelus de Clauaſ. in ſumma in verbo, Iuſpatronatus. §. 4.
* Hi enim * vno ore ſcribunt Epiſcopum † non poſſe iuſ-
11 patronatus in Eccleſia libera conſtituere, etſi iam con-
ſtitutum poſſit transferre.

Sextò & vltimò accedit, quòd fruſtrà diſputari hîc
videtur, an potuerit D. Epiſcopus hoc iuſpatronatus con
ſtituere, cùm non conſtet de veritate ipſius conſtitutio-
nis dicti anni 1422. Nec adhibenda videtur fides verbi
enuntiatiuis & relationi factæ ab illa confirmatione an-
ni 1459. cùm appareat de ipſo relato, iuxta tex. l. optimã.
C. de contrah. & committen. ſtip. Imò nec Epiſcopo, qui
12 † aſſeruit ſe iuſtis de cauſis feciſſe credendum videtur, iu
xta doctrinam Bart. in l. ſi fortè. ff. de caſtr. pec. & ſcribunt
Card. in ca. paſtoralis, de of. deleg. Iaſ. in l. 1. in prin. nu.
60. de of. eius. Dec. in cap. quæ in Eccleſiarũ. nu 28. de
conſtit. & Pariſ. conſil. 73. numero 66. libro 1. Hæc dubi-
tationem mouebant.

Cæterùm re ipſa diligentiſsimo ſtudio examinata,
contrarium viſum eſt verius, nempè, hanc iuriſpatrona-
tus tranſlationem, vel conſtitutionem factam à dicto D.
Epiſcopo Brixiæ eo anno 1422. iure ſuſtineri. Quod ſoli-
dis rationibus & Doctorum auctoritatibus demonſtrari
facilè poteſt.

13 Primò, iuriſdictio † & poteſtas Epiſcopi in Eccleſia
ſimplici, quam Rectoriam vocant, eſt de iure communi
fundata, vt ſcilicet de ea diſponere poſſit, ac Ponti. Max.
vt probat. c. nouit, &c. quando, de his quæ fiunt à præla.
ſine cõſen. cap. & ſcribit Io. de Sylua in trac. de Beneficio,
parte. 2. q. 22. nu. 41. Et in eadem quæſtione, nu. 5. poſt Abb.
in cap. eccleſia veſtra. il 1. de electio. Epiſcopi poteſtatem
eſſe fundatam etiam in eccleſia, quæ aſſeritur patronata,
cùm de fundatoribus & cõſtructoribus non conſtat. At-
14 qui dubium non eſt, quin Pont. † Max. poſsit de nouo
iuſpatronatus in eccleſia conſtituere. vt ſcribunt Abbas
conſi. 28. In cauſa communis. & in d. conſil. 106. colum.
vlt. lib. 2. Curtius in d. tract. de iurepatronatus. in verbo
pro eo quòd de Diœceſani, in fin. & clarè idem ſcri-
bit Cæſar



bit Cæſar Lambertinus in tract. de iurepatronatus, lib. 1.
parte 1. arti. 2. q. 10. vbi copioſè diſſerit: ergo & Epiſcopus
hoc iuſpatronatus conſtituere poterit.

Secundò, admiſſo quòd non poſſit Epiſcopus iuſpa-
tronatus conſtituere in Eccleſia, quæ nunquam fuit pa-
tronata, attamen facere id poteſt, cùm ſemel fuit patro-
nata. Hoc argumẽto ducto à fortiori demonſtratur. Nõ
15 eſt dubium, quin plus † ſit bona Eccleſiæ in feudum vel
emphyteuſim concedere, quàm iuſpatronatus in Eccle-
16 ſia conſtituere: ſi quidem conſtituendo feudum † tranſ-
fertur dominiũ vtile, & fructus efficiũtur domini vtilis,
cùm dominium directum nullius penè commodi apud
Eccleſiam remaneat: & tamen è conuerſo in iure patro-
natus commodum leue ſit apud patronum, & omnis fe
rè vtilitas apud eccleſiam, vt ex vtriuſq; natura conſtat.
17 Hinc etiam videmus, feuda † eccleſiæ tranſire difficilius
in vaſallorum ſucceſſores, quàm ipſum iuſpatronatus.
18 Nam iuſpatronatus † tranſit & ad ſpurios & ad fœminas,
19 cùm tamen ad eos non tranſeat feudum † eccleſiæ: ita
vtrunque dictum probat Boe. in cap. 1. num. 64. de iure-
20 patro. ſed & certi iuris eſt, Epiſcopũ † poſſe de nouo in-
feudare bona eccleſiæ conſueta dari in feudũ, ergo à for-
tiori poterit eccleſiã ſolitã ſubeſſe patrono iuripatrona-
tus ſubiicere. illa minor probatur auctoritate multorũ,
nempè Baldi in capitu. 1. colum. 1. qui feudum dare poſ-
ſunt. & ibidem Iaſon num. 7. verſi. an autem. Felinus in
cap. cùm cauſa. num. 14. de re iud. & in c. edoceri. nu. 2.
de reſcri. Idem reſponderunt Calder. conſi. vlt. in fi. tit.
de conſuetud. & conſ. 1. tit. De feudis. Feder. de Sen. con-
ſi. 109. Quidam prælatus. Roma. conſi. 70. col. 1. & Curt.
Iuni. in tractat. de feudis, parte 2. q. 1. nu. 2. & q. 2. Quini-
mò quod eſt fortius, videmus, quòd etiamſi Epiſcopus
21 † iuraſſet non concedere in feudum, vel emphyteuſim
bona eccleſiæ, attamen concedere poterit quæ dari con-
ſueuerunt. ita Abb. docuit in cap. vt ſuper. nu. 10. in fi. de
rebus ecclеſ. non aliena. & in cap. 2. nu. 3. extra de feudis.
idem ſcriptum reliquit Bal. in ca. 1. num. 1. de clerico, qui
inueſtit. facit. in vſibus feudorũm. vna tamen huic ſolido
fundamento aduerſari videtur difficultas, quòd, quem-
22 admodum bona † eccleſiæ conſueta dari in feudum ſi
reuertantur ad Prælatum & de eius menſa efficiantur,
non poſſunt amplius infeudari. cap. 1. vbi Docto. Epiſco.
vel Abb. in vſibus feudo. cap. vt ſuper, de rub. eccleſ. non
alien. Archi. ca. 1. 35. q. 8. Card. Zabarella in cap. 2. q. 12. de
feudis, & conſil. 35. colum. 1. idem dicendum videtur,
cùm eccleſia fuit aliquot annos liberata à ſeruitute iu-
riſpatronatus. Reſpondetur, non conſtare, quòd extin-
cta illa familia Marzola diu ſteterit libera eccleſia hæc à
iurepatronatus: imò eſt præſumendum ſtatim fuiſſe con
ceſſam Amighettis: tum ob id eſt præſumptio quòd Do-
23 minus Epiſcopus † ſolùm fecerit quod de iure facere
potuit. iuxta regulam l. regulati. C. de interd. & releg. cũ
ſimilibus: tum etiam ob temporis diuturnitatem anti-
quitatémque, qua omnia ritè & rectè facta præſumun-
tur, vt infrà dicemus.

Tertiò & vltimò mouet me hac ratio vera & admo-
24 dum concludens: Epiſcopus † poteſt ex cauſa Eccleſiam
liberam facere patronatam: ſed in caſu noſtro adfuit iu-
ſta & legitima cauſa, ergo potuit hæc Eccleſia, mortua
familia Marzola, atque ita liberata ſemel à iuſpatrona-
tus nexu, iterum ſubiici illi obligationi. illa maior proba
tur auctoritate Lambertini in tract. de iurepatronatus.
lib. 1. parte prima quæſt. 10. art. 4. incipit, Contingit tertiò
num. 6. qui ſcribit ita ſenſiſſe Rochum Curtium in tract.
de iurepatronatus. in verbo, & dotauit. q. 2. Gay. in repe.
capit. fin. colum. 21. de elect. in 6. Abba. in cap. Sacroſan-
cta, in fine, & ibi Card. de elect. citat & eundem Abba-
tem in cap. nobis. de iurepatro. Et præter hos à Lamber-
tino relatos, idem verè cenſuit Abbas conſi. 28. In cauſa
communis. num. 1. lib. 2. cuius verba hæc ſunt: ſed etiam
Epiſcopus potuiſſet eis dictum iuſpatronatus concede-
re, ex quo eccleſiæ minus dotatæ contulerunt decem,
licet poſt conſecrationem: vt notat. Ioan. Andre. in c. 1.
de iurepa. & ſic debet intelligi gl. d. c. piæ mentis. 17. q. 7.
Hæc Abbas. Idem conſi. 106. col. vlt. lib. 2. ibi. Nec enim
25 poteſt Epiſcopus † rei Sacræ ſine cauſa legitima hanc ſer
uitutem imponere, vt notat glo. in cap. piæ mentis. 16. q.
7. & Ioan. And. in cap. 1. de iurepatro. Hæc ille ſenſit, er-
go apertè denotat Abbas cum cauſa hoc iuſpatronatus
conſtitui poſſe. Idem apertè ſcripſit Curtius in d. tract.
de iurepatronatus, in verbo, pro eo quod de Diœceſani.
in fine. & ſi poteſt ex cauſa Epiſcopus liberè alienare bo-
na eccleſiæ, multò melius ea ſeruituti ſubijcere. Illa mi
nor propoſitio, quòd ſcilicèt in caſu noſtro iuſtis & legi-
timis de cauſis fuerit conceſſus iuſpatronatus illi familiæ
Amighettæ, probatur apertè ex verbis cõfirmationis i-
pſius cõceſſionis. quæ ſanè confirmatio facta anno 1459.
habet hæc verba: Nos igitur attendentes, quòd poſtquã
domus & parentela illorũ de Marzolis de dicta terra A-
ſulæ, quibus iuſpatronatus eccleſiæ Sancti Marci dictæ
terræ de Aſula olim ſpectabat & pertinebat, & extincta
eſt, olim bonæ memoriæ Reuerendiſsimus in Chriſto
Pater D. Franciſcus de Marerio, tunc Epiſcopus Brixi-
enſis, prædeceſſor noſter, quondam Amighinum geni-
torem tuum pro ſe & ſuis hæredibus maſculis legitimis
loco dictorum de Marzolis patronum eccleſiæ prædictæ
S Marci, ex certis honeſtis & legitimis ac rationabilibus
cauſis fecit, conſtituit & creauit, &c. Non ergo vna cau-
ſa iuſta, ſed plures adfuerunt eo tempore transferẽdi ſeu
conſtituendi hoc iuſpatronatus in familiam Amighet-
torum. Hoc fortius confirmatur ex conceſſione ipſa fa-
cta eo anno 1459. à Reuerendiſs. D. Bartholomæo Ma-
ripetro Epiſcopo Brixienſi, quæ his verbis legitur: Con-
ſiderantesque prout plenariè informati exiſtimus, quòd
tu & quondã genitor tuus prædictus multa & plurima
bona eidem Eccleſiæ feciſtis: & conſeruationi & defen-
ſioni ipſius Eccleſiæ & bonorũ eius diuturnis & ſolicitis
ſtudijs inſiſtitis, prout tu inſiſtis, &c. Hæc ergo iuſta fuit
cauſa, quòd ſcilicèt multa & plurima bona, hoc eſt, reæ-
dificando fortè, redigendo bona inculta ad culturam, &
ſterilia magno ſumptu reddendo fertilia. Hæ enim iuſtæ
ſunt cauſæ, quibus eccleſia & eius bona ſeruituti laico-
26 rum ſubijci poſſunt. Ita videmus, quòd † bona feudalia
reuerſa ad eccleſiam, & effecta de menſa prælati, poſſunt
dari in feudum denuò, vt inculta ad culturam redigan-
tur, & infructuoſa ad frugem perducantur: cùm iuſta
cauſa hæc ſit, ita ſcribunt Abbas in cap. vt ſuper. num. 11.
verſi. ego crederem. de rebus eccleſ. non aliena. Præpoſ.
in cap. 1. in prin. col. pen. de his, qui feudũ dare poſſ. Clau-
dius de Seyſellio in ſpeculo feudorum, titul. Qui feudũ
dare poſſunt. pag. 216. verſi. ſeptimò ergo. & Curtius Iu.
in tract. feudo. parte ſecunda. q. 1. principali, verſic. hinc
videmus. & magis in ſpecie dicimus, quòd iuſpatrona-
27 tus † in eccleſia conſtitui poteſt ob reædificationem ec-
cleſiæ. ita tradunt Hoſtien. in ſumma de iurepatronatus.
§. ex quibus. Inn. in capi. 3. de iurepatro. Angel. Clauaſius
in ſumma, in verbo, iuſpatronatus. §. 3. Cæpolla in tract.
de ſeruit. vrba. prædio. in rubr. 59. De refectione. q. 15. Fe-
lin. in cap. cum acceſſiſſent, col. pen. nu. 33. de conſtit. Pau-
lus de Citadinis in tract. de iurepatronatus, parte tertia,
in quarta cauſa. Lambertinus in trac. de iurepatronatus,
lib. 1. tertio articulo ſextæ quæſtionis principalis partis
primæ. vbi num. 10. 11. hoc intelligit cùm refectio fuit ex
toto facta, quod hîc euenire potuit. Beroius conſi. 4. nu.
28 26. lib. 1. Potuit etiam hic adeſſe cauſa iuſta † ob ditatio-
nem eccleſiæ, quæ fortè erat inops & tenuis reditus. Quæ
ſanè ditatio iuſtam cauſam conſtituendi iuſpatronatus
præbet, modò ditatio ſit egregia: vt reſpondit Abbas con
ſilio 28. lib. 2. Ita ſcribit Paulus de Citadinis in tract. de
iurepatronatus, parte tertia, cauſa ſecunda, q. 4. etſi ab
eo in multis diſſentiat Lambertinus eodem tractat. libr.
1. art. 2. ſextæ quæſtionis principalis partis primæ. &
Beroius d. conſilio 4. numero 28. libro 1. Et noſtro in
caſu eſſe facile poteſt quòd eo anno 1422. ac etiam an-

ee no 1459.

no 1459.eccleſia nullam penè dotem habuerit,& ideò di
tatio facta ab illis de Amighettis, adhibito conſenſu E-
piſcopi facta eo animo fuerit,vt ſibi iuſpatronatus acqui
rerent, quòd aliàs non feciſſent. Quo caſu ex ſententia
Rochi Curtij in d.tract. de iurepatronatus, in verbo &
dotauit.q.6.in fine,eſt ſub nu.33.& confert quod eodem
in loco ſcribit Curtius q.vlt.

Nec hîc dubitandum eſt, quin aſſertioni ipſius Epi-
ſcopi credendum ſit,quin ſcilicèt cauſæ conſtituendi iu
patronatus verè fuerint. Nam hîc res adeò eſt antiqua,ſ
vt excedat hominum memoriam:ob id omnia ſolenniter
29 † acta præſumuntur,& illi aſſertioni creditur, quòd ſo-
lenniter omnia geſta fuerint: maximè accedente quaſi
poſſeſſione immemorialis temporis. Ita Baldus conſil.
511. Quidam Prælatus.col.2.lib.2. qui reſpondit aliena-
30 tionem † bonorum eccleſiæ præſumi ſolenniter factam
ob temporis diuturnitatem & quaſi poſſeſſionem. Idem
de alienatione bonorum minoris reſpondit Corneus
conſi.109.in fine.lib.3.quos ſecutus eſt Craue.in tract.de
antiquit.tempo.parte tertia.in principio,num.1.quo lo-
31 ci ſcribit,quòd etiam † decem anni tantùm efficerent rē
eſſe de antiquo.& idem Craue.conſi.258. nu.13. 14. idem
ſenſit.& apud Gozad.conſ.11.nu.12.13.& verè credo rem
hanc carere probabili dubitatione.

Non obſtant nunc in contrarium adducta, quia reſ-
pondetur:& ad primum dico,verum eſſe,quòd Epiſco-
32 pus † non poteſt ſubiicere ſeruituti eccleſiam, eiúſque
bona:ſed id non procedit in illis, quæ conſueuerunt ita
concedi,vt ſuprà in ſecundo opinionis noſtræ fundamē
to diximus.Præthereà & ſecundò reſpondetur, non pro-
cedere cùm cauſa iuſta concedendi adeſt, vt paulò ſuprà
in tertiò fundamento demōſtrauimus, & infrà cōfirma-
bimus declarando gl.d.c.piæ mentis.16.q.7.

Non obſtat ſecundum, quia reſpondeo, quòd imò
33 Epiſcopus & inferior † poteſt ex cauſa immutare factum
ſuperioris.ita probat l.ſi hominem.ff.manda. Quo addu
ctus cenſuit gloſſator in cap.tempora.26. q. 7. Epiſcopū
34 † poſſe immutare pœnitentiam à Papa alicui impoſitā.
Quam ſanè gloſſam cenſuit ſingularem Rom. ſing.454.
Papa imponit.& ſequitur Iaſ.in l.omnes populi,ſecunda
lectura numero 13.de iuſtit.& iure,quo loci plura ſimilia
recenſet.idem Iaſ.in conſi.1.num.6.lib.1.Marſil.ſing.182.
& Crau.conſi.21.num.3.& alia ſimilia recenſet Tiraq.in
tract.de pœnis legum,&c.in præfatione.nu.26.quo loci
35 nu.31. ex multorum ſententia ſcribit, Epiſcopum † ex
cauſa poſſe ſtatuere & diſponere contra ordinata à Sa-
cris concilijs.& num. 32. ſubiungit, poſſe etiam Epiſco-
36 pum † ſtatuere contra ius commune. Idque confirmat
infinitis propè Doctorum auctoritatibus. His addo Io.
de Sylua in tract.de beneficio,parte prima q. 6. nu. 38. &
ſubſequentibus, qui multis probat Epiſcopum ſolum
ex cauſa poſſe mutare ſtatum Eccleſiæ ſuæ & iuriſpatro
natus etiam contra voluntatem fundatoris.

Non obſtat tertium fundamentum,quia reſpondeo,
gloſſam d.cap.nobis,de iurepatro. procedere in eccleſia
37 † conuentuali,in qua laicus non poteſt habere faculta-
tem eligendi eccleſiæ prælatum. Quæ ſanè electio om-
nino ſpiritualis eſt,& ideò ad patronum non ſpectat,ita
declarat Abb.in d.capit.nobis.num. 9. de iurepatro. &
clarius in cap.de hoc.num. 10. de ſimonia. ſolum enim
38 patronus † præſentare poteſt clericos & ſacerdotes,qui
eccleſiæ inſeruire debent:non autem eligere eum,qui il-
lis præeſſe debeat.Idem ſcribit Rochus Curtius,d.tract.
de iurepatronatus,in verbo,Et dotauit,in fine. Nam po
teſtas eligendi † prælatum ſolùm Pont.Max.priuilegio
39 cōceditur,vt copioſè diſſerit Io.de Silua,in trac.de bene
ficio,parte ſecunda.q. 13. Ratio differētiæ inter facultatē
40 eligendi † & præſentādi eſſe poteſt hoc in caſu,quia per
præſentationem ſolùm tribuitur ius ad rem,hoc eſt, ad
beneficium conſequendum: ſed per electionem tri-
buitur ius in re. Hanc rationem probarunt Abbas in
d.c.nobis. Aret.in c.ſuper his.2.not.de accuſ. & Rochus
Curt. de iurepatron. in principio. q. 4.cùm enim maius
ſit periculum ex iure in re conceſſo, ob id quòd imme-
diatè poteſt adminiſtrare, ſequitur non ita de facili de-
bere concedi. Reſpondeo,& ſecundò, vt declarat Feder.
de Senis, conſilio 234. colum.2. verſic. Non obſtat &c.
quod intelligitur de parochianis, qui non ſunt patroni
modis à iure conceſſis.

Non obſtat quartum, quia facilè reſpondetur, Ab-
batem in d. conſil.59.nume.2. loqui quando aliquid ec-
cleſiæ ſatis dotatæ & opulētæ fuit donatum. Non enim
ob eam donationem donans acquirit iuſpatronatus ec-
cleſiæ: & præſertim non accedente conſenſu Epiſcopi,
vt ipſe Abbas reſpondit, & diximus ſuprà in fine propè
tertij fundamēti opinionis noſtræ,poſt Curtium & Lam
bertinum. Sed diuerſum eſt, cùm alia iuſta cauſa ſubeſt,
vt ſubeſſe potuit eo anno 1422.& 1459.vt puta reædifica-
tionis, vel alia ſimilis.

Non obſtat quintum argumentum, quia reſponde-
tur, gloſſam d.cap. piæ mentis.16. q. 7. & illius ſequaces
41 loqui & procedere, cùm quis aliquid donat † eccleſiæ,
quæ non eget ea donatione. At ſecus eſt cùm eccleſia eſt
quidem conſecrata,& ad eſſe perducta, ſed non dotata,
atque ita caret bene eſſe: tunc dotâns eam, vt iuſpatro-
natus acquirat, adhibito conſenſu Epiſcopi verè acqui
rit. & hoc caſu non habet locum traditio illius gloſſæ ca.
piæ mentis. ita multi ſuprà relati declarant, præſertim
Inno.in rubr.de iurepatro.num.2. Ioan.Andr. & Car.in
cap.1.de iurepatro.in 6.clarius Rochus Curtius in tract.
de iure patro. in verbo, & dotauit. q.2.& Lambertinus
in eodem tractatu libro 1.articul.26.q.6.partis primæ.nu.
6.Qui quidem interpretes ſcribunt,hanc dotationem &
Epiſcopi conſenſum retrotrahi ad principiū ipſius con-
ſtructionis & conſecrationis eccleſiæ. in caſu itaque no-
ſtro idem eſt dicendum, nempè, quòd etſi eccleſia S.
Marci eſſet in eſſe deducta ante annum 1422.& tempore
quo illi de Marzolis erant patroni, attamen carebat illo
bene eſſe, quod deinde fuit liberalitate & diligentia il-
lorum de Amighettis conceſſum atque tributum:quem-
admodum ambo illi Epiſcopi ſunt atteſtati.

Non obſtat ſextum & vltimum, quia reſpondetur
multipliciter. Primò hoc in caſu fidem adhiberi Epiſco-
po referenti in illa confirmatione anni 1459.quandoqui-
42 dem referenti † tunc ſtatur relatum ita ſe habere, cùm
referens ita poteſt de nouo facere.ita declarat Decius in
auth. ſi quis in aliquo, in fine. C. de edendo. qui huius
ſententiæ aſſertores plures recenſet. Quibus accedunt
Soci. Sen. conſil.265.colu.1.li.2.Ripa lib.2.reſpon.capitu.
6. Pariſ.conſi.33.num.7.lib.1.conſil.15.nu.27. & conſil.27.
nu.14.lib.4. Alba conſilio.62.numero 7. Cra. conſi.157.
numero 3. & numero 16. & Didacus libro practicarum
quæſtionum capite 21. numero 2. & ideo ſcribit Decius
43 priuilegio † principis referenti aliud priuilegium cre-
ditur, etſi de relato non conſtet. quod ſcribunt Bellonus
conſilio 36.numero 4.& Boer.q.247.nu.3.

44 Reſpondetur ſecundò, verbis † narratiuis enuntia-
tiuis fidem adhiberi in antiquis, etiam contra tertium.
ita in his ferè terminis reſpondit Alex.conſi.219.num.26.
verſi.non obſtat etiam. lib. 6. Quo in reſponſo defendit
ob temporis diuturnitatem & quaſi poſſeſsionem, ſo-
lenniter factam fuiſſe vnionem quandam eccleſiarum,
& fidem eſſe adhibendam verbis enuntiatiuis & narra-
tiuis illius ſolennitatis.

Reſpondetur tertiò, admiſſo, quòd fides adhibenda
non eſſet illi inſtrumento anni 1459. referenti illam iu-
riſpatronatus conſtitutionem factam anno 1422. nihilo-
minus idem effectus( vt ſuprà attigimus) oritur ex illa i-
pſa conſtitutione anni 1459. Qua reuerendiſsimus Do.
Maripetrus Epiſcopus illud iuſpatronatus eiſdem iuſtis
de cauſis illi familiæ de Amighettis conceſsit. Nec re-
pugnat doctrina eorum, qui dixerunt, non credi aſſer-
tioni illius,qui dū ſine cauſa aliquid facere poteſt, aſſerit
cauſā adeſſe: quia verius eſt, illius aſſertioni eſſe ſtādum

Ita in-



Ita infiniti propè, quos retuli lib.1.de arbitrarijs iudicū,
&c.q.76.nu.15. aduerſus Cardinalem, Iaſonem & cæte-
ros ſcripſerunt. Concludo itaque hoc iuſpatronatus po-
tuiſſe transferri, & de nouo conſtitui in familia illa de
Amighettis.

Secunda eſt propoſita iuris dubitatio, admiſſo minus
rectè conceſſum fuiſſe à Reuerendiſs. Epiſcopis hoc ius
patronatus familiæ de Amighettis, an ſaltem temporis
curſu acquiſitum ei & ſucceſſorib. ita fuerit, vt verè pa-
troni nunc ſint hi è familia de Turchis? Qua in re dicen
dum videbatur, præſcriptione & temporis curſu quæſi-
tum non fuiſſe iuſpatronatus.

Primò,ea ratione ita reſpondendum videbatur, quòd
* recepta * magis opinio eſt Doctorum, laicum † non poſ-
46 ſe præſcribere iuſpatronatus in eccleſia, quæ nunquam
fuit patronata, vel, ſi aliquando extitit ſuppoſita, libera-
ta etiā fuit. Hanc opinionē probarunt ex antiquis Io. de
Montemurlo,& Abbas antiquus,quos ſequitur Archid.
in capi.hortamur.71. diſtinct. Matthæus & Zabarella in
clem.plures.de iurepatro.& ibidem Imola, col. 14. verſi.
vlterius quæro.Specul.tit.de iurepar.§.1.verſ.&nota.Ab-
bas Panor.in ca. querelam. num. 9. & ibidem Zabarella
de electio.idem Abbas in conſil.106.col.2.lib.2. & in ſua
diſputatione,Augerio.colu.6.ver.& ex his ſequor.Alex.
conſ.74.nu.26.& conſi.75.num.36.lib.4. Hos refert & ſe-
quitur Cæſar Lambertinus in tract.de iure patronatus,
libr.1.art.5.q.10.partis primæ.nu.25.verſi. capio igitur pri
mum, qui eiuſdem opinionis recenſet Gaytanum in ca-
pi.vlt.col.22.de elect.in 6.& Felinum in cap.cauſam,col.
3.verſi.puto ſubſtentabilem. de præſcrip. His addo Bal-
bum in tract.de præſcrip. parte quinta principali prima
particula, q.9. quo loci teſtatur hanc eſſe receptam o-
pinionem Doctorum. Ea eſt huius opinionis præci-
47 pua ratio, quòd iuſpatronatus † eſt quid ſpirituale,
quòd à laico non poteſt poſſideri: ergo laicus poſſidens
eſt in malafide, & per conſequens nullo tempore præ-
ſcribit.

48 Secūdò admiſſo,quòd iuſpatronatus † acquiri præſcri
ptione poteſt,illud procedit cùm titulus præſumi poteſt:
atque ita quando ſumus in dubio, an præceſſerit titulus:
at quando certi ſumus, titulum nullum extitiſſe à prin-
cipio, præſcriptio nullo modo locum habet. ita Card.Za
barella in clem.plures, in prin. colum.pe. q. 5. in fine, de
iurepatron. poſt Matthæum, quem citat: & ſecutus eſt
Lambertinus in tract.de iurepatronatus, lib.1. art.5.q 10.
primæ partis. num.41. Sed in caſu noſtro apertè conſta-
bat, ab initio ( nempè anno 1422.) illos de Amighettis
nullum habuiſſe titulum huius poſſeſſionis: ergo non po
tuerunt præſcribere. Nec dicatur habuiſſe titulum ex
priuilegio Epiſcopi, quia ille titulus vt inualidus pro
non titulo habetur.

Tertiò, admiſſo quòd laicus præſcriptione acquire-
49 re poſſit iuſpatronatus: attamen iuſpatronatus † ita ac-
quiſitum non videtur poſſe impedire collationem ordi-
narij, multò minus Papæ. ita, poſt Feder. de Senis con-
ſil. 65. Infraſcriptæ quæſtiones, ſcribunt multi relati à
Decio conſil.17.num.1 Idem affirmarunt Crau. conſil.
63.num.6. Rolandus conſ.46.nu.10.conſ.47. nu.24.lib.1.
Et Didacus libro Practicarum q.cap.36.num.6. qui alios
* plures recenſet,& communem * eſſe teſtatur.addo Caſ-
ſadorum deciſ.7.num.3.tit.de iurepatro.Quamquam er-
go concederemus, præſcriptione fuiſſe acquiſitum hoc
iuſpatronatus,attamen non videtur prodeſſe hoc in ca-
ſu contra collationem Sanctiſſimi D. N. Pij V.

Quartò & vltimò, admiſſo,quòd hoc ius patronatus
acquiri potuerit præſcriptione, attamen hoc in caſu nil
50 prodeſt, ex quo † vltimus inſtitutus, nempè D. Ruber-
tus familiaris Illuſtriſſimi & Reuerendiſsimi D. Cardi-
nalis Cornelij eſt mortuus in curia: & ideo beneficium
dicitur reſeruatione affectum: atque ita patronum ius
præſentandi amiſiſſe.ita declarādo gl.cap.2.de præben.in
6.& cōmunem opinionem relatam tradit Barbatia in-
ter conſilia Alex.conſi.74.num.33. libr.4. dum ait etiam
iuſpatronatus præſcriptione, vel priuilegio quæſitū cen
ſeri reſeruatum,etſi non iuſpatronatus ex fundatione,&
aliis modis non. Ita poſt multos declarat Rochus Cur-
tius de iurepatronatus, in verbo, competens. quæ-
ſtio.24.

Re tamen non mediocri ſtudio & diligentia examina-
ta atque perpenſa, contrariam ſententiam vt veriorem
& æquiorem ſequor: quòd ſcilicèt hoc iuſpatronatus
præſcriptione ita validè acquiſitum fuit illi familiæ de
Amighettis & eius ſucceſſoribus, vt nulla prouiſio fieri
& concedi potuerit ad illius detrimentum. Quam ſanè
verā ſentētiam vt probem multa me mouēt:ſed, quò res
clarior reddatur, animaduertendum eſſe cenſeo, quòd
in hac graui & admodum perplexa diſputatione,an iuſ-
51 patronatus † in eccleſia præſcribi poſſit, diſtinguenda
ſunt priùs duo capita.Quorum vnum eſt, cùm diſputa-
tur an laicus poſſit contra laicum patronum præſcribe-
* re hoc iuſpatronatus. Et * recepta eſt Doctorum opinio,
præſcribere poſſe. ita tradunt Romanus conſi.368.Alex.
conſi.75.col.1.libr.4.Roccus Curtius in tract.de iure pa-
tronatus.in verbo, Ipſe, vel is à quo num. 86. Balbus in
tract.de præſcrip. prima particula quintæ partis princi-
palis.q.9.& Beroius conſi.12.numero 11.libro 1.Roland.
conſ.47.nume.33 lib.1.Hæc diſputatio nō eſt illa,de qua
in præſentiarum tractamus,cùm illi de Amighettis non
præſcripſerint contra illos de Marzolis, quo conſtat
iam fuiſſe extinctos antequam ipſi Amighetti poſſidere
cœperint.Secundum eſt caput, quando dubitatur, an
laicus poſſit præſcribere contra eccleſiam. Et quāquam
in hoc capite diſtinguant Curt.in tract. de iurepatro. in
verbo.Ipſe,vel is.q.36.Balbus in tract.præſcriptio. parte
5.principali,prima particula.q.9.& Pariſ.in cap.cauſam.
numer.quarto de præſcript. & alij nonnulli, quos nunc
referam,tres hos caſus.Primum, cùm conſtat eccleſiam
à laicis non fuiſſe nec cōſtructam nec poſſeſſam: ſecun-
dum, è contra, quando conſtat eccleſiam fuiſſe conſtru
ctam à laicis, & ab eis aliquando poſſeſſam: tertium,
quando ſumus in dubio,à quo ſcilicèt fuerit conſtructa.
quam caſuum diſtinctionem aiunt hi interpretes eſſe ex
mente Ioan.Andreæ in capit.quod alicui.in fine,de reg.
52 iuris.in 6.Ergo tamen † opinor Ioan. Andr. hanc diſtin-
ctionem non ſenſiſſe, ſed abſolutè & indiſtinctè affir-
maſſe, laicum poſſe acquirere præſcriptione contra ec-
cleſiam iuſpatronatus in ea.Io. Andreæ verba hæc ſunt:
Ex prædictis concludo, quòd aut conſtat eccleſiam
habere patronos, aut non conſtat. Primo caſu, aut
parochiani præſentauerunt cum patronis: aut ſine.
Vtroque caſu propriè præſcribitur contra patronos, de
capell. monac. cap. 2. & nota.de præſcrip.in cap. ad au-
dientiam. Et ipſorum patientia facit parochianos huius
iuris poſſeſſores, inſtitutione ſecuta, ad præſentatio-
nem ipſorum,iuxta ea quæ ſatis dixi,de reſtit.in integ.c.
2.& his caſib.talis patiētia iungat̄ ad rōnes dictas ſuper
verſ.hoc aūt.ſi verò nō cōſtat, ꝙ pōt eſſe dupliciter. Aut
53 qa cōſtat alios nō eſſe patronos, qa neſcitur:& hoc, qd †
neſcitur dicitur non eſſe,de conſecrat.diſt.1.c.ſolennita-
tes.cùm certum ſit eccleſiam habuiſſe homines funda-
tores,niſi miraculoſè conſtructa fuiſſet, præſumeremus
eam per populum fuiſſe fundatam:potiſſimè, quia hoc
veriſimile & fieri conſueuit, ſupra eod.cap.inſpicimus.
54 & ſecundum hoc concludam, quòd † exercitium vnius
actus competentis patrono, erit poſſeſſio patronatus,
quod eſt regulare vbi plures actus ab aliquo iure depen
dent.de religio.dom.ca.1.& hoc ex quo reliqui actus nō
apparēt poſſeſſi per alium,nec ius commune circa aliud
fundat intentionem alterius, vt ibi dixi ſuper gloſſ. pe-
nultim. Et ſic ſoluitur contrarium de decret. auditis.
de præſcription. vt ibi dixi ſuper penultim. gloſſ.&
de capell.monach. cap. dilectus, vt ibi dixi ſuper vltim.
gloſſ.Et ſecundum hoc ſaltem his vltimis caſibus con-
cedere opportet, tenentes contrariam opinionem

cui pro tanto reſtiti curioſè, &c. Hæc Ioan. Andreæ. Cu-
ius quidem vltima verba; ibi, Et ſecundum hoc, &c. de-
ceperunt Rochum Curtium in d. tract. de iurepatro na·
verbo, ipſe vel is. q. 36. dum intellexit Ioan. Andr. affirma
re, quòd quando conſtat eccleſiam fuiſſe fundatã & poſ-
ſeſſam à laicis, vel ſumus in dubio, quòd iuſpatronatus
præſcribi poſſit: ſecus verò, cum conſtat non fuiſſe con-
ſtructã & poſſeſſam à laicis ſed fallitur Curtius; quia Io.
And. impugnãdo opinionẽ Archidiaconi, dicit primò
quòd quando cõſtat, eccleſiam non eſſe conſtructã, nec
poſſeſſam à laico, verius eſt, iuſpatronatus poſſe præſcri-
bi. Deinde ſubijcit ſecundò Ioan. Andr. quòd Archidia-
conus & qui eum ſecuti ſunt, ſaltem concedere debent,
iuſpatronatus poſſe præſcribi duobus illis caſibus; nem-
pè quando cõſtat eccleſiam fuiſſe ædificatã & poſſeſſam
à laicis, & quando ſumus in dubio. Dum ergo ait Ioan.
Andr. quòd Archidiaconus debet ſaltẽ hoc concedere,
non negat illud primũ dictũ: imò illud confirmat. Quẽ-
admodum ipſemet Io. Andr. in cap. querelã, col. 2. verſi.
populis, de elect. in cap. vnico, in fin. eod. titu. ſemper ab-
ſolutè affirmauit, iuſpatron. à laicis contra eccleſiam poſ
ſe præſcribi Hanc declarationẽ ad Io. Andr. doctrinam
libenter attuli, quia Doctores, qui Ioan. Andr. ſimplici-
ter ſecuti ſunt à recentioribus interpretantur ex doctrina
55 ipſius Ioan. Andr. iuxta illud tritum, in dubio dictum †
doctoris intelligi ſecundũ iura ab eo allegata, vt inquit
Bartol. in l. non ſolùm. §. liberationis. nu. 10. de libera. leg.
Atque ita volunt cùm Io. Andr. & ſequacibus hanc eſſe
* communem *opinionẽ in duobus illis poſterioribus ca-
* ſibus, & in primo in oppoſitum eſſe communem, *vt ex
recentioribus ſcripſit Didacus in capitulo poſſeſſor, par-
te ſecunda. §. decimo, nu. 2. verſi. Ego ſanè tametſi. Et ta-
men verius eſt Ioan. Andr. in omnibus caſibus affirmare
præſcribi poſſe hoc iuſpatronatus à laicis. Verum quidẽ
eſt, quòd duobus illis caſibus Ioan. Andr. rem habet pro
indubitata: & in illo primo magis hæſitat, attamen idem
affirmat. Quocircà & alij plures, nulla habita diſtinctio-
ne horum caſuum, ſecuti ſunt Ioan. Andr. Ita enim tra-
dunt Feder. de Senis conſilio 234. ſuper primo puncto.
Bald. & Butrius in capitu. quærelam, de elect. Felin. in
cap. cauſam. colu. 3. de præſcrip. & in tract. Quando lite-
teræ Apoſtolicæ noceant patronis, col. pen. verſi. conſi-
dera primò. Ita quoque indiſtinctè Ioannem Andream
ſecutus eſt Dec. in cap. cum venerabilis. numero 36. de
exception. idem conſilio 117. colum. 3. verſic. & ſecundò
* non obſtat. & conſilio 124. numero. 3. vbi communem*
eſſe aſſerit contra Archidiaconum, idem Dec. conſil. 156.
num. 2. quod facit & Rolandus conſi. 47. num. 32. lib. 1. Et
hanc opinionem ſatis apertè probat capit. querelam. de
elect. ibi, ad quem de antiqua conſuetudine pertinet ele
ctio. Nec repugnant quod reſpondendo dicunt Archid.
& ſequaces, præſertim Lambertinus, d. lib. 1. de iurepa-
56 tro. parte j. arti. 5. q. 10. numero 38. quòd illa verba † de
antiqua conſuetudine, ſunt verba partis aſſertiua, &
quòd Papa ibi reſeruat cauſam iuriſpatronatus deciden-
dam. Hæc nil obſtant. Eſt ratio manifeſta, quia ibi Papa
non improbat acquiſitionem ex præſcriptione: quam
quidem improbaſſet, ſi iuſpatronatus eo modo acquiri
non poſſet. Prætereà probat & hanc ſententiam tex. in ca
generali. §. penult. de elect. in 6. vbi æquiparatur acquiſi-
57 tio † ex fundatione & ex conſuetudine, hoc eſt, ex præ-
ſcriptione. Rurſus Feder. d. conſil. 234. column. 1. aliis ra-
tionibus, quas ſuperſedeo referre, hanc ſententiam com
probat. Hac itaque Io. Andreæ opinione conſtabilita, de-
ducitur.

Primò, hoc argumento noſtram ſententiam, nem-
pè illos de Amighettis præſcripſiſſe hoc ius patronatus
in Eccleſia Sancti Marci.

Secundò, eſto quòd vera ſit illa diſtinctio caſuum fa-
cta à Rocho Curtio, Balbo & Pariſio, attamen adhuc
conſtat, Amighettos præſcripſiſſe hoc ius patrona: ſiqui-
58 dem cõſtat † eccleſiã hanc fuiſſe ante eos poſſeſſã (ꝙ ſuffi
cere videtur) ab illis de Marzolis: atq; ita ſumus in ſecun
do caſu diſtinctionis, quòd ſcilicèt præſcriptio locum ha
bere poſſit, relati Doctores affirmant.

Tertiò admiſſo, quòd non conſtet illos de Marzo-
lis non conſtruxiſſe eccleſiam hãc, etſi eam poſſederint:
& quòd vtrunque ſit neceſſarium: attamen negari non
59 poteſt, quin ſimus indubio, in quo † quidem præſum-
ptio eſt, quòd eccleſia hæc fuerit cõſtructa ab illis de Mar
zolis, & per conſequens à laicis poſſeſſoribus potuiſſe
præſcribi: iuxta tertium illum caſum diſtinctionis Rochi
Curtij, Balbi & aliorum.

Quartò opinor rem hanc ea ratione eſſe claram, ꝙ
60 hîc præſcriptio habuit antecedentem titulum. Qui † ſa-
nè titulus efficit præſcriptioni locum eſſe, vt ſcribit Car-
dinal. in cap. querelam, col. pen. verſi. ſecundo caſu, de e-
lectio. & in clemẽ. plures. q. 5. de iurepatro. quem ſecutus
eſt Cæſar Lambertinus in tract. de iurepatronat. lib. 1. par
te 1. artic. 5. q. 10. nu. 40. de tit. hîc conſtat, quia anno 1459.
Reuerendiſsimus Epiſcòpus Brixiæ hanc conceſsionem
fecit, & à ſuo anteceſſore eo an. 1422. factum fuiſſe atteſta
tur. Nec hîc aduerſatur, quòd iſte titulus non ſufficiat
ad inchoandam præſcriptionem: vt ſenſit Cardinalis lo
61 cis iam allegatis, qui ait, hoc in caſu titulum † debere
procedere à Papa: quia titulus habitus ab inferiore non
prodeſt. Non inquam hoc aduerſatur, quis dupliciter reſ
pondetur. Primò, Cardinalem loqui cùm titulus ab in-
feriore conceſſus, eſt inualidus, vt quia ſine cauſa iuſta
conceſſit: ſed diuerſum eſt in caſu noſtro, in quo (vt dixi
ſuprà in primo capite huius conſultationis) iuſtis de
cauſis facta eſt conceſſio. Secundò reſpondeo, quòd
etiamſi titulus iſte eſſet inualidus, vt potè conceſſus ab
eo, qui non potuit concedere: attamen præſcriptioni lo
cus eſſe potuit, fremat modò quantum vellit Cardinalis.
62 Nam titulus † inualidus dat iuſtam cauſam præſcriben-
di. Ita in ſpecie noſtra probat tex. in cap. cura, de iurepa-
tro. vbi titulus donationis inter viuos eſt improbatus, vt
eo iuſpatronatus trãsferatur: & tamen temporis præſcri
ptione conualidatur. Et ideo eo textu adductus decidit
Guido Pap. q. 159. Duodecima, poſt Hoſtien. Butrium &
63 Cardinalem, quod licèt alienatio † de rebus eccleſiæ
facta ab Epiſcopo ſine conſenſu capituli non adferat iu-
ſtum titulum acquirenti, quò ad pleni dominij acqui-
ſitionem, adfert tamen quò ad inchoandam præſcri-
ptionem. Idem reſpondit Feder. de Senis conſi. 247. Ca-
ſus talis eſt, quidam Epiſcopus nu. 1. verſ. item in remiſ-
ſione, ibi, niſi quò ad dandam cauſam præſcribendi. Ru-
beus conſi. 75. colum. 2. & copioſè Crauet. de antiq. tem-
po. 4. part. principali, partic. 4. quæ incipit. Materia. nu.
7. vbi egregiè declarat.

Quintò, admiſſo quòd titulus conceſſus ab Epiſco-
po Brixiæ eo anno 1459. ſit inualidus, attamen adhuc o-
pinor iuſto titulo quæſitum fuiſſe iuſpatronatus ipſis
Amighettis. Nam non conſtat, quòd conceſſio facta ab
Epiſcopo anno 1422. fuerit ſola ipſa auctoritate Epiſco-
pali, vel pontificia facta: atque ita ſumus in dubio. Quo
poſito, ſequitur, quòd illi de Amighettis, ſi eis mota fuiſ
ſet controuerſia ſuper hoc iure patronatus, allegaſſent,
ſe habere iuſtum & legitimum titulum à Pontifi. Max.
& ab ipſo Epiſcopo Brixiæ confirmatum atque execu-
64 tum eo anno 1422. & ad huius † tituli probationem ad-
duxiſſent hanc præſcriptionem & curſum temporis me
moriam hominum excedentis: iuxta doctrinam Felini
in ca. cauſam, col. 3. verſ. puto ſuſtentabilem, de præſcri-
ptio. & in tract. quando literæ apoſtolicæ noceant patro
nis, colum. vlt. verſi. conſidera tertiò. idem ſcripſerunt
priùs Abbas in d. cap. querelam. num. 9. in fi. de electio.
Alexander. conſi. 74 numero 46. ver. accedat ad hoc. lib.
4. Barba. conſilio 35. columna ſecunda lib. ſecundo, Dec.
conſi. 129 nu. 3. Curt. Iun. conſi. 158. col. 4. & Purpura. in l.
Imperium. nu. 193. de iuriſdict. om. iud. Eodem ergo mo-
do poteſt nunc Dom. Bartholomæus Turchus ſeipſum
tueri, allegando. ſ. ꝙ hoc iuſpatronatus fuit auctoritate
apoſtolica



apoſtolica conceſſum ſuis anteceſſoribus, nempe illis de
Amighettis, & quòd ea auctoritate adductus Epiſcopus
Brixiæ eo anno 1422. conceſſionẽ cõfirmauit: & ad huius
tituli validi probationem inducere hunc curſum tẽporis
centum & quinquaginta propè annorum, & fortius hoc
procedit ex eorum opinione, qui dixerunt, nec etiã hoc
caſu fore neceſſe allegare titulum, vt mox dicemus.

Sextò opinor hîc ceſſare omnem diſputationem, cùm
65 hîc adſit titulus à lege præſumptus. Nam lex † præſu-
mit titulum adeſſe ex curſu temporis excedentis ho-
minum memoriam. ita probat l. hoc iure. §. ductus
aquæ. ff. de aqua quotid. & æſtiua. & capi. 1. de præ
ſcrip. in 6. & ibi Archid. & gloſſa in verbo non extat.
& Gemin. col. 3. verſi. quæro quare. Cynus in l. ſi certis
annis, colum. vlt. q. 12. C. de pactis. Card. conſi. 118. Pri-
mùm quo iure, col. pen. verſi. & quod dixi de longo, &c.
Alexand. conſi. 6. col. 1. nu. ſecundo, verſi. & neutro ca-
ſu. lib. 1. Cor. conſi. 268. col. 11. verſi. & pro claro. lib. 4. Fel.
in cap. cùm nobis, colum. 2. verſic. prætereà ſecundum
Imolam. & in ca. accedentes, colum. 5. verſ. ſed diceres,
de præſcript. Dec. conſi. 341. col. pen. verſi. & patet ex om
nibus. Cur. Iun. conſi. 61. colum. 1. & Pariſ. conſi. 27. num.
80. lib. 1. Et in ſpecie noſtra hunc titulum ſufficere reſpõ
dit Beroius conſil. 6. num. 9. lib. 1. Et adeò efficax eſt iſta
66 præſumptio, vt † nec etiam opus ſit allegare titulum ip-
ſum, cùm ſatis ſit notus & allegatus ex ipſius temporis
demonſtratione. ita probat gloſſ. cap. ſuper quibuſdam.
§. prætereà, in verbo non extat, de verbo. ſignifica. Cal-
der. conſi. 1. tit. de libelli obla. Guido Pap. quæſtio. 408. in
fine. Abbas conſil. 7. colum. 4. verſic. & quanquam hæc.
lib. 2. Iaſ. in l. ſi certis annis, col. vlt. lim. decima. C. de pa-
ctis. Soc. Sen. conſi. 127. col. penu. verſi. & eo maximè præ
dicta procedunt, lib. 1. Gozad. conſi. 8. num. 37. Balbus in
tract. præſcrip. parte tertia principali, 2. partic. q. 6. nume.
28. Afflictus deciſ. 239. in fine. Loffredus conſi. 40. nume.
38. & Caſſane. conſil. 34. nume. 7. Et in ſpecie iuſpatrona-
tus ita reſpondit Feder. de Senis. conſi. 234. colum. 3. ver.
maximè hoc procedit: quem in ſpecie ſecutus eſt Feli. in
cap. cauſam, col. 3. verſi. puto ſuſtentabilem. de præſcrip.
67 Prætereà, adeò efficax eſt iſta præſumptio † vt dicatur
iuris & de iure, ita quòd non recipit probationem in cõ-
trarium. Ita ſcribunt Fel. in capitulo cùm nobis, colum.
3. verſic. ſcias etiam. de præſcrip. Gozad. conſil. 8. numer.
37. verſi. imò ſecundum Felinum. Rubeus conſi. 13. colu.
2. verſic. & ſi iterum dicatur. & Soc. Iun. conſi. 115. nume.
* 38. lib. 2. Et hac opinio eſt verior * & magis recepta, & ſi
ab ea diſſentiant gloſſ. in d. capitulo primo, in verbo niſi
de præſcript. in 6. Felin. in capitulo de quarta. colu. pen.
verſic. conſidero duo de præſcrip. Afflictus deci. 368. nu-
mero 10. & clarè Pariſ. conſi. 27. nume. 120. lib. primo ſed
eſto, quòd hæc poſterior eſſet verior, qua ratione dici
poteſt, quòd contrarium probari poſſit in hac ſpecie, de
qua agimus.

68 Illud etiam addo, quòd hæc præſumptio † adeò vr-
gens eſt, vt etiam procedat contra clericos & libertatẽ
eccleſiaſticam. Nam efficit, vt præſumatur eccleſiaſtica li
bertas iuſtis titulis & cauſis ſublata. Ita egregiè reſpon-
dit Caſtrenſ. conſilio 423. Ex puncto tranſmiſſo. colum-
na 2. verſ. in contrarium, li. 2. Et idem ſcribunt Bal. in c. 1.
in princi. numero octauo de his qui feudum dare poſſ.
Deci. in cap. 1. col. 1. verſic. 2. non procedit, de conſuetud.
Cur. Iun. in trac. feudorum. parte 2. quæſtion. tertia prin
cipali numero tertio & Pariſ. conſilio 27. numero 32. li-
ro primo. Quæ ſententia procedit ſine controuerſia quã
do leue detrimentum eccleſiæ adfertur, vt præcitato lo
co declarat Curtius Iun. qui adfert exemplum in præ-
ſcriptione infeudandi bona eccleſiæ. Nam leue ex ea in-
feudatione infertur præiudiciũ eccleſiæ, apud quã rema-
69 net directũ dominiũ. Ita in caſu nr̃o leue † eſt eccleſiæ de
trimentũ ꝙ ſit patronata, immò ei vtilis eſt pſæpe cũ à pa
tronis, ſi collapſa eſt, reſtituiẽ, & reſtituta defendiẽ, vt eue
nit elapſis his an. in caſu nr̃o. Ex actis. m̃. cõſtat D. Batho-
lomæũ reparaſſe hãc eccleſiam, & illi plurimũ profuiſſe.

Nec eſt quòd obijciatur, relatas Doctorũ traditiones
non procedere quando is qui præſcribit, eſt incapax rei à
ſe poſſeſſæ, vt declarat Abb. in c. quãto. primo nota. de cõ-
ſue. in cap. cauſã, & in ca. ad aures, vtroq; loco primo no-
tab. præſc. Card. cõſi. 88. col. 1. verſ. ſi tñ. Dec. conſ. 148. nu.
5. Ruin. cõſ. 156. col. vlt. verſ. pari ratione. li. 4. Marſil. ſing.
80. & Pariſ. conſ. 13. nu. 17. li. 4. Non inquã hoc repugnat,
70 cùm laicus nõ † ſit omninò incapax iuriſpat. vt dixi ſu-
prà, & in ſpecie ita reſpõdet Feder. de Senis cõſ. 234. col. 2.
Et hæc ſentẽtia cõfirmatur ex verbis ſacroſancti Cõcilij
Tridentini ſeſſione 25. ca. 9. in illis verbis, ſiue etiã ex mul
tiplicatis præſentationib. per antiquiſſimũ temporis cur
ſum, qui hominũ memoriã excedat. Hæc verba oſtẽdunt
titulum ex præſcriptione eſſe iuſtum titulum, ex quo
ibi æquiparatur titulo fundationis & dotationis. Et il-
la conſtitutio conciliaris de omnibus iuriſpatronatibus
etiam laicorum loquitur, vt etiam verba ſubſequentia
oſtendunt.

Septimò & vltimò, vt huius ſim ſententiæ, quòd ſci-
licèt præſcriptionẽ acquiſitũ ſit hoc ius patronatus, mo-
71 uet me hæc † argumentatio ducta à ceſſante ratione, præ-
ſcriptionis impeditiua. Eſt enim (vt ſuprà in primò fun-
damento partis aduerſæ) ratio impeditiua huius præſcri
72 ptionis, malafides laici poſſeſſoris, qui dum † poſſidere
non poteſt, non poteſt præſcribere. atqui in caſu noſtro
hæc malafides ceſſat, ergo locus eſt præſcriptioni. Illa mi
nor multipliciter probatur. Et primò, quia illa conceſſio
iuriſpatronatus facta anno 1422. necnon & illa facta an-
no 1459. auctoritate Epiſcopali ſolenni more factæ fue-
73 runt: & is † patronus eadem auctoritate fuit miſſus in
quaſi poſſeſſionem illius iuris: ergo habuit bonãfidem.
Ita in ſpecie docuit Abbas in cap. conſulationibus. nu. 5.
verſ. ſed dubitatur. & ibidem Card. de iurepatro.

Secundò bonafides hîc adfuit in ſucceſſoribus illius
primi patroni.

Nam admiſſo etiam quòd ille primus patronus fuiſ-
ſet malæfidei poſſeſſor, & is nunquã præſcribere potuiſ-
ſet. etiamſi mille annos vixiſſet, attamen eo primo mor-
74 tuo, illius ſucceſſores † bonam fidem habere præſumũ-
tur. quia l. in alterius, de reg. iuris. & capitulo cùm quis.
de regul. iur. & c. cùm quis. de regul. iuris, in ſexto. & in
ſpecie ita egregiè cõſiderat hanc bonãfidẽ Fede. de Senis
dicto conſilio 234. nu. 3. in fin. Quo loci citat capitu. cura,
de iure patron. quòd optimè probat iuncta declaratione
gloſſæ, ibi, in verbo, legitima, in fine.

75 Tertiò bonafides † in caſu noſtro præſumitur & con-
ſideratur ex curſu temporis excedẽtis hominum memo-
riam: & hîc aduertatur, quia non dico in præſcriptione
immemorialis temporis non fore neceſſariam bonam fi
dem: quia imò neceſſariam eſſe affirmo, quemadmodũ
& rectè affirmarunt glo. & Doct. in c. 1. de præſcript. in
ſexto, Abbas in c. vlt. in fi. de conſtit. Ripa in c. cùm eccle
ſia Sutrina, nu. 99. de cauſa poſſeſſ. & propr. Rubeus con-
ſi. 13. num. 14. & Craue. conſi. 146. num. 2. Et in ſpeciæ præ-
ſcriptionis iuriſpatronatus, ita ſcriptum reliquit Ro-
chus Cur. in trac de iurepatronatus, in verbo, Ipſe, vel
is. q. 36. verſic. comprobãtur. Verùm illud hîc dico, quòd
hæc bonafides præſumitur ex tanti tẽporis lapſu. ita ſcri-
bunt Alexand. conſi. ſexto, nu. 1. verſi. nec etiam, li. primo,
Ripa in dicto. cap. cùm eccleſia Sutrina. nu. 99. Cur. Iun.
in tractat. feudo. par. j. q. j. nu. 8. & Pariſ. conſi. 27. nu. 81. li.
primo. His opinor ſatis ſupérque eſſe hanc opinionem
firmatam & conſtabilitam.

Non obſtant nunc adducta in contrarium, quibus
etſi ex iam deductis ſatisfactum credam, attamen, quò
clariora omnia reddantur, in ſpecie reſpondetur. Ad pri-
76 mum itaque reſpõdeo, quòd imò verior † eſt opinio Io.
* Andreæ, & * magis recepta, quòd ſcilicèt iuſpatronatus
à laicis contra eccleſiam præſcribi poſſit: nec illa Archi-
diaconi & ſequacium opinio vel iure, vel ratione vera
aliqua fulcitur. eſt enim vna (vt dixi in dicto primo

fundamento partis aduerſæ) & præcipua eorum ratio,
77 quam adhuc ita paucis deduco. Malæfidei ✝ poſſeſſor
nullo tempore præſcribit. auth. malæfidei. C. de long.
tempo.præſcript.cap.vlt.de præſcrip.in 6. ſed laicus poſ-
ſidens eccleſiam ſine titulo, eſt in malefide, ergo nullo
tempore laicus iſte præſcribit contra eccleſiam ius ali-
quod. Illa minor propoſitio probatur, quia iuſpatrona-
78 tus ✝ laici in eccleſia eſt gratia, vt copioſà ſcribunt om-
nes in rubr.de iurepatro.& Bero.in cap.quoniam. col. 1.
eod.titul. Quam ſanè gratiam ſpecialem non habet iſte
præſcribens, & per conſequens caret iuſta poſſeſſione,
ſine qua præſcriptio non currit.c.ſine poſſeſſione.de reg.
iuris.in 6.Hæc ratio non eſt vera, & multis confutari fa-
cilè poteſt, præſertim in hac ſpecie.

Reſpondeo itaque primò,quòd iuſpatronatus non eſt
quid ita ſpirituale, quòd à laico poſſideri non poſſit:cùm
verè poſſit. Nam ex gratia & priuilegio poſſe videmus:
atque ita non eſt laicus, iure communi inſpecto, ita in-
capax huius iuriſpatronatus,vt eſt incapax rei verè ſacræ
& ſimilium quæ non niſi ab eccleſiæ miniſtris tractari
poſſunt.Et ideo,ſi gratia & priuilegio cōferri poteſt hæc
facultas laico, vt in eccleſia habeat iuſpatronatus, ergo
poterit acquiri temporis præſcriptione, quæ vim priui-
legij & gratiæ habet:cùm ſcilicèt eſt temporis immemo-
rialis.cap.ſuper quibuſdam.§.præterea, de verbo. ſigni-
ficat.vbi Docto. Et vera eſt hæc aſſertio, quòd ſi concedi
hoc poteſt, etiam præſcribi poteſt: quandoquidem quæ
79 ✝ ſunt conceſſibilia, ſunt etiam præſcriptibilia. Ita in
ſpecie ſenſit Ioan.Andreas in d.cap.quòd alicui, col.vlt.
verſic. item conſtat, de regu.iuris, in ſexto, cuius verba
hæc ſunt: Item conſtat, quòd qualia certis per priuile-
gia conceduntur, per alios præſcribuntur. patet exem-
plum in exemptione.de religio. domi.cap. cùm dilectus
de priuileg.c. cum perſonæ, eod.titu. In libera receptio-
ne ordinum.de præſcriptione, veniens. iuncto. ca. olim,
eod.titu.Hæc Ioan. Andreas.Ita econtra videmus,quòd
illa, quæ non poſſunt concedi, non etiam præſcribi poſ-
ſunt,vti ſcribūt Bellame. conſi.27.col.j.& Afflic.in con-
ſtit.Neapolitan.tit.de præſcript.nu.19.Et ex infrà dicen-
dis hoc magis confirmabitur. Nec hîc repugnat, quòd
tunc demum ea quæ ſunt conceſſibilia, dicantur & præ-
ſcriptibilia, cùm adeſt capacitas præſcribentis. vt reſpon
dit Bero.conſi.21.nu.28.lib.primo, poſt Abb.dicta diſpu.
5.Augerio,colum.ſexta,verſicu.ex his. & Felinum in di-
cto capitulo, cauſam, columna tertia, verſic. dum tangit
de præſcrip. quia reſpondeo vno verbo, laicum eſſe ca-
pacem iuriſpatronatus: & hoc admittunt Felinus,Bero-
ius, & cæteri, dum affirmant, ipſi laico acquiri tempo-
pore immemoriali, quod non procederet, ſi eſſet omni-
nò incapax.

Reſpondeo ſecundò, quòd in caſu noſtro ceſſat illa
malafides,cui innituntur Archidiaconus & ſequaces.ceſ
ſat inquam hæc malafides, vt ſuprà in vltimo fundamē-
to noſtræ ſententiæ tribus rationibus demonſtrauimus.

Reſpondeo tertiò, quòd etſi laicus quaſi poſſeſſor iu-
riſpatronatus careat illo titulo gratiæ ab initio præſcri-
ptionis: attamen præſcriptione finita & perfecta titulus
præſumitur, vt iam diximus ſuprà ex dicta lege prima.§.
ductus aquæ.ff.de aqua quotid.& æſt.cap.1.de præſcri.in
80 ſexto. Immò ✝ & curſu illius temporis excedētis homi-
num memoriā, priuilegiū inducitur. cap.ſuper quibuſ-
dam.§.præterea.de verbo. ſignific. & ſcribunt gl. in cap.
innouamus,in verbo Regū,de cenſib.Bart. in l.quo mi-
nus.nu.15.ff.de Flum.Alex.conſi.35.col.j.li.1,Iaſ.conſ.208
81 col. pen.verſ. tamē ea.li.2.qui affirmāt tanto ✝ tempore
præſcribi etiā reſeruata principi. Quod probarūt & Soc.
Sen.conſil.7.nu.4.li.3.Dec.conſi.271.nu.3.& cōſ.496.nu.
5.Cur.Iun.cōſ.20.nu.6.& cōſ.61.col.j.& Pariſ.cōſ.101.nu.
6.li.1.Quēadmodū ergo priuilegio acquiri potuit, ita &
præſcriptione. Eſt tamen hîc aduertendum,quia D.Bar-
tholomæus non innititur priuilegio, ſed titulo, de quo
ſuo loco ſatis dictum fuit.

Non obſtat ſecundum argumentum partis aduerſæ,
quia reſpondeo, & hoc fundamentum in aduerſarios
retorqueo, vt dixi ſuprà in quarto fundamento pro hac
parte adducto. Præterea & ſecundo reſpondeo, quòd
illa doctrina Cardinalis non eſt vera, dum negat titulū
datum ab Epiſcopo non ſufficere ad præſcribendum.
Nam (vt diximus ſuprà in prima dubitatione) non
prohibetur abſolutè Epiſcopus concedere laico iuſpa-
tronatus: ſed qualificatiuè prohibetur, nempè cùm ſine
iuſta cauſa facit. Quo poſito ſequitur, quòd titulus da-
tus ab Epiſcopo, etiam ſi de cauſa non conſtet, ad præ-
ſcribendum ſufficit. Hanc ſententiā apertè probat doc-
trina Calder.conſi.4.titu. de præſcrip. cùm ſcribit, con-
82 ceſſionem ✝ exemptionis & libertatis non eſſe ſimplici-
ter prohibitam, ſed conceſſam ſecundum quid & ob id
titulus inualidus de ea conceſſus prodeſt ad præſcriben-
dum: & alios ſuprà retuli.

Reſpondeo tertiò præſcriptionem illorum de Ami-
ghettis non tantùm niti ex illa conceſſione Epiſcopi fac-
ta anno 1459.quantùm ex illa anni 1422. quæ quidem
prima non conſtat quòd fuerit nulla & malè conceſſa,
ſed ſumus in dubio: & ideo ob temporis antiquitatem
præſumitur titulus iuſtè & validè conceſſus, nempè e-
tiam adhibita auctoritate ſummi Pontificis.

Non obſtat tertium:quia reſpondeo,quòd imò iuſpa
83 tronatus ✝ præſcriptione acquiſitum,eſt adeò validè ac-
quiſitum, vt etiam impediatur collatio Papæ in hoc Se-
reniſſimo Venetorum Dominio ob legem ipſius domi-
84 nij generalem, quæ non admittit derogationes † iuriſ-
patronatus laicorum.quæ ſanè generalis lex etiam con-
tinet caſum iuriſpatronatus acquiſitum præſcriptione.
ita ſenſit Didacus in libro practic.quæſtio.cap.36.nume.
ſexto,verſicul.tertio in hac.qui ſcribit in Regno Hiſpa-
niarum non admitti has derogationes:vt nec in Regno
Galliarum recipiūtur,ſicuti atteſtatur Rebuffus in praxi
beneficiorū,in tertia parte,ſignaturæ,in verbo, Nec non
iurepatronatus.num.24.quo loci.num.71. ſcribit, quòd
nunquam vidit in praxi obſeruari, quin neceſſaria ita ſit
clauſula derogatoria ad tollendum hoc iuſpatronatus,
vt illud quod eſt veris modis quæſitum. Et hac ratione
benefactum eſt à Clariſſimis D. Aduocatoribus Venetia
rum,cùm iuſſerunt Magnifico & Reuerendo D.Herculi
Strocio,vt renuntiaret impetratis in Curia Romana, ad
huius iuriſpatronatus derogationem, quod ab ipſo Do.
Hercule fuit obſeruatum.

Non obſtat quartū & vltimum,quia reſpondetur,re
ſeruationem non procedere etiam hoc in caſu contra
iuſpatronatus præſcriptione acquiſitum. Nam commu-
* nis * eſt ſententia, quòd ius patronatus ✝ non cenſeatur
85 comprehenſum ſub reſeruatione beneficiorum:vt hanc
probarunt permulti relati à Rocho Curtio in tract. de
iurepatronatus,in verbo,competēs.q. 24. & præter eum
ſcribunt Caſſador.deci.1.tit.de dilatio.Rebuffus in tract.
nominatio.q. 8.nume.38.idem in praxi beneficiorū.in 3.
parte ſignaturæ,in verbo,Nec nō iurepatronatus.nu.20.
20.Cæſar Lambert.de iurepatronatus,lib.2.part.1.q.6.artic.
2.& Didacus lib.Practicarum quæſtionum,cap.36.col.5.
Hæc communis ſententia locum etiam habet hodie ex
praxi & ſtylo in iurepatronat⁹ acquiſito præſcriptione,
86 vt teſtatur Rebuffus præcitato loco. num. 71.qui ſcribit,
praxim non curare has ſubtilitates.& idem ante eum aſ-
ſeruit Dec.conſi.126.num.3. verſi. Et iſta opinio. & licet
aliqui diſſentiant (vt ſuprà dixi) præſertim Caſſado-
rus.d.deciſ.7.num.3.titu.de iurepatron. attamen eorum
87 opinio procedere poſſet,vbi iuſpatronatus ✝ eſſet acqui-
ſitum præſcriptione ordinaria:non autem curſu tempo-
ris vltra centum annos, vt in caſu noſtro. quod ſenſit
Alexand.conſil.75.num.10. lib. 4. & illum ita intellexit
& ſecutus eſt Felin.in ca.cauſam.col.4. verſi.& aduerte
quia per prædicta.de præſcrip.Ea eſt ratio(vt ſuprà,quia
eſt hoc caſu verus titulus acquiſita. Præterea reſponde-
tur, ꝗ hoc iuſpatronatus innititur non ſoli præſcriptio-
ni,



ni, ſed titulo, qui datus præſumitur eo anno 1422.à Pō-
tifice. accedente Epiſcopi confirmatione per inſtitutio-
nem,ſuo loco dixi.

Tertia dubitatio propoſita nūc enucleanda eſt,an hoc
iuſpatronatus legari potuerit à Domi. Galeacio Ami-
ghetto D. Bartholomæo Turco, maximè ſubſecuta cō-
firmatione Reuerēdiſſimi D. Epiſcopi Brixiæ.Qua in re
dicendum videbatur, legari non potuiſſe.

Primò ea ratione,iuſpatronatus laico in eccleſia con-
ceſſum, dicitur ex gratia & priuilegio ſpeciali con-
ceſſum, quemadmodum ſuprà in præcedenti dubita-
tione diximus. Atqui conceſſum alicui in priuilegium
88 ✝ & gratiam ad alios non poteſt transferri.ca. petiiſti.
7. q.1.cap.ſanè.de priuileg.quo loci ſcriptum eſt, indi-
gnum eſſe aliquid ſibi ſua auctoritate præſumere, quod
Romana eccleſia alicui,certa ratione in ſpecta, ſingu-
larib. voluit beneficijs indulgeri. ergo patronus non
poteſt alteri iuſpatronatus legare.

Secundò accedit, quòd non poteſt patronus exce-
dere facultatem & ius ſuæ poteſtatis conceſſum in illo
iurepatronatu: cùm de omnibus, quæ ſpectant ad offi-
89 cium eccleſiaſticum, illud ſolùm licet ✝ laicis, etiam in
neceſſitate, quod iure reperitur expreſſum: ita cenſent
glo. in cap. vlt.24.q.1.& Inno. in c. quanto, de conſue-
tud. ſed in conſtitutione iuriſpatronatus non eſt con-
ceſſa hæc poteſtas, vt alteri laico legari illud poſſit,
90 cùm ✝ ſolùm tributum ſit ius alimentorum & hono-
ris atque præeminentiæ. cap. bonis. de iurepatro. glo.
in.c.piæ mentis. 16.q.7.ergo non poterit patronus alte-
ri ius ſuum legare.

Tertiò vrgere non parum videtur tex. in capitu.
cùm apoſtolica, de his quæ fiunt à præla. Quo conſti-
91 tutum eſt, laicos ✝ quibus antiquitus ſunt conceſſæ de-
cimæ in feudum, non poſſe transferre ſine conſenſu E-
piſcopi eccleſiaſticæ perſonæ,vel loco religioſo:à ſenſu
contrario, non poſſunt ij laici etiam cum conſenſu Epi-
ſcopi transferre in alios laicos. Quod non alia ratione
videtur factum quàm quòd decimæ hæ conceſſæ dicun-
tur de gratia & priuilegio his laicis. c. ad hæc, &c.quā-
uis, de decimis, ergo idē decedū eſt in iure patronatus.

Quartò ſuffragari videtur, quòd hæc eſt iuris regu-
la, laicum non poſſe iuſpatronatus in alium transferre.
92 Quæ ſanè regula ſolùm ✝ videtur limitata eo in caſu
cùm transfert in eccleſiaſticam perſonam & religio-
ſum, cum conſenſu tamen Epiſcopi: ita probat c. nul-
lus, de iure patron. ergo in cæteris ſtat regula, quòd ſci-
licèt laicus non poſſit etiam cum Epiſcopi conſenſu trāſ-
ferre iuſpatronatus in alterum laicum.

Quintò mouet dubitationem, quòd conſtitutum eſt
in cap. præterea, il ſecundo, in fine, de iurepatro. quòd
93 donatio ✝ iuriſpatronatus priuato facta vim aliquam nō
94 habet. Quæ dictio ✝ aliquā, oſtendit donationē nullius
penitus eſſe momenti, ſicut conſiderat Abbas Panor. in
diſputa. quinta, incipit, Augerio, col.5.verſi. puto tamē.
qui nonnullas conſiderationes Innocentij ad textū illū
confutat. Et col.6.ſubiungit,hanc inutilem tranſlationē
cōfirmari nō poſſe ex ſuperuenięti auctoritate Epiſcopi.

Sextò & vltimò accedit auctoritas eorum qui affir-
marunt, patronum non poſſe laico legare iuſpatrona-
tus. Ita affirmarunt Archidiac. in cap. 1.de iurepatron.
in ſexto poſt Lauren. quem refert, aſſerens, iuſpatro-
natus eccleſiaſticum non tranſmitti ad alios quàm ad
hæredes ſanguinis. clarius & apertius Abbas in dicta
diſputa. quinta. incip. Augerio,colu.3.& 4.Hæc nō leuē
dubitationē in hac tertia difficultate mouere videbatur.

Cæterùm, his accuratè & diligenter conſideratis,
contrariæ ſum opinionis, quòd ſcilicèt iuſpatronatus
hoc legari potuerit Domi. Bartholomæo Turco, ma-
ximè accedente conſenſu & auctoritate Reuerendiſſimi
* D. Epiſcopi:cùm & iure & *recepta magis Doctorum o-
pinione permiſſum ſit laico & donare & legare iuſpa-
tronatus. Quæ ſententia ita multis demonſtratur vea

Primò ex text. in ca. ex inſinuatione, de iur. pat.quò
loci ſcriptū eſt, quòd cùm vnus fratrum alteri liberaliter
contuliſſet,hoc eſt donaſſet,aliqui occuparunt illud iuſ-
patronatus: iubet ſummus Pontifex occupatores debe-
re reſtituere, vt is patronus poſſit ad libitum diſponere.
Nec ille textus reſtringi debet vt glo. ibi reſtringit, vt
ſcilicèt loquatur accedente conſenſu Epiſcopi: quia de
conſenſu Epiſcopi nullum verbum. Non etiam rectè eo
loci ſcribit gloſſa diuinando, quòd illa libera collatio
non eſſet donatio,ſed potius quædam facultas ordinan-
di eccleſiam: cùm verius ſit ibi agi de collatione libera,
hoc eſt, de alienatione in fratrem facta. Et ibidem affir-
mat Abbas illam fuiſſe donationem poſt Butrium & Io.
Andr. licèt intelligat Butrius id eſſe, quia facilius conce-
95 ditur donatio ✝ ſeu renuntiatio ſui iuris facta in fratrem
quàm extraneum. Quod ſenſit & Iaſon in l. voluntas.
nu.nono, C. de fideicōmiſ. ſed verius eſt quod ſcribit eo
loci Io. Andr. nil differre ꝗ vel fratri vel alteri donetur.
præterea non conſtat, quòd fratres illi eſsent cōpatroni.

Secundò ſuffragatur text.in capitu.1. de iurepatro. &
in clem.plures,eod.titu.vbi conſtitutū eſt iuſpatronatus
96 ✝ liberè poſſe titulo inſtitutionis, atque ita hæreditario
relinqui:ergo & titulo legati vel altero ſingulari. Nec ve
ra eſt ratio illa differentiæ, quam aliqui cōſiderant, quòd
quando titulo hæreditario relinquitur, dicitur in con-
ſequentiam tranſire: non autem cum titulo ſingulari,
quia venit principaliter. Nam hæc ratio vera non eſt, vt
rectè aduertit Beroius in cap. illud. num.13.verſicul. ſed
huic rationi, de iurepatro. Non enim quòd veniat prin-
cipaliter vel in conſequentiā facit, vt laicus efficiatur ca-
pax, ſi aliàs incapax.

Tertiò accedit capitu. illud, de iurepatro. in quo ve-
rè agitur de iure patronatus, iuxta materiam tituli, ſub
quo eſt collocatū.Et eo loci ſcriptū eſt in hæc verba: tum
quia laicus ſine conſenſu Epiſcopi non poteſt eccleſias
97 dare.ergo ✝ accedente conſenſu Epiſcopi poterit dare,
hoc eſt iuſpatronatus transferre.

Quartò, admiſſo quòd iure canonico non eſſet cau-
tum, quòd laico liceat cum conſenſu maximè Epiſcopi
legare, vel donare iuſpatronatus, quod in eccleſia obti-
net: attamen nec dicere poſſumus contrarium eſſe ſta-
98 tutum. Et ideò ✝ inhærendum eſt regulæ ordinariæ,
quæ eſt, quòd quilibet eſt arbiter & moderator in re
propria l.in re mandata, C. mand, præſertim in vltimis
diſpoſitionibus, quæ liberæ eſſe debent. l. 1. C. de ſa-
croſancta eccleſ.

Quintò ſuffragatur,quòd iura canonica & Doctores
paſſim admittunt, laicum patronum poſſe legare vel do
nare clerico vel loco religioſo ſuum iuſpatronatus, ac-
cedente præſertim conſenſu Epiſcopi; vt probant text.in
capitulo cura, de iurepatro. & in capitulo vnico, eodem
99 in ſexto, † Ergo idem dicendum eſt, vt poſſit legare vel
donare laico: cùm nulla probabilis differentiæ ratio aſſi-
gnari poſſit hoc in caſu inter clericum & laicum. Nam
præcipua ratio, qua vſus eſt Abb. in d. diſputatione, in-
cip. Augerio, ad demonſtrandum, laicum non poſſe le-
gare vel donare, eſt, quòd ei ſit cōceſſum de gratia & in
priuilegium,quod ſinè priuilegiū ait non excedere per-
ſonā priuilegiati.Hæc ratio ita impedire debet,ne tranſ-
ferre poſſit in clericum, vt nec in laicum: & tamen ea
non obſtante transfertur in clericum: ergo & in laicum
transferri poſſe debet. Nec etiam rationes differentiæ,
quas conſiderat Abbas in capitulo illud.num.quinto,de
iurepatronatus veræ ſunt, vt ibidem animaduertit Be-
roius in fine, qui aliam ſenſit, quòd ſcilicèt facilius in
clericum quàm in laicum tranſeat iuſpatronatus, ex
quo in habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus. con-
cedo facilius tranſire, non tamen plus liberè tranſit v-
no quàm altero caſu. Et ideò ita adhibetur conſenſus
cùm clericum tranſmittitur, quemadmodum & cùm
tranſmittitur in laicum.

Sextò mouet me hæc ſatis ſolida ratio,quòd ideò ſūmi

100 Pont.conceſſerunt laicis † iuſpatronatus, nec ab illis vo
lunt retrahi, vt facilius inuitentur ad benefaciendum,
eccleſijs, eiſque auxilium & commodum præſtandum,
vt ſcribũt omnes in ca.1.de iurepatro. Atſi impedirẽtur
patroni laici donare & legare ius ſuum quib. eis placet
101 facilè fieret,quòd non benefaceret eccleſiis:cùm † non
magis ſibi quàm ſuis ſucceſſoribus ſtudeãt prodeſſe ho-
mines.iuxta.l.ſi pactum. ff. de proba. vbi qui paciſcitur
pro ſe, intelligitur etiam pactum feciſſe pro vtilitate
ſui hæredis & ſucceſſoris.Et,ſi rectè perpendatur, hanc
* rationem in ſpecie probauit Cæſar Lamberti.lib.ſecun-
do,de iurepatronatus, parte ſecunda,artic.ſecũdo,quæ-
ſtione 4.colum.4.verſi.Et ideò ego,&c.Nec eſt quòd di-
catur in caſu noſtro ſumendam eſſe ſtrictam interpreta-
tionem, cùm agatur de libertate eccleſiæ ſubiicienda
ſeruituti laicorum. Quia reſpondeo, etiam in materia
102 ſtrictæ intepretationis perſonam † hæredis contineri
ſub cõceſſione & prouiſione facta anteceſſore.Ita de pri
uilegio reſpondit Soci.Sen.conſi.59.nu. 7.verſ.prætereà
cenſetur,lib.1 & in acquiſitione feudi dicimus acquiren
tem non ſolùm ſibi,ſed etiam hæredibus & ſucceſſorib.
ſuis voluiſſe prouidere.ita ex d.l.ſi pactũ, ex multis reſ-
pondit Rubeus conſi 85.num.4.Quinimò(quod fortius
103 eſt) cùm † quis taxatiuè ſibi dari vel fieri aliquid ſtipula
tur,etiam eius hæredes includuntur.l.ſi neceſſarias.§.de
vendendo.ff.de pigno.actione.& ſcribunt Iaſon.in lege
ſecunda.§.item ſi in facto.columna ſecunda,de verborũ
obligation. Decius in l. hæredem. ff.de regul. iuris. &
alios plures recenſet Tiraquellus in tractat. de retractu
conuentio.§.primo,gloſſa ſexta, numero quarto. Et verè
hæc argumentatio & experientia & naturali ratione ve-
ra & concludens eſt.

104 Non enim excogitari poteſt, quòd acquirens † nolit
etiam ſuis hæredibus,quibus repræſentari vnuſquiſque
cupit,prouidere & conſultum iri.

* Septimò accedit,quòd recepta eſt omnium* ſenten-
105 tia,emphyteutam † eccleſiæ poſſe legare cum conſenſu
ipſius Epiſcopi bona ipſa emphyteutica.Ita omnes in l.
ſi domus.§.vltim.de leg.1.vbi Alexand. & Iaſ.idem Iaſ.
in l. vltima. numero 75. C. de iure emphyteut. Imò
106 ſunt permulti † in ea opinione, quòd etiã ſine conſenſu
Epiſcopi res emphyteutica legari poſſit. quemadmodũ
relati Doctores ſcribunt, & apud Alex. conſil.120.libro
primo,& Alciatum reſponſo 258.num. 4.Et in ſpecie no-
ſtra ita docuit Beroius in capitulo primo,nume.34.verſ.
& quòd non requiratur,de iurepatron. qui ex relata do
ctorum traditione ait,patronum poſſe legare ſuum iuſ-
patronatus etiam ſine conſenſu Epiſcopi,ea ratione ad-
107 ducitur,quia vltima † voluntas libera eſſe debet,non au
tem à voluntate alterius pendere debet.l. illa inſtitutio,
de hæred. inſtit. cum ſimilibus. Verùm, admiſſo quòd
emphyteuta eccleſiæ non poſſit ſine conſenſu prælati le-
gare,vt verior & magis recepta opinio videtur,attamen,
quòd poſſit cum illius conſenſu, vno ore ferè doctores
concedunt: ergo etiam poteſt legari iuſpatronatus cum
ipſius prælati conſenſu.

Octauò maximè vrget recepta Doctorum ſententia,
qui apertè cenſuerũt,iuſpatronatus poſſe donari,vel le-
gati laico cũ conſenſu Epiſcopi.Ita enim affirmarũt glo.in
ca.ex inſinuatione,de iurepatr.& ibidẽ Abbas nu. 4. ait,
hãc eſſe communem theoricam. Et idem Abbas in capi.
* illud.nu.5.eodem tit.poſt Hoſtien.ibi.communem*quo-
que hanc eſſe aſſeruit idem Abbas in d.diſpu.quinta,in-
cip. Augerio,columna quinta, verſi. tertiò principaliter.
idem in cap.cùm ſeculum,in fine de iurepatro. poſt Ioã.
Andream ibi,& Feder.de Senis conſi.225.ſi opinio Ioan.
&c.quo loci Federicus in ſpecie cõſuluit, iuſpatronatus
laico potuiſſe tit.legati in codicillis relinqui. Idẽ placuit
Rocho Curtio in tract.de iurepatronatus, in verbo Ipſe,
vel is à quo,quæſtione ſeptima, & Cæſari Lambertino
de iurepatro.lib.primo,parte ſecunda, articulo ſecundo
quartæ quæſtionis.Beroius in c.illud,col.antep. & pen.
de iurepatron. Idem in cap.1. numero 34. eodem in ſpe-
108 cie ſecutus eſt Fede.d.conſi.225.vt ſcilicèt † legari poſſit
iuſpatronatus in codicillis etiam ſine conſenſu Epiſco-
pi.& Crotus conſil.108.numero.14.

Nonò & vltimò animaduertẽdum hîc cenſeo, quòd
etiamſi concederemus hoc iuſpatronatus non potuiſſe
legari D. Bartholomæo: attamen adhuc non potuit D.
Strocius impetrare hanc eccleſiam,vt liberæ collationis.

Siquidem ille D.Galeacius reliquit proximiores hæ-
109 redes omnium bonorum:qui quidem hæredes † ſiue ex
teſtamento, ſiue ab inteſtato cùm in cæteris bonis ſuc-
cedant, ſuccedere etiam deberent in hoc iurepatrona-
tus, vt ſcribunt Innocen.& Card.in rubr.de iurepatrona
tus.idem Card.in clement.plures quæſt. 6.titul.& ibidẽ
Imola. Rochus Curtius de iurepatrona. in verbo ipſe,
vel is à quo. numero decimoſexto, & Lambertinus lib.
primo, de iurepatronatus parte ſecunda, quæſtione ſe-
cunda principali, numer.tertio. Nec obijci poteſt quòd
D. Bartholomæus opponat exceptionem de iure tertij:
110 quia reſpondetur quòd † cùm hæc exceptio ſit excluſiua
iuris D. Strocij contra eum opponi poteſt, vt ſcribunt
Bar.& Socin.in l.2.ff.de except.rei iud. & copioſè Tira-
quellus in repe.l.ſi vnquam, in verbo reuertatur.nu.358.
C.de reuo.dona.cæteros ſciens prætereo. Et ad tollendã
hanc difficultatem, pro maiori cautela poterit D. Bar-
tholomæus habere ceſſionem iurium ipſorum hæredum
D.Galeacij.

Non obſtant nunc adducta in contrarium. Ad pri-
mum reſpondeo, quòd etſi de gratia conceſſum ſit iuſ-
patronatus laicis, non tamen eſt cõceſſum in priuilegiũ
perſonale, ſed cum ea qualitate, vt illud relinquere poſ-
ſint ſuis ſucceſſoribus. Et ita reſpõdet Lambertinus,d.li.
1.de iurepatronatus, parte ſecunda,art. ſecundo quartæ
quæſtionis principalis, col.5.verſi. & per iſtam.

Reſpondetur & ſecundò vnà cum Beroio in cap. il-
lud.num. decimoquinto, verſi. & multipliciter, de iure
patro. quòd Abbatis ratio procederet quando patronus
transferret in alium ſine conſenſu Epiſcopi:ſecus ſi cum
illius auctoritate, quia tunc ille, in quem fit tranſlatio,
efficitur capax ac ipſe transferens.

Reſpondetur tertiò ex ſententia eiuſdem Beroij in d.
cap.illud, col.pen. verſi. nec obſtat etiam, quòd ex quo
111 iuſpatronatus † ſemel eſt factum tranſmiſſibile ad lai-
cos ob fundationẽ,dotationem & conſtructionem,quòd
etiam ſemper durat tranſmiſſibile.l. pater filium. § quin
decim. & ibi Bart. de leg. 3. Prætereà (ſubiungit Bero-
ius) ſi rationes Abbatis procederent, ſequeretur quòd
iuſpatronatus non poſſet relinqui in teſtamento hæred.
extraneis, ex quo in illis eadem ratio & cauſa meritorũ
non concurrit. quod tamen eſt falſum, quia poſſe relin-
qui, aperto iure probatur in ca.1.de iurepatro. ca. ſi plu-
res.16.q.7.Eſt ergo dicendum, quòd etiam poſſit legari.

Non obſtat ſecundum, quia reſpondeo ex ſuprà de-
ductis, quòd etiam in conceſſione iuriſpatronatus fuit
tributa hæc facultas ipſi patrono, vt poſſet de iurepatro-
natus diſponere, accedente conſenſu Epiſcopi:quemad-
modum multis iuribus & rationib. demonſtrauimus,&
ita etiam reſpondet, & rectè, Beroius in d.c.illud.col.
pen.verſi.huic rationi, de iurepatro.

Non obſtat tertium, quia ad d. c. cum apoſtolica, de
his quæ fiunt à præla.&c. reſpondeo vnà cum Lamber-
tino loco iam citato, columna quinta, verſicu. Non ob-
ſtat modò.à quo non diſſentit Beroius in d.ca. illud.col.
pe.verſic. 3. Abb.etſi ſi ipſum Lambertinum non referat.
Reſpondeo inquam,d.cap.cum apoſtolica, loqui de cõ-
112 ceſſione decimarum, quæ † quidem decimæ non tranſe
unt ad ſucceſſores. cap. ad hæc. de decimis. Ea eſt ratio,
quia non fuerunt conceſſæ, vt laici inuitarentur ad be-
113 nefaciendum ipſis, eccleſijs ſed ex alijs † cauſis, vt ſcri-
bit Abb.in d.c.cum apoſtolica, col.vlt.verſi.vlt.

114 Non ergo † ex diuerſis bene infertur l. vlti. C. de ca-
lum.cum ſimilibus. Et alias reſponſiones recenſet Bero.
quæ



quæ videri apud eum poſſunt.

Non obſtat quartum, quia reſpondeo vno verbo ꝙ
imò & regula eſt declarata in laicis:in quos transferri po
teſt,vt & in clericos,iuſpatronatus, quemadmodum ſu-
pra probauimus.

Non obſtat quintum,quia reſpondeo,d.ca.prætereà
il.2.de iurepatro.habere varias interpretationes,vt ipſe-
met Abbas ſcribit in dicta diſputatione 5. Augerio, col.
115 5.verſ.puto tamen.ob id malè poteſt allegari † ad huius
diſputationis deciſionem, iuxta doctrinã Bart.in l.in am
biguo,vbi etiam Socinus de reb.dubiis.Prætereà caſus il
lius textus non conuenit caſui noſtro, quia illi aduocati
eccleſiæ ad maximum eccleſiæ detrimentum ſua auctori
tate,& eccleſiæ prælato inconſulto alienabant, vt ibi Ab
bas & cæteri ſcribunt:ſed non ita eſt in caſu noſtro: vbi
adfuit conſenſus Epiſcopi & vtilitas eccleſiæ. Concludo
ergo in hac tertia dubitatione,quòd iure optimo potuit
hoc iuſpatronatus iure legati relinqui D.Bartholomæo,
cùm Reuerendiſsimi Epiſcopi conſenſus acceſſerit.

Quarta & vltima eſt dubitatio,(admiſſo ꝙ nunc con
ſtet hanc eccleſiam eſſe liberæ collationis,& non patro-
natam)an ſaltem Do.Zacharias ad præſens inſtitutus cõ
ſeruari debeat donec vixerit in ipſo beneficio, cùm fue-
rit præſentatus à dicto Do.Bartholomæo quaſi poſſeſſo-
re bonæfidei dicti iuriſpatronatus. Quã ſanè dubitatio
nem verè opinor eſſe facilius diſſolutionis: ſi quidem re
vera conſtat D.Bartholomæum eſſe in quaſi poſſeſsione
huius iuriſpatronatus cum bonafide.de bonafide dubiũ
non eſt,cùm habeat titulum legati confirmati auctorita-
116 te Epiſcopali,qui ſanè titulus † bonam fidem præſtat,
vt in præcedenti dubitatione diximus:& in ſpecie ſcribit
Abbas in cap.conſultationib.nu.5.verſi.ſed dubitatur,de
iurepatro.de quaſi poſſeſsione quoque ambigendum nõ
eſt,cùm conſtet ipſum D.Bartholomæum iam præſentaſ
ſe non modò ſemel in hac eccleſia D. Rubertum filiũm
117 ſuum,ſed & bis.Et certi iuris eſt,quaſi † poſſeſsionẽ iu-
riſpatronat⁹ vna præſentatione acquiri,modò ſecuta in-
ſtitutione,effectum habuerit,vt verè hîc locum habue-
runt.Ita reſpondit Dec.conſil.124.col.1.poſt Feder.de Se
nis,Oldradum,Innocentium,& Calderium quos citat.
Idem Decius conſ.117.col.2.verſ.quòd autem quaſi poſ-
ſeſsio,& ſequitur Rol.conſ.47. nu. 18.li.1. Rochus Cur-
tius in tract.de iurepatro.in verbo, competens.nu. 29.30.
34.Cra.conſi.322.col.5.ver.7.principaliter.& Rol.cõſ.47.
num.27.lib.1.

Hoc ita poſito,dico nunc, D. Zachariã nullo pacto
eſſe amouendum ab hac eccleſia.

Primò mouet me text.in cap.cõſultationibus, de iu-
repatro.quo loci ſcriptum eſt in hæc verba:ſi aliquis cle-
118 ricus † ab ordinario iudice in eccleſia fuerit inſtitutus ad
præſentationem illius,qui eiuſdem credebatur eſſe patro
nus:& poſteà iuriſpatronatus alius euicerit in iudicio:in
ſtitutus non debet ab ipſa propter hoc remoueri, ſi tẽpo-
re præſentationis ſuæ ille qui eum præſentauit,iuſpatro
natus eccleſiæ poſsidebat.&c.Ita contingit in caſu no-
ſtro,in quo D.Bartholomæus creditur patronus,& eſt in
quaſi poſſeſsione ipſius iuriſpatronatus.

Secundò ſuffragatur tex.notab.in cap.ex literis,de iu
repatro.quo loci ſcriptum eſt, Abbatiſſam & moniales
confeſsiſſe villam cuidam militi,in qua quidem villa a-
derat eccleſia patronata:& militem illum fuiſſe in quaſi
poſſeſsione iuriſpatronatus.Et cùm mortuus eſſet, nulla
lite pendente inter moniales & militẽ, inſtitutus ille ec-
cleſiæ Rector,miles præſentauit nouum Rectorem,Mo-
niales verò alium præſentarunt:attamen fuit ibi decla-
ratum,quòd eſſet præferendus præſentatus à milite, qui
tunc erat in quaſi poſſeſsione præſentandi. Atque ita in-
telligimus,ſolam quaſi poſſeſsionem ſpectandam eſſe.

Tertiò confert maximè text.in c. querelam,de elect.
vbi apertè ita ſcriptum eſt:cùm nobis cõſtiterit quòd Po
119 pulus † in quaſi poſſeſsione præſentandi clericum exiſte
bat,quando ipſum presbyterum ad eam elegit.Quib.ſa-
nè verbis demonſtratur, ſolam ipſam quaſi poſſeſsionẽ
ſpectandam eſſe ad electionis validitatem.

Quartò accedit tex.in c.cùm olim.de cauſa poſſeſſ.&
120 & propriet.vbi adiudicatur beneficium † illi, qui proba
uit collatorem ſuum fuiſſe in quaſi poſſeſsione conferẽ-
di tempore collationis.Et ex relatis his iurib. intelligi-
mus,ſolam quaſi poſſeſsionem conſiderari in beneficiis
patronatis,electiuis & collatiuis.vt ſ.prouiſi ab ipſis qua
ſi poſſeſſorib.amoueri nullo modo debeant.

Quintò cõfirmatur hæc ſententia ratione cõſiderata
tam ex parte patroni præſentantis, quàm ex perſona ip-
ſius præſentati. Eſt enim ratio ex perſona preſentantis,
121 quia eſt bonæ fidei † poſſeſſor: qui quidem facit fructus
ſuos,l.bonæfidei.ff.de acqui.rer.dom.§ ſi quis à non do-
mino.Inſt.de rerum diuiſ.cap.grauis.de reſtit. ſpolia. &
122 conſumptos † non reſtituit,vt ex dictis iuribus ſcribunt
Bart.in l.ex diuerſo.ff.de rei vind.& alii plures,quos re-
tuli in tract.De recuperanda poſſ remedio 15.nu. 593. At
123 iuriſpatronatus † fructus ſunt ipſæ præſentationes. cap.
decernimus,& cap.filijs.16.q.7 .d. cap. conſultationibus
de iurepatro. & cap.cùm Bertholdus. de re iud. Non er-
go à patrono præſentatus amoueri poteſt:quia amouen-
do,patronus diceretur compulſus reſtituere iam cõſum-
ptos fructus ſui patronatus. Qui ſanè fructus conſum-
pti dicuntur facta præſentatione & ſecuta inſtitutione.
Hanc rationem conſiderant Abbas in d.c.conſultationi-
bus. nu.3.verſi.ſed ratio decidẽdi,& in cap. ex literis. nu.
3.& nu.7.& ibidẽ Beroius nu.12.de iurepat. Ex parte au-
tem præſentati ratio conſideratur: quia indignum eſſet,
quòd ſine culpa ſua amoueri deberet ab eccleſia, quam
iam obtinuit auctoritate patroni & confirmatione Epiſ-
124 copi. & ideò dici ſolet cum Poeta, *Turpius † eiicitur,
quàm non admittitur hoſpes.* Et hanc rationem ſenſit in
ſpecie gloſſa in dicto cap.ex literis,in glo. vlt. verſi. Ibi
enim &c.

Sextò hanc ſententiam optimè coadiuuat multorũ
125 auctoritas,qui apertè cenſuerunt,quòd præſentatus † ab
eo,qui erat in quaſi poſſeſſione præſentandi cum bona
fide,amoueri non debet,etiamſi deinde conſtet patronũ.
Ita cenſuit gl.in d.c.ex literis,& in d.c.conſultationibus,
& ibi Abbas nu.3.& Bero.nu.12.Idem decidit Rota deciſ.
7.de iurepatro.in nouis,& deciſ. 14. eo. tit. in antiquis.
Archid.in capit.ſi plures.16.q.7.idem in capit.vnico. co-
lu.1.de iurepatro.in 6.& ibidem Io.Andr.col.2.verſ.dicit
etiam.& Gemin.col.2.verſ.quæro qualiter.Lapus alleg.
89.In Dei nomine,factum ſuper quo.nu.8.in fin.& alleg.
132.nu.2. Oldr. conſi. 312. Ancha. conſi. 20. Abbas in ca.
Cumana,col.3.verſi.pro clariori,de elect. & in cap. cùm
eccleſia Sutrina,colu.5.de cauſa poſſeſſ.& proprie. idem
conſi.54.col.2.lib.1.& conſi.106.col.pen.lib.2. Bal. in c.in
literis,nu.5.de reſtit.ſpol.Alex.conſi.75.nu.46.lib.4. Cal
ca.conſ.100.nu.13.verſ.quinimò. Rochus Curt. in tract.
de iurepa.in verbo competens.q.14.Dec.conſi. 124. nu.3.
conſil.126.nu.3.conſi.129.nu.4 & conſil.153. nu.4 Paulus
Picus in repe.l.Titia.§.Titia cùm nuberet.q.39.de leg. 2.
Paulus de Citadinis in trac. de iurep. parte tertia, cauſa
pima q.32.& Cæſar Lambertinus in tract. de iurep. li.2.
parte 1.art.1.q.3 Guido Pap.cõſi.92.Circa duo,in fi.Bert.
conſi.373.in fin.lib.2. Idem ſenſit Beroius conſ. 6. nu. 23.
lib.1.Craue.conſil 322.nu.5.& Rolan.conſi.47.nu. 28.29.
lib.1.

Septimò & vltimò,præſuppoſito etiam quòd D.Bar-
tholomæus eſſet quaſi poſſeſſor malæfidei:attamẽ adhuc
eſt dicendum,quòd D. Zacharias non debet amoueri à
126 beneficio,ex quo fuit præſentatus † & inſtitutus, nulla
priùs contradictione facta, & iam lapſo tempore intra
quod ab inſtitutione appellari potuiſſet.Ita in ſpecie cla-
rè ſcriprum reliquit Lãbertinus in tract.de iurepa. lib.2.
parte prima.art.2.q.3.nu.6.quo loci reſtatur,ita aliquan-
do obſeruatum fuiſſe in pract. idque auctoritate Baldi
127 in c.in literis. in fi.de reſtit.ſpol.cùm ait,quòd facta † à
prælato putatiuo valent,etſi ipſe deinde declaretur, non

platus,ex l.Barbarius.ff.de off.prætor. qua ratione vtitur & Rota deciſ.14.in fi.de iurepa.in antiquis. Sed ad rem melius confert doctrina Card.Zabarellæ in ca.conſultationibus,col.2.verſi.4.quæro,de iurepatro. quam & ipſe Lambertinus probat.Scribit Cardinalis malam fidē patroni non nocere præſentato & inſtituto,cùm ſolenniter illa fuerunt peracta:quia etſi patronus fuerit malæfidei poſſeſſor,non tamen inſtitutus,ex quo iudicis auctoritate miſſus eſt in poſſeſsionem:& ideò in ea tueri debet,ne contingat ei,ſine culpa ſua hoc dedecus,vt ſcilicèt amoueatur.

Nec huic ſolidæ atque bene firmatæ iuris ſententiæ, duæ aduerſantur dubitationes,q̄ excitari poſſent. Quarum prima eſt,quòd relata iura & rationes locum quidē habere poſſunt,cùm conſtat eccleſiam eſſe patronatam,licèt ſit controuerſia apud quem illa ſit: ſecus in caſu noſtro,in quo negatur eccleſiam eſſe ſub ſeruitute iuriſpatronatus,ſed aſſeritur ab eo onere liberata & effecta libe-
128 ræ collationis. Et magna differentia † inter duos hos caſus videtur,quia,ſi conſtaret eſſe collatiuam,non prodeſſet prouiſio de ea facta,ex quo detecto non iure conferētis,inſtitutio eſſet nulla,quod non contingit,cùm eccleſia patronata,ex quo præſentatus defenditur auctoritate Epiſcopi inſtituentis.

Huic dubitationi reſpondeo vnà cum Rota deciſ.14. Vtrum ſicut præſentatus,de iurepa.in antiquis.q̄ à fortiori hanc dubitationē diſſoluit. ait Rota fuiſſe deciſum ex ſententia illorum ſapientiſsimorum patrum:quòd nulla ſit differentia inter eccleſiam patronatam, & merè collatiuam,vt ſcilicet tam in collatiua quàm in patronata locum habeat diſpoſitio d.cap. conſultationibus, de iurepat.cùm eadem ratio tam vno quàm altero in caſu locū habeat.Nā quemadmodum iuriſpatronatus fructus eſt
129 præſentatio,ita collationis † eſt ipſa collatio. ca. cùm olim,de cauſa poſſeſſ. & proprie. Sicuti ergo præſentatus à patrono,relata ratione amoueri nō debet,ita nec is, cui
130 facta eſt collatio ab eo,qui † eſt in quaſi poſſeſsione conferendi:cùm & is, qui eſt in quaſi poſſeſsione cōferendi faciat fructus ſuos,nempè collationis.d.capit.cùm olim, de cauſa poſſ.& propriet.Ita Rota d. deciſ.14. Atque ita conſtat,Rotam nullam conſtituere differentiam inter be-
131 neficium patronatum & collatiuū:vt nec eſt † aliqua differentia etiam inter electiuum & patronatū, quo ad hos terminos.vt egregiè ſenſit Lapus alleg.8.Crau.conſ.322. num.5.verſi.idem eſt in collatione.& Rolan.conſ.47.nume.29.lib.1.Et magis in ſpecie reſpondit Decius cōſ.126.
132 cùm dubitaretur an eccleſia † eſſet patronata, vel collatiua,& potius collatiua videretur ob id quòd vltimo loco fuerat collata,vt collatiua à Pont.Max.Attamen conſuluit Decius,quòd cùm patronus ex duplicata præſentatione eſſet in quaſi poſſeſsione iuriſpatronatus, non obſtante illa vltima prouiſione ſummi Pontificis,præſentatus ab eo non eſſet amouendus. Quod reſponſum eſt in fortioribus terminis,cùm in caſu noſtro nulla ſit dubitatio,quin D.Bartholomæus ſit in quaſi poſſeſsione huius iuriſpatronatus.

Altera & ſecunda dubitatio,quæ excitari poteſt,illa eſt,quòd prædicta omnia procedunt, quando exiſtēti in quaſi poſſeſsione iuriſpatronatus nulla lis mota eſt: at ſe-
133 cus † lite mota,quia etiamſi præſentatio eſſet facta, attamen differri debet inſtitutio ita probat c.ex literis, vbi gl. & docto.de iurepa.Cùm ergo lis mota fuerit in caſu noſtro D.Bartholomæo per D.Herculem Strocium,dicendum videtur,eam inſtitutionem factam nihil debere prodeſſe D.Zachariæ.

Huic dubitationi facilè duobus modis reſpondetur. Primò,quòd D.Strocius non dicitur mouiſſe litē D.Bartholomæo antequam D.Zacharias præſentaretur & inſtitueretur.Nam ipſius D.Zachariæ præſentatio & inſtitutio factæ atque abſolutæ fuerunt mēſe Octobris 1570. & tamen D.Strocius ſolùm litē mouere cœpit anno 1571. de menſe Februarij Secundò reſpondetur, D.Strocium non mouiſſe litem D.Bartholomæo ſuper eius quaſi poſſeſsione præſentandi,ſed potius ſuper proprietate, dum aſſerit,ei nullum ius competiiſſe præſentandi ob collationem ſibi factam à Pont.Max.de hoc beneficio reſeruato ob mortem D.Ruberti familiaris.Cùm ergo lis non fuerit mota ſuper quaſi poſſeſsione,nō potuit impediri præſentatione inſtitutio facta D.Zachariæ,vt declarant Abbas in d.cap.ex literis.nu.8.& ibi Beroius nu.12.de iurepatro.Alexan.conſ.75.nu.46.lib.4. & Paulus de Citadinis in tract.de iurepatro.artic.tertio partis ſextæ.nu.64. Idem docuit Henricus Boyk. in ca.2.colu.2 verſi.aut nō eſt proprietarius,de reſtitu.in integrum. Atque ita iuris eſſe concludo,rectiore iudicio ſaluo. Ad laudē Dei Opt. & Max.

Iacobus Menochius I.C.

*SVMMARIVM.*

1 *Vocatus non dicitur ad hæreditatem ille, qui poſitus eſt in conditione tantùm maſculinitatis.*
2 *Bannitus adeò vt impunè occidi poſſit,inſucceſſibilis dicitur.*
3 *Et hæredem habere non dicitur,neque poteſt.*
4 *Filius qua cautela poſſit priuari à ſucceſſione in bonis banniti, cum confiſcatione bonorum,in bannitum prouenientibus poſt mortem alicuius.& nu.5.& 6.*
5 *Bona banniti cum confiſcatione,ſi à fratribus, vel aliis eſſent occupata,an ſua efficiantur,vel debeant fiſco applicari.*
6 *Teſtator poteſt inſtituere hæredes cum clauſula,quòd ſi eueniret caſus quòd hæredes delictum cōmitterent quo bona venirent publicanda,deueniant in alios & tunc fiſcus excluditur.*
7 *Subſtitutus excludit fiſcum.*
8 *Hæres non poteſt conqueri de repudiatione à ſuo prædeceſſore facta.*
9 *Filius an poſsit reuocare repudiationem feudi factam à patre, quod filio deuoluebatur poſt mortem ipſius patris.*
10 *Repudiatio eſt actus legitimus.*
11 *Error tunc probatur cum conſtat rem aliter ſe habere quam actum fuit.*
12 *Confeſsio tutoris,pupillum eſſe hæredem patris ſui,dicitur erronea,ſi conſtet bona patris confiſcata eſſe ob delictum.*
13 *Soluens ſcienter indebitum dicitur donare.*
14 *Scientia in proprio facto præſumitur.*
15 *Clauſula poſita in inſtrumento,ex certa ſcientia denotat partium ſcientiam.& quomodo procedat.nu.52.*
16 *Donatio inter coniunctos facilè præſumitur.*
17 *Donatio perfecta retractari nequit.*
18 *Renuntians omni exceptioni, condictioni indebiti, ſine cauſa, doli mali,& c.dicitur ſe excluſiſſe à quocunque auxilio, & ope.& 54.*
19 *Diuiſio facta inter hæredem verum & putatiuum cum iudicis auctoritate an prætextu erroris irritetur, & reuocetur. & 25.*
20 *Arbitri inſtar iudicis ſunt.*
21 *Confirmatum longo ſilentio an reuocari poſsit.*
22 *Recipiens fundum obligatum,ſcienter,ſi euincatur per hypothecariam an alium fundum repetere poteſt.*
23 *Confeſsio facta in iudicio quòd res propria ſit alterius,an per iuris errorem præiudicet confitenti.*
24 *Tradens rem ſuam tanquam alienam an transferat dominiū.*
25 *Hæres verus diuidendo hæreditatem cum putatiuo ſibi præiudicat.& nu.19.*
26 *Diuiſio per errorem facta retractatur detecto errore. & numeroſ ſeq.*
27 *Error in diuiſione bonorum paternorum irritat ipſam, etiam ſi à dato arbitro facta ſit.*
28 *Diuiſio ſemel facta,non amplius fieri debet de eadem re ſed de non diuiſa.*
29 *Diuiſio ſine iudicis auctoritate facta prætextu erroris irritatur.*
30 *Inæqualiter quod factum eſt in iudiciis bonæfidei,in melius debet reformari.*



31 *Præſcribere non poteſt ille,cui tanquam hæredi tradita res eſt ab altero cohærede,quia ille titulus non valet.*
32 *Diuiſio inter cohæredes & fratres eſt quadā ratio inter eos cōpoſita & reddita.*
33 *Ratio malè compoſita & reddita ad compoſitionem rectam redigi debet.*
34 *Diuiſio eſt quædam permutatio.*
35 *Permutatio nunquam dicitur niſi transferatur aliquid hinc inde.*
36 *Diuidens videtur confiteri dominum eſſe tantum pro dimidia.*
37 *Confeſsio extra iudicium rem ſuam eſſe alterius an confitenti præiudicet.*
38 *Errantis nullus eſt conſenſus.*
39 *Confeſsio rem ſuam eſſe fideicommiſſo ſuppoſitam,cum verè non ſit,an confitenti præiudicet.*
40 *Geſtum falſa cauſa totum vitiatur,vti in priuilegio conceſſo ex falſa cauſa.*
41 *Vnio Eccleſiarum ex falſa cauſa facta non valet.*
42 *Diſpenſatio pariter ex falſa cauſa facta non valet,vt de reſcripto dicitur.*
43 *Iuramentum pariter vitiatur ſi ex falſa cauſa ſit præſtitum.*
44 *Idem in ſolutum datio vitiatur.*
45 *Inſtitutio hæredis quoque.*
46 *Tranſactio pariter vitiatur.*
47 *Tranſactio æquiparatur diuiſioni.*
48 *Laudum latum ab arbitris vitiatur ex falſa cauſa.*
49 *Decretum iudicis etiam.*
50 *Diuiſio bonorum.*
51 *Ignorantia regulariter in dubio præſumitur.*
52 *Quid in facto proprio quando de damno euitando agitur?*
53 *Donatio inter coniunctos in dubio non præſumitur, niſi multa concurrant.*
54 *Clauſula in diuiſione appoſita,renuntians omni exceptioni,cōdictioni indebiti,ſine cauſa,doli mali,& c.an irritetur ſi appareat diuiſionem errore factam eſſe.*
55 *Diuiſio facta cum hærede putatiuo auctoritate iudicis ſimpliciter prætextu erroris reuocari poteſt,ſecus ſi ſit facta per ſententiam latam in contradictorio iudicio.*
56 *Decretum iudicis interponitur tantum inter volentes, nec diſcuſſio plena cauſæ adhibetur.*
57 *Laudum latum ab arbitris extraiudicialiter & ſine cauſæ cognitione vim ſententiæ non obtinet.*
58 *Confeſsio errore iuris facta,non præiudicat.*
59 *Sententia ob errorem iuris retractatur.*
60 *Diuiſio facta virtute laudi lati, & ratificati licèt tranſlatum etiam ſit dominium,retractatur tamen virtute erroris iuris detecti.& num.62.*
61 *Error non præſumitur in tranſlatione dominij quando tradentis conſenſu transfertur.*
62 *Dominium translatum ex laudo ratificato & iurato repeti poteſt virtute erroris detecti.*

FACTI SPECIES.

*MAgnificus Dominus Ioannes Pacianus Mutienſis æquis portionibus ſibi ſcripſit hæredes Dominos M. Antonium,Thomam,Nicolaum, Albertum, Auguſtinum,& Bartholomæum filios:& ſi quis eorum deceſſerit ſine filijs maſculis legitimis & naturalibus,& ex legitimo matrimonio procreatis,tunc & eo caſu ſubſtituit vulgariter, pupillariter & per fideicommiſſum alios ſuperuiuentes eidem ſic præmorienti,grauans & mandans dictus teſtator quòd ad tales ſuperuiuentes perueniant omnia bona ſine detractione alicuius Trebellianicæ, vel cuiuſcunque alterius detractionis faciendæ per ipſum grauatum, &c. Item dictus teſtator ordinauit,quòd ſi quis dictorum filiorum & hæredum commiſerit aliquod maleficium, propter quod eius bona veniant publicanda & fiſco applicanda,quòd dicta bona & fructus eorum bonorū aliquo modo non perueniant ad fiſcum,nec in eum poſſint transferri,ſed vadant ad alios:prout ſi eueniſſet caſus ſubſtitutionis factæ,donec ipſe committens maleficium reſtituatur in patriam.*

*Mortuo teſtatore, Dominus M. Antonius inteſtatus deceſsit: & poſtea Dominus Nicolaus Albertus concepto filio,ſed nondum nato commiſit homicidium,propter quod bona veniebāt publicanda:ſed ante quam banni ſententia lata eſſet,renuntiauit hæreditati paternæ & fraternæ, ideſt, dicti Domini Marci Antonij. Et proteſtatus eſt,ſe nunquam illis immiſcuiſſe, nec adiuiſſe,nec adire velle: dicens ſe nolle eſſe hæredem, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato. Et deinde ipſe D.Nicolaus Albertus mortuus eſt in ipſo banno.*

*Poſteà,mortuo D. Auguſtino,ſuperſtites fuerunt Domini Thomas & Bartholomæus omnium bonorum hæredes,qui cùm bona omnia hæreditaria & non hereditaria,vt puta aduentitia & profecticia diuidere vellent, ad diuiſionem admiſerunt D. Ioannem filium dicti D.Nicolai Alberti, qui iam bannitus hæreditatem repudiauerat.*

*Nunc quæritur,cùm dictus D. Ioannes nepos vocatus fuerit ad diuiſionem bonorum omnium, eo ſub prætextu,quòd bona eſſent cōmunia,nunquid probato,quòd nulla erat inter ipſum & patruos bonorum communio,ea,quæ data fuerūt,repeti poſſint, quamuis illi,qui dederunt,ſcirent ſe non eſſe obligatos ad dandum: & non ſolùm fideicommiſſi paterni, ſed etiam repudiationis factæ à D.Nicolao Alberto ſcientiam haberent?*

CONSILIVM XCI.

## Initium à Domino.

DVAS habet propoſita hæc conſultatio non leues dubitationes:quarum prima eſt,an D. Ioannes D. Nicolai Alberti filius iure conſequi debeat vnà cum patruis ſuis aliquam portionem ex bonis D. Ioannis aui teſtatoris. Altera eſt dubitatio, an (poſito quòd in dictis bonis nullum ius habuerit) diuiſio illa inter ipſos patruos & d.nepotem facta vti erronea retractari poſſit.

Quò ad primam dubitationem dicendum eſt, dictū D.Ioannem nepotem nihil ex bonis aui ſui conſequi po-

tuiſſe.Nam, ſi rectè omnia perpendantur, clarè conſtat
d.nepotem non niſi duplici via poſſe hæc bona petere.
Prima eſt ex ſua perſona, tamquam vocatus ab auo te-
ſtatore. Secunda ex perſona patris ſui,vt ſcilicèt eius lo-
cum ingreſſus tanquam hæres, bona hæc petat. Quantũ
ſit reſpectu primi modi & viæ ſuccedẽdi & petendi,non
eſt mihi immorandum, quia audio viros perplures con
ſultiſſimos atque eruditiſſimos hac de re interrogatos
reſpondiſſe, dictum Dominum Ioannem non fuiſſe nec
1 expreſſè nec tacitè à teſtatore vocatum: cùm † ſolùm di-
catur poſitus in conditione ſub qualitate maſculinitatis:
id quod non ſufficit,vt quis vocatus dicatur:quemadmo
dum conſultum fuit à viris illis doctiſſimis, eſſe magis
receptam & veram opinionem aduerſus Guidonẽ Pap.
q.184. Nec etiam creditur d. D. Ioannes nepos vocatus
tacitè aliqua legis diſpoſitione,vt intelligo fuiſſe reſpon-
ſum.Eſt ergo ſolùm hîc agendum,an quò ad ſecundum
modum & viam ſuccedendi pariter fuerit excluſus d.D.
Ioannes.Et dicendum eſt, excluſum eſſe, atque ita nullũ
ius habuiſſe in bonis d.aui.ſui.

Primò,quia D. Nicolaus Albertus, dicti D. Ioannis
2 pater,fuit bannitus ob perpetratũ homicidiũ:qui † quidẽ
bannitus,ex diſpoſitione ſtatuti Mutinæ rubr.24.de bã-
nitis impunè offendendis, poterat impunè occidi. Quo
fit vt effectus fuerit in ſucceſſibilis atque inhabilis ad ob-
tinendum aliqua bona.ita ſcribunt Bar. in l.1. in fine. C.
de hæred.inſt.in l.certa forma.nu.5. C.de iure fiſci,li. 10.
& in diſputat. prima Lucanæ Ciuitatis ſtatuto, in ſolu-
tione,nu.11. Alex.in d.l.1.nu.4. C. de hære.inſt.in l. ex fa-
cto.§.ex facto.ff.ad S.C. Treb.& conſi.75. li. 1. Nellus in
trac.de bannitis,ſecunda parte primi temporis q.5.Guli-
elmus Benedictus in repet.ca.Raynutius,in verbo.in eo-
dem teſtamento relinquens.il 1.num.141. & 142.de teſta.
Boſſius in tract. cauſarum criminalium tit. banniti quid
admittant. nu. 14.& Petrus Placa lib.1. epito. delicto. c.
44.nu.3.His accedunt Cur.Iun.cõſ.182. nu.8. Alcia. reſp.
58.nu.9.& Iulius Clarus in pract. criminali. §. fin. q. 71.
verſi.dixi.Qui quidem Alciatus & Clarus atteſtantur,ita
obſeruari Mediolani, quòd ſcilicèt bannitus qui impu-
nè offendi poteſt,amittat ſuccedendi facultatem.Si ergo
Dominus Nicolaus Albertus non potuit ſuccedere, ſe-
quitur quòd nec hæredem in illis bonis habere potuit
D.Ioannem filium.

Secundò,admiſſo,quòd iam ipſe D.Nicolaus Alber
tus effectus eſſet hæres & ſucceſſor patris ſui,atque ita il-
la bona acquiſiuiſſet:attamen adhuc hæredem habere i-
3 pſe non potuit:cùm bannitus,† qui impunè poteſt offen
di,hæredem habere non poſsit.ita ſcribunt Bart. in d. di-
ſputa.prima,in ſolutione num.11. clarius Baldus. & Are.
in l.is cui.ff.de teſta.Boſsius in tract. cauſa. crimin.tit.de
bonorum publicatione.nu.67.Et hoc admittunt omnes
in caſu in d.l.1.C.de hære.inſt.Et hinc ſequitur, quòd ſci
licèt cùm non potuerit D.Nicolaus Albertus hæredem
habere,eius bona cæteris fratrib.triplici ratione acquiſi-
4 ta fuerunt.Prima,ratione repudiationis, quam † facere
potuit ad detrimentum fiſci,vt in terminis tradit Nellus
in tracta.de bannitis,in ſecunda parte primi temporis.
q.30.in fin.vbi ait,quòd cautela eſt ad excludendum fi-
ſcum à facultate ſuccedendi in hæreditate delata & nõ-
dum adita bannito,vt bannitus eam repudiet:quod face
re poteſt,nec fiſcus conqueri poteſt:iuxta l.qui autem, in
prin.ff.de his,quæ in fraudem credit. Et in ſpecie Nelli
doctrinam & cautelam probauit Boſsius in trac. cauſarũ
crimi.tit.de bonorum publica.nume.29. Qua ex re ceſ-
ſat illud excitatum motiuum, quòd bannitus repudiare
non poſsit.

Secunda ratione fuerunt his fratrib. acquiſita, quia
ab eis occupata fuerunt:quod iure eſt permiſſum, vt in
terminis affirmarunt Cur.Sen.conſ.60. Dux Philippus,
col.11.verſ.2.reſpondemus.& Cur.Iun.conſ. 181. num.7.
5 qui reſponderunt, quòd cùm bona † banniti occupan-
tur,is qui primò occupauit,dominus eorũ efficitur. nec
poteſt fiſcus,vel alter quiuis conqueri,& eum amouere.
Et præcitato loco ſcribit Curt. Iun. eiuſdem opinionis
fuiſſe Bald.& Alex.in l.1.C.de hæred.inſt. & Nellum in
tract.de bannitis.part.2.primi temporis.q.39. idem ſcri-
pſit Boſsius in tract.cauſa.crimi.d.tit. de bonorum publi
ca.num.27.in fi.Cùm ergo(vt dixi)bona hæc fuerint ab
his fratrib.occupata,eis omninò acquiſita fuerunt exclu
ſo non ſolùm fiſco,ſed etiam D.Ioanne filio d. D. Nico-
lai Alberti. Tertia etiam ratione excluditur fiſcus,& ad-
6 mittuntur hi fratres,quia † ipſe teſtator expreſsè in ſuo
teſtamento cauit,quòd ſi contigiſſet alterũ ex dictis ſuis
hæredibus committere delictum, quo eius bona eſſent
publicanda,illa non fiſco ſed ſubſtitutis deferrẽtur.Qua
ſanè diſpoſitione excluditur fiſcus.ita in ſpecie Ruin. cõ
ſi.129.num.4.lib.2.quem ſecutus eſt Rolan.conſi. 56. nu.
12.lib.1.Quibus accedunt Soc.Iun. conſi.77.nu.15. libr.2.
Marſilius ſingul.314.Gramma.deciſ.104.num.30. & Al-
ciat.reſp.533.num.2 Cæteros de induſtria prætereo.Non.
n.hîc multum immorandum duxi,tum quòd non defue
runt diſſentientes,tum quòd aduerſus fiſcum nunc non
eſt contentio.Illud ſolùm dico,iam relata confirmatio-
7 ne,quia † ex ſola ſubſtitutione fiſcus excluditur.l. ex fa-
cto.§.ex facto.vbi omnes.ff.ad S.C.Trebell. vbi in termi
nis Ripa nu.8.ſcribit,quòd ſubſtitutus excludit fiſcum.
& reddit rationem cur ita conſtitutum ſit.

Tertiò,poſito quòd D.Nicolaus Albertus fuerit ca-
pax illius hæreditatis & ſucceſſionis, & quòd potuerit in
illis habere hæredem Dominum Ioannem filium,adhuc
eſt dicendum, ipſum Dominum Ioannem fuiſſe exclu-
ſum ob illam repudiationem à d. D. Nicolao Alberto pa
tre factam:cui ſuccedendo,ſucceſſit vt hæres,vt clari iu-
8 ris eſt.Qui quidem hæres † non poteſt conqueri de repu
diatione à ſuo prædeceſſore facta. Ita in ſpecie docuit
Bald.in l.qui ſe patris.num.9. C. vnde liberi, qui loqui-
9 tur in caſu fortiori, quando ſcilicèt pater † repudiat feu-
dum, quod filio deuoluebatur, quia erat feudum ex pa-
cto & prouidentia, ſi filius efficitur patri hæres, non po-
teſt eam repudiationem reuocare,atque ita illi contradi-
cere.Cum Baldo ſenſerunt Alex.conſi.13. nu.7. & conſil.
19.num.14.lib.5.Ruin.conſi.17.num.11.& nu.38. & conſi.
38.numer.16.&208.num 16.lib.1. Dec. conſi.185.num.1. &
num.4.& conſi.445.num.56.& Pariſ.conſi.10.nu.7.conſ.
16.nu.43.& conſ.106. num. 27. li.1. Nec hîc dicatur (vt in
motiuo dicitur)non potuit Dominus Nicolaus Albertus
10 repudiare,quia repudiatio † eſt actus legitimus:quia reſ-
pondetur,quòd imò potuit repudiare,vt dixi ſuprà.Præ-
tereà ſi non potuiſſet repudiare ob id quod repudiatio ſit
actus legitimus. eadem ratione eſſet dicendum, quòd
nec adire potuiſſet & hæredẽ relinquere. atque ita omni
caſu D.Ioannes eſt excluſus.

His apertè conſtat ipſum D. Ioannem nullum ius ha
buiſſe in bonis aui ſui, atque ita hæredem vnà cum pa-
truis ſuis non extitiſſe.ex quo fit conſequens, per errorẽ
11 eſſe factam illam bonorum diuiſionem. Error † enim
vel ex eo ſatis probatur, cùm conſtat rem aliter ſe habe-
re,quàm actum fuit:ita glo.in l.de ætate.§.vlt.ff.de inter-
roga.action.& l.non fatetur.ff.de confeſſ.Bar.in l. error,
in fin.C.de iuris & facti igno. Iaſ. in l.ſi poſt diuiſionem.
num.3 C.eo.Soc.Sen. conſ. 25. num.3. & conſi.33. num.5.
lib.4.qui quidem.Iaſ.& Soc.in ſpecie reſponderunt, di-
uiſionem factam inter duos tamquam hæredes detegi
erroneam,probãdo eos hæredes non eſſe:iuxta d.l.ſi poſt
diuiſionem.Et in ſpecie magis idem Socin.Sen.conſi. 57.
12 numer.11.libr.4.reſpondit, quòd confeſſio † tutoris, qua
aſſeruit pupillum ſuum hæredem patri ſuo extitiſſe, er-
roneam vel ex eo demonſtrari, quòd pater dicti pupilli
delictum commiſerat,quo eius bona fiſco delata fuerũt,
& neminem hæredem habere potuiſſe.Ita etiam errorem
detegi in caſu diuiſionis reſpondit Cra.conſi.188.num.9.
verſi.probatur.

Secunda nunc enucleanda eſt dubitatio, qua ambi-
gitur, an diuiſio illa facta virtute laudi lati ab arbitris
communi



communi conſenſu electis D.Thomæ ita detrimento ſit,
vt illam retractare nõ poſsit,ſed teneatur illi ſtare ad cõ-
modum d.D.Ioannis.Et dicendum videbatur,diuiſionẽ
hanc maximum attuliſſe detrimentum d.D.Thomæ: &
illam obſeruandam fore.

Primò,(admiſſo D. Ioannem non habuiſſe partem
in his bonis,atque ita cohæredem non extitiſſe,cùm pa-
13 truis ipſi auo)ea ratione ita videtur dicendum,quòd † q
ſcienter dat indebitum,donare dicitur.l. cuius per erro-
rem.de regul.iuris.l.1.& ibi Doct.ff.de cõdict.indeb.At-
qui in caſu noſtro D.Thomas diuidendo cum D. Ioan-
ne ſcienter dedit:ergo donaſſe dicitur. Illa minor propo
14 ſitio probatur duplici ratione: prima, quia ſcientia † in
proprio facto præſumitur.l.vlti.ff.pro ſuo. Baldus in ſpe-
cie in l.ſi poſt diuiſionem.quarto nota.C.de iuris & facti
ignoran.

15 Secunda ratione ſcientia hæc probatur ex † verbis ap
poſitis in inſtrumento compromiſsi & diuiſionis quib⁹
affirmauit d.Thomas,quòd ex certa ſcientia illa facit.Et
his ſcientiam probari ſcribit Baldus in l.mater. C. de rei
vind.& idemmet Baldus conſ.394.Super primo puncto.
in fine libro quarto.

Secundò hic diuiſionis actus geſtus fuit inter perſo-
nas coniunctas, nempè inter patruum & nepotem. At-
16 qui † inter coniunctos facilè donatio præſumitur.l.Pro-
cula.ff.de probat.Doct.in l.quæ dotis.ff. ſoluto matr.co-
pioſè ſcripſi lib.2.de arbitra.iudicum.caſu 88.nu. 16.Er-
17 go vt † pfecta donatio retractari nõ põt. l. pe.C.de dona.
quæ ſub modo.l.poſſeſſionem.C.de reuo.don.Ita nec re-
tractari diuiſio poteſt.

Tertiò accedit,quòd D.Thomas,diuidendo hæc bo
na,expreſsè renuntiauit omnib.exceptionibus,cõdictio-
ni indebiti,ſine cauſa,doli mali,&c. Sed ita renuntians
18 † ſe ipſum ab omni auxilio & ope excludit.ita ſcribit Bar
tol.in l.vlt.§.idem quæſiit.num.1.ff.de cond.indeb.vt in
motiuo citatur.ergo D.Thomas hanc diuiſionem retra-
ctare non poteſt.

Quartò vrget non parum text.l.cùm putarem.ff.fam.
19 erciſc.quo loci reſpõdit Paulus,diuiſionem † factam in-
ter verum hæredem & putatiuum prætextu illius erro-
ris nõ retractari,cùm iudicis auctoritate facta eſt. Sed in
caſu noſtro facta fuit diuiſio à iudicibus, nempè ab ele-
20 ctis † arbitris:qui iudicis inſtar ſunt.l.1.ff.de recept.arbit.
21 Etiam † longo ſilentio fuit laudum vnà cum diuiſione
confirmatum. Ergo retractari non poteſt.iuxta l.cùm an
tea.§.ſi autem.C.de recept.arbitris.

Quintò non mediocriter videtur ſuffragari text. l. ſi
fratris.C. commu. vtriuſque iud. quo loci conſtitutum
22 eſt,quòd ſi quis † in diuiſione accepit fundum obligatũ
ſcienter,& poſtea euincitur per hypothecariam,non po-
teſt repetere à cohærede id quòd minus conſequitur ob
euictionem ipſam:ex quo ſcienter accepit:ergo idem di-
cendum eſt,D.Thomam nil poſſe repetere à D. Ioanne,
etſi diuidendo cum eo minus accepit quàm accipere
debuit.

Sextò huc ſpectare videtur,quòd D. Thomas diui-
dendo confeſſus eſt in hoc iudicio D. Ioannem habere
23 portionem horum bonorum.Sed is † qui in iudicio con-
fitetur rem propriam eſſe alterius, ſi id per iuris errorem
facit, ſibi præiudicat, & dominium in illum traſſert. ita
Bar.in l.cùm falſa.num.10. & ibidem ſubiungit fortius
eſſe cùm ſcienter in iudicio confeſſio eſt facta ex l. certũ.
§.1.ff.de confeſſ. verſi.ſi verò confeſſio. C. de iur. & facti
ignor.quem in ſpecie ſecutus eſt Beroius. conſi. 2.num.
36.lib.2. Romanus & Imola in l.ſi per errorem. ff. de vſu
cap.ex illo text.quos ſecutus eſt Corn.cõſi.301.col.2.verſ.
ſi quid ergo lib. 1. Et ſcienter in caſu noſtro eſſe factam
hanc confeſſionem iã diximus.Ergo D. Thomæ præiu-
dicauit.Idque confirmatur ex doctrina Bar. in l.1. col 2.
verſi.tertio caſu principali. ff. de officio procurat. Cæſa.
24 cùm ait,quòd ſi tradens † rem ſuam,ſcit eam eſſe ſuam,
ſed tradit tamquam alienam, transfert dominium. ex l.
Iulianus.§.vlt.ff.de cur.furio.Imò ſubiungit Bartolus,ꝙ
ſi quis tradit rem quam ſuam eſſe ignorabat auctoritate
rei iudicatæ,dominium transfert. Cùm ergo laudum ſi-
lentio diuturno(vt iam diximus)fuerit confirmatum,ſe-
quitur dicendum,tranſlatum eſſe dominium.

Septimò & vltimò non mediocriter vrgere videtur
auctoritas Beroij conſi.2.nu. 33.34.36. lib.2. qui in ſpecie
25 reſpondit,diuiſionem † factam auctoritate laudi lati ab
arbitris inter verum hæredem & putatiuum, retractari
non potuiſſe prætextu alicuius erroris: cùm verus hæres
ita diuidendo ſibi præiudicauerit,& dominium in illum
cohæredem putatiuum tranſtulerit.Hæc dubitationẽ mo
uebant aduerſus D.Thomam,ſeu illius hæredes. Quas
quidem dubitationes paulò vberius & efficacius dedu-
cere volui,quò occurrerem omnibus difficultatibus, &
omni ex parte pro viribus ſatisfacerem.

Verùm,iam dictis minimè refragantibus,contrariũ
viſum eſt verius:nempè,hanc diuiſionem nullum attuliſ
ſe præiudicium D.Thomæ,quin ea prætextu erroris nũc
detecti retractari poſsit.Quod vt dicam, multa me mo-
uent.

Primò tex.l.ſi poſt diuiſionem.de iuris & facti ignor.
26 quo loci clarè conſtitutum eſt, diuiſionem † erroneã de-
tecto errore(vt hîc factum fuit)non officere,ſed retracta
ri poſſe.Et illam conſtitutionem ita omnes ibidem an-
notarunt in hanc ſententiam.Et clarè Soci.Sen.conſi. 25.
nu.ſecundò,verſ.1.per caſum.li.4. & alij permulti, quos
referam infra in fine vltimi argumenti.

Secundò accedit tex.magis notabilis & in ſpecie in l.
ſi ſoror.C.de collatio.quem corruptè retulit Soc.Sen. in
d.conſ.25.nu.3.verſ.2.moueor lib.4.cùm citauit l.ſi ſocer.
27 C.de codicillis. Eſt enim ſcriptum in d.l.ſi ſoror,ꝙ † quã
do in diuiſione bonorum paternorum commiſſus eſt er-
ror,vt quia plus ad vnum quàm ad alterum peruenit, il-
la retractatur.Et ibidem in fine,idem eſſe aſſerit legiſla-
tor,quãdo à dato arbitro diuiſio facta eſt. Nec repugnat
quod ſcribit gloſſ.in d.l.ſi ſoror,in gloſſa vlti. in fine, dũ
declarando l. cùm putarem. ff.famil. erciſc. ait quòd res
28 † ſemel diuiſæ amplius non diuiduntur,ſed tantùm diui
duntur non diuiſæ:quia loquitur gloſſ. cùm pars diuiſa
rectè fuit diuiſa,& ideò ſolùm diuiditur altera quæ indi
uiſa ſuperfuit:ſed in caſu noſtro tota diuiſio minus rectè
fuit facta,cùm partem aliquam diuidendam non habue-
rit D.Ioannes ex hæreditate aui ſui.

29 Tertiò ſuffragatur † tex.l. cùm putarem. in fi.ff famil.
erciſ. qui ita in veteri & bene emendato codice legitur.
Planè,ſi ſine iudice diuiſerint res, etiam condictionem
ei,qui fuit hæres,competere dici poteſt.Non enim tran-
ſactum inter eos intelligitur, cùm ille cohæredem eſſe
putauerit. Lectionem hanc reſtituit,& rectè, Alcia. lib.1.
diſpũct.iuris c.8.Cùm ergo in caſu noſtro ſine iudice(vt
infrà ſuo loco demonſtrabimus) cum hærede putatiuo
facta fuerit, dicendum omninò eſt, prætextu illius erro-
ris eſſe retractandam.

Quartò confert l.3. C. communia vtriuſque iudicij.
Cuius hæc ſunt verba: Maioribus etiam per fraudẽ vel
dolum,vel perperam ſine iudicio factis diuiſionibus,ſo-
30 let ſubueniri:quia † in bonæ fidei iudicijs,quod inæqua-
liter factum eſſe conſtiterit, in melius reformatur. Hæc
Diocl.& Maxim.Imp.Quorum conſtitutio hanc diffinit
controuerſiam,cùm diuiſio hæc perperam & ſine iudi-
cio facta fuerit,vt iam dictum fuit,& infrà ſuis locis de-
monſtrabimus.

Quintò huc ſpectat tex.l.cùm ſolus.ff.de vſucap.quo
31 loci Pomponius ait,illum,cui † tamquàm hæredi tradita
res eſt ab altero cohærede,non præſcribere ex eo titulo,
cùm titulus ille ſit nullus. Si ergo titulus iſte nullius eſt
valoris,inde ſequitur,D.Thomam nullum ſibi attuliſſe
præiudicium.

32 Sextò accedit hæc argumentatio.Diuiſio † inter co-
hæredes,vel fratres nil aliud eſt,quàm ratio inter eos cõ
poſita & reddita.Nam fratres requirunt omnia bona,fa-

ciunt partes,& æſtimant inter ſe:ita ſcribit Bartolus rela
3 tus à Socino Sen. quem mox citabo. Atqui ratio † malè
compoſita,& reddita ad compoſitionem rectam & iuſtā
redigi debet.l.error.C.de iuris & facti igno.l.cùm ſeru⁹.
ff.de cond.it.& demon.Scripſi copioſè li.2.de arbitra.iudi
cum,caſu 209.in fi. ergo etiam diuiſio erronea debet e-
mendari.Hac argumētatione in ſpecie vſus eſt Soc. Sen.
d.conſi.25.nu 5. lib.4.
34 Septimò ſuffragatur hæc ratio,quòd diuiſio † eſt quæ
dam permutatio.l.qui Romæ.§ duo fratres.de verb.obl.
clarè Cynus in l 1.C.commu. vtriuſque iud.Corn.conſi.
197.nu.12.lib.1.& Decius in l.cùm proponas.2 nu.2.C. de
35 pactis.Sed permutatio † fieri non poteſt,niſi transferatur
aliquid hincinde.l.1.ff.de rerum permuta. Cùm ergo D.
Ioannes nil proprij in his bonis habuerit quod dare po-
tuerit D.Thomæ,ſequitur, permutationem nullam eſſe
potuiſſe:per conſequens nullam diuiſionem. Hac ratio-
ne in ſpecie vſus eſt Baldus in cōſ 386. Proponitur quòd
frater ex vtroque.lib.1.
Octauò mouet me plurimum hæc argumentatio.D.
36 Thomas ita diuidendo † confeſſus eſt dictum D.Ioannē
eſſe dominum pro dimidia horum bonorum.Atqui,quā
37 do † quis extra iudicium fatetur rem ſuam eſſe alterius,
ſibi non præiudicat,in illumque dominium non tranſ-
fert.ergo D.Thomas non tranſtulit horum bonorum do
minium in dictum D.Ioannem,atque ita ſibi non præiu-
dicauit.Illa minor probatur in l.3 §.ſubtilius.ff.de condi.
cauſa data.in l.ſi aliquam rem.& l.ſi me in vacuam.ff.de
acquir.poſſ.clarius in l.cùm falſa.C.de iuris & facti ign.
in l.qui rem,& l.ad probationem.C.de proba. & manife
ſtè in l.cenſualis.C.de donatio.Et ratio illa eſt,quia errā
38 tis † nullus eſt conſenſus,ſine quo dominium à ſe quis
transferre & damnum inferre non dicitur. Et his iuri-
bus & ratione adducti ita cenſuerunt Bart. in d. l. cùm
falſa.nu.4.ibi Baldus, Caſtren. Salicetus & Iaſon C. de
iuris & facti igno. quòd ſi quis extra iudicium fatetur
rem propriam eſſe alterius, dominium in eum non tranſ
fert.Idem ſcripſit Bart.in d.l.ſi aliquam rem. nu. 9. in fi.
de acq.poſſ. Specul.in tit.de locato.§.nunc aliqua.nu. 66.
& ibidem Io.Andr.nu.77.in ſuis additionibus.Caſt.con
ſi.11.ſuper primo quæſito,in quantum.lib.2.Raphael Co
menſ.conſ.165.Gaſpar,Raphael Fulgoſ.conſ.5.Quidam
Guilielmus.Angelus in §. emphyteuſim, col. 2. in auth.
de non alien.egregiè Aretinus conſil.14.nu.8.Imola cō-
ſi.57.Viſo quodam,verſic.in contrarium.& in ca. ſi cau-
tio,col.3 verſi.ſed certè in hoc.de fide inſtrum.& ibidem
Felinus.nume.8.Corn.conſil 301. col.2. verſ.quod etiam
ſumitur.lib.1.Alex conſi.9.nu.10.lib.5. Ruinus.conſi.40.
num.12.& conſi.155 nu.6.lib.1. Decius conſi.564. num.6.
Iacobinus à S. Georgio in inueſtitura feudali. in verbo,
Dictique vaſalli promiſerūt recognoſcere . nu. 21. Curt.
Iun.conſi 17.num.8.Alciat.in tract.præſump.reg.3. præ-
ſump.21.His accedit in ſpecie magis Anchar. conſ.291 ſu
per plurib.nu.3.& clarius Alex.conſil.137. num. 21. lib.2.
cùm reſpondit,quòd is qui cum fratre & aliis conſan-
guineis diuiſit bona,quæ communia exiſtimabant, cùm
verè non eſſent,in illos dominium non tranſtulit, ſibi q;
non præiudicauit. Et Alexandrum in ſpecie ſecutus eſt
Dec.in l.traditionibus.nu 5.C.de pactis.Huc etiam maxi
mè pertinet quod reſpondit Socinus Iunior conſ.1 2.nu.
39 23 li.1 ſi quis fatetur † rem ſuam eſſe ſub fideicommiſſo,
cùm non ſit,ſibi non præiudicat.Non ergo D. Thomas
ſibi damnum attulit diuidendo hæc bona vt communia,
cùm verè non eſſent.
40 Nonò & vltimò accedit, quòd hæc diuiſio † facta
fuit ex falſa cauſa,nempè,quia credebat D.Thomas hæc
bona eſſe communia cum ipſo Domino Ioanne,cùm ta-
men non eſſent. Atqui certum eſt nullius valoris eſſe ea,
quæ falſa ex cauſa geſta fuerunt, ſicuti videmus cauſam
falſam vitiare priuilegium:ita cenſuit gloſſa & ibi Abbas
in c.quia circa.de conſang.& affinit.Decius conſ.373.nu.
13.qui poſt Cardin.conſ.69. Videtur quòd vnio.& Abba-
41 tem conſ. 101.lib.1.vnionem † eccleſiarum reddi nullam
ex falſa cauſa dicit, id quod probat & Craue. conſil. 258.
42 nu.12. Idem de diſpenſatione † ex falſa cauſa reſpondit
Decius conſi.602.num.15.& conſi. 603. num. 9. Idem de
reſcripto reſpondit Pariſius conſi.51.num.27.li.4. Imò e-
43 tiam vitiatur iuramentum † falſa de cauſa præſtitum. vt
reſpondit Pariſius conſi.96.nu.24.lib.1. Ita etiam falſam
44 cauſam vitiare inſolutum dationem cenſuit idem Pari-
45 ſius conſil.81.num.24.lib.2.Ita etiam vitiat † hæredis in-
ſtitutionem,ſicuti reſpondit Barba.conſi. 27. col.7. lib.1.
46 Et in ſpecie magis dicimus:falſam † cauſam vitiare trāſ-
46 actionem,quæ † diuiſioni æquiparatur.Ita reſpōdit Bar-
ba.conſ.16.colum.pen.& vltim.libr 3. Ita magis in ſpecie
48 vitiat laudum † latum ab arbitris: quemadmodum reſ-
pondit Pariſius conſi.24.num.146.lib.2.& Decius conſi.
49 475. numero 14. 15. Imò & iudicis † decretum ob cau-
ſam falſam vitiari reſponderunt Barba conſi.6 col. 10. li.
4.& Pariſius conſi.89.num 59.lib. 1. Et in terminis diui-
50 ſionem vitiari ob falſam cauſam & erroneam † reſponde
runt Bald.conſi.386.Proponitur.lib.1.Caſtr.conſ.123. Du
bitatur primò an Comenſ.num.5 lib.2. Anchar.conſ.291.
Super pluribus num.3. Alex.in l.ſi ſoror,in fin.& ibi De-
cius in ſecundo nota. C. de colla. idem Alex.conſil.108.
num.1.lib.1.Dec.conſi.408.num.1 & conſi.525. num 5. &
Socinus Iunior conſi 48.num.42.& conſi 128. num.121.
lib.1.& Craue.conſi.26.in fine.conſi.138.num.9. & conſi.
221.num.8.
Non obſtant nunc in contrarium adducta,in quorum
diſſolutione nunc eſt elaborandum. Ad primum itaque
reſpondeo, diuiſionem hanc ſcienter factam non fuiſſe,
51 ſed per errorem,ſicuti dictum fuit. Et ignorantia † regu-
lariter præſumitur.l. verius. ff de probat.cum ſimilibus.
Nec obſtat,quòd in facto proprio non præſumitur i-
gnorantia.l.vlt.ff.pro ſuo.quia (quemadmodum ita in ter
minis noſtris reſpondendo dixit Soc. Sen.conſi.25 num.
52 9.lib.4.)non eſt verum abſolutè & indiſtinctè. quòd † in
facto proprio tolerabilis non ſit ignorantia, cùm verius
ſit eſſe tolerabilem & præſumi,quando de damno euitā-
do agitur.l.ſed etſi me putem.ff.de condi. indeb.& l. non
fatetur.ff.de cōfeſſis. Et D Thomam tractare de damno
euitando certum eſt,quia ſolùm contendit de re ſua non
amittenda:vt econtrà D.Ioannes agit de lucro,vt ſcilicet
habeat portionem hæreditatis, cùm cohæres non exti-
terit.
Nec etiam obſtat illa ſecunda conſideratio,quòd ex
certa ſcientia confecta ſit diuiſio,quia reſpondeo,hāc aſ-
ſertionem verſari circa diuiſionem ſeu compromiſſum
de diuidendo,præſuppoſita ſemper cauſa illa,nēpe com-
muniones bonorum. Et ideò hæc aſſertio duo habet, v-
num expreſſum,alterum tacitū. Expreſſum illud habet,
quòd voluerunt hi compromittere ad hoc vt bona diui-
derentur.Tacitum eſt,quòd venit per antecedens, bona
ſcilicèt eſſe communia.Et cùm hoc,quòd bona commu-
nia ſint,tacitè veniat,confeſſio nil operatur,vt in Domi-
num Ioannem ſit tranſlatum dominium, & per conſe-
quens quòd ſibi præiudicauerit D.Thomas.Quandoqui
dem ex hac confeſſione duo reſultarēt ſpecialia. Vnum,
quòd tacendo videretur confiteri bona eſſe communia.
Alterùm,quòd confitendo donaret, quod verum nō eſt.
ita in ſpecie reſpondendo clauſulæ,ex certa ſcientia, egre
giè conſiderat Aret.conſi.14 num 8.verſi.ſecundò, quia.
Præterea ceſſat hæc certa ſcientia,ex quo contrarium pro
batum fuit,ita in terminis reſpondet Dec.conſi.408.nu-
mero 7.
Non obſtat ſecundum,quia reſpondeo, inter coniun
53 ctos donationem † non præſumi,niſi multa concurrant.
ita in ſpecie noſtra reſpondet Socinus Sen.d.conſi.25.nu.
10.libr.4. qui ita declarat d.l.Procula.ff.de probatio.quā
ſanè declarationem ſecutus ſum lib.2.de arbitrariis iudi
cum,caſu 88.nu.16.quo loci multis eiuſdem ſententiæ re
cenſitis Doctorib.ſcripſi, plures coniecturas extitiſſe in
caſu dictæ l.Procula,quibus donatio præſumebatur, nē
pè conſan-



pè cōſanguinitas,ratio ſæpius calculata,& temporis diu-
turnitas,quæ quidem ceſſant in caſu noſtro.
Non obſtat tertium,quia reſpondeo, clauſulam illam
eodem errore adſcriptam fuiſſe,quo ipſe D. Thomas de
re propria compromiſſum fecit, & per conſequens con-
ceſſit,quod concedere non tenebatur. Et ideò quemad-
54 modum † corruit ipſa diuiſio ex laudo facto,ita pariter
corruit hæc clauſula: vt declarat ipſemet Bart. in d.l. vlt.
§.idem quæſiit. num.1.verſi.vnde credo.ff.de condit. in-
debiti.quem ſecuti ſunt.Barba.cōſ.76.col.vlt.lib.3.Corn.
conſi.189.colum.2.lib.1.qui ita de clauſula ex certa ſciē-
tia,non vi,nec dolo & renuntiatione adhibita in inſtru-
mento tranſactionis cenſuit. Et cum Bartholo eſſe com-
* munem* ſententiam atteſtatur Socinus Iunior conſi. 116.
nu.20.lib.2. Et in claris terminis,non eundo(vt dici ſolet
à noſtris)per mendicata ſuffragia, ita docuit Caſtren. in
d.l.vlt.§.idem quæſiit. ff. de cond. indebiti. Cuius verba
adſcripſi: Et conſului ſemel per iſtum textum, & per ea,
quæ tangit hîc Bart.cùm quidam fratres diuiſiſſent bo-
na paterna & materna & etiam fraterna æqualiter inter
ſe,promiſiſſent non venire contra diuiſionem,alter alte-
rum non moleſtare,occaſione dictorum bonorum, po-
ſteà apparuit quòd bona fratris mortui pertinebant ad al
terum tantùm:& quia erat vtrinque coniunctus, ſed al-
ter ex vno latere tantùm:& ſic non veniebant diuidenda
ſed illi ſoli applicanda,volebat repetere & venire cōtra.
Opponebatur ſibi de illa diuiſione,& de pacto de nō ve-
niendo contra.Dixi,quòd illud pactum per errorem in-
terpoſitum nō præiudicabat ſibi,vt hîc eſt caſus.Hæc Ca
ſtrenſis.Qua ſanè doctrina apertè diluitur atque confu-
tatur relata argumentatio.Hanc caſtrenſis traditionem
ſecuti ſunt Rui.conſi.134.nu.6.li.1.& in ſpecie Decius cō
ſi.351.num.4.& conſi.408.nu.1.& conſ.475.nu.30.Eā quo
que probauit ipſe Dec.ſimili in caſu in conſi.180. colu.3.
verſi.renuntiauit ergo.
Non obſtat quartum argumentum ex l.cùm putarē.
55 ff.de famil.erciſ.quia illud reſponſum † procedit in diui
ſione facta per ſententiam latam in iudicio contradicto-
rio:ita textum illum in ſuo primo reſponſo omnes ibi in
telligunt.& præter illos,ita Anchar.conſ.291.nu.3. Soci.
Sen.conſ.25.num.12.& conſ.33.nu.6.li. 4. clarius Decius
conſi.351.nu.7.verſ.non obſtat textus,vbi ait non ſuffice
re quòd diuiſio fuerit facta interpoſito iudicis decreto,
vt retractari non poſsit,tāquam iudicialiter facta,ſed ſen
tentia debet eſſe lata in iudicio contradictorio. Rationē
quæ ad rem noſtram confert,hanc reddit, quòd decretū
56 † interponitur inter volentes:& ideò non adhibetur ple
na cauſæ cognitio:at ſecus in ſententia,quæ re plenè co-
gnita fertur inter contendentes.Eadem ergo ratione eſt
dicendum in caſu laudi huius,quod in caſu decreti:cùm
& hoc laudū fuerit prolatum ſine cauſæ cognitione. Præ
57 tereà,non ſolùm non fuit latum † laudum re cognita,ſed
etiam merè extraiudicialiter,& ob id nullo modo vim
ſententiæ obtinet.ita in terminis reſpondit Angelus con
ſi.198.Pro deciſione quæſitorum.col.1.verſ. Nunc ad pro
poſitum.Laudum latum ab arbitris ſine cauſæ cognitio
ne vim ſententiæ & rei iudicatæ non obtinere,vt res vni
tamquam hæreditaria ad iudicari potuerit. Et ita intelli
gitur tex.l.ſi ſoror.C.de collatio.qua de re infrà in reſpō
ſione ad vltimum,in fine vnà cum Alexandro dicam.
Non obſtat quintum argumentum ex l.ſi fratris. C.
communia vtriuſque iud.quia reſpondeo ex iam relatis,
quòd imò per errorem,& non ſcienter,D. Thomas hæc
bona diuiſit.
Non obſtat ſextum fundamentum, quia reſpondeo
primò,hanc confeſsionem nō fuiſſe iudicialiter factam,
vt iam ſuprà fuit demonſtratum.
Præterea,& ſecundò, admiſſo quòd iudicialiter cō-
feſſio facta ſit,attamen illa omninò non præiudicat,quia
58 illa cōfeſſio † errore iuris facta abſolutè non præiudicat,
ſed ſolùm donec de errore conſtet. Concedo enim trāſ-
ferre dominium, attamen tranſlatio reſcinditur errore
59 detecto. Nam ita dicimus ſententiam † ob errorem etiā
iuris retractari:ita reſpondit Comenſ. conſi. 156. Viſa fa-
cti ſerie,colu.vlt.verſi.nam etſi.ex cauſa. & cum eo Dec.
conſ.525. num.11. quos loqui intelligo etiam cùm error
iuris eſt,ex iuribus ab illis allegatis.Et huc ſpectat quod
in ſpecie reſpondit Corneus conſi. 278.colum. vlt. verſ.
ſecundò ibi agitur.lib.4.dum reſpondit, quòd licèt vir-
60 tute laudi lati ratificati facta eſſet diuiſio † bonorum,&
tranſlatum dominium, illud tamen retractatur detecto
errore. Et in caſu Cornei error iuris erat. Clarius idem
aſſerit Socinus Iunior conſi.128.nu.121.lib.1.
Nec etiam verum eſt,quòd in ea quinta argumenta-
tione dictum fuit,quòd ſcilicèt ſcienter facta fuerit illa
confeſſio iudicialis,quia imò ignoranter & per errorem.
Non etiam repugnat illa doctrina Bartol. in. d.l.1.
col.2.verſi.3.caſu.ff.de officio procura. Cæſa.quia reſpō-
deo,traditionem Bartoli intelligit iuxta textum, quem
allegat,nempè quando dominus ſcienter tradit,non ta-
men tamquam eius cui tradit,ſed tamquam rem alteri-
us tertij, & ſic habet animum transferendi dominium
in recipientem: & recipiens habet animum acquirendi
61 dominium de nouo Nam hoc caſu non adeſt error † in
tranſlatione dominii,quod tradentis conſenſu transfer-
tur.ita Bartolum declarat Aret.in l.ſi aliquam rem, col.
2.ff.de acquir.poſſ.Hoc non cōtingit in caſu noſtro, quia
bona hæc D.Ioanni tradita fuerunt vt propria, atque ita
per errorem vt iam dixi.
Non obſtat vltimum ex auctorite Beroii, dicto con-
ſi.2. nume. 33.libr. 2. quia reſpondeo primò aduerſus Be
roium in ſpecie ſenſiſſe Corneum conſi.278. colum. vlt.
verſi.ſed contra prædicta.lib.4.cùm affirmet condictio-
62 ne indebiti,vel ſine cauſa repeti poſſe dominium † tranſ-
latum ex laudo ratificato & iurato: ſanè laudo facta fue
rat diuiſio bonorum, quæ deinde erronea demōſtratur.
Et ita intelligit l.ſi poſt diuiſionem.C. de iuris & facti i-
gnoran. locum habere in diuiſione facta virtute laudi.
clarius idem reſpondit Soc.Iun.conſi.42.nu. 43.44. in fi.
lib.1.& Alexander,quem mox referam.
Præterea repugnat conſultationi Beroii tex. clarus,
l.ſi ſoror,in fine.C.de collatio.qui apertè loquitur( vt iā
ſuprà admonui)de diuiſione facta ex laudo arbitri, quæ
non præiudicat, ſi alter diuidentium errore læſus fuit:
niſi illa exceptio,quæ ad detegendum errorem allegatur,
iam fuiſſet deducta coram ipſo arbitrio,& ab eo reiecta
cui quidem reiectioni partes,bona diuidendo acquieuiſ
ſent. Siquidem, tunc viſi ſunt fateri eam exceptionem
veram non eſſe,& ob id non obeſſe:quemadmodū ita d.l.
ſi ſoror,intellexit & rectè, Salicetus in fin. & clarius Ale
xander ibi in fine,in ſimili citando.l.quod in diem.§.1.ff.
de compenſa.& l.ſi autem.§.vlt.ff.de neg.geſt. Atque ita
Alexander in ea opinione eſt cum Corneo & Socino re-
latis,diuiſionem ex laudo arbitri factam reſcindi prætex
tu erroris,cùm re plenè cognita & diſcuſſa laudum latū
non fuit:quemadmodum euenit in caſu noſtro, in quo
ita iuris eſſe ſentio,rectiore iudicio ſaluo.

Iacobus Menochius I. C.

*SVMMARIVM*

1 *Pactum & promiſſio de donando nullum ſpecialem effectum habet, neque executionem meretur.*
2 *Donare, & promittere donare differunt, & de veritate huius dicti nu.27.*
3 *Pactum de renuntiando an valeat.*
4 *Et quid de pacto de vendendo.*
5 *Quid in pacto de renouando emphyteuſim.*
6 *Idem de pacto de cedendo.*
7 *Hæreditas omnium bonorum, & ſic ſucceſſio, pacto dari an poſſit.*
8 *Stipulatio hæreditatem ſibi relinqui an valeat.*
9 *Pactum de hæreditate viuentis non valet, & quomodo intel-*

ligatur.nu.45.
10 Pactum de re aliena eſt contra bonos mores, & plenum triſtis euentus.
11 Pactum de hæreditate viuentis fauore piæ cauſæ an ſubſtineatur.
12 Pactum de ſola quota hæreditatis viuentis an valeat.
13 Pactum inter fratres quod prædecedēte altero abſque filijs maſculis, alter in dimidia bonorum ſuccedat, an valeat.
14 Teſtandi facultas libera eſſe debet, neque pacto reſtringi debet.
15 Pactum ſuper hæreditate viuentis fauore matrimonij an valeat.
16 Liberi arbitrij fauor, maior, & potior eſt quàm matrimonij.
17 Contrahens matrimonium per pactum ſibi factum ab aliquo ſuper eius hæreditate, erraſſe dicitur, quia tale pactum non obſeruatur.
18 Pacta de ſucceſſione bonorum viuentis cum non valeant, an ſtatuto vel conſuetudine firmari poſſint, & nu.53.
19 Donatio omnium bonorum iurata, & inſinuata reſeruato vſufructu, & filiorū legitimis portionibus, facta in matrimonij contractu ad fauorē primogenitiex eo naſcituri an valeat.
20 Aegidij Belleme. maxima eſt auctoritas.
21 Donans omnia bona ſua vt contrahatur matrimonium, an ad aliquid conueniri poſſet.
22 Promittens factum, non poteſt compelli præcisè, ſed tantum ad intereſſe.
23 Donatio non ratificata donatario non prodeſt vti imperfecta.
24 Et quomodo intelligatur hoc dictum, figurantur tres caſus.
25 Donatio ſi ſit facta, donator pœnitere poteſt conſentientibus donatarijs. Et quomodo intelligatur. & nu.75.
26 Pactum in matrimonio factum vt primogenitus ex eo ſuccedat in aliqua re, intelligitur permanētibus paciſcentibus in eadem opinione. & nu.50.
27 Pactum de donando donationem continet.
28 Eoque magis cum geminatum ſit, & pluries facta ſit promiſſio donandi.
29 Pactum ſeu promiſſio de donando facta coram principe, licèt aliàs non valeat, tamen vti iudiciale vel iudicialis tenet, & valet.
30 Promittens hæreditatem ſuā alicui vt contrahat matrimoniū, licèt alias conueniri nō poſſit, de dolo tamē tenebitur, & quomodo.
31 Promittens Principi alicui aliquid donare, licèt aliàs donatio nō valeat, tamē vti coram Principe facta ab ipſo cōpelli poterit ad obſeruationem. & de ratione nu.68.
32 Dux Vrbini, Ferrariæ & nonnulli alij Principes licèt ratione feudi ſuperiorem recognoſcant ſummum Pontificem, tamē in ſuo Ducatu condendi legem poteſtatem habent, & abrogādi & in eorum Ducatu Reges dicuntur, & Imperatores, ſic de Duce Mantuæ qui recognoſcit Imperatorem ſuperiorem.
33 Laici in terris eccleſiæ tenentur obſeruare quod pacto nudo promiſerunt.
34 Actio ex pacto nudo oriri dicitur ſola æquitate inſpecta.
35 Promiſſio facta in ſcriptura merè priuata cenſetur facta per ſtipulationem.
36 Pactum de donando ſi contrahat matrimoniū licèt ab initio ſit nullū, tamē ſi ſequatur matrimoniū, dicitur traditione veſtitutum, & habebit locum.
37 Donatio vt valeat, licèt non ſit facta ex cauſa finali, ſufficit tamen ſi ex cauſa impulſiua fuerit facta.
38 Contractus duo ſi vno tempore celebrentur correſpectiui præſumuntur.
39 Donatarius ſi poſt donationem obligat ſe ad aliquid, præſumitur factum contemplatione præcedentis donationis.
40 Pactum ſeu contractus nudus efficitur efficax ad agendum cohærentia alterius pacti vel contractus.
41 Contractus claudicare non debent, ideo in eis æqualitas eſt ſeruanda.
42 Sublato vno ex contractibus correſpectiuis tollitur & alius.
43 Donatio omnium bonorum valet reſeruato ſibi ſolo vſufructu.
44 Contractus de omnibus bonis alicuius valet.
45 Pactum de viuentis hæreditate ſecundum veriorem opi. valet, dummodò tractetur de hæreditate paciſcentium.
46 Pactum de re aliena inuito domino eſt contra bonos mores.
47 Et an in hoc caſu tacitus conſenſus illius de cuius re agitur, ſufficiat.
48 Pactum de donando omnia bona valet, ſecus de donando hæreditatem.
49 Et fauore matrimonij valet ſecundum veriorem opinionem.
50 Promiſſio omnium bonorum valet, dummodo non impediatur libera facultas teſtandi.
51 Pactum de quota bonorū differt à pacto de quota hæreditatis.
52 Conſuetudo & ſtatutum poteſt firmari pactum factum de ſucceſſione bonorum viuentis ſecundum magis veriorem opinionem.
53 Eóque magis cum pactum factum ſit fauore matrimonij.
54 Doctoribus atteſtantibus de conſuetudine obſeruari, licèt nō ſit credendum, tamen creditur donec contrarium probetur.
55 Atteſtationes Doctorum ita conſuetudine obſeruari, licèt non probent faciunt tamen præſumptionem.
56 Naſcituro an acquiri, ſtipulari, vel donari poſſit.
57 Emphyteuſis acquiſita pro ſe filiis & nepotibus, an deueniat etiam ad nepotes poſtea conceptos.
58 Naſciturus an admittatur ad hæreditatem.
59 Donatio facta Eccleſiæ non ædificatæ, quomodo nō valeat iuxta capitulum Abbate §. nec pro eo, de re iud. in 6.
60 Priuilegium conceſſum eccleſiæ ædificandæ quomodo & quando valeat.
61 Promittens donare tali ſi in vxorem ducat talem, an liberetur præſtando intereſſe, & quomodo.
62 Promiſſor dandi præcisè cogi poteſt ad dandum vel tradendū, ſecus ſi promiſſerit aliquid faciendi.
63 Venditor promittens rem venditam tradere, an videatur promittere factum.
64 Ratihabitio tam facto quàm verbis fieri poteſt, & eundem effectum parit.
65 Donatarius cenſetur ratificare donationem, ſi bonorū poſſeſſionem apprehenderit.
66 Ita etiam ſi ſciens aliquid ſibi donatū, neque repudiet, quia illud acceptaſſe dicitur.
67 Notarius ſtipulatione ſua ipſo iure abſenti donationem acquirit.
68 Princeps alteri ſtipulari poteſt, vti de iudice inferiore dicimus.
69 Notarij, & magiſtratus æquiparantur quò ad hoc, vt alteri ſtipulari poſſint.
70 Legitimatus à Principe, legitimationē ratificare debet, & qua de cauſa.
71 Notarius cui à iudice commiſsio cauſæ data eſt, ipſam ſcribere non poteſt, neque de ea rogari.
72 Acquirere ex ſua ſtipulatione alteris poteſt, qui aliàs ſentiret maximum incommodum & detrimentum.
73 Donatio an poſſit ratificari ab hæredibus donatarij.
74 Donans ſub conditione, an pendente cōditione donationem reuocare poſſit.
75 Donans fundum alicui, ita vt poſt tempus ſit eccleſiæ, an pœnitere poſsit.
76 Notarius ſi ſtipulatus ſit nomine alterius, illi irreuocabiliter acquirit, illo etiam non ratificante.
77 Donans non debet pœnitere, quando tractatur de præiudicio donatarij, vel alterius. & nu. ſeq.
Et quid cum conſenſu amborum contrahentium.
78 Donatarius tacendo an videatur conſenſiſſe pœnitentiæ donatoris.
79 Pœnitentiæ locus non eſt, vbicūque facta eſt donatio fauore dotis, & qua de cauſa.
80 Iudex inferior non poteſt ex ſua conſcientia ſententiam ferre, ſed debet iudicare ſecundum acta, & probata.
81 Princeps autem hoc facere poteſt.
82 Imò & Principis vices gerens.
83 Princeps à Deo eſt, & Dei loco lites dirimit.
84 Teſtes honeſtæ & probatæ vitæ, qui nec commodum neque incommodum ſunt conſecuturi, debent omninò admitti.

85 Mediatores



85 Mediatores ſeu proxenetæ an in illo actu geſto teſtes ſint validi, & quid ſi ab vtraque parte ſint producti.
86 Procurator ſeu ſolicitator cauſæ in illa cauſa teſtis eſſe poteſt.
87 Teſtes aliàs inhabiles admittuntur, ſi aliunde veritas haberi nō poteſt.
88 Notarius cauſæ magis vt teſtis probat quàm alij.
89 Clericus vel ſacerdos vt teſtis productus vim duorum obtinet.
90 Rex in iuſtitia regnabit, & Principes in iudicio præerunt.

## FACTI SPECIES.

D. Giſmundus Quartarius D. Ferrandum nepotem ex filia apud ſe multos annos habuit, & loco filij, & illi bona ſua relinquere velle prædicabat, Amicorum precibus & interuentu factum eſt, vt Dominus Io. Maria Pacius Senogallienſis Ferrando nuberet eius filiam, dote duorum millium Coronatorum conſtituta, datis etiam veſtibus & ornamentis ſponſalibus non parui valoris. Ea tamen conditione & pacto initio cum dicto Domino Quartario, vt ipſe Quartarius omnia bona ſua, reſeruata ſibi portione aliqua, vel vſufructu ſaltem, donaret d. Ferrando. cui verè vt inopi dictus Pacius filiam in vxorem non dediſſet, niſi is Quartarius bona ſua ei donaſſet. Promiſsionem fecit Quartarius amicis & mediatoribus matrimonij & præſertim Domino Venturæ Aquilino Illuſtriſsimi Ducis Vrbini Capitaneo: ac Domino Giſmundo Renalducio. Cùm matrimonium fuit contractum requiſierunt ij quibus promiſsio fuit facta, vt d. Quartarius eam donationem faceret. Quæ quidem cum fieri non potuiſſet ſine licentia Illuſt. Ducis Vrbini: & ob id donec licentiam poſſet Quartarius impetrare promiſit teſtamentum condere & hæredem facere d. Ferrandum, atque ita fecit. Deinde paulò poſt preces Illuſtriſsimo Duci, vt concederet licentiam donandi. Dux licentiam conceſsit. Quartarius facti pœnituit, & recuſare cæpit ſe velle eam donationem facere, immò eam licentiam non impetraſſe. Conqueſtus eſt Pacius apud Illuſtriſsimum Ducem, quòd à Quartario ita deluderetur. Dux re audita & cognita grauiter ipſum Quartarium reprehendit. Quo omnia quieſceret promiſit Quartarius Illuſtriſsimo Duci, quòd hæredem feciſſet Dominum Ferrandum, & vbi id non præſtitiſſet, voluit poſſe compelli ab ipſo Domino Duce ad eam donationem perficiendum. Ita res ſe habuit per quadriennium. poſtmodum moritur Ferrandus tribus filiis maſculis & duabus fœminis ſuperſtitibus. Quartarius nouum teſtamentum condidit, & Ferrandi filios non inſtituit, ſed omni iure quod ſibi competere poterat ex illo priori teſtamento, in quo Ferrandum fecerat hæredem, priuauit. Quin negat velle bona ſua his filiis donare, aſſerens, non licere ei facultatem teſtandi impedire.

Dubitari nunc contingit. Primò, an is Quartarius teneatur promiſſa ſeruare, atque ita donare. Secundò, an promiſsio adductis probationibus & teſtibus ſatis probetur.

### CONSILIVM XCII.

# Initium à Domino.

HABET non leues dubitationes prima illa propoſita iuris quæſtio: ſiquidem multis dicendum videbatur, Quartarium compelli non poſſe obſeruare quod promiſit.

Primò, quia hæc fuit promiſ-
1 ſio † & pactum de donando, quæ
quidem ex multorum opinione
nullum ſpecialem effectum habent: nec executionē me-
rentur. ita ſcribunt Imola in l. in ædibus. §. 1. ff. de dona.
Salicetus in l. ſi quis argentum. §. vlti. C. de donat. Alex. in
l. iuriſgentium. in prin. ff. de pactis. ita alii plures, quos re-
cenſet Tiraquell. in tract. de retractu conuentio. ad finē.
2 numer. 48. qui tradunt, aliud † eſſe donare, aliud promit-
tere donare. Et promiſſionem hanc de donando eſſe inef
ficacem, docuit Galliau. in rubr. de verb. oblig. num, 113.
3 Ita in pacto † de renuntiando, quod à pacto de donan-
do non differt, poſt multos cenſuit Boe. q. 3. col. 1. Ita in
pacto de infeudando reſpondit Iaſ. conſi. 24. colu. 8. libr.
4 3. Ita etiam in pacto † de vendendo. idem Iaſ. conſil. 117.
colu. 2. li. 1. Dec. in l. cùm fundus. §. ſeruum tuum. numer.
4. ff. ſi certum peta. & Ruin. conſi. 79. numer. 2. lib. 1. Ita in
5 pacto † de renouando emphiteuſim Ruin. conſi. 167. nu.
13. lib. 1. Ita in pacto de inſtituendo idem Rui. conſi. 9. nu.
6 9. lib. 1. Ita demum in † promiſſione de cedendo. Ro-
ma. conſi. 86. col. 2. Dec. conſi. 502. in fi. Alia ex Tiraquel-
lo, quem iam citauimus, adferri huc poſſent. Illud ſolùm
dico, quod ibidem annotauit Tiraqu. nu. 49. & præter eū
Boe. d. q. 3. nu. 8. nec iuramento quidem has promiſiones
firmari poſſe.

Secundò non parum pro Quartario facit, quòd etiam
ſi re ipſa facta eſſet donatio hæc omnium bonorum, non
7 videtur conſiſtere. Nam pacto † hæreditas omniumque
bonorum ſucceſſio dari non poteſt. l. hæreditas. C. de pa-
ctis. cuius ſententiæ ea eſt ratio, quòd hoc modo teſtamē
ti ſolennitas impediretur, contra l. nemo poteſt. de leg. 1.
8 Accedit quòd non licèt † ſtipulari hæreditatem ſibi re-
linqui. l. ſtipulatio hoc modo concepta. de verbo. oblig.
quod ea ratione factū creditur quia, hac via impediretē li
9 bera teſtādi facultas. Rurſus accedit, non licere † paciſci
de hæreditate viuentis, non ſolùm inter eos, qui ſpem à
ſucceſsione remotam habent & qui in dubio verſantur.
l. vlt. C. de pactis. dum de cognatis paciſcentibus loqui-
tur: verùm etiam inter eos, qui ſpem proximam & quaſi
certam ſuccedendi habent, quemadmodum ſunt filij. l.
pactū quod dotali. C. de pactis. Cuius quidem caſus po-
10 ſtremi rōnes duæ ſunt. Prima q † contra bonos mores ſit
de re aliena paciſci. Secunda, quòd conuentio hæc plena
ſit triſtis euentus, cùm votum captandæ mortis cōtineat.
Quas ſanè rationes noſtri conſiderant multis in locis: vt
apud Angelum, Caſtrenſem & Fulgo. in l. tale pactum.
11 ff. de pactis. qui docuerunt, nec fauore † quidem piæ cau
ſæ huiuſmodi pacta ſuſtineri. Quod multis confirmarūt
Tiraquellus in tracta. de iure primigen. quæſtion. 6. nu-
mer. 16. & Soc. Iun. conſil. 44. numer. 45. libr. 2. qui nume.
12. multa ad rem hanc noſtram attulit. De his alia ſcri-
bunt Deci. conſi. 475. num. 20. & Pariſi. conſ. 24. nu. 55. li. 2.

ff dum in

dum in eodem caſu cum Decio reſpondit.

Tertiò accedit,quòd multorum eſt opinio,non vale
12 re huiuſmodi pacta † & conuentiones,etiamſi de ſola hæ
reditatis quota conuentum fuerit.ita docent Alexan. in
l.vlt.C.de pactis.& in l.ſtipulatio hoc modo cõcepta. col.
5.verſi.item limitari poteſt,de verbo.oblig. Dec. in l.pa-
ctum quod dotali.num.12.C.de pactis.& conſ.184. & Ti
raq.in tract.de iure primigen.q.6.num.14.in fine. & nu.
16.qui alios plures recenſet.Illis addo Socinum Iun.con
13 ſi.44.nu.13.li.2.qui reſpondit, non valere pactum † inter
duos fratres,quòd,altero eorum decedente ſine filiis ma
ſculis,alter ſuperſtes in dimidia bonorum ipſius decedẽ
tis ſuccedat.Ea ratione mouetur, quia hoc modo eſſet re
14 ſtringere teſtandi facultatem,q̃ libera † eſſe debet.l.cùm
de duobus.§.idem reſpondet.ff.pro ſocio.Deci.d.l. pactũ
quod dotali.nu.5.C.de pact.Nec diſſentiunt Rub. conſi.
130.num.3.Crau.conſ.256.nu.2.& Cephal.conſi.27. num.
6.libr.1.

15 Quartò ad rem hanc conferre videtur,quòd nec † e-
tiam fauore matrimonij licet ita ſuper hæreditate paci-
ſci.l.pactum quod dotali.C.de pact.cuius ſententiæ ra-
16 tio illa eſt,quia potior eſt fauor liberi † arbitrij, quã ma-
trimonij,vt docent omnes in d.l.pactum.ibi Dec. num.
7.verſi.decimò & vltimò.Hinc docuit Baldus (quod ad
rem noſtram maximè facit)in l.cùm Archimedoram. C.
17 vt in poſſeſ.lega.illum † falli,qui hoc allectus pacto,ma-
trimonium contraxit,ſi obſeruari ſibi opinatur.Baldum
ſecuti ſunt Tiraq.in tract.de iure primigen.q.6.nu.17.&
num.20.Rubeus conſ.130.nu.5.& Purpur.in d.l.pactum.
nu.8 Quin & illud ſcribit Tiraq.d.q.6.nu. 31. poſt alios,
quos recẽſet,nec fauore matrimonij licere paciſci, quòd
primogenitus ex eo matrimonio patris loco ſuccedere
debeat.Illis accedunt Boer.q.204.Alcia.reſp.135. & Cra.
conſi.256.num.1.in fi.qui hac de re copioſè tradũt. Illud
18 etiam accedit,quòd † nec ſtatuto,nec conſuetudine fir-
mari poſſe videntur hæc pacta: vt multos huius opinio-
nis recenſet Tiraquell. in d.tract. de iure primig. quæ-
ſtio.7.num.3.

Quintò in hanc opinionem me trahebat aliquando
auctoritas AEgidij Bellame.conſil.17. Contrahens. qui
19 reſpondit,donationem † omnium bonorum iuramento
firmatam,& inſinuatam,reſeruato ſibi vſufructu & legi-
timis filiorum,factam in contractu matrimonij ad fauo-
rem primogeniti ex eo matrimonio naſcituri, non vale-
re.Quibus ille rationibus vtatur apud eũ eſt videre. Et
20 cùm magna ſit Aegidij † auctoritas,cũ ſacræ Rotæ Ro-
manæ Auditor fuerit,plurimum ei videtur deferẽdum.

Sextò dicendum videbatur, quòd ſaltem præciſè co
gi non poſsit Quartarius ad donãdum,ſed ſi ad aliquid
21 poteſt conueniri,ſolùm † ad intereſſe conueniri poſsit,
ex doctrina in ſpecie Decij in l.pactum quod dotali. nu.
10.C.de pactis.qui declarando Baldum in dicta l. cùm
Archimedoram,inquit, hunc promiſſorem ad intereſſe
conueniri poſſe:ſentiens fortè non poſſe compelli præci-
sè donare.Decium ſecutus eſt Grammati.deciſ.105.in fi-
ne.Quæ opinio confirmari poſſe videtur,quia hoc pactũ
22 continet quid fieri:cùm autem † factum quis promittit,
non poteſt compelli præciſè facere,ſed ~~liberatur~~ ſoluen
do intereſſe.l.ſi procuratorem.§.manda.ff. de mand. l. ſi
quis ab alio.in fi.ff.de re iud.& l.ſi pœnam & l.ſtipulatio
nes non diuiduntur.vbi Bart.q.8.de verb.oblig.

Septimò alia ratione,inefficax videtur hæc promiſ-
23 ſio † Quartarij de donando,nempè, quia eam Ferrãdus
dum in humanis egit,ratam non habuit, atque accepta-
uit.quæ ſanè acceptatio erat maximè neceſſaria,cum nec
donatio perfecta proſit donatario non acceptanti.l. ab-
ſenti.ff.de donat.l.nec ambigi.C.eo.& ibi Doct.& reſpõ-
dit egregiè Caſtren.conſil.172.In caſu præſenti, viſis om
nibus.& conſilio 197.Viſis his quæ narrantur, in ſecun-
do dubio. libro 2.vbi tres caſus ita conſiderare videtur.
24 Primus † eſt,cùm donatur abſenti,nemine pro eo ſtipu-
lante:tunc neceſſaria eſt donatarij acceptatio. Secundus,
cùm extraneus abſentis nomine ſtipulatur: tunc abſenti
acquiritur,ſi is abſens ratum habet, & ille extraneus ce-
dit actionẽ. Tertius eſt caſus,cùm notarius nomine ab-
ſentis ſtipulatur: tunc abſenti quæritur ſi ſolùm ratũ ha-
bet.Caſtrenſem ſecuti ſunt multi relati à Rolan.conſ.19.
nu.10.li.1.& à Tiraq.de iure cõſtituti,par.3.limit.30.nu.10.
Cùm ergo hîc notarius nõ ſit ſtipulatus nomine Ferrãdi,
is ratum non habuerit , nec ei ceſſa fuerint iura , dicen-
dum videtur, donationem nil prodeſſe hæredibus Fer-
randi.

Octauò ac vltimò,ne contra Quartarium reſponde-
rem,me plurimũ mouebat, quòd etiamſi cõſtaret Quar-
25 tarium donaſſe ,attamen †, ex quo pœnituit, & illi muta-
tioni voluntatis conſenſiſſe videntur omnes, quibus pro
miſit Quartarius, videtur extincta illa promiſſio de do-
nando.Quæ ſanè promiſſio videtur intelligenda, modò
promiſſor in ea volũtate perſeueret.id quod probare vi-
detur tex.in l.1.C.ſi mancip.ita fuer.alie.vt man. vbi ſer-
uus alteri donatus,,vt, certo tempore tranſacto , ad liber-
tatem perueniat,liber efficitur, niſi interim donator vo-
luntatẽ mutauerit.Huc ſpectat doctr.Bar.in l.qui Romæ.
§.Flauius.de verb.oblig. qui ſcribit, quòd ſi donator fũ-
dum alicui donauit, ita vt poſt tempus ſit eccleſiæ, pen-
dente tempore (inquit Bar.) poteſt donator. pœnitere. Et
ad rem magis confert doctr.Io.Fabri in l.vlt.C.de pactis.
26 qui in ſpecie ſcribit, quòd illud pactũ,† quod fit in con-
tractu matrimonii, vt primogenitus ex eo matrimonio
ſuccedat in aliqua re, intelligitur modò ipſi paciſcentes
in eadẽ voluntate perſeuerent. Quam quidem opinionẽ
probarunt Capella Toloſana.q.454.& Alciatus reſp.135.
num.4.verſic. tertia ratio.Cùm ergo Quartarius promiſ-
ſionis pœnituerit, & illi pœnitentiæ dicantur ex eo con-
ſenſiſſe Pacius, Aquilinus & Renalducius, cùm ſcilicèt
non contradixerint, ſed aquieuerint potius Quartario,
quando coram Illuſtriſ. Duce Vrbini dixit , quòd loco
donationis hæredem feciſſet Ferrandum nepotem.Nam
promittendo hæredem illum facere, receſſiſſe dicitur ab
ea voluntate ei donãdi . Non ergo donandi promiſſio
conſiſtere videtur.

Re tamen ipſa diligenti atque accurato ſtudio per-
penſa, contrariam ſententiam veriorem & æquiorem
eſſe arbitror, nempè, Quartarium iure compelli poſſe
promiſſa implere : quin verius in alium bona ſua tranſ-
ferre non poſſe,acceptis ipſorum bonorum ſibi reſerua-
tis fructibus,& portione aliqua pro teſtandi facultate.
Hanc ſententiam, vt veram & æquiſſimam oſtendam,
multis adducor rationibus, quibus partim oſtẽdam do-
nationem re ipſa factam atque perfectam eſſe,partim iu
re & paciſci & donare ita licuiſſe.

Primò, donationem cenſeri factam vel ex eo ſatis
27 conſtat,quòd pactum † de donando donationem con-
tinet. ita Azo,Odoffredus, Bartolus, Baldus,Angelus,
Ioannes Fabri,Fortunius Garzia,& Chriſtophorus Por
tius,quos ſecutus eſt Ripa lib. 3 . reſponſorum c.12. nu.2.
* vbi hanc eſſe communem * opinionem aſſeruit . Quibus
accedunt Soc.Sen. conſ.102.col.3.verſ.poſtremò. lib. 3.&
Alc.reſp.117.num.12.

Secundò confirmatur,quia non modò ſemel, ſed &
28 pluries † Quartarius ita donare promiſit: ſiquidem pro-
miſit primò Aquilino & Renalducio, deinde Illuſtriſſi-
mo Duci . Duci inquam dum dixit , quòd volebat poſſe
cogi ab ipſo Duce ad donandum,ſi mutaſſet à ſe condi-
tum teſtamentum,in quo Ferrandum hæredem ſcripſe-
rat.Cùm ergo geminata fuerit promiſſio, ſequitur dicẽ-
dum eſſe omninò efficacẽ,etiamſi aliàs nullius eſſet mo-
menti,ita docent Iaſ. in l.iuriſgentium.§. ſed cùm nulla.
nu.16.ff.de pactis,Dec.in l.lege.nu.12.15. C.de pactis.& i-
bi Soc.nu.10.verſi.2.limita. Alci. in rub. de verbo . oblig.
nu.20.vbi communem eſſe teſtatur.

Tertiò accedit,quòd etiamſi hoc ſit pactum nudum,
29 vt,aliqui volunt,attamen † dum Quartarius coram illu-
ſtriſſimo Duce promiſit,eſt promiſſio hæc,etiã ſi ſolũ pa-
ctum nudum



ctum nudum contineret,obſeruanda. cùm iudicialis ſit.
l.cùm oſtendimus.§.vlt.ff.de fideiuſſ.tuto.l.tale pactum.
§.qui prouocauit.vbi Bar.col.vlt.ff.de pac.Roman. Ale-
xand.& Aret.in l.1.in princ.& ibi copioſè cæteri iuris in
terpretes,de verb.obliga.Iaſ.in l.iuriſgentium.§.ſed cùm
nulla.nu.19.ff.de pactis.idem in l.ſi conuenerit. nu. 21.ff.
de iuriſd.om.iud.

30 Quartò accedit,quòd,niſi Quartarius obſeruet † pa
ctum hoc de donando,filij Ferrandi nepotis, necnon &
Pacius,qui ea promiſsione fretus filiam Ferrãdo nupſit,
graue ſentient damnum.Filij inquam Ferrandi, quia e-
rũt pauperes admodum & inopes.Pacius verò,quia gra
ui mole premetur,ſi filiam multis filiis onuſtam habe-
bit.Nam fieri non poterit , quin pietas paterna eum mo-
ueat ad alendum illam ac prolem ſimul. Ne ergo vterq;
horum graue hoc damnum ſentiat,dicendum eſt aduer-
ſus Quartarium agi poſſe actione de dolo.iuxta l.elegã-
ter.§.ſeruus pactionis.ff.de dolo.& poſt alios ſcribit Ia-
ſon in d.l.iuriſgentium.§.ſed cùm nulla.numer. 18. ff. de
pactis.Soc.l.ſi conuenerit.numer.22.ff.de iuriſd.om.iud.
& in l.legem.numer.10.C.de pactis. & Decius in l.in bo-
næfidei.num.6.C.eod.& Crotus in rubr.ff.de verbo.ob-
ligation.num.7.Eſſet enim hæc magna Ferrandi & Pa-
cij circumuentio,quæ ferenda nõ eſt,vt poſt Ioan. Fabri
in l.1.C.ſi mancip.ita veni.ne proſtit.ſcribit Aufrerius in
annotat.ad Capellam Toloſa.quæſtion. 454. numero 4.
qui ob id in ſpecie ſcribunt , donationem ob hanc cau-
ſam factam non poſſe reuocari . qua de re infrà ſuo
loco.

Quintò ad rem facit,quòd cùm Quartarius non ſo-
lùm Pacio, Aquilino & Renalducio, ſed & Duci Illu-
ſtriſsimo Vrbini promiſerit eam donationem facere , ab
31 ipſo † Duce compelli debet.Quin (niſi ergo errore du-
cor,) erraſſet ipſe Illuſtriſsimus Dux, ſi hunc Quartariũ
32 non compelleret.Nam habet ipſe Dux † in ſuo Ducatu
omnem poteſtatem condendi legem, & eam abrogandi:
habétque ſupremi principis iura,quãquam ratione feu-
di (qua imperij & poteſtatis vis ſuprema non impeditur,
vt reſpondit Dec.conſi.516.num.4.) Pontificem Maximũ
recognoſcat,vt tradit Io.Iacob.de Leonardis, ipſius Du-
cis aliquando apud Venetos orator. is inquam Ioan. Ia-
cobus inter conſilia Bruni conſil.117.Excepta enim reco
gnitione feudi iura (vt dixi) ſupremi principis exercet:&
in ſuo ducatu dici poteſt Rex & Imperator. quemadmo
dum de Duce Ferrariæ,qui etſi feudum à Pontifice Ma-
ximo recognoſcat,attamẽ in ſuo Ducatu id poteſt quod
Rex in ſuo regno,& Imperator in ſuo Imperio:vt tradũt
Alex.conſi.1.num.29.lib.5.Rui.conſ.23.nu.6.& conſ.200.
nu.2.lib.2.Idem de Duce Mantuæ , quem Imperatorem
recognoſcere ſcimus,ſcribunt Soc.Sen.conſil.66. colum.
6.lib.3.& Soc.Iun.conſil.33.num.9. lib.3. Cùm ergo regia
ſit Illuſtriſsimi Ducis poteſtas,compellere omninò de-
bet Quartarium,quod vel etiã nudo pacto promiſit, præ
ſtare:vti poſt Butrium,in cap.quæ in eccleſiarum,de con
ſtit.ſcribunt Alex.& Iaſ.in l.iuriſgentium.§.ſed cum nul
la.ff.de pactis.ille nu.8.iſte nu.15.& Cur.Sen.conſ.66.Su-
per præmiſſa.col.1.verſ.tamen.qui reſpõdit,Ducem Me-
diolani poſſe compellere obſeruare pacto nudo promiſ-
ſa.Quòd ſi obiiceretur,illuſtriſsimũ Ducem hoc nõ poſ-
ſe (quòd equidem falſum opinor) ob id quòd Pontificem
Max.recognoſcit,dicendum adhuc erit,Quartarium cõ-
pelli poſſe:quia ſi Ciuitas Senogallienſis non moderatur
legibus & conſtitutionibus Ducis Vrbini, (vt moderari
arbitror,) ſed potius Pontificis,ſequitur poſſe cogi, cùm
33 in terris Eccleſiæ etiam laici † teneãtur obſeruare quod
nudo pacto promiſerunt.ita ſcribũt Bal. in auth.ad hæc.
nu.6.C.de vſuris.Imola in c.quæ in eccleſiarũ. nu. 12. de
conſti.& ibi Fel.vbi nu.44.ſcribit inter laicos ſeruari ius
canonicum in terris Eccleſiæ.Corn.cõſ.261 li.4.& Iaſ.in
d.l.iuriſgẽtium.§.ſed cum nulla.nu.6.ff. de pactis. Quod
fortius & clarius procederet, ſi in ciuitate Senogalliæ
34 extaret ſtatutum , Quòd cauſæ diffiniantur ſola † veri-
tate inſpecta,& de æquitate:tunc pacto nudo agi poteſt.
Baldus nou.in rub.de verbo.oblig.nu.6.

Sextò dico, Quartarium ſtipulatione ſolenni promi-
ſiſſe donare.Nam aſſeritur coram Illuſtriſ.Duce confe-
ctam eſſe ſcripturam,in qua ſcriptum legitur ita à Quar-
35 tario promiſſum. Quæ † ſanè promiſſio intelligitur per
ſtipulationem etiam in ſola ſcriptura merè priuata. ita
Neuiz.conſi.45. num. 31. poſt Riminaldum in l. pactum
quod dotali C.de pactis.Decium conſi.107.nu.7.& Gal-
liau.in rub. de ver.obl.nu.15.Alex.l.iuriſgẽtiũ.§.ſed cùm
nulla.nu.8.& §.quod ferè.nu.1.de pactis,& cõſ.16.lib.2.

Septimò cenſeo eſſe animaduertendum , quòd etſi
36 dicatur,pactum † à Quartario factum fuiſſe ab initio nu
dum, attamen à traditione rei recepit veſtimentũ, atque
ita effectum eſt efficax ad agendum,perinde ac ſi ſolen-
nis ſtipulatio interceſſiſſet: vt probant l.legem quam vbi
Dec.nu.16.& Soc.nu.16.& l.ex conuentione,vbi Dec.nu.
3.C.de pactis. Nam promiſit Quartarius, ſe donaturum
bona ſua Ferrando,ſi Pacius ipſi Ferrando in vxorem de-
diſſet filiam propriam.Cùm ergo Pacius filiam Ferrando
dederit atque nupſerit,ſequitur,illud pactum alioqui nu
dum fuiſſe veſtitum traditione ipſius rei. Eſt ergo agen-
dum efficax.

Octauò ac vltimò,vt dicam hoc pactum eſſe efficax,
me plurimum mouet , quòd,ſi rectè conſideramus, hîc
duo celebrati ſunt contractus inter Pacium & Quartariũ.
Vnus eſt, quòd Pacius filiam propriam nuberet Ferran-
do nepoti d.Quartarij. Alter, quòd ipſe Quartarius do-
naret bona ſua dicto Ferrando.Qui ſanè contractus ve-
rè correſpectiui ſunt. Non enim Pacius filiam nupſiſſet
Ferrando, ſi Quartarius eam donationẽ facere non pro-
miſiſſet : vt ipſemet Quartarius in ſuis precibus oblatis
Illuſtriſſimo Duci confeſſus eſt. Nec Quartarius promi-
ſiſſet donare Ferrando,niſi vxorem duxiſſet,vt clarũ:quia
ſi negat nunc ſecuto matrimonio, fortius negaret, eo nõ
ſecuto . Et ſi diceretur , cauſam donationis finalem non
37 fuiſſe dotem:reſpondeo,ſufficere † etiamſi ſit impulſiua.
Soc.l.legem.nume.17.verſi.ſed in terminis. C.de pactis.
Rurſus ſufficit fuiſſe finalem quò ad Pacium.comproba
tur præſumptione à lege probata,quæ eſt, quòd quando
38 duo contractus † vno tempore celebrantur , correſpe-
ctiui præſumuntur : ita in multis probat Decius in l.pe-
tens.nu.3.C. de pactis. & egregiè declarat Corn. conſi.
284.nu.1.2.lib.4.Soc.Sen.conſ.273.col.3. verſi. confirma-
tur.lib.2. qui quidem Socinus poſt Fulgoſium à ſe relatũ
39 ſcribit , quòd donatarius † poſt donationem obligat ſe
ad aliquid, præſumitur factum contemplatione præce-
dentis donationis. idem reſpondit Io . Iacobus de Leo-
nardis inter conſilia Bruni conſi 118.nu. 3.Atqui cùm Pa-
cius ex parte ſua contractum obſeruauerit atque imple-
40 uerit,ſequitur pactum.† nundum à Quartario factũ co-
hærentia alterius recepiſſe fomentũ,& eſſe effectum effi-
cax ad agendũ.l.in bonæfidei.C.de pactis.& ibi Dec.nu.
2.in fi.ſcribit,hoc pactũ reddi efficax fauore tertij : quod
eſt hîc ſummopere cõſiderandũ.Idem quod Decius, nẽ-
pè pactum nundum effici efficax, ſi in correſpectiuis ſe-
quitur ex parte vnius implementum, ſcribunt Iaſon in l.
iuriſgentium.§.ſed cùm nulla.nu.7.ff. de pactis. Neuiza.
conſ.45.nu.36.Corn.d.conſ.284.nu.2.lib.4.

Nonò & vltimò, quòd efficax ſit hoc pactum, facit,
41 ꝙ in contractibus † ſeruanda eſt æqualitas,cùm claudi-
care nõ debeant.l. Iulianus.§.ſi à pupillo. ff.de actio.ẽpt.
& ſcribunt Anchar.conſ.120.& Craue.conſi.239. num.6.
cæteros ſciens prætereo.& præſertim in cõtractibus cor-
42 reſpectiuis,quorum eadem natura eſt.Nam vno † ſubla-
to,& alter extinguitur.l.cùm emptor.ff.de reſc.ind.vend.
l.vlt.de acceptila. Feder. de Senis conſil. 137. Factum eſt
tale,quidã nomine Thomenus.nu.2.Abbas cõſ.61.nu.2.
verſ.moueor.lib.2.Alex.conſ.111.nu.3.lib.3.quem ſecutus
eſt Craue.conſ.230.nu.2.Atqui,ſi Pacius non nupſiſſet fi-
liam Ferrãdo,is Quartarius vel compuliſſet Pacium ſta-
re promiſſis, vel ſi iam donaſſet cõfecto inſtrumẽto, eam

donationem reuocaſſet,tanquam modus non fuiſſet im
pletus,iuxta l.1.C.de don.quæ ſub modo.Ita econtrà poſ
ſe debet Quartarius compelli per Pacium ad obſeruatio
nem promiſſæ donationis,poſteaquam non eſt alio reme
dio ſibi ſuccurſum:cùm inquam non poſsit pœnitere cõ
tracti matrimonij, & filiam ac dotem datam reuocare:
hoc ſuadet omnis ratio, & omnis æquitas, ne alioqui
dolo & fraude (vt dixi) ſit Pacius à Quartario circum-
uentus.

Non obſtant nunc in contrarium adducta, quæ vbi
à me ſublata erunt,rem hanc efficient claram & apertã.
Ad primum itaque ſatis extat ex relatis reſpõſum: ſi qui
dem,(vt in primo fundamento dixi)recepta magis opi-
nio eſt,pactum de donando eſſe efficax, vt cẽſeatur per-
fectè donatum.Et vbi perfecta donatio non eſſet, dixi-
mus Quartarium compelli poſſe ad donandum.

Non obſtat ſecundum, quia reſpondetur multiplici
43 ter.Primò,hîc donationem † factam fuiſſe à Quartario
omnium bonorum,reſeruato vſufructu, & aliqua pecu-
niarum ſumma, vt teſtari poſſet.Quæ ſanè donatio iure
ſubſiſtit,vt tradunt omnes in l.ſtipulatio hoc modo con-
cepta,de verb.obliga.vbi Iaſon colum.pen.affirmat, ve-
* riorem eſſe opinionem * magis receptam, donationem
omnium bonorum valere,ſolo vſufructu reſeruato.Quã
ſanè ſententiam probarunt & alij permulti, quos ſecu-
tus eſt Crauet.conſil.139.& Roland. conſi.65.numer.5.&
ſextò,lib,1.Neuiz.conſi.25.nume.23.Didacus lib.3. varia.
reſol.cap.13.Quibus conſtat malè reſpondiſſe in hoc ca-
ſu Bellamer.conſi.17.contrahens col.3.verſi.decimò pro-
batur.Secundò reſpondetur,quòd etiamſi non donatio
bonorum,ſed hæreditatẽ dare promiſſum fuiſſet, adhuc
44 agere ita licuit, ex quo per viam contractus † actum ita
fuit,vt ſcribunt gloſſa in l.vlt.C. de pactis. Alexander in
l.ſtipulatio hoc modo concepta,& ibi Iaſon,numer.17.in
fine,de verborum obliga.idem Iaſon conſil.60.col.1. lib.
3.conſil.173.col.5.ver.tertiò in terminis.lib.4.Ruinus cõ-
ſi.125.num.5.lib.1.conſi.16.num.4.num.10.lib.2.& conſil.
7.num.5.lib.3.Decius in l.pactum quod dotali,in fine. &
in l.vlt.nume.17.& ibi Purpur.num.216.C. de pactis. idẽ
Decius conſi.655.num.11.Marſil.ſing.333.Curtius Iunior
conſil.15.nume.2.Pariſius conſil.26.num.51.lib.2.Gozad.
conſi. 87.num.2.9.Rubeus conſil.95.num.2.Tiraq.de iu-
re primigen.q.6.nu.5.Soc.Iu.conſ.80.nu.1.li.2. & Gram.
conſ.139.col.2.

Tertiò reſpondeo,etiam licere de tota alicuius hære
ditate,eo volente paciſci.Nam quod dicitur, non licere
45 de hæreditate viuentis paciſci, intelligitur, † cùm inter
duos de hæreditate tertij abſentis fuerit conuentum,ſed
diuerſum eſt,quando cum ipſo hæreditatis domino pa-
ciſcitur,vt in caſu noſtro:ita egregiè declarat gloſſa in l.
hæreditas.C.de pactis conuen. quæ intelligit dictam l.
hæreditas,cùm in dotali inſtrumento extraneus ſtipula-
tus eſt mulieris dotem ea mortua ſibi dari:ſecus ait gloſ-
ſa,ſi cum ea conuentum fuit.Et in hanc ſententiam citat
l.primã.C.vt actio.ab hæred.&c.Quam quidem doctri-
nam probant omnes,apud Decium in l.vltima, numero
4.C.de pactis.qui poſt Baldum,Fulgoſium & Alexãdrũ
docuit,licere paciſci de hæreditate viuentis, eo conſentiẽ
te:quoniam is hæreditatis dominus fidem maximamil-
lis præſtare dicitur,quos nil contra ſe molituros opina-
tur.Quocirca ceſſat hîc ratio illa huius pacti prohibiti-
46 ua,quòd ſcilicèt fit contra bonos mores. Eſſet † enim cõ
tra bonos mores,ſi inuito hæreditatis domino ita paci-
ſceretur.Hanc quoque ſententiam probarunt Decius cõ
ſil.475.numer.22.Purpur.in l.vlt.numer.86.C.de pactis.
Gozad.conſi.97.num.2.& conſi.98.colum.1.& 2.qui af-
47 firmat,tacitum † conſenſum illius, de cuius hæreditate
agitur ſufficere.Quod quidem probarunt & Ruin. con-
ſil.13.nume.3.lib.2.Decius conſi.31.num.4.Curt.Iun. con
ſil.98.numer.3. Pariſ.conſi.26.num.114. libr.2.& conſil.1.
nume.121.lib.3.Crauet.conſil.52.num.2.& Cephal.conſi.
146.nu.5.lib.1.Non me latet tamen aliquos diſſentire, vt
Aquenſis,quem refert Purpur.in d.l. vlt. num.87. C. de
pactis.& ſibi parum conſtans Pariſ.conſ.24. nu. 15. lib. 2.
qui quidem ſcribunt, fore neceſſarium expreſſum con-
ſenſum:ſed à communi non eſt recedendum.

Non obſtat tertium fundamentum,quia reſpondeo
48 primò, hîc † fuiſſe promiſſum donare bona, non autem
hæreditatem. Et verior eſt Doctorum opinio, hanc pa-
ctionem iure valere.Ita Iaſon & cæteri in l.vlt.C. de pa-
ctis. idem Iaſon in l. ſtipulatio hoc modo concepta. nu.
18.ff.de verbo.oblig. vbi docuit, licere duobus fratribus
paciſci, vt altero eorũ decedẽte ſine filiis maſculis, pars,
bonorum ſuæ hæreditatis ad ſuperſtitem deueniat.Quã
quidem opinionem probarunt & alii per multi, quos re
cenſet Tiraquellus in tract.de iure primigen. q.6. nume.
4.illis addo Pariſium conſ.26.num.84. lib.2. conſil.1.nu.
117.conſ.16.nume.11.lib.3.& conſ.72.nu. 16. lib. 4.Curtiũ
Iun.conſi.15.nu.2.Zaſium conſi.1.num.15. lib.2. & Nattã
conſ.474.libro ſecundo,qui in eodem caſu pro Aſinariis
Aſtenſibus reſpondit cum Iaſone conſ.211. lib. 2. & Rui-
no conſil.112.lib.4.

49 Reſpondeo ſecundò fauore † matrimonij, hæc pa-
cta valere,vt tradit Craue.conſi.256.nu.2.& alios infrà re
feram.Nec hoc in caſu locum habet illa ratio conſidera-
ta à Soc.Iun.d.conſi.44.num.13.lib. 2. quia verè non re-
ſtringitur teſtandi facultas,cùm in alijs ad libitum teſta-
ri poſſit.vt in ſpecie ſibi parum conſtans reſpondit idem
Socin.Iun.conſi.65.num.47.lib.1.

Non obſtat quartum fundamentum, quia reſpõdeo
procedere illud poſſe, cùm de vniuerſa hæreditate in
contractu matrimonij actum fuit, vt illa relinqui debeat
per modum vltimæ voluntatis. Nam cùm tunc teſtandi
facultas impediatur, reijcitur pactum: at ſecus eſt cùm
non tota hæreditas, ſed bona ſunt per viam contractus
50 promiſſa,tunc tenet † promiſſio, ex quo non impeditur
libera teſtandi diſpoſitio. ita probat tex. notab. in l.diui
Conſtantini. C. de natura. libe. & confert l. ſi inter. ff.
de pactis dota. quarum argumento affirmarunt ex no-
ſtris quamplurimi,valere pactũ in contractu matrimonij
initum, quòd primogenitus ex eo matrimonio in ali
quo caſtro vel parte aliqua bonorum ſuccedat. ita Gui-
do Pap. q.267. & q.505.& alios plures citauit Tiraq. in
tract.de iure primigem. q.6.nu.11. Quibus accedit Cra-
ue.conſi.256. num.2. qui reſpondit, fauore matrimonij
51 licere paciſci † de ſuccedendo in quota hæreditatis, non
dico in quota bonorum, cùm de ea abſolutè valeat pa-
ctum.Nec verum eſt, quod ſcribunt relati à Tiraquello
52 de iure primige.quæſtio.7.uume.3 nec ſtatuto,† nec cõ-
* ſuetudine has promiſsiones poſſe firmari. Siquidẽ verior*
& receptior eſt opinio probari poſſe: quemadmodum a-
lii permulti à Tiraquello, d. quæſtio. 7. Et inter multos
53 valere † conſuetudinem hanc ita paciſcẽdi ex cauſa ma-
trimonij affirmarunt Decius in dicta l.pactum quod do-
tali.nume. decimo.C.de pactis.capella Toloſa. quæſtio.
452.Gulielmus Benedictus. in cap. Raynutius, in verbo,
duas habens filias.nu.197. de teſta. qui ita in Gallia ſer-
uari teſtatur.Idem ſcriptũ reliquerũt Aluar.in ca.primo.
§.filii nati,ſi de feudo fuer.controuerſ.inter dominum &
agna.vaſal qui ita obſeruatum fuiſſe dicit inter Duces
Ferrariæ & Mantuæ, & Alber.in l.vltima.C.de donatio.
inter virum & vxorem.& Boer. quæſtio.204. num. 6.te-
ſtantur.ita in Rege Aragonum ſeruatũ fuiſſe, & in mul-
tis Germaniæ Principibus ita fuiſſe aliquando conuen-
tum,referunt Ruinus conſi.40.& conſi.99. lib.1. Decius
conſi.516.& conſil.655.Soc.Iunior conſi. 65.lib. 1. Zaſius
conſil.1.lib 2. Moder. Pariſ. conſi. 18. qui etiam conſi.15.
num. 22. & conſ. 26. nume.7.9. in Gallia ſeruari teſta-
tur.& apud nos Pariſius conſ.12. nu.8. lib.3. Et quamquã
54 Doctorum † de conſuetudine atteſtationi non omninò
adhiberi fides ſoleat,attamen illis par eſt credere,donec
55 contrarium probatum fuerit,præſumptionem † ſiquidem
faciunt: ita,poſt multos reſponderunt Crauet.conſilio
166. nu.9. & conſilio penul. numero 1. & Rolan. conſi.
71.num.



71.num.22.& conſi.87.nu.12.lib.1.

Non obſtat quintum illud fundamentum ex reſpon-
ſo AEgidij Bellameræ conſil.17. Contrahens. quia reſ-
pondetur multipliciter.Primò, Bellamerã aduerſus ma-
gis receptam opinionem reſpondiſſe: vt ex iam relatis
conſtat.

Secundò reſpondeo, Bellameræ reſponſum in mul-
tis caſui noſtro non conuenire.Nam is reſpõdit eo in ca-
ſu cùm donatio facta eſt filio primogenito nondũ nato:
cui quidem,vt adhuc in rerum natura non exiſtenti,do-
nari nõ potuit: nos verò loquimur de donatione facta i-
viro contrahenti matrimonium. Quamquam alia ratio-
ne( vt vno verbo iam dixi) malè reſponderit Bellame-
56 ra,qñ quidem & naſcituro † ſtipulari & acquiri poteſt.l.
ſi quis operis.ff.de oper. liber.& l.quod dicĩ.ff.de verb.
obliga. quæ iura ipſemet Bellamera in initio ſui reſponſi
allegat.& melius confert l.Paulus.§.Paulus.il 1.ff.de bo-
nis liber.qua adductus docuit Bar.in l.item Prætor.ff. de
57 ſuis & legit.quòd ſi quis emphyteuſim † acquiſiuit pro
ſe,filiis & nepotibus,ad eam admittuntur etiam nepotes
poſtea concepti.Bartolum ſecuti ſunt alij plures, quos re
cenſet & probat Iaſon in l.quod dicitur.nu.43.de verb.o-
blig.Quibus accedunt alij permulti relati à Tiraquello
in tract.de retractatu conſang §.1.glo.9. num.89.qui nu.
90.ſubiungit,illud quod ab omnibus aſſeritur, nondum
58 natos † conceptos non admitti ad bona eius, de cuius
ſucceſsione agitur,intelligitur cùm de ſucceſsionib⁹ hæ
reditariis tractatur:non autem de aliis, vt in cõtractibus.
Et præter relatos idem reſpondit Ruin. cõſ.35. nu.14.li.1.
& conſ.22.nu.11.verſ.& ſic præſupponit.li.2.& Cra.conſ.
19.nu.10.Nec regnat tex.in cap.Abbate.§.nec pro eo. de
re iud.in 6.quo Bellamera.d.conſ.17.col.2.verſ. ſed in cõ
trarium reſpondit,donari non poſſe naſcituro, vt in caſu
d.cap. Abbate.non poteſt donari eccleſiæ nondum ædifi
59 catæ,quia is tex.procedit,cùm † donatur eccleſiæ ædifi-
candæ,cuius nomine nemo acceptat: ſecus ſi extaret qui
acceptaret,vt illa conſequeretur donationem cùm eſſe
inciperet.ita declarat.d.cap. Abbate.Bart.in l.ſeruos. nu.
4 ff.de alim.& cib.leg.quem ſecuti ſunt Anchara, & Bu-
trius in cap.pen.in fi.& ibi Abbas.nu.5.de eccleſ.ædifica,
Francus in d.ca.Abbate.col.4.verſ. vltimo nota. Præte-
reà inquit gl.d.ca.pe.& Bar.vbi ſuprà & clarius idẽ Bar.
conſ.26.Teſtator in teſtamento,nu.1.li.1.non valere pri-
60 uilegium † collatum eccleſiæ ædificandæ, vt valeat ex
tunc:ſed bene,cùm erit ædificata. Cætera quoque funda
menta & rationes quibus ad ſuum firmandum reſpon-
ſum Bellamera vtitur vel nil conferunt hîc,vel ſi confe-
runt,aliqua infrà diſſoluentur:vt illud de donatarij rati
habitione,aliqua ſuprà diſſoluimus, vt illud donationẽ
omnium bonorum vſufructu reſeruato non valere.

Non obſtat ſextum fundamentum, quia reſpondeo,
non negare Decium in d.l.pactum quod dotali. nume-
ro decimo.C.de pactis,quin præciſè compelli poſsit,qui
aliquid promiſit in contractu matrimonij vt illud obſer-
uet:ſi obſeruari de iure poteſt. Solùm affirmat Decius
poſſe agi ad intereſſe cõtra eum,qui promiſit quod dein
de ſeruari lex non patitur,vt in eo qui perſuaſit alicui, vt
duceret eius filiam in vxorem,quòd eam hæredem face-
ret:quod iure non conceditur ex aliquorum ſententia.
At ſecus, cùm quid promiſit, quod præſtare poteſt: vt
61 hîc. Atque ita etiam intelligimus † verum nõ eſſe, quòd
is qui ita promiſit donare,liberetur præſtando intereſſe,
iuxta tradita per Bart.in l.ſtipulationes non diuiduntur.
quæſtio.8.de verbo.obliga.Nam illud procedit, quando
promiſsio continet quid fieri,non autem dari. Cùm e-
nim promiſsio continet quid dari, vel tradi, & is pro-
62 miſſor † facultatem dandi habet, præciſè cogi poteſt
ad dandum, vel tradendum. l. vbi autem non apparet.
§.vltim.de verbor.obligation. vbi omnes. Bartol. in d.l.
ſtipulationes non diuiduntur. numero 14. quem cæ-
teri ſequuntur. Quòd ſi obiiciatur, promiſsionem de
donando continere factum, dico, quòd ſi factum con-
tinet,non dicitur merum factum, cùm cauſa bonorum
63 habeat annexam: vt in promiſſione † à venditore facta
de tradendo rem venditam ſcribit Iaſon in d.l.ſtipulatio
nes.numero 35. ex l.in conuentionalibus, in fin.de verb.
oblig. Quemadmodum ergo cogi poteſt venditor ad rẽ
præciſè tradendum,ſi in ſua facultate eſt tradere,vt in d.
l.ſtipulationes,ſcribunt Bar.nu.39 Alex.num.30.Iaſ. nu.
35. & cæteri omnes.& tradit. Boer.q.48.numero,2. com-
* munem * eſſe opinionem teſtatur Tiraquellus in tract.
de iure conſtituti,parte prima, num.34. ita quoque cogi
poteſt hic donator ad præciſè donandum. Hæc tamen
difficultas verè ceſſat,ſi probamus communem illam ſẽ-
tentiam, quam ſuprà affirmauimus, nempè pactum de
donando perfectam donationem continere.

Non obſtat ſeptimum argumentum,quia multiplici-
ter reſpondetur:& primò, quòd immò ipſemet Ferran-
dus eam promiſſionem de donando, atque ita donatio-
nem acceptauit. Siquidem facta eſt promiſſio, ſi matri-
monium cum filia Pacii contraxiſſet. cùm ergo illam in
vxorẽ duxerit,ex hoc facto,ex implemẽto huius condi-
tionis ſeu modi dicitur acceptaſſe, atque ita ratum ha-
64 buiſſe illam promiſſionem. Nam ratihabitio † ita facto
ac verbis fieri ſolet:& eundẽ effectũ parit.id ꝙ multorum
auctoritatibus comprobaui in tract. de recuperanda poſ-
ſeſſione,remedio 15.nu.118.cum multis ſequentib. quo
loci dixi,ratihabitionem inferri etiam à minori,qui con-
traxit,cùm ſoluit, vel ſolutionem recipit, idem cùm fru-
ctus & reditus percipit:vel ſi petit tempus ad ſoluẽdum,
vel ſi ſibi ſolui petit.Accedit quod ſcribit Baldus in l.
65 nec ambigi. C. de donatio. donatarium † cenſeri ratifi-
care donationem ſibi abſenti factam,ſi deinde poſſeſſio-
nem illorum bonorum apprehendit. Baldum ſecuti ſũt
Afflict.deciſ.275.in fi.& Pariſ.conſi.25.nu.52.lib.3.

Secundò, quòd eam donationem Fernandus acce-
ptauerit,vel ex eo conſtat, quia verè ſciuit Quartarium
auum ſuum maternum eam promiſſionem feciſſe ſuo
nomine Aquiliano, Renalducio, demum Pacio ſocero
ſuo & tandem Illuſtriſſimo Duci.ſcientia hæc cõijcitur,
quia ſecutum eſt matrimoniũ,& cum auo,ſocero,Aqui-
lino & Renalducio dum vixit Ferrandus aſſiduè conuer
ſabatur:& cũ auo diu habitauit. Admiſſa ergo hac ſcien-
66 tia, † ſequitur præſumi acceptationem fuiſſe à Ferran-
do factam: ita in ſpecie reſpondit Rolan.d. conſ.19. nu.
34. cum multis ſequentibus. lib. 1. qui multis ſimilibus
confirmat. Et præter eum ita in ſpecie donationis reſpõ-
dit Soc.Iu.conſi.76.nu.11.12.libr.3.& in ſimili caſu renũ-
tiationis tradit Craue.conſ. 11.nu.4.

Tertiò reſpondetur, quòd non fuit hoc in caſu ne-
ceſſe Ferrando ratum habere atque approbare quod ſuo
nomine Quartarius promiſit.Nam quemadmodum no-
67 tarius † ſtipulatione ſua ipſo iure donationem acqui-
* rit abſenti, vt aduerſus Caſtrenſem d. conſi.297.* magis
recepta Doctorum opinio eſt. vt teſtantur Soc. Iun. d.
conſi.67.numer.4.lib.3.& Rolan. d. conſi. 19. numer. 22.
libr. 1. alios. prætereo. Ita quoque ipſo iure acquiritur,
cùm quis acquirere & ſtipulari potuit abſenti. ex quo
par eſt ratio: quemadmodum in ſimili. caſu argumen-
tatur Caſtren.conſ.172.In cauſa præſenti,viſis omnibus,
col.2.verſi.& ſic ſtatutum, lib.2.Atqui hoc in caſu,dum
Quartarius promiſit Duci illuſtriſs.ſe nõ reuocaturũ hæ
redis inſtitutionem Ferrãdo factam: quam ſi reuocaret,
quòd compelleretur ad eam donationem promiſſam,ve-
68 rè † inquam hoc caſu Illuſtriſs. Dux acceptauit nomine
d.Ferrandi. Qui Dux cùm non modò iudicis inferioris,
ſed & ſuperioris perſonam ſuſtineat, potuit acquirere
ſua ſtipulatione Ferrando. ita in ſpecie principem poſſe
alteri ſtipulari reſpondit Neuiz. conſi. 45.num.32.poſt
Iacobinum à S.Georgio in inueſtitura feudali,in verbo,
ſed an princeps.col.vlt.verſi.59. ſpecialitas. confirmatur,
quia etiam iudex inferior alteri ſtipulari poteſt, vt ex.
l. eum pro quo, vbi gloſſa ff. de in ius vocan. ſcribunt
multi relati à Traquel.in tract.de iure conſtituti.parte 3.
ff 3 limita.

limita.30.nu.64.& alios plures recenſet Gabrielius Ro-
manus in ſuis concluſionibus libr.3.concluſ.1.num.85.&
quanquam aliqui intelligant,iudicem aliámve perſonã
publicam alteri ſtipulari ſolùm poſſe quò ad ea, quæ
ſuum officium reſpiciunt: attamen alii omnes ſentiunt
indiſtinctè ſtipulari poſſe,quemadmodum poteſt & no-
tarius, qui in his à perſona iudicis & alia publica non
differt.& in ſpecie probat text. l.1.§. planè. ff. de magiſtr.
conuen.cuius.verba hæc ſunt.Planè,vbi ſeruus publicus
vel ipſe magiſtratus ſtipulatur, dicendum eſt, vtilem
dandam actionem pupillo. & ibi Baldus ſcribit, quòd
ex ſtipulatione notarii, vel magiſtratus, quæritur vtilis
69 actio ſine ceſſione. & notarii † ac magiſtratus æqui-
parationem facit Baldus. in l. poſtquam liti. colum. 2.
verſicu.ſecundò quæro. C. de pactis. quem ſecutus eſt
Rolan. d. conſil. 19. numer. 21. libr. 1. vbi in ſpecie do
nationis loquitur: & alios ad hanc opinionem firman-
dam retulit. Nec vera eſt aſſertio Alciati reſpon. 112. nu.
10. qui in ſpecie reſpondit in caſu donationis Principem
ſtipulari & acquirere non poſſe donatario abſenti, niſi
ratificet: quandoquidem mouetur Alciatus auctorita-
te Aret.in l.qui abſẽti,de acquir.poſſeſſ.& Cur.Sen. cõſ.
4.in fi.qui quidem loquuntur,quando ipſemet Princeps
aliquid concedit alicui,vt cũ naturalem legitimat.Nam
70 ipſe legitimatus ratum habere debet:† nec Princeps illi-
us nomine id præſtare poteſt,ne ſit tutor,& auctor in re
vna(vt dici ſolet)nec notarius,cùm quid alteri concedit
de eo actu inſtrumentum recipit, & nomine illius, cum
71 quo contrahit ſtipulatur. vt in ſimili dè commiſſione † à
iudice.At nos loquimur,cũ priuatus donat præſente pu-
blica perſona, vel principis vel iudicis, pro eo abſolutè
acceptante;tunc ſtipulari & acquirere illi poteſt.

Quartò reſpõdetur, hîc agebat atque etiam agit de
intereſſe Pacii,qui ſub ea conditione & pacto filiã nup-
ſit Ferrãdo, cui verè eam nõ nupſiſſet tam egregia dote
cõſtituta,niſi Quartarius bona ſua donaſſet:nã cõſidera-
uit Pacius,ꝙ niſi Quartarius donaſſet,& eueniſſet caſus
reſtitutionis dotis morte filiæ,futurũ eſſe,vt eã à Ferran-
do inope recuperare nõ potuiſſet:de intereſſe ergo Pacii
72 maximè agebatur.Quocircà potuit † Pacius Ferrãdo ac-
quirere ſua ſtipulatione donationẽ à Quartario factam,
abſque aliqua Ferrandi ratihabitione.ita in ſpecie dona-
tionis argumentatur Corneus conſ.2. nu.5.lib.1. ex tex.l.
ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti.§.poſſum,de verb. ob vbi in
claris his terminis ſoceri ſtipulantis nomine Generi ob
illud intereſſe,ita reſpondit:quod ſanè dictum in caſu no
ſtro omnem diſſoluit dubitationem. ita etiam ſimili in
caſu reſpondit Alba conſ.36.ad finem ex.l.quoties.C. de
don,quæ ſub modo.quam ad hoc ſingularem cõmendat.

73 Quintò reſpondetur, donationem † hanc poſſe rati-
ficari à filiis & hæredibus d. Ferrandi donatarij. ita in
terminis reſponderunt Corneus conſ.2.nu.3. 4. lib. 3. &
Alcia.reſp.675. Quod ſine controuerſia procedit in caſu
noſtro, in quo res adhuc eſt integra, vt inquit Caſtren.
conſ.197.Viſis his quæ narrantur,col.pe.verſ. nec obſtat
quod geſtum.li.2. Eſt inquam res integra,quia non con-
ſtat Quartarium in alium tranſtuliſſe, irreuocabiliter
præſertim, bona ſua. Nam ſi in alium fuiſſent tranſlata,
maius quidem eſſet dubium, cùm ab hæredibus his ac-
ceptari atque ratificari donationem hanc non poſſe mul
ti cenſuerint,inter quos Rubeus conſil.132.in fine. & Al-
ciatus reſpon.113.nu.13.& reſpon.132.nume.9.

Non obſtat vltimum fundamentum, quia reſponde-
tur multis modis. Primò doctrinam Bartol. in d. l. qui
74 Romæ.§.Flauius, de verbo.obliga.procedere, cùm † ſub
conditione atque ita minus perfectè facta eſt donatio.
Nam ea conditione vel tempore pendente donator reuo
care poſſe videtur.& illo in caſu loquitur Bartolus, cùm
quis donauit vni vſque ad certũ tempus, vel vſque quo
caſus aliquis euenerit, & poſteà voluit alteri acquiri, an
quò ad illum ſecundum donatarium, qui adhuc dona-
tionem,cuius caſus non euenit,non acceptauit, reuocare
eam poſſit.qui ſanè caſus non eſt ille,de quo nos agimus
cum hîc paciſcente Pacio & Aquilino mediante Ferran-
do natum fuit.

Secundò reſpondetur,non eſſe tutam illam opinio
75 nem † Bartoli,ſi quidem permulti ab eo diſſentiunt: vt
Caſtr.& Comenſ.in d.§.Flauius,Romanus in l.ſi pecu-
niam.nu.22.ff.de cond.cauſa data Aret.in l.3. ff. de ſeruis
exporta.Io.Lup.in rub.de don.inter vir.& vxo.§.54.in fi.
Guliel.Bene.in c.Raynutius.in verbo, ſi abſque liberis.
nu.23.de teſta.vbi inquit communem eſſe contra Bart.i-
dem teſtatur Roder.Suarez allegat. 19. & in l. quoniam
in priorib.q.8.C.de inoſt.teſt.

Tertiò reſpondetur,illam Bartoli doctrinã nõ pro-
76 cedere,cùm notarius † ſtipulatus eſt nomine illius tertij
donatarij:nam tũc illi acquiritur irreuocabiliter:ita poſt
multos ſcribit Iaſ.in d.§.Flauius.num.9. & communem
* *teſtatur Soc.Iun.conſ.118.nu.13.lib.2. alios plures recen
ſet & ſequitur Cra.conſ.19.nu.11.Quibus accedunt Rol.
conſi.19.nu.19.li.1.& Tiraq.in tract.de iure cõſtituti,par
te 3.nu.49.qui multorum auctoritate affirmant requiri ir
reuocabiliter donatario etiam non ratificante. Et idem
ſcribit Dida.li.1.varia.reſol.ca.14.nu.12.ſi in notario hoc
procedit,idem dicendum eſt & in Pacio ob ſuum inte-
reſſe,& in Duce Illuſtriſ.ob perſonam publicam quam
ſuſtinet,vt diximus ſuprà in reſponſionibus præceden-
tis fundamenti,vbi oſtendimus,ita illi ac notario licuiſ-
ſe ſtipulari Ferrando.

Quartò reſpondetur, hîc factam eſſe conuentionem
inter Quartarium, Pacium & alios ad vtilitatem Ferrã-
77 di, non ergo † licuit licétve ſoli Quartario pœnitere &
damnum adferre Ferrando, reuocando donationem,
ſed erat neceſſarius ambarum partium conſenſus. ita ſẽ-
ſit Baldus in l.cùm à ſocero. colu. vlt.verſi.ſed quando
C.de iure dotium,& clarius reſpondit in ſpecie Alex.cõ-
ſi.204.num.4.lib.7.& idem Alex in l.qui Romæ §.Fla-
uius. col.4.de verb. ob.Quamquam idem Alexander &
alij relati à Cra.d.conſi.19. num.10. indiſtinctè cenſue-
rint,nec etiam conſenſu amborum contrahentium rece-
di poſſe ab actu donationis inter eos geſto fauore tertij:
quod eſſet fortius in caſu noſtro.Qua ex re intelligimus,
malè reſpondiſſe Alciatum.d.reſp.135.nu.4.verſic. tertia
ratio.dum reſpondit,ꝙ ſi duo contrahunt ad vtilitatem
tertii,altero eorũ pœnitente,contractum peremi. Eſt hoc
falſum,quia non perimitur:& ſi perimi conceditur, ſal-
tem amborũ contrahentiũ conſẽſus requiritur.Qui ſanè
conſẽſus communis hoc in caſu nunquã interceſſit. Nã
non conſẽſit Pacius Quartario, vt donationẽ reuocaret:
78 nec tacendo † diceretur conſenſiſſe, vt ſcribunt omnes
in l.quæ dotis.ff.ſolu.matr. quanto fortius ergo contra-
dicendo, vt verè contradixit? Et ſi dicatur conſenſiſſe
cùm permiſit Quartario loco donationis hæredem inſti-
tuere Ferrandum: dicitur cõſenſiſſe ſub modo, qui cùm
effectum non habuerit, factum eſt, vt ille conſenſus nil
Quartario profuerit. Et hæc reſponſio maximè conue-
nit in caſu noſtro,in quo agitur etiam de intereſſe Pacii,
ob id quod diximus ſuprà in quarta reſponſione præce-
dentis fundamenti,de dotis reſtitutione:nam ratione hu
ius intereſſe cõſenſu reuocari donatio nõ potuit à Quar-
tario.ita in ſpecie ſenſit Aufrerius in anno.ad deciſiones
Capellæ Toloſanæ.q.454.nu.4.verſ.ſed quando auctori
tate gloſſæ.l.3.ff.de ſeruis exporta.ac Bartoli & Imolæ,
quos recenſet.Et eo loci Aufrerius reijcit deciſionem il-
lam Toloſanam,multis rationibus,quæ huc ſpectant.

Quintò ac vltimò reſpondetur, quòd hîc verſatur
fauor & cauſa dotis, non quidem, vt donata bona dota-
lia efficiantur,ſed ne mulier, non ſecuta donatione, do-
tem amittat.Nam ſi donatio facta nõ eſſet, facilè (vt iam
ſupra attigi) fieri potuiſſet, quòd Ferrandus pauper & i-
nops vt ſe vxorẽ & filios aleret, eam dotẽ conſumpſiſſet:
& ſi deinde eueniſſet caſus reſtitutionis dotis(vt nũc eue
nire põt, ſi vellet nũc mulier hæc olim Ferrãdi vxor ſe-
cũdò nubere)certè indotata fuiſſet.Hoc ergo poſito ſeq-
tur dicen-



tur dicendum,non voluiſſe aliquo modo Quartarium
79 pœnitere factæ donationis:cùm fauore † dotis locus nõ
ſit pœnitentiæ.ita docuit Bart.in l.2.§. ſi pecuniam. ff. de
don.ex textu notab.l. ſi ego.§.ſi res alicui.ff. de iure do-
tium,qui verè cauſam fauoris totam refert ad rationem
illam,ne mulier indotata ſit.Et in d.§.ſi pecuniam,idẽ an
notauit Caſtrenſis,qui ſcripſit,quòd donans ex cauſa ma
trimonij re integra pœnitere poteſt,ſentiens apertè non
poſſe re non integra,vt in caſu noſtro integra non eſt, ex
quo matrimonium iam fuit ſecutum.Bart.& Caſtrẽſem
ſecutus eſt Dec.conſi.35.nu.10.verſi.& per illum textum.
idem docuit Bald.in l.ſicut.in fin.C.de actio. & obligat.
Alexan.in l.qui Romæ.§.Flauius.num.8.9.de verb. obl.
imò re adhuc integra pœnitere non poſſe donantem i-
pſum defendit Didacus li.2.varia.reſol.cap.14. nume.16.
verſi.quamobrem ego. poſt Alex. & Fulgoſ. in l.ſi pecu-
niam.colum.2.ff.de cond.cauſ.data.Nec huic reſponſio-
ni refragatur quod ſcribit Alex.in d.l.ſi pecuniam. colu.
2.verſ.& pondera,quia textus d.l.ſi ego.§.ſi res.ff.de cõd.
cauſa data.ſolùm procederet cùm mulieri cauſa dotis da
tur,non autem cùm datur viro, vt viri efficiatur, vt cõtra
hat cum muliere.quia admitto Alexandri declarationẽ,
quando vir diues eſt,& illud quod datur viro eſt datum,
vt illi ſoli,ſine periculo mulieris:ſecus eſt, cùm tam cau-
ſam mulieris,ne ſcilicet ſit indotata, quàm cauſam viri
reſpicit,vt hîc.nam iuriſconſultus in d.§.ſi res. eam præ-
cipuam rationem præ oculis habuit, ne mulier ſit indota
ta.quæ ſanè ratio(vt dixi)verè militat in caſu iſto. Con-
cludo itaque,Quartarium iam perfectè donaſſe,vel ſaltẽ
eſſe compellendum obſeruare promiſſa atque donare
debere.

Quò ad ſecundam dubitationem propoſitã,an pro-
miſſo Quartarij adductis teſtibus & probationibus ſatis
probetur,dicendum eſt probari.illud tamen priùs dicã,
hanc dubitationem eſſe in ſpecie noſtra ſuperuacaneam:
ſi quidem vel ſolus ipſe Dux Vrbini Illuſtriſſimus atque
Excellentiſſimus totam hanc controuerſiam dirimere
poteſt omiſſo omni aliorum teſtimonio.Nam ipſemet no
uit totam facti ſeriem,& optimè ſcit Quartarium promi
ſiſſe donare Ferrando omnia bona ſua:idque non ſolùm
ex ſupplici ei porrecto libello,verùm etiam ex confeſſio-
ne coram eo facta.Quocircà debet omninò, vt iure po-
teſt,ipſe Dux Illuſtriſſimus ex ſua ſola conſcientia.Quar
tarium compellere ad illius promiſſionis obſeruationẽ.
* Etſi enim ex * recepta magis opinione verum ſit, iudicẽ
80 † inferiorem non poſſe ex ſua conſcientia ſentẽtiam fer-
re,ſed debere iudicare ſecundum acta & probata.l. illici
tas.§.veritas.ff.de of.præſid.vbi notant omnes, & ſcribũt
Barb.Felinus & alij in ca.paſtoralis.§.quia verò, de offi.
deleg.& ex Theologis idem aſſerunt D.Thomas. 2.2.q.
67.art.2.vbi Caietanus.Io.maior in 3.ſen.diſt.33.q.4.Syl-
ueſter Prierius in ſua ſumma,in verbo,iudex.2.q.5.Io.de
Turrecremata in cap.iudicet.3.q.7.Anto. in ſua ſumma,
parte 3.tit.9.cap.6.quos ſecutus eſt Didacus li.1.varia.re-
ſol.cap.1.nume.6.His addo Alex.de Ales,in ſua ſumma,
parte 3.q.40.art.2.& Dominicum Soto lib.5.de iuſt.& iu-
* re.q.4.art.2.Attamen * recepta eſt ſententia, Principem,
81 † qui in ſua ditione poteſtatem habet condendi & abro
gandi legem (qualem in ſuo Ducatu habere Ducem hũc
Illuſtriſſimum diximus)poſſe ex ſua conſcientia,etiam-
ſi iudiciales adeſſent contrariæ probationes, ſententiam
ferre:quandoquidem non probationes teſtium,qui ſæpe
corrumpi ſolent,non inſtrumentorum, quæ nõ ſemel fal
ſò cõficiuntur:ſed ſola ipſa inſpecta veritate, quam ipſe-
met nouit,iudicare poteſt & debet.ita Cynus,Bart.& alij
in l.1.in fin.C.vt q̃ deſunt aduoca.partiũ iudex ſuppleat.
Felinus in d.ca.paſtoralis.§.quia verò,nu.23.verſ. ſecun
dò limita.de off.deleg.qui in ſpecie aſſerit, hoc procede-
re in quouis domino,cuius dictum in ſuo territorio le-
gis loco eſt.

Hanc quoque ſententiam probauit Caietanus in 2.
q.67.art. 2.& hos ſecutus eſt Didac⁹ d.li.1.varia.reſol. c.
1.num.7.ad finem.verſi.princeps tamen. Quib.accedunt
Dec.conſi.pen.nu. 16. Iacobinus à S. Georgio in ſua in-
ueſtitura,in verbo,Princeps.nu.4.verſi.8.ſpecialitas Ne-
uiz.lib.5.Syluæ nup.nu.121.Coraſius lib.4.miſcella.iuris.
cap.20.numer.2.Imò & qui principis vices gerit, ſecun-
82 dum † conſcientiam, probationibus reiectis, iudicare
poteſt & debet,ita cenſuit Guido Pap. q. 29. qui teſtatur
ita in conſilio Delphinatus obſeruatum fuiſſe. illum ſe-
cuti ſunt Gram.deciſ.62.nu.32.Alcia.cap.1. nu. 89. de of.
ord.Neuiz.conſi.67.nu.10.& Rol.conſi.70.num. 23. etſi à
Guidone diſſentiat ſolus Did.d.cap.1.nu.7.verſi.tertium
* etiã.Huius * receptæ aſſertionis ratio præcipua eſt,quòd
83 Princeps † à Deo eſt,& Dei loco lites dirimit, quemad-
modum ergo Deus ex ſola ſua conſcientia ſententiam
ferre poteſt,ita & princeps.Cæterùm,vt tutius pro Pacio,
vel verius hæredib.Ferrandi cauſam iudicare valeat. Il-
luſtriſ.atque ſapientiſſimus Dux,non grauabor demõ-
ſtrare rationibus permultis,probationes adductas in cau
ſa hac cõtra Quartariũ optimè cõcludere, eum promiſiſ-
ſe donare bona ſua Ferrãdo. Primò producti ſunt teſtes
Aquilinus & Renalducius, qui quidem aſſeruerunt, ita
ſibi tractantibus hoc matrimonium contrahi promiſſum
fuiſſe.Quorum ſanè teſtimonium optimè cõcludit, cùm
84 duo ſint teſtes † probatæ atque honeſtæ vitæ, qui de ge-
ſtis à ſe ipſis deponunt,nec ex facto commodum vel in-
commodum ſunt conſecuti.iuxta ea,quæ copioſè poſt a-
lios ſcripſi in tract.de arbitra.iudicum, lib. 2.caſu 99.nu.
11. & in toto diſcurſu illius caſus. Nec hîc officit, quòd ij
85 mediatores,† atque(vt ita dicam)proxenetæ huius matri
monij fuerũt,& ob id eis credendum nõ ſit,niſi ab vtraq;
partium in teſtes producerentur, vt ſcribunt Bart. in d.l.
deferre.nu.2.in fi.ff.de iure fiſci. Dec.conſi. 463. num.12.
* & communem * eſſe teſtatur Soc.Iun.conſi.12.num.17.li.
2.qui ſcribit,hoc procedere etiam in cã matrimoniali.Nõ
inquam hoc officit: ſi quidem reſponderi poteſt multi-
pliciter.Primò,quòd etſi proxenata inuitus compelli nõ
poſſit dicere teſtimonium,niſi ab vtraque parte,attamen
cùm non recuſat teſtificari,ab vno tantùm contendenti-
um produci poteſt, & ſuo teſtimonio fides adhibetur.ita
cẽſuit glo.in §.quoniam, in verbo prohibitione, in auth.
de teſtib. quam ſecuti ſunt Iacobus Beluiſius, Cynus,
Baldus,Angelus, Albericus, Salicetus, Abbas, Angelus
Aretinus,Corneus,Curt.Sen.& Barbaria,quos refert &
probat Soc.Iun.conſi.29.num.16.& conſi.31.num.19.li.2.
Quibus ego addo Lanfrancum Orianum in repet.capit.
quoniam contra,in verbo,teſtium depoſitiones.num.71.
in fi.de proba. Feder. Schench in tract.de teſtibus.num.
41.Aufrerius ad Capellam Toloſa.q.94. ad finem.& cõ-
* munem * hanc eſſe dixit præcitato loco Socinus. Secun-
dò ſaltem ſemiplenè probabunt,vt eo loci Socin. ait, &
eorum teſtimonium perfectæ fidei efficietur,iunctis a-
liis teſtibus:vt in ſpecie reſpondit Ruin.conſil.34. nume.
86 6.libr.4.& in ſimili de ſolicitatore † cauſæ,cuius teſtimo
nium non eſſe integrum creditur,reſpondit Alexan. con
ſil.56.num.12.lib.2.& vulgare apud omnes eſt multorum
teſtium fidem ſupplere aliorum imperfectionem, quod
hîc dicere nunc ſuperſedeo. Tertiò reſponderi poteſt,
87 ſaltem † fidem his fore adhibendam, ſi aliundè veritas
aperta haberi non poſſet,vt poſt alios cenſuit Marſil. ſin
gu.533.ſatis prolixè.accedit etiam quòd hîc(vt ſuprà atti-
gi ſæpe)verſatur & aliqualis fauor dotis, cuius cauſa his
proxenetis adhiberi fides ſolet: vt reſpondit Ruinus d.
conſi.34.num.4.lib.4.

Secundò,huius promiſſionis veritatem probat Pom-
peius Rota notarius, qui aſſerit, ſe requiſitum fuiſſe à
Quartario & Pacio,vt conſcriberet libellum ſupplicem,
quo Quartarius ab Illuſtriſ. Duce impetraret faculta-
88 tem donandi,vt promiſerat: quod quidẽ notarij † teſti-
monium optimum cenſetur. Nam plus ei quàm alteri
creditur.ita Bal.in auth.ſed cum teſtator.num.16.C.ad l.
Falcid.quem ſecutus ſum libr.2.de arbitra. iud.caſu 105.
nu.40.accedunt Barba.conſi.25. col.2.lib.4.& Curt.Sen.

in tract.de teſtib.concluſ.17.
Tertiò producti ſunt, inter multos, duo alij teſtes
ſummæ fidei, nempè, Reuerendus. D. Ambroſinus, vi-
carius generalis Reuerendiſſimi Dom. Epiſcopi Seno-
galliæ, & Illuſtris D. Pucius viceſgerens Illuſtriſs. Do.
Ducis Vrbini in ciuitate Senegalliæ. ij ambo affirmabāt,
Quartariū coram ſe affirmaſſe, atque confeſſum fuiſſe, ſe
verè promiſiſſe donare bona ſua d. Ferrando. Illud te-
89 ſtimoniū † Do. Vicarij viri religioſi atque ſacerdotis, vim
duorū habet, vt inquit gloſſa in cap. monachus. 77. diſtin.
quam probarunt Ruinus conſ.137.nu.2.& nu.13.lib.2. &
Rola.conſ.24.nu.54.lib.1.poſt Alex.conſ.43.lib.7.His ac-
cedunt Craue.conſ.267.nu.2.& conſ.272.nu.16.verſi.ter-
tiò probatur. quos ſecutus ſum lib.2.de arbitra.iudicū, ca
ſu 98.nu.5.6.& ſcribit Craue. vbi ſuprà de teſtimonio e-
piſcopi, vt ei deponenti de confeſſione actus geſti facti à
parte credatur. Ita quoque vt eo loci Crauet. ait, d.nu.16.
verſ.ſecundò probatur, magna adhibetur fides teſtimo-
nio Principis. Quod idem dicere de eius vices gerēti, cu-
ius vitæ integritas & probitas eſt à principe probata. Hîc
nō refero aliorū teſtimonia, quæ & clara & aperta ſūt. cō-
cludo itaque ſatis ſupérque probatū eſſe Quartarii pro-
miſſionem. Quocircà compelli debet eam obſeruare, &
documēto publico cōfecto teſtatū poſteritati relinquere
bona hæc ſua donaſſe D. Ferrādo eiúsve filiis. Quod fu-
turū fore ſperant filii dicti D. Ferrādi pro ſumma religio
ne & æquiſſima iuſtitiæ adminiſtratione Illuſtriſſimi &
Excellentiſſimi D. Duci, Vrbini, vt verè de eo illud Eſaiæ
90 cap.32. dicere poſſint. Ecce iniuſti ia † regnabit rex, &
principes in iudicio præerūt. Verè equidem credūt Mag
nifica atq; honeſtiſſima D. Geneura viduata D. Ferrādi:
necnon & illius filij pupilli Illuſtriſſimo D. Duci cordi
eſſe illud Hieremiæ cap.22. Audite verb. domini, qui ſede
tis ſuper ſolium Dauid, vt & ſerui tui, & populus tuus.
Hæc dicit dn̄s, facite iudiciū & iuſtitiā, & liberate oppreſ
ſū de manu calumniatoris, & aduenam & pupillum, &
viduam nolite contriſtare.

Iacobus Menochius I. C.

*SVMMARIVM*

1 *Contractus ſubſtantia vbi eſt in alicuius arbitrio, eo non arbitrante, non creditur ab eius perſona, & 11.*
2 *Vendens fundum precio tali, vel vt Titius arbitrabitur, an Titio non arbitrante ad alterum recurratur.*
3 *Induſtria perſonæ ſi ſit electa, & moriatur, non recurritur ad aliam.*
4 *Induſtria perſonæ electa dicitur, cum declaratio alicuius rei cō mittatur iudicio alicuius.*
5 *Diſpoſitio ab homine procedens perſonam vnius reſpiciens. ad alium non porrigitur.*
6 *Vendens fundum tali precio, vel vt Titius arbitrabitur, an Titio non arbitrante ad alterum recurratur, diſtinguitur. & numer.*40.
7 *Societas ſi contracta ſit ex illis partibus quas Titius arbitrabitur, illo non arbitrante contractus dicitur nullus neque receditur à perſona Titij.*
8 *Incertitudo commiſſa in arbitrio tertij quando talis eſt, vt niſi eſſet commiſſa vitiaret diſpoſitionem, ſi veniret declaranda arbitrio iudicis, ſi tertius ille non arbitretur, non recurritur ad arbitrium boni viri. & num.*44.
9 *Argumentum à ceſſante ratione valet.*
10 *Recedi poteſt à perſona illius, qui debebat dotis incertitudinē arbitrari, & ante num.*12.
11 *Et quid in aliis caſibus, ex multorum ſententia.*
12 *Augmentum dotis quale dicatur.*
13 *Priuilegium, fauor & ius doti competens, an dicatur etiam cōpetere argumento ſuperuenienti.*
14 *Accidens regulatur ſecundum ſubſtantiam actus; nam ſi recurratur ad arbitrium boni viri pro declaratione ſubſtantiæ actus, ita pro declaratione accidentis, ſed ſi aliàs, ſecus.*
15 *Accidens facillimè probatur cum de ſubſtantia actus conſtet.*
16 *Induſtria perſonæ dicitur electa, cum nudum factum ei commiſſum præſumatur.*
17 *Induſtria perſonæ ex duobus non dicitur electa in declaratione dotis.*
18 *Incertitudo dotis, an ipſam vitiet.*
19 *Ad arbitrium boni viri recurri poteſt, quando illud quod alterius arbitrio declarandum eſt, ab aliquo antecedente declarationem recepit eo non arbitrante.*
20 *Ex relatione ad aliud res certa redditur.*
21 *Ratio eadem vbi eſt, idem ius ſtatuendum.*
22 *Dos multis modis ſi ambigua & incerta ſit, declarari poteſt.*
23 *Ad arbitriū boni viri recurritur primo nō arbitrāte, licet agatur de ſubſtātia actus & cuius cauſa regulariter nō recurritur, qn̄ alias altera partiū cū alterius iactura locupletaret.*
24 *Matrimonium quis contraxiſſe non præſumitur abſque dote.*
25 *Locupletari cum alterius iactura dicitur cum quis non adimplet ex parte ſua, promiſſa.*
26 *Conductor habitauit domum cuius penſio eſt remiſſa arbitrio tertij eo non arbitrante receditur ab eius perſona, & recurritur ad arbitrium boni viri, & qua ratione.*
27 *Ad arbitrium boni viri recurritur primo non arbitrante, quādo res integra non eſt, & qua de cauſa.*
28 *Receditur à perſona non declarante, & ad boni viri arbitrium recurritur, de iure canonico inſpecta veritate.*
29 *Ius canonicum in foro ſeculari etiam ſeruari debet.*
30 *Pactum nudum iure canonico parit actionem.*
*Et inter laicos Eccleſiæ ſuppoſitos obſeruari debeat.*
31 *Rauennæ ciuitas an regatur iure canonico, & ſupra num.*28.
32 *Ius canonicum ſeruari debet inter laicos in ciuitatib. licèt non immediatè ſed mediatè Eccleſiæ ſubiectis, & quales ſint.*
*Quando ſcilicèt ius ciuile diſcrepat à Iure Canonico.*
33 *Aequitas in materia dotis multum conſideratur.*
34 *Confidentia de aliquo tunc haberi dicitur cum negocium eſt omnino incertum, & in determinatum.*
35 *Vſurarum reſtitutio cum eius quantitas incerta ſit, quomodo ſit facienda.*
36 *Induſtria perſonæ non dicitur electa per ſolam rei commiſſionem, ſed, & aliud requiritur.*
37 *Induſtria perſonæ, tunc electa dicitur, cum factum arduum cōmittatur.*
38 *Dotis incertitudo an ſit difficile negocium. vt declaretur. locatio finitur morte locatoris.*
39 *Dos incerta quæ ab vno declarari non poteſt, ab alio poterit.*
40 *Vendēs domū precio centū & eo pluris quod Gaius declarabit, & arbitrabit̄ ſi Gaius nō arbitrabitur, vēditio an valeat, & an reſpectu illi⁹ pluris recurratur ad arbitriū boni viri.*
41 *Accidens commiſſum alicui, ſi ipſe ſuper illo non arbitretur, an recurratur ad arbitrium boni viri.*
42 *Intellectus ad. l. ſi coita. ff. pro ſocio.*
43 *Verba ne aliter, formam demonſtrant.*
44 *Incertitudo commiſſa arbitrio alicuius, an alteri committi poſſit, & quando.*
45 *Dos incerta cum poſſit declarari viuente vxore, an idem ſit poſt mortem.*
46 *Dos vt quid vniuerſale in ſolo numo conſtare poteſt.*
47 *Dos congrua qualis dici rectè poſſit.*
48 *Fideicommiſſum alienari poteſt non tantum pro conſtituenda dote, ſed etiam pro augmento.*
49 *Aequitas ſola in terris Eccleſiæ ſpectari ſolet.*
50 *A communi opinione recedendum eſt, cum ei repugnant veræ & concludentes rationes.*

FACTI SPECIES.

*DOminus Marius Carrarius Rauennas in vxorem duxit Dominam Ioannam Andriolam, cui dotis nomine D. Petrus Andriolus dictæ Dominæ Ioannæ patruus promiſit libras. 700. quas ſoluere promiſit, & ob id & totum quidquid de pluri ac omnem pecuniarum quantitatem declarandam & arbitrandam per Reuerendiſſimum Dominum Paulum Veggium Rauennatem Epiſcopum Cuſſanenſem. cuius quidem declarationi & arbitrio vltrà dictas libras. 700. prædictæ partes ſtare promiſſerunt. id que per ſe & ſuos hæredes, adhibito iuramento prædicta eſſe vera, attendere & obſeruare velle. Mortuus eſt ipſe Reuerendiſſimus Dominus Paulus, nulla facta declaratione illius pluris.*

*Dubitari nūc cōtingit, an ſuper illo pluri arbitrādo & declarando recurri poſſit ad arbitriū boni viri.*



CONSILIVM XCIII.

# Initium à Domino.

CVM doctè admodū & ſubtiliter reſpō
ſum hac in cauſa fuerit à doctiſſimo D.
Vincentio Carrario vti fratre mihi co-
lendiſſimo, nō erat quòd fruſtrà diem
& operam in his luderem. Verùm ami
ciſſimi precib. deuict⁹ dicā, & ego pau
cis, quantū fieri poterit, qd̄ hac de re ſētio. Reſponden-
dum videbatur, nō poſſe recurri ad arbitrium viri boni.
1 Primò ea rōne adducebar, q̄ vbi ſubſtātia cōtract⁹ † eſt
in alicui⁹ arbitrio, eo nō arbitrāte nō receditur ab ei⁹ pſo
na. l. ſi qs arbitratu. ff. de ver. ob. l. vlt. C. de cōtra. emp. vbi
Bal. & Sali. Dec. cōſ. 404. col. 2. & ideo ſcribit Ang. in d. l.
2 ſi quis arbitratu, q̄ vēdens † feudū pretio centū, & pro eo
pluris qd̄ Titius arbitrabitur, illo Titio nō arbitrāte, nō
recurritur ad alterū. & Angelum ſecuti ſunt ibi Roma.
Imola & Alex. Atqui hoc in caſu ſubſtantia huius con-
tractus dotis videtur commiſſa arbitrio dicti D. Pauli: er
go eo mortuo ad arbitrium alterius recurri non poteſt.
3 Secūdò nō parū vrget illa ratio, q̄ vbi electa † eſt pſo
næ induſtria, ea pſona mortua, ad alterū nō recurritur. l.
1. ff. de off. ei⁹. l. cùm hi. §. ſi Prætor. ff. de iud. & ſcripſi lib.
1. de arbit. iudic. q. 68. nu. 8. ſed hoc in caſu electa vr̄ indu
4 ſtria d. D. Pauli. cùm † illi cōmiſſa ſit declaratio hæc, quæ
iudiciū hominis requirit, iuxta l. inter artifices. ff. de ſol.
& rōne cōfidētiæ vr̄ eſſe huic Reuerēdiſſimo Epiſcopo cō
miſſum hoc arbitriū, ob id ei⁹ induſtria vr̄ electa: vt poſt
multos ſcripſi in d. q. 68. num. 11. 12. ſequitur ergo, q̄ mor
tuo ipſo Do. Paulo ad alterius arbitriū recurri nō debet.
5 Tertiò huc ſpectat, quòd vbi diſpoſitio † ab homine
procedens perſonam vnius reſpicit, ad alium nón porri-
gitur. l. locatio. ff. locati. & l. ſi ita expreſſum. ff. de cond. &
dem. l. ſi quis arbitratu. & l. centeſimis. §. vltim. de verbo.
obl. ſed hæc conuentio ab homine eſt, & perſonam Do.
Pauli Epiſcopi reſpicit, ergo eo mortuo ad alium recur-
ri non poteſt. ita ſimili in quæſtione argumentatur Iaco
bus Butriga, q. 5. num. 15.
Quartò hanc opinionem maximè videtur confirma
re doctrina Angeli in d. l. ſi quis arbitratu. de verb. obli.
vbi hanc proponit quæſtionem, Vendo tibi fundum pre
tio centum, & eo pluris, quòd Caius declarabit & arbi-
trabitur: ſi Caius non arbitrabitur, venditio quidē tenet
& valet: ſed ratione illius pluris non recurritur ad arbi-
trium viri boni. Et quòd hoc in caſu nō recurratur ad ar
bitrium viri boni, cum Angelo tenere Doctores cōmuni
* ter * teſtatur Soc. Sen. in d. l. ſi quis arbitratu. nu. 16. Ergo
idē hoc noſtro in caſu dicendū videtur, q̄ cōtractus ipſe
matrimonij firmus & validus maneat: & q̄ ratione illius
pluris recurri nō poſſit ad arbitrium viri boni. confirma
tur hoc fundamentū ex doctrina Soci. Sen. d. l. ſi quis ar-
bitratu. num. 16. verſi. vtraque opinio. Aut (inquit Soci-
6 nus) contractus † non eſt perfectus, & tūc nō facta decla
ratione, cōtractus in totū eſt nullus. Hic nō videtur caſu
noſter. Aut contractus eſt perfectus (inquit Socinus
hoc eſt abſolutus quò ad illam ſummam, & tunc non re-
ſoluitur contractus: ſed illud pluris reijcitur ac ſi de eo
nihil fuiſſet dictum. Ita videtur dicēdū hîc, vbi & cōtra-
ctus matrimonij eſt perfect⁹, & promiſſio etiā dotis perfe
ctè cōcluſa pro illa ſumma 700. librarū. & illud pluris vi
detur quodāmodo caſu atque obiter adiectū, hoc eſt, ſi
cōtingeret eam pluris arbitrari à d. Reuerēdiſsimo Epiſ-
copo. cùm ergo ſit vita functus, nullo prolato arbitrio,
ſequitur nec matrimoniū diſſolui, nec dotis promiſsionē
annulari, nec etiam poſſe ad arbitriū viri boni recurri.
Quintò cōferre videtur tex. l. ſi coita. ff. pro ſocio. quo
7 loci ſcriptum eſt, quòd ſi coita fuerit ſocietas † ex illis
partibus, quas Titius arbitrabitur, illo non arbitrāte, cō-
tractus irritatur, & à perſona Titij nō receditur. Et illius
reſpōſi ad rē hāc meminit gl. in l. in perſonā. §. generali-
ter de reg. iur. & in l. vendētis. C. de cōtrah. em. & retuli li.
1. de arbitr. iudic. q. 68. nu. 32. in fi. ergo idē hoc in caſu di-
cendū vr̄. q̄ d. Reuerēdiſs. Epiſcopo nō arbitrante ſuper
illo pluri, non recedatur ab eius perſona.
Sextò & ad rem magis vrgere videtur hæc ſatis ſolida
argumētatio qua vſus eſt Caſtr. conſ. 11. Viſo libello nu. 3.
8 verſ. ſed quādo, li. 1. Quando incertitudo † cōmiſſa in arbi
trio tertij talis eſt, quæ ſi nō eſſet cōmiſſa, vitiaret diſpo-
ſitionē, ſi veniret declarāda arbitrio iudicis, ſi tertius ille
non arbitretur, nō recurritur ad arbitriū viri boni. ſed in
caſu noſtro talis eſt incertitudo, ergo recurri nō debet ad
arbitriū viri boni. Minor propoſitio probatur argumēto
9 † ducto à ceſsāte ratione diſpoſitionis, quod ſanè genus
argumenti iuri noſtro optimè probatur. l. quod dictum,
vbi Docto. ff. de pactis, & l. adigere. §. quamuis. ff. de iure
patron. Atqui noſtro in caſu ceſſant illæ rationes, quib.
10 aliàs in cauſa dotis † permiſsū eſt recedi à perſona illius,
qui ſuper ipſa dote arbitrari debuit, iuxta l. cùm poſt. §.
gener.. ff. de iure dotium, l. ſi filiæ. de lega. 3. & l. 3. C. de do
tis promiſſ. Cuius quidem ſententiæ duæ rationes ſunt.
Prima, quòd dos declarari poteſt ſecundū perſonarum
qualitatē & patrimonij quantitatē. Secunda, quia in do-
te principali id factum eſt, ne mulier indotata maneat.
Hæ rationes ceſſant in caſu huius pluris, cùm iam dos
ſit conſtituta, nec periculum ſit, quòd mulier remaneat
indotata. cùm ergo ceſſent rationes, debet etiam ceſſare
diſpoſitio. ita voluit argumentari Paulus Caſtr. d. cōſ. 11.
nu. 3. ſed quādo etſi paulò obſcurius quàm à me factū ſit.
Septimò atque vltimò huic opinioni videtur ſuffra-
gari multorum auctoritas, quæ magni faciēda fortè eſt.
11 Ita † enim in ſpecie reſpondit Caſtr. d. conſi. 11. nu. 3. li. 1.
apertè affirmans ratione huius pluris non declarati ab eo
cui cōmiſſa fuerat declaratio, non poſſe recurri ad arbi-
trium boni viri. Caſtrenſem ſecuti ſunt Curt. Iun. conſi.
36. nu. 11. Soc. Iun. conſ. 35. in fi. li. 1. Rol. à Valle in tract. de
lucro dotis. q. 88. nu. 5. Phanucius trac. de lucro dotis, in
rub. in verbo reſtituenda. nu. 41. Et Caſtrenſem ego pari-
ter ſecutus ſum lib. 1. de arbitra. iud. q. 68. nu. 34.
Cæterùm re diligentiſſimo ſtudio perpenſa, vnà cum
ipſo erudiſſimo. D. Carario conſultore contrariam ſen-
tentiam veriorem eſſe opinor, nempè recurri nunc poſſe
ad arbitrium boni viri.
Quod vt verum eſſe oſtendam, multis, quæ partim
ab ipſo doctiſſimo Carario conſiderata fuerunt, ita mo-
* ue or. Illud tamen ante omnia dicam, veram * & recep-
tam eſſe ſententiam Doctorum, quòd quando dotis de-
claratio alicuius viri arbitrio committitur, eo non arbi-
trante, recurritur ad arbitrium boni viri. ita Ale. & Iaſ. in
l. ſi quis arbitratu. nu. 10. & ibi. Soc. Sen. nu. 27. de verb. ob.
& Soc Iun. conſi. 141. nu. 9. lib. 1. quos ſecutus ſum li. 1. de
arbitrijs iud. q. 68. num. 39. quibus accedunt Io. de S. Bla-
ſio in tract. de priuileg. dotium. priuileg. 6. Corneli. conſ.
260. nu. 1. lib. 1. Baldus nouellus in tract. de dote. parte 6.
priuil. 9. Rip. in l. ita ſtipulat⁹ nu. 35. de verb. ob. Io. Beſſ. in

commenta.ſuper conſuetud.Aluer.ti. de donatio. in 17.
12 priuileg.Illud etiam ſciendum eſt, augmentum † dotis
illud dici quod doti iam conſtitutæ accedit,atq; ita ſu-
peruenit: ita ſcribunt Specul.Aret.& Fulg.quos ſecutus
eſt Cephalus conſi.156.num.34.lib.1. & præter eos clarè
Neuiz.conſi.45.num.20.21.quod intelligo procedere ſi-
ue ex parte mulieris ſiue ex parte viri augmentum ſu-
perueniat.
13 Primò,omne ius † & priuilegium quod doti tributũ
eſt,etiam dotis augmento cenſetur conceſſum atque tri-
butum. Atqui (iam diximus) in dote eſſe conſtitutum,
quòd non arbitrante & declarante eo,cuius declarationi
ſuper dote erat ſtandum, ad arbitrium boni viri recurri-
tur: ergo idem faciendum eſt in declaratione augmenti
dotis. Illa maior propoſitio probatur ex l. ſi proprietati.
ff. de iure dotium.l. inter ſocerum.§.cum inter. ff.de pa-
ctis dota. l. etiam. C. de iure dotium. §. illud.in auth.de
æqual.doti.copioſè ſcripit Roland.in tract.de lucro do-
tis.q.100.vbi multis adductis ſimilibus oſtendit, ſtatutũ
lucrum dotis marito tribuens, locum etiam habere in
augmento dotis. Illis accedunt Cephalus conſi. 156. nu.
25.lib.2.Bellonus conſi.47.num.1.Neuiz.lib.2.Syluæ nu
ptio.num.75.& copioſè conſi 76.in fine. Rubeus conſil.
151.num.1.& conſil.156. num.2.& egregiè Crauet.conſil.
291. numer.2.vbi reſpondit, dotis augmentum fieri ita
poſſe ex bonis fideicommiſſi vt conſtitui. Imò ipſemet
Caſtr.d.conſi.11.numer.3.verſ.ſed quando.lib. 1.cenſuit,
hoc augmentum eſſe ipſam dotem principalem:dum ita
ſcribit:nam quò ad illam ſummam delarandam ita prin
cipalis eſſet diſpoſitio,ſicut ſuper iam declarata.&c.
Secundò ita argumentor: aut volumus,hoc pluris eſ-
ſe ſubſtantiam dotis, atque ita dotem ipſam, aut volu-
mus eſſe accidens.ſi volumus eſſe ſubſtantiam,( vt cen-
ſuit Caſtr.paulò ſuprà relatus) res clara eſt,poſſe recurri
ad arbitrium boni viri,vt iam ſuperius diximus. Aut vo-
lumus eſſe accidens, & tunc dico multò magis poſſe re-
curri ad arbitrium boni viri. Quod hac ſolida ratione
* demonſtratur.* Recepta eſt Doctorum opinio,quòd quã
14 do pro declaratione † ſubſtãtiæ recurri nõ poteſt ad bo-
ni viri arbitrium, non etiam poteſt recurri pro declara-
tione accidentis:ita multi à me relati lib.1.de arbitra.iu-
dicum. q.68.num.32.ſcribunt:ita econtra dicendum eſt,
quòd quando pro declaratione ſubſtãtiæ recurri poteſt
ad arbitrium viri boni,ita etiam poſſe debet pro declara
tione accidentis,imò & id multò facilius.
Quod vel ex eo conſtat,quia ſi difficilius de ſubſtã-
tia conſtat quàm de accidenti: nam diximus, accidens
15 † facilè probari cùm de ſubſtantia conſtat,vt tradunt Bar.
& cæteri in l.certi cõdictio.§. quoniam.ff.ſi certum pet.
clarè Craue.in tract.de antiqui tempor.vltima particula
primæ partis,nu.24.& in 2.part.nu.63.& part.3.nu.22.ita
ſi ab aliquo ſubſtãtia declarari põt,ita ẽt accidẽs, ex quo
q̃ põt præſtare quod eſt plus, poteſt etiam quod eſt mi-
nus. Et tamen non ſequitur econuersò, vt is non poſſit
quod eſt minus,etſi non poteſt quod eſt plus:cùm à mi-
nori ad maius ſolum liceat argumentari negatiuè.ſi non
poteſt quod eſt minus, ergo nec etiam quod eſt plus. ita
ergo in caſu iſto argumẽtari poteſt. recurri poteſt ratio-
ne ſubſtantiæ,quod eſt plus, ergo etian recurri poteſt ra
tione accidẽtis,quod eſt minus:& non ecõtrà, vt iã dixi.
Tertiò adducor argumento à ceſſante ratione,quod
iure noſtro probatur, vt ſuprà dictum fuit. Atqui ratio
illa,qua prohibetur recurri ad arbitrium viri boni, non
arbitrante eo,cui commiſſum eſt,ceſſat hoc in caſu: ergo
ceſſat & prohibitio. Ratio inquam illa eſt, quia dicitur
16 electa † induſtria perſonæ,ex quo nudum factum ei cen-
ſetur mandatum.ita Baldus in l.vnica. §.ne autem.colu.
2.C.de cadu.tollen.quem ſecutus ſum.d.lib.1.de arbitra.
iud.q.68.nu.27. Atqui ratio hæc ceſſat ex duobus in de-
claratione huius pluris.
17 Primò,† quia in declaratione dotis non dicitur electa
induſtria, cùm ex perſonarum qualitate & quantitate
patrimonij poſsit declarari.
Secundò, quia habita ratione principalis dotis de-
claratæ, id multò facilius poteſt iudex pro ſuo arbitrio
declarare, vt ſcripſi libro 2. de arbitra.iudicum, caſu 145.
& clarius ex infrà dicendis comprobatur. Hinc ſequitur
erraſſe Paulum Caſtren. dicto conſilio 11.nume.3. verſic.
ſed quando, libr.1. dum dixit hoc in caſu incertitudinẽ
18 vitiare. errat inquam, quia ſi in cauſa † dotis principalis
vbi maior adeſt incertitudo, illa non vitiat, quantò for-
tius non debet hîc vitiare? & infrà repetam ſuo loco.
Quartò accedit hæc argumẽtatio:quando illud,quod
19 alterius † arbitrio declarandum eſt, ab aliquo antece-
denti declarationem habet, eo non arbitrante, recurri-
tur ad viri boni arbitrium.ita reſpondit Roma conſ.502.
quem ſecuti ſunt Curtius Iun.conſi. 36. num. 7. & Iaſon
in l.ſi quis arbitratu.num.13.de verb.ob.& ſcripſi lib.1.de
arbitra.iud.q.68.num.34.& nu.51.ſi( inquit Roma.) quis
promittat ſoluere quod Caius debet: & quòd is Caius
debeat ſtetur arbitrio Sẽpronij: quia quod debet Caius,
ex contractibus inter eos initis, diſcerni facilè poteſt: eo
Sempronio non arbitrante, ad viri boni arbitrium recur-
20 ri poteſt. ea eſt ratio, quia ex relatione † ad aliud res cer
ta redditur.l.vbi autẽ non apparet.§.illud, de verb. obli.
& ſcripſi copioſè, d.q.68.nu.43.vbi num.42. ob hoc cen-
ſui, promiſsionem ſimplicem dotis non ita cenſeri incer
tam vt vitietur,cùm dos habita relatione ad perſonarum
qualitatem & patrimonij quantitatem, facilè certificari
& declarari poſsit. Atqui in caſu noſtro idem verè & cla
rius euenit, quia hoc plus,certificari poteſt (vt dixi) tum
ex maiori ſumma iam promiſſa: tum ex qualitate perſo-
narum, & quantitate patrimonij: ergo recurri poteſt ad
arbitrium viri boni.
Quintò ſuffragatur non parum, quòd vbi eadem ad-
21 eſt ratio, † ibi idem ius debet ſtatui. vulgata l.illud. ff ad
l. A qui.cum ſexcentis ſimilibus.Sed in caſu huius pluris
eadem adeſt ratio, qua ad viri boni arbitrium debeat re-
curri, quæ eam eſt, cùm de tota ipſa dote declaranda
ad ipſum ( vt iam dixi ) recurritur. ergo ita recurri hoc
in caſu poterit,vt in illo dotis principalis. Illa minor pro
poſitio probatur, diſcurrendo ſingulas rationes, quas
Doctores noſtri conſiderant in ea opinione affirmanda.
22 Prima † ratione vtuntur, quòd dos poteſt facilè decla-
rari ſecundum qualitatem perſonarum, & quantitatem
patrimonij, & ob id cenſent virum bonum errare non
poſſe. ita hanc rationem perpendunt à me relati paulò ſu
prà, & ſcripſi lib.1.de arbitra.iud.q. 68.nume. 41. 42.hæc
ratio locum habet & hoc in caſu, vt ſuprà in tertio funda
mento demonſtraui. ſecundam rationem ex Baldo & Ia
ſone retuli d.q.68.num.44. quòd ſcilicèt res deſierit hoc
in caſu eſſe integra. Quæ ſanè ratio,(ſi vera eſt, quam eo
loci dubiam eſſe cenſui,) locum etiam habet & hoc in ca
ſu: vt patet manifeſtè. Tertia ratio verior eſſe videtur,
quòd in dote ſit hoc conſtitutum, ipſius dotis fauore, vt
dixi d.q. 68. num.46. Qui ſanè fauor locum habet & in
hoc augmento, vt dixi ſuprà in primo fundamento.Nec
ad rem facit,quòd iſte fauor ob id conſideretur, quia a-
lioqui mulier remaneret indotata. Non inquam ad rem
facit,vt infra in reſponſione ad ſeptimum fundamentum
dicam.
Sextò non parum vrget hæc ratio. Ad viri boni arbi-
23 trium,† primò non arbitrante, recurritur, etiam vbi de
ſubſtantia actus agitur, & cuius cauſa regulariter recur-
ritur, cùm agitur, ne altera partium cum alterius iactura
locupletur,ita Iaſ.in l.ſi quis arbitra.numero.12.de verb.
obli.& alij plures.quos retuli li.1.de arbitra.iud.q.68.nu.
47.48. Atqui hoc in caſu D.Pet. Andriolus dotis promiſ
ſor cum iactura D. Ioannæ & D. Marij locupletabitur,
niſi ad boni viri arbitrium recurratur, ergo omninò, &
à fortiori, cùm in cauſa dotis recurratur regulariter, de-
bet recurri. Minor probatur, quia iam D. Marius & D.
Ioanna matrimonium adinuicem contraxerunt, atque
ita ex ſui parte adimpleuerunt promiſſa: quorum cauſa
dos &



dos & illud pluris fuit promiſſum:ergo ſi D. Petrus non
ſoluit illud plus,locupletabitur cum illorũ iactura, qui
24 non contraxiſſent † matrimonium abſque ea dote:ita do
cuit Bald.in l.vlt.C. de contrah. empt. quem ſecutus eſt
Soc.Sen.conſi.44.num.9.lib.1.& præter eum Pariſ.con.
25 132.num.3.li.4.quòd ille dicitur cum alterius † partis ia-
ctura locupletari,qui ex ſua parte non adimplet promiſ
ſa,cum altera pars iam adimpleuit atque ſatisfecit. Et i-
deò eo loci ſcribit Baldus, quòd ſi alter ex compromit-
tentibus cœpit ex ſua parte adimplere, vt quia cœpit ſol
uere partem pretij, quòd arbitro non declarante ipſum
pretium,recurri poteſt ad arbitrium viri boni. Hinc ſcri
bunt Bar.& Caſtr.in l.ſi merces,in princ.ff.locati.& Soc.
Sen.in d.l.ſi quis arbitratu.nu.19. ver. aliquando & ter-
29 tiò,ſi conductor † habitauit domum, cuius penſio eſſet
remiſſa arbitrio tertij,licèt ille non arbitretur,tamen re-
ceditur à perſona, & recurritur ad arbitrium boni viri
ea ratione,quia is conductor,qui domum habitauit, lo-
cupletaretur cum iactura locatoris,qui,dum permitten-
do conductorem habitare dicitur ſatisfeciſſe contractui
locationis ex ſui parte,& ob id recurri poteſt ad arbitriũ
viri boni.Similem caſum recenſet Soc.Sen.d. conſil.44.
num.9.li.1. Et hoc illud eſt,quod ſcribunt omnes, quòd
27 quando res † deſiit eſſe integra, recurritur ad viri boni
arbitrium, primò non arbitrante, ita cenſent Bald.in l.
vlt.C.de ſenten.quæ ſine certa quant.& Iaſ.in d.l.ſi quis
arbitra.num.10.de ver. oblig. & ibidem Soc.Iun.nume.
22.Pariſ.conſi.30.nume.36.lib.1.& conſi.132.nume. 3. lib.
4.& Curt. Iun.conſi.36.nu. 7. Eſt huius ſententiæ ratio,
quia quãdo res deſiit eſſe integra, is qui ex ſui parte ſatiſ
fecit promiſſioni,damnũ ſentiret,& aduerſarius cũ alte
rius iactura locupletaretur: quẽadmodũ hîc cõtingit v-
bi ex cõtractu matrimonij,cuius cã dos eſt promiſſa, res
deſiit eſſe integra.Nec D.Marius ſine illo augmento D.
Ioannã duxiſſet,nec D.Ioãna bonis paternis renũtiaſſet,
ſi credidiſſet,ſe nõ cõſecuturã vnà cũ dote & illud pluris.
Septimò ac vltimò confert non mediocriter,quòd de
28 iure Canonico,illius æquitate † inſpecta,à perſona non
declarante receditur, & ad viri boni arbitrium recurri-
tur.ita Soc.Sen.in l.ſi quis arbitratu.nu.28.verſi. poſtre-
mò.de verb.obl.& alios retuli lib.1.de arbitra.iud. q. 68.
nu.55.Quibus accedunt Pariſ.conſ.132.nu.5.lib.4.Cora-
ſius in l.qui liberos.nu.183.ff.de ritu nupt. Atqui in caſu
noſtro ius Canonicum illiúſque æquitas ſeruari debet,
cùm ſimus in terris Eccleſiæ,hoc eſt in nobiliſſima & an
tiquiſſima Ciuitate Rauennæ.in qua quidem(vt dixi)e-
29 tiam in foro ſeculari ius † Canonicum ſeruari debet.ita
cenſuit Bald.in auth.ad hæc.nu.6.C.de vſuris. vbi ſcri-
30 bit,quòd nudum † pactum, quod iure canonico parit a-
ctionem,cap.1.de pactis.& copioſè Iaſ. in l. iuriſgentiũ.
§.ſed cùm nulla.num.4.ff.de pactis, etiam inter laicos ec
cleſiæ ſuppoſitos obſeruari debet.idem probarunt Imo-
la in cap.quæ in eccleſiarum.nume.12.de conſti.& Iaſon
in d.§.ſed cùm nulla.num.6.Felinus in cap. quæ in eccle
ſiarum.nume.47.de conſt.vbi alia his ſimilia recenſet.&
ibidem nu.44.ex text.in capitu.ſi duobus.de appella.re-
gulam hanc facit,quòd in terris Eccleſiæ etiam inter lai
cos ius canonicum ſeruari debet. Quam ſanè regulam
probarunt Abbas & Decius in d.capitu.ſi duobus,vter-
que num.6.& ibidem Bero. num. 18. & in ſpecie ciuita-
31 tis † Rauennæ quòd in ea ſeruari debeat ius Canonicum
inter laicos ſcribit Alexan.conſil.177.num. 2. verſic. nec
obſtat,quòd ſi.lib.2.vbi inquit extare ſtatutum in ciuita-
te illa,quòd vbi ius ciuile contradicit iuri Canonico, ſer
uari debet ius ciuile. atqui in caſu noſtro ius ciuile non
repugnat iuri canonico,cùm nihil expreſſim determina
tum hac de re in iure ciuili reperiatur. Et dato quòd con
tradiceret ius ciuile iuri Canonico ĩ caſu hoc noſtro, ad-
huc tamen etiam in ipſa Ciuitate Rauennæ erit obſer-
uandum ius Canonicũ,reiecto illo ſtatuto,quod nõ va-
* let,iuxta* magis receptam Doctorum opinionẽ, de qua
atteſtatur Beroius in d.ca.ſi duob.nu.18. de appella. His
accedit quod fortius reſpondit Corn. conſi.261.in fi.li.4.
32 etiam in terris † non immediatè, ſed mediatè eccleſiæ
ſubiectis, vt in ciuitate Ferrariæ, Vrbini, & his ſimilibus
ſeruari debet ius canonicum, etiam inter laicos, cùm à
iure ciuili diſcrepat. Et de ciuitate Ferrariæ idem ſenſit
Soc.Se. conſil.92.nu.11.verſi.ſed pars aduerſa, li.3.Quod
equidem à fortiori hoc in caſu procedere debet, vbi æ-
33 quitas † ratione cauſæ dotis conſideratur. l. ſi ego. §. 1.ff.
de iure dotium.ibi, benignius.& in l.cum poſt §. gener.
ff.eo.quem textum ſcribit in ſpecie noſtra Soc.Sen.in d.l.
ſi quis arbitratu. num. 28.verſic. poſtremò,de verb.obli.
poſt Alexandrum, quem refert, habere locum generali-
ter, hoc eſt abſolutè de iure canonico.
Non obſtant adducta in contrarium, in quorum diſ-
ſolutione non leuis labor verſatur. Ad primum reſpon-
deo, illud procedere cæteris in caſibus, præter caſum do
tis: cuius quidem ſubſtantia vbi commiſſa fuerit decla-
randa alicuius arbitrio, eo non arbitrante, ad viri boni
arbitrium recurri poteſt,vt dixi ſupra poſt Iaſ.d.l.ſi quis
arbitratu.num.10.de verb.obli.& retuli lib.1. de arbitra.
iudicum. q.68.nume.39. Quod quidem & ipſemet Ca-
ſtrenſis, qui nobis aduerſatur, affirmauit.
Non obſtat ſecundum, quia reſpondeo,quòd quem-
admodum non cenſetur electa induſtria perſonæ in de-
claratione dotis in vniuerſum, vt dixi ſuprà in tertio fun
damento noſtræ ſententiæ, ita nec cenſetur electa in de-
claratione huius pluris, quod declarari æquè poteſt per
virum bonum ac potuiſſet per ipſum Reuerendiſsimum
Epiſcopum. Nec ratione rei dici poteſt ſolùm de eo con-
fidentiam partes habuiſſe, ſi quidem tunc habetur con-
34 fidentia † de aliquo cùm negotium eſt omninò incertũ
& indeterminatum, vt egregiè reſpondit Baldus conſi.
128. Quidam vſufructuarius.col.2. verſi. ſed ad hæc reſ-
pondetur.lib.2.dum ſcribit, in caſu cap. quamquam, de
vſuris in 6.cenſeri electam induſtriam parochi, cuius o-
pera ſatisfieri debet illis, à quibus vſurarius extorſit v-
ſuras, ea ratione, quia qualis & quanta eſſe debet vſura
35 rum † reſtitutio,eſt omninò incertum.Ita enim reſpõdit
Craue.conſil.303.nu.2.Cenſeri electam Vaſalli induſtri-
am, dum ei feudum conceditur, cùm eius fidei commiſ-
ſa ſit defenſio vitæ & honoris domini, quod quid incer-
36 tum continet. Non enim ſola commiſſio † efficit, vt cen
ſeatur illius induſtria electa, ſed cùm aliquid fuit adie-
ctum, ſine modo expreſſim, vt ſi dictum ſit, tuæ fidei &
conſcientiæ committo: ſiue tacitè, vt qualitas negotij id
ſuadeat,vel quia arduum eſt,vel quia omninò incertum,
ita vt poſsit vno vel altero modo, accuratè vel minus ac
curatè ex perſonæ qualitate explicari. Quod certè hîc
non contingit. Præterea accedit, quòd tunc dicitur ele-
37 cta induſtria † perſonæ, cùm factum arduum commit-
titur, vt multis probaui d.lib.de arbitra. iudicum, q. 68.
nume. 15. ſed hoc negotium declarationis dotis non eſt
difficile,vt expreſſim inquit text.in l.ſi pater filiæ.de leg.
3.ergo non cenſetur electa perſonæ induſtria.
Non obſtat tertium, quia reſpondetur, illam regulam
non eſſe perpetuam, ſed tantùm procedere illis in caſi-
bus. Nam ille text.l.locatio.ff.locati, ſolùm diffinit, lo-
cationem factam donec voluerit locator finiri ipſius lo-
catoris morte. Ea eſt ratio, quia cùm locator moritur,
38 dicitur nolle, atque ita locatio † finitur: vt copioſè de-
claraui lib.1. de arbitrarijs iudicũ. q. 69.num.2.& nu.19.
20. & ibidem etiam ita declaraui d.l.ſi ita expreſſum,de
condi.& dem.& d.l.centeſimis.§.vlt.de verb. oblig. Ra-
tio autem rationis eſt illis in caſibus, quia aliàs impoſſi-
bile eſſet ſcire, an is vellet,vel non, cùm iam mortuus in-
terrogari non poſſit. ſed noſtro in caſu lege cautum eſt,
39 vt dos, † quæ ab vno declarari non potuit, ab altero poſ
ſit.d.l.cùm poſt.§.gener, de iure dotium, cum ſimilibus.
Non obſtat quartum, quia reſpondetur, illam Ange-
li doctrinam vel vera non eſſe,vel parũ caſui noſtro con-
uenire. Duo Angelus ſentit: primum quòd vbi Caius,
40 qui illud † pluris debuit declarare, non declarat, non
recurratur

recurratur ad viri boni arbitrium. Et in hoc cum Angelo
* concordare communiter *Doctores teſtatur Soc. Sen. in
d.l.ſi quis arbitratu.num.16. Verumtamen vna cum Al-
ciato ibidem num.26. credo contra Angelum eſſe com-
* munem *opinionem.inquit enim Alciatus eſſe receptiſ-
ſimum, quòd recurri debeat ad arbitrium viri boni. Et
verè poſſe recurri ad arbitrium viri boni hoc in caſu do-
cuit Salycetus in l.vlt.colum.3.verſi. quæro tertiò. C. de
contrah.empt.& ibidem Bal.num.7.idem probat:quan-
do ſaltem pretium principale excedit dimidium iuſti pre
tij:& cùm eo Fabianus in tract.de emp.& vend.q.5.prin
41 cipali.nume.27. Et cùm hoc ſit quid accidentale † rece-
pta magis opinio videtur, quòd Caio non arbitrante re-
curratur ad arbitrium viri boni: vt ſcribit Opizonus in
d.l. ſi quis arbitratu.nu.24.25. Roma.conſil.502. Decius
conſi.404.num.14.& Natta conſi.390.in fi.lib.2. Cùm er
go contra Angelum ſit communis ſententia, ſequitur,
hoc fundamentum poſſe in aduerſarios retorqueri. Se-
cundum quod ſenſit Angelus, illud eſt, quòd Caio non
declarante illud pluris, contractus tamē adhuc validus
maneat. Hoc ſecundum pronuntiatum impugnant, Bal-
dus, Caſtrenſis, Salicetus & alij, quos refert Soc.Sen.in
d.l.ſi quis arbitratu.num.16.qui cenſent contractum an-
nullari.ſi hāc poſteriorē opinionem probamus, rectè di
cimus, non recedi à perſona Caij non arbitrantis:& con-
tractum eſſe nullum. Non enim eo caſu aliqua inde exo-
ritur iniquitas, nam æqualitas ibi ſeruatur, emptor recu
perat pretium, & venditor rem. Quod in caſu noſtro cō-
tingere non poteſt:quia etſi D.Petrus conſequi poſſit li-
berationem, ne ſoluat illud pluris: imò & dotem poſſit
recuperare: attamen D.Marius non poteſt conſequi pri-
ſtinam libertatem vxore dimiſſa. Et ita inæqualitas eſt
maxima. Non ergo ab ea doctrina argumentari licet ad
caſum noſtrum. Nec repugnat illa diſtinctio Socini, qa
immò verè nos verſamur in primo caſu illius diſtinctio-
nis. Non enim hîc promiſſio & conuentio ſuper quanti-
tate dotis fuit perfecta in illa ſumma 700. librarum, ſed
vnà cum illo pluri poſita fuit, vt reſtitueretur, præſuppo
ponentes ipſæ partes pro certo & abſoluto, quòd illud
pluris præſtari & ſolui deberet. conceditur enim contra-
ctum matrimonij eſſe perfectum, ſed negatur promiſ-
ſionem dotis eſſe perfectam ſine illo pluri. Sed eſto quòd
ſimus in ſecundo caſu, attamen iam conſtat ratione plu-
ris recurri ad arbitriū boni viri, ex magis recepta opinio
ne contra Angelum, vt iam diximus.

42 Non obſtat quintum, quia reſpondeo, d.l.ſi coita.†
procedere eo caſu, cùm expreſſim, atque ita ſpecialiter
actum eſt, vt is ſolus, cui commiſſa fuit partium diſtri-
butio, partes declararet atque arbitraretur. id quod a-
pertè ſignificant illa verba: Nam id ipſum actum eſt, ne
aliter Societas ſit quàm vt Titius arbitratus ſit. Hæc e-
43 nim † verba, ne aliter, formam demonſtrant, vt ſcribunt
Pariſi.conſi.19.nume.15.libr.2.& Soc.Iun. conſil.181.nu-
mero 6.7.lib. 2. & conditionem facere (quod idem eſt)
affirmarunt Boer.q.243. numero 11.& Socin. Iun. conſi.
85.in fi.li.primo.

Non obſtat ſextum fundamentum, quod cæteris ſo-
lidius videtur, & quo Caſtrenſis conſultatio fulcita eſt.
44 Reſpōdetur primò, illam propoſitionem maiorem, quā
Caſtrenſis facit, & quæ verè fuit Angeli in dicta l.ſi quis
arbitratu, non eſſe veram, vt ipſemet Caſtr.in dicta lege,
ſi quis arbitratu. numero ſexto inquit. l. hæc venditio,
qua ſuam aſſertionem probat Angelus, illi non ſuf-
fragari.

Secundò reſpondetur, nec illam propoſitionem mi-
norem Caſtrenſis eſſe veram, cùm ſuæ illæ rationes non
procedant hoc in caſu. Nam prima vera non eſt, quòd
hoc in caſu locum non habeat.d. l.3.C.de dotis promiſſ.
& d.§.gener, quia immò multò fortius & clarius, vt ſu-
prà in tertio fundamento oſtendi. Non etiam eſt vera ſe
cunda conſideratio Caſtrenſis. nam conſideraretur hæc
ratio, ne mulier indotata maneat, ſequeretur, ꝙ vbi ante
virum moreretur, & dos ipſa principalis, quæ alterius
arbitrio declaranda venit, non eſſet declarata, non am-
plius declarari poſſet: cùm ibi ceſſat fauor mulieris ne
indotata ſit, ex quo iam vita functa non eget dotis con-
45 ſtitutione, & tamen † contrarium eſſe verius cenſuerunt.
Ruin.conſil.225.lib.1.& Soc.Iun.conſil.35.lib.1. qui in ea-
demmet facti ſpecie vnà cum Decio reſponderunt.& il-
los poſt Rola. de lucro dotis. q. 88. ſum ſecutus lib. 1. de
arbitrijs iudicum.q.68.nu.42. Non ergo ſolus fauor do-
tis eſt in cauſa huius declarationis, ſed hoc contingit, vel
quia dos de facili poteſt declarari.d.l.ſi filiæ.de leg.3. vel
quia res deſijt eſſe integra, & ille dotis promiſſor cum al-
terius iactura locupletaretur. vt iam ſuis locis diximus.
Ita enim videmus hoc eſſe cōmune & cæteris in caſibus
præter dotē, quòd ſcilicèt vbi res integra eſſe deſijt, eo non
arbitrante, cuius arbitrio ſtandum erat, ad viri boni ar-
bitrium recurritur: quemadmodū diximus ſuprà. Non
ergo in caſu dotis, ſeu illius pluris hoc contingit ob illam
rationem Caſtrenſis. Præterea & ſecundò reſpondetur,
quòd & ſi non facta declaratione dicatur hoc in caſu mu
lier dotem habere in illa dote principali, non tamen ſe-
quitur, quòd congruè dotata cenſeatur ſine illo augmē-
to: alioqui ſequeretur abſurdum, quòd dotata dici poſ-
46 ſet, quæ dotem tenuiſsimam eſſet conſecuta: † cùm dos
vt quid vniuerſale etiam in vno numo conſtare poſsit: vt
ſcribunt Baldus in capit. ſi proponente, de reſcri.& Ri-
pa in rubr.ff.ſol.matrim.num.53.verſi.quartò dos. Quòd
ergo dicimus eſſe dotatam mulierem, intelligimus, cùm
dos congrua eſt conſtituta: quæ quidem congrua dicitur,
hîc ſine illo pluri, ſine quo fortè nec Do.Marius duxiſſet
in vxorem D.Ioannam, vt in ſpecie ſenſit ipſemet Caſtr.
d.conſ.11.num.3.verſi.3.dico, lib. 1.nec D. Ioanna renun-
tiaſſet bonis paternis ad commodum D. Petri eius pa-
47 trui. Nec exiſtimanda eſt dos † congrua, quam patruus
conſtituit, ſed quæ ad legitimam vſque aſcēdit. ita mul-
tis declaraui lib.2. de arbitrarijs iudicum, caſu 149. nu.
22. Rurſus & tertiò dico eſſe hîc animaduertēdum, quòd
hæc Caſtrenſis conſideratio eſt admodum leuis. Nam vi-
demus augmento dotis ſuperuenienti eſſe tributa omnia
priuilegia ipſi doti conceſſa, vt diximus ſuprà, & tamen
ſine illo augmento conſtat mulierem eſſe dotatam & nu-
ptam. ſi ergo eſſet vera ratio Caſtrenſis, opus eſſe dicere,
illi augmento non competere dotis priuilegia, cùm ſine
eo non remaneat indotata. atqui contrarium eſt verius,
ergo malè ſenſit Caſtrēſis. Et egregiè huc pertinet, quod
reſpondit Cra. conſilio 291. col. 1.& 2. dum cenſuit, pro
48 dotis † augmento licere alienare bona fideicommiſsi, &
dotis fauore id permiſſum eſſe. Quartò reſpondetur, nos
49 hîc eſſe in terris Eccleſiæ, vbi ſola æquitas † ſpectatur,
ob quam receditur à perſona eius, qui declarare debuit,
& ad viri boni arbitrium recurritur, vt ſuo loco diximus

Non obſtat vltimum, quia reſpondetur ſingulatim
illis auctoritatibus quas caſui noſtro nil obeſſe exiſtimo.
Nam Paulus Caſtrenſis, non tantum nititur ea ratione,
quæ huc ſpectat, quàm alijs permultis, quæ caſui noſtro
non conueniunt. Et fortè ita ex ea ſola ratione, quam ſe-
cundo loco perpendit Caſtrenſis, non reſpondiſſet, ſi a-
liæ non adfuiſſent rationes, quas ille vrgentes exiſtima-
uit. Id quòd tantò fortius hîc dicendum eſt, vbi apertè
demonſtrauimus Caſtrenſis rationem eſſe falſam, & a-
lias plures adeſſè, quibus aduerſus eum ſentiendum eſt
hoc in caſu. non etiam repugnat auctoritas Curtij Iunio
ris d.conſi.36.nu.11. quia de re noſtra verbum non facit,
ſed ſolùm ſequitur regulam generalem à Caſtrenſi pro-
poſitam, atque ita obiter ſecutus eſt Caſtrenſem. Quo fit
vt in Curtij auctoritate non ſit conſtituendū fundamen
tum, vt ſcribunt Neuiza.li.5.Syluæ nupt.num. 29. & Al-
ciatus in tract.præſump.reg.1.præſump.51.& li.4. Parerg.
iuris.cap.17.ita pariter reſpondere poſſumus Socino Iu-
niori.d.conſi.35.in fin.lib.1.& Rolando in tract. de lucro
dotis.q.88.verè enim illi aliam iuris quæſtionem expli-
cant, & obiter ea auctoritate Caſtrenſis vtuntur. Hoc
idem ego



idem ego feci d.libr.1.de arbitrarijs iudicum.q.68.nu.34.
Phanucio autem ita parum eſt tribuendum vt cæteris,
cùm re non perpenſa, ſed perfunctoriè Caſtrenſem ſecu-
tus videatur. Sed eſto quòd ex profeſſo ita omnes cum
Caſtrenſe ſenſerint, non tamen pro Caſtrenſis opinione
* in caſu noſtro iudicandum eſt, cum vera ſit & * probatiſ-
50 ſima Doctorum ſententia, licere † recedere etiam à com
muni opinione, cùm ei repugnāt veræ & concludentes
rationes: ita ſcribunt Ioan.Andr.in cap.1.de conſ. Abbas
in cap.Capellanus, col.1.de feriis, quos ſecutus eſt Iaſon
in auth.nouiſſima.nu.22.C.de inoff. teſta. egregiè Curt.
Iu.conſi.29.nu.11.in fi.Neuiz.lib.5.Syluæ nupt. num. 67.
& Pariſius conſ.92.num.62.lib.3. Concludo itaque, ad iu
dicis arbitrium, qui vir bonus dicitur, poſſe recurri: vt is
loco dicti Reuerendiſſimi Dom.Epiſcopi declarare ha-
beat illud pluris.

Iacobus Menochius I.C

### *SVMMARIVM*

1 *Famæ & honori proprio ſtudens damnandus non eſt.*
2 *Negligens famam propriam peccare dicitur.*
3 *Fama bonis præfertur.*
4 *Fama gloria non poteſt niſi ſolis eximijs viris contingere.*
5 *Concilium pronuntiare poteſt Epiſcopum ob patratum crimen deponendo eſſe.*
6 *Reus certus de condemnatione, an cogi poſſit coram iudice cōparere, vel in vniuerſitatem ingredi.*
7 *Concilium prouinciale an recuſari poſſit iuſta de cauſa.*
8 *Senatus concilio prouinciali æquiparatur.*
9 *Ratio eadem vbi eſt, idem ius ſtatuendum eſt.*
10 *Doctores omnes vnius ciuitatis & collegij an in aliqua cauſa recuſari poſſint iuſtis de cauſis.*
11 *Caput collegij, ſeu principalis quando eſt ſuſpectus, cætera mēbra ſuſpecta dicuntur.*
12 *Papa, vel Imp. ſi in aliqua cauſa eſſet ſuſpectus quid ſit faciēdum.*
*Iudex quibus iuſtis cauſis vti ſuſpectus remoueri poteſt.*
13 *Iudex qui ſemel ſuper aliqua cauſa iudicauit, ſuper eadem amplius iudicare non debet, & qua ratione.*
14 *Iudex vt ſuſpectus remoueri poteſt, ſi iā aperuit animi ſui opinionem.*
15 *Ita pariter propter iniuriam commiſſam contra litigantem.*
16 *Iudex indiſcretus, & iniuſtus vti ſuſpectus remoueri debet.*
17 *Ita ex nimia ſeueritate in iudicando.*
18 *Accuſatio nomine accuſatoris carens vti literæ carentes ſubſcriptione ſcribētis, debet, vel debent reijci, & eis nulla præſtatur fides.*
19 *Accuſatio cur continere debeat nomen accuſatoris, & accuſati.*
20 *Accuſator multis exceptionibus repelli ab accuſatione poteſt, vt ſi ab accuſato accuſaretur, & alijs.*
21 *Excommunicatus accuſare non poteſt.*
22 *Denuntiatio abſque denuntiantis nomine non valet.*
23 *Iudex qui præſtitit fidem literis, quibus præſtari non poterat, vti ſuſpectus remouendus eſt.*
24 *Comparatio literarum vt legitimè fieri poſſit, quæ obſeruari debeant. & num.26.*
25 *Apices iuris ſunt rigoroſæ examinationes. quibus omiſſis etiā veritas haberi poteſt.*
26 *Et quidquid bonam fidem non tangit, de apicibus iuris dicitur.*
27 *Carceris pœna requirit claras, & apertas probationes.*
28 *Pœna vbi iudicis arbitrio eſt indicenda, non ordinaria, ſed leuior imponi debet.*
29 *Cognitio cauſæ antequàm feratur ſententia, eſt neceſſaria, licet facultas cognoſcendi ſit iudici arbitraria.*
30 *Et quæ requirantur ad cauſæ cognitionem.*
31 *Citatio ad cauſæ cognitionem maximè eſt neceſſaria tā de iure diuino quàm humano.*
32 *Partes debent audiri de rationibus ſuis antequàm feratur. ſententia.*
33 *Accuſator adeſſe debet dum reus ab eo accuſatus condemnatur*
34 *Feſtinanter & ex abrupto procedi non debet in cauſæ cognitione.*
35 *Fuga nunquàm facit plenam probationem, ſed inditium tantum.*
36 *Fuga propter timorem violentiæ excuſat.*
37 *Et an ille timor iuramento probari poſſit.*
38 *Iudex in iudicando non debet excedere fines mandati, aliàs quod actum eſt, non valeat.*
39 *Carceratio aut fit ad pœnam, aut ad cuſtodiam.*
40 *Carcerari is non debet, qui quæſtionibus ſubijcit atque torqueri non poteſt.*
41 *Conſtitutus in dignitate torqueri non poteſt.*
42 *Carcerantur homines ad cuſtodiam, qui pœna corporali in defectum ſolutionis pecuniariæ plectendi ſunt.*
43 *Pœna capitalis non debet imponi pro crimine leuiori.*
44 *Excommunicatus ob inobedientiam, quia ad iudicium non venit, de crimine quo accuſatur reſponſurus, an pro confeſſo habeatur, & intelligatur condemnatus.*
45 *Puniri quis non debet duplici pœna.*
46 *Pœna non parit pœnam.*
47 *Deponi à dignitate nemo poteſt niſi ex cauſis à iure expreſſis.*
48 *Clericus regularis quia tria vota ſolenniter emittit, ob fornicationem poteſt deponi.*
49 *Clericus regularis pro primo delicto deponi à dignitate vel puniri non poteſt, ſecus in clerico ſeculari.*
50 *Scriptura ſi non appareat quo tempore fuerit ſcripta in dubio ad leuandam pœnam interpretandum eſt vt iam multis annis fuerit ſcripta.*
51 *Antiquitas temporis excuſat quem à pœna.*
52 *Peccans ſi diutius ſe à peccatis abſtineat, videtur peccaſſe impetu & ignorantia potius, quàm dolo, & peccandi conſuetudine.*
53 *Sequentia declarant præcedentia in omnibus caſibus etiam quò ad vitam, & mores hominum.*
54 *Peccans continuò ſi per triennium bene honeſteque vixerit ſatis videtur emendatus.*
*Delinquens, per triennij teſtimonium quibus honeſtè vixit, purgatur.*
55 *Adoleſcentia & ætas iuuenilis vel ex toto excuſat, vel leuem pœnam criminis fornicationis reddere ſolet.*
56 *Accuſatio facta longiſſimo tempore poſt delictum an valeat.*
57 *Præſes vel iudex coram quo producta eſt ſcriptura, ſi ipſam occultaret, pœna falſi puniendus eſſet.*
58 *Idem de notario dicimus.*
59 *Quid ſi dixerint ſcripturas furto ſubtractas eſſe?*
60 *Et an ſtandum ſit eorum iuramento de amiſſione.*
61 *Iuramentum non defertur vbicunque adeſt ſuſpicio vel præſumptio in contrarium.*
62 *Mendax in vno caſu, in cæteris præſumitur mendax.*

## CONSILIVM XCIIII.

# Initium à Domino.

QVI famæ † & honori proprio pro ſua virili, conſulere ſtudet, is non damnandus, ſed, mea quidem & omnium de rebus optimis iudicātium, ſententia, laudandus eſt: ſi quidem & diuinæ & humanæ leges clamant; hominem in odore bonæ famæ viuere debere. Salomon omnium ſapientiſs. Prouerb. capitulo 22. ita admonet: Melius eſt nomen bonum, quàm diuitiæ multæ. Eccleſi. capit. 41. ſcriptum eſt: Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille theſauri pretioſi & magni. Diuus Auguſtinus in quondam ſermone (vt relatum eſt in cap.non ſunt, 11.q.3.) damnat illos, qui famam propriā contem-

contemnunt.& libro de ciuitate Dei, capitu. 19. ſcribit,
propriæ famæ eſſe conſulendum, non ob laudem huma
nam, ſed ob aliorum vtilitatem, ne ſcilicèt malo exem-
plo alios ad mala moueat. Hinc idem Auguſtinus libro
de vita clericorum, inquit, duo nobis fore neceſſaria, cõ-
ſcientiam & famam: conſcientiam noſtra ſola cauſa, fa-
mam cauſa proximi. Quocirca D. Thomas Quodli. 10.
2 q.6.arti.13. admonet eum peccare † qui famam ſuam ne
gligit. Lex humana tanti ſemper facit hominis famam,
3 vt eam † bonis prætulerit. l. iſti quidem.ff. quod metus
cauſa.l.iuſta.de manumiſſ.vind.l.quiſquis.C.de poſtula.
Quid, quod & Ethnici omnes bonæ famæ conſulendũ
eſſe aſſerunt? Plautus ille Comicus in Moſtella, inquit,
*Ego, ſi bonam faman mihi ſeruaſſem, ſat ero diues*. Iſo-
crates vero ita iubet: Plus tibi curæ ſit, vt honeſtam fa-
mam quàm diuitias ingentes libris relinquas. Nam hæ
mortales ſunt, illa verò immortalis. Et per famam com-
parari poſſunt opes, nunquam verò pecunijs fama redi-
mitur. Idem diuitiæ etiam improbis accedunt, at famæ
4 † gloria nõ poteſt niſi ſolis eximijs viris contingere. Re
ctè igitur & ſanctè cenſuit D. Auguſtinus de opere mo-
nachorum, Nil eſſe miſericordius quàm bonæ famæ con-
ſulere. laudari itaque non damnari meretur Reuerendus
Don. Archangelus Veronenſis, dũ omni ſtudio & diligẽ
tia conatur famam propriam defendere, & ab omni cri-
minis labe abeſſe demõſtrare. Nec iniquè agit, dum Re-
uerendum admodum Caſsinenſis ordinis Præſidem cæ-
teroſque Reuerendos Abbates, vt ſuſpectos ſua in cauſa
iudices recuſat. Iure enim id conceditur, quod multis i-
ta demonſtrari poteſt.

Primò, Reuerendus admodum præſes huius congre-
gationis maiorem habere iuriſdictionem & poteſtatem
in ſuos monachos non creditur, quàm in ſuos clericos
habeat Concilium prouinciale, cuius verè ſumma eſt po
5 teſtas, cùm † pronuntiare poſsit, etiam Epiſcopum, ob
patratum crimen, eſſe deponendum. ita glo. in cap. bidu-
um.2.q.ſexta, & ſcribit Gondiſal. Villadi. in tracta. de le-
6 gato part.1.quæſt.10.nume.27. Atqui † Concilium pro-
uinciale, cùm iuſta ſubeſt recuſationis cauſa, recuſari po
teſt: ergo & ipſe D. Præſes. Illa minor probatur ex aper-
to tex. capituli quòd ſuſpecti. tertia, quæſt.5. quo loci in
fine ſcribit Nicolaus Pont. Max. Ioannẽ os aureum, hoc
eſt, Chryſoſtomum recuſaſſe ingredi collegium, id eſt,
Concilium, quod vouerat contra ſe cõgregatum. Cuius
quidem recuſationis & hiſtoriæ meminit Sozomenus
lib.8. hiſto. eccleſ. cap.17. in hæc verba: Vocauit & Ioan-
nem quoque, vt ſeſe defenderet. Iuſſit autem, vt cum eo
adeſſet Serapion & Tigrius presbyter, & Paulus lector.
Ioãnes igitur & alios quoſdam clericos familiares ſuos,
& Demetrium Piſiuntis Epiſcopum ad illos mittens, ait,
ſe non detrectare iudicium, quin paratum eſſe, ſi priùs
tamen accuſatores cognouerit, & obiectum crimen ex-
penderit, coram ampliori Synodo ſui defenſionem ſu-
ſcipere. Neque enim ſe tam ſtultum fore, vt iudices ferat
eos, qui eſſent manifeſti hoſtes. Hæc Sozomenus. Et in
7 ſpecie Concilium † prouinciale recuſari poſſe iuſtam ob
cauſam, affirmarunt Specul. in titu de requiſitione Con-
cilij, in prin. num.3. & Calder. conſil. ſexto, tit. de appell.
Francus in capitulo poſtremo, verſi. octauò & vltimò,
& in capitulo cum ſpeciali, verſicul. decimò quæritur,
de appella. Felin. in cap.1. num. 6. de iudicijs, & ibidem
Dec. in prima lectu. num.16. & in 2. nume.15. & Ripa, nu.
40. Gondiſal. Villadr. in tractat. de legato par j. q. 10. in
fine. & Boer. q.269.

8 Secundò accedit, quòd ſenatus, † qui Concilio pro-
uinciali æquiparatur, capitulo, eccleſia.16.q.1. recuſari
poteſt. ita Boer. dicta quæſt.169. numer. 4. ergo etiam hic
Reuerendus Præſes & cum eo cæteri Abbates congrega
tionis: ex quo eadem ratio iuſtæ cauſæ recuſationis ſua-
deat ita poſſe Præſidem hunc recuſari, vt poteſt recuſari
9 ſenatus. Eſt enim vulgati iuris, ꝙ vbi eadẽ adeſt ratio, †
idem ius ſtatui dẽt. l. à Titio. de verb. obl. cum ſimilibus.

Tertiò confirmantur relata, quia ita videmus, Do-
10 ctores † omnes vnius ciuitatis & collegij, iuſtis de cauſis
recuſari poſſe. ita Alberic. in tractat. ſtatutorum, parte 2.
quæſt.101. qui teſtatur, ita aliquando fuiſſe obſeruatum,
idem ſcribũt Iaſon in l. apertiſsimi. nu. 10. C. de iudicijs.
Dec. in d. cap.1. lectura prima. nu.26. verſi. Quòd verũ,
de iudicijs. & ibi Ripa. num.40. Boer. d. quæſtio.269. nu.
4. Gratus conſi.134. nu.1. & num.4. lib.2. & Portius cõſil.
91. nu. 20. li.1. qui alios refert. Nec hîc dicatur, Don
Archangelum conqueri tantùm de Reuerendo Præſide,
non autem de cæteris Abbatibus: & ideo licèt ipſi præ-
ſes ſuſpectus ſit, non tamẽ ſuſpecti eſſe debent Abbates:
11 quia reſpondetur, quòd quãdo caput † eſt ſuſpectum,
etiã cætera mẽbra ſuſpecta ſunt. ita Baldus in l. prima. C.
ſi rector prouin. Alex. conſi.40. num.2. lib. 2. Dec. conſil.
151. num.19. quos ſecutus eſt Ripa in d. cap.1. num. 41. de
iudicijs, & ibidẽ Beroius. num.123. Portius dicto cõſi. 91.
nu.19. Ea eſt, præter illos, ratio, Quòd mẽbra ipſa, Quip-
pè quæ à capite pendent, illud verentur, nec audẽt quid,
quod illius voluntati aduerſatur, agere. Quod ſi in ali-
quo vnius religionis capite vſuuenire ſolet, in hac certè
quotidie obſeruatur, cùm maximam ſit monachorũ om
nium erga eorum maiores obſeruantia.

Quartò (admiſſo etiam Reuerendum Do. Præſidẽ,
nec Abbates, vt ſuſpectos poſſe recuſari) negari non po-
teſt, quin, ob iuſtam ſuſpicionis cauſam de honeſtate iu
dices alij non ſuſpecti dari debeant: ſi quidem videmus,
12 Quòd etiãſi † Ponti. Maxi. vel Cæſar iuſtis de cauſis ſuſ-
pecti recuſari non poſſunt, iudices tamen non ſuſpectos
de honeſtate dare debent. Ita cenſuit glo. in capit. nullã.
ſecunda q.5. quam cõmendat Roma. conſi. 521. in fi. & ſi-
milis glo. in ca. à collatione. de appella. in 6. glo. vlt. dum
declarat capitulum multis.17. diſtinct. & Geminia. ac An
charan. in d. capitu. à collatione, idem ſcripſerunt. Qui-
bus accedit Aufrerius in trac. de recuſ. nu.35. verſi.36. cau
ſa. His apertè conſtat, Reuerendum Don Archangelum
iure petijſſe ac petere, cauſam ſuam cognoſcendam ab
alio eſſe quàm à Reuerendo admodum Do. Præſide vel
alijs Abbatibus congregationis.

Nunc ſolùm ſupereſt demonſtrare de cauſa iuſta
huius recuſationis. Et quãquam vna ſola ſufficere poſſit,
hîc tamen permultæ adſunt.

Prima iuſta ſuſpicionis cauſa eſt, quòd iam ſemel de
cauſa obiecti criminis Reuerendus Do. Præſes cogno-
uit, & ſententiam tulit. Quocircà, etiamſi cõcederemus,
quod minimè admittitur, ritè cognouiſſe, & rectè iudi-
caſſe, attamen nunc dum iterum cognoſcere & iudicare
13 vult, ſuſpectus † verè dici poteſt. ita probat tex. in ca. ac-
cepta, vbi Abb. & Præpoſ. de appella. & ibidem Decius.
Aufrerius in trac. de recuſationibus. num.18. Ea eſt ratio,
quòd credendum omninò eſt, quòd ipſe iudex conabi-
tur tueri à ſe factum, ſiue bene, ſiue malè. Et iam de eius
opinione conſtat. Eſt enim vera ſententia Ioan. Andreæ,
& Abbatis ac aliorum in capitu. irrefragabili. §. exceſſus.
de off. ordina. necnon & Aufrerij d. tractat. de recuſat.
num.15. verſicu. decimaoctaua, ſi iudex. &c. Iaſ. in l. aper-
tiſſimi. num.9. verſic. decima cauſ. C. de iudicijs. iudicem
14 † vt ſuſpectum poſſe recuſari, ob id quòd iam aperuit a-
nimi ſui opinionem. Quod ſi in hoc ita eſt, quid dicen-
dum in eo, qui iam ſententiam tulit?

Secunda cauſa iuſtæ ſuſpicionis clara & aperta eſt,
15 quia non mediocriter † per iniuriam Reuerendus D.
Præſes grauauit D. Archangelum. Atqui certi eſt iuris,
ſuſpectum iudicem illum poſſe dici, qui ipſum recuſan-
tem per iniuriam grauauit: ita Abbas in capitu. acce-
dens. il.2. vt lite non conſter. Aufrerius d. tracta. de recu-
ſat. num.19. verſi. ſi autem. & nume.30 in fine. & confert.
l. ſi quis prouocatione. C. de appella. omnes in capit. ad
hæc. & cap. poſtremò. de appella. & ideo Iaſon in d. l. ap-
pertiſſimi num.7. verſi. quarta cauſa. C. de iudicijs, ſcribit
16 poſt Bald. in c. ad noſtram, de probat. iudicem † indiſcre-
tum, vt iniuſtũ recuſari poſſe. Sequitur ergo quod Reue
rendus



rendus Do. Præſes ob illatum grauamen recuſari iu-
ſtè poteſt. iniuſti grauaminis cauſas & rationes mox
adferam.

17 Tertia iuſta cauſa recuſationis, eſt † nimia ſeueritas:
ita Bal. in l.1.ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. iuris. & Iaſon
d. l. apertiſsimi. num.9. verſi. tertia cauſa. Atqui aduer-
ſus Don Archangelũ nimis ſeuerus fuit Do. Præſes (vt
mox planũ faciã) iure ergo vt ſuſpectus recuſari poteſt.

De iniuſtitia & ſeueritate, Quibus contra Don Ar-
changelum vſus eſt Reuerendus admodum Do. Præſes,
dicendum nunc eſt.

Prima iniuſtitia illa arguitur, quòd ignoti accuſato-
ris vel denuntiatoris denuntiationem, vel accuſationẽ
admiſerit. Nam, cùm Don Archangelus eo nomine, ꝙ
inhoneſta & maximè turpia ſcripſerit quarundam moni
18 alium confeſſori, fuerit accuſatus, accuſatio † nomine
accuſatoris carebat: illi ergo nulla fides erat adhibenda,
ſed omnino reijcienda: quandoquidem & conſtituti-
ones ipſius congregationis ſub cap.6. de modo ſcribendi
capitulo generali, cenſuerint, literas omnes ſubſcrip-
tione nominis ſcribentis carentes, reiiciendas eſſe. Quæ
ſanè conſtitutio iuri communi conuenit. Nam ſiuè
crimen ab accuſatore iudici accuſetur, ſiue denunti-
etur, certa eſſe debet perſona accuſatoris, vel denunti-
atoris. de accuſatione extant l. libellorum, in principio.
ff. de accuſa. & ibi in § 1. legitur, ꝙ ſi accuſatio caret no-
mine, accuſator reijci debet. & declarat Bart. in l. ſi cui,
in principio. num.1. de accuſa. Et hoc paſsim admittunt
practici omnes, vt Angelus Aret. in tracta. de maleficijs,
in verbo, mero officio, Albertus Gandinus in tractat. ma
leſi. ſub rubr, Qui accuſare poſsint. & Bonifacius Vitali
nus in ſuo pariter tractatu de maleficijs. ſub rubr. Quid
ſit accuſatio. nu. ſeptimo, dum formant libellum accuſa
tionis, aſſerunt debere continere nomen accuſatoris &
accuſati, diem, locum, & reliqua ab eis relata. Et hoc a-
deò certum eſt, vt ridiculum ſit de eo dubitare. Et ratio
19 † admodum vrgens extat. ſi enim accuſator tenetur ac-
cuſationem proſequi, fideiuſſoris dare de expenſis ſol-
uendis, ſi contingat ſuccumbere, quemadmodum relati
omnes ſcribũt, qua ratione fieri poteſt, vt accuſatio pro-
cedat ſine certo accuſatoris nomine? Accedit quòd mul-
20 tis exceptionibus † repelli ab accuſatione accuſator po-
teſt, vt ſi iam ab ipſo accuſato accuſatus fuit. l. negan
da. C qui accuſ. non poſſ. Angel⁹ de maleficijs. dicto ver-
bo, Et ad querelam. nu.19. vel ſi infamis eſt. l. qui crimi-
nis. C. eo. qui accuſ. nõ poſſunt. & ſcribit Angelus qui ſu
21 prà nu.32. qui num. 24. ſubiungit, excommunicatum †
etiam repelli ab accuſando, ex capitulo, pia, de excep. in
ſexto, & probat text. in ca. illud. de cler. excom. alias ex-
ceptiones non proſequor. Hinc ſcriptum reliquit Sozo-
menus lib.8. hiſtoriæ eccleſ. cap.17. Ioannem Chryſoſto
mum recuſaſſe ingredi iudicium Concilj, ob id quòd
cognita ſibi non erat perſona accuſatoris. Si verò hunc
non fuiſſe accuſatorem, ſed potius denuntiatorem dici-
22 mus: adhuc † neceſſe erat, vt de certa ipſius perſona con
ſtaret. quemadmodum relati practici omnes ſcribunt,
vt Angelus de maleficijs, in verbo, Necnon ad denun-
tiationem. Gandinus ſub rub. Quomodo de maleficijs
cognoſcatur per denũtiationem, & Vitalinus ſub rubr.
de denuntiationibus, &c. dum formant denuntiationis
libellum. Et eadẽ ratio hîc militat, quæ in ipſa accuſatio
ne, ꝙ ſcilicèt multis exceptionib⁹ repellitur denũtiator à
denũtiando: quas ſanè exceptiões fruſtrà lex cõceſsiſſet,
ſi denũtiatio ab incognito denũtiatore data reciperetur.

Non ergo iure Reuerendus Do. Præſes hãc, ſiue accu
ſationem, ſiue denuntiationẽ appellemus, criminis de-
lationem admiſit, ſuppreſſo delatoris nomine.

23 Secunda arguitur iniuſtitia, ꝙ adhibenda † fuerit fi-
des literis munuſcriptis, quas ille ignotus accuſator aſ
ſeruit ſcriptas manu d. Reuerendi Don Archangeli: & ta-
mẽ certum eſt, quòd nulla eis præſtanda erat fides, re-
cognitione non facta ab ipſo Don Archangelo. Erat
enim opus, literis habitis, ipſum Don Archangelum re-
quirere, (vt aſſeritur in dieta fuiſſe ordinatum, & Reue
rendus Domi. Præſes aliter nunc dicat, & malè) vt lite-
ras illas recognoſceret, an ſua manu eſſent conſcriptæ. ſi
faſſus fuiſſet, ſua manu ſcriptas fuiſſe, in eum ferri iuſta
ſententia poterat, qua emeritis pœnis plecteretur. At ſi
negaſſet, alijs probationibus erat conuincendus, quòd
illas ſcripſerit. Et cùm alia via quàm comparatione lite-
rarum conuinci non poterat, (quẽadmodum nixus fuit
24 Reuerendus D. Præſes eum conuincere) obſeruanda †
multa erant in ipſarum literarum comparatione.

Primò eligendi erant duo periti. comparationes. §. om
nes. C. de fide inſtr. vbi Barto. in ſecunda lectu. num.3. &
poſt eum & alios ſcripſi lib.2. de arbitrarijs iudicũ, &c.
Caſu 114. num. 26.27. & ibidem numero 28. ſubiunxi ſe-
cundum requiſitum, quòd electi periti iurare debeant,
ſe bona fide eſſe facturos comparationem. Tertiò vt ibi-
dem numero 29. ſcripſi omninò requiritur, quòd aſſu-
mantur aliæ ſcripturæ, è quibus accipere poſsint hanc
literarum comparationem. Non enim ſufficit ſola in-
ſpectione illius ſcripturæ de qua eſt controuerſia, vt hîc,
de his literis iudicare eſſe ſcriptas manu illius: quando-
quidem vſu compertum eſt. multos ſimilibus characte-
ribus ſcribere, quibus & alter: & facilè alterius literas
fingere, & falſificare (vt vulgò dicitur) poteſt. d. l. com-
parationes, vbi Docto. & multa exempla recenſet Mar-
ſili. in rub. C. de probat. numero 318. quem retuli. d. caſu.
114. numero 15. & ibi etiam recenſui Vldaricum Zaſium
libro 2. ſingula. reſpon. cap. 25. qui teſtatur, ſe nouiſſe
monachum Auguſtæ in monaſterio S. Vldarici, qui ſcri
pturam quamcunque intuebatur, non tam imitari,
quàm ex pari effingere potuit. Et duo extant exempla
huius rei in hac ipſa religione, vt Don Archangelus in
ſuis æquiſsimis defenſionibus retulit. Ne igitur idem
eueniſſe hoc in caſu dici poſſet, erat omninò obſeruan-
dum, vt alijs literis habitis fieret comparatio. Et quem-
admodum d. caſu 114. nu.29. ſcripſi, literæ iſtæ, è quibus
erat ſumenda comparatio, certæ eſſe & indubitatæ debe
bant, quòd ſcilicèt manu ipſius Don Archangeli eſſent
ſcriptæ, vt putà, quòd priùs ab eo eſſent recognitæ, vel
quòd habeant ſubſcriptionem trium teſtium, vel quòd
ſit ſcriptura, qua ipſemet vſus ſit in iudicio. Et hoc requi
ſitum nullo pacto omitti poterat, quippè quòd verſatur
circa veritatis indagationẽ & cognitionem Nec dici po-
teſt de apicibus iuris, qui ex conſtitutionibus congrega-
25 tionis omitti debent, cùm iuris † apices ſint rigoroſæ ex-
aminationes, quibus omiſſis etiã veritas haberi poteſt,
vt declarant Bart. in l. ſi fideiuſſor. §. quædã. ff. mand. & ibi
Baldus & Salice. in l. placuit. C. de iud. Iaſ. in l. alienã. col.
2. verſi, quintò limita. C. de procur. qui poſt Baldum ſcri-
26 bit, iuris apices † dici, quidquid bonã fidem non tangit,
ſed extrinſecus ventilatur. Et de apicibus iuris eſt, litem
debere conteſtari, mulierem non poſſe eſſe procuratricẽ,
exceptionem cõtra executionẽ, vt relati declarant. Non-
nulla alia requiſita eſſe neceſſaria in hac literarum com-
paratione retuli in d. caſu 114. nu.31.32. & num.34. referre
ſuperſedeo, cõſtat ergo, minus rectè hac in re fuiſſe pro-
ceſſum.

Cæterùm concedamus literarum comparatio-
nem fuiſſe rite & rectè factam, attamen iuri non conue-
niebat, quòd tam ſeuerè condemnaretur Don Archan-
gelus, quandoquidem dici non poteſt, quòd plenè &
perfectè de crimine, ex ea comparatione literarum con-
ſtaret, ut ex veriori Doctorum opinione ſcripſi in iam ci
tato caſu 114. num.24. ad finem. quo loci ſcripſi poſt So-
cinum Seniorem, iudicis arbitrio multum tribui: atqui
cùm iudicis arbitrio relinquitur, mitius agitur. Siue er-
go dicamus plenã non eſſe probationem, pœna tam graui
vt amotionis & depoſitionis ab Abbatia (quam grauem
27 mox dicam) nec tam tetro & ſeuero carceri † erat clau-
dendus, cum in his probationes claræ & apertæ acqui-
rantur. l. vl. C. de probat. ſiue dicamus arbitrariam fuiſſe
ipſi Re-

ipſi Reuerendo D. Præſidi, adhuc mitior pœna erat ple-
ctendus Don Archangelus. Nam, vbi iudicis arbitrio
28 pœna † eſt indicenda, non ordinaria, ſed leuior indici
atque imponi debet, vt ſcripſi libro 1. de arbitrarijs iudi-
cum, &c. q. 86. vbi copioſè ſcripſi. Et eiuſdem ſententiæ
nunc addo Ioan. Andr. in capit. 1. de conſtit. & Feli-
num in capit. quoniam frequenter. §. porrò, colum 2. vt
lite non conteſt. quos ſequitur Grammat. conſilio 39.
numero. 11.

Tertia iniuſtitia arguitur, quia Don Archangelus
nunquam ad iudicium fuit vocatus, nullæque aſſignatæ
fuerunt defenſiones, nulla actorum facta copia. Et ta-
29 men explorati iuris eſt, neceſſariam † omninò fuiſſe cau
ſæ cognitionem, quæ omitti poteſt numquam. Etſi enim
iudici datum eſt arbitrium cognoſcendi & iudicandi de
cauſa ſiue ciuili, ſiue capitali: attamen is nunquam cau
ſa non cognita poteſt ſententiam ferre. quemdmodum
abundè ſcripſi li. 1. de arbitrariis iudicum. & c. quæſt. 19.
30 Et eo loci docui plura † requiri, vt dicatur adhibita cau-
31 ſæ cognitio. Primò citatio partis. Quæ ſanè citatio † o-
mitti nullo modo poteſt, cùm iuris diuini atque huma-
ni ſit. Eſt enim ſcriptum Deutero. cap. 1. Audite illos, &
quod iuſtum eſt iudicate. Imò Deus ipſe Opt. Max. non
priùs pœnis emeritis affecit Adamum, primum patrem
noſtrum, quàm eum ad iudicium vocaret, & crimen is
fateretur. Geneſ. cap. 3. & ideo Ioan. cap. 7. aduerſus Pha-
riſæos exclamabat Nicodemus: Numquid lex noſtra iu-
dicat hominem niſi prius audierit ab ipſo, & cognoue-
rit quid faciat? Lex quoque Canonica citationem requi-
rit accuſati antequàm cõdemnetur cap. 1. & cap. 2. 3. quæſt.
noua, & cap. 1. 4. quæſt. 4. & lex ciuilis requirit citatio-
nẽ quouis in caſu, in quo lædi quis poteſt. l. de vno quo-
que. ff. de re iud. Secũdò in cauſæ cognitione requiritur,
32 vt iura † & rationes partiũ exaudiantur: vt in præcitata
q. 19. num. 4. ſcripſi. Et ideo ſcriptum eſt in Act. Apoſtol.
cap. 25. Feſtum Paleſtinæ Præſidem aduerſus Iudæos per
quirentes Paulum Apoſtolum damnari, his coarguiſſe:
quia nõ eſt conſuetudo Romanis dãnare aliquem homi
33 nem, priùs quàm is, qui accuſatur, † præſentes habeat
accuſatores, locúmque defendendi ſe accipiat, ad ablu-
enda crimina quæ ei obijciuntur. Tertiò in cognitione
cauſæ requiritur iudiciarij ordinis obſeruatio, ne ſcili-
34 cèt feſtinanter † & ex abrupto procedat: quẽadmodum
in d. quæ. 19. nu. 5. admonui. quibus accedit Gregorius in
mora. qui ita ſcribit: Ad proferendã ſententiã numquam
præcipites eſſe debemus, ne indiſcuſſa temerè iudicem⁹.
Nec quælibet malè audita nos moueant, ne paſſim ſine
probatione credamus. quæ ſanè ſentẽtia malè ergo Don
Archangelum fuit hîc obſeruata, cùm non priùs fuerit
ad iudicium vocatus, & eius iura audita, quàm condem
natus. Nec hîc dicendum eſt quod D. Archangelus fuit
vocatus, & cùm acceſſiſſet ad monaſterium San. Bene-
dicti in Ciuitate Mantuæ aufugit: quia reſpondetur,
quòd etiamſi ſine aliquo iure aufugiſſet, non tamen ad-
35 huc poterat condemnari: ſi quidem fuga † nunquam
his caſibus facit plenam probationem, ſed indicium tan-
tùm. l. lex Cornelia, Bar. in l. 1. ff. de bonis eorum
qui ſibi mortem conſciue. Felin. in c. nullus, de præſump.
Dec. conſil. 234. Grammati. conſi. 14. & conſil. 17. & paſ-
ſim omnes, Quod quidem indicium non ſufficiebat ad
condemnationem. Cæterùm, fortius dicimus in caſu no
ſtro, hanc fugam nec indicium quidem facere: quando-
quidem aufugit Don Archangelus timens facti violen-
36 tiam, & in ſpecie, quod fugiens † hanc ob cauſam excu
ſetur, ſcribunt Bartol. in l. quid ſit fugitiuus. § 1. ff. de æ-
dil. edicto. Bal. in l. 1. eo. tit. Io. de Amicis conſ. 7. nu. 19. &
egregiè Gram. voto 10. nu. 1. qui ſcribit, indiciũ non fa-
cere fugã illius, qui ab aliquibus audiuit, quòd captura
erat cõtra eum ordinata: quẽadmodũ contingit in hoc ca
37 ſu. Quòd autẽ hîc timor, † ſatis probari poterit iuramen
to ipſius Don Archangeli: vt in ſpecie affirmauit Lud.
Caretius in ſua practica criminali, in verbo, Tertiũ
indicium ad torturam. num. 6. eſt pag. 44. ſecundum
impreſsionem Venetã. Præterea apertè probatur ex ſub
ſecuto actu, dum fuit violenter prehenſus. Quòd verò
malè fuerit prehenſus, mox planum faciam.

Quarta iniuſtitia arguitur ex prehenſione iniuſta &
iniqua: quam ſanè iniuſtitiam patefaciam, omni ex par-
te, ducto argumento à partibus enumeratis: quæ ſo-
lùm tres ſic eſſe videntur. Prima eſſe poteſt ob cauſam S.
officij inquiſitionis hæreticæ prauitatis. Secunda, ob
cauſam criminis literarum inhoneſtarum. Tertia ob
inobedientiam. Quò ad primam cauſam, non poterat
deprehendi Don Archangelus, tum quia Reuerendus
D. Præſes in his poteſtatem non habet, vt manifeſtè con
ſtat: tum quia ipſemet Pont. Max. re cognita non iuſsit,
vt hanc ob cauſam S. Officij D. Archangelus prehende-
retur, & carceri includeretur: ſed ſolùm iuſsit, eum à
dignitate Abbatiæ deponi, vti ex literis Illuſtriſ. Card.
Piſarum apertè conſtat. Quocircà ſi Reuerendus Do.
Præſes vult aſſerere ſe hanc ob cauſam prehendi feciſſe
38 D. Archangelum, clarè apparebit exceſſiſſe † fines man
dati, atque ita malè egiſſe. Quò verò ad ſecundã cauſam,
idẽ dicendum eſt, ꝙ ſcilicèt non poterit prehendi. Nam
39 † vel ad pœnam, vel ad cuſtodiã facta fuit prehenſio, &
carceratio. Ad pœnam facta non dicitur, quemadmodũ
ipſe Reuerẽdus D. præſes adhuc fatet̃. Ad cuſtodiã verò
40 fierit non potuit, ea ratione prima, ꝙ is, qui † quæſtio-
nibus ſubijci atque torqueri non poteſt, nec carcerari
poteſt. ita Angelus in tractat. maleficio. in verbo, ꝙ fama
publica, &c. nu. 80. in fin. poſt Catald. in tract. de Syndi-
41 catu. q. 151. Atqui clericus, & qui † dignitatem obtinet,
torqueri non poteſt, vt ſcribit præcitato loco Angelus,
num. 102. ergo à fortiori D. Archangelus, qui & clericus
& in dignitate abbatiatus poſitus erat, non potuit carce-
42 rari. Secundò ad cuſtodiam ſolùm carcerantur † qui
pœna corporali principaliter, vel ſecundariò, nempè in
defectum ſolutionis pecuniariæ plectendi ſunt. l. 1. vbi
Bar. ff. de cuſtod. reo. at Reuerendus Do. Archange-
lus neutra ex his pœnis puniri poterat: ergo non potuit
hanc ob cauſam carcerari. Illa minor eſt per ſe nota &
manifeſta, tum quia nec ſolet nec poteſt Reuerendus D.
43 Præſes ob leuiora † hæc crimina pœnam capitalem in-
dicere, nec etiã pecuniariam: cum communia ſint om-
nia. Quò verò ad tertiã cauſam, quòd ſcilicèt D. Archan-
gelus tanquam inobediens & fugitiuus fuerit prehen-
ſus, dicendũ eſt, quòd ſi ita res ſe habet, nullo modo pre-
hendi potuit, cùm adhuc dici non potuerit fugitiuus: ex
quo diſponunt conſtitutiones congregationis, eum dici
fugitiuũ, q extra monaſteriũ religionis fuit quinq; dies,
ſine expreſſa licentia ſuperioris. Non ergo prehendi vt
talis potuit Don Archangelus, q nec per biduum quidẽ
abfuit, nec extra loca religionis. Præterea dici non
potuit Don Archangelus inobediens & fugitiuus, rece-
dendo à monaſterio Sancti Benedicti, cùm iuſtis de cau-
ſis receſſerit, nempè metuens vim ſibi inferri vt ſuprà di
ctum fuit. Rurſus falſum eſt, quòd hanc ob cauſam ino-
bedientiæ, ac etiam alterius ſuprà proximè relata, ob cri-
men ſcilicèt literarum turpiter ſcriptarum, fuerit D. Ar-
changelus prehenſus. Nam conſtat ex fide notarij, quòd
Don Bernardus, qui vnà cum auxilio brachij ſecularis
prehendi curauit Donnum Archangelum, aſſeruit quòd
mandato ſummi Pontificis prehendebatur. Hoc idem
affirmat Reuerendus D. Celſus non ſemel ſuis in literis,
quas ſua manu ſcriptas, maioribus ſuis dedit.

Quinta iniuſtitia eſt, quòd iniquè & aduerſus om-
nia iura fuit condemnatus Donnus Archangelus, &
dignitate priuatus. Et quia tres eſſe poſſunt cauſæ (vt
diximus) huius condemnationis & depoſitionis, nem-
pè, ob crimen quòd hæreticis fauerit: ſecunda, quòd
fuerit inobediens: tertia, quòd literas inhoneſtas ſcripſe
rit: ſingulatim oſtendam non potuiſſe ita puniri & de-
poni de prima cauſa, nempe quòd hæreticis fauerit, nul-
la eſt cõtrouerſia, quãdoquidẽ Põt. Max. ipſum D. Archãge
lum



lũ non erraſſe iudicauit: atque eum ita reſtituit ſuæ di-
gnitati. de alijs duabus itaque eſt dicendum. Et quò ad
inobedientiam, res eſt clara, non potuiſſe deponi & ſua
dignitate priuari, etiamſi verè fuiſſet inobediens. Quod
iure & exemplis demonſtratur. iure pontificio ſtatutum
44 eſt, fortiori in caſu, quòd excommunicatus † & inobe-
dientiam, quia ad iudicium non venit, de crimine, quo
accuſatur, reſponſurus, ſi per annum in excommunica-
tione perſeuerat, ſolùm habetur tamquam confeſſus &
conuinctus de eo crimine, de quo fuit accuſatus: atque
ita illa inobedientia ſolum operatur, vt pro confeſſo ha-
beatur & conuicto de illo crimine, de quo fuit accuſatus
ſicque aliam pœnam non infert, ita cenſuerunt Abbas in
capi. 1. nu. 25. de iudicijs, & ibi Butrius. col. vlt. verſi. puto
* pro concordia. & ibidem Ripa. num. 77. communem*
hanc eſſe opinionem teſtatur: & quam probarunt Aufre-
rius in annotationibus ad Capellam Toloſan. quæ. 366.
Didacus in capit. alma mater. parte prima. §. 7. num. 10. de
ſenten. excom. qui eiuſdem opinionis recenſet Ioã. Lup.
in cap. per veſtras. §. 18. num. 24. de dona. inter virum &
vxo. idem ſcripſit Paulus Griland. in tract. de hæret. q. 8.
45 in fine. Ea eſt vera huius ſententiæ ratio: quòd nemo †
debet duplici pœr affici: cap. at ſi clerici, in fine. & ibi
46 gloſſa. in verbo, uplici. de iudicijs. Nec pœna † parit
pœnã ca. quia diuerſitatẽ, de cõceſs. præben. gl. & Doct. in
c. imputari, de reg. iuris, in 6. Duplici enim pœna hîc ex-
communicatus puniretur. Primò, quia haberetur reſpe-
ctu primi dilecti pro confeſſo & conuicto, id quod non
leuem pœnam infert.

Secundò, quia noua pœna eſſet, ſi priuaretur benefi-
cio, pro eo crimine, quod, ſi verè eſſet confeſſus, priua-
tionis pœnam non inferret. ſi ergo grauis excommuni-
cati ſola contumacia & inobedientia non operatur pœ-
nam priuationis beneficij & dignitatis, à fortiori dicen-
dum eſt, quòd ſola ſimplex vnius diei inobedientia D.
Archangeli non potuit operari, vt ipſe à ſua dignitate
deponeretur: ſi quid potuit operari, id ſolùm certè ope-
rari potuit, vt haberetur pro confeſſo & conuicto de cri-
mine, quo accuſatus fuit, quòd ſcilicèt literas inhone-
ſtas & turpes ſcripſerit. Quod ſanè crimen an inferat de-
poſitionis pœnam, mox dicam. Exemplis etiam res hæc
clara redditur: ſi quidem conſtat, quòd, cùm Don Au-
relius Cremonenſis, & D. Theodorus Venetus receſſiſ-
ſent à ſuis monaſterijs, & Romam acceſſiſſent, ibique
multos menſes commoraſſent, non tamen fuerunt tan-
quàm contumaces & fugitiui aliquibus pœnis affecti im
mò eorum alter factns eſt Prior, alter verò Decanus. ſi er
go æqualis iuſtitia ſeruanda eſt, à fortiori, dicendum D.
Archangelum non potuiſſe ita deponi, cùm non ſolùm
menſes non abfuerit, verùm nec diem vnum. Quò verò
ad tertiam cauſam, quòd ſcilicèt D. Archangelus ſcripſe
rit literas inhoneſtas, adhuc dicendum eſt, quòd non po
tuit ob id deponi & ſua dignitate priuari. Nam deponi
47 † nemo à ſua dignitate poteſt, niſi ex cauſis à iure expreſ
ſis. Ita docuit Geminnia. in cap. de his verò. 50. diſtinct.
& Bernardus Diaz in ſua practica Canonica cap. 127. nu.
3. qui alios citat. Atqui iure ſancitum non reperio, quòd
ob hanc cauſam poſſit quis deponi & ſua dignitate pri-
uari: ſi quidem ſolùm admittunt Doctores, quòd cleri-
48 cus † regularis, qui tria vota ſolenniter emittit, ob for-
nicationem poſſit deponi, vt ſcribunt Dec. in d. cap. at ſi
clerici, in prin. num. 38. verſi. tertiò limitari, de iudicijs.
& Ioan. de Selua in trac. de Beneficio, par. 3. q. 3. in fine.
Et ideo ob ſolam ſuſpicionem poſſe deponi à dignitate,
nemo, (quòd viderim) concedit. quod equidem olim
obſeruatum fuit in hac religione erga D. Danielem de
Suzaria, qui vt ſuſpectus, quòd literas amatorias dediſ-
ſet cuidã moniali, non fuit depoſitus à dignitate priora-
tus, qua tunc Vicentiæ fungebatur. Præterea eſt hîc ad-
uertendum, quòd etiamſi verè conſtaret D. Archange-
49 lũ deliquiſſe, nõ tamẽ potuiſſe à dignitate deponi, cùm †
non appareat aliàs ita deliquiſſe. Nã in ſpecie ſcribit Ge-
minia. in ca. 1. col. vlt. verſi. puto ſic poſſe diſtingui. 35. di-
ſtinct. clericum regularem non poſſe deponi pro primo
delicto, etſi diuerſum ſit in clerico ſeculari. Rurſus cùm
non conſtet, quo tempore ſcriptæ fuerint hæ literæ à D.
50 Archangelo, eſt in dubio † ad pœnam leniendam inter-
pretandum, quòd iam multis abhinc annis ſcriptæ fue-
rint, iuxta l. ſi de interpretatione. ff. de pœnis. atqui ſi iam
multis ab hinc annis ſcriptæ fuerunt, duo excuſare debe
51 bãt D. Archangelũ à tã graui pœna. Primò tẽporis † anti
quitas, vt probat l. ſi diutino. ff. de pœnis. quo loci ſcri-
ptum, leuius eum puniri debere, cùm poſt delictum à ſe
commiſſum iam multum temporis eſt trãſactum. Quo-
circà, Augunus Cæſar (vt in illius vita ſcribit Sueto-
nius c. 32.) diuturnorum reorum, & ex quorum ſordibus
nihil aliud quàm voluptas inimicis quæreretur, nomina
aboleuit: vt ſi quis quem repetere vellet, par periculum
pœnæ ſubiret. Et idem Suetonius in vita Domitiani c. 9.
ſcribit, Domitianum iuſſiſſe, reos, qui ante quinquẽniũ
proximũ apud ærarium pependiſſent, vniuerſos diſcri-
mine liberari. Et M. Diuillius (auctore Liuio lib. 3. deca-
dis primæ) tribunus plebis edixit vetera peccata iam o-
bliterata non eſſe repetenda. Huius ſententiæ illa eſt ra-
tio, quam & Tiraquellus in tracta. de pœnis legum, &c.
52 cauſa 29. nu. 4. aſſignauit, ꝙ, qui † iã diu peccauit, & dein-
de diutius à peccatis abſtinuit, magis videtur peccauiſſe
impetu, ignorãtia, infirmitate, & cæteris id genus, q̃ de-
lictum minuunt, quàm dolo & peccandi conſuetudine.
Vita enim ſequens iam diu bene rectéque ac lõgè à ſce-
leribus acta, ſatis oſtendit atque declarat, non illud faci-
nus commiſiſſe peruicaci quadam, aut inueterata inge-
53 nij malitia. Ex ſequẽtibus † enim cùm in omnibus reb⁹,
tum maximè in his, quæ ad mores attinent, præcedentia
mirum in modum declarantur. l. ſi hi qui, vbi Bald. &
Docto. C. de adulter. & §. vl. vbi gl. in verbo, vt appareat.
in authen. de reſtitu. & ea quæ parit in 11. menſe. Vel etiã
dici poteſt ex eiuſdem Tiraquelli ſententia, ꝙ quocun-
53 que † animo id fecerit, ſi tamen aliquanto poſt tempore,
id eſt, triennio bene honeſtéque vixerit: videtur ſatis e-
mendatus, vt eſt notabilis tex. in terminis his noſtris in
§. ſancimus. in auth. de monachis. cùm dicitur, Attamen
ſufficit ad meliorem purgationem doctorum & virtutis
argumentum, triennalis temporis teſtimonium. & pro-
bat tex. in cap. ſi quis cognitus. 17. q. 2.

Secundò Donnum Archãgelum excuſare potuit ipſa
55 ætas † iuuentutis. Solet enim adoloſcentia vel ex toto ex-
cuſare, vel lenire pœnam criminis fornicationis. l. ſi a-
dulterium. §. 1. verſi. fratres. ff. de adulter. & alia ſcripſi li.
2. de arbit. iud. &c. caſu. 329. num. 3. 4. Præterea & illud di
56 cam, quòd cùm † iam diu hæ literæ fuerint ſcriptæ, non
erat illius accuſatoris tam tarda & ſera accuſatio reci-
pienda, quia calumnioſa præſumitur: ita in ſpecie reſpõ-
dit Bald. conſi. 37. Quidam tabellio, in ſi. lib. 1. quem ſe-
cuti ſunt Marſil. in prac. criminali. §. diligenter. nu. 201.
& Carerius in prac. ctiminali. pag. 60. nu. 27.

Sexta & vltima, & forè cæteris grauior eſt iniuſtitia,
quòd literæ illæ, quarum cauſa D. Archangelus fuit ac-
cuſatus, nunc occultantur ab ipſo Reuerendiſſi. D. Præ-
ſide, quod non alia ratione fieri creditur, quàm vt non
poſſit D. Archangelus ſuam innocentiam probare. Et cũ
literæ illæ ita exiſtentes apud ipſum D. Præſidem, cen-
ſeantur eſſe apud perſonam publicam, ex quo in iudicio
57 productæ fuerunt, falſi † pœna tenetur D. Præſes eas oc-
cultando. l. Paulus. §. 1. ff. ad l. Cornel. de falſis. & l. eum
qui. C. eo. Qua de re ſcripſi vberius li. 2. de arbitrariis iu-
dicum &c. caſu 311. num. 1. vbi cum cæteris ibi relatis di-
58 xi, notarium, † hoc eſt, perſonam publicam pœna falſi
teneri, ſi probationes & iura partium occultat. Nec hîc
admittenda eſt excuſatio ipſius D. Præſidis, quòd literæ
59 illæ fuerunt ſibi furto ſubtractæ, quandoquidem † hoc
non præſumitur, ſed probari omnino dẽt. l. ſi quis ex ar-
gẽtariis. §. an & hæredi, vbi Bar. ff. de edẽ. omnes in l. vlt.
C. de fide inſ. & egregiè Fel. in c. accepimus, in fi. de fide
gg instru.

inſtru. Et reſpondit Anchar. conſ. 319. nu. 4. quòd non
probans caſum amiſſionis præſumitur dolo occultare.
& Ancharanum ſecutus eſt Soc. Sen. conſ. 159. num. 4. &
conſ. 190. col. 4. verſ. ſed præmiſſis. li. 2. idem reſponderũt
Grat. conſ. 23. nu. 19. li. 1. Cra. conſ. 112. nu. 17. & Goza. conſ.
60 17. nu. 11. Nec hic dicendum eſt, quòd credi † debeat iu-
ramẽto D. Præſidis, quòd literas illas amiſerit, vel quòd
61 furto ſubtractæ fuerint, quia hoc caſu † non recipitur iu
ramentum, cùm ſit præſumptio contra eum, quòd eas
occultauerit, ne veritas & innocentia D. Archangeli ap-
pareat. ita in ſpecie cenſuit Afflict. deciſ. 330. num. 2. verſ.
in contrarium. Præterea in multis arguitur Do. Præſes
mendax, quemadmodum apertè in ſuis defenſionibus
62 oſtendit D. Archangelus, quo fit vt mendax † in vno,
præſumatur & in cæteris, ita Craue. cõſ. 28. col. pen. verſ.
4. dico, poſt Paulum Caſtrenſem, quem citat: & ex regu
la capitu. ſemel malus, de reg. iur. in 6. His concludo, D.
Archangelum iure recuſare Reuerendum admodum
Do. Præſidem ſuæ congregationis, ac cæteros Abbates,
rationibus ſuo loco conſideratis. Atque ita iuris eſſe ar-
bitror.

Iacobus Menochius I. C.

## SVMMARIVM.

1 Verba inuicem ſeu viciſſim poſita in ſubſtitutione, illam faciunt reciprocam.
2 Subſtitutio facta ſub his verbis, vos inuicem ſubſtituo vulgariter pupillariter, & per fideicommiſſum, dicitur fideicommiſſaria.
3 Subſtitutio quæ habet tractum temporis in futurum, dicitur compendioſa, vt ſi adeſſet dictio in perpetuum, & nu. 5.
4 Dictio perpetuò, quid ſignificet.
5. Prohibitio facta ne perpetuò bona alienentur extra familiam, extenditur etiam vltra quartum agnationis gradum.
6 Compendioſa ſubſtitutio continet fideicommiſſariam.
7 Inſtitutio, vt bona remaneant in familia, dicitur fideicommiſſaria, & qua ratione.
8 Subſtitutio vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum & purè concepta, & filijs æqualiter facta, quomodo recipiat interpretationem.
9 Subauditio aliquãdo in ſubſtitutionibus admittitur, & quo caſu.
10 Conditio neceſſaria, etſi in ſubſtitutionibus non apponatur, tamen à lege ſubintelligitur, vt conditio illa, ſi ſine liberis deceſſerit, vt ibi.
11 Fœminæ an faciant deficere conditionem in ſubſtitutione poſitam, videlicet ſi ſine filijs deceſſerit.
12 Subſtitutio videtur facta ſecundum diſpoſitionem iuris.
13 Maſculi & fœminæ in materia ſubſtitutionum æquiparantur. & num. 18.
14 Maſculinum concipit fœmininum in quacunque materia, odioſa, & correctoria.
15 Expreſſum, vel ſubintellectum à lege æquiparantur.
16 Teſtator inſtituendo filios ſuos æquis portionibus, quemlibet in ſua portione alteri prætuliſſe & prædilexiſſe dicitur.
17 Et ita de eorum poſteris dicimus.
18 Fauores ſunt ampliandi & extendendi, ſicut odia reſtringenda.
19 Statutum in quo fœmina excluditur, eſt odioſum.
20 Fideicommiſſum eſt quid oneroſum & odioſum, & nu. 95.
21 Teſtator apponens in ſubſtitutione conditionem, & ſi quis eorũ deceſſerit ſine liberis &c. dicitur voluiſſe per eam filijs illis inſtitutis conſeruare ſucceſſionem ab inteſtato.
22 Filij poſiti in conditione, non dicuntur vocati ex teſtamento, ſed ab inteſtato.
23 Fœmina de iure ab inteſtato ſuccedere poteſt.
24 Conditio ſubſtitutionis ſi ſine filijs deceſſerit: an includat fœminas. & nu. 97.
25 Subſtitutus tunc demum admitti debet ex præſumpta mente defuncti, quando inſtitutus decedit ſine filijs, quibus ſuſcepiſſe itur voluiſſe eos ſuccedere.
26 Præſumptio legis non attenditur in ſubſtitutionibus vbi conſtat de contraria teſtatoris mente, ſaltem coniecturis. & numero 32.
27 Et quid ſi coniecturæ à lege non eſſent approbatæ, ſed inſertæ quodammodo eſſent.
28 Teſtator præſumitur magis diligere filiam quàm neptem, & neptem magis quam proneptem, & ſic deinceps.
29 Affectio maior dicitur erga natos quàm naſcituros.
30 Non natus cum non ſit in rerum natura incognitus dicitur,
31 Voluntas coniecturata teſtatoris idem operatur ac ſi eſſet verbis expreſſa.
32 Coniecturis recedimus à præſumptione inducta à legali diſpoſitione.
33 Euidenter & apertè apparere dicitur, quod coniecturis conſtat & apparet.
34 Donatio eccleſiæ facta in dubio præſumitur propter Deum facta, niſi coniecturis appareret alia de cauſa facta.
35 Nouatio non præſumitur, niſi expreſsè ſit facta.
36 Expreſſum illud dicitur, quòd coniecturis conſtat.
37 Scriptum dicitur quod ex coniecturis, & præſumptionibus conſtat.
38 Odium non conſideratur in iam non natis.
Peccare non poteſt qui in rerum natura adhuc non eſt.
39 Incluſio vnius, eſt alterius excluſio.
40 Dos relicta filiæ ſuccedit loco ſuæ portionis & legitimæ.
41 Pater dotando filiam, non dicitur eam dotaſſe vt excludatur ab hæreditate, ſed fecit vt obligationi legali ſatisfaceret, cum ipſam dotare cogatur.
42 Auus an teneatur neptem dotare, cum eius pater poſſit hoc facere.
43 Pater excludens filiam dotatam in ſubſtitutionibus, non excludit eam ex eo quòd ſit dotata, ſed potius vt maſculi præferantur ad conſeruationem agnationis.
44 Argumentum de filia ad neptem ex filio non valet vbicunque tractatur de priuatione.
45 Exhæredatio facta de filio, non trahitur ad nepotem: & qua de cauſa. nu. 47.
46 Statutum excludens filiam, nõ excludit neptem ex filio, & de veritate nu. 48.
47 Exhæredatio abſque cauſa fieri nequit.
48 Neptis ex filio an comprehendatur ſub excluſione à ſtatuto facta de filia.
49 Filia licèt ſit excluſa à ſucceſſione ex ſtatuto, tamen ſi veniret vti hæres maſculi vti maſculus videtur vocata.
50 Subrogatus ſapit naturam illius cuius locum ſubrogatur.
51 Teſtator vocans filios maſculos natos & naſcituros tantũ, eoſq; inuicem ſubſtituendo videtur feciſſe vt bona omni tẽpore in familia conſeruaret: Et an hæc coniectura ſit leuis. nu. 54.
52 Ratio tacita ex coniecturis habetur pro expreſſa.
53 Fœminæ non poſſunt conſeruare agnationem & familiam, & qua de cauſa.
54 Coniectura illa, quòd ideò teſtator inſtituit maſculos vt bona in agnatione conſeruentur, eſt leuis.
55 Et quomodo procedat.
56 Fœminæ venientes ex maſculis uti agnatæ an dicantur conſeruare nomen familiæ.
57 Filiæ nuptæ efficiuntur de familia viri, & patris familiam relinquunt.
58 Priuilegium conceſſum pro ſe, & ſuis, non comprehendit filias nuptas, & quomodo intelligatur. & nu. ſequen.
59 Priuilegium reſtringitur à ratione.
60 Statutum quòd extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, qua ratione inductum dicatur.
61 Teſtator præſumitur velle ſe conformare cum diſpoſitione ſtatutaria.
62 Fœminæ non comprehenduntur ſub ſtatuto loquente de maſculis, vbicunque ſtatutum facit aliquam differẽtiam inter maſculum & fœminam.
63 Et an comprehendantur nomine deſcendentium.
64 Declaratio ad Bartol. in l. hæredes mei. §. cum ita. in fi. ff. ad S. C. Treb.





65 Conditio ſi ſine liberis deceſſerit, deficit ſi extrarent naturales, ſpurij fœmina & ſimiles.
66 Conditio vt deficiat, ſufficit vt adſit perſona in conditione poſita licèt non ſuccedat.
67 Subſtitutus an excludatur per exiſtentiam fœminarum, quæ tamen ſuccedere minimè poſſunt.
68 Filia iam à ſtatuto excluſa, per exiſtentiam maſculorum, non dicitur fuiſſe in conſideratione teſtatoris ſubſtituenti ſi ſine filijs deceſſerit.
69 Conditio quando, & quo caſu deficiat ob exiſtentiam perſonæ in conditione poſitæ, licèt non ſuccedere poſſit.
70 Hæreditas adita non dicitur amplius hæreditas, ſed patrimonium.
71 Et quid ſi poſt mortem ſuam deuenire deberet in alium per ſubſtitutionem.
72 Hæreditas relicta ſub conditione ante conditionem alienari nequit.
73 Filia excluſa à ſtatuto extantibus maſculis intelligitur ab inteſtato, non ex teſtamento.
74 Grauati voluntas non poteſt nocere diſpoſitioni teſtatoris fidei commitentis.
75 Teſtatoris voluntas eludi non debet.
76 Argumentum ab abſurdo euitando valet.
77 Fœmina non poteſt concurrere cum maſculo ad fideicommiſſũ, quia cum bona in familia conſeruari debeant, ipſa hoc facere non poteſt.
78 Poſiti in conditione per ſubſtitutionem in infinitum cenſentur grauati, & in neceſſarium antecedens vocati.
79 Pars vna legis aliam declarat, vt in teſtamentis dicimus.
80 Maſculi vocati in inſtitutione excluſis fœminis, an in dubio intelligantur ita pariter vocati in conditione.
81 Teſtator ſi in vna parte teſtamenti de filijs maſculis mẽtionẽ faciat, & poſtea in alia parte teſtamenti filium ſimpliciter nominet, de maſculo ſemper intellexiſſe dicitur.
82 Et quia contra hoc multi tenent, ideo diſtinguitur.
83 Vel etiam ſecundum aliam reconciliationem approbatur opinio illa.
84 Argumentum à diſpoſitione ſtatuti ad diſpoſitionem teſtatoris valet.
85 Statutum dicitur magis conuenire vltimis volũtatibus quàm contractibus.
86 Statutum excludens filias fauore agnationis, excludere decitur & neptem ex filio. & num. 96.
87 Teſtator ſi faciat plures gradus ſubſtitutionum, & ſubſtitutos grauet ne alienent, dicitur inter ipſos feciſſe reciprocam ſubſtitutionem, & cur hoc fit.
88 Reciproca ſubſtitutio cum prohibitione alienationis dicitur facta ob conſeruationem agnationis.
89 Conditio fideicõmiſſi ſi euenire poteſt in vita ſubſtitutorũ, tacita conditio à lege ſubintellecta ceſſat & locum non habet.
90 Fœminæ non continentur neque faciunt deficere conditionem expreſſam à teſtatore, ſcilicèt ſi ſine filijs deceſſerit.
91 Quando fœminæ ſint à ſtatuto excluſæ extantibus maſculis.
92 Et quando ſubſtitutus eſt idoneus conſeruare agnationem.
93 Teſtator in dubio andicatur velle ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis vel municipalis.
94 Diſpoſitio teſtatoris de ſubſtitutis facta extenditur etiam ad eorum ſucceſſores, ſi eandem habent qualitatem, qualem ipſi ſubſtituti habent.
95 Fideicommiſſum conſtitutum fauore agnationis conſeruandæ eſt fauorabile.
96 Neptis ex filio an excluſa intelligatur ſtante ſtatuto excludente filias fœminas extantibus maſculis.
97 Fœminæ ſecundum veriorem opinionem non faciunt deficere conditionem in ſubſtitutione poſitam, ſi ſine filijs deceſſerit. & ſuprà num. 24.
98 Neptis ex filio an faciat deficere conditionem in ſubſtitutione appoſitam ſi ſine filijs deceſſerit, & diſtinguitur.
99 Mulier faciens teſtamentum, in dubio non dicitur habere curam conſeruandi agnationem.
100 Fideicommiſſum conditionale tranſmitti non poteſt quãdo maximè filijs ex primo ſubſtituto tacitè tantum ſunt poſiti in conditione. & duobus num. ſeq.
101 Aliàs autem aliquibus coniecturis ius fideicommiſſi conditionalis tranſmittitur ad filios.
102 Perſona non ſubintelligitur.
103 Fideicommiſſum conditionale licèt regulariter non tranſmittatur. fallit tamen vbi conſtat de contraria mente teſtatoris.
104 Teſtatoris voluntas conſtare dicitur vel verbis vel coniecturis.
105 Fideicommiſſum conditionale tranſmittitur ex coniecturata mente teſtatoris, vt ſi dotauerit fœminas, inſtituendo poſtea vniuerſales hæredes filios maſculos, & qua ratione.
106 Idem ſi ſub eadem qualitate maſculinitatis filios illos inuicem, & reciprocè ſubſtituiſſet. Et de alijs coniecturis. numero ſeq.
107 Filiorum appellatione in inſtitutione continentur & nepotes.
108 Teſtator non preſumitur voluiſſe eligere viam, quo ſua diſpoſitio ſubuerteretur.
109 Fideicommiſſum trãſmiſſibile ad nepotes eſſe nequit, niſi bona perpetuò permaneant in familia.
110 Prohibitio teſtatoris ne bona aliené̃tur, arguit teſtatorem noluiſſe nepotes, & cæteros deſcendentes conſequi debere dicta bona.
111 Ius accreſcendi ſi eſt ſubſtitutioni fideicommiſſariæ iunctum, facit illam ſubſtitutionem ſui natura nõ trãſmiſſibilem, tranſmiſſibilem.
112 Conditio tacita non impedit non tranſmiſſionem fideicommiſſi ad nepotes.
113 Fideicommiſſum conditionale pendente conditione non tranſmittitur.
114 Tranſmittere in alium non poteſt quis, quod ipſe nondum eſt conſecutus.
115 Lex non plus agit quàm ſibi dictat naturalis ratio.
116 Priuilegium conceſſum perſonis tripliciter conſiderari poteſt.
117 Lex præſumens aliquid ex diſpoſitione teſtatoris an ſpecialis dici poſſit.
118 Donatio non præſumitur de mente eius quem donaſſe aſſeritur.
119 Fideicommiſſum alienare prohibitus, an poſſit filiæ hæredi relinquere & ſic per alienationem legalem.
120 Expreſſio eorum quæ tacitè inſunt, nihil operatur.
121 Bona prohibita alienari vt conſeruentur perpetuò in familia, non poſſunt alienari nec alienatione hominis, neque alienatione legis.
122 Argumentum à contrario ſenſu non valet im materio reſtringibili, ſecus in fauorabili.
123 Teſtator non dicitur plus diligere neptem quàm filiam propriam.
124 Prohibitio alienandi quando eſt geminata, non ſolùm alienatio hominis, ſed & alia quæcunque à lege certis de cauſis permiſſa, dicitur omnino reiecta.
125 Prohibitio alienandi quibus modis poteſt fieri à teſtatore.
126 Teſtator ſubſtituendo inuicem per fideicommiſſum filios videtur tacitè prohibuiſſe alienationem.
127 Prohibitio alienationis facta inſtitutis & ſubſtitutis ſub qualitate maſculinitatis, intelligitur etiam an alienatione legali, quæ fit in fœminas aliàs ſucceſſuras ab inteſtato.
128 Dictio dicti, cuius ſit naturæ.
129 Grauatus tunc non poteſt filiæ ſuæ relinquere bona fideicommiſſi, cum conſtat verbis, vel coniecturis teſtatorẽ voluiſſe, vt bona non alienentur, ſeu quod in familia conſeruentur.
130 Dos poteſt conſtitui filiæ grauati ex bonis fideicommiſſo ſuppoſitis.
131 Quid ſi prohibita fuerit alienatio per teſtatorem.
132 Et an conſtitui poſſit dicta dos filiabus conceptis poſt fideicommiſſum factum.
133 Et quid ſi pater poſſet filiam dotare alijs bonis quàm fideicommiſſo ſubiectis. & num. 135.
134 Dos congrua cenſetur ſi legitima minor non eſt.

135 *Filia debet dotari de bonis fideicommiſſo ſuppoſitis, quando pater eſſet valde inops, adeò, vt non poſſit eam dotare.*

## FACTI SPECIES.

*D. Laurentius de Cattamicis de Cortona anno 1518. ſuum vltimum teſtamentum condidit, in quo iure legati & inſtitutionis reliquit Salomeæ filiæ propriæ Mariotto de Thomaſiis iam matrimonio collacatæ, omne id, quod ipſe teſtator promiſerat & pro parte ſoluerat ipſi Mariotto pro dote ipſius Salomeæ. Et quòd in omnem caſum ſuæ neceſſitatis, ſeu viduitatis habeat ſtallos & habitationem in domibus ipſius teſtatoris. Deinde ipſe teſtator de cæteris ſuis bonis in vniuerſum filios ſuos maſculos his verbis inſtituit. In omnibus autem aliis dicti teſtatoris bonis mobilibus & immobilibus & ſe monentibus, iuribus & actionibus, nominibus debitorum & creditorum tam præſentibus quàm futuris, ſuos hæredes vniuerſales inſtituit, fecit, nominauit, eſſe voluit & ordinauit Iacobum, Nicolaum, Franciſcum, Bartholomæum & Bernardinum filios legitimos & naturales dicti teſtatoris natos ex ipſo teſtatore & Dominà Magdalena eius legitima vxore, & quoſcúnque alios filios maſculos naſcituros ex dicto teſtatore & ex dicta Domina Magdalena, & ex quacunque alia vxore. Et quemlibet eorum æquis & hæreditariis portionibus: & eos & quemlibet eorum adinuicem & viciſſim ſubſtituit vulgariter, pupillariter & per fideicommiſſum in perpetuum, ſecundum formam iuris. Hac conditione, pacto & lege, in dicta inſtitutione & teſtamento inſertis, quòd dicti ſui hæredes non poſſint, nec eis liceat alienare bona hæreditaria, niſi ſi & inquantum de iure poſſent.*

*Mortuo teſtatore, deceſſerunt Franciſcus, Bartolomæus & Bernardinus ſine filiis maſculis, vel fœminis. Deinde deceſſit Iacobus relicto filio Seraphino & ſuperſtite etiam Nicolao Fratre. Demum deceſſit Nicolaus relictis Camilla & Eufraſia liabus ac nepotibus maſculis ex Magdalena filia præmortua.*

*Nicolaus condidit teſtamentum & filias ipſas inſtituit, confirmando eis dotes, quas eis exceſſiuas conſtituerat: inſtituit etiam eius nepotes.*

*Nunc de multis dubitatur, & quæritur.*

*Primò, an Laurentius teſtator in ſuis bonis reciprocum fideicommiſſum inter ipſos filios ſuos conſtituerit.*

*Secundò, poſito fideicommiſſum fuiſſe conſtitutum, an aliud defecerit ex parte Nicolai, ex quo relictis filiabus deceſſit.*

*Tertiò dubitatur, an Iacobus in filium Seraphinum tranſmiſerit ius fideicommiſſi ita conſtituti, cùm ante ipſum Nicolaum deceſſerit.*

*Quartò quæritur, an Nicolaus potuerit inſtituere hæredes filias ſuas etiam in bonis ipſius fideicommiſſi à Laurentio conſtituti.*

*Quintò, an ſaltem dotes ipſis filiabus ex d. bonis dare potuerit.*

## CONSILIVM XCV.

# Initium à Domino.

ET ſi doctè & adeò acutè pro D. Seraphino reſponſum fuerit à Reuerendo admodum & Excellentiſsi. D Ludouico Alpherio, mihi vti fratre colendiſs. vt omnis opera mea videri poſsit ſuperuacanea: vt tamen petenti ſatisfaciam, dicam ego quod de re non parum dubia ſentio.

Primæ dubitationi reſpondendũ
eſt, D. Laurentium teſtatorem reciprocè vocaſſe & ſub-
ſtituiſſe per fideicommiſſariam filios à ſe inſtitutos, cum
ita diſpoſuerit: Et eos & quemlibet eorum ad inuicem &
viciſſim ſubſtituit vulgariter, pupillariter & per fideicõ-
miſſum, in perpetuum, ſecundum formam iuris. Hanc
ſubſtitutionem reciprocam eſſe negare poteſt nemo: cũ
1 id apertè ſignificent † illa verba, inuicem & viciſsim. l.
in teſtamẽto. §. hæc verba. ff. de hæred. inſt. l. iam hoc iure
l cohæredi. §. qui diſcretas. & l. Lucius, vbi omnes. ff. de
vulg. & pup. ſubſt. Et de dictione viciſſim, eſt tex. in l. de
fideicõmiſſo. C. de tranſact. Et textus in ſimili in l. vnica.
2 C. ſi quacunque præd. dignit. Quòd verò reciproca † hæc
ſubſtitutio ſit fideicõmiſſaria, multis ita demonſtratur.
Primò ex illis verbis, vulgariter, pupillariter & per
fideicommiſſum. Quæ quidem hanc habent interpreta-
tionem, vt vulgariter ſint ſubſtituti ante aditam hæredi-
tatem, pupillariter verò, ſi hæreditate adita, eorum alter
in pupillari ætate deceſsiſſet: & tandem per fideicommiſ
ſum, ſi hæreditate adita, factus maior vita functus eſſet.
ita docuit Bar. in l. Centurio. nu. 38. de vulga. Alex. conſi.
208. col. 1. lib. 6. Dec. in l. precibus. num. 20. C. de impub. &
alijs ſubſt. Soc. Iun. conſ. 180. nu. 75. lib. 2. poſt Rom. conſi.
56. nu. 4. Ripa d. l. Centurio. nu. 78. & Pariſ. conſ. 73. nu. 11.
* li. 3. qui* communem eſſe teſtatur. Cùm ergo inſtituti hi
hæredes effecti fuerint maiores, hæreditate adita, & de-
ceſſerit, fideicommiſſariè ſubſtituti cenſentur.
Secundò idem clarè oſtendit illa dictio in perpetuum,
3 quæ hãc eſſe † ſubſtitutionẽ compendioſam, cum habeat
tractum temporis in futurum oſtendit vt ſcribunt Alex.
conſi. 59. nu. 4. in fi. li. 3. Ruin. conſ. 168. nu. 20. in fi. li. 3. Soc.
4 Iun. conſi. 168 num. 78. li. 2. Hæc enim dictio † perpetuò
infinitatem ſignificat, ita quòd cenſent omnes quòd pro
5 hibitio † facta, ne perpetuò bona alienentur extra fami-
liam, extenditur etiam vltra quartum agnationis gradũ:
ita cenſuerunt relati Doctores & Soci. Sen. conſ. 250. col.
vlt. lib. 2. conſi. 43. nu. 7. & conſi. 84. nu. 5. li. 3. Dec. conſi. 38.
col. 4. Ripa. in l. filiusfa. §. diui, num. 112. de leg. 1. vbi alios
recenſet. accedunt Soc. Iun. conſ. 81. in fi. li. 3. & Pariſ. cõſ.
88. nu. 22. li. 2. Cum ergo hæc dictio, perpetuò, ſignificet
tractum temporis in futurum, apertè conſtat, ſubſtitu-
tionẽ hanc eſſe cõpendioſam. vt declarat Barto. in l. Cen
turio. nu. 9. & nu. 26. verſi. tert. fuit opinio, & nu. 32. de vul
ga. & pupil. ſubſt. & ibidẽ Galliaula nu. 327. Compendio-
ſam † au-



6 ſam † autem continere fideicommiſſariam certum eſt
Et, præter Bartolum & relatos, ſcribunt Bellamer. conſ.
26. col. 2. Alex. conſ. 3. num. 2. li. 7. Soc. Sen. conſi. 144. col. 1.
li. 1. Dec. conſ. 227. col. 2. & conſ. 642. nu. 1. Cur. Iun. conſi.
86. num. 3. Eſt ergo hæc ſubſtitutio fideicommiſſaria.
Tertiò confirmatur iam relata argumentatio, quia vo
7 luit hic teſtator, quòd perpetuò hæc bona † ſint inter i-
pſos inſtitutos & ſubſtitutos. Atqui hoc effici non poteſt
niſi vnus ſit grauatus alteri reſtituere, & priores alijs de-
inde ſequentibus: ergo ita fideicommiſſo vnus erga al-
terum grauatus eſſe dicitur: ita probant l. cùm pater. §. li-
beris. l. peto. §. fratre. & l. codicillis. §. inſtituto. de leg. 2. &
reſpondit Alex. conſ. 59. nu. 4. in fi. li. 3. Et hæc fuit ſenten-
tia gloſſæ in d. l. codicillis. §. inſtituto: dum aſſeruit, quòd
quando teſtator voluit bona remanere in familia, quod
inter eos de familia dicitur inductum fideicommiſſum.
Quam ſententiam in ſpecie probauit poſt multos Soci.
Iun. conſ. 168. nu. 78. li. 2. & præter eum Alexan. in l. filius-
famil. §. diui. in fi. de leg. 1. & Rub conſi. 53. num. 4. Et rela-
tam conſequentiam facit etiam Natta conſi. 531. nu. 28. 29.
lib. 3. His etiam addo egregiam doctrinam Raphael. Co-
menſ. in l. cum ita. §. in fideicommiſſo. nu. 4. de lega. 2. qui
docuit, inter deſcendentes inſtitutos & ſubſtitutos cen-
ſeri inductam reciprocam fideicommiſſariam, cum teſta
tor voluit bona conſeruari in familia. idem reſpondit
Dec. conſ. 270. in fi.
Nec huic firmatæ ſententiæ aduerſatur quod aduer-
ſus Alex. conſ. 208. col. 1. li. 6. reſpondit Rui. conſ. 7. nu. 11.
8 li. 3. Cenſuit Alex. quòd quando teſtator † ita ſubſtituit,
vulgariter, pupillariter & per fideicommiſſum, ſubſtitu-
tio hæc reciproca purè à teſtatore concepta, & filijs æ-
qualiter facta, recipit interpretationem, vt cenſeatur fa-
cta poſt mortem, & ita ſub conditione, quæ euenire po-
teſt in perſona vnius ante alterum: ne, ſi pura eſſet ſubſti
tutio, inutilis foret. Rui. vero contra. d. conſil. 7. nume. 11.
quod immo hæc intepretatio fieri non debet: ſed potius
ſubſtitutio cenſeri debet inutilis. Nec inquam hæc do-
ctrina repugnat opinioni noſtræ. Siquidem illud aſſerit
Ruinus, quando in ſubſtitutione nullum eſt appoſitum
verbum ſignificans tractum temporis in futurum, vt ip-
ſemet declarat in d. conſi. 7. num. 11. in fin. In caſu autem
noſtro adeſt dictio, in perpetuũ, quæ dilationem & tra-
ctum temporis in futurũ ſignificat, vt iam diximus. Præ-
tereà & ſecundo reſpondetur ex declaratione Soci. Iun.
conſ. 50. verſi. & præterea. li. 3. qui ſcribit, ſententiam A-
lexãdri procedere, cum filij ſunt à patre inſtituti, & ſub-
9 ſtituti, quia conuenit illa ſubauditio † ſimul cum tacita
illa conditione, ſi deceſſerint ſine liberis, ſubintellecta à
lege. l. cùm auus. de cond. & demonſtr. & l. cum acutiſsi-
mi. C. de fideicom. Si ergo in caſu noſtro non adeſſet illa
dictio, in perpetuum, quæ omnem tollit ambiguitatem,
dicendum etiam omnino eſſet, conditionem hanc eſſe
ſubaudiendam ex ſententia Alexandri. His apertè de-
monſtratum eſt, inter hos filios extitiſſe reciprocum fi-
deicommiſſum.
Secunda dubitatio propoſita maiorem habet difficul-
tatem: cùm enim teſtator ſimpliciter ſuos filios & hæ-
10 redes inuicem ſubſtituerit, atque ita conditionem † il-
lam, & ſi quis eorum deceſſerit ſine filijs, non appoſue-
rit, hæc conditio à lege ſubintelligitur. l. cùm auus, ff. de
cond. & demon. & l. cùm acutiſsimi. C. de fideic. Eſt er-
go hic videndum, an conditio hæc defecerit, ob id quòd
Nicolaus, de cuius ſucceſsione agitur, deceſſit, reli-
ctis tribus filiabus. Qua quidem in re dicendum vide-
batur, has fœminas extinxiſſe conditionẽ hanc legalem.
11 Primò hæc ſententia aperto iure probari † videbatur,
nempè verbis d. l. cùm acutiſſimi. C. de fideicommiſ. ibi,
filijs, vel filiabus. & in l. generaliter. §. cùm autem. ibi,
ſed ad filios, vel filias. C. de inſt. & ſubſt. filiæ ergo æquè
ac maſculi hanc conditionem faciunt deficere: & per
conſequens ſubſtitutus excluditur.
Secundò accedit argumentum ductum à fortio-
ri: ſi teſtator expreſsè adieciſſet conditionem illam, ſi ſi-
ne filiis deceſſerit, &c. hoc in caſu adhuc fœminæ facerẽt
12 deficere conditionem. idque ea ratione, quia teſtotor †
ſubſtitutionem fecit ſecundum formam iuris. Atqui iu-
13 ris forma & diſpoſitio eſt, vt inter fœminas † & maſculos
nulla ſit differentia, quò ad hos terminos. d. l. cùm acu-
tiſſimi. dicta l. generaliter. §. cùm autem. Et ſecundum
14 formam iuris, maſculinum † cõcipit fœmininum. l. qui
duos, in fine. l. ſeruis legatis, in princ. de leg. 3. Quod pro
cedit in quauis diſpoſitione, etiam odioſa & correcto-
ria, vt ſcribunt gloſſ. & Doct. in l. Gallus, in prin. ff. de li-
ber. & poſthum. & latiſſimè Tiraquel. in tracta. de retra-
ctu conſang. §. 1. gloſſ. 9. num. 177. cum multis ſubſequẽ-
tibus. Confirmatur, quia paria ſunt quod conditio hæc,
15 ſi deceſſerit ſine liberis, ſit expreſſa, † vel à lege ſubintel-
ligatur. ita in ſpecie communem * eſſe opinionem cen-
ſuit Socin. Sen. conſi. 182. col. 2. lib. 2. & Rui. conſi. 157. nu.
4. lib. 2. idem Soc. in l. cùm auus. nu. 62.
Tertiò non parum ſuffragatur, quòd teſtator inſti-
16 tuendo filios ſuos æquis portionibus, quemlibet † in ſua
portione dicitur alteri prætuliſſe, & prædilexiſſe, vt clari
iuris eſt. Quemadmodum ergo teſtator noſter prætulit
Nicolaum quò ad ſuam portionem, aliis, & eum præ-
17 dilexit, ita & omnem † eius poſteritatem prædilexiſſe
videtur, & cæteris prætuliſſe. ita docuit Bald. in d. l. cùm
acutiſſimi. nume. 5. C. de fideicomm. quem ſecutus eſt
Curt. Sen. conſi. 64. Antiquiſſima. col. 12. verſi. con-
firmo præmiſſa. Et hanc Baldi doctrinam deduxit ar-
gumentando in hac ſpecie Roland. conſil. 82. numer. 9.
ver. 3. accedit. li. 3. & ante eũ Soc. Iun. cõſi. 168. nu. 10. li. 2. q
ſcripſit eſſe textum clarum d. l. cùm auus, de cond. & de-
monſtra. quem in ſuam ſententiam Baldum non citaſſe
miratur Curtius. Et ita pariter, Baldo non relato, argu-
mentati aliqui ſunt, vt refert Soc. Sen. in d. l. cùm auus.
nu. 80. verſ. quartodecimò.
Quartò dubitationem mouet vulgaris illa, notabi-
18 lis tamen iuris regula; qua dicimus, fauores † eſſe am-
pliandos extendendoſque, & odia reſtringenda. l. cùm
quidam. de lib. & poſthum. cap. odia, de regul. iuris, in 6.
Atqui fauorabilis eſt diſpoſitio ex parte fœminarum, vt
deficere faciant conditionem, & per conſequens admit-
tantur, & odium verſatur ex parte Seraphini maſculi, vt
ad hoc fideicommiſſum admittatur. vtrumque ita pro-
batur. Quòd fœminæ æquè ac maſculi admittantur, iu
ri naturali & ciuili cõuenit: cùm vtrumque ius nullam
differentiam inter maſculum & fœminam conſtituat. l.
maximum vitium. C. de li. præter. Hinc dicunt permul-
19 ti, ſtatutum † quo fœminæ excluduntur, eſſe odioſum, i-
ta, poſt alios, ſcribunt Iaſ. in l. qui exceptionem, de cond.
indeb. Pariſ. conſi. 85. num. 28. lib. 2. & Soc. Iun. in conſi. 1.
num. 46. lib. 1. Dec. & cæteri in l. venia. C. de in ius voc.
Cæteros ex induſtria prætereo. Ex parte etiam Seraphi-
ni in caſu noſtro verſari videtur odium, ob id agit de ex-
tendendo hoc fideicommiſſum ad hunc caſum: cùm ta-
20 men fideicommiſſum † ſit quid odioſum & oneroſum. l.
cohæredi. §. cùm filiæ, de vulg. & ſcribunt Dec. conſi. 336.
in fin. Crauet. conſi. 180. in fin. & conſi. 208. num. 3. & idẽ
reſponderunt Soc. Iun. conſ. 185. num. 9. lib. 2. & Siluanus
conſ. 64. num. 19. & num. 25. Et hac argumentione vtitur
in ſpecie Soc. Iun. d. conſi. 168. num. 11. lib. etſi eam ita fir-
matam non conſideret. Et etiam Soc. Sen. in l. cùm auus.
num. 80. verſi. octauo loco.
Quinto non mediocriter vrgere videtur hæc argu-
21 mentatio à fortiori deducta. Si hic teſtator † hanc condi
tionem expreſsè adieciſſet, & ſi aliquis eorũ deceſſerit ſi
ne liberis, &c. per eam conditionem teſtator diceretur
voluiſſe filiis illis conſeruare ſucceſionem ab inteſtato.
* iuxta gloſſam & communem* opinionem Doc. l. Lucius,
22 la 2. ff. de hære. inſt. Qui quidem ſcribunt, quòd filij †
poſiti in conditione non dicuntur vocati ex teſtamento,
ſed ab inteſtato ſolùm cæteris anteferunt. Conditio ergo
hæc adiecta teſtõre vr̃ intelligẽda de his, q ab inteſtato

23 ſuccedere poſſunt: at fœmina † ab inteſtato poteſt ſucce-
dere.l.maximum vitium.C.de lib. præter. ergo conditio
hæc & de fœminis intelligitur. ita in ſimili argumenta-
tur Corn.conſi.120.nume.3. lib.2. quem ad rem noſtram
adduxit Soc.Iun.conſil. 168.nume.12.lib.2. Si hoc verum
eſt, cùm expreſsè adiecta eſt conditio à teſtatore. Ergo
à fortiori, cùm ſolùm à iure communi ſubintelligitur:
ex quo ius commune æquè fœminas ac maſculos vult ab
inteſtato poſſe patri ſuccedere.

Sextò dubitationem facit à forciori auctoritas eorum,
24 qui cenſuerunt, fœminas † facere deficere conditionem
cùm teſtator ſubſtituit expreſsim conditione adiecta, ſi
deceſſerit grauatus ſine filijs. Ita enim affirmarunt Io.
Andr.in c. Raynal.de teſtamen. & ibidem Butrius Ro-
ma.conſi.148. Alexan.conſi.55.col.pen.lib.3. conſi.38.lib.
6.& conſ.17.lib.7.Corn. conſilio 202.conſ. 230. lib.1.Soc.
Sen.conſ.182.& conſ.227.colu.vlt.libr.2.& conſil.55.lib.3.
Cur.Sen.conſ.44. Statuto ciuitatis.& conſ.69.Antiquiſ-
ſima, in tertia dubitatione. Lud.Bolog. inter conſilia A-
lex.conſilio 53.lib.4. Iaſ.conſil. 142.lib.2.Dec. conſil.370.
conſi.568.& conſi.570.Cur.Iun.conſi.49.col.2.conſil.69.
col.3.vſque ad fin.& conſi.156.col.3.quos omnes recenſet
Soc.Iun.conſi.158.nume.47.vbi eos probat. & conſil.168.
num.13.lib.2. His accedunt alij nonnulla relati ab erudi-
tiſſimo compatre meo Cephalo conſ.45.num 9.lib.1.qui
pariter hanc ſecutus eſt. ibi enim citat Ioan. Sadoletum,
Albertum Bellum, Antonium de Leutis,& Dominicum
de Maſſa, qui ſubſcripſerunt conſilio Ludouici Bolog-
nini,refert & Ioan. de Anania, collegium, Peruſinum,
Bononienſe, & Auenionenſe. recenſet & Io. Paliarenſe
Riminaldum Seniorem, Virgilium de Syluestris, Rui-
num,Pariſium & Socinum Iuniorem, & ibi. num.32.re-
fert Alciatum idem ſenſiſſe in tractatu de præſump. His
addo Crotum conſ.17.nu.38.& Rolandum à Valle conſ.
82.nu.23.lib.3.& Campegium à Croto relatum.

Cæterùm, re diligentiſsimè perpenſa ſequor contra-
riam ſententiam, quam acutiſſimis rationibus probauit
Reuerendus admodum atque Excellentiſsimus iuriſ-
conſultus, mihi vti frater colendiſs. D. Ludouicus Al-
pherius, quòd ſcilicèt fœminæ hæ deficere non faciant
conditionem hanc quominus adhuc locus ſit fideicom-
miſſariæ ſubſtitutioni. Quam ſanè ſententiam vt veram
eſſe demonſtrem, multis adducor rationibus. Verùm il-
lud priùs eſt ſciendum, quòd diſpoſitio l. cùm acutiſſi-
mi.C.de fideicommi.& d.l.cùm auus.ff.de condit & de-
25 monſt. fundata eſt † in præſumpta mente teſtatoris. Lex
enim præſumit, quòd teſtator tunc demum ſubſtitutum
admittit, ſi filius inſtitutus & grauatus deceſſerit ſine li-
beris: at ſi ſuſcepti ſint liberi, noluit teſtator eos admitti,
26 excluſo ſubſtituto. Ab hac præſumptione † legis recedi-
tur cùm coniecturis conſtat de contraria voluntate teſta-
toris: ita Comenſ.conſilio 2.in primo dubio.Socin.Sen.
conſi.6.num.13.lib 3.quos refert & probat Roland. conſ.
82.num. 40.lib.3.Quibus in ſpecie hac accedunt Ruinus
conſilio 168.numero 30.lib.3. Cur.Iun.conſi.35. colum.2.
& conſi.139.nu.4.Pariſ.conſil. 19.nu.95.lib.2.qui Roma-
num & Ancharanum citat.& Soc.Iun.conſilio 168. num.
35.lib. 2. Cùm itaque l. cùm acutiſſimi, ita æquè faueat
fœminis ac maſculis, vt cenſeantur excludere ſubſtitu-
tos, ab hac diſpoſitione recedendum erit, ſi coniecturis
conſtare poterit, teſtatorem ſolùm ſenſiſſe de maſculis:
vt relati Doctores ſcribunt. Et non ſolùm coniecturis &
præſumptionibus à lege expreſsim probatis recedere li-
27 cèt à præſumptione hac legali, ſed † etiam alijs conie-
cturis incertis, & à lege expreſsim non probatis, ita in
ſpecie docuit Soc.in d.l.cùm auus.nu. 80.verſi.duodeci-
mò allegebatur. Nunc videamus quibus rationibus poſ
ſit demõſtrari volũtatẽ Laurentij teſtatoris fuiſſe, ſolùm
intelligere de maſculis in cõditione à lege ſubintellecta.

Primò ea ratione & coniđtura vtor, qua paſſim in
hac ſpecie vſi ſunt permulti, quos infrà referam. Clari
28 & certi iuris eſt, teſtatorẽ † magis diligere filiã quàm ne-
ptem,& magis neptem quàm pronéptẽ:atque de ſingu-
lis,ratione maioris proximitatis.l.ſi viua matre.C.de bo
29 nis mater. Maior enim affectio † habetur erga natos quã
naſcituros,& qui adhuc non ſunt in rerum natura, iux-
ta l.qui filiabus.de legat.primò,& l.Titius,& l.idem tu-
30 tor.ff.de ſuis & legit. Nam qui † adhuc non eſt in rerum
natura incognitus dicitur.l.prima. §. ſi quis proximior.
ff.vnde cogn.Et ex d.l.ſi viua matre,plura his ſimilia ſcri
bunt ad huius propoſitionis confirmationem Dec. con-
ſilio 15.numero quinto. conſilio 270. nu. 4. conſilio 288.
numero 5.& conſi.312.num.2.Curt.Iun.conſi.11.numero
4.conſi.91.num.7.& conſilio 116.num.16.Gozad. conſil.
4.num.1.Socin.Iun.conſilio 158.num.26.lib.2.Crau. cõſ.
62.numer.8.Pariſ.conſi.84.nume. 38.lib.1.& conſilio 48.
numero 17.libr.2.& Grãma.deciſ.63. numer. 13.Cæteros
ſciens prætereo. Atqui in caſu noſtro Laurentius teſta-
tor, cùm Salomeam filiam haberet, eam ab hæreditate
ſua excluſit, dote tantùm ei aſſignata, & hæredes filios
ipſos maſculos fecit, inuicémque eos ſuſtituit. Si ergo
ob ſexum maſculinum teſtator propriam filiam exclu-
ſit: ergo à fortiori credendum eſt voluiſſe excludere &
neptes ex filio Nicolao: quas ſanè neptes vti naſcituras,
ſibiq; non cognitas, ac remotiores gradu ipſa filia Salo-
mea, minus dilexit quàm ipſam Salomeam. Ita hac ar-
gumentatione vtuntur permulti in terminis noſtris, vt
Iaſ.conſil.140.colum.5.verſicul.ſecundò principaliter.&
conſi.141.col.6. ver.4.pro eadem parte.lib. 2.Et ante eum
Caſtr.& cæteri, quos refert Soc.Sen.in l.cùm auus.num.
80.de cond.& demon.Ruin.conſi.150.nu.7. vbi egregiè
rem hanc explicat.ita etiam Soc.Iun.conſi.168.nu. 37.li.
2.Alciat.reſpon.ad finem.& horum ratione non habita,
Rolan.conſi.82.nu.28.lib.3.

Huic tamen ſolidæ argumentationi plures obiici ſo-
lent reſpõſiones ab illis, qui ab hac opinione diſſentiũt,
quas hîc referre non grauabor, vt ex ordine vnà cum no
ſtris ſatisfaciam. Prima illa eſt, quòd non licet argumen
tari ab excluſione filiæ ad excluſionem neptis, cùm filiæ
repugnet expreſſa teſtatoris voluntas: nepotibus verò
non. Reſpondet hiuc obiectioni Socin.d.l.cùm auus.nu.
80.verſic.Quibus præmiſſis, Clarius dicam. Non nega-
tur, imò conceditur, neptes non habere contra ſe volun-
tatem teſtatoris verbis expreſſam, ſed negari non poteſt,
quin contra ſe habeant tacitam verbis, ſed coniecturis
expreſſam. Et tantùm operatur voluntas teſtatoris con-
iecturata ad excluſionem perſonæ, quantum verbis ex-
preſſa: cùm in vltimis his diſpoſitionibus tantum proſit
31 voluntas † coniecturata quantum verbis expreſſa.l.inter
veſtem.ff.de auro & arg.& leg.iuncta l.cùm proponere-
32 tur. de leg. 2. Et dixi ſuprà quòd coniecturis † recedi-
mus à præſumptione inducta à legali hac diſpoſitione.l.
cùm acutiſſimi.C.de fideicom.Et eo loci vnà cum Soci-
no in d.l.cùm auus.num.80. verſi. duodecimò allegatur
&c. dixi, parem eſſe hoc in caſu virtutem coniecturæ &
præſumptionis non expreſſæ in lege, ac expreſſæ. Hinc
fit vt etiam in caſu iſto expreſſa voluntate & ſcripta di-
ci poſſint neptes excluſæ, vti excluſa fuit Salomea filia:
33 quandoquidem euidenter † & apertè apparere dicitur
quod cõiecturis conſtat & apparet.l. quidam teſtamen-
to.de vulga.ita & in l.ſi quis locuples, in fin.ff.de manu-
miſſ.teſtamen.ſcribunt Barto.& Iaſon in l.licèt impera-
tor, de lega.1.ille numero 2.iſte nume. 5. Et in ſpecie no-
ſtra ita reſpondet Iaſon conſil. 141. colum.antepen.ver-
ſic.non obſtat dum tertio loco.libr. 2. His acceſsit Cor-
ſetus in ſuo ſingulari, in verbo, contractus, incipit in om
34 nibus &c.dum ſcribit, donationem † eccleſiæ factam in
dubio, præſumi non alia de caſſa quàm propter Deum.
Si verò alia cauſa apparet expreſſa, ob illam facta dicitur.
Cauſam expreſſam apparere ſcribit Corſetus, ex conie-
35 cturis & præſumptionibus. Ita nouatio, † quæ non præ-
ſumitur, ſed debet expreſsè fieri.l.vlt.C.de noua.expreſ-
36 sè † fieri dicitur, ſi coniecturis cõſtat. ita ibi declarat Cy-
nus, & tradũt Im.in l.delegare.ff.de nou. Alex.cõ. 73.co-
lum.



lum.1.lib.2.& Afflict.deciſ.44.nu.15.vbi nu. 14.adfert ſi-
milem declarationem ad l.vnicam.§.ſciendum.C. de rei
vxo.actio.Cætera his ſimilia prætereo.Illud ſolùm dicã,
quòd tanta eſt vis præſumptionis & coniecturæ, vt ſcri-
37 ptum † illud cenſeatur, quod ex coniecturis & præſum-
ptionibus conſtat. Ita Alex. in l.1.num.15. in fine.C.qui
admitti.& Zucchardus in l.vlt.num.194.C.de edicto di
ui Hadria. toll.& ſcripſi in tracta. de adipiſcenda poſſeſ-
ſione, remedio 4.num.127.

Secunda obijcitur difficultas huic ſolido fundamen-
to, quòd filia odio eſſe potuit patri, ob id eam excluſit,
38 quod odium † conſiderari non poteſt in neptibus non-
dum natis.l.ſi quis in ſuo.§.legis.C.de inoff.teſtam. Non
enim peccare potuit quæ in rerum natura tunc non fuit.
Reſpondet huic obiectioni Socinus in d.l.cùm auus.nu.
80.verſi.ſecundò allegabatur, teſtatorem non cenſeri ex-
cluſiſſe filiam ob id quòd eam odio aliqua de cauſa ha-
beret, ſed quia ſexum fœmininũ, quippè qui idoneus nõ
eſt (vt mox dicam) agnationem & familiam conſeruare,
excludere voluit ob fauorem maſculorum. Quod vel ex
eo apparet, quia (vt etiam ſuo in caſu conſiderat Soci-
nus, ac etiam Iaſon. d.conſil. 141. col.6.verſi. quartò pro
eadem parte. li.2.) hic teſtator non ſolùm filiam natam,
ſed & omnes naſcituras excludere voluit: vt conijcitur
apertè ex verbis inſtitutionis, quæ ita ſcripta ſunt: Inſti-
tuit Io.Iacobum, Nicolaum, Franciſcum, Bartholomæ-
um & Bernardinum filios legitimos & naturales dicti
teſtatoris, natos ex ipſo teſtatore & dicta Do. Magdale-
na eius legitima vxore, & quoſcumque alios filios maſ-
culos naſcituros, &c. Ecce quòd hîc vocat filios maſcu-
los naſcituros, & per conſequens, non vocando fœmi-
39 nas naſcituras, dicitur † eas excludere, iuxta regulam l.
cùm prætor, de iud.cum ſimilibus.

Tertia huic argumento obijcitur difficultas, quòd
alia ſit ratio in neptibus, quàm fuit in filia. Nam filiam
pater ob id hæredem cum maſculis non fecit, quia ei do-
40 tem congruam in teſtamento reliquit, quæ ſanè dos †
loco ſuæ portionis legitimæ eſt. At neptibus nil fuit reli-
ctum, nulla dos conſtituta: non ergo neptes æquè ac fi-
liæ excluſæ cenſentur: ita obijciunt permulti relati à do-
ctiſsimo Cephalo conſ.17.nu.21.lib.1. Reſpondetur huic
obiectioni, teſtatorem non ea ratione filiam excluſiſſe,
quòd eam dotauerit, ſed ob id quòd voluerit per maſcu-
los familiam conſeruari: vt infrà dicemus. Prætereà ea-
dem eſt ratio in neptibus, qua dotari ab eorum parenti-
bus poſſunt, etiam ex bonis ipſius teſtatoris, cum illi tan
quam filij duas quartas poſſe detrahere dicantur, nempè
legitimam & Trebellianicam. Ita in ſpecie huic obiectio
ni reſpondent Socin.Sen.in d.l.cùm auus.num. 80.verſi.
decimò dicebatur.Iaſon conſil.141.colu.7.verſi.Nec ob-
ſtat illud.lib.2.& Soc.Iun.conſi.168.num.43.lib.2. Præte-
reà & tertiò, ita reſponderi poteſt, non eſſe conſiderabi-
lem rationem dotis conſtitutæ ad excluſionem filiæ, &
41 ad non excluſionem neptis. Siquidem pater † dotando
filiam, non dicitur ob id feciſſe, vt inde filia eſſet ab hæ-
reditate excluſa, ſed fecit, vt obligationi legali ſatisface
ret, cùm filiam dotare teneatur, vt multis oſtendit Ripa
42 in l.1.numer.55.ff.ſolu. matri. At hæc obligatio † non eſt
auo erga neptem, cùm illa à patre ſuo poteſt dari, vt hîc:
ita Ripa d.l.1.num.74.& ſcribunt Barba. conſi.80.col. 13.
14.lib.3. Socin.Iun.conſi.79.nume.13.lib.3. Tiraq.de iure
primigen.q.62.nume.12.& Alcia.reſp.498.num.4. Dum
43 ergo hic pater † filium excluſit, non ob cauſam dotis da-
tæ excluſit, ſed ob ſexum, quo agnatio conſeruari non
poteſt. quæ ratio in nepte locum habet. Quinimò, ſi re-
ctè conſidereretur, ita reſpondent Caſtr. d.conſi.79. Dec.
conſil.15.col.3.verſi. nec obſtat. & alios refert Rol. conſi.
82.col.antepe.verſi.non obſtat denique.lib.3.qui ſcribũt,
hanc obiectionem in obijcientes poſſe retorqueri, etſi
de dotatione non loquantur. addo Ruinum conſil. 168.
numero 12. lib.3.

Quarta difficultas obijcitur huic argumentationi,
ꝙ cùm hîc agatur de excluſione & priuatione, fieri non
44 debet argumentum † de filia ad neptes ex filio. vt pro-
bant l.ſi quis filio, in prin. ff.de iniuſto rupto & irrito te-
ſtam.& §.poſth.Inſt.de exhæred.liber. vbi exhæredatio
45 † facta de filio non trahitur ad nepotẽ. Hinc docuit Bal.
46 in l.venia.C.de in ius vocando, ꝙ ſtatutum † excludens
filiam, non excluderet neptem ex filio. Et Baldum ſecuti
ſunt alij nonnulli ibi. Ita ergo hoc in caſu dicendum vr̃,
non eſſe bonam conſequentiam, teſtator excluſit filiam:
ergo etiam voluit excludere neptes ex filio. Qua argu-
mentatione vſus eſt in ſpecie hac Curt.Sen.conſ.45.Sta-
tuto ſeu conſuetudine, col.8.verſi. 6. fortiter comprobat.
&c. Reſpondetur ex ſentẽtia Soc.Iun.d.conſ. 168.nu. 43.
verſ.& dum 2.lib.2.ꝙ hîc non argumentamur ab exclu-
ſione, vt ſcilicet excluſio filiæ inferat & operetur exclu-
ſionem neptũ: ſed argumentamur ad interpretãdam vo-
lũtatem teſtatoris, qui dum excluſit filiam ob maſculos,
oſtẽdit voluntatem & mentem ſuam, ſub illa conditio-
ne ſubintellecta à d.l.cum auus, & à d. l. cum acutiſſimi,
fœminas non contineri. Nec repugnat d.l.ſi quis filio &
§.poſthumorum: quia (vt Socinus ſcribit) procedunt, cũ
pater habet neceſſe inſtituere vel exhæredare filium &
nepotem, quia exhæredatio de vno facta, ad alterum nõ
infertur. Ea eſt ratio, (vt hoc præter Socinum dicam) qa
47 exhæredatio † ſine cauſa fieri non poteſt. §. aliud quoq;
capitulum, in authen.vt cùm de appel.cognoſ. Etſi ergo
cauſa digna fuerit in filio, vt exhæredaretur, attamen il-
la cauſa nepoti nocere non debet.l.ſi quis in ſuo.§.legis.
C.de inof. teſtam. Sed in caſu noſtro diuerſum eſt, quia
ſolùm hîc agitur de coniicienda volũtate teſtatoris, quæ
talis coniicitur, vt ex excluſione filiæ voluerit conditio-
nem à lege ſubintellectam ſolùm eſſe de maſculis, non
48 autem de fœminis. Nec repugnat doctrina Baldi in d.l.
* venia. quia (vt Soc.ait.d.conſi.168.nu.45.) communiter *
reiicitur, vt apud Iaſonem & Deciũ in d.l.venia.& Bru-
num in tract. Quòd ſtantibus maſculis,&c.art. 6. nu.93.
& art.12.nu.234.Curt.Iun.conſi.111.col.antep.verſi.nec
obſtat quod.lib.3.

Quinta & nunc vltima obiicitur difficultas, quòd hæ
fœminæ non videntur conſiderandæ tanquam fœminæ,
49 ſed vt maſculi, cùm loco † earum patris ſint ſubrogatæ,
& eum repræſentent.iuxta §. cùm filius. Inſt. de hæred.
50 quæ ab inteſt. Et ſubrogatum † naturam eius cuius loco
ſubrogatur aſſumit.l.eũ qui.§.iniuriarum. ff.ſi quis cau-
tio.§.fuerat, Inſt. de actio. Quemadmodum harum pa-
ter nunquam fuiſſet excluſus ſi vixiſſet: ergo nec hæ fœ-
minæ illius loco ſubrogatæ. Reſpõdetur apertius quàm
reſponderit Soc.Iun.d.conſ.168.nu.46.verſi.non obſtat.
lib.2.& eo tacito Rol conſi.82.col. antep. verſi. ad illud
quod.lib.3 Quòd hoc in caſu fœminæ non dicuntur lo-
co patris ſubrogatæ: cum ſubrogatum illius naturæ &
qualitatis eſſe debeat, cuius fuit illud, cui ſubrogari de-
bet, vt ſcribunt Alex.conſi.106.nu.17.lib.3.& Pariſ.conſ.
49.num.78.lib.3 alios retuli lib.1.de arbitra.iud.q.54.nu.
30.32 vbi num.36.ſcripſi ex l.1 §.hæc actio.ff.ſi quis teſta.
lib.eſſe iuſſus fuer.Bald.in l.certum.C. vnde legit.& ex
alijs hoc maximè euenire in ſubſtitutione, quæ naturam
inſtitutionis, cuius loco ſubrogatur, non induit. Atqui
non habent hæ fœminæ eam naturam & qualitatem,
quam habebat earum pater, nempè qualitatem maſculi-
nitatis, qua familia & agnatio conſeruari poteſt.

Secundò, vt ſim huius opinionis mouet me multũ
51 vrgens hæc coniectura: cùm Laurentius teſtator † in hæ-
redis inſtitutione ſolùm filios maſculos natos & naſcitu
ros vocauerit, eoſque ſolùm inuicem ſubſtituerit in per-
petuum, nõ alia ratione id feciſſe præſumitur, q̃ vt bona
in agnatione ſua & familia conſeruaret omni tempore.
ita cenſuerunt omnes, quos infra referam. & maximè
Iaſ.conſ.141.col.6.verſi.3.pro eadem parte.& col.8.verſi.
7.prædicta.lib.2.Ruin.conſi.129.nu.17.lib.3. Et ſufficit ta
52 cita † hæc ratio, quæ pro expreſſa habetur, vt in ſpecie ſcri
bũt Soc.Iun.d.cõſ.168.nu.54.Iaſ.vbi ſuprà, Atqui fœmi-

53 næ † non poſſunt conſeruare agnationem & familiam:
cùm in alterius familiam tranſeant, ſcribunt Io. de Ana.
conſil.4.col.2.Rui.conſi.146. nu.4. libr.2.Pariſ.conſi.22.
nu.41.& conſil.40.nu.43.lib.2.Cra.conſi.180.conſ.250.&
conſ.306.& Soc.Iun.conſ.1.num.44.lib.1. ergo teſtatoris
voluntas fuit, quòd ſub conditione à l. cùm acutiſsimi,
ſub intellecta continerentur maſculi,& non fœminæ.ita
argumentantur in his ferè terminis Doctores, dum lo-
quuntur de conditione expreſſa à teſtatore. Quæ quidē
conditiones quò ad hoc procedunt à pari. vt reſpondit
poſt Cur.Iu.conſ.139.num.4.5.Soc.conſ.59. num. 9.lib.4.
Ita inquam (vt dixi) argumentatur Caſtr.conſ.79.Caſus
iſte frequenter, li.1.quem refert Soc. in d.l.cum auus.nu.
85.ita etiam Iaſ. conſ.141.col.4.in fin. verſ.in primis ergo
li.2.Soc.Iu.d.conſ.168.nu.38.39. li.2.

Nec huic ſolidæ argumentationi repugnant aliqua,
quæ obijci ſolent. Et primò ſolet obijci, quòd hæc con-
54 iectura † dicitur leuis, quòd ſcilicèt voluerit teſtator bo-
na conſeruari in agnatione, ex quo filios ſuos inſtitutos
reciproeè ſubſtituit. Siquidem ita videmus in caſu l.cùm
auus, vbi filius ſubſtituitur, & tamen etiam fœmina filia
grauati excludit ſubſtitutum.d.l.cùm acutiſſimi.C.de fi-
deicom. ita hac ratione relatam cōiecturam & argumen
tationem eſſe leuem reſpondit Cor.conſi.230.nu.7. lib.3.
reſpondeo primò vnà cum Soc.Iun.d.conſi.168.nu.55.lib.
55 2.relatam obiectionē poſſe procedere † in caſu d.l. cùm
auus, vbi ſola ſimplex ſubſtitutio de filijs facta fuit. Nec
ibi teſtator rationem habuit conſeruandæ agnatio-
nis & familiæ:vt hîc. Quæ duæ coniecturæ in caſu noſtro
iunctæ ſimul oſtendunt, teſtatorem de fœminis non ſen
ſiſſe. Et ita etiam ſenſit Ruin. conſi.168.num.12.lib.3. qui
contra Corn.d.cōſi.230.in indiuiduo reſpōdit: quod fuit
in caſu teſtamenti Ioannis de Lignano, celeberrimi Iu-
riſconſulti. Quo in caſu reſponderunt & Ale. conſil.55.
lib.3.& Soc.Sen.conſi.227.lib.2.

Prætereà, & ſecundò, confirmando relatam reſpon-
ſionē, dico eſſe aduertendum, quòd in caſu d.l.cùm auus,
ſubſtitutio fuit ſimpliciter facta ſine longo tractu tēporis
in futurū: ob id familiæ conſeruationē oſtendere nō po-
teſt: at noſtro in caſu ſubſtitutio fuit facta in perpetuum.
Quæ perpetuitas ceſſaret, ſi fœminæ facerent deficere
conditionem.

Secunda difficultas huic ſolido fundamento obijcitur,
56 quòd etiam hæ † fœminæ ſunt agnatæ, & viuentis nomē
familiæ conſeruabunt.l.pronuntiatio, in fine, cum l.ſe-
quenti.de verb.ſig. Alex. conſ.55.nu.5.li.3.Iaſ.conſi.142.
col.4.ver.6.facit li.2.Ergo & de illis teſtator creditur in-
tellexiſſe. Reſpondeo vnà cum Soc.Iun.in d.cōſ.168.nu.
59.quòd licèt filiæ maſculorū dicantur de agnatione pa-
tris, non tamen dicuntur idoneæ ad conſeruandā agna-
57 tionem & familiā. Nam filiæ † nuptæ efficiuntur de fa-
milia viri, & patris familiā relinquunt, vt docuit Barto.
in l.quoties.C.priuileg.Schola.li.12. qui ſcriptū reliquit,
58 quòd priuilegiū † alicui conceſsū pro ſe & ſuis, non com
petit filiæ nuptæ. Et quamquā hæc Bartoli ſentētia ſit ma
ximè dubia, ſi abſolutè intelligatur, vt apparet ex copio-
sè relatis à Tiraquello in tract. de legib. connubial. l.1.
nu.35. attamen ſine cōtrouerſia procederet, ſi priuilegiū
cōcederet hanc ob cām, vt familiā ſuā is priuilegiatus poſ
59 ſet cōſeruare. Nā cùm ratio reſtringeret priuilegiū, argu
mento l.cùm pater.§.dulciſſimis.de leg.2.ſolū illud priui
legium competeret illis, qui idonei eſſent familiam pri-
mi priuilegiati conſeruare. Ita intelligunt permulti rela
ti ab Oſaſcho in deciſionibus Pedemontanis, deciſ.127.
numer.1. qui ſcribit, fœminam nuptam extra familiam
non cenſeri de familia ad conſeruationem ipſius fami-
liæ. Non enim negatur his fœminis priuilegium, ob id
quòd non ſint de deſcendentibus: ſed quia in eis deficit
qualitas requiſita, conſeruationis familiæ.

Tertiò accedit, quòd in ciuitate Cortonæ extat ſtatu-
tum 47. ſub. rubr. de ſucceſ. ab inteſt. quo fœminæ exi-
ſtentibus maſculis à ſucceſſione ab inteſtato excludūtur.
60 Quod ſanè ſtatutum † non alia ratione editum creditur,
quàm vt bona conſeruantur in agnatione & familia: quē-
admodum copiosè ſcribunt Soc. Iun. conſi.1. num.44.
conſi.10.nu.21.conſi.30.nu.5.conſi.118.nu.6.lib.1.&conſi.
9.nu.9.lib.2.& Craue.conſ.180.num.1. Atqui iuris eſt præ
61 ſumptio, quòd teſtator † voluerit ſuam voluntatem eſſe
legi municipali conformem. vt ſcribit Bartolus in l. hæ-
redes mei.§. cùm ita. in fi. & ibi Ripa num.75.ff. ad S.C.
Trebell.& infrà copioſius dicam. Quemadmodum er-
go ſtatutum pro conſeruatione agnationis & familiæ nō
admittit fœminas cum maſculis ad ſucceſſionem patris,
ita hoc caſu pater præſumitur voluiſſe, pro conſeruatione
ſuæ familiæ, ſolùm intelligere in tacita illa conditione,
ſi deceſſerit ſine liberis, de maſculis, non autem de fœ-
minis. Hac argumentatione paſſim in ſpecie vtūtur poſt
Caſtren.Soc.& alios, Iaſ.conſi.140.col.7.verſ.9.facit.lib.
2. Gozad. conſi.59. num.6. & conſi.89. num.5. verſi.2.
quia. Soc. Iun. conſi. 168. num.46. & num.63. lib. 2. &
Neuiz. conſi. 33. num. 9. Ea quoque ratione vtuntur,
quia hoc in caſu ob ſtatuti diſpoſitionem materia ſit dif
62 ferens inter maſculum & fœminam, cùm maſculus, † &
non fœmina, admittatur ad ſucceſſionem, ob id maſcu-
linum ſub ſe non continet fœmininum. ita poſt Ancha.
in l.tres fratres.ff.de pactis, ſcribunt Alex. in l.Gallus.§.
quidam rectè, in fi.de lib.& poſth.& conſi.127.col. 1.lib.
1.& Soc.Sen.conſi. 51.col.7.li.4. quos cum alijs recenſet.
Soc.Iun.d.conſi 168.nu.67. Quibus accedunt Tiraquel.
in l.ſi vnquam, in verbo liberos.nu.102.C. de reuo.dona.
Didacus lib.3.varia.reſol.ca.5.nume.5.& Soc.Iun.conſil.
13.nu.11. lib.3. cæteros ſciens prætereo. Et ad rem magis
confert quod reſpondit Butr.conſi.9.in 1.dubio, nempè,
63 ſub nomine † deſcendentium & poſterorum fœminas
non contineri, cùm relatum ſtatutum in ciuitate viget.
Et Butr. ſecuti ſunt in ſpecie hac Soc.Iun.d. cōſ.168. nu.
68.Et Butrium quoq; probarunt.Soc.Sen.conſi.227.nu.
5.ver.6.& vlt.lib. 2. copiosè Iaſ. in d. l. ſi quis id quod
nu.18.de iuriſ. om. iud.& vberius Tiraq.de retractu cō-
ſang. §.1.gl.9.nu.198.& Pariſ.conſ.88.nu.13.lib.2.

Nec huic tertiæ argumētationi aduerſantur aliquæ
difficultates. Prima, quòd hæc argumentatio procede-
ret quando ſtatutum excluderet filias propter earum pa
truos, & ita ob fratres defuncti. Nam tunc verè dici poſ-
ſet verba aliàs cōprehendentia ſexum fœmininum hoc
caſu non continere. Atqui ſtatutum Cortonæ iam rela-
tum non excludit filias à ſucceſſione inteſtati patris ob
earum patruos: ergo ab ipſo ſtatuto non licet ſumere in-
terpretationem ad caſum noſtrum. Ita obiiciunt Curt.
Sen.conſi. 44.Statuto ciuitatis, co.12.verſ.reſpondemus.
& Soc.Sen.conſi.55.in fin.lib.3.qui Socinus ait, ita argu-
mentantes paralogizare, hoc eſt æquiuocare. Et (inquit
Curtius) hoc argumentū videtur poſſe retorqueri, ꝙ quē
admodum ex ſtatuto hæ filiæ patruos excludunt, ita &
ex volūtate teſtatoris. Reſpōdetur huic difficultati duo-
bus modis per Socinum Iuniorem d.conſi. 168.num.69.
verſi.Nec obſtat.&c. Cuius primam reſponſionem verè
non probo, cùm difficultatem non diſſoluat. Reſpondet
64 itaque ſecūdo loco Socinus Iunior, quòd doctrina † Bar.
in d.§.cùm ita, intelligitur reſpectu teſtatoris, & non gra
uari, hoc eſt, quòd teſtator reſpectu ſuæ ſucceſſionis
præſumatur voluiſſe admitti illos, qui ab inteſtato ex diſ
poſitione ſtatuti vocarentur, & ita fideicommiſſo eſſe lo
cum, vel ne, ſecundum quòd ſunt perſonæ, quæ ipſi te-
ſtatori ab inteſtato ſuccederent. Et quòd ita ſentiat Bar-
tolus, inquit Socinus ita fuiſſe interpretatum ab Alex.
conſil.15.in fin.lib.4.& à Soc.Sen.conſi.249.col.14. lib.2.
& conſilio 33.colum.2.libr.4. Eiuſdem ſententia ego ad-
do Ruinum conſilio 146.numero ſeptimo libr. ſecundo,
qui in ſpecie noſtra loquitur, Gozad.conſi.89.numer.7.
idem etiam docuit Zucchardus in l.vlt.num.85. verſicu.
ego credo.C.de edicto diui Adrian.tollen. qui ſimilibus
comprobat. Quorum ſententia probabilior eſt illa,
quam ſecuti ſunt idem Ruinus ſibi parum cōſtans con-
ſi.143.



ſi.143.nu.13.lib.2.& Pariſ.conſi.89.colum.vltim.lib.ſecun
do, qui cenſuerunt in hac ſpecie teſtatorem conſideraſſe
perſonam grauati, cui ſuccedi debet. Eſt enim magis re-
ceptum, teſtatorem conſideraſſe propriam perſonā. Qua
ex re fit, vt cùm in ſpecie noſtra vt Seraphinus excludit
has neptes patrueles ſuas à ſucceſsione inteſtati Lauren
tij aui ex diſpoſitione ipſius Statuti: ita excludat ex fidei-
commiſſo à Laurentio conſtituto, qui hoc caſu ſuam vo
luntatem conformem eſſe voluit diſpoſitioni ſtatuti.

Secunda obiicitur difficultas, quòd non licet argu-
mentari à ſtatuti diſpoſitione, qua fœmina excluditur,
ad coniecturandam voluntatem teſtatoris: cùm filius, e-
tiamſi ab vniuerſali ſucceſsione excludatur, deficere ta-
65 men faciat conditionem. vt videmus in † ſpurio & natu-
rali, qui faciunt conditionem deficere, & tamen non ſuc
cedunt: ita etiam in fœmina dicendum videtur, vt faciat
deficere conditionem, ſub qua ſubſtitutus vocatus eſt, li-
cèt à ſtatuto ob maſculos excludatur, ita obiiciunt Cor-
neus conſil.91.colum.2.libr.1.& conſil.202.colum.4.libr.
3.& Socin.Sen.conſil.182.colum.2.& in fin.lib.2.quos re-
fert Soc.Iun.d.conſil.168.numer.44. idem cenſuit Rui-
nus conſil.152.numer.4.libr.2. Ea ratione, quòd ſufficiat
66 perſonam † extare, quæ in conditione eſt poſita, licet nō
ſuccedat.l.filiusfam.§.cùm quis.de leg.1. ex quo nudum
pactum in conditione conſideratur. Reſpondet huic ob
iectioni Socin.Iun.d.conſil.168.numero 72. verſicul.nec
obſtat contra Corneum & Socinum eſſe communem
* *ſententiam, vt ſcribit Brunus in tract. Quod ſtantibus
maſculis,&c.artic.12.colum.2.& 3.eſt in quæſtio. 5. num.
85.qui ex Corneo & aliis ſcribit, ita demum fœminā per
exiſtentiam maſculorum excludi, ſi ipſi maſculi re ipſa
ſuccedunt, alios recenſet idem Soc.Iun.conſil.28. nume.
9.libr.3. Ego verius & clarius reſponderem, non ſuffi-
67 cere † in caſu noſtro fœminas exiſtere, ſed debere ſucce-
dere, vt excludatur ſubſtitutus. Nam conditio à l.cùm a-
uus, & à l.cùm acutiſsimi, ſubintellecta, non eſt ſimplici
ter in modum nudæ & meræ conditionis ſubintellecta,
ſed in modum diſpoſitionis, quaſi quòd ita apertè teſta-
tor vocauerit filios ſui inſtituti hæredis ante ſubſtitutū:
& quos voluit potius ſuccedere quàm ipſum ſubſtitutū,
vt illarum legum aperta ſunt verba. Et ideo dicimus, ꝙ
illi filij ita tacitè vocati ſuccedunt ex præſumpta mente
teſtatoris. Fuit ergo mens teſtatoris vt illi filij haberent
ſuccedere, & caſu quo non ſuccederent, voluit ſubſtitu-
tum conſequi hæreditatem.& ita verè ſenſit Soc. in dicta
l.cùm auus, colum.42. ſic intelligens & declarans Co-
menſ.in l.filiusfa.§.cùm quis.de legat.1.& Alber.in l.ge-
neraliter.§.cùm autem.C.de inſtitut.& ſubſtitut. Cùm
68 ergo filia † ob maſculi exiſtentiam effecta ſit inhabilis,
eam teſtator non habuit in conſideratione, cùm iam ſci-
ret illam non ſuccedere. Nec ad rem noſtram confert di-
cta l.filiusfam.§.cùm quis, de legat.1. quia reſpondeo ex
egregia declaratione Ruini conſil.126.nume.11.verſi. vel
ſecundò, & fortè melius.libr.3. quòd aliquando ſubſtitu
69 tio † ab initio ceſſat in ſubſtantia, ſicuti quando eſt facta
ſub conditione.l.cedere diem.ff. de verb.ſigni. Hoc caſu
ſola ſuperexiſtentia perſonæ poſitæ in conditione facit
deficere ſubſtitutionem ex defectu conditionis. Et hoc
caſu procedit text.d.§.cùm quis. quo ſanè in caſu nos nō
verſamur. Aliquando ſubſtitutio non ceſſat ab initio in
ſubſtantia, ſed ineſt, licet careat effectu: & tūc ſola ſuper-
exiſtentia non impedit effectum: Quemadmodum dici-
mus de pupillari tacita, quæ non impeditur per ſolam ſu
perexiſtentiam matris, quæ non vult, nec poteſt ſuccede
re.l.vlt.C.de impub.& aliis ſubſtit. Et hoc ſecūdum Bar.
in l.Centurio.nume.5.de vulg. quia initio ineſt, matre e-
tiam exiſtente in medio, licet contra matrem, antequam
excludatur, non habeat effectum. Et hoc in caſu verè nos
verſamur.

Prætereà ad d.§.cùm quis. reſpondetur ex declara-
tione Bartoli ibidem in fine, quem probarunt Ange. &
Caſtr.ibi & Soc.Iun.conſi.42.num.28.verſ. vel 2.li.1.d.§.
cūm quis, ſolùm procedere, quando poſiti in conditio-
ne non fuerunt hæredes ex voluntate, vel quia nolue-
runt, vel quia eorū pater eos exhæredauit. Non autē lo-
cum habet, cùm lege, vel caſu impediuntur, & hæredes
eſſe non poſſunt, vt contingit in caſu noſtro, vbi filia ob
maſculos à ſtatuto excluditur.

Tertia obijcitur difficultas huic fundamento & con-
iecturæ, quòd ſcilicèt illi locus eſſet quādo hîc ageretur
de hæreditate & ſucceſsione teſtatoris, ſed cum agatur
de hæreditate patris dictarum filiarum, & ita d. Nicolai,
70 quia hæreditate † teſtatoris per eum adita effectum eſt
totum patrimonium ipſius Nicolai.l.1.veteres, vbi copio
sè Iaſ.nu.14.de acq.poſſ.non eſt interpretāda hæc ſucceſ
ſio ex voluntate teſtatoris, ſed ipſius Nicolai, cuius bona
petunt filiæ. ita in ſpecie obijcit Curt. Sen.conſ.44 Statu
to ciuitatis, col.6. verſi.6.fortiter.& Cephal. conſilio 45.
nu.17. lib.1. Reſpondeo vnà cum Caſtren.d. conſi.79. &
Socin.Sen.in l. cùm auus.nu.80. verſi.11. dicebatur.ff. de
cond.& demon.& Soc.Iun. conſi.168.nu. 73 li.2.& Soci-
num probauit Rolan. d.conſi.82. col.antepe. verſi. Non
71 obſtat etiam.&c.non eſſe verum † quòd bona hæc abſolu
tè facta ſint Nicolai, adita per eum hæreditate, quia veri
us eſt, eſſe facta ſua ſub conditione & qualitate reſtitu-
tionis, eueniēte caſu, iuxta textum in ſimili in l. ex facto.
§.ex facto. ff. ad S. C. Trebel. Et ideo verè agitur de bo-
72 nis teſtatoris, quæ re ipſa † pendente cōditione alienari
à grauato non poſſunt.l.vlt.§.pen. C. comm. de leg.

Quarta obiici poteſt difficultas ſecundum Soc. Sen.
conſi.182.col.2.ver. poſtremò & 4.li.2.& Rui. conſi. 152.
73 numero 3.lib. 2. quòd filia † à ſtatuto excluſa cenſeatur
ſolùm excluſa ab inteſtato, non autem ex teſtamento. li-
cèt ergo filia ob diſpoſitionem ſtatuti, ſi ageretur de ſuc-
ceſſione ab inteſtato, non faceret deficere conditionem,
attamen, cùm agitur de ſucceſſione ex teſtamento, quo
à patre Nicolao vocata fuit, non admittitur ſubſtitutus.
Reſpondetur, quòd aut hîc conſideramus diſpoſitionem
Laurentii, harum fœminarum aui, & tunc clarum eſt has
fœminas non fuiſſe vocatas, ſed excluſas, quemadmodū
hactenus fuit demonſtratum, & infrà apertius planum
faciam. Aut conſideramus diſpoſitionem Nicolai patris,
& tunc dicendum eſt, nihil illam prodeſſe ad interpre-
tandam voluntatem Laurentii teſtatoris. Nec enim vo-
74 luntas † grauati nocere poteſt diſpoſitioni teſtatoris fi-
deicommittentis. Quod apertè ſcripſerunt contra Socin.
& Ruinū iam relatos eruditiſſimi Fabius Acoronbonus
& Hier.Torniellus in rep.l.hæredes mei.§.cùm ita ff. ad
Trebell.ille in fi.iſte nu.154.verſi.vlt.&c. Nam, (vt rectè
dicebat Torniellus) ſi hoc concederetur, facilè teſtatoris
75 † fideicommittētis voluntas eluderetur, quod iuri repu-
gnat.l.fideicommiſſa.l.ſi ita quis. §. vlt. de condit. & de-
mon.Dec.conſi.399.nu.1.& Rui. conſi. 122. nu. 8. libr.2.
Prætereà Socini & ſequacium relata ſententia procedere
poſſet in ſimplici fideicōmiſſo, in quo de enixa voluntate
fideicommittentis non conſtat: at ſecus cùm enixè con-
ſtat teſtatorem velle bona conſeruari in familia, tunc gra
uatus dum non poteſt filiam propriam hæredem inſtitue
re, vt infrà dicam in quarto huius conſultationis articu-
lo. per conſequens non poteſt inſtituendo filiam inter-
pretari, imò verius ſubuertere voluntatem teſtatoris fi-
deicommittentis. His conſtat, inconcuſſam ſtare tertiam
hanc argumentationem.

76 Quartò mouet me argumentatio † hæc ab euitando
abſurdo: quæ quidem iure recipitur. Si enim hæc tacita
conditio hîc intelligeretur etiam de fœminis, illud ſeque
77 retur, quòd, ſi Nicolaus † reliquiſſet vnà cum his ſuis fi-
liabus etiam filios maſculos, hæ fœminæ vnà cum maſ-
culis in fideicommiſſo ſuccederent: quod quidē abſurdū
eſt, inſpecta voluntate Laurentii teſtatoris, qui voluit fa-
miliam ſuam cōſeruari quæ (vt diximus) à fœminis con-
ſeruari non poteſt. Ita argumentatur Socinus Iun.d.cōſi.
168.nu.74.lib.2. Nec (inquit ille) dicatur, ꝙ abſurdū eui-
tabatur, ex quo fœminæ à ſtatuto excludūtur: quia reſpō-

detur,ſtatutum non nocere fœminæ in ſucceſsione ex te
ſtamento:ſed ab inteſtato. Nec hîc dici poteſt,has fœmi-
nas vti in conditione tantùm poſitas fuiſſe ſucceſſuras ab
inteſtato,quia cum Socino reſpondeo,quòd imò ex te-
ſtamento,quippè quòd in infinitum ſubſtitutiones fa-
ctæ fuerunt:ex quo ſequitur in conditione poſitos fuiſſe
78 grauatos,& in † neceſſarium antecedens vocatos, iuxta
doctrinam Oldr.conſi.174.quē ſecuti ſunt plures. Ruin.
conſi.118.nu.11.lib.2.Boer.q.155.nu.13.18.& Cephal.conſi.
251.num.79.lib.2.iuncta tamen doctr.Bart.in l.Centurio.
nu.37.verſ.quæro vlterius,de vulg.& ibi Ripa.num.166.
dum ſcribunt in conditione poſitum & grauatum cenſe-
ri vocatum. Alex.conſi.67.in fine.libr.5.Corn.conſil.273.
col.1.lib.4.& Soc.Sen.conſi.249.col.3 lib. 2. abundè Soc.
Iun.conſi.110.nu.21.lib.3.& Pariſ.conſi.75.num.63.libr.2.
Ne igitur hoc abſurdum ſequatur,erit dicendum, quòd
quemadmodum hæ filiæ eo caſu non potuiſſent ſuccede
re,ita nec hoc noſtro, cùm eadem adſit vtriuſque caſus
ratio,nempè agnationis conſeruandæ.
79 Quintò accedit,quòd quemadmodum vna pars † le
gis alteram declarat.l.vtrum.ff.de petit.hæred.ita etiā v-
na pars teſtamenti alteram aperit.l.qui filiabus. de legat.
1.vbi copioſè Iaſon. Atqui Laurentius teſtator in inſtitu
80 tione † à ſe facta in ſuo teſtamento ſolùm maſculos tam
natos quàm naſcituros vocauit,ergo & in conditione ta
cita & à lege ſubintellecta de ſolis maſculis ſenſiſſe præ-
ſumitur:ita in ſpecie argumentantur.Iaſon cōſ.140. col.
7.verſi.octauo.cōſ.141.colu.8.verſi.11. facit lib.2. Gozad.
conſ.89.num.6.Neuiz.conſi.33.nu.7.Alba conſ.19.nu.12.
& Soc.Iun.d. conſ.168.num.74.lib 2 Quorum ſententia
confirmatur ex notabili doctrina Abbatis conſ. 57. Vi-
detur primo.col.vlt.lib.2. qui reſpondit quòd ſi teſtator
81 † in vna parte teſtamenti filij maſculi mentionem faciat:
& poſtmodum in aliā parte,filiū ſimpliciter nominet,
de maſculo ſemper intellexiſſe præſumitur: cùm vna
pars teſtamenti aliam declaret. Quam ſanè Abbatis ſen
tentiam probarunt Curt.Sen. conſi.52. Super teſtamen-
tis. col.5.verſi.2.in terminis, & conſi.76.D.Ludouicus,
col.9.Iaſ.conſ.69.in fin.lib.3. & conſi.157. col. 8. verſic.9.
ad idem.lib.4.Ruin.conſ.83.in fin.conſi.99.num.9.conſ.
134.nu.19.conſ.146.nu.6.& conſ.147.nu 8.lib. 2. & conſi.
139.nu.15.& conſi. 168. num. 12.libro 3. Neuiz. conſilium
33.nu. 9. Curt.Iun. conſi.112.nu. 4. conſil. 113. numero 8.
& conſi.114. num. 20. & conſi. 153 num. 6. Ripa in l. ex
facto.§.ſi quis rogatus.il 1. num.17.ff.ad Trebell.Alciat.
reſp.638.num.2.Pariſ. conſi. 18. num.22.conſil.48.num.5.
& conſi.73. num.48.lib.2. Soc.Iun.conſi.90.num.17. lib.
1. conſi.103 num.55. & conſi.160.num.36.lib.2. Rub.con-
ſi.141.nu.4.Cæterùm,non ignoro,hanc Abbatis aſſertio
nem eſſe non parum controuerſam: ſi quidem omnium
primus ab eo diſſentit Io.de Ana.conſ. 22. & illum ſecuti
Iaſon ſibi parū cōſtās in d.l.qui filiabus.nu.3.de leg.1. &
cōſ.142.col.6.verſi.6.lib.2.Ita etiam Ruinus ſibi incoſtās
conſ.93.num.15.conſi.140.num.6. conſi. 144. num. 17. &
conſi.152.num.6.lib.2.ita Pariſius à ſe ipſo recedēs conſ.
38.num.27.32.conſil.39.num.3.lib.2.conſi.35.num.19.conſ.
56.num. 10 & conſ.72.num. 50. lib. 3. & conſ. 74.nu. 14.
lib.4.Ita pariter variauit Soc.Iun.conſ.3.num. 42. conſi.
100. num.20.lib.1. conſ. 158.num.40.& conſ. 170. nu. 29.
lib.2.conſi.13.num.26.conſi.71.num.14.conſi.73. num.12.
& conſi.136. num. 39.lib. 3. Quocircà in tanto doctorum
82 conflictu illam conciliationem † nunc probo, quòd aut
nulla extant verba, nulla coniectura, qua dici poſsit, te-
ſtatorem id egiſſe, vt bona in familia conſeruentur per
maſculos: & hoc in caſu rectè procedat opinio Io. de
Anania & ſequacium. Aut verbis, vel coniecturis con-
ſtat, teſtatorem ob id vocaſſe maſculos, quia voluit ag-
nationem per eos conſeruari: ( quemadmodū noſtro in
caſu conſtat)& tunc procedit opinio Abbatis & aliorū,
qui eum probarunt. Hanc conciliationē fecerunt Ruin.
conſil.139.num.16. vbi in ſpecie noſtra loquitur. lib. 2.&
conſi.134.num.19.conſi.146.numer.6.&conſi.147. nume.
7.lib.2. Curt.Iun.conſ. 114. col. vlt.Pariſ.conſ. 93. nu.15.
lib.2.clarius Soc.Iun.conſ.103.nu.55.lib.1. Alcia.reſp.632.
nu.2. & Alba conſ.19.& Rub.conſ.31.nu.6.conſ.71.nu.6.
83 & conſ.150.in fine. Secundo † etiam modo ita concilian-
tur hæ opiniones. Aut agitur de filijs plurium, vt putà
de filijs ſui ſanguinis, & de filiis extranei:& tunc mentio
maſculinitatis in vna parte facta non cenſetur in altera
repetita. Ita procedat opinio Io. de Anania & aliorum,
qui eum ſunt ſecuti.Et hic caſus non eſt de quo agimus.
Aut agitur de filijs vnius tantùm (vt hîc verè agitur)&
tunc repetitio præſumitur. & hoc in caſu procedit opi-
nio Abbatis & aliorum.Hanc conciliationem in termi-
nis noſtris facit Rui. conſ.140.nu.6.lib.2.& clarius conſ.
168. nu. 33. lib. 3. & idem reſpondit Aemylius Ferrettus
conſ.11.nu.9.Prætereà opinio Abbatis ſine controuerſia
procedit,quādo in ciuitate extat ſtatutum, quo fœminæ
per maſculos excluduntur, vt hîc. Ita Zucchardus in l.
vlt.num.85.C.de edi.diui Hadr.toll.
84 Sextò confert argumentatio † ducta à diſpoſitione
ſtatuti ad diſpoſitionem teſtamenti, quæ iure recipitur.
l. ſi quis legauerit,vbi Bar.ff.de leg.1.ſcribunt alij, quos
85 nunc referam. Hinc dicimus ſtatutum † magis conueni
re vltimæ voluntati quàm contractibus. ita tradunt Bal.
l. pen.col.pen C. de verb.ſigni. Curt. Sen. conſi.26. col.
6.verſ.verum his omnibus.& con.45.col.4.& Curt.Iun.
conſ.5 num.18.Craue.conſi.vlt.num.12.& Soc.Iun.conſ.
86 181.nu.38. lib.2. Atqui, quando ſtatutum † fauore con-
ſeruandæ agnationis excludit filiam, excludit etiam
neptes ex filios. Ita Fulg. Alex. Iaſ. & Dec.in l. venia.
* C. de in ius voca.& * communem teſtatur Soc. Iun.
conſi.1.num. 59. lib.1.Quibus accedunt Soc. Sen conſi.
252.col.8.in fi. & conſi.296.col. 2.lib. 2. Ruin. conſi. 140.
num. 16. lib. 3. & Iaſ.conſi. 221.col.3.lib.2. idem Iaſ.conſ.
141. col. 5 verſi.2.pro eadē parte.eo. lib.2. vbi in terminis
noſtris ita argumentatur vt Soc. Iun. refert & probat in
conſi. 168. numero 46.& numero 77.verſi.6.libro 2.
Septimò confert argumentatio, qua in ſpecie vti-
tur Soc.Iun.d.conſi.168.nu. 78. lib.2. Sed eam clarius ad
87 rem noſtram deduco.Cùm teſtator † plures gradus ſub-
ſtitutionum facit,& ſubſtitutos grauat,ne alienent, dici-
tur inter ipſos ſubſtitutos feciſſe reciprocam ſubſtitutio-
nem,glo.l.in codicillis.§.inſtituto.de leg.2. Alex. in l. fi-
liusfam.§.diui,in fi.de leg.1.& alios retuli ſuprà in 1. art.
88 in 3.fundamento. Quæ ſanè reciproca † facta præſumi-
tur fauore conſeruandæ agnationis,vt ſentiūt gl.d. §. in-
ſtituto.& clarius Bald.in l.quoties,la 1.col. 1. C. de fidei-
com.& alii à Socino d.conſi.168.num.78. relati.Atqui(vt
ſuprà diximus) non poſſunt fœminæ agnationem & fa-
miliam cōſeruare,ergo ex mēte teſtatoris non dicūtur fa-
cere deficere conditionē,ob quā Seraphinus admittitur.
Octauò plurimum me in hanc ſententiam impulit,
quòd Laurentius teſtator poſt ſubſtitutiones à ſe factas,
ipſos inſtitutos & ſubſtitutos alienare prohibuit: quo fit
vt in vita potuerit euenire conditio fideicommiſſi, nem-
pè ſi eorum alter alienaſſet. Atqui,vbi fideicommiſſi cō-
86 ditio † euenire poteſt in vita ſubſtitutorū,tacita illa con-
ditio à lege ſubintellecta,hoc eſt,ſi ſubſtitutus & graua-
tus ſine liberis deceſſerit, ceſſat,& locum non habet. Er-
go ſi cōditio illa tacita,qua fœmina à lege vocatur,ceſſat,
ſequitur,fœminas nō facere deficere cōditionē, & ita nō
excludere ſubſtitutum. Illa minor propoſitio probatur
auctoritate Comenſ. in l.cùm auus. Scribit ibi Soc. nu.
29 verſi.tertium corrolarium.& illum ſecuti ſunt Soc.Iu.
conſi.126.nu.17.lib.1.& egregiè Pariſius conſi.19. nume.
96.lib.2.qui in notabili caſu reſpondit. Teſtator inſti-
tuit Antonium hæredem & conditionem adiecit, quòd
aſſumeret nomen & inſignia ſuæ familiæ, quod niſi id
feciſſet,ſubſtituit & vocauit Nicolaum. Is Nicolaus ſu-
ſcepit filios,reſpondit Pariſius, hos filios non cenſeri po-
ſitos in conditione ad excluſionē Nicolai,& ita non ſub-
intelligi ex diſpoſitione d.l.cùm auus,& d.l.cum acutiſ-
ſimi,cùm caſus ſubſtitutionis euenire potuerit viuēte i-
pſo Nicolao,



pſo Nicolao,nempè ſi Antonius non aſſumpſiſſet ſibi no-
men familiæ teſtatoris & eius ſtemmata. Eandē Comen-
ſis ſententiam probauit idem Soc.Sen.conſi.6.nu.8.lib.3.
vbi ſimilem caſum refert. Sed in claris noſtris terminis
idem reſpondit Rui.conſi.168.nu.30.verſi.prætereà.lib.3.
qui in hoc caſu alinationis reſpondit.
Nonò & vltimò mouet me auctoritas eorū,qui cen-
ſuerunt in conditione illa expreſſa à teſtatore, ſi deceſ-
90 ſerit ſine filijs,fœminas † non contineri,atque ita non fa-
cere deficere conditionem, cùm relatæ coniecturæ ad-
ſunt. Et idem eſt hîc dicendum in conditione hac tacita
& ſubintellecta, quæ illi expreſſæ æquiparatur, vt dixi-
mus ſuprà in ſecundo fundamento. Quòd autem ob cō-
iecturas ſub expreſſa conditione fœminæ non compre-
hendantur,affimarunt,Caſtrenſis,Fulgoſius,Comenſis,
Socinus Senior,Cato Saccus,Iacobus Puteus, Aretinus,
Barbatia, Alexander, Riminaldus Senior, Caccialupus,
Ioannes Petrucius,Ambroſius Opizonius,Lancellotus
Decius,Marianus Socinus Senior,Curtius Senior, Cal-
caneus. Aloyſius Tentor, Ambroſius de Aduocatis,Iaſō,
Philippus Decius, Curtius Iunior, Corneus, Baldus no-
uellus,Gozadinus & Alciatus. Quos ſanè vigintiſex Do
ctores ita recenſet Socinus Iun.conſi.168.num.84.85 lib.
2.& nu.86. Scribit Dynū & Bartolum idē ſcripſiſſe, cùm
91 adeſt ſtatutum † excluſiuum fœminarum,vt extat in ca-
ſu noſtro. His accedunt alii enumerati à Gerardo Mazol
lo conſ.5. num. 66.nempè, Crotus, Gratus, Elephantu-
tius, Saluiolus,Gammarus, Pepus, Sala, Palæotus, Pa-
riſius,Ruinus,Brunus. Et hos etiam refert Rolandus à
Valle conſi.82.num 33. verſic. ſecundo & nouiſſimo, lib.
3.qui ex recentioribus addit Beroium, Albā & Portium.
Ego quoque addo Neuiz.conſi.33.nu.11.qui ſcribit,hanc
ſententiam probaſſe Mathæum Boſſium & Conradum
Manlium Cæpollam in conſilijs ciuilibus conſi.49.nu.7.
Alciatum reſpon.52.in fine,qui idem reſpondit quod do
cuit in locis à Socino Iuniore ſuprà relatis. idem Alcia-
tus reſpon. 632. Idem reſpondit erudititiſſimus Hierony-
mus Albanus nunc Cardinalis meritiſſimus conſi.21.nu.
10.11.Didacus Couuar.in ea.Raynaldus, in initio. num.
1.de teſtamen.Et eandem ſententiam verè probat Arius
Pinelus in d.l.ſi viua matre. num. 25. C. de bonis mater.
92 quando ſcilicet ſubſtitutus † eſt idoneus conſeruare a-
gnationem & familiam, vt eſt in caſu noſtro.
Non obſtat nunc adducta in contrarium,quibus etſi
ex iam deductis pro Seraphino ſubſtituto ſatiſfactum
credam,in ſpecie tamen reſpondeo. Ad primum itaque
dico ab illa legis præſumptione & cōiectura eſſe receſ-
ſum ob varias & multiplices cōtrarias coniecturas & præ
ſumptiones ſuprà conſideratas, cùm, vt præfatus ſum,
hæc legis præſumptio pendeat à coniecturata volunta-
te teſtatoris.
Non obſtat ſecundum,quia reſpondeo,quòd illa ver
ba prolata à teſtatore ſecundum formam iuris, non re-
feruntur ad formam iuris communis,ſed ſtatutorum ci-
uitatis Cortonæ:cùm verior & recepta magis ſit Docto-
93 rum ſententia,teſtatorem † in dubio præſumi velle diſ-
poſitionem ſuam eſſe iuri municipali cōformen.ita Bart.
in l.hæredis mei.§.cum ita,in fin.ff.ad Trebell.& ibidem
* communem * teſtatur Ripa. num. 75. Quibus accedunt
Dec.conſi.153.num.1. & conſi.155. num.2. Soc. Sen. conſi.
94.num.11.lib.4.Rui.conſi.30. nu.14. lib.2. Afflict. deciſ.
44.num.20.Pariſ.conſi.78.num.25.lib.2.& conſi.5. nume.
27.li.3.Soc.Iun.conſi. 104.nume. 27. li.1. Neuiz. conſi.33.
nume.6. & copioſè Craue. conſi. 109. nume.3. & conſi.
250.nu.2. alios etiam plures recenſet eruditiſs. Zanchus
in d.§.cùm ita,vt dubitādū minimè ſit,quin hæc ſit rece-
pta opinio. Quocircà argm̄ retorquet̄,vt queādmodū ſta-
tutum excludit fœminas propter maſculos, ita eas ex-
cludere voluerit hic teſtator. Atque ita hoc in caſu
maſculinum non concepit fœmininum, vt dixi ſuprà
in tertio fundamento noſtræ ſententiæ. Et in ſpecie
ita reſpondet Soci. Iun. conſil. 168. numero 88.lib. 2.
Non obſtat tertium,quia reſpōdeo vnà cum Soc.Iun.
d. conſi. 168.num. 80. argumentum procedere cùm ea-
94 dem qualitas † quæ fuit in inſtituto, continuat in ſuis
deſcendentibus: & illi eiuſdem naturæ ſunt, cuius fuit
ſuus ille anteceſſor vocatus. Nam & erga eos tunc eſſe
creditur illa animi affectio, quæ fuit erga primum inſti-
tutum: at ſecus cùm diuerſa eſt qualitas & natura, vt
hic. Quandoquidem tunc ceſſante illa cauſa affectio-
nis, ceſſat & ipſa affectio, & per conſequens de eo vo-
catio: iuxta vulgatam regulam l. adigere. §. quamuis,
de iure patrò. Et hanc Socini reſponſionem probauit &
Rolan. d. conſi.82. nu.40.verſi.ſimiliter.
Non obſtat quartum, quia reſpondet Soc. Iun. d.
conſ. 168. num.91.92. lib.2. quòd licèt fideicommiſſum
ſit odioſum, attamen ex voluntate teſtatoris regulatur,
& cùm voluntas teſtatoris hæc ſit,vt fœmina non faciat
deficere conditionem, illa obſeruari debet. Reſpondeo
ego clarius & argumētū ita in fœminas retorqueo. Hoc
fideicommiſſum eſt inductum pro conſeruatione fami-
liæ & agnationis, vt ſuprà demonſtrauimus:atqui fidei
95 cōmiſſum † conſtitutum fauore agnationis conſeruan-
dæ,eſt fauorabile, ergo debet extendi. Illa minor propo-
ſitio probatur auctoritate multorum: ita enim ſcribunt
Ancha.conſ.27.col.pen.verſi.hic autem loquimur.Curt.
Iun.conſi.3.nu.12. & conſ. 22. nu. 11. Capicius deciſ. 108.
num.15.Gozad.conſ.89.nu.12.qui in terminis noſtris lo-
quitur.Pariſ.conſ.63.nu.27.& conſ.35.nu.38.lib.2.& Soc.
Iun. conſi. 181. nu.39.lib. 2.
Non obſtat quintum fundamētum contrarium, quia
reſpondeo præter Soc.Iun.d.conſi.168.nu.93.lib.2.quod
argumentum retorquetur in aduerſarias. Teſtator, po-
nendo filios in conditione, ſolùm dicitur vocaſſe eos,
qui ab inteſtato erant ſucceſſuri,ſed filia ſuccedere non
poterat, ergo filia non fuit in conditione poſita. Et ſi
96 fœmina † non fuit poſita in conditione, ergo à fortiori
nec neptis ex filio,iuxta d. l. ſi viua matre. C. de bonis
mater. Et,ſi rectè perpendatur,ita etiam ad excluſionem
neptis argumentatur Corn.d.conſ.120.nu.3.lib.2.
Non obſtat vltimum, quia reſpondetur, receptam
97 † magis opinionem eſſe in contrarium, vt ex enumera-
tis apertè conſtat. Et ab ea communi non eſſe conſulen-
do & iudicando recedendum cenſuit Rolan.d. conſ.82.
col. vlt.verſi. Non obſtat.lib.3.Prætereà Soc.Iun.d.conſ.
168. nu. 94.vſque ad finem.li.2.ſingulatim reſpondet ad
omnes contrarias auctoritates. Non repetā ab eo ſcripta.
Nec etiam obſtant auctoritates adductæ, poſt Socinum
Iuniorem,à Cephalo & Rolādo,quia illis ſigillatim reſ-
pondeo.Sed priùs præmitto illam diſtinctionem cōmu-
* niter * receptam:q; aut teſtator ſubſtituit à ſe deſcenden
98 tes,aut † extraneo. Si ſubſtituit à ſe deſcendentes, ne-
ptis ex filio non facit deficere conditionem: atque ita nō
excludit ſubſtitutum. Et in caſu procedit magis recep-
ta opinio, quam nos, qui verſamur in hoc caſu,proba-
mus & ſequimur. Si verò extraneus eſt ſubſtitutus,tunc
neptis non facit deficere conditionem,atque ita non ex-
cludit ſubſtitutum. Ita procedat cōtraria opinio. Hāc di-
ſtinctionem omnium primus fecit Caſtr. d. conſ. 79. &
* cōmuniter * recipi teſtatur Rol.d. conſ.82.col.pen.Nunc
modò reſpondeo contrarijs Doctorum auctoritatibus.
Non etiā nobis repugnat auctoritas Io.Sadoleti, Alberti
Belli, Antonii de Leutis,& Dominici Maſſæ: quādoqui
dem illi loquuntur eo caſu, in quo neptes ex filio in con
ditione poſitæ concurrebant cū Alexandro ſecūdo loco
ſubſtituto: poſt reciprocā factā inter filios teſtatoris inſti
tutos:& is Alexander nō erat filius,nec ex deſcēdētib. te
ſtatoris, ſed extraneus, qui familiā & agnationē conſer-
uare non poterat:vt Alexandrum illum fuiſſe extrane-
um, commemorant apoſtillātes ad conſi.Barbatiæ inter
ipſa conſilia Alex.conſi.52.lib.4.nu.9.in verbo, Alphon-
ſi. & ideo Bologninus in d.conſi.53. quod edidit contra
illud conſilium Barbatiæ, ſæpe contendit, eo in caſu
non adfuiſſe rationem conſeruandæ agnationis, vt i-

conſtat ex ſcriptis ibi nu.17.& ibi recentiores apoſtillantes. Non ergo nobis illorum auctoritas obeſt. Nec etiam repugnat auctoritas Io. de Ana. d. conſi. 22. quia verè is ibi in fine concludit, filias non excludere ſubſtitutos. & ſi dicatur, loquitur ille eo caſu quo expreſſim maſculi nõ ſunt poſiti in cõditione, & ita de mente teſtatoris conſtabat, quia reſpondeo etiam in caſu noſtro ex coniecturis permultis conſtare de mente teſtatoris, quòd maſculos tantùm in conditione eſſe voluerit. Nec pariter repugnat auctoritas collegiorum, quia vt ſcribit Soci. in l. cùm auus. nume. 80. loquuntur cùm extraneus fuit ſubſtitutus, vel pia cauſa. & clarè idem refert Caſtren. in l. 1. in fi. C. de cond. inſertis. Non pariter repugnant auctoritates Riminaldi Sen. & Virgilij de Syluestris, inter conſilia ipſius Riminal. conſ. 223. & 224. lib. 2. quia ex iã deductis conſtat contra eos eſſe opinionem magis receptam, cùm illam probauerint quinquaginta Doctores: à quibꝰ diſſentire, nefas eſſe opinor.

Præterea, non repugnat auctoritas Soc. Iun. d. conſ. 158. nume. 47. lib. 1. quia (vt ipſemet ibi declarat) loquitur cùm ſubſtitutus non poterat conſeruare agnationem & familiam. Et Socinus Iunior d. conſ. 17. nu. 20. li. 3. loquitur quando ex coniecturis conſtabat mentem teſtatoris eſſe, quòd ſubſtituti à nepte excludantur, vt ipſemet ibi nu. 4. declarat. Non quoque repugnat auctoritas Ruini conſi. 93. conſi. 142. & conſ. 143. lib. 2. Siquidem Ruin. d. cõſi. 93. conſiderat, illum ſubſtitutum fuiſſe tranſuerſalem teſtatoris: qui quidem teſtator inſtituerat filium, & illis ſubſtituit quendam Auguſtinum tranſuerſalem: & ob id illa affectio, & illa ratio, ob quam teſtator excludere ſoleat filias, cùm inſtituti ſunt & ſubſtituti proprij filij, ceſſat hoc caſu, quo tranſuerſales ſubſtituuntur: cùm ſcilicèt non conſtat teſtatorem vocaſſe ſubſtitutum pro conſeruatione agnationis & familiæ. ita etiam Rui. cõſ. 142. lib. 2. loquitur cùm filia in re certa inſtituta fuit filio inſtituto ſubſtituta: quo ſanè in caſu non poteſt conſiderari ratio conſeruandi agnationem. Præterea Ruino non eſt in hoc deferendum. Nã, præter id, quòd in ſpecie noſtra contrarium conſuluit multis in locis, vt in conſi. 130. col. vlt. & conſ. 145. in fin. lib. 2. & conſ. 139. num. 16. libr. 3. illud maius eſt, quod in fortiori caſu idem reſpõdit, quã
99 do teſtatrix † quæ tamquam fœmina, curam non habet conſeruandi agnationem, ita diſpoſuit, vt ipſe Ruin. conſi. 141. lib. 2. reſpondit ſubſcribendo cõſilio Vincentij Herculani, cui in eadem ſpecie ſubſcripſit Curt. Iun. conſilio 35. Non etiam repugnat auctoritas Pariſij conſil. 18. nu. 3. & conſi. 41. num. 25. lib. 2. qui verè Pariſ. in d. conſi. 18. nu. 21. cum ſequentibus contrarium reſpondit, nempe filiã non impedire ſubſtitutum. Nec ipſe Pariſius diſſentit d. conſ. 41. lib. 2. cum de hac re non diſputet. Non repugnat auctoritas Croti conſi. 17. quia Crotus deceptus eſt auctoritate eorum, præſertim collegij Peruſini, & Auinionenſis, quæ reſponderunt, quando ſubſtitutus erat extraneus, vel pia cauſa, vt dixi ſupra. Præterea Crotus ipſe cõſi. 1. copiosè magis pro ſubſtituto contra neptem reſpondit. Non quoque aduerſatur auctoritas Alciati in tract. præſumpt. reg. 3. præſumptio. 32. nu. 2. verſ. præſupponit: quia Alciatus concedit veram eſſe opinionem Caſtrẽ. d. conſi. 79. Caſus iſte frequenter. cùm extat ſtatutum, quo fœmina per exiſtentiam maſculorum excluditur: quemadmodum extare hoc in caſu diximus. Non quoque repugnat auctoritas doctiſſimi cõpatris mei Cephali, quẽ honoris cauſa ſemper nomino. d. conſilio 45. libro 1. quia ipſe ibi nume. 15. fatetur ſuo in caſu non fuiſſe ab illo teſtatore conſideratam rationem conſeruandæ agnationis, vt fuit in caſu noſtro. His conſtat rem hanc eſſe claram pro Seraphino ſubſtituto contra neptes Nicolai filias.

Tertia dubitatio propoſita enucleanda nunc eſt, an Io. Iacobus Seraphini pater trãſmiſerit ius huius fideicõmiſſi in ipſum Seraphinum. Et dicendum videbatur nõ
100 tranſmiſiſſe: quandoquidem hoc fideicommiſſum † cõ-
* ditionale eſt, quod tranſmitti non poteſt, vt eſt gl.* cõmuniter recepta in l. vnic. C. de his qui ante apertas tab. quam eſſe ab omnibus probatam cenſuerunt Soc. Sen. conſi. 6. nu. 11. lib. 3. Iaſon conſi. 154. col. 1. lib. 4. Brun. cõſi. 8. col. 1. Curt. Iun. conſ. 16. num. 1. Goza. conſ. 29. nu. 10. & Soc. Iun. conſi. 117. num. 2. lib. 1. cæteros de induſtria omitto.

Secundò maiorem dubitationem mouet auctoritas Ruini conſi. 140. nu. 14. lib. 2. qui reſpondit, quòd licèt ali-
101 quibus † coniecturis dicatur, ius fideicommiſſi conditionalis tranſmitti ad filios, attamen nullo modo tranſmittitur, cùm filij ex primo ſubſtituto tacitè tantùm ſunt poſiti in conditione, iuxta diſpoſitionem l. cùm auus. de condi. & dem. & l. cùm acutiſſimi. C. de fideicom. Ea ratione mouetur Ruinus, quia, ſi tranſmitti diceremus,
102 duo ſpecialia concurrerent. primum, quia perſona † ſubintelligeretur, contra l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de verb. obl. alterum quòd pendente conditione tranſmittatur ius fideicommiſſi, contra l. vnicam. C. de his qui ante aper. tab. Quam quidem aſſertionem multis ſimilib. Ruinus comprobat. His dicendum videbatur, Io. Iacobũ nõ trãſmiſiſſe ius fideicõmiſſi in Seraphinũ filiũ.

Cæterùm, contrarium verius eſſe arbitror, nempè Iacobum tranſmiſiſſe ius huius fideicommiſſi in Seraphinum filium. Quam ſententiam, vt veram oſtendam, multis adducor, ſed illud dicam ante omnia, ꝙ licèt re-
103 gulariter fideicommiſſum † conditionale non tranſmittatur. l. vnica. §. ſin autem. C. de cadu. toll. cum ſupra relatis: attamẽ tranſmittitur cùm conſtat de cõtraria voluntate teſtatoris. ita docuit Bal. in l. vnica. C. vt actio. ab hæred. & cõtra hæred. & in l. ſi pater. q. 4. C. de inſti. & ſubſti.
104 de teſtatoris volũtate † cõſtare dicit vel verbis expreſſis, vel cõiecturis: quæ ſanè cõiecturæ ſufficiũt, vt præcitatis locis ſcribit Bal. & tradunt Ruin. conſi. 179. nu. 5. lib. 2. & Decius conſil. 397. nu. 5. Et idem cenſent cæteri omnes, quos infrà referam. Hoc præmiſſo, dico hîc adeſſe plures coniecturas, quibus conijcitur, teſtatorem voluiſſe hoc fideicommiſſum in ſubſtitutorum filios tranſmitti.
105 Prima eſt coniectura, quia teſtator † iſte filiam propriam Salomeam dotauit, & ab inſtitutione vniuerſali excluſit, inſtituendo tantùm filios maſculos, Quod non alia ratione videtur feciſſe, ꝙ vt bona in agnatione conſeruaret: id quod fieri non poſſet, niſi fideicommiſſum tranſmitteretur. Hanc eſſe coniecturam admodum efficacem reſponderunt in ſpecie Ruin. conſi. 156. nu. 5. conſ. 140. nu. 15. & conſi. 179. nu. 6. 7. lib. 2. Soc Sen. conſ. 6. nu. 15. lib. 3. Doc. conſ. 574. nu. 4. qui in ſpecie eiuſdem caſus reſpondit cum Ruin. d. conſ. 156. lib. 2. Iaſ. conſ. 52. col. vlt. verſ. quarta coniectura. lib. 3. & Iaſ. conſ. 154. col. 3. verſ. 3. quia. lib. 4. Pariſ. conſ. 87. nume. 14. li. 2. Cur. Iun. conſ. 69. col. 2. verſ. accedit alia coniectura. & conſi. 89. nume. 6. Pariſ. conſ. 69. nu. 77. lib. 3. Rub. conſ. 28. nu. 8. & conſ. 120. num. 4. Soc. Iun. conſil. 167. numer. 20. lib. 2. Craue. conſil. 306. nu. 3. Secũda cõiectura eſt, quia teſtator ſub eandẽ quali-
106 tate † maſculinitatis ipſos omnes inſtitutos filios inuicẽ & reciprocè ſubſtituit. Quã quidem coniecturã demõſtrare, teſtatorem voluiſſe fideicommiſſũ tranſmitti à ſubſtitutis in eorum filios, reſponderunt, Iaſon conſ. 154. col. 3. verſi, accedit etiam quarta. lib. 4.

Tertia eſt coniectura, quia teſtator non ſolùm filios maſculos natos, ſed etiam naſcituros vocauit & inſtituit:
107 ergo etiam nepotes, qui † filiorũ appellatione in inſtitutionibus continentur. Ita in ſpecie noſtra reſpondit Rub. conſ. 28. nu. 9. voluit ergo teſtator & ad nepotes trãſmitti. Et hoc vrgenti hac ratione ſuadetur. Si ſub hac filiorũ appellatione non cõtineri & nepotes diceremus, ſequeretur quòd teſtator ſibi malè conſuluiſſet, quia euenire poterat, quòd alter filiorum inſtitutorum, viuo teſtatore deceſſiſſet, & teſtator non mutato teſtatore deceſſiſſet: atque ita ſuum teſtamentum non celebratum iuxta conſi. Galli. Aquilij. l. Gallus. de lib. & poſth. effectũ eſſet nullũ. quod dicendũ non eſt, quia nõ præſumitur teſtato-



108 rem † voluiſſe eligere viam, qua ſua diſpoſitio ſubuerteretur. l. 3. cum ſimil. de mil. teſt. cùm ergo in inſtitutione hæredum hic teſtator complexus fuerit atque incluſerit nepotes, & deinde omnes inuicem ſubſtituerit, inde neceſſariò fit, nepotes eſſe ſubſtitutos & vocatos deficientibus patruis ſine filijs maſculis.

Quarta accedit coniectura, quia voluit hic teſtator hos à ſe inſtitutos eſſe perpetuò ſubſtitutos: atque ita voluit bona perpetuò eſſe debere in ſua familia, quod effi-
109 ci † non poteſt, niſi locus ſit huic tranſmiſſioni. ita hanc coniecturam probarunt Rui. conſ. 145. nu. 6. & conſi. 156. nu. 5. li. 2. Et eodem in caſu idem reſpõdit Dec. d. cõſ. 574. col. 2. idem etiam ſenſit Ruin. conſ. 130. nu. 4. lib. 3.
110 Quinta his accedit coniectura, quia teſtator † prohibuit bona alienari, quæ ſanè prohibitio arguit, teſtatorẽ voluiſſe nepotes & cæteros deſcẽdentes conſequi debere hæc bona, ad nepotes ergo hoc fideicommiſſum tranſmittitur. Ita reſpondit Ruin. conſ. 130. nu. 4. li. 2. Sexta & nunc vltima eſt coniectura, quia teſtator filios ſuos maſculos inſtituit, & inuicem ſubſtituit: atque ita ab initio re & verbis teſtator hos hos hæredes coniunxit: ſicque ius accreſcendi cum fideicommiſſaria ſubſtitutione iun-
111 ctum fuit. Atqui, quando ius † accreſcẽdi eſt ſubſtitutioni fideicommiſſariæ iunctum, facit illam ſubſtõnem ſui natura non tranſmiſſibilem, eſſe tranſmiſſibilẽ. l. qui patri. l. qui ex duobus. ff. de acqui. hæred. & clarè in terminis ita reſponderunt Soc. Sen. conſ. 6. nu. 14. lib. 3. Iaſ. cõſ. 154. col. pen. verſ. 4. principaliter. li. 4. Rui. conſ. 156. nu. 4. conſ. 278. nu. 2. & clarius Cur. Iun. cõſ. 16. nu. 6. & in rubr. C. quando non peten. partes per. accr. col. pen. & eo loci ét Cagn. nu. 52. Pariſ. cõſ. 76. col. vlt. ver. poſtremò. & cõſ. 77. nu. 23. li. 2. Idẽ cõſ. 5. nu. 41 & cõſ. 50. nu. 30. li. 3. Hos recenſet & ſequitur celeberrimus Cephal. cõſ. 283. nu. 26. li. 2. Et his ego pariter addo Rui. cõſ. 201. nu. 7. li. 2. q egregiè hãc ſententiã probat. Aret. in l. qui ex duobus. de acq. hære. Iaſon in l. Lucius. §. vlt. de vulga. & pupilla. Alex. cõſ. 20. nu.
* 7. li. 1. Et hæc opinio recepta eſt communiter,* etſi recentiores aliqui in l. cùm filiusfam. de leg. 1. & in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebel. diſſentiant.

Non obſtant nunc adducta in contrarium: ſiquidem ad primum reſpondetur, quòd etſi regulariter fideicommiſſum conditionale non tranſmittatur, attamen ex cõiecturis tranſmittitur, vt diximus.

Non obſtat ſecundum, quia reſpondeo, Ruinum minus rectè ſentire: ſiquidem iam ſuprà multorum auctoritate probauimus, conditionem hanc tacitam à pari procedere cum expreſſa: quemadmodum ergo expreſſa ex cõiecturis non impedit fideicommiſſi tranſmiſſionem, ita
112 nec tacita. Et in ſpecie tacitam † conditionem non impedire tranſmiſſionem poſt Arct. in l. 3. col. pe. de leg. 1. & Iaſonem in l. item quia, in fi. ff. de pactis, reſpondit Rub. cõſi. 8. nu. 8. Quam ſententiam veram eſſe credo. Nã illa ratio, qua dicimus impediri tranſmiſſionem fideicommiſſi conditionalis, ita locum habet in conditione tacita, vt
113 etiam in expreſſa. Ratio † autem impeditiua eſt, quia ius huius fideicommiſſi pendente adhuc conditione, nõ dicitur acquiſitum ſubſtituto præmorienti. l. ſubſtitutio. ff. de acquir. rerum dom. & l. legata. ff. de cõdi. & demon.
114 non ergo quis † poteſt in alterum tranſmittere, quod ipſe nondum eſt conſecutus. Quæ ſanè ratio ita locũ habet in fideicommiſſo conditionali tacitæ conditionis, vt in conditionali expreſſæ conditionis. Si ergo conſtat teſtatorem voluiſſe, conditionem non impedire, quominus ſubſtituto ſub conditione illa cenſeatur ius quæſitum in eo fideicommiſſo, nulla eſt ratio, qua dici poſſit, non eſſe ei ius quæſitum. Et ſi eſt ius quæſitum, qua ratione dici poteſt, illud non potuiſſe tranſmitti? Nec ratio Ruini vrget, cùm falſum ſit, quòd ius quoddam ſpeciale ſit illud ex diſpoſitione. l. cùm auus. ff. de cond. & demon. & l. cùm acutiſſimi. C. de fideicom. Eſt enim ius ordinarium & generale, cùm lex præſumat hanc eſſe teſta-
115 toris voluntatẽ, nec plus agit lex † quàm ſibi dictet naturalis ratio, quòd ſcilicèt teſtator ita voluerit diſponere, licèt errore ſcriptoris id omiſſum ſit. Et hoc in caſu nulla eorum concurrunt, quibus lex poteſt dici ſpecialis & ſingularis. Scribit enim Baldus in l. cunctos populos. nũ
116 12. C. de ſumma Tri. & fide cathol. legem † ſingularem ratione perſonæ circa tria verſari, aut ſcilicèt inhabilem habilem reddit, vt puta, quòd filiusfamiliàs teſtari poſſit: aut inhabilitando habilem, veluti, quòd adultus nõ poſſit teſtamentum condere: aut & tertiò habilitando, ſeruata certa forma. Hæc verè cum militant in caſu noſtro, vt re ipſa conſtat, non ergo ius ſpeciale hoc dici poteſt. Et
117 in ſpecie quòd conditio † hæc tacita & à lege ſubintellecta, ex l. cùm auus, & l. cùm acutiſſimi, non ſit de iure ſpeciali, ſcribit Ripa in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. il 1. nu. 27. verſi. iſta ratio. ff. ad S. C. Trebell. qui inquit non eſſe de iure ſpeciali cùm ſit ſecundum mentẽ teſtatoris. Et tex. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus, de verb. obli. quo ſuã opinionẽ Rui. confirmat, ad rem non facit, cùm loquatur in contractibꝰ, in quibus perſona extrinſeca ob id nõ præſumitur, quia id non creditur fuiſſe à cõtrahentib. cogitatũ, vt ibi omnes ſcribunt. Et ita etiam procedit illud ſimile de donatione ex Bart. in l. iuriſgentium. §. quinimò, & l.
118 ſi tibi. ff. de pactis. Cùm donatio † non præſumatur de mente eius, quem donaſſe aſſeritur. l. cùm de indebito. ff. de proba. ita etiam illud ſimile quod allegat ex gl. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. il 2. ff. ad Trebell. ad rem non facit, quia illi filii naturales non comprehenduntur, cùm non præſumatur, ex mente diſponentis, vt ibi omnes ſcribũt, maximè Ripa nu. 28. Ita cæteris ſimilibus à Ruino relatis ſatisfieri poteſt. His concludo Iacobum tranſmiſiſſe ius huius fideicommiſſi in Seraphinum filium.

Quarta eſt diſcutiẽda propoſita dubitatio, an Nicolaus potuerit inſtituere hæredes eius filias, eis relinquẽdo bona huius fideicommiſſi. qua ſanè iure dicendum videbatur, potuiſſe eas hæredes facere. Siquidem ſu-
119 pra magis Doctorum opinio eſt, fideicommiſſarium † alienare prohibitum poſſe etiam filiam hæredem inſtituere. Ita cenſuit glo. in l. pater filium. §. Iulius Agrippa, de lega. 3. quã ſecuti ſunt Alex. cõſ. 55. col. vlt li. 1. & in eadem met facti ſpecie cõſultus idem reſpondit Soc. Sen. cõſ. 227 col. 9. nu. 8. lib. 2. Curt. Sen. conſ. 46. col. 4. Barba. conſi. 14. col. 1. lib 3. Ruin. conſili. 139. num. 19. libro 5. &
* cõmunem* hanc eſſe opinionem teſtatur Ripa in l. filius fam. §. diui. num 96. de leg. 1. Ea ratione præcipua, omnes vtuntur, quòd hæc alienatio eſt legalis, hoc eſt, à lege permiſſa. l. cùm pater. §. cùm inter. de leg. 2. vbi, ſtante prohibitione de non alienando, non impeditur ſuccedere, qui ab inteſtato ſuccedere poterat: ſi ab inteſtato, ergo
120 & ex teſtamento, cùm paria ſint, ex quo expreſſa † eorũ, quæ tacitè inſunt, nil operetur. l. 3 de leg. 1. Et hanc alienationem viſus eſt permittere Lauren. teſtator, dum prohibuit alienationem ſolùm ſecũdum iuris diſpoſitionẽ: quæ ſanè diſpoſitio hoc caſu eam concedit.

Rectamẽ diligẽtius cõſiderata, verius eſſe exiſtimo, Nicolaum fideicommiſſo grauatum non potuiſſe proprias filias hæredes inſtituere. Hoc vt dicã, multa me mouent.

Primò, iam hîc conſtat (vt ſuprà in primo & ſecundo articulo demoſtrauimus) teſtatorem voluiſſe bona hæc
121 perpetuò conſeruari in familia. Atqui, vbi conſeruari † debent bona in familia perpetuò, non ſolùm alienatio hominis, ſed & legalis prohibita cẽſentur. ita probat tex. §. ſi quãdo, in auth. vt ſponſal. largit. quem ad rem hanc in ſpecie perpendit Rui. conſi. 168. nu. 15. verſi. vlt. hanc. lib. 3. Ita etiã probat tex. in auth. de reſti. fideicom. §. vlt. quem conſiderat Soc. Sen. conſ. 227. nu. 9. verſ. ſed contra cõmunẽ, li. 2. Nec repugnat eiuſdẽ Socini reſp. ibidem, quod ſumi non poſſit ibi argumentum à ſenſu contrario ex quo ſumus in materia fideicõmiſſi reſtringibili, quia dico, reſponſionem hanc in Socinum retorqueri, quòd
122 ſumi poſsit argumento † à contrario ſenſu, ex quo verſamur in materia fauorabili, nempè in fideicommiſſo cõſtituto pro conſeruatione agnationis & familiæ: vt fa-

norabile eſſe demonſtrauimus ſuprà in ſecundo articulo
in reſponſione ad quintum fundamentũ contrariæ par-
tis·ſequitur ergo, Nicolaum non potuiſſe in filias aliena-
re eas inſtituendo hæredes,
Secundò accedit, ꝙ ſi hoc in caſu diceremus, teſtato-
rem voluiſſe has filias poſſe ab earum patre in hoc fidei-
commiſſo hæredes inſtitui, ſequeretur hoc abſurdum, ꝙ
123 ipſe teſtator † plus dilexiſſet has neptes quàm Solomeã
filiam propriam, cõtra l. ſi viua matre. C. de bonis mater.
& ea, quæ copioſè ſcripſimus ſuprà in ſecundo articulo
in primo & ſecundo fundamento noſtræ opinionis &
paſſim in diſcurſu. Ne ergo hoc abſurdum ſequatur, di-
cendum eſt, teſtatorem voluiſſe prohibere & hanc lega-
lem alienationẽ in has fœminas. Ita in ſpecie argumẽta-
tur Ruin. d. cõſ. 168. nu. 17. lib. 3. vbi. multis hoc cõprobat.
124 Tertiò huc ſpectat, quòd quando prohibitio † alie-
nandi eſt geminata, non ſolùm alienatio hominis, ſed &
alia quæcunque à lege certis de cauſis permiſſa, dicitur
omninò reiecta: ita probat text. in §. Sãctiſſimas, in auth.
& de aliena. & emphyt. & ſcribũt Alex. in l. filiusfa. §. di-
ui, col. 2. de leg. 1. Ruin. conſ. 34. nu. 2. conſ. 195. nu. 6. lib. 1. &
conſ. 98. nu. 18. lib. 2. Goza. conſ. 25. nu. 3. & cõſ. 35. nu. 15. &
Soc. Iun. cõſ. 48. nu. 9. lib. 1. & conſ. 31. nu. 72. lib. 2. qui plu-
ra ſcribunt. & in ſpecie noſtra Ripa d. §. diui. nu. 99. At-
125 qui hoc in caſu duplex † alienandi prohibitio concurrit,
vna expreſſa, vt ex verbis ipſis conſtat: altera verò tacita,
dum teſtator filios omnes à ſe inſtitutos inuicem ſubſti-
126 tuit. nam inuicem eos per fideicommiſſum † ſubſtitu-
endo, dicitur tacitè eis interdixiſſe alienationem. auth.
res quæ. C. comm. de legatis. ergo ſequitur ob hanc ge-
minatam prohibitionem, non licuiſſe Nicolao hæredes
facere proprias filias. ita argumentatur, & duplicem hãc
prohibitionem in ſpecie conſiderat Rui. conſi. 150. col.
pen. verſi. quartò hoc etiam lib. 2. & conſi. 168. nu. 22. verſ.
Confirmatur. lib. 3.
127 Quartò confert, quòd vbi prohibitio † alienandi eſt
facta inſtitutis & ſubſtitutis ſub qualitate maſculinitatis,
extenditur, ſeu intelligitur etiam de alienatione legali,
quæ fit in fœminas aliàs ſucceſſuras abinteſtato. ita in ſpe
cie reſpondit Ruinus conſi. 150. nume. 17. verſi. ſecundò
probatur. & conſi. 203. nu. 16. li. 2. & Iaſ. 108. col. antep. ver.
non quoque obſtat. lib. 4. Atqui noſtro in caſu ſub quali-
tate maſculinitatis eſt facta prohibitio, ergo filiæ fœmi-
næ à Nicolao grauato non potuerũt hæredes inſtitui. Illa
minor apertè ex verbis teſtamenti probatur. Nam eſt cla
rum, Laurẽtium teſtatorem in ipſa inſtitutione & ſubſti-
tutione ſolùm vocaſſe filios ſuos maſculos, deinde prohi-
bitionem alienandi ſubiunxit in hæc verba: Hac condi-
tione, pacto & lege, in dicta inſtitutione & teſtamẽto in-
ſertis, ꝙ dicti ſui hæredes non poſſint, nec eis liceat alie-
nare, &c. Ecce, dum dicit, dicti ſui hæredes, illa dictio,
128 † dicti, ſui natura reſtrictiua eſt vt in his ferè terminis
ſcribunt Pariſius conſi. 86. nu. 36. lib. 2. Ruinus conſi. 108.
nu. 3. & conſi. 130. num. 4. lib. 2. & Craue. conſi. 98. nu. 8.
Dum ergo ſe reſtringit ad hæredes à ſe nominatos, illi
ſunt ſub qualitate maſculinitatis vocati, ergo pariter ſub
eadem qualitate cenſentur prohibiti.
Quintò & vltimò mouet me auctoritas multorum,
120 qui reſponderunt, tunc grauatum † non poſſe inſtitue-
re filiam hæredem, & ei relinquere bona fideicommiſ-
ſi, cùm aliqua coniectura, vel aliquibus verbis conſtat,
teſtatorem voluiſſe bona perpetuò, continuò, omni-
nò, vel in infinitum eſſe in ſua agnatione & familia:
quemadmodum Laurentium teſtatorem verbis & con-
iecturis id voluiſſe, ſuprà abundè demonſtrauimus. ita
reſponderunt Soc. Sen. inter conſilia Curtij Sen. conſi-
lium 40. in fine. Alex. conſilium 58. col. 2. lib. 3. quos ſe-
cutus eſt Ruin. conſi. 150. num. 17. lib. 2. idem reſpondit
ipſe Ruin. conſi. 110. nu. 9. & conſi. 134. num. 9. eo lib. 2. &
conſi. 168. num. 20. 22. lib. 3. & Rubeus conſi. 53. col. 2. qui
& Socinum Seniorem & Alexandrum probat.
Non obſtãt in contrarium adducta, quia reſponde-
tur ex iam adductis, illa procedere iure ordinario, nõ au-
tem cùm coiecturæ contrariæ & præſumptiones, vt hîc,
extant. Nec repugnant illa verba teſtamenti, ſecundum
iuris diſpoſitionem: quia poteſt retorqueri, quòd cùm
lex prohibeat alienationem etiam legalem, quando teſta
tor voluit bona in familia conſeruari, ſequitur hanc hæ-
redis inſtitutionem non eſſe conceſſam.
Quinta & vltima propoſita iuris dubitatio eſt, an Ni
colaus ſaltem potuerit ex bonis his fideicommiſſo ſubie-
ctis conſtituere dotem ſuis his filiabus. Et dicendum vi-
debatur, potuiſſe. Nam iure permiſſum videtur, ex bonis
130 † fideicommiſsi dotem filiabus poſſe dari & conſtitui.
auth. res quæ. C. commu. de lega. & ſcribunt ibi Bart. &
Salicetus ac Iaſ. num. 24. idem Bart. in l. filiusfam. §. diui.
nu. 10. Iaſon. nu. 50. Ripa. nu. 70. de leg. 1. qui hoc verum
131 eſſe intelligunt, etiam quando † expreſsim teſtator alie-
nationem fideicommiſsi prohibuit· idem probarunt Ale
xan. conſi. 56. col. vlt. lib. 1. Curt. Sen. conſi. 27. primo du-
bio. & Decius conſilio 519. quos refert & probat Didacus
lib. 3. varia. reſol, ca. 6. nu. 10. verſi. ſecundò, hoc. qui & a-
lios recenſet. his accedunt Tiraq. in tract. de iure primi-
gen. q. 61. num. 4. Boer. q. 129. num. 4. & q. 130. num. 11. Qui
nimò ſcribit Iaſon in d. auth. res quæ, col. vlt. verſi. deci-
motertiò limita, adeò veram eſſe ſententiam, vt adhuc li
ceat ex cauſa dotis hæc bona alienare, cùm teſtator ex-
preſsim prohibuit, ne alienentur bona fideicõmiſsi, cuiꝰ
ſententiæ citat Paulum Caſtren. cõſi. 80. Quia per ſupra-
ſcriptum eximium conſultorem, col. 2. li. 1. Et idem ſen-
ſit Guido Pap. q. 96. quem non improbat Boer. d. q. 129.
numero 5.
Cæterùm his minimè refragantibus, contrariam ſen
tentiam vnà cum eruditiſsimo D. Alpherio conſultore
veriorem eſſe opinor, nempè, non licuiſſe d. Nicolao do-
tem ſuis filiabus ex bonis his conſtituete.
Primò mouet me, quòd in facto mihi præſupponitur,
132 Nicolaum † tempore mortis Laurentij patris & teſtato-
ris nondum vxorem duxiſſe, atque ita adhuc aliquæ ex
his filiabus non erant eo tempore cõceptæ. Quo fit vt ea
rum cauſa minimè licuerit Nicolao alienare bona fidei-
commiſsi & dotem ipſis filiabus conſtituere. Ita multis
rationibus & auctoritatibꝰ clarè & in terminis reſpõdit
Alciatus reſp. 640. nunquid auth. &c. ſecundum impreſ-
ſionem Lugdunenſem. quo loci ſcribit, hanc ſententiam
non habere contradicentem. Illius rationes non refero,
quia apud eum videri poſſunt.
Secundò, magis in hanc ſententiam adducor, quòd
vera eſt aſſertio eorum, qui probè & rectè cenſuerunt,
133 bona fideicommiſſo † ſuppoſita alienari nõ poſſe, vt dos
à patre cõſtituatur filiæ, cùm patris bona extant, quibus
dotari illa poteſt. Ita probat text. d. auth. res quæ. C. com-
mu. de lega. ibi, ſed ſi liberis portio legitima non ſufficit.
ad dotis, &c. cùm ergo legitima portio ſufficit, fideicom-
miſſum non debet poſſe alienari. Et in ſpecie ita cenſue-
runt Caſtr. Ang. & cæteri in l. mulier. §. cùm proponere-
tur. ff. ad S.C. Trebellia. Iaſ. in d. auth. res quæ. nu. 32. ver.
ſecundò limita. & col. vlt. verſ. duodecimò limita. & verſ.
decimoquarto limita. idem conſ. 157. col. pe. li. 2. Tiraq. in
trac. de iure primig. q. 61. nu. 13. Boer. q. 130. nu. 13. qui alios
citant. & illis accedunt Rui. conſ. 134. nu. 10. li. 2. Rubeus
conſ. 124. nu. 3. Pariſ. conſ. 52. nu. 37. & conſ. 63. nu. 45. lib. 2.
& Roland. à Valle conſ. 85. nu. 9. li. 1. Atqui hoc in caſu ha
buit Nicolaus duas quartas, nempè legitimam & Tre-
bellianicam, quæ (vt relati Doctores ſcribũt) ſufficere de-
134 bent pro dotis conſtitutione. cùm dos † cenſeatur con-
grua, ſi legitima minor non eſt, vt abundè explicaui li. 2.
de arbitrariis iudicũ. caſu. 149. Nulla ergo ratione licuit
Nicolao dotem maiorem conſtituere, vt inde bona fidei
commiſsi eam ob cauſam diſtraherentur.
Non obſtant adducta in contrarium, quia reſponde
tur, illa procedere eo caſu, quo teſtator tenetur dotare
135 neptem & aliam deſcendentem, quæ à patre ſuo † dotari
ob inopiam nõ poteſt, vt dixi ſuprà. Nec eſt vera illa Ca-



ſtrenſis & Iaſonis opinio: nã contra eos communis * eſt
opinio, vt teſtatur Rolan. d. conſ. 85. nu. 23. lib. 1. & præter
eum Didacus li. 3. varia. reſol. cap. 6. nu. 10. verſ. tertiò, &c.
qui alios plures recenſet. Atque ita iuris eſſe concludo.

Iacobus Menochius I.C.

*SVMMARIVM.*

1 *Numerus cùm ſit quid indiuiſibile, minimo addito vel detracto variatur.*
2 *Maior numerus eligentium vbi concurrit cum ratione clara aperta, præfertur alteri parti.*
3 *Vitiatus corpore in Eccleſia Dei non ſeruat. & nu. 30.*
4 *Deformitas corporis denotat deformitatem animi.*
5 *Epiſcopus electus cenſetur ab omnibus comprouincialibus vno omnium conſenſu, etiam ſi duo vel tres contradixerint.*
6 *Numerus non minuitur propter duos vel tres.*
7 *Modicus exceſſus non habetur in conſideratione.*
8 *Parum & nihil æquiparantur.*
9 *Defectus modicus non vitiat actum, & modica ſolennitas omiſſa non obeſt.*
10 *Argumentum à ceſſante ratione valet.*
11 *Conſenſus plurium operatur vt actus maiori iudicio, & maturitate factus cenſeatur.*
12 *Pars maior dicitur non ſolùm quæ eſt maioris numeri, ſed etiã quæ ſanioris Iudicij, & num. 15.*
13 *Apoſtata qualis dicatur.*
14 *Iudex bonus & iuſtus ſine cauſa aliquem condemnare non debet, aliàs diabolus eſt.*
*Fama alterius lædi non debet.*
15 *Honor vitæ antefertur.*
16 *Maior pars illa dicitur, quæ maiori ratione & pietate nititur.*
17 *Minor autem pars cum ei aperta ratio & æquitas repugnet.*
18 *Exceptio perſonarum nulla eſt apud Deum.*
19 *Eligentium numerus quando parum excedit, ad merita electi recurritur.*
20 *Vnus de vniuerſitate tantum ex maiori numero poteſt, ſi iuſtitia nitatur, vniuerſos in electione contradicendo impedire.*
21 *Electio facta ab illis qui ambitioſè conuenerunt de eligendo aliquem, non valet.*
22 *Eligere debentes inter ſe poſſunt concilium habere, ſed non deliberare de eligendo aliquem, aliàs inutilis eſt electio.*
23 *Factum malo Zelo dicitur quãdo abſque iuſta cauſa factũ eſt.*
24 *Quæ in animo ſunt ex coniecturis probari poſſunt.*
25 *Conſpiratio quid ſit, & vnde dicta.*
26 *Interpretatio in dubio debet fieri in benigniorem partem & æquiorem.*
27 *Electio magis fauorabilis eſt quàm reprobatio.*
28 *Collegium cum ampliatur fauorabile eſt ei.*
29 *Vota quando ſunt paria in electione alicuius, quid ſit faciendũ.*
30 *Vitium modicum in corpore an excludat quem à ſacerdotio.*
31 *Deformitas modica qualis ſit.*
32 *Excludi de collegio nemo debet, niſi appareat de ſententia condemnatoria, vel priuatoria.*
33 *Indignus quis non præſumitur, niſi probetur.*
34 *Quaſi poſſeſſio transfert onus probandi in aduerſarium.*
35 *Theologica ſcientia circa quæ verſetur.*
36 *Gratificatio facta à ſuperiore pro aliquo electo, quando dubitatur de validitate electionis, multum operatur.*

FACTI SPECIES.

*CAutum eſt conſtitutionibus Reuerendorum Monachorum ordinis Sancti Benedicti, quòd Nouitius, qui poſt annum ſuæ probationis vult in ea religione habitum profeſſionis aſſumere, approbari debeat à duabus partibus ex tribus omnium monachorũ, qui eligendi, ſeu recipiendi ad religionem habent vocem. Euenit quòd adoleſcens bonæ indolis, ſpei ac probatæ vitæ & morum poſt annum probationis cupiens profeſſionem emittere. à 27. Monachis fuit approbatus. à 14. verò reiectus. Qui quidem 14. nil aliud obiiciunt adoleſcenti, quàm quòd oculos habeat luſcos, ſeu aliquali morbo oculorum laboret. Dubitatur an cenſeatur hîc à maiori parte approbatus.*

CONSILIVM XCV.

## Initium à Domino.

RESPONDENDVM videba
tur, Nouitium hunc nõ cenſeri ap-
probatum à duabus partibus ex tri
bus monachorum, & per cõſequẽs
nõ poſſe profeſſionis habitum aſ-
ſumere.
Primò, quia iam clarum eſt, 27.
ſuffragia non conſtituere duas par
tes ex tribus. 42. ſuffragiorum: quorum tertia pars eſt 14.
qui ſanè 14. repugnant huic approbationi & receptioni.
1 † cùm numerus, qui ex Philoſopho in 8. Metaph. eſt indi-
uiſibilis, minimo addito, vel detracto, varietur. cùm er-
go non adſint perfectè duæ partes ex tribus ſequitur di-
cendum, conſtitutioni ſatisfactum non eſſe. Secundò
2 huic opinioni ſuffragari videtur, ꝙ vbi maior † numerus
eligentium cum ratione aperta & clara concurrit, om-
ninò alteri parti præualere debet, vt ſcribit gloſſa & ibi
omnes in ca. eccleſia, il 2. de elect. & infrà alios referam.
Atqui ratio clara & manifeſta reiiciendi hunc adoleſcẽ-
tem adeſſe videtur: ergo horum reiicientium numerus
præualere debet. illa minor propoſitio vel ex eo proba-
3 tur, quòd magna ratione factum eſt, ne qui † corpore vi-
tiatus eſt, in eccleſia Dei ſeruiat. Nam Leui. ca. 21. ita ſcri-
ptum eſt: Homo de ſemine tuo per familias, qui habuerit
maſculam, non offeret panes Deo ſuo: nec accedet ad mi
niſterium eius, ſi cæcus fuerit, ſi claudus, ſi vel paruo, vel
grandi vel torto naſo, ſi fracto pede, ſi manu, ſi gibbus,
ſi lippus, ſi albuginem habens in oculo, ſi iugem ſcabiẽ,
ſi impetiginem in corpore, ſi hernioſus. Quæ verba ex-
ponit D. Gregorius, vt eſt relatum in cap. hinc etenim
49. diſt. Et huius legis rationem eſſe cenſuit Abbas in ca.
quia diuerſitatem. 1. not. de conceſſ. præbend. quia cor-
4 poris deformitas † animi deformitatem præ ſe fert.
Tertiò huc videtur ſpectare, quod ab illis 27. vnus mo
nachus eſt remouendus, ne vocem dare poſſit. ex quo ob
ſuſpicionem hæreſis fuit per ſententiam priuatus voce
actiua & paſſiua: atque ita non debet innumero eligen-
tium connumerari. inde fit ꝙ eo ſubducto, apparet eſſe ſo
lum 26. ſuffragia, quæ duæ partes ex tribus 42. non ſunt.
hæc me dubium & ancipitem reddebãt, vt aduerſus No-
uitium reſponderem.
Cæterùm, re ipſa longè melius atque diligentius per
penſa atque diſcuſſa, contrariam ſententiam & veriorem
& æquiorem eſſe exiſtimo: quam, vt planam & claram fa
ciam, multis rationibus vtar. Illud primum & ante om-
nia dicam, quòd ex ſtricta Arithmetica calculatione &
cõputo 14. ſuffragia excedere 27. pro vna tertia parte ſuf-
fragij tantùm. Et ob id quæſtionis eſt, an habenda ſit ra-
tio tam modicæ partis. Et verè infrà patebit nullam eſſe
habendam rationem.
Primò mouet me, quod in Sacro œcumenico cõcilio
Nicæno relato in ca. ſanè. 65. diſtin. diffinitum fuit, Epi-
5 ſcopum ſcilicèt electũ † cenſeri ab omnibus comprouin-
cialibus vno omnium conſenſu, etſi duo vel tres contra-

dixerũt.cùm duo vel tres nõ allegeant vel minuant nu-
merum, ex quo paruus eſt exceſſus. Et ibi in ſpecie no-
tant Archidia. & Ioan. de Turrecremata Cardinalis,id
que probant ex ſimili in cap. re vera, de conſecrat.diſt.2.
vbi glo. in verbo,mortui ſunt, cùm ſacris in literis lega-
tur, omnes illos, qui Manna manducauerunt in Deſer-
to, eſſe mortuos: gloſſa rectè ex omnium ſententia inter
pretatur, omnes eſſe mortuos, etiamſi duo Caleph &
6 Ioſue ſuperſtites fuerint. Non enim ✝ propter duos vel-
tres minuitur numerus. & ideò glo. in ca.pen. in gl.1.de
reſcrip. citando d. cap.re vera, ait,pro modico nec plus,
nec minus. ſimilis glo.in procemio Decretalium in gl.
7 vlt. Ea eſt ratio,quòd modicus exceſſus ✝ non eſt incon-
ſideratione.l. continuus,in princ. de verbo obliga.Hinc
ſcribit Philoſophus lib.2.Phyſico. Id nihil deeſſe videri,
8 cui parum deeſt.Et nos dicere ſolemus,parum ✝ & nihil
æquiparari. capit. de multa, de præben. cap. licèt cau-
ſam, de probatio.ibi,nulla vel modica. & ſcribunt Bal-
dus in auth. prætereà.C. vnde vir & vxor. Corneus cõſi.
63.col.vlt.li.1.& Soc.Sen.cõſ.108.nu.4. li.1. Accedit quod
docuit Baldus in l.eum qui.§.in popularibus. ff. de iure-
9 iura. quòd paruus ſeu modicus defectus ✝ non vitiat a-
ctum:vt nec leuis ſolennitatis omiſſio obeſt.l.1.in fi.ff.de
ventre inſp.vbi Bar. & glo.in cap.noſtrates.30.q.5. Eſt er-
go idem dicendum in caſu noſtro,quod hic tam paruus
exceſſus efficere non debet,quin cenſeatur hic adoleſcẽs
approbatus à duabus partib.ex tribus.

10 Secũdò moueor argumento ✝ ducto à ceſſante ratione
huius conſtitutionis, quod ſanè argumenti genus in iu-
re noſtro recipitur.l.quod dictum. ff. de pactis. vbi Bart.
& Ang. Clem.1.& ibi Card. in 10.nota.de iud.& alibi ſæ
pe. Atqui in caſu noſtro ceſſat ratio huius conſtitutionis
prohibentis aſſumptionem habitus nouitio, ſi à duabus
partibus non fuit approbatus: ergo etiam ceſſat prohibi-
tio diſpoſitionis. Illa minor probatur manifeſtè, quòd
non alia ratione creditur conſtitutionem requirere vo-
tum duarum partium ex tribus, quàm vt rectiore & fir-
miore hi nouitij eligantur atque recipiantur ad religio-
11 nem: cùm credatur prudenter ✝ & ſapienter factũ quod
plurium conſenſu & iudicio factum eſt. ita probat cap.
prudentiam, de off. deleg. Decius in cap. cùm omnes, 1.
lect.num.12.de conſtit. gloſſ. in cap. 1. de his quæ fiunt à
maiori parte capituli. & ibi Imola.nu.7. & omnes in ca-
pit.eccleſia.il 2.de electio.Sed hîc ceſſat hæc ratio ex par-
te illius tertiæ partis, hoc eſt 14. eò quòd etſi in ea tertia
parte vnius ſuffragium excedat tertiam partem ex tri-
bus, attamen non effecit, quin cenſeatur ab illis 27. cum
iudicio electio & approbatio facta:cùm tertia pars vnius
ſuffragij probabili & iuſta ratione dici non poſsit huiuſ-
modi, vt quemquam mouere poſsit: ſequitur ergo, nul-
lam rationem illius parui exceſſus habendam eſſe.

Tertiò ſuffragatur, quòd imò hi 27.conſtituunt maio-
rem partem ex 42.pro duabus partibus,quàm illi.14.pro
12 vna tertia parte.ſi quidem maior pars ✝ dicitur, quæ non
ſolùm eſt maioris numeri,ſed etiam quæ ſanioris iudicij
eſt: nam & numerus maior & ſanior concurrere debet.
ita cenſent poſt alios Dec. in cap.cùm omnes, in ſecunda
lect.colu.pen.verſic. vltimo notandum. de conſtit. & ibi
Andreas ab Exea. nu.292.qui plures recenſet. & imò ſcri
bit Compoſtell,in cap.eccleſia, il 2.de electio. ſolam par
tem ſaniorem præferri maiori numero, niſi in nume-
ro eſſet magnus exceſſus. & idem docuit Inno. in ca.ſcri
ptum,& ca.quia propter,de electio.Imola in cap.1. nu.7.
de his quæ fiunt à maio.parte cap.idem in l.Pomponius.
colu. 4. de re iud. ſed hoc in caſu vnà cum 27. ſuffragiis,
atque ita cum maiori parte adeſt etiam ſanior pars. Et è
contra ex parte 14.ſuffragiorum extat minor numerus,&
minus iuſti & prudentes:ergo ille numerus 27.debet om-
ninò præferri. Propoſitio minor omni ex parte clarè pro-
batur. Ac primò ſanioris iudicij eſſe illos 27.vel ex eo cõ-
ſtat,quòd nouitiũ bonæ indolis, ſpei & morũ approba-
rint; quòd conſuluerint famæ nouitij, & ac ſimul reli-
gionis.Nouitij inquã,quia ſi reiiceretur, ſeculo munda-
no eſſet inuiſus & ſcandaloſus, quòd eum crederent per
multi eſſe apoſtatam,& (vt vulgò dicunt)sfratato, (& ſi
13 nos eum dicimus ✝ apoſtatam qui profeſſione emiſſa re-
ligionem deſeruit.cap.1.de apoſta.& ibi Inno. notat.)E-
contrà autem infirmioris iudicij fuiſſe & eſſe illos 14.qui
hunc nouitium reiicere conantur,vel ex eo conſtat,quòd
ſine iuſta & legitima cauſa hunc indignum, qui ad reli-
gionem recipiatur, eſſe iudicarunt: cùm tamen nullus
14 iudex ✝ bonus & iuſtus ſine cauſa aliquem condem-
net, ſed is diabolus eſt qui id facit, iuxta cap.1.de re iud.
in 6. Non etiam ſani iudicij eſt,famam proximi & reli-
gionis lædere:quin grauius illi peccarent quàm ſi noui-
15 tij ſanguinem effunderent: cùm honor ✝ vitæ antefera-
tur. l.iſti quidem. §. penult.ff. quod metus cauſa.l.iuſta.
ff. de manumiſſ. vin. Et Apoſtolus ait, Expedit magis
mori quàm vt gloriam meam quis euacuet. Et ideo cen-
ſent noſtri, cauſam honoris eſſe arduam, & maxima
conſideratione dignam.ita Cra.conſ.168.nu.2.Soci.Iun.
conſ.117.nu.24.lib.3.Gramma.deciſ.2.num.12.& alibi ſæ
pæ.ſcribit etiam Alciatus reſponſo.306.in fine,mitiſsimè
agendum eſſe nequis in honore lædatur.

16 Quartò accedit,quòd maior ✝ pars illa dicitur, q̃ ma-
ri ratione & pietate nititur.ita glo.in c.1.in verbo rationa
biliter,de his quæ fiunt à maiori parte capituli.& ibi no-
tat Anch.nu.6.& egregiè ſcribit Arc.in c.Nicæna.31. diſt.
quòd licèt in dubio intelligatur pars maior ratione nu-
17 meri:attamen tunc dicitur minor ✝ & infirmior cùm ei
aperta ratio & æquitas repugnat.Idẽ cenſuit Cardina-
lis Iacobatius in tract.de conci.li.6.art.3.& col. 8. eſt ſub
pag.35.Atqui hoc in caſu ex tribus partibus maiores cen-
ſeri debent hæ duæ comparatiuè ad tertiam,iuxta diſpo-
ſitionem conſtitutionis, quòd maiori ratione & pietate
moueatur:quòd maiori ratione moueatur, ſatis dictum
fuit:ꝙ maiori etiam adducatur pietate vel ex eo conſtat,
ꝙ impium admodum eſt ſine iuſta cauſa aliquem iam re-
ligioni ferè addictum reiicere.Nã turpius eiicitur quàm
non(vt inquit Poeta)admittitur hoſpes. Et in dubio eſſe
magis pium,& benignitati diuinæ atque humanæ cõſen
taneum,aliquem in collegium & vniuerſitatem multo-
rum cooptare,mox dicam. Quod præſertim procedit in
religionis profeſsione,à qua nemo ſine cauſa arcetur,cũ
18 apud Deum ✝ nulla ſit perſonarum exceptio.cap. nouit,
de iudiciis.Vocauit enim Seruator noſter ad apoſtolatũ
æquè ignobiles ac nobiles,ita præbendæ vni ac alteri ſi-
ne exceptione dari debent.cap.pen.de præben. & ibi gl.
declarat.

19 Quintò huc ſpectat,quòd quando eligentium ✝ nu-
merus parum excedit,ad merita electi recurritur.ita glo.
in ca.ſcriptum,in verbo maiorem.de elec.& tradit Anch.
in c.ſi quando,col.2.verſ.item nota,de ele.in 6.idem ſen-
ſit Iacobatius d.trac.de concilio,li.6.art.3.col. 15.eſt pag.
355.col.2.verſ.vnde concluſiuè.Atqui(vt iã dixi) numer⁹
14.parum excedit tertiam partem: ergo is numerus ſpe-
ctandus non eſt,ſed recurrendum ad merita:quæ huiuſ-
modi eſſe aſſeruntur, vt religionis habitus ei concedi de-
beat.

Sextò confert doctrina Archi.in cap. epiſcopum. 61.
20 diſt.dum ſcribit;quòd vnus ✝ tantum ex maiori numero
poteſt,ſi iuſtitia nitatur,vniuerſos contradicendo impe-
dire.Archidiaconum ſecuti ſunt Bald.in cap.vl.nu.20.de
præſump.& Iacobatius in tract.de concilio,lib.6.art.3.eſt
pag.352.col 2.ver.fateor tamen.Ergo à fortiori iuſtitia 27.
debet cæteros poſſe impedire,ne expellant hunc nouitiũ
à religione.Quod autem hi 27. nitantur iuſtitia, iam di-
ctũ fuit,quòd nulla adeſt iuſta cauſa, qua expelli & reii-
ci is debeat.

Septimò mouet me non parum, ꝙ adhuc plus q̃ duas
partes ex tribus faciunt hi 27.ſi ab illis 14.ſubducentur il
li qui inter ſe pacti ſunt,atque ita (vt dici ſolet) con-
ſpirarũt de expellendo hoc nouitio.Nam ob pactionem
21 ✝ quò ad hunc actum eorũ ſuffragia & vota nihil operã-
tur:quem-



tur:quemadmodum ſcribunt omnes in c.ſi Papa.79.diſt.
& in ca.bonæ de elect.quòd electio facta ab illis, qui am
bitiosè conuenerunt de eligendo aliquem, atque ita ma
lo zelo,annullari debet.quod tradit & Petrus de Baiſio
in trac.de electio.parte 3.cap.3.vbi inquit, quòd etſi elige
22 re debentes ✝ poſsint inter ſe habere conſiliũ de eligen-
do aliquem,non tamen poſſunt deliberare:& ſi delibera
rent,electio ſubſecuta,eſſet annullanda, & ſcribit Ioan.
And.in cap.bonæ memoriæ Cremo.col.2.ad finem.de e-
lect.& in electione facienda omnis tractatus ambitioſus
23 prohibetur.Quod autem ✝ malo zelo & animoſitate po-
tius quadam quàm æquitate hi 14. adducti ſint ad hunc
nouitium reiiciendum,vel ex eo conſtat,quòd (vt iam di
ctum fuit)nullam iuſtam cauſam huius contradictionis
aſsignant,ita in ſpecie ſcribit Io.de Turrecremata Cardi
nalis,in ca.ſanè,in fi.65.diſt.Imò hîc malus zelus, qui in
24 animo conſiſtit,& qui ✝ ob id cõiecturis probari poteſt,
vt poſt Inno.& alios.in ca.eccleſia,il.2.de elect.ſcribit Pe
trus de Baiſio in d.tract.de elec.parte 3.ca.35.nu.9.hic in-
quam malus zelus probatur,quia aſſeritur, quòd aliqui
ex illis 14.inter ſe dixerunt, *Dagli tu il voto contra, perche è
Veroneſe: & per diſpetto del maeſtro ſuo.* Et hæc dici poteſt cõ
25 ſpiratio facta contra hunc nouitium:cùm cõſpiratio ✝ ſit
dicta à conſpirando,id eſt,ſimul aſpirando cõtra aliquẽ.
ita cenſet Archid.& Turrecremata in cap.coniuratio.nu
mer.11.q.1.& eo loci is Turrecremata ſcribit, quòd con-
ſpirare eſt contra aliquem ſimul in vnum maligno ſpiri-
tu inſurgere.Nam ſic Iudæi contra Seruatorem noſtrum
conſpirarunt.Ioan.cap.11.Et inquit Archid.in cap. cõſpi
rationum.11.q.1.quòd conſpiratio dicitur multorum con
uentio quæ fit ad ſubuerſionem ſtatus vel dignitatis alte
rius.atque variè puniri pro perſonæ qualitate, atque ita
pœna erit arbitraria ſuperiori. Cùm ergo ad ſubuerſionẽ
ſtatus & honoris huius nouitij hi conuenerint,conſpiraſ
ſe in eum dicuntur,& per cõſequens eorum ſuffragia nul
lius momenti ſunt,imò aliqua pœna Reuerendi D. Ab-
batis arbitrio puniendi.

Octauò ac vltimò,(dato,non conceſſo tamen,rẽ hãc
eſſe vtraque ex parte dubiam,quia claram eſſe pro noui-
26 tio opinor)in dubio ✝ pro nouitio,atque ita pro 27.ſuffra
giis eſſe iudicandum hac ratione cenſeo,quòd vbi in his
electionibus magnũ extat dubium pro qua parte ſit pro-
nuntiandum,id fieri debet, quod obſeruant iuriſconſul-
ti in approbanda vna opinione,quæ maximè apud Do-
ctores ſit controuerſia:ita in ſpecie cenſuit Cardinalis Ia
cobatius in tract.de concilio,li.6.art.3.pag.358.col.2.ver-
ſi.ſed ſi contingeret.Atqui ſolent iuriſconſulti in re ma-
ximè dubia ſequi opinionem benigniorem & æquiorẽ:
ita Mattheſil.in tract.de electione verioris opinionis.nu.
5.& ſcribunt Neuiza.li.5.Syluæ nuptia.nu.68.& Pariſ. cõ
ſi.6.nu.24.lib.1.&conſ.66.nu.17.lib.3.Atqui dubium non
eſt quin hoc in caſu ſit magis æqua & magis benigna e-
27 lectio ✝ quàm reprobatio huius Nouitij. Quòd ſit electio
magis benigna vel ex eo conſtat,quòd illa dicitur beni-
gnior pars,qua pronuntiatur in dubio aliquem eſſe coo-
ptandum in collegium & numerum aliorum,vt poſt Bal
dum conſ.183.Statuto ciuitatis Veronæ,lib. 2. ſcribit Iaſ.
in l.huiuſmodi.§.legatum.nu.20.de legatis primò. idem
Iaſ.conſ.120.lib.4.Alciatus reſp.91.& reſp.725. Ea eſt ra-
tio(quæ hîc maximè conuenit) quòd ſi cooptetur,nemo
28 læditur,imò collegium ✝ ampliatur,quod fauorabile eſt
l.3.§.pen.ff.de decurio.l.magiſtros.C.de profeſſ. & med.
lib.12.at contrà,ſi is cooptandus reiiceretur, ei maximè
damnoſum & ſummi dedecoris eſſet.Eſt etiam magis æ-
qua,cùm nullum vitium,nulla iuſta cauſa adſit,qua reii-
ci hic debeat.Et ideo reſpondit Alciatus,d.reſpon.725.ꝙ
29 quando vota ✝ ſunt paria,atque ita in dubio, debet pro-
nuntiari pro eo,qui vult collegio aggregari.

Non obſtant nunc adducta in cõtrarium, quia facilè
ex relatis reſpondetur:præſertim ad primum, quòd etſi
verum ſit 27. perfectè non conſtituere duas partes ex tri-
bus 42.cùm pro altera tertia ſunt 14.attamen dico paruũ
hunc exceſſum non eſſe conſiderabilẽ:& præſertim, quia
nec ſano nec maturo iudicio ducti ſunt illi 14.ad ita notã-
dum.Cætera iam relata non repeto.

Non obſtat ſecundum,quia reſpondeo, quòd hodie
non habetur tanta ratio deformitatis promouendi ad re-
ligionem.Nam hodie ſolùm arcentur à ſacerdotiis & re
ligione cæci,manchi & his ſimiles, qui ſacra miniſteria
30 tractare impediuntur. Non enim modicum ✝ vitium vel
deformitas repellit.c.2.de corpore vitia. quo loci gloſſa
31 declarans,quæ dicatur modica ✝ deformitas, inquit re-
linqui iudicis arbitrio. Quam quidem ſententiam, poſt
Butrium,Car.& alios probaui in commentariis de arbi-
trariis iudicum,&c.lib.2.caſu 226.num.7.vbi num.8. ſub
ieci ex cap.2.de corpore vitiatis,illum non dici deformẽ,
vt à ſacerdotio reiiciatur, qui maculam habet in oculo.
Quod idem de hoc Nouitio dicendum eſt,quia non eſt
præſumendum quòd Reuerendus D. Abbas ad religio-
nem eum recepiſſet,concedendo ei habitum nouitiatus,
ſi talis fuiſſet deformitas,quæ ad ſacerdotium promoue-
ri impediret.Et poſteaquam eo in ſtatu fuit receptus, ita
quoque debet conſeruari,ne facto ipſius D. Abbatis læ-
datur,ſi enim D.Abbas cognoſcebat eum deformem,at-
que ita minus idoneum,debebat eum reiicere ab initio:
nam (vt iam dictum fuit)turpius eiicitur, quàm non ad-
mittitur hoſpes.

Non obſtat vltimum,quia reſpondeo, quòd ex quo
32 non conſtat de ſententia ✝ priuatoria illius ſuſpecti, eius
votum ſuffragari debet,vt ſentiunt omnes in capit. quia
propter,de electio.& Baiſius in tract. de electio. parte 1.
33 capit.22.Nemo enim indignus ✝ præſumitur, niſi probe-
tur,quod hoc præſertim in caſu procedit,vbi hic qui alle
gatur voce priuatus,eſt in quaſi poſſeſsione dandi ſuffra-
34 gium,quæ ✝ ſanè quaſi poſſeſsio reiicit onus probãdi in
aduerſarios,vt ſcilicèt illi habeant neceſſe clarè probare,
hunc voce priuatum eſſe.iuxta l.circa.ff.de proba. & ſcri
bit Ripa in c.cùm eccleſia Sutrina.col.1. de cauſa poſſeſſ.
& propr.Et ideo ſi hic non potuit hoc in caſu ferre ſuffra
gium,deberent etiam annullari omnes illi actus, electio
nes & approbationes, quibus iam antea hic ſuffragium
dedit,iuxtà capit.Meſſana, de elect. Ne ergo tot & tanta
inconuenientia ſequãtur,dicendum eſt,rectè datam eſſe
vocem ab hoc ipſo in caſu hoc noſtro,& per conſequens
eſſe pronuntiandum pro ipſo Nouitio, vt ei concedatur
habitus profeſsionis.Hanc eſſe arbitror veram Canoni-
ſtarum ſententiam, quidquid cenſeat ſacræ Theologiæ
Doctor excellens,qui contrarium reſpõdit: cui quidem
in his parum deferendum eſt, etſi in cæteris ei multùm
35 tribuo.Nam Theologica ✝ ſcientia ſolùm verſatur circa
iuris diuini interpretationem, nempè quò ad Seruatoris
noſtri opera,& quo ad ea,quæ ſpiritualem & veræ fidei
cognitionem ſpectant.ita cenſent permulti,quos recen-
ſet Pariſius Cardinalis conſilio 67.numero 32.libro quar
to,vbi poſt multos ſcribit,quòd Theologi reſpondentes
ſuper dubiis quæ occurrunt in cauſis matrimoniali-
bus, & his ſimilib. grauiter errant. Nam periculo-
ſum eſt (inquit Pariſius) illis in iſtis aliquid affirmare,
vel negare.Concludo itaque ita iuris eſſe, rectiore iudi-
cio ſaluo.

Iacobus Menochius I.C.

Quia communicato conſilio cum excellẽtiſsimo ac
clariſsimo D.Iacobo ſupra conſulente,idẽ ſenſit,& quia
adeò abundè,copioſè & doctè per eum omnia fuerunt
diſcuſſa,vt nullus ſit relictus additioni locus: ideo ſuffi-
ciat hoc atteſtari quod ego in eandem ſententiam, abſq;
vlla hæſitatione concurro,cùm ſciã omnia deducta per
eum,ſecundum iuris veros terminos eſſe deducta,atque
ideo indubitatam reddere concluſionem per eum firma
tam,quòd ſcilicèt nouitius iſte omnino intelligatur re-
ceptus,præſertim cum vt mihi præſupponitur in facto,
Reuerendus Abbas,etiam ad tollendum omne dubium

36 gratificauerit pro nouitio, quæ gratificatio † in dubijs attendenda, vt per Bald.in c. cùm M. Ferrar. nume.32. de conſtit. prout in diſcordia opinionum tradit Iaſ.in l. iuriſgentium.§.hodie.num.4.de pac. Et plura ad hoc adducit Tiraq.in trac. de primoge.in q.17.in ſecunda opi. per totam.

Tiberius Decianus I. C. Vtienſis, & in Patauino gymnaſio iur. ciu. ordinarius interpres in p. ſede matutina manu propria ſubſcripſi & ſigillaui in fidem præmiſſorum, ſaluo. &c.

*SVMMARIVM.*

1 *Primogenitus quot modis dicatur.*
2 *Primus ille dicitur, quem nemo præcedit.*
3 *Proximus ille dicitur, quem nemo in gradu præcedit.*
4 *Tempus mortis teſtatoris ſpectatur ad videndam qualitatem hæredis, ob quam ad ſucceſſionem vocantur. & num.*102.
5 *Emphiteuſis, quæ ex pacto ad primogenitum tranſire debet, tranſit ad primogenitum, qui reperitur tempore mortis emphyteutæ.*
6 *Succeſſio habet naturam relationis ad tempus mortis.*
7 *Primogenitus ille non dicitur, qui deceſſit ante feudum apertum ſed ille dicitur qui eo tempore in rerum natura eſt.*
8 *Primogenitus in dubio qualis dicatur.*
9 *Statutum quòd primogenitus ſuccedat in feudo, an primogenito decedente, ſecundogenitus admittatur.*
10 *Primogenitus qui mortuo patre debet in feudo, ſuccedere, ſi committat delictum adeò quòd priuetur, an ſecundus admitatur. & num. ſeq. &* 59.
11 *Principatus ſi perueniat ad primogenitum, tamen ipſo repudiante, ſecundogenitus obtinebit. & num.*59.
12 *Primogenitus dicitur etiam ille, cuius frater natu maior deceſſit.*
13 *Dignitas quæ recedit ab indigno applicatur proximori gradui.*
14 *Patronus ſi conſtituendo in Eccleſia iuſpatronatus reſeruauerat facultatem, quòd ſemper primogenitus habeat præſentare.*
15 *Statutũ vel conſuetudo quòd primogenitus ex primo matrimonio ſuccedat in baronia ſi orirentur filij ex tertio matrimonio, an tunc ſtatutum habeat locum.*
16 *Tertium matrimonium quandoque dicitur ſecundum.*
17 *Secunda electio quandoque dicitur prima reſpectu tertiæ.*
18 *Nuptiæ omnes poſt primas dicuntur ſecundæ. & qua ratione. num.*115.
19 *Subſtitutio facta à teſtatore duobus antiquioribus de domo & familia ſua, intelligitur non ſolùm facta duobus illis primis, verum etiam alijs ſequentibus gradatim poſt illos primos duos.*
20 *Verba in dubio quæ poſſunt duo tempora ſignificari, exponi debent, vt ſignificent illud tempus, quod magis naturæ actus conuenit.*
21 *Teſtamentum recipit robur à die mortis teſtatoris, non à die facti teſtamenti.*
22 *Teſtatoris voluntas eſt ambulatoria vſque ad mortem.*
23 *Tempus præſens & præteritum in vltimis diſpoſitionibus denotat futurum, vbi ponuntur quamplurima exempla & nu.* 29.70.
24 *Argumentum à diſpoſitione legis ad diſpoſitionem teſtatoris valet.*
25 *Voluntas teſtatoris ita coniecturari poteſt vti voluntas legis.*
26 *Verbum præſentis temporis in diſpoſitione legis protrahitur ad futurum. & num.*29.
27 *Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates valet.*
28 *Verbum præſentis temporis in contractibus trahitur ad futurum, & ſeq. num.*70.
29 *Tempus præſens in dubio debet denotare etiam tempus futurũ, & de veritate nu.*70.
30 *Conſanguineus præſumitur ſcire nomen conſanguinei ob ſanguinis coniunctionem.*
31 *Dictio tunc à teſtatore prolata temporis extremitatem ſignificans, ad tempus mortis refertur.*
32 *Verbum præſentis temporis per appoſitionem dictionis, tunc denotat tempus futurum.*
33 *Pars vna teſtamenti aliam declarat.*
34 *Teſtator in vna parte teſtamenti faciens mentionem de filijs maſculis, & in alia de filijs tantum, intelligitur ſemper de maſculis.*
35 *Indefinita æquipollet vniuerſali cum eadem adeſt ratio.*
36 *Et non ſolum quò ad res, verum etiam quo ad perſonas cum eaſdem adeſt ratio.*
37 *Diſpoſitio facta de primo, extenditur etiam ad eum, qui in eius locum ſubrogatur.*
38 *Legatum factum ancillæ meæ nominæ Agatiæ an ſi vendita, ea, alia, cui idem nomen imponitur, ematur debeatur illi ſecundæ.*
39 *Deſpoſitio facta de caſu vero, extenditur aliquando ad fictum.*
40 *Proprietas verborum attendẽda, nequæ ab ea recedendum eſt, maximè in vltimis voluntatis.*
*Interpretotio ſtricta ſumenda eſt in fideicommiſſis legatis & ſubſtitutionibus. & num.*47.
41 *Proprietas verborum attenditur in teſtamentis etiam ſi adſit præſumpta mens diſponentis contraria.*
42 *Et etiam ſi actus, foret nullus.*
43 *Mens præfertur proprietati ſermonis, & quando numer. ſeq.*
44 *Verba aliquando dependent à mente, & tunc potius verba quàm mens attenditur.*
45 *Finis potior eſt, quàm ea quæ ſunt ad finem.*
46 *Mens & verba ſe habent inuicem tribus modis.*
47 *Subſtitutiones ſtrictè interpretantur cum difficile inducantur, vel conſtitutæ extendantur*
48 *Subſtitutio directa inducta non dicitur niſi verbis expreſſis conſtet.*
49 *Idem dicimus de fideicommiſſaria.*
50 *Subſtitutio fideicommiſſaria difficilius extenditur de perſona ad perſonam.*
51 *Primogenitus qualis propriè dicatur ſecundum legem Diuinam Canonicam & Ciuilem.*
52 *AEtas perſonæ ineſt per modum ſubſtantiæ, Is enim eſt homo in iure noſtro, quem ætas demonſtrat.*
53 *Primogenitura vti quid ſubſtantiale in alio quàm in primo verificari minimè poteſt.*
54 *Fictio non cadit ſuper his, que naturaliter eſſe nequeunt.*
55 *Primogenitura eſt ætatis beneficium cum alteri concedi non poteſt. & num. ſeq.*
56 *AEtas eſt quid perſonale, quod cum perſoona extinguitur.*
57 *Prius & poſterius in tempore conſiſtit.*
58 *Verbum iſtud primogenitus, ſecundum naturam intelligi debet de eo, qui primò natus eſt.*
59 *Regnum Siciliæ quod debetur primogenito, ſi ipſe repudiaret vel moreretur, ſecundogenitus ſecundum veriorem opinionem non admitteretur. & ſuprà de alijs contrarium tenentibus vide num.*10. & 11.
60 *Verba præteriti temporis ad futurum non protrahuntur, & qua ratione.*
61 *Verba hæc primogenitum natum, an intelligantur de iam nato, vel potius naſcituro.*
62 *Verbum ſi ſui natura duo tempora ſignificare poteſt, vt præteritum & futurum, de illo intelligitur quod magis naturæ rei cõuenit.*
63 *Voluntas ſeu actus teſtatoris in dubio intelligitur potius de præſenti quàm de futuro.*
64 *Mutatio eſt quid accidentale.*
65 *Tempus præteritum de præſenti manere dicitur.*
66 *Mixtum ſequitur naturam ſui ſimplicis quantum fieri poteſt.*
67 *Argumentum ab oppoſitis valet.*
68 *Tempus futurum non includit, nec præſens neque præteritum.*
69 *Et an præteritum includat præſens.*
70 *Et ſecundum veriorem opinionem tempus præſens non protrahitur ad futurum.*

*Argumentum*



71 *Argumentum de contractibus ad fideicommiſſa valet, quia tã vno quàm alio caſu ſtricta ſumitur interpretatio.*
72 *Verbum præſentis temporis non includit ſui natura futurum, niſi manifeſtè exprimatur.*
73 *Legatum tertiæ partis intelligitur de tempore facti teſtamenti, non alio, licèt alia bona eſſent poſt ea acquiſita.*
74 *Promiſſio de facienda pace pro ſe & filiis ſuis, intelligitur de filius natis tantum non etiam naſcituris.*
75 *Subſtitutio facta de filiis, intelligitur de filijs natis tempore teſtamenti.*
76 *Legatum factum de frumento quod quis in horreo habet, ſi frumentum conſumptum ſit, quid ſit faciendum.*
77 *Primogenitus quando dicatur ille, qui eſt ſecundus ſed efficitur primus puer mortem primi.*
78 *Teſtator quando vtitur ſermone plurali, ſiue vniuerſali, omnes ordine ſucceſſiuo ſuccedunt, ſecus ſi ſingulari.*
79 *Diſpoſitio teſtatoris ſemper intelligitur circa tempus præſens, neque trahitur ad futurum niſi ex neceſſitate, vt ibi.*
80 *Legatum factum ab aliquo vxori ſuæ, quam non habebat, an intelligatur factum vxori futuræ. & num. ſeq.*
81 *Naſciturus in futurum quando veniat in diſpoſitione teſtatoris.*
82 *Inſtitutio videtur, facta in dubio de eo, qui certus erat teſtatori, non de incerto.*
83 *Teſtator ſi inſtituat ventrem ſi prægnans eſt de illo filio concepto intelligitur tunc tempore facti teſtamenti non de alio.*
84 *Poſthumus vocatus in inſtitutione intelligitur de nato ex quacumque vxore, non de ea tantum tempore facti teſtamenti.*
85 *Primogenitura dupliciter intelligitur & num.*124.
86 *Verba teſtatoris quæ poſſunt intelligi in caſu vero & ficto, potius de vero quàm de ficto interpretari debent.*
87 *Legatum factum pro prima filia nubenda, intelligitur pro prima filia reſpectu natiuitatis, non autem matrimonij.*
88 *Teſtator ſi legauerit maioribus de familia, de quibus intelligatur ſermonem habere voluiſſe.*
89 *Diſpoſitio hominis loquens in caſu vero, non comprehendit fictum.*
90 *Teſtator in dubio potius dicitur vocare primogenitum ratione conſeruandæ familiæ quàm ſecundogenitum.*
91 *Subſtitutio fideicommiſſaria non extenditur de perſona ad perſonam, etiam ex præſumpta mente teſtatoris ſubſtituentis.*
92 *Subſtitutio licèt extendatur de caſu ad caſum ex mente præſumpta teſtatoris, non tamen extenditur quando inducitur diuerſitas perſonæ.*
93 *Sic quando extenderetur de perſona vera ad fictam, quia in hoc caſu extenſio minnimè admittitur.*
94 *Voluntas teſtatoris interpretari non debet per viam diuinationis.*
*In teſtamentis nil magis eſt proprium quàm claritas.*
95 *Voluntas teſtatoris non attenditur cum verba non patiuntur, etiam ſi magna ſit præſumptio voluntatis, & ſeq.*
96 *Teſtator licèt voluerit ſcribere plures hæredes, vel aliquid aliud, ſi tamen non reperiatur ſcriptum, non attenditur quid voluerit, ſed quod ſcriptum eſt.*
97 *Aſſerens ſe vocatum eſſe ex tali ſubſtitutione, debet probare talem ſubſtitutionem hanc naturam habere, vt comprehendat illum.*
98 *Probatio vt probanti proſit, certa & clara eſſe debet.*
99 *Dubietas interpretari debet contra illam allegantem.*
100 *Verba præteriti imperfecti ſubiunctiui ſignificant etiam tempus præſens, & tunc ad aliud non protrahuntur, ſi verò non verificarentur in tempus præſens, ad futurum extendi poſſunt.*
101 *Voluntas teſtatoris in dubio non attenditur.*
102 *Tempus mortis teſtatoris cur ſpectetur ad videndam qualitatem hæredis.*
103 *Succedens duas qualitates habere debet, primo quòd à diſponente ſit vocatus, ſecundò quòd habeat illam qualitatem. quæ vocationi à diſponente fuit adiecta. & nu.*105.
104 *Intellectus ad l. ex facto §. ſi quis autem. ff. ad. S.C. Trebell. & l. in ſubſtitutione ff. de vulga.*
105 *Vocatus vt poſſit ſuccedere, quæ requirantur qualitates. Et ad hoc tres caſus figurantur.*
106 *Qualitas adiecta verbo intelligitur ſecundum tempus verbi.*
107 *Et quando adiecta eſt tempori.*
108 *Et quando adiecta eſt verbo ſeparata, quomodo iſtæ tres regulæ intelligantur.*
109 *Verbum tranſeat, vti verbum ſuccedat, eſt verbum futuri temporis.*
110 *Anch. conſi. 82. declaratur.*
111 *Conceſſio à Principe facta dicitur beneficium, & latè interpretatur & qua ratione.*
112 *Hæres inſtitutus vſque ad certum tempus cenſetur abſolutè hæres, reiecta mentione illa temporis.*
113 *Vnigenitus impropriè dicitur ille qui alium habuit fratrem, qui tamen momento temporis vixit.*
114 *Primogenitus an dicatur ille, qui illegitimè natus, & cum poſtea alius filius legitimus natus eſt, ipſe legitimatur, vel potius ille legitimè natus.*
115 *Primum dicitur, quod ante ſe nihil habet.*
116 *Secundus à ſequendo dicitur, ideo omnia poſt primum poſſunt dici ſecunda.*
117 *Fideicommiſſum quod ad agnationis & familiæ conſeruationem inducitur, an dicatur odioſum vel fauorabile, vt poſſit vel non poſſit extendit de perſona ad perſonam.*
118 *Diſpoſitio teſtatoris quomodò dicatur habere naturam reſpicientem tempus futurum.*
119 *Interpretatio in dubio ſemper illa ſumenda eſt, qua diſpoſitio valeat.*
120 *Tempus præſentis temporis vel præteriti imperfecti trahitur ad futurum, cum in præſenti verificari non poſſit.*
121 *Legatum factum de certa ſpecie, non recipit augmentum, & qua ratione.*
122 *Extenſio & relatio non conceditur quando ſermonis proprietas repugnat.*
123 *Subſtantia ſuppoſita facilè qualitatem extendere poteſt.*
124 *Verbum poteſt à teſtatore prolatum an denotare poſſit tempus futurum. Et quomodo intelligatur. & ſeq.*
125 *Verba poſſunt naturam mutare ratione adiuncti.*
126 *Potentia eſt ad actum de futuro.*
127 *Impoſſibile dicitur, quod nullo tempore fieri poteſt.*
128 *Legatum factum de omnibus bonis, quæ Peruſiæ reperiri poſſunt, an intelligatur tantum de bonis tunc exiſtentibus, vel quæ eſſe in futurum poſſunt.*
129 *Intellectus ad l. ſi ita quis, de aur. & arg. leg.*
130 *Teſtator in dubio non præſumitur voluiſſe fruſtrà diſponere.*
131 *Mandatum de prouidendo alicui idoneo, extenditur ad eum, qui beneficium obtinet, ſi poſt mandatum ille beneficio renuntiat.*
132 *Viuentis nulla eſt hæreditas vel ſucceſſio.*
133 *Intellectus ſiue ratio ad l. placet. ff. de lib. & poſth.*
134 *Vſuræ ſunt acceſſiones.*
135 *Diſpoſitio ſiue voluntas teſtatoris licèt pro lege habeatur, non tamen eſt lex.*
136 *Verba præſentis temporis non trahuntur ad futurum in contractibus.*
137 *Licèt aliquibus caſibus ſecus ſit, & quomodo procedat.*
138 *Verba præſentis temporis collectiua quomodo extendantur ad futurum.*
139 *Collectiuum nomen quid ſit.*
140 *Nomen agnationis vel gregis, vel peculij, eſt nomen collectiuum*
141 *Diſpoſitio facta de nomine collectiuo ſuper verbum præſentis temporis extenditur ad futurum.*
142 *Pax facta pro ſe & ſubditis ſuis, extenditur ad futuros.*
143 *Promittens coquere panem pro me & familia mea, pro tali mercede, an aucta familia pro eodemmet precio teneatur id facere.*
144 *Legatum factum cognatis an debeatur ſingulis vel vt vniuerſis.*



*Et an legari*

145 *Et an legari poſſit vniuerſitati & vni corpori, & an illis de corpore debeatur vt ſingulis.*
146 *Teſtator ſi reliquerit vxori omnes veſtes ſuas, ſi corruptæ ſint, & reficiantur, an debeantur.*
147 *Legatum debetur ſecundum naturam quam habet tēpore mortis teſtatoris, non teſtamenti: & numero præced.*
148 *Homines poſſunt mutare nomina ſua propria.*
149 *Interpretatio in teſtamentis fit ſecundum tempus mortis teſtatoris, quo tempore ſua diſpoſitio recipit perfectionem.*
150 *Habita tamen ratione ad intellectum verborum tempore conditi teſtamenti.*
151 *Interpretatio non poteſt ſumi ex actu futuro.*
152 *Voluntas teſtatoris ita intelligitur prout loquitur, maximè ſi facile aliter dicere poterat.*
153 *Naſciturus quando veniat ſub appellatione filiorum.*
154 *Indefinitum quid ſit.*
155 *Et quando æquipolleat vniuerſali, & quando non.*
156 *Fideicommiſſum continet in ſe odium.*
157 *Subrogatus ſapit naturam illius, in cuius locum ſubrogatur.*
158 *Subrogatio ſolet fieri vel ab homine vel à lege.*

## FACTI SPECIES.

*MAgnificus Capitaneus Mercurius Baiardus Parmenſis teſtamentum condidit, in quo ſuos hæredes inſtituit Magnificos Equitem Franciſcum & Capitaneum Andream de Baiardis, quibus ſine filijs maſculis decendentibus ſubſtituit primogenitum maſculum naſciturum ex D. Baiarda ipſius teſtatoris filia: adiecta conditione, quòd ſe nominari faceret de domo & familia de Baiardis. Cui ſine filijs maſculis decedenti ſubſtituit primogenitum natum & procreatum ex D. Solomea eius ſorore, & ex Magnifico Iuriſconſulto D. Gabriele de Taglia Ferris eius marito, ſub quouis nomine contingat ipſum nominari. Ita tamē quòd dictus filius ſe nominari & inſcribi faciat de domo & caſata illorū de Baiardis. Quibus hæredibus vt ſuprà decedentibus ſine maſculis ſubſtituit Magnificum D. Ludouicum de Baiardis ſi ſuperuixerit, ſin minus eius filium ſeu filios maſculos legitimos & naturales, qui tunc ſuperuixerint ſub quocunque nomine contingat ipſum, vel ipſos nominari.*

*Præſupponitur in facto tēpore conditi teſtamēti extitiſſe ex Do. Solomea filium maſculum vndecim menſium, qui viuo teſtatore, deceſſit: & alterum filium D. Solomeam peperiſſe.*

*Vita functo teſtatore ſucceſſerunt in bonis D. Franc. & Andreas primi hæredes inſtituti ſine filijs maſculis. deinde ſucceſſit primogenitus Dom. Baiardæ, qui tandem nulla prole legitima relicta deceſſit. Nunc dubitari contingit, an hæc ſucceſſio debeatur Magnifico atque Excellentiſſimo Iuriſconſulto Do. Io. Baptiſtæ de Baiardis filio dicti D. Ludouici, vel ſecundognito D. Solomeæ.*

## CONSILIVM XCVII.

# Initium à Domino.

HABET hæc cōſultatio plurimū dubitationis: ſi quidem dicēdum videbatur, ſecundogenitū ex Do. Solomea & Do. Gabriele eius viro conſequi debere hæreditatem Do. Mercurij Baiardi teſtatoris, excluſo Magnifico atque Excellētiſsimo D. Ioan. Baptiſta Baiardo, filio Magnific. Dom. Ludouici ſubſtituti. Quandoquidem, mortuo illo primogenito D. Solomeæ, viuente adhuc teſtatore, huic ſecundogenitus factus eſt primogenitus, atque ita tempore mortis ipſius teſtatoris reperitur primogenitus: & per cōſequēs, hic primogenitus eſſe videtur, q à teſtatore vocatus fuit. Quod equidem multis poſſe probari creditur.

Primò ea ratione, quòd teſtator vocauit primogenitū D. Solomeæ, ſed iſte qui nunc reperitur, eſt primogenitus: ergo iſte is eſt qui à teſtatore vocatus & ſubſtitutus
1 fuit. Illa minor propoſitio ita probatur. Primogenit⁹ † altero de duobus modis ſumitur: is primogenitus dicitur, qui primus omnium naſcitur, primuſque vuluā aperit, vt ſcriptum eſt Exodi cap. 34. & Numeri ca. 13. Quēadmodū
2 & prim⁹ † is dicitur, quē nemo præcedit. l. ex duobus. ff. de vul & in procem. Digeſtorū. §. diſcipuli. Quēadmodū
3 & proximus † is dicitur quem nemo præcedit in gradu. l. proximus, de verb. ſign. Sumitur & primogenitus pro illo qui tempore mortis patris eſt inter filios natu maior. quod egregiè ſcribunt Alc. in d. l. proximus, de verb. ſig. & Guliel. Benedic. in c. Raynutius, in verbo, in eodē teſtamēto relinquens primo. nu. 156. de teſtam. Quod ſanè
4 tempus † mortis teſtatoris ſpectari ſolet, vt dicatur hæres habere qualitatē, ob quā ad ſucceſsionē vocatur. l. ex facto. §. ſi quis autem. ff. ad Treb. Quod reſpondit & Baldus conſ. 275. Quod pro regula, colum. pen. lib. ſecundo, quē infra referā. Cùm ergo hic ſecundogenitus D. Solomeæ repertus fuerit tempore mortis Do. Mercurij teſtatoris primus natorum dictæ D. Solomeæ, ſequitur dicendum eſſe eum, qui à Dom. teſtatore vocatus fuit. Hæc ratio cōfirmari ita ſecundò poteſt ex doctr. Baldi in l. 2. nu. 5. C. de iure emphy. cùm ſcriptum reliquit, quòd emphy-
5 teuſis, † quæ ex pacto ad primogenitum tranſire debet, tranſit ad primogenitum, qui reperitur tempore mortis
6 emphyteutæ. Ea ratione quia ſucceſsio † habet naturam relationis ad tempus mortis, & ideo inſpicitur prioritas, quæ tunc in rerum natura verſatur. d. l. ex facto. §. ſi quis autem. ff. ad Trebell. Et in ea ſpecie Baldum ſecuti ſunt Tiraquell. in tract. de iure primigen. q. 3. num. 6. ver. & ex eodem. & Alciatus in d l. proximus, de verb. ſignifi. qui & illud in ſpecie ferè noſtra ſcribit, quòd ſi teſtator filio ſuo ſubſtituit eum, qui tunc ſecundogenitus erit filiorum ſororis ſuæ: defuncto inſtituto, ſecundus filius collitigat cum tertio, inquit Alcia. quòd ille tertius admittitur, quia eo caſu dicitur ſecundogenitus. Atque ita ſe reſpondiſſe ait, cùm ex facto fuiſſet interrogatus. & fortè eſt reſponſum Alciati 560. incipit, filium Agnetis, ſecundum primam impreſſionem Lugdunenſem. Prætereà & tertiò huc ſpectat doctrina eiuſdem Baldi conſil. 275. Quod pro regula, col. penul. libr. 2. dum reſpondit,
7 eum non eſſe primogenitum † de iure, qui deceſſit ante feudum apertum, iuxt. d. l. ex facto. §. ſi quis autem ſuſcepit. ff. ad Trebell. Et paulò poſt ſubſequenti col. ſcribit, atque ſubiūgit, illum dici primogenitum. qui tempore quo feudum aperitur, in rerum natura eſt prim⁹, ex tex. §. proximus, Inſt. de legit. agna. ſucceſſ. Accedit & quartò quod reſpondit Ancha. conſi. 82. Dicta facti narratio. num. 8. cùm ſcribit in hæc verba: Prior enim, ſiue primo-
8 genit⁹, † debet interpretari de illo, qui ſuperuixit. tēpore mortis



mortis eius, de cuius bonis agitur, vel de aliis per eius obitum in aliis deriuandis, vt in caſu noſtro. vt d. §. final. & l. in ſubſtitutione filij. ff. de vulg. & pup. ſubſt. Hæc ille. Cuius quidem verba apertè demonſtrare videntur, hūc ſecundogenitum, de quo agimus, verè dici primogenitū: cùm tempore ſucceſsionis omnium primus reperiatur. Confirmatur hæc ſententia quinto loco ex doctrina Iſerniæ in c. 1. §. prætereà, col. pen. ver. ſed quia ponitur. in tit. quæ ſit prima cauſa benefic. amittē. in vſibus feudo. dum
9 ſcriptum reliquit, quòd ſi extat conſtitutio, † qua primogenitus in feudo ſuccedat, ſi moritur primogenitus, ille ſecundus eius loco ſuccedit, quia hoc caſu primogenitus dicitur Iſerniam ſecuti ſunt Affli. ibi. in gl. 3. num. 23. idem in cap. 1. in prin. num. 40. de ſucceſſ. feud. idem in cap. 1. in 4. notab. num. 7. tit. hic finit lex. & in ca. 1. §. 1. verſic. ſextò nota. titu. de filiis natis ex matr. ad morga. contract. & Tiraq. in dicto tract. de iure primige. q. 3. num. 6. Ea ratione adducti, quòd tempus mortis, ſeu ſucceſsionis attēditur, vt quis dicatur primogenitus & habilis ad ſuccedēdūm.

Rurſus, & ſexto loco, accedit quod ſcribit idem Iſernia in cap. 1. §. denique, in titu. quæ fuit prima cauſa bene
10 fic. amitten. dum ait, quòd ſi pater † habet feudū, in quo ex conſuetudine debet ſuccedere primogenitus tantùm, & primogenitus eius committit delictum in dominum, viuo ipſo patre, certè patre mortuo, non ſuccedit ipſe primogenitus, ſed ſecundogenitus, qui remoto illo primo, ob patratum delictum, primus dicitur. Ita Iſerniam citat Tiraquell. in d. tract. de iure primigen. quæſt. 3. num. 9. qui eiuſdem opinionis fuiſſe Cardinalem Alexand. ibi ſcribit.

Huc ſpectat ſeptimo loco traditio Martini Laud. in tract. de principibus. q. 351. incipit, primogenitus, &c. cùm ſcriptum reliquit, quòd ſi primogenit⁹ principis, ad quē
11 principatus † pertinebat, repudiat, ſecundogenitus illum obtinebit. Quam ſanè doctrinā probarunt & Oldradus conſi. 94. nume. 15. Ant. Corſetus in tract. de poteſtate regia. quæſtione 107. nu. 74. in fine. & Tiraq. in d. tract. de iure primige. q. 4. num. 9. in fine, adducti ex c. 1. §. 1. quibus modis feud. amitt.

Confert octauo loco quod reſpondit Imol. conſi. 113. in cauſa, quæ, col. 2. num. 2. verſi. item pro Peracina. dum
12 ait, quòd primogenitus † dicitur cuius frater natu maior deceſſit. adductus ex cap. nam & ego, de verb. ſign. quo loci vnigenitus appellatur, qui & fratrem habuit, qui tamen eſt mortuus, quaſi natus non videatur, qui non durauit. Adfert & cap. vlt. §. item opponitur. 22. q. 2. vbi ſecūdogenitus appellatur primogenitus, cedēte primo. Imo lam ſecutus eſt Tiraq. in dicto Tract. de iure primigen. q. quarta. num. 12.

Huc nono loco facit doctr. Alber. in procem. Digeſtorum. §. diſcipuli: num. 16. verſi. item certum eſt, dum ait, quòd ſi, mortuo patre, primogenitus repudiat eius hæreditatem, regnum ſtatim deuoluitur ad ſecundogenitum. Idem Albericus in l. donationes. col. 3. verſ. item certum eſt. C. de don. inter vir. & vxor. quem ſecutus eſt Tiraq. in d. tract. de iure primigen. quæſtione tertia, nu. 6. verſi. atque etiam. mouetur Albericus, arg. l. 1. §. aſsignare. & l. 3. §. 1. ff. de aſsigna. libertor.

Huic etiā opinioni decimò ſuffragari videtur, quod docuit Baldus in l. cùm antiquioribus. num. 11. ver. & primò præmitto. C. de iure delib. cùm ſcribit, quòd ius primogeniture fuit ablatum Ruben primogenito, quoniā thorum patris violauerat, & datum fuit filiis Ioſeph. Nā
13 dignitas † (inquit Baldus) quæ recedit ab indigno, applicatur proximiori gradui. argu. l. 3. §. emancipati. ff. bono. poſſeſ. cōtra tab. & cap. licèt, de voto. Baldum eſt ſecutus Tiraq. d. tract. de iure primigen. q. 4. num. 9. Et idē quod Baldus reſpondit Oldradus conſ. 94. num. 16. Et verè ita hiſtoria hæc Ruben legitur Geneſ. c. 35. & cap. 49. ſentiūt ergo Oldradus & Baldus, ſecundogenitum dici primogenitum, mortuo primo.

Hac etiam pertinet vndecimo loco doctrina Rebuffi in tract. de pacificis poſſeſſorib. nu. 129. cùm ſcribit, ꝙ
14 ſi patronus, † cōſtituendo in eccleſia iuſpatronatus, reſeruauit facultatē ꝙ ſemp primogenitus hēat præſentare, ſi primogenitus religionē profiteatur nō ipſe amplius præſentabit, ſed ſecūdogenitus. cùm eo caſu ſecūdogenitus cēſeatur primus. Nā (inquit Rebuffus) duplex eſt primogenitura: vna rōne natiuitatis: altera, ꝙ ſit primo cognit⁹ à iure. Et huius opinionis recenſet Bellamer. conſil. 33. col. 1. Et Rebuffi aſſertionem probauit Tiraq. in d. tract. de iure primig. q. 3. num. 11.

Ad rem etiam duodecimò ac vltimò conferre videtur, quod in ſimili ſcribunt Cynus, Baldus & Salicetus in l. ſi quis. §. talem. in fine. & ibidem Alber. nu. 5. C. de ſecūd.
15 nupt. cùm ſcribunt, ꝙ ſi conſuetudo † dictat quòd filius ſolus primogenitus ex primo matrimonio ſuccedat in Baronia, ſi Baro ille duxit primam vxorem, ex qua filios generauit, deinde ea ſecunda etiam mortua, duxit tertiā, & filios habuerit: Barone moriēte, filius ille ſecundi matrimonij primogenitus primi matrimonij appellatur:
16 quandoquidem tertium † matrimonium dicitur ſecundum: ergo & ſecundum primum. Cynum & relatos probauit Tiraq. in d. tract. de iure primigen. q. 3. numer. 7. qui numer. 8. ſubiungit ex eodem Baldo in d. §. talem, quòd ſi ex omnibus matrimoniis ſint liberi, ſed is, qui ſolus erat ex primo matrimonio repudiat Baroniam, vel efficitur frater minor, certè is, qui illum ſequitur, obtinebit Baroniam, tanquam primogenitus, Nec enim obſtat alijs qui omninò eſt inhabilis. l. ſi poſt mortem. §. liberi. ff. de bono. poſſ. contra tab. confirmatur & alio ſimi-
17 li, quo dicimus ſecundam † electionem dici primam reſpectu tertiæ. ita gl. in cap. cùm Vintonienſis, in verbo con
18 currebat, de electio. Ita etiam ſecundæ nuptiæ † dicuntur omnes poſt primas, & ita tertiæ nuptiæ appellantur ſecundæ. glo. in rubr. C. de ſecund. nupt. Alex. conſ. 6. nu. 4. lib. 6. Imola in l. mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Trebell. & egregiè Io. à Ripa in Rubr. C. de ſecundis nuptiis. nume. 13.

Secundò principali loco huic opinioni non mediocriter ſuffragari videtur quod reſpondit Anch. conſil. 27. Non ſeruato ordine, col. pen. Qui quidem Anchar. re-
19 ſpondit, quòd ſubſtitutio † facta à teſtatore duobus antiquioribus de domo & familia de Calcagnis, intelligitur non ſolùm facta duobus illis primis, verùm etiam aliis ſequentib. gradatim, poſt duos illos primos, Anch. ſecuti ſunt Roma. conſ. 438. nume. 14. Barba. conſi. 27. nume. 12. verſi. prætereà adducitur. li. 1. cōſi. 18. col. 6. lib. 2. & conſi. 14. col. 2. verſi. vnde ſolennis doct. libr. Soc. Sen. in l. Gallus. §. quidem rectè. numer. 9. & in §. inſtituens. col. vlt. ibi Iaſ. numer. 23. de lib. & poſth. idem Soc. Sen. conſil. 250. col. 5. verſi. prætereà poſt filios libr. 2. & conſil 12. numer. 18. lib. 3. Ruin. conſil. 34. numer. 15. conſi. 40. col. 3. conſil. 214. numer. 9. libr. 1. conſil. 24. numer. 6. conſil. 102. numer. 1. conſil. 110. numer. 14. lib. 2. conſil. 164. numer. 4. & conſil. 167. num. 7. lib. 3. Dec. conſi. 516. num. 16. Alb. conſ. 51. num. 14. Tiraq. in ſpecie noſtra in tract. de iure. primigen. q. 3. nu. 10. idem in l. boues. §. hoc ſermone. limit 3. nu. 16. & limit. 12. nu. 5. de verb. ſig. & Natta. conſ. 591. nu. 27. li. 3. Ea ratione motus eſt Ancharanus, ꝙ ſine expreſſione nominis proprij relictum eſſet fideicommiſſum duob. antiquiorib. de familia. & ob id teſtator non vocatos, ſed familiam ipſam dilexiſſe creditur: & per conſequens, vocauit non ſolùm duos illos antiquiores, qui eo tempore conditi teſtamenti viuebant, ſed & cæteros poſteriores: cū & ipſi poſſint eandem familiam conſeruare. Quæ ſanè ratio caſui noſtro non parū cōuenire videtur. Quādoquidem hic ſecundogenitus ita æquè nomen & inſignia familiæ teſtōris ferre poterit ac potuiſſet ille primogenitus vita fūctus, ſi vixiſſet. cōuenire ergo vr̄ volūtati teſtōris, vt hic ſecūdogenitus ſit loco illius primogeniti ſubſtitutus & vocatus. Tertiò hāc opinionē adiuuare nō parū videntur verba ipſius teſtamēti, quæ ita ſcripta ſunt: Primogenitum natum & procreatum, &c. quæ ita reſoluuntur, cum

tur, cum relatiuo,qui natus & procreatus erit. Hoc in-
quam modo reſolui & exponi debere, vt tempus futurũ
20 ſignificent, illud ſuadet, ꝙ in dubio verba † quæ poſſũt
duo tp̃a ſignificare,exponi debent vt ſignificent illud tẽ-
pus,qđ magis naturæ actus conuenit. ita probat l. cùm
tale.§.falſam.de cond.& demon.c.2.§. ſtatuto. vbi gl.de
conſt.in 6.& clarè Rom.conſ.333. Quò ad primum. nu.1.
Atqui natura actus teſtatoris diſponentis,magis reſpice-
re vr̃ tp̃s mortis, atq; ita futurum quàm tp̃s cõditi teſta-
21 menti,ſicq; præſens:cum tp̃e mortis † ſua diſpoſitio per-
fectionẽ recipiat.l.4.de adim.leg.D.Paulus ad Hebræos.
c.9.ca. cùm Marthæ.de celebr.miſſa.Ea eſt rõ, ꝙ antequã
22 moriatur teſtator, † ambulatoria eſt eius voluntas.d.l. 4.
ff.de adim. leg. cum ſimilibus. Sequitur ergo eſſe expo-
nendum,qui natus erit,atque ita in futurum.Et per con-
ſequens hic, qui tp̃e mortis teſtatoris reperitur primo-
genitus,ſubſtitutus credit̃.Quartò admiſſo,ꝙ illa verba,
natum & procreatum,exponi debeant nõ in futurũ tp̃s,
ſed in præſens,qđ & præteritum includit,hoc modo,id-
eſt qui natus & procreatus eſt:attñ ſiue loquamur de tẽ-
pore præterito,ſiue de præſenti,vtrunque includere vide
tur tempus futurum,atque ad illud protrahi. ita. n.præ-
23 teritum † tp̃s in vltimis diſpoſitionibus includere, & fu-
turum probare vr̃.l.ſi ita legatũ.ff. de cond. & demõ. vbi
verbum præteriti tp̄is ad futurũ trahitur. Ita pariter in l.
cùm pater.§.fidei tuæ,de leg.2. reſpondit Papinianus, ꝙ
ſi teſtator fideicommiſſum in teſtamento ab vxore relin-
quat,filiæ meæ reſtituas qdquid ad te puenerit,intelligũ-
tur fideicommiſſo ſuppoſita , quæ in codicillis deinde is
teſtator eidem vxori legauit,quamquam verbum perue-
nerit temporis præteriti ſit:cùm præteritum ad futurum
protrahi videatur.Sed magis vrget l.talis. in princ. iun-
cto §.vlt.& l. ſeq.de leg.1. Quod ſi ita eſt de præterito cõ-
ſtitutum,multò melius idem de præſenti tpe dicendũ eſt;
cùm proprius ſit futuro quàm præteritum.Et iure aper-
to probari vr̃ in l.ſi ita quis, de leg.1. quo loci ait Vlpia-
nus,ꝙ ſi teſtator relinquit legatario, quantũ capere põt,
intelligitur illud verbum põt, qđ præſentis tp̄is eſſe vi-
demus,etiã de futuro.Ita ẽt in l.placet.ff.de lib. & poſth.
reſpondit idem Vlpianus, inſtitutionem factam de po-
ſthumo iam nato comprehendere & naſciturum. Non
diſſimili in caſu reſpondit Scæuola in l.vlt.§.vlt.ff.de lib.
leg.quòd ſi teſtator reliquit ſeruo debitori ſuo id in quo
teſtatori ipſi debitor eſt, intelligitur legaſſe etiam quod
ei tempore ſuæ mortis debebit, atq; ita tempus præſens
comprehendit & futurum. accedit & l. cùm certus.ff. de
tritico,vino & oleo legat. Quod vel ex eo etiam confir-
24 mari videtur,quòd argumentari † licet à diſpoſitione le
gis ad diſpoſitionẽ teſtatoris.l. ſeruus hac lege. ff. de ma-
numiſſ. l. ſi ita fuerit ſeruis duob. vbi Barto.ff. de manu-
miſſ.teſta.& l.cùm quidam.C. de verb. ſig. copioſè Eue-
rardus in centuria legali,in loco,à lege ad teſtatorem. &
Ripa in l. nemo poteſt.num.37.de leg.1. qui ait ex ſenten
tia Angeli conſi.280.Martinus Ioannis. colu. 2. eiuſdem
25 modis voluntatem † teſtatoris poſſe coniecturari,quibus
& legis diſpoſitio poteſt:ſed in diſpoſitione legis verbũ
26 † præſentis temporis ad futurũ protrahitur.l.1.ff.de cond.
ex lege,& l.ex hoc edicto.ff.de aliena.iud.muta.cauſa fa-
cta. ergo pariter & in diſpoſitione teſtatoris idem vide-
27 tur dicendum. Præterea, argumentum † licèt ducere à
contractibus ad vltimas diſpoſitiones, l. ſeruum filij.
§.eum qui Chirographum.l.quæ de tota, de leg. 1. latè
Euerardus in centuria legali, in loco à contractibus ad
28 vltimas voluntates.Sed in contractibus verba† præſen-
tis temporis ad futurũ etiam trahuntur. l. 1. in fin.& l.ſi
quis ſocietatem.ff.pro ſocio.& l.vlt.C.quæ res pigno.o-
blig.poſſ.ergo idem & in vltimis voluntatibus dicendũ
videtur. His conſequens hoc fieri poſſe videmus,quòd
ſubſtitutio facta de primogenito nato & procreato a-
pta eſt comprehendere & naſciturum: atque ita hunc
ſecundogenitum, qui tempore mortis teſtatoris reperi-
tur primus.

Quartò huic opinioni fauere videtur hæc ratio,ꝙ e-
tiamſi ſi concederemus,nos in dubio verſari, an ſcilicet
29 hæc verba tempus † præſens conditi teſtamenti, vel mor
tis reſpiciant,adhuc dicendum videtur reſpicere futurũ,
atque ita tempus mortis teſtatoris,ex l.ſi cognatis.ff.de re
bus dub.quo loci ait Vlpianus, quòd legatum cognatis
factum,intelligitur & illis factum,qui cognati reperiun
tur tempore mortis teſtatoris,etſi antea non fuerint tem
pore teſtamenti:ita pariter in l.quoties.§.vlt.ff.de vſufru
ctu,& quemad.quis vtatur,inſpicitur tempus mortis te-
ſtatoris,vt cognoſcatur, quorum bonorum vſusfructus
ſit legatus. Idem de alimentis reſpondit Modeſtinus in
l.Mela.§.ſed & ſi.ff.de alimen.& cib.leg.& ſimile in l.gre
ge.de leg.1.ergo idem in caſu noſtro dicendum videtur,
hæc verba,primogenitum natum & procreatum,reſpice
re tempus mortis teſtatoris:vt is primogenitus ſubſtitu-
tus dicatur,qui eo tempore erit.

Sextò apertè aſſertio hæc probari videtur ex aliis ver
bis teſtamenti atque ſubſtitutionis,ibi,ſub quouis nomi-
ne nominari contingat.Quæ ſanè verba coniecturam nõ
leuem facere videntur,teſtatorem non ſolùm intellexiſ-
ſe de primogenito,qui tunc temporis extabat, ſed & de
alio,qui tempore mortis ſuæ extitiſſet.

Nam,cùm filius ille primogenitus iam eſſet vndecim
menſium tempore confecti teſtamẽti, præſumitur quòd
30 teſtator † ſciuerit eius nomen ob ſanguinis coniunctio-
nem.l.Octaui.ff.vnde liberi.cum ſimilibus. Et in ſpecie
hac ferè ita argumentatur Imola conſi.113. In cauſa quæ
vertitur & verſa eſt.nu.4 verſ.item aduertendum.

Septimò accedit,quòd teſtator ſubſtituit primogeni-
tum Dominæ & Solomeæ tũc cùm morietur ille primo-
genitus Dom.Baiardæ de Baiardis ſine filiis. Quæ ſanè
31 dictio † tunc,temporis extremitatem ſignificans, ad tẽ-
pus mortis refertur.l.penultima.ff.de teſta.tutela.quo lo
ci Iabolenus ait,quòd ſi teſtator tutorem ita det: Luciũ
Titium tutorem do,ſi is non viuat,tunc C.Plautium tu-
torem do.is C.Plautius erit tutor mortuo Lucio Titio
primo tutore.rationem reddit Iabolenus, quia illa ver-
32 ba ad mortis tempus referuntur. Atque ita verba † præ-
ſentis temporis,ob vim illius dictionis,tunc,ad futurum
protrahi intellexit Bart.in l.ſi ita.num.1.ff.de auro & arg.
leg.dũ opponit de illa l.pen.quæ incipit,tutoribus.Cùm
ergo hic qui nunc reperitur filius D. Solomeæ, ſit primo
genitus ſuus,inſpecto tempore mortis illius primogeni
ti D.Baiardæ,ſequitur dicendum,hunc eſſe illum primo
genitum vocatum à teſtatore.

Octauò,quòd de naſcituro primogenito ex D. Solo-
mea ſenſerit teſtator,coniectura ducitur ex ea teſtamen-
ti parte,in qua vocauit D.Ludouicum & eius filium vel
filios,caſu quo primogenitus Dom.Solomeæ,decedat ſi
ne liberis.Quibus verbis vocat etiam naſcituros, quia cũ
eſſet ſanguine coniunctus d. D. Ludouico, ſatis ſciuiſſe
creditur,an haberet iam natum,vt verè habebat.Cùm er
33 go vnà † pars teſtamenti alteram declaret.l. qui filiabus.
de legat.1.ſequitur dicendum,quòd quemadmodum vo
cauit naſcituros ex D.Ludouico, ita præſumitur vocaſſe
naſcituros ex D.Solomea.Cõfert quòd ex d.l.qui filiab.
reſpondit Abb.conſil.37.Videtur primò,columm. vltim.
34 libro 2.cùm ait, quòd ſi teſtator † mentionem faciat filij
maſculi in vna parte teſtamenti, & poſtmodum in alia
parte ſimpliciter filium nominet,de maſculo intellexiſſe
præſumitur. Abbatem ſecuti ſunt Ruin.conſil.83.in fi. &
conſil.99.numer.9.lib.2.& idem conſil.168.numer. 12. li-
bro 3.Curt.Iun.conſil.112.numer.4.Neuiz.conſi.33.num.
9.Ripa in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.il 1.numer.17.ff. ad
Trebell.Pariſ.conſi.18.numer.22.lib.2.Rubeus.conſ.141.
nu.4.Soc.Iun.conſi.90.numer.17.lib.1.& Alcia.reſp. 638.
numer.2.

Nonò huc non parum facere videtur, quòd teſtator
vocauit primogenitum verbo indefinito. Atqui indefini
35 ta † æquipollet vniuerſali,cùm eadem adeſt ratio,ita ſcri
bunt Bart.in l.ſi pluribus.num.6. verſi.in dubio qualiter.
de leg.2.



de leg.2.Angel.conſi.261.Punctus eſt in anno.num.2.qui
36 non ſolùm † quò ad res, ſed etiam quò ad perſonas ait,
indefinitã æquipollere vniuerſali, cùm eadem adeſt ra-
tio.Caſtr.conſi.78.ſuper eo quòd,primo loco.colu.2.verſ.
Nec obſtat primum.lib.1.Cùm ergo ſit eadem ratio affe-
ctionis & dilectionis D. Mercurij teſtatoris erga hunc ſe
cũdogenitũ,quæ fuit erga illũ primũ,dicẽdũ videtur,hũc
ſecũdogenitũ eſſe vocatũ ſub illo nomine primogeniti.

Decimò ac vltimò ita pro hoc ipſo ſecundogenito
argumentari poſſe videtur.Hic ſecundogenitus, & legis
& teſtatoris diſpoſitione ſubrogatus eſt loco illius pri-
37 mogeniti defuncti.Atqui diſpoſitio † facta de primo ex-
tenditur & ad eum,qui loco primi ſubrogatur.Ergo diſ-
poſitio huius teſtatoris etſi ſit de primogenito illo, qui
tunc viuebat,adhuc tamen extenditur ad hunc ſecundo-
genitum,qui loco illius primi ſubrogatus eſt. Illam mi-
norem propoſitionẽ probat notab.l.filiæ §.Titia,de cõd.
38 & demon. vbi teſtator † legauit ancillam nomine Aga-
theam,quam tunc tp̄is habebat,& deinde eam vendidit,
aliámq; alterius nominis emit,& ei nomen Agatheæ im
poſuit:reſpondit Paulus, hanc ſecundam Agatheã cen-
ſeri à teſtatore legatam.Ea videtur ratio, quia hæc loco
primæ ſubrogata fuit.Hinc docuit,ex d.§.Titia,Iacob.de
Arena,quem in d.§.Titia,ſecuti ſunt Caſt.& Socin.quòd
ſi teſtator legat frumentũ,quod hrbet tunc in horreo, &
illud deinde vendat, aliudq; loco illius primi reponat,
hoc repoſitũ deberi.& ſimile tradit Io. Andr. in c.vlt. de
verb.ſig.in 6.quem ſecutus eſt Crotus in l.omnes popu-
li.nu.154. de iuſt. & iure dum ſcribit, ꝙ ſi conceſſum eſt
duobus clericis cum Ep̃o abſentibus, vt percipiant fru-
ctus reſidentiæ, etſi non reſideant:extendi etiam ad duos
alios clericos loco primorum ſubrogatos. idem reſpon-
det Alex.conſi.177.nu.12.lib.2.Et licèt hic ſecundogeni-
tus fictè dicatur ſecundum multos primogenitus: atta-
men cùm loco illius primogeniti ſit ſubrogatus, illa di-
39 ſpoſitio† facta de caſu vero extẽditur ad hunc fictum, at-
que ita comprehẽdit hunc ſubrogatũ.ita docuit Io.Cro-
tus in d.l.omnes populi.nu.215.ff.de iuſt.& iure. Hæc me
maximè dubium & ancipitem reddebant, ne cõtra hunc
ſecundogenitum reſponderem.

Cæterùm, re diligẽtiſſimè perpẽſa & examinata,cõtra
ria ſentẽtia viſa eſt verior,nẽpè hũc ſecũdogenitũ D.So-
lomeæ non cenſeri vocatum à D. Mercurio teſtatore,
atque ita non eſſe illum primogenitum ex D. Solomea
à teſtatore ſuo in teſtamento nominatum. Hoc vt pla-
num faciam, priùs duo præmittam,quæ iuri noſtro ma-
ximè probantur. Primum, quòd in dubio à proprietate
40 † ſermonis recedendum non eſt, præſertim in ſubſtitu-
tionibus, fideicommiſſis & legatis, in quibus ſtricta ſu
mitur interpretatio.l.non aliter,de legat.3.l.ſi alij ff.de v-
ſufructu lega. imò tanta eſt vis proprij ſermonis, vt ab
41 eo recedere † non liceat,et ſi adſit, præſumpta mens diſ-
ponentis contraria. ita Bald. conſi. 408. ſtatuto ciuitatis
Mantuæ.lib.3. quem ſecutus eſt Craue.in ſpecie noſtra
42 conſ.161.num.13. Accedit ꝙ qñ verba † ſunt clara,eorum
attenditur proprietas etiam ſi actus reddatur nullus, ita
docuit Soc.in l.vbi eſt.in 5. notab. de cond.& demon. &
43 Craue.conſi.188.col.2. Et quo dicitur mentem † præfer-
ri proprietati ſermonis.l.cùm proponeretur. de leg.2. le-
ge tertia.C.de lib.præter. cap. propterea, de verb. ſigni.
44 quandoquidem verba † à mente pendent, non autem
mens à verbis.l.Labeo.ff.de ſupellect.lega. cap. ſecundò
45 requiris,de appella.Eſt ratio, quia potior † eſt finis, hoc
eſt,mens,quàm quæ ſũt ad finem, ideſt,verba,quæ ſunt
ad ſignificãdum mẽtem. Hoc tamẽ intelligitur cùm mẽs
expreſſa eſt, quemadmodum clarè probat d. l.non aliter,
de leg.3.ibi, quàm cùm manifeſtum eſt aliud ſenſiſſe te-
ſtatorem.Et declarat Soc.in l.in ambiguo.numer.9. ff.de
rebus dubiis. Et egregiè ſcribit Stephanus de Federicis
in tract.de interpretatione iuris,parte 1. nume. 6. verſi. 2.
46 præmittendum,&c.quòd mens † & verba ſe habent in-
uicem tribus modis.Aliquãdo inter ſe conueniũt, & tũc
ſine dubio vtrunque obſeruandum eſt.l. nominis & rei.
§.verbum ex leg.de verb.ſign.& l.Ancillas.de leg.1. Ali-
quando inuicem repugnant;& tunc neutrum obſeruan-
dum eſt.l.vbi repugnantia.de regul.iur.l.in ambiguo. de
reb.dubiis.Aliquando & tertiò non repugnat,ſed ſe ex-
cedunt,quia aut plus aut minus ſcriptum eſt quàm diſpo
nens voluerit.& tunc(inquit ille rectè)ſi claris argumen
tis conſtare poteſt de mente,mens ipſa attenditur, reie-
ctis verbis.Quocircà vera eſt hæc ſententia, neceſſarium
fore expreſſam eſſe mentem diſponentis & de ea clarè
conſtare debere,vt recedatur à ſermonis proprietate. Et
ideo quando ſumus in dubio, à proprio ſignificatu non
licet aliquo modo recedere.Illud etiam ſecũdo loco ſciẽ-
47 dum eſt,in ſubſtitutionibus † ſtrictam ſumi interpreta-
tionem:cùm difficilè inducantur,vel cõſtitutæ atque in-
48 ductæ vix extendantur. ſi enim de ſubſtitutione † dire-
cta agitur,dicimus illam non eſſe factam & inductam,ni
ſi verbis expreſsis cõſtet.l.vel ſingulis.l.pater.ff. de vulg,
& pupil.l.iubemus.C.de teſtamen.& expreſsim reſpon-
dit Soc.Sen.conſil.140.col.1.verſi.præterea.li.1.qui huius
ſententiæ recenſet Dynum,Baldum,Caſtrenſem & Ro-
manum.Et idem,præter hos,cenſuerunt Iaſ.in l.pen. nu
mer.7.& ibi Dec.numer.3.C.de impub.& aliis ſubſtit. &
Emmanuel Coſta,in repe.l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.
part.j.nume.22.de libe.& poſthum.ſi verò de ſubſtitutio-
49 ne † fideicommiſſaria agitur,ſtricta pariter ſumitur in-
terpretatio:nam illis in caſibus ſolùm locũ habet, in qui
bus clarè & apertè loquitur.Hinc dicere conſueuerunt
Doctores noſtri,hoc in caſu nõ loquitur ſubſtitutio tua.
Ita reſponderunt Soc.Sen.conſil.63.colum.3. verſi. & in
primis iſta concluſio.lib.1.Iaſ.conſi.29.col.pen.in fine. &
conſi.30.colum.2.lib.3.Rubeus conſ.28.nume.2. conſi.31.
num.4.& conſil.120.num.5.& conſil.144.num.4. ita pari
ter cenſuerunt Gozad.conſi.21.num.8.conſil.29.num.13.
& conſil.59.numer.1.Pariſi.conſi.38.nume.1.lib.1.& con-
ſil.31.numer.6,lib.2.Socin.Iun.conſil.101.numer.3.conſi.
118.lib.1.conſ.4.numer.13.& conſi.64.numer.10.lib.3.Al-
ciatus reſpon.564.nume.1.& Crau conſ.161.nu.16. & con
ſi.208.nu.3.Cæteros ſciens prætereo. Præterea multò dif
50 ficilius extenditur ſubſtitutio † fideicommiſſaria de per
ſona ad perſonam,ita gloſſ.l.Titius,in prin.ff. de liber.&
poſth.Aret.in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm,colu.3.verſic.
ſecundò adde.de libe.& poſth.quem ſecuti ſunt Dec.cõ-
ſi.218.nu.9.Pariſ.conſi.63.num.12.& conſ.66. num.5.lib.3.
Iaſ.conſ.220.col.4.lib.2.& alios infra ſuo loco referam.
His præmiſsis,multis rationibus & argumentis probo,
hunc ſecundogenitum non cenſeri vocatum & ſubſtitu
tum à teſtatore, vt ſit loco illius primogeniti, qui tempo
re conditi teſtamenti in humanis erat.

Primò ea ratione moueor, quòd teſtator vocauit pri-
mogenitum D.Solomeæ. Atqui iſte non eſt primogeni-
tus;cùm alter eum iam præceſſerit:ergo iſte non dicitur
vocatus. Illa minor probatur,quòd ſcilicèt verè & pro-
51 priè ille dicatur primogenitus,† qui primò natus eſt, nõ
autem qui loco primogeniti mortui eius locum eſt in-
greſſus.Hanc aſſertionem probat lex diuina, põtificia &
Cæſarea.Lex inquam diuina Exodi ca.34. Quæ ita ſcri-
pta eſt:Omne quod aperit uuluã generis maſculini,meũ
erit.De cunctis animantibus tã de bobus,quàm de ouib.
meum erit.Primogenitum Aſini redimes oue:ſin autem
nec pretium pro eo dederis, occidetur. primogenitum
filiorum tuorum redimes: nec apparebis in conſpectu
meo vacuus.His apertè conſtat,primogenitum appella-
ri illud quod primò naſcitur. Et multò clarius hoc idem
iuſſerat iam Dominus Exodi ca.13.Et Eccleſiaſt.c. 24. ita
ſcriptum eſt.Ego ex ore altiſsimi primogenita ante om-
nem creaturam. Iure autem põtificio probatur in capit.
Ioſeph,in fine.de verbor.ſignifica. Iure verò ciuili ſatis
probatur in §.in reliqua verò parte,in prœm. Digeſto-
rum,ex illis verbis:Quia quod primum eſt, aliud ante ſe
habere non poteſt.confert & l.ex duobus, in princip. ff.
de vulga.& pup. ſub. Ratione hæc vera aſſertio confir-

52 matur,quòd.ſ.ætas † perſonæ ineſt per modum ſubſtan-
tiæ.is enim eſt homo in iure noſtro quem ætas demon-
ſtrat.l.anniculus.de verbo.ſignifi.& l.ſi infanti.C. de iu-
re delib. Vnde ius primæ ætatis ſeu primogenituræ tã-
quam connaturale & ſubſtantificatum,atque eo inſepa-
rabile in nullo alio ſubiecto verificari poterit.arg.l.ſordi
dorum.C.de excuſa.mune.libr.10.l.nam quod.ff. de pe-
nu leg.& l.3.in prin.ff.de tutel. Et hac ratione ad rem no
ſtram,poſt Lucam à penna in l.1.co.6.C.de priuileg.eo-
rum qui in palat.milit.lib.12.vſus eſt Zaſius conſ. 8.num.
53 3.li.1.qui.num.4.ſubiungit,† quòd is,qui eſt ſecundoge
nitus,nec fingi etiam poteſt pro primogenito. Quando-
54 quidem ea quæ generaliter per naturam † verè conſtare
non poſſunt,nec fingi poſſunt.l.adoptio.ff.de adoptio. &
Inſt.eo.§.minorem At facilè conſtat, nullum in natura,
qui ſecundogenitus eſſet,primogenitum poſſe dici: igi-
tur nec fingi poſſe.Quibus,(& rectè inquit Zazius)con-
ſequens eſt,nec quò ad effectum iura primogeniti,ſecun
dogenitum vſurpare poſſe.Accedit,(vt inquit Anch. cõſ.
55 82.Dicta facti narratio.num.6.) eſſe primogenitum † eſt
ætatis beneficium,quod alteri concedi non poteſt, cùm
56 ætas † ſit quid perſonaliſsimum,quòd cum perſona ex-
tingitur:ſicut alia,quæ oſsibus inhærent. Et idem ſenſit
Bald.conſilio 275.Quod pro regula.colum.3.verſ.or vt di
xi.lib.2.cùm ſcripſit,iura primogenituræ morte extingui.
Hæc ipſa aſſertio multorum auctoritate probatur. Nam
Baldus (vt ab eo incipiam)in l.cùm antiquioribus.num.
11.ver.& primò præmitto.C.de iure delib. ſcriptum reli-
quit,idem eſſe dicere primogenitum,quod primò natũ,
57 id eſt,qui primò vidit lucem,cum priùs † & poſterius tẽ
pore conſiſtat.l.Arethuſa,de ſtatu.hom.Et ſubiũgit Bal-
58 dus, quòd hoc verbum primogenitus † ſecundum natu-
ram intelligi debet,qui primò natus eſt. Baldum ſecuti
ſunt Tiraquellus in tractat.de iure primigen,quæſtio.1.
numero 6.& Moderni Pariſienſes in conſuetud. Pariſien.
tit.1.§.8.gloſſ.prima,in princip.Hoc idem reſpondit ipſe-
met Baldus dicto conſilio 275.Quod pro regula.column.
4.verſi.nam primogenitus.libro 2.dum ait,quòd primo-
genitus intelligitur,id eſt primus in gradu naturæ.Idem
conſilio 389.conſuetudo.column.3.verſic.nec refert. lib.
2.reſpondit,primogenitum eſſe nomen naturæ. Ita quo-
que Abbas conſilio 85.In præſenti quæſtio.numer.3.ver-
ſic.ſecundò probatur.libr.1.inquit, quod primogenitus
idem eſt quod maior natura,vel ætate. Idem ſcripſerunt
Ioannes le Cirier in tract.de primogenitura libr. 1. quæ-
ſtio.4.numero 20.& Tiraq.eodem tractat.q.1.numero 7.
Hoc idem ſenſit Baldus in cap.1.in fine de filiis natis ex
matr.ad morga.contracto.cùm ſcripſit,quòd cùm regnũ
59 † Siciliæ ex pacto deferatur primogenito,ſi ille primoge-
nitus moriatur ſine liberis, non ſuccedet ſecundogeni-
tus: quia de primogenito loquitur pactum, non autẽ de
ſecundogenito.ex l.iubemus.§. vltim. C.ad trebell.Ec-
ce quòd apertè ſentit Baldus,eum eſſe primogenitum,&
primogenituræ iura conſequi,qui primò natus eſt. Bal-
dum ibidem ſecuti ſunt Martinus Laud.& Cardi. Ale-
xan. Georgius Natta in tracta. ſtatuto. excluden. fœmi-
nas.q.2.principali.nu.26.Iaſ.in l.quoties.nu.42. C.de rei.
vind.Lupus in rub.de donatio.inter vir.& vxo.§.69.col.
pen.verſi.ex iſtis dicebat.& iterum verſic.reperio tamen,
Catelianus Cotta in ſuis Memorialibus, in verbo pri-
mogenitus. Et Baldum verè probauit Romanus cõſi.98.
Quò ad id de quo.nu.2.ver.item exiſtente,dum ait,quòd
de iure procedit opinio Baldi: et ſi ipſe Romanus in ſuo
illo caſu, ob contrariam conſuetudinem, aliter reſpon-
derit.Quocircà malè Tiraquellus in tract.de iure primi-
gen.q.4.in fine,& in l.boues.§.hoc ſermone, in prin. nu.
110.de verbo.ſignifi.ſcripſit,Romanum Baldi doctrinam
improbaſſe.Huc ſpectat quod docuit Goffredus in l.& i-
deo.ff. rerum amota. Accedit his Lupus in capitulo per
veſtras §.23. in fine.de donatio. inter virum & vxorem,
qui idem quod iam dixi,ſcribit.

Secundò admiſſo,quòd ex ſermonis proprietate ſe-
cundogenitus dici poſſit primogenitus, mortuo ipſo
primo,adhuc in ea ſum ſententia,hunc ſecundogenitum
non poſſe in hoc caſu noſtro obtinere locum primogeni-
ti.Nam his verbis teſtator primogenitum vocauit, pri-
mogenitum natum & procreatum. Quæ ſanè verba,na-
tum & procreatum, ſunt temporis præteriti. Atqui ver-
60 ba † præteriti tẽporis,ad futurũ non protrahuntur: ergo
verba hæc,natũ & procreatum,ad futurũ non trahũtur,
& per conſequẽs ſolùm demõſtrat primogenitũ, qui tũc
in humanis agebat,non autẽ futurum.Illa maior propo-
ſitio,quamquam ſatis nota ſit, probatur tamen auctori-
tate Gellij li.7.noct. Attica.ca.17.quem recenſent & pro-
bant Alciatus & Io.Brechæus in l.verbum erit.num.1.de
verbor. ſig. cùm enim dicimus, ſubreptum, ſcriptum,
intelligimus de præterito rem perfectam. cùm verò ad-
iicitur ſuum verbum cùm ſuo relatiuo, duobus modis
apponi & reſolui poteſt.Primò,apponendo verbum præ
ſentis temporis, hoc modò, qui natus & procreatus eſt.
Secundò, adiiciendo verbum futuri tẽporis, hoc modo,
qui natus & procreatus erit. Sed in hac dubitatione di-
co eſſe recipiendam primam illam reſolutionem, vt di-
camus,natum & procreatum,id eſt,qui natus & procrea
61 tus eſt.Ea † eſt ratio prima,quod eſt ſecundum ſermonis
proprietatem,vt rectè ſenſit Alciatus in d. l.verbum erit.
num.4.de verb.ſigni. quem ſecutus eſt Tiraq. in l. ſi vn-
quam.in verbo,donatione largitus.num.113.C. de reuo-
ca.dona.Et iam diximus, verbum natum, eſſe de præte-
rito,ergo illi conuenit addere verbum,eſt, melius quàm
verbum erit. Quod ſecunda ratione efficaci comproba-
tur.ſi enim hæc verba,ſubreptum,natum, & his ſimilia,
iuncta verbo, eſt, ſuam naturam adhuc retinent, vt ſcili-
cèt ſit præteritum tempus iunctum præſenti, vt ſcribit
Alciatus in d.l.verbum erit.numer.1. ex ſententia Gellij
d.li.17.c.7.noct. Attica.ergo illi magis conuenit in dubio
adiicere verbum eſt,quàm verbũ erit, quod eius naturæ
62 repugnat, Accedit tertia ratio,ꝙ etiam vbi verbum † ſui
natura poteſt duo tempora ſignificare, vt puta præteritũ
& futurum,ſolùm de eo tempore intelligitur, quod ma-
gis naturæ rei conuenit.l.cùm tale.§.falſam, de cond.&
demonſtr.glo.in capit.2.§.ſtatuto,de reſcrip.in 6.Roma.
conſil.333. Quò ad primũ.nu.1.Atqui in dubio actus teſta
63 toris † intelligitur potius de præſenti quàm de futu-
ro. l. ſi ita, ff. de auro & argen. leg. cum ſimilibus, quæ
mox referam. Ergo à fortiori hæc verba,natum & pro-
creatũ,quæ ex propria ſua ſignificatione oſtendunt præ-
teritum,cum præſenti, non ſignificabunt aliquo modo
futurum.Illa verò maior propoſitio quòd ſcilicèt præ-
teritum tempus,ad futurum non protrahatur, apertè de
monſtratur. Nã tempus præteritum iam actum demon-
ſtrat,futurum quod agendum eſt.Inter hæc quãta ſit dif-
ferentia nemo eſt qui non videat. Accedit, quòd ſi tem-
pus præſens non includit futurum, ad illúdque non ex-
tenditur (vt infrà dicemus)quantò fortius nec futurum
ſub præterito includi poteſt? Nan ſi dico,Caius dona-
uit, ſcripſit,fecit,non includitur, nec ſequitur de præſẽ-
ti, donat,ſcribit,facit.quod ſatis per ſe clarum eſt. Et illa
ratione iuuatur,quia,aliàs ſuam naturam non retineret,
64 ſed mutaret:quæ ſanè mutatio † non præſumitur, cùm
ſit accidens. ita glo.in l.ſi verò.§.quæ pro rei qualitato.
ff.qui ſatiſd. cogan. Et ſcribit Alciatus in tract.præſump.
regul. ſecunda, præſump. 1.& præſump. 10.& 25.ſi (vt
dixi (præteritum non includit præſens, ergo à fortiori
nec futurum. Eadem ratione dicendum eſt de verbo,
quod duo tempora,ſcilicèt præſens & præteritum,valet
cõtinere:quale eſſe poteſt hoc de quo agimus, nẽpè,na-
tum & procreatum,exponendo,natum eſt, quemadmo-
65 dum & illud,ſubreptum eſt.Eſt † enim præteritum,quod
de præſenti manet,ſicuti ex Gellio li.17.noct.Attica.cap.
7.ſcribit Alciatus,in l.verbum erit.num.2.de verb. ſigni-
fi. etſi eo loci Brechæus, nume. 1. verſi. at ſi dixeris &c.
dixerit, quòd hoc caſu verbum præſentis temporis,
dum confunditur cum præterito,deſinit eſſe præſens,&
præteritum



præteritum efficitur:ſed à Gellio & Alciato non recedo.
Cùm itaque verbum præſens & præteritum continet, &
ambigitur an ad futurum protrahatur, cum Alciato in
d.l.verbum erit.num.3.verſi.cæterùm in iure. dicendum
eſt, ad futurum trahi illis in caſibus, quibus trahitur præ
ſens, vel præteritum ſimplex. Et rectè ſentit Alciatus,
66 cùm mixtum † ſequatur naturam ſui ſimplicis, quan-
tum fieri poteſt.vt ſcribunt Docto.in l.2.in prin.de verb.
oblig.Cùm ergo verbum ſimplex præteriti temporis &
præſentis in caſu noſtro non trahatur ad futurum, non
etiam trahitur hoc mixtum. Præterea, valet argumentũ
67 † ab oppoſitis.l.vlt.§. vlt.de leg.3. Atqui futurum † non
68 includit nec præſens nec præteritum regulariter, vt ſcri
bit Alcia.in l.verbum oportebit. nu. 6.de verb. ſignifi. &
ſenſit Afflictus deciſ.3.num.4.qui declarat non procede-
re ratione adiuncti, ergo econtrà ſequitur, nec præteri-
tum vel præſens includere futurum. Nec hîc repugnat
quod docuit Bart.in l. poſt dotem.num.21.ff.ſoluto matr.
quem eo loci ſecuti ſunt cæteri interpretes.ſcribit Barto-
69 lus,quòd quando in inſtrumento † dotis filiæ, in quo pa
ter ſtipulatur dotem ſibi reſtitui, ſcriptum eſt, quòd vir
fuit confeſſus habuiſſe & recepiſſe dictã dotem,hæc ver-
ba, habuiſſe & recepiſſe, præteriti temporis includunt
præſens. Non inquam hoc repugnat,quandoquidem il-
lud ea ratione procedit, quòd aliàs actus non valeret,fru
ſtrà enim ita pater eſſet ſtipulatus.ita declarat Alciatus in
tractat. præſump. reg.3.præſump.35.nu.7. verſi.vbi verò.

Tertiò admiſſo, quòd hæc verba, natum & procrea-
tum, ita reſoluantur, ideſt, qui natus eſt: vt ſint præſen-
70 tis temporis tantùm, adhuc dicimus, tempus † præſens
ad futurum non extendi, & illud ſui natura non inclu-
dere, ita Ange.conſi.261.Punctus eſt, col. 2.ver. contra-
rium credo.Caſtren.in l.cùm ſtipulamur.num.1.de ver-
bo.obliga.& ibi clarius Iaſ.nu.1. verſ. & potuit. Corneus
conſi.304.propè finem.lib. 3. & Alciatus in l. verbum o-
portebit.nu.2.verſ.qua ratione.ff.de verbo.ſignifi.& ſcri-
bunt permulti quos mox recenſebo. Et probant l. ſi ſti-
pulatus fuerim. §. cùm ſtipulamur. & l. ſi à colono.& l.
cùm ſtipulamur, de verbo.obliga. quæ etſi de contracti-
71 bns loquãtur,attamen † & in fideicommiſſis procedunt,
cùm ab vno ad aliud argumentũ duci ſoleat, ob id quod
æquè in vno quod in altero ſtricta ſumitur interpretatio
quod probat l.ſeruum filij. §. eum qui chirographum.de
leg.1. Et in ſpecie ab vno ad aliud ita argumentatur Soc.
Iun.conſ.99.num.7.lib.3. clarius in ſpecie legati ac fidei-
cõmiſſi probat l.ſi ita ſcripſiſſe, de leg.2.quo loci dicitur,
verba illa teſtatoris, lego quod mihi Lucius Titius dare
& facece oportet, non includere quæ poſt teſtamentum
Titius cœpit debere. quia verbũ dare oportet præſentis
temporis non includit futurum. Ita clarius probat.l.Iu-
lianus.§. vlt.de leg.3. vbi prædijs legatis cum ijs inſertis,
quæ in ea poſſeſſione ſunt, veniunt mãcipia quæ eo tem-
pore ibi ſunt: immò & quæ poſtea acceſſerunt: ſi modò
(inquid Iuricon.) hoc teſtator manifeſtè expreſſit. Ecce
72 ergo quòd verbum † præſentis temporis non inclu-
dit ſui natura futurum, ſed opus eſt, quòd manifeſtè
exprimantur. Et melius ad rem hanc confert l. vxorem,
§. teſtamento. il.1. de legibus.3. quo loci ait Iuriſcon-
ſultus, quòd cum teſtator relinqueret quinque pu-
eros ætatis ſeptem annorum, & vixiſſet is teſtator poſt
conditum teſtamentum multos annos, & tempore
mortis habuiſſet alios illius ætatis pueros, ſolùm de-
bentur pueri illius ætatis tempore conditi teſtamenti.
& ſubiungit hæc verba, quæ maximè huc pertinent;
Reſpondi eam videri ætatem deſignatam, quæ eſſe
cùm à teſtatore relinquerentur. Quemadmodum ergo
eo in caſu illa ætas quæ tempore teſtamenti erat & non
altera deſignata fuit, ita & hic ſolum fuit deſignata
ætas primogeniti, qui tunc reperiebatur. His accedit l.
vltima §.1. de legibus. 2. vbi illa verba, communes ſunt,
præſentis temporis non includunt futura, & ibi an-
notauit Bartolus poſt gloſſam. Et eò magis vrget illud
reſponſum quòd ibi teſtator vſus eſt illis verbis,propter
res vniuerſas: quæ ſui natura includere ſolent & futura,
id quod perpendit & ibi Bar. Crottus in omnes populi.
num. 156. de iuſt. & iure. & Soc. Iun. in conſi. 99.num.
5.lib.3.etſi Socin. Sen.in l.ſi cognatis.numer.26.de rebus
dubiis,intelligat etiam futura venire, & malè. Prætereà
fortius vrget.l.ſi ita de auro & argen. leg.dum Iuriſcon
ſultus ille ait, quòd verba teſtatoris in dubio prolata,
quæ tempus præſens & futurum ſignificare poſſunt: ad
præſens tãtùm referũtur.ita enim ibi ſcriptum eſt. Quia
præſens tempus ſemper intelligitur,ſi aliud compreheñ-
ſum non ſit.ſi ergo ita de verbis, quæ vtrunque tempus
poſſunt includere,conſtitutum eſt,quantò fortius idem
conſtituendũ eſt de expreſſis verbis temporis præſentis,
quæ ſolùm præſens ſui natura & proprietate ſignificãt?
Huc ſpectant multorum auctoritates:quibus paſſim af-
firmatur verba,& diſpoſitionem temporis præſentis nõ
includere futura.Ita enim ſcribit Caſt.in l. cum ſtipula-
mur.ff.de verb.oblig.dum ait ſe aliquando reſpondiſſe,
quòd cùm teſtator legaſſet hoſpitali, quidquid reſtaret
de ſuis pecuniis in monte Florẽtiæ, priùs ſolutis omni-
bus debitis, reſtaret mille:& deinde poſt acquiſierit vſ-
que ad tria milia,quòd illa mille,quæ tempore teſtamẽ-
ti ſupereſſe poterant,debentur: non autem alia duo mi-
lia.& ita iudicatum fuiſſe ſcribit Caſtren. & ſequitur ibi
Alex.& Fel.in cap.ad hæc primo, de reſcrip. Soc. Iun.d.
conſi.99.num.9.lib.3.etſi à Caſtrenſi diſſentiant in ſua il
la ſpecie Aret.& Iaſ.in d.l. cùm ſtipulamur. Ita quoque
reſpondit Alexan.conſi.171.num.1. lib. 6. quòd legatum
73 † tertiæ partis bonorum ſolùm comprehẽdit præſentia,
tempore ſcilicèt teſtamenti,& non deinde acquiſita. Idẽ
cenſuit Corneus conſi.14.nu.5.li.1.quòd ſi teſtator legat
maſſaritias ſuas,intelligitur de his, quæ tempore teſta-
menti habet:non autem de futuris.Ita pariter reſpondit
Soc.Iun.conſi.99.lib.3.ſi teſtator relinquit vſumfructum
bonorum ſuorum & omnia eius mobilia,intelligitur de
his,quæ habebat tempore teſtamẽti.Et idem reſpondit
Pariſ.conſi.21.nu.32.lib.2.Huc pertinet quod docuit Bal
dus in cap.inquiſitioni.col.vlt. de appel. quòd ſi quis o-
74 bligatuit † ſe ad pacem obſeruandam pro ſe & filiis,in-
telligitur de filiis natis,& non de naſcituris.Bald. retu-
lit Iaſ.in l.ſi ſtipulatus fuerim.§.cùm ſtipulamur.nume.
8.de verb.oblig.quo loci aliquos ab eo diſſentientes ad-
fert:quod infrà declarabimus in reſponſione ad quintũ
argumentum aduerſariorum.Hinc pariter,& ad rem ma
gis reſpondit Bar.conſ.51.Bonauentura lib.1.quòd ſi te-
75 ſtator ſubſtituit † aliquem & eius filios: intelligitur de
natis tempore teſtamenti: non autem de deinde natis.
Bartolum ſecuti ſunt Iaſ.in d.§.cùm ſtipulamur.num.8.
Soc.in l.ſi cognatis.num.30.de rebus dubiis. & conſi. 73.
num.26.lib.4.Decius conſi.95.col. 4.verſic. tertio princi-
paliter.Gozad.conſi.36.num.8.Curtius Iun.conſi.3. nu-
mero tertio,& Soc.Iun.conſi.128.num.45.lib.1.conſi.30.
num. 24.lib.3.Nec repugnat, quòd relati Doctores di-
cant ſufficere etiam,hanc qualitatem eſſe tempore mor-
tis,quia infra ſuo loco reſpondebimus.Non etiam repu-
pugnat quod ſcribit Imola.d.conſi.113.nu.7.quia ſi rectè
conſiderentur verba Imolæ, potius ille nobis fauet quã
repugnet:cùm ipſe declaret id eſſe quando teſtator vſus
eſt numero plurali, qui tempore teſtamenti verificari
non poterat. quod hîc non contingit. Et hoc modo de-
claratur doctrina Soc.in d.l.ſi cognatis.num.30. & rela-
torũ,dum dicunt ſufficere ſi naſcantur viuo teſtatore:vt
etiam dixit Iaſ.in d.l.qui filiabus,in princip.numero 10.
de leg.1.

Huc ſpectat quod ex d.l.ſi ita.de auro & argẽ.leg.ſcri-
bit Soc.in l.filiæ ſuæ.§.Titia.in fi.ff.de cond.& dem.poſt
Caſtrenſem ibi, dum Caſtren reprehendit Iacobum de
76 arena,qui aſſerebat,quòd ſi teſtator † legauit frumentũ,
quòd habet in horreo conditum:& illud conſumat, a-
liudque reponat loco primi, debetur hoc frumentum
quod tempore mortis teſtatoris reperitur, ex d. §.

Titia, Caſtrenſis & Socinus ſcribit, d. §. Titia procedere
cùm teſtator locutus eſt per verba futuri temporis: non
autem præſentis. quia ſi per verba præſentis temporis fi-
at legatum, non deberetur quod tempore mortis repe-
ritur, ſed tempus teſtamẽti ſolùm inſpicitur, dicta l. ſi ita.
Quartò exponi hæc verba non poſſunt, natum & pro-
creatum, ideſt, naſciturum & procreandum. Ea eſt ra-
tio, quia verba ſunt ſingularis numeri, & ob id vnum
tantùm primogenitum comprehendunt. Et ideo ſi dici-
mus natum pro verè tunc nato, eſt neceſſe excludere na-
ſciturum. Atque ita verum erit, ſecundogenitum eſſe ex-
cluſum. ſi verò exponimus, natum & procreatum, ideſt,
naſciturum: tunc abſurdum & contra mentem teſtatoris
ſermoniſque proprietatem reſultabit: quòd ſcilicèt vo-
catus ſit primogenitus naſciturus, cùm extaret iã natus,
ſicuti in ſpecie hac ferè conſiderat Imola. conſi. 113. nu. 4.
verſic. præterea. Et hoc in caſu noſtro locum non habet
77 iam relata Doctorum opinio, quòd † primogenitus &
ille dicatur, qui mortuo primogenito, reperitur primus
tempore euenientis conditionis. Non inquam procedit
illa ſententia hîc: quandoquidem illi loquuntur dum
ſimpliciter & indefinitè primogenitus vocatus fuit: at-
que ita ſine aliquo adiuncto. Nam tunc intelligi poteſt
de eo etiam, qui erit primogenitus tempore ſucceſsionis
nec habetur relatio ad tempus natiuitatis, ex quo inde
non ſequitur aliquod incõueniens, immò illa indefinita
locutio æquipollet vniuerſali. iux. l. ſi pluribus. de leg. 2.
78 Atqui cùm ſermone † plurali vel vniuerſali teſtator vti-
tur, vnus poſt alterum ordine quodam ſucceſſiuo ſucce-
dunt: quod non contingit in ſingulari ſermone, ita lo-
quuntur Doctores in l. Gallus. §. quidam rectè. de lib. &
poſthum. & in ſpecie Crauet. conſi. 180. colu. 3. verſi. Vn-
de benè. ſed ſecus cùm primogenitus profertur cum ali-
quo adiuncto: vt hîc primogenitum natum & procrea-
tum: quia dum habet vim propriam ſingularis numeri,
verificatur in iam nato, & naſciturus excluditur. Hæc
ſanè declaratio probatur auctoritate Roma. conſi. 231.
Præmiſſorum. num. 3. cùm reſpondit, quòd legatum libe-
ris factum, ſolùm intelligitur factum liberis iam natis,
quos ſe habere ſciebat teſtator: quamquam aliàs & na-
ſcituri comprehendantur. Et Romanum ſecutus eſt Soc.
Iun. conſ. 172. num. 24. verſi. benè fateor. lib. 2. qui ita cum
Pariſio conſi. 71. nu. 14. lib. 4. in eadem facti ſpecie idem
reſpondit. Et is Socinus in hæc verba ſcribit: Benè fa-
79 teor, quòd † quando non conſtaret neceſſariò, quòd de
futuris ſenſerit: & eius diſpoſitio poſſet in alijs verificari,
non procederet diſpoſitio illa (de diſpoſitione l. ſi co-
gnatis. ff. de rebus dubijs, loquitur Socinus) ſed contra-
rium eſſet dicendum, vt ipſe Roman. firmat. d. conſil. 231.
Accedit (inquit Socinus) pulchra deciſio Alexan. conſi.
80 171. Viſo proceſſu. num. 4. li. 2. cùm reſpondit, quòd † le-
gatum alimentorum factum vxori eius, qui tunc nullam
vxorem habebat: cùm neceſſariò de futura vxore intel-
ligatur: de quacumque intelligi debet, non ſolùm de pri
ma, ſed & de ſecunda & tertia. Sentit ergo apertè Ale-
xander quòd vbi legatum verificari potuiſſet in vxore,
quæ extitiſſet eo tempore, quòd ſecunda & aliæ ſequen-
tes excluſæ forent. Et hoc idem clarius ſenſit eo loci A-
lexander, nu. 8. dum loquitur de legato filijs facto. Qua
in re & illud annotandum eſt, Alexandrum loqui in le-
gato alimentorum, quod eſt fauorabile & largam inter-
pretationem admittit: ergo à fortiori idem dicendum eſt
in caſu hoc noſtro, in quo ſtricta ſolùm ſumitur inter-
pretatio. Et ad rem magis confert doct. Io. Sadoleti in d.
l. ſi cognatis. colu. 8. verſi ſubdit Bar. de reb. dubijs, quem
refert & ſequitur Soc. Iun. d. conſi. 172. num. 26. ad finem
81 li. 2. is enim in ea dubitatione, an † in futurum naſcitu-
ri veniant, ita diſtinguit: Aut eo tempore aliqui exta-
bant, & tunc futuri non veniunt: aut nulli extabant,
& tunc comprehenduntur. Et is Sadoletus in ſuam ſen
tentiam recenſet Rom. & Alexandrum iam relatos. Et
præter hos addo in ſpecie Imolam in capit. indican-
te. num. 12. de teſtam. Confert Doct. Bal. in l. vlt. num. 7.
verſi. & not. C. de indicta vid. tollen. cùm docuit, quòd ſi
maritus habens vxorem, relinquit legatum ſimpliciter
vxori ſuæ, atque ita ſub nomine appellatiuo: & illa pri-
ma vxore mortua, aliam ducat, legatum illi ſecundæ non
debetur. Et Baldum ſecuti ſunt Franci. Cremen. ſing. 8.
Quid ſi maritus &c. Feli. c. 2. col. 3. verſic. ſi teſtator relin-
quit vxori, de treuga & pace. Iaſ. in l. diuortio. §. quod in
anno. nu. 20. ff. ſol. matr. Dec. in cap. quoniam Abbas. nu.
16. de off. deleg. Catelianus Cotta in Memor. in verbo,
vxor relicta. Guiliel. Bened. in cap. Raynu. in verbo cæ-
tera bona. nu. 19. de teſt. quos ſecutus eſt Tiraquel. l. bo-
ues. §. hoc ſermone. parte. 1. num. 140. de verb. ſignific. Et
licèt Alex. d. conſi. 171. num. 7. verſi. non obſtat etiam. lib.
2. diſſentiat ab hac ſentẽtia eo in caſu cùm teſtator tem-
pore teſtamenti nullam vxorem habebat: attamen non
deſſentit Alexander eo caſu, cùm teſtator tempore teſta
menti nullam vxorẽ habebat: attamen nõ diſſentit Alex.
eo caſu, cũ teſtator tpe teſtamenti hẽt, cùm de ea ſolũ tũc
intellexiſſe videatur. ita inquam declarat ipſe Alexã. d.
conſi. 171. num. 7. verſi. prætereà dato. Et Alexandrum ita
declarauit Paulus Picus in repe. l. Titia cùm nuberet.
num. 108. q. 28. verſic. ego ſalua opinione. de leg. 2. Idem
ſcripſit Dida. in c. requiſiſti. nu. 3. de teſt. Hunc etiam ſpe
ctant quæ referam infrà in reſpõſione ad quartum argu
mentum partis contrariæ, dum referam Corneum conſ.
304. propè finem. lib. 3.
Quintò accedit, quòd iſte ſecundogenitus tempore
conditi teſtamenti fuerat incertus, atque ita incognitus
ipſi teſtatori. Ille verò primogenitus erat certus & cogni
82 tus: & illum vt certum † vocauit in teſtamento. cùm er-
go primogenitus eſſet certus, & vt certus vocatus, ſequi-
tur dicendum, illum ſolum fuiſſe vocatum, non autem
ſecundogenitum. ita probat l. filius à patre. §. ſi quis ex
certa. ff. de lib. & poſth. quo loci reſpondit iuriſ. quòd ſi
quis ex certa vxore natum ſcribat hæredem, non dicitur
etiam hæredem ſcripſiſſe natum ex alia vxore. Et ob id il
le ſecundus filius, vt præteritus, irritum facit eſſe teſta-
mentum. Et tamen, fauore teſtamenti, dicendum vide-
batur, filios ſecundi matrimonij eſſe debere comprehẽ-
ſos. Quocircà reſpondit Angelus conſi. 51. Simon nota-
8 rius. quòd ſi teſtator † ita diſponat, inſtituo ventrem v-
xoris meæ, ſi prægnans eſt. &c. Solùm inſtituiſſe dicitur
exiſtentem in vtero eo tempore, cùm teſtator ad illum
ſolùm tunc cõceptum ſe reſtrinxiſſe videatur. cum An-
gelo ſenſerunt Iaſ. in l. placet. nu. 12. & ibi Soc. col. penu.
ver. placet tñ. de li. & poſth. Scio tñ aliis rõnibus Angeli
reſpõſum ab aliquib. impugnari. Sed illa huc nõ ſpectãt.
Sextò confert tex. l. placet. ff. de lib. & poſthum. quo
loci ait iuriſcõ. quòd ſi in inſtitutione fit mẽtio de poſt-
84 humo, comprehenditur omnis poſthumus † ex quacũ-
que vxore: & id quidem fauore teſtamẽti conſeruandi,
vt voluerunt gloſſa, Bar. & omnes ibi. & idem Bar. in l. ſi
ita. num. 1. verſi. oppono. de l. placet. ff. de auro & arg. leg.
Alex. & Iaſ. in l. qui filiabus, in princ. de leg. 1. ille colu. 2.
verſi. addo quòd etiam. iſte num. 34. Si ergo is fauor eâq;
ratio teſtamenti conſeruandi abſit, ius commune eſt in
contrarium. l. ius ſingulare. ff. de legib. Et ita deducit Ti-
raq. in l. ſi vmquam. in præfat. num. 105. C. de reuo. dona.
& in l. boues. §. hoc ſermone. limit. 3. numer. 2. de verb. ſi-
gnifi. idem ſenſit Crotus in l. omnes populi. num. 157. de
iuſt. & iure. Atqui in caſu noſtro etiamſi non ſuccedat
iſte ſecundogenitus loco primi, non irritum fit teſtamẽ-
tum, ſed conſeruatur: quia filij. D. Ludouici ſuccedunt.
ergo illa verba, primogenitum natum &c. nõ compre-
hendunt hunc ſecundogenitum. Et huc ſpectãt quæ di-
cam infrà in reſponſione ad vndecimum, dum declarabi
mus Ancha. conſi. 27. Non ſeruato.
85 Septimò accedit quòd Primogenitura † dupliciter ſu-
mitur, ſecũdum natiuitatem, & ſecundũ ſucceſſionis tẽ-
pus. Primo modo eſt vera primogenitura: ſecundo eſt
ficta. ita permulti ex relatis ſuprà in primo argumen-
to. &



to. & maximè Anchar. conſi. 82. num. 7. & Zaſius conſil.
86 8. num. 4. lib. 1. Atqui verba † teſtatoris, quæ intelligi poſ
ſunt in caſu vero, & in caſu ficto, potius de vero quàm
de ficto interpretari debent. l. Statius. §. Cornelio Fœlici.
ff. de iure fiſci. ergo ſequitur teſtatorem hîc intellexiſſe
de primogenito ſecundum natiuitatem, atque ita de ve-
ro, non autem de primogenito ficto, ſicque de hoc, qui
eſt ſecundum tempus ſucceſſionis. Accedit quod reſpon
dit Rom. conſi. 408. In propoſita quæſtione. dum dixit,
87 relictum † factum pro prima filia nubenda, intelligi pro
prima filia reſpectu natiuitatis, non autem matrimonij:
etſi contrarium in ſpecie illa reſponderit Imola conſ. 113.
Qua de re infrà ſuo loco. & Romanum ſecutus eſt in ſpe
cie Curt. Iun. in tract. feudo. parte 3. num. 20. verſ. 2. me
mouet. Huc ſpectat quod poſt Anch. in cap. 1. de conſt.
docuit Crotus in l. omnes populi. num. 224. de iuſt. & iu
88 re. quòd ſi teſtator † vocauit maiores de familia, intelli-
gitur de maiorib⁹ ſecũdũ natiuitatẽ reſpectu ætatis, atq;
ita ſecũdũ natiuitatẽ. Et idẽ ibi. nu. 223. poſt Io. Andr. di-
89 xit, ꝙ diſpoſitio † hominis loquẽs in caſu vero, nõ cõpre
hẽdit fictũ. Cùm ergo diſpoſitio D. Mercurij teſtatoris
potuerit verificari in illo primogenito, qui verè tunc ad-
erat, dicendũ eſt, hunc ſecũdogenitũ non eſſe cõprehen-
ſum: nec ad eum ſubſtitutionẽ (vt infrà dicam,) extendi.
Octauò, vt huius ſim opinionis mouet me non pa-
rum, quòd hic ſecundogenitus, inſpecto tempore teſta-
menti, non eſt nec ex verbis nec ex mente teſtatoris ſub
hac ſubſtitutione comprehenſus, Et, ceſſantibus his, nem
pè verbis & mente teſtatoris, minus ſubſtitutio loquens
de illo primogenito, extendi poteſt ad hunc ſecundoge
nitum. Primum illud dictum, quòd ſcilicèt nec ex ver-
bis, nec ex mente comprehenſus ſit iſte ſecundogenitus,
ita demonſtratur. Et quò ad verba hoc ex iam copiosè
deductis apertè conſtat. Quò verò ad mentem, vel ex eo
90 demonſtratur, quòd teſtator vocauit † primogenitum,
vt ipſe feret nomen & inſignia ſuæ familiæ, ſcilicèt de
Baiardis, nihil diſponens fauore ſecundogeniti, conſi-
derans ſecundogenitum debere conſeruare propriam
ſuam familiam, ſcilicèt de Tagliaferris. Atque ita eius
animi non fuit teſtator, quòd vnus & idem vtramque
hæreditatem conſequeretur: quandoquidem veriſimili-
ter tunc familia teſtatoris ab hoc ipſo ſolo conſeruata nõ
fuiſſet, ex quo probabilis eſt, quòd ſuccedendo & teſta-
tori & patri, retineret nomen familiæ patris, vt rationi
etiam naturali magis conſentaneum, & illud teſtatoris
reijceret. Cogitauit prætereà teſtator, quòd ſatis debuiſ
ſet eſſe huic ſecundogenito, quòd ſuccederet patri pro-
prio. Et ideo teſtator primogenito reliquit bona ſua,
quod facere voluit hoc caſu, quo iſte ſecundogenitus ſo-
lus patri proprio ſuccederet. ita in claris noſtris termi-
nis conſiderationes has facit Alcia. d. reſponſ. 590. Fili-
um Agnetis, colum. vltim. Qua ex re illud infero, mi-
rum non eſſe, quòd ipſe Dom. Mercurius teſtator, mor-
tuo illo primogenito, non mutauerit teſtamentum,
& vocauerit expreſſim hunc ſecundogenitum: ſed po-
tius voluerit teſtamentum, quò ad illam ſubſtitutionem,
relinquere in cauſam caduci. Illud verò ſecundum di-
ctum & pronuntiatum, quòd ſubſtitutio hæc non exten-
datur ad hunc ſecũdogenitum, vel ex eo probatur quòd
* magis * recepta eſt Doctorum ſententia, ſubſtitutionem †
91 fideicommiſſariam non extendi de perſona ad perſo-
nam, etiam ex præſumpta mente teſtatoris ſubſtituentis.
ita clarè docuit Aretinus in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm
numero 18. verſic. 2. adde. de libe. & poſthum. Abbas con
ſilio 58. colum. 2. lib. 2. Iaſ. in l. cum res. colu. 3. verſi. 6. no-
ta. de leg. 1. idem clarius & in ſpecie conſilio 220. colu. 4.
verſi. in primis ergo. & conſi. 228. col. 2. lib. 2. Decius con-
ſil. 291. num. 6. Pariſ. conſi. 63. num. 12. lib. 3. Crauet. conſil.
161. num. 12. & hanc eſſe communem ſententiam teſtatur.
Crotus in d. §. & quid ſi tantùm. numero 53. etſi ipſe diſ-
ſentiat. Quæ ſanè recepta opinio confirmatur alia
recepta ſententia, qua dicimus, quòd licèt ſubſtitutio
92 tutio † extendatur de caſu ad caſum ex mente præſum-
pta teſtatoris: non tamen extenditur quando inducitur
diuerſitas perſonæ. ita reſpondit in ſpecie Iaſ. d. conſi.
220. col. 4. verſi. 2. principaliter. & d. conſi. 228. col. 2. verſi.
2. pro eadem. libr. 2. poſt Imolam & Alexandrum, quos
recenſet. Nec repugnat quòd ab Aret. diſſentiat Curt.
Sen. conſi. 76. D. Ludouicus Rotharius, colu. 10. verſi. &
ſic vbi. Crotus in d. §. & quid ſi tantùm. num. 53. Pariſ. cõſ.
66. num. 65. lib. 3. Soc. Iun. conſi. 129. nu. 35. li. 3. & Crauet.
conſil. 155. nume. 7. qui Corneum & Curtium Iuniorem
eiuſdem opinionis recenſet. Nam reſpondetur primò,
hos omnes loqui cùm eadem adeſt ratio in vna perſona
quæ & in altera, quæ ſanè ratio (vt iam demõſtrauimus)
hîc non adeſt in hoc ſecundogenito, quæ fuit in primo.
Prætereà & ſecundò iam relata ſentẽtia Aretini eſt ma-
* gis communis * ſubducta præſertim auctoritate Pariſij
& Crauettæ, qui aliàs cum Aretino ſenſerunt. imò &
Socin. Iun. conſi. 4. num. 13. 14. lib. 3. fortiori in caſu idem
ſenſit quod Aretinus. Accedit prætereà, quòd in ſpecie
hac noſtra confirmatur hoc ſolidum argumentum, quia
etiamſi aliàs concederetur extenſio de perſona ad perſo
93 nam in ſubſtitutionibus. his, attamen extenſio † omninò
ceſſat, cùm à perſona vera ad fictam fieret. ita egregiè do
cuit Bal. in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. col. 2. quem i-
bi recenſet Crotus. numero 61. & clarius Aret. in d. l. Gal
lus. §. quòd ſi is. numero 34. verſi. ſecunda, concluſio. ait,
extentionem regulariter nõ concedi cùm fit tranſitus à
perſona vera ad fictam. Et iam ſuprà vnà cum Croto in
l. omnes populi. nu. 223. de iuſt. & iure, diximus, quòd in
diſpoſitione hominis non fit extenſio à perſona vera ad
fictã, Cùm ergo ſecundogenitus nunc fictè (vt diximus
ſuprà) dicatur primogenitus: ſequitur dicendum, illam
ſubſtitutionem factam vero primogenito, non extendi
ad hunc fictum.
94 Nonò ſuffragatur, quòd in voluntate teſtatoris † in-
terpretanda diuinare non debemus: cùm in teſtamentis
nil magis ſit ꝓpriũ quàm claritas. §. nos. in auth. de teſt.
imperfectis. Et in ſpecie Bald. cõſ. 235. Quòd dicta clauſu
la. lib. 5. quẽ in ſimili caſu ſecutus eſt Crau. conſ. 161. nu.
12. Sed hîc eſt potius diuinare q̃ aliter dicere teſtatorem
ſenſiſſe de hoc ſecundogenito, cùm tunc temporis verus
primogenitus extaret, ergo &c.
95 Decimò huc ſpectat, quòd voluntas † teſtatoris nõ
attenditur, cùm verba non patiantur, etiam ꝙ magna ſit
præſumptio voluntatis. ita reſpondit Bal. conſi. 408. Statu
to ciuitatis Mantuæ. lib. 3. Alex. conſ. 139. lib. 6. quos ſimi-
li in ſpecie retulit Cra. d. conſ. 161. nu. 13. Atqui (vt iam di
ximus) in caſu noſtro verba non patiuntur, vt hîc ſecun-
dogenitus vocatus dicatur, ergo &c
96 Vndecimò confert, quòd non ſufficit teſtatorẽ † a-
liquid voluiſſe poſtquam non dixit, nec expreſſit. l. quo-
ties, propè prin. ff. de hæred. inſt. l. in ambiguo, de rebus
dubiis. l. iubemus. C. de teſta. quo loci ſcriptum eſt, ꝙ cũ
teſtator vellet ſcribere plures hæredes, puta, quatuor: &
hoc conſtaret: & tamen duos ſolùm ſcripſit, dicitur ibi,
illos duos tantùm cenſeri inſtitutos. Confert. l. vltim. ff.
de iure codic. ita argumentatur Caſtren. conſ. 274. Vide-
tur dicendum pro matre. lib. 2. quem probauit Crauet. d.
conſi. 161. num. 14. Cùm ergo de ſecundogenito nil fuerit
expreſſum à teſtatore iſto, qui ſolùm de primogenito, lo
cutus eſt, ſequitur dicendũ, illũ non eſſe cõprehenſum.
Duodecimò & vltimò ſuffragatur, quòd iſte ſecun-
97 dogenitus, quia aſſerit † ſe vt primogenitum eſſe ſubſti-
tutum & vocatum, probare debet, eam ſubſtitutionem
comprehendere perſonam ſuam: cùm dici ſemper poſſit
(vt dixi ſuprà) ſubſtitutio hunc caſum non continet: ita
arguit Soc. Sen. conſi. 63. col. 3. verſi. & in primis li. 1. conſ.
13. col. 8. & conſi. 116. col. 5. lib. 3. quem ſecutus eſt Crau. d.
conſ. 161. nu. 16. & alios plures retuli ſuprà in præmiſſis.
98 Sed probatio † vt probãti proſit, certa & clara eſſe debet.
l. non hoc. C. vnde legit. l. neque natales. C. de probat. &
c. in præſentia. extra eo. Sed hic nõ probatur clarè & cer

tò,cum maxima ſit dubitatio, an teſtator ſenſerit de hoc.
99 ſecundogenito:cùm itaque dubia ſit ſubſtitutio† iſta,in-
terpretari debet contra hunc ſecundogenitum,qui ex ea
nititur,ita egregiè reſponderunt Corneus conſi.186.nu.
11.lib.3.& Soc.Sen.conſi.113.nu.8.lib.1.Et in claris noſtris
terminis,immò fortioribus, ita argumentatur Corne.
conſi.304.num.14.verſ.Quod & ſuadetur.lib.3.dum reſ-
100 pondit,quòd cùm verba† hæc,ſi nullus maſculus ſuper
eſſet,ſint præteriti imperfecti ſubiunctiui,quòd præſens
etiam ſignificat.l.cùm ſtipulamur,de verb. obl. & l.ſcri-
bit.§.item ſcribit.ff.de auro & arg.leg.Et cùm de præſen
ti poſſint verificari, ad aliud tempus non trahũtur:ſi ve-
rò non poſſunt verificari,trahuntur ad futurum, impro-
priè tamẽ.l.ſi debitor.§.veriſimile.ff.de contrah.emp. &
l.cùm certus.ff.de vino,trit.& oleo lega.Cùm ergo (in-
quit Corneus)dubium ſit de quo tempore ſenſerit, nem
pè an de tempore conditi teſtamenti,vel ſuæ mortis, di-
cendum eſt, in hoc dubio eſſe pronuntiandum contra
eum, qui ex ſubſtitutione nititur. Quocircà reſpondit
Crau.conſi.180.in fi. in dubio eſſe pronuntiandum con-
101 tra ſubſtitutionem dubiam,cũ dubia † teſtatoris volun-
tas non ſit attendenda.l.ſi alij,de vſufructu legat.cum ſi-
milibus. Et hoc maximè obtinet(inquit Crauetta) cum
aduerſarius poſſidet.Nam pro poſſeſſore in dubio eſt pro-
nuntiandum.§.commodum,inſt.de interdict.

Non obſtant nunc adducta in contrarium, quibus
ſingulatim ſatisfaciam. Ad primum reſpondeo multi-
pliciter.

Primò,quòd ſecundogenitus dicitur quidem primo-
genitus mortuo primo,non tamen propriè. Atqui cũ in
dubio à ſermonis proprietate recedendum non ſit (vt
iam admonuimus)ſequitur dicendum,hunc ſecundoge
nitum non eſſe à teſtatore vocatum.

Secũdò reſpondetur,rationem illam, qua motus eſt
102 Baldus,huc non pertinere. Ait ille,ſpectandum† eſſe tẽ-
pus mortis teſtatoris,vt dicatur hæres habere qualitatẽ,
ob quam ad ſucceſſionem vocatur. l. ex facto. §. ſi quis
autem.ff.ad S.C.Trebell. Ratio hæc procedit, quando
qualitas,ſub qua ſubſtitutus vocatur, ipſum ſubſtitutũ
reſpicit,& illi adaptatur:veluti cùm ſubſtituũtur cogna-
ti,& quis tempore ſucceſſionis cognatus reperitur, is pa
riter cum cæteris cognatis exiſtentibus etiam tempore
teſtamenti ſubſtitutus dicitur. Nam illa qualitas cogna-
tis,non fuit reſtricta ad aliquam perſonam,& tam vnam
quàm alteram reſpicit,omnibusque conuenit. At ſecus
quando qualitas reſtricta eſt ad perſonam,& illam tan-
tùm reſpicit, vt in caſu noſtro. Non enim huic ſecun-
dogenito cõuenit qualitas primogenituræ:q̃a verè non
eſt primogenitus, nec eſt is, qui expreſſim vocatus fuit
à teſtatore.Concedo enim ꝙ adhoc vt vocatus quis cen
ſeatur,& ſuccedere poſſit,habere debet eo tẽpore requi-
ſitam à teſtatore qualitatem: etſi non habet quòd ſucce-
dere non poſſit,attamen non ſequatur in caſu conuerſo,
ꝙ,non ſuccedente illo primo vocato ob deficientẽ quali
tatẽ, alter,qui eandẽ habet qualitatẽ, dẽat ſuccedere ſi à
principio conſtat eum non eſſe vocatum.Hîc enim voca
tus fuit primogenitus natus & procreatus:licèt ergo iſte
ſit mortuus,non tamen ſecundogenitus,qui illius primi
locum ingreditur,ſuccedere debet,cùm eum teſtator nõ
vocauerit.In caſu Baldi diuerſum eſt, quia ibi ſimplici-
ter habet ſuccedere primogenitus,& illa diſpoſitio non
deſignauit plus hunc quàm illum, ſed ſimpliciter & in-
definitè eſt prolata.Et ideo ſufficit illi, qui in ordine fi-
liorum eo tempore reperitur,dicere,ſe habere qualitatẽ,
vt ſuccedere poſſit,quòd ſcilicèt primus eſt in ordine.Et
ſi rectè perpendantur iura Doctoréſq;,qui de is qualita-
tibus hæredibus appoſitis loquuntur, verè loquuntur
de qualitate quæ reſpicit vocatum.Et ob id, vt quis ſuc-
103 cedat, † duo concurrere debent, quòd ſcilicèt à diſpo-
nente ſit vocatus, & quòd habeat eam qualitatem,
quæ vocationi à diſponente fuit adiecta: nec v-
num ſine altero ſufficit.Si enim quis contendat ſe tam
quam clericum à teſtatore eſſe vocatum: duo oſtendere
debet: primum quòd clericus ſit, ſecundum, quòd is ſit
& fuerit clericus, de quo teſtator ſenſit. Ita hîc non ſuf-
ficit huic ſecundogenito dicere,ſe nunc eſſe primogenitũ
D. Solomeæ, ſed debet etiam oſtendere,ſe eſſe illum pri-
mogenitum, quem teſtator vocauit tempore quo teſta-
mentũ condidit. At hoc oſtendere non poteſt, cùm iam
alter extiterit eo tempore primogenitus, de quo teſtator
verè ſenſit, vt diximus ſuprà in ſecundo fundamento. Et
quæ eo loci diximus, confirmantur ex his, quæ decla-
104 rãdo † d.l.ex facto.§.ſi quis autem.ff.ad Trebell.hîc ſub-
ijcere volui. Cùm itaque diſputant noſtri iuris interpre-
105 tes, quomodo ea qualitas adeſſe debeat, vt vocatus †
poſſit ſuccedere,tres caſus diſtinguunt cum Bart. in l. fa-
col.2.verſ.2.oppo.de vulg.& pup.

Primus eſt, cùm qualitas determinat verbum, quo ſi-
gnificatur ipſe actus diſponendi:vt puta, ſi teſtator dicat,
Relinquo Caio puero. Hæc qualitas, puero, reſpicit &
determinatur à verbo relinquo,quo ipſe actus diſponen
di demonſtratur. Hoc caſu (inquit Bar.) ſufficit, quòd
106 tempore diſpoſitionis qualitas † hæc ſit in eo, hoc
eſt, in Caio, vt is conſequi poſſit legatum. Et ideo licèt
Caius deſinat eſſe puer tempore mortis teſtatoris, nil re-
fert. Quam ſententiam probant Alex.d.l.ex facto. num.
7.de vulg.& ibidem Iaſ.num.12. Ripa nume.30. Hieron.
Verius numer.30.& cæteri omnes. ex l. Mela, in prin. ff.
de alim.& cib. leg. & alijs ab eis relatis. Hic primus ca-
ſus huic noſtro de quo agimus verè conuenit. Siquidem
teſtator vſus eſt his verbis de præſenti: Inſtituit & ſubſti
tuit primogenitum natum & procreatum, qualitas hæc,
natum & procreatum, reſpicit verbum ſubſtituo, & ab
eo determinatur: intelligitur ergo natũ & procreatum
de præſenti. Non ergo ſecundogenito,qui tunc natus nõ
erat nec procreatus, ſed ſoli primogenito, qui in huma-
nis agebat, conuenit. qui quidem primogenitus, vt poſ
ſet ſuccedere, ſufficiebat habuiſſe eam qualitatẽ eo tem-
pore, licèt deinde talis ex poſt eſſe deſiiſſet (ſi modò qua
litas à ſubiecto inſeparabilis,poteſt deficere ſubiecto ipſo
non deficiente.) Sed in ſecundogenito conſiderari hoc
non cùm eo tempore talis non eſſet.
107 Secundus eſt caſus, cùm qualitas † determinat ver-
bum, quo ſignificatur tempus,à quo diſpoſitio ſumit ef-
fectum, vt puta, ſi teſtator dicat, relinquo, quæ cauſa
vxoris erunt parata. Illa qualitas, vxoris, reſpicit ver-
bum erunt, & ab eo determinatur. Quod ſanè verbum
cùm futuri temporis ſit, requirit, quòd tempore mortis
vxor ſit. ita probat l. 2.ff. de auro & arg. leg. & conclu-
dit Bar.d.l.ex facto.col.2. verſi. 2. caſu. Qui dum citat &
declarat l.ex facto.§.ſi quis autem. ff.ad Trebel. exemplũ
hoc viſus eſt proponere. Si teſtator ita diſponat. Relin-
quo centum Caio, etſi Caius ipſe deceſſerit ſine liberis,
reſtituat illa Seio. Hæc qualitas ſine liberis, reſpicit ver-
bum deceſſerit, & ab eo determinatur. Quod ſanè ver-
bum,cùm ſit futuri temporis,reſpicit tempus mortis ipſi-
us Caij grauati: qui quidem ſi eo tempore non habet li-
beros, etiamſi ante habuiſſet,locus eſt reſtitutioni ad fa-
uorem Seij. ita probat d.§. ſi quis autem. Cæterùm hic
non eſt caſus, de quo contendimus, quandoquidem in
caſu noſtro (vt dictum fuit ſuprà) qualitas non reſpicit
tempus,quo diſpoſitio effectum recipit, ſed ipſius diſpo
ſitionis, hoc eſt, tempus præſens: cùm dictum ſit,Et mo-
riente Do. Andrea Equite & primogenito Dominæ Ba-
iardæ de Baiardis, inſtituit & ſubſtituit primogenitum
natum & procreatum ex D. Solomea. Qualitas ergo iſta
reſpicit verbum ſubſtituit: atque ita tempus diſpoſitio-
nis. Vocauit ergo & ſubſtituit teſtator eum, qui natus e-
rat ſuo illo tempore diſpoſitionis(vt diximus.)Quo qui
dem tempore cùm natus adhuc nõ eſſet iſte ſecundoge-
nitus, dici non poteſt à teſtatore vocatus.
108 Tertius eſt caſus, cùm qualitas † determinat aliquod
verbum ſeparatum ab his, hoc eſt (voluit dicere Barto-
lus) à tempore diſpoſitionis, & à tempore, quo diſpoſi-
tio effectu



tio effectũ recipit, vt putà, ſi teſtator ita diſponat: Quiſ-
quis mihi hæres erit, filio meo impuberi hæres eſto. Illa
qualitas, mihi hæres, reſpicit verbum erit,& ab eo deter
minatur. At cùm verbum hoc,erit,non reſpiciat tempus
quo teſtator facit teſtamentũ,nec tempus effectus diſpo-
ſitionis, hoc eſt, tempus quo moritur pupillus, ſed me-
dium tempus ſcilicèt quo teſtator moritur & eius hære-
ditas adiri poteſt. Et ideo ſufficit quòd ſemel fuerit hæ-
res, quia trahitur ad tempus mortis.ita Bar. d.l. ex facto.
col. 2.verſ.3. caſu. quem ſecuti ſunt ibi cæteri omnes. Ita
Bartolus intelligit & declarat l.in ſubſtitutione.ff.de vul
ga.& pup.ſubſt. Et hic caſus pariter non eſt de quo con-
tẽdimus. Volui tñ caſũ hunc & præcedẽtẽ de induſtria re
ferre, quib⁹ declarant iura iã relata, nẽpè d.l.ex facto.§.ſi
quis autẽ.ff. ad Trebell.& d.l.in ſubſtitutione.ff.de vulg.
quæ paſſim à Baldo, Ancharano & alijs nõnullis ex his,
qui pro contraria opinione relati ſunt, citantur.

Non etiam obſtat quæ ſecundo loco adducta eſt do-
ctrina Baldi in d.l.2.nu.5. C.de iure emph.nã Bal. loqui-
tur in ea diſpoſitione, cuius qualitas reſpicit tẽpus, quo
diſpoſitio effectum ſuum reſpicit, nẽpè tempus mortis,
quod vel ex eo apparet, quia Baldus citat d.l.ex facto.§.
ſi quis autem.ff.ad Trebell.tum etiã quia Baldus his ver-
bis proponit quæſtionẽ, quòd emphyteuſis non tranſeat,
109 niſi ad primogenitum. Verbum, † tranſeat,futuri tempo
ris eſt, quẽadmodum & verbum ſuccedat,vt declarat in
ſpecie Ripa in l.Centurio.nu.143.& in d.l.ex facto.nu.32.
33.de vulg.& pup.ſubſt.Ita pariter loquitur Alciat.in d.l.
proximus. in fine.de verb. ſign. dum facti quæſtionẽ his
verbis proponit: qui tunc erit &c. quòd verbũ erit futu-
rum reſpicit,vt ex Gellio declarat Alciat.in l. verbũ erit.
nu.2.de verb.ſig.& ibid.Bræcheus. Et illa dictio tunc eſt
reſtrictiua ad illud tempus: vt probat l. in ſubſtitutione.
de vulg.& pup.& mox dicam.Et verè ita loquitur Alcia.
in d.reſponſo.650. Filium Agnetis.

Ita pariter videtur ſatisfactum reſponſo Baldi conſil.
275. quod tertio loco pro confirmatione fuit adductum.
Quod enim ait Baldus, eum non eſſe primogenitum de
iure, qui deceſſit ante feudum apertum: concedo non eſ
ſe primogenitum ob effectum ſucceſſionis,quam conſti-
tutio eam deferens conſiderat & reſpicit.Non tamen in-
de fit in cæteris, in quibus qualitas illa non reſpicit tem
pus ſucceſſionis, quin primogenitus is tantum propriè
dicatur, qui primo loco natus eſt. Præterea, dum ait Bal
dus, ſecundogenitum tunc dici primogenitum cùm feu-
dum eſt apertum, ſi nemo eum antecedit, rectè quoque
ſcribit eo caſu, quo diſpſiotio tempus ſucceſſionis reſpi-
cit, vt eo in caſu loquitur Baldus, dum citat d. l.ex facto
§. ſi quis autem. Præterea non obſtat quod quarto loco
110 ex Anch.† dr̃,q̃a r̃ñdetur, Ancha.d.cõſ.82.nu 8.loqui eo
in caſu, in quo teſtõris diſpoſitio tp̃s ſucceſſiõis reſpicit,
non autẽ principiũ: nam (vt ex themate ab Ancharano
ibidem col.1. relato conſtat) teſtator ille vſus eſt his ver-
bis, quòd deficientibus certis lineis, bona remanerent
ſemper propinquiori. Hæc qualitas, propinquiori, re-
ſpicit verbum remaneat, & ab eo determinatur. Ver-
bum autem remaneat, futurum tempus eo in caſu reſpi-
cit. Hoc etiam ex eo conijcitur, quod Ancha. ad ſuam o-
pinionem firmandam adfert.l.in ſubſtitutione. de vulg.
& pupill. ſubſt.& l. cùm ita.§. vlt. de legat. 2. Quæ ſanè
iura de ea diſpoſitione loquuntur, quæ reſpicit medi-
dium tempus, quemadmodum dixi ſuprà in reſponſio-
ne ad primum in tertio caſu: dum retuli Bart. in d. l.ex
facto.colum. 2. verſic. tertio caſu, de vulg. qui ita decla-
rat d.l.in ſubſtitutione. Et illam ita pariter intelligunt
atque interpretãtur ibidem Caſtr.& Iaſ.& cæteri ẽt om-
nes in d. l.ex facto. Hoc etiam caſu pariter loquitur d.l.
cùm ita. §. vlt. ſicuti eius clara verba ſignificant, & ibi-
dem gloſſa & interpretes. Præterea quòd hoc in caſu lo-
quatur Ancharanus, eius clara verba oſtendunt ibidem
numerum octauum verſiculum quia, vt dixi ſuprà, quis
ſit proximior, tempus mortis Martini inſpicitur, ſicut
in ſucceſſionibus ab inteſtato. Hæc Ancharanus, pro cõ-
ſtanti præſupponens ſuo in caſu eſſe attendendum tem-
pus ſucceſſionis. Rurſus loquitur Ancharanus de illo
primogenito,qui & tempore ſucceſſionis & tempore na
tiuitatis verè primogenitus erat, qui ſcilicèt primò na-
tus eſt,& primus vuluam apperuit: quemadmodum ibi-
dem Anchar.d.conſi.82.nu.6.citando Catholicon, ſcri-
bit.Et quod ipſe Anchar.ait ſub d.nu.6.verſi.3.ſic contra
aduerſarios vrget.inquit enim Ancharanus, ꝙ ætas eſt
perſonaliſſima, & cùm perſona extinguitur ætas ergo
primogeniti à teſtatore noſtro vocati dici non poteſt æ-
tas huius ſecundogeniti, vt locum illius primi obtinere
poſſit. Rurſus ad illam quinto loco citatam doctrinam
Iſerniæ & Afflicti, reſpõdetur primò, Iſerniam loqui de
tẽpore ſucceſſionis, quod ſpectari in eo caſu ſolet, & de-
bet: nos hîc verſamur in caſu quo tempus diſpoſitionis
attenditur, vt dixi ſuprà. Præterea,& ſecundò reſponde
tur, ꝙ loquitur Iſernia eo in caſu, in quo primogenitus
indefinitè vocatus eſt, & nullus tempore conſtitutionis
extabat, nec deſignatus fuit, vt is nominatim videret vo-
catus, quod in caſu noſtro nõ ita contingit. quoniam hîc
extabat ille primogenitus tempore diſpoſitionis, & ad
eum habita eſt relatio à teſtatore, vt diximus ſuprà. Rur-
ſus & tertiò opinio Iſerniæ habet dubitationẽ: cùm Bal-
dus & alij plures diſſentiant, quos ſuprà retuli in primo
fundamento huius noſtræ ſententiæ. Reſpondetur &
quartò, ꝙ Iſernia, & qui eum ſunt ſecuti, loquuntur in
111 conceſſione † à principe facta, quæ beneficium eſſe dr̃. &
ideò latè interpretatur, cùm ad ſolius principis conce-
dentis præiudicium tendat: vt ſcribunt omnes in l. be-
neficium.ff.de conſtit.princ.vbi Iaſ.nume.31.Socin. Iun.
conſil.37.numero 18.lib.1.& Gramma. conſi.6.colu.1.in
criminalibus. Nos verò loquimur in diſpoſitione, quæ
ſtrictam habet interpretationem, vt dictum fuit ſuprà.
Licèt ergo in caſu Iſerniæ & ſequacium ſecũdogenitus
dici poſſit primogenitus, ſi nemo eum tempore ſucceſſio
nis anteceſſit: attamen non ita in caſu noſtro facilè ad-
mitti hoc debet: cùm verè & propriè dici nõ poſſit pri-
mogenitus: quæ ſanè ſermonis proprietas hîc ſpectanda
eſt. Præterea aduertendũ eſt ꝙ Affl. in d.c.1.§.1.ver.ſextò
nota, de filiis natis ex matr.ad morga.contracto. ſcribit,
ſecũdogenitum nõ eſſe à ſucceſſione feudi abſolutè ex-
cluſum per exiſtentiam primogeniti, ſed ſolùm ſtare in
ſuſpenſo. Qui ſanè ſuſpenſionis actus conſiderari nõ po
teſt in ſucceſſione ex teſtamento, iuxta l.ius noſtrum, &
112 l.actus legitimi.de reg.iur. Et ideò † reſponderunt Soc.
Sen.conſi.14.col.3.verſi.verùm prædictis.li.1.& Dec.cõſ.
279.co.1.hæredem inſtitutũ vſque ad certum tẽpus cen-
ſeri abſolutè hæredem, reiecta illa temporis mentione.
Diluitur quoque ſexta confirmatio ex doctrina eiuſdem
Iſerniæ in c.1.§.denique, quæ fuit prima cauſa benef. a-
mitt. quam citat Tiraq. de iure primigeniorum. q.3. nu.
9. Nam Iſernia in meo codice in d.§.denique, hac de re
nihil ſcribit.

Ita pariter ſeptimæ comprobationi reſponderi facilè
poteſt, Martinum Landenſem loqui eo in caſu, in quo
primogenitus vendit & alienat ſecundogenito ius pri-
mogenituræ, atque ita contẽtatur, ꝙ ipſe ſecundogeni-
tus inueſtiatur à domino loco ſui. Hoc equidem caſu ſe-
cundogenitus non obtinet feudum aliúdve commodũ
ob vim primogenituræ, ſed ob alienationem, cui ipſe do
minus conſenſit. Quod equidem vnus & alter, hoc eſt
dominus & primogenitus ad ſui præiudicium facere
potuit. Diuerſum eſt in caſu noſtro, in quo non potuiſſet
ille primogenitus à teſtatore vocatus, ſi ſuperſtes fuiſſet,
alienare & cedere huic ſecũdogenito ius ſuum: cùm hoc
eſſet ad præiudicium etiam ſubſtitutorum. Nec repu-
gnãdo minus profuiſſet hic primogenitus ſecundogeni
to: cùm eo primogenito non ſuccedẽte ſucceſſio nõ de-
uolueretur ad ſecundogenitum, ſed ad ſubſtitutos.

Præterea ad octauam comprobationem ex doctrina
Imolæ d.conſi. 113. numero 2. reſpondetur primò ex dia-
metro

metro illamet ſpecie conſuluiſſe Roman. conſi.408.Se-
cundò reſpondetur,Imolam pugnare contra aduerſari-
os, quãdoquidem ait Imola, quòd ſecundum veritatem
primogenitus dicitur, qui primus eſt ſecundum natiui-
tatem, ſecundogenitus verò ſecundũ fictionem dici po-
teſt primogenitus, illo primogenito mortuo, idem
quòd Imola reſpondit Ancharan. conſilio 82. numero
7.& Zaſius conſi.8.nume. 4.libro 1. qui quidem Zaſius
ſcribit, hanc fictionem ab homine induci non poſſe.
Nos loquimur de vero & proprio primogenito, de quo
in dubio eſt intelligenda teſtatoris diſpoſitio, vt ipſe-
met Imola ſcribit. Et licet ibidem Imola numero 8.
dicat ſuo illo in caſu intelligi de primogenito ſecundum
fictionem, & non ſecundum veritatem. id ea ratione
affirmat, quia multis conſtabat, teſtatorem de eo ſen-
ſiſſe: cuius contrarium hîc eſt, vt iam apertè demonſtra-
uimus. Et duo illa iura quæ à Tiraquel. d. quæſtion. 4.
nu.12. citantur,nobis obſunt. Nam tex.c. vlt.§. item op-
ponitur.22.q.2.retoquetur, quãdoquidem( vt ibidem il-
lum interpretantur Archidiaco. & Turrecremata) ibi
Iacob eſt dictus primogenitus non ob natiuitatem,cùm
eſſet verè ſecundogenitus,ſed adeundo,atque ita ſucce-
dendo. Et ideò fictè & impropriè, quãtum ad dignita-
tem, (vt Nicolaus de Lyta exponit illud Geneſ.c.25.)
non autem quantum ad natiuitatem. Cùm itaque in ca
ſu noſtro veritas & proprietas ſermonis ſit obſeruanda
(vt ſuo loco diximus) ſequitur, textum illum noſtræ ſen
tentiæ ſuffragari.Ita pariter tex.c.nam & ego,de verbor.
ſig. non repugnat,ſiquidem impropriè & ibi vnigenitus
113 † appellatur ille, qui alium habuit fratrem, qui tamen
momentum temporis vixit: propriè autem & verè non
dicitur vnigenitus, quemadmodum ibidem annotarunt
gloſſa,Abbas,Butrius,& cæteri.Præterea aduerte, quòd
Imola loquitur indefinitè, cũ ſcilicèt nõ eſt vni[9] deſigna
tio facta,quo in caſu(vt iã dixi)nos non verſamur:imò i-
pſe Imol. ibi.nu.7.declarat d.l.ſi cognatis,ꝓcedere,cũ te
ſtator vſus eſt numero plurali, quo verè hîc nõ eſt vſus.

Reſpondetur & nonæ confirmationi, & dicimus,
doctrinam Alberici procedere in iure primogenituræ,
quæ non reſpicit tempus natiuitatis, ſed ſucceſſionis, &
quæ deſcendit à primo in ſecundum, & à ſecundo in ter
tium, & deinceps: at diuerſum eſt in caſu noſtro, quia
iam demonſtrauimus, hîc agi de primogenitura tempo
re natiuitatis inſpecto. Nec hæc primogenitura deſcen-
dit à primo in ſecundum. quod vel ex eo conſtat, quia
ſi primus ille adiuiſſet, & deceſſiſſet ſine filijs, non ſe-
cundogenitus iſte, qui nunc contingit, ſucceſſiſſet: ſed
ſine controuerſia Dominus Ludouicus ſubſtitutus, vel
eius liberi iuxta ordinem teſtamenti.

Ita quoq; proſternitur decima confirmatio.Nam reſ
ponderetur (vt & ſuprà proximè dicebam) Baldum lo-
qui de primogenitura,quæ à primo in ſecundum, & de-
inceps deſcendit, & quæ attenditur tempore ſucceſſio-
nis & ideo q̃ vel morte,vel repudiatione,vel ſuo delicto
remouet̃,alteri fit loc[9],qđ hoc noſtro in caſu nõ cõtigit.

Non etiam obſtat vndecima comprobatio ex doctri-
na Rebuſſi in tract.de pacificis poſſeſſorib.num.129.quia
reſpondeo, Rebuffum loqui de iure primogenituræ,qđ
perſeuerantiam & perpetuitatem quandam habet: cùm
ille patronus ordinauerit & ita diſpoſuerit, quòd ſemper
primogenitus deberet præſentare. Non ergo mirum,(vt
dicebam ſuprà proximè declarando Ancharanũ) ſi poſt
primogenitum & alij deinceps, qui eius locum ingredi-
iuntur, tanquam primogeniti ex mente patroni habent
ius pſentandi. Quæ quidem ratio ceſſat in caſu noſtro,
in quo poſt primum alter non eſt vocatus, hîc teſtator
vnum tantùm deſignauerit. Præterea & ſecundò reſ-
põdeo, Rebuffum ex doctrina Baldi in l.etiã quã,nu.44.
C.de fideicomm.& Barba.in l.cùm acutiſſimi,col. 58.eſt
nu.141.C.eod.moueri. Sed ſi rectè verba Baldi perpen-
dantur,& conſiderentur, illa nobis fauent. Quærit eo
114 loci Baldus, an is dici poſſit primogenitus † vt in feu-
do ſuccedat, qui illegitimè natus eſt primo, & deinde
nato alio legitimo, ipſe illegitimus fuit legitimatus: in-
quit Baldus primogenitum conſiderari dupliciter. pri-
mò reſpectu natiuitatis: ſecundò reſpectu diſpoſitionis
iuris. Subiungit itaque Baldus, hunc ita legitimatum
non dici primogenitum: ea ratione mouetur, quòd non
eſt à iure cognitus & receptus,ob ipſam illegitimitatem.
Sentit hîc Baldus, primogenituram reſpectu diſpoſitio-
nis iuris attendi & obſeruari in ſubſidium, atque ita fi-
ctè,cum primus non eſt idoneus ad ſucceſſionem.quo fit
vt propriè & verè dicatur primogenitus reſpectu natiui-
tatis, & non reſpectu diſpoſitionis iuris, quæ ipſum actũ
& tempus ſucceſſionis reſpicit. quæquidem in caſu no
ſtro non fuerunt à teſtatore noſtro cõſiderata, ſed ſolùm
tempus natiuitatis, vt iam ſupra demonſtrauimus.Et ea
præſertim ratione, quòd in dubio à ſermonis proprieta-
te non eſt recedendum. His pariter reſpondetur vltimæ
comprobationi: & in ſpecie vnà cum Zaſio conſil. 8.nu.
7.li.1. dico illam Baldi traditionem in d.l.ſi quis.§.talem
in fin.C.de ſecundis nupt.non eſſe veram, vt & eam im-
probat Barbatia ibidem in annotationibus ad Baldum
ipſum. Cùm enim (inquit Zaſius) illud dicatur primum,
115 † quod ante ſe nihil ſe habere poteſt anterius.§.diſcipuli.
in proœmio Digeſtorum. impoſſibile videtur, quòd ſe-
cundum matrimonium, quod ante ſe aliud habuit, pri-
mum dici poſſit.Nec ad rem pertinet, quòd ſub ſecundis
nuptijs etiam tertiæ & vlteriores veniunt: hoc enim na-
116 tura vocabuli admittit. Nam ſecundus † à ſequendo ve-
nit, vnde non ſit mirum, ſi omnes nuptiæ, quæ primas
ſequuntur, ſecundæ nominentur, quod tamen in voca-
bulo primi locum non habet. Præterea, admiſſa illa Bal-
di,Cyni & ſequacium aſſertione, attamen illa non eſt ſe-
cundum veritatem, ſed ſecundum fictionem, & impro-
priè, quæ in caſu noſtro, vbi verba reſtricta ſunt ad tem-
pus natiuitatis, & ita de vero primogenito intelligenda
ſunt, vt iam ſæpius diximus.

Non obſtat ſecundum ex reſponſo Anch. conſilio 27
Non ſeruato ordine, colum.pen. quia reſpondeo primò,
Ancharanum loqui in caſu, de quo ſuprà diximus,quan
do ius illud ſucceſſionis ratione antiquioris ætatis ex vo
luntate diſponentis deſcendit à primis in ſecundos, &
deinceps, ꝙ hîc non euenit. Reſpondeo ſecundò aduer-
ſus in eademmet facti ſpecie contrarium reſpondiſſe Bal
dum conſilio 47. Caſus talis eſt. Domin. Andriolus de
Calcagnis. libro 1. cùm dixit, ob repudiationem fidei-
commiſſi factam à duobus illis de familia, filiam conſe-
qui bona illa, quæ conſequi non potuiſſet, ſi poſt duos il
los antiquiores, qui renuntiarunt, duo alij (vt Ancha-
ranus reſpondit) admitti debuiſſent. Quod ſanè Baldi
reſponſum ſi vidiſſent Doctores noſtri, qui turmatim
Ancharanum ſecuti ſunt, non ita paſsim fortè cum eo
ſenſiſſent. Quod vel ex eo confirmatur, quia verè An-
charani reſponſum multum dubitationis habet, ſicuti o-
ſtendit Crau.conſilio 161.numero 10. & conſilio 180. qui
multis rationibus ad illius traditiones declarandum ac
confirmandum vtitur. Ego paucis recenſebo & confir-
mabo pro viribus quæ ad rem noſtram pertinent. Illa
prima, quam perpendit Crauetta d. conſilio 161.numero
9.verſic. nec obſtat. &c. cùm ſcribit Ancharanum loqui
eo in caſu, in quo agitur de fauore familiæ, vt bona con
ſeruentur in familia: vt eam rationem conſiderare teſta-
tores reſpondit Decius conſilio 516. colum. 4.& alii plu-
res. Quæ ſanè ratio in hoc noſtro caſu nil vrget: quan-
doquidem etſi non potuiſſet conſeruari agnatio ab illo
primogenito Dom.Solomeæ, potuiſſet, & melius etiam
nunc poteſt conſeruari ab his filiis Dom. Ludouici, qui
verè & non fictè eiuſdem familiæ de Baiardis ſunt. Præ
tereà, & ſecundò conſiderat Crauetta vbi ſuprà, Ancha
ranum loqui in eo caſu, in quo antiquiores numero plu-
rali vocati fuerunt,& ob id poſt primos & ſecundi admit
tuntur. At ſecus, cùm numero ſingulari vtitur teſtator:
vt erat in caſu ipſius Crauettæ. quia tunc ſecundus poſt
primum



primum non admittitur. id quod huc ſpectat. Quam-
quam Crauettæ conſiderationem in caſu Ancharani nõ
admittam,quandoquidem Ancharanus de numero plu-
rali loquitur. hoc eſt, antiquiores, quia erant duo ſimul
vocati. In caſu noſtro primogenitum vocauit teſtator,&
non primogenitos. Cùm ergo vnus eo diſpoſitionis tem
pore extaret, in eo ſingularis ille numerus ſatis verifica-
tus fuit. Præterea, & tertiò, conſidero vnà cum Cra. in
conſi.180.nume.1. verſi.2. reſpondeo, &c. Ancharanum
fortè erraſſe, dum ea ratione ibi mouetur, quòd illa diſ-
poſitio eſt fauorabilis: & ob id quòd extenditur à perſo-
na illorum primorum antiquorũ à teſtatore vocatorum
ad ſecundos. Et tamen verius eſt (ait Crauetta) diſpoſi-
117 tionem † illam, vt fideicommiſſariam, eſſe odioſam, at-
que ita ſtrictè interpretandam. l. cohæredi. §. cùm filiæ,
de vulg.& pup. ſubſt.& ſcribunt Soc.Sen.conſ.114. colu.
pen.li.1.Soc.Iun.conſi.185.nu.9. li.2. Siluanus conſil.64.
nu.19. & nu.25.& Cra.conſi.180.in fi.& conſi.208. num.3.
Et licet multi in ea opinione ſint,illud fideicommiſſum,
quòd ad agnationis & familiæ conſeruationem fit, non
eſſe odioſum, ſed fauorabile & largæ interpretationis,
vti copioſè ſcribunt Alex.conſi.39.nu.3.lib.1.Goza.conſ.
89.num.12.Curt.Iun.conſi.22.nu.11.Pariſ.conſ. 63.nu.28.
lib.2.Soc.Iun.conſi.181.num.29. lib. 2. & Capicius deciſ.
108. nu. 15. Attamen in caſu noſtro ceſſat hæc conſidera-
tio, quò ad huius primogeniti perſonam: quia etiamſi is
non admitteretur: attamen inde non fieret, quin teſtato-
ris familia conſeruari poſſet per Do. Ludouicum & eius
liberos: imò melius, cùm (vt dixi ſuprà) Do.Ludouicus
& filij ſint verè & propriè de familia de Baiardis: ille ve-
rò primogenitus fictè & impropriè, cũ de teſtatoris vo-
luntate ipſius familiæ de Baiardis nomen & inſignia aſ-
ſumere deberet,vt infrà ſuo loco dicem[9]. Rurſus & quar
tò, facilè euitatur hoc reſponſum Ancharani: quando-
quidem ſuo illo in caſu concurrebat efficaciſſimum ar-
gumẽtum ad inducendum fideicommiſſum in alios an-
tiquos de familia. Nam voluit ille teſtator, quòd ſubſti-
tuti præſtarent certum onus ſingulis annis perpetuò di-
ſtribuendum pauperib. Ex qua quidem oneris diſtribu-
tione declaratur voluntas teſtatoris, quòd vellet, illam
ſubſtitutionem in illos de familia eſſe perpetuam. Ita An
charanum declarat Cra.d.conſi.182.col. vlt. verſi.ex alio
etiam. Quæ ſanè ratio ceſſat in caſu noſtro quò ad huius
primogeniti ſubſtitutionem.

Non obſtat tertium, quia reſpondeo, imò verba hæc,
natum & procreatũ eſſe reſoluenda hoc modo: id eſt,qui
natus & procreatus eſt, quẽadmodum abundè compro-
baui ſuprà in ſecundo fundamẽto noſtræ ſententiæ. Nec
118 repugnat quòd natura † vltimæ diſpoſitionis, ſit vt ver-
ba tempus futurum,hoc eſt, tempus mortis teſtatoris re-
ſpiciãt: ex quo eius voluntas eſt ſemper ambulatoria,do-
nec morte confirmetur: qm̃ dicimus, hoc verũ eſſe quò
ad mutationẽ ipſius voluntatis,non autẽ quò ad eã diju-
dicanda, vti ſcriptam reperitur. Nam diiudicatur iuxta
proprietatẽ verborũ,quæ ante omnia ſpectari ſolet, vt iã
diximus.Cùm ergo ſermonis ꝓprietates hîc oſtẽdat,ſen
ſiſſe de eo primogenito,qui tunc tẽporis in humanis erat
ſequitur dicendũ, hunc ſecundogenitũ non eſſe vocatũ.

Non obſtat quartum argumentum: quia reſpondetur,
falſum eſſe quod in vltimis diſpoſitionibus tempus præ
teritum vel præſens includat & futurum: quemadmodũ
ſatis ſuperque ſuo loco ſuprà diximus.Nec obſtãt iura in
contrarium allegata. Et primò tex. l. ſi ita legatum. ff.de
cond.& dem. Siquidem reſpondetur, ibi verbum illud,
cùm nupſerit, eſſe temporis futuri: vt ibidem annotauit
Bartolus. Eſt enim futuri temporis ſubiunctiui. Sed eſto
quòd eſſet temporis præteriti vel præſentis, omninò de
futuro erat illa teſtatoris diſpoſitio intelligenda: quan-
doquidẽ intelligẽdo de præſenti, erat omninò inutilis.
Nã legauit teſtator, cũ nupſerit: & tunc illa legataria erat
nupta, intelligit̃ ergo neceſſariò de matrimonio futuro:
119 cũ ſit ſemꝑ ſumẽda † illa interꝑtio qua diſpoſitio valeat. l.
quoties. de reb. dub. & qua verba aliquid operentur. l.
ſi quando, in prin.de leg.1. Ita pariter dicimus,verbum,
120 † præſentis temporis vel præteriti imperfecti trahi ad
futurum, cùm in præſenti verificari non poteſt. l. ſi debi
tor.§.quia veriſimile.ff. de cõtrah.empt. & l.cùm certus.
ff.de trit.vino & oleo leg. Et declarat egregiè Corn.con
ſiliũ 304.numero 14. propè. lib.3. quo loci apertè ſcribit,
hoc fieri impropriè. Ita pariter ſenſit Felinus in cap.ad
hæc. col.1.verſi.ſecundus caſus.de reſcrip. dum declarat
d.§.quia veriſimile. Et idem paulò poſt, col.2.verſi. limi
ta. ita declarat( vt dixi ſuprà cum Corneo) d.l. ſi ita lega
tum. de cond. & demon. Eadem ratione non repugnat.
l.cùm pater.§. fidei tuæ. de leg.2.cùm ibi verbum illud,
peruenerit, futuri temporis ſit, vt ibi ſcribit Bar.& idem
in l.ſi ita. nu.1.de auro & arg.leg. dum de eo.§.fidei tuæ,
opponit.

Non etiam obſtat l.talis, in prin. iuncto §.vltim. & l.
ſeq. de lega.1. quia reſpondetur ea ratione, verba illa tẽ-
poris præteriti protrahi ad futurum, quia ibi augmentũ
verſatur circa eãdem rem. Nam legauit in teſtamento
pecunias,annua, bima,trima die præſtandas, deinde a-
lias legauit in codicillis.eadem qualitas hîc ſubintelligi-
tur, ſcilicèt eſſe annua, bima,trima, die ſoluendas: cùm
augmentum eiuſdem rei ſit, quemadmodum infrà dice-
mus declarando l. Mela. §. ſed etſi alimenta.ff. de alim.
ciba. lega.Ita in ſpecie d.l.talis, intelligunt atque inter-
pretantur Butrius & Imola in clement.literas, ibi Imo-
la. numer. 29. verſi. in diſpoſitione autem, de reſcriptis.
Reſpondeo ſecundò, d. l. talis, procedere eo caſu, cùm
pecuniæ legatæ non ſunt per diei appoſitionem demon
ſtratæ atque deſignatæ: ſecus ſi deſignatæ fuerunt, vt ibi
in principio ſcriptum eſt. Nam deſignatione illa facta
121 certa ſpecies † relicta dicitur: quæ ſanè ſpecies non re-
cipit augmentum. Et ideo ad poſtea legatas non fit ex-
tenſio. quod ſenſit & Bar. in d.l. talis.§.vltim.num.1.ver
ſi.oppono extra glo. de lega. 1. & Alcia. in l. verbum o-
portebit.numero 3. de verbor.ſignificationibus.In caſu
noſtro teſtator eo tempore habebat ſolùm nepotem il-
lum ex ſorore Solomea &,illum demonſtrauit,atque ad
eum ſuam retulit & reſtrinxit voluntatem ac ſi nomina
tim & ſpecialiter eum vocaſſet: vti ſcribunt omnes in l.
2.ff.de lib. & poſth. filium cenſerit nominatim exhære-
datũ, cùm filius eſt ſolus, & teſtator dixit, filium meum
exhæredem fatio.quod ibidem annotarunt omnes,præ-
ſertim Iaſ.nu.1. qui multis ſimilibus comprobat. & vber
rimè ſcribit Tiraq. in tra.de legib.cõnub.in gl.5.nu. 127.

Præterea & ſecundò reſpondetur, in d.l.talis,agi de
clauſula & qualitate extendenda ſeu ſubintelligenda in
alia diſpoſitione,cui proprietas ſermonis non repugnat:
cùm ita pecunia illa ſit, quæ ſecundò ac quæ primò lega
tur. At contra in caſu noſtro, vbi ſecundogenitus non
poteſt dici primogenitus verè & propriè, mortuo pri-
mo, vt diximus ſuprà. Et ideo non eſt mirum quòd ver
bum temporis præteriti, atque ita clauſula illa non ex-
tendatur nec intelligatur, vt contineat & tempus futu-
122 rum, ſicque ſecundogenitum: cùm extenſio † relatióq;
non concedatur,quando ſermonis proprietas repugnat,
l.& quia.§. 1. ff. ex quibus cauſ. maio. Et ſcribit in ſpecie
Iaſon in d.l.talis ſcriptura numero 40. verſiculo 4. vltra
Bartolum.

Rurſus & tertiò dico facilè fuiſſe in caſu dictæ l.talis,
extendere illam qualitatem ſignificatam per illa verba
emporis præteriti,ad ſecundã diſpoſitionem,cùm de ſe-
cunda illa diſpoſitione in ſubſtantia coſtaret. At ſecus in
caſu noſtro, vbi de ſecunda diſpoſitione, atq; ita de ſub-
ſtãtia dubitamus,& diſputamus an ſit vel nõ ſit inducta.
123 Et ideò facile eſt ſuppoſita † ſubſtantia qualitatem extẽ
dere: non econtraria ita Docto. in l. certi condictio. §.
quam ff. ſi certum petat.

Non etiam illud repugnat,quòd ſaltem hæc verba,na
tum & procreatum, quæ etiam temporis præſentis ſunt,
ad futurum extendantur, atque ita ꝙ tempus mortis te-

ſtatoris, & non conditi teſtamenti inſpici debeat: nam
hæc aſſertio vera non eſt. Nec aduerſatur l.ſi ita quis, de
leg.1.quo loci ait Vlpianus, quòd ſi teſtator relinquat
legatario quantum capere poteſt: intelligitur etiam de
124 futuro,& ſi verbum † poteſt à teſtatore prolatum,ſit præ
ſentis temporis. Non ergo ſolùm tempus præſens con-
diti teſtamenti, ſed & futurum, nempè mortis teſtato-
ris, & poſt inſpicitur. Cæterùm nil nobis obeſt Vlpiani
reſponſum, cùm ibi adiecta ſint verba, quæ temporis
tractum habent. ita Alciatus in l.verbum oportebit. nu.
5.de verb.ſign.& ſenſit Bart.in l.ſi ita.nu.1.de auro & arg.
leg.dum de lege illa opponit. Quo fit vt mirum non ſit,
125 ſi tempus futurum inſpicitur: nam ratione † adiũcti ver
ba ſuam naturam mutant.l.1.vbi doct.ff.de his qui latro.
occul. Alexand.conſi.1.nume.22.lib.3.Soc.Iun.conſi.167.
nu.26.lib.2. Et egregiè Afflic. deciſ.3.nu.4. dum ſcribit,
verbum futuri, vel præteriti temporis ob adiũctum mu-
tare ſuam naturam. Quæ autem verba ſint, in d.l.ſi ita
quis,quæ habent tractum temporis, intelligit Bartolus
vbi ſuprà poſt gl.d.l.ſi ita quis, eſſe verbum poteſt: quod
ſui natura eſt extenſiuum.Quod vel ea ratione compro-
batur, quia verbum poteſt,ſignificat potentiam,non au-
126 tem actum ſed potentia † eſt ad actum de futuro.glo. in
d.§.poſteriore. Inſt.quib.mo.teſta.infirm. Et ſi dicimus
127 impoſſibile † quod nullo tempore fieri poteſt, vt ſcribit
gl.& ibi Doc.in l.quod Seruius.ff.de cond.cauſ. data.ita
poſſibile dicimus, quod in futurum poteſt fieri. Et Bar-
toli interpretationem ſecutus eſt Caſt. in l. qui ædifi-
cium. numer.2. de ſeruit. vrba. præd. Quocirca ſcribit
idem Bar. in d.l. ſi ita. num.5.de auro & arg. leg. quòd,
128 ſi teſtator † legat omnes res ſuas, quæ reperiri poſſunt
Peruſij,ſolùm legatæ cenſentur,quæ tempore teſtamen-
ti in ea ciuitate reperiebantur: quia licèt verbum poſſũt,
ſit extenſiuum ſui natura, regulatur tamen à ſuo illo ad-
iuncto, reperiri. Bartolum ſecuti ſunt Barba. conſil. 48.
colu.5.lib.1.Iaſ.conſil.91.lib.1.Ruin.conſil.40.nu.9.lib.2.
Cur.Iun.conſil. 109. num. 18. Bellon. conſil.5.nu.11.Ti-
raq.in l.boues.§.hoc ſermone.limita.9.nu.2.de verb. ſig.

129 Ego opinor † in caſu d.l.ſi ita quis, ita ab Vlpiano
reſponſum fuiſſe, quia teſtator vel ſciebat eo tempore
legatarium eſſe incapacem, vel ſaltem dubitabat, & ta-
men volebat ei omninò legare. Non enim credendum
130 eſt teſtatorem † fruſtrà diſponere voluiſſe.l. quoties. de
reb.dub.l. hæc ſtipulato. §. diuus ff. vt leg. nom. cauea.
Dixit ergo quantum plurimum per legem accipere po-
teſt, tempus præſens & futurum includens, vt eo tempo
re legatum conſequatur, cùm capere poterit, vt ipſe
Vlpianus exponit.cùm enim qualitas & diſpoſitio verſa
tur circa capacitatem eius pro quo diſponitur, etiam tẽ-
pus futurum conſideratur atque inſpicitur. Quod ſenſiſ
ſe mihi videntur Butrius & Imola in clem. literas. ibi I-
mola. nu.26. verſi.ſi autẽ attenditur diſpoſitio.de reſcri.
etſi non declarant d.l. ſi ita quis. Et ad ſuæ aſſertionis cõ
probationem adfert Imola textum ca. is cui,de præben.
131 in 6. quo loci ſcriptum eſt, mandatum † de prouidendo
alicui idoneo extendi, vt comprehendat eum, qui bene-
ficium obtinet,ſi poſt mandatum hoc, illi beneficio re-
nuntiat: cùm ſufficiat, quòd idoneus & capax ſit tempo
re collationis fiẽdæ.Quod etiã cõfirmatur ex l. in tẽpus.
ff.de hæred.inſt. Vel etiam & tertiò reſponderi poteſt, in
d.l.ſi ita, illa verba referri ad potentiam capiendi: ergo
neceſſe eſt, vt referantur ad tempus poſt mortem teſta-
132 toris, cùm ante capere non poſſit: ex quo viuentis † nul-
la adhuc eſt hæreditas & ſucceſſio. l. qui ſuperſtitis, de
acq. hære.cum ſimilib. Quod non contingit in caſu no-
ſtro, vbi ſolum agitur de quo primogenito, id eſt, de quo
ſucceſſore teſtator intellexerit.

Nõ quoque repugnat l. placet.ff. de liber. & poſthu.
quandoquidem diximus ſupra in ſexto fundamento no
ſtræ ſententiæ nobis ſuffragari. Sed, præter eo loci ſcri-
133 pta, reſpondetur ſecundò. in dicta l. placet, † id contin-
gere, quia indefinitè teſtator locutus eſt, dum ſim-
pliciter vocauit poſthumum. Quæ ſanè indefinita vni-
uerſali æquipollet.l.ſi pluribus, de legat.2.ita d.l. placet,
intelligit & declarat Bart.in l.ſi ita.num.1. de auro & ar-
gen.leg.dum de ea opponit. Et cum Bartolo idem ſenſit
Rui.conſi.184.in fi.lib. 1. qui eiuſdem ſententiæ recenſet
Alex.conſi.178.num. 20. li.2. Et per conſequens tempus
futurum ſub præſenti includitur. quod etiam eſt impro
priè vt declarat Barto.in l.ſi pluribus, in princ. nu. 4. de
leg.2.Alcia.in l.verbum erit.de verbo.ſign.num. 5. verſi.
quapropter. Qua ex re duco argumentum à fortiori: ſi
verbum indefinitum, quod vtrunque tempus præſens &
futurum continet, propriè futurum non continet: à for-
tiori futurum non includit verbum hoc, primogenitum
natum & procreatum, quod indefinitum verè non eſt.
Non etiam repugnat l.vlt.§.vlt.ff.de lib.leg. Nam ibi tra
hitur ad futura, quæ ſunt de acceſſionib. rei principalis
iam legatæ. ita declarat Bar. in d.l.ſi ita.nume.3.in fin.de
134 auro & arg.leg. Verè enim vſuræ † ſunt acceſſiones.l.
qui per colluſionem.§.pretij ſortem.de actio. emp.& l.4.
C.depoſiti. Etſi ergo legatum ſortis ſit temporis præſen-
tis, attamen comprehendit & vſuras futuras: cùm ſit po-
tius augmentum rei principalis, quàm quid ab ea diuer-
ſum. Non pariter refragatur illa argumentatio ducta à
diſpoſitione legis ad diſpoſitionẽ teſtatoris: quandoqui
dem in hac materia maximè differt diſpoſitio legis à di-
ſpoſitione teſtatoris, hoc eſt, hominis: vti apertè diſtin-
guit Bart. in d. l.ſi ita, nu. 3.de auro & arg.leg. & clarius
Imol.in d.cle. literas.nu.25. de reſcrip. & Caſtrenſis in l.
qui ædificium.nu.2.ff.de ſeruit.vrba.prædio. Et licèt di-
135 ſpoſitio † teſtatoris pro lege obſeruetur, non tamẽ eſt lex,
vt ſcilicèt legis naturam & poteſtatem obtineat: ita clarè
& in ſpecie reſpondet Ang.conſ.261.Punctus eſt in anno.
nu.5.qui ſubiungit, quòd etiam hominis diſpoſitio lex di
ci poſſit: attamen ex quo tranſit, vel in contractum, vel
teſtamentum, eius naturã ſequitur. Non etiam repugnat
illa argumentatio ducta à contractibus ad vltimas volun
tates: quia reſpondeo, retorquendo argumentationẽ in
136 aduerſarios. Quòd cùm in contractibus verba † præſen
tis temporis ad futurum non trahantur.l. ſi ſtipulatus fu
erim.§.cùm ſtipulamur.& l.cùm ſtipulamur, de verb.ob-
lig.& diximus ſuprà, ergo idem in hac vltima diſpoſitio-
ne. Accedit fortius quòd ſi in contractibus adeſt verbum
ſum, es, eſt, præſentis temporis, nullo modo futurum in-
cludit.ita expreſſè reſpondit Aret.cõſ.111.conſideratis di-
ligenter.nu.3.ex l.ſi ſeruitus.in princ.ff.de ſer. vrb. præd.
Ita dicendum hîc eſt cùm illa verba, natum & procrea-
tum, reſoluantur appoſito verbo, eſt: nempè, qui natus
& procreatus eſt. ( vt iã diximus.) atque ita tempus præ-
137 ſens deſignãt. Nec obſtat quòd certis † in caſibus, etiam
in contractibus verba præſentis temporis includant fu-
turum, vt in caſu l.1.in fi.& l.ſi quis ſocietatem.ff.pro ſo-
cio.& l.vlt.C.quæ res pigno.obli. poſſ. Quandoquidem
id contingit illis in caſibus diuerſis rationib. In caſu e-
nim d.l.1. & l. ſi quis ſocietatem, id factum eſt, quòd ab
initio non imminebat magnum periculum, ex quo ita
lucrari, vt amittere poterat.ita declarat Bar.in l.ſi ita.nu.
1.de aur.& arg.leg.dum de illis iurib.opponit.& ibidem,
nu.4.verſi.fallit. Eſt enim periculum viciſſitudinarium
& mutuum.cum Bart.ſenſit Bellonus conſil.5.nu.14. Ita
pariter.l.vl.C.quæ res pig.obl.poſſ.loquitur de his, quæ
parum præiudicij adferunt. quemadmodum & ibidem
Salic.in d.l.vlt.ſcribit.& Iaſ. non diſſentit in l. ſi ſtipula-
tus fuerim.§.cùm ſtipulamur.in fi.de verb.obl.Soc.in l.ſi
cognatis.num.27.de reb.dubijs.& Crotus in l.omnes po
puli.nu.156.de iuſt.& iure.

Non obſtat quintum argumentum, quia reſpondetur
quòd imò in dubio verba teſtatoris intelligi debent ſe-
cundum tempus teſtamenti, atque ita de præſenti, non
autem ſecundum tempus mortis, ſicque futuri: vt copio-
sè ſuprà demonſtrauimus. Nec hîc refragatur l.ſi cogna-
tis, de reb.dubijs, in d.quinto argumento allegata: quia
illi primò reſpõſum fuit ſuprà in tertio fundamento no-
ſtræ ſen-



noſtræ ſententiæ. Præterea & ſecundò reſpondetur, d.l.
138 ſi cognatis, loqui de legato † facto aliquibus ſub nomi
ne collectiuo: & ideo mirum non eſt, ſi verba etiam tem
poris præſentis ad futurum extẽduntur. Quod equidem
139 planius ita declaro. Collectiuum † nomen eſt, quo plu-
ra corpora, vel gradus continentur, quemadmodum no
men familiæ, liberorum, ſeruorum agnationis.ita Doc.
in l. Gallus.§.quidã rectè de li.& poſth.ibi Rub.nu.102.
& oẽs in d.l.ſi cognatis.ibi Soc.nu.27. dũ nullam conſti-
tuit differẽtiã inter legatũ factũ familiæ vel cognatis &
140 clarè ſcribit Cra.cõſ.22.nu.2.vbi. nu.4. ait, nomẽ † agna
tionis eſſe collectiuũ idem cõſ.180.nu.2. ita collectiuum
nomẽ eſſe, peculiũ, grex, familia ſcribit Bart.in l.vlt.§.1.
nu.2.de leg.2.in d.l.ſi ita.nu.4.de auro & arg.lega.& idẽ
in l.ſcire debem⁹. nu. 2.de verb.obl.qui ait, hæc noĩa eſſe
141 noĩa vniuerſatis. Atqui, cùm diſpoſitio † eſt de noĩe
collectiuo, verbum præſentis temporis includit futurũ:
& ideo hoc in caſu inſpicitur tpis mortis teſtatoris. ita do
cuit Barto.in d.§.vltim.nu.2.dũ declarat.l. grege, de leg.
1.& l.peculium, de leg.2. Hinc rectè docuit Caſtr.in l.qui
ædificium, in fin.ff. de ſeru. vrba. præd.poſt Io. Andr. in
142 annot.ad Specul. tit.de treuga & pace.ꝙ pax † facto
pro ſe & ſuis ſubditis, cõprehẽdit & ſubditos futuros. Et
Io. Andr.ac Caſtrenſem ſecutus eſt Alex.conſ.178.nu.10.
12.lib.2.nec diſſentit Iaſ. in l.ſi ſtipulatus fuerim. §. cùm
ſtipulamur.nu.8.de verb.obli. Et licèt ipſe Iaſ. eo loci re
ferat Baldum in c. inquiſitioni, in fin.de appell.aliter ſen
tientem: attamen dicere poſſumus Baldum vel minus
rectè ſẽſiſſe, vel loqui eo in caſu cùm agitur de obligati-
one, quæ ſtrictam admodum interpretationem recipit.
Et ideò ſuprà diximus, quòd ſi vera eſt Baldi traditio, illa
nobis plurimum fauet. Intelligi etiam poteſt Baldus, vt
loquatur de filij ſub verbo indefinito, non autem colle-
ctiuo, vt infra dicam. Rurſus huc noſtræ declarationi ſuf
fragatur quod ſcribit Cæpolla Verõ. in tract. de ſeru.
vrb.præd.ca.50.de furno.nu.6.poſt Albericum quem re-
143 cenſet. Siquis mihi promitat † pro certa mercede coque
re panem pro me & familia mea, an teneatur pro eadem
mercede, coquere, aucta familia. Et teneri ait ille: quia
verbum familiæ eſt nomẽ collectiuum, quod augmentũ
recipi: & ideò verba temporis præſentis & futurum inclu
dunt. Quod ibidem.nu. 21. declarat diſtinguendo no-
men hoc collectiuum.ſicque generale, à nomine indefi-
nito, vt filio, vel filijs. Et ait, quòd promiſsio facta pro ſe
& filiis: intelligitur ſolũ de natis. Et hoc in caſu intelligit
d.l.ſi ita, de au.& ar.leg. vt eã alij intelligũt, vt ſuo loco di
ximus. Cùm ergo in d.l.ſi cognatis.de reb. dub. factũ ſit
legatũ ſub noĩe collectiuo, mirũ nõ eſt, ſi tẽpus mortis te
ſtatoris, atq; ita futurũ inſpicitur. Nec me mouet qđ ſcri
bit Bart.in d.l.ſi cognatis.col.2.verſ. Quare dico, &c.co-
gnationis nomẽ nõ eſſe vniuerſitatis nomen. Ea ratione
144 mouetur, qa relictũ cognatis † eis nõ debetur vt vniuer
ſis, ſed vt ſingulis & particularib⁹: cũ nõ oẽs admittãtur.
Errat hîc Bar. qa ſi nomẽ familiæ, & agnationis eſt nomẽ
vniuerſitatis, ſeu pluriũ collectiuè, ita quoq; nomen co-
gnationis. Et ita in hac materia ſumũt Doctores hoc no
mẽ ꝓ vniuerſali, qđ aliàs eſt generis, vt eſt videre apud
oẽs in d.l.grege, & l.ſi grege, de le.1.& in d.l.ſcire, de ver.
ob. Nec ratio Bar. vrget, qa cõcedim⁹, relictũ deberi, vt ſin
gulis, cũ ꝓximiores ex ordine ſuccedãt, vt declarãt Doc.
in d.l.Gall⁹.§.qdã rectè, de lib.& poſth. Et fieri põt, vt qđ
145 cẽſeatur † relictũ vniuerſitati, vt vni corpori atq; ita fictæ
pſonæ, & tñ illis de corpore illo, atq; ita de vniuerſitate il
la debeat vt ſingulis: quẽadmodũ ipſemet Bar.in l.in tã-
tũ.§.vniuerſitatis, de re. diu.decl. Et illi⁹ doctrinã ſecuti
ſũt pmulti, quos ꝓbaui li.2.de arb.iud.caſu 106. Et ſi ali-
ter dicerem⁹, op⁹ eſſet dicere idẽ de legato facto familiæ,
qđ tñ eſt apertè falſũ. Quocircà facilè intelligim⁹ malè
Bar.in d.l.ſi cognatis, intelligere reſponſum illud fauo-
re ſpeciali cognationis procedere. Nam, præter id quod
refugium eſt (vt dici ſolet) miſerorum allegare ſpeciali-
tatem, repugnat l.vlt.§.1.de leg.2.etſi Soc. in d.l.ſi cogna
tis.nu.27.eam torqueat.

Non quoque repugnant tria alia iura, quæ in eo quin-
to argumento adducebantur: nempè l. quoties.§. vlt.ff.
de vſufructu & quemad.quis vtatur.l.Mela.§.ſed etſi ali
menta.de alim.& cib.leg.& grege, de leg.1. Siquidem re
ſpondetur ad d. l. grege, vt diximus paulò ſuprà, loqui,
cùm factum eſt legatum ſub nomine collectiuo: quem-
admodum clarè affirmat Barto. locis iam relatis, idem
docuit Crotus in l.omnes populi.num.155. de iuſt. & iur.
Ad l.quoties.§. vlt. reſpondetur ex Bartoli declaratione
in d.l.ſi ita.nu.1.de aur.& arg.leg.dum de ea l.quoties.op
ponit. Inquit Bartolus id eſſe quia adhuc extabat area,
quæ eſt maxima pars domus. Voluit dicere Bartolus,
quòd in legato omnium bonorum in vniuerſum debe-
tur domus deſtructa, ſola area exiſtente, tempore mor-
tis teſtatoris: etſi tempore conditi teſtamenti eſſet ædifi-
cata. Ea eſt ratio, quia etſi vt area conſideretur, attamen
certum eſt inter bona teſtatoris connumerari, atque ita
ſub legato omnium bonorum venire. Nam vniuerſitas
& in re vna conſeruatur, vt ſcribunt Alex.& cæteri in ſpe
cie noſtra in l.ſi grege. de leg. 1. & in l.inter ſtipulantem.
§.ſacram, ibi Bart.nu.11.de verb.obl. Et pari modo reſpõ-
detur ad d.l.grege, de leg.1.quòd ſcilicèt ibi erat factum
legatum de grege: atque ita de vniuerſitate quadã, quæ
augmentum & diminutionem recepit: quemadmodum
ibidem omnes declarant, & Bart.in d.l.ſi ita.nu.4.de au-
ro & arg.leg.ſicuti dicimus & de peculio legato.l. pecu-
lium, de leg.2.copioſè Neuiz.conſi.17.vbi alios recenſet.
Ratio eſt, quia factum videatur de acceſſionibus primæ.
Ita quoque reſpondetur ad l.Mela.§.ſed etſi alimenta.de
alim.& cibar.leg. Nam ibi variatio contingit circa idem
vel circa id quod habetur loco eiuſdem.ita declarat Bar.
ibi & in d.l.ſi ita, nu.1.& nu.3.de auro & arg.leg. Cùm e-
nim alimenta relinquũtur, & vno modo tempore teſta-
menti fuerunt præſtita, alio modo tempore mortis, præ-
ſtari debent iuxta tempus mortis, cùm ſit variatio circa
eandem rem, quæ in ſubſtantia extat, licèt qualitas ſit va
riata. Hinc docuit idem Bart.in d.l.ſi.ita, nume.8. quòd
146 ſi teſtator † reliquit vxori ſuæ veſtes ſuas: & illæ veſtes
corruptæ reficiantur, debentur: cùm variatio non contin
gat circa rem diuerſam, ſed circa eandem. Bartolum ſe-
cuti ſunt Ancha.in c.indicante.nume.10.de teſta. & Alc.
147 reſp.649.num.1. Idem de legato † facto de frumento, vt
inſpiciatur tempus mortis teſtatoris, ſcribit Bart.in l.qui
dam.ff.de tri.vino & oleo leg. Eadem ratione adductus
quòd variatio ſit circa eandem rem. Ita pariter cùm mo-
neta, vel libri, vel quid ſimile relinquitur in quib.contin
git variatio: nam tempus mortis ſemper inſpicitur.ita
ſcribit Ro.ſing.497.incip.tex, in l.ſi ita. & idem ſing. 513.
Quod tempus.&c.idem ſenſit vno verbo Anch. in d. ca.
indicante.nu.10.in fi. Non ignoro tamen quod de mone
ta ſcribit Ro. diſſentire Oldr. conſil. 31. Thema tale eſt,
quidam cõdens. qui loquitur in caſu fortiori, cùm ſci-
licèt piæ cauſæ relinquitur. Quod declarat Maria. Soc.
Sen.conſi.6.nu. 8. lib.1. Vel etiam reſpondere poſſumus,
id contingere ob ſubrogationem, quæ fit de vna re loco
alterius.ita declarat Soc. Sen. in l. filiæ. §. Titia, in fi.de
cond.& dem.qui ait, ſubrogationem idem operari, ac ſi
teſtator nomen primi ei indixiſſet. & idem ſcribit Go-
meſ.in §.fuerat.nu.5. Inſt.de act.

Non obſtat ſextum partis aduerſæ argumentum, quia
multis modis reſpondetur. Primò, illa verba, ſub quouis
nomine contingat ipſum nominari, non eſſe prolata à
teſtatore eo ratione, vt alium primogenitum quàm iam
natum deſignaret; ſed ſolùm ad demonſtrandum apud
ſe nullã fuiſſe rationẽ nominis proprij, quòd ſcilicèt reti-
neret illud, quod iam ei inditũ fuerat, vel pro libito mu
taret à ſe vel ab alijs: cum teſtator ipſe cõſiderauerit atq;
diſpoſuerit, quòd ipſe primogenitus retineret nomẽ &
inſignia familiæ: quib.ipſa ſua agnatio & familia poſſet
conſeruari. Hoc ex eo apertè cõijcitur, ꝙ ipſe teſtator dũ
voauit D.Lud.& eius filios, nõ adiecit hanc qualitatẽ &

modum, quòd deferæ haberent nomen & inſignia familiæ: cùm iã ipſi fuerint, ſintque de eadẽ familia, & eadem inſignia deferant: & tamen adhuc adiecit illa verba, ſub quocunque nomine contingat ipſum, vel ipſos nominari, &c. Illud pronomen ipſum refertur ad illud nomen filium, ſingularis numeri: cùm quidem filij nomen non poterat pariter ipſe teſtator veriſimiliter ignorare, cùm eam is filius, qui nunc eſt Magnif. D. Io. Baptiſta, eſſet ætatis tredecim annorum. Et hoc in caſu dicere nulla ratione poſſumus, quòd iſta verba deſignent alium naſciturum, cum de alijs in numero plurali mentionem fecerit. Cùm itaque de D. Io. Baptiſta verè ſenſerit, & appoſuerit illa verba, quocumque nomine nominari contingat, non alia ratione adiecit quàm vt oſtenderet, ſe non curare de nomine proprio, an ſcilicèt illud retinere haberent, vel pro ſua voluntate mutarent, modò nomen familiæ & inſignia retinerent. Et conſideratio hæc quò ad vtrumque dictum, eſt iuri conſentanea. Nam, quòd no-
148 men ✝ proprium mutent viri permulti, compertum eſt: vt copioſè diſſerui lib. 2. de arbitr. iud. &c. caſu 318. vbi permulta exempla eorum, qui nomen mutarunt, recenſui. & ibid. nu. 14. plura ſcripſi de his, qui voluerunt nomen inſignia ſuæ familiæ ab hæredibus à ſe inſtitutis ſumi & deferri. Accedit quòd niſi de hac nominis mutatione ſenſiſſe teſtatorem dicamus, illud vnum abſurdum ſequitur, quòd intellexerit teſtator non de eo primogenito iam nato & procreato, ſed de altero naſcituro: quod abſurdum valdè eſſe ex iam dictis conſtat. Quocircà, ne hæc abſurda & fictiones, quæ (vt diximus) in hominis poteſtate non ſunt, ſequantur, dicamus illa verba, ſub quouis nomine nominari contingat, eſſe prolata ob nominis proprij mutationem, de qua teſtator rationem non habuit, modò familiæ nomen conſeruaretur.

Non obſtat ſeptimum contrarium argumentum ductum ad l. pen. ff. de teſta. tutela. quia reſpondetur verè interpretationem voluntatis teſtatoris fieri ſecundum tempus, quo diſpoſitio applicatur ad actum: & ideò in
149 teſtamentis ſit interpretatio ✝ ſecundum tempus mortis teſtatoris, quo tempore ſua diſpoſitio perſpectionem recipit. l. 1. C. de ſacroſ. eccle. & l. 1. ff. de teſta. l. 4. ff. de adimen. lega. & §. poſteriore. Inſt. quib. mod. teſtam. infirm.
150 Attamen hoc ſit habita ✝ ratione ad intellectum verborum tempore conditi teſtamenti, ita in ſpecie declarat Maria. Soc. Senior conſi. 6. Prædicta conſultatio. num. 2. lib. 1. qui ita citat Bart. & cæteros in d. l. ſi ita, de auro & argen. lega. & alibi. Ea ratione perpulchra motus eſt So-
151 cinus, quòd interpretatio ✝ verborum non poteſt ſumi poſt actum perfectum, atque ita inſpecto tempore futuro: cùm diuinare non potuerit ipſe diſponens, quòd ſignificatio illa variaretur atque mutaretur. Eſt enim futurum incertum & ſoli Deo cognitum. Voluntas ergo teſtatoris ſua morte confirmata. l. 1. ff. de teſta. interpretatur iuxta tempus ſuæ diſpoſitionis. Ita in caſu noſtro voluit D. Mercurius teſtator, quòd primogenitus D. Solomeæ ſibi ſuccederet per fideicõmiſſum, cùm ille primogenitus D. Baiardæ de Baiardis eſſet mortuus ſine liberis maſculis. Quò ad caſum & tempus ſucceſſionis huius primogeniti D. Solomeæ attenditur quidem tempus mortis d. primogeniti D. Baiardæ, ſed quis ſit iſte primogenitus D. Salomeæ, attenditur tempus conditi teſtamẽti: cùm (vt diximus) obſeruari debeat interpretatio verborum illius temporis, & non futuri. Quocircà intelligimus d. l. pen. de teſta. tutel. loqui de tempore ipſius actus ſuſcipiendi tutelã: quam quidem ſuſcepit is, cui teſtator iniunxit, ſub illa conditione. Et ideo quemadmodum illius perſona, quæ erat tempore conditi teſtamenti non mutatur tẽpore ſuſceptionis tutelæ, ita hìc primogenitus D. Solomeæ, qui erat tẽpore conditi teſtamenti à D. Mercurio, non debet eſſe mutatus in primogenitũ, qui repertus eſt tempore mortis dicti D. Mercurij.

Non obſtat octauum argumentum, quia reſpondetur, illud retorquendo, quòd cùm ibi voluit etiam naſcitu-
152 ros ſuccedere, eos expreſſim vocauit: ergo ſi idem ✝ ei placuiſſet, vt & naſcituri ex D. Solomea haberent ſuccedere, facile ei erat eos vocare. l. vnica. §. ſinautem ad deficientis. C. de cadu. toll. & ſcribunt in ſimilibus caſibus Dec. conſi. 442. num. 10. & conſil. 581. num. 7. Gozad. cõſil. 4. nume. 3. pulchrè Curt. Iun. conſil. 33. in fine. & conſ. 49. nume. 7. & Soc. Iun. conſi. 100. num. 12. lib. 1. & conſil. 77. in fine. lib. 3. Nec repugnat quod ex d. l. qui filiab. ſcribunt relati Abbas & ſequaces, quandoquidem eorum opinio eſt maximè dubia. Nam diſſentiunt Io. de Anania conſi. 22. Iaſ. in d. l. qui filiabus. nume. 3. & conſil. 142. col. 6. lib. 2. Ruin. conſi. 93. numer. 15. lib. 2. Pariſ. conſil. 38. num. 27. lib. 2. & Soc. Iun. conſi. 3. nume. 42. conſi. 100. nu. 20. lib. 1. & alibi ſæpe. & licèt conciliando opiniones Abbatis & Io. de Ana. diſtingant Doctores, quòd aut teſtator id egit pro conſeruatione familiæ, aut eam conſiderationem non habuit, vti diſtinguunt Rui. conſil. 139. nu. 16. lib. 2. Curt. Iun. conſi. 114. col. vlt. & Soc. Iun. cõſi. 103. num. 55. lib. 1. & Rubeus conſil. 31. num. 6. attamen, ſi nos in ea facti ſpecie, de qua relati Doctores ſcribunt, eſſemus, conuenitet hìc iſta diſtinctio: cùm (vt aliàs ſupra dixi) melius domus & familia conſeruari poſsit per Do. Ludouicum de Baiardis, eiuſque filios, quàm per illos maſculos ex d. D. Solomea, quæ extra familiam nupta
153 eſt. Præterea ✝ eſt hìc conſiderandum, quòd eſt maximè diuerſus caſus illius ſubſtitutionis factæ D. Ludouico & eius filijs, à ſubſtitutione facta primogenito D. Salomeæ. Nam dum vocauit primogenitũ D. Solomeæ, vnum tãtùm, hoc eſt primogenitum vocauit, & ideò cùm diſpoſitio in illo iam nato verificari poſſet, ad alterum protrahi nõ debet, quod fieret ſi de naſcituro intelligeret. Cùm verò vocauit D. Ludouicum & eius filium ac filios, plures vocauit, ob id cùm eo tempore vnus tantùm extaret, neceſſe fuit, & eſt, dicere, teſtatorem de naſcituris ſenſiſſe. Et ex his ſatisfactum etiam credimus illi rationi aduerſariorum, qua aſſerunt, appellatione nati cõtineri & naſcituros quò ad ſuum commodum. §. vlt. vbi Angel. Aret. Inſt. de teſta. tutela. id enim procedit, cùm verbum nati, non eſt ad certam perſonam reſtrictum, vt hìc eſt, & ſupra ſuis locis diximus.

Non obſtat nonum argumentum, quia reſpondetur multipliciter. Primò ꝙ hæc teſtatoris locutio indefinita non eſt, dum dixit, primogenitum natum & procreatum. Eſſet enim indefinita, ſi ſimpliciter dixiſſet, primo-
154 genitum. Nam in definitum ✝ illud dicitur, quod ſimpliciter & ſinè aliquo adiuncto profertur. ita docuit Bart. in. l. ſi ita relictum, in prin. num. 1. de leg. 2. cùm tunc ſit terminus communis, qui pluribus adaptari poteſt, vt declarat gl. & ibi Bart. & cæteri in l. 1. ff. de reg. iur. & in l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. de reb. dub. quod hìc non contingit, vbi cum hoc adiuncto, natum & procreatum,
155 pronuntiata eſt: quocirca ✝ reſtringitur ad illud, & vim ſpecificæ expreſſionis habet. ita docuit Crotus in l. 1. §. ſi quis ita. nume. 20. de verb. oblig. dum ait, quòd quando oratio indefinita verificari non poteſt niſi in vno, vim ſpecificæ expreſsionis habet. Secundò reſpondetur, indefinitam æquipollere vniuerſali ex ſermonis improprietate ita ſcribunt Bart. in l. ſi pluribus. num. 4. de leg. 2. idem in l. ſi ſeruitus. ff. de ſeru. vrb. præd. & in l. omnes populi.
* numero 57. communè * eſſe affirmant Dec. & Cagnolus in l. 1. ff. de reg. iur. ille nu. 12. iſte num. 8. & Didacus lib. 1. varia. reſol. cap. 13. nu. 5. Cùm ergo in caſu noſtro obſeruanda maximè ſit ſermonis proprietas, veraque ſignificatio, ſequitur dicendum, ꝙ etiamſi hìc eſſet ſermo indefinitus, quod non æquipolleret vniuerſali. Tertiò reſpondetur, indefinitã non æquipollere vniuerſali quò ad perſonas, cùm diſpoſitio odioſa eſt: ita Barto. in d. l. ſi pluribus. num. 6. in fine. de leg. 2. & cum eo ſenſerunt Gemin. & cæteri in capit. vt circa. de electio. Felinus in capit. auditis. nu. 24. de præſcrip. & Dec. conſ. 343. col. 3. cùm ergo hìc
156 agatur de fideicommiſſo, ✝ quod odium continet. l. cohæredi. §. cùm filiæ. de vulg. & diximus ſupra, ſequi-

tur



tur, orationem hanc indefinitam non æquipollere vniuerſali.

Non obſtat, vltimum, quia reſpondeo, hìc non eſſe factam ſubrogationem expreſsè, vt facta fuit in caſu d. l. filiæ. §. Titia, de cond. & demon. quemadmodum ibi declarat Bartolus, & cæteri ſequuntur, præſertim Socin. & Caſtrenſis, dum loquuntur de frumento ſubrogato loco primi Qua de re & ſuprà diſſerui. Et ideò relata re-
157 gula, quòd ſubrogatum ✝ aſſumat naturam eius, cuius loco ſubrogatur, præſupponit ſubrogationem eſſe factã.
158 Quæ quidem ✝ vel à lege vel ab homine fieri ſolet, vt ſcribunt omnes in l. eum qui. §. qui iniuriarum ff. ſi quis cautio. & in. §. fuerat, Inſt. de actio. & clarè Soc. Sen. cõſil. 268. col. vltim. lib. 2. ſed neutra earum hìc interceſsit, non illa legis, cùm lex non ſubroget ſecundogenitum hoc caſu loco primogeniti. non ipſe teſtator, qui nunquàm declarauit, ſe velle habere hunc ſecundogenitum loco primogeniti iam defuncti. Concludo itaque hunc ſecũdogenitũ nõ eſſe ſub hac ſubſtitutione cõprehẽſum.

Iacobus Menochius I.C.

## *SVMMARIVM.*

1 *Teſti ſingulari deponenti de facto à ſe ipſo credi.*
2 *Teſti deponenti de actu ſimulato à ſe geſto fidem adhiberi.*
3 *Contrahenti ſoli credi de contractu à ſe geſto.*
4 *Mandatario credi contra mandatem. Quod infrà declaratur.*
5 *Vulnerato exiſtenti in mortis articulo credi à quo ſit vulneratus. infra declaratur.*
6 *Teſti vilis conditionis credi de his, quæ à ſe ipſo geſta fuerunt.*
7 *Teſti ſingulari fidem pro ſuo arbitrio iudex adhibere poteſt.*
8 *Fama bona vitæ antefertur.*
9 *L. vltima. C. de probatio. procedere etiam in cauſa ciuili ardua.*
10 *Probationes efficaciores requiruntur cùm vir bonæ famæ accuſatur.*
11 *Item cùm agitur de probando facto non veriſimili.*
12 *Teſtimonio ſingulari nullo iure fidem adhiberi.*
13 *Regulæ ſtandum eſſe in dubio.*
14 *Teſti ſingulari deponenti de actu à ſe ipſo non credi aliquo pacto, cùm de ſuo commodo vel periculo tractat.*
15 *Teſtis ob duplicem defectum omninò repellitur.*
16 *Teſti ſingulari deponenti de actu à ſe ipſo plenã fides non adhibetur, etiam ſi ſit vir probus.*
17 *Mandatario non credi, quòd ſcripſerit de alterius mandato.*
18 *Caſtr. conſi. 110. lib. 2. declaratur.*
19 *Alex conſi. 197. nu. 3. lib. 7. declaratur.*
20 *Baldus conſi. 328. lib. 3. explicatur.*
21 *Dolo carens deliquiſſe non dicitur.*
22 *Gabellæ fraudator nõ tenetur ad pœnam ſi dolo non fraudauit.*
23 *Dolum non præſumi in eo, qui aliquid egit ſine ſuo commodo.*
24 *Receptans rem, vel perſonam, non dicitur dolo recepta re, ſi inde nulla vtilitas reſultat.*
25 *Item & de rapiente rem à pupillo.*
26 *Falſum ſine dolo non committi.*
27 *Dolum non præſumi cùm de leui commodo agitur.*
28 *Falſum dolo commiſſum non præſumitur, cùm de modica vtilitate agitur.*
29 *Dolus non præſumitur in eo, qui actum permiſſum facit.*
30 *Dolo caret qui facit, quod facere debet.*
31 *Item & qui rem accipit, vt eam domino reſtituat.*
32 *Item nec à ſubdito commiſſus præſumitur.*
33 *Principem ſuum benefactorem lædere voluiſſe quis non præſumitur.*
34 *Cauſam etiam leuem excuſare à dolo.*
35 *Dolo carere præſumitur qui palàm aliquid agit.*
36 *Item qui rem à fure accepit, & paulò poſt domino reſtituit.*
37 *Dolus obijci non poteſt ab eo, qui commodum ex dolo illo ſentit.*
38 *Lucrum ab aliquo ſentiens, eius factum improbare non poteſt.*
39 *Scienti & volenti dolus non infertur.*
40 *Vſurarium non teneri de dolo, qui ex conuentione tenetur ad vſuras.*
41 *Dolo in ſcientem commiſſo ceſſat crimen ſtellionatus.*
42 *Ratificare factum is dicitur, qui ex facto lucrum capit.*
43 *Ratificat venditionem rei ſuæ ab altero factam, qui pretium recipit.*
44 *Veriſimile quod non eſt, habet ſpeciem falſi.*
45 *Teſti deponenti minus veriſimilia, non credi.*
46 *Teſti vario non credi.*
47 *Probationes non concludentes nihil prodeſſe.*
48 *Vicino in loco quæ aguntur ſcire quis præſumitur.*
49 *Negatio ſola probationis loco eſt.*
50 *Mercatorem aliquem non eſſe probari ex inſpectione matriculæ aliorum mercatorum.*
51 *Errorem detegi cùm conſtat rem aliter ſe habere.*
52 *Notarium nihil ex ſuo capite poſſe in inſtrumento ſcribere.*
53 *Teſtis de auditu præſumptionem facit.*
54 *Præſumptionem leuem tantùm facit teſtis deponens de auditu.*
55 *Teſtimonium de auditu non probare in cauſis criminalibus.*
56 *Teſtis de auditu vt concludat, dicere debet à quo audiuit.*
57 *Item nominare debet illum, à quo audiuit.*
58 *Item dicere debet, ſe ita credere.*
59 *Vnum pro delicto alterius non teneri.*
60 *Diui Auguſtini locus.*
61 *Filius ob crimen læſæ maieſtatis. vel hæreſis à patre commiſſum punitur.*
62 *Item qua ratione id factum.*
63 *Pœna aliqua non afficitur extraneus pro delicto extranei.*
64 *Theodoſij crudele facinus.*
65 *Pater filij cuſtos eſſe debet, & eum caſtigare.*
66 *Dominus tenetur pro facto ſerui: & cur.*
67 *Mercator cur & quando teneatur pro facto ſui inſtitoris & exercitoris.*
68 *Lex ſtatuens vnum pro alterius facto teneri, ſtrictè intelligitur.*
69 *Abſurda & inconuenientia euitanda ſunt.*
70 *Conſentire non dicitur præſens quo inuito actus geri poteſt.*
71 *Pater non tenetur pro facto filij, qui eo inuito poteſt contrahere.*
72 *Dominum tunc teneri pro facto familiæ cùm ſciuit eam errare & non correxit.*
73 *Item ſolùm cùm factum eſt ſucceſſiuum.*
74 *Dominus tenetur pro facto inſtitoris, cùm ſpecificè eum præpoſuit.*
75 *Conuentiones & capitula facta cum gabellatore ſalis venditore ſtrictam recipere interpretationem.*
76 *Argumentum valere ab incluſione vnius ad excluſionem alterius.*
77 *Interpretatio contractus fit, vt iuri communi conueniat.*
78 *Officialis quis dicatur.*
79 *Officialis alicuius qui non dicitur, niſi ab eo fuerit præpoſitus.*
80 *Relationem ad immediatè præcedentia fieri.*
81 *Item maximè, vt abſurda & inconuenientia & iuri contraria euitentur.*
82 *Criminalis accuſatio ceſſat, cùm ad pœnam ex conuentione agi poteſt.*
83 *Doli actio ceſſat, cum ex coniectura dolus purgari poteſt.*
84 *Criminaliter puniri quis non poteſt, qui ex conuentione ciuiliter agere poteſt.*

## FACTI SPECIES.

ILluſtriſſimus & Excellentiſſimus Dominus Dux Mantuæ conſtituit Magnificum D. Bernardinum Caſettum ex oppido Tridini gabellatorem atque diſtributorem ſalis Marchiæ Montiſferrati, vt illum venderet & diſtribueret nomine ipſius Excellentiſſ. D. Ducis. Et in ea conſtitutione adhibitæ fuerũt

ij 2 inter

*inter multas hæ conuentiones. Quòd ipſe Caſettus præponeret atque conſtitueret inſtitores, quos Poſterios vocant, ſuis in locis, in quibus ſalem vendi & oppidanis diſtribui poſſe. Quibus quidem Poſterijs ſalarium conſtitueretur à Caſetto, conſenſu tamen illuſtris Dom. Bartholomæi Voltæ Senatoris ipſius Excellen. D. Ducis. Et quòd ipſe Caſettus teneretur pro ipſis inſtitoribus & Poſteriis, ſi contigiſſet eos fraudare ſalem, & illum plus iuſto pretio vendere. Præterea ita conuentum fuit.*

*Che non debba detto Caſetto nel far vendere ſale al minuto alterare il prezzo, ne la miſura: ma ſia tenuto farlo vendere ſecõdo il ſolito antico: il qual ſolito dechiara eſſo Caſetto eſſere come à baſſo, cioè à Caſale reali trentaquatro, groſſi doi la ſoma all'ingroſſo, & al minuto groſſi tre il coppo. A trino reali trentaotto la ſoma, & groſſi tre il coppo. A Moncaluo reali trentaotto la ſoma, & groſſi tre il coppo. Oltra la Dora reali quarantaquatro la ſoma, groſſo vno & quarto vno la libra. Et oltra il Tanaro reali trentadoi la ſoma. & groſſo vno per libra in ciaſcuno luoco doue ne farà vendere. Il medeſmo facci nel vendere all'ingroſſo. acciò nõ ſia alterato il prezzo in modo alcuno.*

*Che il detto Caſetto & padre ſuo promettino & oblighino ſe, hæredi ſuoi & beni per l'oſſeruanza de i ſudetti capittoli: & di non far fraude ne inganno alcuno nel diſpenſare detto ſale, ſotto la pena, cioè, à chi fraudeſſe il ſale de ſcudi dieci per ogni liura di ſale fraudato. Et de ſcudi cinque per ogni liura di ſale à chi lo vendeſſe di piu del ſolito prezzo è di minor miſura ò peſo. Et ſotto quelle pene che arbitrerà il Senato di Caſale, à chi per altre vie & modi contra verrà. Nelle quale pene verrano li contrafacienti condennati per il ſudetto Signor Volta reſpetiuamente. Et nel le medeſme pene caſchino anco gl'altri vfficali, che ſaranno da lui deputati, per li quali eſſo Caſetto ſia obligato. Ma poſſi egli hauere regreſſo di tutto quello pagherà contra i deliquenti.*

*Nunc inquiſitus & condemnatus fuit dictus Dominns Caſettus ob id, quod aſſeritur, quòd vendiderit ipſemet in ciuitate Caſalis ſalmas duas ſalis Ioan. Antonio Beæ ex oppido Blazati pretio regalium quadragintaduorum cum dimidio pro ſingula ſalma. Et tamen iuſſit ipſe Caſettus in codice gabellæ ſcribi, venditum fuiſſe pretio regalium trigintaocto, & partim trigintaquatuor. Et prætereà, quod vendidit Io. Caratolo ſalmas duas pretio regalium quadragintaunius, & ſcribi fecit, vendidiſſe pretio regalium trigintaocto. Rurſus aſſeritur, dictum Dominum Caſettum negaſſe dictis Beæ & Caratolo ſe ſciuiſſe taxationem ſalis. & id feciſſe, vt cameram Ducalem fraudaret.*

*Prætereà inquiſitus fuit dictus Dominus Caſettus, ob id quod illi Io. Antonius Bea & Ioannes Caratolus vendiderunt ſalem plus iuſto pretio, & quòd eorum nomine tenetur Caſettus ſoluere pœnam commiſſi criminis.*

*Rurſus etiam aſſeritur, quòd Dominus Ioannes Antonius pater dicti Domini Bernardini Caſetti & Dominus Ioannes Iacobus eius frater in oppido Tridini vendiderunt ſalem plus iuſto pretio: & ꝙ eorum nomine tenetur ipſe D. Bernadinus.*

## CONSILIVM XCVIII.

# Initium à Domino.

DVO præcipua capita habet hæc conſultatio. Quorum primum reſpicit immediatè perſonã D. Bernardini Caſetti, an ſcilicèt ipſe deliquerit, vendendo ſalem in ciuitate Caſalis.

Secundum caput eſt, an ipſe D. Caſettus teneatur ex facto aliorum, qui vendiderunt ſalem plus iuſto & præſtituto pretio.

Redeo ad primum caput: quod quidem caput tres habet dubitationes.

Prima eſt, an verum ſit ipſum D. Caſettum vendidiſſe ſalem pretio quadragintaduorum regalium: & in libris gabellæ ſcripſiſſe, venditum fuiſſe pretio trigintaquatuor & trigintaocto regalium tantùm.

Secunda eſt dubitatio, an ex eo, quòd conſtat ſolùm ſalem venditum fuiſſe pretio trigintaocto regalium & illud pretium ita fuiſſe relatum in libris gabellæ, ipſe D. Caſettus deliquerit, & ob id teneatur ad pœnam.

Tertia, an in aliquam pœnam inciderit ipſe D. Caſettus ex eo ꝙ aſſeritur, negaſſe Beæ & Caratolo, ſe ignorare pretiũ ſalis ab excellen. D. Duce taxatum & ordinatũ, vt potè ꝙ id egerit ad fraudandam Cameram Ducalem.

Quò ad primam illam dubitationem, an verum ſit D. Caſettum vendidiſſe ſalem pretio quadragintaduorum regalium, & in libris gabellæ ſcripſiſſe venditũ fuiſſe pretio tringintrquatuor & trigintaocto tantùm: dicendum videbatur, hoc delictũ fuiſſe probatum teſtimonio duorum, nempè Io. Antonii Bæa & Ioann. Caratoli, qui aſſeruiſſe dicuntur, emiſſe à d. Caſetto ſalem eo iam relata pretio. Quorum quidem teſtimoniũ etſi ſit ſingulare: attamen ex multis probare videtur.

1 Primò, quia † de facto à ſe ipſis affirmãt. iuxta l. quæro. §. vlt. ff. de ædil. edi. & l. ſeruos. C. de proba. quæ ſanè
iura ita intellexit in his ferè terminis Caſtren. conſ. 110.
Viſa petitione. col. 2. lib. 2. cum reſpondit, eſſe credendũ
2 illi ſoli † teſti ſuper ſimulatione contractus, dum depoſuit, quòd venditor ei voluit pignori dare rem illam,
quam deinde alteri vẽdidit. Idem pariter Alex. conſ. 197.
3 num. 3. in fini. lib. 7. reſpondit, vni ex † contrahentibus
credi de in cõtractu geſtis actiſque. Hinc reſpõdit Dec.
conſ. 342. nu. 1. eſſe adhibendam fidem teſtimonio ſolius
mulieris aſſerẽtis ſuis manibus ſuppoſuiſſe partum. Huc
ſpecta, quod reſpondit Bald. cõſi. 428. An mandatarius.



lib. 3. & Alexan. conſi. 88. col. pen. num. 31. verſi. prætereà,
4 lib. 5. † credi mandatario, qui non ſuſcepit mandatum,
cùm de actu proprio agatur. Accedit quod ſcribit Marſil. in prac. crim. §. diligenter. nu. 131. cùm ait, eſſe credendum deponenti de facto à ſemetipſo, & ob id ſubinfert,
5 quòd vbi aliæ non extant probationes, creditur † poſito
in articulo mortis, ſe ab aliquo fuiſſe vulneratum. Idem
Marſil. conſi. 111. nu. 7. quorum quidem opinio procede-
6 re videtur etiam eo caſu, quo † teſtis eſſet vilis conditionis: cùm conditionis vtilitas non obſit, ſicuti affirmaui
lib. 2. de arbitr. iudi. &c. caſu. 99. nu. 8. poſt Caſtr. Alexan.
& alios plures.
7 Secundò accedit, ꝙ etiã teſti † ſingulari fidẽ pro ſuo arbitrio adhibere iudex põt, vt ſcripſi d. li. 2. de arbitr. iud.
&c. caſu 60. nu. 6. & d. caſu 99. infi. Nec varietas teſtimonij
Io. Antonij Beæ perpẽſa ab erudiſs. D. Riſicho cauſæ patrono videtur cõſiderabilis cùm nõ variet Bea, ſaltẽ quò
ad quatuor ſalmas ſalis: quas cõſtanter ſemꝑ aſſeruit emiſſe à d. D. Bernardino Caſetto. Et dato ꝙ ipſe Bea eſſet
varius, nõ tñ hæc varietas poteſt cõſiderari in Caratolo.
Cæterùm, re ipſa longè melius perpenſa & examinata, contrariũ viſum eſt verius: imò probatum non fuiſſe
D. Caſettum eo pretio vendidiſſe ſalẽ. Quod, vt clarius,
quantum fieri poteſt, demonſtrẽ, hæc priùs dicam. Primum hîc agi de graui pœna pecuniaria, quæ quidẽ non
multum differt à pœna corporali. Agitur etiã de hominis bona fama & honore ſugillando. Quæ ſanè honoris
8 cauſa maximi ponderis eſt, poſteaquã honor † & bona
fama vitæ antefertur. l. iſti quidẽ. §. pe. ff. de eo quod met.
cau. Cra. cõſ. 168. nu. 3. ſcripſi li. 2. de arb. iud. &c. caſu 377.
nu. 19. vbi plures retuli. Quocircà in re tam graui & magni ponderis probationes claræ & manifeſtæ requirũtur:
ſicuti videmus in cauſis capitalibus. l. vlt. C. de probatio.
9 Quæ ſanæ conſtitutio † l. vlt. procedit etiã quando agitur
ciuiliter ad pœnam, vt putà, contrauentionis & pacti, ac
ſimilium. ita, poſt Baldum in capitu. 1. qualiter dom. proprie. priue. reſpõdit Alex. cõſ. 33. nu. 1. li. 2. Decius cõſ. 290.
nu. 2. conſ. 452. nu. 1. & cõſ. 531. nu. 1. & ibidẽ annotarunt recentiores in additionib. Idem reſpondit Alciat. reſp. 2. ad
finem, ſecundum impreſſionẽ Lugdunenſem. Quod hîc
(vt dixi) maximè procedit, vbi agitur honoris & famæ
cauſa. Illud etiam ſecundũ dicam, D. Caſetti fidem, probitatem & vitæ integritatem ſpectatam eſſe, & à multis,
maximè ab Illuſtr. & Excell. D. Duce, qui optimè nouit
qua fide & diligentia vſus is ſit in hoc ipſo negotio ſalis
cum Magnifico D. Cæſare Coyro Mediolanenſi. Quo
fit vt probationes, quæ fieri ſolent de delicto commiſſo
10 ab eo, qui vir bonæ † famæ creditur, efficaciores eſſe debent. Ita ſcribunt Bart. in l. 1. §. pen. ff. de re milita. Bald. in
l. vlt. col. vlt. C. de probatio. alios recenſet Craue. conſilio
99. in fina. conſi. 151. num. 21. conſi 244. num. 6. & conſilio
319. num. 1. Quos ſecutus eſt erudit iſs. Rol. conſ. 16. nu. 26.
li. 1. & 96. num. 25. lib. 2. Et idem ſcribunt Gramma. conſ.
37. num. 14. Soc. Iun. conſ. 38. num. 22. & conſi. 39. num. 24.
li. 2. & Pariſ. conſ. 151. nume. 10. lib. 4. Accedit etiam quod
11 † probationes debent eſſe maximè efficaces, cùm agitur
de probando facto minus veriſimili: quemadmodum, ex
l. vlt. ff. de eo quod met. cauſa, tradunt Abbas in c. quia
veriſimile. ſecundo nota. de præſump. Iaſ. in l. ſi extraneus. ſexto nota. ff. de cond. ob cauſam. & alios plures citat
Craue. conſi. 6. num. 43. conſ. 56. num. 11. & conſil. 75. num.
12. copioſè Tiraq. in repe. l. ſi vnquam, in præfatione. nu.
38. C. reuocan. donat.
His præfatis, aliquot rationibus facilè demonſtratur,
teſtimonio Beæ & Caratoli fidem adhibendã non eſſe.
12 Primò, quia hæc eſt iuris regula, † teſtimonio ſingulari non eſſe credendum, etiam in ciuili negotio. Nam hæc
eſt à diuina lege ſtatutum. Deut. cap. 19. Non ſtabit teſtis
vnus contra aliquem, quidquid illud peccati, aut facinioris fuerit: ſed in ore duorum, vel trium ſtabit omne
verbum. Idem lege Euangelica ſancitum fuit, ſicuti ſcriptum eſt Matthæi cap. 18. & Ioannis capit. 8. Quod & lex
pontificia ac etiam Cæſarea comprobauit. cap. in omni
negotio. & cap. licet in fi. de teſtibus l. iuriſiurandi. C. de
teſtibus. Et vſus forenſis & multorum auctoritas confirmauit, quæ hîc recenſere ſuperuacaneum exiſtimo. Huic
13 ergo † regulæ ſtandum eſt, donec de exceptione & fallentia conſtet, vt ſcribunt Bart. in l. 2. nume. 1. ff. ſi quis in ius
voc. non ierit. Decius in l. 1. numero 7. de reg. iur. & alibi.
14 Secundò accedit, quòd, quando † teſtis eſt ſingularis, & tractat vel de cõmodo ſuo, vel de proprio damno
euitando, ei nullo modo creditur, etiamſi deponat de ſe
à ſeipſo geſta. Ita ſcribunt Caſtren. in l. 2. §. ſi abſens. ff. ſi
ex noxa. cauſa agatur. Decius conſi. 56. num. 4. Craue.
conſi. 73. num. 37. Tiraquellus in tract. conſang. § 1. gloſſa 14. num. 51. & Herculanus in tractat. Quis teneatur
probare negatiuam. num. 213. Quos ſecutus ſum lib. 2.
de arbitra. iudicum. &c. caſu. 99. num. 6. Ea ratione adductus, quòd hîc duo defectus adſunt: vnus ſingularitatis,
5 alter affectionis. Qui ſanè † defectus ſimul iuncti ſufficiunt ad proſternendam fidem huius teſtis, quemadmodũ eo loci ſcripſi, numero 7. poſt Marſil. ſing. 378. & ſing.
385. Crauet. conſilio 6. numero 55. 57. & alios, quos referre ſuperſedeo. Idem reſpondit Rolandus conſilio
24. numero 61. libro 1. Quòd autem hi teſtes tractent
ex hoc facto de damno ſuo euitando, ſeu de proprio errore excuſando, vel ex eo conſtat, quòd, aſſerendo emiſſe hunc ſalem tanti pretij, duo dicere voluerunt. primum, quòd ipſi ignorabant ſalis pretium, quia ſi ſciuiſſent, tantum non numeraſſent: & tanti ipſi non reuendidiſſent. Sed plus iuſto & ſtatuto pretio vendiderunt,
quia & plus iuſto emerunt. Secundum dicere voluerũt,
ꝙ illud extortũ ſibi iniuſtum pretium reſtitui eis debet:
quemadmodũ ipſe Bea examinatus tertio loco ait, quod
nil fuit ſibi reſtitutum: innuens de re ſua agi, vt ſcilicèt
ei reſtituatur. Non ergo eſt aliquo pacto eorum teſtimonio adhibenda fides.
* Tertiò accedit vera illa & magis * recepta ſententia,
16 † teſtimonio ſingulari plenè non credi, etiamſi perſona
ſit honeſta, & agatur de proprio facto & geſto. Nã, licèt
aliqua fides ei adhibeatur, non tamen plena. ita ſcripſi d.
lib. 2. de arbitrarijs iudicum, &c. caſu 99. num. 17. verſi.
Verior itaque. quo loci huius ſententiæ permultos recenſui. Addo Dec. conſi. 510. num. 2. qui reſpondit, non
17 credi † teſtimonio aſſerentis, ſe alicuius mandato ſcripſiſſe. idem dixit Marſil. in prac. criminali. §. diligenter.
nume. 39. Cùm ergo in caſu noſtro plena & perfecta (vt
dixi) probatio requiratur, ſequitur dicendum, non eſſe
hoc in caſu probatum D. Caſetti aſſertum delictum.
Non obſtant adducta in contrarium: quib. in ſpecie reſpondeo, etſi ex iam dictis credam illis ſatisfactum.
Ad primum itaque dico, veriorem & magis receptam
opinionem eſſe aduerſus Caſtrenſem & eius ſequaces,
ſicuti demoſtraui d. caſu 99. num. 17. quo loci reſpondi rationib. Caſtrenſis & ſequacium, qui contrarium probarunt. Et in ſpecie magis ſingulis reſpondendo, dico nil
18 obeſſe auctoritatem † Caſtr. d. conſi. 110. Viſa petitione
col. 2 in prin. lib. 2. quia Caſtrenſis non affirmat conſtanter eſſe huic ſoli teſti adhibendam plenam fidem, ſed ita,
videtur adhibenda: atque ita dubitatiuè loquitur. Et ideò ſuo illo in caſu alias cõiecturas, quæ concurrebant,
19 conſiderat. Ita pariter dubitatiuè loquitur † Alex. d. cõſ.
197. num. 3. lib. 7. Et ipſi Alex. deferendum non eſt, cùm
in conſi. 192. nu. 13. lib. 6. aliter ſcripſerit. Quod & alijs
multis in locis fecit, vt recenſet Tiraq. in tracta. de retractu cõſang. §. 1. glo. 14. nu. 50. Ita nec Dec. d. conſ. 342. nu.
1. cùm ipſemet conſ. 510. nu. 2. aliter reſponderit. Non etiã
20 repugnat illud reſponſum † Baldi conſi. 428. An mãdatarius. lib. 3. & Alex. conſ. 88. num. 31. lib. 5. quia Baldus ſolùm ait facere aliquod indicium ad inſtructionem, non
aũtem probare. atque ita intelligit Marſ. in prac. crim. §.
diligenter. num. 37. quo loci. num 39. ſcribit, non ſufficere hoc mandatarij teſtimonium, vt mandãs torqueatur.
Et ibid. numme. 39. verſi. alia etiã ratio. &c. perpendit ra-

tionem, quæ huc verè pertinet. Nam (ait ille) ſi fides ad-
hiberetur illi aſſerenti ſibi fuiſſe mandatum delictum cō
mitti, facilè impius & maleuolus poſſet accuſare virum
bonum, quòd ei mādauerit homicidium perpetrari: quē-
admodum in caſu noſtro eueniret. Qua ex re non repu-
gnat eiuſdem Marſilij loco paulò ſuprà citato. nume.131.
traditio, cùm verius ſit quod ipſe eo loci, nu. 37. ſcripſit.
Reſpondeo ſecundò, admiſſo, veram eſſe Caſtren. &
ſequacium opinionem, attamen adhuc nil obeſt hoc in
caſu, in quo plena & perfecta probatio requiritur: & i-
deò illa leuis & minus plena non ſufficeret.
Non obſtat ſecundum, quia reſpondeo vno verbo, in
re tam graui mihi perſuadere non poſſum, æquum & bo
num iudicem adhibere poſſe fidem plenam his teſtibus,
qui etſi in cauſa merè ciuili aliquid momenti haberent,
in cauſa tamen criminali non video illi tributum eſſe
hoc arbitrium. Hæc de prima dubitatione.
Quò ad ſecundam dubitationem huius primi capitis,
an ſcilicèt D. Caſettus inciderit in pœnam in capitulis
appoſitam, ob id quod in Ciuitate Caſalis vendiderit ſa
lem pretio trigintaocto regalium. Qua in re dicendum
videbatur, incidiſſe in pœnā, cùm verè cōſtet ſaltem ven
ditum fuiſſe vltra pretium præſtitutum in ipſa ciuitate
Caſalis: & ideo ex claris capitulis ſatis ſupérque funda-
ta eſt intentio Illuſt. & Excel. Ducis.
Re tamen diligentius conſiderata, contrarium cre-
do verius eſſe, nempè D. Caſettum non incidiſſe in ali-
quam pœnam, cùm verè non deliquerit. Quod, vt planū
faciam, multis moueor rationibus, priùs tamen duobus.
præmiſſis. Quorum vnum in facto, alterum verò in iure
verſatur. Primum illud eſt, quòd gabella ſalis, quæ ven
ditur in ciuitate Caſalis, diſtincta eſt & ſeparata à gabel-
la Tridini, vt de ſe patet, cùm Tridini vendatur ſal pre-
tio trigintaocto regalium, ſingula ſalma, & Caſalis pre-
tio trigintaquatuor tantum. Et in facto præſupponitur,
quòd incolæ oppidi Blazati & Liburni, & aliorum oppi
dorum illis vicinorum, neceſſe habebant emere ſalem
ex gabella Tridini. Secundum, quod volui præmittere
21 iuris eſt, nempè, illum non cenſeri † deliquiſſe, qui do-
lo caret & culpa: quandoquidem delictum, dolum, vel
ſaltem culpam, adfuiſſe præſupponit: alioqui delictum
non eſt, ceſſante animo & conſenſu agentis. l. 1. §. diuus.
ff. ad l. Corn. de ſica. l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de
pœnis. & copioſè ſcripſi li. 2. de arbitr. iud. &c. caſu. 324.
quo loci vltrà Tiraq. in tract. de pœnis legum. &c. cauſa
33. multis confimaui. Et eodem libr. 2. caſu 309. probaui,
22 falſi delictum ſine dolo non committi. Et in ſpecie † do-
lum requiri in fraudatione gabellæ & vectigalis, reſpon-
dit Rol. conſil. 42. num. 15. lib. 3. poſt Abbatem conſil. 68.
lib. 1. His præmiſſis, demonſtratur nunc multis rationi-
bus, D. Caſettum omni dolo & culpa hoc in facto caruiſ
ſe, & per conſequens non deliquiſſe.
Primò itaque moueor ea ſolida ratione, quòd Caſet-
tus ex hoc facto nullum commodum, nullámque vtilita
tem ſenſit, cùm pretium integrum ſalis retulerit in libris
23 gabellæ ad vtilitatem excellent. D. Ducis. Atqui † dolus
non præſumitur, ſed ceſſat in eo, qui aliquid ſine ſuo cō-
modo agit: ex Caſettus dolo caruit. Illa minor probatur
ex l. quòd ſi cùm ſcires. ff. de dolo. qua adductus reſpon-
24 dit Bal. conſi. 38. lib. 2. ex † receptione perſonæ & rei do-
lū non præſumi, cùm ex eo actu nulla reſultat vtilitas re
ceptanti. Et Baldum ſecutus reſpondit Crau. conſi. 8. nu.
4. & conſi. 18. nu. 22. illum dolo carere præſumi, qui rem
25 à pupillo † rapuit, ex qua raptura commodum aliquod
non ſentit. Idem Crau. conſil. 75. nume. 13. qui multis re-
26 ſpondit, † falſum, quod ſine dolo non committitur, non
cenſeri commiſſum ab eo, qui nullum commodum ex
eo perciperet. Id quod probauit & Rol. conſi. 11. nu. 57.
lib. 3. qui alijs multis ſimilib. ex Ruino, Marſilio & Soci-
no iuniore comprobauit. Et alia plura ſimilia ſatis egre-
gia recenſet Crau. conſi. 119. nu. 13.
Secundò, admiſſo quòd Caſettus ipſe ſenſiſſet hoc cō
modum, vt quia non retuliſſet illud pretium in libro ga-
bellæ, attamen adhuc non præſumitur dolus: quando-
quidem tenue admodum lucrum erat, vt re ipſa patet.
27 Et vera eſt interpretum ſententia, dolum † non præſu-
mi in eo facto, ex quo de re modica & tenui agitur: ita
verè & doctè reſpondit eruditiſſ. & optimè meritus Præ
ſes Montisferrati D. Rol. à Valle conſ. 38. nu. 36. lib. 1. qui
28 rectè reſpondit, non præſumi † notarium commiſiſſe
falſum, cùm ex eo actu vel nullum, vel modicum emolu
mentum conſequi potuit. Quam ſanè aſſertionē proba-
uit auctoritate multorū, præſertim Crau. conſ. 75. nu. 16.
qui recenſet Alex. conſ. 74. col. 2. lib. 1. & Oldra. conſ. 162.
Thema tale eſt. P. condidit. Marſi. conſi. 77. col. 2. & Ru-
beū Alex. conſi. 15. col. 1. Ea eſt huius ſentētiæ ratio, quòd
veriſimile non eſt, aliquem velle delinquere ob nullam
vel modicam ſui vtilitatem & commodum.
29 Tertiò, dolo caret is qui † agit actum permiſſum, e-
tiamſi ex eo deinde oriatur delictum. ita reſpondit Ca-
ſtren. conſ. 192. Verba appoſita. col. 2. in fi. li. 1. quem ſecu-
tus eſt Cra. cōſ. 8. num. 18. Sed in caſu noſtro permiſſum
erat Caſetto, vendendo in ciuitate Caſalis ſalem, qui vē-
dendus erat in oppido Tridini, recipere illud pretium,
quòd Tridini recipere debebat, cùm breui quadam ma
nu exiſtens Caſali dederit ſalem Tridini, & quod Tridi
ni agere debuit, egit Caſali. Quòd ſi aliter feciſſet, gabel
la Tridini fuiſſet defraudata, & inutilis penè effecta, vt
ſuo loco dicemus. ergo ſequitur Caſettū dolo nil egiſſe.
30 Quartò confirmātur iam relata ea ratione, quòd is †
dolo caret, qui facit quod facere debet: ſicuti ècontra, do
lo is preſumitur, qui fecit quod facere nō debuit. l. tutor
qui repertorium. ff. de admini. tuto. & l. dolo. ff. ad l. Falc.
Et in ſpecie ita argumētatur, poſt Ancha. con. 316. In cau
ſa, quæ vertitur. col. 2. & Corn. cōſ. 106. ad fin. lib. 1. Crau.
conſ. 75. nu. 6. & ſcripſi lib. 2. de arbit. iudi. &c. caſu. 208.
num. 5. poſt Pariſ. conſi. 74. nu. 29. lib. 1. & accedit D.
Rolandus conſ. 57. num. 9. lib. 1. Atqui in caſu noſtro
Caſettus fecit quod facere debuit: & ſi aliter egiſſet, ma-
lè egiſſet, nempè vendendo ſalem, qui in gabella Tri-
dini erat vendendus eo pretio, quod erat Tridini nume
randum. alioqui facilè euenire poterat, quòd illa gabel
la effecta fuiſſet penè inutilis Excellentiſ. D. Duci: quan-
doquidem vicini oppido Tridini, ob vilius pretium, e-
miſſent ſalem Caſalis, omiſſo illo Tridini. Ergo ſequi-
tur, Caſettum nil dolo egiſſe, atque ita non deliquiſſe.
Quintò, caret omni dolo factum Caſetti, cùm totum
illud acceptum pretium retulerit in libris gabellæ ad v-
tilitatem Excellentiſſ. D. Ducis. Quam ſententiam pro-
bat tex. l. 3. §. non tantum. verſic. ſed etenim. ff. de incen.
31 rui. & naufra. quo probatur, quòd accipiens † rem do-
mini, vt domino reſtituat, dolo nil agere, atque ita deli-
ctum non commitere dicitur. Quo textu adductus re-
ſpōdit ita Feder. de Senis. conſ. 107. Do. Franciſce. num. 1.
& illum ſecutus eſt Crau. conſ. 319. num. 2. qui reſpondit,
illum non incidiſſe in crimen læſæ maieſtatis, qui Ca-
ſtrū retinuit & defendit, vt illud domino ſuo reſtitueret.
32 Sextò ſuffragatur, quòd † dolus non præſumitur com
miſſus à ſubdito cōtra ſuum principem, præſertim cùm
ab eo beneficium conſecutus eſt. idque duabus rationi-
bus. Prima, ob timorem ne ab ipſo principe puniatur: i-
ta conſiderat in ſpecie Cra. conſ. 319. numero 6. verſiculo
quantò minus, poſt Iaſonem conſ. 167. col. 5. lib. 4. Alte-
33 ra eſt ratio, quòd nō præſumitur quis velle lædere † prin
cipem ſuum, à quo aliquod beneficium eſt conſecutus:
& præſertim, cùm antea ei extitit fidelis, ita copioſè ar-
gumentatur D. Rolādus præſes conſ. 1. num. 32. & conſ.
11. nu. 52. 53. li. 3. Atqui in caſu noſtro iam conſtat, Caſet-
tum beneficia multa ab Excellētiſſ. Do. Duce accepiſſe,
& hoc præſertim, quòd eum ſupremum Gabellatorem
ſalis totius Marchiæ Montisferrati conſtituit. Quo qui-
dem in negotio pertractando cum Do. Coyro Mediola-
nenſi ipſe Excellentiſ. Dom. Dux expertus eſt diligenti-
am, fidē & integritatē ipſius Caſetti, ergo ſequitur, dolo
nil egiſſe



dolo nil egiſſe Caſettum.
Septimò, qui aliquid agit, motus aliqua de cauſa,
34 † etiam leui, ac (vt noſtri dicere ſolent) temeraria, excu
ſatur à dolo. ita probat l. igitur. §. cauſa. ff. de liber. cauſa.
& vberrimè ſcripſi in tract. de recuperanda poſſeſſione,
Remedio quinto. quæſ. 14. nu. 49. 50. Atqui clarè con-
ſtat, Caſettum fuiſſe motum ad recipiendum illud pre-
tium, quia vendebat ſalem illum gabellæ Caſalis loco
ſalis gabellæ Tridini. Et ideo etiamſi cauſa hæc non eſt
iuſta, attamen vt leuis eum excuſare potuit: cùm (vt præ
citatis in locis ſcripſi) cauſæ hæ leues & temerariæ excu-
ſent à grauioribus delictis.
Octauò accedit, quòd Caſettus palam pretium hoc
35 recepit, & in libris gabellæ retulit. Atqui † dolo ille ca-
rere præſumitur, qui palàm agit actum etiam aliàs pro-
hibitum. ita probat l. vltim. ff. de ritu nup. & l. non exi-
ſtimo. ff. de ritu nuptia. id quod permultis Doctorum
auctoritatibus comprobaui lib. 2. de arbitrarijs iudicum
&c. caſu. 244. quo loci nume. 8. in ſpecie ferè hac ſcripſi,
poſt Baldum & Alexandrum illum excuſari, qui pecuni
am alterius, quam recipere non poterat, palàm recipit.
Ergo ſequitur Caſettum dolo carere & per conſequens
non deliquiſſe. Quæ argumentatio confirmatur ex do
ctrina Crau. conſ. 18. num. 22. conſi. 329. nu. 10. verſicu-
lo decimoquintò, dum, ſecutus Baldum conſil. 250. In
36 quæſtione, colu. 2. libr. 1. reſpondit, † dolum non præſu-
mi in eo, qui rem à fure, vel bannitum recepit, & paulò
poſt illam manifeſtauit. Quam Baldi doctrinam proba-
uit & Rolandus conſ. 11. num. 57. lib. 3. cùm ergo Caſet-
tus non ſolùm paulò poſt receptum pretium, ſed ſtatim
illud manifeſtauerit, dum referri in libris gabellæ iuſſit,
ſequitur dicendum carere omni dolo.
Nonò ſuffragatur mirum in modum, quòd etiamſi
Caſettus dolo egiſſet exigendo illud pretium, attamen
Excellentiſſi. Do. Dux obijcere hunc dolum non poteſt,
ex quo illud pretium eſt ad ſui vtilitatem & commodum
37 in libris gabellæ relatum. Eſt enim vulgati iuris, † do-
lum vel culpam obijci non poſſe ab eo, qui ex illis vtili-
tatem ſenſit. ita probat l. cùm in fundo. §. quod ſi mulier.
ff. de iure dotium. & ibi annotarunt gloſſa, Baldus, Al
ber. & Salicetus, ſimilis gloſſa in l. ſed & ſi excepti. ff.
de euictio. quam probarunt Curtius Iunior in l. diem
functo. nu. 47. & ibidem Sapia nume. 31 ff. de officio aſſeſ
ſo. probat lex nupta. §. 1. ff. ſoluto matrimo. & reſpondit
Decius conſ. 492. col. vltima & Cagnolus in l. ex qua per
ſona. num. 2. de reg. iuris. cuius ſentētiæ ea eſt ratio, quòd
38 is qui † lucrum ſentit ab aliquo, eius factum improbare
non poteſt. d. l. ex qua perſona. Et ratio rationis eſt, quia
lucrum recipiendo, ratum habet, quod factum fuit: vt
nunc ſubijcio.
Decimò & vltimò confirmatur efficaciter præcedens
39 argumentatio, certi iuris eſt quòd † ſcienti & conſen-
tienti non infertur iniuria neque dolus. capitu. ſcienti,
de reg. iuris, in 6. & egregiè Rolan. conſi. 75. num. 27. li.
40 1. qui reſpondit † vſurarium non teneri de dolo, cùm ex
conuentione vſuras receperit: & dolus contra ſcientiam
non committitur. l. cùm donationis. C. de tranſactio. Et
41 cùm † dolus committitur in ſcientem, ceſſat ſtellionatus
crimen, ita Baldus conſi. 240. libro 2. Atqui Excellentiſ-
ſimus D. Dux & ſciuit factum Caſetti, & illi conſenſit,
ergo conqueri non poteſt, quòd iniuria illata ei fuerit
à Caſetto, non obſeruando eius præcepta & pacta con-
uenta. Nec dolo ſe deceptum à Caſetto dicere poteſt.
quòd is dolo plus iuſto pretio exegerit ad ſui vtilitatem.
Illa minor propoſitio ex dictis ſuprà probata ſatis eſt.
Nam, cùm ipſe Excellentiſſimus D. Dux reciperet lu-
42 crum illud, † dicitur approbaſſe & ratificaſſe Caſetti fa-
ctum, iuxta. l. Iulianus. §. vlt. cum. l. ſequenti. ff. ad S. C.
Macedo. & l. cum fidem. C. de non num. pec. & l. libe-
ris. §. 1. ff. de libera. l. cauſa. quibus dicere ſolemus, quòd
43 recipiens prætium † rei ſuæ ab altero venditæ, contra-
ctum venditionis confirmat. Quod reſpondit Cra. conſ.
159. nu. 5. quē ſecutus ſum in tract. de recuperanda poſſeſ
ſione, Remedio 15. num. 123. quo loci alios permultos re-
cenſui. Et ſi ratihabitio mandato æquiparatur vt verè æ-
quiparatur. ca. ratihabitionem, de regul. iur. in 6. ſequi-
tur dicendum quòd quemadmodum ipſe mandans ali-
quid agi non poteſt mandatarij factum, non ipſius
mandatarij, ſed proprium dici poteſt, aliquo pacto im-
probare.
His conſtat, D. Caſettum condemnari aliquo pacto
non potuiſſe hac de cauſa in pœnam capitulorum.
Quò ad tertiam illam dubitationem huius primi capi
tis, an in aliquam pœnam inciderit ipſe D. Caſettus ex
eo quòd aſſeritur negaſſe illis Beæ & Caratolo, ſe igno-
rare pretium ſalis ab Excellentiſſ. D. Duce taxatum, vt-
potè quòd id egerit ad fraudādum cameram Ducalem.
Qua in re dicendum eſt non conſtare ex actis, D. Caſet-
tum hoc negaſſe. Nam ex multis examinatis teſtibus v-
nus tantùm Caratolus aſſeruit, D. Caſetum ei dixiſſe,
quòd non poterat conſtituere pretium, quo vendere de-
beret ſalem Liburni pro ſingula libra: eo quia Excellen-
tiſſimus D. Dux adhuc pretium nō præſtituerat, Verùm
huius teſtimonio nullo pacto credendum eſt.
Primò, quia ſingularis eſt, & agit de ſe ipſo excuſādo:
& ideò ei nō creditur, vt admonui ſuprà in diſſolutione
primæ dubitationis in ſecūda noſtra argumentatione,
Quòd agat iſte de ſe excuſando vel ex eo apertè conſtat,
ꝙ ex quo aſſerit, ſe plus iuſto vēdidiſſe, vult ſe excuſare
id feciſſe mandato d. Caſetti, vtpotè quòd ei dixerit, vt
venderet ſalem, ſicuti alij vendere conſueuerunt: hoc eſt
(ita Caratolus viſus eſt intelligere) eo pretio, quo dein-
de vendidit.
Secundò non probat, quia veriſimilia non deponit.
44 Nam quod † veriſimile non eſt, habet ſpeciem falſi, vt
poſt Baldum & alios docuit Iaſ. in l. ſi extraneus. num. 6.
ff. de cond. ob cauſam. & ſcripſi libr. 2. de arbitr. iudicum.
45 &c. caſu 85. Et † teſtimonio illius, qui non veriſimilia de-
ponit, non credi, ſcribunt infiniti propè relati à Tira-
quello. in repe. l. ſi vnquam, in præfatione. num. 44. C. de
reuo. dona. Quòd Caratolus minus veriſimilia depoſue
rit, apertè conſtat, quòd iam erat omnibus notum pre-
tium ſalis, & capitula facta ab Excellentiſſimo Do. Duce
cum ipſo D. Caſetto. Ex eo etiam patet, quia veriſimile
nō eſt, ꝙ Caſettus id negauerit ſcire, vt inducere Cara-
tolum ad delinquendum, ex eo quo & ipſe Caſettus ea
de cauſa puniri potuiſſet: & præſertim ex re tā leui & mo
dicæ vtilitatis, vt aliàs dixi.
Tertiò, non eſt huic Caratolo adhibenda fides, quia
implicat quandam contrarietatem. Nam primò aſſeruit
quòd Caſettus ei reliquit duos blancos pro venditione
ſalis. Id quod innuit, ipſum Caratolum debuiſſe vende-
re ſalem nomine ipſius Caſetti, à quo pretium ſui labo-
ris pro reuenditione dicit recepiſſe. Et tamen iam priùs
dixerat, ſe vendidiſſe ſalem ſuo proprio nomine. Quod
confirmatur, quia non conſtat d. Caratolum retuliſſe in-
tegrum pretium ipſi Caſetto reuenditi ſalis: cùm vende-
re ſalmam ſalis pretio quartorum quinque monetæ Sa-
baudiæ pro ſingula libra, multum excedat pretium qua-
draginta vnius regalis pro ſingula ſalma: ergo huic atte-
46 ſtationi † non eſt adhibenda fides. l. qui falſa. de proba-
tio. & arg. l. 1. C. furtis.
Quartò accedit, quia admiſſo, quòd Caſettus ita di-
xerit: attamen adhuc non conſtat, quòd dixerit ipſi Ca-
ratolo vt venderet ſalē pretio quartorum quinque mo-
netæ Sabaudiæ pro ſingula libra: ſed dixit, vt venderet
eo pretio quo cæteri vendebant. At quo pretio cæteri
vendiderint à Caratolo probatum non fuit. Et ideò intel
ligi poteſt, quòd Caſettus dicere voluerit, & venderet
pretio groſſorum trium pro ſingulo cuppo. cùm ergo nō
47 concludat hæc atteſtatio, fides † ei adhibenda non eſt,
ca. in præſentia, vbi omnes. de probat. l. neque natales,
C. eod. cum ſimilibus.
Quintò depoſuit hic teſtis minus vera. Nam ipſe-

ſemet aſſeruit, Tridini ſalem vendi eo tempore conſue-
uiſſe pretio groſſorum trium pro ſingulo cuppo. Quod
pretiũ illud fuit, quod ab Excellentiſſimo D.Duce ordi-
natum fuit. Queadmodum ergo Carolus ſciuit pretium
taxatum ab Excellentiſſimo D.Duce Tridini, ita veriſi-
48 militer præſumitur ſciuiſſe taxatum in locis † vicinis. iu-
xta tex. ca. quoſdam. &c. quanto. vbi Doctor. extra de
præſum. Et ſcribunt omnes in l.1.ff.ſi certum peta. Ex his
conſtat, D.Caſettum non deliquiſſe ex facto proprio, &
per cõſequens nõ incidiſſe in pœnã appoſitã in capitulis.
Secundum eſt caput huius conſultationis, an ipſe D.
Caſettus teneatur ex facto aliorum, qui vendiderunt ſa-
lem plus iuſto & præſtituto pretio. Qua quidem in re di
cendum eſt, Caſettum nullo modo teneri, atque ita con-
demnari non potuiſſe. Quod, vt clarè demonſtrem, priùs
diſtinguo duos caſus, vt etiam duæ ſunt ſpecies perſona
rum, à quibus aſſeritur ſalem fuiſſe venditum vltra iu-
ſtum pretium.
Primus eſt reſpectu illius Ioan. Antonij Beæ & Ioan-
nis Caratoli; ſecundus reſpectu D. Ioan. Antonij patris
d.D.Bernardini Caſetti, & D.Io.Iacobi eius fratris. Ne-
ceſſe equidem eſt ita duos hos caſus diſtinguere, cùm di-
uerſam habeant defenſionis rationem.
Quò ad primum caſum, dicendum eſt multis rationi-
bus, Do.Caſettum non teneri condemnatiuè potuiſſe ex
facto d.Beæ & Caratoli. cuius rei declarandæ gratia duo
ſunt explananda. Primum quòd in facto potius quàm
in iure verſatur, nempè Beam & Caratolum non fuiſſe
præpoſitos, & (vt noſtri loquuntur) deputatos ab ipſo
Caſetto huic negotiationi vendendi ſalem in oppidis
Liburni, & ſimilibus. Secundum, quod pendet partim
ex facto, partim ex iure eſt, quòd D. Caſettus ſolùm te-
netur pro à ſe præpoſitis & deputatis inſtitoribus vel ex-
ercitoribus ad vendendum ſalem, non autem pro cæte-
ris omnibus reuenditoribus.
Primum illud, quòd ſcilicèt Bea & Caratolus non fue
rint à Caſetto deputati, probatur multis modis.
Primò, ſatis probatur ex ſola negatione, qua ſufficit
49 Caſetto dicere, illos non deputaſſe: cùm † de contrario
non conſtet ex libris, in quibus conſcribi conſueuerunt
hi inſtitores & deputati. iuxta glo.1.cùm de lege.ff.de pro
batio. Et gloſſam illam recipiunt communiter Doctores,
vt teſtatur Craue.conſi.218.nu.3 & conſil. 225. in fi. Idem
fuſius in tract. de antiq. temp. parte ſecunda principali.
50 nu.55. Ita dicimus, quòd ex † inſpectione libri & matri-
culæ probatur hæc negatiua, aliquem nõ eſſe mercatorẽ,
vel Scholarem, cùm in illis vnà cùm cæteris non eſt de-
ſcriptus. ita ſcribunt Bar. & Iaſ. in l. Titiæ Textores. col.1.
de leg.1. Craue.conſi.138 nu.5, Rolandus conſi.1.nu.72.&
conſi.41.nu.4.li.1.conſil.99.nu.32. li.2. vbi atteſtatur poſt
Socinum Iuniorem, hanc eſſe communem opinionem.
Idem conſi.2.nu.41.lib.3.
Secundò probatur ex teſtimonio ipſorummet Beæ &
Caratoli, qui vno ore affirmarunt, ſe vendidiſſe ſalem
ſuo proprio nomine, & non nomine Caſetti. Nam Bea
interrogatus à prætore Blanzati, reſpondit, quòd ſuo no
mine vendebat ſalem, & non nomine Caſetti, qui ei qui
dem promiſerat, quòd eum deputaret reuenditorem, &
poſterium (vt vulgò appellant) ipſius ſalis, attamen quod
adhuc eam promiſſionem non impleuerat, cùm non po-
tuiſſent conuenire inter ſe quò ad pretium & fideiuſſio-
nem. Et hoc idem aſſeruit apertius idem Bea in duobus
illis examinibus factis coram Illuſtri D. Bartholomæo
Volta Ducali Senatore. Idem de ſe ipſo aſſeruit interro-
gatus ille Caratolus: qui inter multa depoſuit, quòd cum
rogaſſet ipſum Caſettum, vt ei cõcederet vnam poſtam
ſalis in loco Tridini & Liburni, ei reſpondit, quòd id fe
ciſſet, dato ab eo fideiuſſore, iuxta capitula & ordines: &
quod cùm ipſe Caratolus fideiuſſorem adhuc non dediſ
ſet, cœpit vendere ſalem ſub verbo d.Caſetti, hoc eſt ſub
ſpe, quòd eum deputaſſet: ergo adhuc non deputauerat.
Idem etiam colligitur ex atteſtationibus Vbertini Gua-
lini & Ioan.Iacobi Momi. Et cùm exiſtimen hoc eſſe cla
rum & manifeſtum, non immoror diutius.
Nec hîc repugnant duo, quibus videtur probatum,
Beam & Caratolum fuiſſe deputatos à Caſetto aduen-
dendum ſalem.
Primum eſt, quod ſumitur ex notula notarij ita ſcri-
pta, In Vacheta Caſalis ſignata numero 4. fol.2.& die.
19. Iannuarij, in parcellis ſalis venditi reuenditoribus
deputatis ad vendendum ſalem minutim reperitur par-
tita infraſcripta à Io. Antonio Bea, &c. Et in alia Vache
ta ita pariter reperitur ſcriptum, à Giouanni Carato-
lo. &c. Ergo Bea & Caratolus fuerũt à Caſetto deputati.
Reſpondeo, leuem eſſe admodum hanc argumen-
tationem, quandoquidem non conſtat, Caſettum vel in
illis Vachetis, nec in aliquo libro gabellæ ſcripſiſſe, hos
Beam & Caratolum à ſe deputatos fuiſſe. Qua ex re duo
ſequuntur, vnum quòd is notarius, qui ita deſumpſit
exemplũ ex illis Vachetis errore ductus id fecerit: cùm
51 † error præſumatur, quando conſtat rem aliter ſe habe-
re. l.ſi poſt diuiſionem, vbi Iaſ. num. 3. C.de iuris & facti
igno. Ruin.conſi. 10.num.16.lib.3. Soc.Sen. conſi.25. nu.
3.lib.4. Craue.conſi. 157.nu.8 & copioſè Rolandus conſ.
69.num.48.50.lib.3. Vel illud ſequitur, quòd ſi notarius
ſcienter id egit, malè & contrà officium ſuũ egit. Nam,
cùm rogatus non eſſet à partibus non potuit ſcribere il-
52 los fuiſſe deputatos. † Notarius enim nihil ex ſuo ca-
pite in inſtrumẽto aliòve actu apponere poteſt ad præiu
diciũ partiũ. vt ſcribũt Bald. in Rub. C. de fide inſtr. nu.
10.& nu. 14. Bart. in l.ſingularia.nu.23. & ibi Iaſ.nu.45.ff.ſi
cert.pet. & egregiè Cur.Sen.con.56. ſuper proceſſu. col.1.
Nec hîc dicẽdum eſt, notarium deſumpſiſſe hanc de-
nominationẽ à Vacheta illa, quæ inſcribitur, *Nota dil ſa-
le, che ſi da alli poſteri & reuenditori*, inter quos ſcripti re-
periuntur Bea & Caratolus: quia reſpondetur, hanc ar-
gumentationem non concludere, cùm ita re venditor
ac poſterius eſſe quis poſſit, & tamen ab aliquo nõ depu
tatus, ſed ſua ſponte, vt ſua ſpontè emebant & reuende
bant ſalem ipſi Bea & Caratolus. Quocircà probatio,
quæ non concludit neceſſariò, non prodeſt. l. neque na-
tales. C.de probatio. cum ſimilibus. Præterea, & ſecun-
dò, admiſſo, poſterios illos vocari, qui deputati ſunt ad
vendendum, & reuenditores dici illos, qui ſua ſpontè
reuendunt: attamẽ adhuc reſultat dubia probatio, cùm
non cõſtet in quorum numero collocari debeant Bea &
Caratolus, an ſcilicèt in numero eorum, qui ſunt ſimpli
citer reuenditores, vel eorum, qui tanquã deputati poſte
rij appellantur: & ideò nihil prodeſt probatio hæc. Qui-
nimò dico, quòd Bea & Caratolus referri debent potius
inter ſimplices reuenditores, quàm inter poſterios: cùm
non pæſtiterint fideiuſſionem, vt præſtare ſolent poſte-
rij, ſicuti infrà clarius dicemus.
Secundum eſt argumentum, quod ſumi videtur, ad
demonſtrandum, Beam & Caratolum deputatos fuiſſe
à Caſetto en teſtimonio duorum, qui de auditu depo-
nunt, nempè Io. Baptiſtæ Criſpi, & Pauli Caſa noua.
Verùm ex multis conſtat ex eorum teſtimonio, conclu-
dentem probationem & fidem non colligi. Nam primò
is Criſpus nihil concludit, cùm ſolùm depoſuerit, quòd
in oppido Liburni dicebatur, Caſettũ dediſſe licentiã Ca
ratolo vẽdendi ſalẽ. id qđ nõ cõcludit, ipſum Caſettũ de-
putaſſe Caratolũ illũ reuẽditorẽ. Potuit tñ fieri, vt dede
rit ei licentiã, vt ſalẽ vẽderet tanquã ſimplex reuenditor,
vt re ipſa reuendidiſſe ipſemet Caratolus confeſſus eſt:
atque ita dici non poteſt ex hoc, quòd fuerit à Caſetto
deputatus. Præterea, admiſſo quòd affirmaſſet hic teſtis,
ſe audiuiſſe Caratolum fuiſſe à Caſetto deputatum: atta
53 men adhuc ei non eſt adhibenda fides. Nam licèt † teſtis
de auditu aliquã præſumptionẽ faciat. c. licèt ex quadã,
de teſtib. & ſcribũt Dec.conſ.595.nu.3. Marſil.ſing.371. Pa
riſ.conſi.7.in fi.lib.4 Goza.conſi.13.nu.35.& conſi.79.nu
me.11. attamẽ in caſu noſtro præſumptiua hæc probatio,
54 quæ leuis † q dẽ pſũptio eſt, vt relati ſcribũt, & Petr. Be-
ninten-



nintendi.deciſ.67.nu.8. non ſufficit, cùm de graui pœna
agatur. ſed probationes concludentes requiruntur, vt di
xi ſuprà ad primam dubitationem primi capitis conſul-
tationis, dum dixi, l.vlt.C.de probatio. habere locum et
55 cum agitur ciuiliter ad pœnam. Et hoc † teſtimoniũ de
auditu non admitti in cauſis criminalibus reſpõdit Rol.
conſ.24.nu.86.li.1. Rurſus, & ſecundò, teſtis de auditu
præſumptionem non facit quando haberi poſſunt illi à
56 quibus † audiuit, ita declarat Crau. in trac. de antiq. tem-
po. particula vltima primæ partis principalis. num.8. poſt
Aretinum, quem huius fuiſſe ſententiæ recenſet. Præter-
57 eà, & tertiò, non probat hic teſtis, quia non † nominat
à quo dici hoc audierit, vt ſcribit Cra. vbi ſuprà nu.9. 10.
& Natta conſ.170.nu.5.lib.1.& conſ.245.nu.1.lib.2. qui &
eiuſdem opinionis alios recenſent. Rurſus, & quartò, nõ
58 addidit hic † teſtis, quòd ita ipſe credidit, vt audiuit, vt ta
men debuit dicere: iuxta doctrinam Neuiz.conſi. 78. nu.
18.& Boſij in trac. cauſarum crimi. tit. de oppo. contra te-
ſtes. nu.42. poſt Capram conſ.156.col.2.nu.7. Corneũ cõ-
ſi.62.col.8.nu.12.lib.1. Natta.conſ.170.nu.7.lib.1. qui eiuſ-
dem ſententiæ citat Butrium & Are. in ca. quoties, de te-
ſtibus ex illo textu.
Quò verò ad teſtimonium Pauli Caſanouæ clarè cõ
ſtat, nihil concludere aduerſus D.Bernardinum Caſettũ
cùm ſolùm dicat, ſe audiuiſſe à D.Io.Iacobo Caſetto fra
tre d.D.Bernardini, quòd ipſe Io. Iacobus deputauerat
Caratolum reuenditorem. Quam ſanè poteſt item cũ nõ
haberet ipſe Io.Iacobus, ſequitur nil hoc obeſſe poſſe D.
Bernardino. Præterea hic teſtis ſingularis eſt in hoc, & i-
deò ei credẽdum non eſt. l.iuriſiurandi. C.de teſtibus cũ
aliis ſuprà allegatis.
Secundum quod venit hîc explanandum, illud eſt,
quòd Caſettus ſolùm tenetur pro delicto eorum quos i-
pſe præpoſuit & deputauit ad ſalis venditionem: non au-
tem pro cæteris reuenditoribus, quib. ſimpliciter licentiã
conceſsit reuẽdendi ſalem. Id quod verum eſſe nõ ſolùm
ex iuris communis diſpoſitione, verùm etiam ex ipſis ca-
pitulis & pactionibus apertè demonſtratur. Illud tamen
59 ante omnia ſciẽdum eſt, leges iniquum iudicaſſe. † quòd
vnus ex peccato alterius puniatur ita probat l.ſancimus.
C.de pœnis. qua dicimus, pœnam ſuos auctores tenere.
& gloſſa in l.ſi quis in ſuo. §. legis. C.de inoff. reſt. Quocir
60 cà † D. Auguſtinus ſuper librum Ioſue. q.8. ſcribit, quòd
etſi aliquando Deus pœna temporali ac viſibili vnũ pro
altero puniat, non tamẽ homo iudex facere id poteſt. Id
quod ſcribit & D. Thomas 2.2.q.108.art.4.& Alphonſus
de Caſtro. lib.2. de iuſta hæret. punit. c.11. Et licèt eueniat
quòd aliquando lex aliquem puniat pro errore alterius,
id cõſtituit magna aliqua de cauſa. ſicuti videmus ob gra
61 uiſsimum crimen † hæreſis, vel læſæ maieſtatis humanæ,
quòd filius punitur ob delictum patris. c. cùm ſecũdum,
de hæret. in 6.& l.quiſquis. C.ad l.Iul.maieſta. Quod fa-
62 ctum eſt, tum quia † timet lex, ne filij efficiantur imitato
res ſcelerum patris, tum etiam, vt patres terreantur in per
ſonam filiorum, vt ſcribunt Doctores in d.l.quiſquis, &
Alphon. de Caſtro. lib.2. de iuſta hæret. punit. cap.11. Et i-
deò in cæteris, qui vel imitatores fore non præſumũtur,
quãquã illi delinquẽti ſanguine cõiũcti ſint, eã pœnã nõ
indixit: quemadmodum non infligit lex pœnam hãc fra
tribus rei criminis læſa maieſtatis: vt inter multos ſcribit
egregiè D. Rolandus conſ.1.nu.107.lib.3 & ideò Alphõ-
ſus de Caſtro li.2. de iuſta hære. punit. c.11. ſcribit, quòd li
cèt lex aliquando puniat filium ob patris delictum, nun
63 quàm tamen punit † extraneũ pro delicto extranei, cùm
ceſſet rõ illa, ꝙ præſumitur filius imitator ſceleris patris:
ob quem imitationis timorem filius ille punitur. Quocir
64 cà rectè † Theodoſius Imperator reprehenſus fuit à D.
Ambroſio, quòd milite quodam furentis populi impetu
apud Theſſalonicam occiſo, iuſſerit populum, vt quiſq;
obuius eſſet, obtrũcari: vt legitur in cap. cùm apud Theſ
ſalonicam. 11.q.3. Et recenſent D. Auguſtinus li.5. de ciui-
tate Dei cap.26. Caſsiod. lib.9. Hiſto. tripart. c.30. Ita è cõ-
tra quando lex ſtatuit patrem teneri pro delicto filij, id fa
cit iuſta de cauſa, conſiderans rationem illam, quòd pa-
65 ter debet eſſe diligens † cuſtos filij, & illum caſtigare, ac
ab errandi via diuertere, iuxta ea, quæ copioſè ſcripſi li.
2. de arbit. iudicum, &c. caſu 364. & eo loci de ſeruo idem
eſſe dixi. Ita pariter cùm lex vult dominũ teneri pro ſer-
66 uo, cõſiderat iuſtam illam cauſam, quòd † dñs ante q̃ ſer
uum recipiat, rectè illis conditionem perſcrutari debet,
& poſteaquam apud ſe illum recepit, diligẽter animad-
uertere, ne quemquam lædat. ita ſcribunt Alciatus in l.
pronuntiatio. §. ſeruientium. nu.35 de verb. ſig. & in trac.
de præſump. regul.3. præſump.40.nu.6.& probat l.1.§.ſer
ui.ff.furti ad verſ. nau. caup. & ſtabula. & mox confirma-
67 bimus. Eadem ratione ſtatuit lex, † quando voluit mer-
catores & alios tractantes negotia teneri nomine ſuorũ
exercitorum & inſtitutorum. Nam, cùm illis ſuo propo-
nentis nomine contrahi permiſit, & mandatũ de gerẽdis
negotiis dediſſe creditur. l.1. §. magiſtrũ. & §. igitur præ-
poſitio. ff. de exercito. actio. & ſcribunt Afflictus deciſ.82.
nu.10.& deciſ.308.nu.7.13. Boer.q.56.nu.4. ſenſit Roman.
ſing.618.& Dec.conſ.650.nu.12. Cæteris verò in caſibus
lex vnum ex alterius facto non obligat. Quinimò, cùm
68 lex † aliqua de cauſa ſtatuit vnum pro alterius facto te-
neri, ſtrictam recipit interpretationem: quemadmodum
vnà cum Decio in l.filius. nu.1. C. de pactis, & aliis mul-
tis ſcripſi lib.2. de arbitrariis iudicum. &c. caſu 345. nu.10.
His ita præmiſsis, demonſtrari nunc facilè poteſt, Caſet-
tum non teneri pro facto Beæ & Caratoli.
Primò ex generali ipſa regula, à qua recedendum nõ
eſt, niſi de exceptione conſtet. Eſt enim hæc iuris regula
& ſententia, quòd vnus pro facto alterius non teneatur
(vt iam diximus) cùm eo inſcio & non conſentiente deli-
quit. Et ſimili in caſu ita argumentatur Pariſ.conſ.93.nu.
18.lib.1.
Secundò accedit, quòd ſi Caſettus hoc in caſu tene-
retur, illud maximè abſurdum & inconueniens ſequere-
tur, quòd ſcilicèt fuiſſet in facultate multorum maleuo-
lorum & Caſetti inimicorum emere ſalmas multas ſa-
lis, & illas deinde reuendere, conficto etiam Caſetti no-
mine vt illum in tam grauem pœnã incidi faceret. Quod
permiſſum nõ eſt à lege, quæ æquitatis & veritatis ami-
69 ca reiicit quæ & † abſurda ſunt. l.nam & abſurdum. ff. de
oper. libe. & quæ iuſtitiæ & æquitati conueniunt. l. ratas,
C.de reſcin. vend. cum vulgaris ſimilibus. Et ideò iura,
quæ ſtatuerant, inſtitores obligare dominos, intelligun-
tur ſtatuiſſe, qñ à dominis fuerunt præpoſiti, & ſuo nomi
ne negotia gerunt: vt infra in ſexto argumento dicemus.
Tertiò ea me mouet ratio, quòd vbicunque actus q
70 geritur, poteſt me inuito exerceri, tunc † ſi præſens ſum,
non videor conſentire. l.Caius. ff. de pign. actio. & per cõ
ſequens non teneor de facto illius: vt arguit in ſpecie for
tiori in caſu Afflictus, deciſ.308.nu.2. verſ. tertiò vbicun-
71 que. dum arguit, patrem † teneri pro facto filij, cùm filius
patre inuito contrahere & actum facere potuit. ita etiam
arguit in ſpecie Pariſ.conſ.93.nu.46. lib.1. Atqui noſtro
in caſu certum eſt, quòd Bea & Caratolus etiam ipſo Ca
ſetto præſente eo inuito potuiſſent reuendere illum ſalẽ
etiam vltrà pretium iuſtum & præſtitutum, cùm nõ ipſe
Caſettus, ſed illi eſſent domini illius ſalis à ſe empti, &
Caſetto cõtradicenti dicere potuiſſent, Quid ad te, ſi vo-
lumus delinquere, & mãdata principis contẽnere? Nos,
non tu, pœnas dabimus. Ergo ſequitur, Caſettum pro il
lorum facto non teneri.
Quartò ſuffragatur, quòd non conſtat ex actis Caſet
tum ſciuiſſe Beam & Caratolum vendere ſalem vltra iu-
ſtum pretium. Atqui is, qui aliàs de facto alterius, vt puta
ſuæ familiæ, tenetur, eo tamen caſu non tenetur, cùm i-
72 gnorat familiam delinquere, ſolùm enim † tenetur domi
nus cùm ſciuit familiam errare, & prohibere potuit, &
non prohibuit. ita in ſpecie declarat Affli. deciſ.82. nume.
5. poſt Specula. Baldum & Alexandrum, quos citat, ex c.
cùm ad ſedẽ. ff. de reſtit. ſpolia. & l.1. §. ſi quis ipſi præto-

ri.ff.de operis noui nunt.Idem reſpondit Ruin.Conſ.21. nu.1.li.4.

Quintò accedit, ꝙ & Bea & Caratolus bis tantùm emerunt ſaltem,& illum reuendiderũt,ita quòd factum hoc potius dicitur momẽtaneum q̃ ſucceſſiuum:& præſertim, cùm vna ſola die ſabbathi reuendiderint. ſed qñ
73 aliàs † dominus tenetur pro facto familiæ,ſolùm tenetur quando factum eſt ſucceſſiuum, non autem cùm eſt momentaneum:ita declarat Abbas in ca.cum cauſam.nu.19. de teſtibus.quẽ ſecutus eſt Barba.conſil.13.colu.pen. lib. 3.idem affirmarunt.Alex.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.nu.24.ff.de operis noui nuntia.& Iaſ.in l.ciuitas.nu. 4.ff.ſi certum pet. Ergo Caſettus nullo modo tenetur pro facto dictorum Beæ & Caratoli.

Sextò mouet me argumentum ductum à fortiori, cùm agitur, vt dominus teneatur de facto ſui inſtitoris & exercitoris,vt ſcilicèt contractum ab eo initum obſeruet,plura debent concurrere, vt dominus obligatur. Ergo multò plura requirũtur,vt dominus teneatur pro cõtractu inſtitoris,è quo etiam pœna oritur. Et inter plura,
74 hæc requiruntur,ꝙ is inſtitor,† vel exercitor ſpecificè p̃poſitus ſit illi negotiationi à domino. Et ꝙ negotium ſit cõfectũ nomine domini & ad eius vtilitatem.ita ex.l.1.§. quòd ſi ab initio. & l.vlt. ff. de exercito. reſpondit Alex. conſil. 44. nu.6.lib.2. Idem quod Alexander ſcripſerunt egregiè Caſtr.conſi.345. Viſo puncto ſupraſcripto.col.2. verſi.breuiter iſtud.lib.2.Dec.in l.ſi inſtitorem.nu.5.ff. ſi certum peta.& Pariſius conſi.93.nu.50.li.1. cùm ergo in caſu noſtro apertè conſtet,Beam & Caratolum non fuiſſe præpoſitos ſpecificè huic negotiationi à Caſetto, etſi ab eo ſimpliciter licentiã habuerint reuendendi ſalem. Et Caſettũ ipſum nullã inde traxiſſe vtilitatẽ: dicendum ſequitur,pro eorum facto Caſettum non teneri.

Septimò & vltimò adducor argumento ſolidiſſimo ducto à claris & expreſſis verbis capitulorum & con-
75 uentionum. Quæ ſanè capitula † cùm ſtrictam interpretationẽ ſolùm admittant,ſicuti in ſpecie reſpondit Alex. conſ.86.nu.5.lib.4.ad vnguem ſunt intelligenda. Atqui capitula obligant Caſettum pro facto eorum, qui præpoſiti ab eo fuiſſent: ergo pro non præpoſitis non tenetur,
76 arguẽdo † ab incluſione vnius ad excluſionem alterius, iuxta l.cùm prætor, in prin.ff.de iud. Et quò argumento in ſpecie ferè vſus eſt Dec.conſi.510.num.4. verſi.ex hac enim priori. Quòd autem capitula ſolùm obligent Caſettum pro facto à ſe præpoſitorum, oſtendunt illa verba, *Et nelle medeſine pene caſchino anco gl'atri officiali, che ſarano da lui deputati: per li quali eſſo Caſetto ſia obligato.* Quæ ſanè verba adeo clara ſunt,vt interpretationem non deſiderent. Quin,vbi dubia eſſent,ita intelligi deberent. vt
77 iuri † communi conueniant iuxta.l.quæro.§.inter locatorem.ff.locati.& ſcribũt Bart.& Ripa in l.hæredes mei. §.cum ita.ff. ad Trebe.ille.nu.29.iſte,num.75.Ruin.conſ. 77.nu.4.lib.2. Alciatus in tract.præſump.reg.3.præſump. 32.cæteros de induſtria prætereo. Præterea volunt capitula Caſettum teneri pro aliis officialibus. Qui ſanè
78 † officiales fici non poſſunt, niſi qui à principe, vel à Caſetto,qui hoc in caſu eſt loco principis, creati & conſtituti fuerunt:& quibus data ſit facultas,vt nomine publico officium gerant: ſicuti ſcribunt Docto. in rubr. ff. de officio eius,& in rubr. de officio & poteſtate iudicis
79 de legat. Non enim quis † officialis alterius dici poteſt, niſi ab eo illi muneri præpoſitus fuit:aliàs puniretur, vt ſcripſi copioſè lib.2.de arbitr. iudicum, &c. caſu.320. Et pro his, non aũt pro cæteris ipſe Caſettus tenetur.id qđ ſignificant illa verba, *per li quali eſſo Caſetto ſia obligato.*
80 Quod quidem † relatiuum referri debet ad immediatè præcedentia,vt ſui natura docet.l.talis ſcriptura,in prin. de lega.1. Et qua ſi ad mediata referretur, ita vt & cæteri
81 etiam non propoſiti à Caſetto comprehenderetur, † reſultarẽt abſurda,inconueniẽtia & iuri cõmuni repugnãtia,quod concedendũ non eſt,vt copioſè & ſeriatim ſcribit Iaſ.in d.l.talis ſcriptura.in prin.nu.37. de leg.1. quem paſsim ſequuntur doctores,quos recenſere ſuperſedeo. His conſtat,D.Caſettum non teneri ex facto dictorũ Beæ & Caratoli.

Secundus eſt caſus huius ſecundi capitis conſultationis noſtræ,an ſcilicèt ipſe D.Bernardin⁹ Caſettus teneatur pro facto D.Io.Antonij patris & D.Iacobi fratris,qui dicuntur vendidiſſe ſalem in oppido Tridini vltra iuſtũ & præſtitutum pretium,nempè pretio regalium quadragintaunius & groſsi vnius pro ſingula ſalma. Quo ſanè in caſu dicendum eſt,D.Bernardinum non teneri,idque duobus modis. Primò,quia etſi verum ſit, ſalem fuiſſe vẽditum illo pretio,attamen pretium iniuſtum dici nõ poteſt. Secundò,quia etiamſi fuiſſet pretium minus iuſtum, adhuc tamen ob approbationem Excellentiſsimi D. Ducis,non poteſt ipſe Caſettus reprehendi, atque ita puniri. Et quò ad primum modum,qui ab ipſo facto pendet, ſciendum eſt,quòd licèt pacto fuerit conuentum, ſalẽ in oppido Tridini vendi debuiſſe pretio regalium trigintaoctauo pro ſingula ſalma,cùm in groſſo(vt dici ſolet)vẽderetur:attamen fuit etiam conuentum,quòd præponerentur inſtitores(quos poſterios appellant)qui minutim venderent ipſum ſalem pretio groſſorum trium pro ſingulo cuppo,vel groſſi vnius ſingula libra. cuius quidem pretij ſumma conficit ſummam regalium quadragintaduorum & groſſorum ſex pro ſingula ſalma. Qua de ſumma ſi deducantur blanchi duo numerandi ipſis poſteriis pro ſalis vectura & duo alij blanchi pro præmio laboris reuenditorum.(vt ab illuſtri. D. Volta ordinatũ extitit) ſuperſunt Ducali Cameræ regales trigintanouẽ & groſſi quinque tantum,cùm autem non daretur facultas vendendi ſalem minutim opera præpoſitorum inſtitorũ, qui recuſabant,ob fideiuſsionis difficultatem, obire munus illud:& maiorem ſentiebant vtilitatem emendo ſalmas ſalis minutim,deinde reuendendo, quàm accipere illud pretium præpoſitis inſtitoribus numerandum,& vendere ſalem nomine Cameræ:quúmque ob id non leue detrimentum ſentiebat Caſettus,vt calliditati reuenditorũ occurreret,ac vnà cameræ conſuleret, ſine ſubditorũ dãno his reuenditoribus cœpit vendere ſalẽ eo pretio, quo reuenditores ipſi nomine Cameræ vendidiſſent, nempè pretio regalium trigintanouem, & groſſorum quinque pro ſingula ſalma. Verùm,quia hi ſalis reuenditores nullum laborem ſubibant nomine cameræ,ob id nil eis remittebatur pro laboris præmio: vnde eueniebat, vt pretium ſalis eſſet regaliũ quadragintaunius & groſſi vnius pro ſingula ſalma. Qua ex re conſtat, Caſettos plus iuſto & æquo pretio non vendidiſſe ſalem. Cæterùm concedamus exceſsiſſe iuſtum & legitimum pretium,attamẽ adhuc non deliquerunt, vt puniri aliqua pœna mereantur. Quod decem illis rationib.quas ſuprà in primo conſultationis capite retuli, ſatis ſupérque demonſtrari facilè poteſt. Prima,quòd nullum commodum hac de re ſenſit Caſettus. Secũda,quòd ſaltem tenuis admodum fuit vtilitas. Tertia,quia actum permiſſum egerunt. Quarta,quia fecerunt quod facere debuerunt. Quinta, quia in libris ſalis illud pretium fuit relatum. Sexta, quòd dolus erga ſuum principem non præſumitur. Septima,quia ex cauſa motus id,actum fuit. Octaua,quòd palàm actum id extitit. Nona quòd Excellentiſsimus Dux nõ poteſt dolum hunc Caſetto obiicere. Decima, quia Excellentiſsimus D.Dux factum illud ratum habuit.

His conſtat,D.Caſettum nullo modo deliquiſſe,ſiue eius factus conſideretur, ſiue factum aliorum, quorum nomine ipſe teneretur. Quocircà abſolui ab hoc iudicio meretur. Quod quidem iudicium (vt obiter hoc dicã vltimo loco)malè videtur motum. Non enim criminaliter inquiri debuit D.Caſettus,& ob huius inquiſitionis ſolam cauſam carceri mancipari. Nam certum eſt, pœnam fuiſſe ex pacto & conuentione appoſitã in capitulis,quãdo conuenit cum Excellentiſsimo D.Duce,vt gabellam ſalis adminiſtraret. Atqui quando pœna eſt promiſſa ex conuentione,ad eam ciuiliter,& non criminaliter agi de-

bet:&



82 bet:& per conſequens † criminalis accuſatio & inquiſitio ceſſat,quemadmodum clarè reſpondit Bero.cõſ.206. nu.24.lib.3.qui ab Excellenti.D. Riſicho cauſæ patrono in hanc ſententiam citatus fuit. Et illi accedit quod doctiſ.Rolandus conſil.75.nu.31.libr.1. reſpondit,quòd vbi
83 † dolus commiſſus contra aliquem purgari poteſt actione ex contractu,in quo dolus interuenit, ceſſat actio de dolo,nec punitur dolus criminaliter. Et huius ſententiæ citat D.Rolandus Baldum conſi.15.Ad euidentiam, lib. 1.& Caſt.conſ.412.Viſo facto & dubiis mihi traditis.nu. 4.lib.1. Et illos ſecutus eſt Crau.conſ.6.nu.105.& idẽ Cra. conſ.280.col.3.verſ.poſtremò. Quo loci ſubiungit Crauetta verſ.pro quo melius,&c.ex ſententia Abbatis conſ.
84 68.num.5.lib.1.aliquem † criminaliter puniri non poſſe, cùm actione ciuili compelli is poteſt ad aliquid faciendum,ob conuentionem factam.& loquitur Abbas in eo qui fuerat accuſat⁹ fraudaſſe vectigal & tributum,quod ſoluere promiſerat cùm ergo in caſu noſtro pœna in capitulis appoſita actione ciuili,(ſi modò contra capitula actum fuit à D.Caſetto)exigi potuerit,dicendum eſt, minus rectè criminali inquiſitione Do.Caſettum fuiſſe perturbatum. Quocircà concludo intrepidè atque indubitãter,ipſum Dominum Bernardinum Caſettum eſſe abſoluendum à lata contra eum ſententia, quæ excuſationem quidem habet:quippè quæ lata fuit ſuper iuribus ex parte Fiſci tantummodò deductis:& nullis factis probationibus ab ipſo Caſetto,qui non negligentia, ſed iuſtis impedimentis detentus,quòd carceri mancipatus fuerit,nõ probauit,quæ à ſe propoſita & deducta fuerunt. Quibus quidem probationibus factis ſpero fore vt à clariſsimis atque eruditiſsimis huius cauſæ nunc iudicibus,abſoluatur;quemadmodum,mea fide,ſi cauſa mihi hæc iudicanda mandata eſſet,eum abſoluerem & liberarem.

Iacobus Menochius I.C.

*SVMMARIVM.*

1 *Crimen læſæ maieſtatis eſt propriè quod cõtra Cæſarem,vel Rẽpub.Roma.committitur.*
2 *Memoria defuncti ob crimen læſæ maieſtatis quando damnetur.*
3 *Memoria defuncti damnatur vnà cum bonorum publicatione.*
4 *Delictum morte extingui.*
5 *Crimen læſæ maieſtatis contra Cæſarem quando committatur, ſi eius conſiliarij occiduntur.*
6 *Conſiliario Cæſaris occiſo,quando crimen læſæ maieſtatis dicatur commiſſum.*
7 *Conſiliarium non aſſiſtentem tunc lateri principis occidẽs,reus læſæ maieſtatis non redditur:ſed infrà declaratur.*
8 *Clericus quando diuinis intereſſe dicatur.*
9 *Crimen læſæ maieſtatis non reddi, quando odio priuato magiſtratum principis quis occidit.*
10 *Secreta principis,vt priuato noceat,reuelans, nõ efficitur reus læſæ maieſtatis.*
11 *Crimen & maleficium voluntate diſtingui.*
12 *Delictum non præſumi.*
13 *Filius ſolet patri eſſe ſimilis.*
14 *Filius eiuſdem factionis qua pater præſumitur.*
15 *Filius præſumitur filius,vt fuit pater.*
16 *Præſumptio illa ſumitur,qua maius delictum euitatur.*
17 *Offendens non præſumitur ob alterius perſonam, quam odio nõ habuit,offendere.*
18 *Vaſallum reuelaſſe ſecreta ad damnum domini ex coniecturis coniicitur.*
19 *Subditus qui non eſt principi,in eum læſæ maieſtatis reus non efficitur.*
20 *Forenſis non committit crimen læſæ maieſtatis,non reuelãs proditores principis.*
21 *Clericum non committere crimen læſæ maieſtatis contra principem ſuum laicum.*
22 *Subditus domino ratione feudi non committere læſæ maieſtatis crimen in eum.*
23 *Animus ex exterius factis detegitur.*
24 *Iniuriam ex animo facientis declarari.*
25 *Crimẽ læſæ maieſtatis committit qui ſui principis caſtra & oppida occupat.*
26 *Item & qui eius tranquillitatem aliter perturbat.*
27 *Securitas principis quid ſit.*
28 *Caſtra domini occupans contra perſonam domini delinquit.*
29 *Vaſallum delinquere in dominum eius bona occupando.*
30 *Item ob id feudo priuari.*
31 *Cuſtos caſtri recuſans illud reſtituere,læſæ maieſtatis reus efficitur.*
32 *Crimen læſæ maieſtatis committi,cùm bona principis occupantur.*
33 *Conſiliarium Cæſaris offendens,Cæſarem immediatè offendere dicitur.*
34 *Conſiliarium principis eſſe partem corporis ipſius principis.*
35 *Adhærens alteri cum eo vnum corpus facit.*
36 *Crimen læſæ maieſtatis committi cùm offenditur miniſter principis.*
37 *Confœderatos Cæſaris offendens,Cæſarem offendit.*
38 *Subditus Papæ Cæſarem offendens,læſæ maieſtatis reus cõtra ipſum Cæſarem efficitur.*
39 *Confœderatorum vnum eſt corpus.*
40 *Confœderatum poſſe punire hoſtes ſui confœderati.*
41 *Publicantur bona eius,qui deliquit contra ſecundum caput legis Iuliæ maieſtatis.*
42 *Publicari bona eius qui principem inferiorem offendit.*
43 *Magiſtratum principis offendens,contra ſecundum caput legis Iuliæ maieſtatis committit.*
44 *Vaſallus in perſonam domini quando delinquere dicatur.*
45 *Item quando immediatè & mediatè eum offendat.*
46 *Subditus ratione feudorum ſatis quis dicitur,vt reus læſæ maieſtatis efficiatur.*
47 *Vaſallus violando iuramentum,efficitur proditor.& ideò feudo priuatur.*
48 *Subrogatus fruitur priuilegiis eius, in cuius locum ſubrogatur.*
49 *Vicarium Cæſaris offendens, Cæſarem offendit.*
50 *Vicarius fruitur priuilegiis ſui principalis.*
51 *Abſentia & infirmitas in materia delegationis à pari procedunt.*
52 *Publicationis bonorum pœnam non eſſe connexam cum pœna damnationis memoriæ.*
53 *Memoriam damnare quid.*
54 *Vnde originem duxerit memoriæ damnandæ vſus.*
55 *Memoria multorum damnata.*
56 *L.vlt.C.ad l.Iul.maieſta.declarata.*
57 *L.vlt.ff.ad.l.Iul.maieſt.explicata.*
58 *Legis Iuliæ maieſtatis duo capita.*
59 *Item quod primum ſit caput.*
60 *Item quot pœnæ de eo ſint.*
61 *Item quod ſecundum.*
62 *Cyni opinio,de ſecundo capite legis Iuliæ maieſtatis.*
63 *Populi perſona dicitur perſona ficta.*
64 *Rempub.Roma.offendens,eiſdem pœnis plectitur,quibus offendens Cæſarem.*
65 *Legis Iuliæ caput ſecundum eſſe ex aliquorum opinione, cùm principes inferiores offenduntur.*
66 *Maieſtas principis quæ.*
67 *Noua opinio de primo & ſecũdo capite legis Iuliæ maieſtatis.*
68 *L.vlt.ff.ad.l.Iul.maieſt.declaratur.*
69 *L.qui ſtatuas,& l.famoſi.ff.ad l.Iul.maieſt.declaratur.*
70 *Antonij Capicij opinio de ſecundo capite legis Iuliæ maieſtatis.*
71 *L.vlt.ff.ad.l.Iul.maieſt.diſtinctio an hodie ſeruanda ſit.*
72 *L.Quiſquis.C.ad.l.Iul.maieſt.à quibus,& quo tempore promulgata.*
73 *Item ſola eius conſtitutio hodie ſpectatur.*
74 *Publicationem bonorum iudici etiam contra offendentẽ perſonam principis inferioris reiecta quorundam opinione.*
75 *Ruinus conſi.3.num.12.lib.5.reiectus.*

* *

76 Angeli conſi.223.num.2.error.
77 Lucæ ciuitas libera.
78 Delictum morte extingui.
79 Saliceti opinio declarata.
80 Magiſtratus Populi Romani qui.
81 Præſens is dicitur, qui cauſa publica & nomine principis abeſt.
82 Clericus reſidere dicitur, qui abeſt cauſa Epiſcopi.
83 Intereſſentia quæ.
84 Saliceti & ſequacium error.
85 Crimen læſæ maieſtatis committit, qui ciues ad defectionem ſolicitat.
86 Saliceti traditio declarata.
87 Amicitiæ ſigna quæ.
88 C.Cæſaris vox improba.
89 Zambri ſui domini occiſor in lege antiqua.
90 Selli delictum dominandi cupiditate.
91 Phraates delictum in omnes parentes regnandi libidine.
92 Regnandi ſuperbiam Luciferum obcæcaſſe.
93 Filios à patribus ſæpe degenerare.
94 Patres ſapientes filios plerumque à ſe degeneres habere.
95 Subditus ratione feudi læſæ maieſtatis crimẽ poteſt cõmittere.
96 Clem.paſtoralis, de re iudicata. declaratur.
97 Subditus qui nullo modo eſt, crimen læſæ maieſtatis committere non poteſt.
98 Baldus in l.nihil.num.3 C.de vindict.liber. declaratur.
99 Subditus ratione feudi proditoris crimen ſubire poteſt.
100 Robertum Siciliæ Regem contra Henricum 7. crimen læſæ maieſtatis perpetraſſe.
101 Fidelitatis iuramentum ad quid obliget.
102 Clem.paſtoralis, de re iud. quo in caſu loquatur.
103 Cardinalis Zaba. in clem.paſtoralis. §.denique.7.notab. de re iud. declaratur.
104 Alciatus reſp.451.num.4. declaratur.
105 Crimen læſæ maieſtatis committit qui ſolicitat cõfœderatos ad defectionem.
106 Delictum morte extingui.
107 Hæres vna eſt perſona cum defuncto.
108 Vaſallo infideli mortuo an ceſſet querela.
109 Filios non priuari feudo ob patris delictum.
110 Item nec agnatos, infrà declaratur.
111 Delictum vaſalli quando agnatis non noceat.
112 Feuda competentia agnatis iure generis non auferuntur ab eis ex delicto poſſeſſoris. ſed infrà declaratur.
113 Item nec præiudicium vnus alteri facit.
114 Feudo nõ priuatur filius ob delictũ patris. ſed infra declaratur.
115 Fideicommiſſario delinquente non defertur fideicommiſſum ad fiſcum ad aliorum damnum.
116 Confiſcari non poſſunt, quæ ad extraneos non poſſunt tranſire.
117 Frater ob fratris delictum non puniri.
118 Lex puniens vnum ob alterius delictum rigoris plena eſt.
119 Statutum obligans patrem pro debitis filij odioſum eſſe.
120 Item obligans fratrem pro debito fratris.
121 Item intelligitur ſimile ſtatutum cùm alter aliquid culpa agit.
122 Conſanguineum pro alterius facto non puniri.
123 Delicta quæ dicantur committi contra perſonam domini.
124 Cap.1.§.denique. quæ fuit prima cauſa benefi. amitten. declaratur.
125 Vaſalli delictum contra perſonam domini nocet etiam agnatis.
126 Statutum excludens matrem ob filios, odioſum an ſit.
127 Thomæ Marini error.
128 Cap.1. an ille, qui interfecit fratr. dom. declaratur.
129 Agnati à feudo excluduntur ob delictum ab altero agnato poſſeſſore feudi perpetratum in perſonam domini.
130 Iſerniæ traditio reiecta.
131 Fideicommiſſario delinquente commoditas bonorum fiſco defertur.
132 Prælato delinquente commoditas fructuum Eccleſiæ fiſco defertur.
133 Vaſallus à pari procedit cum domino.
134 Domino delinquente contra perſonam vaſalli, directum dominium acquiritur vaſallo.
135 Afflictus deciſ.265.num.31. reiicitur.
136 Item deciſ.265.num.30. declaratur.
137 Ruinus conſi.7.num.12.lib.1. improbatur.
138 Feudum à domino conceſſum vaſallo dicitur ſub cõditione, ſi vaſallus erit fidelis.
139 Conditione deficiente actus reſoluitur.
140 Conditio nil ponit in eſſe.
141 Ratio diſpoſitionem declarat.
142 Et eſt legis anima.
143 Feudum qua ratione deferatur domino ob delictum commiſſum contra perſonam domini.
144 Feudum antiquum ob delictum vaſalli in perſonam domini defertur domino etiam in præiudicium aliorum agnatorum.
145 Feudum, quãdo deuoluitur ad agnatos ob delictum agnati poſſeſſoris, intelliguntur agnati quarti gradus.
146 Cap.1. ſi vaſallus feudo priue. declaratur, & 186.
147 Aluaro. in ca.1.§.denique. concluſ. vndecima, ſi de feudo ſit cõtrouerſ. inter dom. & agna. vaſal. declaratur.
148 Agnatus cur priuetur feudo ob alterius agnati delictum.
149 Patris malitia non deſcendit vltra quartam generationem.
150 Delictum morte delinquentis extingui.
151 Item qua ratione id factum.
152 Item & tertia ratio conſideratur.
153 Item duarum perſonarum differentia conſideratur.
154 Mortuus pœna corporali affligi non poteſt.
155 Memoriæ damnatæ pœna, quid reſpiciat.
156 Pœna ſola bona reſpiciens an morte delinquentis ſit extincta.
157 Morte delinquentis pœnam pecuniariam extingui.
158 Item nec cum pœna ipſo iure eſt indicta.
159 Vaſallo mortuo feudum adhuc domino defertur ob eius delictum quo ipſo iure priuatur feudo.
160 Sententiam diffinitiuam non eſſe neceſſariam cùm pœna eſt ipſo iure indicta.
161 Litis conteſtationem non eſſe neceſſariam, cùm pœna eſt ipſo iure indicta.
162 Crimine læſæ maieſtatis commiſſo, ipſo iure bona eripiuntur à crimino ſo.
163 Hæretici bona eſſe ipſo iure confiſcata.
164 Publicationem bonorum proditoris fieri etiam eo mortuo.
165 Hæretici bona eo mortuo etiam publicantur.
166 Vaſallus ipſo iure perdit feudum ob læſam ſui domini maieſtatem.
167 Gloſſa l.ex iudiciorum. in verbo, maieſtatis, de accuſa. declaratur.
168 Sententiam declaratoriam requiri etiam in crimine in quo pœna eſt ipſo iure impoſita.
169 Item & in crimine hæreſis.
170 Idem & in crimine ſimoniæ.
171 Sententiæ declaratoriæ forma.
172 Curtij Senioris & ſequacium error.
173 Concubinarius iam defunctus poteſt damnari, & eius bona ab eo auferri.
174 Delictum notorium morte delinquentis non extingui.
175 Item nec cùm reus eſt confeſſus delictum illud.
176 Notorium vim confeſſionis habere.
177 Confeſſionem fictam ex contumacia non procedere à pari cum illa ex notorio.
178 Confeſſio ex contumacia ſufficit in crimine læſæ maieſtatis.
179 Remittere ius ſuum nemo præſumitur.
180 Delinquente ſtatim mortuo, pœna non dicitur à læſo remiſſa.
181 Vaſallo ſtatim mortuo poſt delictum commiſſum ita vt à domino accuſari non potuerit, pœna à domino remiſſa non dicitur.
182 L.2.C. ſi reus vel accuſ. mort. fue. declaratur.
183 Raphaelis Comenſ. conſi.164.col.3. reiicitur. necnon Ruini & ſequacium.
184 L.eorum.ff.ad.l.Iul.maieſta. ſenſus.
185 Cap.1.§. ſi vaſallus culpam, ſi de feudo defuncti fuer. contro. inter dom. & agna. vaſal. ſenſus.

186Cap.1.ſi



186 Cap.1. ſi vaſallus feudo priuetur, declaratur.
187 Dictionis interdum, & quandoque, vis & ſenſus.
188 Iſerniæ inconſtantia notatur.
189 Marini Frecciæ doctrina declarata.
190 Alex.conſi.30.lib.1. declaratur.
191 Primogenito ſi quid debetur iure hæreditario, & non iure generis, debetur.
192 Agnati ſuccedentes in feudis, iure generis ſuccedunt.
193 Hæres contrauenire non poteſt facto defuncti.
194 Ius generis non impedire feudum deuolui ad dominum ob delictum à vaſallo commiſſum.
195 L.eum qui.ff. de interdict. & relega. ſenſus.
196 Clauſula, ſaluis iuribus, &c. in feudali inueſtitura appoſita quid operetur.
197 Baldi opinio improbata.
198 Caſtren.conſi.311.lib.. reiectum.
199 Calcanei conſ.74.num.6. improbatum.
200 Oſaſchi deciſio vltima, num.20. declaratur.
201 Ruini reſponſum conſi.149.num.14.lib.1. confutatum.
202 Vaſallum alienantem feudum, agnatis non præiudicare.
203 Alci. reſp.1?0. in fine. reiectum.
204 Subſtitutione prima deficiente, cæteræ ab ea pendentes corruunt.
205 Ex ſubſtitutis pluribus vno ſuccedente, alij excluduntur.
206 Vaſallo delinquente, cui feudum acquiratur, an fiſco, vel domino directo.
207 Pœna ſpirituali vnus pro altero non punitur.
208 Ezechiel.cap.18. locus explanatus.
209 Excommunicari vnus non poteſt pro delicto ab altero commiſſo.
210 Pœna corporali aliquando Deus vnũ pro alterius facto punit.
211 Pœna corporali vnum pro altero à lege humana aliquando fuiſſe mulctatum, & inibi exempla.
212 Maratocuprenos, peſſimos graſſatores, fuiſſe pœnis cum ſua ſobole affectos, ob delictum à ſe perpetratum.
213 Diui Auguſtini locus.
214 Pœna corporali cur Deus filium puniat pro patris delicto.
215 Deutero.cap.24. locus declaratus.
216 Legem humanam pœna mortis vnum pro alterius delicto punire non poſſe.
217 Pœna pecuniaria aliquando vnus pro alterius delicto punitur.
218 Filium priuari dignitatibus aliquando, ob patris delictum.
219 Filius cur ob patris delictum puniatur.
220 Ciceronis locus.
221 Pœna aliqua etiam pecuniaria non plectitur extraneus pro alterius delicto.
222 Soc.Sen.conſi.12. & conſi.35.lib.1. declaratur.
223 L.ſancimus. C. de pœnis, declaratur.
224 Lex Macedonum, qua propinqui pro propinqui delicto puniebantur: quam Alexander Magnus abrogauit.

## FACTI SPECIES

Diuus Maximilian⁹ Imperator anno 1495. Menſe Decembris, conceſſit Illuſtri Dom. Ioan. Aloyſio Fliſco Genuenſi priuilegium & facultatem teſtandi atque inſtituendi. D. Hieronimum filium ſuum primogenitum eique relinquendi oppida, Caſtra & cætera bona feudalia. Ea adiecta conditione, quod ſucceſſiuè in illis ſuccederent de primogenito in primogenitum. Et priuilegio fuit adiecta clauſula ſolita, ſaluis ſcilicèt ſemper iuribus Imperij. Hic ipſe Io. Aloyſius, ſecutus facultatem à Ceſarea Maieſtate conceſſam, anno 1502. Menſe Aprilis teſtamentum condidit; & Caſtra ac oppida reliquit inſtitutionis titulo Hieronymo primogenito: conditione adiecta, vt in priuilegio. Quod ſcilicet de primogenito in primogenitum tranſirent, & ſucceſſiuè de fratre in fratrem. Quod ſanè teſtamentum, duobus à ſe poſtmodũ confectis codicillis idem Io. Aloyſius confirmauit. Quo vita functo, Hieronymus inſtitutus ſine liberis maſculis deceſſit. & poſt eum Scipio eius frater. Et Octobonus fuit excluſus, ob id quod eſſet in ſacris conſtitutus. Quocircà ſucceſſit Sinibaldus Vltimus filiorum dicti Io. Aloyſij. Ann. 1524. Sinibaldus iſte à Diuo Carolo Quinto conſecutus eſt confirmationem omnium priuilegiorum iam à diuo Maximiliano conceſſorum. Hic Sinibaldus ſuſcepit hos filios naturales et legitimos Io. Aloyſium, Hieronymum, Octobonum, & Scipionem, Condidit teſtamentum Sinibaldus anno 1528. Iunio Menſe, & prædicta oppida & caſtra prælegauit Io. Aloyſio primogenito. Et eo decedente ſine liberis maſculis de legitimo matrimonio natis, ſubſtituit Hieronymum ſecundogenitum quo mortuo, vt ſuprà, vocauit Octobonum. Et eo vt ſuprà decedente ſubſtituit Scipionem poſthumum.

Vita functo Sinibaldo tutores Ioan. Aloyſij Iunioris anno 1535. Ianuario Menſe conſecuti ſunt à Diuo Carolo Quinto inueſtituram tam oppidorum & Caſtrorum ſibi prælegatorum quàm aliorum ad Ioannem Aloyſium pupillum ſpectantium: conſecuti etiam ſunt confirmationem teſtamenti Sinibaldi, quò ad ipſum Ioannem Aloyſium tantùm. & inſerta fuit clauſula, ſaluis iuribus Imperij.

Ioannes Aloyſius iſte Iunior anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimoſeptimo, die tertia Ianuarij in caſu tumultus excitati per eum in Ciuitate Genuæ ſummerſus eſt, atque ita, nullis relictis filiis maſculis legitimis, & naturalibus, deceſſit nullúmque condidit teſtamentum, ſuperſtites autem fuerũt illius fratres, nẽpè Hieronymus, Octobonus et Scipio.

Diuus Carolus Quintus eodem anno 1547. die vigeſimoſeptimo Octobris, recognita, declarauit dictum Ioannem Aloyſium, nec non Hieronymum & Octobonũ reos criminis læſæ Maieſtatis, ob id quòd omni conatu tentauerint & Claſſem maritimam ipſius Cæſaris & Ciuitatem Genuæ occupare, ac quòd Illuſtrem Iannetinum Auriam ipſius claſſis propræfectum interfecerint. Et deinde prædicta oppida & Caſtra, quibuſdam exceptis, donauit Illuſtriſſimo Andreæ Auriæ Conſiliario ſuo & ſuæ Claſſis Præfecto. Idem Carolus Quintus anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimooctauo Iunio menſe donauit ſimili ratione & cauſa Caſtrum S. Stephani perilluſtri Antonio Auriæ.

Dubitari nunc contingit, an iure Dominus Ioa-

*Aloyſius Iunior, ob à ſe patratum delictum, vt*
*reus criminis læſæ Maieſtatis damnari potuerit, e-*
*ius bonis publicatis: Illaq; bona donari an potuerint*
*Dominis Auriis detrimentum dicti Domini Sci-*
*pionis adhuc ſuperſtitis.*

CONSILIVM XCIX.

# Initium à Domino.

DE re grauiſsima apud viros gra-
uiſsimos atque ampliſsimos ver-
ba facturus, vereor, ne de me con-
ceptæ opinioni reſpondeam. Da-
bo tamen operam pro mea virili,
vt intelligant omnes me nec aſsi-
duis laboribus, diuturniſque vi-
giliis defuiſſe, quibus huic mune-
ri ſatisfacerem. Duo hîc veniunt in controuerſiam: pri-
mum, an iure bona D. Io. Aloyſij Fliſci Iunioris publica-
ri & Cæſari deferri, ob patratum ab ipſo D. I. Aloyſio de-
lictum potuerint. ſecundum, an etiam ad detrimentum
D. Scipionis nunc ſuperſtitis, Cæſari delata, & ab eo D.
Auriis donata fuerint.

Primæ propoſitæ dubitationi reſpondendum vide-
batur, delictum à D. Io. Aloyſio commiſſum atque per-
petratũ, non poſſe dici crimen læſe maieſtatis: & per cõ-
ſequẽs, eius bona à Cæſarea maieſtate publicari, aliiſq;
donari nõ potuiſſe. Et vt ita rñderẽ, me multa mouebãt.
Primò ea ratione adducebar, qua Rol. à Valle, vir cõ-
ſultiſsimus, & de legali ſcientia optimè meritus, conſi. 1.
nu. 16. li. 3. in ſpecie reſpondit, d. D. Io. Aloyſium non iu-
re vt reum criminis læſæ maieſtatis fuiſſe damnatum. Eſt
1 inquam hæc ratio: crimen † læſæ maieſtatis illud eſt pro-
priè, quod contra Cæſarem, vel Romanorum Rempub.
vel eorum aſſiſtentes, veroſq. conſiliarios committitur. l.
1. & l. 2. & l. vl. ff. ad l. Iul. maieſ. & l. quiſquis, in prin. C. è.
Atqui D. Io. Aloyſius non offendit, nec læſit Cæſarẽ, ſed
D. Zanetinum, ſubſtitutũ Illuſtriſſimi D. Andreæ Auriæ.
claſſis Cæſareæ maritimæ præfecti, offendit atq; interfe-
cit: ergo læſæ maieſtatis crimen non videtur perpetraſſe.
Et ob id (ſubinfert Rolandus) nec ipſius Io. Aloyſij me-
moria, & per conſequens (eſſe duo hæc conſecutiua &
fortè ſimul connexa vnà cum multis ſenſit Roland.) nec
eius bona publicari eo vitam functo potuerunt. Quòd
2 defuncti memoria damnari † non poſſit, niſi cùm læſæ
maieſtatis crimen eſt perpetratum contra Cæſarem, vel
Romanorum Rẽpub. probant Accurſius, Angelus, Au-
guſtinus Ariminẽſis, Boſſius, Follerius, Capacius, Grã-
maticus, Decius, Crauetta, Ruin. & Alciatus, quos Ro-
3 landus ipſe recenſet. Et ſi memoria † non damnatur, nec
bona publicantur: cùm duo hæc à noſtris copulentur.
ita ſenſit præcitatus Ruin. conſi. 3. nu. 12. li. 5. & apertè gl.
in §. interdum, in verbo memoria. Inſt. de hæred. quæ ab
inteſta. defer. & ibi Ang. Aret. Cæpolla cõſ. 17. col. 2. verſ.
& ideo videtur. Ang. cõſ. 223. nu. 3. & Hieronymus Gigas
in tract. de crimine læſæ maieſtatis lib. 1. titu. Qualiter in
crimine læſæ maieſtatis procedatur. q. 20. nu. 5. dum ait,
defuncti memoriam in hoc crimine damnari per bono-
rum confiſcationem. Accedit ratio ſecundum Rol. d. cõſ.
4 1. num. 22. quia † delictum fuit morte extinctũ l. defun-
cto. ff. de pub. iud. & l 2. C. ſi reus vel accuſa.

Secundò ita argumentatur Rolandus in d. conſil. 1.
nu. 23. li. 3. Illis caſibus, quib. ob Cæſaris conſiliarium oc
5 ciſum læſúmve, læſæ † maieſtatis crimen committitur,
conſiliarius ille ex illis eſſe debet, qui Cæſaris lateri ad-
hærent, eíque aſſiſtũt. quemadmodum ſcriptum eſt in d.
l. quiſquis, in prin. C. ad. l. Iul. maieſt. ibi, qui conſiliis &
cõſiſtorio noſtro interſunt. Atqui, (admiſſo ꝙ conſiliari⁹
Cæſaris, vel ei⁹ claſsis p̃fectus eſſet) Zanetinus nõ hære-
bat lateri Cæſaris, eiq; nõ aſsiſtebat: ergo Io. Aloyſius, oc
cidendo Zanetinum, nõ dr̃ Cæſaris maieſtatem læſiſſe.

Tertiò mouetur Rol. d. conſi. 1. nu. 24. conceſſo quòd
Zanetinus eſſet de conſiliariis adſtãtibus Cæſari: attamẽ
eo tempore quo occiſus fuit, nõ erat apud Cæſarem, ſed
6 in ciuitate Genuæ, ergo crimen † læſæ maieſtatis, ob id
quod fuerit interfectus, non dicitur contractum. Ita ſcri
bit AEgidius Boſsius in trac. cauſarum criminalium, tit.
de crimine læſæ maieſtatis. nu. 9. verſi. 3. quæro. cùm, poſt
Salicetum in l. quiſquis, in prin. col. 2. verſ. quæro. tertiò.
C. ad. l. Iul. maieſt. ſcribit, quòd is, qui occidit principis
7 † conſiliarium, qui non aſsiſtebat tunc principi, ſed in ali
quam ciuitatem, vbi vt magiſtratum gereret, miſſus fuit,
non dicitur læſæ maieſtatis crimen commiſiſſe, cùm non
dicatur occiſus Cæſari aſsiſtens. Et Salicetum eſt etiam
ſecutus Hieronymus Gigas in tract. de crimine læſæ ma
ieſtatis, lib. 3. q. 23. in fi. Quã ſanè opinionem vel ex eo cõ
firmo, quòd verbum illud interſunt, quo text. d. l. quiſ-
quis, in prin. C. ad l. Iul. maieſt. vtitur, præſentiam ipſam
8 ſignificat. Ita enim dicimus, clericum † tunc intereſſe di-
uinis, vt quotidiana diſtributiones conſequatur, cùm i-
pſis diuinis præſens eſt. ita glo. in ca. vnico. §. 1. in verbo
affuerint, de cler. nõ reſid. in 6. Abbas in c. cùm dilectus.
nu. 5. in fi. extra. de cler. non reſid. & egregiè Caſſado. de-
ciſ. vnica. de cler. non reſiden.

Quartò argumentatur Rolan. d. conſi. 1. num. 32. Qui
9 principis magiſtratus & officia gerentes † nõ odio & cau
ſa principis occidit, ſed ob priuatam, quam cum eis ha-
bet, inimicitiam, læſæ maieſtatis crimen committere nõ
dicitur. Atqui D. Zanetinus fuit occiſus à D. Io. Aloyſio
ob priuatam inimicitiam & non in odium Cæſaris: ergo
D. Ioan. Aloyſius Cæſaris maieſtatem læſiſſe non dici-
tur. Illa maior probatur auctoritate multorũ, nempè I-
ſerniæ in capit. 1. in verbo committentium, colum. 9. ver-
ſicul. aduertendum eſt, quæ ſint regalia. & ibidem Affli-
ctus num. 57. idem Iſernia in conſtitut. Regni, vt partici-
patio. Et idem Afflictus in eadem conſtitutione Regni.
Vt obſeruent. §. eos tantùm, nu. 3. Bellamera conſ. 15. col.
5. verſi. & licet inuaſerint. Sal. in l. fallaciter. C. de abolit.
Capicius deciſ. 133. nu. 12. Alciatus reſp. 467. nu. 3. & Cra-
ue. conſi. 6. num. 79. quos ita recenſet Rol. d. conſil. 1. nu-
mer. 32. Illis accedunt Præpoſ. in c. in primis. §. de perſo-
na. 1. q. 2. Calder. conſi. 6. tit. de accuſa. quos recenſet & ſe
quitur Gigas in tract. de crimine læſæ maieſt. libr. 1. q. 6.
numer. 2. & q. 14. num. 6. 7. qui Iſerniam. Bart. Cra. & Af-
flictum citat. Accedit his quod ſcribit in cap. 1. nume. 70.
quibus modis feudum amitta. & quẽ ſecutus eſt Gigas
d. lib. 1. de crimine læſæ maieſt. q. 21. num. 10. quòd ſi quis
10 ex conſiliariis principis reuelat † ſecreta principis, non
odio principis, ſed vt noceat alicui priuato, non dicitur
committere crimen læſæ maieſtatis. Ea eſt huius aſſertio
11 nis ratio quòd † voluntas & intentio diſtinguit malefi-
cium. l. verum. vbi Barto. ff. de furtis. & alios infrà adfe-
remus. Minor verò propoſitio, quòd ſcilicet in odiũ Cæ-
ſaris D. Io. Aloyſius non occiderit D. Zanetinum, vel ex
his clara & plana videtur. Primò, quòd D. Io. Aloyſius e-
iúſque anteceſſores ſemper fuerunt à Cæſare dilecti & fi
deles habiti: quemadmodum fœliciſsimæ recordationis
Maximilianus Imperator anno 1495. ſuo priuilegio con-
ceſſo D. Ioan. Aloyſio Seniori in ciuitate Vormatiæ atte-
ſtatus eſt. Ita pariter idem Maximilianus anno 1496. com
probauit ſuo priuilegio idem Io. Aloyſio in ciuitate Ge-
nuæ conceſſo, dum affirmauit, d. Io. Aloyſium grata & fi
delia ſeruitia præſtitiſſe & ſibi & Sacro Imperio. Idẽ Ma-
ximilianus anno 1513. idem de Hieronymo Fliſco, illius
Ioann. Aloyſij filio aſſeruit. Et anno 1524. idem Maximi-
lianus dum Scipioni & Sinibaldo priuilegium conceſſit,
atteſtat⁹ eſt, eos & ſuos anteceſſores fideles Imperio fuiſ
ſe. Ita enim eorum priuilegio ſcriptum legitur: Nos verò
attendentes ſingularem fidei & deuotionis affectũ, quæ
primogeni-



primogenitores tui erga nos & Sacrum Imperium, mul-
tis variiſque modis effuderunt. Hæc ibi. Ita quoque Ca-
rolus Quintus Imperator anno 1528. cùm Sinabaldum
patrem Ioan. Aloyſij Iunioris de Caſtro Pontremuli in-
ueſtiuit, multum commẽdauit eius fidem erga Sacrum
Imperium. Idem Carolus Quintus de ipſomet Ioan. A-
loyſio Iuniore atteſtatus eſt, dum apud Maſſiliam ei cõ-
tulit priuilegium, in quo ita ſcriptum eſt: Quo fit vt no-
bis eum repetentibus inſignia fidelitatis, ac virtutum
merita, grataque ſinceræ deuotionis officia, quib. quon-
dam Sinibaldus de Fliſco nos ardenti animo, conſtan-
ti fide, mirabilique affectu & affectione proſecutus eſt.
Cupientes itaque eius meritis libertate noſtra corres-
pondere, &c. Ex his duæ dicuntur coniecturæ quib.
demonſtratur, Io. Aloyſium Iuniorem nunquam odio
proſequtum eſſe Cæſarem & Imperium, ſed eis fide-
lem ſemper fuiſſe. Vna eſt coniectura ducta à perſona
ipſiuſmet Io. Aloyſij. Nam cum ſemper fuerit fidelis,
& ſemper ſummo amore Cæſarem dilexerit præſumen-
dum non eſt, quòd aduerſus illum ſit deinde aliquid
12 molitus: cum † delictum non præſumatur. l. meritò. ff.
pro ſoc. cum vulgatis ſimilib. Etſi ſemel malus ſemper
malus iu eodem mali genere præſumitur c. ſemel de reg.
iur. in 6. ita à fortiori econtra ſemel bonus, ſemper in eo-
dem bonitatis genere præſumitur. Altera eſt coniectura
ducta à perſona anteceſſorũ ipſius Io. Aloyſij. Nam quẽ-
admodum illi ſemper fuerunt Imperio fideles & grati,
ita pariter præſumendum eſt de Io. Aloyſio eorum de-
13 ſcendente: quandoquidem † filius ſolet ſimilis eſſe patri.
l. quòd ſi nolit. §. mãcipia. vbi glo. ff. de ædil. edicto. Quo-
14 circà ſi pater † ſecutus eſt vnius factionis partes, præſu-
mendum eſt, filium idem eſſe facturũ. Ita ſcribunt Bald.
in l. liberti. col. 2. C. de operis liber. Barba. conſ. 34. col. 23.
verſ. modò Sacratiſſime Imperator. li. 2. Neuiz. inter cõ-
ſilia Bruni conſi. 12. col. 10. verſi. 2. reſpondetur. & clarius
Boſſius in tract. cauſſarum criminalium. tit. de crimine
15 læſæ maieſtatis. num. 35. ita quoque, ſi † pater fuit fidelis
Principi, de filio idem ſperandum eſt: ita præcitato lo-
co reſpondit Neuiz. & Gram. deciſ. 18. num. 4. & conſ. 31.
in criminalibus.

His itaque concludit Rolandus, d. conſi. 1. num. 32.
vſque ad numerum 43. lib. 3. non eſſe præſumendum ꝙ
D. Io. Aloyſius interfecerit Dom. Zanetinum odio Cæſa
ris, ſed ob priuatam inter eos inimicitiam. Et eo loci Ro-
16 lan. nu. 36. 37. 38. ſubiungit, ita eſſe in dubio † præſumen-
dum ad euitandum maius delictum. iuxtà l. ſi præſes. ff.
de pœnis, & reſpondit Craue. conſi. 6. num. 69. eſſe ſumẽ-
dam interpretationem qua delictum efficitur leuius. Ita
quoque reſpondit Ruinus conſi. 1. col. 2. in fi. lib. 5. quòd
vbi alterum de duobus prohibitis, vel delictis debet ne-
ceſſariò præſumi: in dubio præſumendum eſt delictum,
quod minus graue eſt, eſſe commiſſum. ex l. hæc enim, v-
bi Barto. ff. de ſuſpect. tuto. & reſpondit Aretinus conſi.
31. col pen. verſi. ad ſecundum. Quibus addo Alciatum
in tract. de præſump. reg 3. præſump. 6. Eſt ergo hic in du
bio præſumendum, D. Io. Aloyſium non interfeciſſe D.
17 Zanetinum in odium Cæſaris. cùm † eum odio non ha-
beret: ita Iſernia in ca. 1. quibus modis feud. amitta. in ſi-
18 mili ait, ꝙ ſi liquidò cõſtare non poteſt, vaſallum in † dã-
num domini reuelaſſe ſecretum, ſumitur probatio ex cõ-
iecturis. ſi aliàs dominum odio habuit, aut aliqua de
cauſa damno affecit. Iſerniam ſecutus eſt Capicius deciſ.
1 o. nume. 13. eſt ergo præſumendum, occidiſſe ob priua-
tam inter eos inimicitiam: cùm leuius delictum ſit.

Quintò conceſſo D. Io. Aloyſium occidiſſe D. Zaneti
num odio Cæſaris, & in ipſum Cæſarem deliquiſſe, non
tamen vr̃ factus reus criminis læſæ maieſtatis, quod hac
argumentatione demonſtrare voluit Rol. d. conſi. 1. nu.
26. lib. 3. D. Io. Aloyſius non erat Cæſaris ſubditus, ſed Ge
19 nuenſium. Atqui non ſubditus † Cæſari, delinquens
in Cæſarem, crimen læſæ maieſtatis non dicitur: ergo
D. Io. Aloyſius non eſt effectus reus criminis læſæ maie-
ſtatis. Illa minor propoſitio probatur in cle. paſtora-
lis, vbi gloſſa in verbo, ſubfuit. de re iudi. Bald. in l. 2. C.
de falſa mone. & in l. nihil. C. de manumiſſ. vind. Cæpol-
la conſil. 71. col. 4. verſic. & ideò videtur. Martinus Lau-
den. in tract. de principibus. tit. de crimine læſæ maie-
ſtatis. AEgidius Bellamera conſi. 15. in ſecundo dubio.
Alex. conſi. 13. col. 1. lib. 6. & idem in annota. ad Bart. in l.
1. ff. ad l. Iul. maieſt. Barba. conſi. 21. col. 3. li. 3. Corneus cõſ.
96. col. 1. lib. 4. Felin. in ca. 1. col. 1. verſi. fallit tertiò. de of-
fi. deleg. Ruin. conſi. 23. coll. 3. lib. 1. Dec conſil. 604. in
prin. Pariſ. conſi. 101. nu. 33. lib. 1. Gramma. Voto 10. num.
33. Marſil. ſing. 164 in fi. Boe. in tract. de ſeditioſis. col. 18.
verſi. præſuppoſito etiam ſextò. & Cephal. conſi. 75. nu. 37.
& nume. 56. lib. 1. Qui quidem grauiſſimi iuris doctores
20 ſcribunt, quòd ſi † Forenſis ſcit aliquos machinari &
proditionem parare contra principem, & eos non reue-
lat principi, non tenetur de crimine læſæ maieſtatis. Hos
ſecutus eſt Rol. d. conſi. 1. nu. 27. lib. 3. & conſi. 4. nu. 2. 3.
21 lib. 1. quo loci, nempè d. conſi. 4. defendit. † clericum non
effici reum criminis læſæ maieſtatis, ſi quid contra ſuum
principem temporalem commiſit, cum non ei ſubditus,
ſed eccleſiæ dicatur. Et eiuſdem ſententiæ, præter ipſum
Rolandum, alios recenſet Gigas in tract. de crimine læ-
ſe maieſtatis, lib. 1. q. 68. Nec dicatur (inquit Rol. d. conſi.
22 1. nu. 28. lib. 3.) ꝙ D. Io. Aluoyſius fuerit † ſubditus Cæſa-
ri ratione feudi, quod ab ipſo Cæſarie retinebat: quia rñ-
detur, hoc non ſufficere, vt concludunt AEgidius, Car-
dinalis, Afflictus & Alciatus, à Rolando relati. Quibus
accedunt idem Card. Zabarella in cle. paſtoralis. §. rurſus
in tertio notab. poſt Guilielmum, quem recenſet: & ibi-
dem Imol. nu. 68. de re iud. Oldra. conſ. 43. nu. 8. Car. Alc.
in cap. in primis. §. de perſona. 2. q. 1. & Sigiſmundus Lof
fredus conſi. 5. num. 42. qui poſt Oldr. conſi. 43. col. 3 aper
tè reſpondit, ſubditum ratione feudi non cõmittere cri-
men læſæ maieſtatis. Sextò & vltimò quòd D. Io. Aloy-
ſius nihil ſit re ipſa contra Cæſarem molitus, vel ex ea vr
genti coniectura videtur poſſe demonſtrari, quòd ſi mẽs
& animus ei fuiſſet lædere Cæſarem, facilè potuiſſet claſ
ſem Hiſpanam, quæ tunc eo in portu Genuenſi reperie-
batur, occupare, & Cæſarem ſpoliare. Quod cùm non fe
cerit, nec facere cogitauerit, apertè demonſtratur, Cæſa-
23 rem lædere noluiſſe. Nã ex † exterius factis animus in-
terior cõiicitur, iuxta gl. §. pauonum, in Inſti. de rerum. di
uiſio. l. non oẽs. §. à Barbaris. de re milit. cum vulgatis ſi-
milibus. Accedit (inquit Rol.) d. conſ. 1. nu. 78. lib. 3. quòd
24 † iniuria declaratur ex animo facientis. l. verum, vbi Bar
to. ff. de furtis. Alcia. reſp. 451. nu. 14. qui ſimili in caſu re-
ſpondit. & illum ad rem noſtram deducit Rol. d. nu. 78.
His rationibus atque argumẽtis, mea quidem opinione
ſatis ſolidis, aduerſus Excelſam Rempub. Genuenſium
pro Illuſtri. D. Fliſco reſpondit acutiſsimus D. Rolãdus
à Valle. Et quæ quidem rationes me etiam maximè hæſi
tantem reddiderunt.

Cæterum, re ipſa diligẽtiſsimo ſtudio & peruigili cu
ra perpenſa & exanimata, contrariam ſententiam verio-
rem & probabiliorem eſſe exiſtimo, nempè præfatum Il
luſtrem Comitem D. Io. Aloyſium ita reum eſſe effectum
criminis læſæ maieſtatis, ob facinus hoc perpetratum, vt
feudis Cæſareis priuari meruerit. Quod, vt planum fa-
ciam, aliquibus vtar argumentis, quibus demõſtrabo D.
Io. Aloyſium immediatè offendiſſe Cæſarem, aliquibus
ſaltem mediatè, ita tamen quòd ex delicto hoc mediato
in Cæſarem feuda ipſi Cæſari aperta fuerunt: & per con
ſequens licuiſſe deinde Cæſari aliis illa concedere.

Primò, quòd D. Ioan. Aloyſius in Cæſarem deliquẽ
rit, illúmque immediatè offendere omni conatu tentaue
rit, vel ex eo conſtat, quòd aggreſſus eſt Claſſem mariti-
mam ipſius Cæſaris, quæ tunc in portu Genuenſi hye-
mabat. Atqui reus criminis is efficitur, qui ſui principis
25 † occupat Caſtra, præſidia, claſſem ac munita loca, quæ
principis perſonã, eiuſque Imperium reddunt ſecurum,
tranquillum & tutum, ergo D. Ioan. Aloyſius in Cæſarẽ

deliquit.Illa minor probatur, quòd immediatè Cæſarē
26 †offendit,qui eius ſecuritatem & ſtatum tranquillū per-
turbat,vel perturbare conatur. ita probat l.1.ff. ad l. Iuliā
maieſta.ibi,ſecuritatis,&c.
27 Securitatem †intelligo vnà cum Guilielmo Budæo
ibidem in annota.& Duareno libro ſecundo diſputa.an-
niuerſa.capitulo 22.tranquillitatem.reiecta Accurſij in-
terpretatione,qui ſecuritatem interpretabatur id eſt,qui
bus à Repub.datus eſt ſaluus conductus.Probatur etiam
relata illa minor propoſitio auctoritate multorum, nem
pè Iacobini à Sancto Georgio, in inueſtitura feudali: in
verbo,dictique vaſalli promiſerunt non committere Fe
loniam.colum.15. verſi. Quidam Epiſcopus. qui apertè
28 ſcribit,quòd † occupans ſui domini Caſtrum, vel illud
aggrediens,efficitur reus criminis in perſonā ipſius do-
mini:& ob id feudo priuari poteſt.Ita etiam decidit Af-
29 flict.deciſ.265.numer.59.vaſallum † delinquere in domi
num ſuum,occupando eius bona.& clarè Antonius Ca-
picius deciſ.130.num.20.Ita etiam Curt.Iun.in tract.feu-
do.parte 4.nume.32.in decima cauſa priuationis,ſcribit,
poſt Aluarottum in capit.1.§.ſimiliter ex eo text. quibus
30 modis feudum amitta.† vaſallum feudo poſſe priuari,ſi
auſus eſt aggredi Caſtrum domini,ſiue is in eo fuerit,ſi-
ue non fuerit.Idem reſpondit Socin.Iun.conſil.68.num,
84.& conſil.134.numer.37.libr.3.qui reſpondit,vaſallum
feudo priuari,ſi aggreſſus eſt Caſtrum, vel oppidum do-
mini ſui.His accedit gloſſa legis tertiæ.§.1.ff.ad l.Iul. ma
31 ieſta.quæ ex illo textu ſcribit,quòd † cuſtos Caſtri dici-
tur committere crimen læſæ maieſtatis,ſi recuſat illud re
ſtituere principi & domino ſuo.Nam eo modo iuramen
tum fidelitatis violare dicitur.Idem ſcribunt Afflic. in c.
1.§.& bona committentium.numer.78. quæ ſint regalia.
Boe.in trac.de cuſtodia clauium,num.25. Gigas in trac.
de crimine læſæ maieſta.lib.1.q.47.Craue.conſil.319. co-
lum.1.verſicu.hoc ita præſuppoſito. & his addo Brunum
32 conſilio 28.numero 6. qui vno verbo ait, † crimen læſæ
maieſtatis etiam committi,cùm res & iura domini oc-
cupantur.

Secundò ſatis ſuperque ea ratione fundata eſt inten-
tio Excelſæ Reipub.Genuenſis contra Fliſcum,quòd ſci
licèt D.Zanetinus erat præfectus claſsis ipſius Cæſaris
eo tempore quo occiſus à D.Ioan.Aloyſio fuit: atque ita
D.Zanetinus Cæſari aſsiſtebat: ſed qui offendit Cæſaris
33 † Conſiliarium,alterúmve qui ei inſeruit, Cæſarem i-
pſum immediatè offendere, & læſæ maieſtatis crimen
committere dicitur:ergo D.Ioan. Aloyſius læſæ maieſta
tis delictum in Cæſarem perpetraſſe dicitur. Illa minor
propoſitio probatur in l.quiſquis, in princip. C.ad l.Iul.
maieſta.in capit.ſi quis.6.quæſt.1.& capit.fœlicis. de pœ-
34 nis,in 6.Ea ratio, quòd hi † cenſentur pars corporis i-
pſius principis,cùm ſine illis princeps viuere non poſsit.
d.capi.fœlicis.& in l.humanum.C.de legibus.Nam qui
35 alteri † adhæret, dicitur vnus ſpiritus cum illo.capitul.
damnamus,de ſumma Trinit.& Fide Cathol. & Pſalmo
68.Adhæſit anima mea poſt te.& ſcribit Felinus in rubr.
de treuga & pace.numer.20.Probatur & hæc minor pro
poſitio auctoritate multorum,quos ſuprà retuli in ſecun
do & tertio argumento partis contrariæ. Quamquam re
lati illi doctores duobus illis modis declarent, nem-
pè cùm Conſiliarius principis lateri non hærebat: &
quando ob priuatam inimicitiam ille fuit interfectus,
vel offenſus. ſentiunt ergo regulam eſſe in contrarium,
quòd ſcilicèt ita in crimen læſæ maieſtatis committat
qui Cæſaris Conſiliarium offendit,ac qui Cæſarē ipſum
lædit.

Hanc eandem regulam affirmarunt Iſernia in c.1. in
verbo,& bona committentium, in prima additione, &
ibidem Afflict.nume.106.tit.Quæ ſint regalia. Martinus
Laudenſis in trac.de crimine læſæ maieſt.nu.5.Soc. Sen.
conſil.275.numer.3.libr.2. Lucas de penna in l. nihil. C.
de pala.ſacra.larg.lib.12.& Gigas in tract.de crimine læ-
ſæ maieſtatis,libr.1.q.14.numer.4. His accedit Dec. con-
36 ſi.410. in fin.qui reſpondit,† Crimen læſæ maieſtatis cō-
mitti etiam cùm offendentur illi, qui nomine princi-
pis adminiſtrant.

Tertiò accedit, quòd D.Ioan. Aloyſius non ſolùm
Cæſarem offendit, occidendo Dominum Zanetinum
ſuæ claſsis præfectum, ſed etiam conatus fuit occupare
ciuitatem Genuæ ipſi Cæſari confœderatam. Et certi iu-
77 ris eſt,eum qui offendit confœderatos † Cæſaris,eſſe reū
criminis læſæ maieſtatis.Ita in ſpecie ſcribunt Bart. in ex
trauagan ad reprimendum, in verbo rebellando. nume.
7.verſi.quòd ſi aliquis homo de terris eccleſiæ.& Baldus
in l.1.numer.34.q.42.ff.de rerum diuiſ. cùm dicūt quòd
38 ſi † ſubditus Papæ offendit Imperatorem, efficitur reus
criminis læſæ maieſtatis in ipſum Papam, ex quo Impe-
rator eſt ei confœderatus. idem probarunt Præpoſitus
in capitulo in primis.§.de perſona.num.22.2.q.1. Brunus
conſi.86.nu.8.Sigiſmundus Loffredus conſi.5.num.30.&
Gigas in tractat.de crimine læſæ maieſtatis,lib.1. q. 18.&
quæſtio.68.in fine.& titulo de rebellibus.q.21.Ea eſt hu-
39 ius ſententiæ ratio, quòd † confœderatorum vnum eſt
corpus.Qui enim alteri adhæret,vnus eſt cū eo ſpiritus,
vt dixi in proximo præcedenti argumento. hinc confœ-
40 deratus † punire poteſt hoſtes ſui confœderati.l.non du-
bito.ff.de capt.& poſtlim.reuerſ. Qua de re ſcripſi lib. 1.
de arbitra.iudicum,q.vlt.

Quartò,dato,non conceſſo tamen, ꝙ crimē hoc per-
petratū à D.Io.Aloyſio dici non poſſit crimen læſæ ma-
ieſtatis immediatè in perſonam Cæſaris, iuxta primum
caput legis Iuliæ maieſtatis,ex Doctorū diſtinctione,quā
infrà ſuo loco recitabimus: attamen negare poteſt nemo,
quin ſaltem ſit hoc crimen contra ſecundū caput ipſius
legis Iuliæ:quod & ſuo loco planum faciam. Quo fit vt
41 locus ſit † publicationi bonorum,& feudà Cæſari ſint a-
perta. Ita ſcribunt Bart.in extrauag. Qui ſint rebelles,
in verbo Rebellando,numer.15.Caſtren.con.171.Viſa &
ponderata, col. vlt. lib.1 Ancharan. conſi. 277. numer.
2.clarè Alexand. conſili. 13. numer.5. libr. 6.Guido Pap.
q.364.Soc.Sen.conſil.22.col.2.libr. 1. Decius conſil. 410.
num.26.Brunus conſi.28.nu.5.Rubeus conſil.154.num.1.
Socinus Iunior conſi.105.nume.21.lib.3.Bellonus conſil.
32.& Craue.conſilio 224.numero ſexto, ſcribunt hi gra-
uiſsimi iuris interpretes, quòd quando quis lædit infe-
42 riorem † principem ſuperiorem recognoſcentem, pu-
niri debet pœna publicationis bonorum. Et tamen
eſt clarum, ex recepta Doctorum opinione, hunc de-
linquere contra ſecundum caput legis Iuliæ, vt in-
frà dicemus. Et in ſpecie magis decidit Anton. Ca-
picius deciſ.130.numero decimoſeptimo, verſiculo. At
43 meo iudicio, occidentem magiſtratus † principis, vel
gerendo ſe pro magiſtratu, delinquere quidem dici-
tur tantummodo contra ſecundum caput legis Iuliæ:
ſed tamen (ait ille ibidem numero vigeſimo) hic pu-
nitur & pœna publicationis bonorum. Quam ſenten-
tiam probat l.eorum.ff. ad l. Iul. maieſta.l. prima. C.
de bonis libert. & text. authent. bona damnatorum.
C. de bonis damn. Et qua de re infrà. Cùm ergo
hoc in caſu bona ipſa patrimonialia publicari potue-
runt, ergo fortius feudalia, in quibus plus iuris, ratio-
ne directi dominij, Cæſar habet.

Quintò,quidquid ſit in ſpecie legis Iuliæ maieſtatis,
quò ſcilicet ad pœnas ab ea indictas, an ſcilicet hoc cri
men commiſſum à Dom.Ioan. Aloyſio fuerit immedia-
tè,vel mediatè cōtra perſonam Cæſaris: verè in caſu no
ſtro ſpectandæ potius ſunt feudales conſtitutiones vt co
gnoſcamus an hoc delictum dicatur commiſſum à Do.
Ioā.Aloyſio Cæſaris vaſallo contra ipſius Cæſaris perſo
nam:ob quod ſanè delictum vaſalli in perſonam domi-
ni,non ſolùm vaſallus ipſe, ſed & eius deſcendentes &
agnati feudo priuantur. Qua ſanè in re dicendum pro-
culdubio eſt, hoc crimen eſſe perſonam Cæſaris. Nam
iure feudorum in perſonam domini delinquere vaſal-
44 lus † diditur,cùm noxa vel mediatè vel immediatè reſpi-





cit perſonā domini:vt puta, ſi dominum ipſum interfe-
cit,vel vulnerauit,tunc dicitur immediatè eum offende-
re.Mediatè verò,vt ſi cum eius vxore,filia,nuru coeat,ita
ſcribunt Iacobus Ardizonus in tit.quibus modis feudū
amitta.Io.Blancus in ſua ſumma eiuſdem tituli. Afflict.
deciſ.265.& Cur.Iu.in tract.feudo.par.4.principali. Qui
copioſè de his diſſerunt cauſis,quæ perſonam domini re
ſpiciunt: & ſubiiciunt illas,quæ non offendunt perſonā
45 domini † mediatè vel immediatè, vt puta cùm Vaſallus
occidit ciuem,vel proprium parentem: & his ſimilia cō-
mittit.cùm itaque noſtro in caſu Do. Io. Aloyſius fuerit
Cæſaris vaſallus,illique fidelitatem iurauerit,dicitur cō-
tra perſonam Cæſaris egiſſe,& per conſequens, fidelita-
tis iuramentum violaſſe,dum ipſius Cæſaris claſſem in-
uadere tentauit,dum eius magiſtratū occidit, & Ciuita-
tem Genuæ confœderatam,vel eius ſub protectione re-
poſitam occupare nixus eſt.ita reſpondit Soc.Sen.conſil.
87.nu.15.verſ.tertiò confirmatur.lib.3.& Afflic.deciſ.265.
nu.59.Et ob id(vt illi ſcribunt)feudo priuatur ex c.1.qui-
bus modis feudum amitta.

Sextò & vltimò credo rem hanc eſſe claram & apertā,
quòd ſcilicèt Dominus Ioan. Aloyſius ita in Cæſarem
deliquerit,vt iure feudo priuari meruerit. Eſt enim cla-
rum(vt modò diximus)ipſum D.Ioan.Aloyſium Cæſari
iuraſſe fidelitatem ob feuda ei conceſſa:& per conſequēs
46 eius ſubditus † dicebatur ratione ipſorum feudorum.ita
ex aliorum ſententia reſpondit Socinus Sen.conſ.27.nu.
2.libr.3.& clarius Gomeſius in §.rurſus.numer.24.in fin.
47 Inſt.de actio.qui in ſpecie ait, quòd hic Vaſallus † vio-
lando iuramentum, efficitur proditor:& per conſequēs
feudo priuari debet. Quam ſanè Gomeſij ſententiam
veram eſſe demonſtrabimus ex his quæ infrà dicemus
in reſponſione ad quintum argumentum partis aduerſæ.

His ſolidis & benè iactis fundamentis pro Excelſa
Republic.Genuen. aduerſus Illuſtrem Domi.Scipionē,
ſequitur nunc,vt contrariæ diluantur rationes, quæ à cō
ſultiſsimo Rolando validiſsimæ ita exiſtimantur,vt ſi re
uiuiſcant,non dicam vires fabuloſi Rodomōtis, ſed nec
ipſius Herculis conuelli atque extirpari poſsint. Expe-
riar tamen ego,qui Rodomontis vires, quas Poetæ Ro-
lando ſolent apponere, non habeo, ſi ſaltem, vel mea
ipſa ingenij mediocritate hæc Vallæ valla expugnare
valeo.

Non obſtat itaque primum,quia reſpondeo primò,
quòd immò D.Io.Aloyſius immediatè Cæſarem ipſum
offendit,cùm claſſem Cæſaris, ipſius claſsis præfectum,
& ſibi fœdere iunctam,vel ſub protectione poſitam ciui
tatem Genuæ offenderit: ſicuti ſuprà demonſtrauimus.
Reſpōdeo ſecūdò,admiſſo quòd D.Zanetinus eſſet ſub-
ſtitutus Illuſtriſsimi Andreæ Auriæ, attamen adhuc D.
48 Ioan.Aloyſius offendit Cæſarem. Nam † ſuffectus alte-
rius loco,eiuſdem fruitur priuilegiis & commodis, qui-
bus ille,in cuius locum eſt ſubrogatus.l.filius, vbi Bar.ff.
de legatio.Et ob id ita incidit in crimen læſæ maieſtatis,
49 qui offendit Cæſaris † Vicarium,vt ille,qui Cæſarem i-
pſum lædit:ita in ſpecie ſcribunt Bart.in extrauag. cōtra
Rebelles,in verbo,rebellando, nu. 4. Cardinalis in cle.
Paſtoralis,in prin.col.3.de re iud.Præpoſitus in c.in pri-
mis.§.de perſona.nu.20.2.q.1.Comenſ.conſ.153.quos ſe-
cutus eſt Gigas in tract.de crimine læſæ maieſta.li.1.q. 6.
Quæ ſanè aſſertio ſine controuerſia procedit hoc in ca-
ſu,in quo D.Zanetinus ſubſtitutus D. Andreæ à Cæſare
ipſo approbatus fuit.iuxta declarationem Bar.in d.l.fili⁹.
ff.de legatio.& Alex.in rub.ff.de officio eius,cui manda
ta eſt iuriſdictio.nu.13.Nec hîc repugnat,quòd tunc de-
50 mum Vicarius † fruitur priuilegiis ſui principalis. cum
principalis ipſe abeſt,non autem cùm præſens eſt,vt de-
clarant Bar.d.l.filius,& clarius Dec.in ca.ſanè.il.2. col.1.
de off.delega. Paulus Orianus in rub.ff.de off.eius.nu.13.
& Rui.conſi.148.nu.5. lib.4. Quia reſpondetur, D. An-
dreā principalē claſsis præfectum ſatis dici abfuiſſe po-
ſteaꝗ ſenio cōfect⁹ domi ſemper quieſcebat,nec cū claſſe
mare nauigabat. Nam in hac materia poteſtatis princi-
palis & ſui Vicarij, vel delegati à pari hæc duo proce-
dunt, abſentia & infirmitas. ca. ſi pro debilitate. de off.
deleg.omnes in l.1.ff. de officio eius. & ſcripſi libro 2. de
arbitrarijs iudicum. caſu 60.

Reſpondeo tertiò, admiſſo quòd à Do. Ioan. Aloyſio
commiſſum non ſit delictum in perſonam Cæſaris,ita vt
ipſius D. Ioan. Aloyſij memoria, eo defuncto, damnari
non licuerit:non tamen hinc ſequitur, quòd nec eius bo
na publicari potuerint.Eſt enim manifeſtè falſum quod
52 multi opinantur, † bonorum ſcilicèt publicationem ita
eſſe connexam pœnæ damnationis memoriæ, vt ſi vni lo
cus non eſt, nec alteri ſit.Eſſe falſum vel ex eo conſtat,
quòd in primis ſunt hæ duæ pœnæ diſcretæ & ſeparatæ.
Publicare bona quid ſit, notum omnibus eſſe ſcio.Dam-
53 nare † autem defuncti memoriam eſſe intelligo, cùm no
mini perpetua infamiæ nota inuritur, vt perpetua de eo
54 conſeruetur infamia. Sic olim ob affectati † regni ſuſpi-
cionem, vt eorum memoria damnaretur, euerſa eſt do-
mus M. Manlij Capitolini. Item C. Caſſij & Sp.Melij.
Quod à Plinio iuniore de viris illuſtribus, dum Q.Cin-
cinnati Dictoris geſta recenſet, memoria proditum eſt.
Et in Vacci pratis, domus fuit M. Vacci, quæ publicata
& euerſa eſt, quò facinus illius memoria & nomine loci
notaretur. Quod à M.Varrone lib.4. de lingua, Latina,
& à Cicerone in Oratione pro doma ſua ſcriptum legi-
mus.Et olim Conſtantienſe ſacroſanctum Concilium,
ſeſſione nona, damnauit memoriam Ioannis Vuitcleff.
55 hæreſiarchæ. Vnde natus ſit hic damnandæ † memoriæ
vſus, vno verbo dicam cum Conrado Bruno lib.5.de hæ
ret.cap.17.Veteres illos hunc morem habuiſſe, vt omniū
Catholicorum Epiſcoporum nomina Diphticis inſcri-
berent, & inter diuina recitarent. Quorum ergo me-
moriam damnabant, eorum nomina ex Diphticis exi-
mebant: nec eorum vllam inter diuina vel memoriam
agebant, vel nomina recitabant. Ad quem modum in
Aphricano concilio conſtitutum eſt, vt ſi quis Epiſco-
pus hæredes inſtituerit extraneos à conſanguinitate ſua
vel hæreticos,ſaltem poſt mortem anathema dicatur,at-
que eius nomen inter ſacerdotes nullo modo recitetur.
Simile eſt conſtitutum à concilio Bracharenſe cap. pla-
cuit. 23. q.5. Duæ itaque diſtinctæ pœnæ ſunt, quemad-
56 modum probat † l.vlt.C. ad l. Iul. maieſt.in illis verbis:
Memoria eius damnetur, & eius bona ſucceſſoribus e-
ius eripiantur. Illa copula, Et, duo diuerſa copulat.Hāc
diſtinctionem credo veriſsimam. Quo fit vt vni ſoli &
non alteri aliquādo locus ſit:vt puta,cùm quis lædit prin
cipem illum, qui ſuperiorem recognoſcit. Nam à nemi-
ne affirmatum reperio eſſe hoc caſu locum pœnæ dam-
nationis memoriæ,cùm tamen affirment permulti,quos
ſuprà recenſui in quarto noſtræ ſententiæ fundamento,
57 bona publicari. Nec hîc repugnat † l.vlt. ff.ad l. Iul.ma-
ieſt.quæ Doctoribus noſtris errādi cauſam præbuit.Quā
doquidem ibi ſolum argumentum affirmatiuè ſumitur,
ſi memoria damnatur, ergo & bona publicantur, cùm
graue delictum, quo damnari memoria poteſt, inferens
quod eſt plus, inferat & quod eſt minus, nempè publica
tionē bonorum.ſed negatiuè non procedit argumētum,
non damnatur memoria,ergo nec bona publicantur.Nā
caſus ſunt (vt diximus ſuprà) in quibus memoria non
damnatur, & tamen bona publicantur. Eſt ratio, quia
non ſequitur, non cōceditur quod eſt plus, hoc eſt,dam-
natio memoriæ, ergo nec permittitur quod eſt minus,
id eſt, publicatio bonorum. Nam à maiori ad minus va-
let argumentum affirmatiuè, non autem negatiuè, ſi cui
licet quod eſt plus,ergo & quod eſt minus. cap. cui licet,
de reg.iur.in 6. declarat Euerardus in centuria legali in
loco.65. & 66. Quocircà in dicta lege vltima, ſolum di-
citur, quòd niſi crimen purgetur ab heredibus,bona pu
blicantur. Hoc intelligitur cum damnatur memoria ex
eo delicto, quod infert & aliam pœnam ſcilicèt publi-
cationis bonorum. Non tamē ait eo loci Vlpianus,quòd

eo caſu, quo memoria non damnatur, non publicentur
bona vt eſt eo caſu, quando quis non delinquit (vt Docto
res ſcribunt) contra ſecundum caput legis Iuliæ maieſta
tis. Duas ergo pœnas diſtinguo. Vna eſt, memoriæ dam-
nandæ: altera publicandi bona.
Quò ad primam, an illi locus ſit, vel non cōtra D. Io.
Aloyſium, non contendit Reſpub. Genuenſis. Diſputat
tantùm, & iure aſſerit, locum fuiſſe ſecundæ, nempè pu-
blicationi bonorum. Quod argumēto à partibus enume
ratis planum ita facio. ſiue enim primum, ſiue ſecūdum
legis Iuliæ maieſtatis caput conſideramus, publicationis
bonorum pœna locum ſemper habet. Hoc dicam, ſi pote
58 ro, planius. Duo huius legis † Iuliæ capita noſtri diſtin-
59 guunt, atque conſtituunt. Primum eſt † caput, cùm Cæ-
ſar ipſe immediatè læditur, vel Romanorum Reſpublic.
Hoc eſſe primum huius legis Iuliæ caput conſentiunt v-
no ore omnes. Qui cōtra hoc primum caput committūt,
60 † quadruplici pœna plectuntur: mulctantur primò capi-
te: ſecundò eorum bona publicantur: tertiò eorum filij
inſucceſsibiles redduntur. Has tres pœnas à lege hac con
tra hos criminoſos eſſe indictas oſtendit l. quiſquis. C. ad
l. Iul. maieſtat. Quartò memoria damnatur: ſicuti probat
d. l. vlt. ff. eo. ad l. Iul. maieſt. Hoc capite inſpecto, contra
quod deliquiſſe oſtendimus ſuprà D. Io. Aloyſium, iure
eius bona, ex omnium ſententia publicata fuerunt. Secū
61 dum † caput huius legis Iuliæ quod ſit & quæ ſub eo cō-
prehendantur, non cōueniunt inter ſe iuriſprudētiæ in-
terpretes.
62 Vna fuit opinio † Cyni in d. l. quiſquis, in princip. C.
ad l. Iul. maie. qui ſcribit in hæc verba: Pro euidentia ſciē-
dum eſt, quòd legis Iuliæ duo ſunt capitula. Vnum eſt,
quando machinatur quis aduerſus perſonam Principis,
ſecundum aduerſus Rempubli. Et iſtud nō eſt verè nec
propriè crimen læſæ maieſtatis. vt ff. eo. l. 1. Hæc Cynus.
quem ibi ſecutus eſt Salicetus. Qua ratione hoc dixerit
Cynus, non video, quandoquidem Vlpianus in d. l. 1. in-
diſtinctè, reum criminis læſæ maieſtatis appellat eū, qui
vel Principem, vel Rempub. vel populum Romanum of
fendit. Quod vno caſu ſit propriè: altero impropriè, Vl-
pianus non ſcribit. ſi tamen aliqua ratio pro Cyno conſi
derari poteſt, illa certè poteſt, quòd Reipubli. vel popul.
63 Roma. † perſona ficta, non autem vera dicitur, vt vera il
la principis conſideratur. Dicimus enim, ciuitatem eſſe
perſonam fictam. l. mortuo ff. de fideiuſſ. Iaſ. in l. ſi quis
maior. num. 7. C. de tranſa. copioſè Calcaneus conſ. 1. nu.
2. Pariſ. conſ. 21. nu. 30. li. 4. Curtius Iunior conſ. 124. in fi.
& Craue. conſ. 4. in fi. Cæteros ſciens prætereo. Hac ita-
que ratione fortè fit, vt impropriè corpus popu. Rom. vel
Reipub. offendi dicatur. Cæterùm à Cyno diſſentiūt per
64 multi, qui aſſerunt, † offendentem Rempub. Rom. puni
ri illiſmet pœnis, quibus plectitur offendens ipſummet
Imperatorem. Ita enim ſcribunt Ang. in l. 1. C. ne ex deli
cto defuncti. Dec. conſ. 410. num. 26. etſi intelligāt de Re-
publi. non recognoſcente ſuperiorem. Gigas in tracta. de
crimine læſæ maieſt. lib. 1. in præludiis titu. Quid ſit ma-
ieſtas. nu. 9. 10. 11.
Secunda fuit opinio eorum, qui dixerunt, ſecundū
65 † hoc caput legis Iuliæ eſſe, cùm quis offendit inferiores
ab Imperatore, vel à Po. Rom. vt puta, ſi offendit princi-
pem, vel Rempubl. recognoſcentem ſuperiorem. Huius
opinionis viſi ſunt eſſe Dec. conſil. 410. nu. 26. poſt Angel.
& Cæpollam, quos recenſet & Gramma. deciſ. nu. 15. qui
Cynum, Salicetum, & alios citat. idem ſenſit Rui. conſi. 3.
nume. 12. libr. 5. Ea fortè eſt ratio, quòd nulla ſit maieſtas
66 † principis, vel Reipub. recognoſcentis principem ſupe-
riorem: cum maieſtas ſit maior ſtatus, vt ſcribit Oldradus
conſi. 43. nu. & cum eo Gigas in præludiis tractatus de
crimine læſæ maieſtatis, ſub rub. Quotuplex ſit maieſtas,
ad finem.
Tertia eſt, q̄ mihi maximè probatur, opinio, vt duo
67 hæc legis Iuliæ capita diſtinguamus. † Primum, cùm læ-
ditur vel princeps, vel eius magiſtratus, qui & apud Prin-
cipem vel in prouincia Principis loco eſt: ita vt principis
tranquillitas perturbetur. Et hoc perduellionis crimen
68 ab Vlpiano appellatur † in l. vlt. ff. ad l. Iuliam maieſt.
Quòd perduellis ſit hoſtis, qui aduerſus principis, vel pa
triæ ſalutem aliquid molitur: huius memoria damnatur
& bona etiam eo vita functo publicantur. ita interpretor
hæc Vlpiani verba: Niſi quis fortè maieſtatis crimine reus
fuerit. Nam, niſi hoc crimen à ſucceſſoribus purgetur,
hæreditas fiſco vendicatur. Et alia, quæ mox ſubiiciam.
Hoc in capite (vt admonui) nos verſamur. Secundum
verò legis Iuliæ caput eſt, cùm ſplendor, honor & fama
principis quodammodo obſcuratur & violatur, quod
contingit, quando quis principis ſtatuas, aut imagines
iam conſecratas conſtrauerit, aliúdve ſimile admiſerit.
69 † l. qui ſtatuas. & l. famoſi, in fin. ff. ad. l. Iul. maieſt. Imò
ſanciuit Tyberius Cæſar (auctore, Claudio Sueto. in il-
lius vita, ca. 58.) reum læſæ maieſtatis eſſe illum, qui circa
Auguſti ſimulachrum ſeruum cæcidiſſet, veſtē mutaſſet,
numo vel anulo effigiem impreſſam latrinæ, aut lupana-
ri intuliſſet, dictum vllum factúmve eius exiſtimatione
aliqua læſiſſet. De ſecundo hoc legis Iuliæ capite loqui
intelligo Vlpianum in d. l. vlt. in illis. Planè non quiſ-
quis legis Iuliæ maieſtatis reus eſt, in eadem conditio-
ne eſt: &c. & paulò infrà, ibi, Cæterùm ſi quis ex alia cau-
ſa, &c. aliam cauſam intelligit Vlpianus, cum quis ſtatuā
principis eiúsvè imagines turpiter violauit, Etſi enim
graue crimen iudicandum hoc ſit, vtpotè quod in prin-
cipis contumeliam admittatur: non tamen ita ſeuerè erat
plectendum, vt illud quo principis tranquillitas pertur-
batur. Et ideò ſecundo hoc in capite (in quo nos non ver
ſamur) morte delinquentis extinguitur delictum: & bo-
na non publicantur.
70 Quarta fuit opinio † Antonij Capicij deciſ. 130. nu.
17. verſi. At meo, &c. qui ſcripſit, ſecundum hoc caput in-
telligi, cùm quis mediatè offendit vel Cæſarem vel Rē-
pub. Roma. occidendo eorum magiſtratus, vel eorum
inſignia & poteſtatem vſurpando. Hæc opinio probari
videtur ratione & lege. Ratione, quòd iſte impropriè of-
fendere dicitur perſonam qui eius ſocium vel miniſtrū
offendit: cùm non ſit eademmet perſona ſecundum ve-
ritatē, ſed diuerſa. Cæterùm, huic rationi repugnat l. quiſ
quis, in prin. C. ad l. Iul. maieſt. quæ eandē ſanciuit pœ-
nā in occidentes, vel tentantes occidere Cæſaris conſi-
liarios, qui (inquit lex illa) pars corporis Cæſaris ſunt,
atque ita propriè: quam etiam ſanciuit contra offenden-
tes Cæſarem ipſum. Lege autem Capicij opinio proba-
ri videtur, nēpè l. vlt. ff. ad l. Iul. maieſt. in fin. dum ait Vl-
pianus, quòd tunc demum ob læſæ maieſtatis crimē me-
moria delinquentis punitur, cùm quis hoſtili animo ad-
uerſus principem, vel Rempub. armatus eſt. Sentit ergo
Vlpianus immediatè offendētem principē, vel Rempub.
eſſe reum criminis læſæ maieſtatis. Verùm opinor ꝙ li-
71 cet interpretatio hæc † illi l. vlt. congruat, inſpecto ſæcu-
lo, illo quo vixit Vlpianus: vixit ſanè ſub Alexandro
Seuero, cui à ſecretis erat, quin & tutor & prætorij præ-
fectus, quemadmodum à Lampridio & à Xiphilino ex
Dione memoriæ proditum eſt. Et ipſemet Alexander in
l. 4. C. locati. appellat Vlpianum parentem ſuum. Alexan
drum Seuerum Romæ imperaſſe anno 224. humanæ ſa-
lutis ex omnium Chronologijs ſcimus. Inſpecta tamen
noua ſanctione. l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. nunc non
72 procedit Capicij interpretatio. Eſt promulgata d. † l. qſ-
quis, ab Arcadio & Honorio Imp. ſub conſulatu Cæſarij
& Attici, quod contigit anno ſalutis humanæ 399. ſicu-
ti ex Gregorij, Holoandri, Glareani & aliorum Chrono
logijs conſtat. Quod & ex Sozomeno li. 9. hiſtor. eccleſ.
capit. 1. Adone Viennenſi Archiepiſcopo in Chronicis,
& ex Georgio Cedreno colligitur. Quî ergo fieri poteſt,
vt Vlpianus Archadij & Honorij conſtitutionem ducen
tos propè annos poſtquàm ipſe vixit, interpretari potue-
73 rit? Ego opinor hoc tempore † ſolùm ſpectandas eſſe
poſteriores Impp. conſtitutiones, præſertim d. l. quiſquis
& nouiſſimam



& nouiſsimam Hērici 7. aduerſus rebelles. Quibus qui-
dem eiſdem plectuntur pœnis, qui magiſtratus (quos of
ficiales vulgò vocant) lædunt, ac qui principem ipſum of
fendunt. Cæterùm eſto, quòd vera ſit & hodie propoſita
diſtinctio duorū capitum legis Iuliæ, non tamen fit, quin
& pœna publicationis bonorum locum habeat & aduer
ſus delinquentem cōtra ſecundum hoc caput, quemad-
modum abundè ſuprà in quarto fundamēto noſtræ ſen-
tentiæ oſtendimus. His intelligimus lapſos eſſe illos, qui
74 ſcripſerunt pœnam publicationis † bonorum ſolùm ha-
bere locum, cum hoc delictum committitur contra per-
ſonam principis, vel Rempub. ſuperiorem non recogno-
ſcentem. Qua quidem in opinione viſi ſunt eſſe Ange.
Are. in §. publica. nu. 3. Inſt. de publ. iud. Iſernia in capit. 1.
tit. quæ ſint regalia. in verbo, committentium, colu. pen.
verſ. quæri conſueuit. & tit. de ſtatu contra liber. eccleſ. §.
diffidamus. col. antep. verſi. in crimine maieſta. Eſt etiam
75 lapſus † Ruin. conſ. 3. num. 12. li. 5. qui vno verbo aſſeruit,
bona delinquētis hoc in caſu non publicari. Cuius qui-
dem Ruini ſumma apud Rolandum auctoritas, quòd il-
li optimè meritus diſcipulus extitit. ita fuit, vt illum po-
tius quàm receptiorem veriorémque aliorum ſententiā
76 ſecutus ſit. Errauit & † Ang. conſi. 223. Caſus talis eſt. For
tiguerra. num. 2. dum reſpondit, proditorem ciuitatis Lu
cæ non potuiſſe poſt mortem damnari pœna damnatæ
memoriæ & publicationis bonorum. Vtrumque eſt fal-
ſum. Quòd illi⁹ bona publicare licuerit, iā dixim⁹. Quòd
memoria eo caſu dānari potuerit, vel ex eo cōſtat, quòd
77 ciuitas † Lucæ ſuperiorem non recognoſcit, vt vberius
ſcripſi in reſponſo pro hac ipſa Genuenſi Repub. nume.
68. Quocircà delinquens contra Rempub. non recogno
ſcentem ſuperiorem, punitur hac pœna damnationis me
moriæ. ita Ang. Aret. in d. §. publica. num. 2. Inſt. de publ.
iud.
Non etiam repugnat poſtremò illa vltima ratio Ro-
78 lan. d. conſi. 1. num. 22. quòd † delictum ſit morte extin-
ctum. l. defuncto. ff. de publ. iudiciis, & l. 2. C. ſi reus vel
accuſ. mortuus fuer. Quia in ſubſequenti articulo v-
berrimè reſpondendo primæ argumentationi ſatisfa-
ciam.
Non obſtat ſecundum argumentum in contrarium
adductum, quia reſpondeo ex dictis ſuprà in primo no-
ſtræ opinionis fundamento, quòd imò D. Zanetinus e-
rat de aſtantibus Cæſari, cùm eſſet ſuæ ſecuritatis & trā-
quillitatis optimum propugnaculum. Et Cæſari ipſi mili
tabat, iuxta d. l. quiſquis, in princip. ibi, & qui nobis mili
tant. Etſi Accur. ibi exponat, id eſt, circa noſtrum latus.
Quam reſponſionem ex his, quæ infra ſubiiciemus, aper
tè comprobabimus.
Non obſtat tertia argumentatio, quia reſpondeo pri
79 mò, quòd illa opinio † Saliceti in d. l. quiſquis. colum. 2.
verſi. quæro tertiò, pone. C. ad l. Iul. maieſta. nō procedit
in caſu noſtro, in quo Do. Zanetinus ſatis dicebatur aſsi
ſtere lateri ipſius principis, cū eſſet præfectus claſsis, qua
Cæſaris perſona tuta reddebatur. Et ideò inquit Salice-
tus præcitato loco, eſſe attendendam qualitatem magi-
ſtratus. Hæc conſideratio vel ex eo comprobatur quod
ſcribit Vlpianus in l. 1. ff. ad l. Iul. maieſta. illum effici reū
criminis læſæ maieſtatis, qui Popu. Roma. Magiſtratus
80 lædit. Magiſtratus † ego Pop. Rom. intelligo non ſolùm
qui Romæ comprobantur, ſed & qui Pop. Rom. nomine
prouincias adminiſtrabant, ſicuti probat l. 4. ff. de inter-
ro. actio. l. 3. ff. quod metus cauſa. & declarat Hottoma-
nus in commentariis verborum iuris, in verbo, Magi-
ſtratus. cùm ſcribit, à Cæſare Auguſto prouinciarū diui-
ſione facta, aliquibus ſibi reſeruatis, aliis Pop. Ro. cōceſ-
ſis, cōſueuiſſe Populum Rom. in illas ſibi conceſſas pro-
uincias magiſtratus mittere, qui ſanè magiſtratus Popu
li Romani appellabantur. Huius diuiſionis prouincia-
rum meminit Strabo lib. 17. Geographiæ, & ex recen-
tioribus egregiè Onuphrius Panuinius. lib. 3. commen.
Reipubl. Romanæ. vbi agit de prouinciis à Cæſare
Auguſto quæſitis.
Non ergo differt quòd magiſtratus ſit apud princi-
pem, vel principis nomine miſſus in prouinciam. Et ve-
rè d. l. 1. ita eſt in ſpecie interpretatus Afflict. in ca. 1. §. &
bona committentium. nu. 63. verſic. ſeptimò. quæ ſint re-
galia. quem ſecutus eſt Gigas libr. 1. de crimi. læſæ maieſt.
cap. 26. etſi ipſe parum conſtans alibi (vt infrà referam)
aliter ſentire videatur. Confirmatur hæc reſpōſio & con-
81 ſideratio, quòd lex habet † pro præſenti illum, qui cauſa
82 publica, & principis abeſt. Nam clericus † in ſua eccleſia
reſidere dicitur, qui eſt in ſeruitio Papæ, vel epiſcopi. cap.
ad audientiam, c. de cætero. de cler. non reſiden. vbi ſcri-
bunt Doctores. & declarant Angelus de Clauaſio in ſū-
ma, in verbo clericus. il 7. nu. 2. & Sylueſter Prierius, in
ſumma, in verbo Reſidentia, nu. 7.
Nec repugnat ſignificatio illius verbi, interſunt, in
d. l. quiſquis, appoſiti: quia non ſumitur in ea ſignifica-
83 tione † vt intereſſētiā ſignificet, vt ſumit in caſu gloſſæ. d.
cap. vnico. §. affuerint. de clericis non reſid. in 6.
Quandoquidem ſi ita ſumeretur, illud ſequeretur
abſurdum, quòd ſolùm contra Cæſaris conſiliarios hoc
crimen committeretur, quādo in aula cum Cæſare ipſo
eſſent. Sumitur itaque verbum, interſunt, pro ipſa reſidē-
tia. At reſidere & is dicitur apud principem, qui eius no-
mine (vt dixi) in prouinciam cum imperio miſſus eſt.
84 Reſpondeo ſecundo loco, † Salicetum, & qui eum ſe
cuti ſunt, errare, ſi illorū doctrina ita ſe habet, vt ab AEgi
dio Boſſio intelligitur. Errant inquam, quod præter ra-
tionem iam relatam ita demonſtratur. Nam, aut ſenſit Sa
licetus, offendentem Conſiliarium, qui in prouincia ma-
giſtratum nomine principis gerit, id agere, vt ſolùm
officialem offendat, ſiue animo offendendi principem,
& eius ſtatum tranquillum ac ſecuritatem perturbandi,
& hoc caſu clarum eſt, hunc non incidere in crimen læ-
ſæ maieſtatis principis, ſed quod agit, odio potius illius
gerentis magiſtratum facit. Et rectè hoc caſu loquitur
Salicetus. Aut hic offendens facit, vt perturbet principē,
& eius ſecuritatem moleſtia afficiat: & tunc neſcio vi-
dere, qua ratione dici poſſit, quin hic ſit reus criminis
læſæ maieſtatis. Et ſi hoc caſu vera eſſet Saliceti opinio,
opus eſſet dicere, illum nō eſſe reum huius criminis, qui
85 vnam ex ciuitatibus Imperij occupauit, † vel ad defectio-
nem ſolicitauit: ex quo ciuitas illa ab imperatore procul
eſt, & eius lateri non aſſiſtit. Et tamen hoc apertè falſum
eſt: cùm verè iſte dicatur reus criminis læſæ maieſtatis,
vti ſcribit ipſemet Salicetus in l. fallaciter. C. de abolitio.
& in ſpecie illum ſecutus eſt Antonius Capicius deciſ.
130. nume. 4. Et tradunt permulti relati ſuprà in primo
noſtræ ſententiæ argumēto. Quemadmodum ergo oc-
cupans vrbem & caſtra Cæſaris, reus læſæ maieſtatis
efficitur, ita occidendo eius magiſtratum, qui in prouin-
cia eſt: ex quo ipſius Cæſaris ſecuritas læditur. Quod
præſertim contingit hoc noſtro in caſu, in quo magna
conſideratur Cæſaris ſecuritas animique tranquillitas
in benè munita claſſe, & in eius Præfecto fidiſſimo & vi
gilantiſſimo.
86 Reſpondeo tertiò, quòd, admiſſa † Saliceti opinio-
ne, non tamen illa noſtræ ſententiæ refragatur. Non ne-
gat Salicetus, quin & ſuo illo in caſu bona huius delin-
quentis publicentur, ſed ſolùm negat, eius memoriam
damnari poſt mortem, & eius filios reddi inſucceſſibiles.
Nam dum Salicetus hanc iuris quæſtionem propoſuit,
ſe retulit ad ea, quæ ſuprà dixerat, in verſi. ſed iuxta hoc
quæro, &c. diſtinguendo duo capita legis Iuliæ maieſta-
tis. Et ibi ait, quòd qui in primo capite puniuntur pœna
mortis: eorū damnatur memoria, filij reddunt̄ inſucceſ-
ſibiles, & bona publicātur. In ſecundò verò capite pœna
mortis plectuntur, & bona publicantur. Ita eo loci ſenſit
Salicetus, & ſuprà declarauimus. Cùm ergo ſcribit Sali-
cetus, occidentem conſiliarium gerentem magiſtratū in
prouincia, ſolùm incidere in pœnam ſecundi capitis le-
gis Iuliæ maieſtatis, fatetur, eius bona poſſe publicari. do.

qua quidem publicatione nos contendimus. Et in ſpecie
ita cenſuit Antonius Capicius deciſi.130.num. 12. qui ita
intelligit & declarat extrauagantem Henrici Imperato-
ris editam contra rebelles, quæ ſanè extrauagans obſer-
uari debet hoc noſtro in caſu. Et clarius idem Capicius
eo loci nume.20.verſi. In ſecundo verò capite.&c. Idem
affirmant & alij quos ſuprà retuli in præcedenti reſpon-
ſione, dum, declaraui, pœnam publicationis bonorum
hoc in caſu locum habere.

Non obſtat quartum argumentum, quia reſpondeo,
minorem illam propoſitionem eſſe falſam: quandoquidē
verius eſt, D. Ioan. Aloyſiū nil principaliter odio & cau-
ſa inimicitiæ priuatæ occidiſſe Do. Zanetinum, cùm illi
eſſet amicus. Quod multis ſatis ſupérque aſſeritur pro-
batum, præſertim, quia in eius domo conuerſabuntur, &
pridie antequam occideret D. Zanetinum, & claſſem vr-
bémque occupare tentaret, fuit in domo Illuſtriſſimi
principis Auriæ, & ipſius D. Zanetini filium eſt deoſcu-
87 latus. Quæ ſanè omnia ſigna ſunt † amicitiæ: ita ſcribūt
Bald. in cap. accedens, vt lite non cōteſtat. Pelin. in capit.
de his. §. repellantur. numer. 1. de accuſ. & Curt. Sen. in
trac. de teſtibus. concluſ. 30. Non ergo quod egit D. Io.
Aloyſius egit odio D. Zanetini, ſed vt ſe dominū & prin
cipem claſſis, & deinde ciuitatis faceret. Nec hinc ſequi-
tur, multa beneficia accepit D. Io. Aloyſius à Cæſare, &
ei ſemper extitit fidelis, quemadmodum & ſui anteceſ-
ſores, ergo credēdū non eſt odio Cæſaris id egiſſe. Quā-
doquidem facilè hæc conſequentia deſtruitur, conſide-
rata regnandi libidine, & immodico deſiderio. Nam (ſi-
88 cuti † C. Cæſar dicere conſueuit, & auctor eſt M. Tul-
lius, lib. 3. de officiis) ſi violandum ius eſt, regnandi cau-
ſa eſt violandum. Hinc fit, quòd permulti hac allecti dul-
cedine, ingrati ergo eorum dominos, à quibus multa be
neficia fuerant conſecuti, extiterunt. Ex lege antiqua
89 extant † exempla Zambri ducis equitū, qui occidit Hela
dominum ſuum, vt regno potiretur, vt legitur lib. 3. Re-
gum, c. 10. Ita etiam legitur lib. 4. Regum, cap. 15. eadem
90 de cauſa, Sellum filium † Iabes, Zachariā regem Iſrael
dominū ſuum occidiſſe. Ex Græcis legimus apud Vola-
ter. lib. 23. anthropologiæ, Silium Macedonem, virum
quendam ſtrenuum, conſortem imperij ſibi aſciuiſſe,
à quo mox interfectus eſt. Prætereo hîc illos, qui re-
91 gnandi libidine † proprios parentes occiderunt: Phraa-
tes Orodis Parthorum regis filius. vt auctor eſt Dion in
Auguſto: quique fratres occiderunt, vt Perſeus, Phi-
lippi Macedoniæ regis ex concubina filius, qui Demetri
um fratrem occidit. Plutarchus in Pauli AEmylij vita.
Silentio inuoluo innumera exempla eorum, qui eodem
regnandi deſiderio ducti, patriā ſuóſque principes pro-
diderunt, Sunt enim hæc ita omnibus obuia, vt ſuper-
uacaneum exiſtimem illa hîc recenſere. Illud vnum tan-
tùm impium facinus referam Darij in Artaxerxem pa-
trem, à quo viuente Rex factus fuerat. Scribit Iuſtinus li.
10. Darium vnà quinquaginta fratribus patricidis in pa-
trem coniuraſſe. Et, eorum detecta coniuratione om-
nes cum vxoribus morte mulctatos fuiſſe. Quinimmò
hæc regnandi libido non modò homines ipſos, ſed &
92 † Angelos obcæcauit. Lucifer ille, qui alioqui à Deo. Op
ti. Maxi. inter beatiſſimos angelos connumeratus fuerat
regnandi ſuperbia allectus, dicere auſus fuit, Ponam ſe-
dem meam ſuper thronum, & efficiar ſimilis altiſſimo:
vt legitur Iſaiæ cap. 14. Non etiam vera eſt illa conſequē-
tia Rolandi, anteſſores D. Io. Aloyſij fuerunt ſemper fi-
deles Cæſari: ergo & ipſe Io. Aloyſius. Quandoqui-
93 dem ſæpiſſimè videmus † filios à patribus degenerare.
Prætermitto hîc antiquiorum patrum exempla, nempè
Adami, qui Cainum, Moſi, qui Elizer & Gerſam filios
degeneres reliquerunt. Quàm diſſimilis patri Germa-
nico extiterit filius Calligula, quámque à patre M. An-
tonio degenerauerit Commodus filius, nemo ignorat.
Et alia his ſimilia exempla ad rem propè noſtram com-
memorat Alphōſus de Caſtro lib. 2. de iuſta hæret puni-
tio. c. 9. quo loci oſtendit, non eſſe perpetuum, quòd pa-
tri ſit filius ſimilis. Et permulta exempla recenſent Ca-
gnolus in l. 2. nu. 425. de origine iuris. Tiraq. in trac. de le
gib. connub. lege 7. num. 2. nu. 6. & nu. 11. & idem in tra-
cta. de pœnis legum, cauſa 51. nu. 43. Et verè quotidie hu-
mana experientia docet, hoc plerumque infortunio pre-
94 mi viros † ſapientes & ſplendidos, vt ſui diſsimiles pro-
creent. Non ergo neceſſariò ſequitur, pater fuit fidelis,
ergo & filius. Eſt quidem qualiſqualis præſumptio, ſed
facilè ita diluitur.

Non obſtat quintum contrariæ opinionis argumē-
tum, quia reſpondeo, quòd imò D. Io. Aloyſius ita ſubdi
tus Cæſari dicebatur, vt iure illis feudis, quæ à Cæſare
ipſo obtinebat priuari potuerit. Erat enim Cæſari vaſal-
lus, & fidelitatis iuramentum præſtiterat. Quocircà ſatis
95 dicebatur † ſubditus, vt crimen læſæ maieſtatis in Cæſa
rem perpetraſſe dicatur. ita in ſpecie ſenſit Bar. in extra-
uag. contra rebelles, in verbo, rebellando. nu. 8. in. fi. verſ.
an autem rebellis. & clarius Gomeſ. in §. rurſus. num. 24.
in fine. Inſt. de actio. Et mox declarabimus. idem apertè
docuit Bald. in l. omnes. §. verùm ſi apparitor. col. 2. verſ.
ſuper tertiò verò. C. de epiſ. & cler. qui ita in ſpecie decla
96 rat d. cle. paſtoralis. Nec hîc repugnat illa † clem. paſto-
ralis, de re iud. in cuius interpretatione omnis verſatur
difficultas. Ego illam ita interpretor, & relatos Doctores
in ea quinta argumentatione declaro, diſtinguendo atq;
conſtituendo duos caſus. Primus eſt cùm quis nullo mo
97 do † ſubditus eſt, ſiue originē, ſiue domicilium, ſiue feu-
dum, vel quid ſimile conſideramus. Hoc caſu qui in illū
principem cui ſubditus non eſt, deliquit, non dicitur ali-
quo modo committere crimen læſæ maieſtatis. Nec hic
98 caſus habet probabilem dubitationē. Ita loquūtur † Bal.
in l. nihil. nu. 3. C. de vind. libert. & in l. 2. C. de falſa mo-
neta. Barto. in d. extrauag. contra rebelles. in verbo, rebel
lando. nu. 8. vſque ad verſ. an autem. ita Cæpolla conſ. 17.
col. 4. verſ. contrarium. Et hic caſus non eſt de quo nos
contendimus.

99 Secundus eſt caſus, cùm quis eſt † ſubditus ratione
feudi, licèt non ratione domicilij. Hoc caſu dico, quòd ra
tione iuramenti fidelitatis incidit in crimen læſæ maieſta
tis, ſi dominum offendit. ita verè ſcribit Bart. in d. extra-
uag. contra rebelles, in verbo, rebellando. num. 8. verſ. an
100 autem ſit rebellis. cùm inquit, † Robertum regē Siciliæ
fuiſſe rebellem, atque ita reum criminis læſæ maieſtatis
contra Henricum VII. ob id quòd ei erat ſubditus ob
Comitatum Prouinciæ, cuius cauſa ei fidelitatem iura-
uerat. Et clarius hanc veram ſententiam probat Gomeſ.
in d. §. rurſus. numero 24. in fin. Inſt. de act. Eſt ratio, quia
101 † iuramentum fidelitatis hunc obligat, & facit vt ratio-
ne ipſius feudi maiorem ſtatum non recognoſcat quàm
illum domini ſui. Quemadmodum facit & ſubditus ra-
tione domicilij, qui ob fidem datam domino & ob bene-
ficium habitationis, quod à domino obtinet, fidelis eſſe
debet: & ſi aliter agit, nempè offendendo ipſum domi-
num, illius maieſtatem lædere dicitur. Et hoc in caſu nos
verſamur. Verùm hoc in caſu poteſt dubitari, an iſte reus
criminis læſæ maieſtatis priuari poſsit nō ſolùm illis feu-
dis, quæ obtinet à domino ipſo, quem offendit, ſed & il-
lis, quæ ab aliis recognoſcit. Et dicendum eſt non poſſe.
Ea eſt clara & aperta ratio, quòd ratione alterius feudi
nullum huic domino læſo præſtitit fidelitatis iuramen-
tum. Et hoc illud eſt, quod paſſim ſcribunt omnes, vaſal-
lum vltra cauſam feudi non ſubiici domino. ita tradunt
Bald. & Beluiſius in capitul. 1. in verbo, item qui domi-
no. quæ fuit prima cauſ. benefic. amitten. poſt Innocen.
& Ioan. Andr. in capitul. cæterùm. de iud. & ſcribit Soci.
Sen. conſi. 27. numer. 2. lib. 3. Et hinc, mea quidem ſenten
tia, deducitur concludens ratio, quòd ſcilicèt non poteſt
læſus iſte de re alterius domini diſponere. Eſt enim cul-
pa immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti. Quid enim, ſi
huius vaſalli domino alteri placeret hunc offenſum, ita
fuiſſe à ſuo vaſallo læſum, quomodo poterit læſus ipſe,





hunc lædentem priuare feudo illius domini, cui ita actū
102 eſſe placuit? Hoc in caſu verè loquitur Clemens in † d.
clem. paſtoralis. de re iud. Quod vel ex eo apparet, quòd
Henricus ille 7. declarauit Robertum reum criminis læ-
ſæ maieſtatis, & eum priuauit regno Siciliæ & aliis feu-
dis, quæ Robertus ipſe à Pon. Max. obtinebat. Hoc ab.
Henrico fieri non potuiſſe rectè declarauit Clemens 7
Pont. Max. qui verè non pronuntiauit, Robertum priua
ri non potuiſſe comitatu Prouinciæ, quem ab Henrico
ipſo, in feudum habebat: ſed ſolùm (vt dixi) malè fuiſſe
priuatum feudis eccleſiaſticis, quorum cauſa fidelitatem
ſoli eccleſiæ iurauerat. Quocircà Clemens ipſe in d. cle.
paſtoralis. §. denique ait, quòd Henricus nullam habe-
bat ſuperioritatem in Robertum reſpectu terrarum ec-
cleſiæ, licèt haberet reſpectu feudi Prouinciæ. Et deinde
ſubiungit in d. §. rurſus, quòd non potuit dici Robertus
reus criminis læſæ maieſtatis, quia non erat Hērici ſub-
ditus: intelligitur, quòd non potuit reus criminis læſæ
maieſtatis declarari, vt ſcilicèt priuaretur feudo eccleſiæ,
liberando homines à iuramento fidelitatis ipſi Regi præ
ſtito: non autem abſolutè intelligitur, quòd nec priuari
potuerit feudo Comitatus Prouinciæ. Et ideò in d. §. rur-
ſus, addit hæc verba Clemens: Sicque nedum cum iure,
immò nec iuris colore tulit Imperator ſententiam ſupra
dictam in Regem ex cauſa propter quam etiam, quate-
nùs in eo fuit, Regem eundem priuando regno & regia
dignitate: ac terris etiam aliis & iuriſdictionibus perpe-
tuis & temporalibus, quæ ſub eo nullatenus, vel ab eo,
ſed à nobis & ſub nobis tenebat. Hactenus Clemens, qui
apertè oſtendit, ſe nullam rationem habuiſſe, an Rober-
tus iure eſſet priuatus Comitatu Prouinciæ vel non, ſed
ſolùm rationem habuit feudi eccleſiæ ſuæ. Et hanc inter-
pretationem ſenſerunt Abbas in cap. quanto. nume. 7. de
iudiciis, & clarius Io. Igneus in repe. l. neceſſarios. §. non
aliàs. num. 412. 416. 426. ff. ad S.C. Sylla. Et hoc in caſu, ni
103 ego fallor, etiam loquitur † Cardinalis in d. §. denique.
in 7. nota. qui ab AEgidio Boſsio allegatur. Ita pariter eſt
declarandus Afflictus, qui ſolùm ſcribit, quòd non com
mittit crimen læſæ maieſtatis, rectè ſentit, ne ſcilicèt pri-
uetur bonis, quæ ab altero obtinet. Nec repugnat tradi-
tio illa AEgidij Boſsij, qua retorquetur in aduerſarium.
ait ille, quòd priuari poteſt feudo, & non alio iure. & ſo-
lùm negat obtinere nomen criminis læſæ maieſtatis: at-
tamen ſi rectè conſideramus, eandem habet vim. Nam
crimen læſæ maieſtatis infligit pœnam capitis, priuat bo
nis, filios reddit inſucceſsibiles, & nomini infamiam in-
urit. His pœnis locus eſſet ſemper, ſi delinquens apud læ
ſum eſſet. Nā morte mulctaretur, ſi ibi reperiretur, quod
& Clemens in ea clem. paſtor. ſenſit, bona (vt diximus)
quæ ſub ditione offenſi ſunt, auferri & publicari poſſunt.
Quid etiam prohibet, quin, ſi atrociter læſus princeps
fuit, valeat & eius famam ſuo in imperio dānare, & eius
filios inſucceſsibiles declarare? Hoc etiam in caſu loqui-
104 tur Alciatus † d. reſp. 451. nu. 4. ibi, vaſalli verò perdunt
duntaxat feudum. Et verè, ſi rectè omnia diligenter per-
pendantur, eſt hoc in caſu verbalis differentia & nomina
tio criminis læſæ maieſtatis, cum ſ. negant Doctores, hoc
eſſe crimen læſæ maieſtatis, cum poſsit princeps iſte læ-
ſus illum lædentem omnibus illis pœnis, quæ ſua in ma-
nu ſunt, punire atque afficere.

Reſpondeo ſecundò, quòd cùm D. Io. Aloyſius ſoli
citauerit ciues Genuæ, vt à libertate Reipub. deficerent,
105 † & per conſequens à protectione & cōfœderatione, quā
cum Cæſare habebat, dicitur in crimen læſæ maieſtatis
incidiſſe. Ita Ioan. Igneus in repe. l. neceſſarios §. nō aliàs.
nu. 417. ff. ad S.C. Sylla. Et licèt ab eo diſſentire videatur
Gigas lib. 1. de crimine læſæ maieſt. quæſt. 68. num. 6. atta
men ſolùm diſſentit Gigas, cùm ipſe ſolicitans ad defe-
ctionem, nullam fidelitatem præſtitit ei, ad cuius detri-
mentum curat ſubditos deficere debere. id quod hîc ceſ
ſat, poſteaquam D. Ioan. Aloyſius fidelitatem Cæſari vt
vaſallus iurauit.

Non obſtat vltimum, quia retorquetur, quòd immò
fuit animus Ioan. Aloyſij occupare etiam triremes Hiſ-
paniæ, ſed ob id non potuit; quòd munitiſſimæ eſſent:
quemadmodum ſuprà non ſemel dictum fuit. Prætereà,
ſi tentauit D. Io. Aloyſius occupare ciuitatem Cæſari cō-
fœderatam, nonne apertè conſtat eius animi fuiſſe, vt
Cæſarem ipſum læderet. His itaque concludendum eſt,
D. Ioan. Aloyſium læſiſſe Cæſaris maieſtatem, & per cō-
ſequens priuari potuiſſe omnibus feudis.

Secundum eſt huius conſultationis caput, an feuda
horum caſtrorum atque oppidorum, ob delictum à Do.
Ioan. Aloyſio perpetratum, ſint aperta & deuoluta Cæ-
ſari etiam ad detrimentum Do. Scipionis d. D. Aloyſij
fratris. Et dicendum videbatur, non eſſe deuoluta. idque
multis rationibus & argumentis. Illud maximè conce-
dendo, de quo in præſentiarum non contendo, hæc feu-
da eſſe antiqua & paterna.

Primò non parum vrgere videtur hæc ratio, quòd D.
Io. Aloyſius ante priuationem de feudis factam mortuus
106 eſt, cuius quidem morte † delictum fuit extinctu. l. de-
functo. ff. de publ. iud. l. 2. C. ſi reus vel accuſa. mortuus
fuer. Qua ex re fit, vt pœna non tranſeat contra hæredes.
ita in ſpecie noſtra argumentatur Rol. d. conſil. 1. num.
22. lib. 3. & retuli ſuprà in fine primi fundamenti præce-
dentis dubitationis. Si ergo mortuo delinquente, ratio-
ne pœnæ eius hæres moleſtia affici non poteſt: à fortio-
ri dicendum videtur, nec fratrem defuncti, qui ei hæres
non eſt, hac de cauſa perturbari poſſe: cùm maior ratio
107 ſit in hærede vt ab eo pœna exigi poſſit, ex quo † cum
defuncto eſt vna perſona, vt in auth. de iureiuran. à mo-
rie. præſt. in prin. cum ſimilibus. Quod non contingit in
agnato, qui defunctum agnatum non repræſentat. Hæc
argumentatio confirmatur auctoritate eorum, qui dixe-
108 runt, quòd ſi † vaſallus, qui ob delictum meretur feudo
priuari, moritur, querela contra eum non intentata,
quod vlterius contra hæredes & ſucceſſores quæren-
dum non eſt. ita ex aliorum ſententia Soc. Sen. conſi. 66.
numer. 19. libr. 3. Iacobinus inueſtitura feudali. in verbo,
Dictique. vaſalli. nu. 53. verſi. vos tenebitis. Comenſ. cōſi.
144. Prælatus. col. 3. Rui. conſ. 10. nu. 6. & conſi. 159. nu. 12.
li. 1. Ripa. in l. vlt. in fin. C. de reuo. don. & Bero. conſ. 98.
nu. 35. lib. 1.

Secundò ſuffragari videtur hæc argumentatiò: Cùm
pater eſt reus criminis læſæ maieſtatis in ſecundo capi-
109 te) vt hîc fuit Do. Ioan. Aloyſius,) eius † filij, quò ad bo-
na & ſucceſſiones damnum aliquod vel pœnam pati nō
debent. l. eorum. ff. ad l. Iul. 3. maieſt. & poſt Caſtre. in l.
verſ. item not. C. de epiſ. audien. & Auguſt. de Arimi. in
annot. ad Angelum in tract. maleficiorum. in verbo, *Che
hai tradito la tua patria.* in additione, quæ incipit. Tu autē.
nu. 6. ſcribit Gigas li. 2. de crim. læſæ maieſta. q. 29. in fi.
110 Ergo à fortiori, † delictum fratris non debet nocere fra-
tri, vt ei bona auferantur.

Tertiò accedit magis in ſpecie, quòd in feudo anti-
111 quo † delictum vnius agnati tunc feudi poſſeſſoris, non
nocet aliis agnatis, qui poſt illum ſucceſſuri ſunt. Hanc
ſententiam appertè probare videtur cap. 1. §. ſi vaſallus
culpam, ſi de feudo defuncti fuer. controuerſ. Quo loci
ſcriptum eſt, quòd ſi vaſallus committit culpam, ob quā
feudo priuatur, quòd neque filius, neque eius deſcēden
tes feudum reuocabunt, ſed agnati. ita quoque probare
videt text. in cap. 1. ſi vaſallus feudo priue. Quibus qui-
dem iuribus adducti ita in ſpecie cenſuerunt Iſernia in
in cap. 1. § . vlt . verſic . ſi verò, & ibi Alua . concluſ. 2.
quæ ſit prima cauſa benef. amitten. Iacobinus à S. Geor-
gio in inueſtitura feudali, in verbo, Dictique vaſalli p-
miſerunt non committere feloniam. nu. 58. ſcribit hanc
eſſe opinionem æquiorem & humaniorem: & huius opi
nionis recenſet & Hoſtienſem. Quibus addo Capicium,
& Mariannm Precciam, quos refert & ſequitur Thomas
Marinus in tract. feudo. lib. 1. titul. 2. de feudo ex pacto
& prouiden. antiquo. nu. 78. idē reſponderūt Rui. cōſ. 7.

nu.12.lib.1.Alciat.reſp.182.Et in ſpeciæ noſtri caſus idem
reſpondit Rol.d conſ.1.nume.31 lib.3. qui eiuſdem opi-
nionis fuiſſe ſcribit Bar.Caſtr.Cur.Iun. Afflictũ, AEgi-
dium Boſſium, & Soc.Iun.

Quartò vrget non mediocriter, quòd feuda hæc con
ceſſa fuerunt ab Imperatoribus, vt tranſeant de primo-
genito in primogenitum, atque ita iure generis ſuceſſi-
112 uè ſingulis primogenitis competunt. Atqui feuda † iu-
re generis competentia, ob delictum poſſeſſoris, com-
miſſum in perſonam domini non auferuntur à ſucceſſo-
ribus: ergo ob delictum Do. Io. Aloyſij feuda hæc non
debent potuiſſe auferri à D. Scipione. Illa minor proba-
tur auctoritate multorum. Ita enim cenſuerunt Bal. in
cap. vlt.nu. 1.verſic. Nam ſi feudum. quæ ſit prima cauſa
benef.amitt.Curt.Iun.in tract.feudo. parte 5.nu.5. quos
ſecutus eſt Thomas Marinus in tracta.feudo.lib. 1. titul.
2.de feudo ex pacto & prouidentia antiquo. nume.92.in
fin.idem tradunt Afflictus in cap.1.§. præterea.In glo.3.
nu.13.quæ ſit prima cauſa benef.amitten.& Gigas li.2.de
crim.læſæ maieſta. c.16. & lib.3.q.4. Cur. Sen. conſi.49.
Memoriæ.col.20.verſi.quia ad iſta reſponderi.Goza.cõ-
ſi.46.nume. 5.& conſil.84. nume.14. Calca.conſi.74. nu.
6.Alex.conſi.30.nume.15.lib.1 & egregiè probat text.ſi-
mili ratione vtens in l.eum qui.ff.de interd.& releg. Ac-
cedit ratio cõſiderata ab Oſaſcho deci.vl.nu.20.ſecundũ
impreſſionẽ Taurinenſẽ.vbi ait, vaſalũ hoc caſu poſſidẽ-
tem eſſe potius fructuarium quam proprietarium.

Quintò comprobatur relatum fundamentum, quòd
hæc feuda dicuntur conceſſa priùs Io.Aloyſio ſeniori, &
deinde Sinibaldo pro ſe & filiis de vno in alium.Quo ca
113 ſu vnus non poteſt alteri † præiudicium adferre: Cùm
tot cenſeantur conceſſiones, quot ſunt perſonæ. ita in
ſpecie ſcribunt Bal.in cap.1.nu.3.ſi vaſallus feudo priue.
& in cap.1.de vaſallo, qui contra conſti. Lotha. Ea ratio-
ne mouetur Baldus, quòd noua ſit conceſſio in ſingulos
agnatos: quaſi tot ſint conceſſiones quot ſunt futuri a-
agnati.adferri poteſt argumentum l.ſcire, de verb. obli-
ga.Cur.Iun.in d.tract.feudi parte 5.nume.3.verſi. limita-
te nunc.qui eiuſdem opinionis recenſet Iacobum Ardi-
zonum, Iſerniam & Aluarottum, & ſequitur Thomas
Marinus d. tracta. feud. lib.1. titu. de feudo ex pacto &
prouid.antiquo.num.90.91.Quibus accedunt Soc. Sen.
conſil.38.num.3.lib.4.Rui.conſil.149.nu.14.lib.1.& conſi.
117.nume.19.lib.3. Dec. conſi.389. nume. 2. & conſi. 606.
nu.15.Gozad.conſ.84.nu.19.& Alc.reſp.180.in fi.& reſp.
182.Zaſius in epitome feudo.par.10.ſub.rub. de amiſſio-
ne feudi nu.102. Accedit quod docuit Bal.in l.2. nume.1.
114 C.de liber.& eor.liber.dum ſcribit, quòd † ob patris de-
lictum filius non priuatur feudo, quod ab anteceſſorib⁹
eſt relictum poſteritati: cum illud obtinere debeat filius
iure ſuo, & non patris.

Sextò hæc opinio hac ratione confirmatur, ꝙ hæc
primogenitura ex teſtamento Io.Aloyſij Senioris, & de-
inde Sinabaldi eſt poſita ſub fideicommiſſo. Atqui ſup-
115 poſita fideicommiſſo, † ex delicto grauati tunc poſſeſſo-
ris, non publicantur, nec fiſco deferuntur ad detrimen-
tum ſucceſſorum: ergo ex delicto D.Ioan.Aloyſij Iunio-
ris hæc primogenitura bonáque fideicommiſſo ſuppo-
ſita ad detrimentum Do.Scipionis, cui mortuo D. Ioan.
Aloyſio reſtituenda erant, publicari & fiſco inferri non
potuerunt.Illa minor probatur auctoritate multorum,
quos in ſpecie noſtri caſus argumentando recenſet Rol.
d.cõſ.1.nu.44.lib.3.Quibus accedunt Calcan.conſil. 74.
num.7.Ruin.conſi.23.nu.34.lib.5.Soc.Sen.conſil.121. nu.
17.lib.4.& Goz. conſ.84. num. 14. Ea eſt huius ſenten-
116 tiæ ratio, quòd ea quæ non tranſeunt † ad extraneos,
nec etiam ad fiſcum. Quod in ſpecie crimi. læſæ maieſt.
probat l.eorum.vbi Angel.ff.ad l.Iul.maieſt. & ſequitur
Soc.Sen.d.conſ.121.nu.17.

Septimò, ac vltimò, ita in dubio pro Do.Scipione vi-
detur pronuntiandum, ne contingat eum puniri ob
117 delictum † fratris: quod non permittunt diuina atque
humana iura. Eſt enim diuino iure ſcriptum Ezechiel.c.
18.Filius non portabit iniquitatem patris, nec pater filij.
quod eſt relatum in cap.Iudæi.1.q.4.Et Deutero.cap.24.
ita legitur: Non occidentur patres pro filiis, nec filij pro
patribus: ſed vnuſquiſque pro peccato ſuo morietur. Iu-
re verò humano dicimus, quòd noxa caput ſequitur.§.
omnes, Inſt.de nox.actio.idem ſcriptum eſt in l. crimen.
ff.de pœnis.l.adoptiuum.§.patronum.ff.de in ius voc.l.di
ui fratres, de iure patr.& alibi ſæpe. & pœnam ſolos de-
licti authores tenere aſſerunt Arcadius & Hono.in l. ſan
cimus.C.de pœnis.Quam ſanè conſtitutionem fuiſſe ad
temperandam aſperitatem.l.quiſquis.§.1.C.ad l.Iul.ma-
ieſt.ſunt qui ſcribunt.inter quos Budæus in annota. Pan
decta.titu.ad l.Iul.maieſt.Etſi rectius fortè Duarenus.li.
2.diſputa.anniuerſ.capit.14. exiſtimauerit conſtitutionẽ
l.ſancimus, abrogari aſperitatem l.quiſquis, qua agnatus
ob agnati delictum puniebatur. Quod ad rem noſtram
* proprius accedit. Huc ſpectat illa * omnium interpretũ
11 aſſertio, odij & rigoris † plenam eſſe ſanctionem illam,
qua alter ob alterius erratum plectitur.Ita Baldus in l.do
tis tuæ.C.de iure dotium.Soc.Sen.conſil.122.colum.2.ver
ſic.moueor etiam libr.1.Dec.in l.extra territorium. num.
5.ff.de iuriſd.om.iud.& in l.filius.nume.1.C.de pactis. &
idem conſil.359.& conſi.491.Quibus ſanè in locis ſcriptũ
119 reliquit Decius, odioſam admodum eſſe † legem munici
palem, qua pater obligatur pro ære alieno à filio conſla-
to.Quod & affirmarunt Aret.conſi.92.Rui.conſil.8. col.
1.li.5,& Marſil.ſing.224.Filius.& ſing.362.Statutum.Et in
120 ſpecie quòd † frater ex facto fratris plecti poſsit, odio-
ſum eſſe reſponderunt Soc.Sen.conſi.31.col.5.li.1.& Dec.
conſi.64.nu.1.clarius conſ.524.& Cra.in trac.de antiq. tẽ
po.4.par.prin.nu.157.ſcribit poſt Decium d.conſi.64. di-
ſpoſitionem d.l.quiſquis, eſſe maximè reſtringendã, eo
quia continet odium irrationabile, vt ſcilicèt vnus pro al
121 tero puniatur.Quare ſtatutum, quo vnus † pro alterius
facto punitur, intelligitur, cum is aliquid egit culpa vel
dolo.Aret.conſ.57.col.vlt.Cra. conſ.3. & 16. Et reſpondit
122 ſimile Socin.Sen.conſil.12.colum.2.lib.1.de † conſangui-
neo, qui puniri non debet ex facto alterius qui prohi-
bitam exceptionem declinatoriam oppoſuit. Ne ergo
pœna delicti auctores egrediatur, videtur dicendum,
quòd Dom.Scipio his feudis ob delictum. Dom. Ioan.
Aloyſij priuari nullo modo debeat. Hæc dubitationem
mouebant in ſecundo hoc conſultationis capite aduer-
ſus Excelſam Rempub.

Cæterùm, re diligentiſsimè perpenſa, contrarium ve
rius eſſe opinor, nempè D.Scipionem iure priuari his feu
dis ob delictum à D.Io.Aloyſio perpetratum. Quod vt
planũ faciam, multis vtor argumentis, multiſque ratio-
nib.Et tamen priùs præmiſſo, delictum hoc à D.Io.Aloy
ſio perpetratum eſſe vnum ex illis quod iure feudorum
dicitur committi à vaſallo cõtra perſonam domini. Sunt
enim iure feudorum & iure etiam communi aliqua deli-
123 cta quæ contra † dominum fiunt: vt puta, eum occiden-
do, vulnerando, verberando, conuiciis & iniuriis afficiẽ
do, vel cum eius filij, vxor læditur, & his ſimilia, quæ vitã,
honorem, famam & bona domini reſpiciunt, eáque de-
mum ſine quibus princeps viuere non poteſt. Aliqua ve
rò domini perſonam non reſpiciunt, vt puta cùm vaſal-
lus hominem priuatum, extraneúmve occidit, vulnerat,
vel quid ſimile agit.Ita ſcribunt Iacobus Ardizonus in
tract.feud.ſub rubr.Quibus modis feudum amitta.Blan
cus in ſumma eiuſdem tituli, Iacobinus à S.Georgio in
inueſt.feudali.in verbo, Dictique vaſalli promiſerunt nõ
cõmittere feloniã.Qua de re dixi ſuprà. His ita præmiſ-
ſis, dicã nũc quibus argumẽtis in hãc ſententiã adducor.
124 Primò, vt huius ſim ſententiæ, mouet me textus † c.
2.§.denique, quæ fuit prima cauſa benef.amitten.Qui ha
bet hæc verba: Denique ſæpe quæſitum eſt, vaſallo pro-
pter iuſtam culpam à feudo cadente, vtrum ad dominũ
an ad ſucceſſorem vaſalli beneficium pertineat. Sed hæc
diſtinctio tã ratione quàm more cõprobata eſt: vt ſiqui-
dem va-



dem vaſallus ita in dominum peccauerit, vt feudum a-
mittere debeat, nõ ad proximos, ſed ad dominum bene-
ficium reuertatur, vt hanc ſaltem habeat ſuæ iniuriæ vl-
tionem. Hæc ibi. Quæ ſanè clara & aperta verba oſten-
125 dunt etiam † agnatos excludi. Nam proximi dicuntur &
agnati, l.1 §.proximi.ff.vnde cogna.& §.ſi plures, Inſti.de
legit.agnat.ſucceſ.Et cum dubiũ non eſſet, deſcenden-
tes priuari.c.1.ſi vaſallus feudo priu.vt dubitabilis ſit hęc
conſtitutio, eſt intelligenda, ꝙ & agnati excluſi ſint. Sed
clarius hæc interpretatio compobatur, ꝙ duo ſũt cõſtitu
tionis ccapira. Vnũ, quo dominus includitur, aliud, quo
proximi excluduntur: iuxta ſimilem diſtinctionem Bar.
126 in l.2.§.videndum.ff.ad S.C.Tertyl.† ſtatutũ excludens
matrem ob filios, dicitur ob caput excluſiuum matris
& omnes alios excludere, cùm ex capite incluſiuo ipſe
ſolus filius admittatur. Cùm enim ſtatutum vnum vo-
cat, alios excludere videtur, iuxta regulã l. cùm prætor,
in prin.ff.de iud.& expreſſius in l.ſicuti certi.C. de teſta.
mil.Qua ratione vſus eſt Bar.in d.§.videndum. ſub finẽ,
verſi.non obſtat, ſi dices. Et Bartolum ſecuti ſunt Ruin.
conſ.107.nu.6.& conſil.143.nu.3.lib.3.& Soc.Iun. conſ.5.
num.13.lib.2.Accedit quod ratio illa aſſignata in conſti-
tutione d.§. denique, vt ſcilicèt habeat ſuæ iniuriæ vl-
tionem: vt generalis reſpicit non ſolùm perſonam deſ-
cendentium, ſed & agnatorum ipſius delinquentis.Quo
127 circà errauit † Thomas Marinus in commentariis feu-
dorum, lib.1.tit. 2. de feudo ex pacto & prouiden. anti-
quo.nume.88.verſ.ad textum in c.deniq. cùm ſcripſit, d.
§.deniq.dictionem proximos, pro filiis & deſcendenti-
bus intelligi.
128 Secũdò huic ſẽtẽtiæ ſuffragatũ tex.† in ca.1.an ille. qui
interfecit fratrẽ do.ſui, feud.amit.Quò loci cùm in initio
dixiſſet, ꝙ ſi vaſallus non deliquit cõtra pſonã domini,
ſed contra aliũ, feudũ amittit, & illud domino non acqui
ritur, ſed agnatis: deinde ſubiũgit in hæc verba, cùm autẽ
ad dominũ reſpicit felonia, feudũ tunc domino acquiri-
129 tur.Quæ ſanè aperta verba oſtẽdunt † agnatos omnes
excluſos eſſe.Et hoc ipſo textu declaratur textus, de quo
ſuprà in præcedẽti fũdamẽto, vt ſcilicèt illa dictio, proxi
130 mos, intelligãt de agnatis. Nec vrget quòd ſcribit † Iſer
nia in d §.deniq.nu.50. relata duo iuris loca poſſe inter-
pretari, vt hoc caſu feudũ domino aperiatur, excluſis, a-
gnatis, viuente ipſo vaſallo, qui deliquit, nõ aũt eo mor-
tuo, quẽadmodũ obſeruatur in publicatione rei fidei-
commiſſo ſuppoſitæ, iuxta l.Statius §. Cornelio Felici.ff.
de iure fiſci.& ſimile dicimus de prælato, qui donec vi-
uit, eccleſiæ præiudicare poteſt, quod præiudicium, eo
mortuo, ceſſat.ex capit.1.§.vlt. de cap. Cõrad.Nam mul-
tipliciter reſpondetur. Et primò, hanc non leuẽ vim re-
latis iuribus inferre: quæ verè maximè reſtringerentur.
Qđ ſenſit & Thomas Marinus loco præallegato. Secum
dò reſpondeo, relata iura apertè repugnare. Si enim in-
telligemus, quòd viuẽte vaſallo, qui delictum commiſit,
ſolummodò feudum deferretur, non eſſet illi acquiſitũ
abſolutè dominium vtile, ſed ſolùm commoditas perci-
piendi fructus illo vaſallo viuente, quemadmodum ob-
131 ſeruatur † in fideicommiſſo, cùm grauatus deliquit.
ita ſcribunt omnes in l.filiusfam.§.diui.de leg.1.ibi Rui.
numer.35.Rub.conſil.154.nume.2.Alciat.reſp.783.& cla-
rius Ripa in l. ex facto. §. ex facto. numer.11.ff.ad Tre-
132 bell.Ita etiam cùm † prælatus aliquid agit, ex quo con-
ſeqt̃ amiſſio bonorũ eccleſiæ, eo ſcilicèt viuẽte, intelligit̃
ratione commoditatis fructuum, & non proprietatis.ita
declarando d.cap.1 §.vlt.de capit.Conrad.docuit Abbas
in cap.1. numer.13. de dolo & contuma. & ſcripſi poſt
alios in commentarijs, de recuperanda poſſeſ. remedio
nono. numer.120.vbi alios retuli.Cæterũ in caſu noſtro
dominus feudum conſequitur plenè reſpectu dominij:
id quod probant verba d.§.denique, dum ait, beneficiũ
reuerti ad dominum: inquit, beneficium, non autem be
neficij fructus. Et clarius probatur ex caſu, quem ibi
textus ſubiungit, quòd ſi vaſallus non deliquit con-
tra perſonam domini, ſed contra extraneum, feudum a-
peritur agnatis vaſalli delinquentis.Quod intelligo ac-
quiri reſpectu vtilis dominij, non autem fructuum tan-
tùm: ergo idem cùm domino directo aperitur. Et in ſpe-
cie noſtra ita etiam intellexit & declarauit d.§.deniq.A-
in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.nu. 36. in fi. ff. de damno
infecto.Qui pariter declarat d.§.Cornelio felici.Præter-
eà his accedunt quæ infrà in reſponſione ad ſextum fun
damentum aduerſariorum ſcribam.

Tertiò confert hæc argumentatio, quòd dominus &
133 † vaſallus à pari procedunt: cùm mutua obligatione te-
neantur.ca.1.in fi.de noua forma fidelit. & cap.1.qualiter
dom.prop.feud.priue.ſcribunt egregiè Aluaro.in c.1. §.
vlt.col.pen.de c.Corrad.Zaſius in commentarijs feudo.
134 par.10.nu.80.Atqui quando dominus † delictum com-
mittit contra perſonam vaſalli, feudum ſeu directum
dominium acquiritur vaſallo offenſo: atque ita nõ reſer-
uatur ſucceſſori ipſius domini.Ita probat tex.in c.1.§.do-
mino committente. ſi de feudo defuncti fuer. cõtrouerſ.
inter dominum & agna.vaſal. cuius hæc ſunt verba: Do
mino committente feloniam ( vt ita dicam ) per quam
vaſallus amitteret feudum, ſi eam committeret: quis ob-
tinere debeat de iure quæritur. Et reſpondetur, propri-
etatem feudi ad vaſallum pertinere, ſiue peccauerit in va
ſallum, ſiue in alium. ergo idem dicendum eſt, cum vaſal
lus contra perſonam delinqui. Nec hîc duo repugnant.
135 Primum quod aſſerit † Afflictus deciſ.265.nu.31.qui dum
recenſet permultas differentias inter dominum & vaſal-
lum, hanc his verbis adfert. Octaua fallentia: quia ſi do-
minus delinquat in vaſallum, proprietas feudi non ac-
quiritur vaſallo, ſicut acquiritur illud vtile dominium
feudi domino propter delictum vaſalli: vt concludit
Andr.in d. cap.domino committen.ſi de feudo fuer.con
tro.inter dom.& agna.vaſal.Hæc Afflictus.Cuius quidẽ
doctrina apertè repugnat verbis d. capit.1 §.domino cõ-
mittente, vt ſuprà illa recenſui.Nec Andreas Iſernia ab
Afflicto relatus ſcribit quod Afflictus ait.Sed ſolùm Iſer
nia declarat, quomodo verba illius textus, ibi, ſiue in ali-
um, intelligantur, ex quo diuerſum eſt ſtatutum, cum
vaſallus delinquit contra alium quàm contra dominũ.
136 Niſi dicamus † Afflictum d.deciſ.265.nu.30.voluiſſe po-
nere differentiam inter dominũ & vaſallum quò ad mo-
dum conſolidationis dominij vtilis cum directo, & ecõ-
trà.Nam, cum vaſallus delinquit ipſo iure eius vtile do-
minium cum directo conſolidatur: cùm verò dominus
delinquit, directum eius dominium cum vtili conſoli-
datur per ſententiam. Atque ita ipſemet Afflictus decla-
rat in d. §.domino commitente.in fi. Secundum, quod re
137 pugnare videtur eſt reſponſum † Ruini cõſ.7.nu.12.lib.1.
cùm ſcribit, quòd à pari in hoc non procedunt dominus
& vaſallus, quò ſcilicèt ad feudi deuolutionem. Nam
(ait ille) cùm vaſallus delinquit agnatis feudum aperi-
tur, & non domino. Verùm reſpondetur primò, Ruinum
loqui de ſolo delicto alienationis feudi, non ex vero &
proprio delicto. Prætereà, ſi de vero delicto etiam loqui-
tur, minus rectè ſentit, vt ſuo loco infrà dicemus, in re-
ſponſione ad tertium. Hæc ergo argumẽtatio ſtat ſolida
& inconcuſſa.
138 Quartò huc ſpectat ratio, quòd † feudum à domino
conceſſum vaſallo hac ſub conditione conceſſum dici-
tur, ſi fidelis erit.cap.1.§.vltimo, quæ fuit prima cauſa be
nef.amitten.Et clarè ſcribunt Afflictus deciſ. 282.nu.15.
Cur.Iun.in tracta.feudorum, parte.5.nu.2.verſ.iſta ergo.
139 Alcia.reſpon.99.num.27.Atqui deficiente † cõditione,
actus dicitur reſolutus. l. neceſſariò.§.1. ff.de periculo &
cõmo.rei vendi.& l.pecuniam quam. vbi Alexan.nu. 4.
140 ff.ſi certum peta.Nam dicitur † conditio actum ponere
in ſuſpenſo.l.ſi quis ſub conditione dandorũ decem. ff.
ſi quis omiſſ.cau.teſtam.c.ſi pro te, de reſcrip.in 6.& ibi gl.
& Doct.& gl.in clem.1.de conceſ. præb.Cùm ergo Do.
Io. Aloyſius non fuerit fidelis Cæſari. atque ita fe-
udi domino, ſequitur, quòd conditione deficiente
kk 4 feudum dici-

feudum dicitur reuerſum ad ipſumCæſarem:& ideò ha-
betur perinde ac ſi nunquam fuiſſet conceſſum.

Quintò adducor ratione à lege conſiderata. Eſt ſa-
141 nè † ratio illa, quæ diſpoſitionem declarat & modera-
tur.l.cùm pater.§.dulciſſimis.de lega.2. Afflict.deciſ.403.
nu.8. copioſè admodum Craue. in tract.de antiq. temp.
142 4.par.princip. num. 96. Et rectè cùm ſit † ratio anima
legis & diſpoſitionis. quod vberrimè probat Tiraquel.
in tract.Quòd cæſſante cauſa ceſſet effectus. nu. 134. Sed
143 ratio † legis volentis, hoc caſu feudum reuerti ad domi-
num, eſt vt habeat dominus feudum in vltionem ſibi il-
latæ iniuriæ.d.c.1 §.denique,quæ fuit prima cauſa benef.
amitten. Et ſimilis ratio habetur in l.iure ſuccurſum. ff.
de iure dotium.& in l.raptores.C.de epiſcop.& clericis.
Quæ quidem ratio deficeret, ſi feudum ad agnatos de-
uolueretur.Sequitur ergo omninò dicendum, deferri i-
pſi domino.

Sextò mouet me multorum auctoritas. Eſt enim hæc
* * magis recepta ſententia, nempè † feudum antiquum,
144 & paternum ob delictum vaſalli tunc dñi perpetratum
contra perſonam domini directi, ipſi domino, & non a-
gnatis deferri. Ita cenſuerunt glo. in ca.1. §. denique. in
verbo,ad proximos,quæ fuit prima cauſa benef.amitten.
& in capi.1.§.ſi vaſallus culpam.in verbo,reuocabuntur.
ſi de feudo defuncti fuer.controuer. Et illis in locis Bal-
dus & Aluaro. Caſtren. & Alexand.in l. ſed ſi hac.§. pa-
tronum.ff.de in ius voc.ille nu.7.iſte nume.5. idem Ale-
xan.conſi.30.nu.17.verſi.nec obſtat.libr.1.Hanc.commu-
nem eſſe teſtatur Curtius Sen.conſi.49. Memoriæ reco-
lendæ.col.17.verſicu.Et ſic communis eſt. Quo loci hu-
ius ſententiæ fuiſſe recenſet Bar. Ioan. And. Odoffredũ,
Salicetum & alios nonnullos. Ita etiam ſibi parum con-
ſtans Iſernia cenſuit in ca.1.in verſ.turpiter luſerit.nume.
12. quibus mod. feudum amitta. in ca.1.in verſicu.hære-
des.numero quarto,de pace tenen. Alexãd.conſi.30. nu.
9.lib. 6. vbi hanc eſſe communem aſſerit. Iacobinus à S.
Georgio,in inueſtitura feudali. in verbo. Dictique va-
ſalli promiſerunt non committere feloniam. numer.80.
Cur.Iun.in tract. feudorum par.5.numer.2. Ioan. Ray-
nã.in cap.imperialem.in verſi.pœna.numer.5.de prohib.
feud.aliena.per Feder. Zaſius in epitome feudorum.par-
te 10.de feudi amiſſione.nu.101. qui hanc eſſe communẽ
aſſerit. Gozad.conſ.84.nu.4.Præpoſitus in d. §.denique.
Rub.conſ.76.nu.4.Pariſ.conſ.21.nu.52. li.1. communem
etiam teſtatur Soc.Iun.conſ.68.nu.126.lib.3.

Septimò ac vltimò, dato (non conceſſo tamen) quòd
& verior & recepta magis eſſet opinio eorum, qui dixe-
runt, ob delictum vaſalli in perſonam domini feudum
antiquum ipſi domino non deferri,ſed agnatis: attamen
adhuc in caſu noſtro hoc feudum ad Cæſarem deuolui-
tur,excluſoDomino Scipione. Nam illis caſibus,quibus
145 ob delictum vaſalli † feudum non ad dominum, ſed ad
agnatos deuoluitur, intelligitur de illis agnatis, qui
ſunt in quarto gradu. Qui enim in ſecundo & tertio
eſſe reperiuntur,ſicuti reperitur Do. Scipio,excluduntur.
Ita probat text.in capit.1.§. ſi vaſallus culpam, ſi de feu-
do defũcti fuer.cõtrouerſ.inter dom.& agna.vaſal.Cuius
verba hæc ſunt: Si vaſallus culpam committat, propter
quam feudum amittere debeat, neque filius neque eius
deſcendentes ad id feudum reuocabuntur, ſed agnati,
qui quarto gradu ſunt,dummodo ad eos pertineat. Hoc
146 idem probat textus † cap.1. ſi vaſallus feudo priue. Qui
ita ſcriptus eſt: Vaſalli feudum delinquentis, licèt ad a-
gnatos quandoque pertineat, filius tamen ad id nulla-
tenus aſpirabit, niſi ad iterum à domino licetè acqui-
rat, ſibi gratiam faciente. Verbi gratia, ſi non ſunt alij
ex latere, quibus aperiatur: ad eius petitionem admit-
tuntur qui quarto gradu ſunt remoti ab eo, qui id ac-
quiſiuit, & etiam vſque ad infinitum: dum tamen
hos conſtet ab eo per maſculos deſcendiſſe. Hæc ibi.
147 Nec hîc repugnat illa interpretatio Aluarið. † in cap. 1.
§.denique,concluſ. vndecima. ſi de feudo ſit cõtrouerſ.in-
ter dom.& agn.vaſal.ꝙ ſcilicèt illa verba;qui quarto gra
du ſunt, &c.intelligi debeant iuxta conſtitutiones anti-
quas, quibus ſolùm erat promiſſum, quòd agnati vſque
ad quartum gradum ſuccederent. Eſt enim hæc inter-
pretatio falſa: quia non dicerent relata iura, quòd agna
ti quarto gradu remoti ad petitionem admittuntur: ſed
dicerent,quòd agnati vſque ad quartum gradum: dum
enim quarto gradu remotos admittit,excludit proximi-
* ores. Et hæc eſt recepta magis Doctorum ſententia. Ita
hanc probarũt IacobusBeluiſius in d.c.1.ſi vaſalluus feu
do prin.Baldus in d. §. ſi vaſallus culpam, qui eiuſdem
opinionis recenſet Iacobum Ardizonum. Quos ſecutus
eſt Cur.Iun.in tra.feud.parte,5.nu.10. verſ. ſed circa hãc
concluſionem. Quo loci ſcribit quòd etſi hæc opinio du
ra videatur,& ſit cogitandum,attamen apertè ait, nega-
ri non poſſe quin allegata iura vrgentiſsimè probent.
Eandem opinionem ſecuti ſunt Iacobinus à Sancto Ge-
orgio in inueſtitura feudali, in verbo, Dictique vaſalli
promiſerunt non cõmittere feloniam.num.59.verſi.qui-
dam tamen.Zaſius in epitome feudo. parte decima,nu.
64.Rubeus conſi.76.num.tertio.Pariſius conſ.22.nume.
52.libro primo.Soc.Iun.conſi.68.num.128.ver.hoc tamen.
lib.3.Alcia.reſpon.180.in fine.

148 Nec ratione caret hæc interpretatio. Eſt enim † ratio
ex Iacobi Beluiſij ſententia, Quòd ſuſpicio ſit, ne agnato
delinquenti hi proximiores ſint: quemadmodum vide-
mus & ob læſæ maieſtatis crimen à patre commiſſum,
eam ob ſuſpicionem filios priuari,& inſucceſsibiles red-
di.l. quiſquis.§.1.C. ad l. Iul. maieſt. & infrà vberius di-
cam. Quæ ſanè ratio ceſſat in agnatis quarto gradu à de-
linquente remotis. Et rationem hanc viſus eſt probare
Baldus d.§. ſi vaſallus, dum ſcripſit, quantò proximi-
ores, tantò infectiores eſſe creduntur. Et ibidem Affli-
ctus ſequitur. Hæc ratio confirmatur auctoritate legis di
uinæ Exodi cap. 20. vbi ita ait Deus omnipotens. Ego
ſum Deus tuus fortis,zelotes,viſitans iniquitatem patrũ
in filios vſque ad tertiam & quartam generationem. Di-
xit vſque ad quartam generationem, ob id fortè (inquit
eo loci Nicolaus de Lyra) quòd malitia patris non deſ-
146 cendit † vlterius. Ita hîc malitia agnati non ſe extendit
vltra quartum agnationis gradum. Hac de re infrà alia
nonnulla dicemus,& rem hanc declarabimus.

Non obſtant nunc adducta in contrarium, in quorũ
confutatione tota verſatur difficultas. Ad primum ita-
que multipliciter reſpondeo. Verùm quò facilius, quæ di
cturus ſum, intelligãtur, priùs nobis dicendum eſt, quòd
hæc Iuriſconſultorum & Imperatorum cõſtitutio, nem-
150 pè, quòd delicta morte † delinquentis extinguantur, &
ob id, quòd contra hæredes agi non poſsit, tribus rati-
onibus edita & conſtituta videtur. Prima eſt ratio, quia
delinquens, ſe ipſum defendere non poteſt. Quæ ſanè ra
tio colligitur ex l.2.in prin.ff.de bonis eorũ, qui ſibi mor
tem cõſciuer.ibi, defenſionem hæredibus. Et ex Baldo ac
alijs, infra declarabimus. Et ratio hæc communis eſt tam
delictis, quæ pœna capitali, quàm quæ pœna pecuniaria
plectuntur.

151 Secunda † ratio conſideratur, quia vbi mortuus eſt
delinquens, is qui ius accuſandi habuit, videtur ius il-
lud ſuum remiſiſſe: ita probat l.vlti. vbi glo. C. de reuo-
can. donation.& clarius ca.vlti.in fine.& ibi gloſſ. extra
de donatio.& vtroque in loco Doctores. Et hoc illud eſt,
quòd, exceptis quibuſdam criminibus, lex requirit litẽ
eſſe cœptam, vt pœna pecuniaria tranſeat contra hære-
des defuncti.l.ex iudiciorum.ff.de accuſatio. Excipit ibi
lex illa, pœnam legis Iuliæ maieſtatis: quòd illa ipſo iure
indicta eſt, vt ſuo loco dicemus. Hæc ratio cõmunis eſt,
vt & iam relata omnibus delictis, quorum cauſa vel ca-
pitalis, vel pecuniaria eſt impoſita.

152 Tertia eſt ratio, † quia mortuus, qui omni ſenſu ca-
ret, puniri & affligi non poteſt. Hanc rationem con-
ſiderauit Baldus in l.vnica.num.2.C.ex delictis defunct.
Quæ ſanè ratio ſolùm poteſt conſiderari, cùm de ſola
pœna afflictiua



pœna afflictiua animati corporis agitur. Quod & ipſa
Baldus, & rectè, conſiderauit. Illud etiam ſciendum eſt,
153 quòd hac in re qualitas † duarũ perſonarũ conſideratur,
nẽpe delinquentis, eiúſque hæredis ac ſucceſſoris: an ſci-
licet à delinquente pœna tranſeat contra eius hæredem.
Altera eſt perſona accuſatoris, eiúſque hæredis, an ſcili-
cet à perſona accuſatoris ius accuſationis tranſeat eius in
hæredem. Ita hanc perſonarum diſtinctionẽ faciunt per-
multi: ſed maximè vnus omnium Ruinus conſilio 10.
nume.6.& conſi.159.num. 12. lib. 1. & omnino neceſſaria
eſt diſtinctio hæc. Si quidem cùm agimus de perſona ac-
cuſatoris, illa ſola ratio, quam ſecundo loco ſupra retu-
limus, conſideratur, vt dicamus à perſona ipſius accuſa-
toris ius accuſandi non tranſire in eius hæredem, quia
ſcilicet, ex quo ipſe non accuſauit, dicitur ius ſuum remi
ſiſſe. Atque ita conſiderat Ruinus præcitatis in locis. An
verò ſuo in caſu is bene ſenſerit, ſuo loco infra dicemus.
Cùm verò agimus de perſona delinquentis, duæ aliæ ra
tiones ſupra relatæ, nempe prima & tertia, conſideran-
tur. His præfatis, ad rem ipſam noſtram propius acce-
damus.

Reſpondeo itaque multipliciter illi primo Rolandi
argumento. Primò reſpõdetur quòd etſi aliquæ pœnæ
ex indictis à lege contra reum criminis læſæ maieſtatis,
ceſſent in caſu noſtro contra D.Io.Aloyſium, non tamen
ceſſat hæc de qua agimus. Quod ita declarando planum
facimus. Pœnæ indictæ contra reum huius criminis, plu
res ſunt vt iã ſuperiore capite expoſuimus. Vna eſt anima
ti corporis afflictiua. Nam, ſi reus viueret, pœna capitis
plecteretur.d.l.quiſquis.C.ad legẽ Iuliam maieſta. Hæc
ceſſat in caſu noſtro, mortuo D. Io. Aloyſio: cùm cada-
154 uer † omni ſenſu carens. vt corpus animatum affligi nõ
poſſit, ſicuti conſiderat Bald.in d.l.vnica.nu.2. C.ex deli-
ctis defun. Et hoc caſu pœna hæc non tranſit contra Do.
Scipionem, vel alterum hæredem & ſucceſſorem d. Do.
Io. Aloyſij. Ea ratione, quia pœna corporis animati affli-
ctiua ſuos auctores tenet.l.ſancimus.C.de pœnis. & dixi
ſupra in præcedenti articulo, & vberius dicemus infrà in
reſponſione vltimæ argumentationis huius capitis.

155 Secunda eſt pœna † damnationis memoriæ.l.vlt. ff.ad
l. Iuliam maieſ. Hæc pœna reſpicit quoque animatũ cor
pus, quod per memoriam viuere dicitur, & repræſenta-
tur. vt inquit tex.in §.& conſtat eos. Inſt.de excuſatio.tut.
Eſt iſta cùm infamiã irroget, non tranſit contra hæredẽ
Igneus in l.Caius.nu.20.verſi.quædam.ff.ad S. C. Sylla-
nia.nu.22.& ideo, etiamſi verè mortuus ſit ipſe reus: at-
tamen, quia per memoriam viuit, hac pœna poteſt plecti,
& propterea non tranſit contra hæredes & ſucceſſores.
De his pœnis non eſt præſens contentio.

Non enim (vt aliàs diximus) contendit Excelſã
Reſpubli. Genuenſis locum eſſe debere hodie his pœ-
nis vel contra Dominum Ioann. Aloyſium, vel contra
Dom. Scipionem.

156 Tertia eſt † pœna, quæ ſolùm bona reſpicit, & quæ pe-
cuniaria appellatur, atque ita reſpicit bonorum publica-
tionem & feudorum amiſſionem. Hæc pœna morte de-
linquentis non extinguitur, ſed tranſit & contra hæredẽ
ita Bald. & Salicetus in l. vlti. C. ſi reus, vel accuſa.mor.
fue.Bald.in rubr.C.ſi pen.appella. mors interue. Scripſi
in commentarijs de recuperanda poſſeſſione, remedio
primo.nu. 159. vbi plures eiuſdem ſententiæ retuli: alios
mox referam. Nec repugnat huic reſponſioni, quod ſcri
bũt Petrus & Cynus in d.l.vlti.C.ſi reus vel accuſa. mor
157 tuus fue. quòd ſcilicet extincto † delicto per mortem de-
linquentis dicitur etiam extincta pœna pecuniaria. Quia
reſpondeo, contra Cynum & Petrum ſenſiſſe Bart. in d.
l.vlt.& ibidem Salicetus col.1. verſi.3. nota. C. ſi reus vel
accuſat.mort.fue.Bald.in l.vnica. numero 5. C.ex delictis
defunct. & ibidem Alber. & idem reſpondit cum
his Alba conſil.90.numero 2. Scribunt hi, quòd ſi pœna
pecuniaria venit, omnino in conſequentiam corporalis,
vt quia ab ea dependet, tunc extincta corporali, & illa ex-
tinguitur. At ſecus cùm pœnæ ſunt vel à lege, vel à iudi-
ce diſtinctæ: tunc vna ceſſante, non ceſſat altera. ita pro-
bat l.1.§.primo.verſic.quamuis pendente. C. ſi mors in-
terue.& l.3.verſi.nam multum.C.eodem. In caſu noſtro
apertè conſtat ex lege Iulia maieſtatis eſſe indictas hás
pœnas & ſeparatim & diſtinctim, nempe corporalem &
pecuniariam, vt iam ſuis locis demonſtrauimus: licèt er-
go per mortem Do. Ioan. Aloyſij extincta fuerit pœna
corporalis: non tamen hæc pecuniaria.

Reſpondeo ſecundò, dato (non conceſſo tamẽ) quòd
etiam morte delinquentis pœna pecuniaria ob eius deli-
158 ctum indicta extinguatur: attamẽ tunc † nullo modo ex-
tinguitur, quando ipſo iure eſt à lege impoſita. Ita ſcribũt
Bald.in l.vnica.num.2.verſi. quædam ſunt pœnæ confi-
ſcaturæ. C. ne ex delictis defuncto. Iarto. Baldus, Angel.
Caſtren. Alexan.& Socinus in l.ſi quis iniquum.§. quod
autem.ff.quod quiſq; iuris. infinitos propè huius opinio-
nis recenſet Tiraquellus in l.ſi vnquam. in verbo reuerta
tur.num.296.C.de reuocan. donatio. Quibus accedunt
Capra in ſuis concluſionibus.regu.67.num.16. Aſinius in
l.prima.nu.88.ff.de religio.& ſumpt.fune. & alios retuli
in commentariis de recuperanda poſſeſsione, Remedio
primo.numero 159. Et in ſpecie ſcribunt Baldus in rubr.
C.ſi pend.appella.mors interuen. idem in l.vlt. & ibidem
Salicetus.C.ſi reus vel accuſa.mortuus fue. Anchara.cõ-
ſil.65.num.3. Anaſtaſius Platus inter conſilia Barb.conſi.
vltimo,colum.5.verſi.ad quintum. lib.1. & Iaſon conſil.
46.col. 1. lib.3. quos refert & ſequitur Tiraque. in dicto
verbo, reuertatur.nu.298. Hi enim vno ore ſcribũt, quòd
vbi confiſcatio bonorum eſt à lege ipſo iure indicta pro
delicto, mors non extinguit pœnam, ſed contra hæredes
& ſucceſſores tranſit. Et in clarioribus terminis noſtris
idem docuit Afflict. in cap.1.§ porrò.nu.32.ex quibus cau
159 ſis feudum amitta. cùm ait, quod, vbi † feudum ipſo iure,
ob vaſalli delictum deuoluitur ad dominum, morte va-
ſalli non extinguitur pœna, ſed tranſit cõtra ſucceſſores,
à quib. poſſeſsio illius rei recuperatur. Sed in caſu hoc
noſtro certum eſt, pœnam contra D.Ioan. Aloyſium, qui
Cæſaris maieſtatem læſit, à lege ipſo iure eſſe indictam:
& ob id morte Do.Ioan. Aloyſij non eſſe extinctam. Nõ
enim hoc caſu requiritur ſententia diffinitiua, vt mox di
cam. Sed, quò hæc clariora reddantur, animaduertendũ
cenſeo, quòd in hac controuerſa doctorum diſputatio-
ne, an reus criminis læſæ maieſtatis amittat ipſo iure do-
minium bonorum ſuorum, vel mediante ſententia: duo
caſus ſunt diſtinguendi, atque cõſtituendi. Quorum pri
mus eſt, cùm agitur de ſententia diffinitiua & condem-
natoria. Secundus, cùm agitur de ſola ſententia decla-
ratoria.

Primus itaque caſus eſt (vt dixi) cùm agitur de ſenten
tia diffinitiua & condemnatoria, qua ſcilicet condemna
ri ſolet quiſquis deliquit, & ei pœna indicitur à iudice.
Hoc caſu ſine controuerſia, dicendum eſt, in crimine læ-
160 ſæ maieſtatis non eſſe neceſſariam hanc ſenteñtiam † dif-
finitiuam & condemnatoriam: cùm iã à lege ipſa ſit pro-
lata, quæ pœna mortis, publicationis bonorum, damna-
tionis memoriæ ac inhabilitatis ſuccedendi in filios eſt
ſancita & promulgata.d.l.quiſquis.C.ad l.Iul. maieſt. &
in diſcurſu illius tituli, ac etiam tituli ff. eodem. Hanc aſ-
ſertionem probant aperta iura, ſicuti tex.l.ex iudiciorum
publicorum.ff.de accuſa. quo tota hæc diſputatio diffini
tur. Sunt eo loci ſcripta hæc verba: Non aliàs tranſeant
aduerſus hæredes pœnæ bonorum ademptionis, quàm ſi
lis conteſtata & condemnatio fuerit ſecuta, excepto repe
tundarum & maieſtatis iudicio. Ecce, quòd exceptis duo
bus his criminibus, in cæteris ſententia condemnatoria
requiritur. In crimine ergo maieſtatis neceſſaria non eſt,
ſed bona ab hæredibus adimuntur. Et paulò pòſt, ibi, vt
bona eorum fiſco vindicentur. Cuius ſanè verbi, vindi-
centur, vis eſt, vt intelligamus, iam dominium eſſe apud
fiſcum.l. Quintus.§.argento.& ibi gloſſa in verbo, vindi
centur, ff. de auro & arg.leg. Et apud hæredes extare ſo-

lam rei detentionem, propter quam ab eis bona vendicā
tur & eripiuntur. l. officium, & l. qui reſtituere. ff. de rei
vind. & l. vnica. C. de alien. iudi. muta. cauſa facta. Quo-
circà Bartol. in d. l. ex iudiciorum. num. 2. verſic. breuiter,
161 rectè ſubinfert, non eſſe † neceſſariam litis conteſtatio-
nem illis caſibus, in quibus pœna ipſo iure indicta eſt:
cùm ſine ipſa litis conteſtatione cōtra hæredes tranſeat.
Quod ſcripſit & Afflictus in d. capit. 1. §. porrò. numer. 32.
Et quibus cauſis feudum amitta. Hanc aſſertionem cla-
rius probat l. penul. & l. vltim. C. ad l. Iul. maieſt. in illa l.
penul. ita ſcriptum eſt: Bona poſt mortem vindicari iuſ-
ſit, & paulò pòſt ſubiungit: Et noſtro tempore multis hæ
redibus ablata ſunt. In illa verò l. vlt. hæc habentur: Me-
moria eius damnetur, & eius bona ſucceſſoribus eripiā-
tur. Nam ex quo quis ſceleratiſsimum conſilium acce-
pit, exinde quodammodo ſua mente punitus eſt. Idem
probat clarus tex. l. donationes. §. vlt. ff. de donatio. His iu
ris locis clarè conſtat in hoc crimine non contendi de
162 confiſcatione † fienda, ſed de ſola bonorum ereptione &
yindicatione, cùm iam criminoſi hi condemnati ſint. Ita
etiam dicimus in crimine hæreſis, quòd à pari cum hoc i-
163 pſo procedit. Nam & † hæretici bona ſunt ipſo iure con-
fiſcata. capitulo cùm ſecundum. de hæreticis, in ſexto. ibi,
ipſo iure de fratrum noſtrorum conſilio decernimus cō-
fiſcata. Ratio harum ſanctionum eſt, delictorum atroci-
tas: ita cenſuit in ſpecie Ioan. Igneus in l. Caius. numero
18. ff. ad S. C. Syllania. Plurimorum verò auctoritate hæc
aſſertio probatur. Nam ita ſcribit gloſ. d. l. ex iudiciorum.
in verbo, maieſtatis. ff. de accuſatio. & in d. cap. cùm ſecū-
dum. in verbo, ipſo iure. de hæret. in ſexto. Idē ſentit gloſ.
in l. vltim. C. de iure fiſci libr. 10. quæ dixit, quòd in crimi
ne læſæ maieſtatis bona in fiſcum tranſmittuntur, licet
reus viuens, nec accuſatus, nec damnatus fuerit. Ita etiā
ſcribit Bartol. in extrauag. contra rebelles. in verbo, re-
bellando. numero 12. Ioan. Fab. in l. res vxoris. C. de do-
na. inter vir. & vxor. Angelus in l. ex iudiciorum. ff. de ac
cuſa. Geminia. in d. capit. cùm ſecundum, de hæret. in 6.
Aretinus in l. ſi quis poſt accuſationem. ff. de teſtamen.
Ioan. Igneus in l. neceſſarios. §. non aliàs. numer. 17. cum
multis ſequentibus. ff. ad S. C. Syllania. Albericus in tra-
ctat. ſtatutorum, parte tertia. quæſt. 18. Cæpolla conſil. 23.
eod. numer. 8. verſicul. nec prædictis. Socinus Sen. conſil.
22. num. 8. lib. 1. Boe. q. 277. numer. 12. idem ſenſerunt Ab
bas in c. vltim. numer. 5. de ſepul. & Aſinius in l. 1. numer.
89. de religio. & ſumpti. fune. cùm ſcribunt in ſpecie no-
164 ſtra, † publicationem bonorum, ob læſæ maieſtatis cri-
men, etiam poſt mortem delinquentis fieri, hoc eſt, bona
ab hæredibus vindicari, & fiſco inferri. Et in crimine
165 † hæreſis idem ſcribunt omnes in d. capitul. cùm ſecun-
dum, de hæret. in 6. Conradus Brunus in tractat. de hæ-
reticis, libro 4. capitu. 12. & copioſè Alphonſus de Caſtro
in tractat. de poteſtate legis pœnalis, libr. 2. capitul. 5. libr.
2. de iuſta hæret. punitio. capitul. ſexto. Et in ſpecie ad
remque noſtram magis confirmatur hæc ſententia:
166 quòd vbi vaſallus † committit delictum criminis læ-
ſæ maieſtatis contra dominum ſuum, ipſo iure perdit
feudum. Ita Baldus in capitul. imperialem. §. calidis, in
fine. de proh. feudi aliena. per Feder. poſt Iacobum Bel-
uiſium in authen. de inceſtis nuptiis. in princip. columm.
2. Idem docuit Iſernia in capitul. 1. in fine. de feudo ſine
culpa non amitt. Et huius ſententiæ illa eſt ratio, quòd
duo grauiſsima delicta vaſallus vno tempore committe-
re dicitur: vnum quatenus eſt principi ſubditus, alterum
quatenus eſt ei ratione feudi vaſallus, atque ita duo
fidelitatis iuramenta violat. Hoc itaque in caſu ſine
controuerſia vaſallus ipſo iure perdit feudum, quod
dominus etiam ipſo vaſallo mortuo conſequitur. Ita
in ſpecie ſcribunt Bald. in d. capitul. imperialem. §. inſu-
per. nume. 7. de prohi. feudi alien. per Feder. Abbas con-
ſil. 3. Nitar in præſenti. numero 7. verſicul. item ponit
Baldus libro 2. & Socin. Sen. conſilio 66. numero 19.
libro 3. Quod maximè procedit, vbi delictum Dom.
Ioan. Aloyſij eſt notorium, iuxta declarationem Iu-
lij Clari, erudiſſimi iuriſconſulti libr. 4. ſententia. §. feu-
dum. q. 65. Et licèt Comenſ. d. conſi. 164. & cum eo Ruin.
diſſentiat: attamen infrà illis ſatisfaciam.

Nec hîc repugnat, quòd glo. in d. l. ex iudiciorum. in
verbo, maieſtatis. de accuſ. interpretetur legem illam &
illi ſimiles, cùm læſæ maieſtatis crimen eſt contra Impe-
ratorem, vel Rempub. Rom. Atque ita cùm verſamur in
primo capite legis Iuliæ maieſtatis. Quia reſpondetur
( vt aliàs dixi ſuprà in præcedenti capite) hîc delictum fu
iſſe commiſſum contra ipſum Imperatorem. Præterea,
iam demonſtrauimus, etiam pœnam publicationis bono
rum eſſe indictam aduerſus reum huius criminis læſæ
maieſtatis in ſecundo capite: quo fit vt ipſo iure & hoc ca
ſu indicta ſit. Hæc enim duo ſunt ſeparata, qualitas pœ-
167 næ, & modus, quo illa indicitur. Cùm ergo glo. † d. l.
ex iudiciorum, aſſerat in duobus caſib. publicari bona,
non negat, quin, ſi alijs in caſibus permiſſa ſit publicatio,
quin inquam eodem modo: ideſt, ipſo iure fiat publica-
tio. Hoc ergo noſtro in caſu iā diximus, eſſe locum huic
publicationi bonorum, ergo ſequitur eodem modo, id-
eſt, ipſo iure, vt & in cæteris caſibus. Quibus intelligi-
mus quòd, hac ſententia diffinitiua inſpecta, non fuit
impeditus Cæſar conſequi hæc bona, quæ non dicitur re
miſiſſe, ex quo ſuo tempore comprehendit.

Secundus eſt caſus, cum loquimur & diſputamus, an
168 requiratur ſententia † declaratoria, qua declaretur hoc
crimen eſſe commiſſum. Qui quidem caſus etſi apud no
* ſtros non parum controuerſus ſit, attamen * verior & ma
gis recepta opinio eſt, neceſſariam fore declaratoriam
hanc. Ita enim cenſuerunt Iacobus de Aret. & Cynus in
l. pe. C. ad l. Iul. maieſt. Bar. in l. imperator. num. 3. ff. de iu
re fiſci. Bal. in l. vnica. C. ne ex delicto defuncti. Are. &
Imola. in l. qui à latronibus. §. 1. ff. de teſt. Rom. in l. poſt
contractum. ff. de dona. Et idem placuit Giganti in trac.
de crimi. læſæ maieſta. li. 2. q. 25. nu. 3. Et clarius hoc idem
aſſerunt Imola in cap. 2. nu. 14. extra de feudis. Iaſ. in l. fi-
lio, quem pater. nu. 22. de libr. & poſthum. copioſè Cra-
ue. conſilio 239. nume. 2. Soc. Iun. conſilio 68. numer. 59.
libro 3.

Ita pariter dicimus in crimine hæreſis. Etſi enim hæ
reticus ipſo iure à lege plures pœnas patiatur, attamen
169 † neceſſaria eſt declaratoria, qua declaretur, illum inci-
diſſe in hæreſim. Quod ſcribunt omnes in c. cùm ſecun-
dum, de hæret. in 6. Rom. in l. ſtipulatio. §. haber. ff. de o-
per. noui nuntia. Alphonſus de Caſtro lib. 2. de iuſta hæ-
ret. punit. cap. 6. & libro 2. de poteſta. legis pœna. cap. 5. &
Conradus Brunus lib. 4. de hæreticis, c. 12. Idem dicimus
170 in crimine † ſimoniæ, in quo, etſi pœnæ permultæ ipſo
iure indictæ ſint à lege: attamen requiritur declaratoria
qua conſtet illū eſſe ſimoniacum. Ita Franciſcus de Mar-
chis q. 497. nume. 15. parte prima. Rebuffus in praxi bene
ficiorum, tit. de ſimonia in reſignatione. num. 7. & Re-
doanus in tract. de ſimonia, parte quarta. ca. 2. num. 35. &
text. in extrauag. Cùm deteſtabile. de ſimonia. Idem de-
mum in omnibus caſibus, vbi lex ipſo iure operatur, eſt
neceſſaria declaratoria. Ita ſcribunt Iaſ. in l. ſi quis maior
num. 25. C. de tranſact. & conſi. 9. num. 2. lib. 4. Ruin. conſ.
50. num. 10. libr. 1. Dec. conſi. 144. nu. 6. Curt. Iunior. conſ.
149. nume. 2. Socin. Iun. conſil. 130. num. 29. lib. 3. alios re-
tuli li. 2. de arbitrarijs iudicum, caſu. 135. nu. 12. Et ſenten-
171 tia hæc † declaratoria pronuntiatur, non vt delinquens
incidat in pœnam. cùm iam inciderit, ſed vt de facto i-
pſo conſtet, ad hoc vt re cognita fiſco, is poſſit apprehen
dere poſſeſſionem bonorum ipſius delinquentis. Ita do-
cuit poſt Baldum in cap. 1. verſi. ſed ſi cùm filia. quibus
mod. feud. amitta. & Felinum in cap. 1. num. 37. de conſt.
Io. Igneus in repetitio. l. neceſſarios. §. non aliàs. num. 22.
& in l. Caius. nume. 22. ff. ad S. C. Syllania. Et præcitato
loco Baldus ſcribit, iudicem neceſſe non habere hoc in
caſu pronuntiare, priuamus. &c. cùm iam à lege priuatus
ſit. Cùm ergo in caſu noſtro lex pœnam publicationis
bonorum



bonorum indixerit: bonáque illa ab hæredibus vindica
ri poſſint. dicta l. pen. C. ad l. Iul. maieſta. cum iam alle-
gatis, ſequitur in neceſſarium antecedens, etiam decla-
ratoriam ferri poſſe mortuo delinquente. Quod efficaci
hac ratione confirmatur ex l. ex iudiciorum. ff. de accuſ.
qua apertè probatur, neceſſe non eſſe in caſu iſto litem
fuiſſe conteſtatam viuo delinquente. ſi ſententia declara
toria eſſet neceſſariò ferenda viuo delinquente, fruſtra
conſtitutum fuiſſet, litis conteſtationem non requiri, &
bona ab hæredibus vindicari: quia ſemper impediretur
huius criminis pœna. Non enim differret pœna huius
criminis à quauis alterius, ſi hæc declaratoria, quæ eun
dem pareret effectum, quem condemnatoria, mortua de-
172 linquente ferri non poſſet. Quocircà malè ſcripſerunt †
Curtius Senior conſi. 60. Dux Philippus, col. 7. verſi. Idē
declaratoria. & Ripa in l. vlti. ad finem. C. de reuoc. do-
natio. in illis caſib. in quib. pœna eſt ipſo iure irrogata,
& ſola declaratoria requiritur, declaratoriā illam pro-
nuntiari non poſſe mortuo delinquente: malè inquam
aduerſus iura & rationes iam relatas. Et in ſpecie mecum
ſenſit Igneus in d. l. Coitu. nu. 22. in fin. ff. ad S. C. Syllani-
an. Et præter eum clarius idem reſpondit Ancha. conſi.
65. Pro clariori deciſione, col. 1. verſi. item cōſtitutio, &c.
cùm dixit, ſententiam declaratoriam poſſe ferri contra
173 † concubinarium iam vita functum, quando ob illud de
lictum ipſo iure bonis priuatur. Et ſubiungit quòd ob id
bona ab hæredibus vindicantur. Et rationem conſiderat,
quòd per declaratoriam nil noui infertur, cùm decla-
rans non faciat aliquid noui.

Reſpondeo tertio principali loco, dato (non conceſſo
tamen) quòd etiam in crimine læſæ maieſtatis pœna indi
cta contra delinquentem non tranſeat contra eius ſuc-
ceſſorem ante prolatam declaratoriam: attamen in caſu
174 hoc noſtro tranſit, cùm notoriè † de delicto conſtet. Ita
enim ſcribit Specul. in tit. de accuſa. §. 1. verſi. quid ſi latro.
175 quòd ſi reus † confeſſus eſt delictum, & pendente accu-
ſatione liteq; deceſſit, ferri poteſt ſententia, qua eius bo-
na publicētur & fiſco inferantur. Ea eſt ratio, quia ob con
feſſionem delictum redditur notorium, & ceſſat impe-
dimentum, quo impediri ſententia dicitur, ſi confeſſus
non fuiſſet, nempè defenſionis carentia. Et ideo Baldus
in l. vnica. num. 3. C. ex delictis defunct. dum Speculato-
ris doctrinam probat, ait, procedere niſi hæres confeſſi
eam confeſſionem reuocet. Doctrinam Speculatoris ſe-
cuti ſunt etiam Bart. in l. 1. ff. de priua. delictis. Angelus in
d. l. vnica. C. ex delictis defunct. & in l. infamem, in fine.
ff. de pub. iud. Curtius Senior conſi. 60. Dux Philippus,
colu. 6. verſi. ſecundò obiici videtur. & col. 7. verſi. & ex
his. Idem docuit Butrius in cap. cum ſpeciali. §. porò. nu.
6. verſi. hæc verò. de appella. cùm dicit, poſt Ioan. Andr.
in annota. ad Specul. tit. de appellationibus. §. in quibus.
verſi. ſed nunquid, quòd ſi quis fatetur bona rapuiſſe, &
deinde decedit, executio contra eius hæredes fieri pote-
rit. Cùm ergo in caſu noſtro notoriè conſtet de delicto à
176 D. Ioan. Aloyſio perpetrato, quod ſanè † notorium vim
confeſſionis habet & ſententiæ, vt Brutus ſenſit, & clarè
reſpondit in ſpecie Alba conſi. 90. num. 5. pœnam non eſ-
ſe extinctam morte ipſius Domini Aloyſij. Nec hîc re-
pugnat quod reſpondit Curtius Senior d. conſil. 60. col-
lumna 7. verſi. ſecunda etiam obiectio, &c. illam Specu
latoris & ſequacium doctrinam procedere in vera & pro
pria confeſſione, non autem in ficta. Et ideò infert, quòd
non procedit doctrina illa in confeſſione quæ oritur ex
cōtumacia, quæ quidē ficta appellatur, vt declarat Bal-
dus in l. 2. nu. 23. C. edendo. & Alexan. in l. 2. numer. 3. C.
qui teſtam. facere poſſ. Non inquam hoc repugnat, quia
177 non procedunt à pari confeſſio ficta † ob contumaciam
& quæ oritur ex notorio. Nam illa confeſſio ex con-
tumacia proueniens non oſtendit quòd delictum ve-
rè commiſſum fuerit. fieri enim poteſt quòd ſit con
tumax, & tamen non deliquerit: quod non contin-
git in notorio, quo veritas criminis manifeſta red-
ditur. Quocircà Baldus in d. l. vnica. numero tertio.
C. ex delictis defunct. ſcribit, nil referre, an ſit confeſsio,
vel æquipollens, quo confeſsio inferatur. Ea eſt ratio,
quia ſe ipſum tueri & defendere non poſſet etiamſi viuo
ret, ob facti notorietatem. Et ideo non dicitur extinctū
delictum, quod extingui dicitur certis caſibus, cùm de
delicto ipſo ante mortem non cōſtat. Præterea admiſſo,
quòd hæc confeſsio, quæ ex notorio naſcitur, eſſet con-
178 feſsio ficta, attamen adhuc † ſufficeret in hoc crimine
læſæ maieſtatis. Ita in ſpecie docuit Bart. ex illo textu
in l. 2. ff. de bonis eorum, qui ſibi mortem conſciuer. His
tribus reſponſionib. apertè conſtat, nil obeſſe primum il
lud fundamentum Rolandi. Conſtat etiam duas illas
rationes, quibus impeditur pœnæ exactio contra hæ-
redem delinquentis, non habere locum in caſu noſtro.
ceſſat enim illa ratio, quòd pœna corporis afflictiua
ſuos auctores tenet: quia (vt diximus) hîc de pœna pe
cuniaria agitur. Ceſſat & ſecunda, nēpè quòd poſt mor-
tem delinquentis non poteſt probari ipſius mortui inno
centia. Hoc pariter & in caſu noſtro ceſſat, cùm notoriè
de delicto conſtat.

Nunc ſupereſt vt confutemus & illam rationem quia
alij dicunt, ob id mortuo delinquente contra hæredem
agi non poſſe ad pœnam: quia damnum paſſus, videtur
ius ſuum remiſiſſe. Hæc enim ratio & in caſu noſtro ceſ-
179 ſat. Primò ob id ceſſat, quòd in dubio † nemo præſumi
tur ius ſuum remittere & donare. Decius in l. poſtquam
liti. nu. 14. C. de pactis. & copioſè Craue. conſi. 242. nu. 6.
& Tiraq. in repetit. l. ſi vnquam. in præfatione. num. 128.
C. de reuocan. don. & idem Craue. conſi. 290. col. 2. verſi.
4. non præſumitur. Secundò, nec Cæſar nec Reſpub. Gē
180 nuenſis dici poteſt remiſiſſe † ius ſuum hoc in caſu: cum
D. Ioan. Aloyſius ſtatim in ipſo tumultu & criminis actu
in mare ſubmerſus eſt. Quocircà, eo mortuo, ferri ſentē-
tia ſuper notorio delicto potuit, & eius bona publicari.
Ita in ſpecie ſcribunt Iſernia, Aluarotus & Martinus
Laud. in cap. imperialem. §. callidis. de prohi. feudi alien.
per Feder. quos ſecutus eſt Iacobinus à S. Georgio in in-
ueſtitura feudali, in verbo, Dictique vaſalli. nu. 53. verſ.
181 & iſtam opinionem cùm dicunt, quòd ſi † vaſallus com-
miſit Feloniam qua feudo priuari meretur, & dominus
non habuit tempus proponendi querelam, ipſo vaſallo
viuente, eo mortuo proponi poteſt contra ipſius vaſalli
hæredes: & feudum ex illorum manibus vindicabitur.
182 Atque ita declarant † l. 2. C. ſi reus, vel accuſa. mor-
tuus fue. & eorum ſententiam, qui dixerunt, dominum
non poſſe proponere querelam de felonia contra vaſal-
lum defunctum, cùm ei remiſiſſe iniuriam credatur, vt
reſponderunt Socinus Senior, Ruinus Beroius, & alij
relati ſuprà in fine d. primi fundamenti pro D. Scipione
adducti. Nam procedit doctrina illa, cùm dominus po-
tuit, vaſallo viuente, eam querelam proponere: ſecus ſi
non potuit, vt in caſu noſtro verè non potuiſſe conſtat.
Et in ſpecie & clarè ita ſcribit Io. Andr. in additio. ad
Specu. tit. de feudis. §. vlt. in additione, quæ incipit, Re-
uoluitur hæc quæſtio. &c. cùm ait, quòd ſi vaſallus com-
miſit feloniam, & repentè deceſsit, dominus poteſt pro-
ponere querelam contra illius hæredem. Ioan. Andr. ſe-
cuti ſunt Alex. in l. rei iudicatæ. num. 4. ff. ſol. matri. Ab-
bas conſi. 3. Nitar in præſenti. num. 7. lib. 2. & Abbatem
ſecutus eſt ſimili in caſu Craue. conſ. 59. in fi. Io. Andre-
am quoque ſecuti ſunt alij plures, quos recenſet Tiraq.
in l. ſi vnquam, in verbo, ſuſceperit liberos. num. 237. C.
de reuoc. don. Quib. in ſpecie & claris his terminis addo
Afflictum in ca. 1. §. porrò. nu. 21. 25. 27. ex quibus cauſ. fe-
udū amitta. & Igneū in l. Caius. nu. 17. ff. ad S. C. Syllania.
Illud etiā ex prædictis omnibus infert, malè reſpōdiſſe
183 † Raphaelem Comenſ. d. conſ. 164. Prælatus. conſ. col. 3.
verſ. ex hoc ergo. Ruinum. conſ. 10. num. 6. & conſ. 159. nu.
13. lib. 1. & cæteros quos ſuprà in fine dicti primi argu-
menti recenſui. Reſponderūt hi, ꝙ ſi, viuente vaſallo, vel
emphyteuta, dominus directus non declarauit eos inci-

diſſe in pœnam caducitatis, ob nō petitam inueſtituram,
vel ob non ſolutum canonem, eò vaſallo mortuo, impli
us eam caducitatem declarare non poterit. Hi verè ma-
lè reſponderunt, ſi diligenter perpendantur rationes
quæ impediunt, ne pœna ex facto defuncti trāſeat con-
tra eius hæredes. Nam illæ rationes omnes hoc caſu ceſ-
ſant. Prima enim ceſſat, quia hoc caſu, ex nō petita inueſti
tura, vel ex non ſoluto Canone, notoriè conſtat erraſſe.
Atque ita ceſſat ratio, quòd ſcilicèt mortuus non poſsit
ſeipſum defendere. Ceſſat & ſecunda, quia non eſt hæc
pœna corporalis, quæ morte delinquentis extinguitur,
ſed pecuniaria, quæ exigi à ſucceſſore poteſt. Tertia etiā
ratio ceſſat quia nō dicitur remiſiſſe ius ſuum dominus,
cùm non ſit decurſa præſcriptio temporis, vel quid a-
liud actum, quo ius caducitatis remiſſum præſuma-
tur.

Non obſtat ſecundum argumentum principale, quia
reſpondetur primò, quòd, imò Do. Ioan. Aloyſius deli-
quit aduerſus primum caput legis Iuliæ maieſtatis, ſicu-
ti ſuperiore capite oſtendimus. Præterea, & ſecundò, reſ
pondetur, admiſſo quòd contra ſecundum caput legis
Iuliæ erraſſet, attamē adhuc locus eſt publicationi bono
rum, vti abundè in præcitato capite demonſtrauimus.
184 Nec repugnat ✝ d. l. eorum. ff. ad. l. Iul. maieſt. quia reſ-
pondeo, loqui eo in caſu, cùm principis maieſtas viola-
tur, deiectis vel conflatis eius ſtatuis & imaginibus, iux-
ta l. qui ſtatuas. ff. eo. & ſuprà explanaui. Nam hoc in ca-
ſu non poteſt dici propriè crimen læſæ Maieſtatis ob
quod bona publicari dixit Vlpianus. in l. vltim. ff. eod. ad
l. Iuliam Maieſta. Et apertius ſanciuit Iuſtinianus in §.
interdum, in Inſtit. de hæred. quæ ab inteſta. defer. Et
cùm clarū ſit in caſu noſtro, crimen læſæ Maieſtatis per-
petratum fuiſſe à Dom. Ioan. Aloyſio, non eſt recedendū
ab ea Vlpiani & Iuſtiniani conſtitutione. Rurſus & ter-
tiò reſpondetur d. l. eorum. C. de bonis libertorum, quæ
ita filio patroni eo viuo, vt ipſi patrono debentur. Et bo
na illa filio debita ſunt legis diſpoſitione, non ex perſona
ipſius patris, cui delinquenti dum filius non ſuccedit
potius in pœnam patris, vt ſcilicèt ſine hærede moriatur,
quā ipſi⁹ filij, qui non delinquit, factū & ſancitū fuit. Et
ideò videm⁹ in l. 1. C. de bonis libertorū. bona libertorū
à filijs patronorum etiam auferri, quòd filij illi fuerint
participes perpetrati delicti à patre.

Non obſtat tertium fundamentum, quia reſpondeo,
quòd imò agnatus delinquendo contra perſonam domi
ni alteri præiudicat, etiamſi feudum eſt antiquum & pa-
ternum. Eſt enim hæc (vt oſtendimus) magis recepta
Doctorum opinio. Nec illi repugnant allegata iura in cō
185 trarium. Nam ille tex. ✝ c. 1. § ſi vaſallus culpā, ſi de feudo
defuncti fuer. controuerſ. inter dom. & agna. loquitur
ſub conditione, & ait, quòd vbi vaſallus perdit feudum
deſcendentes non reuocabunt, ſed agnati quarto gradu
remoti dummodò ad eo pertineat. Agnati ergo tunc de-
mum reuocant, cùm ad eos feudum pertinet. Non ergo
ille textus determinat, quòd ſemper feudum, quod reuo
care non poſſunt etiam deſcendentes, pertineat ad agna
tos, ſed illud relinquit in diſpoſitione iuris. Quæ ſanè iu
ris diſpoſitio eſt, quòd, vbi vaſallus delinquit cōtrà per-
ſonam domini, dominus habeat feudū pro ſuæ iniuriæ
186 vltione. Ita pariter reſpondetur tex. ✝ c. 1. ſi vaſallus feu-
do priuetur. cuius verba adſcripſi: Vaſalli feudum de-
linquentis licèt ad agnatos quandoque pertineat &c. Ec
ce ait, quandoque pertineat, Non enim aſſerit, quòd ſem
per pertineat, ſed quandoque. Ergo regulariter non per
187 tinet, cùm hæ dictiones, ✝ quādoque, & interdum, ſigni-
ficent regulam eſſe in contrarium. l. interdum. ff. de cōdi
ctio. indebit. gl. in lege legitima. ff. de pactis. Iaſ. in lege iu
riſgentium. §. prætor ait. num. 21. ff. eo. copioſè Gomeſ. in
§. ſed iſtæ. num. 71. Inſtitut. de actio. & Tiraquellus in tra
ctat. de retractu cōſang. §. Primo, glo. 9. nu. 224. Et ſub re
gula cōtinet præſertim hic caſus. cùm vaſallus delinquit
cōtra perſonā domin, (vt dixit) tūc feudū aperit domino,
vt illatæ iniuriæ vltionē habeat. Nec allegatis auctori-
188 tatibus in contrariū deferendū eſt. Nam Iſernia ✝ ſibi pa
rū cōſtans alibi ab hac opinione diſſentit, vt facit & Alua
rottus. Iacobinus verò ait, quòd licèt æquior & huma-
nior ſit opinio, quòd feudum hoc caſu agnato aperiatur,
attamen ſubijcit contrariam opinionem eſſe communē,
& in iudicando ab ea non eſſe recedendum.

Non etiam repugnant auctoritates relatæ à Thoma
Marino. Nam quid cenſeat Capicius in cap. imperialem
colu. 259. vt allegatur, ignoro. cùm illius commendarij in
189 noſtras manus hactenus non venerint, Marinus verò ✝
Freccia lib. 2. de ſubfeudis, auctoritate 29. num. 1. Solùm
probat illorum opinionem qui dixerunt, viuo delinquē-
te feudum aperiri domino, ſed delinquente mortuo re-
uerti ad agnatos. Quam ſanè opinionem iam falſam eſſe
ſuo loco dixi. Non obſtat auctoritas Ruini conſ. 7. num.
190 12. li. 1. Siquidem deceptus eſt Rui. auctoritate ✝ Alexan.
conſil. 30. lib. 1. qui quidem Alexander non aſſerit, quòd
feudū ad agnatos deuoluatur, cùm vaſallus directò de-
linquit contra perſonam domini: ſed contrarium aſſerit.
d. conſi. 30. nu. 13. verſ. Et idem tenet. & num. 17. verſ. Nec
obſtat. Alexander enim duos caſus facit. Primus eſt, cùm
vaſallus indirectè offendit dominum, vt eſt, quando ſi-
ne eius licentia alienat. Hoc caſu (inquit & rectè Ale-
xander) is alienans agnatis non præiudicat. Et ratio eſt,
quia hoc modo eſſet adinuenta via, qua vnus agnatus
poſſet præiudicare alteri. Et hanc rationem conſiderauit
& Ruin. d. conſ. 7. num. 12. Præterea dici poteſt quòd imò
etiam hoc caſu poteſt præiudicare agnatis alienādo, ni-
ſi impediatur ab alijs agnatis proteſtando. ita Bald. cap. 1.
§. vlt. nu. 5. quæ fuit prima cauſa benefic. amitt. vbi & ibi
in fi. Hic tamen caſus non eſt, de quo contendimus. Se-
cundus eſt caſus cùm vaſallus directè offendit dominum
vt eſt in caſu noſtro. Hoc caſu ait Alexander habet domi
nus feudum in vltionem ſibi illatæ iniuriæ. Et hoc caſu
non eſt conſiderabilis ratio præcedentis caſus, quia eſt
veriſimile, quòd vaſallus velit delinquere, & ſe in prom
ptum periculum inijcere, vt agnatis detrimentum adfe-
rat. Non etiam repugnat auctoritas Alciati reſp. 182. nu.
1. quia ipſe hanc opinionem non firmat, imò teſtatur cō
trariam eſſe communem. Non etiam repugnāt auctori-
tates relatæ à Rolando d. conſi. 1. num. 31. li. 3. quia & ipſe
Rolandus & auctoritates ab eo allegatæ loquntur in illa
controuerſia, an feudum, quod ob delictum vaſallus a-
miſit, potius fiſco deferatur, quàm agnatis: nos verò lo-
quimur, an potius domino directo quam ipſis agnatis
concedatur atque aperiatur. Et quanta ſit inter hæc dif-
ferentia, infrà in reſponſione ad ſextum dicam.

Non obſtat quartum argumentum, quia reſpondeo
primò, non eſſe bonam conſequentiam, res & bona de-
bent de primogenito in primogenitum deſcendere, ergo
iure generis primogenitus illa obtinet. Siquidem verius
191 eſt, quòd etſi ✝ primogenito quid debeatur, illud debe-
tur iure hæreditario, & non iure generis. Ita ſcribunt
Oldr. conſil. 94. Eleganter circa negotium, in tertio du-
bio, cum alijs relatis à Tiraq. in trac. de iure primige. q.
35. nu. 3. & à Iacobo Alaa Luſita. in trac. de primog. nu. 37.

Reſpondeo ſecundò, & hîc animaduertendum cenſeo:
hanc doctorum aſſertionem & declarationem non eſſe
veram. Non enim adhibenda eſt diſtinctio, quòd dictum
ſit in inueſtitura, pro ſe & filijs de primogenito in pri-
mogenitum, vel nihil ſit dictum. Siquidem, cùm de a-
192 gnatorum ſucceſſione in feudis ✝ agitur in ſpecie noſtra:
ſemper intelligimus, quòd agnati iure generis, & non
iure hæreditario feudum obtinere debeant poſt iam vita
functum. Hoc patet, quia ſi agnatus agnato iure hære-
ditario ſuccederet, idē de eo diceremus, quod de filio &
hærede patris, cui pater vel alienando, vel delinquendo
193 præiudicat: cùm filius, vt hæres, non poſſit ✝ contraue-
nire facto ſui anteceſſoris. Ita in ſpecie reſpōderunt Alex.
conſilio 30. numero 17. libro 1. Calcan. conſilio 74. nume.
6. & Goz. conſil. 46. num. 5. Vel ſi indignus eſt rei ſucce-
dere



dere, vel ſublata qualitate, quia patri hæres eſſe non po-
teſt, cum fiſcus ſuccedat. iure merito (vt dixi) ei præiu-
dicat. Ita pari ratione dicendum eſt, ſi agnatus hæredi-
tario iure ſuccederet in feudo, mortuo altero agnato.
Nam ſine dubio is poſſet delinquendo cæteris præiudi-
care. Atqui regulariter non poteſt delinquendo præiu-
dicare, vt diximus ſupra. Qua ratione hoc eſt factum?
Non alia certè quam quòd agnatus iure generis feudū
habet. Regula hæc, quòd agnatus non præiudicet agna
to delinquendo, non procedit, quando delinquit con-
trà perſonam domini, quia tunc præiudicat. Ratio eſt,
quia dominus recipit feudum in vltionem illatæ iniuriæ.
194 Ecce ergo quòd ius ✝ generis non impedit in caſu iſtius
exceptionis: quando ſcilicèt delictum eſt cōmiſſum con
tra perſonam domini, quin ad eum feudum deuoluatur:
cùm ſit ſecundum naturam diſpoſitionis feudalis, quòd
vaſallo delinquente feudum reuertatur ad dominum,
atque ita agnato præiudicet. Quòd ergo adiecta ſit clau-
ſula, quòd de primogenito in primogenitum tranſeat:
atque ita feudum debeatur iure generis, non alterat im-
mutatiuè naturam feudi, quæ in hac parte eſt, vt per de-
lictum vaſalli in perſonam domini, aperiatur domino.
Et ideò hîc non conſideratur perſona agnatorum, quo
iure poſſint ſuccedere, an ſcilicèt iure generis, vel hære-
ditario, ſed inſpicitur perſona ipſius domini, qui, quale-
cunque ſit feudum, illud habet pro vltione iniuriæ. Et, ſi
rectè perpendatur, hæc ratio fuit conſiderata à Bald. in
d. c. 1. §. vlt. nu. 1. verſ. alij dicunt. quæ fuit prima cauſa be-
nefi. amitten. Cui quidē rationi Baldus ipſe non reſpon-
195 det. Sed ſolùm probat ſuā opinionē ex ✝ l. eum qui. ff. de
interd. & releg. Quæ quidē ſolùm conſiderat factū patris
& eius perſonā, non autē perſonā offenſi: cùm ibi patria
non offendatur, vt ei in vltionē ciuitatis ratione alicuius
cōmodi acquiratur, vt hîc de feudo dicitur. atque ita ius
non habet ſimilem naturā feudo. Verſatur etiā d. l. eum
qui. in caſu, cùm nil à perſona patris prouenit: vt quia is
nil adminiſtrauit. ita declarant Oldr. conſ. 94. num. 21. &
Albe. in proœ. Digeſtorum. §. diſcipuli. nu. 18. verſ. ex quo
patet. Secus in caſu noſtro, in quo patet feudū adminiſtra
uit & obtinuit ſub quadā conditione, ꝙ ſcilicèt delinquē
do contra dominū, ei illud reſtitueret. Confirmātur iam
196 relata, ea ratione, ꝙ inueſtitura eſt conceſſa cum ✝ clau-
ſula, ſaluis iuribus feudi, &c. Quæ quidem operatur, ne
à natura feudi receſſum ſit. Ita probat cap. veniens. §. nō
obſtante. de præſcrip. & reſpōderunt in ſpecie Goz. conſ.
26. nu. 48. & Pariſ. conſi. 21. nu. 55. lib. 1.

Nec hîc repugnant contrariæ Doctorum auctoritates.
197 Nam ✝ Baldus malè ſenſit: cùm nec iure, nec ratione a-
liqua moueatur: nec contrariæ rationi ſatisfacit. Quocir
cà & auctoritas Curtij Iun. & Marini corruit: quia re nō
conſiderata ſimpliciter ſecuti ſunt Baldum. Ita etiam eui
tatur auctoritas Afflicti, qui ſolùm ſcribit, quòd primo-
genitus, delinquendo viuo patre, non præiudicat ſecun
dogenito. Nam facilè reſpondetur, id intelligi, quia vi-
uo patre ille deliquit, & ob id habetur ac ſi patre viuo de
ceſſiſſet: atque ita ſublatum eſt impedimentum, quo ne-
pos ſuccedere non poterat. atque ita intelligo Bar. in l.
eum qui. ff. de interdictis & relega. in ſua diſtinctione,
quam probat Curt. Iun. in tract. feud. parte quinta. num.
13. verſi. ſi autem erat quærendum. Et his quoque dilui-
tur auctoritas Gigantis, qui Afflictum ſecutus eſt. Ita
pariter non obſtat auctoritas Curtij Sen. conſilio 49. col.
20. verſi. quia reſponderi, &c. Si quidem Curtius moue-
198 tur auctoritate Caſtrenſis ✝ conſilio 162. in meo codice
eſt conſil. 311. circa id quod primò quæritur. nume. 3. lib. 1.
Sed Caſtrenſis loquitur, quando vaſallus deliquit, ſed
non contra perſonam domini: quod eius clara & aperta
verba ſignificant. Præterea Curtius ſuo illo in caſu malè
reſpōdit, cùm affirmet, vaſallū, nō petēdo inueſtiturā in
tra tps dr directò offēdere dnm, ex ſnia Ale. cōſ. 36. li. 1. Et
tamē Alex. ibi. nu. 17. ver. Nec obſtat, aliter ſcribit. vt tetu
li ſuprà in ſexto fūdamēto noſtræ ſniæ. Ita etiā reſpōdeo
199 ✝ Callaneo cōſi. 74. nu. 6. qui verè loquitur, qñ delictum
non eſt directò commiſſum contra dominum, vt illius
verba ſignificant. num. 5. ibi, non tamen commiſſum cō-
tra contractum, voluit dicere, contra dominum. Ita etiā
loquitur Goz. conſ. 46. nu. 5. & conſ. 48. nu. 14. quēadmo-
dum ita ſe ipſum declarat conſi. 40. num. 30. Quod clarè
patet, ſiquidem Calc. & Goz. id ſuis in caſibus ſcribunt,
quòd pater non præiudicat filij., intelligitur ergo cùm
pater non deliquit contra perſonam domini, quia ſi cō-
tra eius perſonam delinqueret, etiam filijs præiudicium
adferret, vt ſuprà diximus.
200 Non etiam aduerſatur ratio illa Oſaſchi ✝ deciſ. vlti
ma. nu. 20. quia reſpondeo, loqui etiam quādo vaſallus
deliquit indirectè contra perſonam domini. Et licèt va-
ſallus, qui deliquit, tamquā vſufructuarius iudicetur,
attamen eſt vſufructuarius illius rei, quæ conditionem
annexam habet: quòd ſcilicèt res reuertatur ad dominū
pro vltione ſuæ iniuriæ, vt diximus ſuprà. Et hæc ratio
venit conſecutiuè ad præcedentem rationem, quòd ſcili
cèt habet habere iure generis. Si enim iure generis habe
re debet ergo qui tunc poſsidet, eſt potius vſufructua-
rius, quā proprietarius. Quocircà ex reſponſionibus ſu-
prà ad eam rationem relatis, & hæc confutatur.

Non obſtat quintum argumentum, quia ex proximè
relatis credo eſſe ſatisfactum. Nam verè hoc quintum à
quarto præcedenti pendet. Diuiſim tamē, ea ratione re-
cenſui, quòd Curt. Iunior in tractat. feud. parte quinta,
num. tertio, verſic. limitate. & num. quinto, recenſet di-
ſtinctim has traditiones, vt diuerſas. Et ideò doctores ibi
allegati ita etiam loquuntur, ſic vti Socin. Senior conſ. 38.
numero tertio, lib. quarto, reſpondit, cùm vaſallus deli-
quit alienando: atque ita indirectè contra perſonam do
201 mini. ✝ Ruinus verò cōſ. 149. num. 14. libro primò, malè
reſpondit, cùm loquatur de patre delinquēte contra per-
ſonam domini, qui ſine dubio præiudicat filijs, etiamſi
illi patri hæredes nō extent. Et idem Ruin. conſi. 117. nu.
19. libro tertio. loquitur, cùm vaſallus delinquit alienan
do, atque ita indirectè. Ita etiā intelligo Dec. conſ. 389.
numero ſecundo, cùm allegat Barto. in d. l. eum qui, de
interd. & rele. & Caſtr. d. conſ. 162. ſeu conſ. 311. qui (vt di
xi ſuprà) ita loquuntur. Ita pariter reſpondit & declarat
Grat. conſ. ſecundo, nu. octauo, libro primo, quòd vaſal
lus delinquendo directò in perſonam domini præiudi-
cat ſubſequentibus ſucceſſoribus, ſicuti & econtra conſu
202 luit idem Grat. conſ. 132. li. 1. ✝ vaſallum alienantem, vel
non ſoluentem debitum canonē & penſionem, non præ
iudicare ſucceſſoribus, qui feudū à genere obtinere de-
bent, cùm illa ſit offenſio indirecta contra dominum. Et
eodē modo loquitur Bald. in l. 2. num. 1. C. de lib. & eorū
liber. Et ex pdictis cōſtat minus reſpōſum fuiſſe ab Alcia
203 to ✝ reſp. 180. in fi. & reſp. 182. in fi. cū dixit, vaſalli delictū
in perſonā domini directò non præiudicare cæteris de-
ſcendētibus, quibus diſtinctim iure generis feudum de-
betur, iure potius non decreſcendi. Ea eſt præcipua ra-
tio, quæ & à cæteris relatis Doctoribus perpenſa fuit,
quòd ſcilicet noua ſit cōceſsio in ſingulos de agnatione
quaſi tot ſint ſeparatæ conceſsiones, quot ſunt perſonæ.
argumento l. ſcire debemus, vbi Bartol. & Are. ff. de ver-
borum. obligationib. Quæ ſanè ratio ad rem noſtram nil
confer, quandoquidem, eo admiſſo, ꝙ tot conceſsiones
ſint, quot perſonæ, attamen vna deficiente, ob conditio-
204 nis euentum, cæteræ corruunt. ſicuti videmus in ✝ ſub-
ſtitutionibus, quæ ſi multiplicatæ ſunt multis perſonis fa
ctæ, ita vt vnuſquiſque ab ipſomet teſtatore vocatus ſit,
attamen vna deficiente, cæteræ quoq; deficiunt. ita reſpō
* dit Oldradus conſ. vigeſimoprimo. cum quo * commu-
nis eſt opinio, vt atteſtantur duo celeberrimi compatres
mei, Aymo Cra. & Ioan. Cephal. ille conſ. 98. num. 4. iſte
conſi. 17. numero. 4. libro primo. Quocircà egregiè & ad
rem noſtram maximè reſpondit Alex. conſilio 139. nu
205 mero 3. libro 6. quòd ſi teſtator ſubſtituit ✝ mul-
tos, vt ordine ſucceſsiuo vnus alteri ſuccederet, dè

de gradu in gradum, quòd vno gradu deficiente, ob e-
uentum conditionis, cæteri omnes qui aliàs erant ſucceſ
ſuri excluduntur. Et Alexandrum ſecutus eſt Alciat. met
reſp. 134. in fi. qui cenſuit, hoc procedere etiam in dona-
tione facta inter viuos. Ita ergo in caſu noſtro dicendum
eſt, quòd ſcilicèt per euentum conditionis, quia vaſal-
lus deliquit in dominum, à feudo cæteri deſcendentes
& aliàs ſuccedere debentes excluduntur.

Non obſtat ſextum fundamentum partis aduerſæ,
quia reſpondeo, quòd hæc feuda hæreditaria fuerunt du
plici teſtamento ſuppoſita fideicommiſſo. Primò ex te-
ſtamento D. Io. Aloyſij Senioris. Secundò ex teſtamen-
D. Sinibaldi. Verùm, quia de teſtamento ipſius D. Si-
baldi non conſtat, nec aliquo modo à Cæſare fuit con
matum, ob id tota diſputatio pendet ex fideicommiſ-
D. Io. Aloyſij Senioris. Qua in re dicendum eſt, Do.
ſcipionem ex eo non poſſe hæc feuda recuperare: quan-
doquidem Cæſar non eſt aſſecutus hæc bona D. Io. Alo-
yſij Iunioris delinquentis tanquam fiſcus: ſed tanquam
dominus directus qui ob infidelitatem ſui vaſalli feudū
apud ſe recepit in vltionem illatæ iniuriæ. Cùm enim
206 † vaſallus feudi poſſeſſor delinquit, & dubitatur, cui
feudum acquiratur, an domino directo, vel agnatis, vel
* damnum paſſo, & iter offenſo, * recepta eſt opinio defer-
ri domino directo. Ita ſcripſi in tract. de recup. poſſ. reme
dio nono. num. 248. quo loci ratione & multorum aucto
ritatibus comprobaui. Et addo Ruin. conſil. 23. in fi. lib.
1. qui in ſpecie huius criminis loquitur. Idem ſēſit Oldr.
conſilio decimoſeptimo & Bernardus Diaz in Pract.
canonica. capite 124. numero. 12. Si verò dicere volu-
mus, feudum hoc eſſe alienabile, adhuc Cæſari læſo de-
ferri debuit, vt copioſè ſcripſi d. remedio nono, nu. 252.

Non obſtat vltimum, quia reſpondeo, hanc opinio-
nem non eſſe duram, cùm dominus ſolùm conſequitur
ob conditionis euentum, quod iam dedit, & quod dici-
tur, quòd nemo ob alterius delictum puniri debet, faci-
lè diſſoluitur, diſtinguendo priùs pœnarum genera. Vna
eſt pœna ſpiritualis, qua peccantis anima affligitur: alte-
207 ra corporalis: tertia eſt bonorum. Quando † de ſpiri-
tuali pœna agitur, res certa & clara eſt, quòd vnus pro
altero puniri non poteſt. Et verè nec Deus ipſe punit hac
208 pœna alterum pro altero Nam ſcriptum eſt † Ezechiel.
cap. 18. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. filius non
portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniqui
tatem filij, iuſtitia iuſti ſuper eum: & impietas impij ſu-
per eum. Et Deutero. cap. 24. Non occidentur patres pro
filijs, nec filij pro parentibus: ſed vnuſquiſque pro pec-
cato ſuo morietur. Hanc ſententiam & interpretationē
admittunt vno ore omnes: Ita D. Auguſtinus ſuper li-
brum Ioſue, q. 8. & epiſ. 75. ad Auxilium epm. glo. in c.
vndecunque. vbi Card. de Turrecre. 56, diſt. Dom. Tho-
mas. 1. 2. q. 87. art. vlt. & 2. 2. q. 108. art. 4. Alphonſus de
Caſtro lib. 2. de iuſta hæret. punit. c. 11. Qua ex re infert,
209 nec vnum pro altero poſſe † excommunicari aliaue pœ
na puniri, qua æterna gloria amitti ſolet, vti relati ſcri-
pſere, & clarius Dida. Couar. li. 2. varia. reſol. cap. 8. verſ.
5. pœna. Secunda eſt pœna corporalis. In qua quidem di
210 cendum eſt aliquando, Deum Opt. Max. † innoxium
pro nocenti punire, iuxta illud Exodi. ca. 20. Ego ſum do
minus Deus tuus fortis, zelotes, viſitans iniquitatem pa
trum in filios in tertiam & quartam generationem eorū
qui oderunt me. Hinc legimus Ioſue cap. 6. quòd filij &
filiæ Acham, qui ſuffurati erant de anathemate Hiericho
contra præceptum Domini, ſimul cum ipſo Acham pa-
tre, ex mādato Ioſue fuerūt interfecti, & lapidibus obru-
ti. Ita quoq; ſcriptū eſt Geneſ. c. 19. Deum Opt. Max. igne
cōſumpſiſſe paruulos infantes Sodomæ, qui cùm nō pec-
caſſent, ex facto tamē parentū pœnas dederunt. Huc etiā
ſpectat quod ſcriptum legitur li. 4. Reg. c. 5. filios pueros
Giezi ab Heliſeo propheta lepra percuſſos fuiſſe ob pec-
catum patris. qui contra Heliſei voluntatem à Naaman
leproſo, ob collatam illi ſanitatem, munera accepit.

211 Ita quoque ex Ethnicis † exempla extant. Dionyſij Sy-
racuſani filius pœnas dedit pro patre, qui multa com-
miſerat ſacrilegia. auctor eſt Valer. Max. lib. 1. cap. 2. Legi
mus etiam apud Herodo. lib. 1. qui Clio inſcribitur, Crœ
ſum, à Cyro captum, Delphos miſiſſe quoſdam Lydorū
ſciſcitari oraculum, cur in tantum calamitatis traductus
eſſet: Pythiam Lydis ita reſpōdiſſe ferunt, Crœſum quin
tæ retrò ætatis crimen luere, hoc eſt, abaui: qui cùm eſ-
ſet ſatelles Heraclidarum, mulieris dolo inductus domi
nū interemit, illiùſque dignitate potitus eſt, nihil ad
eum pertinente. Narrat ēt Ammianus Marcellinus lib.
212 28. † Maratocuprenos, peſſimos graſſatores, ſub Valen
tiniano oppreſſos interijſſe ad vnum omnes, eorúmque
ſobolen, paruam etiam quidem, ne ad parentum exem
pla ſubcreſceret, pari ſorte deletam eſſe, laréſq; euerſos,
quos ambitioſè luctuoſis aliorū diſpendijs extruxerāt.
Verùm vel ipſi ſolius Dei Opt. Max. hæc eſt poteſtas,
non autem data eſt cuiquam mortalium. Quod apertè ſi
gnificat D. Auguſtinus, d. q. 8. his verbis: Viſibiles igitur
afflictiones hominum, ſiue mortes, quoniam ijs quibus
ingeruntur & obeſſe & prodeſſe poſſunt: nouit Dominus
in occulto prouidentiæ ſuæ, quemadmodum iuſtè, qui-
búſque diſpēſet, ēt cùm aliorum peccata in alios videtur
vlciſci. Pœnas verò inuiſibiles, quæ nocent & prodeſſe
non poſſunt, ita nullus, Deo iudice pro alienis peccatis
luit, ſicut, homine iudice, luere nullus, niſi pro ſua cul-
pa, iſtas viſibiles debet. Hæc D. Auguſtinus: qui eam eſ-
ſe rationē aſſerit, quòd Deus hac pœna vnum pro altero
214 puniat, † quia filij pœna ob patris peccatū, patri nocet,
& filio ad ſalutem prodeſt. Quam in ſententiam egregia
ſcripſit Plutarchus, Philoſophorum grauiſſimus, libel-
lo de ſera numinis vindicta. Humana verò poteſtas id ef
ficere non poteſt. Et de humano hoc iudicio intelligi pōt
215 & illud † Deutero. cap. 24. Non occidentur patres pro fi
lij. &c. & illud Exodi c. 23. Inſontem & iuſtum non occi-
des. Quam legem Moyſes, moriens populo commen-
dauit, vt auctor eſt Ioſephus libro quarto. antiq. Iudaica
cap. 8.

Quocircà ſubiungit idem D. Auguſt. At verò ſi Achā
ab aliquo inuentus atque comprehenſus, & illius crimi-
nis reus ad iudiciū Ioſue fuiſſet adductus, nequaquam
putandum eſt, hominem iudicem vel pro illo, vel cum
illo quemquam alium, qui ſocietate facti eius minimè
teneretur, fuiſſe puniturum. Neque enim mandatum le-
gis licebat excedere, quod datum eſt hominibus, ne iudi
cio ſuo, quod homini in hominē iuſſum, ſiue permiſſum
eſt, alterū pro alterius peccato arbitretur eſſe plectendū.
Longè autem ſecretiore iuſtitia iudicat Deus qui potens
eſt, etiam poſt mortem, quod homo non poteſt, liberare,
vel perdere. Hæc ibi. Qua ſanè ex ſententia Sanctiſſimi
216 viri conſtituendum eſt, nulli humano iudici licere † ho-
minē pro alterius peccato pœna mortis punire, imò nec
pœna alia corporis afflictiua afficere. Quod affirmarunt
apertius Alex. Alenſ. in tertia parte ſuæ ſummæ, q. 41. mē
bro 4. art. 1. D. Thomas. 2. 2. q. 108. Cardinalis de Turrecre
mata in cap. vndecunque. 56. diſtinct. Alphonſus de Ca-
ſtro lib. 2. iuſta hæret. punit. 11. & Didac. lib. 2. varia. reſo-
lut. cap. 8. nu. 1. verſ. tertia humana. Qui ob id ſubinferūt,
minꝰ rectè ab Archad. & Hono. Impp. dictū fuiſſe in l. quiſ
quis. C. ad l. Iul. maieſta. ex Imperatoria indulgentia & le
uitate, ſe vitā cōcedere filijs eorū, qui crimē læſæ maieſta
tis cōmiſerint. Nam, & ſecuta Cæſarum manſuetudine,
minimè poſſent iuſtè, ob parētum ſcelus filij occidi, vel
verberari. Quî enim fieri poteſt vt ab homine quis valeat
nec de virtute nec de vitio parentum (vt ait Chryſoſto. c.
nunquàm. 56. diſtinct.) argui? Niſi velit, vti imperitus
Medicus, ob aui, aut patris morbum, nepoti medicamen
tum adhibere. Quod ridiculum exiſtimauit Bion Philo-
ſophus. Alter enim filius natus à patre efficitur: & cuique
mentem eſſe diuino creatam arbitrio ait Auguſt. relatus
in c. iam itaque. 1. q. 4. Cæterùm, cùm de hac pœna in ca-
ſu noſtro non agatur, diutius non immorabor.



217 Tertia eſt pœna, quæ † bona tantùm reſpicit &
continet. Hanc, ſine controuerſia, aliquando Deus qui
ſemper id poteſt, vni pro alterius peccato indicit. ſi enim
poteſt & ſolet afficere pœna corporali, quantò fortius
pœna bonorum? Hanc etiam aliquando humanæ leges
ſanciunt aduerſus vnum pro alterius peccato: quemad-
modum probat d. l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. authen.
Gazaros. C. de hæret. quæ à iure pontificio recepta eſt,
cap. ſtatutum, de hæret. c. cùm ſecundùm, eo. tit. de hæret.
in 6. Cæterùm, cùm diuerſa ſit perſonarum qualitas, ac
etiam bonorum, quò omnia dilucidè exponam, ita di-
ſtinguo & conſtituo duos caſus.

Primus eſt, cùm agitur, vt filius puniatur ob delictum
atrox, puta læſæ maieſtatis diuinæ, vel humanæ, à patre
218 commiſſum. Hoc caſu iuſtè filius † punitur pœna priua-
tionis dignitatis iam adeptæ à principe ipſo læſo, ac e-
tiam ne in futurum aliquam conſequatur: ſi quidem ſo-
lùm aufert princeps quod ſuum eſt, idque facit, timore
219 illo, † ne filij hi ſint imitatores ſcelerum patrum. quod
probat & Alphonſus de Caſtro. d. lib. 2. de iuſta hæret.
punit. capit. 11. lucro enim ſolùm priuari quodammodo
dicuntur, iuxta l. 1. §. ff. ſi quis aliquem teſta. prohib. & ad
rem ſcribit Coraſius in l. filiam ſenatoris, in fi. de ſenator.
Ita etiam iuſtè priuatur filius ſucceſſione bonorum pa-
tris: ſi quidem propriè auferuntur quæ ipſius patris e-
rant. Prætereà, filij hi puniuntur in pœnam patris, vt ſci
220 licèt hæc pœna magis & magis patres affligat. Quam †
rationem probat M. Tullius lib. 1. Epiſtola ad Brutum,
epiſtola 12. Nec verò me fugit quàm ſit acerbum, paren-
tum ſcelera filiorum pœnis lui. ſed hoc præclarè legibus
comparatum eſt, vt charitas liberorum amiciores paren-
tes Reipub. redderet. Hæc Cicero. Futura autem bona
ab ipſis filijs acquirenda non auferuntur. Quocircà intel-
ligimus quò ad hunc caſum, d. l. quiſquis, non conti-
nere odium irrationale, vt opinatur Craue. d. trac. de an
tiq. tempo. quarta parte principali. num. 157. Non enim
lex eſſet, ſi ratione careret. ca. erit autem lex. 4. diſtinct.

221 Secundus eſt caſus, cùm agitur, vt † extraneus, nempè
qui à delinquēte non deſcendit, puniatur ob delinquen
tis crimen & erratum. Hoc caſu ſi loquimur vt priuetur
ſuis proprijs bonis ſuo labore & induſtria, vel à ſuis ma-
ioribus acquiſitis, dicendum eſt, non poſſe puniri ob al-
terius crimen, cùm nulla hîc adſit iuſtitiæ ratio, cur hic
puniri debeat ob alterius factum. Et hîc ceſſat ille timor
ille timor ne ſit imitator vitij illius delinquentis: cùm ti-
mor imitationis conſiderari ſoleat tantummodo in filijs,
qui ſunt portiones quædam viſcerum patrum ſuorum.
Et de hac pœna noſtra non eſt diſputatio. Sed hoc in ca-
222 ſu loquuntur † Soc. Sen. conſi. 12. & conſil. 35. col. 5. lib. 1.
Dec. conſilio 64. & conſil. 524. & alij relati ſuprà in dicto
223 vltimo fundamento partis aduerſæ. ita verè † loquitur
l. ſancimus. C. de pœnis, quam doctè Duare. lib. 2. diſpu-
ta. anniuerſa. cap. 24. ad rem noſtram explicat. Et hoc ca-
ſu procedit quod ait Crauetta, eſſe ſine ratione quod
vnus pro altero puniatur. cæteris verò in caſibus non.
Quod & Ethnicorum exemplis cōfirmari poſſet. Vnum
224 tantùm Alexandri Magni adferam. Lex † fuit apud Ma
cedones, vt propinqui eorum, qui Regi inſidiati eſſent,
cum eis necarentur. Quam legem veriti propinqui Phi-
lotæ Parmenionis filij, poſteaquā de ipſo Philota quæ-
ſtionem haberi fama vulgauerat, partim ſe interficiebant
partim in deuios montes & vaſtas ſolitudines fugiebant,
donec Rex Alexander audito tumultu, legem ſe propin
quis remittere edixit, vt auctor eſt Q. Curtius li. 6. Quod
etiam ipſe Alexander ita commemorat apud eundem au
ctorem lib. 7. ſed olim iſtum morem (inquit) occidendi
cum ſceleſtis, inſontes propinquos parenteſque ſolui.
Si verò loquimur (vt verè nos hoc in caſu verſamur) vt
priuetur extraneus bonis illis, quæ à principe læſo pro-
fecta ſunt. Et tunc dubium non eſt, quin iuſtè etiam
extraneus, in quem, ex illo qui deliquit, bona deuene-
runt priuari illis poſſit. nec odioſa lex eſt: cùm princeps
ſertim in caſu noſtro, in quo iam diximus, in feudo eſſe
hanc conditionem, ſi vaſallus erit fidelis, qua conditione
deficiente, princeps ipſe nil ab aliquo auferre, ſed ſuum
tantùm recipere videtur. Concludo itaque, feuda hæc eſ
ſe Cæſari deuoluta & aperta etiam ad detrimentum D.
Scipionis.

Iacobus Menochius I. C.

### *SVMMARIVM.*

1 *Sententia iudicis habet præſumptionem pro ſe.*
2 *Iudex vir bonus dicitur, & pro eo præſumitur.*
3 *Bannitum à iudice rectè bānitum præſumi.*
4 *Sententiam etiam quò ad ſolemnitatem proceſſus habere præ-ſumptionem pro ſe.*
5 *Sententia ritè & rectè lata præſumitur cùm ab ea non fuit ap-pellatum.*
6 *Delegati ſententia præſumptionem pro ſe habet.*
7 *Delegati perſona à lege approbata dicitur.*
8 *Sententia delegati quando non habeat præſumptionem pro ſe.*
9 *Baldus in cap. cùm in iure per. tus, de off. deleg. declaratur.*
10 *Delegatus pro ſe præſumptionem non habet quò ad ſua iuriſdi-ctionis fundamentum.*
11 *Arbitri habet præſumptionem pro ſe & ſua ſententia, quod ibi-dem declaratur.*
12 *Sententia non habere præſumptionem pro ſe quando fuit proceſ-ſum contra fictè contumacem.*
13 *Contumax verus quis.*
14 *Contumax exiſtenter & apparenter.*
15 *Sententiam is approbat, qui dum latam ſciuit, non appellauit.*
16 *Princeps præſumptionem magnam pro ſe habet.*
17 *Principem ex cauſa motum præſumi.*
18 *Principi de facto alieno non credi.*
19 *Item & de geſtis ab alio non creditur.*
20 *Probationes parte citata recipi debere.*
21 *Principis aſſertioni de facto alieno cur non credatur.*
22 *Item creditur cùm dicit ſe accepiſſe à fide dignis.*
23 *Item cùm ait, ſe eſſe informatum.*
14 *Item cùm motu proprio aſſerit.*
25 *Principis aſſertionem ſaltem præſumptionem facere.*
26 *Principis aſſertioni non credi cùm aſſerit de eo quod non eſt ſua poteſtatis.*
27 *Principi credi præſumptiuè ſaltem de facto, quod non eſt ſuæ po-teſtatis*
28 *Item plenam probationem non facere.*
29 *Principis aſſertio, quòd vaſallus fuerit ingratus, fidem facit.*
30 *Cauſa in principe an præſumatur in his, de quibus ad libitum diſponere non poteſt.*
31 *Baldus conſi. 326. lib. 1. declaratur.*
32 *Principis aſſertioni credi cùm aſſerit, ſe ex actis rem ita ſe ha-bere cognouiſſe.*
33 *Reſcripta non vitiari lapſo anno, etiam de iure Canonico.*
34 *Reſcripta ad lites eſſe ſui natura perpetua.*
35 *Reſcripta ad lites anno perire ob negligentiam impetrandis.*
36 *Dolum non præſumi.*
37 *Procurator neceſſe non habet exhibere mandatū ſuum in cau-ſa inquiſitionis, cùm mandato Principis delinquens inqui-ritur.*
38 *Mandatum deinde exhibitum præcedentia acta confirmat.*
39 *Mandatum confirmare iam geſta parte non opponente.*
40 *Item quandocunque poſſe exhiberi non opponente parte.*
41 *Procuratoris geſta valere ante reuocationis certificationem.*
42 *Mandatum cum clauſula ratihabitionis iam geſtorum con-firmare iam geſta.*
43 *Iudicem debere ipſummet examinare teſtes in cauſa criminali.*
44 *Item ei deleganti ex cauſa vires ſuas non credi.*
45 *Item non procedit ex ſtilo & conſuetudine.*
46 *Teſtium examinatio ſummatim facta, non facit plenam fidem, niſi repetantur.*
47 *Teſtium repetitio ex cauſa à iudice notario committitur.*

48 Notarium rogatum eſſe poſſe de commiſſione ſibi facta.
49 Actuario credi de commiſſione ſibi facta.
50 Guidonis Papæ error.
51 Boerij deciſio reiecta.
52 Notario credi de commiſſione ſibi facta concurrente ſigno iudicis.
53 Iudex ratam habere dicitur examinationem teſtium à notario factam, dum ſecundum eam iudicat.
54 Acta iudiciaria probari ſolum ſcriptura.
55 Commiſſione notario à iudice facta amiſſa, teſtibus probari illa poteſt.
59 Commiſſio notario facta ſcriptura & teſtibus probari poteſt.
57 Probationem mixtam ex teſtibus & ſcriptura non cenſeri reiectam, cæteris reiectis.
58 Inquiſitio eſt nulla, cùm non præcedente diffamatione formata fuit.
59 Inquiſitionem conualidari ex ſuperuenienti diffamatione.
60 Veritati locum ſemper fore.
61 Inditia plura requiri ad formandum inquiſitionem.
62 Socius criminis inditium facit contra Socium in crimine læſæ Maieſtatis.
63 Inditium oriri ex fuga.
64 Inquiſitionem formari poſſe in crimine læſæ Maieſtatis nulla præcedente diffamatione.
65 Item & in cæteris criminibus atrocibus.
66 Leges tranſgredi licere in atrocibus.
67 Inquiſitionem poſſe formari in crimine hæreſis non præcedente diffamatione.
68 Item & cùm mandato Principis inquiritur.
69 Inno. in cap. cum oporteat de accuſa declaratur.
70 Inquiſitionem formari poſſe non præcedente diffamatione cum Princeps motu proprio mandat aliquem inquiri debere.
71 Reſcripti tenorem eſſe inſerendum in citatione à delegato facta.
72 Delegatus ſuæ delegationis fidem facere debet.
73 Item etiam ſi ſit excelſæ dignitatis.
74 Stilus curiæ ſeruari omnino debet.
75 Reſcripti tenorem non eſſe inſerendum in citatione, cum nullum effectum parere poteſt.
76 Citari is non debet, quem non eſſe venditurum ſcimus.
77 Delegatus in dignitate poſitus procedere poteſt in cauſa non facta fide ſuæ poteſtatis.
78 Cardinali aſſerenti credi aliquid ſibi eſſe à Papa commiſſum credi.
79 Commiſſario credi ſibi aliquid commiſſum cum de modico præiudicio agitur.
80 Capitula probare contra producentem.
81 Præſumitur quis eſſe in eodem loco, in quo ſemel fuit.
82 Mutatio non præſumitur.
83 Accuſatus excuſare ſe non poteſt de acceſſu non tuto cùm potuit petere ſaluum conductum.
84 Iter tutum dicitur ad reuertendum quod fuit ad eundum.
85 Inquiſitio continere debet locum commiſſi criminis.
86 Idem etiam ſi agitur ad ſolam feudi priuationem.
87 Inquiſitionem procedere non adſcripto tempore commiſſi Criminis.
88 Item maximè cùm delictum eſt ſemper.
89 Item cùm inquiritur de delicto negatiuo.
90 Item cum locus eſt incertus.
91 Item cùm delictum non eſt momentaneum, ſed ſucceſſiuum.
92 Item in crimine hæreſis.
93 Item cùm proceditur ſola facti veritate inſpecta.
94 Citatio per edictum non conceditur cùm perſona eſt certa.
95 Citare per edictum poteſt princeps.
96 Item & delegati principis.
97 Citationem reſpicere defenſionem.
98 Princeps abſolutè defenſiones auferre non poteſt.
99 Lex naturalis eſt immutabilis iuxta ſuum primum principiũ.
100 Princeps poteſt auferre certum modum citationis & defenſionis.
101 Citationis certum modum ſtatutum dare poteſt.
102 Appellationem auferre poteſt.
103 Citatio per edictum permiſſa eſt in crimine læſæ Maieſtatis.
104 Item & cùm proceditur in cauſa ſola facti veritate inſpecta.
105 Ius naturale quò ad prima principia eſt immutabile.
106 Filius patrem patriæ proditorem iure oocidere poteſt.
107 Spurius à lege non agnitus, nec receptus.
108 Citatio per edictum conceditur cum citandus eſt terribilis.
109 Item cùm rebellis citandus eſt.
110 Item & vagabundus.
111 Item cùm conſtat illam perueniſſe ad notitiam citati.
112 Citatio aliàs nulla ligat cum conſtat veniſſe ad notitiam citati.
113 Contumax dici non poteſt, qui venire non potuit.
114 Impedimentum affectatum non excuſat.
115 Impedimentum ob non tutum acceſſum & inimcitiarum non excuſat eum, qui ſua culpa in illa incidit.
116 Item non excuſat cum potuit remoueri.
117 Impedimentum propriè dicitur quod euitari non poteſt.
118 Impedimentum vt excuſet, de eo fieri debuit proteſtatio.
119 Item cùm probatur quòd eo remoto actus fuiſſet geſtus.
120 Sententiam contra minorem ſine curatore latam eſſe nullam.
121 Curator minoris citari debet cùm contra ipſum minorem proceditur criminaliter & etiam quando ciuiliter.
122 Sententia lata contra minorem curatore carentem eſt nulla, quod infra declaratur.
123 Statuta à iure communi interpretationem recipere.
124 Statutum quòd contumax habeatur pro confeſſo, an locum habeat contra minorem ſine datione curatoris citatum.
125 Fictio non plus operatur in caſu ficto quàm veritas in vero.
126 Statutum quòd contumax habeatur pro confeſſo, iuri communi repugnat.
127 Minorem non cõprehendi ſub ſtatuto generaliter loquente, infrà declaratur.
128 Minorem curatore carentem non haberi pro confeſſo & conuicto ex diſpoſitione ſtatuti infrà declaratur.
129 Curatorem minoris eſſe ſaltem vocandũ antequàm minor fateatur delictum.
130 Curatorem dari minori ad reuocandum ipſius minoris confeſſionem in cauſa criminali.
131 Statutum ſimpliciter loquens, etiam perſonam minoris comprehendit.
132 Statutum deferens lucrum dotis muliere præmortua, etiam minorem comprehendit.
133 Item & ſtatutum cogens affines ad compromittendum.
134 Item & ſtatutum de inſtrumentis regiſtrandis.
135 Legis auxilio non iuuatur, qui in eam committit.
136 Dolo non caret qui legi non obtemperat.
137 Lex & natura nil fruſtrà operantur.
138 Confeſſio minoris facta in tormentis ſine curatore ipſi minori nocet.
139 Minoris confeſſio facta in tormentis nocet ei, etiam ſi curatore careat.
140 Curator cur minori detur.
141 Iudex habet præſumptionem pro ſe, quòd iuſtè agat.
142 Minori, qui iure communi vſus eſt, non ſuccurritur.
143 Minor citari ſolus poteſt, vt legitimè compareat.
144 Minor negligẽs & contumax dici poteſt, vt comprehendatur ſub ſtatuto de contumacibus.
145 Curatoris officium quod in cauſis criminalibus.
146 Bannum loco annotationis bonorum hodie ſucceſſiſſe.
147 Non entis nullæ ſunt qualitates.
148 Minor vbi eſt contumax & eius bona alienantur à iudice, non requiritur curatoris auctoritas.
149 Item cùm eſt contumax ex diſpoſitione ſtatuti.
150 L. Clarum. C. de aucto. præſtan. declaratur.
151 Item quo in caſu procedat.
152 L. ſi curatorem habens. C. de in integrum reſtit. minor. declaratur.
153 Minor habens curatorem ſine eo poteſt compromiſſum facere iuxta ſtatuti diſpoſitionem.
154 Statutum quòd contumax habeatur pro conuicto & confeſſo, non repugnare iuri communi.





155 Cardinalis Zabarelle conſil. 148. declaratur.
156 Statutum iuri cõmuni repugnans ab eo non interpretatur.
157 Confeſſio ficta ob contumaciã plus nocet minori quàm vera, ob id quòd adeſt legis auctoritas.
158 Item quando plus non operatur contra alios.
159 Contumax de iure communi ſæpe habetur pro confeſſo & conuicto.
160 Romanus ſing. vltimo, declaratur.
161 Cap. 2. de delictis puero. intellectus.
162 Statutum quod pater teneatur ſoluere pœnam pro delicto filij, intelligitur, cùm de delicto verè conſtat.
163 Alberici traditio aduerſus communem reiecta.
164 Marſilij opinio expulſa.
165 Curatoris auctoritas in ipſo negotio quando interuenire debeat.
166 Genuam Cameram habere imperialem.
167 Saluoſconductus etiam concedi à principibus inferioribus.
168 Citari ter debet accuſatus antequàm condemnetur.
169 Contumax vt pro confeſſo habeatur ex ſtatuti diſpoſitione ter citari debet.
170 Citatio vna ſola ſufficit in crimine læſæ maieſtatis.
171 Item cùm facta fuit ſub pœna conuicti & confeſſi.
172 Contumaces hodie ex ſtylo declarantur vna ſola citatione facta.
173 Citatorium edictum vbi affigi debet.
174 Rotæ Romanæ deciſio declarata.
175 Citatio affigenda tribus in locis de mandato iudicis ſufficit, quod in duobus affigatur.
176 Citatio hodie affigitur eo in loco, in quo olim album Prætoris.
177 Actus eſt nullus, forma non obſeruata.
178 Citatio ſine expreſſione loci comparendi non ligat.
179 Citatio ſine expreſſione loci valet cùm locus comparendi eſt manifeſtus.
180 Citatus intelligitur citatus ad locum conſuetum.
181 Denuntiatio litis motæ non requiritur cùm conſtat de lite ipſa mota.
182 Citatio ſatis ex ſua data oſtendit locum vbi citatus comparere debet.
183 Citatus ad locum, in quo non datur ei tutus acceſſus, non cogitur comparere.
184 Item nec vbi habet inimicos potentes.
185 Saluumconductum fragilem cautionem præſtare.
186 Citatus comparere non tenetur in loco vbi habet magnos inimicos, ei dato etiam ſaluoconductu. infrà declaratur.
187 Saluusconductus reo criminis læſæ maieſtatis obſeruari non ſolet. infrà declaratur.
188 Hæreticis non obſeruari ſaluos conductus.
189 Obligatio cum hoſte contrahi nulla poteſt.
190 Hoſti data fides etiam iuramento firmata non obſeruatur: ſed infrà declaratur.
191 Saluiconductus hodie à principibus non ſolent obſeruari: ſed contrà paulò infrà.
192 Leonis decimi. Pont. Max. factum contra Paulum Baleonẽ.
193 Senatus Taurinenſis ſaluumconductum datum famoſo latroni non obſeruauit.
194 Hæreticis vocatis in concilio Conſtantienſi obſeruatos non fuiſſe ſaluosconductus eis datos: ſed aliter infra.
195 Citatus cõparere non tenetur in loco vbi habet inimicos: infrà tamen declaratur.
196 Fides publica data obſeruari debet.
197 L. conuentionum. ff. de pactis, declaratur.
198 Bannito fides data ſeruari debet.
199 Citatus excuſatorem mittere bebet cùm ei non datur tutus acceſſus.
200 Item ibidem contraria aliorum opinio declaratur.
201 Locus tutus quis ſit duobus modis intelligitur.
202 Clem paſtoralis. §. nos circa. de re iud. declaratur.
203 Angeli traditio declaratur.
204 Citatus procuratorem mittere debet ad ſe excuſandum, quòd comparere non poſſit ob timorem inimicorum.
205 Abbas in cap ex parte. il 1 nu. 5. de appell. declaratur.
206 Citatus proteſtari debet de loco non tuto, vt excuſetur.
207 Impedimentum tunc excuſat cùm de eo proteſtatur.
208 Citatus ſibi imputare debet ſi non poteſt tutè comparere in loco non tuto ob inimicitias à ſe cauſatas.
209 Saluuſconductus reddit citatum ſecurum.
210 Saluumconductum iudicis violans punitur.
211 Cautio de non offendendo, ſecurum facit citatum ab inimicis.
212 Cautionem de non offendendo violans grauiter punitur.
213 L. qui ita. §. 1. ff. ad S. C. Trebell. declaratur.
214 Mulier reuerti debet ad virum data ei cautione, quòd vir eam non verberabit amplius.
215 Cautio ſufficiens prodeſt.
216 Imola in l. nam quod. §. nõ omnis. ff. ad Trebell. declaratur.
217 Afflictus deciſ. 289. nu. 21. declaratur.
218 Bart. diſputa. prima. interpretatur.
219 Hæreticis datam fidem non eſſe ſeruandam, quomodo procedat, ibi declaratur.
220 Hæreticis non eſſe concedendum, vt in damnata eorum ſecta liberè viuant.
221 D. Thomæ locus explanatus.
222 D. Auguſtini locus declaratus.
223 Saluoſconductus obſeruari conſueuiſſe.
224 Leo decimus Pont. Max. an obſeruauerit fidem ſaluiconductus dati Paulo Baleono, declaratur.
225 Conſtantienſe concilium non violaſſe ſaluumconductum datum hæreticis vocatis.
226 Concilium Conſtantienſe ſeſsione ſexta declaratur.
227 Saluuſcõductus ab inferiori dari nõ poteſt dãnato à maiori.
228 Hæreticos expugnare & punire debet Imperator.
229 Iudici non credi exemplum inſtrumenti & proceſſus fuiſſe authenticum.
230 Iudici aſſerenti veriſimilia credi, & ſi aliàs non credatur.
231 Aſſerenti veriſimilia creditur, etiamſi aliàs non credatur.
232 Aſſertioni credi cùm aliæ coniecturæ concurrunt.
233 Sententia, à qua non fuit appellatum, præſumitur ritè & rectè prolata.
234 Sententia præſumptionem habet pro ſe, etiam quò ad acta probatoria.
235 Sententia lata à iudice non præſumitur ſine probationibus.
236 Sententia antiqua præſumptionem pro ſe habet, etiam contra contumacem.
237 Sententia quando dicatur de antiquo.
238 Iudex an is eſſe poſsit, qui ignarus & illiteratus eſt.
239 L. certi iuris. C. de iudiciis. declaratio & ſenſus.
240 §. 1. in auth. de iudicib. declaratur, & infrà.
241 Matrimonij cauſa criminali æquiparatur.
242 Iudex ſententiam legere & de ſcripto debet recitare.
243 Imperitum & ignarum iudicem eſſe non poſſe.
244 Illiteratus & ignarus quis.
245 Legationis munus non niſi eruditis mandari.
246 Hieremiæ Prophetæ locus expoſitus.
247 Salomonis Prouerb. cap. 26. declaratur.
248 Nouella 82. declaratur.
249 L. certi. iuris. C. de iudiciis. iterum declaratur.
250 L. 1. §. Caſum. ff. de poſtula. declaratio & ſenſus.
251 Cæcum iudicem eſſe poſſe.
252 Cæcus etſi luminibus priuatus, non tamen vnà perdit ſcientiam & prudentiam.
253 Iudices inferiores cur illiterati eſſe non poſsint.
254 Iudex aliàs illiteratus & imperitus idoneus eſt iudex ſi ex certa ſcientia à principe fuit datus.
255 Idem multorum auctoritate probatur.
256 Illiteratus modo prudens ſit iudex eſſe poteſt.
257 Iudices illiterati paſsim in Italia conſtituuntur.
258 Sententiam latam in cauſa matrimoniali ab illiterato indidice valere.
259 Damnari nemo poteſt ſine accuſatore.
260 Iudicium ex tribus perſonis conſiſtere.
261 Accuſatoris loco eſt facti euidentia.
262 Ciceronis locus egregius.
263 Accuſatoris loco eſt iudex inquirens.
264 Inquiſitionem eſſe loco accuſatoris.
265 Accuſatio & inquiſitio interdum cumulantur.

*266 Accuſatore etiam non exiſtente in cauſa atrocis delicti procedi poſſe.*
*267 Accuſatoris loco eſt fama.*
*268 Item procedit & in crimine hæreſi.*
*269 Iudici aſſerenti aliquem eſſe contumacem credi.*
*270 Contumaciam non accuſari cùm per inquiſitionem contra delinquentem proceditur.*
*271 Terminus competens ad comparendum aſsignari debet reo.*
*272 Sententiam poſt terminum latam eſſe nullam.*
*273 Iudex expectare debet vſque in diem ſequentem ad ferendum ſententiam.*
*274 Contumax conqueri non poteſt, quòd iudex ſententiam in diem ſequentem ferre diſtulerit.*
*275 Dilationem probatoriam ab expectatoria differre.*
*276 Dilatio vbi expectatoria eſt, factum in die ſequenti valet.*
*277 Citatus pro vna die & ſucceſsiuè comparere debet omni die vſque ad finem litis.*
*278 Sententia contra abſentem lata, non valet.*
*279 Citatus quomodo in banno ponatur & damnetur.*
*280 Minor damnatus iudicio criminali an debeat reſtitui.*
*281 L. cum & minores. C. ſi aduerſus rem iud. exponitur.*
*282 Minor reſtituitur cùm omittendo deliquit.*
*283 Item cùm delictum fatetur.*
*284 Priuilegiatus contra priuilegiatum non reſtituitur, cùm agit de damno euitando.*
*285 Reſtitutionem dari minori etiam aduerſus ſententiam principis.*
*286 Maiores reſtitui ex generali clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa.*
*287 Minorem non reſtitui aduerſus delictum dolo commiſſum.*
*288 Item etiam ſi mulier ſit.*
*289 Minor vt reſtituatur, plura debent concurrere.*
*290 Minor non reſtituitur aduerſus principis ſententiam, niſi magna ex cauſa.*
*291 Reſtitutio non datur minori elapſo quadriennio.*
*292 Quadriennium datum ad petendum reſtitutionem in integrum quo tempore currere incipiat.*
*293 Reſtitutioni in integrum locus non eſt: cùm res deſiit eſſe integra.*
*294 Minor perſonaliter reſtitutionem in integrum petere debet.*
*295 Reſtitutio in integrum reponit omnia in priſtinum.*
*296 Accuſatus de crimine capitali debet perſonaliter comparere.*
*297 Baldus in l. reos, in fine. C. de accuſa declaratur.*
*298 Procurator ad petendum reſtitutionem in integrum, debere habere ſpeciale mandatum.*
*299 Item & ſpecialiſsimum in cauſa criminali.*
*300 Minor non reſtituitur cùm contraria petit.*
*301 Reſtitutionis iudicium à iudicio nullitatis excluditur.*
*302 Item cùm contractus minoris prætextu læſionis reſcindi poteſt.*
*303 Reſtitutio in integrum ceſſat in contractu inſolutum dationis nullæ.*
*304 Item ceſſat cùm agitur de rei venditione.*
*305 Eccleſiam abſolutè reſtitui contra ſui prælati confeſſionem.*
*306 Angeli doctrina in l. certum. §. in pupillo. ff. de confeſsis, declaratur.*
*307 Reſtitutio ex generali clauſula: ſi qua mihi iuſta cauſa, quando concedatur.*
*308 Minor qui ex reſtitutione ſibi cõceſſa ordinariè reſtitui non poteſt, nec etiam reſtituitur ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa.*

## FACTI SPECIES.

*PRæſuppoſitis his, quæ in facti ſpecie præcedentis reſponſi relata fuerunt, aſſeritur quòd vita functo D. Io. Aloyſio Fliſco, ſuperſtites fuerunt tres eius fratres, nempè domini Hieronymus, Octobonus & Scipio. Duo illi primi Hieronymus ſcilicet & Octobonus deceſſerunt anno 1548. Et, cùm ſolus D. Scipio fuerit ſitq; ſuperſtes, contendit nunc feuda, de quibus ſuperiore reſponſo actum fuit, ad ſe pertinere. Illi obijcitur, quòd vnà cum D. Iulio Cibò eius affine iam anno 1547. contra Cæſarem & Excelſam Rempublicam Genuæ conſpirauerit. De quo quidem crimine vt puniretur, mandauit Carolus Quintus Imperator fælicis recordationis anno 1548. Auguſto menſe, Illuſtriſsimo Gomezio Suarez Oratori ſuo apud ipſam Excelſam Rempub. Genuæ quòd ſeruatis ſeruandis contra dictum D. Scipionem procederet. Qui quidem D. Delegatus in cauſa contra D. Scipionem contumacem proceſsit: atque ita re cognita contra eum ſententiam tulit. qua ſanè ſententia declarauit ipſum D. Scipionem reum criminis læſæ maieſtatis: & ob id eum priuauit omnibus iuribus, feudis & gratiis, quæ ab Imperatoribus iam obtinuerat.*

*Nunc Do. Scipio contendit coram Cæſarea Maieſtate, ſe fuiſſe malè & nulliter condemnatum ab ipſo D. Delegato: & eius ſententiam, quàm multis obiectis nullitatibus impugnat, ei minimè obeſſe, quin valeat conſequi & recuperare prædicta feuda. Prætereà, cùm fuerit ipſe Do. Scipio admiſſus ad probandũ ſuam innocentiã, aſſeritur eam probaſſe.*

*Dubitari itaque de duobus nunc cõtingit. Primò, an ſentẽtia hæc prolata ab Illuſtriſsimo D. Delegato Cæſareo ſuper illo crimine, quod cõmiſsum aſſeritur à Do. Scipione vnà cum Do. Iulio Cibò, ſit nulla, vel valida. Secundò, præſuppoſito, quòd prædicta ſententia ſit valida, vt ſolenniter lata, an ex nouo proceſſu nunc agitato conſtet de innocẽtia ipſius D. Scipionis, quòd ſcilicet nõ fuerit particeps criminis læſæ Maieſtatis perpetrati à dicto D. Iulio Cibò.*

### CONSILIVM C.

# Initium à Domino.

QVÆ nunc diſcutiendæ proponuntur dubitationes, non leues ſunt. Nec minus in tanta rerum varietate dubito, quàm dubitauerim ſuperiore reſponſo. Enitar tamen pro viribus de mandato muneri, quod graue admodum eſſe ſentio, ſatiſfacere. Quò ergo duæ hæ propoſitæ iuris dubitationes facilius diſſoluantur, priùs dicendum eſt, ſatis ſupérque fundatam eſſe intentionem excelſæ Reipub. Genuenſis, quæ ſententiam habet pro ſe ab Illuſtriſſimo D. Gomezio Suarez Cęſareo delegato, prolatam contra D. Scipionem, declaratum reum criminis læſæ Maieſtatis,
1 & iure ſuo feudorum priuatum. Quæ ſanè † ſententia
præſumptionem primò habet, quòd rectè & iuſtè prolata fuerit. l. Herennius. §. Caia. ff. de euictioni. Roma. conſil. 479. num. 2. Iaſon in l. 1. §. ſi quis procurator. nu. 13. ff. ſi quis iuſd. non obtempe. in l. non ſolùm. §. morte. nu. 29 ff. de operis noui nunt. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 4. ff. de verbo. oblig. ſi quidem præ-
2 ſumptio iuris eſt, ꝙ iudex, qui aliàs † vir bonus in l. vir bonus.



ff. iudicatum ſolui. appellatur, nihil niſi quod iuri & æquitati conuenit, agat. l. 2. C. de officio ciuil. iud. & ſcribunt Soc. Sen. conſ. 115. col. 2. lib. 1. & in tract. fallen. regul. 362. in verbo ſententia. & fuſius Alciatus in tract. de præſump. reg. 3. præſump. 9. Quocircà in ſpecie noſtra ſcriptum reliquit Alber. de Roſate in tract. ſtatut. parte
3 quarta. q. 29. verſic. item cùm ille, † bannitum à iudice
4 præſumi rectè bannitum. Habet etiam ſecundò † ſententia pręſumptionem pro ſe quò ad ſolennitatem proceſſus, quòd ſcilicet ritè & ſolenniter cauſa, vt iuri conuenit pro iudicis qualitate tractata, agitatáque fuerit: ſicuti ſcribit Dec. in ca. quoniam contra. num. 33. de probat. cùm ait aduerſus Abbatem, quod ante interpoſitam appellationem à ſentẽtia præſumitur, etiam quò ad proceſſum. Et nu. 34. ſubiungit, quòd ſine controuerſia prę-
5 ſumitur † ritè & ſolenniter lata ſententia, cùm ab ea appellatum non fuit: quemadmodum euenit in caſu noſtro. idem ſcribunt Alex. in l. ſciendum. nu. 21. ff. de verb. oblig. Crauet. in tract. De antiq. temp. in ſecunda parte principali. nu. 2. qui permultos huius opinionis recenſet. Quibus addo Barba. conſil. 44. col. vlt. lib. 1. & Alciatum in tract. de prę́ſumpt. reg. 3. pręſump. 9. nu. 7. Et hæc pręſumptio non ſolùm habet locũ in ſententia prolata à iu-
6 dice † ordinario, ſed & à delegato: cùm quò ad hæc nulla ſit inter eos doctrinã. Eſt enim delegatus verè & propriè iudex, vt eſt ordinarius, vt ſcribunt omnes in l. 1. §. qui
7 mandatam. ff. de offi. eius: & ibi Doctores. Et † delegati perſona eſt æquè approbata à lege viua, vt ordinarius à lege mortua. Nec hic repugnat quod ſcribunt Innoc. in c. cùm in iure peritus, de offi. delega. Bart. in l. 2. in 2. lectura. nu. 26. ff. ſi quis in ius vocat. non ierit. & Soc. in tract. fallent. reg. 362. in verbo, Sententia. fallen. 2. dum
8 ſcribunt, non præſumi pro † ſententia delegati, quia illi loquuntur ſolùm quando adhuc non conſtat de eius delegatione. Nam delegatus non habet fundatam iuriſdictionẽ, niſi exhibito delegationis mãdato, quod nõ præ-
9 ſumitur, vt relati Doctores ſcribunt. Et ideò † Baldus in d. cap. cùm in iure peritus. col. 2. verſi. dubitatur vtrum, ſcribit in hæc verba: Dubitatur vtrum pro his, quæ fiunt in iudicio præſumatur. Et dicendum eſt, quod aut loquimur in his, quæ ſunt fundamenti: & tunc, aut in iuriſdictione delegata, & non creditur: aut in ordinaria, & credi-
10 tur. Hæc Baldus. Oſtendit apertè Baldus † pro delegato non præſumi quo ad fundamẽtum ſuæ iuriſdictionis quemadmodum & Doctores omnes ſcribunt in l. vnica. C. de mand. pri. Guido Pap. q. 322. Non creditur, Alex. conſ. 6. col. 2. lib. 4. Decius conſ. 214. col. 2. & Craue. cõſ. 319. in fi. Quando ergo exhibito mandato delegationis, eſt delegati iuriſdictio & poteſtas conſtabilita, ita pro eius ſentẽtia & actis præſumitur, vt pręſumitur pro actis & ſententia ordinarij. Ita quoque videmus, quòd licèt
11 non pręſumatur † pro arbitris, vt poteſtatem habeãt, niſi de compromiſſo conſtet. l. non diſtinguemus. §. officio. ff. de arbitris. attamen conſtito de compromiſſo pro eorum laudo præſumitur. ſicuti ſcribunt Alciatus in tract. pręſump. reg. 3. pręſump. 12. Socin. Sen. in auth. ſi quis in aliquo in 14 C. de eden & Pariſ. conſil. 89. nume. 8. lib. 2. & conſil. 24. num. 153. lib. 2.

Nec dubitationem hic mouet, quòd hæc pręſumptio, quæ eſt pro ſolennitate proceſſus & enuntiatis in ſententia locum non habeat, quando proceſſum fuit contra
12 fictum † contumacem, ſicuti ſcribũt Aret. conſ. 62. col. 2. Corn. conſil. 278. nu. 7. lib. 4. & Geminia conſil. 5[illegible]. col. 3. quos ſecutus eſt Craue. in tract. de antiq. tempo. ſecunda parte principali. num. 3. Et quod D. Scipio fuerit fictè &
13 non verè contumax, vel ex eo conſtare videtur, ꝙ † contumax is verus dicitur, qui vocatus fuit perſonaliter, & negauit venire ad iudicium: vti declarant Bart. in l. vlt. nume. 11. 12. ff. de in integr. reſtit. & Gramma. conſil. 45. nume. 26. Id quod non eueniſſe dicitur in D. Scipione, qui nunquam perſonaliter vocatus fuit. Non inquam mouet hoc dubitationem: ſiquidem reſpondetur aduerſus Aretinum & relatos ſenſiſſe Felinum in cap. quoniam contra. numero 31. in fine. de probat. poſt Imolam ibi. idem probant Alex. conſil. 25. columna prima, libro 6. & Natta conſilio 540. numero 17. libro tertio. Verùm quia Felinus non loquitur propriè de ficto contumace, ſed de eo, qui eſt fictus apparenter, & verus exiſtenter; cum loquatur de eo, qui etſi abſens fuerit tempore latæ ſententiæ, attamen deinde ſciuit eam latam, & non appellauit.

14 Qui quidẽ dicitur verus contumax exiſtenter: † quemadmodum declarat Bartolus in dicta l. vltima, columna vltima. verſic. quidam eſt fictus contumax. ff. de in integr. reſtit. ob id conciliari poteſt opinio Felini cum illa Aretini & ſequacium, vt ſcilicet loquatur Aret. de ficto contumace apparenter & exiſtenter: Felinus verò de ficto contumace apparenter tantùm. Qui quidem contumax fictus apparenter tantùm, ſi non appellauit à lata contra ſe ſententia, eam approbaſſe dicitur. Quòd autem Do. Scipio ſciuerit latam contra ſe ſententiam, atque ita exiſtenter fuerit verus contumax, vel ex eo apparet, quòd Genuæ habebat affines & procuratores, à quibus præſumitur monitus. ſufficit nanq; quòd quouis modo ſciuerit ſe citatum, & latam ſententiam, vt dici poſsit verus contumax: ita Bartol. in l. ex conſenſu. §. vlt. verſic. quodcunque ergo ff. de appellat. Et ſaltem negari non poteſt, quin tempore pacis initę inter Chriſtianiſsimum Galliarum Regem & Catholicum Regem Hiſpaniarum ipſe D. Scipio nouerit ſententiam contra ſe latam, cùm curauerit efficere, vt in ipſis capitulis pacis contineretur. Et aliis multis coniecturis conſtat, D. Scipionem iam ante annum 1561. quo tempore litem tractare cœpit, ſciuiſſe latam fuiſſe hanc ſententiam, atta-
15 men nunquam † appellauit, vel contradixit: ita quòd dicitur illam approbaſſe & confirmaſſe, ac ſi præſens & tacens fuiſſet eo tempore quo fuit prolata. Quod ſenſit & Craue. d. tract. de antiq. tempo. ſecunda parte principali. nume. 3. Et ideò concludendum eſt, præſumi pro hac ſententia, etiam ſi lata fuerit cõtra abſentem & contumacem: ex quo in iudicatum elapſa eſt: ſicuti decidit Gramma. deciſ. 24. ad finem. Pręterea reſponderi poteſt, vt dicam infrà ad vigeſimam tertiam nullitatem, in tertia reſponſione.

Comprobatur hæc præſumptio dicta & exorta à lata ſententia & re iudicata, ex confirmatione Cæſareæ Maieſtatis. Nam Carolus V. re cognita, nempe viſo proceſſu & lata ſententia, eam ex certa ſcientia & de plenitudine poteſtatis confirmauit. Et magna eſt pro prin-
16 cipe † pręſumptio, quòd ſcilicet iuſtè & ſanctè agat quod agit. ita glo. l. relegati in fin. C. de pœnis. cap. cùm à nobis, vbi Docto. de teſtibus & clem. vnica, de probat. & ſcribit Alciatus in tract. præſump. reg. tertia, præſump. 8. quo loci. nume. 8. verſic. conſidera tamen,
17 ait, quòd † pręſumitur ex cauſa iuſta principem motum fuiſſe ad concedendum, vel ad priuandum feudo ſuum vaſallum, cùm cauſam allegat: quemadmodum euenit in caſu noſtro. Idem ſenſit Socinus Senior conſilio 87. numero decimo ſeptimo, libro tertio. qui expreſsim in his terminis loquitur. Verùm aduerſantur huic traditioni & doctrinæ duę difficultates. Prima eſt, quòd huic aſſertioni Cęſaris non videtur credendum, cùm aſſeruerit D. Scipionem iuſtè & rite fuiſſe à dicto Go-
18 mezio condemnatum: cùm tamen principi † aſſerenti aliquid de facto alieno non credatur: quemadmodum ſcribunt Doctores in clemen. 1. probat. Calder. & Butrius in cap. poſt ceſsionem, de probatio. Et egregiè ſcribit Aretinus in cap. cùm à nobis. numero 12. verſic. ſed pro illa opinione, de teſtibus.

19 Ea ratione non credi † aſſertioni principis de non geſtis coram ſe, quia ſi ſtaretur aſſertioni principis de non geſtis coram eo, hoc non poſſet eſſe, niſi quia princeps ab alio fidem & probationem ab alio recepiſſet; ſed iſta fides non videtur eſſe ſufficiens ad proban-

dum aliquid geſtum in præiudicium partis, quoniam
20 probatio † in præiudicium partis non poteſt recipi par-
te non citata. cap.2. de teſtib. quam defenſionem prin-
ceps tollere non poteſt. Clem. Paſtoralis, de re iud. ergo
eius aſſertioni non eſt ſtandum. Hoc idem ſenſit ipſemet
Aret. conſil.23. nume.9. verſi. aliquando Papa. & clarius
conſil.163. col.3. verſic. ſecunda ratio eſt. quo loci candē-
met rationem conſiderat, quam retulit in d.c. cùm à no-
bis. Et ibidem. d. conſ. 163. col.2. verſ. iſta concluſio a-
21 liam rationem adfert, nempè, quod ſi † crederetur huic
aſſertioni principis, duo ſpecialia ſimul concurrerent.
Primum, quia vni ſoli fides adhiberetur. Alterum, quod
ei crederetur de his, quæ ab altero audiuit. contra cap.
licet ex quadam, de teſtibus cum ſimilibus. Idem quod
Aretinus affirmarunt Calder. conſi.2. in fine. tit. de priui-
leg. Alex. conſi.112. col.1. verſi. accedit ad confirmatio-
nem. lib. 7. Corn. conſi. 22. col.3. lib. 3. Iaſon conſi. 34.
col. pen. verſ. non quoque obſtat. & cōſi. 72. lib.1. Dec.
conſi.198. col. vlt. conſi.602. col.3. & in terminis his cla-
ris idem conſi.606. col. pen.

Reſpondeo primò huic difficultati in ſpecie ex ſenten
tia Soc. Sen. conſi. 87. nu.17. verſic. ſed tamen prędictis
non obſtantibus, quod tunc demum non creditur prin-
cipi aliquid aſſerenti de facto alieno, cùm illud ſimpli-
22 citer narrat. At ſecus quando atteſtatur † ita ſibi fuiſſe à
fide dignis relatum. Vel quando illa à ſe narrata ſunt
notoria. Nam de notorio potuit informari etiam parte
non citata, ſicuti multis probat ipſe Soc. d. con.87 nu.18.
verſic. confirmatur. quem ſecutus eſt in ſpecie Gram.
23 deciſ.65. nu.58.60. Et quod credatur † principi aſſerenti
ſe eſſe de re aliqua informatum, affirmant Angel. conſi.
378. Sereniſſimus. nu.2. Imola in clem.1. col. vlt. de pro-
bat. Idem Socinus Sen. conſil.266. nu.17. verſi. confirma
tur. lib.2. Corn. conſi.312. nu.15. li.1. & Craue. tract. de
24 antiq. tempo. parte ptima. nu. 11. Quocirca † principi
aſſerenti aliquid motu proprio fides adhibetur, etiamſi
agatur de facto alieno cum id aſſerere videatur tanquā
informatus: ita Alex. conſi.112. num. 1. & nu.4. lib.7. Soc.
Sen. d. conſi. 266. nu. 27. verſi. Et ad primum. lib.2. &
Craue. loco ſupra citato. nu. 10. qui eiuſdem opinionis
recenſet Rebuffum. Quamquam Are. conſi. 23. col.3. diſ
ſentiat. Et idem eſt, cum princeps aliquid aſſerit ex cer-
ta ſcientia, vti annotauit Soc. Sen. d. conſi.266. nu.27. in
fine. cùm ergo Carolus. V. in caſu noſtro aſſeruit ex
motu proprio & ex certa ſcientia, ſe eſſe informatum ex
relatione ſui delegati & ex aliis. D. Scipionem vnà cum
D. Iulio Cibo aduerſus maieſtatem ſuam conſpiraſſe: ſe-
quitur dicendum, illi eſſe adhibendam fidem.

Reſpondeo ſecundò, admiſſo quod plena fides huic
25 † aſſertioni adhibenda non ſit, negari tamē poteſt, quin
pręſumptionem faciat: ita Ange. d. conſil. 368. col.1.
Caſtr. conſi. 419. In facto prę́ſenti. col. 1. & conſi. 437.
In quęſtione, quæ vertitur inter Rectorem. in fin. lib.1.
Roma. conſi.369. nu. 38. alios recenſet Craue. in d. tract.
De antiq. tempo. parte prima. nu.14. idem conſ. 135. nu.
42. Hæc ergo prę́ſumptio reiicit onus probandi in D.
Scipionem, vt ipſe neceſſe habeat probare ſuam inno-
centiam, qua apertè & clarè non probata, recedendum
non erit ab hac ſententia in eum à D. Delegato prolata,
& à Gæſare confirmata.

26 Secunda excitari poſſet difficultas, quod † principis
aſſertioni credendum non ſit, quando aſſerit aliquid ſu-
per facto, quod ſuę poteſtatis liberę non eſt: ſicuti cùm
agitur de priuādo vaſallum feudo ſuo, vt in caſu noſtro:
ita ſcribunt Baldus conſi. 326. Rex Romanorum, in fine.
lib.1. Abbas conſil.3. colum. penul. quæſt. 27. lib.2. Socin.
Sen. conſil. 273. colum. pen. libro 2. Decius in terminis
conſil. 606. colum. 3. & alios plures recenſet Craue.
tract. de antiq. tempo. parte prima. num.18. & num.26.
hanc opinionem probat. Quibus addo Ruinum conſil.
41. columna prima, lib. 1. & Pariſium. conſilio primo.
num.50. lib.1.

Reſpondeo primò, relatam Doctorum opinionem
eſſe valde dubiam quia permulti alij contrarium eſſe ve
rius ſcripſerūt: quòd ſcilicèt credatur aſſertioni principis
etiam de his, quæ ipſe liberè diſponere non poteſt: vt
puta, ſi aſſerit princeps (ſicuti in caſu noſtro euenit) Va-
ſallum iuſtis de cauſis fuiſſe à ſe feudo priuatum. Ita affir
marunt Baldus in conſi.328. Quæritur ſi Rex. col. pen.
verſi. porrò in principe. lib.1. qui reſpondit, credendum
eſſe Cæſari aſſerenti, vaſallum fuiſſe ingratum: & ob id à
ſe feudo priuatum. idem in ſpecie reſpondit Soc. Sen. con
ſil.87. nu.18. lib.3. idem reſpondit de principe inferiore à
Cæſare, nempe de Duce Sabaudiæ, vt ſcilicèt illius aſſer
tioni credatur. Soc. Sen. conſi.4. col.3. lib. 3. & cum eo in
eadem facti ſpecie reſpondit Iaſon conſi. 227. col.8. li.2.
& idem conſi.236. col.2. eod. li. 2. Alex. conſi.203. nu. 11.
lib.6. Roma. conſil.369. nu.38. Et hos recenſet Craue. d.
tract. de antiq. tempo. parte prima. nu.23.24.25. & nu.26.
Quibus addo Baldum conſ.327. Pridie conſului. col. pe.
verſi. item omnes Reges. lib.1. cùm ait, ꝙ omnes Reges
mundi hoc iure vtuntur, vt ſuis in regnis ponant & de-
ponant Duces, Comites, cæteroſque vaſallos. Et quod
27 vbi exprimunt cauſam, † eis adeò creditur, vt contra-
rium probari nō poſſit. Baldum ſecutus eſt Gramm. de-
ciſ.65. num.63. qui in ſpecie loquitur. Idem ſcribit Iaco-
binus à S. Georgio, in inueſtitura feudali, in verbo, Et
dicti vaſalli pro dictis rebus. nu.37.

Reſpondeo ſecundò, nos hîc ſolùm contendere & diſ
putare, an præſumatur huius latæ ſententiæ confirmatio
iuſtè & rectè à Carolo V. facta: & dicimus præſumi. cu-
ius rei declarandæ gratia diſtinguendi ſunt duo caſus.
28 Primus eſt, cùm dubitatur an aſſertioni † principis de
his quæ non ſunt ſuæ liberæ poteſtatis plenè & perfe-
ctè credatur. vt puta, aſſerit princeps vaſallum ingrati-
tudinem cōmiſiſſe, & ob id à ſe feudo priuatum eſſe: an
huic aſſertioni ita credendum ſit, vt non poſſit vaſallus
probare contrarium. Quo in caſu (vt iam retuli) Baldus
& alij nonnulli ſcripſerunt, plenam fidem adhiberi, &
ob id contrarium probari non poſſe. Permulti verò con
tra. Ego facilè crederem, poſſe contrarium probari: cùm
hoc magis iuri & æquitati conſentaneū ſit. Verùm, quia
hic non eſt caſus de quo contendimus, non multum im-
moror. Secundus eſt caſus quando ambigitur, an præſu
19 matur vera † principis aſſertio, qua aſſeruit vaſallum fuiſ
ſe ingratum: & iuſtis de cauſis eum priuaſſe feudo. Et di-
cendum eſt præſumi: & huic præſumptioni eſt ſtandum
donec contrarium à vaſallo probatum fuerit. Ita rectè
ſcripſerunt Socinus Sen. conſi.4. nu.13. & conſil.87. num.
19. lib 3. Iaſ. conſil.227. col.7. verſi. decimò ad idem. & cō-
ſil.236. col.2. verſi. confirmatur. lib.2. Romanus cōſil.369.
nu.38. Gram. deciſ.65. nu.60. & Craue. conſi. 135. nu. 42.
quo loci eiuſdem ſententiæ recenſet Decium, Curtium
Iuniorem, & alios plures. Ita ergo in caſu noſtro eſt
ſtandum huic præſumptioni exortæ à principis aſſertio-
ne, quòd ſcilicèt ritè & rectè prolata fuerit ſententia
contra D. Scipionem, donec ab eo contrarium pro-
betur.

Nec hîc repugnat quod ab hac vera ſententia diſſen-
tire videantur multi ex noſtris relati à Craue. tract. de an
tiq. temp. parte prima. nu.32. qui affirmarunt, magis rece
ptam eſſe opinionem, quod cauſa † non prę́ſumitur in
principe, in his, de quibus ad libitum diſponere non po-
teſt. Non inquam hoc repugnat. primò, quia Doctores
à Crauetta citati ferè omnes loquuntur, cùm cauſa iuſta
à principe non fuit narrata & expreſſa: quo in caſu nos
non loquimur. Et in ſpecie hanc diſtinctionem facit Al-
ciatus tract. prę́ſumpt. reg. tertia, præſump.8. num. 8. Se-
cundò, quia relati illi Doctores hoc conſtanter non aſſe
31 uerant. Si quidem † Baldus conſi. 326. Rex Romanorū,
in fine lib.1. ſimpliciter ait, in principe nō prę́ſumi cau-
ſam cùm aufert ius alicui quæſitum ex contractu. Atque
ita loquitur Baldus, quando cauſa à principe non allega
tur. Abbas verò in conſilio tertio. columna penultima.





q.27. libro 2. ſcribit, non præſumi iuſtam cauſam in prin
cipe qui vult venire contra contractum à ſe celebratum,
procedit hæc doctrina, cùm cauſa à principe non alle-
gatur, nec conſiderari aliqua poteſt: at ſecus cùm narra-
tur, & aliqua certò quodammodo apparet. Ita etiam lo-
quitur Iaſon in l. quominus. nu.6.7. ff. de Flum. in l. ſi te-
ſtamentum. primo notab. C. de teſta. conſi.105. colum.
pen. lib.1. & clarius ita reſpondit ipſe Iaſon conſ. 233. in
fine. lib. 2. cùm ait principem præſumi moueri ex iuſta
cauſa cùm aliqua imaginari poteſt, vt verè euenit in
caſu noſtro. Ita etiam declarandi ſunt Soc. Sen. conſi.
272. colu. penul. lib.2. Curtius Sen. conſilio 50. col.71. &
col.72. & cæteri, quos recenſet Crauetta in d. tractat. de
antiq. temporum. parte prima. num.32. quemadmodum
declarat ipſemet Craue. conſi.135. nu.41. ibi, imò illa ex-
primi debet, & iuſta. & nume.42. ſubiungit, ſimplicem
principis aſſertionem facere præſumptionem, cui ſtan-
dum eſſe ait, donec contrarium probetur.

Præterea, (admiſſo quòd iam relata opinio recepta
magis ſit) ſi rectè ratio præcipua, qua illa fulcitur, conſi-
deretur, ad rem noſtram non ſpectat. Aiunt iſti, ob id
non præſumi iuſtam & veram eſſe hanc cauſam, quòd ſi
crederetur principi, eo modo ius vaſalli tolleretur, quod
ei auferre liberè princeps non poteſt. Hæc ratio multum
non vrget in ſpecie hac, quia etiamſi vera præſumatur
cauſa à Principe narrata, non tamen aufertur (vt iam di-
ximus) facultus vaſallo probandi contrarium. Nec præ-
ſumptio hæc tam efficax eſt, quin dilui facilè poſſit.

Reſpondeo tertiò, Carolum Quintum non eo ſolo
confirmaſſe ſententiam, quòd ita ipſe ſimpliciter aſſe-
ruerit Dom. Scipionem læſæ Maieſtatis crimen commi-
ſiſſe: ſed ex eo quòd ex actis coram Domino Gomezio
32 delegato geſtis † apertè cognouit Dom. Scipionis deli-
ctum. quo caſu fides adhibenda eſt aſſertioni ipſius Ca-
roli Quinti, ſicuti ſuprà dictū fuit. Et ſcribit Pariſ. conſi.
15. num. 20. lib. 4. clarius idem cenſuit Gramma. deciſ.
65. nu.58. poſt Soci. Sen. conſi.78. nu.18. verſi. confirma-
tur ex quo. lib.3. cùm dixerunt, quòd ſi princeps aſſerit
ita eſſe notorium creditur, quia potuit de hoc notorio
ſe informare, cùm ergo acta notorium faciant. illique æ-
quiparentur: ſequitur dicendum, credi Cæſari aſſerenti
ex actis conſtare D. Scipionem læſæ Maieſtatis reum ex-
titiſſe. Qua de re infrà ſuis locis nonnulla dicemus.

Conſtabilita itaque beneque confirmata hac lata ſen
tentia, ſupereſt ſolùm, vt diluamus obiectas nullitatum
exceptiones: quas quidem ex ordine recenſebo atque
confutabo.

Prima eſt, quæ obijcitur nullitatis exceptio, reſcriptū
delegationis impetratum à Cæſare non fuiſſe D. Dele-
gato præſentatum intra annum, & ob id effectum eſſe
nullum, iuxta capitulum ſi autem, & capitulū plerūque,
de reſcript. Fuit enim conceſſum reſcriptum anno 1548.
die 11. Auguſti & præſentatum anno 1550. die 14. Martij.

Reſpondeo primò huic obiectioni ex declaratione
Baldi, quem refert Felinus in d. cap. ſi autem. nu.1. de re-
33 ſcrip. † ius pontificium in hoc à iure Cæſareo differre.
Nam iure ciuili ſunt perpetua hæc reſcripta. l. falsò. C. ſi
contra ius vel vtil. public. Iure verò canonico ſunt anna
lia. dicto capit. plerumque, & dicto cap. ſi autem. Cùm
ergo hîc ſimus in foro Cæſaris, ſequitur dicendum hoc
reſcriptum perpetuum fuiſſe. Verùm quia hæc Baldi do
ctrina à Felino non recipitur, & difficilè eſt inter ius
Pontificium & Cæſareum differentiam conſtituere, ob
id aliter reſpondeo.

4[illegible] Reſpondeo itaque ſecundò, † reſcripta ad lites eſſe ſui
natura perennia. dicta l. falsò. Verùm ne ius aduerſarij
contra quem reſcriptum fuit impetratum, lædatur, quin
& ipſe poſſit de ſuo iure experiri, & reſcriptum à princi-
pe impetrare, factum eſt, vt qui primum reſcriptum ob
tinuit, illo vti debeat intra annum. quod ſi non facit, ad-
uerſarius poteſt impetrare ſecundum reſcriptum, nulla
facta mentione primi. ita conſtitutum eſt in dicto cap.
plerumque. & dicto capit. ſi autē ſicuti cōſtitutiones has
noſtri interpretantur. ita enim ibidem Abbas & Felinus.
Et idem Felinus in cap. Cæterùm, nu.9. verſi. vlt. reſtri-
ctio, de reſcrip. quos ſecutus ſum lib.2. de arbitrarijs iu-
dicum, caſu 202. nu. 76. quo loci ex Rebuffi traditioni-
bus duos ſenſus verborum dictæ legis, falsò recenſui. Et
caſu 204. poſt Iaſonem & Vantium ſcripſi, hæc reſcripta
iuſtitiæ eſſe perpetua, ſi poſt annum aliud contrarium
reſcriptum ab aduerſario impetratum non fuit. cùm er-
go poſt annum Domin. Scipio nullum contra hoc re-
ſcriptum impetrauerit, ſequitur dicēdum, hoc anno ela-
pſo extinctum non fuiſſe.

35 Reſpondeo tertiò, † reſcriptum ad lites elapſo anno
perire, cùm impetrans vel dolo, vel negligentia eo
vſus non eſt. ita clarè probant d. c. ſi autem, & d. capit.
plerumque. & illis in locis omnes ſcribunt, illum qui aſ-
ſerit impetrantem dolo vſum non fuiſſe, probare id de-
bere. & clarè hoc affirmauit Felinus in dicto capitulo, ſi
36 autem. num.1. Et ratio eſt manifeſta, quia † dolus non
præſumitur. l. quoties. §. qui dolo. ff. de proba. & l. do-
lum. C. de dolo. Negligentia verò, quæ (vt ait poſt alios
in d. cap. ſi autem. nu.3.) eo ipſo probatur, quòd lapſus eſt
annus, nulla hîc adfuit, cùm negligentia in ipſo Cæſare
ſcribente, & quo inſtante cauſa agitata fuit, non potue-
rit conſiderari. Ei enim licuit & citò & ſerò reſcriptum
mittere, & delegatum conſtituere. Et relata iura, quæ
negligentiam conſiderant, non in principe reſcribente,
ſed in impetrante reſcriptum conſiderant. Nam ex parte
principis dolus nō cōſideratur, cùm multa extiterūt im-
pedimenta, quibus prę́ſentatio facta non fuit. Et impedi-
mēta negligentiā excuſare ſcribit prę́citato loco Felinus.

Secunda nullitas eſt, quæ obijcitur, quòd non conſti-
terit de mādato Hieronymi de Villa, procuratoris Prin-
cipis Aurij: cùm non fuerit in iudicio exhibitum. Quo
fit vt omnia per eum geſta nulla ſint, vtpotè geſta ab
eo, qui nullam habebat poteſtatem nec legitimam per-
ſonam ſtandi in iudicio. Reſpondeo primò, hoc noſtro
37 in caſu fuiſſe proceſſum † per iudicis inquiſitionem ipſi-
us Delegati, ita mandante Cæſare. Quo ſit vt neceſse mi
nimè ſit mandatum procuratoris, qui in cauſa cōtra in-
quiſitum interuenit. Ita ſcribunt Bar. in extrauaganti ad
reprimendum. in verb. Inquiſitionem, verſi. ſed an inqui
ſitionis. & Gigas in tractat. de crimine læſæ Maieſta. tit.
Quomodo procedatur in crimine læſæ Maieſta. q. 8. nu.
4. cùm dicunt, iudicem ipſum eſſe loco accuſatoris: ergo
ſi non requiritur accuſator, minus eius procurator.

Reſpondeo ſecundò, admiſſo fuiſſe neceſſarium man-
datum, ſatis ſuperque fuiſſe, que de eo ex poſt conſtite-
rit, præſertim ante latam ſententiam (vt in facto prę́ſup-
38 ponitur) nam mandatum † ex poſt exhibitum, iam ge-
ſta comprobat. ita, ex Rotæ Romanæ ſententia, docuit
Felinus in cap. ſciſcitatus. num.15. verſi. addo tamen in
materia. de reſcrip. quem ſecutus eſt Vantius in tract. de
nullitate. tit. de nullitate ex defectu mandati comparen.
num.116. Quæ ſanè ſententia ſine controuerſia proce-
39 dit, † cùm pars non oppoſuit, petendo mandati copiam
ſibi decerni. ita reſpondit Alex. conſi.78. num.11. 12. lib.
5. cùm clarè dixit, quòd omnia geſta à procuratore, qui
mandatum non exhibuit, valent, ſi deinde opponente
parte, mandatum ipſum exhibeatur. Nam ſi non exhi-
beretur cùm pars opponit & petit, poſſet iudex, par-
te inſtante, declinare iam geſta eſſe nulla. Et Alexandrū
ſecutus eſt Vantius loco iam citato. nu.117. qui & illud
ſubiungit ex eodem Alex. conſil. 146. in fine. lib. 5. man-
40 datum † exhiberi quandocunque poſſe, parte non oppo
nente. Et illam exhibitionem ex poſt factam iam geſta
confirmare: quemadmodum & in beneficialibus valere
geſta à procuratore † nondum certificato de mandato
ſcribunt Boer. q.274. num.2. Neuiz. conſi.35. num.18. &
Quintilia. Mandoſius in commētarijs ad regulam Can-
cellarię. 31. q.1. num. 6. & Vantius loco iam citato. nu.
119. poſt alios plures ab eis relatos.

42 Reſpondeo tertiò & vltimò quòd in mandato † adeſt
clauſula ratihabitionis eorum, quæ iam geſta fuerunt.
Quo fit vt illa ita confirmata & corroborata fuerint, vt
nulla amplius nullitatis exceptione elidi atque infringi
poſſint.ita tradunt Baldus in l.2.ff.de procura. Geminia
& Francus in cap.is qui.de procura.in 6.Alexan.d.cõſi.
146.num.33.lib.5.Neuiz.d.conſi.35. num.19. qui alios re-
cenſet.Idem ſcribit Vantius in d.tract.nullitatum.tit. de
nullitate ſente.defectu.manda.comparen.nu.120.

Tertia nullitas eſt quæ obiicitur, quòd non conſtet
de commiſſione facta notario de examinandis teſtibus
ad informandum curiam: quæ ſanè commiſſio iure or-
dinario requiritur, cùm regulariter non poſſit notarius,
vel alter præter iudicem examinare teſtes in cauſa cri-
43 minali.Quinimò iure communi ſtatutum eſt, † iudicem
ipſum debere examinare: quemadmodum regulam con-
ſtituit Baldus in cap.ſi qui teſtium, de teſtibus.& cum eo
Felinus in cap.cùm cauſam.num.29.de teſtibus, quos ſe-
cutus ſum in tract. de recuperanda poſſeſſione remedio
15.q.26.nu.344.Qua quidem ex regula recedimus, cùm
iudex expreſsè notario hanc facultatem cõcedit: quem-
admodum ſcripſi dicta quæſt.26.num.350. quo loci ſcri-
pſi ita in regione Pedemontium obſeruari. Et eo loci
retuli Didacum Couarruuiam lib.2.varia.reſol. capit.13.
num.10. atteſtantem ita etiam de conſuetudine apud
Hiſpanos obſeruari.Et apud Mediolanenſes idem ſerua-
ri ſcribit Iulius Clarus lib.5.ſenten.§.fina.q.29.verſic.ſed
quæro.Et quamquam ſcripſerim.dicta quæſtione 26.nu
mero 352.ex cauſa commiſſionem hãc fieri oportere. ni-
44 hilominus eo loci ſcripſi, non credi aſſertioni † iudi-
cis, ſe ex cauſa id egiſſe. Eſt ergo hæc vera ſententia, iu-
dicem poſſe quidem committere hanc facultatem exa-
minandi teſtes: ſed de commiſſione ipſa conſtare debet,
de qua quidem non conſtare hîc obiicitur.

Reſpondeo primò, hic non agi de examinatione te-
ſtium ad veram & ſolidam probationem, quo caſu iam
relata procedunt ſed loquimur de teſtibus recipiendis
45 ad ſolam informationem curiæ. Quæ ſanè † examinatio
ex ſtylo & conſuetudine curiarum fieri conſueuit à no-
tariis maleficiorum abſque iudicis mãdato & commiſ-
ſione. quemadmodum atteſtatur Iulius Clarus in dicto
§.finali. quæſtione 26. in primis verbis. Et in æquitate
fundata videtur hæc conſuetudo: quandoquidem ex ea
46 teſtium † examinatione ita ſummatim facta nullum
præiudicium fit parti, cùm in forma iudicii ſunt teſtes
repetendi, & illi examinationi ſecundæ ſtandum.vt ſcri-
bunt Baldus in l.ſi id quod.§.ſi tibi.ff.de condi.ob turpẽ
cauſam. Salicetus in l. vltim. C.de queſt.Angelus Aret.
in tractat.maleficio.in verbo, fama publica, numero ſe-
cundo, quos ſecutus eſt Curtius Senior conſilio 61. ſu-
per eo articulo.in fine additionis, & reſpondit Rolan.
conſilio 12.numero 36.libro 3. Et ideò facilè conceditur
hæc examinatio notariis, & deinde repetitio ipſi iudici
47 reſeruatur. Quam ſanè † repetitionem ex cauſa poteſt
iudex adhuc notario (vt dixi ſuprà) committere. ſi er-
go in caſu noſtro agitur ſolùm de ea examinatione te-
ſtium ad informandum curiam res eſt clara: ſi de exa-
minatione plena & perfecta ac ſolenni, aliter reſpon-
detur.

Reſpondeo itaque ſecundò, de commiſſione à Do.
Delegato facta ſatis conſtare ex ipſiuſmet notarii
aſſertione. Cui quidem aſſertioni hoc in caſu ex mul-
tis fides adhibenda eſt. Et primò ex eorum ſenten-
48 tia, qui in ſpecie affirmarunt, † notarium rogatum eſſe
poſſe de commiſſione ſibi facta ad examinandos teſtes.
ita docuit Barto. in l. ex ſententia.nu.3.ff.de teſta.tutel.
Ea ratione pręcipua motus, quòd licet notarius in vni-
uerſum de commiſſione vnius officii rogatus eſſe non
poſſit: poteſt tamen eſſe rogatus de vno actu ipſius offi-
cii.Quam Bartoli aſſertionem probarunt & Angelus in
l.ſciendum.in princ.de verbo.oblig.Dec. conſi.42. nu.5.
verſi.ſecundo hoc comprobatur. qui eiuſdem opinionis
recenſet Alexandrum.

Cęterùm. quia à Bartolo & ſequacibus diſſentiunt
Baldus in l.iudices.C.de fide inſtrum.& in l. iuriſiuran-
di.C. de teſtibus. Hoſtien. in capit. quoniam contra. de
probatio.copioſè Barba.in l.ſciendum.colum.2.de ver-
bor.obliga. Abbas in capitu.fraternitati. in fin.de cleri-
cis non reſiden. Et hanc opinionem aduerſus Bartolum
eſſe magis receptam ſcribit idem Alexan. conſilio 213.
numero ſexto libro ſecundo.idem ait Decius in l.2. nu-
mero quinto.C.de eden.& in capitulo quoniam contra.
numero 45 de probatio.& Ruinus conſilio 149. nume-
ro 13. libro quinto. Ea propter cum dubia reddatur illa
Bartoli opinio.ſecundò dico, ea ratione huic aſſertioni
49 credi quòd non notarii: ſed † actuarii ad acta huius cau-
ſę conſcribẽda prępoſiti aſſertio eſt. Cui quidem actua-
rio in ſpecie commiſſionis de teſtibus examinandis cre-
di, ita ſibi à iudice mandatum, docuit Salicetus in l.apud
eloquentiſſimum.columna prima verſi. iſta opinio mihi
placet. C.de fide inſtrum. Et verè idẽ ſenſit Decius di-
cto conſi.42.nu.5.verſi.tertiò & præcipuè. licèt Salicetũ
non citet ſed Ioan. Andreę tantum. Et licet Guido Pap.
quę.126. de ſecretario cauſæ (ita ſecretarium Galli ap-
pellant, vel graphiarium, quem nos actuarium dicimus)
50 aliter ſentiat, attamen falſus eſt Guido † auctoritate
eiuſdem Saliceti in l.iuriſiurandi.colum.3.verſi.venio ad
tertium. C.de teſtibus. quandoquidem Salicetus loqui-
tur ſimpliciter de notario, non autem de actuario.vt pa-
51 riter videtur deceptus † Boerius q.258.nume.5.qui ſim-
pliciter ſecutus eſt Guidonem Pap. Tertiò poteſt dici,
huic aſſertioni notarii credi, poſteaquam ipſe D. Dele-
gatus fundamentum conſtituit in ea teſtium examina-
tione, & ea motus ſententiam tulit.Nam hoc modo cõ-
firmaſſe dicitur ab actuario geſta. Quam reſponſionem
à fortiori probat auctoritas Guidonis Papę.d.q.126. &
52 Boerii.d.q.258.nume.dum affirmant, † aſſertioni nota-
rii credi de commiſſione ſibi facta, cùm commiſſio eſt
ſignata ſigno manuali ipſius iudicis: quippe quòd iudex
eam commiſſionem à ſe factam ſignificauerit. At quę
maiorem ſignificationem ſuæ voluntatis oſtendere hac
in re poteſt iudex quàm ſequi ipſarum atteſtationum
53 fidem.Quandoquidem ex hoc † actura tum habet quod
à notario geſtum fuit. iuxta l. Paulus. ff. rem ratam ha-
ber.copioſè ſcripſi in tract.de recuperãda poſſeſſ. reme-
dio decimoquinto. num. 120. Etſi ratihabitio mandato
ęquiparatur, vt ſupra diximus, ſequitur dicendum, nota-
rium iudicis mandato examinaſſe teſtes.

Reſpondeo tertiò, quòd commiſſio fuit teſtibus pro-
54 bata (vt in facto pręſupponitur.) Et licet acta † iudicia-
ria ſcriptura probari debeãt. l.ne in arbitris.& ibi Bart.
num.3. C.de recep.arb. Attamen poſteaquam hoc in ca-
ſu recepti & interrogati fuerunt, fides eis eſt adhibenda,
vt ſcribunt Cyn.in l.ſiquis teſtis.q.vlt. C. de teſtibus Iaſ.
in l. patre furioſo. num. 24. de his qui ſunt ſui vel alien.
iuris.Petraſancta.ſing.36.qui & alio huius opinionis re-
55 cenſent.Et hoc caſu rectè teſtes probare poſſunt † com-
miſſionem deperditam, iuxta doctrinam Bart. in l. in
arbitris.nu.7.C.de.recept.arbitr.Fel.in c. quoniam cõ-
tra, colu. vlt.verſi.9.quęro. de proba.Ferratius cautela.
12. ad finem. Nam hoc modo commiſſio probari vide-
56 tur & † ſcriptura & teſtibus. Quod ſanè probationis ge
nus mixtum à noſtris appellatur: nempè à Decio in le.
certi condictio.§.quoniam.nu.8.ff. ſi cert.pet. Ripa. in l.
1.in prin.nu.42.de ver.obl.qui ob id ſcribunt, hanc pro-
57 bationem mixtam admitti, cùm cęterę † probationes
reiiciuntur.Quod præter relatos affirmarũt Ruin. conſ.
17.nu.4.li. 3.idem Dec.in c.2.nu.14.verſ.6.fallit.de pro-
batio.& Afflict.deciſ.332.in fin.

Quarta nullitas aduerſus hanc ſententiam obiici-
58 tur, quòd † inquiſitio formata fuerit nulla pręceden-
* te diffamatione, vt iura requirunt, ſicuti hanc eſſe
* communem ſentẽtiam ſiue de ordinario, ſiue de dele-
gato iudice agatur. Clarus dicit in pract. crim.§.vl.q.6.
quo



quo loci verſic.Item etiam.&c. ſcribit vnà cum Rol.cõ-
ſi.24.num. 9 1.lib. 1. habere locum etiam quando iudex
ex officio procedit.reiecta opinione Angeli. Et ait Cla
rus contra Angelum eſſe communem ſententiam.

Reſpondeo primò ex teſtib. examinatis conſtare D.
Scipionem fuiſſe eo inquiſitionis tempore diffamatum.
Et quanquam ad inquiſitionis validitatem non videa-
59 tur ſufficere ſuperueniens † diffamatio, vt nec ſuperue-
nientia: indicia quemadmodum tradunt poſt multos
Soc.Iun.conſi.37.nu.2.li.2. Cra.conſi.238.nu.11.& Grã.
conſ.35.nu.50 & conſ.38.nu.23. in criminalibus. Atta-
60 men cùm † veritati locus ſemper eſſe debeat, iuxta l.
vlt.ff.de prob. & l. cùm falſa. C. de iuris & facti igno.
Soc.Iun.conſ.112.col.1.li.1.dicendum eſt, quòd de dif-
famatione fide facta, quòd eo tempore extaret, adhibi-
ta iudicis & notarii aſſertioni: ſatis conſtare, inquiſitio-
nem fundatam fuiſſe in ea diffamatione.

61 Reſpondeo ſecundò, extitiſſe † plura indicia, quæ ad
formandum inquiſitionem ſufficiunt. ſicuti ſcribũt An-
gelus in tractat. maleficiorum, in verbo, Fama publica.
num.3.Marſil.conſi.79.nu.7.& hoc clari iuris eſt.Et in-
ter multa indicia extat illud ex confeſſione Iulii Cibò,
62 qui etſi Socius † criminis fuerit, attamen in caſu crimi-
nis læſæ Maieſtatis indicium facit: vt in ſpecie ſcribunt
Specul. in ti. de accuſa.§.1.verſ. item repellitur. Anto-
nius Capicius deciſ.130.num.57.& infrà dicemus in reſ-
63 ponſo ad hoc ſecundo.Adeſt & indiciũ ex † fuga ipſius
D.Scipionis. Et fugam indicium facere cùm aliud etiã
leue indicium extat, probant Alex.conſ.65.num. 10.lib.
1.Ripa in l.admonendi.num 168.de iureiura. & Gram.
conſ.57.nu.20.in criminalibus.

64 Reſpondeo tertiò, in hoc læſæ maieſtatis crimine †
procedi potuiſſe ad formandum inquiſitionem, nulla
diffamatione præcedente. Ita ſcribit in ſpecie Gigas in
tractat.de crimine læſæ Maieſtatis.tit. qualiter proceda-
tur.&c.q.9.poſt alios, quos recẽſet. Quemadmodum vi-
65 demus ob huius criminis † atrocitatem procedi ad in-
quiſitionem, nullis præcedentibus iudiciis, vt annotauit
66 Gigas d.q.9 num.6.In his enim † atrocioribus licet iura
tranſgredi, vt inquit Baldus in l. obſeruandum. q.10.ff.
67 de off.præſid.Ita etiam obſeruatur atroci † crimine hę-
reſis, vt ſcilicet procedatur in eo ad formandum inqui-
ſitionem, nulla diffamatione præcedente. ſicuti ſcribũt
Ludou. Carerius in tract. de hæreticis num.11. Arelata.
in tract.de hæreticis notabil.26.quod declarat Simancas
in tract.de hæreticis ti. 22. nu. 7. procedere, cùm aliqua
extat de illo ſuſpicio.

Reſpondeo quartò, fuiſſe hac in cauſa proceſſum ex
68 conſcientia † mandato Cæſaris.Quo ſanè in caſu licuit
iudici procedere nulla diffamatione præcedente: tradũt
Bald.in l.nullus.nu.1. C. ad l.Iuliam maieſta. Alex. conſ.
34.nu.2.4.lib.6.Franc.de Marchis.q. 732. par.j. & Natta
conſ.138.nu.16.lib.1. Quod ſine cõtrouerſia procedit in
caſu noſtro, in quo ipſe Cæſar non mandauit ſimplici-
ter debere procedi contra ipſum D.Scipionem, ſed aſ-
ſeruit intellexiſſe, illum deliquiſſe: vt declarando tradi-
69 tionem Inn. † in c.cùm oporteat, de accuſa.reſponde-
runt Alex. conſ. 180.nu.11.lib.2. & d.conſ.34.nu.4.lib.6.
Dec.conſ.170.col.2.verſ.Nec obſtat, ſi dicatur.conſ.175.
nu.3.& conſ.256.in fin.& egregiè Grama.deciſ.65. num.
70 58.Præterea, quando † princeps motu proprio delegat
cauſam contra aliquem crimino ſum, procedi poteſt,
nulla præcedente diffamatione.ita egregiè declarat glo.
in cap.2.in glo.j.de accuſa.in 6.quam vt ſingularem an-
notauit Marſil.ſingu.14.Ad hoc vt, in fine.

Quinta nullitas obiicitur, quòd tenor reſcripti inſertus
71 non fuit in citatione, † qua Domi. Scipio ad iudicium
vocatus fuit.iuxta doctrinam Inn.in ca.1.de dilatio. quã
probarunt eo loci Butrius & Imola. alios plures citat
Vantius in tract.de nullitate.tit. de nullitate ex defectu
citationis. nu. 47. quo loci inter multos refert Guido.
Pap.q.286.& Guidonem ſecutus eſt Cra.conſil.319.co-
lum. vlt.Addo in ſpecie Crauet.conſil. 266. num.5.in
fine. & magis in terminis Angelus conſil. 8. colum.2.
72 verſic.ſecundo, quia ex ſerie. Debet enim † delegatus
antequã procedat in cauſa fidem facere de ſua poteſta-
te.iuxta tex.c.cùm in iure peritus, de officio & poteſta.
73 iud.delega. Quod procedit etiamſi delegatus † excelſæ
dignitatis ſit quemadmodum ſi eſſet Cardinalis: cui tã-
quam delegato non creditur antequam ſuæ delegatio-
nis reſcriptum oſtendat.quando ſcilicet agitur de graui
præiudicio. ita reſpondit Angelus conſil. 182. quem ſe-
cuti ſunt Iaſon conſil.104.colum.1.verſic. quid tenen-
dum.li.1.Dec.in l.vnica.num.20.C. de manda. princip.
& conſil.214.nume.2.verſicul.Ad tertium dubium, Go-
zad. conſil. 41. numero 15. Pariſi. conſi.57. in fi.li.4.&
Crau.conſi.104.nu.4.5.

Reſpondeo primò, ex ſtylo & conſuetudine Genuæ
nõ ſeruari (vt in facto præſupponitur) vt tenor reſcri-
74 pti inſeratur in citatione. Qui ſanè † ſtylus ſeruari om-
ninò pro lege debet.cap.quã graui, de crimin. falſi. Fe-
linus in capitu.cauſam quæ, il ſecũdo, ad finem. de teſti-
bus. & Socin.Senior conſil.39.num.29.lib.primo, De-
cius conſil. vndecimo, nu.ſexto. & Curtius Iunior in le-
ge more.col.j. ff. de iuriſdictione omnium iudicum, &
alibi paſſim omnes.

75 Reſpondeo ſecundò, neceſſe minimè fuiſſe hoc caſu †
inſerere tenorem reſcript. eò quia etiamſi fuiſſet inſer-
tus, nullum peperiſſet effectum: non etiam Do.Scipio
ad iudicium veniſſet, id quod coniicitur ex multis, ma-
ximè quòd eo tempore quo procedebatur contra eum,
ſciebat quæ agebantur, & tamen ne verbum quidem fe-
cit fieri've voluit, vt ſeipſum defenderet. Quocircà omit
ti ſolennitas hæc potuit quemadmodum à fortiori vi-
76 demus † citationem alicuius omitti poſſe, cùm certi ſu-
mus eum ad iudicium non venturum, etiamſi citatus eſ-
ſet: vel cùm alia ratione citatio nil releuat.vt reſpondit
Dec.conſi.698.nu.2.poſt Baldum & cæteros in l. Gal-
lus.§.& quid ſi tãtùm.de lib.& poſth.& ſcribit Boerius.
q.122.Cæteros de induſtria prætereo.

Reſpondeo tertiò, imò veriorem eſſe & magis rece-
77 ptam ſententiam illam, delegatum † in dignitate poſi-
tum procedere poſſe in cauſa nulla fide facta ſuæ dele-
gationis, maximè cùm eſt vir probatævitæ.Ita enim ſcri
bunt glo.in cap.nobiliſſimus.97.diſt. ex illo textu & in
cap.cùm olim.il 1.de priuileg.& in cap.aliam.de re iudi-
ca.in ſexto Calderi.conſi.2.tit. de officio deleg. Abbas
in cap.quod ſuper his.de fide inſtr.& conſi. 17. in fi. lib.
2.Roman.conſi.59. nu. 6. Alex. conſi.106.nu.19.lib.2.
qui quidem. Roman. & Alexander reſponderunt poſt
78 Lapum allegat.34.credi † Cardinali aſſerẽti ſibi aliquid
à Papa commiſſum viuæ vocis oraculo.& idem tradunt
Bellamera concluſ.183. Capella Tholoſa.q.464. Cor-
neus conſil.151.in fine.libr.1.Iaſon.in l. nec is.in princi.
ff.de acquirend.hæredi.conſi.72.columna vltima.& co-
pioſè conſil.104.colum.1.lib.1.Alcia.in tract. præſump.
regu.1.præſump. 48.nume.3.& reſp.479.nume.50.

Quæ quidem interpretũ ſententia, vt ex enumeratis ap-
* paret, * recepta magis eſt: etſi diſſentiat Dec.in l.vnica
num.17.C.de manda. princi. & cum eo alii nonnulli,
quos ob id non recenſeo, quòd recepta opinio illis ad-
uerſetur.Nec hîc repugnat quod iam diximus, non cre-
di cùm agitur de præiudicio tertii: quia reſponderi po-
teſt, quòd in caſu noſtro præiudicium Do.Scipionis nõ
eſt conſiderabile, cùm facilè ei fuerit certum ſe facere,
an is Do. Delegatus eam haberet poteſtatem cogno-
ſcendi, quia ad iudicium venire poterat, & ſuas defen-
ſiones facere. Et relati Doctores, qui aiunt cum Angelo
d.conſi.182.non credi delegato etiam Cardi. in pręiudi-
cium alterius, loquuntur, cùm abſolutè ius illius tertii
aufertur.quod hîc non contingit. Et in ſpecie noſtra
ita ſenſit Pariſius conſilio 99. numero 9.lib. 4.cùm re-
79 ſpondit, credendum eſſe † Commiſſario, qui aſſerit
ſe habere aliquem poteſtatem vt proclama aliquod fieri

curaret,& proclama obligat,ex quo facilè requiri poterat Commiſſarius vt ſuæ poteſtatis copiã faceret.Quod tanto magis procedit in viro ſpectatæ fidei & probitatis,vt multorum ſententia & ſimilibus declarat in ſpecie Tiraquellus in tract.de pœnis legum. &c.cauſa 51. num. 100.& ſenſit Inno.in cap.prudentiam.num. 1.de officio delega.& Vantius in tract. de nullitate.titu. Quibus modis ſenten.nulla defendi poſſit.nu.43.

Sexta nullitas obiicitur,quòd non conſtet de deputatione Ioan.Iacobi ad acta.

Reſpondetur vno verbo,contrarium probatum fuiſſe,& hęc nullitas præſupponitur ex facto diluta & confutata.

Septima nullitas obiicitur,quòd non extitit probatũ, Do.Scipionem fuiſſe in Gallia tempore citationis.

Reſpondeo primò, ꝙ ipſemet D. Scipio aſſeruit in ſuis capitulis, quòd eo tempore erat in Gallia,quæ ſanè
80 capitula † contra eum probant:vt reſpondit Dec.conſi. 534.nu.4.& idem cenſuit Pariſ.conſi.21.nu.22.lib.4. Et, ex aliis probationibus ab Excelſa Repub. factis conſtat D.Scipionem fuiſſe in Gallia eo anno, menſe Aprili & Maio ad Regis ſeruitia:ergo præſumitur,quòd etiã ibidem fuerit menſe Auguſto,citationis tempore, ex ſentẽtia Bal.in.l.ex perſona.nu.5.C.de probat.cùm ſcribit,il-
81 lum † præſumi eſſe in eodem loco in quo ſemel fuit. Et
82 ratio eſſe poteſt,quia † mutatio eſt accidens,& ideo nõ præſumitur.glo.in l.ſi verò §.qui pro rei qualitate.ff.qui ſatiſd.cog.& copioſè ſcripſi ſupra conſi.1.nu. 121. quod ſanè reſponſum reddidi pro Sereniſſi. Duce Sabaudiæ.

Reſpondeo ſecundò,quòd ex quo D. Scipio domi non erat, ſed potius vagabundus, citari potuit per edictum, vt infrà dicemus in decima nullitate,in quinta reſponſione.Et ex his quæ dicemus ad confutationem decimę nullitatis,hęc ſatis diluta remanet;cùm ambę eò tendãt.

Octaua nullitatis exceptio obiicitur, quòd tempore dictæ citationis erant ruptæ induciæ:& ideò non potuiſſe D.Scipionem comparere.& per conſequens, eſſe excuſandum.

Reſpondeo primò,non fuiſſe hoc probatum, & ideò nil releuat.

Reſpondeo ſecundò, admiſſo quod eſſet probatum,
83 attamen ei nil hoc profuiſſet: quia potuit impetrare † à principibus ſaluum conductum.quod concedi facilè ſolet his in caſibus,vt copioſè ſcripſi li.2.de arbitrariis iudicum,&c.caſu 336.Atque ita eo modo remouere impedimentum. Non enim prętextu impedimenti excuſare quis ſe ipſum poteſt,cùm illud non tentauit; remouere, ſi potuit.l.qui commeatus,de re mili.& infrà latè dicam. Quinimò iam amotum videbatur hoc impedimentum, ex quo D.Delegatus eum citando, dediſſe dicitur in neceſſarium quoddam antecedens veniendi ſecuritatem. iuxta l.2.ff.de iuriſ.om.iud.cum vulgatis ſimilibus.

Reſpõdeo tertiò,hanc eſſe leuem excuſationem, quia eo modo,quo belli tempore D.Scipio iuit in Galliam,
84 eodem modo † reuerti poterat:& ſi non eodem itinere,alio ſaltem:atque ita mutare loca.iuxta ea quæ ſcribit Boe.q.40.nu.10.Qua de re alia infra in declaratione vigeſimæſecundæ nullitatis dicemus:vbi & illud conſiderabimus,potuiſſe mittere excuſatorem.

Nona nullitas obiicitur, quòd in inquiſitione non fuit appoſitum tempus coniurationis. Quemadmodum
85 cùm de cæteris criminibus inquiritur, adſcribi † locus decet commiſſi criminis:aliàs inquiſitio nullius eſt momenti;vt ſcribunt Bar.in l.2.§.ſi publico.num.12.ff.ad l. Iuliam de adulter. & alij relati à Ruino conſi. 10.nume.
86 1.lib.5.Et procedit etiamſi ageretur ciuiliter † ad ſolius feudi priuationem. ita poſt Barto.in l.prætor edixit.de iniuriis. & alios ſcribit in terminis Iacobinus à Sancto Georgio, in inueſtitura feudali,in verbo, Dictique vaſalli, nume.56. Et ideò ſententia lata ſuper hac inquiſitione eſt nulla etiam parte non opponente:vt ſcribunt multi quos retuli in tract. de recuperanda poſſeſſione, Remedio primo, nume. 437. ſecundùm impreſſionem Venetam.vbi aduerſus Soc.Sen.conſi. 109.lib.3. dixi eſſe communem opinionem.

Reſpondeo primò, quòd imò inquiſitio procedit e-
87 tiamſi tempus commiſſi criminis,† de quo inquiritur, non eſt in ea adſcriptum.Ita aduerſus Bartolum ſcripſerunt Baldus in repeti.l. edita.nu.30. C. de edendo. Abbas in ca.vlt.nu.7. de purga. Cano. Ang. Aret. in trac. maleficiorum in verbo,Hæc eſt quædã inquiſitio nu.63.

Reſpondeo ſecundò, tunc demum tempus commiſſi delicti adſcribi debere in accuſatione,vel in inquiſitione cùm delictum poteſt eſſe non delictum aliquo tempo-
88 re: at ſecus † cùm ſemper & perpetuò delictum eſt. ita declarat Barto.in lege,libellorum.num. 10. de accuſ.ſicuti videmus obſeruari in crimine falſi, de quo cùm inquiritur,non apponitur tempus nec locus commiſſi delicti in inquiſitione : vt tradit poſt plures Marſil. ſingu.163.Ea eſt ratio, quæ huc ſpectat, quòd delictũ illud eſt, quod ſecretò committi ſolet. Eandem ſententiam probarunt Angelus in Tract. Maleficio. in verbo, Hæc quædam inquiſitio.num.64.& Purpur.in.l. edita. num. 54.verſi.7.limit.C. de eden. reiecta contraria Franciſci Aretini opinioni.

89 Reſpondeo tertiò,tunc locum & tempus † commiſſi criminis non apponi in libello inquiſitionis, cùm inquiritur de delicto negatiuo, quod locum & tẽpus determinatum & certum non habet. ita Bart. in l.libellorum. num.10.in fi.verſi.ſi verò illud. de accuſ. Baldus in l. actor.in.fi. C. de proba. & Purpur. in l.edita.nu. 54.
90 verſi.5.in delictis.C.de eden. Nam hoc caſu † locus eſt incertus,& ob id apponi nõ poteſt, vel debet in inquiſitione.vt ſcribit Angelus in tracta.maleficiorum,in verbo, Hæc eſt quædam inquiſitio.num. 64. Quemadmodum videmus obſeruari in crimine falſi vt diximus ſuperiore reſponſione. Nan in illo non apponitur tempus & locus, quòd incerta illa eſt, vt ſpecie annotauit Bal.in c.1.in prin.nu.20.in fin.quibus mod.feud.amitta. quem ſecutus eſt Marſil.d.ſing.163.

Reſpondeo quartò, tunc demum locum & tempus commiſſi criminis apponi in libello quando delictum eſt quod temporis momento committi potuit : ſecus
91 cùm habet † tractum temporis ſucceſſiuum. ita in terminis his declarat.Barto.in l.libellorum.num.16.de accuſ.qui duo exempla adfert.Vnum , quòd illud verè eſt de quo agimus, cùm ſcilicet quis committit crimen læſæ Maieſtatis: vt puta cùm occupatam retinet domini ſui ciuitatem,vel locum.

Secundum,cùm crimen hæreſis quis committit.Hæc enim duo crimina à pari procedere aliàs diximus , & probat tex.in ca.cùm ſecundum,de hæret.in.6. His ergo in caſibus cùm delictum habeat tractum temporis ſucceſſiuum,non eſt neceſſe apponere tempus quo eſt per-
92 petratum. Et in ſpecie † criminis hæreſis ſcribit Angelus in tract.maleficio.in verbo,Hæc eſt quædam inquiſitio. num.63.& Purpur.in d.l.edita.num.54.verſic.4.limitetis.C.de eden.poſt Roma.conſi.191.quem recenſet. Ea eſt huius ſententiæ ratio, quòd hęc delicta non ſunt circumſcripta loco vel tempore: ita vt inquiſito dari poſſit defenſio , probando ſe tali in loco non egiſſe,vel tali tẽpore:quia ſi non eo,alio tamen euenire id potuit.

Reſpõdeo quintò.in hoc læſę Maieſtatis crimine procedi ſummariè,non obſeruata iuris ſolennitate,ſed ſola facti veritate inſpecta: quod pluribus iam probauimus.
93 Quocircà non requiritur † nec loci nec tẽporis appoſitio in inquiſitione:ita in crimine ſpolii tradit Alex.cõſi.6.col.1.lib.3.quem poſt alios ſecutus ſum in tract. de recup.poſſ.Remedio primo,nu. 440.ſecundum impreſſionem Venetam: etſi Purpur. in l.3.nu.52.verſi.reſtringe ſecundò.C.de edẽ. diſſentire ab Alexandro videatur.

Decima nullitatis exceptio obiicitur,quòd D.Scipio non fuit legitimè citatus, cùm perſonaliter citari debuerit,non autem per edictum , vt factum fuit. Nam, quando



94 quando perſona citanda † certa eſt non per edictum, ſed verbo, id eſt, perſonaliter & nominatim citari debet. lege 1.§.pen.ff.de ventre inſpicien.c.vlt.de electio. Alex.conſi.107.col. prima,lib.5. & Felinus in ca.ſecundo , numero octauo,de conſtit. Et alios plures eiuſdem ſententiæ recenſui in tract.de recuperanda poſſeſſione, Remedio octauo,num. 102.

Reſpondeo primò, hanc citationem per edictũ man-
95 dato Cæſaris factam fuiſſe. Et dubium non eſt, quin † mandare poſſit Cæſar,reum hac forma citari : quemadmodum id poteſt ſummus Pontifex. iuxta Clementinã primam,de iudicijs. Quin & id poſſe inferiores principes,docuit Felinus in capit. quoniam frequenter.§.por-
96 rò.nume.13. vt lite non conteſta. Et in ſpecie † delegatos à principe poſſe per edicta citare ſcribunt Ioan. Andreas in capitulo ſi quis cõtra clericum, in glo. penultima,de foro compe. & Marian. Socinus Senior in tract. de citationibus articulo quarto principali,numero vndecimo , & articulo vigeſimotertio, numero ſecundo: qui eiuſdem ſententiæ recenſet Bartol. in extrauaga. ad reprimendum. in verbo, Et per edictum. & Angel. in l. ad peremptorium. ff. de iudicijs. Idem ſcribit Rebuffus in commentarijs ad regias conſtitutiones Galliæ, tomo tertio,titulo de citationibus, in præfatione.numero 94.

97 Nec hic dicatur , † citationem reſpicere defenſionem, quæ iuris naturalis eſt:& quæ à principe auferri nõ poteſt. Clem.paſtoralis , de re iudicata.& egregiè reſpondit Aretinus,conſi.163.numero decimoquarto. Etſi malè Baldus in l. ne cauſas.numero tertio. C.de appella. & conſilio 119. Quidam vxoratus. colum. 2.verſic. & ſi dicatur.libro primo.& Alexand.conſilio ſecundo, numer. 14.lib.1. opinati ſint , principem poſſe abſolutè auferre citationem. Quoniam reſpondetur,principem abſolutè
98 non poſſe † auferre defenſionem : ſed poteſt quidem vnum genus defenſionis tollere , alio relicto. Nam etſi ipſum ius naturale quò ad ſua prima principia immutari non poſſit:attamen quò ad eius determinationes po-
99 teſt. lex eſt naturalis † iuxta ſuum primum principium, quòd boni præmiis donentur , mali verò pœnis afficiantur. Hoc primum principium immutari non poteſt. At ex iure naturali determinatio à lege poſitiua facta, quòd ſcilicet ille maleficus puniatur pœna capitis, mutari quidem poteſt : ita egregiè ex ſententia Diui Thomæ, prima ſecundæ, quæſtio.94.artic.quinto. declarat Card. de Turre crema. in capitulo ius ciuile. numero quarto diſtinct. prima , Ita in ſpecie noſtra,non poteſt princeps obſolutè auferre citationem, ſeu defenſionem, quoniam prima principia iuris naturalis reſpicit: ſed po-
100 teſt quidem auferre hunc,vel illũ modum † citationis, cùm ſolam determinationem,quæ iuris poſitiui eſt, reſpiciat. Et in ſpecie ita conſuluit Old.conſi.43. Quæritur vtrum citatio.nu.1.verſi. & ad hunc modum. Hinc docuit Bar.in l.1.col.2.C.quomo. & quando iudex &c.
101 ſtatutum poſſe dare certum modum † citationis. idem in l.ſi accuſatoribus.col.2. C.de accuſa. Quocircà inoleuit & cõſuetudo,vt accuſati hi poſſint citari per edicta. quemadmodum ſcribunt Beluiſius in cap.Romana.§. contrahentes. nu. 142. de foro compe. & Clarus lib.5. ſenten.§.fi.q.3 1.verſi.ſed hæc. & ſcripſi in Tract. de re-
102 cup.poſſ.Remedio 8.in fi.Et in ſimili dicimus, † principem poſſe auferre remedium appellationis, relicto recurſu.vt ſcribit Abbas in ca.1.in 2.notab. & ibidẽ Dec. & Beroius de reſcr. & cæteri in cap.paſtoralis. de reſcr. Ea eſt ratio,quia non aufertur defenſio, ſed determinatus quidam defenſionis modus,qui iuris poſitiui eſt:& alius ſupereſt modus quo ſe tueri poteſt.

103 Reſpondeo ſecundò,quòd in crimine læſæ † maieſtatis permiſſa eſt citatio accuſati per edictum , ſicuti conſtitutũ eſt in ea extrauag. ad reprimendum,in verbo per edictum. & ſcribit Maria.Soc.Sen.in trac. de citationibus.art.23.num.4. Quod confirmatur, quia in cauſis his
104 † proceditur, non obſeruata exacta illa iuris forma, ſed ſummariè & ſine iudicii figura proceditur,vt iam ſupra admonui. At illis in cauſis,in quibus ſummariè proceditur, ſufficit citare per edicta, ita reſpondit Pariſ. conſi.25.num.116.lib.1.quem ſecutus ſum in d. tract. de recu.poſſ.remedio octauo.num. 121. Potuit ergo in hac cauſa citari D. Scipio per edictum. Et hoc factum credimus ob criminis atrocitatẽ , cuius cauſa defenſio hæc per citationem certo modo inuerti poteſt. Nã ius ipſum
105 naturale † immutabile eſt ,quò ad ſua prima principia. §.vlt. Inſtit. de iure naturali,genti. & ciuili:non tamen eius concluſiones & applicationes, nec non & determinationes , ( vt dixi ſuprà ) immutabiles ſunt: ſed verè ex cauſa mutari poſſunt, quemadmodum doctè & ſcitè explicatur per D. Soto lib. 1. de iuſtit.& iure.q.4.art. vlt. Videmus enim legem eſſe naturalem ex primis principiis,benefacienti benefacere. Et inde deducitur concluſio,parentibus, à quibus generationis beneficium accepimus , eſſe benefaciendum , & ob id iuxta legem diuinam eſſe honoribus venerandos: attamen iuſta de cauſa immutatur hæc concluſio.ſi quidem impunè & iuſtè fi-
106 lius † patrem aduerſus patriam quid molientem, occidere poteſt. lege minimè.ff.de religio.& ſump. fune. Ita econtra videmus, iure naturali conſtitutum eſſe , patrẽ alere debere à ſe ſuſceptum filium,vt ex integro tit. de liberis agnoſcendis & alendis , intelligimus: imò & ſpurium à natura cognitũ dicimus. lege 4.§.1.ff. de gradi-
107 bus. Et tamen † ex cauſa in ſpurio legem hanc naturæ immutauit lex ciuilis.d.l.4.§ 1. & non vno in loco in Inſtitut. de patria poteſt.& C.de natural.liberis. Quod ex cauſa inquam factum eſt,vt à vitiis,eo timore perculſi parẽtes arcerẽtur. Ita ergo in caſu noſtro iuſta fuit criminis grauitas,vt hæc citationis forma alterius loco à principe,à lege municipali & ab hominũ caſu cõſtitueretur.

108 Reſpondeo tertiò , † citationem per edictum tunc eſſe permiſſam, cùm citandus eſt terribilis,& nuncium poſſet verberibus & vulneribus afficere:ita ſcribunt Bald. in cap.1, de milite vaſallo , qui contumax eſt & Maria.Soc.Sen.in tract.de citationibus,art.23.nu.4.verſi. item quando locus. ſed dubium non eſt,argumento à malo potentum vſu ducto,quin. D. Scipio nuncium eum citatem vulneribus affeciſſet. Non ergo nominatim voce nuntii citari debuit: ſed ſatis ſuperque fuit eũ per edictum citare.

Reſpondeo quartò, D.Scipeo tempore fuiſſe in Gallia , quemadmodum ipſemet aſſeruit : & arma tunc pro Rege Galliarum contra Cæſarem ferebat. Non ergo nominatim,ſed per edictum citari debuit. Ita ſenſit Barto. in extrauag. ad reprimen . in verbo,& per edictum.nu.
109 3. dum ait,non eſſe noĩatim † citandum rebellem , aut qui eſt in locis rebellium. quem ſecutus ſum in tract.de recup.poſſ. Remedio octauo.nume. 114. quo loci inter multos citaui Rebuffum in commentariis ad Regias conſtit.Galliæ,tomo tertio,tit. De citationibus,in prefatione.numero 97.

Reſpondeo quintò, negari ſaltem nõ poſſe quin Do. Scipio eſſet vagabundus,ex quo certam ſedem non ha-
110 bebat:atqui † vagabũdus per edictum citari poteſt: ita Barto.in extraug. ad reprimendum in verbo. Et per edictum.num.5.Baldus in l.ſi accuſatoribus. col. vlt.C. de accuſa. & alios plures retuli & probaui in tract. de recuperanda poſſeſſ.Remedio octauo. num.116.
111 Reſpondeo ſextò, hanc † citationem ſatis fuiſſe, ex quo multis coniecturis & modis conſtat eam deueniſſe ad notitiam ipſius Do.Scipionis. Ita ſcribit Iaſ. in l.decem.num.43.de verbo. obl. quem poſt Herculanum in tract.de recuper.poſſ.Remedio octauo,nu.122.etſi eo loco dubitauerim de veritate,quò ad id, quando citatio ex edicto facta eſt multis adſtantibus, qui veriſimiliter certiorem facere potuerunt, attamen , cùm certò conſtat,citationem hanc veniſſe ad notitiam citati , dubitandũ non eſt,quin Iaſonis ſententia vera ſit: quæ priùs fuit Io.Baptiſtæ à S.Seuerino,quem ille recenſet. Quo-

rum ſentẽtia comprobatur auctoritate eorum,qui ſcri-
112 pſerunt,† citationem,quę defectu ſolennitatis alias ci-
tatum non ligat,eum ligare ſi conſtat ad eius notitiam
veniſſe : ita huius ſententię plures recenſet Boer.q.235.
col.pen.Quibus accedunt Ruin.conſi.61.num.33.lib.5.&
Pariſ.conſi.137.num.22.lib.4. Cęteros de induſtria
prætereo.

Vndecima nullitatis exceptio obiicitur quòd D. Sci-
pio erat ad ſeruitia Regis Galliarum, à quo recedere
non potuit : & quòd ea ratione tanquam contumax
113 malè fuerit condemnatus : cùm contumax † dici non
poſſit, qui venire impeditur.l.contumacia.§.contuma-
cię.de re iud.Bar.conſi.228.Catherina , li.1.quem in ſpe-
cie noſtra ſecutus eſt Gigas in tract. de crimine lęſæ
maieſta.ti. Quomodo procedatur in crimine lęſæ maie-
ſta.q.18.num.4.

114 Reſpondeo primò,hoc † impedimentum non fuiſſe le-
gitimum,ex quo data opera illud ſibi pręparauit D.Sci-
pio, qui ob id excuſari non meretur , cùm ſibi imputare
debeat quòd ſua culpa & ſpontè illi neceſſitati ſe ſubie-
cerit,iuxta l.ſi fideiuſſ.§.ſi neceſſaria.ff.qui ſatiſd.cog.Et
in ſpecie illum non excuſari ob impedimentum , quod
ſua culpa ſibi parauit,ſcripſi li.2.de arbitra.iud.&c. caſu
237.nu.20.Et eiuſdem ſententię addo Geminia.cõſi.42.
Quia reuocatur , col.3. verſi. nec obſtat ſi dicatur. & in
ſpecie Aretinum in cap. veniens. num.54. de accuſ.&
Rubeum in l.pen.§.ad crimen.nume. 205. de publi.iud.
115 cùm ſcribunt , † impeditum ob inimicitias & non tu-
tum acceſſum , ſibi imputare debere , cùm ſua culpa ſe
ipſa impediuerit.

Reſpondeo ſecundò, admiſſo quòd impedimentum
fuerit legitimum,adhuc tamen non excuſat:quandoqui-
dem illud amouere potuit, petendo licentiam à Rege
116 eundi Genuam,vt ſe ipſum defenderet. Ita enim † im-
pedimentum non excuſare,cùm moueri potuit, ſcribunt
Bar.in l.ſed & ſi per pretorem.§.2.ex quibus. cauſ. ma-
ior.ex illo tex. Idem in l.quibus diebus.vbi Soc.in 3 no-
tab.de cond.& dem.& alios plures retuli & ſecutus ſum
in commentariis , de arbitrariis iudicum,&c. caſu 118.
117 ad finem.Eſt.n.† propriè impedimentum,cùm euitari
non poteſt:& non è contra.Pariſ.conſi.67.nu.64. lib.3.
118 Reſpondeo tertiò,† impedimentũ tunc demum excu-
ſare cùm de illo facta eſt proteſtatio.l.2.§.quod dixi-
mus.ff. ſi quis cautio. & ſcribunt ibi omnes copioſè.
Boer.q.40.nu.40. qui alios recenſet , & idem ſcribunt
copioſè Ripa in tract.de peſte.ti.de priuilegiis iudicio-
rum. num.22.24.Pariſ.conſi.101.nu.95 & conſi.124.nu.
3.lib.1.& Soc.Iun.conſi.104.num.26.lib.3.
119 Reſpondeo quartò,tunc demum † impedimentum ex-
cuſare,quando impeditus probat , quòd vbi non adfuiſ-
ſet illud impedimentum,ad iudicium iuiſſet , & iuſſa fe-
ciſſet , ita probat text.l.qui commeatus.ff.de re milit. &
ſcribunt Craue. conſi.151.num.22.& conſi.179.nu. 6.&
alij plures quos retuli & probaui.d.lib.1.de arbitrariis
iudicum,&c.caſu 118.in fine.cùm ergo hoc non præſti-
terit D.Scipio,dicendum eſt,eum nullo modo excuſari.

Duodecima nullitas eſt quæ obiicitur , quòd ſcilicèt
proceſſum fuerit contra Do. Scipionem tunc ætate mi-
norem.non vocato eius curatore D.Hectore Fliſco. Et
ob id & proceſſum & latam ſententiam condemnato-
riam nullam eſſe , ſicuti in ſpecie noſtra reſpondit Ro-
lan.à Valle,bene eruditus iuriſconſultus,conſi.68.num.
33.lib.2. Quæ ſanè obiectio me pariter dubium & anci-
pitem aliquando reddidit : ſiquidem verè dicendum vi-
120 debatur , † ſententiam latam contra minorem de cri-
mine accuſatum , eſſe nullam,ſi ſine curatore ei dato &
vocato,lata fuit:ſiue ius commune,ſiue municipiale con
ſideretur.Et quò ad ius commune,primò extat l.clarum.
C.de aucto.præſt.cuius hæc ſunt verba:Clarum poſteri-
tati facientes , ſancimus omninò debere & agentib.&
pulſatis in criminalibus cauſis minoribus vigintiquin-
que annis adeſſe tutores,vel curatores,in quibus caſibus
adultos & pupillos leges accuſari concedunt , cùm cau-
tius & melius ſit cum ſuaſione perfectiſſima & reſponſa
facere minores,litémque inferre,ne ex ſua imperitia,vel
iuuenili calore aliquid dicant vel taceant,quod ſi fuiſſet
prolatum,vel non expreſſum,prodeſſe eis poterat ; & à
deteriore calculo eos eripere. Hactenus legiſlator:cuius
quidem conſtitutio hanc iuris controuerſiam diffini-
re videbatur.

Confirmatur hæc Iuſtiniani conſtitutio ex l.cùm &
minores.C.ſi aduerſus rem iud. argumento ducto à for-
tiori.Eſt ibi diffinitum , ſententiam latam in cauſa ciuili
contra minores,tutore vel curatore carentes , tanquam
indefenſos non valere.Idem probat l.acta.§.vult.ff.de re
iudic. Ergo à fortiori non videtur valere ſententia hæc
lata in cauſa criminali contra D. Scipionem minorem,
curatore ſuo non vocato , cùm criminalis cauſa grauior
ſit, ratione pœnæ, quam ciuili.iuxtà l.in ſeruorũ.de pœ
nis.Quod fortius in caſu noſtro procedit , vbi iam Do.
121 Scipio † curatorem habebat , & ob id citari omninò
debuit,aliàs iudicium eſt nullum , iuxtà l.ſi curatorem
habens.C.de in integrum reſtit. minor. imò fortius non
122 valet † ſententia, etiamſi non habeat curatorem.quem-
admodum poſt multos ſcribit Vantius in tract.de nulli-
tate ſententiæ ex defectu mand.comparen.num.33.

Secundò admiſſo quòd non verſemur in diſpoſitione
iuris communis,ſed potius municipalis,ex ſtatuto(quod
tamen non vidi exhibitum)quo cautum ſit abſentes cõ-
uictis:idẽ dicendũ videtur,hac ratione,quòd ſtatuta à iu
123 re † communi interpretationem recipiunt.l.2. C. de
noxa.& ſcribunt copioſè Gomeſ.in. §.in perſonam.nu.
25.Inſti.de actio. Alcia.lib.1.de verbo ſignifi.nu.36.Cra-
uet.conſil.236.num.9.& conſi.259.nu.2.alios ſciens præ-
tereo. Atqui ius commune ſtatuit iudicium criminale
contra minorum diffiniri non poſſe,niſi curatore ei aſ-
ſignato.l.clarum.C.de auctor.præſtan. Imò fortius ( vt
dixi ſuprà)& cauſa ciuilis,quæ minoris diſpendij eſt,diſ-
finiri non debet contra minorem curatore non dato.l.
cùm & minores.C. ſi aduerſus rem iudi. Ergo ſtatu-
124 tum,† quo contumax in criminalibus habetur pro cõ-
feſſo & conuicto,intelligitur,quando ipſi minori datus
eſt curator. Hoc argumenti genere vtitur Cardinalis
Zarabella conſi. 148. Nobilis vir.in princ. verſic.ſed
præſuppoſita.
125 Tertiò ſuffragatur,quòd † fictio non plus operari de-
bet in caſu ficto quàm veritas in caſu vero.§. minorem.
Inſti.de adoptio.l.filio quem pater.ff.de libe.& poſthũ.
& vbique Doctores. ſed confeſſio vera à minore com-
parente coram iudice nil operatur , ſi eam ſiue curatore
fecit.d.l.Clarum , ergo à fortiori nil etiam operari de-
bet hæc ficta à ſtatuto.
126 Quartò accedit , quòd hoc † ſtatutum iuri communi
repugnat,cùm diſponat contumacem haberi pro conui
cto & confeſſo:quod ius commune non admittit,ex quo
ſolùm punit contumacem in expenſis litis,non autem in
amiſſione totius cauſæ,vt ſcribunt multi relati à Craue.
conſi.103. num.8.& in ſpecie huius ſtatuti Areti.conſi.
146.nume.1.
127 Atqui † ſtatutum vel correctorium iuris communis,
vel exorbitans , non comprehendit perſonam minoris.
ita Rom.ſing. vltimo.& conſi.120. num.1.quem ſecuti
ſunt Afflict.in conſtit.Regni minorib.Iaſon in § actio-
nes.num.?3.inſtitu.de actio.Marſil.ſingu.362.ſtatutum.
&c.in fine. Cur.Iunior.in l.poſtquam liti.in fi.C.de pa-
ctis,& cõſi.8.in fi.& Neuiz.con.17.nu. 77.propè mediũ.

Quintò accedit auctoritas multorum, qui in hac opi-
128 nione fuerunt,quòd minor curatore † carens non ha-
beatur pro confeſſo & conuicto ex diſpoſitione ſtatuti.
Ita enim affirmaſſe niſi ſunt Alber.in l.cùm & minores.
nume.7.C.ſi aduerſus rem iudi.& in tract.ſtatuto.part.
3.quæſt.84. qui in ſpecie cenſuit bannum latum contra
minorem curatore carẽtem,eſſe nullum.Ita etiam Aug.
de Arimil.in additio.ad Angelum de maleficiis.in ver-
bo,Qui



bo,Qui dominus iudex videns inquiſitos.num.3.Marſil.
in l.1.nu.11.ff.de quæſt.conſi.26.num.9.& conſil.48.nu.
30. Idem viſi ſunt probare alij nonnulli , quos recenſui
lib.2.de arbitra.iud.&c. caſu.268.nu.2.quo loci eiuſdem
opinionis retuli Rolan.conſil.31.nu.8.lib.1. Quibus ac-
cedere videntur Dynus conſil.38.nume.4.& Corneus
conſil.198. nume.2.3.lib.4.& Ioan.de Venafro conſil.
134. in fine.

Sextò admiſſo quòd Alberici ſententia vera non ſit
quò ad confeſsionem ipſam: attamen non videtur poſſe
129 negari, quin ſaltem vocandus † eſſet curator antequam
fiat confeſsio , cùm ſcilicet iudex vult pronuntiare eſſe
reſpondendum. ſecuti declarant Bart. in l.certum. §. in
pupillo.num.2.ff.de confeſſ.Butrius in cap.vlt.num.8.&
ibi Abbas.num.9.de confeſſ.Ant.Gomez.in tract.Deli-
cto.c.1.nu.67.ad finem.

Septimò & vltimò accedit,quòd vbi minor contumax
habitus eſt pro confeſſo & conuicto ex forma ſtatu-
130 ti,debuit deinceps dari † curator,qui poterat reuocare
fictam illam cõfeſsionem,oſtendendo abſentis minoris
innocentiam. iuxtà ea quæ ſcribunt Angelus & Caſtr.in
l.2.C.qui teſt.facere poſſ.& Bald.in l.error.in fin.C.qui
teſt.facere poſſ.& in l.ita demum in fi.C de procura. &
Are. copioſè conſ.147.cum dicunt , confeſsionem non
ſolùm fictã,ſed & veram reuocari hoc modo poſſe.Hæc
dubitationem non leuem hac in re facere videbantur.

Cęterùm,re ipſa diligentiſſimè perpenſa,contrarium
verius eſſe credo,nempè prolatam ſententiam aduerſus
D.Scipionem nõ eſſe nullam hac ratione, quod eius cu-
rator citatus non fuit. Quandoquidem neceſſe minimè
fuit hoc in caſu curatorem vocare : ex quo nunquam
comparuit,atque ita contumax eſt effectus. Quod vt di-
cam , multis rationibus & doctorum auctoritatibus
moueor.

Primò ea ratione moueor,qua viſus eſt moueri Bald.
in l.1.nu.29.verſi.iuxta hoc quæro. C.de confeſſ.& re-
cenſet Natta conſ.540.nu.2.li.3.quòd.ſ.ſufficit auctori-
tas ſtatuti.Et argumentatio melius deduci ita poteſt, ſta
tutum quòd contumax habeatur pro confeſſo & con-
uicto,ſimpliciter loquitur. Sed ſtatutum ſimpliciter lo-
131 quens : comprehendit etiam perſonam † minoris. Er-
go ſtatutum de quo agitur hoc in caſu cõprehendit mi-
norem,vt habeatur pro confeſſo & conuicto. Illa mi-
nor probatur ex l. ſi ſine. §.Lucius. ff.de admi.tuto. cap.
132 conſtitutus.de reſtit.in integ.Hinc † ſtatutum deferens
lucrum dotis , vxore præmoriente ſine filijs , locum ha-
bet etiam in minore dante dotem:ita Bald.in l.1.colu.1.
C.ſi aduerſ.dot.& ibidem Caſtr.idem reſponderũt Co-
menſ.conſi.109.Domina Ioanna.& Roma.conſi.314.I-
133 ta † ſtatutum cogens affines ad compromiſſum , etiam
minores comprehendit.vti ſcribunt Barto. Baldus & cę-
teri. in l.vltima. C. in quibus caſibus in integrum reſti-
134 tutio non ſit neceſſa.Et † ſtatutum adimens robur in-
ſtrumentis non regiſtratis,comprehendere minores, reſ
pondit Alexand.conſi.65.lib.6.Quos quidem ad rem no
ſtram recenſet Natta.d.conſi. 541.nume.17.lib.3. Qui-
bus addo Roma. conſil.166.nume.2.& conſil.394. De-
cium in l.cùm te, in fi.C.de tranſactio. & copioſè Mar-
ſil.ſingu.481.qui vno ore ſcribunt,ſtatutum ſimpliciter
loquens, comprehendere etiam minorem.

Secundò(admiſſo nullum extare ſtatutum) mouet me
ratio,quam viſus eſt vno verbo conſiderare Bal. in d.l.j.
nu.20.C.de confeſſis,& refert Natta.d.conſ.540.nu.2.li.
3. quę minor dolo non caret, ex quo imperio magiſtra-
tus non obtemperat.Quæ ratio ita firmius deduci atque
135 conſiderari poteſt.Is legis † auxilio iuuari non meretur,
qui legem offendit & contemnit. cap. quia fruſtrà , de
vſuris. l.auxilium,in fin.ff.de minor.25.ann.cum ſimili-
bus.Atqui minor ad iudicium vocatus,non veniens, le-
136 gem contemnit , & offendit, ob id † dolo non caret.l.
non poteſt dolo,de reg.iuris.& eadem ratione cõtumax
dicitur.quæ ſanè contumacia eſt delictum.l.omne.ff.de
re milita. ergo non meretur hic minor , vt conſequatur
hoc legis auxilium ex d.l.clarum. C. de aucto. præſtan.
nempè,vt ei aſſignetur curator. vel eius curator citetur
pro ſui defenſione.

Tertiò vrget non parum illa conſideratio , quam in
ſpecie facit Salicetus in l.j. oppo.11.in fi.C.de confeſſ.&
ad rem recenſet Natta.d.conſil. 540.nu.3.ver.3.ſtringit.
lib. 3.& Salicetum ſecutus eſt Afflict. deciſ. 208. num.3.
137 quam ſanè rationem ita deduco. Lex & natura † nil fru-
ſtra operatur.l.hæc ſtipulatio.§.diuus.ff.vt lega. nom.ca-
uea. cum vulgatis ſimilibus. Atqui hoc in caſu vocare
curatorem fruſtra agitur , cum hic actus ſit iudicis , in
quo curator auctori non poteſt: ergo curator iſte vo-
cari non debuit.Illa minor probatur ea Saliceti auctori-
tate , cùm dixit , eſſe ridiculum dicere , quòd in confeſ-
138 ſione facta † per minorem in tormentis interuenire de-
beat tutoris auctoritas, cùm ei non poſſit adaptari : ex
quo tortura eſt actus iudicis , cui curator non habet au-
ctorari.Ita pariter docuit Baldus in auth.ſacramenta pu-
berum.col.3.verſicu. modò venio. nume.11.C.ſi aduerſ.
vend.& in cap.1.§.item ſacramenta, num.19.verſi.modò
quęro,quid in iudiciis, de pace iura. firma.idem in addi-
139 tio.ad Spec.tit.de confeſſis.in prin.cùm ait,quòd † cõ-
feſſio minoris extorta per tormenta in caſibus permiſſis,
140 valet,etiamſi minor curatorem non habuerit. Ea † eſt
ratio, quòd lex ob id curatorem dat minori,ne ſua faci-
litate decipiatur. d.l. clarum. C. de aucto. præſta. At
coram iudice ceſſat iſta cauſa,quia non decipitur ex quo
141 iudex omnem curatoris defectum ſupplet : & de † ipſo
iudice lex confidit. iuxta l. 2. C. de officio ciuil. iud. &
ſcribit Alciatus in tractat.De præſump. reg.3.præſump.
9.cùm ergo ceſſet fraudis cauſa , ceſſat & legis remediũ.
vt probat l.vltim. C.de in integrum reſtit.quæ ait non
142 ſuccurri † minori,qui iure communi vſus eſt. Accedit
alia ratio , qua demonſtratur , quod fruſtrà hoc in caſu
vocatur curator minoris. Nam ſupponamus , quod mi-
nor vellet fateri delictum,verè credendum eſt, quòd cu-
rator auctoritatem ſuam non præſtaret, atque iudicium
redderetur eluſorium contra l.ſi prætor.ff.de iudicijs.

Quartò moueor hac ratione, quam deſumo à Natta,
d. conſil. 540.nu.6. verſ.5.adhuc , iunctis ibidem dictis,
num.11.verſ.7.&c.lib.3. ſunt enim hæc ſimul ita dedu-
143 cenda. Iudex † citare poteſt minorem, vt ſolus ſine cu-
ratore in iudicio compareat: & ſi non comparet , con-
tumax habetur. l. minor etiam quaſi.ff.de mino.l. ſi mi-
nor. ff. de bonis aucto.iud. poſſid. l. ſi finita. §. ſi fortè.
144 ff.de damno infecto.Et ideò † minor negligens & con-
tumax ita dici poteſt , vt iura de contumacibus loquen-
tia in eum locum habeant.ſicuti ſcribit Alex. conſil.119.
nu.35.lib.6.& dixi ſupra in primo argumento. Eſt ratio,
quia (vt dixi ſupra) eſt actus iudicis. Prętereà potuit ipſe
minor curatorem petere,& legitimè comparere:ſi iudex
citare poteſt ſolum minorem. Ergo ſequitur , non eſſe
neceſſariam curatoris auctoritatem.

Quintò accedit vrgens illa ratio,qua vſus eſt Natta,
d.conſi.540.num.9.lib.3. quam ita deduco. Curatoris
145 † officium in negotio criminali eſt,vt actui gerẽdo à mi
nori auctoritatem ſuam adhibeat,& interponat.d.l.cla-
rum,& ibi Baldus in ſpecie. C. de aucto.præſta. qui ait,
curatorem non poſſe hoc iudicium in ſe ſuſcipere.Atqui
ſi curator abſentis eſſet vocandus,dari videretur ei facul
tas confitendi delictum minoris : quod facere non po-
teſt : ergo curator iſte non debet vocari. Illius minoris,
propoſitionis eſt ratio,quia eſſet valdè durum,quòd cõ-
feſſio ſolius curatoris poſſet in cauſa capitali nocere mi-
nori,cùm inde non poſſit minor capite mulctatus expe-
riri contra curatorem : quemadmodum poſſet,vbi cã eſ-
ſet pecuniaria, in qua poteſt curator iudicium in ſe ſuſci
pere.iuxta l.1.§ ſufficit.ff de admi.tut.

Sextò accedit illa argumentatio Nattæ conſil. 542.
146 num.5.lib.3. † bannum hodie ſucceſſit loco annotatio-
nis bonorum , vt ſcribit Baldus in l. abſentem. C. de

accuſa. Atqui in annotatione verborũ neceſſarium non erat dare curatorem minori, vel ipſum curatorem vocare: ergo nec neceſſe eſt hodie, curatorem vocare in cauſa banni.

Septimò vrget non mediocriter, priuationi habi-
147 tus non accedit, cùm † non entis nullæ ſint qualitates. l. eius qui in paouincia. ff. ſi cert. peta. Atqui quando minor non comparet in iudicio, nullum gerit actum, cui curator adhibere poſſit auctoritatem ſuam: ergo minore non comparente, eius curator citari non debet. Hac ratione vſus eſt Bald. in l. vlt. verſi. ſed tu ſubtilius declara. C. ſi propter publi. penſita. qui ob id ſcribit, quòd
148 quando † minor eſt contumax & eius bona alienantur à iudice, non requiritur curatoris auctoritas. Baldi. egregiam doctrinam ad rem noſtram deducit Natta conſi. 542. num. 11. 12. lib. 3. qui eiuſdem opinionis recenſet eundem Baldum in l. vlt. §. neceſſitatem. nu. 11. verſi. modò quæro. C. de bonis quæ liber.

Octauò confirmatur pręcedens argumentatio hac ratione ducta ab impoſſibili & abſurdo euitando. Iudex tunc dat curatorem minori vocato, cùm ſcit illum eſſe minorẽ: atqui ſi vocatus eſt contumax, ex quo nec ipſe, nec alter ſuo nomine comparet, non ſciret iudex, an is vocatus ſit minor: ergo eſt impoſſibile dicere, quod ei curator debeat dari, & eum deinde citare. Ex quo ſequetur & ilud abſurdum, quòd iudicia redderentur eluſoria. Nam minor non compareret, & iudex non daret curatorem, atque fruſtrà iudicium agitaretur, quod non eſt dicendũ. Ita, ſi rectè perpendatur, in ſpecie arguit Corneus, conſi. 198. num. 6. lib. 4.

Nonò vt huius ſim opinionis mouet auctoritas mul-
149 torum, qui apertè cenſuerunt, quod quando † minor citatur & eſt contumax, atque ita habetur pro confeſſo & conuicto ex ſtatuti diſpoſitione, quod neceſſe non eſt citare eius curatorem. Ita enim cenſuit Bal. in d. l. 1. nu. 59. C. de confesſis. qui atteſtatur in foro ita ſeruari, vt ſcilicet minor vocatus ad iudicium criminale, ſi contumax eſt, & habeatur pro confeſſo & conuicto, abſque alia curatoris auctoritate banniri poteſt. Idem ſcribunt Nellus in tract. De bannitis. part. 1. primi temporis. q. 1. Ang. Are. in trac. maleficiorum. in verbo, comparent inquiſiti. nu. 1. 2. cùm ait, quòd ſi minor accuſatus vel inquiſitus comparet, ſi non hobet curatorem vnum, ei dare debet. ſentit ergo, quòd ſi non comparet, non eſt neceſſe ei illum dare. Idem ſenſit Salicetus in l. 1. oppo. 11. C. de confeſſ. cùm negat in his actibus, qui iudicis ſunt, neceſſariam fore curatoris auctoritatem. Idem docuit Iaſ. in l. neque impuberes. num. 2. ff. de in ius voc. qui ſecutus eſt Baldum in dicta. l. 1. nume. 59. C. de confeſſis. & ait Iaſon, quòd hanc opinionem probauit omnium primus Guido de Suzaria in l. vnica. ff. ſi quis iuſd. non obtemper. Natta. conſi. 540. & 541. lib. 3. ita etiam Bal. ſecuti ſunt Alex. in annot. ad Bart. in l. certum. §. in pupillo. de confeſſ. Ant. Gomez. in tract. delicto. c. 1. nu. 66. verſi. & in expreſſo. Idem verè ſenſit Cor. conſi. 198. nu. 6. lib. 4. idem decidit Boe. q. 63. nu. 6. in fi. vbi ait, in curiis Galliaũr nõ obſeruari diſpoſitionem. l. clarum. contra minores abſentes & contumaces, qui recenſet Gulielmũ Benedictũ in c. Raynutius, de teſta. atteſtantẽ in curia Burdegalenſi non obſeruari diſpoſitionem d. l. clarum. vt pariter de curia & foro Papiẽſi ſcribit pract. Papien. in forma inquiſitionis. in, contra & aduerſus. Idem de Senatu Midiolani ſcribunt Boſſius in trac. cauſarum criminalium. tit. de confeſſis. nu. 69. & Iulius Clarus in Praxi criminali. §. fi. q. 50. in prin. & idẽ q. 55. verſi. vlterius poteſt. Ita quoque apud ſapientiſſimos Venetos obſeruari teſtatur Caſonus in trac. De tormentis, c. 10. nun. 2. Quos quidem iam aliàs recenſui li. 2. de arbitra. iud. caſu 268. num. 2. in fi. Qua ex re intelligimus obſer-
150 uantias has fori interpretari eam diſpoſitionẽ. † l. clarũ. C. de aucto. pręſt. non procedere hoc in caſu, cum ſ. minor ad iudicium non venit, ſed contumax efficitur. Et omnium melius hanc interpretationem & ſententiam defendit Natta d. conſil. 540. conſil. 541. & conſil. 542. lib. 3. cuius rationes & argumenta ex ordine magis perpendi & confirmaui.

Non oſtant nunc adducta in contrarium. Ad primum reſpondeo vnà cum Natta, d. conſi. 540. & conſi.
151 541. † d. l. clarum, & illi ſimilia procedere quando is minor comparet in iudicio, & de eius minori ętate conſtat: tunc iudex recipit eius reſponſiones & acta cum auctoritate ſui curatoris, ſi cum habet, & ſi non habet, vnũ aſſignat. Sed ſecus eſt cùm citatus non comparet, ſicuti verba d. l. clarũ perpendit Natta. d. conſ. 540. nu. 5. verſi. 4. ſi videatur. Eſt ratio, quia ex quo tunc nec de eius minori ætate conſtat, nec actus aliquis, cui auctorizari curator poſſit ab eo minore agitur, fruſtrà diſputatur, quòd curator citetur. Qua ex re ceſſat & illud quod in
152 ea prima argumentatione obiicitur † de l. ſi curatorem habens. C. de in integ. reſti. minor. Siquidem intelligitur, quando minor comparet ad iudicium & aliquem actum facit, ex iam relata declaratione. Prætereà, & ſecundò reſpondetur d. l. ſi curatorem habens, procedere ſolùm in actu voluntario, non autem in neceſſario: quemadmodum eo in caſu, quando ſtatutum vult de cau-
153 ſis affinium fieri compromiſſum. Nam tunc † minor habens curatorem, poterit compromittere, curatore non adhibente auctoritatem ſuam. ita Bart. Bal. & cæteri in l. 3. de recep. arbitr. & Bal. in ſpecie in l. vlt. C. de in integrum reſtit. quem ſecutus eſt Dec. in l. cùm te. in fin. C. de tranſac. Ea eſt ratio, quod tunc minor facit id quod ius ipſum ſtatuit: nec falli atque decipi poteſt, vt ait tex. d. l. vult. C. de in integ. reſt. Ita in caſu noſtro, cùm lex abſentem contumacem ſuo auxilio priuet: & lex municipalis pro confeſſo eum habeat, ſequitur dicendum, no eſſe neceſſariam curatoris auctoritatem.

Non obſtat ſecunda argumentatio, quia reſpondeo vnà cum Natta in d. conſi. 541. nume. 13. illam minorem propoſitionem non eſſe in caſu noſtro veram, ſi quidem
154 verius eſt † ſtatutũ, hoc in caſu non repugnare iuri communi: cùm (vt dixi ſuprà in præcedenti reſponſione) ius cõmune non requirat hoc in caſu curatoris auctoritatẽ: cùm ſufficiat auctoritas legis, quæ non patitur minorem circumueniri. Hac ratione vt intelligamus nil obſtare
155 illud reſponſum † Card. Zabarellæ conſi. 148. quia illa conſtitutio verè iuri communi aduerſabatur: cùm dictaret, quod contra abſentem committi poſſet executio pœnæ compromiſſi: quod eſt manifeſtè contra ius commune, quo permiſſum non eſt, vt non citatus lædatur. clem. paſtoralis. de re iudi. & l. vnoquoque ff. eo conſtitutio ergo illa debuit intelligi de his maioribus, qui in iudicio eſſe poſſunt: non autem cùm proceſſus fuit actus contra minores indefenſos. aliàs eſſet iniqua & irrationalis, ob id minores non comprehenderet. iuxta cap. 2. de dilect. puero. Quod non contingit in caſu noſtro.

Prætereà, & ſecundò, reſpondetur, quod ſi admitti-
156 mus vnà cum aduerſariis, † ſtatutum hoc repugnare iuri communi, illud ſequetur, quod ab ipſo iure communi interpretationem non recipiet: vt ſcribunt Bald. in l. maximum vitium, col. 4. verſi. vlterius quæritur. C. de liber. præter. Caſtr. & Corn. in l. vlt. §. in computatione. C. de iure deliber. Socin. Sen. in l. filiusfam. col. 4. verſi. 2. in quantum. de verb. ob. Goz. conſi. 19. nu. 2. & copioſè Pariſ. conſ. 66. nu. 8. lib. 2. Quo fit vt omni ex parte ceſſet argumentum.

Non oſtat tertium, quia reſpondet Natta, d. conſi. 541. num. 6 verſi. reſpondeo quòd &c. quòd in hac ficta
517 † confeſſione maior interuenit auctoritas, quàm curatoris, videlicet legis auctoritas ita fingentis: quod efficit vt curatoris auctoritas non ſit neceſſaria. Qua ratione vtitur Bald. in d. l. vnica. nu. 59. C. de confeſ. Non poteſt igitur dici, quòd habeat plus caſus fictus quàm verus. Pręterea & ſecundò, reſpondetur, quod verum non eſt, quòd in confeſſione vera facta coram iudice requiratur curatoris



curatoris auctoritas, cùm illle ſit actus iudicis, ſicuti ſupra declarauimus, & infra dicemus: ergo pari ratione, nec in hac ficta requiritur, cùm etiã hic actus iudicis ſit. Prætereà
158 & tertiò reſpondeo, quòd imò † ficta confeſſio plus operari hoc caſu debet quàm vera: cum confeſſio ficta cauſetur in pœnam contumaciæ, quæ ſanè contumacia eſt delictum. l. omne delictum. de re milit. Et in delictis minor non iuuatur, vt ſupra dixi. At ſecus in confeſſione vera quę non habet in ſe delictum, licet ſit de delicto. Ita in ſpecie reſpondet Corneus conſi. 198. num. 6. lib. 4. & ibidem alias differentiæ rationes conſiderat, quas ſupra attigi.

Non obſtat quartum argumentum, quia reſpondeo dupliciter: & primò, quòd hìc non tantùm diſputamus, quòd D. Scipio habeatur pro conuicto & confeſſo, iuxtà legis municipalis diſpoſitionem, vt ſuo iurè ſit priuatus, quantum verius contendimus iudicium contra eum agitatum, & probationes receptas eſſe legitimè: & ideò ipſe Dom. Scipio ex ſola contumacia non condemnatur, ſed ex probationibus in eo iudicio receptis.

Reſpondeo & ſecundò vnà cum Natta in conſil. 542. num. 16. verſic. Et vlterius ſtatutum. lib. 3. hoc ſtatutum, quòd contumax habeatur pro confeſſo & conuicto, non
159 omnino abhorret à iure communi, cùm † & ipſum ius commune ſæpe hoc ſtatuerit. ſicuti in l. locorum. ibi, propria confitentur abſentia. C. de omni agro deſer. li. 11. l. qui cum vno. §. grauius. ff. de re mili. & alia plura recenſet. Natta. d. conſil. 542. num. 17. 18. Quocircà hoc ſtatutum (vt ait Natta ibidem num. 16.) eſt potius exorbitans à iure communi, quàm correctorium: quo caſu etiam minores comprehendit, vt diximus ſuprà in primo noſtræ ſentẽtiæ fun-
160 damento. Nec repugnat illa doctrina † Romani, quam & alij plures probarunt. Siquidem reſpondeo, vnà cum Natta. d. conſi. 542. num. 19. verius eſſe, ſtatuta pœnalia, ob delictum, minores comprehendere, cum in delictis minor iure maioris vtatur. l. auxilium. §. in delictis. ff. de minor. & l. j. C. ſi aduer. delictum.

161 Nec repugnat tex. † cap. 2. de delictis puero. quo nititur Romanus, quia reſpondetur procedere, vbi agitur de pœna & odio irrationali nempè vt vnus pro altero, nempe pater pro filio puniatur, quod eſſe irrationale, & odij ple-
162 num dixi abũdè ſuperiore reſponſo. † Hac ratione dicimus, quòd ſtatutum, quo pater tenetur ſoluere pœnam pecuniarum pro filio, intelligitur cùm conſtat de delicto filij verè, non autem per ſolam contumaciam. Ea eſſe creditur ratio, quòd ſtatutum hoc continens odium irrationale, debet reſtringi quantum fieri poteſt, & ideò non habet locum quando ſolùm conſtat de delicto per cõtumaciam. Ita cenſuerũt Bart. & cæteri in l. cùm filius. in princ. de verb. oblig. Rom. in l. ſi filiofam. num. 114. ff. ſol. matrim. conſil. 154. num. 5. Albe. in tract. ſtatuto. part. 3. quæſt. 25. & communem eſſe teſtatur Alcia. in tract. præſump. reg. 3. præſum. 22. num. 2. Mattheſ. notab. 26. Marſi. ſing. 4. Boer. q. 79. num. 4.

Non obſtat quintum argumetum, quia reſpondeo ad-
163 uerſus † Albericum & eius ſequaces, eſſe communem opinionem, vt atteſtatur Natta d. conſil. 541. num. 1. & 2. quo loci ſingulatim reſpondet auctoritatibus Auguſtini de Arimino, ac etiam Marſilij in praxi criminali. Non etiam aduerſantur aliæ contrariæ auctoritates, quas præter Nattam recenſui: quia reſpondeo ex ordine. Non ergo repugnat
164 Marſil. in l. 1. num. 11. ff. de quæſt. quia † verè loquitur quando minor comparet coram iudice, & conſtat eum eſſe minorem. Ita etiam loquitur Marſi. conſil. 26. num. 9. & conſil. 48. num. 30. idem conſil. 130. num. 24. Ita etiam loquitur Dynus conſil. 38. num. 4. Ita loquitur Rolan. conſil. 31. numero 8. lib. 1. & cæteri, quos recenſui lib. 2. de arbitr. iudicum. caſu 268. num. 2. Ita etiam loquitur Corn. conſil. 198. num. 3. 4. lib. 4. imò eo loci. num. 6. contrarium ſenſit, vt ſuo loco iam admonui. Ita etiam intelligo Ioan. de Venafro. d. conſi. 134. in fine.

Non obſtat ſextum argumentum, quia reſpondeo, ex iam dictis, nempe in caſu hoc noſtro non fuiſſe neceſſe vocare curatorem, ex quo non euenit caſus reſponſionis, iuxta doctrinam Bart. in d. l. certum. §. in pupillo. num. 2. ff. de confeſſis.

Non obſtat vltimum, quia reſpondeo vnà cùm Natta, d. conſil. 540. num. 18. 19. lib. 3. quòd imò dari curator non debuit, vel datus vocari, ex quo ſolus, D. Scipione non com-
165 parente, non potuiſſet ſuſcipere iudicium. Et ſi † auctoritas curatoris in ipſo negotio vel antè, vel poſt debet interponi, iuxta l. obligari. §. tutor. ff. de aucto. tuto. quomodo auctoritas hæc poteſt adhiberi, cùm vocatus non comparet?

Prætereà, & ſecundò, reſpondeo, quòd ſi admittimus, curatorem vocare debuiſſe ad demonſtrandum de innocentia, iam præſupponimus iudicium agitatum contra abſentem illum & contumacem, eſſe de ſe validum, & non reddi nullum, etſi in eo curator non interuenerit. His diſſolutus eſt hic alioqui fortiſſimus obex.

Decimatertia nullitas eſt, quòd Dom. Hector Fliſcus erat curator d. Do. Scipionis eo tempore, quo cauſa hæc agitabatur: & ideo vocandus erat ad iudicium.

Reſpondetur ex iam dictis ad præcedentem nullitatem, à qua hæc non diſcrepat: & ambæ ſimul coniungi debuerunt, verùm, ne propoſitum ordinem peruerterem, hanc volui hoc in loco vno verbo recenſere.

Decimaquarta nullitas obiicitur, Excelſam Rempub. non potuiſſe concedere ſaluum conductum.

166 Reſpondeo vno verbo, imò dare potuiſſe, cùm † iura imperij obtinet: & cameram imperialem ita obtinet in ſuo dominio, vt Imperator in ſuo imperio. Sicuti aliàs repondi pro ipſa Excelſa Republ. Genuenſi aduerſus Marchionem Finarij, & nunc extat impreſſum ſuprà conſil. 2. numero 58. 59. Quinimò & inferiores principes poſſe hos
167 † ſaluos conductus & ſecuritates concedere ſcripſi libr. 2. de arbitra. iudicum. &c. caſu 337. numero 11. Si ergo inferiores hi poſſunt, à fortiori potuit ipſa Reſpub.

Decimaquinta obiicitur nullitas, quòd Do. Scipio ire non poterat Genuam, ex quo non habebat ſaluum conductum à Cæſare, per cuius loca tranſire debebat.

Reſpondeo, vt dixi ſuprà in reſponſione ad octauam nullitatem, quòd ſcilicèt potuit Do. Scipio impetrare ſaluum conductum, vel alio itinere vti.

Decimaſexta nullitas obiicitur, quòd ſemel tantùm Do.
163 Scipio vocatus fuit ad iudicium: cùm tamen ter citari † debuerit, vt pro confeſſo haberetur: ídque ob magnum præiudicium. l. conſentaneum. C. quomodo & quando iudex. Et in ſpecie ſcribit Bald. in l. receptitia. in fi. C. de conſtit. pe-
169 cun. cum ait, quòd ſtante † ſtatuto, quòd contumax pro confeſſo habeatur, trina citatio requiritur. Baldum ſecuti ſunt Felin. in cap. conſuluit, verſic. quintò fallit. de officio delegat. Marſil. in tract. criminali. §. poſtquam. colum. vlti. Afflictus in conſtitut. Regni, in conſtit. Pœnam eorum. 4. not. & Foller. in pract. criminali. in verbo, Et ſi confitebuntur. numero 16. Hos ita in ſpecie noſtra citauit Rolan. conſil. 68. numero 32. lib. 2. qui hac exceptione, ad impugnandum hanc ſententiam contra Dom. Scipionem latam, vtitur.

170 Reſpondeo primò, quòd in hoc † crimine ſufficit vna ſola citatio: ídque ex noua conſtitutione Federici in extrauaganti, quomodo procedatur in crimine læſæ maieſtatis, vt ibidem annotauit Bartol. in gloſſ. ſuper dicto crimine. verſic. Eſt aduertendum. in gloſſa. & in termino idem ſenſit Marianus Socini. Senior in tracta. De citationibus. articul. 20. quæſtio. 18.

171 Reſpondeo ſecundò, † citationem factam fuiſſe ſub pœna conuicti & confeſſi, quod ſufficit, ita Bar. in l. ſi finita. §. Iulianus num. 4. ff. de damno infecto. Abbas in cap. cauſam quæ. num. 4. & ibidem Feli. num. 3. de reſcrip. & in cauſ. inquiſitionis, numero 20. verſ. tem adde. de accuſa. Curti. Iun. in l. ad peremptorium. numero 7. ff. de iudiciis. Iaſon in l. prima, §. is videtur, num. 6. ff. ſi quis iuſd. non obtempe. Boe. in repe. l. cõſentaneum. nu. 120. C. quomodo, & quãdo iudex. & Vantius in trac. De nullitate. titul. De nullitate ex defectu citationis. num. 101. 102. & num. 105.

172 Reſpondeo tertiò,hodie ✝ ex ſtylo & conſuetudine
obſeruari, vt contumaces hi vnica citatione pro tribus
citentur. Ita de conſuetudine & ſtylo curiæ Mediolanē-
ſis teſtatur Iulius Clarus in pract. criminali. ſ. fin. q.44.
verſicu. item quæro. quo loci recenſet Io.Milleum atte-
ſtantem,ita etiam apud Gallos ſeruari.

173 Decimaſeptima nullitas obiicitur, ✝ edictum citato-
rium non fuiſſe affixum pluribus columnis plateę.Et cer
ti iuris eſſe videtur, quod vbi committitur cauſa cum po
teſtate citandi per edictum, citationes ipſæ affigi omni-
no debent duobus in locis: aliàs nullæ ſunt, atque inuti-
les. ita reſpondit Pariſius conſilio 31. numero 31. libro
quarto, poſt Rotam, quam citat. Et hac in ſpecie no-
ſtra ita argumentatur Roland. dicto conſilio 68. nume.
28. lib. 2.

174 Reſpondeo primò, ✝ Rotam loqui quando facta eſt
commiſſio à iudice de affigendis cedulis citatoriis,atque
ita edictis pluribus in locis. Nam tunc non ſufficit quòd
in vno loco ſolùm apponātur.Ita inquam declarat ipſa-
met Rota deciſ. 5.tit.de reſcrip.in nouis, cuius hæc ſunt
verba: Si committatur cauſa cum poteſtate citandi per
edictum in curia & locis vicinis in partibus affigendum,
non ſufficit quòd fiat executio in vno loco vicino,quan-
tumcumque publico: ſed requiritur quòd in pluribus
locis exequatur, & ad minus in duobus,quia pluralis lo-
cutio.&c.de reg.iur. pluralis locutio.lib. 6. facit glo.Io.
Andreę in clem. cauſam, ſuper verbo, loco. de electio.
& quia forma mandati hoc habet:quæ eſt diligenter ſer-
uanda. de reſcrip.cap. cum dilecta. de præben. ca. cui de
non.li. 6. l.diligenter. ff.mand. Hæc Rota. Quæ clarius
loqui vix potuiſſet.Quinimò decidit Bellamera concluſ.
175 194. ſi mandatur per auditorem citationem ✝ per edi-
ctum in tribus locis publicari, & ſolùm fuit publicata in
duobus, ſufficit : quia ſatis eſt ſeruata forma iuris. cum
Bellame.ſenſit Caſſado. deciſ.1.num.2.de dolo & contu-
ma. De veritate tamen huius deciſionis Bellameræ dubi
tat Maria. Soci.Sen.in tract. De citation. articu. 23.quæ.
9. verſ. & nota quod.&c. Sentiunt ergo Rota & Bella-
mera,quòd vbi non eſt facta expreſſa commiſſio,vt duo-
bus, vel tribus in locis edicta affigantur, ſufficit quòd af
figantur vno ſolo in loco.Quod clarius ſcribunt Bal. in.
l. & poſt edictum, prima lectura, verſi.item videmus Flo
rentię.ff.de iudiciis.& Soc. d.tracta.De citationibus, ar-
176 tic.23 q.9.cùm dicunt,hanc ✝ citationem affigi ſolùm
eo in loco,in quo olim Prætoris album affigebatur: ſen-
tiens ſufficere quod vbi in loco id fiat. Et non eundo(vt
dici ſolet)pro mēdicata ſuffragia,eſt tex.in clem.cauſam.
ſ.verum & vbi glo.in verbo aliquo,de electio.& expreſ-
sè ita decidit Caſſado.deciſ. 1.nu.2. tit.de dolo & contu.
quem ſecutus eſt Vantius in trac.de nullitate.ti.de nulli-
tate ex defectu citationis. nu.133.

Decimaoctaua nullitas obiicitur,quòd iudex manda-
uit citationem affigi columnis bāchorum:& tamen nun-
tius retulit affixiſſe columnis plateę. Quæ ſanè formę
177 ✝ inobſeruantia reddit actum nullum, vt multis pro-
bat Vantius in dicto tractat. de nullitate. titul. de nulli-
tate ex defectu citationis.num. 132.

Reſpondeo,in facto prę ſupponi hoc eſſe falſum:quia
verè citatio fuit executa iuxta mandati formam.

178 Decimanona nullitas obiicitur, quod in edicto ✝ nō
apparet expreſſus locus comparendi, quem exprimere
neceſſe omnino erat, ita reſpondit Alex. conſil.71. in
princ.lib.7.

Reſpondeo primò,Do.Delegatum extitiſſe eo tem-
pore Cæſaris legatum apud Excelſam Rempub.Genuæ:
& ideò eius domus omnibus nota erat.At quādo domus
179 iudicis citantis eſt nota ✝ neceſſe non eſt quòd in cita-
tione adſcribatur locus comparendi. Ita ſcribit Vantius
in tract.de.nullitate.tit.de nullitate ſententiæ ex defectu
citationis.num.62.qui de delegato loquitur:& ibidē nu.
64.idem ait,in præſide, & altero iudice totius prouin-
ciæ, cuius domicilium dicitur eſſe omnibus notum. Ea
eſt ratio,quia locus comparendi adſcribitur, vt ſit cer-
tus,ne citatus habeat diuinare quo in loco comparere
debeat.Quæ ſanè ratio ceſſat,quādo alio modo locus eſt
manifeſtus.ita Vantius loco iam citato,qui recēſet inter
multos Felin. in c.cùm M.Ferra.col.3.ver.& ſi Epiſcopus
citauit,de conſt.qui,poſt Ancha.in c.cùm Epiſcopus.de
offi.ord.in ſexto,ſcribit, quòd ſi Epiſcopus citauit ali-
180 quem non expreſſo loco, intelligitur ✝ citatus,vt com-
pareat in loco conſueto. Et ratio illa eſt, quia certus,
non eſt amplius certificandus.l.j.in fi. ff. de actio. empt.
cap.eum qui certus.de reg.iuris.in 6.Hinc dicimus quod
licèt denuntiatio litis fieri debeat auctori,vt teneatur de
inde de euictione ſecuta:attamen cùm manifeſtè conſtat
181 ✝ de lite mota non eſt neceſſaria denuntiatio. Ita de-
clarant Ripa in cap.cùm. M.Ferrar. nume.166. de con-
ſtitut. & Socin. Iun. conſil. 120. nume.16. lib.3. cæteros
prætereo.

182 Reſpondeo,& ſecundò,quòd ✝ ſatis locus erat cer-
tus ex data ipſius citationis. Nam ſolet in data adſcribi
dies & locus:ita in extrauag.qui ſint rebelles, in fi. ſed
multò clarius in data libri ſexti, hoc eſt in fin. tituli. de
reg.iuris,in 6.& in procem.Clementinarum. Non ergo
negare poteſt D.Scipio,quin eſſet maximè certus de lo-
co comparendi.

Reſpondeo,& tertiò, quod ſaltem debuit comparere
facta citatione per ſecūdum edictum,in quo (vt in facto
aſſeritur)locus fuit manifeſtè expreſſus.

Reſpondeo quartò,quòd ſaltem ipſe Do.Scipio de-
bebat proteſtari,quòd ignorabat locum comparendi:&
quòd propterea,hac de cauſa impeditus comparere non
poterat: ſicuti diximus ſuprà ad vndecimam nullitatem
in tertia reſponſione.

Vigeſima eſt nullitas quæ objicitur, quod cùm eſſent
induciæ inter Cæſarem & Regem Galliarum, & quòd
ob id dabatur tutus acceſſus in Galliam, & propterea
quod citari debuit D.Scipio perſonaliter,& non per e-
dictum.

Reſpondeo primò,non fuiſſe probatum quod eo tem
pore pactæ eſſent hæ induciæ.

Reſpondeo ſecundò,vt dixi ſupra ad decimam nulli-
tatem allegatam, & præſertim in tertia reſponſione,
cùm ſcripſi, reum citari poſſe per edictum, quando re-
ſpectu ſuę perſonę per nuntium citari non poſſet:vt quia
eum vel occideret,vel verberibus afficeret.

Vigeſimaprima nullitas objicitur,quod Do.Scipio a-
beſſet à prouincia antequam cœptum eſt procedi con-
tra eum: ergo non poterat citari per edictum,vel contra
eum procedi.

Reſpondeo,diſſolutionem huius obiectionis pende-
re quò ad modum citationis & procedendi à iam dictis
ſupra ad decimam nullitatem.Quò verò ad ipſam ſenten
tiam pendet ab his,quæ dicemus infrà ad vigeſimamno-
nam nullitatem. Atque ita petendæ ſunt reſponſiones
è duobus illis locis.Et verè ſatis erat hanc, vel vno vel
altero in loco collocare. Ne tamen ordinem propoſitū
inuerterem,hoc ſuo in loco eam retuli.

Vigeſimaſecunda nullitatis exceptio eſt, quod Do.
Scipio non habebat tutum acceſſum ad ciuitatem Ge-
nuæ,vt poſſet comparere coram D. Delegato,& ſuas de
183 fenſiones facere. Quocircà citatio ✝ facta, vt compare-
re deberet,eum non arctauit.Ita apertè probat tex.clem.
paſtoralis.ſ.nos circa.de re iudic.Barto. in l.recuſare. ſ.
vlt.& ibidem Alex.ff.ad S.C.Trebell.Francus in cap. ex
parte.il 1.in glo.1.de appella.Ruin.conſi.3.num. 3. lib. 5.
Afflict.deciſ.289.nu.24.Marſi.conſi.81.num. 4. & ſingu.
261.& Pariſ.conſi.28.num.4.lib.4.& adeò citatio ad lo-
cum non tutum eſt nulla,vt neceſſe non ſit appellare.Ita
Bartol.& Peruſinus locis iam relatis. Et his alios addit
Roland. conſilio 68. numero 20. 21. libro ſecundo. qui
in hac facti ſpecie pro Do. Scipione contra Excelſam
Rempub.



Rempub.reſpondit,Quòd autem ciuitas Genuæ eſſet
locus non tutus D.Scipioni, vel duabus de cauſis con-
ſtare creditur.Quarum prima eſt, quòd ibi habebat D.
Aurios inimicos,qui vt in ciuitate ipſa præpotentes e-
rant,ita poterant ipſum D. Scipionem opprimere. Et
184 quem non teneri comparere in loco, vbi potentes ini-
micos habet, ſatis apertè probat d.cle.paſtoralis.ſ. nos
circa.

Altera eſt,quod totam ipſam Genuenſem Rempub.
habebat ſibi aduerſantem,ob id quòd dicebatur contra
eam conſpiraſſe & molitum eſſe : & ob eam cauſam ab
ea damnatum. Nec objici poſſe videtur D. Scipioni,
quòd ei conceſſus fuerit ſaluus conductus & publica fi-
des data, quibus à ciuitate Genuæ tutus reddebatur:
quia ex multis dicitur, quòd illi ſaluo conductui confi-
dere non debuit.

185 Primò,quia ✝ ſaluus conductus eſt cautio fragilis,
cui parum fidendum eſt.l.qui ita.ſ.1 ff.ad S. C. Trebel.
Non enim cautio maleuolum animum mutat, vt inquit
glo.cap.literas,in glo.vlt.de reſtit. ſpolia. ex ſententia
Iuſtiniani in ſ. nouiſſimè, Inſtit. de ſuſpectis tuto.
186 Et ideo inquit Rol. conſilio.68.num.23.lib.2. ✝ citatum
ad locum non tutum,ob inimicitias,quas eo in loco ha-
bet,non teneri comparere,etiam ſi datus ei ſit ſaluus cō-
ductus.atque ita ſenſiſſe ait Imolam in l. nam quod. ſ.
non omnis.ff.ad Trebell. adductus ex cap. accedens. il
ſecundo. vbi Felin.col. 2. verſi. tene menti. & Soc. Sen.
num.5.vt lite non conteſta.Barba.in cap.cùm.R.canoni
cus.num.2.de off.delega.Afflic. deciſ.289.num.21. & in
conſti.Regni,quæ incipit priuilegia. colu. vlt. quibus
magis in ſpecie addo Barba.conſi.62.colu.10.lib. 1. Ia-
ſonem conſi.86.num.13.lib.3.& Ioan.Iacobum de Leo-
nardis inter conſilia Bruni conſilio 114.num.375.& Frāc.
de Marchis.quæſt.68.part.2.Igneus in repeti. l. neceſſa-
rios. ſ.non alias.nu.423.ff.ad S.C.Syllan.

187 Secundò accedit.quòd etiamſi aliàs ſaluus ✝ condu-
ctus eſſet cautio firma & efficax, non tamen eſt, cùm
conceditur reo criminis læſæ maieſtatis, vel alteri hoſti
patriæ & exbannito,quibus quidem data fides ſeruanda
non eſt.ita ſcribunt Bartolus ſua diſputatione prima.in-
cipit, Lucanæ ciuitatis.in ſpecie Lucas à Penna in l. vlt.
C.de ponder.& aur.illatio.libr. 10.Dec.in l.ea eſt natu-
ra.num.4.de reg.iuris.Vldaricus Zaſius, magnæ erudi-
tionis iuriſconſultus, in apologia aduerſus EcKium,
dum diſputat an hoſti ſeruanda ſit fides. nu.14. Duare-
nus in l.j.ad finem.ff.de pactis.

188 Eadem ratione ſcribunt permulti,nec ✝ hæreticis,qui
diuinam maieſtatem lædunt, datam fidem eſſe ſeruan-
dam,quemadmodum affirmant,Marinus Salomo.in l.ij.
ſ.exactis.ff.de origi.iuris.& Petrus Placa lib. 1. epitome
delicto.cap.37.in fi.qui ſcribit eiuſdem opinionis fuiſſe
D.Ambroſium lib.1.officio.c.29.D.Thomam.2.2.q.40.
art.3.& Conrad.Brunū lib.3.de hært.ca.14.& ea ratione
189 moti ſunt: ✝ quòd cū hoſte,qui ſuo delicto ciuitate pri-
uatus eſt, nulla obligatio contrahi poteſt. Nam ſtipula-
ri is non poteſt,qui obligationis ciuilis capax non eſt. l.
multum intereſt,vbi Bar.& cæteri de verb.obli.Imò ad-
190 dunt multi ex relatis doctoribus,nec ✝ iuramēto fidem
hanc datam confirmari ita poſſe, vt obſeruari omnino
debeat:cùm iuramentū non corroboret obligationem à
lege non receptam.arg.l.Titius,in fi.ff.ad S.C. Trebell.
auth.ſacramenta puberum.C.ſi aduer.vend.

Tertiò ſuffragari videtur, quòd etiamſi de iure ob-
191 ſeruandus eſſet ſaluus conductus,attamen ✝ ex conſue-
tudine hodie à principibus obſeruari non ſolet. Quod
multis exemplis videtur conſtare.
192 ✝ Leo X. Pont. Max. cùm ſaluum conductum conceſ-
ſiſſet Paulo Baliono ſtrenuiſ.militum Duci,vt tutè ad e-
um accedere poſſet, contra datam fidem iuſſit ei caput
amputari. Cuius exempli meminit Iulius Ferretus in tra-
cta.de Gabellis & publicanis.nu.95. & illum retuli li. 2.
de arbit.iudicum,caſu 336.num.13.Ita pariter ſcribit Ca-
gnolus in l.ea eſt natura. nume.18.de reg.iuris.Senatum
193 ✝ Taurinenſem dediſſe ſaluum cōductum cuidam inſi-
gni & famoſo latroni,&tamen illuſtris magnus tunc Se-
reniſſ.Ducis Sabaudiæ cancellarius iuſſit illum laqueo
ſuſpendi.Scribit etiam Salomonius in d.l.ij.ſ.exactis. de
orig.iuris.& refert Petrus Placa, d.lib.1. epitom. delict.
194 c.37.in fi.ita obſeruatum fuiſſe contra ✝ hęreticos vo-
catos in concilio Conſtantienſi,ſub ſaluo conductu,qui
tamen contra datam fidem necati fuerūt. Non ergo ſal-
uo conductui fidere debuit D.Scipio.

Quartò, admiſſo quòd ſalui conductus obſeruari
conſueuerint à principibus, non tamen Reſpubl. Ge-
nuenſis cōſueuit idem facere. ſicuti re ipſa demōſtrauit,
cùm conceſſit veniam & ſaluum conductum D.D.Hie-
ronymo & Octobono fratribus dicti D.Scipionis:& ta-
men datā fidem non ſeruauit : cùm ambo interfecti fue-
rint. Ergo D.Scipio ſuo malo prudens factus non tene-
batur credere & fidem adhibere ſaluis conductibus.

Quintò & vltimò,admiſſo,quòd Reſpub.fidem & ſal-
uum conductum obſeruaſſet: attamen non erat tutus
D.Scipio ex eo ſaluo conductu à perſona illuſtriſſimi
Principis Auriæ & aliorum illius familiæ, cum qua, ob
mortem D.Zanetini, grauiſſimę vigebant inimicitiæ.
Non ergo tenebatur D.Scipio fidem adhibere ſaluocon
195 ductui & cōparere in loco,vbi aderant priuati inimici,
quos iuſtè timere debuit.d.clem.paſtoralis.ſ. nos circa.
de ſenten.& re iudic.Et clarè ſcribunt Feli.in cap. cùm
R.canonicus. num.1. in fin.verſi.amplia.ſecundò.de off.
delega.& Boſſius in tract.cauſarum criminalium,titu.de
citationibus.num.27.quos ita in ſpecie recenſet Rolan-
dus d.conſil.68.num.26.lib.2.Quibus addo Oldrad.cō-
ſil.43. col.1. Angelum in ſua diſputatione, quę incipit,
Bononienſis quidam,in quinto dubio. Barba.conſi. 62.
col.10.li.1.Felinum in c.accedens.il 2.nu. 9. vt lite non
conteſt.& Io.Iacobum.de Leonardis inter conſilia Bru-
ni conſ.114.nu.376. Hæc me maximè hæſitantem red-
debant.

Cæterùm,his minimè refragantibus, in ea opinione
ſum,hanc exceptionem non tueri D. Scipionem, quin
citatus teneretur comparere coram D. Delegato, vel
ſaltem excuſatorem defenſoremque ad ſe defendendum
mittere. Siquidem ſatis tutus ei dabatur acceſſus,ob ſal-
uum conductum & publicam fidem ei datam, cui fide-
re debuit.

196 Primò,quòd ſaluoconductui fidendum ſit ſuadet ✝ pu-
blica fides data, quæ & hoſti ſeruanda eſt. l.conuentio-
num.ff.de pactis.in illis verbis, Publica conuentio eſt,
quæ fit per principem,aut quoties inter ſe Duces belli
quędam paciſcuntur. Dum ait Iuriſconſultus ille, per
principem intelligimus de omni fide & conuentione
197 cum principe inita.Et licèt ſint qui ſcribant, ✝ d.l.con-
uentionum, intelligi ſolùm de conuentione inita cum
hoſte belli, non autem cum hoſte ex ſuo delicto, quem
exbannitum vocamus:attamen verius eſt intelligi etiam
de fide & conuentione cum exbannito inita: quemad-
modum ſcribunt Bart.ibi.num.1.Iaſ.num.3.& num.4.qui
198 apertè ſcribunt,fidem ✝ datam bannito,eſſe ei ſeruan-
dam.Idem Bart.in l.is qui reus.num.12. ff. de publi. iud.
Alber.in l.præſenti.num.8.C.de his qui ad eccleſ. con-
fug.qui poſt Oldradum in ſua quæſtione, quæ incipit.
Quęſtio talis eſt,poteſtas Padue,diſtinguendo, ſcribit,
quòd quando accuſatus de graui crimine non poteſt ſe
defendere per procuratorem, vt quia eius pręſentia o-
mninò requiritur,ei dari debet fides publica & obſerua-
ri.Idem Alber.in tract.ſtatutorum.par.4.q.39.Idem do-
cuit Salicetus in l. cum indulgentia. col. 2. verſi. ſi verò
crimen eſſet tale. C. de ſenten. paſſ. & reſtitu. vbi pari
modo idem diſtinguit vt Oldradus & Albericus. Et ibi-
dem Salic.col.vlt.in fine. ſcribit,quòd, quando bannitus
eſt in territorio alterius, è quo extrahi non poteſt à iu-

dice eum vocante in ius, danda ei eſt fides publica & ob-
ſeruanda: quod propriè contingit in caſu noſtro. Ita
quoque ſcribit Imola in l.is qui reus, col. pen. in fine. ff.
de publ.iudi.Eiuſdem opinionis fuerunt & alij nonnulli
quos retuli & ſecutus ſum lib.2.De arbitrariis iudicium.
caſu 337.num.5.quo loci retuli Baldum conſil. 490. Po-
nitur quòd quidam colu. 2. verſi. item ex quo data.li.1.
Signorol.conſi. 102.vbi copiosè hanc ſententiam tuetur
Cagnol. in d.l.ea eſt natura.num 18.de reg. iuris.qui ſcri
bit,factum illius cancellarij fuiſſe à multis improbatum.
retuli & Bellum in tract. de bello, tit.de ſaluis conducti-
bus.num. 10. His nunc accedunt Angelus in ſua diſputa.
Bononienſis quidam, in ſexto dubio. Afflict. deciſ.4.
num. 4. Idem in capit.1. in vndecimo nota. num. 9. de
pace tenen. & eius viola. Pariſi. conſi. 68. num. 178.lib.
4. Feli. in ca.accedens. il ſecundo. nu.9.vt lite non con-
* teſta. His conſtat hanc eſſe magis * receptam opinio-
nem: quam acutiſſimis rationib. veram eſſe oſtendit Ol-
dradus relatus ab Alberico præcitatis in locis.

Secundò, admiſſo quod de iure dubium ſit, an prin-
ceps ſeruare debeat vel non hos ſaluos conductus: atta-
men Reſpub. Genuenſis conſueuit illos obſeruare: ſicu-
ti ex actis probatum præſupponitur. Quocircà teneba-
tur D. Scipio ſaluumconductum acceptare, & coram
D.Delegato comparere.

199 Tertiò, accedit quod ſaltem † citatio illa arctabat
D.Scipionem, vt excuſatorem mitteret, ita ſenſit Inno.
in cap. cùm dilecti. num. 2. de dolo & contuma. & cla-
rius Baldus in ti.de pace Conſtantię. in verb. ſenten-
tię. num.1. Ang. conſil. 65. per habentem. in fine Rota
deciſ.3.de dolo & contuma. in antiquis. Alexã. in l. recu-
ſare.§. ſiquis alio.nu.6. verſ.& vide.ff. ad S. C. Trebell.
Nec hîc obſtat quòd nec quis arctatur ad mittendum
200 excuſatorem, cùm & excuſator † ipſe non audet eò ac-
cedere, ob locum non tutum. ſicuti ſcribunt Bald. in d.
verbo, ſententiæ. num.1. Felin. in cap. cùm R. canoni-
cus, col.2. verſi. amplia ſecundò. de off.delega. & in cap.
cùm olim, in princ. de excep. idem in ca. accedens, il 2.
nu. 12.vt lite non conteſta. Quos in hanc ſententiam re-
cenſet Rolandus, d. conſil.68. num.21.lib. 2.Et illis ad-
do Felinum in cap. cùm.inter.num.20. verſic. ex quo.de
except. & Iaſ. conſi.86. num.13. lib.3. Non inquam hoc
obſtat: ſiquidem reſpondetur, quod quò ad excuſato-
rem locus ſatis erat tutus. Duobus enim modis conſide
201 ratur, an locus † tutus ſit, vel non. Primò, cum cauſa,
qua locus efficitur non tutus, generalis non reſpiciens
plus vnius quàm alterius perſonam eſt. vt putà cùm ob
morbum peſtis grauiſsimum, vel bellum atrox & crude-
le tutus nemini patet acceſſus. Hoc caſu vocatus ad iu-
dicium, eo in loco, nec ire, nec excuſatorem mittere te-
netur. cùm ita excuſatori ac principali vocato periculum
immineat. ita loquitur text. l. de ætate. ff. ad S. C. Tre-
bell. Et ita intelligo Baldum in d. verbo ſententiæ. nu.
1. & Alex.in d.§. ſiquis alio.num.5.verſi. prædictis adde.
& apertius hoc ſcribit Ripa in tractat. de peſte, tit.de
priuilegiis iudiciorum. num.3. Ita etiam intelligo Imo-
lam in cap. præterea. num. 12. de dilatio.& hoc caſu po-
202 teſt procedere & text. † clem. paſtoralis. §. nos circa.
cùm ibi Henricus ille eſſet aduerſus Robertum regem e-
iuſque omnes maximè animatus, atq. ita erat periculum
tam procuratori & excuſatori quàm ipſi principali. Et
iſte caſus non eſt de quo contendimus. Non enim (vt
mox ſubiiciam) erat locus ipſius ciuitatis Genuæ ſuſpe-
ctus etiam excuſatori d.D. Scipionis.

Secundò modo locus non tutus redditur à cauſa ſin-
gulari reſpectu ſolius perſonæ vocatæ in ius: vt ob eius
delictum, quemadmodum in caſu noſtro. Hoc caſu, ſi ci-
tatus non vult perſonaliter comparere, ſaltem debet mit
tere excuſatorem, vel procuratorem. ita intelligo Inno.
Baldum, Rotam & alios ſupra relatos.& hic eſt caſus no
ſter. Non enim locus dici potuit non tutus excuſatori &
procuratori D.Scipionis: qui aſſerit, ſe habuiſſe curato-
rem in ipſa ciuitate, à quo excuſari & tutò defendi pote-
rat, ſi defenſionis cauſam habuiſſet. Non etiam hîc repu-
203 gnat quod ſcribit Angelus in illa diſputatione Bono-
nienſis quidam, in quarto dubio: & poſt eum Alex.d.§.
ſiquis alio num.5.quòd, quando locus non eſt tutus e-
tiam ratione cauſæ, putà ob factiones & partialitates,
nec procurator eſt mittendus. vt hoc caſu aſſerit Do.
Scipio, ciuitatem Genuæ ſibi ſuſpectam fuiſſe ob factio-
nem dominorum de Auriis. Nam reſpondetur, Ange-
lum loqui, cùm quis eſt bannitus ob partialitates & fa-
ctiones, & vocatur à iudice illius loci, tunc non tenetur
comparere vt ibi cauſam tractet, cùm adſit probabilis
ſuſpicio, ne, quorum cauſa fuit expulſus, ab eiſdem vim
volente iudice patiatur. At ſecus in caſu noſtro, in quo
non cauſa factionis, ſed proprii delicti D.Scipio patria
carere cœpit. Nec timere poterat potentiam D. de Au-
rijs, qui permiſerunt ſemper cauſam, quæ ex officio agi-
tabatur, ſuo (vt dici ſolet) Marte decurrere. Præterea
204 † debuit comparere vel mittere procuratorem recu-
ſando iudicem ob timorem inimicorum. ita in ſpecie de-
clarat Dec.in cap.ex parte, il 1.num.6.in fine. de appell.
poſt.Soc.Sen.quem mox referam. Non etiam repugnat
205 quòd docuit Abbas † in ca.ex parte.il 1.nu.5.de appel-
la, quod non ſufficit locum eſſe tutum ipſi procuratori
& excuſatori, niſi tutus etiam ſit ipſi principali. Cum
multum referat, quod quis poſſit ipſemet agere, vel de-
fendere cauſam: aut per procuratorem. Et idem quod
Abbas ſentiunt Hoſtien.& alii ibi relati à Franco, in ſe
cundo notabili. Non inquam hoc repugnat, quia ab
Hoſtien.& Abbate diſſentiunt Inno.& alij, quos recen-
ſet Dec.in d.cap.ex parte.num.5.Præterea reſpondeo ex
diſtinctione, quam, conciliando has opiniones, facit
Maria.Soc.Sen.in tract de citationibus, articulo 18.q.5.
verſ.aut locus eſt tutus.&c. cùm ſcribit, quod, ſi locus
eſt tutus procuratori & cauſa eſt leuis, ſufficit: quia
per procuratorem tractari poteſt. Aut eſt grauis, &
tunc non ſufficit. Niſi (ait ille) dominus cauſæ nil oppo-
nat, quod non vult comparere per procuratorem, atque
ita declarat capit.cùm olim, de teſtibus. Quę ſanè prote-
ſtatio facta non fuit in caſu noſtro. Præterea quod dici-
mus, excuſatorem debuiſſe à Do.Scipione mitti, intelli-
gimus non ad peragendum totam cauſam, ſed ad ſe excu
ſandum ob iuſtas cauſas ſuſpicionis, & petere ſibi de iu-
dice alio in loco prouideri: & demonſtrare per ſe non
ſtare. Eſt ergo quòd hac argumentatione concludamus,
D. Scipionem non poſſe obijcere hanc exceptionem
loci non tuti.

Quartò, dato, non conceſſo tamen, quòd locus non
eſſet Do. Scipioni tutus, attamen ex quo id notorium
non erat, debuit D.Scipio proteſtari, de non tuto acceſ-
206 ſu, † ipſoque loco ſuſpecto, vt ſcribunt Bart.in l.de pu-
pillo. §. ſiquis ipſi prætori. nume. 14. ff. de operis noui
nuntia. Alex.conſi.16.num.11.lib.3.Socin.Sen. conſi. 27.
col. vlt.lib.3. Curt.Iun.conſi.126.num.6. Bellonus con-
ſil.18. num.15. & Alba conſil.77. num. 19. Qui quidem
grauiſſimi iuris interpretes vno ore affirmant, quòd is
qui metu & timore alicuius actum facere non poteſt, de
bet de illo impedimento metus & timoris proteſtari. Ita
207 etiã dicimus de quouis alio † impedimento. ita Doct.
in l.ij.§.ſed quod diximus.ff.ſi quis cautio. Dec.cõſ.356.
col.pen.Ripa copiosè in tract.de peſte.tit.de priuilegijs
iudiciorum.nu.22.24. & Boer.q.40. Cæteros prætereo.

Quintò & vltimò non mediocriter aduerſus Do.Sci-
pionem vrget, quòd nulla ratione potuit ſe excuſare, lo-
cum ſibi tutum non eſſe. Nam quòd locus iſte fuerit tu-
tus, duo tantùm conſiderantur. Primò perſona iudicis,
ſecundò, perſona inimicorum. Quò ad iudicis perſonã,
non potuit dicere D.Scipio, ſe habere iuſtam ſuſpicio-
nem: cùm cõtra eum de delicto inquireretur. Quocircà,
cùm delinquens ad iudicium vocatur in loco commiſſi
delicti,



delicti, non poteſt dicere, non teneor comparere, quia
208 locus eſt mihi ſuſpectus. Eſt enim quòd ſibi † imputet,
quòd tale quid egerit, quo eo in loco comparere non au
det. Ita in ſpecie & claris noſtris terminis declarando
text.clem. paſtoralis. §.nos circa.de ſenten. & re iudic.
docuit Bal. in l. omnes.§.verùm ſi apparitor. colu. 2.
verſi. circa ſecundam. C.de epiſco.& cler. Baldum ſecu-
ti ſunt Alexan. in l. recuſare. §. ſiquis alio.num. 5. in fi-
ne.ff.ad Trebell.& Ruin. conſi. 48. num.15 li. 4. Areti-
nus in cap. veniens. num. 54. de accuſa. & Rubeus in l.
pen.§. ad crimen. num. 204.de publ. iudi. qui etiam de
impedimento inimicitiarum quæ ſua culpa cauſatæ fue-
runt, differunt. Quò verò ad perſonam inimicorum, nec
iuſtam excuſationem habuit D. Scipio non comparen-
di: ſiquidem multis modis ei prouiſum erat. Erat primò
209 ei conſultum, quia ob † ſaluumconductum conceſſum
tam à Repub. quàm à iudice, erat ſecurus ab inimicis
qui auſi non fuiſſent eum lædere, ne in læſæ maieſtatis
crimen inciderent, ſi eum occidiſſent: vel ne iudicis ar-
210 bitrio † plecterentur, ſi aliter eum offendiſſent: ſicu-
ti ſcribunt Bart.in l. 3. §. transfugas. ff.ad l. Cornel. de
ſicar. Alber. & cæteri in l. illicitas. §. ne potentiores. ff.
de off. præſid Gigas in ſpecie libro primo. de crimine
læſæ maieſt. titul. Qualiter & à quibus crimen læſæ ma-
ieſta. committa. quæſt. 33. nume.7. quam ſanè ſenten-
tiam probaui libro 2. de arbitra. iudicum. caſu. 337.
num.2.

Secundo etiam modo poterat magis & magis eſſe
conſultum ipſi Do. Scipioni, ſi petiiſſet, vt petere po-
211 terat, ſibi caueri, de non † offendendo: iuxta d. l. illi-
citas. §.ne potentiores.ff.de off. prẹſid. Quæ ſanè cautio
operatur, vt is, cui datur ſit omnino ſecurus. vt ſcribit
Bar.in d.§.ne potentiores. nu.9. 10. alioqui is, qui eum
212 † offendiſſet, graui pœna fuiſſet mulctandus, vt ſcri-
bunt relati doctores. & Petrus Placa li.1. epito. delicto.
c.7. nu.10.

Sextò & vltimò ceſſat hîc omnis dubitatio: quando-
quidem in ipſa ciuitate Genuę commorabantur alij Fli-
ſchi, affines ipſius Scipionis. Qui quidem, vt innocen-
tes, non timebant vel Aurios, vel ipſam Excelſam Rem-
pub. ergo & ipſe D. Scipio ſi ſe innocentem (vt profite-
tur) agnoſcebat, nulla ratione poteſt ſe excuſare quin ita
tutè Genuæ potuerit cõmorari, vt & cæteri eius affines.

¶ Non obſtant nunc adducta in contrarium. Nam ad
primum reſpondetur quòd imò ſaluus conductus effica-
cem & firmam cautionem adfert, vt ſuo loco ſupra de-
213 monſtrauimus. Nec repugnat ille † text. l. qui ita. §.
primo. ff. ad S. C. Trebellia. quia intelligitur, cùm re
ipſa cautio eſt fragilis, vt quia is, qui eam præſtat, non
eſt ſoluendo, vel minus idoneus prẹſtare indemnem
eum, cui cautionem præſtat: alioqui ſequeretur ab-
ſurdum inconueniens aduerſus iura omnia, quòd ſu-
peruacaneæ fuiſſent cautiones & fideiuſſiones adin-
uentę & conſtitutę. Quòd verò dicitur, cautionem
non mutare animum maleuolum, facilè concedimus.
ſed quid oberit malus ille animus, quando maleuolus
ille pœnę metu ab omni vi & moleſtia deſiſtere com-
214 pellitur? Nam & iure pontificio ſancitum eſt, † fœ-
minam timere non oportere viri ſæuitiam, qua ab eo di-
uerterat, cùm ſufficiens cautio prẹſtita ei à viro ipſo fuit.
215 cap.ex tranſmiſſa. de reſtitu.ſpoliat. Ita etiam † cautio
ſufficiens prodeſt in caſu.l.quia poterat.ff.ad Trebell.&
ſcripſi in tract. de recuperanda poſſeſsione, remedio pri-
mo, nume.316. Qua ex re infertur, citatum, cui data
eſt cautio ex ſaluo conducto, teneri comparere, vt dixi-
216 mus ſuprà. Nec repugnat aſſertio † Imolæ in dicta l.
nam quod. §. non omnis, ad Trebell. quia loquitur
Imola, cùm ſaluusconductus eſt datus à iudice capitali
inimico, vel ab alio, & is qui ſaluumconductum ha-
bet, tenetur ſe committere manibus ipſius inimici.
Verba Imolæ hæc ſunt: Item nota, quòd non tene-
tur quis ſe committere fragilitati cautionis, vbi ma-
gnum immineret periculum. Sic etiam dicit decre-
talis, quòd non tenetur quis ſe committere, nec eſt
tutum, quòd quis ſe committat capitali inimico, etiam
cum literis de ſaluoconducto, vt in cap. accedens,
il ſecundo, vt lite non conteſta. Et per hoc videtur, quòd
quis non tenetur comparere coram iudice capitaliter
inimico, etiamſi cum citatorio mittat ſaluumcondu-
ctum. Nam fragile eſt remedium talis chartulæ: & multi
reperiunt ſe deceptos Hæc Imola, & hoc caſu loqui-
tur idemmet Imola in l.is qui reus. colu. vlt in princ.
ff.de publ.iudic. Ita pariter Felin. in d. cap. accedens.
il ſecundo, num.2.vt lite non conteſt. Ita etiam decla-
217 randus eſt † Afflictus d. deciſ.289. nume. 21. & in
conſtitutionibus regni. aliàs malè ſentiret: cùm Imo-
lę doctrinam ſequatur, eſt declarandus, vt eo caſu, quo.
Imola loquatur. Ita etiam loquitur Barba. dicto conſil.
62. columna decima, libro primo. Nec aliter ſenſit Iaſ.
dicto conſilio 86. nume.13. libro tertio. Nos autem
non verſamur hoc in caſu, quia Do. Delegatus non erat
D.Scipionis capitalis inimicus: nec odio eum proſeque-
batur, ex quo non conſtat vnquam à D. Scipione offen-
ſum. Nulla ergo ratione dicere potuit Do.Scipio, quòd
non tenebatur illi ſaluoconductui fidere.

Non obſtat ſecundum fundamentum: quia reſpon-
deo, contrarium eſſe verius, quod imò & reo criminis
læſæ maieſtatis ſeruanda eſt data fides ex ſaluoconductu
conceſſo: cùm maximè adhuc non conſtat reum eſſe il-
lius criminis, ex quo adhuc cauſa tractatur. Nõ enim iu-
re diffinitum reperitur, quòd hoc caſu ſeruanda non ſit
fides, & ob id generali regulæ ſtandum eſt. Nec repugnat
218 doctrina Bartoli † in illa diſpu.prima, Lucanæ ciuitatis:
quia loquitur Bartolus, cùm data eſt fides bannito à
perſona priuata: quæ ſanè fides ſeruanda nòn eſt, cùm ſit
contra vtilitatem publicam. quemadmodum ipſemet
Bart.ibi in ſolutione.num.7.8.declaratur. Ita etiam lo-
quitur Zaſius in illa Apologia contra Io. EcKium. quo
loci ſemper refert ſe ad ipſam Bartoli traditionem. &
Bartolum ita pariter intelligit Petrus Placa lib.1.epito-
me.delicto.c.37.in fi. Nec Lucas à Penna in l. vlt. C. de
pondera. & auri illat. lib.10. ſcribit id, ad quod Petrus
Placa, de quo ſtatim dicam, eum allegat. Imò Lucas ſe-
quitur doctrinam Iacobi Beluiſij, quam probat & Imo-
la in dicta l.is qui reus.col.vlt.de publ.iudic. Et verè illa
fauet Reipub.Genuenſi, non autem D.Scipioni: quem-
admodum & ei fauet Dec. in d. l.ea eſt natura. nume. 4.
de reg.iuris. & ſi in ſpecie aliquantulum à noſtra diuerſa
ille loquatur. Duarenus in l.j ad finem.ff.de pactis, con-
trarium eius ad quod citat Placa, ſcribit. Quod verò
219 ſcribit Placa dicto cap.37.in fi. hæreticis † datam fi-
dem ſeruandam non eſſe, intelligo, cùm data fides eſt ad
detrimẽtum fidei catholicæ, à qua nõ poteſt ſua pactio-
ne nec priuatus, nec quiuis alter deuiare, prauam hære-
ticorum opinionem confirmando. Ita enim loquitur
Conradus Brunus in tract. de hæreticis lib.3. c.14. cùm
220 ſcribit, non licere paciſci † cum hæreticis, vt liberè
poſſint in damnata eorum ſecta viuere. Nec etiam repu-
221 gnat traditio † D.Thomæ 2. 2.q.40.artic.3. quando-
quidem verius eum affirmare intelligo, etiam hoſti da-
tam fidem eſſe ſeruandam: quamquam liceat hoſtem, ci-
tra fidem datam, circumuenire & fallacijs decipere. Nam
ait Diuus Auguſtinus lib.83. q relatus in cap. dominus.
222. 23.q.2. cùm iuſtum bellum ſuſcipitur, vt apertè pugnet
aliquis; an ex inſidijs nihil ad iuſtitiam intereſt. Quod
quidem probat auctoritate Domini, qui mandauit Ioſue
vt inſidias poneret habitatoribus ciuitatis Hai, ſicuti le-
gitur Ioſue ca.8. Negat itaque D.Thomas licere hoſtem
data fide decipere & fallere. Et idem quod ſanctus Do-
ctor ſcribit Cardinalis de Turrecremata in d. ca. domi-
nus.23.q.2. Rationibus verò in eo ſecundo fundamento
adductis ſatisfieri ſatis poteſt ex traditis à Bartolo in d.
diſput.1.in ſolutione.nu.7.8.

Non obſtat tertium fundamentum, quia reſponde-
223 tur, quod imò & ex conſuetudine † hi ſalui conductus
ſolent obſeruari. quemadmodũ ſcribit ex recentioribus

Nicolaus Moronus in tract. De fide pace & treuga, par.
2.q.4.nu.5. qui dicit ita fuiſſe obſeruatum in ciuitate A-
ſculana, eo iudice concedente ſaluumconductum. Et
iam ſatis ex conſuetudine in ipſa ciuitate Genuæ obſer-
uari ex actis conſtare aſſeritur. Nec repugnat quòd ali-
224 quãdo ſaluiconductus nõ fuerint obſeruati:vti à †Leo-
ne X.Pont.aduerſus Paulum Baleonum.Nam verius eſt,
Pontificem illum Maxi. ſaluumconductum non dediſſe
illi Baleono. Quod ex Paulo Iouio in vita ipſius Leonis
X. colligitur,cùm ſcribit in hæc verba: Paulũ ante alios
Baleonum claris militiæ honoribus functũ, & erga Me-
diceam domum ſtudio ac operibus inſignem, è Peruſia
Romam vocatum,eiuſque leuitati impensè confidẽtem,
quin capitali ſupplicio affiçeret, vel deprecantibus Vr-
ſinis exorari non potuit. Hęc ille. Quòd ſi Leo Pontifex
ſaluumconductum Baleono conceſsit, amphibologicè
ita conceſsit, vt quę eius ferret mens ſatis deprehendi
non poſſet, ſicuti memorię proditum eſt à Franciſco
Guiciardino lib.13. hiſtoriarum. Quocircà erat quòd
leuitati Baleonus adſcriberet, ſi certa & clara fide
non data ad Pontificem acceſsit. Non etiam repugnat
225 quod aſſerunt Salamonius & Placa, † Conſtantienſe
concilium non obſeruaſſe ſaluumconductum hęreticis,
qui ſub illa fide ad concilium ipſum vocati fuerant. Eſt
enim hoc manifeſtè falſum. Siquidem à ſacroſancto œcu
226 menico † Conſtantienſi Concilio ſeſsione ſexta, & die
17. Aprilis ad concilium illud citatus atque vocatus fuit
Hieronymus Praga hęreſiarcha, qui obtulit ſe reſponſu-
rum in concilio de his, quę ei obiiciebantur quòd ſci-
licet de fide catholica in multis malè ſenſiſſet, dum-
modò ſaluoconductu tutus redderetur, Concilium au-
tem his verbis, quę adſcribere volui, ſaluumcondu-
ctum conceſsit. Comparens ſecundum tenorem prę-
dicti tui ſcripti, reſponſurus ad ea, quę tibi aliquis,
vel aliqui in cauſa fidei voluerit obiicere, recepturus
& facturus in omnibus iuſtitię complementum: ad
quod à violentia, iuſtitia ſemper ſalua, omnem ſaluum-
conductum noſtrum, quantum in nobis eſt, & fides
exigit Orthodoxa pręſentium tenore offerimus, &
etiam plenius aſsignamus. Hactenus concilium. Cuius
quidem verba clarè ſignificant, à violentia facti conceſ-
ſum fuiſſe ſaluumconductum illi Hieronymo Pragæ, non
autem à iuris violentia, vel verius à iuſtitia, quæ expreſsè
fuit reſeruata. Cùm itaque ipſe Hieronymus de hæreſi
fuerit conuictus in ipſo Concilio, ex quo abiurauit in
ſeſſione decimanona multas hæreſes, & deinde relapſus
fuit, ſicuti ex lata ſententia ſeſſione 21. legitur, iure me-
rito pœna capitis, cui ipſe ſe ſubiecerat, damnatus fuit.
Quòd ſi obiiciatur concilium Conſtantienſe non obſer-
uaſſe ſaluoſconductus cõceſſos ab Imperatoribus & Re-
gibus, facilè erit reſpondere, non licuiſſe ipſis Impera-
toribus & Regibus concedere tutos reddere hæreticos:
227 tum quia † inferior non poteſt ſaluumconductum con
cedere domnato à maiori, vt ſcribit Afflict. deciſ. 4.&
comprobaui l. 2. de arbitra. iudicum. caſu 337. nu. 10.
228 Tum etiam quia Imperatorum & Regum eſt † hæreti-
cos expugnare, non autẽ ſecuros & tutos reddere. Quẽ-
admodum abundè tradit Conradus Brunus li. 3. de hæ-
reti. c. 15. Rectè à concilio ſaluiconductus illi annullati
fuerunt.

Non obſtat quartum fundamentum, quia reſponde-
tur (vt dixi ſuprà) ex actis conſtare, Excelſam Rempubl.
Genu. conſueuiſſe obſeruare ſaluoſconductus. Nec ve-
rum eſt, Rempubli. violaſſe datam fidem Hieronymo
& Octobono fratribus dicti D. Scipionis: cùm (vt acta
teſtantur) nulla à Repu. illis data fuerit fides.

Non obſtat vltimum argumentũ, quia reſpondetur ex
dictis ſupra, quod ſatis tutus erat D. Scipio etiam ab ini-
micis priuatis tam ex ſaluoconductu à Republica cõceſſo
quàm ea cautione de non offendendo, quam petere po-
tuit. Quòd ſi dicatur, cautionem hanc non petiiſſe, reſ-
pondetur ſuę negligentiæ eſſe adſcribendum: & ob id
non excuſatur ratione huius impedimenti, quod facilè
remouere potuit, vt dixi ſupra ad vndecimam nullitatem
in ſecunda reſponſione, ex ſententia Bar. in l. ſed etſi per
prętorem. §.2.ff. ex quibus cauſ.maio.& in l. quibus die-
bus. de cond. & demonſtr.

Vigeſimatertia nullitas eſt, quę obiicitur, quòd pro-
ceſſus confectus contra D. Iulium Cibò, ſuper quo fun-
data eſt ſententia lata contra ipſum D. Scipionem, non
fuit productus authenticus: & ideò illi fides adhibenda
229 non erat à iudice. Nec ipſi † iudici aſſerenti proceſſum
fuiſſe authenticum, credi debuit, vt ſcribunt Bar. in auth.
ſi quis in aliquo. nu. 13. C. de edendo. & eo loci cæteri
Doctores.

Reſpondeo primò, in facto præſupponi, quod pro-
ceſſus ille in authentica ſui forma cum ſubſcriptione Au
guſtini Mantegatij notarij & ſigno fuit delatus Ge-
nuam: & per D. Delegatum traditus notario & actuario.
Et cùm delegatus mandauit ſumi informationes de ab-
ſentia D. Scipionis, dixit, quòd volebat videre proceſſum
confectum contra Cibò. Deinde, proferendo ſenten-
tiã contra ipſum D. Scipionem, dixit, viſo proceſſu facto
contra Iulium Cibò: atque ita ipſe delegatus conſtituit
fundamentum ſuper illo proceſſu, quod non feciſſet, ſi
230 authenticus nõ fuiſſet. Et cùm ea, quæ † veriſimilia ſunt,
aſſeruerit iudex, ei credendum eſt. vt in ſpecie reſpon-
dit Anchar. conſi.277. col. vlt. verſ. non obſtat quod cre-
di.&c. repetitum conſi.439. quem ſecutus eſt Crau. in
tract. de antiq. tempo. in 2. par. prin. nu.22. Et eo loci ſcri
bit Crauetta, quod licèt aliàs non credatur aſſertioni
231 † perſonæ ſuſpectæ, iuxta l. ſi fortè. ff. de caſtren. pecul.
attamen tunc creditur, quãdo concurrit veriſimilitudo.
Et in ſpecie Ancharanum & Crauettam probaui libro
primo. de arbitrarijs iudic.&c. quæſt.76. in fi. Ita etiam
dicimus cæteris in caſibus, in quibus regulariter non
232 creditur † aſſertioni alicuius: vt ſcilicet tunc credatur
cùm coniecturæ & veriſimilitudines cõcurrunt, quem-
admodum ſcribit idem Craue. in d. tract. de antiq. tem-
po. in tertia particula primæ partis principalis. incipit.
Propoſitum. nu.70. quo loci huius ſententiæ citat Ang.
conſ.341. Ale. conſ.18. li.3. So. Sen. conſ.122. col.4. li.3. De-
cium conſ.96. col.2. Goz. conſ.42. colu.3 & alios plures.
Idem Cra. conſ.40. nu.5. Quib. addo Iaſ. conſ.184. col.
pen. verſ. ſed præmiſſis & alijs. li.2.& copioſè Tiraqu. in
repe. l. ſi vnquam, in verbo, donatione largitus. nu.100.
C. de reuocan. donatio.

Reſpondeò ſecundò, quòd hæc ſententia iam diu fuit
prolata, à qua non fuit appellatum, ergo pro ea præ-
233 ſumptio eſt, quod ſcilicèt fuerit ritè & rectè prolata:
quemadmodum admonui ſuprà in præludijs huius re-
ſponſi, poſt Cra. d. tract. de antiq. tempo.2. par. prin. nu.
15. poſt Caſtr. conſ.202. li.2. Cæpollam conſ.26. in ſecun
do dubio. Corneum conſ.334. colu.4. lib.1. & Gozad.
conſ.96. col. vlt. verſ. ſextò adduco. & alios nonnullos.
Quibus addo & Grammati. deciſ.24. in fin. qui quidem
Grammaticus ita ſcribit de ſententia lata contra abſen-
tem & contumacem. Et aſſertioni iudicis credi cùm ſen
tentia eſt in iudicatum lapſa, reſpõdit idem Crau. conſ.
108. nu.2. Quæ ſanè interpretum doctrina ſine contro-
uerſia procedit in caſu noſtro, in quo ſolùm agitur de a-
234 † ctis probatorijs: quæ quidem præſumuntur interue-
niſſe iuxta ipſius iudicis aſſertionem, ſicuti diſtinguendo
affirmat Crauet. in d. tracta. de antiq. tempo. par.2.
numero octauo. poſt Bald. conſilio 492. columna 2.
libro tertio. Socinus Senior conſil.158. columna tertia.
verſic. ſed ergo etiam reſpondeo. libro ſecundo. Dec.
cap. ſuper eo, columna prima. verſic. quartus & vlti-
mus caſus. & in cap. conſuluit, columna ſecunda. de
appellat. Ea eſt ratio, quia non eſt veriſimile, quòd
235 † iudex hanc ſententiam tulerit ſine probationibus. Ita
Crauet. præcitato loco poſt Alexand. conſilio 105.
columna prima, libro quinto. Quod quidem maximè
hîc procedit, vbi eo tempore, quo lata fuit ſententia,
acta



acta hæc interuenire potuerũt iuxta traditionem Caſtr.
conſilio 428. libro primo.& conſilio 38. libro 2. Alexan.
conſilio 179. columna tertia. verſic. item inquantum in
priore. libro ſeptimo. Socinus Senior conſil.29. colum.
ſexta, libro primo. Curtij Iunior. conſil.29. colum.5.&
aliorum, quos recenſet Cra. d.2. par. nu.29. etſi ipſe aliter
rem declaret.

236 Reſpondeo tertiò, quòd quando † ſententia eſt anti-
qua, pro ea eſt præſumptio tam contra præſentem vel
contumaciter abſentem quàm contra abſentem non
contumacem: atque ita contra fictum contumacem. Ita
ſcriptum reliquit Crau. in d. tract. de antiq. temp. in
ſecunda parte. princ. nume.39.40. poſt Corn. conſil.
333. columna quarta, libro primo. Ea ratione vtitur
Crauetta quia præſumitur condemnatum ſciuiſſe latam
contra ſe ſententiam: vt reſpondit Decius conſilio 185.
columna ſexta. poſt Salicetum quem citat; & alios re-
fert Crauetta, & ideò ei imputatur quòd non appella-
uerit. Qua ex re ſubinfert Crauetta, quòd vbi aliàs pro-
bari poſſet ſcientia abſentis non contumacis, & quòd
ab ea ſententia non appellauerit, ita pręſumi pro ſen-
tentia contra talem abſentem etiam non contumacem,
ſicut contra præſentem. Atque ita ſcribit Crauetta re-
ſpondiſſe Bartol. conſil.98. Apparet ſententia. colum.
ſecunda, verſicu.& idem intelligo. libro primo. Calca.
conſilio 76. columna ſeptima. & in conſil.80. columna
quarta. ac etiam Gozad. conſilio 96. columna vltima,
verſic. ſeptimò adduco. In caſu noſtro vtrunque ſupe-
rius dictum eſt verum. Nam primò conſtat, hanc ſen-
tentiam poſſe dici de antiquo latam; cùm elapſum ſit
* biennium. Et ſi enim * magis recepta ſit opinio, iudi-
237 cis arbitrio relinqui quando † ſententia dicatur de an-
tiquo lata, vt ſcripſi libro ſecundo, de arbitra. iudicum.
caſu 53. numero 5. ſecutus maximè Crauettam d. tract.
de antiq. tempo. parte ſecunda. numero 37. attamen
exiſtimo, iudicem fore neminem, qui non iudicet hoc
tempus eſſe antiquum, inſpecta qualitate perſonę &
cauſæ: ob quæ, quòd graues ſunt, omnium, quæ geſta
fuerunt ſcientia veriſimiliter habita eſt. Qua ex re ap-
paret adeſſe & illud, quòd ſcilicèt Dominus Scipio
habuit ſcientiam latæ ſententiæ: ob id, cùm non ap-
pellauerit, factum eſt, vt omnia ſolemniter acta præſu-
mantur.

Vigeſimaquarta nullitas obijcitur, quòd ſcilicet lata
ſit ſententia ab eo, cui cauſa hæc tam grauis & ardua man
dari non potuit; nempe à viro ignaro & illiterato. Quæ
ſanè nullitatis obiectio & mihi aliquando magnam ad-
ferebat dubitationem. Siquidem vera videtur iure, ratio-
238 ne & multorum auctoritate hæc ſententia, † illiteratũ
& ignarum iudicis officio fungi non poſſe.

239 Primò iure probari videtur † in l. certi iuris. C. de iu-
dicijs. tametſi paſſim aliter à noſtris interpretetur. Non
enim eo loci Iuſtinianus imperitis permittit iudicandi
munus, cùm hominibus militaribus iudicandi facultatem
concedit. Nam ait, audiant lites & eas dirimant, & pro
ſui & legis ſcientia huiuſmodi altercationibus finem im
ponant. Ecce quod Iuſtinianus requirit, vt is, qui de cau
ſis militum iudicandi munus obtinet, legum ſcientiam
habeat. ergo ignarus iudicandi munus obire non poteſt.
Hanc interpretationem probauit Io. Coraſius, li.5. miſ-
cella. iuris cap.19. in fine. Et, ſi rectè perpendantur, ante
illum ita explicauit Io. Fab. in §. ſimiliter. in Inſtitu. de
excuſa. tuto.& Iaſon in d. l. certi, nu.5. verſ. tu autem.

240 Secundò magis vrgere videtur † tex. §.1. in auth. de
iudicibus. & clarius in verſione Græcorij Holoandri No
uella.82. Quo loci ſtatuit Iuſtinianus, imperitos legum
& ignaros literarum eſſe à munere iudiciario arcendós.
Ea rectè certè. Qui enim fieri poteſt, vt iuſtè quis iudi-
cet de re à ſe minimè cognita? Ariſtoteles libro 1.
Ethico. cap.3. illum eſſe bonum iudicem ait, qui cognita
iudicat.

Tertiò non parum facit tex. cap.1. in fin. de conſan-
gui.& affinit. quo loci ſtatuit Alexan.3. Pont. Max. cau-
ſas matrimonij, ob ſui grauitatem, eſſe iudicandas ab
his, qui ſtatuta canonum non ignorant. Ergo idem di-
cendum eſt, de cauſis his criminalibus tam arduis. Et
241 præſertim, quia à † cauſis matrimonialibus ad capitales
duci ſolet argumentum: vt ſcribunt Dec. conſil.311. col.
1. Pariſius conſil.15 nu.13. lib.2. Socin. Iun. conſil.36. nu.6.
lib.2.& Cra. conſil.281. col.3. verſ. reſpondeo.

242 Quartò accedit ratio illa, quòd iudex legere † atque
de ſcripto ſententiam recitare debet. l. 2. C. de ſentent.
ex breuic. recitand.& in cap. vlt. de ſenten.& re iud. in 6.

Atqui literarum ignarus & imperitus nec legere nec
recitare nouit: ergo non poterit iudicis munus obire.

Quintò & vltimò accedit auctoritas multorum, qui
243 affirmarunt, † imperitum & illiteratum iudicandi mu-
nus obtinere non poſſe. Ita docuit Baldus in l. vlt. q.16.
C. de hæred. inſti. cùm ait, quòd, ſi cauſæ ſubtiles com-
mittãtur groſſis (vt ille ait) doctoribus, recuſari illi poſ-
ſunt. Clarius idem cenſuit Io. Fab. in §. ſimiliter. in Inſti-
tu. de excuſa. tuto. Idem ſenſit gl. §.1. in verbo, habere. in
auth. de iudicib. Io. Coraſius. d. lib.5. miſcella. iuris. c.19.
His dubius & anceps non ſemel ſubſtiti, ne pro Excelſa
Republi. reſponderem.

Re tamen ipſa diligentiori ſtudio & peruigili cura
perpenſa, contrarium verius eſt in ſpecie noſtra, nempè
Do. Delegatum rectè fuiſſe cõſtitutum, & hoc iudicandi
munus obire potuiſſe. Quod vt dicam, multa me mouẽt.

Primò ea me mouet ratio, quòd Do. Gomezius dele-
gatus non erat ignarus & illiteratus: ergo iudex eſſe po-
tuit. Quòd ignarus & illiteratus non eſſet vel ex eo
244 patet, quòd in ſpecie hac illiteratum † & ignarum il-
lum eſſe intelligunt doctores relati ſuprà: qui nec le-
gere, nec ſcribere ſciunt. Ita Ioan. Fabri in dicto §. ſimi-
liter. inſtit. de excuſa. tuto. Coraſius d. lib.5. miſcella.
iuris. cap.19. Duarenus lib.1. diſputa. anniuerſ. cap.3. Hi
enim, dum negant illiteratum iudiciario munere fungi
poſſe, appellant illiteratum eum, qui omnino literas
ignorat. Et ita pariter ſcribunt Doctores, qui contra-
riam ſententiam tuentur, quos infrà referam. inter quos
Iaſ. in d. l. certi iuris. nume.1. C. de iudi.& Fel. in cap.
ſciſcitatus, in verbo, illiteratus. verſic. conſidera quòd
prima opinio, de reſcriptis. poſt Bart. in auth. nouo iure.
C. ſi certum peta. Cùm ergo Do. Gomezius ſciret legere
& ſcribere, dicendum eſt non fuiſſe (ſecundum relatos
interpretes) illiteratum & ignarum; & per conſequens
iudex eſſe potuit.

Secundò, admiſſo (quod mihi verius videtur) illitera-
tum in ſpecie noſtra illum cenſeri, qui leges non didicit,
& in illis verſatus non eſt: attamen adhuc D. Gomezius
iudex eſſe potuit. Siquidem erat vir diligentiſſimus, & in
rebus gerendis optimum vſum obtinebat: cùm à Cæſare
legatus eſſet apud Excelſam illam Rempub. Genuæ: &
245 ſcimus tam graue munus legationis † non niſi viris pru-
dentiſſimis & maxime in rebus arduis pertractandis
verſatis mandari, vt ipſa rerum experientia docet. Et
246 exemplum † Hieremiæ Prophetæ c.1. docet, legatos
eſſe debere peritos. Cùm enim eum Prophetam miſſu-
rus eſſet dominus, reſpondit, Ah Ah Ah, Domine Deus,
neſcio loqui, quia puer ego ſum. Cui reſpondit Domi-
nus, Noli dicere, quia puer ego ſum: quoniam ad omnia
ad quæ te mittam ibis, & vniuerſa quæcunque manda-
uero tibi, loqueris. Quocircà ſapientiſſimus Salomon
247 † Prouerb. c.26. damnat mittentes legatos ignaros &
imperitos. Claudus (ait ille) pedibus, & iniquitatẽ bibẽs,
qui mittit verba per nuncium ſtultũ. Dicendum ergo eſt
hoc in caſu, Cæſarem miſiſſe D. Gomezium virum peri-
tum & prudentem. Quo fit vt iudex potuerit etiam eſſe
hac in cauſa, ſicuti probat text. §.1. in auth. de iudicib. &
248 † clarius in nouella.82. cuius hæc ſunt verba. Neque e-
nim ex vſu ferè exiſtimauimus, vt aliqui iudicum no-
men geſtent, qui & legum maximè ſunt imperiti: neque
vllum in rebus gerendis obtinent vſum. Reiicit hîc

Iuſtinianus à munere iudicandi illos,qui maximè,id eſt,
valde, (ita hunc locum interpretor) legum imperiti
ſunt.Nec non & illos,qui nullum vſum,id eſt, experien-
tiam in rebus gerendis obtinent. Quorum in numero
non extitit D Gomezius,qui non erat valde legum im-
peritus:imò multas,maximè militares, callebat, nec ca-
rebat rerum experientia.
Tertiò, quòd etiam is qui iuriſconſultus non eſt, vel
249 verſatus in legib. poſſit eſſe iudex, probat † d. l. certi.
C.de iud.quã ſuprà pro aduerſarijs retulimus. ſtatuit eo
loci Iuſtinianus hominibus militaribus iudicãdi munus
de rebus militarib.poſſe mandari,modò peritiam rerum
& cauſarum militarium habeant.Quamquam ergo iuris
Doctores non ſint, iudices illi conſtitui poſſunt. Idem
probant l.magiſteria.C.de iuris d.omn. iud.l. de militi-
bus.ff.de cuſtod.reo.l.j.C.eo.& l.i.§.ſi verò miles. C. de
falſa mone.cùm ergo D. Gomezius peritia, præſertim
rerum militarium,non careret:dicendum eſt iudicem eſ-
ſe potuiſſe. Hæc enim cauſa potius verſabatur circa res
militares quam circa alia ciuilia negotia: cùm diſputa-
tio,quæ etiam ſolius facti erat,verſaretur: an ſcilicèt D.
Scipio conſpirauerit in Cæſarem, vel non. Quod co-
gnoſcere dubitationis & perplexitatis parum habet:cùm
ex probationibus teſtium facilè fuerit cognoſcere.Et eo
maximè,quod contra contumacem agebatur:ſicque dif-
ficile non erat iudicare.
Quartò,quòd is qui nec legere,nec ſcribere ſcit iudi-
250 ciario munere fungi poſſit, probat † l.j. §. caſum. ff. de
poſtulãdo.& l.cæcus.ff.de iudicijs.Quibus probatur,cæ-
251 cum,†quem certè ſcimus non poſſe nec legere,nec ſcri-
bere,iudicem eſſe poſſe. Et quamquam ibidem gloſſa &
Doctores interpretentur & intelligant de cæco effecto,
poſt ſuſceptum munus iudicãdi,vt etiam reſpondit Ab-
bas conſil. 47. lib.1. attamen nil obeſt in caſu noſtro,
cùm verum ſemper ſit, eum qui nec legere, nec ſcribere
ſcit:atque ita literis carentem (vt relati doctores in d.l.
certi.C.de iud.& d.ca.ſciſcitatus,de reſcrip.tradunt)iudi
cem eſſe poſſe.Præterea, ſi probamus interpretationem
Duareni lib.1.diſputa.anniuerſ.c.23. quam ego ſequi ſo-
leo,res eſt clarior. Ait ille, cæcum magiſtratus officio
fungi non poſſe,quod dignitas illa, præter ſcientiam &
prudentiam, decorem quendam & maieſtatem requirit.
252 Iudicis autem munus obire poteſt (ait ille) † cæcus,
quod etſi luminibus careat, non tamen ſcientia & pru-
dentia,quæ iudicis propria eſſe debent.l. cùm prætor. §.
1.ff.de iudicijs.Ita Duarenus duo illa iuris loca rectè vi-
ſus eſt interpretari.Quod ſi ita eſt,res eſt clara, eum iu-
dicem eſſe poſſe,qui nec legere,nec ſcribere nouit: cùm
aliunde ſcientiam & prudentiam habeat.
Quintò, mouet me argumentum ductum à ceſſante ra
tione,qua legum & rerum imperiti à iudiciario munere
253 arcentur.Ratio,† qua à Iuſtiniano ſtatutum eſt,ne iudi
ces pedanei legum peritia carentes conſtituantur, eſſe
poteſt,quod cùm ipſi ſummatim diffinire habeant cau-
ſas:& tenues habeant ſportulas, ex quo aſſeſſores non
habent, pericula multa adminiſtrandæ iniuſtitiæ eueni-
re poſſent;cùm non poſſent peritos conſulere,vel conſu
lendo maiores ſportulas,vel quid aliud indebitum à liti-
gãtibus extorquere.Quæ ſanè ratio ſolùm nos pedaneos
iudices inferiores reſpicit: non autem ipſos magiſtra-
tus,qui aſſeſſores habent, à quibus cõſilium habere poſ-
ſunt.ſicuti apertè in d.§.1.ſcriptum eſt.Atqui in caſu no
ſtro hæc ratio ceſſat:quandoquidem hic delegatus ha-
bebat facultatem habendi conſilium à iuris peritiſſimis,
ſi quando eo fuiſſet opus,cùm eſſet maximè diues:& cau
ſa tantam celeritatem non exigebat,quin potuerit plu-
ries conſulere viros peritiſſimos:ergo hinc ſequitur, iure
potuiſſe iuditii munus ſubire.
Sexto confirmantur iam relata,quod hic ceſſat timor
iniuſtitiæ,ob quam(vt iam diximus)à Iuſtiniano conſti-
tutum eſt,ne legum imperitis iudicandi poteſtas fiat.ceſ-
ſat inquam hic timor duplici ratione.
Prima,quia Cæſar optimè ſciens conditionem ipſius
Do.Gomezij ſui legati cauſam ei cognoſcendam man-
dauit. Quo fit quod etiamſi imperitus fuiſſet: attamen
254 † vt peritus & idoneus habitus eſt.iuxta l.quidam con-
ſulebant.ff.de re iudicata.cuius argumento dicti gl.in d
§.1.in auth.de iudicib.in verbo,habere. Iaſon poſt alios
in d.l.certi.nu.5.verſ.tu potes diſtinguere.C.de iudic. &
255 Coraſius lib.5.miſcella.iuris.c.19.ſcripſerunt, † illitera-
tum & imperitum ex certa principis ſcientia iudiciario
munere fungi. Cuius ſententiæ ratio eſt, quòd confi-
dat princeps de eius fide & legalitate, quòd ſi ipſe de
cauſa iudicare non nouerit,conſulet viros peritos:atque
ita is illiteratus & aliàs minus idoneus efficitur ob prin
cipis voluntatem idoneus: ſicuti ex eo textu his ſimilia
ſcribunt eo loci Alexan.& cæteri. & plura apud Tira-
quellum in tract.de nobilitate.c.6.nu.24. & de intelle-
ctu Zaſius lib.2. intellec.ſingul.c.22.
Secunda eſt ratio,quòd Cæſar agitata coram ipſo Do.
Delegato, & latam ab eo ſententiam ratificauit atque
confirmauit,aſſerẽs ritè & rectè actum & iudicatũ fuiſſe.
Ergo omni ex parte ceſſat cauſa timoris, quod iniuſtè
proceſſum & iudicatum fuerit:& per conſequens corruit
impedimẽtum, quo impediri videbatur cauſæ delegatio.
Septimò & vltimò mouet me auctoritas multorum,
256 qui rectè cenſuerunt, legum ignaro † & imperito iudi
candi munus mandari poſſe: modò aliquam habeat re-
rum peritiam & experientiam. ita glo. in d.l. certi. C.de
iudi. & in d.§. 1.in auth. de iudicib.Cynus,Bald.& Sali-
ce. in d.l. certi.& ibi Iaſon nu. 1. qui ſcribunt, hoc eſſe
hodie longo vſu compertum, cùm paſſim in Italia iudi-
257 ces legum † imperiti conſtituantur. Et quamquam hi
loquantur in iudicib. ordinariis, idem tamen eſt in dele-
gatis,data ſcilicet paritate rationis, quòd ſcilicèt habere
poſſint copiam legum peritorum, à quibus conſilium ha
bere valeant. Ita Specula. in tit.de iudice delegato.§.vlt.
nu. 17. quem ſecuti ſunt Iaſ. in d. l. certi.nu. 5. verſ.ſi au-
tem delegatio. Felin. in d. c. ſciſcitatus, in verbo illite-
* ratus. Et hanc eſſe * receptam opinionem ſenſit Cora-
ſius d.lib.5.miſcella.iuris. c.19.etſi ipſe diſſentiat.
Non obſtant nunc adducta in contrarium, quæ licèt
ex iam dictis diſſoluta ſint,ſingulatim tamẽ reſpõdebo.
Et ad primum dico,d.l.certi,probare noſtrã ſententiam,
vt dictũ fuit ſuprà in tertio argumẽto noſtræ opinionis.
Non obſtat ſecundum, quia demonſtraui ſuprà in ſe-
cundo argumento noſtræ ſententiæ nobis ſuffragi d.§. 1
in auth. de iudicib.
Non obſtat tertium, quia reſpondeo vnà cum Abb.
258 & cęteris in d. capit.1.de conſangu.& affinit. † ſenten-
tiam in cauſa matrimoniali latam à canonum imperito
valere, licèt ipſe iudex peccet. Abbatem ſecutus eſt Iaſ.
in d. l. certi.nu.2.C.de iudiciis.Fel.in d.c. ſciſcitatus, in
verbo illiteratus, ver.& ſubdit quod. de reſcrip. Non e-
nim imperitia reddit ſententiam nullam, ſed ſolus defe-
ctus poteſtatis. ita declarat Anch. in d.c. 1. nu.6. & ibi
Cardi.Zabarella.Præterea intelligitur d.c.1.de conſang.
& affinit. cùm cauſa matrimonialis mandatur iudican-
da canonum imperito, vt ipſemet iudicaret. At ſecus
cùm ſimpliciter ei mandatur, quia ſi delegatus ignorat
canones, à peritis conſilium habere poteſt.
Non obſtat quartum, quia reſpondeo vno verbo,
quòd hoc caſu poteſt proferri ſententia altero recitan-
te.vt de ſententia à iudice cæco lata ſcribunt gl. & do-
cto.in l. j.§.caſum.ff. de poſtula. & in l.cęcus.ff. de iudi-
ciis. Abb.d. conſ 47.lib.1.& omnes in l.ij. C. de ſenten.
ex breui. recita. Et in terminis noſtris ita reſpondent
omnes in d. l. certi. C.de iudiciis.
Non obſtat vltimum,quia reſpondetur ex dictis ſuprà
in vltimo partis noſtræ argumento, contrariam opinio-
nem eſſe aduerſus Io. Fab. & Coraſium. His opinor eſſe
ſatisfactum huic obiectioni.
Vigeſimaquinta nullitas obiicitur, quòd Do. Scipio
259 fuerit ſine † accuſatore damnatus, cùm tamen nec
iure



iure diuino nec pontificio, nec Cæſareo id ſit permiſ-
ſum. Eſt enim ſcriptum Ioan.cap.8. Mulier vbi ſunt,qui
te accuſant? nemo te condemnauit? Quæ dixit: Nemo
Domine. Dixit autem Ieſus: Nec ego te condemnabo.
Iure autem pontificio conſtitutum atque diffinitum eſt,
260 † Iudicium, ex tribus, nec paucioribus conſiſtere poſ-
ſe, iudice,actore ſeu accuſatore, & reo.cap.forus.§.iudi-
cium. de verb.ſign. Negat ergo ius pontificium iudi-
cium ſine accuſatore conſiſtere. Quocircà in cap.euiden
tia,de accuſa. ſcriptum eſt, euidentiam facti loco accuſa-
261 toris † eſſe, innuens quòd aliàs iudicium non conſi-
ſteret. Iure quoque Cæſareo apertè probatur. in l. reſ-
cripto.§.ſi quis accuſatorem.ff.de muner.& hono. Quo-
262 circà † M. Tullius in Oratione pro domo conquere-
batur quòd ſine accuſatore damnatus fuiſſet. Ciceronis
verba adſcripſi: Vbi accuſator? vbi teſtes? Quid indi
gnius, quàm qui neque adeſſe ſit iuſſus, neque citatus,
neque accuſatus, de eius capite, liberis, fortunis omnib.
conductos & ſicarios, egentes & perditos ſuffragiũ fer-
re, & eam legem putare? Hæc Cicero, qui paucis inter-
iectis ita ſubiungit: Nunc verò cùm me in iudicium po
puli nemo omnium vocarit,condemnari non potuerim,
qui accuſatus non ſim. His fit, vt paſſim noſtri ſcribant,
ſine accuſatore condemnari aliquem non poſſe. ita Bar.
in l.2. §.ſi publico. nu.2.in fin.ff.ad l.Iul.de adul. Gæpol.
conſ.23.nu.2.in criminalibus.& Gram.deciſ.31.nu.2.
Reſpondeo primò huic obiectioni, quod hoc in ca-
ſu iudicium agitatum non fuit ſine accuſatore. Verius
enim eſt, accuſatores extitiſſe hoc in caſu aduerſus D.
Scipionem. Extitit primus Illuſtriſs. Princeps Aurius,
qui medio Do. Hieronymi de Villa accuſauit. Extitit &
iudex, qui accuſatoris partes obtinuit, dum de crimine
inquirendo denuntiatione ei facta, in cauſa proceſſit.
263 Eſt enim iure permiſſum quod loco accuſatoris † ſit
iudex inquirens. ita probat l. ea quidem. C. de accuſa.
Ea quidem (ait Gordianus) quæ per officium præſidi-
bus denuntiantur, & citra ſolemnia accuſationum poſſe
perpendi incognitum non eſt. Idem ſtatuit Conſtant.
in l. 1. in prin.C. de cuſto. reo.Bart.in l. 2.§. ſi publico.
num. 7. ff. ad l. Iul. de adult. qui in diſcurſu multis con-
264 firmat, hanc † inquiſitionem eſſe loco accuſationis. id
quod ſcribunt Alex. conſ. 64.nu.3.lib. 1. Marſil. ſing.
524. inquiſitio, &c. & Boc.q.26.num.2. & alibi ſæpiſſi
mè. quocircà ſcribit Iulius Clarus in pract. crim. §.fi. q.
3. verſi.hinc infertur,hodie iudices poſſe inquirere etiam
propoſita accuſatione ab accuſatore: cùm vtrunque re-
265 medium, † accuſationis. ſ.& inquiſitionis, cumulari
poſſit. & in ſpecie huius criminis læſæ maieſtatis, ita ſcri
bit Gigas in tract. de crimine læſæ maieſt.tit. Qualiter
in crimine læſæ maieſta.proced.q.11.poſt Martinũ Laud.
in tract. de crimi. læſæ maieſt.q. 42. & Præpo. in c.1.nu.
108.2.q. 8. adfert etiam Bart. & alios. Et Igneus in diſ-
puta. an Rex Franciæ recognoſcat Imperatorem. nu.131.
266 Reſpondeo ſecundò,quòd vbi extat criminis † atroci
tas, poteſt in cauſa procedi à iudice ſine accuſatione. ita
Bart.in l.2.§. ſi publico.nu.11.ff.ad l. Iul. de adult.ad-
fert exemplum in crimine falſæ monc.l.1 C. de falſa mo-
ne. l.athletas. §.calumniator.ff.de his qui not.infa. cùm
ergo crimen de quo hic agitur, ſit atrox,dubium non eſt
procedi potuiſſe per modum inquiſitionis, ſine accuſa-
tore. Quam controuerſiam apertè diffinit illa conſtitu-
tio extrauagans Henrici edita contra reos criminis læ-
ſæ maieſt. qua data eſt procedendi forma, vt etiam per
inquiſitionem procedi poſſit.& ibi Bart. in d. extrauag.
ad reprimendum, in verbo, per inquiſitionem, ſcribit,
hoc eſſe nouum ius in hoc caſu & crimine. Idem ſcri-
pſit Ang. in tract. maleficiorum,in verbo, Hæc eſt quæ-
dam inquiſitio. nu.21.22. qui idem ait in crimine hæreſis.
Idem cenſuit Gigas præcitato loco.q.8.
Reſpondeo tertiò, quòd hic præceſſit publica fama
267 perpetrati delicti:quę ſanè † fama accuſatoris partes ita
ſuſtinet, vt alia accuſatione minimè opus ſit:ita ſcribũt
Imol.in l.quoties.§.ſiquis nomen.ff.de hære.inſtit. Ang.
in trac.maleſi.in verbo, hæc eſt quædam inquiſitio.num.
26.& Fulg.conſ.173.In cauſa inquiſitionis.col.1. Ita etiã
268 obſeruatur † in crimine hæreſis vt fama loco accuſato-
ris ſit.ſicuti ſcribit Calder.in tract. de hęret.q.11.in fine.
Vigeſimaſexta nullitas objicitur,quod non fuerit ac-
cuſata contumacia ipſius D.Scipionis.
Reſpondeo, quod imò accuſata præſumitur ex quo
Do.Delegatus atteſtatus eſt, ipſum D.Scipionem fuiſſe
269 contumacem: cui quidem aſſertioni † ex dictis ſuprà
adhibenda eſt fides.Quod ſenſit Bald.in l.1.col.1. C. de
pœna iud.qui malè iud. quem ſecutus eſt Marſil. conſi.
64.nu.15. Et hoc in caſu ſufficit quòd iudex ita proce-
dendo ſuppleat defectum partis non accuſantis contu-
maciam.ita hodie ſeruari multis in locis ſcribit Iulius
Clarus in practi.criminal.§.fin. q.44.verſi. Dictum eſt:
poſt Boſſium in tracta.cauſarum criminalium.tit.de ban
ni nullitate.nu.7.Qui quidem interpretes ſentiunt in in-
270 quiſitione non eſſe neceſſe quod accuſetur † contuma-
cia à parte, cùm illud procedat in accuſatione. Nam
in inquiſitione iudex ſupplet partis vices. & inter alios
Boſſius citat Caſtren. conſil. 33. ſuper primo quæſito.
quod reſponſum hactenus non inueni.
Vigeſimaſeptima nullitas objicitur, quòd non fuerit
aſſignatus D.Scipioni terminus defenſorius.
271 Reſpondeo primò,imò † terminum ſatis competen-
tem aſſignatum fuiſſe,cùm hoc in caſu ſufficiat aſſignare
terminum vnum tantùm,vt is ſit peremptorius.ita Bart.
in extrauag.ad reprimendum,in verbo,per edictum. nu.
6.& diximus ſuprà ad decimamſextam nullitatem po-
tuiſſe D. Scipionem ſemel tantùm citari peremptoriè
loco trium citationum.
Reſpondeo ſecundò, iudicis arbitrio dilationes ſta-
tui,ita multis probaui lib.2.de arbitr.iud. caſu 52. Et ad
rem noſtram tradit Vantius in tract.de nullitate tit. de
nullitate ex defectu citationis.nu.108.
Vigeſimaoctaua nullitas eſt,quę objicitur,quòd ſen-
272 † tentia poſt terminum lata fuerit, iuxta doctrinam
Bart.in l.vlt.§.vlt.ff.quod vi aut clam. quam communi-
ter probant doctores,vt teſtatur Ruinus conſil.209.nu.
16.in fi. lib.1.conſi.28.nu.11.lib.4. Marſil.ſing.48.actus.
Reſpondeo primò fuiſſe in facultate iudicis diff. re
273 tempus proferendi ſententiam.† Iudex enim qui cita-
uit ad audiendum ſententiam die decima, poteſt expe-
ctare vſque ad diem vndecimam: ita ſcribunt Abbas &
Decius in capit.conſuluit. in tertio notabil. de officio
delega.qui intelligunt verum, quando iudex id facere
voluit beneficio illius,qui comparere debebat: ſecus ſi
iudex alia de cauſa diſtuliſſet, vt quia fuiſſet impeditus.
quo in caſu loquitur Bart.in d.§.Ea eſt ratio in caſu no-
ſtro,quia Do.Scipio,qui non comparuit,atque ita con-
274 tumax eſt effectus,non poteſt † conqueri, ex quo ad ſui
fauorem facta fuit dilatio. Ita hanc rationem in ſpecie
conſiderauit Decius in d.ca.conſuluit. in tertio notabi-
li. verſi. & ratio videtur. Et idem ſenſit Bald.in l. cùm
non eo dic.C.quando prouo.non eſt neceſſe:quem citat
Decius præcitato loco.Baldum ſecutus eſt Caſtr. conſi.
254.Videtur dicendum, dictam ſententiam non valere.
in fi.lib.2.Idem ſenſit Bar.in extrauag.ad reprimendum,
in verbo,ſuper dicto crimine.num.2.
275 Reſpondeo ſecundò, † dilationem probatoriam ab
expectatoria differre.cùm enim quis citatur,vt intra de-
cendium,vel illa die & hora habeat probaſſe,quod pro-
bare intendit, ea die elapſa, quod poſt factum eſt, nil
prodeſt.Ita Bart.in l.diem proferre,in prin.ff.de arbitr.
atque ita declaratur Barto.in d.l.vlt.§.vlt.ff. quod vi aut
276 clam. At quando † dilatio eſt expectatoria (vt in caſu
noſtro) factum poſt illud tempus tenet & prodeſt, ita
Bart.in l.Labeo ff.de iureiuran. quem ſic ad rem decla-
rat & intelligit Ruinus conſi.61.num. 5.lib.5.
277 Reſpondeo tertiò, D.Scipionem fuiſſe † citatum pro
die quinquageſima,ſucceſſiuè,vt ſingulis diebus ad totã

cauſam,& ad ſingula in illa peragenda compareret. Quæ
ſanè citatio arctat citatum vt compareat vſque ad finem,
donec lis fuerit iudicata, abſque alia admonitione. ita co
pioſè Maria. Soc. Se. in trac. de citationibus art. 20. nu.
40. & nu. 45. poſt Baldum, Angelum, Imolam & Ro-
ma. in l. qui ante calendas. ff. de verb. obli. Bart. in extra-
uag. ad reprimendum, in verbo, per edictum nu. 15. verſi.
quidam autem. & alios non nullos.

Vigeſimanona nullitas allegatur, atque obiicitur,
quòd ſententia lata ſit contra D. Scipionem abſentem.
278 quod fieri † non potuit, vt ſcribit Bald. in l. quamuis.
la 1. nu. 1. C. ad l. Iul. de adulter. Boſſius in tract. cauſa-
* rum crimina. titu. de requirendis reis. num. 1. * com-
munem citat Clarus in pract. crim. §. fi. q. 44. in prin.
Pariſ. conſi. 152. num. 3. lib. 4.

Reſpondeo primò ex eiuſdem Clari ſentẽtia in d. §. fi.
d. q. 44. verſ. ſed hodie, quod hodie nõ obſeruatur, vt reus
abſens anni ſpacio expectetur: nam eo ipſo quod ſolen-
279 niter † citatu fuit in banno ponitur: & deinde ſuper
eo banno, ſi non comparet ad ſe defendendum, fertur
ſententia, & condemnatur. Atque ita recenſet Clarus
ſcribere Beluiſium, Baldum, Conradum, Gomezium,
Capicium, & alios nonnullos. Ita etiam in Gallia obſer
uari atteſtatur Boe. q. 63. nu. 9. Et in ſpecie criminis læſæ
maieſtatis procedi poſſe contra abſentem ſcribit Petrus
Follerius in pract. crimin. verſic. item commiſit crimen
læſæ maieſt. nu. 91. quem ſecutus eſt Rol. conſi. 68. num.
12. lib. 2. & in ſpecie idem cenſuit Igneus in quęſt. an Rex
Franciæ regnoſcat Imperatorem. nu. 124.

Trigeſima nullitas obiicitur, quòd non conſtet de li-
centia data Auguſtino extrahendi ſcripturas ex proto-
collo Ioan. Iacobi patris.

Reſpondetur, imò licentiam fuiſſe datam, ſicuti ex a-
ctis conſtare præſupponitur.

Trigeſimaprima nullitas obiicitur, quòd non conſtat
protocollum eſſe manu Io. Iacobi & eius ſigno ſignatũ.

Reſpondeo, contrarium eſſe verius: nam in facto præ-
ſupponitur fuiſſe exibitum extractum publicum ex pro-
tocollo ab eo, qui extrahendi atque ita exemplandi po-
teſtatem habuit. Quo caſu fidem facit iuxta tradita in
auth. ſi quis in aliquo. C. de eden.

Trigeſima ſecanda obiicitur exceptio, ſententiam la-
tam contra D. Scipionem vti contumacialem, irritam
eſſe factam ex capitulis pacis initæ inter Cæſarem & Re-
gem Galliarum.

Reſpondeo, hoc pendere ab ea diſputatione, an in i-
pſis capitulis comprehendatur D. Scipio. Qua de re di-
cam ſuo loco.

Trigeſimatertia & vltima nunc obiicitur exceptio,
quòd cùm D. Scipio minor fuerit condemnatus, reſti-
tui debet: ſaltem ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta
cauſa. Quæ quidem exceptio & dubitationem non le-
280 uem habet. Siquidem dicendum videbatur, † hanc re-
ſtitutionem eſſe concedendam: idque permultis iuri-
bus, rationibus & argumentis.

281 Primò, ex † l. cùm minores. C. ſi aduerſ. rem iud. qua
apertè probatur, minorem reſtitui poſſe aduerſus ſen-
tentiam contra ſe latam in eo iudicio, in quo defenſus
fuit, & princeps facilè eam concedere ſolet, quando per
contumaciam minor eſt condemnatus. l. minor etiam. ff.
de mino. ſcribit Rebuffus in commentarijs ad regias cõ-
ſtitutiones Galliæ tract. de reſtitutionibus. art. 1. glo. 1.
numer. 27. Ergo à fortiori reſtitui debet D. Scipio, qui
defenſus hac in cauſa non fuit.

Secundò vrget non parũ, quòd vbi delictum eſt com-
miſſum per culpam, non autem dolo: vt putà, ſi omitten
282 do minor † deliquit, reſtituitur in integrum. ita probat
tex. l. 1. C. ſi aduerſus delictum. quem ita interpretantur
* omnes in c. 2. ibi Io. de Ana. nu. 8. * communem eſſe te-
ſtatur de apoſta. idem ſcribunt Dec. in l. 1. nu. 2. C. de ſec.
nup. Clarus in prac. criminali. §. fin. q. 60. col. 2. verſi.
quando autẽ. & Claudius Battandier in pract. criminali,
reg. 58. nu. 4. Atqui in caſu noſtro Do. Scipio omittendo
potius, atq; ita culpa, quàm committendo, ſicque dolo,
dicitur deliquiſſe, cùm per contumaciam viſus ſit fateri
delictum: ergo reſtituendus videtur.

Tertiò confert multum text. cap. 2. de reſtitu. in inte-
grũ. in 6. argumento ducto ab eccleſia ad minorem. Eo
loci eſt cõſtitutum, eccleſiam reſtitui aduerſus propriam
confeſſionem, ergo etiã minor, qui eccleſię æquiparatur.

Quartò accedit egregia doctrina Angeli in l. certum.
283 §. in pupillo. ff. de confeſſis. cùm dixit, quòd vbi † minor
fatetur delictum, ſtatim reſtitui meretur: quia, eo ipſo
quod fatetur, læſus dicitur. Angelum ſecuti ſunt Alex.
conſi. 115. num. 6. lib. 3. & alij plures quos recenſui lib. 2.
de arbitrariis iudicum &c. caſu 268. nu. 4. & communem
teſtatur Ant. Gomez. in tract. de delictis, cap. 1. num. 66.
& Claudius Battãdier in practica criminali. reg. 58. nu. 2.
Et hæc ſentẽtia procedit etiam in minore contra fiſcum
284 & Rempub. cùm † priuilegiatus reſtituatur etiam con
tra priuilegiatum, quando agitur de damno euitando. ita
Specu. in titul. de reſtit. in integr. §. 1. num. 17. Nec adhi-
285 benda eſt differentia † quòd ſecuta ſit ſententia à prin-
cipe confirmata: quia & aduerſus ſententiam principis
datur reſtitutio, executa tamen ipſa ſententia. capit. ſci-
ſcitata. de in integ. reſti. Rui. conſ. 59. nu. 10. lib. 5. Capi-
cius deciſ. 53. etſi Alex. conſil. 240. nu. 10. li. 6. vno verbo
aliter ſentiat. At falſus eſt Alexander Io. Andr. & Ar-
chid. auctoritate, qui non ſcribunt, quod ille opinatur.

Quintò & vltimò ſaltem reſtituendus videtur, D. Sci-
pio ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, &c. Qua
286 quidem reſtitutione ſuccuri † ſolet etiã maioribus. l. 1.
in fine. ff. ex quibus cauſis maio. Et adeò eſt efficax hæc
reſtitutio, vt etiam detur contra ſententiam, quæ tranſi-
uit in iudicatum, ſicuti reſponderunt Ruin. conſil. 68.
nu. 20. lib. 1. & Soc. Iun. conſil. 104. nu. 18. lib 3. Hæc du-
bitationem contra Excelſam Rempublicam Genuenſem
mouent.

Re tamen diligenti accuratoque ſtudio examinata,
contrarium viſum eſt verius; nempè, D. Scipionem reme
dio reſtitutionis in integrũ, hoc in caſu iuuari non poſ-
ſe. Quod ita multis planum facio.

Primò ea ratione adducor, quòd hîc ex confeſſione
Do. Scipionis & alijs probationibus conſtat de eius gra-
287 ui delicto. At minor aduerſus † delictum dolo commiſ-
ſum non reſtituitur. l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum. & l.
auxilium. §. in delictis ff. de minor. & in l. 1. C. ſi aduerſus
delictum. Et ſcribunt Doctores illis in locis. & egregiè
Dec. in l. 1. nu. 2. C. de ſecund. nupt. qui ait, procedere e-
288 tiam in muliere † minore. Imò nec fiſcus in his reſtitui-
tur. ita Cremen. ſing. 22 Quid ſi &c. copioſè Tiraq. in
tract. de pœnis legum. &c. cauſa 44. nu. 43. Marſilius in
pract. criminali. §. conſtante. nu. 89. cùm ergo hîc agatur
de delicto, ſtandum erit huic regulæ, quòd ſcilicèt non
concedatur reſtitutio, donec de exceptione erit demon-
ſtratum.

Secundò, admiſſo quòd etiam in delictis concedatur
reſtitutio, vt in cæteris, maximè aduerſus confeſſionem:
attamen hoc in caſu non debuit, nec debet cõcedi. quod
289 vel ex eo conſtat, quia, vt † minor reſtituatur in inte-
grum, plura debent concurrere; quòd ſcilicet probet ſe
minorem fuiſſe tempore læſionis, quòd verè læſus ſit,
quòd ſui facilitate id euenerit, vel dolo aduerſarij, vt pro
ba l. verum. §. ſciendum. ff. de minor. 25. ann. copioſè Ia-
ſon in l. nam & poſtea. §. ſi minor. num. 4. ff. de iureiuran-
do. Alciatus in tract. præſumpt. reg. 2. præſumpt. 42. co-
pioſè & diligenter omnia hæc requiſita recenſet Rebuf-
fus in commentarijs ad regias conſtitutiones Galliæ. to-
mo 2. tractat. de reſtitutionibus. art. 1. glo. 3. num. 3. Cra-
ue. conſi. 178. num. 8. quod procedit etiam in eccleſia. De
cius conſil. 564. ad finem. Atqui in caſu noſtro non con-
ſtat D. Scipionem fuiſſe læſum; cùm tacitè confeſſus eſt
per contumaciam, quod iam ex probationibus conſta-
bat. Nec ſui facilitate, cùm verſutus & diligens maximè
ſit. Item nec dolo alicuius: ergo hinc ſequitur, D. Scipio-
nem non mereri reſtitui.

Tertiò



290 Tertiò aduerſus principis ſententiam † minor non
reſtituitur niſi ex magna cauſa, quam in ſpecie exprime-
re & probare debet, vt probat textus notab. l. minor au-
tem. §. 1. ff. de minor. quem poſt Bartolum ibi, annotauit
vt ſingularum Roma. ſing. 113. Minor vult. &c. & hoc in
caſu poſſet defendi opinio Alex. conſil. 240. nu. 10. lib.
6. & idem quod Bart. & Romanus ſcripſi Rebuffus in
Commentariis ad regias conſtitutiones Galliæ, tomo 2.
trac. de reſt. art. 1. glo. 3. nu. 25. & in glo vlti. nu. 2. Sed in
caſu noſtro de hac cauſa magna non conſtat ergo. &c.

Quartò accedit quod hic elapſum iam eſt quadrienni
291 um † poſt maiorem ætatem xxv. annorum ipſius D.
Scipionis (vt in facto pręſupponitur.) At, cùm quis exceſ-
ſit annum vigeſimum nonum, reſtitui amplius non de-
bet in integrum, tanquam minor, vt probat text. in l. vlt.
C. de tempo. in integr. reſtit. peten. & in ſpecie reſtitu-
tionis aduerſus confeſſionem eſt tex. in cap. 2. de reſtit.
in integr. in 6. & cõfert Clem. 1. eo. tit. de reſtit. in integr.
Et ſcribunt Roma. conſil. 123. nu. 5. Alex. conſil. 30. nu. 6.
lib. 5. Dec. conſil. 436. nu. 8. Beroius conſi. 56. nu. 48. lib. 3.
& in ſpecie latæ ſententiæ Natta conſil. 524. num. 8. lib. 3.
292 Quod ſanè † quadriennium iam cœpit currere D.
Scipioni à die ſcientiæ, & ſententię latæ, vt ſcribunt Do
cto. in capit. 1. de præſcrip. vbi Abbas & Felinus col. vlt.
copioſè admodum Balbus in tract. præſcri. quarta parti-
cula quartæ partis princip. q. 29. in fine. & Boer. q. 39. nu.
4 & in ſpecie Natta d. conſi. 524. nu. 8. lib. 3.

Quintò ea ratione adhuc ſuccurri non poteſt D. Sci-
pioni remedio reſtitutionis in integrum, cùm per alie-
nationem & rerum diſtractionem res integra eſſe deſie-
293 rit. Quo ſanè caſu reſtitutio † in integrũ ceſſat. l. quòd
ſi minor. §. Scæuola. ff. de mino. 25. ann. & ſcribunt Bar-
tol. & cæteri in l. ait prætor, in prin. ff. eod. de minor.
Iaſ. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. num. 72. de liber. &
poſthu. Barba. conſi. 32. col. pen. lib. 3. Rebuffus in com-
mentariis ad Regias conſtitutiones Galliæ tomo ſecun-
do. Tract. de reſtitutionibus. art. 1. gloſſa. 2. numero 2.
Craue. conſi. 90. nume. 4. & in ſpecie ferè idem Craue.
conſil. 151. nume. 29. qui ex d. §. Scæuola, ſcribit, reſtitu-
tionem aduerſus tranſactionem, quæ rei iudicatæ æqui-
paratur, non cõcedi re diſtracta, atque alienata. Verùm
de huius argumenti veritate dicam vberius cùm diſputa-
bimus de reſtitutionibus ipſi D. Scipioni à Cæſare con-
ceſſis. Scio enim rem hanc dubitatione non carere.

Sextò, admiſſo quod factus eſſet locus huic reſtitutio-
ni, attamen in caſu noſtro concedi nõ debet ipſi D. Sci-
pioni, eo quia eam non petiit, ſaltem vt petere debuit, ſi-
294 quidem † perſonaliter reſtitutionẽ hanc petere debuit,
D. Scipio: quemadmodum ſcribunt Baldus in l. 1. §. pen.
in fin. ff. de poſtula. Franc. Aret. in cap. veniens. num. 72.
de accuſa. & hãc eſſe ſingularem doctrinam cenſuit Mar-
ſilius ſing. 221. Reſtitutio, &c. Ea ratione, quæ mihi ma-
295 ximè probatur, mouentur, quòd † reſtitutio in inte-
grum reponit reſtitutum in priſtinum ſtatum. l. quod ſi
minor. §. reſtitutio. ff. de minor. Atqui in cauſa principa-
296 li criminis † capitalis accuſatus debet perſonaliter
comparere. l. ſeruum quoque. §. publicè. ff. de procura. l.
pen. §. ad crimen. ff. de publ. iud. & vberrimè ſcripſi lib. 1.
de arbitra. iudicũ, &c. quæſt. 80. ergo pari ratione idem
dicendum eſt in ipſa reſtitutione in integrum. Nec huic
297 argumentationi repugnat doctrina † Baldi in l. reos. ad
finem. C. de accuſa. cùm dixit, quòd ſi reus condemna-
tus dicit de nullitate ſententiæ, admittitur procurator:
ea ratione, quia nõ diſputatur de crimine, ſed de proceſ-
ſu, & valore ſententiæ, ergo idem in caſu reſtitutionis in
integrum, in qua ſolùm diſputari videtur de validitate
proceſſus, non autem de crimine ipſo.

Reſpondeo Baldum loqui quãdo illa nullitatis obie-
ctio ſolùm reſpicit proceſſum, non autem crimẽ ipſum,
vt ſi argueretur ſententiã fuiſſe iniuſtè prolatam: quem-
admodum arguitur hæc lata contra D. Scipionem: nam
hoc caſu (inquit Baldus) nõ admittitur procurator, ſed
ipſe reus principalis cauſam tractare debet. Baldum ſe-
cuti ſunt Benedictus de Plumbino in l. pen. §. ad crimen.
num. 59. ff. de publ. iud. Nellus in tract. de bannitis. tertia
parte ſecundi tẽporis. q. 68. & Maria. Sec. in cap. veniens.
nu. 52. de accuſa. Quòd autem in caſu noſtro per hãc pe-
titionem reſtitutionis in integrum etiã de meritis ipſius
cauſæ agatur, nempè, an verè Do. Scipio deliquerit, vel
non, eo conſtat, quòd, ea reſtitutione admiſſa, reuocabi-
tur confeſſio, quam fecit. D. Scipio per contumaciam: &
cætera acta, quibus facti veritas conſtat, reuocabuntur.

Septimò, conceſſo hanc reſtitutionem peti & tractari
à procuratore potuiſſe, adhuc rectè petita non fuit, quia
298 is procurator ſpeciale † mandatum habere debuit. vt
regulariter requiritur in petitione reſtitutionis in inte-
grum. ita à fortiori probat l. illud. §. ſi talis. ff. de minor.
25. annis. cùm vult nominatim procuratorem eſſe in ci-
uili cauſa conſtituendum ad petendum in integrum reſti
tutionem. Ita etiam probat ibi gl. & in l. vnica. C. etiam
per procur. cauſ. reſt. in integr. ag. poſſ. & vtroque in loco
Bar. & Baldus Iaſon in l. præſes. nu. 7. in fine. C. de tranſ-
act. & Beroius conſil. 151. num. 18. lib. 1. Ruin. conſ. 119.
num. 16. verſ. tertiò reſpondetur. lib. 5. & Iacobus Æmi-
lianus conſil. 56. nu. 12. & Rebuffus in commentariis ad
Regias conſtitutiones Galliæ, tomo ſecundo. tract. de
reſtitutio. art. 1. gloſſ. vltima. num. 3. Imò in caſu noſtro
299 † ſpecialiſſimum requirebatur mandatum, poſteaquam
in ea reſtitutione grauiſſima criminalis cauſa tractanda
erat. Quæ quidem procuratorem ſpecialiſſimum po-
ſtulat. vt ſcripſi lib. 1. de arbitrariis iudicum, &c. quæſt.
80. in fine.

Octauò & vltimò, quòd nullo pacto ſuccurſum ſit D.
300 Scipioni per † reſtitutionem in integrum vel ex eo
probatur, quòd ipſe D. Scipio non eſt etiam hodie au-
diendus, quippè contraria atque repugnantia petijt.
contra l. 1. C. de furtis, cum vulgatis ſimilibus. Quòd cõ-
traria petierit, apparet, quia petijt ſententiam declarari
nullam, quæ ſanè petitio repugnat huic petitioni reſtitu
tionis in integrum, quæ præſupponit validitatem. Quæ
quidem ſimul ſtare non poſſunt, cùm ea quę nulla ſunt,
rumpi & reſcindi non poſſint. l. Nam & ſi ſub conditio-
ne. §. poſt defectum. ff. de in iniuſto rupto & irrito te-
301 ſta. Pręterea accedit quòd † iudiciũ nullitatis ſententię
vti ordinarium excludit iudicium reſtitutionis in inte-
grum vt extraordinarium. id quod probat text. apertus
in l. in cauſę la 2. in prin. ff. de minor. 25. annis. in l. ſi cu-
ratorem habens. C. de in integrum reſtit. minor. & ibi
Caſtr. ita intelligit, accedit. l. 2. C. de prędijs minor. quę
clarè hoc ſtatuit. & apertè ſcribit Rebuffus in commen-
tarijs ad Regias conſtitutiones Gallię, tomo ſecundo.
tract. de reſtitutionibus. art. 1. glo. 2. nu. 10. Quocirca re-
ſpondit Craue. conſi. 7. nu. 2. conſi. 151. nu. 6. poſt Bart. &
302 Baldum in l. 1. C. ſi aduerſ. fiſcum. † minorem lęſum in
contractu non poſſe vti remedio reſtitutionis, vt con-
tractum reſcindat, cùm ſit extraordinarium: ſed vti debe
re remedio ordinario, nempè reſciſſionis contractus. ex
l. 2. C. de reſcind. vend. Et Crauettam ſecutus eſt Rolan-
dus conſi. 59. nu. 3. lib. 1. idem docuit Arius Pinellus in re-
pe. d. l. 2. C. de reſcind. vend. parte 2. num. 54. His accedit
Pariſius conſi. 100. num. 36. libro 1. cùm reſpondit agi
303 † non potuiſſe reſtitutione in integrum in caſu inſolu-
tum dationis nullæ, cùm extaret remedium ordinarium
nullitatis. Huc ſpectat quod reſpondit Beroius conſi.
89. nu. 40. lib. 1. cùm dixit, illum non eſſe audiẽdum, qui
304 vnà ſimul agere vult rei † vendicatione & reſtitutionis
in integrum, cùm vnum præſupponat validitatem iu-
dicij præcedentis, alterum nullitatem. Quæ ſanè pugnan
tia ſtare non poſſunt, vt iam diximus.

Non obſtant nunc adducta in contrarium, quib. verè
ex iam dictis eſt ſatisfactũ. Ad primum enim reſpõdetur
ex relatis, ꝙ licèt regulariter minor nõ defenſus reſtitui
debeat, non tamen reſtituitur hoc in caſu, quia non erat
locus defenſioni, ex quo ex cõfeſſione ipſius D. Scipionis

& aliis probationibus de veritate criminis (vt ſuis locis dictum fuit) conſtat. Prætereà aliis rationibus conſtat locum non eſſe huic reſtitutioni.

Non obſtat ſecundum, quia reſpondeo, & concedo interdum minorem reſtitui etiam in delictis, cùm ſcilicet omittendo deliquit: at hìc non deliquit Do. Scipio omittendo, ſed verè committendo, de quo quidem conſtat & probationibus & ſua confeſſione, quæ inducitur ex contumacia, quæ eſt delictum committendo factum, dum ſpreuit ſuperioris mandata. Et ideò nulla ei conceditur reſtitutio, quæ quidem & aliis rationibus ſuprà deductis ceſſat.

Non obſtat tertium, quia reſpondeo primò, quòd in caſu noſtro minor non æquiparatur Eccleſiæ. Nam Eccle-
305 ſia † reſtituitur abſolutè contra confeſſionem à ſuo prælato factam: cùm prælatus ipſe nec delinquendo, nec delictum confitendo Eccleſiæ præiudicare poſſit, vt in ſpecie reſpondit Gaſtr. conſil. 336. Primò quæritur, poſito. col... verſ. ad primum dico. lib. 1. qui iuribus & rationibus hoc confirmat. & Caſtrenſem ſecutus ſum conſilio 39. num. 27. lib. 1. At diuerſum eſt in minore, qui aduerſus propriam confeſsionem, niſi apertè de errore & læſione conſtet, non reſtituitur. Qua de re infrà ſuo loco.

Non obſtat quartum argumentum, quia reſpondeo,
306 † doctrinam Angeli in d. l. certum. §. in pupillo, de confeſſ. & ſequacium procedere cùm minor eſt confeſſus delictum, de quo nullæ extabant probationes, nulla indicia, nullæ coniecturæ. Ita declarant Iaſon in d. l. nam & poſtea. §. ſi minor, numero 7. ff. de iureiurando. Ruin. conſil. 135. num. 8. lib. 1. & conſil. 59. numero 8. lib. 4. Atque ita intelligi & declarari poteſt opinio Antonij Gomezij in d. tractat. de delictis, cap. 1. numero 66. verſic. ex quo videtur, qui aduerſus cæteros ſcribit, minorem non reſtitui contra ſuam confeſſionem. Ego intelligo cùm confeſſio illa aliis coniecturis comprobatur. ita etiam ſenſit Petrus Placa libro 1. Epito. delicto. capit. 32. numero 13.

Non obſtat quintum & vltimum argumentum, quia
307 reſpondeo, quod imò nec † ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, &c. reſtitui debet D. Scipio: quandoquidem nulla iuſta cauſa allegata, & probata fuit, vt iure requiritur: ſicuti declarant omnes ex illo textu in l. 1. ff. ex quibus cauſ. maior. in fi. & Soc. Iun. conſil. 70. num. 20. & conſil. 128. num. 147. lib. 1. Pariſ. conſil. 100. num. 74. lib. 1. Alcia. reſp. 108. num. 6. & Alba conſil. 18. col. 1. Præterea, & ſecundò, reſpondeo, quòd ex quo iam demonſtrauimus, D. Sci-
308 pionem † vti minorem reſtitui non poſſe: ita pariter non poteſt tanquam maior. ita reſpondit Beroius conſil. 122. numero 8. lib. 3. Ea eſt ratio, quia reſtitutio, quæ maiori conceditur ex clauſula generali, dicitur eſſe minus fauorabilis reſtitutione, quæ minori læſo datur. ita gloſſa in l. nec non. §. 1. ff. ex quibus cauſ. maio. Bald. in l. vlt. ff. de in integr. reſtitut. Aret. in l. cùm quidam, in princ. col. 2. ff. de acquir. hæred. Ruin. conſil. 99. numero 5. lib. 1. quos ſecutus eſt Rebuffus in commentariis ad Regias conſti. Galliæ, tomo ſecundo. Tractat. de reſtitutionibus. in princ. num. 27. ſi ergo locus non eſt reſtitutioni minoris, magis fauorabili: ergo minus huic. Confirmatur maximè, quia à die læſionis eſſe elapſum quadriennium, quod maiori hoc caſu dari ſolet ad petendum ſe reſtitui. l. vlt. C. de tempo. in integ. reſt. pete. Rebuffus vbi ſuprà num. 26. & dixi ſuprà.

His opinor eſſe ſatisfactum huic dubitationi: nec non & cæteris omnibus exceptionibus, quæ aduerſus latam ſententiam contra Dom. Scipionem obiiciuntur.

Iacobus Menochius I. C.

*SVMMARIVM.*

1 *Bannitus in bonis ſuccedere an poſsit ex teſtamento vel ab inteſtato.*
2 *Damnatus crimine læſæ maieſtatis omnia bona perdit præſentia & futura.*
3 *Transfuga omnia iura, & ſuæ ciuitatis, & communia perdit.*
4 *Item impunè offendi poteſt.*
5 *Scipio Aphricanus qua pœna affecerit transfugas.*
6 *Offendi qui impunè poteſt, omnia iura ſua perdit.*
7 *Bannitus quando deportato æquiparetur.*
8 *Bannitus à Cæſare iura omnia ſua perdit.*
9 *Bannitus quando omnia iura, quæ in ciuitate ſunt, perdat.*
10 *Reus criminis læſæ Maieſtatis perdit ſpem ſucceſsionum.*
11 *Primogenitus ex delicto perdit ſpem ſuccedendi poſt mortem patris.*
12 *Filium delinquentem crimine læſæ Maieſtatis perdere ſpem ſuccedendi in bonis paternis.*
13 *Confiſcari non poſſunt bona futura.*
14 *Succeſsio antè aditionem repræſentat defuncti perſonam.*
15 *Fiſcus non conſequitur plus iuris, quàm hæres extraneus.*
16 *Ius conditionale non tranſmitti.*
17 *Fiſcum aliis ſucceſſoribus æquiparari.*
18 *Ius quærendum non tranſit ad patrem, vel dominum.*
19 *Ius adeundi hæreditatem non eſſe ius, ſed facultatem.*
20 *Facultas perſonæ cohæret.*
21 *Ius adeundi eſt cauſa cohærens corpori.*
22 *Alienare qui nō poteſt, nec efficere poteſt, vt illa bona fiſco deferantur.*
23 *Donatio omnium bonorum futura non comprehendit.*
24 *Publicatio bonorum futura non continet.*
25 *Fiſcus non ſuccedit, vt hæres delinquentis.*
26 *Fiſcum ſuccedere in iure conditionali prouenienti à contractu.*
27 *Conditionalia iura ex contractu tranſmitti.*
28 *Inueſtitura feudalis vim contractus obtinet.*
29 *Bannitus hæredem habere non poteſt.*
30 *Fiſcus & quiuis alter occupare poſſunt bona banniti.*
31 *Exceptio de iure tertij opponi aliquando poteſt.*
32 *Fiſcus quando bannito ſuccedat.*
33 *Fiſcus à ſubſtituto excluditur.*
34 *Fiſcus non ſuccedit vt hæres.*
35 *Primogenito delinquenti, patre viuo non ſuccedit fiſcus.*
36 *Fiſcus non ſuccedit in bonis futuris ab inteſtato delinquenti.*
37 *Succedentes ab inteſtato dicuntur tacitè vocati à defuncto.*
38 *Bartoli & Alexandri dubia traditio.*
39 *Præſumptio eſt, aliquem non deliquiſſe.*
40 *Famæ bonæ probatio tollit indicia criminis, ſed infra declaratur.*
41 *Item corruit indicium exortum à ſocio criminis.*
42 *Abſenti delictum adſcribi non poteſt.*
43 *Statutum, quòd habitantes in villa teneantur emēdare damnum, non afficit abſentes.*
44 *Inimici teſtimonium omninò repelli.*
45 *Socius criminis indicium non facit contra ſocium: ſed infra declaratur.*
46 *Teſtimonio ſingulari non credi.*
47 *Vaſallus vt de Felonia conuincatur, qua feudo deinde priuetur, quæ requirantur.*
48 *Delictum attentatum & non perfectum non puniri.*
49 *Vaſallum perdere feudum ſola cogitatione offendendi dominum.*
50 *Ingratus non iudicatur quis ex ſolo conatu.*
51 *Sententia iudicis habet præſumptionem pro ſe.*
52 *Probationes efficaciores requiri, cùm præſumptio & veriſimilitudo aduerſatur.*
53 *Socius criminis in crimine læſæ maieſtatis indicium facit contra ſocium.*
54 *Delictum non præſumi.*
55 *Præſumptio vna alteram perimit.*
56 *L. meritò. ff. pro ſocio, declaratur.*
57 *Fama bona in ſpecie probari debet, vt diluat inditia contra reum accuſatum.*
58 *Decij conſil. 64. declaratur.*
59 *Delictum ſine dolo non committitur.*

60 Deli-



60 *Delictum ceſſat ob iuſtam ignorantiam.*
61 *Amicitiam præſumi ex conſanguinitate.*
62 *Item & ex conuerſatione & conuictu.*
63 *Probatio vbi difficilis eſt coniecturæ ſufficiunt.*
64 *Crimen læſæ maieſtatis probari teſtibus ſingularibus.*
65 *Cap. vnicum quot teſtes ſint neceſſa. in vſibus feudorum, declaratur.*
66 *Conatus in crimine læſæ maieſtatis punitur.*

CONSILIVM CI.

# Initium à Domino.

EST noua & acuta illa quæ excitatur dubitatio in hac cauſa excelſæ Reipubl. Genuenſis aduerſus Illuſtrem Dom. Scipionem Fliſcum: dum ambigitur an Dom. Scipio priuari potuerit facultate ſuccedendi in his feudis, ex quo tempore à ſe commiſſi criminis in humanis erant d. D. Hieronymus & Octobonus eius fratres, qui ſolùm poſt quadriennium à die latæ ſententiæ contra ipſum Dom. Scipionem deceſſerunt. Qui quidem d. Dom. Hieronymus & Octobonus ſuccedere debebant dicto D. Io. Aloyſio. Hæc dubitatio, mea quidem ſententia duo habet capita. Primum eſt, an D. Scipio bannitus ob delictum, quod aſſeritur ab eo perpetratum, omnia iura ſua ſuccedendi in feudo & cæteris bonis amiſerit: & quia apertè demonſtrabimus, omninò amiſiſſe, ſecundum erit caput, an hoc ius ſucceſſionis ſit delatum & acquiſitum Cæſari, ſeu fiſco.

Quò igitur ad primum huius dubitationis caput, dicendum proculdubio eſt, D. Scipionem amiſiſſe omnia iura ſua ſuccedendi in his feudis & cæteris aliis bonis, etiamſi eo tempore perpetrati criminis fuerit in humanis d. Dom. Hieronymus & Octobonus, quib. debita erat feudi ſucceſſio poſt Dom. Ioan. Aloyſium. Hæc vera iuris ſententia probatur manifeſtè: quia recepta eſt Doctorum diſtin-
1 ctio, dum quærunt, an † bannitus ob perpetratum delictum ſuccedere poſſit vel ab inteſtato, vel ex teſtamento. Diſtinguunt enim, quod aut bannitus ſolùm perdit iura ciuitatis, è qua bannitus eſt, & tunc non impeditur ſuccedere ab inteſtato, vel ex teſtamento, quippe quòd ex iure communi ſuccedere dicitur. Aut perdit etiam quæ ſunt iuris communis, & tunc, cùm nihil retinere haberéque poſſit, nullo pacto ſuccedit: ita ſcribunt Bartol. in l. 1. in fi. C. de hæred. inſt. in l. certa forma num. 5. C. de iure fiſci. lib. 10. & in diſputa. prima Lucanæ Ciuitatis ſtatuto. in ſolutione. numero 11. Alexand. in l. 1. numero 4. C. de hæred. inſtit. idem in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad. S. C. Trebell. & conſil. 36. lib. 1. Nellus in trac. de bannitis, ſecunda parte primi temporis. quæſt. 5. Boſſius in tract. cauſarum criminalium, tit. Banniti quid amittan. num. 14. Gulielmus Benedict. in repe. cap. Raynutius, in verbo, in eodem teſtamento relinquens. il 1. numero 141. 142. de teſta. Petrus Placa lib. 1. epito. delicto. cap. 44. num. 3.

Dubitatio ſolùm in hoc verſatur, demonſtrare D. Scipionem bannitum amiſiſſe non ſolùm iura ſuæ ciuitatis, ſed & communia. Et quòd amiſerit omnia, apertè probatur.

Primò, quia ſuprà demonſtrauimus, D. Scipionem effe-
2 ctum eſſe reum criminis læſæ maieſtatis. Atqui eo † crimine damnatus omnibus bonis exuitur, & ſuccedendi facultate, quæ à iure communi prouenit, omninò priuatur. l. quiſquis, in princ. & §. 1. C. ad l. Iul. maieſta. Imò omnem ſpem, qua parenti ſuccedit, etiam quò ad legitimam amittit. d. l. quiſquis. Qua adductus Soc. Sen. conſil. 22. num. 7. lib. 1. qui, num. 8. 9. ſubiungit hunc reum perdere ipſo iure dominium & adminiſtrationem, atque ita à fortiori ſuccedendi ius. etiam claris his terminis reſpondit Maria. His accedit Bart. in tract. ſuper conſtitut. Qui ſint rebelles, in verbo, rebellando. num. 12. 13. qui ſcribit, hos rebelles perdere omnia quæ iuris ciuilis ſunt. Bartolum. ſecuti ſunt Boſſius in tract. cauſa. criminal. tit. de crimine læſæ Maieſt. num. 118. & cæteris omnes. Ergo ſequitur, D. Scipionem amiſiſſe quæ ſunt iuris communis, & per conſequens ius ſuccedendi.

Secundò accedit, quòd iam ſuprà demonſtrauimus, D. Scipionem Cæſaris partes reliquiſſe, & ſe contuliſſe in caſtra Regis Gallorum: & per conſequens eſſe effectum trāſ-
3 fugam. Atqui † transfuga iura omnia & ſuæ ciuitatis & communia perdit. l. amiſſione. §. qui deficiunt. ff. de cap. diminu. cum proditoris & hoſtis loco ſit. l. poſtlim. §. transfugæ. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. & l. proditores. ff. de re milita. Dec. conſil. 606. num. 2. Io. Iacobus de Leonardis inter conſilia Bruni, conſil. 114. num. 400. ergo ſequitur dicēdum, D. Scipionem iura communia amiſiſſe, & per conſequens omne ius ſuccedendi.

4 Tertiò ſuffragatur quòd D. Scipio tanquam † transfuga & reus criminis læſæ Maieſtatis iam damnatus potuiſſet impunè offendi, cum eſſet poſitus extra omnem protectionem (vt relatis iuribus ſuprà probat) pœna mortis fuiſſet plectendus, ſi in iudicis poteſtatem & manus veniſſet: iuxta l. ſi quis aliquid. §. transfugè. ff. de pœnis. Et obſeruatum
5 hoc aliquando fuit à Scipione Aphricano, qui (vt ſcribit Valer. Max. lib. 2. cap. 2. de diſciplina milita.) Romanos transfugas ad Carthaginenſes crucibus affixit. Et in illius vita Plutarchus. At is bannitus, qui pœna mortis puniri poteſt,
6 qui extra omnem protectionem legis eſt, & qui † impunè offenditur, omne ius & ciuitatis & commune perdit, & per conſequens omnem ſuccedendi facultatem. ita ſcribūt Bart. & cæteri in d. l. 1. C. de hæred. inſtit. & apertè Alex. cōſi. 75. nu. 9. lib. 1. Cur. Iun. conſi. 182. nu. 8. Iaſ. conſi. 166. nu. 3. lib. 2. Soc. Sen. conſil. 22. nu. 10. verſ. 4. hoc probatur libro primo, qui loquitur in ſpecie banniti ob crimen læſæ Maieſtatis. vt etiam loquitur Bolog. conſi. 70. Alc. reſp. 58. nu. 9. & Iulius Clarus in prac. crimi. §. finali. q. 71. verſi. Dixi autem. in fi. qui ita ſcribunt fuiſſe obſeruatum in Ducatu Mediolanenſi,
7 qui tunc ſub Cæſare erat. Et ratio eſt, quia iſte † bannitus æquiparatur deportato (vt illi ſcribunt) qui deportatus amittit, quæ iuris communis ſunt. l. 2. C. de bonis proſcript.

Quartò optimè confert quòd D. Scipio fuit damnatus & bannitus à Cæſare, ſeu eius delegato, confirmāte dein-
8 de ipſo Cæſare, vt iam dictum fuit. ſed † bannitus à Cæſare perdit ea omnia quæ etiam iuris communis ſunt: ita ſcribunt in ſpecie Alex. in l. ſi cùm dotem. §. ſi patri. ff. ſol. mat. & conſil. 75. num. 7. lib. 1. Imol. in l. ex facto. §. ex facto, & ibi Ripa. nu. 18. ff. ad S. C. Trebel. Neuiz. conſil. 73. nu. 2. etſi ipſe videatur deinde diſſentire paulò poſt. clarè Guilielmus Benedictus in cap. Raynutius, in verbo, In eodem teſtamento. il 1. 141. de teſtam. & vno verbo Tiraq. in tract. de retractu conſang. §. 1. gloſ. 9. num. 27. Qui ita intelligunt iura loquentia de banno Imperiali: nempè tex. in auth. item nulla communitas, & authen. item quæcumque. C. de Epiſc. & cler. &
* authen. nauig. C. de furtis. Ea eſt ratio, quòd ex * recepta Doctorum opinione Imperator eſt vniuerſi terrarum orbis dominus. l. bene à Zenone. C. de quadrie. preſcrib. cum ſimilib. & is eſt iuris communis conditor, ob id ab eo bannitus & damnatus omne ius ab eo proueniens perdit.

Quintò & vltimò mirum in modum ſuffragatur illa
* *communis doctorum ſententia, qua affirmant, quòd
9 † bannitus perdit omnia iura non ſolùm deſcendentia à ciuitate, ſed & à iure ipſo communi, quando hæc iuris communis iura ſunt in ipſa ciuitate, vel eius territorio. Nam licèt ſtatutum ciuitatis in vniuerſum tollere non poſſit ius commune, poteſt tamen efficere ne illud locum habeat quo ad bona ſita in ciuitate ipſa. ita omnium primus ſcripſit Rayner. in l. 1. C. de hæred. inſtit. & ibi apertè

Caſtrenſis aſſerit, ſe ita conſuluiſſe. & ibidem Iaſ. num. 6.
Alexand.conſil.23. numero 10.& conſil.75. numero 8. lib.1.
Iaſ.conſil.166.colum.2.verſic.quartò facit.& conſi.167.num.
2.lib.1. Ruin.conſil.49.num.4 lib.1. Alcia.reſpon.58. num.9.
alios recenſet Neuizanus conſil. 73. numero 5. & ſi ipſe
diſſentire, & malè videatur ibidem. num.8. vt etiam malè
diſſentiunt Corneus conſil.55.num.23.lib.2.& Gozad.con-
ſil.96.num.6.verſiculo ſeptimò adduco poſt Corn.in l.1.C.
de ſecund.nup.Ergo pari ratione Dom.Scipio dicitur per-
didiſſe omnia iura ſucceſſionis à lege communi proue-
nientia quò ad hæc feuda, cùm non ſolùm intra Cæſaris
ditionem & Imperium ſita ſint, ſed & immediatè ab ipſo
Cæſare prouenerint.

Nec huic tam bene firmatæ ſententiæ obſtat,quòd Do.
Scipio priuari non potuerit eo iure, quod nunquàm ha-
10 buit. Quia reſpondetur, D. Scipionem habuiſſe † ſpem
quandam ſuccedendi, qua ſpe priuari potuit. Ita in ſpecie
ſcribit Afflictus in cap.1.§. præterea ſi vaſallus,in gloſſa ter-
tia.num.14. quæ ſit prima cauſa benefic. amitten. cùm ſcri-
11 bit,& ſi † primogenitus,ad quem feudum pertinebat,patre
mortuo, delictum commiſit aduerſus perſonam domini,
viuente patre, dicitur perdidiſſe ſpem, quam habebat ſuc-
cedendi feudo illi. Et hoc habet afflictus pro certo, etiam
ſi ipſe eo loci diſputet, an eo caſu ſecundogenitus exclu-
dat fiſcum. Qua de re nunc non contendimus, ſed infrà
in ſequenti diſputatione attingam. confirmatur hæc Affli-
cti ſententia ex doctrina in ſpecie Socin. Senio. conſil.22.
12 num.8.lib.1.dum reſpondit † filium delinquentem & ban-
nitum ob læſæ Maieſtatis crimen, facilius perdere ſpem
ſuccedendi patri,quàm cætera bona iam quæſita:cùm dif-
ficilius iam acquiſita quàm acquirenda perdantur, l. patre
furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui vel alien. iuris. cum ſimili-
bus.

Quò ad ſecundum huius dubitationis caput, an hoc
ius ſuccedendi ſit delatum & acquiſitum Cæſari, ſeu fiſco.
Qua ſanè in re animaduertendum eſt, quòd hæc dubita-
tio duobus modis conſiderari poteſt. Primò, an hoc ius
ſucceſſionis ſit delatum & acquiſitum Cæſari, vt domino
feudi directo. Secundò,an ſit hoc ius ſuccedendi delatum
& acquiſitum Cæſari tanquam fiſco. Duplici enim hac via
ius hoc ſuccedendi & habendi hæc feuda Cæſar conſequi
poſſe videtur. de primo modo non eſt quòd nunc diſpu-
temus, quia ex ſuprà deductis clarè conſtat, Cæſari aper-
tum & deuolutum eſſe hoc feudum ob delictum D. Sci-
pionis & fratrum:& infrà paucis attingam.

Nunc ergo (ſuppoſito quòd Cæſar vt feudi dominus
illud conſequi non poſſit) agendum eſt, an fiſcus in hoc
ius ſuccedendi in his bonis habeat. Et hic animaduerten-
dum eſt,nos præſupponere,hęc bona poſſe ſui natura pu-
blicari,& fiſco deferri.

Dicendum videbatur confiſcari non potuiſſe hoc ius:
ídque multis rationibus.

Primò ea ratione, quòd hoc ius ſuccedendi non erat
adhuc formatum & radicatum in perſona Dom. Scipio-
nis: atque ita in eius bonis non erat. l. ſubſtitutio.ff.de ac-
quir.rer.dom. Atqui ea,quæ in bonis tempore delicti non
13 ſunt, non veniunt † in confiſcatione. l. ſi mandauero. §.is
cuius.ff.mand.l.eius qui.§.1.ff.de teſta.l.ex facto.§. Iulius. ff.
de vulg.& l.ſi deportati ſeruo.de leg.3. ergo hoc ius ſucce-
dendi delatum non fuit fiſco: & per conſequens remanere
debet apud D.Scipionem.

Secundò ſuffragatur ratio,qua vſus eſt Dec. in l.3.§.pen.
14 ff.quod quiſque iuris. † Succeſſio antè aditionem repræ-
ſentare dicitur perſonam defuncti, cui ſuccedendum eſt.
l.hæreditas.ff.de verbo. ſigni. atqui ille defunctus non deli-
quit, ſed qui ſuccedere debet: ergo illa ſucceſſio fiſco non
defertur.

15 Tertiò accedit quòd non plus iuris tranſit † in fiſcum,
quàm in hæredem extraneum, ita gloſſ. l. 1. C. de bonis li-
ber.Bartol.in l.iura.ff.de iure patr. Atqui ad hæredes extra-
16 neos non tranſmittitur † ius conditionale.l.ſi cùm hæres.
ff.quando dies lega.ced.l.vnica.§.ſin autem.C.de cadu.tol-
len.ergo non tranſit ad fiſcum hoc ius conditionale ſucce-
dendi in feudo. Et hac argumētatione vſi ſunt Caſtra.con-
ſil.213.omiſſo ordine dubiorum. col.1.lib.2. Nellus in tract.
de bannitis in prima parte ſecundi temporis. q. 30.verſic.
ſecundò per ea. Rom.conſil.247. col.1. & Ruin. conſil.23.
num.6.lib.5.

17 Quartò confirmatur ea ratione, quòd fiſcus † ſucce-
dendo æquiparatur & aliis ſucceſſoribus, vt patri & do-
mino, qui filio & liberto ſuccedunt, cùm & fiſcus ipſo iu-
re,vt & illi,ſuccedat in bonis confiſcatis.l.1.§.an bona.ff.de
iure fiſci.l.3. C. ad l. Iul. de vi. Atqui in patre & domino
18 † non tranſeunt iura quærenda, ſed ſolùm quæſita per fi-
lium vel libertum.l.is qui hæres. ff.de acquir.rerum hæred.
l.cùm proponas.C.de hæred.inſtit.ergo nec in fiscum tran-
ſeunt iura acquirenda: & per conſequens nec hoc ius ſuc-
cedendi in feudo.Hac ratione vſus eſt Nellus,d.q.30.verſic.
primò quia.

Quintò non parum ſuffragari videtur ratio perpenſa à
19 Nello d.q.30.verſic.tertiò ſic. † Ius adeundi hæreditatem
non eſt ius, ſed facultas quædam.l.pretia rerum. ff. ad l.
20 Falcid.& l.licet.C.de iure delibera. Atqui facultas † perſo-
næ cohæret, ergo hæc facultas non tranſit ad fiſcum. Illa
minor propoſitio probatur ex l. certum.ff.de vſu & habi-
ta.& l. pater.ff.de ſeruit.legat. & in ſpecie ſcribit Baldus in
l.1.num.43.verſic.tertiò arguo.C.qui admitti.qui ob id do-
cuit, quòd mortuo monacho, cui hæreditas erat delata,
ius adeundi non tranſit in monaſterium. Et ibidem ver-
21 ſic.quartò arguo, &c. ſubiungit, quòd ius † adeundi dici-
tur cauſa corpori cohærens, quæ cum corpore extingui-
tur, & ideò non tranſmittitur. Et ibidem Baldus. verſ. o-
ctauò confirmatur, &c. ſubiicit, quòd ius adeundi conſi-
ſtit in iure & actu inſeparabili à perſona.l.potuit. C.de iu-
re deliber.

Sextò confirmatur ex eo, quòd confiſcatio à pari pro-
22 cedit cum cæteris alienationibus. Nam is qui † alienare
non poteſt, nec etiam efficere valet, vt eius bona fiſco de-
ferantur. ita omnes in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de
damno infecto .& in l. filiusfamil.§. diuit. de legat.1. ſed in
23 † donatione aliiſque alienationibus omnium bonorum
ſolùm præſentia & non futura comprehenduntur.ita Bar.
& cæteri in l. ſtipulatio hoc modo concepta. de verbo. o-
bliga.Craue.conſil.252.colum.2.verſic.tertiò ex alio. vbi ad
hanc aſſertionem probandum citat d. l. ſi mandauero.§.is
cuius.ff. mand.& Alexan.conſi.170.col.1.lib.5. ergo hoc ius
ſuccedendi in feudo confiſcatis omnibus bonis D.Scipio-
nis,non dicitur fiſco delatum.

Septimò & vltimò,vt huius eſſem opinionis,nō parum
24 me mouebat auctoritas multorum, qui ſcripſerunt, † in
bonorum publicatione atque confiſcatione non conti-
neri bona in futurum acquirenda. Ita Bartol. in l. 1. num.9.
ff.de bonis damna.idem clarius in l.certa forma. num.5.C.
de iure fiſci. lib.10. quo loci ſcribit, quòd publicatis bonis
non impeditur is ſuccedere. Et ibidem ſubiungit Alexan-
der in annota.quòd publicatio bonorum non trahitur ad
futura.Idem docuit Baldus in l.vlt.C.quæ res pigno.oblig.
poſſ.& idem in l.3.§. illud quoque. num.1.ff.quod quiſque
iuris. & ibidem Angelus,Alexan.num 2.Iaſ.num.4. & Dec.
num.1.Baldus in l.1.num.5.C.de bonis lib. in l.1.col.pen. C.
de hæred. inſtit.& in l.etiam, num.4.C.ad l.Falcil. Et cla-
rius cenſuit Nellus in d. trac. de bannitis, prima parte ſe-
cundi temporis. q.30. ius adeundi, atque ita ius de futuro
non venire in publicatione bonorum.Idem reſpondit Ca-
ſtren.conſil.56.Super primo quæſito.num.2.lib.1.Albericus
in tractat. ſtatutorum, parte 3. quæſtio.12. vbi in ſpecie ait,
non confiſcari ius ſubſtitutionis. idem clarè ſcribit de ſub-
ſtitutione ac etiam de legato conditionali Angelus Aret.
in tract. de maleficiis, in verbo, & eius bona publicamus.
numero 1. Accedit Roma. conſil. 247. colum.1. qui clarè
reſpondit, fiſcum non ſuccedere in fideicommiſſo &
alio iure conditionali proueniente ex vltima voluntate:
licèt ſuccedat (inquit Romanus) in iure conditionali ex
contractu deſcendente. idem Roma. ſing. 168. Idem re-
ſpondit



ſpondit Curtius Senior conſil.60. Dux Philippus. colum.
10.verſicul.venio ad ſecundum. Ita etiam Alexand. conſil.
15.in fine.& conſil.75.numero 12. lib.1. Soc. Sen. conſil.275.
colum.pen.Ruin.conſil.23. numero 6.lib.5. Dec.conſil.235.
numero 3.conſil.438. numero 7. & conſil. 445. numero 65.
Curtius Iun.conſil.182.numero 6. Pariſ.conſil. 157. numero
27.lib.4. Soc.Iun. conſil. 51. in fin. lib.1. conſil. 126. nume-
ro 19. lib. 2. & conſil. 34. numero 6. lib.3. Neuiz. conſil.73.
num.10.Cagnol.l.ea ſola. numero 6. de reg.iuris. Riminal.
inter conſil. Crimin.conſil.100.numero 14.Tiraq.in l.ſi vn-
quam,in verbo.donatione.numero 186. C. de reuo. dona.
Alciatus in l.poſt contractum. numero 38.ff.de donatione.
Hæc non leuem hac in re dubitationem faciunt.

Cæterùm,re ipſa diligentiori ſtudio perpenſa atque diſ-
cuſſa,contrarium viſum eſt verius,nempè ob perpetratum
illud delictum à D.Scipione ita eius bona eſſe publicata &
fiſco delata, vt is ſuccedere nullo pacto poſſit in hoc feu-
do:cùm fuerit ſítque omninò apertum & delatum fiſco.
Quod vt dicam,hæc me mouent.

Primò,poſito quòd hoc ius ſuccedendi ſit ius conditio-
nale & futurum:attamen delatum eſt fiſco. Nam Doctores
ita duos caſus diſtinguunt. Primus eſt, cum agitur de iure
25 conditionali deſcendente ex vltima voluntate: tunc † fiſcus
non ſuccédit tanquam delinquentis hæres, ſed ille ſucce-
dit, qui deficiente conditione aliàs erat ſucceſſurus. Vna
eſt ratio, quia in fiſcum, vt nec in alterum hæredem non
tranſmittitur ius conditionale. d. l. vnica.§.ſin autem.C.de
cad.tollen. Altera, quia iniquum eſt,quòd ſubſtitutus de-
linquenti, ob illius factum ſuo iure priuetur. Et ideò dici-
mus ſubſtitutum non excludi à fiſco. l. ex facto. §.ex facto.
& ibi Ripa. numero 7.8.ff.ad S.C.Trebell. quòd infrà de-
clarabimus. Hoc in caſu loquuntur Doctores relati ſuprà
in vltimo argumento pro Do.Scipione conſiderato: & ita
illæ rationes hanc veram opinionem comprobant. non
contendit ex hoc caſu Excelſa Reſpubl.Genuenſis, hoc ius
ſuccedendi proueniens ex teſtamento illo Do. Sinibaldi
eſſe acquiſitum fiſco.

26 Secundus eſt caſus, cùm agitur de iure † conditionali
* proueniente ex contractu.Et hoc in caſu * recepta eſt opi-
nio Doctorum,fiſcum ſuccedere.ita affirmarunt Romanus
conſil.194.colum.1.Alexand.in l. 3. §. illud quoque.numero
3.ff.quod quiſque iuris.& in l. ſi marito in princ. ff. ſol. ma-
tr.Gramma.conſil.7. numero 3. in criminalibus. qui fortius
idem eſſe ſenſit in iure conditionali ex vltima voluntate.
27 Ea eſt ratio quòd † iura conditionalia ex contractu ad hę-
redes tranſmittuntur. §. ex conditionali. Inſtit. de verbo.
obligat.& ideò tranſeunt & ad fiſcum. Hoc ex caſu & ca-
pite fiſcus excludit Do. Scipionem, cùm ipſe Dom. Scipio
ius ſuum ſuccedendi in hoc feudo principaliter metiatur
ex actu geſto inter viuos quàm in vltima voluntate,nempè
28 ex conceſſa inueſtitura. Quæ ſanè conceſſio † contractus
nomen obtinet. ita Affl.deciſ.265.numero 102. & deciſ.293.
num.3.

Secundò accedit quòd licet bona futura non veniant
29 in confiſcatione, attamen quando † bannitus amiſit o-
mnia iura ſucceſſionis, & habere non poteſt hæredem, ſi-
cuti euenit in caſu noſtro, vt iam ex ſuperiore capite de-
monſtrauimus, eius bona efficiuntur occupantis. ita Bart.
in tract ſuper conſtitutio. contra rebelles, in verbo,rebel-
lando. numero 17. ex.l.transfugam. ff. de acquiren. rerum
domin. Et ea ratione, quia ſi impune offendi poteſt, & vt
ſeruus haberi, multo magis eius bona occupari. cùm ergo
bona hæc occupata iam fuerint à fiſco,& diu poſſeſſa,non
eſt amplius dubitandum, quin fiſcus & qui à fiſco vel à
Cæſare acquiſierunt, iſta tutè retinere poſſint. Quam ſanè
ſententiam confirmat auctoritas Curtij Senioris conſil.60.
Dux Philippus,colum.11.verſic.ſecundò reſpondemus, &c.
qui ſecutus Bartolum loco iam citato, ait,quòd non ſolùm
30 fiſcus † habet hanc facultatem occupandi bona banniti,
ſed & alter quiuis: & ideò ſuo illo in caſu reſpondit, quòd
cùm hoſpitale Papiæ iam occupaſſet & poſſediſſet bona
cuiuſdam banniti, à quo iam fuerat hæres inſtitutus, quòd
fiſcus admitti non poterat ad illa bona banniti: quia ſi oc-
cupanti conceduntur, ita illa occupare & retinere potuit
hoſpitale, quemadmodum & fiſcus. Idem quoque reſpon-
dit Curtius Iunior conſil.182. numero 7. qui reſpondit,
quòd cùm hæres banniti illius bona occupauerit,fiſcus ex-
cluditur. Et eo loci Curtius Iunior recenſet eiuſdem opi-
nionis Baldum & Alexandrum in l.1.C. de hæredi. inſtit. &
Nellum in tract. de bannitis, in ſecunda parte primi tem-
poris. quæſt.39. Dicam tamen ingenuè quod ſentio (vt fa-
cere ſoleò) hanc argumentationem habere aliquam du-
bitationem,vt infrà dicam.

Non obſtant nunc adducta in contrarium,quibus etſi ex
iam adductis pro excelſa Republ.ſatisfactum credam, at-
tamen ſingulatim reſpondetur. At primum itaque reſpon-
deo,& facilè concedo, ius ſuccedendi non fuiſſe in perſo-
na Do. Scipionis formatum & radicatum, & ob id tranſ-
mitti non potuiſſe in fiſcum vt ius proueniens ab vltima
diſpoſitione teſtamenti patris ſui & aliorum anteceſſo-
rum: ſed tamen tranſmiſiſſe dicitur, vt ius conditionale à
contractu proueniens, vt diximus. Præterea,non eſt bona
illa conſequentia, non poteſt fiſcus ſuccedere in hoc iure
conditionali,ergo illud remanet apud D.Scipionem. Non
inquam eſt bona conſequentia, quandoquidem ipſe D.
Scipio eſt eo iure omnino priuatus, & ideò quò ad eum
31 poteſt Reſpubl.Genuæ dicere,quò ad te liberas † ædes ha-
beo.l.loci corpus.§.competit.ff.ſi ſeruit.vend.ſcribunt Bart.
& Socin.in l.2.ff.de except.rei iud.copioſè Tiraq.in l. ſi vn-
quam, in verbo,reuertatur.numero 358.C.de reuo.donat.
ſi enim aliqua eſſe poteſt diſputatio de his bonis, illa eſſet
inter fiſcum, ſeu Rempubl. & cæteros à fiſco cauſam ha-
bentes, ac illos, qui aliàs ſucceſſuri fuiſſent vel ipſi D.Sci-
pioni,vel eius anteceſſoribus.Non autē inter ipſum fiſcum
& D.Scipionem iam priuatum & excluſum: quando de-
linquens bannitur, & bonis ſuis exuitur, hic ordo ſucce-
dendi obſeruatur.

Primò in bonis tunc exiſtentibus regulariter ſuccedit
32 † fiſcus, tum ratione pœnæ, tū quia non meretur ille ban-
nitus habere hæredem. Et quò ad hæc bona,ceſſat omnis
controuerſia.

Secundò in bonis futuris, ſibi relictis à teſtatore,ſi extat
33 † ſubſtitutus ipſi bannito, ille ſuccedit excluſo fiſco.l.ex fa-
cto.§.ex facto.vbi omnes. ff. ad S. C. Trebell. & ibi Ripa,
34 numero 8. reddit rationem, quia † fiſcus non ſuccedit vt
hæres loco liberorum ipſi bannito, & ideò ſubſtitutum
non excludit. Et fiſcum non ſuccedere loco liberorum
ſcribunt Bartol. & cæteri in l.quoties.ff.de nouatio. Socin.
Iun.conſil.34. numero 6. lib.3.& Alciat. reſpon.522. num.6.
Accedit ſimile in ſpecie noſtra ex Afflicto in cap.1. §.præ-
terea,in gloſſ. tertia.numero 20. quæ ſit prima cauſ. benef.
35 amitten.dum affirmat quòd † primogenito delinquente
patre viuo,fiſcus excluditur à ſecundogenito: quia ſublato
primogenito,ipſe ſecundus dicitur primus. Tertiò ſi in iis
bonis futuris relictis in teſtamento, non extat ſubſtitutus,
tunc quia ipſe bannitus habetur pro non ſcripto in teſta-
36 mento, ex quo delata eſt ſibi hæreditas,cæteri † venientes
ab inteſtato & qui ſucceſſuri erant illi teſtatori, hæredita-
* tem conſequuntur, ita ſe habet magis * communis & vera
ſententia, vt teſtatur Iaſon in l.1. numero 3. verſic. tamen
contraria opinio. C. de hæred. inſtit. Soc. Sen. conſil. 22.
numero 13. lib.1. Cur.Sen.conſil.60. Dux Philippus,colum.
10. verſic. accedo ad quartum. Et ratio eſt clara, quia illi
37 veniētes † ab inteſtato ſunt tacitè vocati à defuncto.l.confi-
ciuntur. in princip. ff. de iure codicillo. & declarat Curt.
Iun. conſil.4. numero 15. & numero 17. &c. ſcripſi in tract.
de adipiſcenda poſſeſſio. Remedio quarto. numero 72.
Quemadmodum ergo fiſcus excluditur à ſubſtituto, ob
teſtatoris voluntatem, ita pariter excluditur à venientibus
ab inteſtato, qui ita teſtatoris voluntatem habent pro ſe,
ſicuti & ille ſubſtitutus. Et hoc in caſu videtur dubia illa
38 † Bartol.Alexand.& aliorum traditio,præſertim Curt.Sen.
& Curtij Iunioris, cùm dixerunt bona futura relicta ban-
nito ab eo poſſe auferri per quemcunque ea occupando:

dubia inquam videtur, ratione iam relata, quia ſi eo ban-
nito pro non ſcripto habito, ſucceſſio & hæreditas defer-
tur venientibus ab inteſtato, non poteſt ab aliquo occu-
pari: quia hoc modo non occuparentur bona banniti, ex
quo illa nunquam habuit: ſed bona venientium ab inte-
ſtato, quod eſſet iniquum: quia eo modo ex alterius fa-
cto ipſi pœnam ferrent. Quocircà admonui ſuprà illud ſe-
cundum fundamentum, quod pro excelſa Republ. conſi-
deraui habere aliquantulum dubitationis: ſed melius eſt
inhærere illi primo, quod iam retuli: nec non aſſerere, Do.
Scipionem eſſe omninò excluſum, & quòd ſi ius aliquod
quis prætendere poteſt, id poſſent venientes ab inteſtato:
& per conſequens Reſpubl. dicere poteſt (vt dixi) quò ad
D. Scipionem, liberas ædes habeo.

Quartò, cùm agitur de bonis futuris, quæ immediatè
acquiruntur ab ipſo bannito: hoc caſu locum habere po-
teſt relata doctrina Bartol. & ſequacium, & maximè Curt.
Senio. & Curtij Iunio. vt ſcilicet à quouis occupari hæc
bona poſſint: quia ſi impunè in corpore offendi poteſt,
multò melius in ære & bonis. Et hoc in caſu nulla præce-
dit voluntas alicuius diſponentis, qui voluerit, ſubla-
to bannito, alteri acquiri: ſicuti & in præcedenti caſu
extat.

Non obſtant cæteræ argumentationes, quia ex iam di-
ctis eſt ſatisfactum. Nam eò omnia illa argumenta tendunt,
vt demonſtretur, fiſcum non ſuccedere in hoc iure. quod
noſtræ ſententiæ non repugnat: ſicuti ex ſuprà traditis a-
pertè conſtat. Atque ita iuris eſſe concludo in hac prima
dubitatione.

Secundum eſt huius conſultationis caput, præſuppoſi-
to, quòd ſententia lata contra Do. Scipionem ſuper hoc
delicto, quod vnà cum Do. Iulio Cibò perpetratum aſſe-
ritur, fuerit ritè & ſolenniter lata, an ex nouo proceſſu
nunc agitato conſtet de innocentia ipſius Do. Scipionis?
Qua in re dicẽdum videbatur, ſatis conſtare, D. Scipionem
eſſe innocentem.

Primò ea ratione, quòd præſumptio eſt pro ipſo D. Sci-
39 pione, quòd ſcilicet † non deliquerit. iuxta l. meritò. ff. pro
ſocio. Quam ſanè iuris ſententiam multis exornant, Alcia-
tus in tract. præſump. reg. 3. præſum. 1. Marſil. in l. 1. C. ad l.
Corneliam de ſicar. idem conſi. 2. colum. 1 conſil. 7. num. 20.
& conſil. 21. numero 2. Craue. conſil. 151. numero 18. cæteros
prætereo.

Secundò accedit, quòd D Scipio probauit ſe eſſe virum
nobilem, bonæ conditionis & famæ. Quæ ſanè probatio,
40 bonæ † vocis & famæ, multum operari ſolet: nam contra-
riæ præſumptiones & indicia conuelluntur: ita multorum
auctoritate ſcribunt Socin. Iun. conſil. 38. numero 22. &
conſil. 39. numero 24. lib. 2. Craue. conſil. 99. in fi. conſil. 151.
numero 21. conſil. 244. numero 6. Et in terminis criminis
læſæ Maieſtatis ita Craue. conſil. 319. numero 1. Imò ex pro-
41 batione † bonæ famæ corruere dicitur indicium, quod o-
ritur ex teſtimonio ſocij criminis, affirmarunt Socin. Iun.
conſil. 39. numero 67. lib. 3. Pariſ. conſil. 151. numero 10. lib. 4.
Gramma. conſil. 37. numero 14. & Rol. conſil. 16. numero 24.
lib. 1. & conſil. 96. num. 25. lib. 2.

Tertiò vel ex eo de innocentia Do. Scipionis conſtare
videtur, quòd ipſe eo tempore quo D. Iulius Cibò machi-
nabatur contra Rempubl. Genuæ, & contra Cæſarem, a-
berat ab ipſa Ciuitate Genuæ, cùm Romæ commoraretur
abſens etiam à d. D. Iulio. & ideo aliquod delictum ei ad-
42 ſcribi non poteſt, cùm eſſet in eo † abſente dolus. ita in ter-
minis reſpondit Dec. conſil. 64. colum. 4. cùm ſcribit, quòd
Princiuallus Lampugnanus frater Ioan. Andreæ, qui Ioan.
Galeacium Ducem Mediolani occidit, puniri non debuit
aliqua pœna criminis læſæ Maieſtatis, ex quo eo tempore
erat abſens à ciuitate Mediolani, cùm iam aliquot annos
in Gallia eſſet. Et eo loci recenſet Dec. Albericum in tra-
ctat. ſtatuto. parte ſecunda, quæſt. 98. & quæſt. 83. affirman-
43 tem, quòd licet ex ſtatuto † omnes habitantes villę tenean-
tur emendare damnum in ea datum: non tamen tenentur
abſentes. Et Albericum ſecutus eſt & Rom. conſil. 7. num. 9.
qui ſimilem caſum diffinit.

Quartò, ſatis etiam de innocentia D. Scipionis conſta-
re ex eo videtur, quòd adhibita fuit fides teſtimonio D. Iu-
lij Cibò, cui ex tribus non erat credendum. Primò, quia
erat ipſi D. Scipioni inimicus. Et clari iuris eſt, inimicum
44 † repelli etiam hoc in caſu à ferẽdo teſtimonio. ita ſcribunt
Bartol. in l. in quæſtionibus. ff. ad l. Iul. Maieſtatis. Alber. in
l. famoſi. ff. eo. Bald. l. in his. §. 1. ff. eo. Alexand. conſil. 126. in
fi. lib. 4. Gramma. conſil. 46. numero 8. in criminalibus. &
voto 3. colum. 5. & voto 11. numero 13. quos ſecutus eſt Gigas
in tract. de crimine læſæ Maieſta. lib. 2. tit. Quomodo & per
quos crimen læſæ Maieſtatis probetur. quæſt. 2. Secundò
(admiſſo quòd non eſſet inimicus Do. Scipioni) non erat
45 adhuc ei credendum tanquam ſocio † criminis, iuxta l. vlt.
C. de accuſa. & copioſè ſcribunt permulti relati à Gramma.
deciſ. 28. num. 13. Boer. quæſt. 319. Rolan. conſil. 16. numero 7.
9. conſil. 51. num. 26. & conſil. 73. colum. 1. lib. 1. Tertiò adhi-
46 benda non videbatur fides, quia eſt † ſingularis. l. iuſiuran-
di. C. de teſtibus. c. in omni negotio, de teſtibus. Et lege ipſa
diuina ita eſſe ſtatutum ignorat nemo. Deut. c. 19. & Mat-
thæi cap. 18.

Quintò (conceſſo quòd adhibenda fuerit fides D. Iulio)
non potuit D. Scipio vnius teſtimonio conuinci, & feudis
47 priuari, ſed † quinque erant omninò neceſſarij. c. vnico,
quot teſtes ſint neceſſarij ad probandum feudi ingrat. in
vſibus feudorum. Et ita obſeruari communiter aſſerit Iu-
lius Clarus lib. 4. ſenten. §. feudum. quæſt. 60. Zaſius in epi-
tome. parte decima. num. 108.

Sextò & vltimò, admiſſo quòd de ipſa machinatione
conſtet, adhuc puniri non potuit D. Scipio aliqua pœna,
48 cùm eſſet delictum in mente † retentum, quod effectum
non habuit. & ideò non punitur. l. cogitationis. de pœnis.
49 & in ſpecie quòd † vaſallus non perdat feudum ob ſolam
cogitationem offendendi dominum, probat c. 1. §. ſi volue-
50 rit. de capita. qui curiam vend. Ita † ingratus quis non iu-
dicatur ex ſolo conatu, vt reuocetur quod ei fuit dona-
tum. copioſè Ripa in l. vlt. q. 25. C. de reuo. dona. Hæc du-
bium mouebant.

Re tamen diligenter conſiderata, contrarium viſum eſt
verius, nempè Do. Scipionem non probaſſe ab hoc crimi-
ne eſſe innocentem: & ob id iure ea pœna ei indicta in
ſententia puniri potuit. Quod apertè demonſtrari poteſt
prius comprobata intentione Excelſæ Reipubl. Genuen.
Quæ quidem habet fundatam intentionem ex multis.

51 Primò, ex iam lata † ſententia cõtra ipſum D. Scipionem,
quæ quidem ſententia præſumptionem pro ſe habet. l. He-
rennius. §. Caia. ff. de euictio. & dixi ſuprà in principio hu-
ius conſultationis. Hæc præſumptio operatur, vt grauiori
52 † probationis onere grauetur Do. Scipio, iuxta c. quia ve-
riſimile, de præſump. & ſcribunt Iaſ. in l. ſi extraneus. num. 6.
ff. de cond. ob cauſam. clarè hoc affirmarunt Cur. Iun. conſ.
52. num. 7. & Soc. Iun. conſil. 39. num. 38. lib. 2. qui eiuſdem
ſententiæ alios recenſent.

Secundò ſatis fundata eſt intentio ipſius Excelſæ Rei-
publ. ex teſtimonio Do. Iulij Cibò, cui quidem fides adhi-
53 benda eſt, etſi † ſocius fuerit criminis: quandoquidem in
læſæ Maieſtatis crimine ſocius criminis fidem facit contra
alium. ita ſcribunt Alber. in l. famoſi. ff. ad l. Iul. Maieſtatis, &
Baldus & Salice. in l. quoniam. C. de teſtibus Alex. conſil. 13.
col. 3. verſic. octauo. lib. 6. Marſil. in l. de minore. num. 3. ff. de
quæſtio. & alios recenſet Gigas. libro 2. de crimine læſæ Ma-
ieſt. tit. Quomodo & per quos crimen læſæ Maieſtatis pro-
betur. q. 7.

Non obſtant nunc adducta in contrarium, ex quorum
confutatione apertè conſtabit, Do. Scipionem innocen-
tiam ſuam nullo pacto probaſſe. Ad primum itaque re-
ſpondetur, quòd illa præſumptio, quòd vnuſquiſque præ-
54 ſumatur bonus, † & non delinquere. d. l. meritò. ff. pro ſo-
cio, non procedit ſecuto delicto. ita declarat Ruin. conſil.
6. num. 4. lib. 5. Et ſine dubio hæc declaratio procedit, quia
55 ſi vna præſumptio † alteram perimit. l. diuus. ff. de in inte-
grum reſtit. à fortiori ceſſat præſumptio, vbi conſtat de
veri-



veritate in contrarium. confirmatur ex ea declaratione,
56 quam omnes ad illam met † l. meritò, adferunt, cùm di-
cunt, non procedere quãdo ſocius actum fecit in re com-
muni, qui ſocietatis terminos excedit. l. Sabinus. ff. commu-
ni diuid. l. duo fratres. ff. de acq. hæred. Alex. conſ. 103. num. 6.
lib. 1. & conſi. 20. num. 7. lib. 7. Alciat. in tract. præſump. reg. 3.
præſump. 1. num. 1. Craue. conſi. 319. col. 2. verſic. neque excu-
ſandus videtur.

Non obſtat ſecundũ, quia reſpondetur, hanc bonæ famæ
probationem eſſe leuem, ita ſcribunt Alexand. conſil. 77.
num. 6. lib. 1. & Boſſius in tract. cauſa. crimin. tit. de inquiſi-
tione. num. 35. Prætereà reſpondetur, quòd illud procedit
57 cùm bona fama † probatur in ſpecie circa illud delictum,
de quo facta eſt accuſatio. ita Alexand. conſ. 77. num. 6. lib. 1.
conſil. 148. col. 1. lib. 2. & conſil. 150. col. 4. lib. 5. Dec. conſi. 454.
Marſilius in practica crimin. §. diligenter. num. 197. conſi. 3.
numero 22. & in l. de minore. §. plurimum. num. 100. ff. de
quæſt. & Soc. Iun. conſil. 88. numero 21. lib. 2. ſed in caſu no-
ſtro contrarium eſt probatum, quòd ſcilicèt mala fama
laborabat contra ipſum Do. Scipionem, quòd vnà cum D.
Iulio ſit machinatus contra Rempubl. Erat ergo in ſpe-
cie diluenda hæc mala fama. At quibus probationibus
id præſtari potuit, ſi res (vt in facto præſupponitur) ita ſe
habebat?

Non obſtat tertium, quia vno verbo reſpondetur, non
ſequitur, D. Scipio erat abſens, ergo non potuit machinari,
nec eſt machinatus contra Rempub. cùm verius ſit, abſen-
tiam non omninò impedire ſimilem conſpirationem &
machinationem: ſicuti conſtat in caſu iſto non impediuiſſe,
cùm in actis probatum aſſeratur, ipſum D. Scipionem &
Romæ tractaſſe cum legatis Regis Gallorum, & cum alijs
inimicis Reipub. Genuenſis. de Ciuitate Genuæ occupan-
da, & principe Aurio occidendo. Nec illud reſponſum
58 † Decij conſil. 64. repugnat. ſolùm enim aſſerit, & rectè,
Dec. ex abſentia præſumi ignorantiam facti alieni, vt fratris,
59 & per conſequens carere † dolo, ſine quo quis non dici-
tur delinquere, & pœnam mereri. Et ita loquitur c. cum
in tua, qui matrim. accuſ. poſſunt. quod in ſuam ſenten-
tiam citauit Dec. Et idem ſcribunt Bartol. in l. is poteſt. nu-
mero 16. ff. de acquiren. hæred. Roma. conſil. 59. Ruin. 123.
num. 12. lib. 1. & Craue. conſil. 244. num. 4. dum ſcribunt ob
abſentiam præſumi quòd ignoret etiam factum defuncti.
atque ita abſentia non infert neceſſariò quòd abſens non
deliquerit, ſed ſolùm præſumptam ignorantiam, qua data
60 † delictum ceſſat, quemadmodum ſimilibus in caſibus
loquuntur Rom. conſi. 7. colum. vlt. Soc. Sen. conſil. 122. col.
2. lib. 1. Marſilius ſing. 391. Pœna. Dec. conſilio 473. numero
8. & Gramma. deciſ. 47. numero 1. cùm ergo in caſu noſtro
ſatis probatum dicatur de ſcientia machinationis D. Iulij
Cibò, immo & de communi tractatione inter ipſos, Do-
minum Iulium ſcilicèt, & Do. Scipionem, ſequitur dicen-
dum, abſentiam illam non excuſare ipſum Dom. Sci-
pionem.

Non obſtat quartum, quia reſpondeo, quòd imò teſti-
monio Do. Iulij adhibenda fuit fides, vt ſuprà dixi. Nec ad-
uerſatur illud primum, quòd Do. Iulius eſſet ipſius D. Sci-
pionis inimicus: quia ex actis conſtare dicitur, quòd imò
61 erant † ſanguine coniuncti, & quòd ſimul conuerſaban-
tur: atque ita amici præſumuntur: ita Felin. in cap. de his.
§. repellantur. numero 1. de accuſ. quem ſecutus eſt Ioan.
Iacobus de Leonardis inter conſilia Bruni, conſi. 114. num.
80. Quibus accedunt Baldus in c. accedens. num. 9. vt lite
non conteſ. & Curt. Sen. in trac. de teſtibus. concluſ. 30. qui
62 ſcribunt † amicitiam præſumi, vel ex affinitate, vel ex con-
uictu, vel ex conuerſatione. Quantò fortius ergo in caſu
noſtro, vbi hæc vnà concurrunt? Accedunt & gloſſ. in §.
cogitandum, in authen. de monachis. Baldus in ſua mar-
garita in verbo amicitia, in fine. & Petrus Rebuffus in tract.
de priuilegiis ſcholarium. priuil. 104. numero 10. qui ſcri-
bunt, ex conuerſatione amicitiam præſumi. Ad illud ſe-
cundum, quòd Do. Iulius eſſet ſocius criminis, ſatis fuit re-
ſponſum ex dictis ſuprà, quòd ſcilicèt in caſu noſtro ſocius
criminis fidem faciat contra ſocium. Non etiam repugnat
illud tertium, quia reſpondetur quòd teſtimonium D. Iuli
comprobatum fuit multis aliis indiciis & coniecturis, quæ
63 ſufficiunt in caſu iſto, qui difficilis † probationis eſt: ita in
ſpecie ſcribit Gigas libro 2. de criminis læſæ Maieſtatis tit.
Quomodo & per quos crimen læſæ Maieſtatis probetur.
quæſtio. 29. & Boſſius in tract. cauſarum criminalium titul.
de crimine læſæ Maieſtatis. numero 117. Prætereà teſtimo-
nium ſingularis perſonæ in crimine hoc plurimi ponderis
eſt, vt præcitato loco ſcribit Gigas quæſtio. 25. cùm ait ad
64 torturam ſufficere. Et teſtes † ſingulares probare hoc cri-
men cùm de eo in ſpecie deponunt. reſpondit Ancha.
conſil. 439. Ex prædicta facti narratione, num. 7. verſ. Non
obſtat ſecundum, à quo non diſſentit Gigas loco iam rela-
to. quæſtio. 7. cùm ergo teſtimonium Do. Iulij coadiuuetur
teſtimoniis, etiamſi ſint inter ſe ſingulares, attamen hoc
caſu ſufficere debent.

Non obſtat quintum, quia reſpondetur, verum non eſſe,
quòd quinque teſtibus conuinci debeat vaſallus de Felo-
nia, vt feudo priuetur: quia imò duobus conuinci poteſt,
vel aliis coniecturis & indiciis ſicuti cæteris in caſibus. Nec
65 repugnat d. † c. vnicum, quot teſtes ſint neceſſarij, &c.
quia reſpondetur vnà cum gloſ. ibi & clarius in c. 1. §. ſi vo-
luerit. de capita. qui curiam vend. quod illud c. vnicum non
eſt authenticum, nec receptum. Et hoc idem ſcribit Mod.
Pariſien. in conſuetud. Pariſienſibus. tit. 1. §. 30. num. 52. Qui-
bus addo Baldum ibi, & Iſerniam, qui quidem Iſernia ſcri-
bit, quòd ſi probaretur, d. ca. vnicum fuiſſe promulgatum
ab Henrico, ſolum haberet locum illis in locis, vbi vſu fuit
receptum: cùm alias ſit contra ius diuinum, quo eſt con-
ſtitutum, duos teſtes in omni negotio ſufficere. Prętereà &
ſecundò reſpondetur, d. c. vnicum procedere in aliis crimi-
nibus, excepto hoc læſæ Maieſtatis: ita viſus eſt ſentire Ma-
rinus Freccia in commentariis ſubfeudorum. lib. 2. tit. Dif-
ferentiæ inter feuda regalia &c. num. 9. Eſt ratio clara, quia
ſi teſtis ſingularis ſufficit, vt dixi ſuprà, ergo à fortiori
quinque.

Non obſtat vltimum, quia reſpondetur, D. Scipionem
non ſtetiſſe in meris terminis cogitationis, quæ non puni-
tur. d. l. cogitationis, de pœnis. ſed progreſſus eſt ad actus
exteriores. Non enim per eum ſtetit, quin occuparetur ci-
uitas Genuæ, & Aurius princeps occideretur. Et ideò,
quemadmodum D. Iulius Cibò iure pœnas commiſſi cri-
66 minis dedit, ita pariter † conatus iſte D. Scipionis punien-
dus eſt; ſicuti copioſè ſcripſi lib. 2. de arbitrariis iudicum,
&c. caſu 360. num. 24. Atque ita concludo iuris eſſe, rectiore
iudicio ſaluo.

Iacobus Menochius I. C.

*SVMMARIVM.*

1 *Vaſallus contrahere poteſt amicitiam cum inimico domini ſui, modo damnoſa non ſit domino.*
2 *Amicitiam eſſe de genere permiſſorum.*
3 *Amicitiam fuiſſe à Vaſallo contractam cum inimico ſui domini ad ipſius domini detrimentum, qui aſſerit, probare debet.*
4 *Vaſallum ſine damno domini ſui cõtraxiſſe amicitiam cum inimico domini, coniecturis probari poteſt.*
5 *Item non reuelaſſe ſecreta domini ad ſui damnum.*
6 *Delictum non præſumi.*
7 *Vaſallus priuatur feudo ob ingratitudinem magnam, non autem ob leuem.*
8 *Vaſallus, qui metu coactus cum inimico domini amicitiam contraxit, excuſatur.*
9 *Vaſallus priuatur feudo, ſi ſine cauſa cum inimico domini amicitiam iniuit.*
10 *Item præſumitur eiuſdem animi cum inimico domini.*
11 *Amicus inimici præſumitur inimicus.*
12 *Vaſallus probare debet, quòd ſine detrimento domini amici-*

*tiam contraxit cum inimico ipſius domini.*
13 *Arma ferens malum animum habere præſumitur.*
14 *Crimen læſæ Maieſtatis committit, qui principis bona & caſtra diripit.*
15 *Inimicorum ſpecies quot.*
16 *Inimicus priuatus quis.*
17 *Amicitiam contrahens cum priuato inimico, minus offendit dominum feudi, quàm cum publico.*
18 *Inimici publici qui.*
19 *Perduelles qui.*
20 *Hoſtes qui.*
21 *Inimici publici ius poſtliminij non habent.*
22 *L. non dubito. ff. de captiuis & poſtlim. reuer.*
23 *Vaſallum non poſſe contrahere amicitiam cum hoſtibus.*
24 *Eccleſiaſt. ca. 7. Noli eſſe pro amico inimicus, declaratur.*
25 *Vaſallus promittere debet domino, quòd erit amicus amicorum domini, & inimicus inimicorum.*
26 *Matrimonium eſſe de genere permiſſorum.*
27 *Amicitiam contrahere laudabile eſt.*
28 *Aedificare in proprio ad alterius æmulationem, quis non debet.*
29 *Qui non eſt mecum, contra me eſt.*
30 *Seruire duobus nemo poteſt.*
31 *Crimen læſæ Maieſtatis committit, qui alloquitur inimicos domini, vel eis literas dat.*
32 *Dux belli non poteſt alloqui ducem aduerſariorum principe inconſulto.*
33 *Arma ferens contra principem ſuum, eius maieſtatem dicitur lædere.*
34 *Amicitiam contrahens cum inimico domini, ad eum tamen non accedendo, dominum ipſum non lædit.*
35 *Martini Laudenſis, Præpoſiti & Iacobini doctrina declarata.*
36 *Amicitia quando ſit de genere prohibitorum.*
37 *Iſerniæ traditio declarata.*
38 *Coniecturæ quando ſufficiant.*
39 *Probationes efficatiores requiri cùm cõiecturæ & iudicia repugnant.*
40 *Aetatem decem & octo annorum eſſe militiæ aptam.*
41 *Ariſtotelis locus, qua ætate homo militare poſſit.*
42 *Seruij Tullij conſtitutio de eligẽdis adoleſcentibus ad militiã.*
43 *C. Gracchi lex de ætate militum.*
44 *Miles pupillus eſſe poteſt.*
45 *Minor decem & octo annis quando à delicto poſſit ſe excuſare.*
46 *Pupillus doli capax delictum commiteri poteſt.*
47 *Pupillus actione iniuriarum conuenire poteſt.*
48 *Ingratitudinem pupillus committere poteſt.*
49 *Vaſallus accedens ad inimicos domini, quando excuſetur prætextu metus & timoris.*
50 *Crammaticus conſi. 13. num. 35. declaratur.*
51 *Vaſallus relinquendo dominum metu amiſsionis bonorum ſuorum, excuſatur.*
52 *Metus quis ſit iuſtus, vt vaſallum excuſet, cùm ſequitur partes inimici ſui domini.*

## CONSILIVM CII.

# Initium à Domino.

NOVVM crimen, quod illuſtri D. Scipioni Fliſco impingitur, graue admodum eſſe aſſeritur. Accuſatur enim quòd cùm eſſet Cæſaris vaſallus, eique ratione originis ſubditus, ſecutus ſit partes Gallorum, armáque pro illis contra Cæſarem ipſum tulerit: & ob id iure cenſeri reum criminis læſæ maieſtatis. Quæ ſanè res dubitationem non leuem habet, ſi vera ſunt, quæ pro ipſius D. Scipionis defenſione aduerſus Excelſam Rempubl. Genuæ ſcripſit inſignis iuriſconſultus Rolan. à Valle conſil. 1. numero 83. cum multis ſubſequentibus. libro 3. Nam verius dicendum videbatur, D. Scipionem non deliquiſſe contra Cæſarem, etſi cum Rege Gallorum amicitiam contraxerit.

Primò, ea ratione mouetur Rol. d. conſi. 1. numero 83. 84. quòd iure permiſſum eſt potius quàm prohibitum, quòd
1 †vaſallus amicus eſſe poſſit inimici domini ſui directi: modò non ſit amicitia domino damnoſa. Ita gloſſ. in capit. 1. in ver. aſſalierit. quæ ſit prima cauſ. benef. amitt. Scribunt Martinus Lau. in cap. 1. §. item ſi fidelis. quibus modis feud. amitta. Iſernia in c. 1. §. porrò. colum. 3. verſic. ſed an dominus. & ibi Laud. colum. 1. & Præpoſ. colum. 2. eodem tit. quibus modis feud. amitt. & ibidem Bald. Aluaro. in c. 1. quot teſtes ſint neceſſ. ad proban. ingrat. Iacob. à S. Georgio, in inueſtitura feudali, in verbo, Dictique vaſalli promiſerunt, verſic. quinta cauſa principalis. Afflict. deciſ. 307. Cur. Iun. in tractat. feu. 4. par. principali. verſi. decimaquinta cauſa priuationis. & Iulius Clarus lib. 4. ſentent. §. feudum.
2 quæſtio. 54. Ea eſt ratio, quòd † amicitia eſt de genere permiſſorum. l. latæ. §. amicos. ff. de verb. ſignifica. imò lege diuina ſcriptum eſt Eccleſ. cap. 7. Noli pro amico eſſe inimicus proximo tuo. Atqui in caſu noſtro non probauit, vt iure probare debuit Reſpubl. Cenuenſis, Dom. Scipionem contraxiſſe amicitiam cum Rege Gallorum in perniciem Cæſaris, ergo non conſtat D. Scipionem deliquiſſe.
3 Illa minor propoſitio quòd id probare † debuerit Reſpub. multorum auctoritate probari videtur. Ita enim Laud. in d. c. 1. §. porrò. colum. 1. verſic. ſed difficultas ſtat. & ibidem Præpoſ. verſic. ſed difficultas. & Aluarot. colum. 2. verſi. quis autem. quibus modis feud. amitta. Idem Præpoſ. in c. ſi capitanei. colum. vlt. verſic. ſed operæpretium. & ibi Laud. colum. vlt. verſic. quid autem. eodem. titul. Iacobinus loco ſupra allegato. Afflic. d. deciſ. 387. in fin. Io. Iacobus de Leonardis inter conſilia Bruni. conſil 114. num. 323. Cùm ergo Reſpubl. hoc non probauerit, ſequitur obtinere non poſſe.

Secundò, admiſſo quòd onus probãdi erat D. Scipionis, ſe ſine Cæſaris detrimento amicitiam cum Rege Gallorum contraxiſſe, dicitur hoc ſatis à Dom. Scipione præſtitum. Si quidem (ait Rol. d. conſil. 1. numero 88. libro 3.) coniecturis
4 †ſatis hæc probari poſſunt, ſicuti ſcribunt Iſernia in d. ca. ſi capitanei. & ibidem Afflict. numero 17. verſic. item quæro. & Zaſius in epitome feud. par. 10. numero 35. cùm dicunt,
5 quòd vaſallus coniecturis probare poteſt, ſe non reuelaſſe ſecreta domini ad eius detrimentum, & clarius in his terminis noſtris idem ſenſiſſe viſi ſunt Iſernia in d. c. 1. §. porrò. colum. 3. verſic. ſed an dominus. quibus modis feud. amitta. & Iſernia. d. cap. 1. §. item ſi fidelis. numero 55. verſicul. & ſciendum. eod. titul. Sed in caſu noſtro coniecturis conſtat, D. Scipionem non contraxiſſe amicitiam cum Rege Gallorum in damnum & perniciem Cæſaris. ergo, &c. Coniecturæ autem ſunt (inquit Rolandus) duæ hæ.

Prima, quòd nunquam D. Scipio odio eſt proſequutus Cæſarem, ex quo & ipſe & maiores ſui ſummopere à Cæſare ipſo dilecti fuerunt.

Secunda, quòd eo tempore, quo iniuit amicitiam cum Gallo, adhuc ea in ætate erat, quæ minus potens eſt nocere Cæſari. His coniecturis ita poſitis, ſequitur ſumendam eſſe
6 præſumptionem delicti † excluſiuam. l. meritò. ff. pro ſocio. & in ſpecie ſcribit Gramma. conſil. 13. numero 9. in criminalibus.

Tertiò mouetur Rolandus, d. conſi. 1. numero 93. libro
7 tertio, hac argumentatione, vt feudo † priuetur vaſallus ingratus, magna ingratitudo & graue damnum domino intuliſſe debuit. cap. 1. §. præterea ſi vaſallus, vbi Afflict. in 2. nota. quæ ſit prima cauſa benef. amitten. cap. 1. §. porrò. ibi, graues iniurias. quib. mod. feud. amitta. cum infinitis propè aliis ab ipſo Rol. relatis. Atqui D. Scipio grauem iniuriam & damnum non dicitur Cæſari intuliſſe, ſequendo partes Gallorum, cùm ob teneram ætatem, quæ decem & octo annorum erat, aptus non eſſet bellum gerere & arma ferre, damnóque eſſe Cæſari: ergo non meruit feudis priuari.



Quartò ita viſus eſt argumentari Roland. d. conſilio 1.
8 numero 104. lib. 3. Vaſallus, † qui non ſponte & voluntariè, ſed metu coactus amicitiam hoſtis domini ſui iniuit, excuſatur, atque ita feudo priuari non debet. Ita ſcribunt permulti, quos refert & probat Gramma. conſil. 13. numero 35. & conſil. 31. numero 29. & numero 43. & voto 18. numero nono, & Alciatus reſpon. 467. numero ſeptimo, ſed hoc in caſu multis conſtat, D. Scipionem metu acceſſiſſe ad Regem Gallorum, & illius partes fuiſſe ſecutum: ergo contra Cæſarem non ita deliquit, vt feudis priuari meruerit. Illa minor, nempè quòd metu Gallum ſecutus ſit, multis probari videtur (ait Roland.) nam videbat Dom. Scipio ſe bannitum à toto Dominio Genuenſi & Mediolanenſi, ob notorias ſententias iniuſtas, & nulliter contra eum latas, & omnia bona publicata, ac fiſco illata, graui odio proſequi ab Illuſtriſ. Andrea Aurio principe: & tandem quotidie inſidias ſibi parari à coniunctis Dom. Zanetini Aurij iam interfecti à fratre dicti Dom. Scipionis. Hæc mouebant non leuem dubitationem aduerſus Excelſam Rempubl. Genuenſem, & pro Dom. Scipione reſpondendum videbatur.

Re tamen diligenter enucleata, totus ſum in contraria ſententia, nempè, D. Scipionem iure priuari potuiſſe feudis à Cæſare, ob id quòd contra ipſum Cæſarem ſecutus fuerit partes Regis Gallorum, qui tunc aduerſus Cæſarem graue bellum gerebat. Quam ſententiam multis rationibus veram eſſe, his demonſtrari poteſt.

Primò, ſatis ſupérque intentio Excelſæ Reipub. vel ex eo eſt fundata, quòd vera eſt omnium ſententia, Vaſallum,
9 † qui cum inimico domini ſui amicitiam contrahit, feudo priuari poſſe. Ita gloſſa in cap. 1. §. porrò. quibus modis feud. & amitt. & gloſſ. in l. 1. §. cùm patronus. ff. de off. præfecti vrb. vbi Baldus ſcribit, quòd qui confœderat ſe cum inimico domini ſui, debet feudo priuari. Idem ſcribunt gloſſ. Bald. Salice. & Iaſon in l. liberi. C. de inoff. teſta. Io. de Ana. in conſil. 2. in fi. Afflictus in c. ſi capitanei. colum. vlt. quibus mod. feudum amitta. & §. item ſi quis feudum. numero 23. eodem. Quibus accedunt Soc. Sen. conſil. 87. numero 15. lib. 3. Ruin. conſil. 23. lib. 1. Dec. conſil. 604. num. 2. Io. Iacobus de Leonardis inter conſilia Bruni, conſil. 114. numero 63. Gozad. conſil. 1. numero 26. vt eum intelligit, & probat nouiſſimè Quintilianus Mondoſius in tract. de ingratitudine, in 22. genere ingratitudinis. qui Comenſ. conſi. 161. colum. 5. verſic. ad decimum, recenſet, nec non & Afflictum. addo Gratum conſil. 5. numero 4. libro 1. Igneum in l. fideicommiſſum. numero 72. ff. ad S. C. Syllania. Et hoc concedunt & cæteri ſuprà relati. Et eſt huius ſententiæ ra-
10 tio, quia hic Vaſallus, † contrahendo amicitiam cum inimico domini ſui, præſumitur eiuſdem eſſe propoſiti & animi, vt domino noceat. cap. quiſquis. 23. quæſtio. 4. Et ſcriptum eſt Eccleſiaſt. cap. 12. Qui comitatur cum viro iniquo,
11 obuolutus eſt in peccatis eius. Et † amicum inimici præſumi inimicum, ſcribunt gloſſ. in c. nolite. 93. diſt. Bartol. in l. ſciendum. §. ſi accuſatio. ff. de legat. Card. in cle. 1. §. porrò, iureiuran. Igneus in d. l. fideicommiſſum. numero 7. ff. ad S. C. Sylla. ex l. 1. §. cùm patronus. ff. de off. præf. vrbi. & l. liberi. in fin. C. de inoff. teſt. c. ſi inimicus. 93. diſtin. Quæ ſanè ratio arguit præſumptionem eſſe pro domino, quòd ad ſui detrimentum vaſallus contraxerit amicitiam cum inimico. Nam, ſi eiuſdem ſunt animi & propoſiti, ſequitur quòd quemadmodum inimicus ſemper eſt paratus, cùm eueniet occaſio, nocere ipſi domino inimico, & omnia in eius perniciem parare: ita & is, qui cum eo amicitiam iniuit. Quocircà rectè in ſpecie ſcribunt Afflictus in cap. 1. §. porrò. numero 13. quæ ſit prima cauſa benef. amitten. Zaſius in epitome feudo. parte 10. num. 32. & Soc. Iun. conſil. 134.
12 num. 36. lib. 3. vaſallum † probare debere, ſe ſine domini ſui detrimento amicitiam cum hoſte domini ſui contraxiſſe. Et licèt alij diſſentiant, attamen infrà ſuo loco reſpondebimus, ibique declarabimus.

Secundò, dato (non conceſſo tamen,) quòd dominus probare teneatur, vaſallum ſuum ad ſui damnum contraxiſſe amicitiam cum eius inimico, adhuc dicimus in caſu noſtro eſſe ex latere Excelſæ Reipubl. probatum, ipſum D. Scipionem in maximum Cæſaris detrimentum iniuiſſe amicitiam cum Gallo, & eius partes ſecutum fuiſſe. Nam in caſtris vnà cum cæteris militibus & belli Ducibus fuit. Qua ergo ratione dicere poſſumus, ſine detrimento Cæſaris ſecutum fuiſſe Gallorum partes: cùm malè animatus in Cæſarem fuerit? iuxta l. vlt. ff. ad l. Iuliæ Maieſtatis. Qui
13 enim † arma fert, præſertim contra aliquem, mali animi præſumitur. ita Bartol. in l. 1. ff. ad legem Iuliam de vi publica. & ſcripſi lib. 2. de arbitra iudicum, &c. caſu 394. num. 26.

Tertiò, quòd Dom. Scipio in perniciem Cæſaris ſecutus ſit partes Gallorum, vel ex ipſo euentu ſatis probatur, quia dum cum claſſe regia nauigaret, cœpit naues Hiſpanas, & milites cathenis alligauit, remigéſque fecit. At du-
14 bium non eſt, quem † Cæſaris Maieſtate lædere, vel dominum alterum rei offendere, qui eius bona diripit, vel caſtra expugnat. ita ſcribunt Soc. Sen. conſil. 87. numero 16. libro 3. Craue. conſil. 319. numero Boſſius in tract. cauſarum criminalium, tit. de crimin. læſæ Maieſtatis. numero 13. Accedit, quòd idem Dom. Scipio diripuit & bona Auguſtæ. Qui quidem actus maximè offendit Cæſarem, cùm tanti faciat Auguſtam Cæſar, quanti ſeipſum diligit, ſunt argumento multa in eam collata beneficia & priuilegia: ſunt illa certa beneuolentiæ ſigna. Non obſtant nunc adducta in contrarium ex quorum confutatione apertius conſtabit, Excelſam Rempubl. ius optimum fouere. Ad primum itaque reſpondeo. primò, quòd illa maior propoſitio vera non eſt in caſu noſtro, quod demonſtratur diſtin-
15 guendo duas eſſe † inimicorum ſpecies: quamquam Io. Igneus in l. fideicommiſſum. numero 71. ff. ad S. C. Sylla. quatuor conſtituat. Vna ergo eſt inimicorum ſpecies,
16 quos † inimicos priuatos apppellamus. ſicuti ciuis contra ciuem, nobilis contra nobilem, plebeius contra plebeium. De his loquitur l. ſi quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. l. vnica. C. ſi quacunque præd. poteſt. & l. liberi. C. de inoff. teſta. Quemadmodum & Igneus in d. l. fideicommiſſum. numero 73. 74. eſt interpretatus. Et, præter eum in ſpecie noſtra, Raphael Comenſ. conſil. 161. Miles, colum. penult. verſic. vbi autem libertus. Quo loci
17 reſpondit Comenſis, quòd contrahens † amicitiam cum hoc inimico, tantam non præbet ſuſpicionem, quantam quando cum inimico publico amicitia iungitur. & Comenſem ſecutus eſt Mandoſius. d. tract. de ingratitudine. in 22. genere ingratitudinis. Ea fortè eſſe poteſt ratio, quòd inimicitia priuati apta non eſt euertere domini directi ditionem & ſtatutum, quæ conturbare poteſt publicus hoſtis & inimicus. Quod ego intelligo pro perſonarum conditione. Nam fieri poteſt, quòd directus dominus ita tenuem habeat ſupellectilem, vt facilè ſpoliari à priuato inimico poſſit, vel aliter lædi grauiter. Et ideò exiſtimo, quòd copulare amicitiam cum his nocere habeat vaſallo, qui ingratus iudicari poterit, quemadmodum iudicatur ingrata mater erga filium, qui cum inimicis filii amicitiam iniuit d. l. liberi. §. vlt. C. de inoffic. teſtam. Altera eſt ſpecies
18 inimicorum, qui † publici inimici appellantur. Hi ſunt in triplici differentia: cùm aliqui hoſtes id eſt perduelles appellentur. l. hoſtes. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. l. hoſtes. &
19 l. quos nos. ff. de verbo. ſign. † Perduelles hi non ſolùm à M. Varrone libro de lingua Latina, ſed & à noſtris iuriſconſultis in l. Pantonius. §. rei perduellionis. ff. de acquir. hæred. in l. vlt. ff. ad l. Iuliæ Maieſtatis, & d. l. quos nos, de
20 verborum ſignificatione. Aliqui verò dicuntur † publici inimici & hoſtes, impropriè tamen: quales ſunt qui fœdus, vel fidem eorum ſuſcipiunt, cum quibus nulla fides, vel amicitia contracta eſt. De his loquitur l. poſtliminij. §. in pace. & l. poſtliminium. §. transfuga. ff. de capt. & poſtlim. reuer. & l. 1. §. cùm dominus. ff. ad S. C. Syllania. Tertij

21 verò publici inimici † illi eſſe dicuntur, qui nec propriè
hoſtes ſunt, nec ius poſtliminij habent. Quales ſunt ij, qui
inimici efficiuntur, cùm duæ ciuitates, vel duo principes,
qui ſuperiorem recognoſcunt, inter ſe bellum mouent. De
22 his loquitur † l. non dubito. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.
23 Vaſallus † itaque non poteſt cum hoſtibus & inimicis
his publicis amicitiam contrahere: cùm hi domini ſui ini-
mici eum lædere maximè poſſint, contra quos vaſallus
pro domini ſui defenſione arma ſumere debet, non au-
tem eos amicè tractare: alioqui feudo priuatur. capitulo
primo in principio quibus modis feudum amitta. & di-
xi ſuprà. Et in ſpecie ita ſentiunt Comenſ. dicto conſil 161.
columna penultima & Igneus. dicta lege fideicommiſſum.
24 numero 72. Nec hoc caſu repugnat illud † Eccleſ. cap. 7.
Noli eſſe pro amico inimicus proximo. Nam hoc intelligi
debet, cùm ſalua amicitia illius proximi, cui plus debe-
mus, alteri amicitia iungi poſſumus: at contra, cùm effi-
citur quis inimicus illius, cui is multum debet, ſicuti in
caſu noſtro. Qua enim ratione effici poteſt, vt vaſallus,
relicta amicitia domini ſui, cui ob collatum beneficium
multum debet, amicitiam cum hoſte ipſius domini con-
trahat? quocirca vnà cum Igneo in dicta l. fideicommiſ-
ſum. numero 79. ff. ad S.C. Sylla. hæc ratio contra vaſallum
retorqueri ita poteſt: Non licuit vaſallo, atque ita D. Sci-
pioni, pro amico, hoc eſt pro Rege Gallorum, effici ini-
micus proximo ſuo, ideſt Cæſari. Cuius voluntati con-
25 trauenit Dom. Scipio, qui iurando † ei fidelitatem, pro-
miſiſſe dicitur, quòd eſſet amicus amicorum, & inimi-
cus inimicorum domini, vt legitur in capitulo primo de
forma fideliter. Qua ratione confutatur & illud, quòd
amicitiam contrahere ſit de genere permiſſorum. Verum
hoc quidem eſt, modò contrahatur amicitia, illæſa per-
manente fide iam alteri data. Sicuti dicimus, quòd ille
qui nouit caſtitatem, non poteſt matrimonium ſine pec-
26 cato contrahere, licèt † matrimonium non ſit de genere
prohibitorum, ſed omnino à lege diuina inuentum, vt a-
pertè probat cap. innocens. §. 1. 22. quæſtio. 4. Ita in caſu no-
ſtro, licèt amicitia ſit de genere permiſſorum, non tamen
contrahi debet, violando fidem domino directo datam.
Et in ſpecie noſtra ita reſpondet Igneus in dicta l. fidei-
commiſſum. numero 76. ff. ad S.C. Syllania. qui numero 78.
ſubiungit & illud, quod huc ſpectat, eſſe quidem lauda-
27 bile & permiſſum † amicitias contrahere, ex illo Eccleſ.
cap. 7. cùm non eſt ad alterius æmulationem, cùm hoc lex
prohibeat. l. ædificia. C. de operibus. publi. ibi, inſidias vi-
cinitas reformidet. l. opus. ff. de operibus publ. & l. per pro-
uincias. C. de ædific. priua. Eſt enim permiſſum in proprio
28 † ædificare, & laudabile quoque eſt ciuitatē ædificijs exor-
nare: non tamen cùm ad æmulationem fit, vt illis locis ad
rem hanc adductis ſcribit Igneus. Et ſimilia retuli lib. 2. de
arbitra. iudicum, caſu 156.

Quòd autem hoc caſu ad æmulationem Cæſaris, imò
& cum eius detrimento Dom. Scipio ad regem Gallorum
transfugerit, vel ex eo conſtat, quòd non potuiſſet eo
tempore Cæſar de ipſo Dom. Scipione confidere, & mul-
tò minus in bello iuuari aduerſus ipſum Regem, cùm ta-
men ex iuramento fidelitatis tanquam ei ſubditus ratione
originis, & tanquam vaſallus ei adſtrictus foret. capitulo
primo de forma fidelitat. cum ſimilibus. Non inquam
potuiſſet Cæſar de eo confidere, cùm ſcriptum ſit Mat-
29 thæi capitulo vndecimo. Qui † non eſt mecum, contra
me eſt. Si enim erat Dom. Scipio cum Rege Gallorum,
quomodo potuiſſet Cæſari inſeruire? Non enim poteſt
30 quis duobus † dominis ſeruire; quia vnum diliget, & alte-
rum odio habebit, vti ſcriptum eſt Lucæ cap. 16. & cap. qui
reſiſtit. 11. quæſt. 3. eo maximè cùm duo domini ſunt inui-
cem inimici. Nam qui ambulat inter duos inimicos
(inquit Chryſoſtomus ſuper Matthæum, relatum in cap.
eiiciens. 88. diſt.) volens ambolus placere, ſine alloquio
mali eſſe non poteſt. Quod proculdubio procedit noſtro
in caſu, in quo apertè conſtat, Regem Gallorum tunc bel-
lum contra Cæſarem gerere (vt iam diximus.) Etſi reus
criminis læſæ Maieſtatis ille iudicatur, qui Cæſaris hoſtes
31 † alloquitur, eiſque literas dat. l. 1. ff. ad l. Iuliæ Maieſta-
tis & in ſpecie reſpondit Gratus conſil. 5. numero duodeci-
mo libro primo, & ſcribunt plures relati à Hieronymo
Gigante. in tract. de crimine læſæ Maieſtatis. libro primo
32 quæſtio. 21. Etſi non licet † Duci belli inconſulto prin-
cipe ſuo alloqui Ducem aduerſarium, & cum eo eſſe, vt
ſcribunt Bartolus Alexand. & alij in l. conuentionum. ff. de
pactis, quos in ſpecie noſtra ſecutus eſt Igneus in dicta l.
fideicommiſſum. numero 69. ff. ad S.C. Syllania. ſi inquam
hæc non licent, ob ſuſpicionem non leuem, quæ inde
oritur, quantò fortius in caſu noſtro, reus illius criminis
læſæ Maieſtatis, & non obſeruatæ fidelitatis iudicari de-
33 bet Dom. Scipio, qui † arma contra Cæſarem ipſum
pro Rege Gallorum tulit? iuxta l. 1. ff. ad l. Iul. Maieſtatis ibi,
quo quis contra Rempub. arma ferat. & ſcribit Gigas lib. 1.
de crimine læſæ Maieſt. q. 37.

Reſpondeo ſecundo, illam minorem propoſitio-
nem deſtruendo. Quæ quidem propoſitio duo con-
tinet.

Primò habet, quòd Reipub. Genuenſis onus fuerit pro-
bare D. Scipionem ad Cæſaris detrimentum cum Rege
Gallorum amicitiam contraxiſſe, quod primum pronun-
tiatum iuris eſt.

Secundò, quòd Reſpubl. ipſa Genuenſis hoc non pro-
bauerit, quod probare debuit. Quod ſanè ſecundum
aſſertum facti eſt. Vtrumque falſum eſſe opinor in ſpecie
noſtra. Quod vt planum faciam, duos caſus diſtinguo.
34 Primus eſt, cùm † vaſallus contrahit amicitiam cum i-
nimico domini, & ad illum ſe non confert, recedendo
à domino, ſed domi ſuæ ſtat, paratus cùm opus erit,
domino ſuo ſeruire. Hoc caſu amicitia hæc non eſt de
genere malorum, ſed bonorum, ob id præſumptio eſt
pro ipſo vaſallo, quòd ſcilicet ad bonum finem cum illo
amicitiam contraxerit. Nam & ipſi domino, cui priùs
deuinctus eſt, prodeſſe poterit, nempe ſuadendo vt re-
concilient inter ſe, & amicè viuant. Quocirca, ſi do-
minus hoc in caſu aſſerit, vaſallum hunc ad ſui detri-
mentum cum illo inimico ſuo amicitiam coiuiſſe, pro-
35 bare id debet. Et hoc in caſu loquuntur Laud. † Præ-
poſ. & Iacobinus à S. Georgio. Hoc idem affirmat Iſer-
nia in dicta cap. 1. §. porrò. colum. 1. verſic. quærit autem gl.
quæ fuit prima cauſ. benefi. amitten. Et illum ſecutus eſt
Affli. de deciſ. 387. in fine. Hic caſus non eſt ille de quo con-
tendimus.

Secundus eſt caſus, cùm vaſallus contrahit amicitiam
cum inimico domini, &, relicto domino, ad eum acce-
36 dit, & cum eo commoratur. Hoc caſu dicitur † amicitia
hæc de genere prohibitorum. Nam lex prohibet vaſallum
ire ad hoſtem hunc, & cum eo eſſe & commorari, vt mul-
tis ſuprà in primo opinionis noſtræ fundamento probaui.
Nam hic dicitur quodammodo transfuga, vt in ſpecie ſcri-
bit Igneus in d. l. fideicommiſſum. numero 70. Et hoc in ca-
37 ſu loquitur ipſemet † Iſernia in d. §. porrò. columna 3. verſi.
ſecus ſi. cuius hæc ſunt verba: ſecus ſi feciſſet quis rem
de ſe illicitam, putà, ſi iuiſſet ad hoſtes, hoc de ſe illicitum
eſt. C. de ſeruis fug. l. 2. de commer. & merca. l. 3. quæ res
expor. non poſ. l. 2. Hæc ille. & paucis interiectis, ita ſub-
iungit. Caueant ſubditi non ire ad hoſtes ſine licentia, quia
antequam probent, quòd non animo malo, ex vinculis
cauſam dicent. ff. ad S.C. Sylla. l. Iulianus. Hæc Iſernia. qui a-
pertè affirmat, hoc caſu, vaſallum teneri probare, ſe con-
traxiſſe amicitiam cum inimico domini ſui, & ad eum iuiſ-
ſe, alia de cauſa, quàm vt domino ſuo noceret. Et Iſer-
niam ſecuti ſunt Igneus in l. fideicommiſſum. numero 68. ff.
ad S.C. Syllania. & Afflictus in dicto §. porrò. numero 17.
& ibi Aluaro. idem ſenſit. & eo loci Afflictus numero 10.
ſcribit, quòd vaſallus perdit feudum, cùm inſidias do-
mino parat: quod tunc facit quando eum deſerit, & ad
inimicum domini accedit. Hic caſus eſt ille, de quo nunc
contendimus: cùm fateatur ipſemet D. Scipio, ſe receſſiſ-
ſe à ciuitate Genuæ, à feudo Cæſaris, & eius ſeruitio. & ad





Regē Galliarum iuiſſe: ſequitur ergo onus fuiſſe ipſius D.
Scipionis prodandi, quod ſine Cæſaris detrimento ad
Galliarum Regem ſe contulerit. Sed qua ratione probare
hoc æquiſſimis iudicibus poterit, cùm manifeſtè conſtet
(vt ſuis locis diximus) contra Cæſarem arma tuliſſe, & e-
ius bona diripuiſſe? Qua ex re ſatis demonſtratum eſt, eſ-
ſe falſam ſecundam illam minoris propoſitionis partem,
quam facti eſſe diximus; nempè probatum non fuiſſe,
Dominum Scipionem cum Cæſaris detrimento amici-
tiam cum Gallo iniuiſſe. Nam ſatis ex relatis conſtat eſ-
ſe probatum, ſi modò Reipub. probandi onus incum-
bebat.

Non obſtat nunc ſecundum argumentum, quia reſpon
detur, primò, quòd hoc in caſu non ſufficit probare per
38 coniecturas ipſius D. Scipionis animum. Nam tunc † con
iecturæ his caſibus ſufficiunt, cùm nulla alia mala præ-
ſumptio eſt contra tranſeuntem ad hoſtes, quàm hæc
quòd ad eos iuerit. At ſecus quando alia repugnat, vt lo-
quitur tex. l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re milit. qui ab
Iſernia pro ſuæ aſſertionis probatione adfertur. Et qui
quidem locus ita à Coraſio libro 3. miſcella. iuris. c. 7. nu.
7. interpretatur. Et ratione comprobatur, quia ſi repu-
39 gnant coniecturæ & præſumptiones, vrgentiores † proba
tiones; vt illæ conuellantur, omnino requiruntur. ita pro
bat l. vlt. ff. quod metus cauſa. cap. quia veriſimile, de præ-
ſumpt. Et ſcribunt Curtius Iunior conſi. 52. num. 7. & So
cin. Iunior conſilio 39. numero 38. libro 2. cæteros præte-
reo. Cùm ergo in caſu hoc ipſo aduerſus Do. Scipionem
aliæ permultæ repugnent coniecturæ mali animi erga
Cæſarem; nempè quòd Romæ & Venetijs agens vnà cū
Cæſaris rebellibus conuerſatus ſit, quod in principē Au
rium Glaſiis Cæſareæ præfectum conſpirauerit: quod de-
mum in Gallia contra Cæſarem multa egerit; mea ſenten
tia dici non poteſt, quod ſufficiant coniecturæ & præſum
ptiones, quibus demonſtretur, illum ſine Cæſaris detri-
mento ad Gallorum regem acceſſiſſe. Non equidem con
iecturis opus eſt in re tam clara & aperta, iuxta l. ille aut il
le. §. cùm in verbis. de lega. 3. cum vulgatis ſimilibus.

Reſpondeo ſecundo loco, (admiſſo quòd in caſu noſtro
coniecturæ & præſumptiones ſufficiant) has coniectu-
ras, quas magnifacit Rolandus dicto conſilio primo, nu-
mero 88. libro tertio nil prodeſſe. Nam illa prima, quòd
Dominus Scipio nunquam proſecutus ſit odio Cæſarem;
à quo & ipſe & eius maiores maximè dilecti fuerunt; le-
uis admodum coniectura eſt, quemadmodum multis
demonſtrauimus in alio reſponſo, in quo diſputauimus
Dom. Ioan. Aloyſium contrr Cæſarem, à quo multa bene
ficia conſecutus fuerat, malo animo deliquiſſe. Eſt qui-
dem vrgens argumentum optimi animi Cæſaris erga ip-
ſos Fliſcos; quod in eos multa contulerit beneficia: ſed
nōn è contra, quòd Fliſci bono ſemper animo extiterint
erga Cæſarem: cùm (vt ſuo diximus loco) multi fuerint,
qui ingratum animum contra eorū benefactores declara
runt. Non repeto iam dicta. Illa etiam coniectura ſecun-
da à Rolando perpenſa, quòd Dominus Scipio eo tem-
pore fuerit ætatis teneræ, & minus aptæ nocere Cæſari, le
uis admodum eſt. Nam (vt prætermittam quantum D. Sci
pio ab euentu ipſo Cæſarem læſerit) quis eſt, qui negare
40 poſſit ætatem † decem & octo annorum in adoleſcente
valido & membris bene compoſito, aptam non eſſe ferre
arma in bello, & pugnare validè non poſſe? Exiſtimauit
41 ſapientiſſimus † Ariſtoteles lib. 8. Polit. ca. 4. pueros, tri-
bus elapſis annis poſt pubertatem, aptos eſſe arma tracta
re & bellicis laboribus poſſe ſupereſſe. id quod longo v-
42 ſu comprobatum fuit. † Seruius Tullius Romanorū Rex.
cùm quinque claſſes Iuniorum cenſus faciendi gratia in-
ſtitueret, pueros eſſe exiſtimauit, qui minores eſſent an-
nis ſeptendecim: atq; inde ab anno decimoſeptimo, quos
idoneos iam eſſe Reipub. arbitrabatur, milites ſcripſit. Au
ctores ſunt Gellius libro decimo, noct. Attica. capitulo
28. Petrus Crinitus libro quinto de honeſta diſciplina. c.
9. & Alexan. ab Alexandro, libro primo dierum geniali-
um, capitu. 20. qui quidem Alexander ſubiungit, idem æ-
43 uo ſubſequenti † Caio Graccho lege ſacrata ſancitum fuiſ
ſe. Et poſt Cannenſem cladem Decius Iunius Dictato Iu
niores decem & ſeptem annis, immò & prætextatos mi-
litiæ adſcripſit. auctor eſt Liuius libro ſecundo, decad. 3.
Et alia ad hanc ſententiam obſeruauit bene eruditus Pe-
trinus Bellus in tractat. de re militari, parte 1. titu. 7. Quo-
44 circà rectè ſcribunt omnes in l. vltima. C. de teſta. mil. † pu
pillum ſeu pubertatem egreſſum militem eſſe poſſe, &
militaribus frui priuilegiis.
45 Prætereà accedit, quod licèt minor 10. † & 8. annis ex-
cuſetur à delicto, quod fit omittendò, vt ſcrib. gl. in auth.
ſi captiui. C. de epiſcop. & cleric. Salicetus & cæteri in l.
ſi quis in tantam. C. vnde vi. Corne. conſi. 247. col. 5. verſi.
inſuper lib. 1. quos ſecutus eſt Tiraq. in tract. de pœnis le-
gum, &c. cauſa 44. num. 45. Non tamen à delicto. quod
committendo ſit, vt relati Doctores ſcribunt: & ſi pœna
mitior eis imponi ſoleat, qua de re copioſè ſcripſi libro
ſecundo, de arbitra iudic. &c. caſu tricenteſimouigeſimo
nono.

Non obſtat tertium fundamentum, quia reſpondeo, ex
iam dictis imò grauem fuiſſe ingratitudinem Dom. Sci-
pionis erga Cæſarem: cùm contra eum arma tulerit, &
eius claſſem bonáque diripuerit. Nec ingratitudo ab æta
46 te metienda eſt, ed ab effectu: ſiquidem & † pupillus doli
capax delictum committit, & ob illud pœnam meretur
l. impuberem. ff. de furtis. c. 2. de delictis pueró. vbi docto
47 res. Et actione † iniuriarum tenetur. l. illud. ff. de iniurijs. l.
pupillum. & l. in eo quod plus. §. pupillus. vbi Decius & cæ
48 teri. de reg. iur. Et † impuberem doli capacem, ingratitudi
nis notam poſſe ſubire ſcripſit Bartolus in l. 2. in princ.
numero decimonono. ff. de inof. teſta. quem in ſpecie ſe-
cutus eſt Quintilianus Mandoſius in tractatu de ætate
minor. cap. 4. num. 48.

Non obſtat quartum & vltimum argumentū, quia re-
49 ſpondeo, iuſtum metum excuſare quidem † vaſallū qui
ad inimicum domini ſui acceſſit, & eius partes ſecutus eſt
non tamen noſtro in caſu iuſtus iſte metus in D. Scipio-
ne adfuit. Cuius rei declarandæ gratia diſtinguendi ſunt
duo caſus.

Primus eſt, cùm cauſa metus à perſona inimici domini
ipſius vaſalli procedit: vt putà, ſi hoſtis ille habet apud ſe
filios huius uaſalli, & minatur, quod, niſi ipſe vaſallus, re-
licto domino ſuo directo, ad eum accedat, filios illos oc-
cidat: vel ſi habet apud ſe caſtra, oppida, domos aliáue bo
na: quæ diruere, euertere & diſſipare minatur. Hic metus
iuſtus eſt: & ob id excuſabit ipſum vaſallum accedentem
ad inimicum illum domini ſui: cùm velit nolit, ſi vult fi-
lios, vel bona tueri: ad illum ire debeat. Hoc in caſu loquū
tur Doctores relati à Rolando d. conſi. 1. nume. 108. Ita e-
50 nim loquitur † Gram. d. conſi. 13. num. 35. qui paulò ſuprà
num. 33. in fin. dixerat Hieronymum illum, quem defende
re conatur Grrammaticus, coactum metu hoſtium, ad
eos acceſſiſſe. Et clarius hoc idem ſcribit ipſe Gramm. d.
conſi. 31. num. 36. & num. 43. Et eiuſdem opinionis verè
fuit idem Gramma. deciſ. 18. num. 10. ita pariter loquitur
Alciatus d. reſp. 467. à Rolando citatus. Quibus addo I-
mol. conſi. 34. in ſecundo dubio. Abbatem conſi. 3. libr. 2.
Ruinum conſi. 23. nu. 8. lib. 1. dum excuſando Ducem Gra
51 uinæ, qui † relicto Cæſare, ad Gallos Cæſaris hoſtes ſe con
tulit; ait; illum non fuiſſe reum criminis læſæ Maieſtatis,
ob id quòd metu à Gallis, qui eius bona occupabant, in-
cuſſo coactus fuit Cæſarem deſerere, & ad rerum ſuarum
defenſionem ad Gallos ire. Et eadem in ſpecie idem re-
ſpondit cum Ruin. Decius, conſi. 604. nu. 8. & conſi. 690.
Et eodem in caſu idem reſpondit Gratus conſi. 5. num. 36
37. lib. 1. Accedunt Pariſ. conſi. 10. nume. 28. lib. 1. Brunus
conſi. 81. num. 5. & Crauc. conſi. 6. num. 84. qui poſt Bal-
dum conſi. 96. Proponitur quòd conſuetudo ciuitatis. in
fine libro tertio, dicit hos cenſeri rebelles paſſiuè & non
actiuè. Hic caſus non eſt, de quo contendimus; cùm Do.
Scipio non fuit metu coactus à Rege Gallorum, vt Cæ-
ſare relicto ad eum iret, & eius partes contra Cæſarem ſe
queretur.
52 Secundus eſt caſus cùm † metus iuſtus prouenit à perſo
na ipſius directi domini. Hic metus eſt quidem iuſtus, vt
vaſallus, qui timet ſibi parari à domino inſidias, recedere
poſſit à Domino: non tamen iuſtus eſt, vt accedat ad ini-
micos domini cùm poſſit aliò migrare: quemadmodum
potuiſſet D. Scipio ſi voluiſſet. Nónne potuit ſe conferre
in curiam Romanam apud Pont. Max. vbi & aliquot an-
nos commoratus eſt? Nónne potuit ire Venetias, vbi ali
quot menſes fuit? Nónne demum ire potuit apud alios
principes, contra quos Cæſar bellum non gerebat? Præ-
tereà, ſi concedunt Rolandus, & qui Dominum Scipionē
tuentur, eum nil Cæſaris odio & cauſa egiſſe, cùm à Cæ-
ſare diligeretur: quid ei obſtitit, quominus iret ad Cæſa-
rem ipſum: & eius maieſtatem exoraret, vt tutum ſe à

ſuis inimicis redderet? Nulla ergo excuſatione excuſare ſe poteſt D.Scipio, quin iure feudis priuari meruerit, ac nunc mereatur, Atque ita iuris eſſe arbitror, rectio re iudicio ſaluo.

Iacobus Menochius. I. C.

## SVMMARIVM.

1 Reſtitutio, quæ fit ob pacem initam inter principes, vim habet reſtitutionis in integrum.
2 Reſtitutio in integrum, in priſtinum ſtatum reponit reſtitutum.
3 Sententiæ latæ contra rebelles reſcinduntur pace facta inter principes.
4 Pace facta reſtituuntur poſſeßiones, quæ ante tempus belli poſſidebantur.
5 Fictio poſtliminij omnia reſtituit quæ aufert captiuitas.
6 Pacis capitula pacta inter Reges Chriſtianiſſimum & Catholicum anno 1559. quibus proſint.
7 Res inter alios acta, alteri non nocet.
8 Pacis capitula proſunt quo ad occupata occaſione belli.
9 Pace facta quæ iniuriæ cenſeantur remiſſæ.
10 Pacem non prodeſſe malefactoribus.
11 Reſtitutio quò ad iam alienata nil prodeſt.
12 Baldi doctrinam in tit. de pace conſtantiæ, declaratur.
13 Gratiam facere quid ſit.
14 Præparatorij diſpoſitio porrigitur ad præparatum, ſed infra declaratur.
15 Gratiam eſſe præparatorium ad reſtitutionem.
16 Beneficia principum latiſſimè interpretari.
17 Statutum quo banniti rebanniuntur operatur bonorum reſtitutionem.
18 Gratia idem eſt, quòd indulgentia.
19 Indulgentia ſolam pœnæ remiſſionem operatur.
20 Lex tutor. C. de ſenten. paſſis & reſtitutis, declaratur.
21 Gratiam facere & reſtituere duo ſeparata.
22 Reſcripta gratiæ, tacitè habent clauſulam annexam ſi preces veritate nituntur.
23 Reſtitutionem bonorũ non ſignificare verba reſcripti principis quòd bona & breuis iuſtitia adminiſtretur
24 Reſtitutio à principe de bonis bannito facta, ſolum operatur quò ad bona, quæ tempore banni ab illo poſſidebantur.
25 Reſtitutio nil operatur quò ad alienata.
26 Princeps, cum ob publicam vtilitatem rem ab aliquo aufert, debet rem recompenſare.
27 Ciuitas faciens foſſata per agrum alterius debet ei ſoluere agri pretium.
28 Principem per legem generalem poſſe auferre res priuatorum.
29 Papa auferendo ab aliquo beneficium ſine cauſa, det ei dare cãbiũ.
30 Princeps auferendo bona alicui vendita & data, vt illa reſtituat bannito reſtituto, debet domino bonorum ſoluere pretium vel dare cambium.
31 L. I. §. vlt. ff. de quæſtio. ſenſus & interpretatio.
32 Reſtitutio facta ex iuſtitia operatur plenum effectum, etiam quo ad bona alienata.
33 Diſpoſitio facta ſuper præparatorio quando extendatur ad principale.
34 L. clauibus ff. de contrahen. emp. declaratur.
35 L. I. C. de donatio. explicatur.
36 Gratiam principis largè non interpretari, cum agitur de præiudicio tertij.
37 Bartoli opinio à multis reiecta.
38 Diſputare de ſuprema principis poteſtate ſacrilegij inſtar eſt. ſed infra declaratur.
39 Princeps auferre poteſt ius quæſitum ex ipſius principis facto. ſed infra declaratur.
40 Princeps reuocare poteſt à ſe conceſſa etiam per modum contractus ſed infrà declaratur.
41 Vaſallus citari non debet, cùm princeps poteſt ei auferre feudum. ſed infra declaratur.
42 Princeps ſine cauſa auferre poteſt ius alteri quæſitum, ſed infra declaratur.
43 Item remittere poteſt pœnam, priuato applicandam.
44 Pax principum publicam reſpicit vtilitatem.
45 Clauſula de plenitudine poteſtatis, vis magna.
46 Principis facta nil obeſſe poſſe.
47 Clauſula motus proprij, effectus & vis.
48 Clauſula, ex certa ſcientia, vis.
49 Facta ex certa ſcientia, in dubium non reuocari.
50 Clauſula ex certa ſcientia, idem operatur, quòd clauſula, de plenitudine poteſtatis.
51 Actus omnes humani à voluntate & poteſtate pendent.
52 Ius poſitiuum quando perimi non poſſit.
53 Inueſtitura vim habet contractus.
54 Pacta etiam ab principe obſeruare debere.
55 Principem non poſſe ſemper ius poſitiuum perimere.
56 Inueſtituræ tenor ſpectandus.
57 Feudi noua recognitio ſucceſſoribus non nocet.
58 Conceßio facta à principe cum clauſula, in quantum de iure & gratia poßumus quid operatur.
59 Appellatio admiſſa cum clauſula, ſi & in quantum poßumus, &c. quid operetur.
60 Clauſula illa, ſaluis iuribus, quid operetur.
61 Subreptitia conceßio & inueſtitura, nil prodeſt.
62 Principes inconſtantes eſſe non ſolent.
63 Principes non ſolent venire contra factum proprium.
64 Item nec contra factum ſui anteceſſoris.
65 Reſcriptum gratiæ vitiatur cùm in precibus narratum non eſt, rem impetratam ab aliquo poßideri.
66 Facta poſteriora derogant prioribus.
67 Diſputare de principis poteſtate non eſſe ſemper ſacrilegium.
68 Principem non poſſe priuari aliquem iure ſuo.
69 Dominium iuris gentium eſſe.
70 Iaſonis reſponſum reiectum.
71 Princeps debet citari facere vaſallum cum vult ſine cauſa ei offerre feudum.
72 Cauſæ cognitionem à iure naturæ pendere.
73 D. Pauli locus ad Timoth. 1. cap. 5. declaratur.
74 Baldi doctrina declarata.
75 Calcanei reſponſum conſi. 52. nu. 17. declaratum.
76 Angeli opinio communiter reiecta.
77 Clauſula, de plenitudine poteſtatis, nil operatur, cum princeps de re illa non poteſt diſponere.
78 Item nec quando princeps fuit malè informatus.
79 Clauſula, motus proprij, nil operatur cùm clauſula de plenitudine poteſtatis nil prodeſt.
80 Item non ledit ius tertij.
81 Item non tollit vitium ſubreptionis.
82 Item nil prodeſt, cum ad poſtulationem partis facta eſt conceßio.
83 Clauſula, ex certa ſcientia, nil operatur ad detrimentum tertij.
84 Item nec in his, quæ facti ſunt.
85 Item cùm adhibetur ſine cauſæ cognitione.

## FACTI SPECIES.

PRæſuppoſitis his, quæ in præcedentibus conſilijs atque reſponſis narrata fuerunt in cauſa hac Excelſæ Reipublicæ Genuenſis aduerſus Illuſtrem Comitem Scipionem Fliſcum: Nunc aſſeritur quòd cùm ipſe Domi. Scipio eſſet apud Regem Galliarum, & illi inſeruiret in bello aduerſus Cæſarem & Regem Catholicum Hiſpaniarum (vt ſuprà aliàs narratum fuit) ita egit tempore quo pax inita fuit inter ipſos Reges anno 1559. die 3. Aprilis, vt & ipſe frui poſſet beneficio ipſius pacis ac ſi in ea ſpecialiter fuiſſet comprehenſus. Et vt poſſet liberè frequentare & conſeruari in Regnis Catholicis. Et pro eo quod, prætendebat detineri de bonis ſuis à quibuſcunque poſſet id proſequi & recuperare, tam Genuæ quàm alibi.

In capitulis pacis adeſt capitulum, quo diſpoſitum fuit, ſubditos & ſeruitores vtriuſque maieſtatis reintegratos fore ad eorum bona immobilia, non obſtantibus quibuſcunque donationibus, conceßionibus, confiſcationibus & ſententijs latis in contumaciam & in abſentia partium, & eis non auditis, cauſa belli, de quo in dicta pace, reſtituendo ipſos ſubditos plenè & omni prorſus impedimento & contradictione ceſſantibus ad ea iura, quæ habebant tempore cœpti belli.

In eiuſdem capitulis pacis adeſt articulus vigeſimusquintus, in quo comprehenduntur Genuenſes, ea adiecta conditione, ne ipſi Genuenſes aliquo modo in ſuos ſubditos animaduer-



maduerterent cauſa & occaſione ſeruitij, quomodocunque præſtiti Chriſtianißimo Regi, & qui illius partes eſſent ſecuti. Imò quòd remanere deberent liberi & abſoluti ac liberati: & frui ac potiri poſſent omnibus & ſingulis ſuis bonis, abſque eo, quòd aliquis poſſet via iuris dicta de cauſa eos inquietare.

Hunc tractatum pacis, quò ad hanc partem præſertim, Diuus Ferdinandus Imperator in gratiam Regis Chriſtianißimi & ad preces dicti D. Scipionis, anno 1562. die 22. Ianuarij ratum & gratum habuit: Et ob id ipſe Cæſar recepit dictum D. Scipionem in gratiam ſuam & ſacri Imperij. Cum præſertim in illis precibus narrauerit ipſe Do. Scipio, quòd ſemper fuit fidelis ſacro Romano Imperio, quòd caſſata ſunt in ea pace omnia & quæcunque delicta, & ſententiæ in contumacia: & in ſpecie quòd ipſemet Do. Scipio eſt abſolutus ab omnibus imputationibus.

Deinde idem D. Scipio petijt ab eadem Cæſarea maieſtate inueſtituram bonorum feudalium, quæ aſſerebat per mortem fratrum ſuorum ad ſe deuoluta. Cæſar reſpondit, quòd cum magna pars dictorum bonorum per Carolum V. fiſco Cæſareo, præcedente iudiciali cognitione & declaratione, applicata fuiſſet: & de bonis illis inueſtiti Princeps aurius & alijs plures: & quòd, cùm huiuſmodi declaratio ſe extenderet etiam ad ipſum Comitem Scipionem & eius bona feudalia, non poteſt aliqua ratione concedere petitam inueſtituram. Niſi velit ipſe Do. Scipio recuperare dicta bona præcedente iudiciali cognitione & ſententia: ad cuius effectum obtulit dare iudices & cauſæ commiſſarios: quatenus ipe D. Scipio via iuris repetere vellet ea, quæ neque per maieſtatem ſuam neque per Dominum Carolum V. alicui conceſſa fuiſſet vel ab alijs quomodocunque iuſto, ſeu probabili ac rationabili titulo poßiderentur.

Anno deinde 1562. die 13. Iulij, idem Ferdinandus Cæſar intuitu Regis Chriſtianißimi conceßit ipſi Do. Scipioni inueſtituram Caſtrorum atque oppidorum Variſij, Montobij & Roccatagliatæ. In qua quidem inueſtitura fit mentio ſolum conformationum & conceßionum iam factarum à Diuis Maximiliano & Carolo V. ipſis Fliſcis, nou autem narratur lata ſententia contra ipſos Fliſcos, non etiam quod idem Diuus Ferdinandus Cæſar anno 1559. die 22. Aprilis confirmauit donatitnes & conceßiones factas Principi Aurio & Cæteris donatarijs: qui poßident & de quorum poſſeßione non eſt facta mentio. Non etiam fuit narratum, iam ipſum Diuum Ferdinandum paulò ante recuſaſſe concedere has inueſtituras ipſi D. Scipioni.

Eodem anno 1562. D. Scipio pro recuperatione feudorum, quæ ſuorum maiorum fuiſſe aſſerit, litem mouit contra Principem Aurium & cæteros poſſeſſores; deducendo iura antiqua ſuorum anteceſſorum: & nouam inueſtituram ſibi à Diuo Ferdinando conceſſam, capitula pacis & alia iura ſua.

Anno deinde 1564. die 23. Decembris Diuus Maximilianus nunc Imperator inuictißimus Illuſtri Do. Antonio Aurio conceßit inueſtituram, in qua narratis omnibus geſtis tam à Carolo quàm Ferdinando, motu proprio animoque deliberato ex certa ſcientia, ſacro procerum Imperij cõſilio accedente, Cæſarea auctoritate, déque plenitudine poteſtatis ac omni meliori modo dictam declarationem, priuationem & donationem factam per Diuum Carolum V. & extenſionem ad bona & iura dicti D. Scipionis factã per Diuum Ferdinandum perpetuámque excluſionem eiuſdem D. Scipionis & hæredum ac deſcendentium ipſius, confirmauit & approbauit: cum reſeruatione iurium Imperij & aliorum etiam, quos prædictæ rebellionis & læſæ maieſtatis crimen ac Cæſarea ſententia deſuper lata non complectuntur.

Anno 1565. die 11. Aprilis, idem Maximilianus Cæſar conceßit ipſi Excelſæ Reipubli. Genuenſi inueſt turam dictorum caſtrorum & oppidorum, Variſij, Montebij, Roccatagliatæ; ex certa ſcientia animo deliberato, accedente ſano & maturo conſilio, de plenitudine poteſtatis, confirmando etiam donationem factam ipſi Reip. à Diuo Carolo V. inſerto tenore literarum ipſius Caroli ad Principem Aurium, & cum inueſtitura in ipſum Principem facta. Et ex nunc prout ex tunc denuò conceßit quantum de iure donare & confirmare potuit: cùm ſuppletione defectus tã iuris quàm facti. Sine tamen præiudicio D. Scipionis, quò ad pendentiam litis: quæ tunc vertebatur inter eum & ipſam Excelſam Remp. quatenus ſcilicèt dicta bona ad ipſum Do. Scipionem ex ſucceßione patris & fratrum ſuorum, vel aliorum eſſent legitimè deuoluta. Cum clauſulis reſeruationum iuris Imperij & alterius cuiuſcunque.

Dubitari nunc contingit, an ſtantibus his reſtitutionibus gratijs & inueſtituris, D. Scipio ita ſit ad antiqua iura ſua reſtitutus, vt iure nunc valeat recuperare caſtra & oppida olim feudalia nunc exiſtentia apud Excelſam Rempub. Genuenſem & alios Cæſaris donatarios.

## CONSILIVM CIII.

# Initium à Domino.

NON eſt nec minoris, nec leuioris dubitationis hæc, quæ nunc proponi ur conſultatio quam ilie fuerunt, quas ſuperioribus in reſpõſis tractaui atque enucleaui. Et quantum vel ipſa ingenij mei mediocritate iudicari potui, tria habet capita conſultatio hæc.

Primum caput eſt an D. Scipio cenſeatur ad omnia iura ſua reſtitutus ex capitulis pacis initæ inter Reges Chriſtianiſſimum & Catholicum, ita vt valeat hæc feuda recuperare.

Secundum caput eſt, an ex eo, quòd D. Scipio receptus fuit in gratiam à Cæſare eo anno 1562. die 22. Ianuarij, cenſeatur ad iura ſua omnino reſtitutus.

Tertium caput eſt, an ipſi D. Scipioni prodeſſe poſſit conceſſio inueſtituræ ei facta eo anno 1562. die 13. Iulij.

Quò ad primum huius conſultationis caput, dicendum videbatur, D. Scipionem adiuuari poſſe ex capitulis illis ſanctæ pacis, vt ſcilicèt ita reſtitutus cenſeatur ad ius ſua antiqua, vt feuda hæc omnis recuperare poſſit: quemadmodum in ſpecie hac ipſa reſpondit bene eruditus Rol. conſ. 1. numero. 114. & multis ſubſequentibus lib. 3. cuius quidem opinio multis rationibus & argumentis fulciri videtur.

1 Primò, quia † reſtitutio, quæ fit ob initam pacem inter principes vim habet non ſimplicis indulgentiæ, ſed reſtitutionis in integrum. Ita ſcribit Baldus in capitu. 1. §. hoc quod nos. verſic. priuilegia omnia. colum. 2. num. 3. de pace conſtan. Et Baldum. ſecuti ſunt Aret. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. num. 2. de lib. & poſth. & ibidem Iaſ. in repe. nu. 27. Soc. Sen. nu. 17. & ibidem Soc. conſi. 58. colu. 2. verſic. adhud dici poteſt, quod lib. 3. & Boe. q. 38. num. 7.

2 Atqui † reſtitutio in integrum, reponit reſtitutum in priſtinum ſtatum. l. quòd ſi minor. §. reſtitutio. ff. de min. 25. nn. 2. ann.

ann.l.videamus.la.2.§.in Fauiana. ff. de vſuris. & copioſè ro
ſcripſi in præludijs tracta. De recupe. poſſeſſ. num.4. Er-
go Dominus Scipio ex capitulis pacis reſtitutus debet
poſſe conſequi hæc feuda, quæ iam antiquitus conſequi
poterat.
Secundò ſuffragari videtur Do.Scipioni(inquit Rol.d.
conſi.1.num.117.lib.3.)auctoritas Baldi in d.c.1.§. ſenten
tiæ quoque,num.1.de pace Conſtan.cùm ait, quod pace
3 †facta,reſcindi debent ſententiæ latæ contra rebellem,
occaſione rebellionis:quia ceſſante cauſa, nempè diſcor-
dia, ceſſare debet effectus.arg.l.generaliter. C. de Epiſc.
& cler. Et ſubiungit idem Bald.in d.ca.1. §. poſſeſſiones.
4 nu.2.quod†poſſeſſiones,quæ poſſidebantur ante tempus
belli,debent,pace facta,antiquis illis poſſeſſoribus reſtitui
Baldum ſecuti ſunt Boſſius in tracta. cauſa. crim. titu. de
reſtit.quæ fiunt à prin.num.8. & Afflictus in cap.1. in 6.
nota, num.36. hîc finit lex Feder. quos quidem recenſet
ipſe Rol.d.conſi.1.num. 118. qui num. 119. poſt Boſſium
addit auctoritatem Angeli in l.pe. C. de capt. & poſtlim.
5 reuerſ.cùm ſcribit quod,ex quo†fictio poſtliminij,quæ-
cunque reſtituit quæ aufert captiuitas.l.vlt.eod. tit. illud
eſt vtile pro exititijs,qui tempore pacis reuertuntur cum
pactis,vt eis reſtituantur quæcunque tenebant tempore
ſuæ eiectionis:quia recuperabunt mobilia & immobilia,
quorum dominium & poſſeſſionem habebant: & etiam
meram detentionem:ergo idem dicendum eſt in caſu no
ſtro.
Tertiò accedit(inquit Rol.in d.conſi.1.num.118.verſic.
& eò maximè lib.3.)quod ſine controuerſia reſtitui debet
ipſe D.Scipio ex illo capitulo Sanctæ pacis; quod ita inci
pit, *Et ritornerano li ſubditi* &c. quo ſanè capitulo cauetur,
quod ſubditi & ſeruitores vtriuſque maieſtatis, exceptis
Neapolitanis,Mediolanenſibus,& Siculis, non obſtante
quod inſeruierint hoſtibus plenariè reſtituantur ad bona
capta,occaſione belli,remaneántque in eo gradu,in quo
erant ante bellum,non obſtantibus donationibus,conceſ
ſionibus declarationibus, confiſcationibus, & ſententijs
commiſſis & datis propter contumaciam in abſentiam
partium, quæ non fuerunt auditæ propter cauſam belli,
ceſſantibus omnibus impedimentis, & contradictioni-
bus.cùm ergo D.Scipio comprehendatur in his capitulis
pacis,& reſtitui debeat eo in ſtatu, in quo erat ante bel-
lum,vel antequam ſequeretur partes Gallorum. videtur
omninò dicendum eſſe reſtituendum ad omnia iura feu-
dalia; vt nunc reſtitui petit. Hæc dubitationem faciebant
contra Excelſam Rempub.Genuenſem,D.Aurios & cæ-
teros horum feudorum dominos & poſſeſſores.
Cæterùm, re ipſa diligentiſſimè perpenſa,contrarium
verius eſſe opinor, nempè ex capitulis Sanctæ pacis non
eſſe reſtitutum D.Scipionem,vt poſſit hęc Caſtra & oppi
da recuperare & conſequi.
7 Primò ea ratione, quod hęc pax eſt res inter alios †a-
cta nempè inter reges Chriſtianiſſimum & Catholicum,
quę alteri,id eſt Cæſareæ Maieſtati,nec nocere nec pro-
deſse poteſt,vel debet,iuxta l. vnicam.C.res inter alios a-
cta.& l.1.C.quibus res iud.non nocet.cum vulgatis ſimi-
libus.Nec huius rationi repugnat,quod Cæſar ipſe ratum
habuerit illud capitulum pacis; quod D.Scipio reſtitueре
tur ad iura ſua: & quod ipſemet Cæſar in gratiam ſuam
receperit ipſum Dominum Scipionem: quia infra in ſecũ
do capite huius conſultationis demonſtrabimus multis ra
tionibus illam ratihabitionem nullius eſſe momenti, præ
ſertim quo ad caſum noſtrum.
Secundo;dato,(non conceſso tamen) & Cæſarem pa-
cem illam percuſſiſse:attamen adhuc illa non prodeſt D.
8 Scipioni.Nam pacis†capitula ſolùm proſunt illis, quorũ
bona à ſuis dominis occupata fuerunt,ob id quòd ſuis ho
ſtibus inſeruierint:atque ita occaſione belli amiſsa recu-
perari poſsunt,quemadmodum aperta verba ipſorum ca
pitulorum non vno in loco ſignificant. Et ipſemet Rol.
d.cõ.1.nu.117.118.119.120.li.3.cõcedit Et hoc cõprobatur
ex egregia doctrina Baldi in c.1.in verbo Opizoni.num.
9 4.de pace Conſtan.quo loci ait,ex inita pace†ſolùm cen
ſeri remiſsas iniurias illatas domino,dum fuit in ſocieta-
te cum hoſte ipſius ſui domini:& ideò ſubiungit Baldus,
quod ſi vaſallus committit delictum antequam ad hoſtes
domini accederet(vt in caſu noſtro euenit)& ob illud de-
lictum meretur feudo priuari,pace facta inier dominum
& hoſtem,vaſallo feudum reſtitui non debet. Et accedit
quod ſcribit Boer.q.38.col.2.verſi.quamuis.poſt Manſue
rium,quem recenſet,nempè,†pacem non prodeſse male-
factoribus,quia alia de cauſa quàm belli ex propoſito de
liquerunt. Atqui noſtro in caſu bona hæc feudalia, quæ
ſua & ſuorum fuiſse aſserit D.Scipio à Cæſare occupata
non fuerunt ſolùm occaſione belli,quod ſcilicèt Do.Sci-
pio Cæſare relicto Gallorum partes ſit ſecutus: ſed aliis
iuſtis de cauſis.Ergo D.Scipioni non proſunt hæc capitu
la pacis.Illa minor propoſitio ſatis clara eſt ex iam per-
tractatis in præcedentibus reſponſis, in quibus demon-
ſtratum fuit,D.Scipionem fuiſse omni iure ſuo priuatum
multis de cauſis.
Primò ex perſona D.Ioan.Aloyſij fratris ſui.
Secundò ex ſuamet perſona, cum deliquit machinan-
do vnà cum D.Iulio Cibò in perniciem & detrimentum
Cæſaris.Tertiò ex ſua etiam perſona, cùm Cæſare reli-
cto,ſecutus eſt partes Gallorum. Dato ergo quod quò ad
hanc cauſam tertiam pacis capitula prodeſſe poſſent Do.
Scipioni(quod non conceditur)attamen clarum eſt, quò
ad duas illas primas cauſas,nil poſſe opitulari.
Tertiò,dato(non conceſſo tamen)quod capitula pacis
omnem cauſam comprehendant; adhuc tamen illa pro-
deſſe non poſſunt D.Scipioni,quò ad bona alienata. Si-
quidem Cæſar approbauit atque ratificauit hæc capitula
pacis non abſolutè,ſed limitatè,nempè ne reſtituerentur
hæc bona iam donata & diſtracta. Quod iam clarè con-
ſtat,nam quando Cæſar anno 1562. die 22. Ianuarij rece
pit in gratiam ipſum D.Scipionem nullum verbum fecit
de reſtitutione bonorum.Deinde cùm paulò poſt ipſe D.
Scipio rogaſſet Cæſarem, vt ſibi inueſtituram concede-
ret,reſpondit Cæſar,ſe id facere non poſſe ob id quod iam
bona illa feudalia aliis donata fuerant à Carolo V. ſenſit
ergo Cæſar,quòd ex ea receptione in gratiam & ratiha-
bitione pacis factæ non intelligebat approbare capitulum
pacis,quò ad hoc vt reuocaret bona iam alienata & dona
ta; & per conſequens illa reſtituerentur ipſi Domini Sci-
pioni.
Non obſtant nunc adducta in contrarium.Ad primum
reſpondeo,& illud retorqueo, quod ſi pax idem opera-
11 tur,quod reſtitutio in integrum; † & reſtitutio nil pro-
deſt quo ad iam alijs quæſita.l.etſi ſine.§.Papinianus.ff.de
minor.& infrà dicemus; ergo nec pax id efficere poteſt.
12 Nec obſtat illa doctrina Baldi†in d.pace Conſtantiæ,
quam relati Doctores ſunt ſecuti,quia illa procedit,quan
do inter principes pacem ineuntes expreſsè fuit conuen-
tum quod etiam bona in alios diſtracta & alienata reſti-
tuerentur.ita declarat Iaſon in d.l.Gallus.§.& quid ſi tan
tùm,prima lectura.nu.82.de libe. & poſthu. poſt Nellũ
in tract.de bannitis.parte 1.tertij temporis.q.11. qui co-
pioſè diſſerit.idem ſenſit Bero.conſi.ſeptuageſimoſexto
nu.113.lib.1.
Non obſtat ſecundum,quia reſpondeo,illud procedè-
re,quò ad ea bona quæ cauſa belli occupata fuerunt. Sed
in caſu noſtro,bona hæc à Cæſare vendicata & alijs dona-
ta ob delicta ipſius D.Scipionis & fratris ſui D.Io. Alyſij
occupata fuerunt: non ergo in re pacis(vt diximus) reſti
tui debent.
Non obſtat tertium & vltimum, quia vno verbo ex iam
relatis reſpondetur, reſtitutionem ex capitulis pacis fie
ri quo ad ea,quæ cauſa belli occupata fuerunt; quemad-
modum aperta verba conuentionis & capitulorum ini-
tæ pacis ſignificant. Et illa etiam ita ſuo in caſu perpen
dit Rolandus dicto conſilio primo, numero 118. libro
tertio.
Præterea,ſi ex capitulis pacis ſolùm reſtitui debet D.
Scipio ad iura quæ obtinebat antequam ſequeretur par-
tes Gallorum,certum eſt non poſſe reſtitui ad hæc feuda,
cum iam antequam ad regem Galliarum accederet,priua
tus eſſet omni ſuo iure,vt infrà dicemus,& ſupra diximus
Atque ita concludo.
Quò ad ſecundum caput conſultationis,an ex eo,quod
Dominus Scipio fuit receptus in gratiam à Cæſare eo an-
no 1562. die vigeſimoſecundo.Ianuarij, cenſeatur ad
omnia iura ſua reſtitutus. Qua quidem in re videbatur
dicendum,hanc gratiam operari reſtitutionem omnium
bonorum.
Primò ex lege prima, §. vltimo, ff. de quæſtionibus.quo
13 loci probatur, quod hæc verba principis; Facias † gra-
tiam decreti, ſeu ſententiæ, &c. interpretari debent,
id eſt, reſtituas: nec pro ſimplici indulgentia in-
telligi debent. & textum dicto §. vltimo. ita intellexit
Bart.



Bar.in l.vlt.nu.11.verſi.breuiter dico.C.de ſenten.paſſ.&
reſtit.
14 Secundò accedit ratio illa,quod quando vnum eſt†præ
paratorium alterius,diſpoſitio,quæ fit ſuper præparatio,
porrigitur ad id,cuius eſt præparatorium.l.clauibus.ff.de
contrahan.emp.l.1.C.de don.& l.cancellauerat.ff.de his
15 quæ in teſtam.delen. Atqui gratia eſt † præparatorium
ad reſtitutionem,vt per ſe patet: ergo concedendo gra-
tiam,dicitur concedi & reſtitutio.
16 Tertiò ſuffragatur,quod † beneficia principum ſunt la
tiſſimè interpretanda.l.vlti. ff. de conſti. princip. Atqui
plena erit interpretatio,dicere,quod contineat hæc gra-
tia reſtitutionem,ergo,&c. Quartò huc ſpectat auctori-
tas interpretum,nempe Barto.in d.l.vltima.num.11.C.de
17 ſenten.paſſ cùm docuit, quòd ſi †ſtatutum ciuitatis ſta-
tuit, quod bannititi rebanniantur,operatur hoc ſtatutũ
vt banniti cenſeantur reſtituti. idem quod Bartolus ſcri-
ptum reliquit Barba.conſi.3.columna tertia, libro 2.ergo
idem operari debet hæc receptio in gratiam.
Quintò & vltimò accedit, quod ipſe Cæſar recepit D.
Scipionem in gratiam contemplatione pacis initæ inter
Reges Chriſtianiſſimum & Catholicum: & ſub illis capi-
tulis à ſe ratificatis.Atqui pax operatur reſtitutionem ple
nam,& non ſimplicem gratiam,vt diximus ſuprà ergo re
ceptio hæc in gratiam debet operari plenam reſtitutio-
nem.Dubitationem hæc faciebant in hoc ſecundo capite
conſultationis.
Re tamen ipſa accuratiori atque diligentiori ſtudio
perpenſa, contrariam ſententiam veriorem eſſe opinor,
nempe hanc gratiam non operari reſtitutionem plenam,
ita vt reſtitui valeat D. Scipio ad bona hæc feudalia.
18 Primò ea ratione,quod idem eſt†gratia quod indulgen
tia.l.vlt.C.de genera.abolitione.& l.tutor. C. de ſenten.
19 paſſ.& reſtit.Atqui concedendo†indulgentiam, ſola pœ
na delicti remiſſa cenſetur.l.2.C.de ſente.paſ.& reſti.non
autem bonorum reſtitutio conceſſa dicitur: cum ſint
duo ſeparata, vt in ſpecie inquit Baldus in le.ſi ademptis,
codice de ſenten.paſſ.& reſtitu.ergo idem conceſſa gra-
tia.
20 Secundò mouet me text.†l.tutor.C.de ſentẽ.paſſ.& re
ſtitu.cuius hæc ſunt verba: Tutor filiorum tuorum, quo-
rum bonorum poſſeſſionem accepiſſe dicis, in metallũ
damnatus, & poſtea ex indulgentia generali regreſſus,
quanquam locupletior ſit,actione tutelæ adminiſtratæ ti
bi non tenetur,ſi non ex gratia ſententię facta ſpecialiter
ſtatum priſtinum cum bonis omnibus recuperaueris. Ec
ce quòd hîc Alexander appellat gratiam,quam indulgen-
tiam paulò ſupra dixerat:& tamen ſubiungit, ex gratia re
ſtitutum bona non recuperare,niſi ſpecialiter ſtatum pri
ſtinum recuperauerit id eſt,niſi expreſſum dictum fuerit
in a conceſſione gratiæ quod ad priſtinum ſtatum reſti-
tutus cenſeatur.Cùm ergo in caſu noſtro Do.Scipio non
fuerit expreſſè in priſtinum reſtitutus,hæc bona recupe-
rare & conſequi non poteſt.
Tertiò,dato(non admiſſo tamen)quòd,iure communi
inſpecto,reſtitutus is intelligatur plenè,vt etiam bona re
cuperet,cui à principe gratia facta eſt, non tamen in ca-
ſu noſtro gratiæ conceſſio operari hoc poteſt. Siquidem
21 duo hæc pro ſeparatis atque diſtinctis habuit Cæſar, † in
gratiam recipere,& reſtituere ad bona,ſicuti apertè con-
ſtat:quia dum petijt D.Scipio inueſtituram feudalium,
reſpondit Cæſar,quòd bona illa fuerunt à Carolo Quin
to,fiſco applicata,& quòd maior pars illorum donata a-
lijs fuerat.Quæ reſponſio duo continet.Primò quòd bo
na fuerant confiſcata:ſecundò,quòd bona fuerant alijs do
nata:& ob id non poterat de illis concedi inueſtitura. Ec
ce, quòd Cæſar non intendit ex receptione ad gratiam
reſtituere bona, non ſolùm, quæ alijs donata fuerant
à Carolo Quinto,verùm etiam nec ea, quæ apud ipſum
Cæſarem,ſeu fiſcum reperiebantur.Quam ſanè reſtitutio
nem eorum,quæ erant apud fiſcum facere non recuſaſſet
Cæſar,ſi per conceſſionem gratiæ intellexiſſet D.Scipio-
nem eſſe plenè ad antiqua iura reſtitutum.
Quartò alia ratione ex hac gratia non dicitur D.Scipio
reſtitutus,quòd nil penitus hæc conceſſio operatur.Nam
22 †reſcripta gratiæ intelliguntur, ſi modò preces veritate
nituntur.cap.2.de reſcr.vbi glo.& doct.Dec.in cap.con-
ſtitutus,in 4 notab.de reſcrip.Ripa.libro 2.reſp.cap.24.
col.2.qui ſcribit,idem eſſe in reſcripto ex certa ſcientia.
Atqui noſtro in caſu ille preces,quibus Do.Scipio gratiã
à Cæſare impetrauit,plures habent ſubreptiones & obre
ptiones.Nam multa minus vera expreſſit, & multa nar-
randa ſuppreſſit: ergo gratiæ conceſſio vitiatur. Quòd
permultæ adſint obreptiones & ſubreptiones in illis pre
cibus,apertè conſtat.Nam narrauit primò, ſe fuiſſe ſem-
per fidelem ſacro Romano Imperio, & tamen apparet,
eum cum Do.Iulio Cibo machinaſſe contra Cæſarem ip
ſum; & deinde ſecutum fuiſſe partes Gallorum, & bona
Cæſaris diripuiſſe & eius milites remiges & captiuos fe-
ciſſe.Secundò narrauit quòd in pace inita inter Reges Ca
tholicum & Chriſtianiſſimum fuerunt omnia delicta caſ
ſata & abolita,& ſententias ex contumacia latas fuiſſe pa-
riter reuocatas.Et tamen vtrunque eſt falſum, cùm deli-
cta commiſſa alia cauſa quàm belli non fuerint cancella-
ta:vt nec aliæ ſententia,vt dictum fuit ſuprà. Tertiò nar-
rauit,quòd ipſemet fuit abſolutus ab omnibus accuſatio-
nibus & imputationibus:cum tamen verum hoc non ſit,
ex quo ſolum fuit abſolutus à delictis cauſa belli commiſ
ſis:nempè,quòd Gallorum partes ſit ſecutus.
Quartò narrauit,quòd Rex Catholicus promiſit ſuam
auctoritatem impertiri, vt ipſe Dom. Scipio reſtituere-
tur ad ſua iura.Et tamen clarè conſtat Regem Catholicũ
in hæc verba promiſiſſe: *Et terrà detto Re Catolico la mano in
fauore de detti ſeruitori del Re Chriſtianiſſimo in queſto, che la giu
ſtitia li ſia adminiſtrata buona & breue.* Quæ ſanè verba non
23 inferunt†reſtitutionem bonorum in præiudicium tertij;
iuxta ea quæ ſcribunt omnes in l. cauſas, ibi copioſè Ia-
ſon numero quarto,codice de tranſact.& vberrimè expli
caui libro primo,de arbitrijs iudicum quæſtione quin-
quageſima ſecunda.
Quintò,admiſſo quòd gratiæ conceſſio à Cæſare facta
24 operetur reſtitutionem:attamen hæc†reſtitutio operatur
ſolùm quò ad bona,quæ tempore condemnationis & bã-
ni erant apud ipſum condemnatum & bannitum.ita Cal-
can.in ſpecie conſi.52.nu.13.ex glo. in ca. licet. de præb.
& eſt ratio,quia reſtitutio dicitur eſſe repoſitio in priſti-
num ſtatum.vt dixi ſuprà.Atqui noſtro in caſu nulla bo-
na ex his D.Scipio tempore condemnationis & banni ob
tinebat: cùm iam eſſent publicata ob delictum Domini
Ioannes Aloyſij(vt ſuo loco dixi.)Ergo ad illa non fuit re
ſtitutus.
25 Sextò accedit,quòd reſtitutio prodeſt,ſolùm, quò ad
bona,quę tunc apud Cæſarem reperiebantur,non autem
quò ad iam alienata & donata alijs,id quod probatur &
ex verbis ipſius conceſſionis(vt dixi ſupra in tertio argu-
mento,& ex iuris communis diſpoſitione ita Bar.in l.vlt.
num.8.verſi.ſi verò erãt alienata.C.de ſentent.paſſ. & re-
ſtitut.idem Barto.in l.Gallus. §.& quid ſi tantũ. nu.12.de
liber.& poſthum.& ibidem Iaſon in prima lect.num.63.
& in ſecunda lect.num.25.idem ibi Galliaula,num. 58. &
Emmanuel Coſta in 2.parte.num.42.43.Barba.conſi. 43.
col.4.verſi.aut illa bona,lib.2.Calcan.conſi.36.nume.29.
& conſi.52.num.11.& 12.Iaſon conſi.21.in fine lib. 3. Rui.
conſi.33.num.5.lib.1.Dec.cap.vltim.col.3.verſi.& amplia
tur iſta,de conſti.Pariſ.conſi.69. num 165.lib.3.& conſil.
1.num.33.lib.4.Alcia.reſpon.169.num.15.Boer. q.65. nu.
5.Neuiz.conſi.68.num.47.Natta conſi.470.nu.20.& cõ-
ſi.471.lib.2.& Boerius conſi.60.num.19.lib. 3. Quæ ſanè
vera interpretum ſententia & iure probatur. iure ex d. l.
vlt.C.de ſentent.paſſ.& in capitu.quamuis de reſcrip. in
* 6.Quibus conſtat,hanc eſſe veram &*receptam opi. & ſi
ab ea diſſentiant Car. in cap. quia diligentia.de electi. &
ibi Imol.Alex.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.verſi. ſecũ
dò limit.ff. de liber. & poſthu. & ſequitur Decius conſi-
lio ducenteſimoquinquageſimoſecundo in fine & Rui-
nus conſilio vigeſimoprimo,numero ſeptimo,libro quin
to & ipſemet Decius & Ruinus ſibi parum conſtantes cõ
munem opinionem(vt retuli ſupra)ſecuti ſunt. Et con-
tra Decium dicto conſilio 252. in indiuiduo contrarium
reſpondit Neuizanus conſilio 68.numero quadrageſimo-
ſeptimo.
26 Septimò & vltimò,dato,quod Cæſari licuerit †aufer-
re hæc bona iam in alios tranſlata:attamen ſaltem tenere
tur atque deberet nunc Cæſar recompenſare, & (vt noſtri
dicere conſueuerunt)cambium dare. Ita docuit Bartolus
in l.vlt.§.1.numero 1.ff.de pig.actio:cùm ſcribit,quod, ſi
officialis ob publicam vtilitatem aufert rem à priuato,de
bet ei ſoluere mercedem.& ibidem annotauerunt Baldus
Alber.& Fulgo.alios eiuſdem opinionis recenſet Iaſon
in l.Barbarius.nume. trigeſimoſexto, trigeſimoſeptimo.

ff.de officio prætor.& ibidem.nu.38.ſcribit, ex Baldi & Angeli ſententia in l.2.C.de ſer.qui pro pre. liber. accip.
27 quod ſi† ciuitas vult facere foſſata per agrum alienum,debet ei ſoluere agri pretium.Cætera ſimilia à Iaſone relata prætereo. Illis addo quod reſpondit Alexand.conſi.190. num.3.lib.2.& num. 17.nempè principem† poſſe per legē generalem auferre res priuatorum,ſi tamen lege ſola ſingulari id facit; puta cùm rem vnius alteri concedit,debet dominum recompenſare.Ita etiam cenſuit Iaſon conſilio 213.col.5. verſi. alibi tenet.lib.2. ex ſententia Baldi quòd
29 ſi† Papa ſine cauſa aufert beneficium ab aliquo clerico, debet ei de cambio prouidere. Eſt verum quòd à Baldo diſſentit idem Iaſon in d.l.Barbarius.num. 41. Sed idem Iaſon conſi.46.colum.3.verſi.quartò dominus.lib.3.cum Baldo idem ſentit:& ibidem his ſimilia ſcribit.idem docuit Caſtr.in l.digna vox.num.6.in fi.C.de legibus. Accedunt Ruinus conſi.31.in fine & conſi.60.nume.6. lib.5. Decius conſi.357 num.6.& conſi.520. num. 10. Afflictus deciſ.321.num.17.Rubeus conſi.142.in fine.Goza. conſi. 5.num.12.Pariſ.conſi.1.nume. 111. libro 1. qui in ſpecie loquitur,quãdo princeps aufert feudum ab vno & alteri cõcedit.idem Pariſ.conſi.101.num.71.lib.1.idem conſilio 6.
30 num.20.lib.2.Et in ſpecie cum condemnatus† reſtituitur ad gratiam & bona,et ei etiam reſtitui debeant bona in alios alienata,quòd princeps reſtitui faciens teneatur recompenſare,tradit Decius in cap.vltimo,colum. 3.verſi. & ampliatur iſta.de conſtitu.Eſt ergo quòd aduertat ſacra Cæſarea maieſtas,& ipſius ſapientiſſimi Proceres & à Conſilijs,ne compellendo Aurios & cæteros poſſeſſores ac dominos horum feudorum reſtituere hæc feuda Comiti Scipioni,ipſemet Cæſar habeat neceſſe illis rependere, quod ablatum ab eis erit:ne alioqui iniuſtitiæ miniſtrum (quod nunquam dicere auſim) appellari contingat.

Non obſtant nunc adducta in contrarium. Ad primũ
31 reſpondeo.†d.l.1.§. vlt.ff.de quæſt.aliter interpretatur à Saliceto in l.vlt.C.de ſent.paſſ.& reſtit.ait ille, quòd licet Imperator,ibi,ſcripſerit Præſidi,vt gratiam faceret:at tamen cauſa gratiæ fuit,quia de innocentia conſtabat.Et ideò quando præſes gratiam fecit & reſtituit, dicitur feciſſe ob id quod apud eum de innocentia apparebat: nõ ergo eſt mirum,quod ille reſtitutus conſequi debeat omnia bona ſua,etiam in tertium tranſlata. Nam reſtitutio
32 †facta ex iuſtitia operatur plenum effectum, vt etiam ad alienata cenſeatur ille reſtitutus: quemadmodum ſcribit Fulg.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum,numero 7.de lib.& poſth.ibidem Iaſ.in repe.nu.37. Crotus nume. 56. Ruin. num.118.Gargia.num.52.& communem teſtatur ibi Emmanuel Coſta in prima par.num.49 qui eiuſdem opinionis recenſet Bald.in l.vlt. nu.5.in fi.de ſen.paſſ.& reſti. quibus addo Calcaneum conſi.52.num.19.qui ita declarãt doctrinam Bart.in l.1.§.vlt.ff.de quæſtio.Et hanc Saliceti interpretationem veram eſſe credo, quicquid ſcribat, vel comminiſcatur potius Barba.conſi.3.col.3.in fi.lib.2. Nos ſumus extra hunc caſum,quia reſtitutio hîc non fuit facta ob id, quòd conſtiterit de innocentia Domini Scipionis.

Non obſtat ſecundum argumentum quia reſpondetur primò,& nunc concedo,quod conceſſa gratia, cenſeatur etiam conceſſa reſtitutio.Nõ tamen inde ſequitur, quod reſtitutio ita plena ſit,vt dicatur reſtitutus ad iam alienata,vt dixi ſuprà.Reſpondetur ſecundò, quòd non ſemper
33 diſpoſitio facta ſuper† præparatio extenditur ad id,ſuper quo præparatorium factum eſt. Nam tunc procedit,quando præparatorium aliàs eſſet ſine effectu, niſi diſpoſitio ſuper eo facta non extenderetur ad præparatum. At ſecus eſt, cùm vtilis eſt ſuper eo præparatorio à ſuo principali ſeparato.ita declarat Io.Bolognetus in rubr.C. de eden.nu.16. ex ſententia Barto. in l. quiſquis. C. de agric.& cenſ. lib. 11. cum de acceſſorio & principali idem ſcribit.In caſu noſtro conceſſio gratiæ ſatis operari poteſt,quò ad ſe ipſam,ne ſcilicet puniatur,ne in futurum careat humanitate principis,& abeſſe cogatur, ſed vt reſtituatur in patriam,& denuò alia bona acquirere poſſit. Et ideò nõ ſequitur,quod diſpoſitio ſuper præparatorio facta extendatur hoc caſu ad principale,& hoc modo de-
34 claratur tex.†l.clauibus.ff. de contrah. emp. in quo ſcriptum eſt,traditione clauium cenſeri tranſlatum dominiũ & poſſeſſionem.id enim fit,quia alioqui inutilis penè eſſet ipſa clauium traditio,niſi ex ea ſequeretur dominij &
35 poſſeſſionis tranſlatio.Ita etiam declaratur†l.1.C.de dona.cùm ait , ex traditione inſtrumenti cenſeri poſſeſſionem rei tradidiſſe.Id enim procedit, quia alioqui illa inſtrumenti traditio eſſet inutilis.quod (vt dixi)non contingit in caſu noſtro.Præterea in caſu d.l. clauibus & d. l. primæ, principalis intentio tradentis & ipſius traditionis clauium,vel inſtrumentorum finis erat dominium & poſſeſſionem transferre; non autem ipſas claues & inſtrumẽta:quæ potius ſunt ſigna tranſlatæ rei quàm res ipſa. Sed diuerſum eſt in caſu noſtro,in quo non conſtat quòd ex conceſſione gratiæ cenſeatur conceſſa bonorum reſtitutio : cùm plus vnum quàm alterum ſit certo in principali conſideratione & fine.

36 Non obſtat tertium,quia reſpondeo,†gratiam principis non extendi, nec latè interpretari,cùm agitur de præiudicio tertij.ita declarat Iaſ.in l.beneficium. num. 19. ff. de conſtitu. prin.qui huius ſententiæ plures recenſet. Idem tradunt Soc.Sen.conſi.13.col.3 verſi.quartò prædicta libro 1.& Alciatus in tract.de præſumpt.reg. 3. præſumpt.11.Noſtro in caſu dubium non eſt,quin agatur de præiudicio tertij,nempe Auriorum & aliorum,quibus bona illa donata fuerunt.

37 Non obſtat quartum,quia reſpondeo,aduerſus† Bartolum alios ſenſiſſe,inter quos Bald.in l.ſi ademptis Salicetus in d.l.vlt.colum.vt.verſiculo tertio. caſu.C. de ſenten.paſſis & reſtitu.& Felinus cap. vergentis, in ſecundo nota.de hæret.Et idem ſenſit collegium Bononienſe inter conſilia Beroij conſi.76.num.107.iunctis ibi dictis. num.113.lib.1.

Præterea, admiſſo , veram eſſe Bart.& ſequacium opinionem,nihil tamen hic obeſt; quandoquidem illi loquũtur,quando agitur de ſimplici reſtitutione ad bona,quæ adhuc apud principem extant:non autem de diſtractis& alienatis:ſicuti noſtro in caſu.

Non obſtat vltimum,quia reſpondeo , capitula pacis nihil prodeſſe D.Scipioni;quemadmodum abundè ſuperiore diſputatione demonſtrauimus. Et ibidem in reſpõſione ad primum argumentum dictum fuit, quòd etiamſi capitula illa prodeſſe poſſent d.D. Scipioni, non tamen quò ad bona iam alienata & diſtracta eum iuuarent. Atq; ita concludo in hoc ſecundo capite,hanc gratiam non operari plenam reſtitutionem,quò ad bona hæc iam diſtracta & alienata.

Quò ad tertium caput propoſitæ conſultationis,in quo dubitatur,an conceſſio inueſtituræ factæ D.Scipioni anno 1562. die 13.Iulij ei poſſit emolumento eſſe. Qua ſanè in dubitatione dicendum videbatur,prodeſſe poſſe. Idq; multis rationibus & argumentis.

38 Primò,quod de ſuprema† Cæſaris poteſtate diſputare ſacrilegij inſtar eſt l.2.C.de crim.ſacrilegij.& abundè ſcribunt Dec.conſi.588.num.2.Soc.Iun.conſi.91. nu. 6. conſi.140. nu.42.lib.2.& vberius conſi.68.nu.15. lib. 3. plura tradunt grauiſſimi iuris interpretes.M.Mantua conſi.191 nu.50.lib.1.Cra.conſi.241.nu.3.& Cephalus conſi.87.nu. 3.lib.1.

39 Secundò ſuffragari videtur,quod etiam ſine cauſa ſupremus princeps poteſt† auferre ius tertio , ei iam ſuo facto quæſitum.l.Lucius.vbi Ang.ff.de euictio. Idem Angelus in l.Antiochenſium.ff.de priuileg.credito.cùm ait,principem poſſe ſine cauſa reuocare donationem à ſe factam. Idem ſcripſerunt alij plures in his feudorum diſpoſitionibus recenſet Gozad.conſi.8.num.38. & num. 45. Gratus conſi.9.nu.174.lib.1.Curt.Iun.conſi. 138. nume.4. & conſi.157.num.18.Brunus conſi.1.nu.50.& Bellonus conſilio 28. numero 9.Imò fortius reſpondit Iaſ.conſi.56.co-
40 lumna 2.& vlt.lib.1.†principem poſſe reuocare conceſſionem à ſe factam per modum contractus.Idẽ ſcripſit Craue. in tract.de antiq.temp. ſecunda particula primæ partis principalis.numero trigeſimooctauo. Accedit Iaſon conſilio ducenteſimotrigeſimoſexto ,columna ſecunda, verſiculo pro eadem parte libro 2.cum reſpondit principem poſſe ſine cauſa auferre feudum à vaſallo,& alteri concedere.

41 Nec hoc in caſu neceſſaria videtur citatio† illius de cuius intereſſe agitur.cui, cùm ex eius poteſtate detrimentum adferre poteſt, princeps poteſt & eo non monito, omnia exequi.Ita Hoſtien. & Butrius in cap. ſicut in iure de exceſſibus.prælato.Baldus in leg. nec cauſas. C. de appella.& in lege prima,codice, quomo. & quan. iudex. Id quod ſine dubio procedere videtur , quando princeps vtitur plenitudine poteſtatis ſuæ vt ſtatim dicemus



cemus.& in ſpecie reſpondit Gozadin.conſilio nono,nu. 62.

42 Tertiò accedit,quòd† princeps ſine controuerſia poſſe videtur iuſtis de cauſis auferre ius alicui quæſitum etiam ex contractu iuriſgentium.Ita Bal.in l. vlt.in prin.ff. de ſenato & in l.pen.C. de dona.inter virum & vxor. & cum eo reſpondit Iaſon conſilio 236. columna 2. verſic. vnde
43 princeps.lib.2.†principem poſſe ex cauſa remittere pœnam concernentem intereſſe priuatum & priuato præiudicare.Sed in caſu hoc noſtro & iuſta & magna adfuiſſe videtur cauſa reſtituendi hæc bona D.Scipioni & de illis eidem concedendi inueſtituram:cauſa inquam fuit† publica vtilitas ex pace inita inter duos potentiſſimos Reges Chriſtianiſſimum & Catholicum quemadmodum publicam hanc vtilitatem in ſpecie conſiderat Calcaneus conſ. 52.nu.17.verſi.nec obſtat quod dicatur.cùm ait,publicam in hoc verſari vtilitatem ,vt pacificè & tranquillè viuat ciues:quod fit,cùm illis,à quibus bona ſunt ablata, reſtituuntur.

Quartò confirmantur iam relata ex clauſula , de plenitudine poteſtatis; qua Cæſar vſus eſt in hac inueſtitura.
45 Cuius quidem† clauſulæ tanta eſt vis,tantúſque effectus, vt per eam iuri alterius præiudicare voluiſſe credatur. Ita ſcribunt Angl.in l.item ſi verberatum.ff.de rei vind. Iaſon in l.omnes.colu.1.verſ. ſerto. limita. C. ſi contra ius, vel vtil.publ.copioſè Craue.conſ.241.num.2.& in ſpecie Gratus conſ.9.nu. 173.lib.1.quod adeò verum eſſe creditur vt procedat etiam cùm ex alterius contractu domino rei ius quæſitum fuit,ſicuti tradunt Caſt. in l. digna vox. C.de legibus & Bald.in le.qui ſe patris. col. pen. C.vnde liberi.alios refert Crauet.conſ.135.nu.5.Quibus accedunt Gozad.conſ.14.nu.11.& Soc.Iun.conſi.68.nu.17.li.3. qui
46 vno ore ſcribunt,nihil contra† principis factum obijci poſſe,quando de poteſtatis plenitudine procedit. Quinimo neceſſariam non eſſe aduerſarij citationem ſcripſerunt Barto.in l.Gallus.§. & quid ſi tantum.nu. 15.de lib. & poſthu.Bald.& Salicet in l. nec cauſas.C.de appella. & cum illis Natta conſ.638.nu.154.lib.3.

47 Quintò vrgere etiam non parum videtur,clauſula† motus proprij,quæ conceſſionem fauorabilem reddit: & eã extendit & ampliat: vt egregiè reſponderunt Gozad.con. 8.nu.20.& Gratus conſi.9.nu.178.lib.1.imò ſubreptionis vitium tollit.c.ſi motu.de præb.in 6.Roma conſi.327. & egregiè Cur.Sen.conſi.66.col.6.verſ.confirmatur.& hãc clauſulam operari idem, quod clauſula,ex certa ſcientia reſpondit Pariſ.conſ.3.num.57. lib.4.imò hoc caſu aduerſæ partis citationem non eſſe neceſſarium reſponderunt Pariſ.conſ.5.nu.106.li.4.Soc.Iun.conſi.91.nu. vigeſimoprimo.lib 3.

48 Sextò & vlt.accedit vis† clauſulæ,ex certa ſcientia, quæ efficit vt obſeruentur omnia principi placita. Ita reſponderunt Oldradus conſi.257.colum.3.Barto.conſi.196. nu. 2.lib.1.& Gratus conſi.9.nu.176.lib.1.Nec in dubium re-
49 uocari† debere,quæ ex certa ſcientia principis facta ſunt, affirmarunt,Pariſ.conſ.5.nu.122.lib.4.Natta conſ.638.nu mero 159.lib.3.nec alij diſſentiunt,quos retulit Cra.conſi. 241.nu.3.in fi.& egregiè Soc.Iun.conſi.68.nu.12.lib.3 qui
50 num.13. ſubiungit poſt Dec.conſi.541.col. 2.hanc† clauſulam habere vim clauſulæ de plenitudine poteſtatis. Id quod reſpondit & Roland.à Valle.conſi.71. nu.48.lib.2. qui ſubdit,nihil tunc obijci poſſe,quod annullet conceſſionem ipſam.Hæc me reddebant hæſitantem , vt hoc in capite ſentirem aduerſus Excelſam Rempub. Genueſem & Aurios,cæteróſque horum bonorum poſſeſſores ac dominos.

Cæterùm,re ipſa diligentiſſimè perpenſa atque examinata contrarium verius eſſe credo,nempè has inueſtituras & conceſſiones nihil prodeſſe poſſe D.Scipioni. Quã quidem ſententiam veram eſſe demonſtrari ob id facilè poteſt,tum quia non potuit Cæſar iure ipſo inſpecto,concedere,tum etiam quia noluit.Ab vtroque enim à pote-
51 ſtate† ſcilicet & voluntate omnis humanus actus pendet, vt inquit gl.in l.ſi filiæ.C.de dona.ante nupt. & in cap.ſi per abbatiã,de officio deleg. Soc. Iunior conſilio 95. nu. 4.lib.3.& Rol.conſi.10.nu.8.li.3. quò ad poteſtatem ſatis ſuperque fundata eſt intentio Excelſæ Reipub. Genuen. & Auriorum.

52 Primò ea vrget ratio,ꝙ etſi princeps ſit ſuprà ius poſitiuum; attamen quando ius poſitiuum eſt fundatum in ratione & æquitate naturali perimi illud non poteſt. Ita docuerunt Abbas in cap. quæ in eccleſiarum,nu.12. de conſti.& in cap.per tuas.nu.7.de arbitr.Ripa in l. quominus. nu.25.ff.de flumi&c.& alios plures recenſet Cra. in tract. de antiq. tempo. parte prima numero 46. ſed noſtro in caſu iura & conceſſiones à Cæſare factæ Reipu. Genuenſi & Aurijs naturali ratione & æquitate fulciuntur. Cum
53 †inueſtitura vim habeat contractus,vt aliàs dixi ex Afflicto deciſ.245.num.102.ſed clarius idem reſponderunt Pariſ.conſi.1.nume.98.lib.1.Bellonus conſi.37.in fi.& Soc. Iun.conſi.76.nu.38.lib.3.Quod maximè hîc procedit,vbi Cæſar conceſſit hæc feuda titulo oneroſo ipſi Reipub. & Aurijs nempe in recompenſationem acceptorum beneficiorum,& vt caſtra illa & oppida à Fliſcis occupata ſuis impenſis expugnarent ſicuti magno ſumptu factum deinde fuit. Quocircà dubium non eſt,quin naturalis æqui-
54 tas ſuadeat pacta† & conuentiones ſeruari oportere.l.1.ff. de pactis.quod non ſolùm priuati,ſed & principes ipſi facere debent,vt ſcribunt omnes in ca.1.de probat.& clem. paſtoralis.de re iudi.Fulgoſius conſi.61.col.2. & Crauet. conſi.135.num.Alexandri Magni vita,Ariſtotelem conſueuiſſe Alexandrum ipſum hortari, vt datam fidem obſeruaret. Non ergo potuit Cæſar concedendo inueſtituram D.Scipioni auferre iura & conceſſiones Reipub. & Auriorum.

55 Secũdò,dato ꝙ† princeps poſſit perimere ius poſitiuũ etiam in ratione & æquitate naturali fundatum:attamen verè auferre non poteſt ius quæſitum meditante iure illo poſitiuo.Ita ex multorum ſententia reſpondit & cenſuit Craue.conſ.7.num.5.& conſi.103.col.1. & in trac.de antiq.tempo.par.3.num.49.Sed Excelſæ Reipub. & Aurijs iam fuit ex inueſtituris & donationibus quæſitum ius in his feudis ,vt re ipſa conſtat:ergo auferri ab eis non potuit per nouam inueſtituram conceſſam Domini Scipioni.

Tertiò accedit argumentum ductum à fortiori. Vnũ
*eſt omnium ſententia,principem nõ poſſe immutare te-
56 norẽ† inueſtituræ inter ipſoſmet eiuſdem agnationis & familiæ,ſed ſtandum eſſe antiquis inueſtituris. Ita tradit Baldus in l.vnica,col.pen.C.quando non peten. partes. pet.accr.& in ca. 1.§.ſi vero.in fine. de ſucceſſ. fratr. vel grad.ſucced.in feudo.Idem reſpondit ipſe Bald.conſ.82. Proponitur,quod inueſtituræ.lib.1. Idem in cap.1.§. vlt. vbi verſ.quæro quis dicatur Caſtaldus de feudo guardię:
57 docuit recognitionem feudi† factam ex noua inueſtitura diuerſa à prima & antiqua non nocere ſucceſſorib. Ita etiam reſpondit Caſtren. conſi.61. Videtur dicendum. libro primo,ab antiquis inueſtituris non eſſe recedendum niſi ex conuentione partium fuerit expreſſè actum, vt ab ea recedatur.Idem poſt Baldum & Caſtrenſem reſpondit Dec.conſi.185.num.3.verſi.non obſtat,quod in alia.Idem ſcripſerunt Curt.Iu.conſi.108.num.18. & in tract. feudo. par.2.q. 7.Brunus conſi.15.in fi.egregiè & copioſè Pariſ. conſi.22.nu.8.& conſi.23.nu.65.& num.145.lib. 1. Natta conſi.505.nu.17.lib.3.& Thomas Marinus in commentarijs feudo.tit.de feudo ex pacto & prouidentia .nu. 39. Si ergo inter eoſdem de agnatione & familia non licet etiam ipſi principi mutare vel ſolam ipſam inueſtituræ formam, quantò fortius non licebit ipſi principi auferre ius feudi vni quæſitum & alteri concedere; quod ſcilicet intelligo quando nulla iuſta extat cauſa auferendi à domino illo, quemadmodum nulla extat cauſa auferendi à domio illo quemadmodum nulla extitit cauſa in caſu hoc noſtro, vt Excelſa Reſpub. & Aurij priuarentur conceſſionibus ſibi factis.

Quartò corruit hæc inueſtitura conceſſa Domini Scipioni defectu voluntatis non ſolùm expreſſæ, ſed etiam tacitæ.Quòd voluntas expreſſa Cæſaris repugnat, quòd ſcilicet voluerit auferre feuda ab Excelſa Repub. & Aurijs, & concedere Domini Scipioni,apertè conſtat ex ver-
58 bis ipſius inueſtituræ,ibi,† in quantum de iure,vel ex gratia poſſumus,aut debemus. Quæ ſanè clauſula hanc habet vim & effectum, vt conceſſio nil proſit , ſi eam facere non potuit princeps.Sicuti dicimus de vaſallo alienante feudum cum proteſtatione, ſi & quatenus de iure poteſt, vt non cenſeatur alienaſſe in præiudicium domini recuſantis conſentire, ita reſponderunt Curtius Senior conſilio octauo. Viſo inſtrumento. columna ſecunda,verſiculo fuit quando. Brunus conſilio vigeſimotertio numero 4.& conſilio 121.numero triginta.Et in ſi-
59 mili dicimus quòd † appellatio admiſſa à iudice cum-

clauſula,ſi & in quantum de iure poſſum.nil operatur , ſi
de iure non debuit admitti & recipi. Ita Roma. conſilio
501.numero 3. & clarius Gratus conſilio 26.num.21.libro
2.Socin.Iun.conſi.18.num.15.lib.1.& Alcia reſp.406.nu-
mero tertio.

60 Prætereà & clarius hoc idem ſignificat † clauſula illa;
ſaluis iuribus omnibus quibuſcunque, &c. qua quidem
reſeruatum eſt ius cuicunque.ita clarius in terminis reſpō
dit Sgnoro conſi.60.nu.4.Idem reſpondit Decius conſi-
lio 445.num.6. in fin. Et Signorolum ſecutus eſt Pariſius
conſilio quinto,numero 26.lib.1.& hanc veram aſſertio-
nem probat tex.notabilis in capitulo veniens.§.non ob-
ſtante.extra,de præſcript.

Quintò ex defectu voluntatis tacitæ Cæſaris corruit in
61 veſtitura & conceſſio facta D.Scipioni.Siquidem†ſubre
ptitiæ conceſſiones & inueſtituræ corruunt defectu vo-
luntatis tacitæ: quia ſi veritatem perfectè nouiſſet Cæ-
ſar,non conceſſiſſet.ſicuti ſcribunt omnes in ca. ſuper li-
teris,de reſcri latè.Iaſ.in l.j.nu.2.C.ſi contra ius,vel vtil.
publ.Dec.conſi.541.nu20.Goza.conſi.6.nu.6. Cur. Iun.
conſi.27.in fi.& conſi.32.in fi.& Craue.conſi.296. col.4.
in fine.Sed hoc in caſu ſubreptionis plures adſunt. Nam
primò ſubticuit D.Scipio,Ferdinandum ipſum Cæſarem
recuſaſſe ſemel reſtituere bona hæc D.Scipioni,cum ſim
plicem gratiam conceſſit(vt diximus ſuprà.)Quòd ſi hu-
ius recuſationis cognitionem habuiſſet non certè hanc
conceſſionem nouam feciſſet.Cùm non ſoleant ipſi prin
62 cipes†eſſe inconſtantes & ita de facili mutare voluntatē:
ſed obſeruare ſolent & debent quod ſemel fecerunt.iuxta
illud; quod ſcripſi,vt ait Dec.conſi.58.nu. 5. & non ſolet
63 †princeps venire contra factum proprium, vt reſponde-
runt Rom.conſi.327.nu.3.& Soc.Iun.conſi.76.nu.114. &
conſi.77.nu.97.lib.1.& Pariſ.conſi.23.nu.78.lib.1. Quod
eò magis confirmatur, quia iam ipſe Ferdinandus anno
1559. die 12.Aprilis confirmauerat conceſſiones factas à
Carolo V.ipſi Excellæ Reipub.Genuenſi & Aurijs.Quo-
circà veriſimile non eſt,quod voluiſſet ipſe Ferdinandus
64 reuocare†factum ſui anteceſſoris.ita Rom.conſi.327.nu.
3.Bald.& cæteri in l.1.C.de conſti.princip.copioſè Iaſon
conſi.10.col.1.lib.3.Gomeſ.in c.1.nu. 98. de conſtit.in 6.
& Craue.conſi.241.nu.17.Rurſus non narrauit D. Scipio
ipſam Excelſam Rempub. & Aurios iam in poſſeſſione
65 fuiſſe & eſſe.Quæ ſanè†poſſeſſionis ſuppreſſio vitiat con
ceſſionem.cap.cùm noſtris. de conceſ. præb. quo addu-
ctus.ita ſcripſi lib.2.de arbitrarijs iudi.&c.caſu.201.num.
139.quo loci poſt Felinum in cap.in noſtra.nu.32.de re-
ſcri.& alios plures,idem eſſe affirmaui,quando ſolum poſ
ſeſſio colorata fuiſſet.

Sextò & vltimò accedit,quod ſi pro D.Scipione conſti-
tuendum eſt fundamentum in hac inueſtitura ei conceſſa
ſolidus fundamentū faciendum eſt pro ipſa Excelſa Rep.
& Aurijs in poſterioribus inueſtituris eis conceſſis ſub an
no.1564.die 23,Decem.& ann.1565.die 11.Aprilis.Quæ ſa
nè inueſtituræ & conceſſiones confirmatoriæ antiquarū
in ampla forma ſunt & habent clauſulas,ex certa ſcientia,
ex animo deliberato,motu proprio,& his ſimiles.Et ſi in
66 cæteris†poſteriora pacta derogant prioribus atque præ-
cedentibus iuxta l pacta nouiſſima.vbi doct. C. de pact.
erit idem dicendum hîc,vt ſcilicet hæ inueſtituræ & con
ceſſiones factæ Reipub.Genuenſi & Aurijs, derogent cō
ceſſioni paulò ante factæ D.Scipioni.

Non obſtant nunc adducta in contrarium. Ad pri-
67 mum reſpondeo,non eſſe†ſacrilegium diſputare de pote
ſtate principis,quando concedit ea,quæ non ſunt poſiti-
ui iuris, ſed ius & æquitatem naturalem reſpiciunt, vt in
ſpecie declarat Crau.in trac. de antiq. tempo. parte pri-
ma.num.38.In caſu hoc naſtro iam demonſtrauimus agi
de auferendo iure, quod eſt in iure & æquitate naturali
fundatum.

Non obſtat ſecundum,quia reſpondetur, non eſſe ve-
rum,principem poſſe aliquem ſine cauſa iure ſuo priuare,
etiamſi vtatur†plenitudine poteſtatis. ſicuti poſt multos
cenſuit Crau.conſi.5.nu.10. conſi.7. nu. 10. & conſi. 103.
numero 3.qui dixit, quod etſi modi acquirendi dominū
69 iuris ciuilis ſint,dominium†tamen eſt iuriſgentiū : quod
ſanè ius gentium tollere & infirmare princeps non poteſt
Idem Cra.conſi.135.num.20.conſi.172.num.3.& conſilio
241.num.12.verſicu.aduertendum &c.Et in ſpecie domi-
nij rei feudalis hac ratione vſi ſunt Ruin.conſi.36. nume-
ro 16. in fi.lib.1,& Soc.Iun.conſ.77.num.124.lib.1. Quo-
70 circà manifeſtè conſtat malè†reſpondiſſe Iaſonem d.cōſ.
56.col.2.& col.vlt.lib.1. principem poſſe reuocare con-
ceſſionem à ſe factam per modum contractus.Hoc inquā
falſum eſſe ex iam dictis apparet; niſi adſit cauſa iuſta,ſic-
uti loquitur Crau.in d.trac.de antiq.temp.2.particula pri
mæ partis.nu.38.quem ita intelligo & declaro ne ſibi repu
gnare dicatur.Quod verò de citatione in eo fundamento
dictum eſt,dubitationem non mouet:quandoquidem lo-
cum illa habere poſſunt; quando princeps ita ad libitum
agere poteſt.At contra cùm ſine cauſa de re aliena diſpo
nere non poteſt, vt verè non potuit Cæſar hoc in caſu.
71 Nam tunc &†citatio & cauſæ cognitio adhiberi debet.vt
poſt multos ſcribit Tiraq.in tract.Res inter alios acta.li-
72 mit.7.Siquidem†cauſæ cognitio à iure naturæ procedit,
quemadmodum docuit Bald.in l. iudex. C. commina. &
73 epiſt.&c.imò & à iure diuino, cum dixerit†D.Paulus ad
Timotheum, 1. capitulo quinto iudices ſine præiudicio,
nil facere debere , ſine præiudicio hoc eſt , ſine cau-
ſæ cognitione.Non obſtat tertium,quia reſpondetur pri-
mò,illam maiorē propoſitionem non eſſe ita abſolutè in
telligendam,vt ſcilicet ex iuſta cauſa auferre poſſit ius al-
teri quæſitum.Nam,aut cauſa eſt ob demeritum & ad pœ
nam vaſalli:& tunc certum eſt, eius auferre poſſe etiam
74 quouis modo quæſitum.Ita loquitur† Bal.in l.pen.C.de
dona.inter vir.& vxo.Aut cauſa prouenire aliunde, vt ſi
eſt ob communem vtilitatem: & tunc princeps non po-
teſt abſolutè priuare dominum rei,ſed debet ei,vel pretiū
ſoluere,vel quid aliud dando,damnum compēſare. vt di-
ximus ſupra in vltimo argumento præcedentis capitis,
poſt Iaſ.in l.Barbarius.nu.36. ff.de officio prætor. & cæte
ros ibidem allegatos. Prætereà & ſecundò reſpondetur,
nullam hic adfuiſſe iuſtam cauſam auferendi hæc bona ab
Excelſa Reſpub.& Aurijs & concedendi illa D. Scipio-
ni.ſiue perſonam Reipub.conſideremus,ſiue Do. Scipio-
nis. ſi enim reſpicimus perſonam Reipub. & Auriorum
nulla ſubeſt iuſta cauſa,vt his bonis priuentur , cum non
demeruerint.Quinimò contrarium verius eſt, vt re ipſa
conſtat:ipſimet Cæſares non ſemel affirmarunt. ſi etiam
reſpicimus perſonam D.Scipionis nec ob eum adeſt cau
ſa iuſta:quinimò extat iuſta contra eum,vt ſcilicet his bo
nis priuatus ſemper exiſteret.Nec iuſta cauſa conſiderari
poteſt ob pacem initam inter Regem Galliarum & Re-
gem Hiſpaniarum:quandoquidem oſtendimus ſuprà D.
Scipionem in ea non fuiſſe ita comprehenſum vt ei bona
hæc reſtitui debeant. Nec ſua cauſa principaliter pax illa
fuit contracta, cùm à ſua perſona non pendet quies &
tranquillitas maioris partis Europæ quæ erat in armis:ſed
id totum actum fuit ob bellum , quod graue gerebatur
inter duos illos potentiſſimos Reges Catholicum & Chri
ſtinaniſſimum.Nec perſona D.Scipionis perturbare po-
tuit tranquillum ſtatum Excelſæ Reipub.Genuenſis,cùm
iam eſſet exul & impotens ad excitandum bellum contra
75 eam.Atque ita ceſſat illud reſponſum † Calcanei d. con-
ſilio 52.numero 17.cùm ille loquatur de communi vtilita
te quæ perturbabatur ex ſeditione orta in ciuitate.

Non obſtat quartum argumentum, quia reſpondeo pri
* mò,principem verè non poſſe ius alterius tollere.&*cō
76 munem ſententiam eſſe contra.†Angelum in d.l.item ſi
verberatum.ff.de rei vind.teſtatur Craue conſi.241.num.
77 20.quo loci ampliſſimè oſtendit,†clauſulam, de plenitu-
dine poteſtatis, nihil operari in his, de quibus painceps
iure diſponere non poteſt.quod reſpondit & bene eru-
ditus Zaſius conſi.10.num.25.libro ſecundo. Atqui hoc in
caſu non potuit Cæſar liberè diſponere de his feudis ad
præiudicium Excelſæ Reipublicæ Genuenſis, Auriorum,
ac aliorum quibus iam quæſitum fuit ius.Idem reſpon-
dit Rolan.conſi. 7.numero centeſimodecimotertio lib. 3.

78 Reſpondeo ſecundò, †clauſulam hanc nihil operari,
quando princeps non fuit benè informatus de negotio,
ob quod ea clauſula vtitur. Ita Crauet.dicto conſilio 241.
columna octaua in fine verſiculo quartò reſpondeo.poſt
Socinū Seniorē conſilio centeſimouigeſimo, columna
ſexta, verſiculo reſpondetur etiam libro tertio. Decium
conſilio centeſimononageſimooctauo,columna penulti
ma,& Brunum conſilio octuageſimoſeptimo,numero vi
geſimotertio . Idem reſpondit Rolandus dicto conſilio
7.nu.10.li.3.Qua enim ratione fieri poteſt,vt ignorans cō
cedat,vel iam conceſſum confirmet:cum conſenſus ipſe
deficiat?iuxtà l.mater decedens.C.de inofficio.teſta.cum
ſimilibus.

Non



Non obſtat quintum argumentum , quia multis modis
reſponderi poteſt. Et primò, quòd ſi princeps nihil po-
teſt ex clauſula, de plenitudine poteſtatis, minus poteſt
79 per † clauſulam motus proprij. Ita reſpondit Crauet.
conſil.241.col.9.verſic. ad clauſulam motu proprio. Re-
ſpondetur & ſecundò ex eiuſdem Craue.ſententia. d.con
80 ſil.241.col.9.verſic.ſecundò reſpondeo.&c. † clauſulam,
motus proprij ius alterius non lædere.ex glo.in cap.ſi Ro
manus.de præbend.Hoſtien.& Ancha.in cap cauſam, il.
2.de teſtibus.& alios plures,quos recēſet. Et præter eum
egregiè reſponderunt Soc.Iun.conſil.77. num.104.lib.1.
& Alcia.reſp.162.num.6. Quibus accedit Socin.Sen.con-
81 ſil. 115. col.1.lib.3. qui reſpondit, † clauſulam hanc motus
proprij non tollere vitium ſubreptionis ad alterius detri-
mentum.Quod placuit & Rolando conſil.7.num. 110. li.
3.& præter eum Ruin. conſil.18.num.12.conſil.226.nu.11.
& conſil.228.num.3.lib.1.Decio conſil.407.num.19.Cur
tio Iuniori conſil.142.num.9.Gozad.conſil.14.num.18.&
Pariſ.conſil.11.num.120.lib.1.& conſil.5.nu.15.lib.4. Re-
82 ſpondetur tertiò,†clauſulam motus proprij , nil operari,
cum ad partis poſtulationē & importunitatem princeps
aliquid concedit. Ita reſpondit Soc.Iun.conſil.77.nu.98.
lib.1.Ea eſt ratio,quia ſicuti per importunitatem princeps
conceſsit, ita etiam eadem importunitate adductus adhi-
buit clauſulam motus proprij.

Non obſtat vltimum argumentum,quia reſpondeo pri
83 mò , hanc † clauſulam , ex certa ſcientia nihil operari ad
detrimentum tertij,ita in conceſsione feudali à principe
facta ex certa ſcientia, nihil operari ad detrimentum ter-
tij,reſponderunt Gozad.conſil.9.nu.42.Soc. Iun. conſil.
77.num.126. lib.1.& Rolandus d.conſil.7.num.103.lib.3.
Quibus accedunt Aret.conſil.15.num.6.Curt.Iun.conſil.
142.num.8.verſic.non obſtat.Pariſ.conſil.1.numer.84.&
conſil.11.num.121.lib.1.Gramma.deciſ.104.num.2.& Za-
84 ſius conſil.10.nu.30.lib.2. Reſpondeo ſecundò, † clauſu-
lam, ex certa ſcientia nil operari in his, quæ non iuris, ſed
facti ſunt,ſicuti in caſu noſtro. Ita reſpondit Rolādus con
ſil.7.nu.105.lib.3.Et præter eos Pariſ. conſil.1.nu.81.lib.1.
conſil.4.num.28.& conſil.74.nume.19.lib. 4. Soc.Iun.d.
conſ.77.nu.126.lib.1.& egregiè Crau.d.conſil.241.col.9.
in principio.

Reſpondeo etiam tertiò loco,hanc clauſulam nihil ope
35 rari,cùm adhibita fuit † ſine cauſæ cognitione,vt hîc con
tingit.Ita declarat Pariſ.conſil.4.num.3.lib.2.Zaſius con
ſil.10.num.30.lib.2.Gramma.deciſ.66.nu. 38. & Roland.
conſil.7.nu.106.lib.3. qui alios plures recenſent. conclu-
do itaque hanc inueſtituram & conceſsionem nil prodeſſe
Domino Scipioni,& vice verſa nil obeſſe Excelſæ Reipu-
blicæ Genuenſi & Auriis. Et ita iuris eſſe arbitror , rectio
re iudicio ſaluo.

Iacobus Menochius I. C.

## SVMMARIVM.

1 *Feudum ex pacto & prouidentia quod*
2 *Feudum conceſſum pro ſe & hæredibus maſculis quod.*
3 *Feudum hæreditarium quod.*
4 *Hæreditas legitima quæ.*
5 *Feudi ex pacto & prouidentia nomen à noſtris conſictum.*
6 *Feudum eſſe hæreditarium in dubio præſumitur.*
7 *Feudum præſcriptum , ſecundum ſuam naturam cenſeri præſcriptum.*
8 *Baldi doctrina declaratur.*
9 *Feudum eſſe hæreditarium ſignificant illa verba , pro ſe & hæredibus.*
10 *Alienandi facultas ſemel data in feudis , facit feudum eſſe alienabile.*
11 *Legitima filius fraudari non poteſt.*
12 *Verba cui conueniunt, etiam diſpoſitio conuenit.*
13 *Interpretatio ſumpta ab obſeruantia valet & probabilis eſt.*
14 *Legitima filiorum à feudo deduci non poteſt.*
15 *Feudum mixtum quod.*
16 *Feudi mixti natura.*
17 *Feudum mixtum qui vult obtinere hæres eſſe debet, vel primi, vel vlt.mi defuncti.*
18 *Doctoris auctoritas quæ in fonte videri non poteſt , nullius eſt ponderis.*
19 *Feudi hæreditarij natura.*
20 *Inueſtituræ primæ tenor obſeruandus eſt.*
21 *Verbum, poſsit, liberum arbitrium tribuit.*
22 *Conſuetudo vnius familiæ diſponendi certo modo attenditur.*
23 *Feudum hæreditarium teſtamento poſse legari,*
24 *Feudum hæreditarium venire in reſtitutione fideicommiſsi.*
25 *Feudo hæreditario onus adijci poſse.*
26 *Vaſallus conſentiente domino ad libitum feudum relinquere poteſt in teſtamento.*
27 *Agnatorum conſenſus neceſsarius non eſt,quando Vaſallus conſentiente domino de feudo teſtatur.*
28 *Actum faciens illum non poteſt impugnare.*
29 *Hæres non poteſt impugnare factum defuncti.*
30 *Feudum hæreditarium ob delictum Vaſalli publicari.*
31 *Feudum quod domino deuoluatur ex delicto Vaſalli eſt qualitas feudo inhærens.*
32 *Vaſallus ob crimen læſæ maieſtatis feudum perdit.*
33 *Feudum hæreditarium perdit filius ob crimen læſæ maieſtatis commiſsum à patre.*
34 *Feudum hæreditarium ſine hæreditate defuncti haberi non poteſt.*
35 *Feudum ad dominum deuolutum & alteri conceſsum vim habet feudi noui.*
36 *Feudum mutare naturam perſona Vaſalli mutata.*
37 *Qualitas actui adiecta nouum actum facit.*
38 *Feudum & fideicommiſsum in illos de familia poſse alienari.*
39 *Confiſcari non poteſt fideicommiſsum.*
40 *Feudum hæreditarium fideicommiſso ſuppoſitum , non poſse confiſcari, ob delictum Vaſalli.*
41 *Vaſallus cùm delinquit feudum cui deuoluatur, an fiſco, vel directo domino.*
42 *Confiſcari quomodo poſsint alienari prohibita.*
43 *Feudum de nouo conceſsum ſub commemoratione primæ naturæ nouam naturam non aſſumit.*
44 *Feudo renouato, renouatus cenſeri omnes eius qualitates.*
45 *Reſtitutio feudi pleniſsimè facta, efficit feudum, vt antiquam naturam retineat.*
46 *Reſtitutio plena facit, vt etiam alienata tertio reſtitui debeant.*
47 *Reſtitutio quid.*
48 *Feudum ob delictum vaſalli , deuolutum ad dominum & alteri conceſsum, vt naturam mutet, quid requiratur.*
49 *Sententia declaratoria requiritur, cùm feudum ob delictum vaſalli ipſo iure ad dominum deuoluitur.*
50 *Principi aſserenti vaſallum ſuum deliquiſse , vt ei feudum auferat, plenè non creditur.*
51 *Vaſallus non citatus feudo priuari non poteſt.*
52 *Accuſatus criminis læſæ maieſtatis non damnatur, niſi de ipſo crimine verè conſtet.*
53 *Feudum renouatum præſumi renouatum ſecūdum naturam ſuam antiquam.*
54 *Hæredem interdum factum defuncti poſse impugnare.*
55 *Item cum non reliquit ei, quod debet relinquere.*
56 *Qualitas actui adueniens quando actum mutet.*
57 *Agnatus proximior vltimo decedenti ſuccedit in feudo.*
58 *Alienatio prohibetur fieri in potentiorem.*
59 *Alienatio in fraudem fieri non permittitur.*
60 *Argumentum à fideicommiſso ad feudum rectè ducitur.*
61 *Agnatus agnati inimicus feudum alienans in eius odium alienare præſumitur.*
62 *Clandeſtinus actus improbatur,*
63 *Spoliatus vt reſtituatur, quid probare debeat.*
64 *Decretum primum poſseſsionem non tribuit.*
65 *Interdictum, vnde vi, non concedi ſpoliato, qui ex primo decreto ſolùm poſsidet.*
66 *Euictionis cauſa tres actiones proditæ ſunt.*
67 *Spoliatus principis auctoritate non reſtituetur , ſed infra declaratur.*
68 *Spoliatus caſtro munitiſsimo ante omnia non reſtituitur, ſed infrà declaratur.*
69 *Spolium primum ante omnia debet purgari.*
70 *Hypotheca omnium bonorum pro obſeruatione contractus adhiberi quotidie ſolet in inſtrumentis.*
71 *Miſsus in poſseſsionem ex primo decreto , ob actionem hypothecariam, poſseſsor efficitur.*
72 *Clauſula conſtituti & precarij poſſeſsionem transfert.*
73 *Iudicis officio detentor ſpoliatus reſtituitur.*
74 *Principis auctoritate ſpoliatus quando reſtituatur.*
75 *Proprietas & poſſeſsio differunt.*
76 *Imperator eſt potens expugnare caſtrum bene munitum, vt valeat ſpoliatus ante omnia reſtitui.*

nn. 5. 77 Spoliatio

77 *Spoliatio maior purgari prius debet.*
78 *Recuperare in continenti quando quis dicatur.*
79 *Poſſeſsionis retinendæ animus quomodo probetur.*
80 *Poſsidentes ciuiliter ſua ſponte naturalem ingredi poſſunt.*

## CONSILIVM CIIII.

# Initium à Domino.

PROPOSITA facti ſpecies, cui de iure reſponderi petitur, plures dubitationes, nec ſanè leuis ponderis enucleādas habet. Quò autem conſultatio ipſa clara & dilucida omnibus appareat, eam vt videtur propoſita tractabo.

Primò oſtendam feuda, de quibus agitur hæreditaria vel mixta ſaltem fuiſſe.

Secundò demonſtrabo, licuiſſe illi Do. Io. Franc. de illis inter ſuos teſtari ac diſponere: & conditionem reſtitutionis adiicere.

Tertiò patefaciam, ob conditionem reſtitutionis, non potuiſſe Do. Pyrrhum ſuo delicto præiudicium aliquod his ſuis deſcendentibus adferre. Inde fiet, D. Pyrrhi facto alteratam non fuiſſe huius feudi naturam: nec adiectas cō ditiones reſtitutionis fuiſſe ſublatas, atq; extinctas. Hinc illud etiam neceſſarium conſequens manabit Do. Federicum neç contrahendo, nec teſtamento diſponendo ad fauorem Illuſtriſsimi & Excellentiſsimi Ducis Mantuæ potuiſſe obeſſe, atque præiudicium adferre ſuis his patruelibus,

Prima illa iuris dubitatio non parum dubia verè videbatur. Erat fortè prima (quod aiunt) facie dicendum, feuda hæc non eſſe hæreditaria, ſed potius ex pacto & prouidentia: per conſequens de eo D. Io. Franc. teſtari minimè potuiſſe.

Primò, quia in illa inueſtitura prima conceſſa à Sigiſmundo Imperatore ann. 1432. Illuſtriſsimo Marchioni
Mantuæ, in hæc verba legitur: Ac eidem filiis & hæredi-
bus legitimis maſculis & ſucceſſoribus, &c. quæ ſanè ver-
ba, filiis hęredibus maſculis, hoc ſignificant, vt feudū non
ſit hæreditarium: ſed ex pacto & prouidentia, iuxta tex. c.
1. §. & ſi clientulus. de alien. feud. Atque ita ex textu illo do
1 cuit Bal. in l. Caius, col. 2. veſic. verbi gratia. ff. ſol. matr. in
l. Gallus. §. etiam. col. vlt. de lib. & poſthu. idem in l. liber
ti libertæque. num. 37. C. de oper. liber. quo loci inquit, di
2 ctionem illam, † maſculis, de iure & de facto ad deſcenden
tes referri, de iure ſcilicet ſcripto, de facto, hoc eſt, ex con
ſuetudine. idem viſus eſt ſentire Aret. in l. pro hærede. §.
1. col. 2. ff. de acquir. hæred. ita etiam Alex. in l. Gallus. §.
etiam. num. 4. verſic. inquantum ergo. de lib. & poſthum.
& conſil. 105. nu. 2. lib. 1. & conſi. 139. num. 2. & nu. 6. lib. 6.
Dec, conſil. 185. num. 5. conſil. 239. nu. 4. verſic. ſed prædi-
ctis. conſil 395. num. 7. 8. conſil. 399. col. vlt. conſil. 411. col.
1. conſil. 445. num. 8. & conſil. 516. num. 10. & nu. 14. Idem
viſus eſt ſentire Iaſ, conſil. 7. col. 6. verſicul. 5. non obſtat.
lib. 3. idem in l. Gallus. §. etiam. de liber. & poſthu. Brun.
conſil. 25. col. vlt. Rubeus conſil. 85. num. 5. conſil. 110. nu.
4. & conſil. 164. nume. 14. Curt. Iun. conſil. 109. nume. 14.
Ruin. conſil. 122. col. 1. lib. 1. Pariſ. conſi. 31. nu. 47. conſ. 30.
num. 10. lib. 2. & conſil. 25. num. 21. lib. 3. dum reſpondit, il-
la verba, ſi grauatus decedat ſine hæredibus maſculis, in-
telligi, id eſt, ſine filiis, quia verbum hæredibus pro filiis
accipitur. Idem reſpondit Gozad. conſil. 26. nu. 29. & do-
cuit Afflictus in cap. 1. col. 4. an filius, vel agnatus, dum in
quit, quòd vbicunque in inueſtitura fit mentio abſolutè
3 de hæredibus, † feudum eſt hæreditarium; ſed vbi fit men
tio de liberis & poſthumis ex ſuo corpore legitimè de-
ſcendentibus, vel tibi & filiis maſculis, vel tibi & hæredi-
bus maſculis, feudum eſt ex pacto & prouidentia. idem
Afflictus in cap. 1. §. præterea ducatus. de prohib. feud. alien. per Frider. idem reſpondit Soc. Iun. conſil. 72. nu. 27. conſil. 73. nu. 14. conſil. 137. col. vlt. lib. 1. idem conſil. 112. num. 8. lib. 2. His accedunt Bellonus conſil. 33. & Crauet. conſil. 38. num. 5.

Secundò confirmāri videtur relata Doctorum opinio
verbis his eiuſdem inueſtituræ; Legitimis hæredibus. &c.
4 Eſt † legitima hæreditas illa, quæ deſcendentibus & ve-
nientibus ab inteſtato defertur. l. 3. §. de illo. ff. pro ſoc. & l.
iuſta. de verbor. ſignific. ſenſit ergo Imperator de filiis,
non autem de aliis, atque ita hæreditarium non videtur
feudum.

Cæterùm, re ipſa longè melius atque diligentius per-
penſa, verè ſentio, feudum hoc eſſe hæreditarium, non au
tem ex pacto & prouidentia, quod ſanè nomen feudi ex
5 pacto & prouidentia eſſe à noſtris cōfictum ſcripſit Dec.
in conſil. 445. nu. 7. in fin. poſt Iſerniam in c. 1. an agnatus
vel filius. ſed ſit vtcumque. Quòd feudum hoc hæredita-
rium ſit, multis clarè demonſtratur.

6 Primò, quia ita in dubio dicendum eſt, † feudum eſſe hæ
reditarium: quemadmodum reſponderunt Alex. conſil.
26. nu. 3. lib. 5. Ruin. conſil. 15. nu. 6. conſil. 18. num. 3. lib. 1.
Curt. Iun. conſil. 3. num. 4. & in l. vlt. num. 83. C. de edicto
diui Adr. tol. Rub. conſil. 84. num. 3. Pariſ. conſil. 23. num.
159. lib. 1. Alcia. reſpon. 160. num. 9. Natta conſil. 501. nu.
20. & conſil. 634. num. 6. lib. 3. & eruditiſſ. Cephalus com-
pater meus Colendiſſ. conſil. 152. num. 55. lib. 2. Nec aduer-
ſatur quòd poſt Baldum in l. 1. q. 31. ff. de rerum diuiſ. & in
l. liberti libertæque. nu. 31. C. de oper. liber. reſpondit A-
7 lex. conſil. 15. nume. 12. lib. 5. † feudum præſcriptum cenſeri
præſcriptum ſecundum naturam feudi, quæ eſt, vt ſit re-
ctum & non hæreditarium. Baldum & Alexandrum ſecu-
ti ſunt Pariſ. conſil. 15. num. 15. lib. 3 Tiraquel. tractat. de re
tractu conſang. §. 3. glo. 1. nu. 74. & Zaſius in epitome feu-
8 dorum. par. 11. num. 31. Ego † Baldum ita intelligo, feu-
dum cenſeri præſcriptum ſecundum naturam ipſius feu-
di, vt ſcilicet eis acquiratur, etiam poſt præſcriptionem,
ad quos tranſiret, quando ſuſceptum ſimpliciter ab initio
fuiſſet: ſed vbi ſimpliciter fuiſſet ſuſceptum etiam ad hæ-
redes, vt iam diximus, tranſiret. ergo & hoc in caſu. Quòd
clarè ſenſerunt Iacobinus à S. Georgio, in inueſtitura feu
dali, in verbo, ita quòd ipſi inueſtiti. num. 14. Zaſius in epi
tome feudorum. par. 8. num. 81. Curt. Iun. tract. feudo. par.
3. princ. in vltimo membro illius partis. nume. 61. & cla-
rius Ruin. d. conſil. 17. numer. 3. lib. 1. ſi ergo in dubio feu-
dum hæreditarium præſumitur, huic præſumptioni & re
gulæ ſtandum erit, donec contrarium ab aduerſariis
probetur.

Non ignoro tamen hanc argumentationem dubitatione non carere, cùm alij multi ſcribant, feudum in dubio præſumi ex pacto & prouidentia.

Secundò res hæc clara redditur, quia legitur in inueſtitu
ra, pro ſe, hæredibus. &c. quod ſanè verbum hæredibus,
9 oſtendit, † feudum eſſe hæreditarium. ita Iſernia in cap. 1.
§. & olim. de ſucceſ. feudi. & in cap. 1. qui ſucceſſ. feud. dare
tenea. Alexand. conſil. 55. numer. 6. lib. 4. Dec. conſil. 445.
num. 8. Curt. Iun. conſil. 1. num. 12. conſil. 32. & conſil. 78.
idem in tract. feudo. parte prima. q. 8. numer. 19. verſic. 4.
ſub hac &c. Brunus conſil. 10. num. 14. & conſil. 11. num. 3.
Iacobinus à ſancto Georgio in d. inueſtitura feudali, in
verbo, Ita quòd dicti inueſtiti. numero ſecundo. Crauett.
conſil. 256. in fine. Didacus libro ſecundo. varia. reſol. cap.
18. num. 3. Niſi ergo ex aliis verbis demonſtretur in caſu
noſtro, hoc feudum eſſe ex pacto & prouidentia, dicen-
dum erit dubio procul, ex dicto verbo, hæredibus, hære-
ditarium eſſe.

Tertiò, & ad rem propius, quòd hæreditarium ſit, demonſtratur. In hac Sigiſmundi inueſtitura facta eſt imprimis cōceſsio Marchiæ ipſi Marchioni, & eſt in ea dictum pro ſe & hæredibus maſculis. &c. conſtituendo in illa primogenituram: deinde ſubiicit in ſecunda parte ibi, voluit inſuper. &c. quòd ille primogenitus poſsit relinquere quatuor caſtra ſuis ſecundogenitis, reſeruata Marchia primogenito. Et in hac ſecunda parte non adiicit Imperator aliqua verba, quibus ſignificet, illa quatuor caſtra eſſe debere feuda, vel hæreditaria, vel alterius naturæ. Quo ſtante dicendum eſt, eſſe hæreditaria ſecundum iuris regulam. Et in hoc feuda hæc ſeu caſtra iſta Marchionatus non ſequuntur naturam ipſius Marchiæ, iuxta reſponſum Decij conſil. 387. nume. 7. cùm loquitur de feudis Ducatus Ferrariæ. Nam illa doctrina procedit in dubio, non in claris, vt hîc.



10 Prætereà ſi iam Imperator † dedit facultatem illi pri-
mogenito diſponendi, intelligimus etiam datam eſſe illis
ſecundogenitis, ad quos dicta caſtra peruenient. arg. l. pa-
ter. §. quindecim. de leg. 3. & ſcribunt Bart. in l. peto. §. fra-
tre. nu. 2. de leg. 2. latiſsimè Tiraquell. de retractu cōſang.
§. 32. glo. 1. num. 5. 6. 7. Ita feudum effectum ſemel diuiſi-
bile, perpetuò durat diuiſibile. ita Socin. Sen. conſil. 68.
num. 32. lib. 2.

Quartò conſidero, quia voluit Sigiſmundus, quòd is
primogenitus poſsit relinquere d. quatuor caſtra, & quòd
illi filij ſint taciti & contenti ſuper cæteris quæ hæredita-
tem eorum contingerent. Hæc verba poſſunt recipere
duplicem interpretationem, vna eſt, quòd iſti filij & lega-
tarij acceptato legato caſtrorum nihil amplius conſe-
quantur in hæreditate patris, de bonis ſcilicèt allodiali-
bus, altera eſt; quòd nihil amplius conſequantur ex bonis
feudalibus, atque ita ex hac hæreditate. Prima interpreta-
tio nec vera, nec probabilis eſt. Nam, ſi vera eſſet, ſeque-
retur vnum iniquum contra ipſum ſecundogenitum, vt is
poſt mortem ſuam amitteret legitimam: ſi quidem ſi de
caſtris ſibi relictis non poſſet deinde diſponere, ſed tene-
retur illa relinquere vt peruenirent ad filios ſuos, tamquam
feudum ex pacto & prouidentia per hoc feudum amitte-
ret bona allodialia, atque ita ſuam legitimam: quod dicen
11 dum non eſt: ſi quidem ſua † legitima nec fraudari, nec o-
nere premi filij poſſunt. l. quoniam in prioribus. C. de in-
off. teſt. cum vulgatis ſimilibus. Eſt ergo quòd ſecundam
illam interpretationem ſequamur: qua quidem demon-
ſtratur, Imperatorem voluiſſe, feuda his ſecundogenitis re
licta eſſe hæreditaria: cùm hoc nomine hæreditatis appel
12 let. Nam cui verba † conueniunt, conuenit & diſpoſitio.
l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. cum ſimilibus.

Quintò, quòd ſit feudum hæreditarium, demonſtratur:
quia ita longa obſeruatione ſuſcepit interpretationem,
vt hæreditarium ſit. Eſt enim probabilis attendenda illa
13 † interpretatio, quæ ab obſeruantia proficiſcitur, vt latè
tradunt Crauet. conſil. 101. in fin. & conſil. 273. num. 13. &c.
Soc. Iun. conſil. 149. num. 10. lib. 2. obſeruantiam huius fa-
miliæ hanc fuiſſe demonſtratur. Ita enim ſuo teſtamento
diſpoſuit Marchio Ludouicus relinquendo caſtrum Can
neti D. Rodulpho & Ludouico filiis. ita etiam ſunt inter-
pretati hoc feudum eſſe hæreditarium iidem Rodulphus
& Ludouicus, dum anno 1479. conuenerunt, quòd vbi
Ludo. moreretur, ipſius pars caſtri & ſuorum iurium, ex-
cepta legitima, perueniret ad ipſum Rodulphum. Ecce,
quòd excipiendo legitimam, intellexerunt feudum eſſe
14 hæreditarium, alioqui malè excepiſſent † legitimam, quæ
ex vero feudo detrahi non poteſt. ita docuit gl. in cap. li-
cèt, de voto. vbi Io. Andr. & Hoſtien. latè. Dec. conſ. 269.
num. 15. Pariſ. conſil. 17. num. 30. lib. 2. Boer. q. 204. nu. 14.
& pulchrè ad rem noſtram declarat Ant. Capicius deciſ. 2.
Prætereà obſeruatum fuit à Rodulpho auo Dom. Maxi-
miliani, qui in humanis adhuc eſt. is enim Rodulphus ſuo
teſtamento reliquit oppidum Luzariæ Dom. Io. Franc.
eius primogenito, & caſtrum Caſtioni Domino Aloy-
ſio, vt referunt Socin. Iun. conſil. 160. lib. 2. & Alcia.
reſponſo 481.

Sextò ac vltimò, præſuppoſito etiam, quòd feudū hoc
ſit diiudicandum iuxta ſignificationem illorum verborū
inueſtituræ Sigiſmundi, Et eiſdem filiis hæredibus legiti-
mis maſculis, &c. adhuc dico, feudum eſſe hæreditarium:
hoc ſcilicèt modo, quòd ſuccedentes in feudo ſint filij, vel
deſcendentes ſint etiam hæredes. Atque ita dici poteſt,
15 hoc † feudum eſſe quodammodo mixtum ex pacto & pro
uidentia & hæreditarium. quam opinionem omnium pri
mus firmauit Iacobus Beluiſius in cap. 1. de eo qui ſibi &
hæred. & communem eſſe dixit Iulius Clarus lib. 4. ſen-
tent. iuris. §. feudum. q. 9. verſic. quandoque & tertiò. qui
Alex. Iaſonem, Gratum, Curtium Iuniorem, Ruinum, Pa
riſium, Soc. Iuniorem & Crauettam retulit. Quibus addo
Baldum conſil. 202. inueſtituram domini. col. 2. verſicul.
Nam verba dicunt. lib. 5. Didacum lib. 2. Varia. reſol. cap.
18. num. 3. propè finem. qui Brunum & alios recenſet. idē
reſpondit Loffredus conſil. 46. nume. 11. & conſil. vlt. nu.
53. Arius Pinellus in l. 1. parte 3. nu. 87. C. de bonis mater.
16 Huius autem feudi † mixti ea eſt natura, vt de eo Vaſallus
teſtari poſsit inter ſuos, ita ſentiunt relati Doctores, &
poſt Curtium Iuniorem ſcribit Præſes Cacheranus deciſ.
161. num. 6. dum etiam ſcribunt venire hoc feudum in re-
17 ſtitutione fideicommiſsi. Eſt etiam ea huius feudi † natu-
ra, vt is qui in eo ſuccedit, ſit hæres primi inueſtiti, me-
diante perſona ſuorum anteceſſorum. ita ex Alexand. &
Gozad. ſententia aduerſus Curt. Iun. & Socin. Iun. fuiſſe
iudicatum à Mediolanenſi ſenatu teſtatur Iulius Clarus
lib. 4. ſent. §. feudum. q. 9. verſic. ſed quæro. an oporteat &
contra Curt. Iun. reſpondit Alcia. reſp. 186. num. 4. Brun.
conſil. 18. num. 14. & Pariſ. conſil. 65. numer. 32. lib. 3. Dec.
* conſil. 390. numer. 5. * communem dixit Silua conſil. 30.
num. 20.

Non obſtant in contrarium adducta, quibus ſigillatim
reſpondeo, tametſi ex iam relatis ſatisfactum illis videba-
tur. Ad primum itaque reſpondeo, imò veriorem eſſe opi
nionem iam ſupra firmatam, hoc feudum eſſe hæredita-
rium, vel ſaltem mixtum. Nec obſtant relatæ auctoritates
in contrarium adductæ. nam Raynerij auctoritas nullius
eſt ponderis, cùm de illa non conſtet. Nec credendum eſt
Baldo referenti, vt inquit Dec. conſil. 259. nume. 4. verſic.
18 prætereà, qui inquit, † auctoritates Doctorum non adiu-
uare aliquam opinionem cùm eorum ſcripta in fonte vi-
deri non poſſunt. Baldus verò in l. Gallus. §. etiam. de lib.
& poſthum. & in d. l. liberti, ſolùm affirmat hæc verba in-
telligi de hærede maſculo ſanguinis ad excluſionem ex-
traneorum: atque ita non negat Baldus duobus in locis iā
relatis; quin conceſsio ſit hæreditaria, & quin illi deſcen-
dentes debeant eſſe hæredes: immò expreſsè id ſenſit, dū
vult extraneos eſſe excluſos. Ita etiam intelligendus eſt
Baldus in d. l. Caius. ff. ſoluto matrim. ita etiam loquitur.
& clarius Aret. in d. l. pro hærede. §. 1. col. 2. verſic. 2. aduer
te, de acquir. hæred. ita pariter loquitur Alexan. in d. §. e-
tiam. num. 4. dum ſequitur Baldum in d. l. liberti libertæ-
que. & clarius idem Alex. conſil. 105. num. 2. lib. 1. & conſ.
139. num. 2. 6. lib. 6 quo poſteriore diſputat, an in ea ſub-
ſtitutione verbum, hæres, ſolùm ad deſcendentes ſpectet;
vel etiam extraneos cōprehendat; non tamen negat quin
illi deſcendentes debeant eſſe hæredes. Ad auctoritatem
Decij multis in locis relatis reſpondetur, illi non eſſe de-
ferendum poſteaquam aliis in locis ſibi parum conſtans
fuit. ſic Iaſon d. conſi. 7. col. 9. non negat, quin deſcenden-
tes debeant eſſe hæredes. quemadmodum hoc clarè affir
mauit Brunus conſil. 25. col. vlt. in contrarium allegatus.
Ad auctoritatem Rubei & Pariſij dico pariter illos pu-
gnantia ſcripſiſſe, quemadmodum & Ruin. & Curt. Iun.
nec cæteri in contrarium allegati negant, quin deſcenden-
tes iſti hæredes eſſe debeant.

Non obſtat ſecundum fundamentum, quia illa verba legitimis ſunt poſita ad excluſionem illegitimorum, qui à feudi ſucceſsione arcentur. Atque ita intelligi facilè poteſt, hoc non eſſe verè & propriè feudum ex pacto & prouidentia, ſed eſſe hæreditarium, vel ſaltem mixtum. Quanquam verè credam (vt etiam ſupra dixi) illa verba pro ſe & hæredibus maſculis ligitimis, &c. nō referri ad hæc feuda Caſtrorum, quæ ſecundogenitis relinqui poterant, ſed ad ſolam ipſam Marchiam. volui tamen hæc ſcribere, quò abundè omni ex parte huic muneri meo ſatisfacerem.

Quò ad ſecundam iuris concluſionem, dicendum eſt,
quòd cùm iam demonſtratum fuerit hactenus feuda hæc
hæreditaria eſſe; illud ſequitur dicendum, Illuſtriſſ. Ioan.
Franc. teſtari eo modo potuiſſe, quo eſt teſtatus, adiicien-
do ſcilicèt conditionem & onus reſtitutionis: ſi quidem
19 ea eſt feudi † hæreditarij natura, vt de eo poſsit ad libitum
vaſallus diſponere & teſtari. ita in ſpecie huiuſmet feudi
reſpondit Pariſius conſil. 106. nu. 29. lib. 1. qui quidē con-
ſuluit, licuiſſe d. D. Ioan. Franc. teſtari & prælegare aliqua
feuda ex iſtis alteri filiorum, cùm feuda hæreditaria, vt cæ-
tera patrimonialia teſtamento relinqui poſsint. Illum ſe-
cutus ſum aliquando in reſponſo à me reddito pro Ge-
nuenſium Republ. quod eſt impreſſum poſt Tractatum
de recupera. poſſeſſ. artic. 3. nu. 44. vbi Albericum in ſuo
dictionario in verbo, feudum. & alios retuli. His accedunt
Ruin. conſil. 1. numer. 16. lib. 1. Iaſ. conſil. 236. col. 4. lib. 2.
Curt. Iun. in tract. feudorum. 4. parte princip. numer. 132.
Idem reſpondit Pariſ. conſil. 4. num. 27. lib. 1. & conſil. 11.
num. 33. lib. 2. & nouiſsimè Natta conſil. 501. nu. 14. lib. 3. &
nu. 22. verſic. item alio modo. ſi ergo licet Vaſallo de feu-
do hæreditario diſponere inæqualiter inter filios, à for-
tiori conceſſum ei eſſe intelligimus, poſſe adiicere condi-
tionem reſtitutionis ad commodum deſcendentium.

Secundò eo fundamento adducor in hanc ſententiam, quòd ita ex tenore primæ inueſtituræ licuiſſe conſtat.

† Tenor

20 † Tenor enim primæ inueſtituræ obſeruandus eſt:vti ſcri
bunt Dec.conſil.185.num.3.Curt.Iun.conſil.108.nu.18.&
in tract.feudo.parte 2.q.7.& alibi perſæpe. Et tenor inue
ſtituræ ſeruandus eſt,quoniam is legem & naturam feudo
tribuit:ita poſt alios ſcribunt Pariſ. conſil. 106.num. 20.
lib.1.Neuiz.conſil.11.num.6.& Zaſius in epito. feud. par.
5.num.60. Ex tenore ergo illius antiquæ inueſtituræ feu-
da horum caſtrorum poſſunt teſtamento relinqui & illa
21 facultas data eſt per verbum † poſsit, quo liberum tribu-
tum dicitur arbitrium. vti in ſpecie reſpondit Natta con
ſil.504.num.2.lib.3.

Tertiò ſuffragatur huic ſententiæ, quod ita ex longa
obſeruatione huius familiæ relata inueſtitura recipit hanc
interpretationem,vt pater poſſet de his feudis diſponere.
quemadmodum diximus ſuprà feciſſe anteceſſores ho-
22 rum Illuſtriſsimorum collitigantium.Et valet certè † con
ſuetudo vnius familiæ diſponendi ſub certo modo & for-
ma:vt ſi vni filiorum conſueuiſſet prælegari:ita Albericus
in ſuo dictionario in verbo,feudum.& tradunt Iaſ. in re-
pet.l omnes populi.num.42.de iuſt. & iure.& conſil.46.
num.3.lib.1.Soc.Iun.conſil.65.num. 34. lib. 1. Boer.q.155.
nume.29. qui latè idem in feudis his reſpondit.& hos ſe-
cutus ſum in dicto reſponſo pro Genuenſ. Republ. art. 3.
numer.47.& in ſpecie reſpondit Natta conſil.503. nume.
15.lib.3.

Quartò accedit multorum auctoritas,qui in ſpecie cen
23 ſuerunt, vaſallum poſſe de feudo † hæreditario ad libitum
diſponere ſuo teſtamento, & in eo adiicere conditiones:
ita Iſernia in cap.1.an agna.& in cap. 1. de alien. feud. pa-
ter. & plures in hanc ſententiam recenſet Pariſ. conſil. 2.
num 32.& conſil.3.num.20.lib.1.qui Alex: Brunum, De-
cium,Curt.Iun.& alios permultos citat. Quod verè du-
bium non habet. Illud etiam ſcribunt relati interpretes,
24 † feudum hoc hæreditarium venire in reſtitutione fidei-
commiſsi: vti tradunt etiam Bart. in l.vt iuriſiurandi.§.ſi
liberti.num.3.de oper.liber.& in l.ſi patroni. ff. ad Treb.
Bald.in l.cum virum. C.de fideicommiſſ. Alexand. con-
ſil.29.numer.15.lib 5.Curt.Iun. in tractat. feudo. parte 1.
princip.quæſt.8.num.20.& part.4.num.133.& alios retu-
lit Pariſ. d. conſil.3. num.26.lib.1.qui apertè reſpondit in
25 feudo hæreditario adiici poſſe onus reſtitutionis,atque ita
fideicommiſsi.

Quintò ac vltimò,dato (non conceſſo tamen)feudum
hoc non eſſe hæreditarium,& de eo regulariter non poſ-
ſe in teſtamentis diſponi : attamen adhuc cenſeo in caſu
26 iſto Do.Ioann. Franc. teſtari † & diſponere ita potuiſſe,
cùm Imperator directus feudi dominus eam diſpoſitio-
nem ex certa ſcientia confirmauerit,vt poſt Bald. in cap.
1.§.donare qual.feud.aliena.poterat.& in ſpecie huius no
ſtri caſus reſponderunt Dec.conſil.606.num.16. & Pariſ.
conſil.106.numero vigeſimonono.libro primo.idem re-
ſpondit Decius conſilio 194.numero quarto , verſic. ter-
tiò addo Signo.conſil. 10. & Brunum conſil.38.numer.3.
27 Nec illud aduerſatur,fore etiam † neceſſarium conſenſum
eorum qui ſuccedere habent. vt tradunt Iſernia in c.Im-
perialem.in princ. col. pen. & vlt.de prohib. alien. feud.
per Frider.Martin.Laud.& Card.in ca.1.§.donare , qual.
feud.alie.pote.quos ſecutus eſt Capicius decis.115. nu.2.3.
Quia illud procedit in feudo antiquo non hæreditario , vt
declarat Curt.Iun.tracta.feudo 4.parte.num.144.& ideo
Natta conſil.501.nu.29.lib.3.ſcribit. Prætereà in caſu no-
ſtro conſenſerunt deſcentes Io.Franc. ſi quidem inſtituti
ab ipſo Io.Franc. ac cæteri ab illis deſcendentes aditione
hæreditatis,pactionibus ac tranſactionibus.Io.Franc.te-
28 ſtamentum confirmarunt. & ob id diſſentire † non poſ-
ſent ſi in humanis agerent.vt ſcribunt omnes in cap. 1. §.
prætereà.quib.mod.feud.amitt.ex illo textu. Præpoſ.in c.
1.col.2.de alien.pater.feud.Rol.à Valle conſil. 2. num.35.
lib.1.cuius ſententiæ ea eſt ratio,quia hæres, dum defun-
cti perſonam refert,authen.de iureiuran. à moriente præ
29 ſtito.in princip.non poteſt defuncti † factum improbare.
l.cùm à matre. C. de rei vind. & tradunt in ſpecie Baldus
in l.qui ſe patris.num.9.C.vnde liberi.Alexand.conſi.13.
nu.7.& conſil. 19. num.14. lib.5.Afflict.deciſ.112.num.12.
cæteros prætereo.

Quò ad ter iam illam dubitationem , an Illuſtriſſ. Do.
Pyrrhus ex ſuo delicto præiudicium aliquod his ſuis de-
ſcendentibus attulerit : ita quòd ex illius facto immutata
fuerit natura feudi,& effectum ſit feudum nouum: de quo
licuerit Illuſtriſſ.Do.Federico teſtari , & ad commodum
Illuſtriſſ. atque Excellentiſſ. Dom. Ducis Mantuæ con
trahere. Qua quidem in re dicendum videbatur , feudum
hoc ſuam naturam mutaſſe, & adiectas reſtitutionis con-
ditiones ſublatas eſſe.

Primò,quia ſi concedimus,feudum hoc fuiſſe ac eſſe hæ
reditarium,inde ſequitur,ita ob vaſalli delictum publi-
30 cari † atque fiſco deferri potuiſſe,vt cætera patrimonialia
deferri ſolent.ita docuit Bart.in l.ſi finita. §.ſi de vectiga
libus.nume. 5. ff.de damn.infect.& in ſpecie tradunt Ne-
uiz.conſil.68.num.41.Boer.q.264.num.8. & alij permul
ti,quos retuli in tract. de recupera.poſſeſſ. Remedio no-
no.num.252. cùm ergo feudum delatum fuerit Cæſari , id
eſt domino directo,ſequitur ei licuiſſe pro ſuę voluntatis
arbitrio alteri concedere.ita reſpondit Pariſ.conſil.1.nu.
120.lib.1.poſt Corneum conſil.96.lib.4. Qua quidem ex
mutatione perſonę ſequitur mutatam eſſe feudi naturam,
vt infrà dicemus.

Secundò non parum illud vrgere videtur,quia hæc qua-
31 litas , quòd feudum deuoluatur † ad dominum directum,
ob vaſalli delictum,eſt qualitas feudo inhærens,quæ ſem
per feudum concomitatur.ita affirmarunt Afflictus deciſ.
282.num.15.Rubeus conſil.76.num. 4. Curt.Iun.in tract.
feudorum,par.5.num.2. verſic. poteſt reſponderi. Zaſius
in Epitome feudorum.par.10.num.101.Gozad.conſil.84.
num.4.& Pariſ.conſil.21.num.54.lib.1. & communem te
ſtatut Soc.Iun.conſil.68.num.126.lib.3. cùm enim domi
nus concedit feudum , ea ſub conditione concedere dici-
tur,donec vaſallus fidelis erit.quod probat cap.1.§.vltim.
quæ fue. prima cauſ. benef. amitt. ſiue ergo feudum hoc
ſit hæreditarium,ſiue ex pacto & prouidentia,ſemper di-
cendum videtur,ob Do.Pyrrhi Vaſalli infidelitatem, at-
que ita conditione ceſſante eſſe deuolutum ad ipſum Cæ
ſarem directum dominum. Qui quidem concedendo il-
lud alteri , nempè Dom. Aloyſio nouam naturam feudo
tribuiſſe videtur.& per conſequens eſſe extinctas omnes
illas conditiones ipſi feudo à domino Ioanne Franciſco
adiectas.

32 Tertiò accedit , quòd † vaſallus ob crimen læſæ maie-
ſtatis , cùm ſcilicet arma pro hoſte contra proprium do-
minum ſumit , non ſolùm ſibi ipſi in feudo præiudicium
adfert,verùm etiam & filiis ſuis,ita reſponderunt Pariſius
conſil.21.num.51.lib.1.& Soc.Iun.conſil.68.nu.126.lib.3.
& ſcriptum reliquit Iacobinus à S. Georgio in inueſtitu-
ra feudali,in verbo,Et dicti vaſalli promiſerunt non com
mittere feloniam,col.5. verſic. quinta cauſa. Qui quidem
interpretes alios eiuſdem opinionis recenſet , & teſtatur,
* hanc eſſe magis receptam opinionem. Hæc confirman-
33 tur,quia,ſi feudum hoc † hæreditarium eſt : quemadmo-
dum filius ob crimen læſæ maieſtatis à patre commiſſum
bonis hæreditariis priuatur.l.quiſquis. C.ad l.Iul.maieſt.
ita etiam carere debet feudo hoc hæreditario , cùm feudũ
34 hæreditarium † ſine hæreditate ipſa obtinere non poſsit.
ita in ſpecie reſpondit Alex.conſ.30.nu.17.lib.1.poſt Bal-
dum quem recenſet.Et idem docuit Imola in ca.2.nu.18.
verſic.ſed aduerte.extra,de feudis.

Et ex his deducitur,quòd quando Carolus V.conceſsit
hoc feudum Do.Aloyſio,quia deinde ceſsit filiis D.Pyr-
rhi , dicitur conceſsiſſe in vim feudi noui. Eſt enim hæc
35 multorum opinio , quòd ſi † feudum ad dominum dire-
ctum deuoluitur,& ab eo alteri conceditur, hæc conceſ-
ſio cenſetur facta in vim feudi noui. ita ſcribunt Dynus
in l.quod dicitur.ff de impenſ.in reb.dotal.factis.Alua.&
Iſernia in c.j.de vaſallo decrep.æta.Baldus in l. 1. q. 42.ff.
de rerum diuiſ. Raymundus in cap. Imperialem. §. inſu-
per.tit.de prohib.feud.alien.per Feder.Alexan.conſil.18.
num.5.& conſil.28.num.2.& num.18.lib.3.Decius conſil.
586.in fin. Iacobinus à S.Georgio in inueſtitura feudali,
in verbo dictique vaſalli,col.vltim.addite, quòd & Pariſ.
conſil.21.numer.57.lib.1. Qui quidem Doctores vno ore
(vt dixi)ſcribunt,quòd quando dominus directus, ob va-
ſalli feloniam apprehendit poſſeſsionem feudi ad ſe deuo
luti,& illud alteri concedit,feudum cenſetur nouum,non
36 autem antiquum.Nam mutatione perſonæ mutatur † feu-
di natura.Ita in ſpecie ſcribit Are.in l.ſi mihi & Titio , in
princ.nu.5.& ibidem col.vlt.ff.de verb. oblig. & apertius
Vldaricus Zaſius conſil.12.num.13.lib.1.ita etiam adiectio
37 ne † qualitatis nouam formam & naturam actus aſſumit.
l.ius ciuile.ff.de iuſt.& iure.vbi Bart. & Iaſ. & tradit glo.
in cap.ſtatutum , de electio. in 6. & ſcripſi in commenta-
riis de arbitrariis iudicum,&c.lib.1.quæſt.11.num. 13. Ac-
cedit



cedit glo.in clem.2.in verbo,ſanctioni. de vita & honeſt.
cleric.& quod reſponderunt Curt.Sen. conſil. 43. Teſta-
tor Auguſtinus,ad finem,& Socin.Sen.conſil.27.col.4.in
princ.lib.1.Et in ſpecie hac ratione vſus eſt Iaſon in d.l.ſi
mihi & Titio,in princ.col.vlt.verſiculo item inquantum.
de verb.oblig.Ex his conſequens illud fieri videtur, quòd
licuerit Dom.Federico de hoc feudo nouo diſponere ad
commodum Illuſtriſſ.atque Excellentiſſ.Do.Ducis Man
tuæ.Et tanto fortius,cùm ipſe Dom.Dux ſit ex eadem li-
nea iuxta doctrinam Baldi in l.voluntatis.C.de fideicom
miſſ.Decij conſil.390.nume.11. Bruni conſil. 36. & Curtij
Iunioris in tractatu feudo.parte quarta,numero 129. cùm
38 ſcribunt, † feudum vel fideicommiſſum alienari poſſe in
illos de familia.Hæc me reddebant hæſitantem,vt contra
hos Illuſtriſſ.fratres reſponderem.

Re tamen ipſa longè melius atque diligentius perpen-
ſa, ſum in contraria opinione , quòd imò Do. Pyrrhus ex
ſuo delicto nullam attulit his ſuis nepotibus detrimen-
tum , ita quòd ex illius facto immutata non fuit feudi na-
tura,vt de eo teſtari licuerit dicto Do.Federico. Quod vt
dicam,multis adducor rationibus & argumentis.

Primò ea ratione , quia iam diximus , hoc feudum eſſe
ſua origine hæreditarium , & Dom.Ioann.Franciſcum de
eo potuiſſe diſponere , adiiciendo onus fideicommiſsi &
reſtitutionis.Atqui quando res patrimonialis ſub onere
reſtitutionis relinquitur, grauatus eam reſtituere,non po-
39 teſt de ea diſponere:nec † eam per ſuum delictum perdere
ad detrimentum eorum qui ſuccedere debent. ita docuit
Bar. in l. Imperator. ff. de fideicomm . liber. quem ſecuti
ſunt Alexand.conſ.23.lib.1. Calcan.conſ.74.num.8.Rui-
nus conſil.124.num. 5.& conſi.129. numero 4.lib.2.& cõ-
ſi.23.nume.13.libr.5.Socin.Sen.conſi.121.num. 22. libr. 4.
Pariſius conſi.157.num.1. libro 4. Socinus Iunior conſilio
* 149.libro tertio, * communem eſſe teſtatur Rubeus con
ſi.154.nume.1.& ſi ipſe diſſentiat. Et hanc eſſe communẽ
& in foro ſeruari teſtatur Alciatus reſp.650.Hanc proba-
40 uit & Rolandus conſi.31.nume.25. lib.1. & in ſpecie † feu-
di hæreditarij fideicommiſſo ſuppoſiti, vt ex delicto gra-
uati fiſco non deferatur ad aliorum detrimentum,reſpon
dit idem Rolandus conſilio 1. nume. 44. libr. 3. Et idem
decidit Afflictus deciſ. 282. nume. 15.

Nec repugnat,quod Cæſar dominus directus feudi non
apprehendit,bona hæc Do.Pyrrhi delinquentis tamquam
fiſcus; ſed tamquam dominus directus, qui ob infidelita-
tem ſui vaſalli feudum apud ſe recipit in vltionem illatæ
* iniuriæ:iuxta * receptam illam doctrinam , quam proba-
ui in tracta. de recuperãda poſſeſsio.Remedio nono, nu.
41 248. cùm ſcripſi,quod, quando † vaſallus feudi poſſeſſor
deliquit,& ambigitur cui feudum acquiratur , an domino
directo,uel agnatis, vel damnum paſſo, id eſt offenſo,ve-
rè defertur feudi domino.Et eiuſdẽ opinionis addo Ol-
dradum conſil. 17. &c. apertius Ruinum conſil. 23. in fi.
libr.primo.

Reſpondeo Cæſarem non potuiſſe conſequi bona hæc
feudalia tamquam feudalia, ex quo naturam patrimonia-
lium fideicommiſſo ſuppoſitorum obtinuerunt:quod qui
dem fideicommiſſum Cæſar ipſe confirmauit . Quemad-
modum ergo bona ſimpliciter patrimonialia reſtitutioni
obnoxia non confiſcantur ita nec iſta. Et cùm concurrat
cauſa naturalis & accidẽtalis:naturalis ſcilicèt feudi , quæ
eſt,vt ob delictum vaſalli feudum ipſum domino deuolua
tur;accidẽtalis verò,vt feudum hoc ſit inſtar patrimonij,
& ob id fideicomm. ſubiectum confiſcari non poſsit. Ve-
rè dicendum eſt cauſam accidentalem tanquam contrariã
illi naturali eſſe ſpectandam.Ita declarat Bartol.in l.3. nu-
mero 1. ff. de tutelis. Alcia. in l. 2. in princ. nume. 42. de
verb. oblig.

Non etiam hîc aduerſatur illorum opinio,qui aſſerunt,
42 imò prohibita alienari † confiſcari:quia reſpondeo con-
fiſcari quò ad fructus,non autem quò ad propriitatem,ita
declarat Ripa in l. ex facto. §. ex facto . numero. 11. ff. ad
Trebell. & ſenſit Rubeus conſil. 154. numero 2. imò nec
fructus percipit fiſcus,cùm directò & expreſsim prohibi-
ta eſt alienatio.ita reſpondit Alci.reſp.659.

Secundò ſuffragatur ſolida hæc ratio,quod feudum hoc
ademptum Do.Pyrrho,& deinde ab eo Cæſare conceſſum
43 D. Aloyſio, † conceſſum verè fuit eo in ſtatu & gradu, vt
erat apud ipſum Domi . Pyrrhum . Quem quidem Dom.
Aloyſium dicit Cæſar ſe inueſtire ſecundum feudi naturã.
Quo fit vt illæ qualitates & conditiones omnes , quæ ine-
rant huic feudo tempore quo à D. Pyrrho poſsidebatur,
ſint repetitæ & in perſonam Aloyſij:& per conſequens in
perſonam filiorũ Do. Pyrrhi,quibus ab Aloyſio iura ceſ-
ſa fuerunt, vti probat tex.in capitu. 1.de vaſallo decrep. æ-
tat.quod tradunt Bal.in l.1.q.15. ff.de rerum diuiſ. Barto.
in l. quod dicitur.numer.9. ff. de impenſ.in reb. dota. fa-
ctis.glo.in capit.1.§.inſuper.de prohib.feud.alien.per Fe-
der. vbi Baldum. & Doctores alios plures recenſet Cur.
Sen.conſil.49.Memoriæ recolendæ,colu.20.verſic.tertiò
reſpondemus.idem conſi.ſequenti.colu.68.verſi.quo ca-
ſu vtendo.& col.ſeq.verſic.certo certius.& col.74. in fi-
ne.qui eiuſdem opinionis recenſet Caſtren. & Alex. Qui
bus accedunt & Afflictus in d.cap. 1. numer. 7. de vaſallo
decrepitæ æta.Brun. conſilio 79. Craue. in tracta. de an-
tiq. tempo. vltima part.nume.26.Hinc etiam Baldus in l.
vnica numer.31. C. quando non peten. partes. & cum eo
44 Alexan.conſi.30.numero 6.libro 1. ſcribunt.in feudo † re-
nouato cenſeri repetitas dictas omnes qualitates & con-
ditiones antiqui feudi. idem Alex. conſi.107. numer. 14.
libro.4. clarè Dec.conſi.53.col.2. verſ. ex quibus omni-
bus Gozad. conſi. 84.numer.5. ſi ergo feudum hoc ceſsũ
filijs Pyrrhi retinuit naturam & qualitates feudi antiqui,
ſequitur fuiſſe ac eſſe ſuppoſitum reſtitutioni fideicom-
miſsi conſtituti à Io. Franc.

Tertiò hoc feudum non immutaſſe naturam vel ex eo
conſtat,quod Carolus V. in reſtitutione Do. Pyrrhi & fi
45 liorũ anno 1530.dixit, ſe pleniſsimè † reſtituere Pyrrhum
& eius filios , ac ſi nunquam aliquod delictum perpetraſ-
ſet D. Pyrrhus. Quæ ſanè reſtitutio hunc parit effectum;
vt feudum non cenſeatur de nouo conceſſum: ſed potius
ſit adhuc antiquum cum ſuis conditionibus & qualitati-
bus in priſtinum reſtitutum,ita docuit Martin. Lauden.
in d. capitulo 1. de vaſallo decrep.æta. & ibidem Iſernia
Alua.& apertius Afflictus.numer.7.verſic. tamen hoc fal-
lit. Cur. Sen.d.conſi.50.col. 49.verſic. & pro hoc bene.
& col.68. verſi.quo caſu vtendo. Idem ſcriptum reliquit
Craue.tracta.de antiq.tempo. vltima parte.numero 26.in
fine. Nec adhibenda eſt differentia, quòd iam feudum fue
46 rit alteri,hoc eſt,Aloyſio acquiſitum:quia etiam † reſtitu-
tio plena prodeſt quo ad acquiſita etiam tertio,modo ſit
iuris ciuilis acquiſitio,qualis illa Aloyſij fuit. ita reſpon-
dit Decius conſil. 252. ad finem.poſt Card. in capit. quia
diligentia,de electio.& ibi Imola,in fine.Alexan.& alij in
l.Gallus.§.& quid ſi tantùm,de lib.& poſthum.Ruin.cõ-
47 ſi.21. libro 5. Eſt ratio,quia † reſtitutio dicitur eſſe repo-
ſitio in priſtinum ſtatum l.videamus.§. in Fauiana. de v-
ſuris.& l.quod ſi minor.§.reſtitutio.ff. de mino.Decius.l.
in condemnatione. §. cùm verbum, de reg. iuris. Marſil.
ſing. 17.ſcripſi in tract.de recupera.poſſ.in præludiis.nu-
mer.5. 6.

Quartò accedit ea vrgens & ſolida ratio, quod ad hoc
vt propter vaſalli crimen, ( Feloniam noſtri vulgò vocãt)
48 † feudum ad dominum deuoluatur, & alteri concedendo
mutet ſuam naturam:ita quòd ex feudo antiquo nouum
efficiatur:vel ferri debet ſententia condemnatoria,vel ſal-
tem declaratoria,qua declaretur voluntas domini,qui feu-
dum ad ſe euocat ob crimen illud à vaſallo commiſſum.
ita omnes in d. c. 1. de vaſallo decrep. æta. Et in ſpecie cũ
49 ob crimen † læſæ Maieſtatis feudum deuoluitur ad domi-
num,ipſo iure fore neceſſariam declaratoriam ſcripſit . I-
mola in capitulo ſecundo,numero 14. de feudis.Iaſ.in l.fi-
lio quem pater.numero 22. de liber.& poſthum. Crauet.
conſilio 239. numero ſecundo.vbi latè & Moderni Pari-
ſien. in commentariis. ad conſuetud . Pariſien . parte pri-
ma.§. 30. numero 106.cuius ſententiæ vera eſt ratio , quia
conſtare de ea qualitate debet,quæ pœnam infert.Nec ip
50 ſi † Principi in hoc plenè creditur,cùm de eius commodo
agatur.quod in ſpecie affirmarunt Cardinalis conſilio 128
in quæſtione quæ vertitur.Ruinus conſilio tertio, nume-
ro quinto,libro quinto.Pariſ. conſilio primo, libro pri-
mo,vbi permulta in diſcurſu.& latè idem affirmauit Cra-
ue.de antiq.tempo.parte prima. 1. particula.numero de-
cimooctauo. Atqui in caſu noſtro de crimine commiſſo à
D. Pyrrho,quo aſſeritur ab eo cauſatum feudũ,non con-
ſtat nec per ſententiam condemnatoriam , nec declarato-
riam:ſequitur ergò extinctam non eſſe illius feudi antiquã
naturam & eſſentiam. Nec aduerſatur factam eſſe declara-
tionem à Carolo V. qui, dum conceſsit feudum hoc D.
Aloyſio,declarauit Dominum Pyrrhum eo fuiſſe ab ipſo
priuatum,quia fuerat is D. Pyrrhus ſecutus partes Gallo-
rum ad-

rum aduerſus ipſum Cæſarem. cui quidem aſſertioni cre-
dendum videbatur,ex tex.in capitulo cùm nobis,de teſti-
bus.Reſpondetur eam declarationem eſſe habendam ac ſi
ſi facta non non fuiſſet. Nam (vti in hac facti ſpecie reſpõ
dit Decius conſilio 606. numero ſeptimo,octauo ) hîc ex
abrupto priuatio facta fuit:citatus non fuit Pyrrhus, im-
51 mò de ipſo crimine non conſtabat:id quod efficit, vt † pri
uatio illa fuerit omnino nulla, vt Dec.rectè reſpondit.cu-
ius quidem rationes & Doctorum auctoritates, quæ apud
eũ legi facilè poſſunt,non refero. Quibus accedunt quòd
52 etiam in † crimine hoc læſæ Maieſtatis conſtare debet de
ipſo crimine iudicialiter,& is factus reus citari debet, ac
demum ferri debet ſententia.ita Card.d.conſi.128.In quæ
ſtione quæ vertitur.Ruin.conſi.3.numero.5.libro.5. & ibi
declarat d. cap. cùm à nobis.& in ſpecie tradit Goza.con-
ſi.84.nu.8.
Quintò ac vltimò accedit,quod vbi dubia res eſt, præ-
ſumptio eſt,feudi renouationem factam in filios Domini
53 Pyrrhi † eſſe in vim antiqui,non autem noui feudi.Ita reſ
ponderuut Roma.conſilio 315. numero primo.Alexan.cõ
ſilio 30.numero ſexto libro primo.Ruin conſilio decimo-
quinto,numero tertio,verſi.quia ergo.& conſilio 90. nu-
mero quinto in fine.libro primo Decius clarè conſil. 53.
colum.vlt. verſi.quintò,quod feudum.conſilio 78.colum
na penul.verſi.& licet vaſallus.conſilio 263.numero ſecũ-
do in fin.& conſi.445.nume. 7.erit ergo huic præſumptio
ni ſtandum donec contrarium probetur,immo Io.Igneus
in l.1.§.ſi dominus.nume.40. ff.ad S.C.Sillania.ſcribit feu
dum non præſumi effectum nouum,niſi dominus conce-
dens ſpecialiter id dixerit.
Non obſtant adducta in contrarium,quibus etſi credã
ex iam traditis eſſe ſatisfactum:attamen in ſpecie reſpon-
deri ita poſſe opinor.Et ad primum reſpondeo, publica-
tionem illam efficere non potuiſſe his ſucceſſoribus qui-
bus ex eo teſtamento Cæſaris auctoritate confirmato feu
dum erat reſtituendum,vt iam diximus.
Non obſtat ſecundum,quia reſpondeo primò,illã qua-
litatem feudo inhærentem aſſumpſiſſe aliam naturam,nẽ-
pè bonorum patrimonialium ſuppoſitorum fideicommiſ
ſo,vt dixi ſupra.Quæ ſanè bona fiſco delata non fuerunt
ob delictum poſſeſſoris, in detrimentum ſucceſſorum.
Non obſtat tertium,quia verè ( vt diximus ) non potuit
Pyrrhus ex ſuo facto & crimine filiis ſuis præiudicium ad-
ferre.Nec illud aduerſatur,factum defuncti nocere ſuc-
ceſſori hæredi:cùm ſit iuris regula, hæredẽ non poſſe im-
54 pugnare † factum defuncti, quia non procedit illa regu-
la,quando à defuncto non habet, quòd ex alterius diſpo-
ſitione & voluntate debet conſequi. Ita in ſpecie noſtra
reſpondit Iaſ. conſilio 64. colum. 3.verſi.nec obſtat,ſi di
ceretur. libr.3. poſt Bart. in l. 2. in fine. C. de inoff. do-
nat. Quibus addo Craue. conſilio 200.numer.7.& Gram.
55 deciſ. 93. numero 11. 12. qui ſcribunt,tunc † hæredem nõ
teneri approbare factum defuncti, cùm is defunctus tene
batur omnino relinquere rem illam ipſi ſuo hæredi. At-
qui in caſu noſtro is Pyrrhus tenebatur hoc feudum reſti-
tuere ex diſpoſitione Io. Franciſci. non ergo potuit Pyr-
rhus delinquendo his ſuis hæredibus præiudicare.
Non obſtat quartum & vltimum,quia reſpõdetur,feu-
dum hoc non fuiſſe conceſſum Aloyſio in vim feudi no-
ui; imò antiqui, vt iam diximus, nec mutatione perſonæ
mutata dicitur natura feudi. ita Zabarella conſilio 92. Fa-
uendo pupillis colu.1. verſi. nec etiam noua.cùm reſpon-
dit, ex noua forma inueſtituræ,feudum antiquum & pater
num non effici nouum. Et clarius ac in ſpecie magis reſ-
pondit Ruin. conſilio 15.numero 3. verſi. nec obſtat. lib.
1. cùm dixit, non cenſeri mutatam naturam feudi antiqui,
etiamſi aliis perſonis extraneis de alia agnatione conceſſa
ſit noua inueſtitura : quidquid Aret. & Iaſon ſcripſerint
in d.l. ſi mihi & Titio . Quod ſine controuerſia procedit
cùm renouatio facta eſt inſtar antiquæ, vt hîc factam fuiſ-
56 ſe diximus. Quòd autem dicitur, mutatione † qualitatis
nouam formam & actum conſtitui, intelligitur,cùm qua
litas ſubſtantialis immutatur:ita in ſpecie declarãt Ruin.
conſilio 20. numero ſeptimo. & clarius conſilio 35. nume
ro 9. in fin libro 1. & Gozad. conſilio 84. numero 12. In
caſu noſtro nulla qualitas ſubſtantialis fuit mutata ; ob id
feudum hoc ſuam priſtinam naturam retinet. Quibus ac-
cedit quod hoc in caſu , Carolus V. cùm eam conceſsio-
nem ipſi Aloyſio fecit, non apprehenderat poſſeſsionem
ipſius feudi, atque ita non erat facta incorporatio ( vt no-
ſtri dicunt ) in ipſum Carolum , vt concedendo alteri di-
catur feudum nouum dediſſe. ita declarant Gozad.conſi-
lio 84. numero 10. & Afflict. in d. c. 1. numero 7. verſi.
ego in hac. de vaſallo decrep. æta. Nec ( inquit Afflictus)
ciuilis ipſa poſſeſsio, quam directus dominus habet,hoc
in caſu ſufficit : ſed corporalis, ſeu naturalis debet eſſe ap
prehenſa, quod docuit & Bald. in l. 1. q. 15. ff. de rerum
diuiſ. & cum eo Iaſ. conſilio 64. colum. 2. verſi. ſecundò
poſſunt.libro 3. Prætereà, iam diximus filios Pyrrhi fuiſ-
ſe reſtitutos, quæ ſanè reſtitutio efficit , vt illud feudum
non nouam naturam,ſed antiquam retineat His intelligi
mus illæſa fore iura horum Illuſtriſs. fratrum,in quorum
detrimentum non potuit diſponere vel contractu vel te-
ſtamento D. Federicus patruus. Habent enim ij ſuccede-
57 re † vti proximiores . D. Federico,cuius perſona ,vt vlti-
mi decedentis conſideratur.c.1.de nat.ſucc.feud.vbi Bald.
& tradunt Soc. Sen. conſilio 86.colum.penult. verſic. &
pro iſta.libr.3.& Iaſ.conſilio 17.libro 3. Quocirca non ob
ſtat illa Baldi doctrina in l.voluntatis.C.de fideic.ac alio-
rum,quos in illo quarto fundamento retulit . Accedit ex
alio etiam non obſtare.Siquidem dolo & fraude facta vi-
detur hæc alienatio in Illuſtriſsimum Ducem potentiorẽ
odio horum Illuſtriſsimorum fratrum. Quò fit vt nullo
58 iure ſubſiſtat. Iure enim prohibentur † alienationes factę
in potentiorem. toto. titu. C. ne liceat poten. & tradunt
Craue.conſilio 205. ad fi. Iacob.de Leonardis inter conſi-
lia Bruni conſilio 114.numero 82. Quod procedit etiamſi
ſit de agnatis.ita reſpondit poſt Baldum Alexand.in con-
ſilio 9.numero 5. libro tertio,quem ſecutus eſt Iaſ. in l. ſi
ita quis.§.ea lege.numero 10. de verbo.oblig.& ideo reſ-
pondit Iaſ.conſilio 149.in fi.libro 4. alienationem præſu
mi fraude factam,cùm fuit facta in potentiorem . Ita etiã
59 prohibetur † alienatio in fraudem facta . vti videmus in
eo qui ad euertendum fideicommiſſum fraude alienat. l.
Titius.ff.ad S. C. Treb. Bart. in l. Imperator. §. vlti. de
leg. 2.Soc. Sen. conſilio 31. numero 12. libro quarto . Ita
nec feudum per fraudem alienari poteſt in eum , cui iure
ſuo non defertur mortuo alienante : quandoquidem à fi-
60 deicommiſſo ad feudum argumentũ † duci ſolet.ita De-
cius conſilio 415. numero 33.poſt Iſerniam, quem refert.
fraus autem & dolus D.Federici alienantis,vel ex eo pro-
batur,quod grauis,ob præteritas lites, extabat inimicitia.
§. item propter.Inſt. de excuſ.tut. cum ſimilibus. Eſt er-
61 go † præſumendum quòd in odium horum fratrum nolue
rit alienare:ita Pariſius conſilio 14.numero 41. libro pri-
62 mo,& fraus etiam & dolus detegitur ex eo quòd † clàm is
D. Federicus alienauit , arguit clandeſtinitas dolum &
fraudem. Si quidem qui malè agit, odit lucem. cap. con-
ſuluit.de off. deleg. ita ex clãdeſtinitate fraudem argu t
Baldus in l. ab Anaſtaſio 5.nota. C. mandati . & ſcripſi in
commentar.de arbitr.iud.libro ſecundo caſu 194. nume
ro decimooctauo vbi & alios permultos retuli . Eſt ergo
concludendum, Dominum Federicum ex ſuo teſtamen-
to,vel contractu nullum præiudicium potuiſſe adferre Il-
luſtriſsimis iis D.fratribus,cùm feuda hæc talis naturæ fue
rint, vt tranſactionibus, diuiſionibus ac teſtamentis eam
conditionem recipere potuerint. quòd non tranſirent in
alios quàm in proximiores : quæ ſanè conditio immutata
non fuit ex ea noua conceſsione facta à Cæſarea Maieſta-
te poſt delictum à D.Pyrrho perpetratum:vt iam ſatis de
monſtratum fuit.Et præſuppoſito, feudum hoc eſſe anti-
quũ ex ſolo pacto & prouidentia,multò minus de eo diſ-
poni & alienari potuit in præiudicium horum Illuſtriſsi-
morum fratrum. Atque ita iuris eſſe cenſeo,rectiore iudi-
cio ſaluo.
Quòd verò ad cauſam poſſeſſoriam attinet, dum dubita-
tur,an Illuſtriſs. ij D. fratres hæredes & ſucceſſores Fede-
rici patrui,aliquo remedio tanquam ſpoliati ab Illuſtr. D.
Duce Mantuæ , ad ſuam priſtinam poſseſsionem reſtitui
debeant.Qua quidem in re dicendum videbatur,non eſſe
ſibi aliquod remedium , quo reſtituantur, iure tributum.
63 Primò,quia vt † ſpoliatus valeat reſtitui,probare debet
tempore quo aſſerit,ſe ſpoliatum fuiſſe , quòd poſsideret:
cùm priuatio habitum præſupponat præceſsiſſe. l. manu-
miſsiones.ff. de iuſt. & iur. l. decem. §. decem , de verbo.
obliga. ita in ſpecie ſpolij ſcribunt Bal. in c. cum eccleſiã
Sutrina.



Sutrina. numero 13. de cauſa poſſeſſ. & propr.Corn.con-
ſilio octauo numero ſecundo libro primo & conſilio 117.
numero ſeptimo,libro quarto.& ſcripſi in comment. de
recup. poſſeſſ. in præludiis. numero primo . Atqui in ca-
ſu hoc non videtur Illuſtr. D. Pyrrhus Iunior & illius fra
tres poſſediſſe hoc caſtrum,quo aſſerunt,ſe ſpoliatos fuiſ-
ſe:non ergo reſtituendi videntur.Quòd autem non poſſe-
derint,vel ex eo patet,quòd ſolùm miſſi ſunt in poſſeſſio-
nem ex primo decreto prouenienti ex perſonali actione.
64 quod ſanè primum decretum † poſſeſſionem non tribuit,
vti probat l.3. §. genera.ff. de acqui. poſſeſſ.& ibidem Iaſ.
numero 11.& eſſe communem ſententiam teſtatur Alexã.
in l.à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. numero 22. 23. & ibi Iaſ.
numero 15.ff.de re iud. qui ſcribunt huic miſſo in poſſeſ-
65 ſionem ex hoc primo † decreto non reddi interdictum
vnde vi. & communem eſſe teſtantur Decius cõſilio 400
numero octauo in fine. Michael Vrcurrus in repe. l.ſi fini
ta. §. Iulianus.ff. de dam.infect.Dubium autem non vide-
tur,quin ij Illuſtriſs. fratres actionem perſonalem moue-
rint:quandoquidem ob ſecutam euictionem , quæ fuerat
66 promiſſa in bonorum diuiſione,egerunt.pro † euictione
autem tres actiones ſunt proditæ, quæ perſonales omnes
ſunt:nempè,exempto,ex ſtipulatione de dupla,& ex ſtipu
latione rem habere licere.l. 2. l. qui à pupillo.l. habere li-
cere.ff. de euictio.& in illis locis,alibi ſæpe tradunt Do-
ctores.& doctè ac eleganter pro more annotauit Gabriel
Mudæus de actionibus empt. capitul. quando committa-
tur ſtipulatio.numero ſecundo, vbi harum actionum na-
turam & differentiam explicauit.
Secundò,quòd Illuſtriſs.ij fratres non ſint reſtituendi,
illud ſuadere videtur,quòd illa poſſeſſio caſtri ab Illuſt.D.
Duce Mantuæ occupata , & deinde tradita Illuſtriſs. D.
Federico,confirmata videtur auctoritate Cæſareæ Maie-
ſtatis:cùm imperator mandauerit,nullum præſtari debere
impedimentum ipſi Illuſtr. D. Duci, quin tanquam hæ-
res ipſius Federici poſſet illius bona conſequi: & ſi conſe-
qui debuit bona,etiam poſſeſſionem caſtri debuit poſſe
adipiſci,cùm eã obtineret Federicus, cui ipſe Dux ſucceſ-
67 ſit. Illud autem clarum eſt in iure, † ſpoliatum principis
auctoritate,non eſſe ante omnia reſtituendum. ita reſpon
dit Bal. conſilio 295. Ad euidentiam,libr.3. quem retulit
Afflict.deciſ. 361.numero 12.Pariſ.conſi.99.nu.18.li.4. &
Ripa in c.ſæpe.nu.87.de reſtit.ſpol.
Tertiò ea ratione non videtur ante omnia ij Illuſtr.fra-
68 tres reſtituendi, quia hîc agitur de caſtro † munitiſſimo ,
quòd difficilis eſſet recuperationis, caſu quo in iudicio pe
titorio ij fratres ſuccumberent.iuxta doctr. Caſtren.in l.
2.C.de edic.diui Hadria.toll. Alexan. in l. naturaliter. §.
nihil commune. numero vigeſimoprimo, & ibi Ripa nu-
mero 75.de acq.poſſ.alios permultos idem quod Caſtren
ſis affirmantes retuli in tract. de recuper. poſſ. remedio 1.
num. 309.
Quartò ac vltimo, nulla videbatur habenda ratio huius
ſpolij,cùm Illuſtriſs. ij fratres mortuo Federico ſint con-
69 ſecuti † poſſeſsionem; & ſatis primum ſpolium purgatũ
dicitur.ex his quæ ſcripſi in trac. de recup. poſſ. remed.1.
num. 382.
His tamen minimè refragrantibus contrariam ſententiã
veriorem opinor:immò Illuſtr.hos fratres eſſe priùs & an
te omnia reſtituendos.
Primò,ea ratione ſunt reſtituendi, quod illa miſſio in
poſſeſſionem facta creditur non ſolùm virtute actionum
perſonalium,quæ ordinariè atque regulariter redduntur,
ob ſecutam euictionem;verum etiam virtute hypotheca-
riæ.Si quidem aſſertum eſt mihi in ea diuiſione inita in-
ter hos fratres & ipſum Federicum patruum fuiſſe adhibi
70 tam † hypothecam omnium bonorum pro obſeruatione
ipſius diuiſionis. id quod pro more ſolet adhiberi in his
inſtrumentis,vti etiam ita obſeruari apud ſuos Louanien
ſes teſtatur Mudæus de actionibus emp.c. quomodo de e-
uictione cauendum ſit.numero 2. Atqui miſſus in poſſeſ-
71 ſionem ex primo decreto † virtute actionis hypothecarię
poſſidere dicitur,vt tradunt Bart.Aret.& Alexan.in l.3.§.
* genera.ff.de acq.poſſ.& ibi Iaſ.numero 24.* communem
eſſe teſtatur.& ibidem Aret.numer.80.verſi.licet autem,
vbi poſt Baldum in capit.1.numero 10. de mil. vaſall. qui
contumax eſt,idem egregiè cenſuit, cùm actione perſo-
nali annexã hypothecariæ miſſus eſt in poſſeſſionem , vt
hîc contingit.In ſimili hypothecaria idem tenent Vrcur-
rus in d. §. Iulianus. numero 231.Ant.Neguſ.in tract . de
plg. parte tertia membro primo,numero trigeſimoprimo
qui ſentiunt huic ita poſſidenti reddi etiam interdictum,
vti poſſidetis.id quod reſpondit & Marcus Angelellus in
ter conſilia criminalia diuerſorum conſilio quadrageſi-
moſeptimo,numero nono lib.2.Dubitatione tamen non
caret relata communis Doctorũ opinio, vt ſcripſi in trac.
de retinenda poſſeſ.remedio 1. nu.221. Verùm nunc ſecu-
tus communem dico hos eſſe effectos poſseſſores ſi er-
go poſſeſſores extiterunt ij fratres tempore quo deiecti
fuerunt,ſunt interdicto vnde vi aut alio ſimili remedio re
ſtituendi. Confirmatur,quia ex ea miſſione in poſſeſſionẽ
ij fratres fructus perceperunt:vt iuſſi ſunt percipere:verè
ergo poſſidebant.ita Iaſ. in dicto. §. genera.numero duo
decimo poſt Bald. quem citat. & tradit Alex. d. §. Iulia-
nus.numero 25.Quinimò,cùm ex magna contumacia d.
D. Federici miſsio ſit facta in poſſeſſionem, dubium non
eſt,quin ſint facti poſseſſores.Iaſ. d. §. genera. numero 13.
* Vrcurr. d. §.Iulianus numero 214.* cõmunem dicit Dec.
in c.conſultationibus nu.10.de app.
Secundò,quòd ij fratres poſſiderent illo deiectionis tẽ-
pore vel ex eo etiam demonſtratur , quòd in eo diuiſionis
inſtrumento aſſeritur poſt clauſulã illam hypothecæ om-
72 nium bonorum adhibita etiam † clauſula cõſtituti & prę-
carij. quæ quidem operantur tranſlationem poſſeſſionis
ſub conditione,hoc eſt, eueniente caſu euictionis. l. que-
dam mulier. ff. de rei vind. l. Pomponius. §. ſi is qui præ-
cario.ff.de acq.poſ.iuncta.l. ſi ſub conditione. ff. de ſolu.
& reſpondit Angelellus d.conſil. 47.numero nono & de
clauſula precarij & conſtituti tradit latiſſimè Tiraq.trac.
de iure conſtituti,ampl. 1. numero ſecundo,& ibi amplia.
11. ſcribit,reddi pro ea poſſeſſione remedium recuperato
riũ.ex interdicto,vnde vi.Cum ergo miſſi fuerint in poſ-
ſeſſionem ij fratres ratione omnis iuris ſui,ſequitur dicẽ-
dum eam miſsionem fuiſſe potius confirmatoriam poſ-
ſeſſionis , quam ſub conditione obtinebant , quàm noua
poſſeſſio.
Tertiò, dato ( vt dici ſolet ) non tamen conceſſo,quòd
ij fratres ſolùm aſſecuti fuerint detentionem ex hac miſ-
ſione in poſseſſionem ex primo decreto ; attamen adhuc
ante omnia ſunt ad eam detentationem reſtituendi.Nam
73 & ſi detentori † non reddantur quædam remedia re-
ſtitutoria,vt illud ex interdicto,vnde vi:nihilominus cõ-
ceditur remedium ex iudicis officio:quemadmodum mul
torum auctoritatibus ſcripſi in tract. de recuperanda poſ
ſeſ. remedio vltimo.nu.21.
Non obſtant nunc adducta in contrarium,ſi quidem,et
ſi reſponſum ſatis ſit ex iam relatis,ita in ſpecie ſatisfacio.
Ad primum reſpondeo,& concedo , ex primo decreto à
iure perſonali prouenienti non trãsferri poſſeſſionem:ſed
nos agimus de decreto primo ex hypotheca , non autem
ex iure perſonali,vt iam diximus . Quod ſanè hypothecæ
ius efficit,vt miſſus in poſſeſſionem poſſidere dicatur.Prę
tereà,vt dicebam paulò antè,negari nõ poteſt,quin is miſ-
ſus in poſseſſionem ex primo decreto ob ius perſonale ,
ſaltem detineat : at detentori competere iudicis officium
reſtitutorium,iam diximus.
Non obſtat ſecundum:quia reſpondeo, illam doctorũ
ſentẽtiam poſſe procedere,cum Princeps & ſuperior cau
74 ſa † cognita eam ſpoliationem ſua auctoritate confirmat.
ita ſcripſi in comment. de recup. poſ.remedio 8. numero
72. poſt Sali.in l. auctoritate. C.vnde vi. Barba . conſilio
41. colum. 5. libro primo & Capic. deciſ. 69. numero 14.
& alios ibidem relatos.Atqui noſtro in caſu auctoritas il-
la Cæſareæ Maieſtatis re non cognita fuit adhibita , nullo
ergo pacto nocere poteſt . Præterea, & ſecundò , ad rem
noſtram ea auctoritas non videtur conferre; quandoqui-
dem conceſſa illa fuit quò ad proprietatem, vt ſcilicèt nõ
impediretur illuſtriſs. D. Dux Mantuæ,quin poſſet con-
ſequi hæreditatem D. Federici : nihil ergo quò ad poſſeſ-
75 ſionem. Sunt enim duo hæc, † proprietas & poſseſſio,ad-
modum ſeparata. l. naturaliter. §. nihil commune ff. de
acqui.poſs. & ibi Doc. præſertim Ripa. nume. 13.14.mul-
ta ſimilia adferunt. Nec enim ( vt dixi ſupra ) in dubio
voluit Cæſarea Maieſtas confirmare poſſeſſionem vio-
lentam.
Non obſtat tertium,quia reſpondeo , caſtrum non cen
ſeri ita munitum,quin vi poſſit ab Illuſtr. Duce Mantuæ
occupari, atque, ſi caſus eueniet ,recuperari : quemadmo
dum iam ſemel anno 1559. vel ſequenti ipſe Dux adhibitis
tormentis aliquot bellicis occupauit . Rurſus & ſecundo
loco

loco reſpondetur, cauſam proprietatis verſari coram ſu-
76 premo Cæſaris tribunali. Qui quidem † Cæſar eſt maxi-
mè potens exequi ſententiam & expugnare caſtrum &
oppidum, ſi Illuſtriſs. ij fratres recuſarent reſtituere & pa
rere ſententiæ, ſi ferri contra eos (quod non creditur) cō-
tingat: atque ita declaraui in eo tracta. de recuper. poſſeſ.
remedio primo, nu. 314.

Non obſtat vltimum, quia reſpondetur primo, quod ſi
hic ingreſſus poſſeſſionis factus ab Illuſtriſs. his fratribus,
77 mortuo Federico, † ſpolij nomen obtinere poteſt, dicen
dum eſt, non purgaſſe primum contra eos commiſſum:
cùm primum fuerit maius hoc ſecundo: ita dixi in d. tract.
de recup. poſ. remed. 1. numero 383. poſt. Caſtr. & alios
plures. At hîc fuiſſe maius non eſt dubium: quia violen-
ter fuit illud commiſſum contra mandatum iudicis, qui
iam eos poſſeſſores fecerat. Si verò dicimus ingreſſum
hunc obtinere nomen continuationis poſſeſſionis, vt ve-
rius credo: cùm fratres ij nunquam deſierint habere ani-
78 mum poſsidendi, ſatis dicuntur recuperaſſe † incontinen
ti. l. 3. §. eum igitur. ff. de vi & vi arma. & ſcripſi in tract.
de recup. poſ. remedio primo numero 385. & reſpondit
Ruinus conſilio. 43. numero 3. libro quarto. Quòd ani-
79 mum habuerint † retinendi poſſeſſionē probatur ex pro-
teſtationibus ab eis non ſemel factis, quæ animum decla-
rant: ita omnes in capitulo cùm M. Ferrarienſis, de con-
ſti. ibi Ripa numero 115. Cæteros ſciens prætereo. Reti-
nuerunt etiam ſemper ciuilem, quæ in animo ſolo conſi-
ſtit. l. 3. §. ex contrario. de acquirend. poſſeſ. cuius quidē
80 cauſa † ingredi naturalem potuerunt. Barto. l. 1. §. inter-
dum. numero 3. ff. vti poſſid. Afflictus deciſ. 403. colum.
3. Ripa cap. ſæpe. numero 78. de reſtit. ſpol. & Pariſ. con-
ſilio 24. numer. 14. libro primo & ſcripſi de recuperanda
poſſeſſione. remedio nono, numero 194. Plura & diligen-
tiori ſtudio in hac poſſeſſorij diſceptatione ſcripſiſſem,
niſi crediddiſſem Cæſaream Maieſtatem non tantùm cau-
ſam poſſeſſorij rationem habituram, quin maior futura ſit
apud eam petitorij, meritorumque cauſæ diſceptatio &
cognitio. Ita ergo iuris eſſe concludo, rectiore iudicio
ſaluo.

Iacobus Menochius I. C.

## SVMMARIVM.

1 *Dictionis donec, & interim, ſignificatio.*
2 *Hæreditatem ad tempus non dari.*
3 *Hæredis inſtitutio pura quando concurrit cum cōditionali, pura præualet.*
4 *Hæredis inſtitutio pura vltimo loco facta priorem tollit.*
5 *Hæres ad tempus inſtitui non poteſt.*
6 *Vxor in vſufructu ad tempus inſtituta, dicitur abſolutò hæres.*
7 *Teſtatorem non præſumi elegiſſe viam, qua ſuum teſtamentum rumpitur.*
8 *Legatum vſusfructus cedere ſolum à die aditæ hæreditatis.*
9 *Vſusfructus omnium bonorum relictus vxori eſt inutilis, ſi poſt eius vitam hæredes ſunt relicti, quod ibidem & paulo poſt declaratur.*
10 *Verbum, inſtituo, eſſe directum.*
11 *Verbum, inſtituit, exponitur aliquando pro ſubſtituit.*
12 *Hæredes duo eſſe poſſunt, vnus directò, alter vtiliter.*
13 *Subſtitutio facta per verba directa trahitur ad fideicommiſſum.*
14 *Diſpoſitio vbi pura eſt, licet reſolutio differatur, nō tamen actus redditur conditionalis.*
15 *Idem procedit in vltimis diſpoſitionibus.*
16 *Inſtitutio pura, ſi reſoluitur ex aliquo euentu ius in ſubſtantia non minuitur.*
17 *Statuto excludente fœminas donec maſculi extabunt, maſculi ſunt hæredes, & poſt eos fœminæ reintegrantur.*
18 *Reſtituere ſibi ipſi gratiam nemo poteſt.*
19 *Tranſmiſſionem non impediri cum inſtitutio eſt pro parte temporis pura, & pro parte conditionalis, ſed infrà declaratur.*
20 *Conditio purificata efficit, vt ius ſuſpenſum alteri accreſcat.*
21 *Tranſmiſſionem non impediri ab impedimento extrinſeco.*
22 *Item nec impediri cùm defectus non eſt in iure deferendi, ſed ſola ſuſpenſio in iure agnoſcendi.*
23 *Grauatus reſtituere bona interim ea poteſt alienare: quod infra declaratur.*
24 *Alienare qui poteſt in extraneos, facilius poteſt in ſuos hæredes.*
25 *Hæreditas delata ſub conditione, ea eueniente efficit hæreditatem eſſe liberam apud hæredem illum.*
26 *Vxore inſtituta à viro ad tempus in re certa, adita ſemel hæreditate ex toto illa hæres fit.*
27 *Approbans ſemel actum, improbare amplius non poteſt.*
28 *Actus compropatus ſemel iudicis auctoritate, improbari amplius non poteſt.*
29 *Subſtitutionem ſtrictè interpretari.*
30 *Tranſmiſſionis ius à teſtatoris voluntate prouenire, & infra.*
31 *Tranſmiſſioni locum non eſſe cùm hæres, cui eſt facienda reſtitutio deceſſit ante vxorem teſtatoris, cui uſusfructus relictus fuit.*
32 *Tranſmiſſionem eſſe ex voluntate teſtatoris.*
33 *Dilectus in inſtitutione, etiam prædilectus dicitur in ſubſtitutione.*
34 *Tranſmiſſionem ceſſare cùm magis dilectus excluderetur.*
35 *Tranſmiſſio cuius cauſa & fauore conſideretur*
36 *Legatum factum vxori poſt eius mortem filiabus & earum hæredibus, altera filiarum ſuperſtite, hæres præmortuæ filiæ excluditur.*
37 *Fideicommiſſum conditionale non tranſmitti.*
38 *Inſtitutus, ſi nulli ex muliere illa naſcentur, dicitur ſub conditione inſtitutus.*
39 *Conditio appoſita circa actus reſolutionem efficit actum conditionalem.*
40 *L. hæreditas ex die. ff. de hæredibus inſtituen. ſenſus & declaratio.*
41 *Inſtitutus, donec & interim, &c. cuius fauore deficiat inſtitutio.*
42 *Item ad cohæredis fauorem limitate dicitur.*
43 *Teſtatoris poſtrema voluntas attenditur.*
44 *Inſtitutio poſterior plena magis dicitur.*
54 *Teſtatorem non præſumi ſtatim voluiſſe recedere à prima diſpoſitione.*
46 *Correctionem eſſe ſemper euitandam.*
47 *Inſtitutus donec & interim filij naſcantur, vſufructuarius efficitur.*
48 *Vxor inſtituta in uſufructu, ei dato poſt mortem hærede, fideicommiſſo grauata dicitur.*
49 *Item ex aliorum opinione cohæres poterit adire hæreditatem ea vxore viuente.*
50 *Inſtitutus ſub conditione bonorum poſſeſſionem petere poteſt.*
51 *Teſtamentum an confirmetur cum hæres ſub conditione conſequitur bonorum poſſeſſionem.*
52 *Bonorum poſſeſſor alienare & creditoribus ſatisfacere poteſt.*
53 *Bonorum poſſeſſio data hæredi inſtituto ſub conditione, facti & non iuris eſt.*
54 *Hæredibus duobus inſtitutis vno purè, altero ſub conditione, quomodo deferatur hæreditas.*
55 *Hæredibus duobus coniunctis: & unus purè. alter ſub conditione ſit vocatus, quomodo hæreditas eis acquiratur.*
56 *Hæreditatem in ære ſtare non poſſe.*
57 *Hæres vnus tantum ſub conditione inſtitui poteſt.*
58 *Hæreditatem repræſentare corpus fictum.*
59 *Teſtamentum conſiſtere, & ſi ſtatim non adeatur hæreditas.*
60 *Hæreditas iacens defunctum repræſentat.*
61 *Hæreditatem in ære ſtare non poſſe quomodo intelligatur.*
62 *Dictiones, interim & donec, conditionem non ſignificare.*
63 *Teſtatorem voluiſſe ſtatim ſe corrigere, non præſumi.*
64 *L. ſi te ſolum. §. primo. ff. de hæredibus inſtituendis intellectus.*
65 *L. nam ad ea. ff. de cond. & demon. declaratio.*
66 *Saliceti traditio in l. extraneum, la 1. q. vlt. C. de hære. inſt. & ſequacium.*
67 *Vxorem in vſufructu inſtitutam, dato ei hærede poſt mortem. eſſe purè hæredem. & ob id tranſmittere hæreditatem illam.*
68 *Bonorum poſſeſſores poſſe alienare bona.*
69 *Vſufructuarius omnium bonorum ſua manu vſusfructus legatum apprehendere poteſt.*
70 *Vſufructuarius ſua manu capit vſumfructum, cùm titulo inſtitutionis illum habet.*
71 *Vſufructuarium apprehendere ſua manu vſumfructum ob licentiam ei datam à teſtatore.*
72 *Verbum inſtituo, directum, & quid operetur.*
73 *Caſtren. doctrina in l. 1. nu. 5. ff. de cond. & demonſt. declaratur.*
74 *Pariſius conſi. 5. num. 12. lib. 4. declaratur.*
75 *Stututum excludens fœminas, donec extabunt maſculi, illas non excludit perpetuo.*
76 *Bart. Bald. & Ancharani doctrina declarata.*
77 *Barto. in l. vlti. §. 1. num. 2. ff. ad S. C. Tertullianum. declaratur.*
78 *Fœminæ excluſæ donec & quo vſque extabunt maſculi, ſi decedāt ante maſculos tranſmittunt ius ſuum ad hæredes.*
79 *Fœmina excluſa donec extabit maſculus, non deſinit eſſe ſua pat i.*
80 *Bart. in l. vltima. §. 1. num. 3. ff. ad Senatuſc. Tertul. declaratur.*
81 *Anchar. conſi. 220. col. vlt. declaratur.*





28 *Tranſmittitur fideicommiſſum conditionale cum iunctum eſt cum iure accreſcendi.*
38 *Lex ſi quis filium. C. de inofficio. teſtamento. declaratur.*
84 *Conditio nil ponit in eſſe.*
85 *Conditione pendente actus non dicitur actus.*
86 *Gratiam conditionalem eſſe imperfectam.*
87 *L. ventre. ff. de acquir. hæred. declaratio.*
88 *Fideicommiſſo grauatus liberè alienare non poteſt.*
89 *Vaſallum poſſe alienare feudi commoditatem dum viuit.*
90 *Bartolus in leg. à filia, numero tertio. ff. ad Trebellianum. declaratur.*
91 *Hæres alienando bona hæreditaria, hæreditatem adire dicitur.*
92 *Tranſmiſſionem fiere de iure acquirendo, non autem de iam acquiſito.*
93 *Tranſmiſſionis iure hæres factus ſuccedit loco tranſmittentis, & eius qualitates aſſumit.*
94 *Confeſſus rem ſuam eſſe alterius, ſibi non præiudicat.*
95 *Diuidens bona vt communia, cùm non ſint, ſibi non præiudicat.*
96 *Confeſſus rem eſſe ſub fideicommiſſo, cùm non ſit, ſibi non præiudicat.*
97 *L. cum putarem. ff. de familiæ erciſcundæ. ſenſus & intellectus.*

## FACTI SPECIES.

*Magnificus Dom. Camillus Borgogninus Bononienſis teſtamentum condidit, in quo iure legati & inſtitutionis ac omni meliori modo, &c. reliquit Domino Ioan. vxorem ſuam vſufructuariam omnino & quorumcunque bonorum hæreditatis ſuæ, donec ſteterit vidua, &c.*

*In omnibus autem alijs ſuis bonis, &c. durante vſufructu prædicto, vt ſuprà relicto dictæ dominæ Ioannæ, & illo quandocunque conſolidato, inſtituit & eſſe voluit ſuos hæredes vniuerſales omnes & quoſcunque filios maſculos naſcituros, vnum ſiue plures ex Domina Aemilia eius filia, & D. Læuro de Magnanis coniugibus, & ſeu ex ſecundo eiuſdem D. Aemilæ marito.*

*Et ſi nulli filij maſculi ex dicta Domina Aemilia & illius quocunque matrimonio naſcerentur, vel interim donec illi naſcantur, inſtituit, nominauit, reliquit, & eſſe voluit eius hæredes vniuerſales ſer Cæſarem quondam ſer Nappei de Nappis pro dimidia parte: & pro reliqua dimidia Dominos Petronium & Ludouicum fratres de Borgogninis, & ipſorum hæredum, reſpectiue liberos maſculos.*

*Mortuus eſt teſtator ſuperſtite dicta Domina Aemilia nupta dicto Domino Lauro Magnano, è qua tempore mortis teſtatoris nulli extabant filij nec maſculi, nec fœminæ.*

*Poſteà deceſſit primo loco ſer Cæſar de Nappis hæres vt ſuprà pro dimidia inſtitutus ſuperſtitibus dict. vſufructuaria, ac dicta Domina Aemilia, nec non prænominatis alijs hæredibus, vt ſuprà pro alia dimidia inſtitutis.*

*Poſtmodum deceſſit vſufructuaria ſuperſtitibus dicta Domina Aemilia adhuc ſine liberis; nec non & ſuperſtitibus dictis DD. Petronio & Ludouico pro dimidia inſtitutis.*

*Demum deceſſit dicta Domina Aemilia ſine aliquibus filijs maſculis vel fœminis, adeò quòd euenit caſus inſtitutionis factæ de prænominatis DD. Petronio & Ludouico, & etiam de ipſo quondam ſer Cæſare, ſi tunc temporis vixiſſet.*

*Verùm, quia ipſe ſer Cæſar, qui deceſſit vt ſuprà, ante mortem dictæ Dominæ Aemiliæ, ac etiam dictæ Do. vſufructuariæ & forſan etiam adita per eum hæreditate, reliquit ſuperſtitem. D: Iulium fratrem ſuum hæredem vniuerſalem ex teſtamento vel ab inteſtato.*

*Nunc Dominus Iulius vellet vti, frater & hæres dicti Dom. Cæſaris iure ſaltem tranſmiſſionis venire ad hæreditatem dict. Dom. Camilli teſtatoris pro illa dimidia relicta. d. D. Cæſari.*

*Econtrà autem dicti DD. Petronius & Ludouicus pro alia dimidia hæredes inſtituti vellent conſequi per ius accreſcendi illam dimidiam, quæ ad D. Cæſarem ſpectabat, excluſo dicto Dom. Iulio eius fratre, vt potè, quòd ipſe Do. Cæſar deceſſerit pendente conditione, ſub qua erat inſtitutus, & ita, quòd tranſmittere non potuerit ius ſuum ad dictum Do. Iulium. Dubitatur nunc, quid iuris?*

## CONSILIVM CV.

# Initium à Domino.

DVBITATIONEM Non leuem habet hæc conſultatio, cùm alioqui perplexa non mediocriter teſtatoris diſpoſitio, adeò cōtorta atque varijs argumētis exagitata fuerit à quinque eruditiſsimis atque celeberrimis Iuriſconſultis, nempè Ioanne Rōchegallo, Antonio Glauarino, Sturiolano Mōticeno. Antonio Ruggerio, ac conſultiſsimo M. Antonio Aulæ Cōſiſtorialis aduocatorum Decano, qui pro D. Iulio reſpōderunt, vt difficilè admodum videatur in tāta rerum difficultate rem claram atq; apertam reddere. Mea tamē pro virili conabor his tenebris qualemcunq; lucem adferre. Et verè dicēdum atque reſpondendum videbatur vnà cū prælatis conſultiſsimis viris, omne ius ac hæreditatem D. Cæſaris tranſmiſſam eſſe ad D. Iulium eius fratrem & hæredem. Quod equidem demonſtrari poſſe videtur multis illis argumentationibus, quibus Iuriſconſulti illi Clariſſimi vſi ſunt. Quas quidē ex ordine, vt melius mihi viſum erit, deducam.

Primò ea vrget argumentatio, qua vſi ſunt eruditiſsimi
Sturiolanus & Glauarinus: teſtator hic duplicem diſpoſi-
tionem fecit cùm vocauit D. Cæſarem & Borgogninos.
Vna eſt, qua eos vocauit & inſtituit. ſi nulli filij maſculi ex
D. AEmylia naſcerentur: & hæc eſt conditionalis. Altera
eſt, qua eos vocauit & inſtituit, & interim & donec quo
filij hi ex Do. AEmylia naſcerentur. Et illa eſt pura dupli-
1 ci ratione. Vel primò, quia illa verba, interim † & donec,
diſtributiua ſolùm denotant tempus, non autem condi-
tionem, quæ ex dictione, ſi, ſignificari ſolet. Ita reſpondit
Natta. conſil. 459. num. 14. lib. 2. poſt Baldum, quem recē-
2 ſet. Vel ſecundò, quia detracto adiecto illo tempore, † re-
manet pura, iuxta l. hæreditas ex die. ff. de hæred. inſtit. &
in ſequenti argumento copioſius dicam. Atqui, quando
3 concurrit † inſtitutio pura cum conditionali, illa pura vt
magis plena præualet; ergo inſtitutio pura, ſub qua dicti
Domini Cæſar & Borgognini vocati fuerunt, præualet,
& per cōſequens D. Cæſar dicitur ita purè hæres factus,
vt tranſmittere potuerit ius ſuum ad Dom. Iulium fratrē
& hæredē. Ita minor propoſitio probatur in l. ſi te. ſolùm
§. 1. ff. de hæredibus inſtituen. vbi Bart. Bald. & Imola in
vlt. notab. Quibus accedunt Barto. in l. ſi ita ſcriptum. vlt.
opp. ff. de hæred. inſtit. & Curt. Iun. conſi. 135. num. 15. Et
4 hoc tantò magis procedit hîc, vbi † inſtitutio illa pura at-
que ita plenior & poſterior, quæ facilius priorem tollit:
ſicuti docuit Imola in d. l. ſi te ſolùm. §. primo. verſiculo
in inſtitutionibus attendi. Imò etiam ſi ambæ hæ inſtitu-

tiones conditionales eſſent; attamen quia tales conditio-
nes ſunt diſiunctim appoſitæ, & eundem effectum conti-
nent: cùm etiam & illi, donec naſcantur, important tacitè
perpetuationem inſtitutionis filijs non natis quomodo-
cunque; hæc, quæ prius facit eſſe locum teſtamento, offen-
deretur, & non alia: vt declarant Bald. & Imola in d. l. ſi te
ſolùm. §. primo. in fine.

Secundò, mouentur Sturiolanus & cæteri fere omnes
Dom. Iulij conſultores: admiſſo quòd DD. Cæſar & Bor-
gognini vocati & inſtituti fuiſſent vſque ad certum
tempus tantùm, id eſt, vſque quo nati fuiſſent filij ex Do-
min. Aemylia: attamen adhuc dicuntur purè inſtituti. Si-
quidem quando hæres † eſt inſtitutus ad tempus, de-
tracta temporis mentione, hæres purè remanet, (vt ſuprà
vno verbo attigimus) ita probat leg. hæreditas ex die. ff.
de hæredib. inſtitu. Cuius ſententiæ duplex eſt ratio. Pri-
ma, quia ſemel effectus hæres, non poteſt deſinere eſſe hæ
res. §. reſtituta: Inſt. de fideicommiſſ. hæred. Altera, quia
teſtator non poteſt decedere pro parte temporis teſtatus,
& pro parte inteſtatus. argum. l. ius noſtrum. de reg. iuris.
Et huc ſpectat quod ſcribunt permulti, quòd ſi maritus in-
6 ſtituit † vxorem ſuam in vſufructu omnium bonorum,
eius vita durante; & poſt eius mortem Caium, quòd vxor
illa erit hæres abſolutè & purè detracta temporis mem-
tione. Ita inquam affirmarunt Salicetus in l. extraneum,
la ſecunda, quæſt. vltima. C. de hæred. inſtit. Angelus in l.
filius à patre. ff. de hæredibus inſtituendis. Iaſon in dicta.
l. extraneum, columna quarta. verſiculo Tertio, principa-
liter qui eiuſdem opinionis recenſet Baldum in lege. id
quod pauperibus. quæſtio. decimaquarta C. de Epiſcop.
& cler. & Alexand. conſilio. 163. num. tertio, lib. ſecundo.
Idem probarunt Barbat. conſil. 55. columna quarta libr. 2.
Dec. conſilio 419. columna penult. verſic. in tertio dubio.
dum ſubſcripſit reſponſo Pariſij conſilio. 65. numero 16.
libro ſecundo Socinus Iunior conſilio 84. numero ſepti-
mo lib. 1. & conſilio 185. numer. 43. libro ſecundo. Bellon.
conſilio ſeptimo, numero quinto, Beroius conſilio 35. nu.
vigeſimo. libr ſecundo. & Natta Conſilio. 459. numero
decimo, libro ſecundo Cùm ergo Dom. Cæſar fuerit pu-
rè inſtitutus, tranſmittere potuit ius ſuum ad dictum D.
Iulium hæredem.

Tertiò confirmantur iam relata (inquit eruditiſsimus
Glauarinus) ea ratione, quòd in dubio, teſtatoris diſpoſi-
tio ita eſt interpretanda, ne videatur teſtator elegiſſe viam
7 ad impugnandum voluntatem ſuam. l. quærebatur. ff. de
milit. teſtamento, cum ſimilibus. Atqui, vbi ſtatim DD.
Cæſar & Borgognini non fuiſſent hæredes, vſusfructus
omnium bonorum relictus in teſtamento vxori, teſtato-
8 ris, non habuiſſet effectum; cùm ſimile legatum † vſufru-
ctus non cedat, niſi adita hæreditate. l. vnica. §. in nouiſsi-
mo. C. de cad. toll. Et cùm interim hæreditas non potuiſ-
ſet adiri pendente natiuitate filiorum legatum vſusfru-
ctus non ceſsiſſet, atque ita effectum fuiſſet inutile. ſicuti
in ſimili Iaſon in dicta leg. extraneum. numero quinto.
C. de hæredi. inſtitut. Scribit, quòd legatum vſusfructus
9 † relictum vxori, eſt inutile. quando eſt relicta vſufructua
ria omnium bonorum, & poſt eius mortem frater teſta-
toris eſt hæres inſtitutus. Idem docuit Picus in repetit. l.
Titia. §. Titia cùm nuberet. numer. 97. de lega. 2. & apo-
ſtillantes ad Bartolum in l. hæreditas ex die. ff. de hæredi-
bus inſtituendis. qui in his ferè terminis loquuntur. Ne
ergo hoc abſurdum ſequatur, dicendum, eſt, teſtatorem
purè hos hæredes feciſſe.

Quartò accedit argumentatio, qua in hanc opinionem
adductus eſt acutiſsimus Ronchegallus, quòd ſcilicet te-
ſtator, vocando DD. Cæſarem & Borgogninos, titulo
inſtitutionis, atque ita per verbum, inſtituo vocauit. Sed
10 † verbum hoc inſtituo, eſt directum, purè tribuens hæ-
reditatem. Ita Barto. in l. Centurio. nume. 43. ff. de vulg. &
pup. ſub. qui ita de verbis his, hæres eſto, ſenſit. Ergo Do.
Cæſar & Borgongnini purè vocati ſunt. Et ſubiungit
Roncheg. quòd licèt filij naſcituri ex Dom. AEmylia ſint
11 etiam per verbum directum vocati: attamen † exponi de-
bet pro ſubſtituit, vt plenè habetur in l. Gallus. §. quidem
rectè, de libe. & poſthu. cùm duo hæredes eſſe nequeant,
vt tradunt omnes in l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. & pup.
ſub. Et non inconuenit (ait ille) quòd vnus ſit hæres dire-
ctò, & alius vtiliter, hoc eſt, per obliquum. l. prima & per
totum. ff. ad S.C. Trebell. & ſcribit in ſpecie Imola in leg.
hæreditas ex die, verſic. ſed certè. ff. de hæred. inſtitut. Et

præſertim, cùm perfecta eſt inſtitutio. Id quod (ſubiun-
git Ronchegallus) confirmatur ex clauſula codicillari,
13 quæ quidem operatur, vt † ſubſtitutio facta per ver verba
directa trahatur ad fideicommiſſum. l. ſi frater tuus. C. de
fideicomm. glo. in §. naſcendo, Inſtit. de pupill. ſubſti. A-
lex. conſi. 201. nu. 18. lib. 6. & Soc. Sen. conſi. 54. numer. 2.
libr. 4.

Quintò, ſuffragari non parum videtur eiuſdem Ron-
14 chegalli argumentatio, quòd quando diſpoſitio † ab ini-
tio eſt pura & perfecta, licèt reſolutio differatur, non ta-
men actus ſuſpenditur, conditionaliſvè efficitur, ſed pu-
rus remanet. Ita Caſtren. in l. 1. num. 5. verſi. item ſi appo-
natur ad executionem. ff. de condi. & demon. Et præſer-
tim, quando conſtat ab euentu conditionem non exti-
tiſſe, nec purificatam fuiſſe, vt tradunt Pariſ. conſ. 5. nu-
mero 12. 13. & num. 22. lib. 4. & Tiraq. in tract. de retrac.
15 conuent. §. 2. numer. 74. Et licèt hi loquantur † de con-
tractib. attamen idem eſt in vltimis diſpoſitionibus, cùm
de vno ad aliud argumentari liceat. l. quæ de legato, de l.
1. cum ſexcentis ſimilibus. Atqui noſtro in caſu inſtitutio,
qua D. Cæſar & Borgognini vocati ſunt ab initio, pura
eſt; cùm interim & donec filij ex D. AEmylia naſcantur,
velit eſſe hæredes: ergo reſolutio illa, ſi filij naſcentur, vt
adiecta actui perfectè non ſuſpendit actum & diſpoſi-
tionem, nec conditionalem facit.

Sextò cõfirmatur (vt ait Ronchegallus) relata argumen
16 tatio, quòd quando † inſtitutio eſt pura, & deinde per ali
quem euentum reſoluitur: nõ tamen in ſua ſubſtantia mi-
nuitur ius, ſed ſolùm in tempore: vt egregiè reſpondit
Anch. conſ. 220. num. 3. 4. Ita hoc in caſu licèt per euen-
tum illum, quòd filij naſcãtur, reſoluatur inſtitutio pura;
non tamen ius inſtitutorum minuitur in ſubſtantia, ſed
ſolùm in tempore: quia eo tempore, natis ſcilicet filiis,
hæreditatem reſtituent, & ad eam reintegrabuntur fi-
lij illi nati. Ita opinor Ronchegallum voluiſſe argumen-
tari. Cuius quidem conſideratio adiuuatur illa ratione,
qua vſus eſt eruditiſſi. M. Antonius Decanus Clariſſimo-
rum Aduocatorum ſacri Conſiſtorij, ait ille. Ita in ſimili
17 dici de ſtatuto † excludente fœminas, donec extiterint
maſculi: nam maſculi extantes ſunt hæredes, eis mor-
tuis, fœminæ ad hæreditatem reintegrantur: vt ſcribunt
Bartol. in leg. vltim. ff. ad Tertul. Abb. conſil. 62. colum.
vltim. libro 2. Decius conſil. 87. colum. 1. & Socin. Iunior
conſil. 1. colum. 2. libr. 1. Ita hîc Domini Cæſar & Borgo-
gnini ſunt hæredes, donec filij ex Domin. AEmilia na-
ſcantur; & eis non natis reſoluitur inſtitutio & illi filij
reintegrantur. Qua ex re conſtat ius Dominis Cæſaris
& Borgogninorum non minui in ſubſtantia, ſed in
tempore.

Septimò vrgere videtur argumentum quo vſus eſt con
ſultiſſ. Sturiolanus ita ab impoſſibili euitando ductum.
Eſt impoſſibile quòd aliqui ſint hæredes & fideicommiſ-
18 ſarij: cùm grauari † quis non poſſit ſibi ipſi reſtituere. leg.
qui filiabus. §. vlt. de leg. 1. Soc. Iun. conſil. 111. num. 4. &
num. 14. lib. 3. Sed ſi hîc intelligeremus illa verba, vel in-
terim & donec. &c. ſignificare inſtitutionem conditiona-
lem & fideicommiſſariam, ſequeretur quòd ipſi Cæſar &
Borgognini eſſent grauati reſtituere ſibi ipſis: quod eſt
impoſſibile: ergo dicendum eſt, puram eſſe. Octauò ad-
ducitur Ronchegallus hac argumentatione: dato (& non
conceſſo) quòd D. Cæſar & Borgognini vocati ſint ſub
conditione: attamen adhuc portio ipſius D. Cæſaris trãſ-
mitti potuit ad D. Iulium hæredem ſuum. Nam duobus
modis (vt dictum fuit ſuprà) ſunt ij vocati. Primò condi-
tionaliter illis verbis: & ſi nulli filij naſcentur, &c. Secun-
dò purè ex illis verbis, vel interim quòd donec. &c. At-
19 qui quando † inſtitutio eſt pro parte temporis puta, &
pro parte conditionalis, tranſmiſſio non impeditur. leg.
20 qui patri. ff. de acquiren. hæredit. † Conditio enim ſiue
dies purificatus facit, vt aliud ius ſuſpenſum alteri accreſ-
cat. l. ſi ex plurib. ff. de ſuis. & legit. & rñdit Anch. conſ.
220. col. vlt. Et licèt (inquit Ronchegallus) loquatur Anc.
in re, quãdo. ſcilicet pars rei defertur purè. & altera ſub
cõditione: attamen idem dicendum eſt in tempore, cùm
de re ad tempus valeat argumentum l. miles ita. ff. de milit.
teſt. Iaſ. in l. in emphiteuticariis. num. 90. C. de iur. emp. er
go tranſmiſſio non impeditur. Nonò confirmatur præ-
cedens argumentatio (inquit Roncheg.) ea ratione, quòd
21 † impedimentum extrinſecum conditionis impediens
hoc ius ſucceſſionis, interim tranſmiſſionem nõ impedit.

l. ſi



l. ſi quis filium. C. de inoff. teſtamen. Atqui noſtro in caſu
impedimentum hoc extrinſecum, eſt nempè prouenięns
à perſona filiorum ex D. Aemilia naſciturorum ergo non
impeditur tranſmiſsio. Decimò mouetur Ronchegal. hoc
argumento. Quotieſcunque defectus non eſt in iure defe-
rendi, ſed eſt ſuſpenſio in iure cognoſcendi vel petendi,
tranſmiſsio non impeditur. l. ventre. ff. de acquir. hære. cla
rius in l. ſi exhæredatus. ff. ad S.C. Syll. & egregiè reſpon-
dit Ancha. conſi. 220. col. vlt. Atqui noſtro in caſu ſuſpen
ſio eſt ſolùm in iure petendi & agnoſcendi, ergo tranſmiſ
ſio nõ fuit impedita. Vndecimò ita viſus eſt argumentari
bene eruditus Sturiolantus, Grauatus reſtituere bona, pẽ
dente conditione dominus eſſe dicitur: & per conſequẽs
poteſt illa alienare. l. vlt. §. ſed quia vbi clare Caſ. nume. 7.
C. com. de leg. & ibidem Iaſ. num. 7. Alex. conſi. 23. nume.
22. lib. 1. & Pariſ. conſ. 72. nu. 70. lib. 2. Ergo multò magis
24 † grauatus iſte alienare poteſt in hæredem ex teſtamento
atque ita ad eum tranſmittere. ſicuti ſcribunt Bart. in l. à
filia. num. 3. ff. ad Trebell. Alexan. con. 189. nume. x. lib. 2.
conſi. 55. num. 4. & conſi. 59. nu. 1. lib. 3. Natta. conſ. 79. nu.
2. lib. 1. Rol. conſi. 42. num. 8. lib. 2. Cephal. conſil. 272. nu.
138. libro 2. & Tiraq. de retractu conſang. §. 26. glo. 1. nu.
4. & nu. 7. Et licet (ſubiungit Sturiolaus) talis tranſmiſſio
hæreditatis ad D. Iulium fratrem dicti D. Cæſaris ſit ſub
eodem onere reſtitutionis, ſi filij ex D. AEmylia naſcen-
tur, vt ait Ceph. conſi. 33. nume. 17. libr. 1. attamen, quia hic
non euenit conditio, cùm Do. AEmylia deceſſerit ſine fi-
25 liis, illa pars hæreditatis tranſlata † in ipſum D. Iulium li
bera remanet. Ita in ſpecie tradunt Imola in l. hæreditas
ex die. nu. 2. verſi. nam ratio prædicta. ff. de hæred. inſtit.
iuncto verſi. videtur tamẽ &c. ibi, aliàs remanebit Caſtr.
in l. precibus. numero 20. verſi. adde aliam. C. de impub.
& aliis ſub. Soc. Sen. conſilio 62. numer. 6. verſi. ex qua in
telligentia. iuncto nume. 7. ibi, remanebit libera penes hæ-
redem. & numero 8. verſi. quod autem. lib. 3. Soc. Iun. cõſ.
118. numero 10. lib. 1. Pariſ. conſ. 72. numero 20. lib. 2. & cla
rè Ceph. conſi. 221. nume. 9. lib. 2. Ita etiam Bero. conſi. 35.
nume. 36. verſi. ex his omnibus infertur. libr. 2. Et in his fe
rè terminis tradit Durand. de arte teſtãdi titul. de hæred.
26 inſtit. cautela. 5. nume. 1. cum ſcripſit, quòd † vxore in-
ſtituta à marito in certa portione ad tempus, per dictionẽ
donec, ſi ſemel illa adiuit hæreditatem, illa portio libera
remanet penes ſe. & ſuos hæredes, & ita ttanſmittitur: nõ
autem ſpectat ad cohæredes vnà cum ea in teſtamẽto vo-
catos, niſi id expreſſe teſtator cauerit.

Duodecimò & vltimo (ait doctiſſimus Glauarinus &
cum eo Ronchegallus) ceſſat hac in re noſtra omnis diſ-
putatio, cũ Domini Borgognini approbauerint & accep
tauerint Do. Iulium pro hærede ex tranſmiſſione in eum
27 facta ex perſona dicti D. Cæſaris. Quam ſanè † approba-
tionem improbare amplius non poſſunt. nam quod ſemel
placuit, amplius diſplicere non debet. cap. quod ſemel, de
reg. iur. in 6. l. ſi ab arbitrio. ff. qui ſatiſ. cog. Bart. in l. Pom
ponius. colu. 4. ff. de nego. geſt. Quæ argumentatio ex eo
confirmatur, quòd iudicialiter facta aſſeritur hæc appro-
28 batio: quò ſit vt † iudicis auctoritate corroborata pretex
tu erroris improbari non poſſit. iuxta l. cum putarem. ff.
famil. ercıſ. Hæc contra DD. Borgogninos dubitationẽ
mouebant.

Re tamen ipſa diligentiſſimo ſtudio, & peruigili cura
perpenſa, ac benè examinata, contrariam ſententiam verio
rem ac probabiliorem eſſe exiſtimo: nempè hanc portio-
nem à teſtatore relictam Do. Cæſari non eſſe ad D. Iuliũ
eius hæredem tranſmiſſam: ſed accreuiſſe portioni relictæ
DD. Borgogninis. Quam ſane ſententiam, vt veram eſſe
demonſtrem, prius paucis dicam intentionem DD. Bor-
gogninorum eſſe ſatis ſupérque fundatam: deinde contra
rias rationes & argumentationes confutabo.

Primò, vel ex eo cònſtat intentionem Borgogninorum
eſſe fundatam, quod D. Iulius, qui prætendit ſibi eſſe ac-
quiſitam portionem hanc hæreditatis D. Camilli Borgo-
gnini teſtatoris, nõ eſt nec vocatus nec nominatus in eo
teſtamento dicti D. Camilli. quocircà dicere iure poſſunt
Borgognini, inſtitutiones & ſubſtitutiones à Dom. Ca-
millo factæ non comprehendunt D. Iul. perſonam tuam,
29 ideò † docere debes te vel ex verbis, vel ex mente à teſta-
tore vocatum. ita Soc. Sen. conſi. 63. num. 14. libr. 3. Iaſ. cõ-
ſil. 29. colu. pen. & conſi. 30. colum. 2. libro 3. Rubeus con-
ſilio 28. numero 2. conſilio 31. numero 4. & conſilio 120.

numero 5. Gozad. conſilio 21. numero 8. conſilio 29. num.
13. & cõſi. 59. num. 1. Soc. Iun. conſi. 101. num. 3. & conſi. 118
nu. 1. lib. 1. & Craue. conſi. 181. nu. 16. & conſilio 208. nu-
mero 3.

Secundò ea ratione etiã fundata eſt intentio DD. Bor-
gogninorum, quod Dom. Iulius qui aſſerit, ſe ex iure trãſ
miſſionis aſſequi poſſe hanc portionem hæreditatis, pro-
bare & demonſtrare debet clarè & apertè, D. Cæſarem, à
quo aſſeritur ius fuiſſe tranſmiſſum, à D. Camillo teſtato
re ita fuiſſe vocatum, & hæredem inſtitutum, vt ei licuerit
30 ius hoc ſuum tranſmittere. Nam tranſmiſſionis † ius non
à legis diſpoſitione, ſed ab ipſa teſtatoris voluntate proue
nit; quemadmodum multorum auctoritate probat Zan-
chus, ſummus amicus meus, in l. hæredes mei. §. cum ita.
nu. 195. ff. ad S. C. Trebell. quo loci contrariam Ruini o-
pinionem reiicit.

Tertiò fundata eſt intentio DD. Borgogninorum, ea
31 ratione, quod ipſe D. Cæſar deceſſit † ante D. Ioannem
vſufructuariam omnium bonorum; quo caſu tranſmitte-
re non potuit ius ſuccedendi ad D. Iulium fratrem. Ita in
claris terminis reſpondit Fulgoſ. conſilio 70. Proponitur
quod D. Lucas, in 1. dubio. Et eo loci vtitur his rationi-
bus, quæ caſui noſtro conuenire maximè credo. Ait pri-
mò Fulgoſius, quòd teſtator ille voluit vxorem ſuam à ſe
relictam vſufructuariam debere reſtituere bona illa in-
fraſcripto ſuo hæredi. Quæ verba, infraſcripto hæredi ſo-
lùm hæredem ſcriptum comprehendunt, non autem hæ-
redem hæredis. l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. &
pup. ſub. Et exprimens filium ſuum infraſcriptum (ait
Fulgoſius) cæteros excluſiſſe videtur. argu. l. cùm prætor.
ff. de iud. Hæc conſideratio conuenit caſui noſtro: quia,
dum voluit teſtator bona vſufructuariæ relictæ deuenire
debere in DD. Cæſarem & Borgogninos ſubiunxit teſta
tor in hæc verba: & ipſorum hæredum reſpectiuè liberos
maſculos. Ecce quòd teſtator vocando liberos ſuorum
hæredum, excludit alios, qui ex liberis non ſunt. Et ita ſe
reſtrinxit ad liberos, excludendo D. Iulium fratrem dicti
D. Cæſaris; qui quidem D. Iulius (vt clari iuris eſt) non
poteſt dici ex liberis D. Cæſaris. Secunda etiam ratione
vtitur, quòd illud fideicommiſſum erat conditionale, nẽ-
pè relictum poſt mortem vſufructuariæ: ob id non trãſ-
mittitur, vt dicam infrà in vltimò fundamento. Tertia ra
tione vtitur, quòd is teſtator dixerat, ſe relinquere vſum-
fructum uxori ſuæ in vita ſua tantùm propter filium ſuũ:
& ideo ceſſante perſona filij, ob id quod ante vxorẽ mor-
tuus eſſet, præſumi (ait Fulg.) probabiliter poteſt, vt vxo
rem ſuam, cuius affectu legatum fecit, erga alium nolue-
rit eſſe grauatam reſtituere. Et quemadmodum vxorem
prætulerat filio; multo magis prȩferre voluit hȩredibus
ipſius filij, qui teſtatori extranei erant. Ita noſtro in caſu
ceſſat omnis effectus teſtatoris erga D. Iulium, qui in hu-
manis erat tempore conditi teſtamenti, & tamen nullam
illius rationem habuit teſtator, qui ita (ſi eum dilexiſſet)
vocare potuiſſet, vt vocauit D. Cæſarem fratrem ſuum. Et
infra mox ſubiiciam alia. Et quamquam poſtremam hanc
Fulgoſij rationem valdè dubiam eſſe exiſtimet Zanchus
in l. hæredes mei. §. cùm ita. numero 168. ff. ad Trebel-
lian. attamen ex præcedentibus rationibus ab illius opi-
nione non recedit.

Quartò accedit, quòd D. Iulius habet contra ſe præ-
ſumptam teſtatoris voluntatem; à qua quidem teſtatoris
32 voluntate pendet † tranſmiſſio, vt ſuprà admonui ex Zan-
cho in d. §. cum ita, numero 195. qui multos huius opinio
nis recenſet. Quòd contra ſe hanc voluntatem habeat D.
D. Iulius, vel ex eo conſtat (vt dixi ſupra) quod iam ipſe
erat in humanis, & teſtatori cognitus, ac ipſe D. Cæſar, &
tamen teſtator vocauit ipſum D. Cæſarem tantùm, innu-
uens ſe non diligere ipſum D. Iulium. Non ergo fuit te-
ſtator huius animi, quod Dominus Iulius eſſet aliquando
hæres, & per conſequens tranſmitti noluit hæreditatis ius.

Quintò confirmatur ea ratione, quod certum eſt teſta
torem magis dilexiſſe DD. Borgogninos quàm ipſum D.
33 Iulium, cum hunc non vocauerit; illos verò † vocauerit.
arg. l. Publius. § 1. ff. de cond. & demonſt. cum ſimil. At-
qui tranſmiſſioni † locus non eſt, quando magis dilectus
excluderetur, ergo ad detrimentum DD. Borgogninorũ
non eſt facta tranſmiſſio ad D. Iulium. Illa minor proba-
tur auctoritate Iaſonis conſilio 52. ad finem. li. 3. Soc. Sen.
conſil. 6. colu. 3. ver. ſed in caſu noſtro li. 3. Ruin. conſilio

178.colu.2.libr.2.Crauet.in l.cum fili fam.in 2.par.num.
349.de leg.1.& Zanch.in d. l. hæredes mei. §. cùm i a. nu-
mero 333.ad Trebe. cùm ſcribunt, ex preſſum ita hac vo-
luntate teſtatoris,transmiſsionem fieri, ne ſcilicèt minus
dilectus præferatur magis dilecto: ergo à ſenſu contrario
transmiſsio impediri debet,ne minus iſte dilectus præfe-
ratur. Et hoc apertè probatur à Zancho vbi ſup.numero
338. cùm poſt Bald. in l.vnica.colu.2. C.de his qui ante a-
per.tab.& l.2.col.1.C.ad S.C.Orfic.ſcribit transmiſſionē
nunquàm fieri in præiudicium perſonæ magis dilectæ.
Sextò accedit,quod illis in caſibus, in quibus conſidera
35 tur † transmiſsio,intelligitur illa permiſſa ad fauorem li-
berorum transmittentis,non autem extraneorū. ita Corn.
conſilio 180.colum.2.in fin.libro 4. quem ſecutus eſt Ia-
cob. Niger in l.numero 62. de leg. 1. etſi ab eis diſſentiat
ſolus Crauet.in repet.l. cum filio fam.part.2.numero 356.
de leg.1.At dubium non eſt quin D. Iulius frater D. Cæ-
ſaris cenſeatur quo ad hos terminos extraneus, ex quo nō
eſt de liberis & deſcēdentibus D. Cæſaris:ergo nullo mo
do in eum concedi debet hæc transmiſſio.
Septimò ea ratione adducor, quod D D. Borgognini
omnino excludant D.Iulium, ne iure traſmiſſionis hanc
portionem cōſequatur.Nam hic teſtator voluit poſt mor
tem D.Ioannæ vſufructuariæ,ac etiam non natis filiis ex
D. AEmylia,quod horum bonorum hæredes eſsent DD.
Cæſar & Borgognini,& eorum liberi. Atqui quando te-
ſtator ita diſponit,ſi vnus hæredum primo loco vocato-
rum eſt ſuperſtes,is præfertur hæredi extraneo alterius vo
cati præ mortui. Ergo DD. Borgognini vnà ſimul vocati
cum D.Cæſare præferri debent D. Iulio extraneo hæredi
D. Cæſaris præmortui. Illa minor propoſitio probatur au
ctoritate Angeli conſilio 306.Cariſſime frater. quin in
36 ſpecie reſpondit, quod ſi teſtator voluit legatum † factū
vxori poſt eius mortem reuerti ad filias inſtitutas & earum
hæredes,ſuperſtite vna filia,præfertur hęredibus extrane-
is alterius præmortuæ.Angelum ſecuti ſunt Alex.conſilio
36.libr.3. Arct.& Soc. Sen.in l.Gallus.§. etiam ſi parente.
ff. de libr.& poſthum.& ibidem Iaſon numer.34. affirmat
* cùm Angelo eſſe communem * opinion.Eandem proba-
runt Curtius Iunior in l.2. numero 13.in fi.C.de ſucceſſo.
edicto.& in conſilio 57.in fin.& conſilio 161.numer.4.Pa-
riſ.conſilio 44.numero 11.libr.3. Et hanc opinionem aliis
multis adductis defendit Zanchus in d. reper. l. hæredes
mei.§.cum ita.numero 90. ff.ad S. C. Treb. Qui quidem
eo loci.numer. 229.in ſpecie ait, quod hoc in caſu ſubſti-
tutus præd cedens non transmittit ad ſuos hæredes, ſed
alij conſubſtituti in totum admittuntur.
Octauò vel ex eo etiam benè fundata eſt intentio DD.
* Borgognınorum,quod iuris eſt regula,& Doctorum * re
37 cepta ſententia, † fideicommiſſum conditionale ante pu
rificatam conditionem non transmitti ad ſuos hæredes:
ita probat gl.in l. vnica, vbi omnes. C. de his qui ante a-
per. tab. & copioſè diſſerit Zanchus in d. l. hæredes mei.
§.cùm ita.numero 147. cum multis ſeq. ff. ad S. C. Treb.
Atqui noſtro in caſu D. Cæſar fuit ſub conditione inſtitu
tus filiis naſcituris ex D.Aemilia:ergo cùm mortuus fue-
rit ipſe D. Cæſar ante ſuſceptam prolem è D. Aemilia,&
ita pendente conditione,transmittere non potuit portio
nem ſuam ad D. Iulium. Illa minor propoſitio, quod ſci-
licèt D. Cæſar fuerit ſub conditione inſtitutus clarè con
ſtat ex verbis teſtamenti,in quo teſtator primò vocauit fi
lios naſcituros ex D. Aemilia, deinde ſubiunxit in hæc ver
ba:Et ſi nulli filij maſculi ex dicta D. AEmylia & illius
quocunque matrimonio naſcerentur, inſtituit, nomina-
uit,& reliquit,& eſſe voluit eius hæredes vniuerſales ſer
38 Cæſarem &c. Quæ ſanè verba † ſignificant inſtitutionem
eſſe cōditionalem.l.ſi Titio.ff quando dies leg.ced.Boer.
q.172.numero 6.Soc.Iun.conſilio 172.numero 14. & num.
29.lib.2.Pariſ.conſilio 69.numero 2.4.libro 2. Et Cephal.
conſilio 217.numero 9.lib.2. Et hoc vel ex eo confirma-
39 tur,quod conditio † hæc appoſita eſt circa reſolutionem
actus,ideò illum reddit conditionalem & ſuſpendit.l.qui
bus diebus.§.quidam Titio.ff.de cond.& demon. & reſ-
pondit Cephal.conſilio 52.numero 26.lib.2. Et idem eſſe
ſentio cùm dies incerta an & quando adiecta eſt: nam &
illa ſuſpendit,ac etiam transmiſſionem impedit,vt decla-
rat Zanchus in l.hæredes mei.§.cùm ita.nu.178. & 326. ff.
ad S. C. Trebel.
His ſatis ſuperque demonſtratum eſt,eſſe fundatam in-
tentionem DD. Borgogninorum.Quocircà ſolùm ſuper
et confutare contrarias rationes & argumentationes.Id
quod facilius & clarius faciam,ſi prius interpretationem
adferam illis verbis teſtatoris:Vel interim donec illi naſ-
cantur,&c.Quæ quidem verba illa ſunt,quæ controuerſiā
& dubium mouent.Si enim illa non extarent,res clara, &
lucidiſſima pro DD. Borgogninis eſſet. Et ideò omnis
nunc noſter verſabitur labor & induſtria planum facere
verba hæc ipſis DD. Borgogninis non obeſſe. Et cum
permultę interpretationes & intellectus his ipſis verbis
conſiderari poſſint,diligenter ſingulos percurram;& rem
hanc non mediocriter obſcuram explanabo.
Primus itaque eſt intellectus horum verborum: Vel in-
terim,donec,&c. quod ſcilicèt non reddant conditiona-
lem inſtitutionem de Cæſare factam,nec eam ſuſpendant
quia licèt inſtitutio limitata fuerit vſque ad certum tem-
pus, ſcilicèt donec naſcantur filij,attamen, quia hęreditas
non poteſt dari nec ex die,nec ad diem, ideo ſublato illo
tempore,purè hæres remanet. d. l. hæreditas ex die. ff.de
hęr.inſt.Atque ita D.Cæſar vna cum DD.Borgogninis in
totum & abſolutè hæres erit.
Hic intellectus primò poteſt contra aduerſarios retor
queri.Nā apertè conſtat ( vt dixi ſuprà ) primo loco DD.
Cæſarem & Borgogninos eſſe vocatos ſub conditione:
deinde adiecta fuerunt illa verba: Vel interim donec. &c.
Sublatis ergo his verbis,illi remanebunt ſub conditione
vocati. Qua de re infra vberius dicam in reſponſione ad
primum argumentum partis aduerſæ.Prætereà, & ſecun-
do,hic intellectus non eſt verus,cum repugnet claræ mē-
ti.teſtatoris, qui voluit D. Cæſarem & Borgogninos eſ-
ſe debere hæredes ſolum vſque quò naſcerentur filij iſti ex
D. AEmylia. Et ideò,ſi,ſublato tempore, hæredes rema-
nerent,ſequeretur maximum inconueniens contra volun
tatem teſtatoris, quod ſcilicet ſi nati deinde fuiſsent filij
ex D.AEmylia, nihil illi conſequuti fuiſsent: cum tamen
principalis intentio & animus teſtatoris fuerit illis pro-
uidere. Id quod vel ex eo conſtat, quia eos priore loco an
te D. Cæſarem & alios vocauit.& in eorum defectum hæ-
redes eſse voluit ipſos DD. Cæſarem & Borgogninos.
40 Nec obſtat † d.l. hæreditas ex die,quia illa loquitur eo ca-
ſu, cum quis ſolus fuit hæres inſtitutus. Nam tunc,ne cō-
tingat teſtatorem decedere pro parte temporis teſtatum,
& pro parte inteſtatum,ideò detracta temporis mentione
in totum is hæres remanet. Ita d.l. hæreditas,declarat De-
cius conſilio 278.colum. 1. verſi. Non obſtat quòd in caſu
& alios nunc referam. ſed noſtro in caſu DD. Cæſar ac
Borgognini non fuerunt ſoli hæredes inſtituti, ſed etiam
filij naſcituri ex D. AEmylia. Et ita ceſsat ratio & diſpo-
ſitio d.l. hæreditas.quam ita, ſimilem huic noſtræ inter-
pretationem confutando, declarauit Decius d. conſilio
278. poſt Caſtren. conſilio 202. eſt in meo codice conſi-
lio 241. ſuper hoc puncto libro ſecundo. Et ex his apparet
veram non eſse illam primam & ſecundam argumentatio
nem pro D. Iulio conſideratam: id quod latius demon-
ſtrabimus infra ſingulis contrariis: argumentis reſpon-
dendo.
Secundus eſt intellectus illorum verborum: Vel interim
donec,&c.quòd hæc inſtitutio facta DD.Cæſari & Bor-
41 gogninis, † limitata fuerit ad fauorem ſuccedentium ab
inteſtato, vt notat Bart.in l.quoties.§.ſi duo. verſi. tertiò
obſtat.ff. de hæred.inſtit.allegat.l. peto. verſi. idem dici-
mus,de leg.2.idem reſpondit Caſtren.d.conſi.241.Duran.
de arte teſtan.tit.de hęr inſti.cautel.5. nu. 4.
Hic intellectus mihi non probatur:quia Bart.& Caſtrē-
ſis loquuntur quando inſtitutus iſte ad tempus non ha-
bet alium cohęredem. Quod ( vt dixi ſupra ) hic non cō
tingit,vbi inſtituti ſunt naſcituri ex D.AEmylia. Et ideo
inſtitutio hæc dicitur limitata ad tempus contemplatio-
ne horum filiorum.Ita ſimilem intellectum reiiciendo
declarat Dec. d. conſi.278.colum.1. verſi.ſecundus intel-
lectus.Et ita etiam ſentit Corn.in l.extraneum,2. numer.
42 12.C. de inſt.cum dixit,quod † limitata hæc hæredis inſti
tutio eſt facta ad fauorem cohæredis primò,& deinde eo-
rum,qui ab inteſtato ſunt ſucceſſuri. Ita etiam Pariſ.con-
ſilio 69. numero 6. libro 2. qui reſpondit, cohæredi eſſe
faciendam reſtitutionem, non autem aliis: & ita non eſt
limitata vt priore loco venientibus ab inteſtato defera-
tur.
Tertius eſt intellectus horum verborum: Vel interim
donec,&c. quod teſtator à prima inſtitutione cenſeatur
per ſecundam receſſiſſe. Quod altero de duobus modis
poteſt



poteſt intelligi.Primò,quòd ab inſtitutione facta de filiis
naſcituris ex Dom. Aemylia cenſeatur receſſum per ſe-
cundam inſtitutionem ſimpliciter factam de ipſis DD.
Cæſare & Borgogninis.Secundò,quòd ab ea inſtitutione
facta de DD. Cæſare & Borgognınis, non natis filijs ex
D.Aemylia ſit receſſum per inſtitutionem deinde factam
eiſdem ex his verbis; Vel interim donec. Et verè vter-
que intellectus videtur probabilis. Primò,quia poſterior
43 & nouiſsima voluntas † attenditur, l. traditio, in fi,ff. de a-
dimp.leg.l.ſi mihi & tibi.§.in legatis.de lege primo §.po-
ſteriore. Inſtit.quibus modis teſt.infirm. Secundò, quia
44 poſterior † inſtitutio eſt plenior,cùm ſit pura:& ideo prę-
ualet.l.ſi te ſolùm.§.primo de hæredib.inſtit. Hic intelle-
ctus no conuenit huic diſpoſitioni teſtatoris:ſiue vno, ſi-
ue altero modo ſumatur. Nam quò ad primum, repugnat
voluntas teſtatoris;qui(vt dixi ſupra)principaliter habuit
in conſideratione filios hos naſcituros ex Do. AEmylia.
Quos quidem (ſi teſtamenti tempore extitiſſent)ſolos hæ
redes feciſſet.Si ergo hîc intelligerem, quòd per inſtitu-
tionem factam DD. Cæſari & Borgogninis eſſet receſ-
ſum ab inſtitutione facta de filiis,illi eſſent priuati: & in-
ducta ad eorum fauorem ac augmentum, odium & dimi-
nutionem operarentur;contra l.quòd fauore. C.de legib.
&l.legata inutiliter.ff. de adimp. leg. cum vulgatis ſimili-
bus. Secundò ſequeretur illud abſurdum, quòd ſcilicet
45 † teſtator incontinenti recedere voluerit à prima volun-
tate. iuxta lege nam ad ea. ff. de condit. & demonſtratio.
46 Et † correctio ſemper eſt euitanda in qualibet diſpo-
ſitione, ſi diſtinguendo ad concordiam reduci omnia
poſſunt. ita reſpondit Alexand.conſilio 142. numer. ſep-
timo libro ſecundo Ita ſimilem intellectum improbauit
Decius conſilio 178.columna ſecunda verſiculo quartò e-
tiam alius &c.
Quò ad ſecundum modum intelligendi, hic pariter in-
tellectus non eſt verus,cùm apertè conſtet,teſtatorem vo-
luiſſe tam ante quàm poſt natiuitatem filiorum D.AEmy-
liæ ipſis filijs principaliter prouidere: quod non eſſet fa-
ctum, ſi ſublata temporis mentione ipſi DD. Cæſar &
Borgognini purè hæredes extitiſſent.Nam hæreditate per
eos adita, nullum ius amplius competijſſet filijs illis D.
AEmyliæ: quia DD. Cæſar & Borgognini ſemel effecti
hæredes,nō potuiſſent deſinere eſſe hæredes, vt dixi ſuprà.
Et ex his deſtruitur quoque primum & ſecundum argu-
mentum partis aduerſæ.
Quartus intellectus conſiderari poteſt, nempè, ex his
verbis: Vel interim donec,&c.DD. Cæſarē & Borgogni-
47 nos fuiſſe † vſufructuarios,vt ſimili in caſu conſiderat De-
cius d.conſi. 278. colu.3. verſi. Vnde poſtremò. quem ſe-
cutus eſt Bellonus conſi.6.nu.12.
Verùm nec intellectus iſte conuenit. Primò, quia hoc
modo nullus extitiſſet hæres ipſi teſtatori, caſu quo nati
non fuiſſent filij aliqui ex D. AEmylia. Secundò ex verbis
teſtamenti conſtat teſtatorem voluiſſe hos eſſe aliquan-
do hæredes,ſaltem non natis filijs ex D.AEmylia: quo er-
go fieri potuiſſet modo, vt vſufructuarij exiſterent, &
deinde hæredes;Tertiò ante natiuitatem filiorum, viuen-
te adhuc Domina Ioanna vxore vſufructuaria relicta,hoc
erat impoſsibile. Eſt ergo hic intellectus omni ex parte
reijciendus.
Quintus eſt intellectus, quòd teſtator voluerit Domi-
nos Cæſarē & Borgogninos eſſe hæredes directò,& dein
de eos grauaſſe reſtituere filijs natis poſtmodum ex Do-
mina AEmylia. Et hoc modo euitabitur illa ardua diffi-
cultas, quòd ſemel effectus hæres, non deſinit eſſe hæres.
Euitabitur & illa,quòd teſtator non poteſt decedere pro
parte teſtatus,& pro parte inteſtatus.Nam hoc modo ſem
per decedet teſtatus teſtator ipſe;& effectus hæres deſinit
eſſe hæres vtiliter,propter reſtitutionem. Nec incōuenit,
quòd filij naſcituri ex D.AEmylia vocati fuerint per ver-
bum directum,inſtituo;& deinde verbū illud obliquetur
vt fideicommiſſum ſignificet.Nam ita in caſu valde ſimi-
48 li,videmus; ꝙ ſi maritus teſtator inſtituit † vxorem ſuā in
vſufructu omnium bonorum, & poſt vxoris mortem in-
ſtituit fratrē proprium;vxor illa erit viuens hæres in om-
nibus, & inſtitutio fratris reſoluitur in fideicommiſſum
& perinde eſt,ac ſi vxor, inſtituta eſſet grauata poſt mor-
tem reſtituere fratri. Ita affirmarunt Angelus in l. filius
à patre. ff.de liberis & poſthumis. Salicetus in l.extraneū;
in quæſt. vlt. C. de hæredibus inſtituendis. & ibidem Ia-
ſon col. quarta,verſiculo,tertiò principaliter. Illos ſecuti
ſunt Decius conſilio 278. columna ſecunda,verſi.Idcirco
datur alius. Et alios plures,qui hanc Angeli.Saliceti & ſe
quacium ſententiam probarunt, retuli ſuprà in ſecunda
argumentatione deducta pro D.Iulio.
Hic intellectus non eſt verus:ſiquidem maximè repu-
gnat voluntas teſtatoris,qui principaliter & primo loco
vocauit filios naſcituros ex Domina AEmilia: & in eorū
defectum vocauit Dominos Cæſarem & Borgogninos.
Et ideò non poſſumus nos conuertere ordinem,vt ſcili-
cet filij primò loco vocati veniant ſecundo loco: & econ
tra Domini Cæſar & Borgognini vocati ſecundo loco ve
niant tanquam primi. Et hoc in caſu verè non loquūtur
Angelus,Salicetus,Iaſon,& cæteri ſupra relati. Qui qui-
dem loquuntur,cùm vxor primo loco fuit inſtituta,& te-
ſtatoris frater ſecundo.Nam ex quo ambo non poſſunt di
rectò eſſe hæredes,iuri conuenit,ꝙ is ſecundo loco voca-
tus,ſit per fideicommiſſum vocatus:quod hic non con-
tingit.
Sextus eſt intellectus,quòd Dominus Cæſar & Borgo-
gnini ex illis verbis: Vel interim,donec,&c. ſint hæredes
teſtatoris,ſed ſine commodo hæreditatis. Sicuti in ſimili
49 quòd ſi teſtator legat † vxori ſuæ vſumfructum omnium
bonorum,& poſt eius mortem inſtituit fratrem,vel alium
hæredem:nam hoc caſu frater ille hæres erit & viuente v-
xore adire poterit hæreditatem:ſed ipſius hæreditatis com
modum non ſentiet: quia illud totum eſt vxoris vſufru-
ctuariæ.quemadmodum docuit Baldus in l.id quod pau-
peribus,columna ſexta, verſiculo decimoquartò quæro.
C.de Epiſcopis & clericis,& illum ſecuti ſunt Iaſon in di
cta.l.extraneum,1.columna tertia,verſiculo ſecunda prin
cipalis opinio. C.de hæredibus inſtituendis, & alij non
nulli ex ſuprà relatis.Ita ergo & hoc noſtro in caſu D.Cæ
ſar & Borgognini hæredes effecti ſunt viuente D.Ioanna
vſufructuaria,& adhuc non natis filij ex Dom. Aemilia,
ſed ſine hæreditatis commodo,quod ſpectaba- ad Dom
Ioannem.
Non placet hic intellectus: nam etſi viuente Domina
Ioanna vſufructuaria, hæc interpretatio locum habere
poſsit;attamen non poſſet procedere,ea mortua; & filijs
non natis ex D.Aemylia;ex quo nullus extaret ad quem
hoc commodum ſpectaret. Prætereà in caſu Baldi vno
tantùmmodo ſuſpendebatur hæres aſſequi commodum
hæreditatis,id eſt, propter perſonam vxoris vſufructua-
riæ:ſed in caſu noſtro duo ſunt impedimenta. Vnum re-
ſpectu Dominæ Ioannæ vſufructuariæ: alterum reſpectu
filiorum naſciturorum. Qui quidem filij naſcituri effi-
ciunt,ne DD. Cæſar & Borgognini ſint purè hæredes, ex
quo conditio pendet: & tamen iuxta caſum Baldi eſſent
purè hæredes, licet ſolam bonorum proprietatem obti-
nerent,non autem commodum vſusfructus, iam vxori v-
ſufructuariæ delatum & quæſitum.
Septimus eſt intellectus, qui ( mea quidem ſententia
huic diſpoſitioni maximè conuenire videtur ) quòd ſci-
licèt DD. Cæſar & Borgognini ſint hæredes ſub condi-
tione, nempè, ſi non naſcentur filij ex Domina AEmy-
50 lia Et interim donec naſcerentur,non poterant adire † hę-
reditatem, ſed ſolùm petere bonorum poſſeſsionem de
iure prætorio. Quemadmodum iure claro permiſſum
eſt.lege ſi quis inſtituatur.ff. de hæredibus inſtituendis.le-
ge ſecunda. §. ſi ſub conditione, & lege hi.demum.ff.de
bonorum poſſeſsione ſecundum tabulam. lege filiuſ-
familias.ff. vnde liberi.& l.filiis matrem. C. de inofficio-
* ſo teſtamento. Et in hoc conueniunt * omnes,hæredem
ſub conditione inſtitutum non poſſe adire hæreditatem,
ſed petere & conſequi poſſe bonorum poſſeſsionem.De
eo ſolùm(quod tamen DD.Borgogninis non obeſt)am-
51 bigunt iuris interpretes,an hac † bonorum poſſeſsione a-
depta,ſtatim confirmetur teſtamentum. Qua in re duæ
fuerunt opiniones. Vna fuit Angeli in leg. miles ita. ff.
de militari teſtamento. quam probauit Angelus Areti-
nus in repetitio. lege ventre. numero vndecimo.ff de ac-
quirenda hæreditate.Hi affirmarunt,teſtamentum confir
mari,& proptereà vxorem relictam vſufructuariam poſſe
conſequi vſumfructum. Hæc opinio à cęteris reiicitur:
quippè quòd à futuro euentu pendeat, an teſtamentum
confirmetur,vel non. Nam, ſi conditio eueniet,ad hære-
dum vocatorum fauorem confirmabitur teſtamentum:
ſi contra,infirmabitur. Et ideò conditione pendente e-
ius vera perfectio ſtat in ſuſpenſo: quod mirum non eſt,
vt præallegatis iuribus manifeſtè probatur. Altera itaque

fuit opinio, quòd teſtamentum ſtatim non confirmatur,
ſed hac bonorum poſſeſſione conceſſa, ſit ſuccurſum cre-
ditoribus, legatariis & his ſimilibus. Quandoquidem is
52 bonorum † poſſeſſor creditoribus & cæteris ſatisfacere
poterit. Ita ſcripſerunt Roman. conſi. 71. & in eodem ca-
ſu reſpondendo Caſtren. 389. Viſis dubiis. lib. 1. Alexand.
conſilio 162. columna ſecunda, libro ſecundo. & Iaſon in
l. extraneum. columna tertia. verſic. Tertia fuit opinio. C.
de hæredibus inſtituen. Et hoc illud eſt, quod etiam ſcri-
bunt Cynus & Caſtren. in l. filius matrem. C. de inoffic. te-
ſtam. à quibus non diſſentit Bart. in dicta. l. ſecunda. §. ſi
ſub conditione. ff. de bonorum poſſeſ. ſecundũ, tabul. hãc
53 ſcilicèt bonorum † poſſeſſionem pendente cõditione da-
tam eſſe facti, quæ deinde iuris efficitur conditionis euen
tu. Et (vt re ipſa apparet) admittunt omnes hi doctores te-
ſtamentum hoc; cuius vera perfectio ſtat in ſuſpenſo, con
ſiſtere. Rectè itaquè itaque dicimus hoc noſtro in caſu,
teſtamentum valere pendente natiuitate filiorum. D. Ae-
myliæ: & interim DD. Cæſarem & Borgogninos effectos
fuiſſe bonorum poſſeſſores & adminiſtratores. quæ ſen-
tentia confirmatur ex doctrina Bartol. in l. ſi quis ita ſcri-
pſit, in fin. ff. de hæredibus inſtituendis. cùm docuit, quòd
54 ſi vnus † eſt inſtitutus purè & alter ſub conditione, is purè
inſtitutus habet dimidiam & inſtitutus ſub conditione al
teram dimidiam. Sed ille inſtitutus ſub conditione inte-
rim, nempè, pendente ipſa conditione retinet bona, non
tanquam hæres, ſed tanquam adminiſtrator. Et euentus
declarabit ad quem bona hæc pertineant. Nam, ſi eueniet
caſus conditionis, is, qui ſub ea conditione inſtitutus fuit,
hæres efficitur, & fingitur retro purè hæres inſtitutus. Si
verò deficiet conditio tota hæreditas deuoluitur & accer
ſcit cohæredi iam purè inſtituto. Ita declarat Imola in di-
cta l. ſi quis ita ſcripſerit. columna prima, verſiculo. In ea
gloſſa. ff. de hæredibus inſtituendis. Et in ſpecie eſt doctri
na Bartoli: in l. planè. la prima. §. ſi coniunctim. numero
55 ſecundo, de legatis primo. cum ſcribit, quòd ſi duo † ſunt
inſtituti, & re ſint coniuncti, & vnus purè, alter verò ſub
conditione ſit vocatus, is qui ſub conditione hæres eſt,
cùm ſtatim adire hæreditatem non poſsit, pendente ipſa
conditione, atque ita interim adminiſtrator erit. Et idem
reſpondit Cephalus conſilio. 52. numero decimooctauo
libr. primo.
Eiuſdem ſententiæ addo ego Ruinum clarius loquentem
conſilio nonageſimoſeptimo. numero ſeptimo, libro ſe-
cundo, & conſilio trigeſimoquinto. numero quinto, libro
tertio. & Alciatus reſponſio. quadrigenteſimononageſi-
moquinto, numero quinto, qui quidem Alciatus loquitur
de inſtitutione facta de filiis naſcituris; vt interim ſucce-
dentes dicantur potius adminiſtratores & curatores bo-
borum, quàm hæredes. Nec hîc repugnat, quòd relati in-
terpretes loquantur eo in caſu quando duo ſunt inſtituti,
& eorum vnus purè, ex cuius perſona teſtamentum ſuſti-
netur: noſtro verò in caſu vnus tantùm ſub conditione,
nempe dominus Cæſar & Borgognini, inſtitutus, qua cõ-
ditione pendente hæreditas adiri non potes: atque ita te-
56 ſtamentum non confirmatur, ex quo † hæreditas non po
teſt (vt aliqui loquuntur) ſtare in aere. ita Zanchus in d. re
petitione. l. hæredes mei. §. cùm ita. numero 1298. ff. ad
S.C. Trebellianum. M. Antonius Bauc. in §. hæres. Inſtitu
tio. de hæredib. inſtituendis.
Non inquam hoc repugnat: ſi quidem & in caſu Bar-
toli, Imolæ & aliorum, quò ad eam portionem hæredita-
tis relictam ſub conditione non confirmatur ex eo teſta
mentum, quòd alter ſit hæres inſtitutus: cùm purè inſti-
tutus eam portionem non capiat, & ſi caperet non eſſet
opus quòd inſtitutus ſub conditione conſtitueretur ad-
miniſtrator. Præterea in caſu. l. ſi quis inſtituatur. ff. de hæ-
redibus inſtituendis. & l. ſecundæ. §. ſi ſub conditione. ff.
57 de bonorum poſſeſsione ſecundum tab. vnus † ſub condi-
tione inſtitutus eſt, & tamen valet interim teſtamentum
donec eueniat caſus conditionis, cuius euentu teſtamen-
tum perfectè confirmatur tantum hæres. Quocircà di-
58 cendum eſt adminiſtratorem conſtitui, quia † hæreditas
repræſentat certum quoddam tempus, nempè hæredis in
rerum natura nondum exiſtentis, vel exiſtentis, ſed impe-
diti ob adiectam conditionem ſuæ inſtitutioni: qua ſanè
conditione eueniente retro fingitur, quod ſcilicèt ab ini-
tio hæres is fuerit. Ita probat l. hæres quandoque. ff. de ac
quirenda hæreditate. quo loci ita reſpondit Florentinus.
Hæres quandocunque adeunddo hæreditatem, iam tunc
à morte ſucceſsiſſe defuncto intellgitur. Quo reſponſo
59 intelligimus, † teſtamentum conſiſtere, etſi ſtatim
non adeatur hæreditas. Idem probat lege quod dici-
citur. ff. de militari teſtamento, ſentit Iaſon in dicta le-
ge extraneum. la prima, columna tertia, verſiculo. In i-
ſta difficultate. Ruinus conſilio quinquageſimoquar-
to. numero ſeptimo, & numero decimoquarto. in fine. li-
bro ſecundo. Et ratio. cur ita valeat teſtamentum ſub
conditione hærede inſtituto, & non ad diem, illa eſt
quam adfert Imola in leg. hæreditas ex die, columna quar
ta, verſiculo vlterius pro declaratione. ff. de heredibus in-
60 ſtituendis. & videmus † hereditatem poſſe iacere, & ante-
quam adeatur repræſentare defunctum. l. ſi vnus. §. vlt. ff.
de pactis. & l. mortuo. ff. de fideiuſſoribus, & reſpõdit Bal-
dus conſilio 200. Verba Cyni, colum. vltim. verſic. itẽ hæ-
reditas. lib. 2. Calcan. conſi. primo. column. 2. & Iaſ. in l. ſi
is qui pro emptore. num. 28. ff. de vſucapio. Et illi interim
datur curator. Deci. conſi. 509. num. 1. & alibi ſæpe. Quod
61 verò aſſerunt Zanchus, & cæteri, † hæreditatem non poſſe
ſtare in aere, procedit quo ad dominium rerum, quod ſi
non eſt penès vnum, intelligitur eſſe apud alterum, cùm
in vacuo & aere ſtare non poſsit, & ita ipſemet Zanchus
rectè ait. Et in caſu noſtro non poteſt dici dominium ſta-
re in aere, quia interim donec ab hærede adeatur, defun-
ctum refert. Et ſi vera eſſet aduerſarij aſſertio, ſequeretur
quòd nunquam hæres vnus poſſet à teſtatore inſtitui ſub
conditione, cuius contrarium probatur in dicta l. ſi quis
inſtituatur. ff. de hæredibus inſtituendis. & in dicta l. ſecũ-
da. §. ſi ſub conditione. ff. de bonorum poſſeſsione ſecun-
dum tabulas, & diximus ſuprà. Et diſpoſitionem hanc ita
intelligendo, res erit clara, & ceſſabunt omnes dubitatio-
nes, quia hæredes hi intelliguntur ſub conditione vocati,
vt diſpoſuit teſtator, teſtamẽtum ſubſiſtet, illa vſufructua-
ria è manibus adminiſtratorum vſumfructum accipiet. Et
interim iſti adminiſtratores erunt expectando deinde cõ-
ditionis euentum. Eſt itaque concludendum, hos hæredes
fuiſſe ſub conditione vocatos: ex quo & illud conſequens
deducitur, dominum Cæſarem non potuiſſe tranſmittere
portionem illam ſuam ad dominum Iulium fratrẽ hære-
demq́; ſuum. Quam quidem tranſmiſsionem locum habe-
re non poſſe hoc in caſu alijs permultis rationibus demõ-
ſtratum fuit.

Nunc ſupereſt vt contrarias rationes & argumenta ex
ordine, vt iam pollicitus ſum, diluam.

Non obſtat itaque primum partis aduerſæ argumentũ:
quia reſpondetur primò, vt dixi ſupra in declaratione pri-
mi intellectus. Eo enim loci dixi, fieri non poſſe, vt detra-
cta temporis mentione hi purè hæredes intelligantur pu-
rè inſtituti, atque ita vera non eſt illa propoſitio maior il-
lius primæ argumentationis aduerſarij. Cui quidem pro-
62 poſitioni reſpõdeo etiam, dum in ea dictum fuit, † dictio-
nes interim & donec, non ſignificare conditionem, ſed
tempus, ex ſententia Nattæ conſil. 459. num. 14. lib. ſecun-
do. poſt Baldum ab ea relatum. Reſpondeo inquam, quòd
hæ dictiones præſupponunt præcedere conditionis im-
pedimentũ, vel aliud ſimile. ita probat l. libertus. §. in quæ-
ſtionibus. ff. ad municipial. Albericus in ſuo dictionario,
in verbo, Interim. Franciſcus Aret. in l. quod meo. num. 11.
ff. de acquirenda poſſeſsione. Socin. Sen. cõſil. 69. num. 4.
lib. primo. Quocircà dicebam ſuprà in primo intellectu,
quòd hæc argumentatio poteſt optimè retorqueri in ad-
uerſarios. ſi enim iſta verba: Vel interim donec, &c. ſunt
detrahenda ex hoc teſtamento, certum eſt, quòd dominus
Cæſar & Borgognini erũt ſub conditione vocati ex ver-
bis præcedentibus, ibi: Et ſi nulli ex tabunt. Nec dubium
eſt, quin poſsit teſtator condere teſtamentum omnibus
hæredibus ſub conditione inſtitutis. l. ſecunda. §. ſi ſub
conditione. de bonorum poſſeſsione ſecundum tabulas. &
ſupra dixi multis in locis. Reſpondeo, & ſecundò, mino-
rem propoſitionem illius primi argumenti non eſſe ve-
ram ſiquidem (vt dixi ſuprà in tertio intellectu (non eſt
63 † præſumendum, quòd teſtator voluerit in continenti ſe
ipſum corrigere & recedere à diſpoſitione, quã fecit pau-
lò ante. dicta l. nam ad ea. ff. de conditionib. & demon-
ſtrationibus & maximè, quia hoc modo filij ex domi-
na AEmylia naſcituri, qui alioqui à teſtatore fuerunt
64 prædilecti, eſſent excluſi. Nec obſtat text. † lege ſi te ſo-
lum. §. primo. ff. de hæredib. inſtituendis. quia reſpondeo,
id factum eſſe, quia ſecunda inſtitutio facta ſub condi-
tione, eandem ſolam perſonam reſpiciens, nil operari
poteſ-



poterat, cùm iam hæreditas purè data fuerit. ita declaran
65 do † l. nam ad ea. ff. de conditio. & demonſtratio. quæ ean
dem penè habet ſententiam, explicat Dec. conſ 190. col.
vlt. ver. 2. & melius. At diuerſum eſt in caſu noſtro, in quo,
admiſſo hæc verba: Vel interim &c. ſignificare vocatio-
nem puram, vtrunque operatur. Nam vocatio conditio-
nalis efficit illos hæredes, non natis filiis: illa verò voca-
tio pura efficit eos poſſeſſores bonorum & hæreditatis
adminiſtratores. vt ſupra declarauimus in vltimo intel-
lectu.
Non obſtat ſecundum argumentum, quia ex iam di-
ctis reſpondetur, non poſſe fieri, vt hi hæredes purè effe-
cti dicantur, detracta temporis mentione. Et iam ſupra
in primo intellectu declaraui dictam. le. hæreditas ex die,
non prodere in caſu noſtro, cùm loquatur eo in caſu quã-
do vnus tantùm hæres in teſtamento fuit inſtitutus, non
66 repeto ſæpius dicta. Nec hîc repugnat illa doctrina † Sa-
liceti in l. extraneum. la 1. quæſtio. vltim. C. de hæredi-
bus inſtituendis. & ibi Iaſon colum. 4. verſiculo, Tertiò
principaliter, & aliorum quos in dicto 2. argumento re-
tuli: quia reſpondeo, Doctores hos concedere; vxorem
illam eſſe purè vocatam, & deinde grauatam onere fidei-
commiſſ. quod non contingit in caſu noſtro, in quo (vt
demonſtrauimus ſupra in quinto intellectu) falſum eſt,
quòd dominus Cæſar & Borgognini ſint purè vocati, &
deinde grauati reſtituere filiis naſcituris ex domina AE-
mylia; vt eo loci dixi, quod non repeto. Et ideo relati Do
67 res concedunt, † vxorem illam adeo eſſe purè inſtitutam
& vocatam, vt poſſit non aditam hæreditatem tranſmit-
tere. Ita poſt alios declarat apertè Pariſius conſilio no-
nageſimoſeptimo, numero 5. 6. 7. libro ſecundo, Di-
dacus libro ſecundo variarum reſolutio. capitulo ſe-
cundo, numero quinto. Id quod negamus præſenti in
caſu.
Non obſtat tertium argumentum, quia reſpondeo pri
mò, quòd immò intelligendo dominum Cæſarem & Bor
gogninos eſſe ſub conditionẽ vocatos, impediebatur do
mina Ioanna vſufructuaria conſequi legatum vſusfru-
ctus, ſi quidem conſequi multis modis poterat, etiam
non adita hæreditate, ſed pendẽte conditione. Primò po-
terat accipere de manu ipſorum domin. Cæſaris & Bor-
gogninorum, qui interim donec purificaretur conditio,
ideſt, donec naſcerentur, vel non naſcerentur filij ex do-
mina Aemilia, erant bonorum poſſeſſores & adminiſtra
tores, vt ſuprà in ſeptimo intellectu demonſtrauimus. Et
certi iuris eſt, legatarios poſſe conſequi legatum è manu
68 adminiſtratorum hæreditatis, † qui ſi bona hæreditaria
poſſunt diſtrahere. leg. ſi quis inſtituatur. ff. de hæredi-
bus inſtituendis, multò fortius poterunt legata præ-
ſtare.
Poterat & ſecundò domina Ioanna conſequi vſumfru-
69 ctum † ſua manu, vel iudicis auctoritate, ſi nullus eo tem-
pore extitiſſet hæres, è cuius manu habere illud potuiſſet:
vt ſcribunt Baldus in dict. leg. extraneum, la prima. nu-
me. quarto. C. de hæredibus inſtituendis. & ibidem An-
gelus, à quibus & eo loci non diſſentiat Iaſon. columna
tertia, verſiculo, in iſta difficultate. qui eiuſdem opinio-
nis recenſet Baldum & Comen. in dicta leg. hæreditas
ex die. ff. de hæredibus inſtituendis. Et his accedunt So-
cinus Senior conſilio 131. colum. 4. verſiculo. Nec obſtat,
libro primo, Picus in leg. Titia. §. Titia cùm nuberet. nu-
mero 137. in fine. de legat. ſecundo. quos ſecutus ſùm in
in tractat. de adipiſcenda poſſeſſione, remedio ſecundo,
num. 67.
Poterat & tertiò ſua auctoritate D. Ioanna apprehẽdere
70 † vſumfructum, ex quo tit. inſtitutionis fuit ei relictus. ſi
q̃dẽ vera eſt Doctorũ ſentẽtia, inſtitutum in re certa, da-
to ẽt cohærede vniuerſali, poſſe rem illam ſua manu cape
re. Ita Iaſ. in l. non eſt dubium, col. 2. verſ. tertio notabili-
ter limita. C. de legat. poſt Bart. in l. ex facto, de hæredib.
inſtituendis. & alios quos ſecutus ſum in d. 2. remed. nu.
71 64. Accedit quartò, quòd † vxor hæc ſua auctoritate
capere poterat, ob facultatem, quam ei dediſſe creditur te
ſtator: ſicuti ſcripſi in d. 2. remed. nu. 54. poſt Picum d. §.
Titia, nu. 137. & alios eo loci relatos.
Non obſtat quartum argumentũ, quia reſpondeo, & fa
72 cilè concedo, quòd verbum inſtituo, † eſt directum, &
purè tribuit hæreditatem, quando ſcilicet nulla condi-
tio vel tempus adiectum fuit, vt loquitur Bartol. in dicta
l. Centurio. nume. 43. ff. de vulgar. ſed noſtro in caſu non
ita ſe habet res, cùm verbo inſtituit, adiecta ſit illa condi-
tio, ſi nulli filij naſcerentur ex domina AEmylia. Quocir
cà neſcio videre quomodo procedat illa argumentatio
Ronchegalli, cuius etiam illatio non eſt vera, cùm dixit,
quòd licet filij ex domina AEmilia naſcituri ſint etiam
per verbum directum vocati, attamen exponi debet pro
ſubſtituit. Non inquam vera eſt hæc illatio, quando-
quidem (vt dixi ſupra in quinto intellectu) verius eſt, filios
naſcituros eſſe à teſtatore priore loco vocatos, atque ita
principaliter, & in eorum defectum fuiſſe inſtitutos do-
minum Cæſarem & Borgogninum. Et ideo non poſſu-
mus dicere dominum Cæſarem & Borgogninos eſſe pri-
mo loco vocatos, & deinde grauatos reſtituere ipſis
filiis naſcituris, vt iam dixi. Et ex his ceſſat & conſi-
deratio de clauſula codicillari, quæ hîc nihil opera-
tur, vt ſcilicet ad fideicommiſſum trahatur. non enim
trahi hîc eo modo poteſt, vt à Ronchegallo conſidera-
ratur.
Non obſtat quintum argumentum, quod etiam Ron-
chegalli fuit: quia reſpondeo, minorem illam propoſitio-
nem illius argumenti non eſſe veram. Si quidem iam con-
ſtat, & ſupra demonſtrauimus, inſtitutionem factam
D Dom. Cæſari & Borgogninis ab initio non fuiſſe (vt
præſupponit in ſuo argumento Ronchegallus) puram.
Verius enim eſt fuiſſe conditionalem, cùm fuerint ſub
ea conditione vocati, ſi nulli filij ex domina AEmy-
lia naſcentur. Præterea, & ſecundò, non eſt vera illa
propoſitio maior illius quinti argumenti, cùm ait Ron-
chegallus, quòd quando diſpoſitio ab initio eſt pura
& perfecta, licet reſolutio differatur, non tamen actus
ſuſpenditur, ex ſententia † Caſtrenſ. in dicta lege prima, 73
numero quinto, verſiculo item ſi apponatur. ff. de con-
ditionibus & demonſtrationibus non inquam eſt ve-
ra in terminis noſtris hæc aſſertio: ſi quidem hîc non eſt
vſus teſtator verbis, quibus ſola apprehenſio hæredi-
ditatis differatur: vt in caſu Caſtrenſis. Cuius rei de-
clarandæ gratia ſciendum eſt inter multas differen-
tias, quas recenſet eo loci Caſtrenſis inter dictionem,
ſi, & dictionem, cùm, hanc vnam adfert: quòd ſi
apponuntur ad executionem legati maximè differunt,
ſi teſtator ita legat: Lego centum Caio. Legatum ita
ſimpliciter in vna ratione factum eſt purum: ſi deinde
in executione legati ita teſtator loquatur: quam ſum-
mam centum à me legatam præſtari volo, cùm Caius
morietur. Hoc caſu legatum iam purè relictum non
redditur ex his verbis conditionale, ſed remanet pu-
rum, & illa legati præſtatio differtur. Et hic caſus non
eſt noſter, cùm teſtator vſus non ſit dictione cum, ſed
dictione ſi. Si verò teſtator (inquit Caſtrenſis) legat
purè, & deinde in executione vtatur his verbis, quam
ſummam præſtari volo, ſi Caius morietur, legatum red-
ditur conditionale. leg. quibus diebus. §. quidam. de con-
ditio. & demonſtratio. Et hic caſus eſt noſter, cùm cla-
rè appareat teſtatorem vocaſſe dominum Cæſarem &
Borgogninos, ſi nulli filij ex domina AEmylia naſcen-
tur. Eſt ergo conditionalis eis facta inſtitutio. Qui-
nimmò fortius dico, quòd in caſu noſtro idem eſſet di-
cendum, quando teſtator loco dictionis Si, vſus eſſet di-
ctione, cùm, vt ſi dixiſſet: Et cùm nulli naſcentur fi-
lij ex domina AEmylia, inſtituo dominum Cæſarem &
Borgogninos. Nam & hoc caſu diſpoſitio eſſet con-
ditionalis, ex quo dictio cùm, eſt appoſita ad euentum
extrinſeci caſus, qui ſcilicet euenire & non euenire po-
tuiſſet, vt apertè docuit Caſtrenſis in dicta. lege prima.
numero quinto. verſiculo. Extra iſtos caſus. Non etiam
repugnat doctrina Pariſij, dicto conſilio quinto, nume-
ro duodecimo. & decimotertio, libro quarto: quia lo-
quitur Pariſius eo in caſu, quando conſtabat verè ab i-
nitio actum fuiſſe purè geſtum, & deinde in executio-
tione adiecta fuit conditio non ſuſpenſiua, ſed reſoluti-
ua. id quod non contingit in caſu noſtro, in quo (vt dixi-
mus) ab initio inſtitutio conditionalis fuit. Et idem
quod Pariſius ſcriptum reliquit Tiraquellus in loco præ-
allegato.
Non obſtat ſextum argumentum, quia reſpondeo, il-
lud primum præſuppoſitum Ronchegalli non eſſe ve-
rum in caſu noſtro. Ais enim, quòd quando inſtitutio
eſt pura, &c. Hoc in caſu noſtro non eſt verum, quia iam

diximus, inſtitutionem factam dominis Cæſari & Bor-
gogninis puram non eſſe. Et præſupponit Ronchegallus
dominum Cæſarem & Borgogninos fuiſſe grauatos re-
ſtituere filijs natis ex Do. AEmilia, quod falſum eſſe iam
demonſtrauimus.

Quocircà ad rem noſtram non conferunt illæ doctri-
næ Ancharan. dicto conſilio 220. & Bartol. in dicta l. vlti-
ma. §. primo. ff. ad S.C. Tertyllianum, quæ in eo ſexto ar-
gumento adferuntur. Quod, vt planum faciam, duas con-
75 cluſiones conſtituo. Prima eſt, quòd, ſi† ſtatutum excludit
fœminas, donec & quouſque extabunt maſculi, non di-
citur eas perpetuò excludere, ſed temporaliter: & ideo di-
cuntur potius ſuſpenſæ à facultate ſuccedendi, quàm ex-
cluſæ. Ita loquitur Bartol. in dicta l. vltima. §. primo. nu-
mer. ſecundo. ff. ad S.C. Tertyllianum, & cum eo Ancha-
ran. l. dicto conſilio 220. columna prima, & ſecunda, & an
te eum Bald. conſilio ſexageſimonono. Cùm ſtatutum.
columna prima, libro primo. repetitum conſilio 426. li-
br. 4. & alij plures relati in dicto ſexto argumento. Qui-
bus accedunt Decius conſilio 331. columna prima. & con
ſilio 607. numero decimoſexto. Brunus in tract. Quòd
ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant. articu. deci-
mo. numero 23. 24. & numero ſeptuageſimoprimo. Rui-
nus conſilio trigeſimooctauo. & conſilio quadrageſi-
moſexto. libro tertio. Pariſius conſilio vigeſimoſecun-
do. numero decimoquinto. & nume. vigeſimoſecundo.
& conſilio vigeſimotertio. numer. quinquageſimoocta-
uo. libro primo. conſilio quadrageſimooctauo. numero
vigeſimoprimo. & conſilio octuageſimoquinto. nume-
ro 83. libro ſecundo. & Socinus Iunior conſilio 110. nu-
mero 4. & conſilio 114. numer. 6. libro primo. & conſ. 52.
nu. 5. lib. 3.

Verùm, (vt re ipſa patet,) hæc concluſio non conuenit
76 caſui noſtro, ex quo pares nõ ſunt termini: ſiquidem† Bar
tolus, Baldus, Ancharanus. & ſequaces. loquuntur eo in
caſu, in quo appareat fœminas ipſas iam à lege commui
purè & ſimpliciter, æqualiter vna cum maſculis admit-
ti ad ſucceſſionem bonorum patris: ſed deinde à ſtatuto
impediuntur ad tempus, nempe. donec extabunt ma-
ſculi. Eſt enim hoc in caſu clarum, legem communem æ-
què admittere fœminas ad patris ſucceſſionem ac maſcu
los. l. maximum vitium. C. de liber. præter. Cùm ergo ſta
tutum vult fœminas, non admitti, donec extabunt maſcu
li, non aufert, nec mutat ius ſucceſſionis fœminarum
in ſubſtantia, ſed ſolùm ad tempus, id eſt, quouſque ex-
tabunt maſculi, ſuſpendit. Et ideò fœminæ ſolùmmodo
impediuntur propter maſculorum exiſtentiam agnoſce-
re & apprehendere ius illud ſucceſſionis ſibi à iure com-
muni conceſſum. Diuerſum omninò eſt in caſu noſtro,
in quo dominus Cæſar & Borgognini nullum ius habent
ſibi delatum, niſi ex teſtamento iſto, in quo vocati ſunt
non purè, ſed ſub conditione, ſi nulli filij maſculi ex do-
mina AEmylia naſcerentur. Non ergo ante horum fi-
liorum defectum. atque ita ante purificatam hanc con-
ditionem ius aliquod dici poteſt delatum & acquiſitum
ipſis dominis Cæſari & Borgogninis: vt erat quæſitum
in caſu Bartoli, Anchara. & ſequacium. Et ideò in caſu
noſtro aderat defectus in ſubſtantia iuris, non autem ſo-
la ſuſpenſio in iure agnoſcendi & petendi. Præterea,
& ſecundò alia ratione demonſtratur terminos non eſ-
ſe pares. Nam Bartolus & cæteri loquuntur in diſpoſi-
77 tione† ſtatuti, hoc eſt, legis, quæ ad tempus & ex tempo-
re hæreditatem dare poteſt. Quod ſecus eſt in diſpoſi-
tione hominis, ideſt, teſtatoris, qui non poteſt ad tem-
pus hæredem facere. dicta lege hæreditas ex die. de hæ-
redibus inſtituendis. Et ideò in hominis diſpoſitione hæ
dictiones, donec, & quouſque; nihil operantur. Ita in
terminis his ſeipſum declarat Batolus in dicta lege vl-
tima. §. primo. columna prima. verſiculo, idem dicerem
in hæreditate. ff. ad S.C. Tertyll. & illum ſecutus eſt Cra-
uetta conſilio centeſimouigeſimoſeptimo, numero vn-
decimo, etſi alia ratione ipſe ſuo in caſu aliter reſpon-
derit. Cùm ergo nos verſemur in diſpoſitione hominis,
conſtat terminos quæſtionis Bartoli relatæ in dicto ſexto
argumento à noſtris his differre. Quinimmò illa Bartoli
doctrina vt eſt ab eo declarata in aduerſarios poteſt re-
torqueri. nempè, illa verba: Vel interim donec, &c. nil ope
rari, ſed relinquere teſtatoris diſpoſitionem in ſuo eſſe,
hoc eſt, vt ſit conditionalis verbis clarè à teſtatore prola-
tis: Et ſi nulli filij maſculi, &c.

78 Secunda eſt concluſio, quòd† fœminæ excluſæ donec
& quouſque extabunt maſculi, ſi decedunt ante maſcu-
los, ius ſuum ſuccedendi, mortuis maſculis tranſmittunt
ad ſuos hæredes. Quam ſententiam probauit Anchara-
nus dicto conſilio ducenteſimouigeſimo, columna vlti-
ma. & ante eum Baldus. dicto cõſilio 69. Cùm ſtatutum.
columna 3. libr. 1. Iaſon conſilio 105. columna ſecunda &
* tertia, libro quarto. & * communem eſſe ſcribit Brunus
in tracta. Quòd ſtantibus maſculis, fœminæ non ſucce-
dant. articul. vndecimo, numero nonageſimoquarto. Ea
ratione prima vſi ſunt: quòd non dicuntur hæ fœminæ
perpetuò excluſæ, ſed ſolùm temporaliter, donec exta-
bunt maſculi, & ideò ſolus adeſt defectus ob extrinſecam
perſonam, nempè maſculorum, quæ ſuſpendit: & ideò nõ
impeditur tranſmiſſio. l. ſi quis filium. C. de inoffici. te-
ſta. De qua ratione dicimus infra in reſponſione ad no-
num argumentum. Ea quoque ſecunda ratione vtuntur,
quòd defectus non eſt in iure deferendi. Iam enim (vt di-
ximus ſup.) fœminis æquè delata eſt à iure communi
ſucceſſio ac maſculis: ſed eſt ſola ſuſpenſio in iure agno-
ſcendi & petendi, & ita eſt impedimentum temporale;
quod non impedit tranſmiſſionem. l. ventre. ff. de acqui-
79 renda hæreditate. Accedat tertiò quòd † fœmina excluſa
donec extabit maſculus, non deſinit eſſe ſua patri. Et ob
id ob ſuitatem tranſmittit ius ſuum. ita arguit Iaſon dicto
conſilio 105. colum. vltima, verſiculo quartò facit. libro
quarto, Cæterùm, nec hæc concluſio caſui noſtro con-
uenit. Non enim in caſu noſtro hi DDom. Cæſar & Bor-
gognini ſolummodò ſuſpenduntur à ſucceſſione, ſed e-
tiam pendente conditione nullum ius habent, cùm con-
ditio nihil ponat in eſſe, vt iam dictum fuit. Nec eis
delata eſt & quæſita ſucceſſio, vt in caſu Baldi, ita vt
poſſint tamquam ſui ſuccedere, vt illo in caſu fœminæ
poſſunt.

Præterea, admiſſo quòd termini ſint pares; attamen ad-
huc illa Baldi & ſequacium traditio non multum vrget:
80 quandoquidem aduerſus eos ſenſerunt † Bartolus in d. l.
vltima. §. 1. numero tertio, ff. ad S.C. Tertullianum. Imola
in l. ei qui ſoluendo. ff. de hæredibus inſtituendis. Alexan
der. in l. ſecunda, columna penultima. C. de liber. præter
Aretinus in l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium. col. 3. verſicu.
ſed quæritur immediatè. de liber. & poſthum. qui ait, Bar
toli ſententiam aduerſus Baldum eſſe veriſsimam. Et eo
loci reſpondet rationibus ſupra adductis pro opinione
Baldi; & maximè ad textum dictæ. l. ſi quis filium. C. de
inoffi. teſt. & l. ventre. ff. de acquirenda hæreditate, de qui-
bus aliquid infra dicemus, præſertim in reſponſione ad o-
ctauum, nonum & decimum argumentum. Quæ ſanè
argumentationes ex his, quæ hîc attulimus, declaran-
tur.

Non obſtat ſeptimum, quia reſpondetur, dominum
Cæſarem & Borgogninos non fuiſſe vocatos paſsiuè, at-
que ita ſubſtitutos, & deinde etiam grauatos onere fidei-
commiſſi: ſed ſolùm (vt diximus) ſubſtituti fuerunt actiuè
defectu filiorum naſciturorum ex Dom. AEmylia. Et ob
id vera non eſt illa conſideratio in eo ſeptimo argumen-
to deducta. Et ſuprà demonſtrauimus illa verba, Vel in-
terim donec, &c. efficere potius hos adminiſtratores hæ-
reditatis quàm veros hæredes, & onere fideicommiſſi gra
uatos.

Non obſtat octauum, quia reſpondeo, nil ad rem con-
ferre: ſi quidem loquitur † Ancharanus eo in caſu, in quo
vna pars bonorum accreſcit vni perſonæ tantum. quæ iam
aliam partem obtinebat: & nullus alius extabat. cui ſecun-
da illa portio deferretur, vt verè eſt in eo exemplo, de quo
apud ipſum Ancharanum. Cùm ſtatutum excludit fœmi-
nas dotatas à ſucceſsione patris donec & quouſq; extabũt
maſculi: mortuis maſculis illa dos filiæ hoc eſt, illa por-
tio legitimæ quæ iam ipſius filiæ quæſita eſt, trahit
ad ſe illam portionem ſecundam? cùm fœminæ & maſcu-
li re coniuncti ſint à iure communi ad ſuccedendum pa-
tri. Verùm, quia ſtatutum fœminas à ſucceſsione ſuſpen-
dit, & eas filijs maſculis ſubſtituit, conſtat maſculos & fœ-
minas eſſe coniunctos & ſubſtitutos: coniunctos inquam
à iure communi, ſubſtitutos verò à ſtatuto. Et ideo non
eſt mirum quod fœminæ tranſmittant ius ſuum condi-
tionale. quòd ſperant conſequi mortuis maſculis, quibus
82 à ſtatuto ſubſtitutæ ſunt. Nam quando † ſubſtitutio
conditionalis



conditionalis eſt iuncta cum iure accreſcendi, efficit vt
ius conditionale proueniens à ſubſtitutione nondum pu
rificata tranſmittatur. Ita probat d. l. qui patri. ff. de acqui
renda hæred. quam ita intelligunt Soc. Sen. con. 6. nume-
ro 14. lib. 3. Iaſ. conſi. 154. col. pen. verſi. 4. principaliter. li.
4. Rui. conſi. 156. nu. 4. conſi. 178. nu. .. & conſi 201. nu. 7.
li. 2. qui egregiè loquitur. Cur. Iun. conſi. 16. num. 6. & in
ru. C. quando non peten. partes pet. accr. col. pen. & eo lo
ci Cagno, nu. 52. Pariſi. conſi. 76. col. vlt. verſic. poſtremò.
& conſi. 77. nu. 23. li. 2. idem conſi. 5. nu. 41. & conſi. 50. nu.
3. li. 3. Cephalus conſi. 283. num. 26. li. 2. cæteros prætereo.
Quibus apertè conſtat, nos hoc in caſu nõ verſari. Non. n.
hic conſiderari aliqua poteſt coniunctio & ſubſtitutio in
ter vnum & aliud tempus, vt argumentatur de re ad tem
pus, Ronchegallus in dicto octauo argumento; non a-
nimaduertens argumentum hoc pacto duci non poſſe, &
terminos non eſſe pares.

Non obſtat nonum argumentum, quod etiam Ron-
chegalli fuit; quia reſpondeo, falſum eſſe quòd noſtro in
caſu DD. Cæſar & Borgognini ſolùm impedirentur con
ſequi hanc hæreditatem ob impedimentum perſonæ fi-
liorum ex D. AEmylia naſciturorum, vt pote quòd illis
remotis, ipſi DD. Cæſar & Borgognini ius in ea hæredi-
tate obtinerent. Eſt inquam hoc falſum, cùm verè nullum
ius eis competeret (vt dixi ſupra in reſponſione ad 6. argu
mentum) niſi poſt euentum conditionis, id eſt, poſtquam
clarũ erit, nullos extare poſſe filios maſculos ex D. AEmy
83 lia. Quocirca ceſſat diſpoſitio † l. ſi quis filium. C. de inof.
teſta. qua nititur Ronchegalli argumentatio deſumpta
ab eo reſponſo Anchara. d. conſi. 220. nu. 4. verſi. ſed vt di
xi. Nam is textus l. quis filium loquitur de iure competen
ti, id eſt, de querela, quæ filio competebat, ſed quæ non-
dum erat præparata: & dicitur tranſmitti ex quo ius quæſi
tum erat, licèt à filio nondum eſſet deductum in iudicio.
Ita intelligunt omnes d. l. ſi quis filium. Præterea, is caſus
d. l. ſi quis filium, ad rem noſtram non facit: ſi quidem ſpe
cialis eſt. Nam ibi filius exhæredatus ideo non mouit que
relam inofficioſi teſtamenti, quia hæres ſcriptus diſtulit
adire hæreditatem; & querela intentari nõ poteſt ante a-
ditam hæreditatem. l. filium. §. ſed cùm exhæredatio. ff. de
bonorum poſſeſſ. contra tabu. Niſi ergo hic filius fuiſſet
impeditus facto hæredis, eam querelam non tranſmiſiſ-
ſet. Ita textum illum declarant Butrig. & Salic. in l. cùm
mota. C. de tranſac. & ibidem clarius Iaſ. nu. 12. verſi. limi-
ta tamen ſingulariter. Idem Iaſ. in d. l. ſi quis filium. nu. 3.
verſi. 3. notabiliter limita. Quocirca dicendum eſt, caſum
illum ſpecialem trahi non debere in conſequentiam: imò
retorquetur argumentum; quia ſi eſt ſpeciale eo in caſu,
ergo in contrarium eſt ius commune. l. quod verò. l. ius ſin
gulare. vbi gloſſa & Doct. ff. de legib. Et in querela eſt tex.
in l. poſth. ff. de inoffic. teſta.

Non obſtat decimum, quia reſpondetur primò, negan-
do illam minorem propoſitionem argumenti, quòd ſcili
cèt in caſu noſtro ſola adſit ſuſpenſio in iure petendi & a-
gnoſcendi, non autem adeſt defectus in ipſa iuris ſubſtan
tia. Hoc falſum eſt, cùm iam ſuprà dixerim in reſponſio-
ne ad ſextum, & aliis in locis, hîc adeſſe defectum in ipſa
iuris ſubſtantia, cùm vocati fuerint DD. Cæſar & Borgo
gnini ſub conditione, qua quidem pendente nullum ius
84 competit, cùm† conditio nihil ponat in eſſe. l. ſi quis ſub
conditione dandorum decem. ff. ſi quis omiſſa cauſa te-
85 ſtam. & pendente† conditione actus non dicitur actus. l.
86 pecuniã quam. ff. ſi certum peta. & ibi Alex. nu. 4. Et† gra-
tiam conditionalem dici imperfectam probat capitu. ſi
pro te. de reſcrip. in 6. & ibidem gloſſa & omnes. Et con-
tractum conditionalem non eſſe verè contractum reſpon
dit Aretin. conſi. 11. nu. 2. immò conditio ſubſtantiam ip-
ſam ſuſpendit. l. concedere diem de verborum ſignifica-
tione, & in ſpecie declarat Imola in l. hæreditas ex die co.
4. verſ. alia ratio aſſignatur. ff. de hæred. inſtituen. quo lo-
ci ait è contra, diem non ſuſpendere ſubſtantiam, ſed ſo-
lùm exercitium. Quocircà ad rem non conferunt. l. ventre
ff. de acquir. hæred. & l. ſi exhæredatus. ff. ad S. C. Syllania
num, quæ loquuntur in iure purè competenti, licèt ſuſpẽ
ſum ſit ob aliquod impedimentum. Quod ſanè impedimẽ
tum eiuſmodi non eſt, vt tranſmiſſionem impediat: ſic-
uti clarè probat textus l. illud. §. ſi quis eum. ff. de bonor.
poſſeſſ. contra tabulas. quos declaratur d. l. ventre. ff. de ac
quir. hæred.

Non obſtat vndecima argumentatio, quia reſponde-
88 tur, primò, non eſſe abſolute verum, quòd† grauatus one
re fideicommiſſi poſſit, pendente conditione bona illa a-
lienare. Nam id ſolum procedit quò ad detrimentum ip-
ſius grauati alienantis, qui, dum viuit, & conditio non e-
uenit, non poteſt eam reuocare, vel aliter illi contraueni-
re. Ita loquuntur Caſtrenſis & Iaſ. d. l. vlt. §. ſed quia C.
communia de l. & cæteri Docto. quos eo loci retuli. ſed,
mortuo ipſo grauato, qui ad fideicommiſſum admittitur,
reuocat alienata. Ita clarè conſtitutum eſt in d. l. vlt. §. ſed
quia & ibidẽ Doct. oẽs. Et cùm grauatus fideicommiſſo
alienat dum viuit, dicitur alienaſſe non rem feudalem, ſed
potius commoditatem illam, fructuúmque reditus. Ita e-
89 tiam dici nus, † vaſallum poſſe alienare commoditatem
feudi hoc eſt, illius reditus dum viuit: & eo deinde mor-
tuo ſucceſſor feudum ipſum recuperat. Ita docuit Baldus
in capitulo 1. §. aut ſi libellario. numero 3. in fine. quib.
modis feud. amit. & illum ſecuti ſunt Ruinus conſi. 179.
numero 13. & numero 18. & conſili. 213. num. 3. lib. 1. &
Iulius Clarus. lib. 4. ſent. §. feudum. q. 31. ver. ſucceſsi-
uè. idem reſpondit Rolandus con. 86. nu. 35. lib. 1. qui alia
Baldi & Ruini loca recenſuit. Qua ex re conſtat, nihil ad
90 rem conferre doctrinam† Bart. in l. à filia. nu. 3. ff. ad Tre-
bell. quandoquidem loquitur Bar. in eo, qui poteſt viuens
iuſtam ob cauſam alienare ſuppoſita fideicommiſſo, vt
eſt ob cauſam dotis cõſtituendæ filiæ, quæ aliunde dotari
non poteſt. Nam tunc cùm pater viuens poſsit eã de his
bonis dotare, multò melius poterit ei in teſtamento do-
tem de his bonis relinquere. Et hoc in caſu loquuntur re
lati omnes Doctores poſt Bartolum, ſed contrarium eſt
in caſu noſtro. Nam hîc non poterat D. Cæſar viuens alie
nare: ergo nec moriendo potuit tranſmittere. Præterea,
ſecundò, non licèt hoc in caſu argumentari ab alienatio-
91 ne, quam viuens facit, ad tranſmiſſionem. Nam † ſi hæres,
dum viuit alienat, dicitur ex eo actu adiuiſſe hæreditatẽ.
l. gerit, vbi abundè Doctores. ff. de acquir. hære. atque ita
tamquam dominus effectus alienare poteſt. At diuerſum
92 in† tranſmiſſione, quæ fieri ſolet de iure acquirendo. Ita
affirmarunt Soc. Sen. conſi. 67. col. pen. li. 4. & Soc. Iun. in
repet. l. cum filiofam. part. vlt. nu. 66. de le. 1. quos ſecutus
eſt eruditiſſimus Zanchus in repe. l. hæredes mei. §. cùm ita
nu. 200. & num. 343. ff. ad Treb. quo loci doctè & copiosè
declarat. Non ergo ita tranſmittitur ſucceſſio, vt res hæ-
reditaria alienatur. Et ex his ceſſat & illud, quod in ea ar-
gumentatione dicebatur, quod licèt talis tranſmiſſio hæ-
reditatis ad D. Iulium facta, ſi ſub eodem onere reſtitu-
tionis facta, quòd tamen ceſſat onus hoc in D. Iulio po-
ſteaquam mortua D. AEmylia ſine filijs maſculis, ea hæ-
reditatis portio ad ſe tranſmiſſa, libera remanet, ex ſenten
tia Imolæ in d. l. hæreditas ex die nu. 2. de hæred. inſtituẽd.
& aliorum, quos eo loci retuli. Ceſſat equidem hæc con-
ſideratio, quam facilè admiſerim quando locus eſſet fact'
93 huic tranſmiſſioni. Nam† tranſmiſſione facta, is, qui ex ea
hæreditatem conſequitur, ingreditur locum & ſtatũ trãſ-
mittentis, & eiuſdẽ efficitur qualitatis. Ita reſp. Soc. Sen.
d. conſi. 67. nu. 15. li. 4. à quo non diſſentit Zanchus in d.
§. cùm ita. nu. 203. etſi referat aliter ſenſiſſe Soc. Iun. & Cra
uet. Et idem Socin. Sen. & Zanchus egregiè docuit Franc.
Are in l. ſi quis poſtumos. §. ſi filiam. nu. 8. in fi. ff. de libe.
& poſth. Et ad hanc ſententiam comprobandam conſide
rat l. ſi quis filium. §. vlti. C. de inoffic. teſt. Verùm, cùm
nos non concedamus factam eſſe tranſmiſſionem, ceſſat
omninò relata doctrina.

Non obſtat duodecimum & vltimum argumentũ: quia
reſpondetur primò ex inſtrumento declarationis factæ in
ter D. Iulium & DD. Borgnoninos anno 1571. die 21. Mar
tij, dum declararunt, quod ex tranſactionibus & alijs ge-
ſtis, quibus Dom. Iulius videbatur approbatus à DD. Bor
gnoninis pro hærede D. Camilli ex tranſmiſſione D. Cæ-
ſaris: quòd inquam illa geſta nil haberẽt obeſse ipſis DD.
Borgogninis. Quæ ſanè declaratio ſaluum reddit omne
ius DD. Borgogninorum. Reſpondeo ſecundò, admiſso
nullam extare declarationem, verè approbationem illam
nil obeſse ipſis DD. Borgogninis. Siquidem vera eſt iuris
94 & Doctorum ſententia, quòd etiam ſi quis † fatetur rem
ſuam eſse alterius, cùm verè non ſit, ſibi non præiudicat:
ita probat l. 3. §. ſubtilius. ff. de cond. cauſa data. l. ſi aliquam
rem. & l. ſi me in vacuam. ff. de acquirend. poſseſs. & cla-
rius in l. cùm falſa, vbi Bart. nu. 4. Bal. Caſtrenſis, Salicetus
& Iaſ.

& Iaſ.C.de iuris & facti ignoran.Caſtrenſis.conſi. 11. Su-
per primo quæſito,in quantum.libro 2.Comenſ.conſilio
165.Gaſpar Fulgoſius conſi.5. Quidam Guilielmus. Are-
tin.conſi.14. num.8.Imola conſi,57. Viſo quodam verſi.
in contrarium.& in capitul.ſi cautio col.3.verſi.ſed certè
in hoc.de fide inſtrument.& ibidem Felinus num. 8.Cor
neus conſi.301.col.2.verſicul.quod etiam ſumitur.libr.1.
Alexand.conſi.9.num.10.libro 5.Ruinus con.ſi40.num.
12.& conſi.155.num.7.lib.1.Decius conſi.564.numero 6.
Curtius Iunior conſi.17.nu.8.& Alciat.in tract. præſum.
21.Quinimmò & fortius reſpondit Ancharan.conſi. 291.
Super pluribus num.3. & apertius Alex.conſi.137.nume.
21. libro ſecundo, quòd is qui cum fratre & conſangui-
95 neis† diuiſit bona,quæ communia exiſtimabat,cùm verè
non eſſent,ſibi non præiudicauit. Et ad rem magis con-
fert,quod reſpondit Socinus Iunior conſilio 112. num.3.
96 lib.1. cùm dixit,quòd ſi quis fatetur† rem ſuam eſſe ſub fi
deicommiſſo,cùm non ſit, ſibi non præiudicat. Ita ergo
nec hoc in caſu præiudicium ſibi attulerunt domini Bor-
gognini,etſi ipſum dominum Iulium approbarunt vt co
hæredem ſuum in bonis ipſius teſtatoris. Non etiam vr-
97 get illa confirmatio ex† l.cùm putarem.ff.familiæ erciſc.
ſi quidem loquitur ille tex.in diuiſione facta,data ſenten
tia in iudicio contradictorio.Ita eo loci omnes locum illum explicant; & clarè Ancha.conſi.291.num.3.Soc.Sen. conſilio 25.num.12.& conſi.33.num.6.lib.4.apertius Decius conſi.351.num.7.verſi.non obſtat textus. cùm dixit, non ſufficere,quòd diuiſio facta fuerit interpoſito iudicis decreto,vt retractari non poſſit tanquam iudicialiter facta,ſed ſententia debet eſſe lata in iudicio contradictorio. Ea ratione vſus eſt Decius, quòd decretum interponitur inter volentes: & ideò non adhibetur plena cauſæ cognitio & deciſio:at ſecus in ſententia quæ re plenè cognita fertur inter contendentes.Concludo itaque dominum Cæſarem non potuiſſe ſuam hanc portionem tranſmittere ad dominum Iulium fratrem, hæredémque ſuum & per conſequens,ad totam ſucceſſionem domini Camilli teſtatoris admittendos fore DD.Borgogninos.

Iacobus Menochius.I.C.

IESV Chriſto Domino noſtro Laus, honor & gloria; qui cum Deo patre & Spiritu ſancto viuit & regnat in ſecula ſeculorum.

FINIS.

## Series Chartarum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t v x y z.

aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm nn oo.

Omnes ſunt Quaterniones,præter oo Ternionem.

# INDEX
## RERVM OMNIVM, LOCORVMQVE, INSIGNIVM, QVAE IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

### A


ABSENS ſtudiorũ cauſa,pro præſente habetur.conſi.182.numero 8.pag. 456

Abſens cauſa militiæ habetur ac ſi præſens eſſet.ibid.num.9

Abſurdum euitandum.conſi.182.nu.43

Accidẽs nõ præſumitur.cõſ.121.nu.37 133

Accidens illud eſſe dicitur,quod poteſt adeſſe & abeſſe præter ſubiecti corruptionem.conſi.170.nu 23. 387

Accipiens in diuiſione fundum ſcienter obligatum,non poteſt agere de euictione.conſi.115.nu.22 97

Accuſans de delicto perpetrato coniunctum ſanguine, non præſumitur calũniari voluiſſe.conſ.145.nu.29 248

Acquirens ex pecunia mea, non ſibi ſed mihi acquirit.conſ.154.nu.13 307

Acquiſita ex ſucceſsionibus à lege nobis acquiruntur.conſ.115.nu.51 99

Acquiſita à ſociis omnium bonorũ proprio nomine quomodo communicantur.conſ.122.nu.17.19 145

Acquiſita ab vxore cõſtãte matrimonio acquirũtur ipſi vxori.cõſ.154.n.14 307

Acquiſitiones bonorum obuentiones appellat Iuſtin. quibus alteri ſuccedimus.conſi.115.nu.55 99

Acta inter alios probare non videntur. conſi.147.nu.3

Actio quẽ tenet de euictione,eundẽ agẽtẽ repellit exceptio.cõ. 116.nu.49 106

Actio cui conceditur,multo magis retẽtio.conſ.119.nu.3 122

Actio pro ſocio eſt perſonalis, quãdo agitur contra ſocium,vt cõmunicet cũ cæteris à ſe empta.conſ. 122.nu.76 137

Actio,quam habet inſtitutus contra teſtatorem,cõfuſa eſt pro parte,pro qua eſt inſtitutus.conſi.125.nu.4 182

Actio præſcriptis verbis vel ex vendito perpetuò competit aduerſus emptorem.conſ.143.nu.7 236

Actio de dote præſcribitur ſpacio 30.annorum.ib.nu.17 237

Actio ad redimendum quia perſonalis perpetua eſt.ibi.nu.18

Actio perpetua ſpacio 30.annorum tollitur.ib.nu.19 238

Actio cõfuſa eſt pro ea parte,pro qua eſt hæres.conſ.195.nu.9.declaratur num. 26 514.515

Actionem dari ex pacto nudo, vbi cauſæ diffiniuntur,ſola veritate inſpecta.cõſi.196.nu.28 520

Actori non licet,quod reo non permittitur.conſ.107.nu.20 44

Actoris declarationi ſtamus declarantis ſuum libellum obſcurum.ib.nu.33

Actore non probante reus abſoluitur.cõſi.127.nu.2 188

Actor ſuccumbẽs in lite tenetur ad expenſas litis,ſi temere vel calumnioſè egit.conſi.145.nu.8 247

Actor quando non habet fundatam intẽtionem,niſi in caſu alicuius conditionis,tunc excluditur per exceptionem iuris tertij. conſilio 181.numero 96 455

Actor vbi deduxit vnam cauſam & alteram probauit non poteſt obtinere. cõſi.199.nu.34 550

Actus vbi aliquis prohibetur,cẽſetur prohibitum omne id,quo ad actũ ipſum deuenitur.conſ.107.nu.15 44

Actus omnis humanus poteſtate, voluntate & ſolennitate conficitur.cõſ.108. nu.4.conſ.157.nu.1 319

Actus etiam nulliter geſtus declarat voluntatem agentis.conſ.115.nu.15 96

Actu contrario ipſi teſtamento quis dicitur renuntiaſſe iuri ſuo proueniente ab ipſo teſtamento.ib.nu.28 97

Actus agentium nil vltra illorum intentionem operatur.conſi.116.nu.35.conſi.121.nu.65.105.136

Actus vlterius non extenduntur quam geſti fuerunt.conſ.121.nu.19 130

Actus conſiſtentes in pati non arguere conſenſum.ib.nu.85 138

Actus quando requirit aliquid vltra patientiam, ipſa ſola patientia nil operatur.ibi.nu.101 139

Actus indiuiduus reputatur,quãdo quis vni ſine altero non promiſiſſet. conſ. 123.nu.8 154

Actus vnicus facit aliquem eſſe in quaſi poſſeſſione.conſ.126.nu.6. 184

Actus nomen non meretur, dum eſt in fieri.conſi.133.nu.12. 206

Actum qui facit pertinentem ad rei dominum, nomine ipſius feciſſe præſumitur.conſi.145.nu.42 249

Actus ſucceſſiuus quando incipit continere enormen læſionem, conceſſio continuare non debet, ſed reuocari. conſi.156.nu.8 314

Actus duo correſpectiui eſſe cenſentur, quando vnus cauſa alterius ſit, & quando incontinenti fiunt. ibid. nu. 14.15

Actus vt cognoſcatur, potiſſimum iudicium reſultare ex ſubiecta materia. conſi.158.nu.46 329

Actus ſubſecutus declarat verba præcedentia.conſilio 159,numero 7 336

Actus ad ſignificandam naturam præcipuum argumentum eſt ipſius actus effectus.conſi.160.nu.22. 342

Actus vnus exprimitur & alter occultatur, celeritatis cauſa ad euitandum circuitum. conſilio 161.numero 13 350

Actus annulatio eſt pœna. conſilio 165. numero 10. conſilio 169. numero 15 373.383

Actus diſponentis altero de duobus modis cognoſcitur. conſilio 173. nume.1 400

Actus voluntarius nunquam præiudicat ei, ad quem res perueniret irreuocabiliter.conſi.181.nu.45. 450

Actus factus ſine mãdato dicitur factus à priuato. conſilio 189.num.7 488

Actus ſi eſt dubius, an ſit donatio vel permultatio, iudicatur ab eo quod plus valet. conſi.191.nu.27 498

Actum faciens permittente vel lege ſcripta,vel conſuetudine patriæ,pœnam non meretur.conſ.169.nu.14 383

Actum vltimum qui facit, cenſetur illũ facere, vt valeat omni meliori modo conſi.170.nu.6 385

Actum qui per ſe facere non poteſt, nec per interpoſitam perſonam. conſi. 178.nu.3 428

Actum pluralitas non præſumitur.conſ. 175.nu.16 416

Ad implendum non eſt non adimplenti conſi.127.nu.10 188

Aditio, cum ſit facti, eſt probanda.conſ. 115. numero 25.conſilio 124.num.120. quæ non præſumitur nu. 121 97.181

Adminiſtrationis reſeruatio pro traditione habetur.conſi.122.nu.34. 147

Aduerbium totaliter,integritatem quãdam ſignificat.conſilio 191.nu.13 496

Aequalitas ita obſeruanda eſt, vt qualitas poſita in vna cenſeatur repetita in altera. conſi.117.nu.98 116

Aequalitas inter filios ſeruanda vt ſit, lex imputationem in legitimam induxit.conſil.153.nu.16 303

Aequitate conſentaneum eſt, vt ad eum ſpectet lucrum, ad quem ſpectaſſet periculum.conſilio 121. nu.29 131

Aequum quamuis non videatur, quod fœmina ſuo iure priuetur,tamen hoc tolerandum propter bonum publicum.conſi.150.nu.68 282

Aequalitatem inter filios quibus in bonis velit pater obſeruari.conſil. 200. nu.30 561

Aequiparatis tantùm vni eſſe attributũ quantũ alteri ineſt.cõſ.158.nu.49. 329

Aes alienum ante legitimam detrahendum.conſi 164.nu.37. 371

Aeſtimationem & valorem extrinſecum monetæ eſſe inſpiciendum tempore ſolutionis.conſi.138. nu.13 220

Aeſtimi codicibus probari, aliquem nõ eſſe in eo deſcriptũ.cõſ.122.nu.10 144

Aeſtimum qui conficiunt, diligenter qualitatem bonorum deſcribere ſolent.conſ.191.nu.82 504

Aetas maior ſuperueniens adimit omnem dolum præſumptum. conſ. 196. nu.42 522

Affectio teſtatoris nulla eſt erga eũ, qui ſe mortuo conceptus & natus eſt.conſil.106.nu.14.72 5.9

Affectio maior arguitur erga vocatos in inſtitutione quàm in ſubſtitutione. conſ.200.nu.27 561

Affectio maior erga natos quàm naſcituros.conſ.150.nu. 278. & conſil.200. nu.26 561

Affectio vbi non cadit in aliquem, non poteſt dici eius intuitu facta. conſilio 151. num. 1. 284
Affirmatiua an reſultet ex verbis negatiuis argumento à contrario ſenſu. conſilio 173. numero 43. 44. 45. 46 408
Agens ad rem aliquam prius implere debet ex parte ſua, quod debet, quã agat conſi. 117. nu. 9 188
Agens vt proprium pudorem ſeruet, non temerè ſed iuſta de cauſa experiri dicitur. conſilio 145. numero 34 248
Agere non valenti non currit præſcriptio. conſi. 137. nu. 29 225
Agnatio duplex, generalis & ſpecialis. conſi. 106. nu. 227. 21
Agnationis terminus, collectiuus. ibid. num. 238 22
Agnatio ſola cum eſt in conſideratione duplex vinculum non conſideratur. conſ. 187. nu. 15 476
Agnatos cum vocat teſtator, dicitur prius vocaſſe exiſtentem tempore vocationis. conſilio 106. numero 64. 71. & proprios non illos hæredis. num. 216. 219. 8
Agnato ad ſucceſſionem fideicommiſſi admiſſo, ab eo deſcendentes gradatim veniunt. ibid. nu. 359 36
Agnatus meus an ſit, qui me mortuo eſt natus & conceptus. ibi. num. 222 21
Agnatus is iudicatur proximior, qui hæredi grauato proximior eſt. ibidem numero 128. declaratur numero 181. 219. 220 13. 172
Agnatus mortui Caij dicitur ita ad demonſtrationem. ibid. nu. 242 22
Agnatus nomen eſt appellatiuum. ibid. num. 262 24
Agnatum reuocantem feudum alienatum, vti hac exceptione non poſſe, quod feudum fuerit inconſulto domino alienatum. conſil. 111. nume. 68 76
Agnatum in cuius præiudicium fuit alienatum feudũ, non poſſe obijcere exceptionem, quòd feudi dominus nõ conſenſerit in alienationi. conſil. 129. num 32 195
Agnati in legitimatione vocandi erant, de quorum intereſſe agebatur. conſil. 157. num. 10 319
Agnati, ad quos feudum pertinebat, ſi permittant fœminam inueſtiri, amplius non admittuntur. cõſi. 160. nu. 6 340
Agnati qui ſunt eſſe dicuntur de familia conſi 197. nu. 38 532
Agnati ſunt deſcendentes per virilem ſexum. ibid. nu. 39
Alb. in 1. par. ſtat. q. 136. declaratur. conſi. 106. nu. 157 15
Alb. diſtinctio in l. minor. in prin. de pro cu. refertur & laudatur. conſ. 179. nu. 5 431
Alc. in l. commodiſsimè. nu. 10. de lib. & poſth. declaratur. cõſ. 106. nu. 136. & reſp. 533. nu. 3. declaratur nu. 207. 218. & reſp. 560. nu. 4 14. 19. 21
Alex. in l. ſi rem meam. in ſi. de verb. obl. declaratur. conſ. 106. nu. 101. & conſi. 88. nu. 1. lib. 1. nu. 201. conſ. 1. nu. 7. 15. li. 1. nu. 385 12. 19. 39
Alex. traditio conſ. 59. col. vlt. lib. 3. declaratur. conſi. 173 nu. 62. 410
Alienatio vtilis eſſe dicitur, quæ hominum æſtimatione ac opinione vtilis eſt. conſi. 114. nu. 10 90
Alienatio in dubio præſumitur facta pro vtilitate eccleſiæ. ibi. nu. 13 91
Alienationi bonorum minoris & eccleſiæ magna extat differentia. ibid. nu. 28 92
Alienatio propriiſſimè illa dicitur, quãdo directum dominium alienatur. conſi. 116. nu. 21 103
Alienatio multis modis dicitur. ibi. nu. 22
Alienatione, prohibita extra familiam, quando cenſeatur prohibita hæredis inſtitutio. conſ. 141. nu. 36 231
Alienans rem ſuam, ex qua fructus recipit & alteri tradidit, ſi precium ei non ſoluitur, vſuræ pretij non ſoluti ſibi debentur. conſ. 110. nu. 51 66
Alienandi facultate data, alienatio fieri poteſt irrequiſito domino. conſil. 111. nu. 67 76
Alienãdi forma obſeruata & decreto ſuperioris interpoſito ſemper præſumitur alienatio facta in eccleſiæ vtilitatem. conſ. 114. nu. 14 91
Alienari prohibita reuocat is primus de familia, qui eo tempore conditi teſtamenti erat in familia. conſi. 106. numero 70 9
Alienari poteſt fundus ſub cõditione relictus. ib. num. 121 13
Alienare qui non poteſt, nec etiã pignori dare conſ. 116. nu. 14 103
Alimenta morte extinguũtur. conſ. 184. num. 8 464
Alternatio eſt propriè vicis ſucceſsio. cõſil. 122. nu. 2 143
Alternatiuæ natura eſt, vt verba poſita in vna eius parte interpretetur & declaret verba alterius partis. ibid. numero 3
Alternatiua poſita inter perſonas, inter quas cadit affectio ordinata, retinet ſuam naturam. conſilio 187. numero 20. 477
Alternatiua non reſoluitur in copulatiuam, quando intentio diſponentis refragatur. ib. nu. 21
Alternatiua retinet ſuam naturam, quãdo aliàs ſequeretur legum correctio. ib. nu. 23
Alternatiua retinet ſuam naturam, quando ceſſat in certitudo, atque inutilis non redditur diſpoſitio. ibidem nume. 22
Alteri oportet fieri id, quod ſibi vellet fieri. conſ. 107. nu. 73 48
Alteri per alterum iniqua conditio afferri non debet. conſilio 123. numero 49 158
Amittuntur facilius quærenda quàm quæſita. conſ. 185. nu. 13 468
Amor nullus erga incognitos. conſil. 138. nu. 55 330
Anca. conſi. 27. col. pen. rationes perpenduntur. conſ. 173. nu. 33 405
Anca. conſi. 74. defenditur. ibid. num. 55. 409
Angelus in l. Gallus. §. quidã rectè col. 2. verſ. 3. concluſ. de lib. & poſthu. declaratur conſ. 200 num 53 563
Anima eſt cunctis rebus præferenda. cõſi. 167. nu. 7 377
Animus & voluntas ab euentu declaratur. conſi. 120. nu. 22 125
Animus declaratur ex ſubſecutis. cõſil. 122. nu. 57 149
Antecedente ſublato corruit conſequẽs conſi. 147. nu. 60. conſ. 172. nu. 6. conſi. 187. nu. 12 260. 394. 475
Anteceſſori licere diſponere & alienare rem ſui hæredis. conſilio. 158. numero 74 333
Antiochi tertij laus. conſi. 158. numero 25 327
Antiquitatem tribuere plus præeminẽtiæ. conſi 126. nu. 31 186
Appellatio facta ad iudices, ſpecificè facta dicitur, cum vnus tantum exiſtat iudex. conſilio 106. numero 165 16
Appoſitum ad colorem nil operatur. conſi. 112. nu. 15 79
Approbatio perſonarum præiudicat approbanti. conſi. 119. nu. 13 122
Approbator fideiuſſoris non obligatur, niſi is approbator è publico electus ſit. conſi. 179. nu. 2 431
Arbiter vel arbitrator an quis ſit, ex modo procedendi cognoſci. conſ. 120. nu. 24. 125
Arbitri mẽtem ſolam ſpectare debemus. conſi. 123. nu. 47 158
Arbitrum iniqua & iniuſta pronunciaſſe in dubio dicendum non eſt. ibid. nume. 48
Arbitramentum eſt quædam tranſactio. ib. nu. 41 4
Arcana reuelat, qui ambulat fraudulenter, qui autem fidelis eſt, celat amici commiſſum. conſilio 107 numero 72 48
Arcana quiſquis reuelat, pœnis feriẽdus eſt. conſi. 175. nu. 25 417
Aret. in l. etſi contra. col. 6. verſ. ad ſecundum. de vulg. & pup. ſubſt. declaratur. conſ. 106. nu. 147. & nu. 148. 15. declaratur idem Aret. in l. cõmodiſsimè. nume. 2. de lib. & poſth. & conſ. 155. declarat. nu. 365 37
Argumentum à rebus ad perſonas procedere etiam in fideicõmiſſaria ſubſtitutione. conſilio 106. numero 186 17
Argumentum ab incluſione vnius ad excluſionem alterius quomodo procedat. ib. nu. 231. 232 22
Argumentum à feudo ad emphyteuſim licet ſumere. conſilio 111. numero 59 57
Argumentum probatur in iure ductum à fortiori & à maioritate rationis. conſi. 113. nu. 7 87
Argumentum à feudo ad fideicommiſſum. conſ. 116. nu. 29 104
Argumentum valet de alienatione facta in teſtamento ad alienationem in contractu geſtam. ib. nu. 44 105
Argumentum à contrario ſenſu ſumi nõ põt, cũ reſultat prauus intellect⁹. cõſ. 120. nu.





120. nu. 31 127
Argumentum ducitur à ſolitis. ibid. nu. 50. conſi. 122. nu. 73. 150
Argumentum ducitur à veriſimili. conſ. 121. nu. 54. 135
Argumentum ducitur de re ad tempus. bid. nu. 62. 140
Argumentum non ducitur à locatione ad ſocietatem. ibi. nu. 80. 137
Argumentum ductum à cauſarum origine. conſ. 123. nu. 20. 155
Argumentum à ceſſante ratione. conſil. 124. nu. 76. 174
Argumentum valet de loco ad tempus. conſi. 132. nu. 12 202
Argumentum à contrario ſenſu ad limites ipſorum verborum ducitur. conſi. 134. nu. 9. conſi. 151. nu. 47 289
Argumentum ab auctoritate doctorum. conſi. 138. nu. 19. conſil. 150. numero 54 281
Argumentum ab incluſione ad excluſionem non procedit, quando excluſum alia diſpoſitione includitur. conſilio 141. nu. 22. conſ. 181. nu. 82 453
Argumentum ductum ab oppoſito validum. conſi. 147. nu. 47 258
Argumentum ſolidum, quod ducitur ab incluſione vnius ad excluſionem alterius. conſ. 158. nu. 29 321
Argumentum à contractibus ad vltimas voluntates à iure probatur. conſ. 162. num. 8 357
Argumentum à iudiciis ad vltimas voluntates à lege recipitur. ibid. nu 10
Argumentum à ſingulari natura rei. cõſil. 163. nu. 15 365
Argumentum à ſimili valde debile. cõſ. 180. nu. 51. & eſt validum. conſ. 189. nu. 26 442. 489
Argumentari licet à feudo ad fideicommiſſum & è contra. conſil. 124. nu. 39. conſi. 161. nu. 40 168. 354
Argumentari licet de feudo ad emphyteuſim. conſil. 129. nu. 2 192
Argumentari licet à diſpoſitione ſtatuti ad diſpoſitionem teſtamenti. conſilio 150. nu. 46 281
Argumentari licet à iure patronatus libertorũm ad feudum. conſil. 161. nu. 43 354
Arma qui fert, mali animi eſſe præſumitur. conſi. 175. nu. 8 415
Articuli veri etiam ſi eſſent primis contrarij recipi debent in cauſa matrimoniali. conſi. 188. nu. 1. 16 484
Articuli & probationes in cauſis pupillorum & minorum recipiantur quouis tempore. ibidem nu. 2 17
Articuli primis contrarij nullo pacto ſunt admittendi. ibid. nu. 6
Articuli non ſunt admittendi, vbi adeſt vitium variationis. ibi. num. 9 485
Articuli non admittuntur, quando ſubeſt aliqua ſuſpicio falſitatis. ibidem num. 14.
Articulos ſeu capitula declarare libellum. conſ. 199. nu. 15 547
Aſſerens aliquem receptaſſe & conuerſatum eſſe cum hæreticis, probare debet. conſi. 149. nu. 35 272
Aſſertioni principis & Domini locorum circa fines creditur. conſi. 147. nu. 22. 257
Aſſertioni noſtræ ſtatur in his, quæ dependent ab animo noſtro. conſi. 149. nu. 49 275
Aſſignatio crediti exigendi an arguat ſocietatis renouationem. conſi 121. nu. 105 140
Auctor ſeipſum declarat in ſuo tract. de arb. iud. caſu 230. nu. 6. conſil. 108. nu. 31. & ſimiliter ſe declarat in conſilio 185. numero 123. conſilio 117. nume. 16 53. 110
Auctor dicti magis memor, quàm alter qui audiuit, veriſimilius eſt. conſilio 149. num. 38 272
Auct. de reſtit. fideicom. diligenter expenditur. conſilio 197. numero 31 529
Augmentum legatario acquiri. conſilio 106. nu. 188 17
Augmentum regulari à natura ſui principalis. conſi. 142. nu. 4 233
Augmentum caſu rei legatæ accedens accreſcere legatario. ibidem numero 10
Augmentum ex alluuione rei accedens pendente pacto de retrouendendo ad emptorem ſpectat. ibidem nu. 13.
Augmentum & diminutio vbi ſimul concurrunt, æqualiter iudicantur. ibidem nu. 14
Augmentum quando verſatur circa eandem rem, verba præſentis temporis ac præteriti, quibus res principalis eſt relicta, etiam futurum comprehendunt. ibidem nu. 19
Augmentum ad illum pertinet, ad quem diminutio. conſ. 183. nu. 37 461
Auus ſi dotem nepti conſtituit filij contemplatione conſtituiſſe dicitur. conſ. 183. nu. 1. 3. 10. 32. fallit nu. 24. 28 458

B

BAL. conſi. 488. lib. 3. declaratur. conſ. 106. nume. 195. & defenditur numero 197 18
Baldus in l. cum ita. §. in fideicõmiſſo de leg. 2. declaratur. conſi. 200. num 58. & nu. 69 564
Baldus in l. quidẽ eulogio. C. de iure delib. declaratur. conſ. 200. nu. 99. & nume. 109 568
Bal. in reddendis reſponſis defeciſſe. ibi. nu. 198
Bal. auctoritas ſumma in iudiciis. ib. nume. 199
Bal. conſi. 436. lib. 1. declaratur. conſi. 117. nu. 82 117
Bal. egregia doctrina conſ. 496. lib. 4. conſi. 136. nu. 15 215
Bal. doctrina in auth. quas maieſtas. C. de Sacroſ. eccle. ſ. intelligentia. conſil. 162. nu 5 358
Bart. in l. ex facto. col. 2. verſ. ſecundo caſu. de vulg. declaratur. conſil. 106. nume. 106 12
Bart. in l. ſi cognatis. in ſi. de reb. dub. declaratur. ibid. nu. 240
Bart. in l. quandiu. la 2. in fin. de acq. hæred. declaratur. ib. nu. 382. 383. 384
Bart. in l. codicillis §. inſtituto. num. 5. de leg. 2. declaratur. conſil. 129. numer. 20 194
Bar. doctrina in l. 1. nu. 3. de verb. ſig. quomodo intelligatur. conſ. 140. numero 5. 18 226
Bart. in l. qui Romæ. §. Flauius. de verb. obl. declaratur. conſi. 155. nu. 26. conſi. 161. nu. 47. 49 311. 355
Bart. in l. in diem. de acq. plu. arc. declaratur. conſi. 157. nu. 29 32
Bart. & aliorum doctrina declaratur in l. Gallus §. etiam. per caſuum diſtinctionem. conſi. 158. nu. 10 325
Bart. doctrina in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi in fin. de oper. liber. per caſus declaratur. conſi. 162. nu. 41 361
Bar. doct. in l. ſi iure. nu. 3. de leg. 3. inducitur & declarat. cõſ. 170. nu. 3. 9 385
Bar. doct. in l. 1. q. 3. de iur. cod. refertur & explicatur. conſ. eo. nu. 26
Bart. doctrina in. l. liberorum. num. 16. de verb. ſign. refertur & cõprobatur. conſi. 172. nu. 32 398
Bart. traditio in l. 1. §. ſi ſit nepos. de collat. reprehenditur. ibi. nu. 28
Bart. in l. re coniuncti nu. 62. de leg. 3. ponderatur & declaratur. conſi. 187. num. 41. 45 480
Bart. in l. cum falſa. nu. 8. C. de iu. & fac. ign. declaratur. conſilio 191. nume. 72 503
Bar. doctrina in l. frater à fratre. nu. 43. de cond. ind. explicatur. cõſ. 195. nume. 21 515
Bar. doctrina in l. Lucius. nu. 21. de vulg. ponderatur. conſi. 198. nu. 3. & declaratur. nu. 24 540
Bart. doctrina in l. vlt. ad Treb. declaratur. ibidem nu. 27
Baſtardos non potiri priuilegiis & dignitate parentum. conſ. 117. numero 52 114
Bellamera concl. 224. declaratur. conſil. 106. nu. 158 15
Beneficia legum ſunt cõceſſa capacibus non incapacib. conſilio 180. numer. 33 440
Beneficium ad illum non pertinet, qui non poteſt gerere officium. conſi. 181. nu. 77 454
Benemerita velut facti probanda ſunt ab allegante. conſ. 151. nu. 15 285
Blaſphemus habet linguæ lubricũ, quo tueri videtur. conſilio 107. numero 98 49
Bona prælati omnia ſunt pro mala adminiſtratione eccleſiæ hypotecata. conſ. 114. nu. 27 92
Bona dotalia ſunt in dominio viri. conſ. 121. nu. 20 131
Bona præſumuntur libera & allodialia. conſ. 127. nu. 17 198
Bona ſuppoſita fideicommiſſo in generali obligatione bonorum non continentur. conſ. 129. nu. 4 193
Bona emphyteutica non contineri ſub generali diſpoſitione bonorum. ibid. nu. 5. fallit. nu. 12. 21
Bonorum appellatione feudalia continẽtur. ibidem nu. 6. conſ. 140 nume. 10. veniunt etiam molendina numero 20 226
Bona patris ſi non ſufficiunt pro dote alienari poſſunt bona fideicommiſſo ſuppoſita. conſilio 168. numero 6. 27 379. 381

Bona omnia ſit in territorijs & finibus caſtrorum præſumuntur feudalia vt caſta. conſilio 181. numero 97 455
Bonorum quando maior pars, quæſita eſt in finibus caſtrorum, eſt feudalis, cætera omnia præſumũtur feudalia. ibid.nu.98
Bona fides in dubio præſumitur. conſil. 115.num.30. 97
Bonafides in mercatorum ſocietatibus & in cæteris obſeruanda eſt. conſilio 121 nu.53 135
Boni præmijs inuitentur, mali pœnis coerciantur. conſilio 107. numero 58. 97
Bonum commune priuato bono antefertur.ibi.nu.75.

C

CACCIALVPI doctrina declaratur. conſilio 106. numero 204. 19
Caium qui ſcit, aliquem velle occidere, non debet ille reuellere perſonam eius, ſed admonere vt caueat. conſil. 107.nu.84 48
Calorem incõſultum excuſare à calumnia.conſi.145.nu.14 247
Calumniator improbus, qui malorum omnium cauſa eſt.conſi.107. numero 99 49
Calumniam vt quis feciſſe dicatur, dolus requiritur. conſil.145. numero.11. 247
Calumnia eſt obiectio falſi criminis. ibi. nu.16
Calumnioſè agere eſt, ſcienter falſam accuſationem inſtituere.ibi. numero 10
Calumniari non dicitur, qui facit, à iure permiſſum eſt. ibid.nu. 20.
Canonicus ille præfertur inter canonicos, qui à pontifice Maximo creatus eſt.conſi.126.nu.34 187
Capitalis dimiſſio apud ſocium non facit abſolutè coniecturam renouatæ ſocietatis.conſi.121.nu.73 136
Caput eſſe prætioſius ipſis membris.conſil.148.nu.13 262
Capite ſublato membra ſublata cenſentur.conſi.192.nu.15 508
Capax tempore teſtamenti & mortis teſtatoris poteſt conſequi legatum, quamuis medio tempore fuerit incapax.conſi 185.numero 21.22. 515
Capitula cum ſeparata ſunt, vnum ab altero non recipit interpretationem. conſi.106.nu.321 32
Capitula vnius diſpoſitionis quando habent ſuas ſpeciales clauſulas, tunc clauſula vnius capituli non refertur ad aliud.conſ.130.nu.10 196
Capitulum ſolùm non poteſt vacantia beneficia conferre abſque ſuo prælato.conſi.190.nu.4 490
C.de nat.ſuc.feud.intelligentia.conſil. 124.nu.41 168
C.requiſiſti.de teſta.explicatur.conſ.167 nu.15 378
Cardinalis Epiſcopus antefertur Cardinali non Epiſcopo conſil.126.num.13 185
Caſſaneus conſi.53.nu.14. declaratur. conſi.106.num.203 19
Caſtr.doctrina conſil.164.col.1.lib.2, declaratur.ibid.nu.290. 397
Caſeus inter fructus connumeratur.conſilio 189.num.26 489
Caſus omiſſus habetur pro omiſſo.conſ. 106. numero 134. conſilio171.numero 17
Caſus non poteſt dici omiſſus, qui venit ex coniecturis & ex mente diſponentis.conſi.106.nu.135 14
Caſus pares qui dicuntur.ibid.nu.304
Caſus expreſſus ad tacitum extenditur, cum adeſt eadem ratio. ibid. num.314
Caſum eſſe euentũ dubium.ibid.nu. 325
Caſus miſtus non comprehenditur ſub ſimplici in diſpoſitione odioſa.conſi. 112.numero 48. Intellige vt nume.62
Caſus nunquam reperitur in iure, in quo attendatur gradus prærogatiua, quando fit ſucceſſio in ſtirpes & non in capita.conſ.124.nu.68 173
Caſum fortuitum in ſe ſuſcipiens non intelligitur ſuſcipere inſolitum.conſ. 156.nu.5 314
Caraſtum quando vnitur ciuitati regulatur eodem iure, quo ipſa ciuitas.conſil.165.nu.7 372
Caraſtum licet non probet dominum vel poſſeſſionem regiſtrantis in præiudicium tertij, probat tamen iuriſdictionem ad fauorem communitatis regiſtrantis.conſ.147.nu 51 259
Cataſto adhibetur fides inter ipſum regiſtrantem & eum per quem facta eſt regiſtratio.conſ.191.nu.83 504
Cauſa finalis non præſumitur. conſ. 106. nu.92.maximè in teſtamentis.numero 93 11
Cauſa delegata ſub nomine dignitatis tranſit in ſucceſſorem.conſ. 117 nu.15. conſ.173.nu 30 405
Cauſa ſortis licet durior dici poſſit, attamen ſolutio debet cedere in cauſam lucri conſ.121 nu.57 135
Cauſa materialis ſolet demonſtrare cauſas vel eſſe connexas, vel ſeparatas.cõſi.123.nu.24 155
Cauſa ſolet iudicari diuidua vel indiuidua inſpecto fine.ib.nu.26
Cauſa prima & originalis attendi debet. conſ.124.nu.23.conſ.133.nu.3.conſ. 152. nu.20.conſ.160.nu.17.165.205 293. 342
Cauſa quælibet etiam iniuſta excuſat à pœna & mora.conſil.132 numero 3.7. & à dolo. numero 9. conſilio 165. numero 12 373
Cauſa limitata limitatum producit effectum.ib.nu.19
Cauſa ceſſante accuſationis ceſſare debet accuſatio. conſil. 145. nume. 7 246
Cauſa magis tutè coram ſupremis iudicibus agitur.ibid.nu.49
Cauſæ finales quando duæ ſunt inductiuæ diſpoſitionis, & vna earum ceſſat, non extinguitur diſpoſitio.conſi.146. nu.27 253
Cauſa prima quando includit ſecundã & eius effectum, tunc prima inſpicitur.conſ.148.nu.20 263
Cauſa efficiens proxima & non remota attenditur.conſ.152.nu.4 29
Cauſa, ob quam lex punit hæredem non conficientem inuẽtarium, eſt propter fraudem, quam is feciſſe præſumitur creditoribus, legatariis atque fideicõmiſſariis.conſ.177.nu.30 427
Cauſa petitorij & poſſeſſorij vbi committitur, eſt in electione actoris à quo iudicio incipiat, niſi dicatur, ordine Iuris non ſeruato.conſi.180.nu. 4. 8. intellige tamen vt nu.19 435
Cauſa poſſeſſorij & petitorij vbi commiſſa eſt, poteſt iudex vtrunque determinare, ſi ei viſum erit magis vtile partibus.ibid.nu.9
Cauſæ poſſeſſorij & petitorij ſimul commiſſæ ambæ vna ſententia debent terminari.ibidem nu.10
Cauſa ceſſante nõ ceſſat effectus conſummatus.conſ.185.nu.28 469
Cautelæ quò plus in contractibus adhibẽtur, eo magis fraudis & fœnoris ſuſpitionẽ argui & detegi.cõſ.109.nu.35
Certa ea eſſe dicuntur, quæ iuris ſunt, conſ.180.nu.46.conſ.189.num.23 489
Certè & determinatè vocatus, vt quis dici poſſit, finis inſpicitur.conſ.100. nume.145 14
Certamen inter duos ſolos iniri non poſſe inconſulto Principe.conſ. 107. nume.43 46
Charitas maior erga ſeipſum quam erga proximum.conſ.117.nu.62 116
Chriſtianus nemo delinquere præſumitur.conſ.109.nu.2 58
Citationem præſumi factã nomine eius, qui litem habet cum in ius vocato. cõſi.145.nu.43 249
Ciuilitas non retrotrahitur in præiudicium alterius, aliquando ſic.conſ. 165. nu.3.16 372
Ciuilitas originaria tũc præfertur illi ex priuilegio.quãdo cõcurrunt. ib.nu.15
Ciuitatis onera non ſubiens non gaudet commoditatibus ciuium ſoluentium collectas.conſ.132.nu.20 203
Ciuitas intelligitur pro Antianis & prioribus ac Decurionibus ipſius ciuitatis conſ.134.nu.14 208
Ciuitas confirmans ſtatuta municipiorũ non dicitur confirmaſſe ea, quæ ſunt contra ipſam ciuitatem.conſ.182. nume.4 456
Clauſulæ ex nunc vt ex tunc, vis & effectus.conſ.106.nu.226 21
Clauſulæ, & eo caſu, ſignificatio. ibidem nu.327
Clauſulam codicillarem impedire teſtamenti caducationem.ib.nu.395
Clauſulam, ſine præiudicio ſuccedere debentium ab inteſtato, in legitimationibus quod opponatur, regulis Cancellariæ conſtitutum.conſ.108. numero 67 57
Clauſula ſpecialis ſeparatim poſita ad præcedentia non refertur.cõſ.110.nume.25 64
Clauſula generalis non extẽditur ad ſpecificata.conſ.111.nu.6 70
Clauſulæ quando ſunt ſeparatæ, qualitas poſita in vna non cenſetur repetita in altera.ib.nu.25
Clauſulæ quãdo ſunt ſeparatæ, dictio &, ſtat continuatiuè.ib.nu.35
Clauſula pro expreſſo &c. habet vim ſpecialis expreſſionis.conſilio 114.nu. 31 92
Clauſula non refertur ad illa, ex quorum relatione ſequeretur correctio. ibidem nu.39
Clauſula ſubſequens non refertur ad ſpecificata.ibid.nu.40.
Clauſulæ ad habendum &c. operatio. ibid.nu.44.
Clauſulæ quando ſunt ſeparatæ, qualitas poſita in vna non cenſetur repetita in alia. conſilio 117. numero 42. 13
Clauſula conſtituti in contractu conditionali non operatur ante impletam conditionem. conſilio 122. numer.45 149
Clauſula conſtituti debet clarè exprimi. ibid.nu.53.
Clauſulam poſitam in vna ſubſtitutione non cenſeri repetitam in altera.conſ. 124.nu.73 174
Clauſulæ non ſe aſtringens &c. effectus. conſi.127.nu.4. 188
Clauſulæ omni meliori modo &c. effectus.ibid.nu.5.
Clauſulæ ſaluo iure &c.ibidem numero 6
Clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia.conſ.130.nu.5 195
Clauſula poſita ad qualificandum vnũ ex duobus caſibus quando refertur ad alium.ibid. nu.6
Clauſula poſita in vno caſu non refertur ad alium remotum.ibid.nu.11.
Clauſula poſita in vna parte diſpoſitionis ad alteram partem non refertur, quando id ſuadet mens diſponentis. ibidem nu.12
Clauſula codicillaris verbis futuri temporis concepta quid operetur. ibid. nu.17
Clauſula ſaluis præmiſſis, eſt modificatiua.conſi.141.nu.28 231
Clauſula præcedens vel ſequens quando habet ſuam ſpecificam determinationem de per ſe, tunc clauſula ſequens vel præcedens non refertur ad illam.conſi.151.nu.43 288
Clauſulam decreti actum annullare, cũ is, cuius cauſa & commodo poſita eſt, irritari vult.conſi.153.nu.32 305
Clauſula generalis trahitur ad omnia, quæ quoquo modo ſub verbis generalibus includi poſſunt conſi. 156.nu. 27 315
Clauſula nil operatur, quando princeps non fuit de omnibus factus certior. ibidem num.45
Clauſula quod tenor pro expreſſo habeatur &c. operatur vim ſpecialis derogationis. conſilio 157. numero 20. 321
Clauſulæ de plenitudine poteſtatis, motu proprio & ex certa ſciẽtia vim maximam habent.conſi.158.nu.38. conſi. 181.nu.35. 449
Clauſula quòd tenor habeatur pro expreſſo, operatur ac ſi ad verbum ipſe tenor eſſet ibi relatus.con.160.nu.44. intellige vt nu.45. 346
Clauſula generalis nil operatur, quando iam ſpecificè fuit puiſum.ibi.nu.46.
Clauſula reſpiciens plura determinabilia æqualiter determinat. conſil. 170. num.20 386
Clauſula derogatoria tunc demum operatur ſuum effectum, quando appoſita fuit de voluntate teſtatoris. ibidẽ nu.22.
Clauſula accidentalis apponi non poteſt in inſtrumento ex ſola voluntate notarij.ibid.nu.24.
Clauſulæ duæ quando ſunt ſeparatæ, qualitas poſita in vna non cenſetur repetita in altera.conſi.171.nu.22.cõſ. 177.nu.13. 391.424
Clauſula hæredes prædictos, ad omnes refertur tam nomine proprio quàm appellatiuo nominatos.conſ. 163. nu. 42 408
Clauſula attendere & obſeruare &c.quẽ effectum operetur.conſ.178. num.10. 409
Clauſulæ ſola facti veritate inſpecta &c. virtus.conſi.180.nu.7.15. 439
Clauſula obiectione prolis illegitimæ. &c.in reſcripto legitimationis appoſita operatur, vt vitia omnia cenſeantur ſublata, etſi narratta non fuerint conſil.181.nu.5 446
Clauſula in vna parte diſpoſitionis non refertur ad totam diſpoſitionem, ſed ad immediate præcedentia tantùm. ibid.nu.7
Clauſula non poteſt referri ad præcedentia, cum habet ſpecialem determinationem.ibid.nu.8
Clauſula non obſtantibus, cenſetur derogatum omni legum diſpoſitioni, vſque alterius cenſetur ſublatum.ib.nume.37.38
Clauſula non obſtante, appoſita ad tollẽdum aliquod obſtaculum, quod gratiam annullat, circa alia nil operatur. conſi.190.nu.23 494
Clauſula quarum omnium tenores &c. vim ſpecialis derogationis habet. ibi. nu.24
Clauſula præſtationis iuramenti fidelitatis non inferri, aliquod ſeruitium eſſe reſeruatum.conſi.191.nu.18 497
Clauſulæ ex ſtilo notarij adiectæ nil operantur.conſi.195 nu.24 515
Clauſulæ acceſſoriæ virtus.conſ.197.nume.15 527
Clericis non licere exigere pœnam conuentionalem.conſ.143.num.12
Clericus retinendo beneficia dicitur eſſe in matrimonio ſpirituali.conſ.181. nume.4 446
Clericum poſſe ſuccedere in feudo. ibid. nu.64.66.67
Clericus volente & non contradicente domino feudi poteſt feudum poſsidere.ib.nu.68.85
Clericum poſſe obtinere feudum omiſſum ob clericatum, quãdo denuo fuit à domino inueſtitus.ib.nu.69
Clericus ſeculari eo ipſo quòd quis efficitur, ipſo facto feudum amittit. ibid. nu. 75.81
Clericus non poteſt perſonaliter ſeruire domino feudi.ibid.nu.79
Clericos omnes à feudi ſucceſsione repelli.ibid.nu.80
Clericatus ordo aliquando liberat à patria poteſtate.ibid.nu.65
Coactio & neceſsitas illa non dicitur, quæ habet principium liberum.conſ. 136.num.26 216
Cogitatio liberorum in genere de futuro non ſufficit.conſil.196.nu. 44. imò num.53 522
Cognatis pluribus ſimul vocatis in pura vocatione veniunt qui ſunt cognati vel tempore conditi teſtamenti, vel tẽpore mortis teſtatoris. conſ.106. nume.10
Cognati exiſtentes tempore vocationis cæteris præferuntur.ibidem nu.11
Cognatus teſtatori non eſt, qui eo mortuo fuit conceptus & natus. ib.nu. 13. 47.48
Collationes beneficiorum inter fructus connumerari. conſilio 190.numer.10 491
Collectiuo nomine quando plures vocantur cum alio, illi pro vno reputentur.conſi.123.nu.1 153
Colluſio nihil aliud eſt quàm quædam fraudulenta conuentio inter actorem & reum.conſ.175.nu.17 416
Colluſionem crimen eſſe.ibidem numero 18
Colluſio perfidia quædam eſt.ib. numero 19
Comiti aliquid aſſerenti quãdo credi debet.conſ.108.nu.41 54
Comes palatinus vtrum poſsit ſine iuſta cauſa legitimare.ib.nu.45
Comenſ.conſ.13.declaratur.conſ.200. nume.110 568
Commiſſariorum Apoſt. aſſertio fidem meretur de valore & prædij pretio.cõſi.114.nu.11 91
Commoda qui ſentit, is & incommoda ſentire debet.conſ.116.nu.37 105
Commodum lucri non ſentiens, nec impenſarum incommodum ſentire debet.conſ.122.nu.43 148
Commodum qui vult habere, debet & onus ſubire.conſ.132.nu.21 203
Commodũ quod principaliter, nõ quod ſecundariò venit, conſideratur. conſ. 136.nu. 4 214
Commodum ad illum ſpectat, ad quem incommodum.conſilio 142. numero 9 233
Commodum nullum, quando non reſultat aliquid agenti, dolo id egiſſe non præſumitur.conſ.145.nu.30 248
Commodum ſentiens ex ſententia, eam partem, ex qua commodum ſentit, impugnare non poteſt.conſil.162.numero 11 358
Communio æqualis eſſe debet in emptione rei.conſ.122.nu.38 148
Comparatiuum præſupponit poſitiuum conſi.190.nu.7 490
Compendioſa ſubſtitutio dicitur directa intra pupillarem ætatẽ. conſ. 144. nu.1 241
Comparatio literarum, quæ fit de ſcripturis tabellionum, debet fieri non ſolùm in ſcriptura, ſed etiam in ſtilo. cõſi.199.nu.10 546
Comparationem literarum ad faciendam multa requiruntur. ibidem nu.25

multa requiruntur. ibidem numero 25

Compenſationi eſt locus, quando hinc inde eſt debitum & creditum. conſ. 121.nu.43 134

Compenſationem non poſſe admitti ex debito in diem ad purum. ibid.num. 49

Compenſatio non inducitur, niſi expreſſè dicatur, & de voluntate compenſare volentis appareat.conſi. 151.nu.22. 286

Compenſatio debiti loqui dicum non liquido non admittitur, nec ſtãte diuerſitate qualitatis.ibid. numero 23. 24

Compenſatio non inducitur, niſi euidenter conſtet de voluntate teſtatoris compenſare volentis.con. 162.nu. 22. 359

Compenſatio non datur de quantitate ad ſpeciem.ibid.nu.24.

Compenſatio non inducitur, niſi euidẽdenter conſtet. conſilio 195. num. 10 514

Compenſatio fieri non poteſt de debito & credito diuerſarum perſonarum. ibid.nu.15.

Compromiſſum dicitur indiuiduum, quando plures compromittunt.conſilio 123.num.11. 154

Compromiſſum finiri morte alterius litigatorum.ibidem nu.13

Compromiſſum regulari a ſua.cauſa ibi. nume. 14.

Compromiſſum eſt indiuiſibile quoad pronunciationem. ibidem nume. 50.

Conceſſio quando habet initium à fœmina, fœminæ conceſſio appellatur & tranſit ad fœminas. conſil. 111. numero 51.idem in feudo.numer.54. 74

Conceſſio donatióve pura & ſimplex à principe facta liberè poteſt ab eo vel eius ſucceſſore reuocari. conſil. 112. num.1. 77

Conceſſio remuneratoria quando accedat potius ad gratiam quam contractum oneroſum ibidem num. 43. 59

Conceſſio etiam contemplatione filiorum diceretur facta, ſi aliqua extant filiorum merti, vel cauſa affectionis. conſi. 161.nu.31 354

Conceſſio quando eſt facta cum facultate alienandi etiam in extraneos ſignificat liberam donationem non feudum.conſi.191.nu.11. 496

Conceſſio facta pleno iure, oſtendit non eſſe feudum ſed donationem.ibidem nu.14.

Concedens ſi dixerit, concedo Caio donec vixerit & eius hæredi, quomodo intelligitur. conſi.157.nu.12. 320

Concedere integrè, eſt ſine diminutione concedere.conſil.191.nu.15. 497

Conceſſa perpetuò quæ iuris ſunt præſcribi aliquo tempore non poſſunt. conſilio 143 numero 6 236

Conceſſum alterius contemplatione ei acquiritur, cuius contemplatione facta eſt conceſſio.conſi.192.nu.10 507

Concepti & nati mortuo teſtatore repræſentare non poſſunt perſonam eorũ patris.conſil.174.nu.111

Concubinatus nullus eſſe poteſt inter clericum & mulierum.conſi.174.nu. 3 413

Condemnationis tempus attendi debet conſil.159.num.18. 337

Conditionis euentum ſpectari, cum vocatio conditionis eſt.conſilio 106 numero.74.109 9

Conditio retrotrahitur poſtquam euenit.ibidem nu.114.

Conditio eſt de re dubia, quæ eſſe & nõ eſſe poteſt.conſi.107.nu.32 45

Conditione purificata perinde eſt ac ſi ab initio actus ipſe fuiſſet pure geſtus.ibidem.nu.34

Conditio quando deficit, actus ſub ea geſtus reſoluitur.ibid.nu.35.

Conditio nihil ponit in eſſe. ibidem nu. 36. conſilio 134. numero 30. conſilio 152.num.17 210.293

Conditionem ſemel impleri ſufficere. conſi.117.num.17 110

Conſtitiones inſtitutionibus aſcriptas non cenſeri in ſubſtitutionibus repetitas.ibidem nu.2.

Conditio adiecta primo vocato non dicitur repetita in eius ſubſtitutum.ibi. num.39

Conditionem duobus copulatiuè adiectam debere intelligi, referendo ſingula ſingulis. conſi.123.nu.27 156

Conditio illa dicitur, quæ antequam perficiatur actus, implenda eſt.conſ. 131.nu.1 199

Conditio adiecta diſpoſitioni facit illam eſſe limitatam.conſ.134.nu.7.207

Conditio poteſtatiua impleri non poteſt per hæredem illius, cui impleta fuit. conſi.143.num.24. 238

Conditione deficiente diſpoſitio effectum ſuum conſequitur. conſil. 200. num.94 567

Conditione deficiente deficit etiam diſpoſitio.conſ.200.nu.95 567

Conditionem geminatam efficere, vt in conditione poſiti cenſeantur vocati. conſi.152.nu.7 292

Conditio maiorem vim habet, quæ inducitur per ablatiuum abſolutũ, quàm alia ibid.nu.10

Conditionem adiectam inſtituto non cẽſeri repetitam in ſubſtitutum.ibi.nu. 35.37

Conditionem ſufficit ſemel impleri. ibi. num.36

Conditionem ſemel extinctam amplius non reuiuiſcere.ib.num. 56

Conditio quando duplex grauamen teneat in perſona nepotum.ib.nu. 59

Conditio illa, ſi deceſſerit ſine filiis maſculis, non deficit per ſuperexiſtentiã nepotis ex filia, quando ſumus in feudis, ſecus in materia indifferenti.conſi.172.nu.17 396

Conditionem eſſe ſpecificè & verè adimplendam.conſi.185.nu.1 513

Conditio viduitatis adiecta legato facto proprie vxori, dicitur facta fauore teſtatoris & filiorum. conſilio 146. numero 4. declara vt num. 28. 250

Conditio educandi filias dicitur eſſe miſta, caſualis & poteſtatiua.ibidem nu. 5.imò num.30.

Conditio miſta quando aliquo caſu deficit in perſona eorum, quorum cauſa implenda erat conditio, legatum extinguitur.ibid. num.6

Conditionalis vocatio ante euentum cõditionis ſtat in ſuſpenſo.conſ.106. nu. 76.111.& caret ſubſtantia nume.149.9. 12.15

Conditionalis diſpoſitio effectum recipit poſt euentum conditionis.ib. nume.77

Conditionale quod eſt, tranſmitti nõ poteſt.conſ.124.nu.112 180

Conditionalia verba ſæpe diſponũt, maximè affirmatiuè concepta. conſ. 152. num.18 293

Conditionis defectus operatur, ne locus ſit diſpoſitioni.conſi.198.nu.8 541

Conducens rem propriam per errorem ſibi non præiudicat.conſi.120. numero 36 127

Conducens in emphyteuſim ab eccleſia an ſibi præiudicet.conſi.191. numer 53 500

Conductione prima finita fideiuſſor non tenetur pro ſecunda renouata. conſil. 120.nu.29 126

Cõductor etſi ſuſcipiat omnes caſus fortuitos, non cenſetur ſuſcepiſſe illos, qui facto ipſius locatoris prouenitũt. conſ.119.nu.2 121

Conductor impeditus facto tertij proteſtari debet.conſ.120.nu.14 124

Conductor impeditus domini ordinatione etiam iuſtè facta non tenetur perſeuerare in locatione.ib.nu.19

Conductor iniuſte impeditus perſeuerã do in conductione ſibi præiudicat.ib. nume.28

Conductor impeditus facto locatoris vti re conducta non tenetur ad mercedẽ. conſ.128.nu.7 191

Conductor tenetur reſtituere rem locatori in ea forma, vt eam conduxit.cõſil.189.nu.4 545

Conductor non poteſt ſuo facto contrahendo cum altero rei dominum obligare.ib.nu.5

Confeſsio dubia interpretatur ab ipſo cõficiente ad ſui fauorem.conſi.112. nume.21 80

Confeſsio dubia contra confitentem debet interpretari.ib.nu.32.imò pro, vt nu.33

Confeſsioni ſuæ nemo poteſt contrauenire.ibidem numero 34.conſ.160.numer.5 40

Confeſsioni defuncti contrauenire non poteſt hæres.conſilio 115. numero 62 100

Confeſsio etiam inualida declarat animum.conſ.121.nu.104 140

Confeſsio anteceſſoris dicitur confeſſio ſucceſſoris. conſilio 129. nume.19 124

Confeſsio inter partes probat, maximè quando tendit ad comprobandum. conſ.147.nu.24. 257

Confeſsiones verbis enunciatiuis tãtùm pronunciatæ non probant, ibidem num.26

Confeſſiones erroneæ nocere non debent.ibid.nu.29

Confeſſioni mariti fidem non adhibendam, cum ſit inter perſonas prohibitas.conſ.154.num.17. niſi vt nume.22 307

Confeſſio dotis præiudicat etiam creditoribus, quando lapſa ſunt tempora. ibid.num.20

Confeſſio geminata reuocari non poteſt prætextu erroris.conſil.178.nu.12 429

Confeſſio proprij oris probationem facit manifeſtam & plenam. conſ. 180. num.24 459

Confeſſio maximè præiudicat.conſ. 181. num.100 485

Confeſſio contra ipſum confitentẽ probat.conſi.191.nu.57 501

Confeſſionem geminatam idem operari quod iudicialis.ib.nu.58

Confeſſionem geminatam parum operari.ib.num.60.

Confeſſio iudicialis tanti eſt effectus, vt ex cenſeatur tranſlatum dominium directum.ib.num.61

Confeſſionem erroneam iudicialem reuocari poſſe.ib.num.62

Confeſſio nõ probat dominiũ eſſe illius, cuius fauore facta eſt.ib.nu.71

Confeſſio facta in libello nocet libellanti.conſi.199.nu.14 547

Confeſſio incidenter & per errorẽ facta nullo modo nocet.ib.nu.27

Confeſſus contrauenire poteſt cõfeſſioni erroneæ.ib.nu 59

Confiteri non dicitur ille, qui non intelligit.ib.nu.68

Confirmans nihil de nouo dat. cõſ.191. num.46.74 500.503

Coniecturæ ceſſant in claris. conſil.106. num.313.conſil.110.num.63.conſi. 122. nu.66 32.67.150

Coniectura facile, ducitur à præterito tempore ad futurum. conſil.114.nu. 23 91

Coniecturis vrgentiſſimis rem eſſe claram.conſi.117.nu.83 117

Coniectura & præſumptio illa præualet, quæ proprius ad certitudinem accedit.conſi.121 nu.92 138

Coniectura ſpecialis præualet generali. ib.num.93

Cõiectura magis ſpecialis alteri minus ſpeciali anteferri debet.ib.nu.94

Coniectura negatiua præualet affirmatiuæ.ib.nu.95

Coniecturæ ceſſant quãdo rectitudo ſermonis repugnat. conſil. 200. numero 100 568

Coniectura, quæ eſt pro reo, præualet cõiecturæ, quæ eſt pro actore. ibid. nume.97

Coniectura ducta à conſuetudine mercatorum.ib.nu.106

Coniecturæ duæ vnam ſolam ſuperant. conſ.124.nu.47 168

Cõiecturæ plurimum poſſent in perſcrutanda teſtatoris obſcura voluntate.ib. num.55

Coniectura leuis, quòd teſtator voluerit conſeruari bona in agnatione, ex quo filios inſtitutos reciprocè ſubſtituit, niſi aliud concurrat.conſ.150. nume.34 279

Coniecturas verſari circa ea, quæ facti ſunt conſ.191.nu.65 502

Coniectura tenoris arguitur à perſona mutuante magnam ſummam illi, quẽ nec de facie nouerat, ex à perſona recipientis.conſ.109.nu.13.15 59

Coniectura ex eo etiam ducitur, quòd quis noluerit emere, cum eo tempore bona propria voluerit vendere vel pignori dare.ib.nu.22

Coniunctio maior inducitur per nomen collectiuum quàm per copulam. conſi.123 nu.6 154

Coniunctiones duæ vni ſoli præualent. conſi.124.nu.46 168

Coniunctio duplex conſiderari ſolet. ib. nu.110

Coniunctiones duæ trac.conſil. 198. nume.28 544

Coniunctos prius eſſe admittendos ad portionem deficientis coniuncti ibi. nu.109

Coniuncti propter vnitatem ſermonis quaſi in vnum corpus redacti ſunt. cõſil.198.nu.11 541

Coniunctum re & verbis admitti ad portionem deficientis per ius non decreſcendi.ib.nu.20

Connexa dicuntur, quorum vnum ſine altero ſtare non poteſt. conſi. 123. nume.22 155

Conſanguineo vbi quis donat in neceſſitate poſito præſumitur potius donaſſe intuitu neceſsitatis quam conſanguinitatis.conſ.167.nu.8 377

Conſanguinei tranſuerſales non impediuntur ferre teſtimonium pro tranſuerſali.conſ.199.nu.37 550

Conſenſum non infert taciturnitas. conſi.120.nu.10

Conſenſus limitatus limitatam facit eſſe ſocietatem.conſil.121.nume.68 136

Conſenſus tacitus cõiecturis colligitur. ibidem nu.72

Conſenſus vtriuſque ſocij neceſſarius eſt in ſocietate contrahenda vel antiqua renouanda.ib.nu.76

Conſenſus nouus reſultans non poteſt ex non facto ad ſocietatis renouationem, ib.nu.83

Conſenſus ex facto inducitur, ſicut facto voluntas declaratur.ib.nu 90

Cõſenſus tacitus hic idẽ operatur, quod expreſſus.conſi.155.nu.16 310

Conſenſum errone è præſtitum nihil operari.conſi.181.nu.89 454

Conſenſum tantum præiudicare conſentienti, quantum qualitas actus neceſſariò infert.ibidem nu.90

Conſenſum inferre patientia cum ſcientia in tacente.conſ.189.nu.9.Intellige vt nu.10 488

Conſentire non dicitur, qui ſcit & tacet. conſ.120.nu.8.12 124

Conſequens qui vult etiam in ſententia dicitur velle antecedens.conſ.159.nume.6 336

Conſiliarij iurantes non detegere acta conſilij, detegens tanquam periurus eſſet puniendus.conſ.107.nu.95 49

Conſiliarius principum pœna plectendos eſſe, ſi malum præbuerunt conſilium.conſ.175.nu.3 414

Conſilij deciſiui rationes recenſeri non ſolent, quibus in eam ſententiam ita eſt.conſi.121.nu.1 129

Conſilium illud ſequi quis non cogitur, quando aliquis alterius conſilio quid facere debet.conſ.122.nu.75 151

Conſilij fraudulenti de dolo eſt actio.cõſi.175.nu.2 414

Conſtitutio ſtricta interpretationis loquens de aliquo & eius poſteris non trahitur ad deſcendentes per lineam fœmininam.conſ.172.num.28 397

Conſtitutum non comprehendit futuræ. conſ.122.nu.36.55.56 148

Conſtituti vis extinguitur morte conſtitutarij conſi..139.num.8.imò num. 30 222

Conſtituti vis eſt, vt morte conſtitutarij poſſeſsio tranſeat in hæredes ibidem nu.9

Conſtituti clauſula operatur, vt apud cõſtitutorium ſit naturalis & ciuilis poſſeſsio.ib.nu.11.

Conſtitutum transfert veram poſſeſsionem.ib.nu.24

Conſtitutarius ob vim clauſulæ conſtituti ſi non accipit poſſeſsionem infra decem annos illam amittit. ibidem nume.7.Intellige vt nu.28

Conſtitutarius ſua poſſeſsione ſpoliatus poteſt intentare remedium recuperãdæ.ib.num.22

Conſuetudo dicitur lex non ſcripta ipſius ciuitatis. conſilio 111. numero 31 72

Conſuetudo licet tribuat iuriſdictionem non tamen imperium merum vel miſtum.conſ.112.nu.65 85

Cõſuetudo cõmunis quod omniũ ſit, nõ ſequitur, quod aliqui cõſueuiſſet hoc facere.conſ.121.nu 18 130

Cõſuetudo vt quid facti probari debet. conſ.122.nu.72 150

Conſuetudinis tanta vis, vt legis.conſil. 176.nu.2 419

Conſuetudo aſſignat loca ſedendi. ibidem nu.3

Conſuetudo talis titulum pro ſuo fundamento vel initio non requirit.ibidem nu.4

Conſuetudinem valere, vt minor præferatur maiori & Iunior Seniori. ibidem nu.32

Conſuetudine qua poſſunt induci, poſſunt & priuilegio. conſil. 157. nume. 15.conſil 181.numer.31 fallit nume.56. 449

Conſuetudo induci non poteſt ex diuerſis variatisque actibus. conſi.163.nu.6. 363

Conſuetudinis interpretatiuæ natura ea eſt, vt duo actus ſufficiant, vel longus temporis rurſus ſit neceſſarius.ibidem num.8

Conſuetudo non trahitur de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam.ibidem nu.9.10.

Conſuetudo introduci debet ſciente & patiente domino directo diuidendi feuda.ibid.nu.11

Conſuetudo quando debeat eſſe obtéta in cõtradictorio iudicio.ib. nu.12. 14
Conſuetudinem non induci ex actibus ſponte factis.ibid.nu.13
Conſuetudinem probandam,cuius probatio non parum difficilis eſſe ſolet. conſ.179.nu.3 431
Cõſuetudine induci poteſt,vt legitimatus ſuccedat in feudo. conſ. 181.nu.32 449
Conſuetudo dicitur lex communis. ib. num.57
Conſuetudo à ſtilo & obſeruãtia in quo differat.conſ.187.nu.59 483
Conſuetudo & obſeruãtia ad hoc vt cõ ſtet,plura requiruntur.ib.nu.57
Conſuetudo in extraiudicialibus vt inducatur,non eſt neceſſe, illam fuiſſe obtentam in contradictorio iudicio. ib.nu.58
Conſuetudo in ſolutione vel immunitate gabellæ ſpectanda eſt.conſ.189.nu. 28 489
Conſuetudo contraria quando inducatur.conſ.190.nu.3 490
Cõſuetudo optima rei dubiæ interpres. conſ.191.nu.77 503
Cõſuetudo loci vicini prodeſt ad interpretandam conceſſionem feudi factã in altero loco.ib.nu.79
Contemplatione alterius fieri dicitur altero de duob. modis.conſ.151.num.13. conſ.161.nu.33 285.353
Continuum eſt vnum totum abſque interruptione.conſ.122.nu.52
Contractus non præſumuntur fœneratitij.conſ.109.nu.1 58
Contractus fœneratitij poſſunt detegi coniecturis,præſumptionibus atque indicijs.ib.nu.7
Cõtractus fœneratitius arguitur ob mutuũ & ob venditionem viliſſimo pretio factam.ib.nu.12
Contractum fœneratitium argui, quando dans maius pretium ſibi promitti voluerit,vt cautus eſſet de vſura. ib. nu.16
Contractus vt ſit fœneratitius in dubio pro ſalute animæ eſt pronunciãdus. ib.nu.24
Contractus ſeparatim confecti maiorẽ arguunt ſuſpicionem commiſſi fœnoris.ib.nu.34
Contractus perfectio triplex. conſ. 122. nu.24 146
Contractus emptionis vera perfectio eſt dominij acquiſitio.ib.nu.31.
Contractus claudicare nõ debet. ib. nu. 39
Contractus qualis ſit,ab eius obſeruatione ſumitur.ib.nu.58
Cõtractus & actus dubij interpretationem recipiunt ab his,quæ in tractatibus præceſſerunt.ib.nu. 64. intellige vt nu.65
Contractus nullus reſcinditur ex capite implementi non ſecuti,niſi accedente vera mora.conſ.132.nu.2 202
Contractus factus cum ciuitate dicitur bonæ fidei.ib.nu.16
Contractus ſub conditione celebratus reſolutus dicitur ab ipſo initio, nõ eueniente ipſa conditione.con.134.nu. 31 210
Contractibus,quorum vnus ſine altero non fuiſſet celebratus,ſi vnus contrahentium nõ ſatisfacit ex ſui parte,totus contractus volente aduerſario reſcinditur.conſ.156.nu.16 314
Contractus quilibet legem accipit à partium conuentione. conſ.160.num.26 343
Contractum in parte approbans in totũ cenſetur approbare.conſ.162.num.9. intellige vt nu.37 357
Contractus iuriſgẽtium ſunt, à principe tolli non poſſunt.conſ.181.nu.39 449
Contractus feudalis origo iuris poſitiui.ibi. nu.54
Contractus locatoris & conductoris vltro citroque obligatorius. conſ. 189. numero 2 487
Contractus inter patrem & filiam regulariter iniri nõ poteſt.con.196.nu.24. cuius ratio ſubijcitur.nu.26.ex eo tamen oritur obligatio naturalis.num. 27.ſed morte confirmatur.nu.29.qua naturalis aliquãdo efficax redditur. num.30 520
Contrahentibus licet ſe inuicem decipere.con.109.nu.5.declara vt nu. 30 58
Contrahentes cum ipſo ſtatuto cõuenire ſuam voluntatem voluere cõſ. 111. numero.48 74
Contradictores legitimi non dicuntur, qui non habent titulũ a defuncto vel hærede.conſ.180.num.57 443
Contraria loquentes non eſſe audiẽdos. conſ.106.num.320. 32
Contraria vnius qui dicit, aliud excludit. ibidem numero 228
Contrariorum eadem eſt diſciplina.cõſ. 110.nu.54.conſ.160.nu.28 67. 343
Contumax declaratus non petita abſolutione anno elapſo conſtat legis diſpoſitione eſſe hæreticum. conſ.159. numero 14 337
Conuenticulum infert plurium congregatio.conſ. 175. nu. 7. 415
Conuentiones & pacta iuriſgentiũ ſunt conſ.155.nu.46 318
Conuentio & liberatio intelligenda eſt, rebus ſic ſtantibus,ib.num.3.ſed vide nu.32
Conuerſantem cum hæreticis cenſeri talem,quomodo intelligitur,conſ.149. num.32 272
Copula,&,quid operetur. conſ. 106. nu. 291.298 28
Copulæ natura eſt,exequare per omnia copulata ipſa.conſi.111.num.10. conſ. 117.nu.56 70.115
Copula,&,coniungit duo ſeparata. conſi.179.nu.11 432
Copulæ virtus æqualitatem inducit. conſi.187.nu. 19 477
Copulatorum idem eſſe iudicium.conſi. 106.nu.292 28
Copulatiuæ natura.conſ. 123. numer.5. 53 153.156
Corn.conſi.399.col.6.lib.3.declaratur.cõſil.106.nu.394 40
Corneus in conſi.37.nu.3. lib.2. declaratur.conſi.200.num.38.& num.71 562
Correlatiuorum in vno prohibitum prohibetur in alio,& è contra.conſil.136. nu.19 214
Correſpectiua illa eſſe præſumuntur & iudicantur, quæ in continenti fiunt. conſi.109.nu.9 58
Correſpectiuorum vno extincto & ſublato,& alterum cenſeri extinctum.ib. nu.36.conſi.178.nu.7. 429
Creditor non lucratur fructus rei ſibi pignoratæ,ſed illos in ſortem imputat. conſ.110.nu.7 63
Creditor vbi poteſt conſequi vſuras, poteſt & ex re pignori data fructus ſuos facere.ib.nu.71
Creditorem pignoris apud ſe retenti teneri etiam de leui culpa,conſ.118. numer.1 118
Creditor eſt in lata culpa, ſi in cuſtodiendo pignore eam non adhibuit diligẽtiam,quam in rebus propriis adhibuiſſet.ib.nu.6
Creditor ſi debitori ſuccedit, creditum extinguitur pro parte hæreditaria. cõſi.125.num.5. 181
Creditore inuito aliud pro alio ſolui non poteſt,conſi.138.nu.1. 219
Creditor aureorum quando ſentire poteſt damnum recipiendo argentum cogi non poteſt argentum recipere.ibidem.nu.2
Creditori alicuius quis legans videtur magis creditoris quàm debitoris cauſa legare.conſ.183.nu.9 458
Creditor facit fructus ſuos ex bonis debitoris,cui ſuccedit.ib.nu.36
Creditor iure regulari nõ imputat quartam falcidiæ in creditum ſuum, ibid. nu.42.
Creditum legatum ademptum cenſetur, cum teſtator illud exegit,conſi.115.numer.64 100
Credulitatẽ nil prodeſſe credẽti ad præiudicium tertij,quando credens fidẽ adhibuit viro indigno.conſi. 107. nume.25 45
Culpa is verſatur, qui non cogitat id, quod euenire facile poterat. con. 118 nu.7 118
Culpa in lata is eſt, qui non inquirit, quod alii inquirere ſolent. ib. num. 8
Culpa in lata quis dicitur verſari,qui nõ fecit impenſam neceſſariam in cuſtodiendis rebus,ib.nu.9
Culpa leuis eſt non facere, quod cæteri omnes patresfa.faciunt.ib.nu.11
Culpam leuiſsimam committit,qui non fecit,quod diligentiſsimi faciunt. ib. nu.12
Culpa leuis eſt,quam quis committit in faciendo.ib.nu.16
Culpa non caret rei alienæ ſe immiſcẽs. conſ.120.nu.5 123
Culpa ignoranti nulla aſcribi poteſt. ib. nu.6
Culpa caret qui facit,quantum in ſe eſt. conſ.145.nu.31 248
Culpa caret,qui facit,quod facere debet ib.nu.33
Culpa non præſumitur.ib.nu.50
Culpa eſt immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti.conſ.158.nu.58.Intellige vt nume.73 331
Cultus verus eſt adiuuare pauperes & poſitos in neceſſitate.conſ.157.numero11 217
Curt.Sen.conſ.27.reprehenditur.conſil. 168.nu.30 381
Cuſtodia arguit fines illos eſſe cuſtodientis.conſi.147.nu.17 256

D

DAMNVM vbi quis dedit ex leuiſsima culpa in committendo tenetur illud rependere. conſi. 118.nu.2 118
Damnum rependere is tenetur ob leuiſſimam culpam,qui cuſtodire tenetur. ib.nu.3
Damni emendationem iuſtè peti iure diuino,naturali,pontificio & Cæſareo. ib.nu.24
Damnum emergens iuſtũ intereſſe præbet.ib.nu.26
Damnum,quod quis ſua culpa ſentit,nõ debet alteri imputare.conſil.146. nume.31 253
Damnatus de crimine læſæ Maieſtatis Cæſaris omnibus bonis & ſuccedendi facultate exuitur.cõſ.185.nu.1 4468
Datoris iure reſoluto reſoluitur & ius acceptionis.conſ.116.nu.25 104
Debitorem teneri ad intereſſe retardatæ ſolutionis erga creditorem, qui verè paſſus eſt damnũ, & lucrum eius ceſſauerit.conſil.110.num.50 66
Debitor exiſtens in mora ſi deceſſit, pupillo exiſtente hærede,pupillus tenetur ad illud intereſſe.ibidem nu.56
Debitor cum ſoluens non exprimit cauſam, ob quam ſoluit,in dubio præſumitur velle ſoluere in antiquius debitum.conſilio 121.nu.38. 133
Debitor duarum ſummarum vnius ſub vſuris alterius non ſoluens ſimpliciter,in quod debitum ſoluiſſe præſumitur.ibid.nu.47
Debitor vnius ſummæ puræ, alterius in diẽ, præſumitur in dubio ſoluiſſe debitum purum.ibid.nu.48
Debitor non tenetur ad intereſſe,quando non fuit interpellatus & in mora poſitus.ibid,nu.107.
Debitores plures quanquam forent ex vna & eadem cauſa, ſi in ſententia cõdemnantur,intelligũtur in viriles condẽnati.conſ.123. in ſubſcrip.nu.10 160
Debitor ſub conditione, eueniente conditione non dicitur eſſe in mora, niſi interpelletur.conſi.134 nu.25 209
Debitor quando aliquid dat creditori ex bonis obligatis ei,animo compenſandi dediſſe creditur.conſi.151.nume.19. intellige vt num.26. 286
Debitores lapſi in hæreſim liberati ſunt à vinculo obligationis.conſi.185. nu. 24 469
Debitor quando relinquit creditori ex bonis ſibi obligatis animo compenſandi legare dicitur.conſi.195.num.4 513
Debitum conditionale eſſe conſiderabile.conſ.106.nu.119. 13
Debitum antiquius conſideratur reſpectu temporis ſolutionis faciendæ.cõſ. 121.nu.56 135
Debitum voluntarium dicitur,quod habet initium voluntarium. conſi. 195. nu.12 514
Decimæ minuuntur, ſi decimandi incipiunt lædi enormiter.conſi. 156. nu.9. quod intellige vt nu.34 314
Deciſio dubia allegari non poteſt conſi. 112.nu.39. 82
Deciſio Guid.Pap.q.531.quãdo non procedat.conſi.152.nu.49. 296
Dec.doctrina conſi.485.nu.10. reprehenditur.& conſi.526. col.pe. declaratur. conſi.146.nu.17.18 252
Dec.conſi.386.conſiderationes repelluntur.conſ.151.nu.36. 288
Declaratio non eſt neceſſaria in his, quæ per ſe ſunt clara.conſ.107.nu.31 45
Declarationi iudicum aliquãdo ſtatur. conſ.110.nume.12.intellige vt nu. 59. 60.61 63
Declaratio illa eſſe dicitur,quæ rem obſcuram aperit, & nouam ſubſtãtiam non tribuit.conſi.160.num. 48. conſ. 191.num.49 502
Declaratoria requiritur in pœnis ipſo iure à lege impoſitis.conſ.132.numer. 18 203
Decretum iudicis omnem ſuſpicionem tollit.conſ.153 nu,34 305
Defenſionem alterius quando quis ſuſcepit abſque mandato vel officij neceſſitate,& in ea ſuccumbit,non repetit expenſas.conſ.145.num.1 246
Deficit id quod aliquãdo fuit.conſ. 106. num.342. 34
Delegans in locum ſuum alium,in eum transfert non ſolum vtiles ſed directas actiones.conſ.191.num.12 496
Delicti ex ſola ſcientia licet quis non puniatur,tamen punitur,cum ſcit delictum perpetrandum, & ei obuiam non vadit.conſ.107.nu.51 46
Delictum puniri publicè intereſt. ibid. num.57
Delicta occulta, quæ probari non poſſunt, relinqui diuinæ vindictæ. conſ. eod.nu. 85
Demonſtratio vice nominis fungitur. conſ.173.nu,4 401
Denominatio diuerſa ſignificat res eſſe in ſubſtantia diuerſas.conſi, 147.numero 2 255
Denuntiatio non eſt neceſſaria,quando notoriè conſtat de iuſtitia euincentis.conſ.128.nu.16 192
Deportatus habetur pro mortuo. conſi. 185.nu.10 467
Derogatio generalis priuilegiorum nõ extenditur ad ſpecialia.conſ. 112. numero 49 83
Derogatio generalis ad §.naturales.ſufficit.conſ.157.nu.21 321
Derogatio indultorum etiam Cardinalibus conceſſorum non intelligitur de conceſſis Cardinalibus ordinariis collatoribus.conſ.190.nu.20 493
Derogatio ſpecialis non eſt neceſſaria, quando derogatio facta eſt per modũ legis generalis. ibid. num.22
Deſcendentium appellatione veniunt nepotes verè & proprie.conſ.124.nu. 78 174
Deſcentium appellatione veniunt omnes deſcendentes in infinitum. conſ. 152. nu. 28 294
Detentio iure familiaritatis non cõtinuetur in ſuum hæredem in præiudiciũ poſſeſſoris.conſ.139.nu.13 225
Deterioratio vbi ſui natura contingere ſolet non caſu ſed negligentia eius, apud quem res eſt, præſumitur eius culpa eueniſſe.conſ.118.nu.4 118
Determinationem vnam reſpicientem plura determinabilia æqualiter eodẽque tempore determinare.conſ.123. num.32.conſ.193.nu.13 156.511
Deus ipſe cordiũ ſcrutator eſt.conſ.107. nu. 81 48
Deum facere nõ poſſe,quæ iniuſta ſunt. conſ.108.nu.14 52
Deo ſoli cognita ſunt, quæ in animo & corde verſantur.conſ.149.nu.27 271
Deum peccare non poſſe.conſ.158. num. 23.conſ.196.nu.36 327.521
Dictio,ipſe, perſonaliſsima eſt.cõſ. 106. nu.196.conſ.120.nu. 20 18. 125
Dictio,ſunt,quid ſignificet & operetur. ibid.nu.334 335.334
Dictio, nullus,vniuerſalis. ibid.nu. 246
Dictio,proximior,comparatiui eſt,& de eius ſignificatione.ibid.nu. 247
Dictio,ſemper,ſignificatio.ibid.nu. 63
Dictio quo ſupra,ſignificatio.ibi.nu.295. 348.369
Dictio,&,ſui natura eſt copulatiua.conſ. 111.num.9.fallit vt nume.34.conſ.117. nu.54 70.114
Dictio,cuiuſlibet,ſui natura diſtribuitur. ibid.nu.63
Dictio,eorum, idem ſignificat, quod dictio,ipſorum,quæ facit,vt verbum,in tertiam ipſius generationem,non includat perſonam primi. ibidẽ nu. 64
Dictio,eos,refert ſupra nominatos.conſ. 200.nu.3 560
Dictio, infraſcriptos, eſt relatiua. ibid. nu.31
Dictio, inter,eſt diſtributiua. ibid nu.78
Dictio,etiã,ſui natura implicatiua.conſ. 116.nu.8 102
Dictio,dicti,reſtrictiua eſt, aliquãdo demõſtratiua.conſ.117.nu 5.27.cõſ.141. nu. 4.conſ.177.nu.21 108.228.425
Dictio & aliquando ſeparat. ibid.nu.43
Dictio, liberũ, ſignificat liberam et abſolutam facultatem.conſ.121.nu.66
Dictio,ſinautem,eſt alternatiua.cõſ.122. num.1 143
Dictio, omnis, vniuerſalis collectiua. conſ.123.nu.3 non tamen attribuit actum cuilibet in ſolidum. ib. in ſubſcrip.nu.8.conſ.156.nu.23 153.159.315
Dictio,vt ſupra,relatiua eſt.cõſ. 124.nu. 59.74 172
Dictio,ſimiliter,æqualitatem quandam oſtendit,ib.nu.60
Dictio,in,ſicut inter,eſt dictio diſtributiua.ib.nu.65
Dictio,de & ex,cauſam immediatam ſignificat.ib.nu.99.fallit vt nu.104
Dictio,idem, ſolet æquiparare caſum ſequentem præcedenti.conſ.130.num. 7 196
Dictio,præciſè, non excludit interpretationem iuſtam à iure prouenientem.conſ.132.nu.26 204
Dictio,ſaluo,eſt exceptiua.conſ.134. nu. 11 208
Dictio,quia,aliquando ſtat cauſatiuè. i-

Dictio,dummodo, non cōditionem ſed modum ſignificat. ibidem nume.36. 138
Dictio,&,ſtat augmentatiuè, cum ponitur loco dictionis.etiam.conſ.140. nu.17 227
Dictio,quandocūque,quotieſcunq;,infinitatē ſignificant.conſ.143.nu.92 36
Dictio, quandocunque, reſeruationem temporis, ſeu perpetuitatem quandā ſignificat.ib.nu.15.conſ.151.nu.33. 287
Dictio, quotieſcunque, plures vices ſignificat ib.nu.16
Dictio,vt ſupra,eſt repetitiua omnium, quæ dixerat ſupra. conſ.144.num.14. conſ.166.nu.11 247.375
Dictio,tamen, eſt limitatiua. conſil.146. num.8 251
Dictio, pro, modum importat. ibidem num.21
Dictio.donec,eſt limitatiua. conſ.151.numero 40 288
Dictio,tunc,eſt reſtrictiua.conſ. 152. numero 41 296
Dictio,ex,natura eſt, vt immediatā cauſam oſtendat.ib.nu.42
Dictio ſupraſcripti, natura ſui relatiua eſt.conſ.160.nu.23 344
Dictio,antedictus,ſui natura reſtrictiua. ib.num.39
Dictio, nihil, eſt vniuerſalis negatiua. conſ.164.nu.3 368
Dictio,de,ſignificat cauſam proximam. conſ.173.nu.72 411
Dictio, &,ſui natura copulans antecedentia ſubſequentibus ſeparat præcedentem clauſulam à ſequenti. conſi. 177.nu.14 424
Dictio,prout,quæ relationem ſignificat, ſui natura ſtat limitatiuè.ib. nu.26
Dictio,aliquid, in re minima verificatur.conſ.178.nu.29 431
Dictio,alia,ſimilitudinem denotat.cōſ. 183.nu.19.& conſ.200.nu.2 460.559
Dictio, vel, aliquando ſtat copulatiuè. conſ.187.nu.18 477
Dictio,ſecundo,ſui natura limitatiua,aliquando ſtat demonſtratiuè. conſil. 189.nu.13.21.aliquando cauſatiuè.numero 22. 547
Dictio, tam & quàm, ſtant augmentatiuè.conſ.195.nu.7 514
Dictum ſemel, non poteſt fieri non dictum.conſ.107.nu.30 45
Dictum quando fuit, & in tertiam generationem completam, comprehenduntur etiam pro nepotes. conſi. 111. num.65 75
Dies appoſita pro fine ſocietatis interpellat nomine ſocij recedentis à ſocietate.conſ.121.nu.63 135
Dies interpellat pro homine.ib.nu. 108. conſ.134.nu.24 209
Dies legalis vbi eſt incerta, mora non committitur abſque interpellatione. conſ.131.nu.22 201
Dies certa licet interpellat pro homine, tamen per adiectionem loci nequaquam.conſ.132.nu.11.13 202
Differentiam eſſe inter factum.& nō factum conſ.121.num.86 138
Differentiam eſſe magnam inter fructus perceptos & qui percipi potuerunt. conſ.110.nu.23 64
Differentia nulla conſtituenda eſt inter patrem vtrinque coniūctum & conſanguineū, quando agitur de bonis paternis.conſ.124.nu.9 164
Differentia inter diſpoſitionem modalem.conſ.131.nu.4 199
Differunt,mandatum relinqui in familia,& reſtitui illis de familia.conſ.161. num.42 354
Dignior aliis cenſetur,qui in alios iuriſdictionem habet.conſ.126.nu.15 185
Dignior altero is cēſetur,qui maioris auctoritatis eſt in loco, in quod egit.ib. nu.20
Dignitas ſordeſcit propter paupertatem ibid.num.28
Dignitate prior debet poſteriori præferri.ibid.nu.30
Dignitatis perſonalis quæ ſunt,non tranſeunt de patre in filium.ibid.nu.36
Dilatio cui debetur per legem,non poteſt dici moram incurrere, niſi aſsignata ſit & præterlapſa dilatio. cōſ. 132. nu.28 204
Dilectionem maiorē præſumi ex arctiori coniunctione.conſ.141.nu.14 229
Dilectus in ſubſtitutione cencetur dilectus in fideicommiſſo.conſ.124 num. 11 164
Dilecti magis in inſtitutione idē in ſubſtitutione cenſetur.cōſ.199.nu.17. 547
Diligentia & induſtria alicuius ei dānoſa eſſe non debet.conſ.192.nu.14 507
Diminutio in codicillis facta per verba generalia eorum, quæ relicta erāt in teſtamento,non extenditur ad relicta ad pias cauſas.conſ.112.nu.58 84
Diſpenſatio eſt, quando natus ex ijs, qui matrimonium cōtrahere non potuiſſent, habilis ad ſucceſsionem redditur.conſ.181.nu.17 448
Diſpenſatio requirit agnatorū citationem & cauſæ cognitionem.ib. nu.19. idem in legitimatione.nu.20
Diſpoſitio conſideratur ſecūdùm tēpus: in quod confertur.conſ.106.nu.323 32
Diſpoſitio incerta quando dicitur.ibidē nu.154
Diſpoſitio generalis incerta eſt,cum ad plures referatur.ibid.nu.164
Diſpoſitio ita debet interpretari, vt aliquid operetur.ibid. nu.254
Diſpoſitio quælibet à ſubiecta materia declaratur.ibid.nu.271
Diſpoſitio loquens de actu expreſſo etiā in materia ſtrictæ interpretationis,locum habet etiam in tacito. conſi. 108. nu.55. 55
Diſpoſitio hominis ſolet interpretari,vel ex verbis, vel ex mente.conſi .110. nu. 39 65
Diſpoſitio generalis tantùm operatur in ſuo genere, quantùm ſpecialis in ſua ſpecie.conſ.112.nu.30 81
Diſpoſitionis vna pars alteram declarat. ibid.nu.37.conſ.150.num.13.conſ.160. nu.37 278
Diſpoſitio hominis ita debet interpretari,ne à ſapientibus reprehendi mereatur.conſi.113.nu.10 87
Diſpoſitio à mente magis veriſimili diſponentis declarationem atque interpretationem recipit.ibid.nu.11
Diſpoſitio hominis ita interpretari debet, vt quantum fieri poteſt, propius accedat ad æquitatem.ibid.num.14
Diſpoſitio hominis ita intelligi debet atque interpretari,vt ea prouiſum cenſeatur in caſu magis neceſſario. ibid. nu.15
Diſpoſitio hominis illam interpretationem magis iuri communi conſentaneam recipere debet.ib.nu.16
Diſpoſitiones duæ cum copulatiuè iunguntur, qualitas adiecta primæ repetita cenſetur in ſecundam, conſ.117. num.55.78 114
Diſpoſitio alterari non poteſt in præiudicium eius,cui ius quæſitum eſt.cōſi.121.nu.3 129
Diſpoſitio taxatiua nō excludit ea, quæ ſunt conſuetudinis.ib.nu.11
Diſpoſitione in generali non cenſentur comprehenſa ea, quæ in ſpecie prohibentur.conſ.129.num.1.fallit numer. 18 19 192
Diſpoſitio generalis non extenditur ad prohibita.ib.nu.13
Diſpoſitio, quæ irritatur teſtamentum patris poſthumum prætereuntis, locum habet in teſtamento matris.conſi.130.nu.1 195
Diſpoſitio.l. poſthumus.non videtur habere locum in teſtamento matris. ib. nu.8.imò nu.21
Diſpoſitio fauorabilis vbi reſtringeretur,ſi qualitas poſita in vna parte ad alteram referretur,relatio ceſſare debet.ib.nu.13
Diſpoſitionem ita debere intelligi,vt ea prouiſum cenſeatur in caſu neceſſario.conſ.133.num.7 206
Diſpoſitio cum eſt fauorabilis appellatione territorij continetur ciuitas. cōſil.140.nu.12.19 226
Diſpoſitio generalis omnia comprehēdit, etiam ſi maior ſit ratio in vno quàm in alio.conſ.141.nu.33 231
Diſpoſitio quando propter dubium euētum poteſt ſe habere ad vtilitatem & danmum vtriuſque,partis,tēpus præſens includit futurum conſ. 142.nu. 23 234
Diſpoſitio expreſſa hominis ceſſare facit tacitum legis. conſ.151.nu.35.declara vt num.38 287
Diſpoſitio teſtatoris ita intelligenda,ceu ſit fruſtratoria. ibid.nu. 41
Diſpoſitio ſpecialis derogat,vel ſaltem limitat generalem.ibid.nu. 42.
Diſpoſitio teſtatoris extendi non debet vltra ſuam voluntatem. conſilio 151. nu.39 288
Diſpoſitio vna non debet diuerſo iure cenſeri. conſ.200.nu.33. 562
Diſpoſitiones quādo ſunt ſeparatæ,qualitas poſita in vna non cenſetur repetita in altera. ibid.nu.44.conſ.166.nu. 3 374
Diſpoſitio, ſi ille ſine hærede maſculo deceſſerit, dubio procul intelligitur ſine filio. conſ.160.nu.36 344
Diſpoſitio illa dicitur noua, quæ circa ſubſtantiam verſatur. ibid.nu.49
Diſpo-



Diſpoſitio teſtatoris quando poteſt verificari in caſu vero & ficto,locum haber potius in caſu vero.conſ. 164. nu. 15 369
Diſpoſitio,quæ retrahere poteſt legatariū à vita cōtemplatiua,pro non ſcripta habetur. conſ.169. nu.1. Intellige vt nu.19 382
Diſpoſitio omnis intelligitur rebus ſic ſtātibus. cōſ.170.nu.5.Intellige vt nu. 21 385
Diſpoſitiones etſi ſeparatæ non ſint,ſi tamen diuerſa militat ratio inter caſum illum, cui qualitas adiecta eſt,& caſū cui adiecta nō eſt,ceſſat repetitio qualitatis. conſ.171.nu.23 391
Diſpoſitio ita debet interpertari, ne ſit fruſtra condita. conſ.172.nu. 20. 396
Diſpoſitio ita interpretāda, ne ſequatur aliquod abſurdū. conſ.177.nu.4. 423
Diſpoſitio illa cenſetur potentior, quæ eſt benignior & ſpecialis.cōſ.180. nu. 16.nu.16.17. & magis certa nu.18 437
Diſpoſitio expreſſa potentior eſt tacita. conſ.187.nu.41 482
Diſpoſitio cenſetur fortior, vbicunque eſt duplex, legis ſcilicet & teſtatoris. ibidem nu.50
Diſpoſitio expreſſa fortior tacita. conſ. 199. nu. 29 548
Diſpoſitio conſtitutorū feudalium fundata eſt in ſola conſuetudine.conſ.191 num.73 503
Diſpoſitio ita interpretari debet,vt cenſeatur prouiſum cauſæ magis neceſſariæ.conſ.195.nu.5.22 513
Diſpoſitio l.ſi vnquam.C.de reuo.dona. in quo fundatur.conſ.196.nu.46 522
Diſponens quādo appōit cōditionem, quæ veriſimiliter non eſſet purificanda tēpore vitæ ſubſtituti,tunc ad eius filios porrigitur.conſ.111.nu.13 70
Diſponens quod cauiſſet, habetur pro cauto. ibid.nu.14. 36
Diſponenti facilè fuiſſet dicere,ſi ita ſibi fuiſſet viſum, vt altero in caſu diſpoſuit.conſ.eo.nu.45
Diſponentem velle,diſpoſitionem ſuam eſſe iuri communi vel municipali cōformem.conſ. 158. nu. 44 328
Diſponere poteſt limitatè, qui poteſt liberè diſponere.conſ.167.nu.8 283
Diſpoſitum illud habetur, de quo ſi fuiſſet interrogatus, ipſe teſtator reſpondiſſet,ſe ita etiam diſponere voluiſſe. conſ.151.nu.7 285
Diſſenſus arguitur in ſocietate ex deformitate inſcriptionis. cōſ.121.nu.91 138
Diuiſionē erroneam cum putatiuo hærede factam non retractare factam auctore iudice.conſ.115.num.21 96
Deciſio per errorē facta nihil operatur. ibid.nu.45.
Diuiſio facta inter verū hæredē & putatiuū an retractetur.cōſ.124.nu.119 180
Diuitiæ familias conſeruant & illuſtres reddunt.conſ.116.nu. 2 108
Diues (ceteris paribus) præfertur non diuiti,vel minus diuiti. conſ. 126.nu. 25 186
Doctor exterus legēs Pataui ordinarium eſt de collegio,durante eius conducta, quod intelligitur de præſenti, non autem de futura. conſ.106.nu.193 18
Doct. aſſertionibus in ſcolijs & annotationibus vna fides adhibetur. ibid. numero 200
Doct.dictum debet intelligi in dubio ſecundùm iura ab eo allegata.conſ. 112. nu.38.conſ.136. nu.25. conſ.183. nu.17. 82.216
Doct.ſingularis auctoritas parui faciēda eſt.ibidem numero 40
Doct. dignitas non mediocris eſt. conſ. 126.nu.7 184
Doct. vtriuſq; iuris illi præfert,qui vni tantùm laurea donatus eſt.ib.nu.11
Doctor creatus cum examine rigoroſo dignior eſt illo,qui vel nullo,vel leui examine fuit creatus.ibid.nu.18.
Doctor ignobilibus parentibus ortus eruditus præfertur doctori nobili imperito.ibid.nu.19
Doct. opinio illa eſt recipienda, quam is pluribus in locis affirmauit.conſ.144. nu.17 243
Doct. aſſerentibus aliquo in loco extare conſuetudinem credi. conſilio 164. nu.12 369
Doct. de conſuetudine atteſtanti fides adhibetur,vt ſaltem præſumptionē faciant.conſ.190.nu.1 490
Doctrinæ Abb. in c. ſuggeſtum. intelligentia.conſ.113.nu.18 88
Dolus ceſſat in eo,qui agit, vt ſibi & rebus ſuis conſulat.conſil.107.nu.9 44
Dolo quis verſatur,qui nō adhibuit debita remedia.conſi.118.nu.10 119
Dolus probari poteſt coniecturis. ibid. num.15
Dolus & machinatio, quantum fieri poteſt,euitari debet conſi.121.nu.5 130
Dolo agit, qui non fecerit, quod paſſim ab aliis fieri conſueuit.ibidem nu.6
Dolum allegans debet probare. ibidem num.13
Dolus non poteſt conſiderari in homine probo & legali.ibid.nu.14
Dolo non ſolum ſed culpa caret, qui fecit,quod fieri conſueuit.ibidē nu.16
Dolum non præſumi in ſocio,quando ex ſuo facto nulla vtilitas ab altero ſocio aufertur.ibidem nu.17
Dolum, vim & fraudem non præſumi, ſed eſſe liquidò probanda. conſi. 147. num.41 258
Dolus & iniuria ſcienti non infertur. cōſi.162.num.43. 362
Dolus arguitur in eo,qui nō facit, quod ex ſuo officio facere debet. conſi. 175. nu.10. 415
Domeſticus producentis in crimine hæreſis contra reum non probat. cō.149. num.45 274
Dominium quouis modo quæſitum à iure ciuili inuento iuriſgentium eſſe dicitur.conſ.108.nu.50 55
Dominium per ſententiā tranſlatum poteſt à principe reſcripto auferri. ibidē numer.56
Dominium vtile ex præſcriptione quæſitum mediante reſtitutione in integrū auferri poteſt.ibidem nu.57
Dominium vtile habens regulariter illud alienare non poteſt inuito domino directo, ſecus è contra.conſil.116 nu.5 102
Dominium multiplex.ibid.nu.7
Dominium vtile eſt minoris conſiderationis quam directum.ibidē nu.9 23
Dominium directum eſt propriè dominium ac firmius.ibidem num.10
Dominium vtile qui habet, non poteſt illud alienare,quando de alterius præiudicio tractatur.ibid.nu.11
Dominium directum eſt pars rei, ſicut & vtile ibid.nu.18
Dominium ex titulo ſingulari non tranſit abſque poſſeſſione.conſilio 122.numer.7 143
Dominium rei emptæ etiam nomine & pecunia aliena tranſit in ementem, ſi illi traditur.ibid.nu.15
Dominium auferri non poteſt ſine facto domini.ibid.nu.26
Dominium non transfertur, antequā is, qui transferre debet,dominus efficiatur.ibid.nu.67
Dominium nequit in alium transferri, quam per traditionem.ibidem nu. 78
Dominii notoria exceptio impedit ſpoliatum ante omnia rēſtitui. conſi. 180 numer.70 444
Dominus quando ſcit & patitur procuratorem excedere fines mandati & non contradicit,ſed acceptat, ratificaſſe dicitur geſta per ipſum. cōſ.120. num.26. 125
Dominus ſortis quamuis quis non ſit,tamen periculum interitus rei ſentit.cōſil.122.num.45 148
Dominus & moderator vnuſquiſq; eſt in re propria.conſ.136.nu.6 214
Domini conſenſum ſatis cenſeri adhibitum ex ſua præſentia & taciturnitate.conſ.158.nu.89 335
Domini cōſenſum poſſe adhiberi etiam mortuo vaſallo,qui alienauit.ibidem num.90
Dominus etſi teneatur feudum vel emphyteuſim reuerſum ad ſe renouare in alios de familia,intelligitur in deſcendentes non in tranſuerſales.conſil.160.nu.11 341
Dominis duobus quis ſeruire nō poteſt. conſ.163.nu.3 363
Dominus ſua auctoritate ingredi non poteſt poſſeſſionem, quam alius occupat.conſ.180.nu.65 443
Dominum feudi nō poſſe remittere culpam vaſallo in præiudicium agnatorum.conſ.181.num.86 454
Dominus ille appellatur, qui eſt directè dominus. conſil. 191.numero 6. 496
Dominus directus feudi nil poteſt à ſuis vaſallis exigere vltra contenta in inueſtitura.conſ.156.nu.17 314
Domum vicini diſſipans, vt ſuam conſeruet,non iniuriandi animo, ad aliquid non tenetur.conſ.107.nu.6 43
Donata contemplatione alicuius ei acquiri conſ.136.num.17.conſil. 155.numero 30 215.311
Donata ſimpliciter à patre non imputantur in legitimam. conſ.153. nu.12. fallit vt nu.17 305
Donata à patre filio tunc ei in legitimā

imputanda.conſ.154.nu.1 306
Donata ob cauſam à patre filio in legitimam computantur.ibidem numero 7
Donata à viro vxori acquiri mortua muliere filiis illius,qui donationem ipſam fecit.conſ.155.nu.36 312
Donata ab auo nepti in dubio cẽſentur aduentitia.conſ.183.nu.15 459
Donata patre & filiis vna ſimul, in dubio præſumũtur contemplatione patris donata.conſ.161.nu.30 353
Donata patri pro ſe & filiis ſuis cenſentur donata filiis contemplatione patris.ib.nu.37
Donans ab donationem ſimplicem non tenetur de euictione.conſilio 112.numer.29 81
Donantem promittendo cum iuramento non reuocare donationem ex cauſa ingratitudinis,obligari atque reuocare non poſſe.conſ.155.nu.25 311
Donans & donatarius quando conueniunt de reuocanda re donata tertio, mortuo ipſo donatario reuocatio illa omnino non valet,nec illi tertio præiudicat. conſ. 161.nu. 53 355
Donans in dubio non præſumitur de liberis cogitare.conſ.196.nume.43 fallit nu.53 522
Donatio remuneratoria cenſetur,quando in ea benemerita in ſpecie exprimuntur & probãtur,ſecus ſi non probantur.conſ.112.numero 45 77
Donatio remuneratoria cenſetur,quando in ſpecie merita ſunt narrata,& agitur de donatione inter perſonas,inter quas ſimplex donatio fieri poteſt, ſecus ſi in genere merita ſunt narrata. ibidem numero 9 10
Donatio facta ob benemerita,ſi meritorum quantitatem excedit, in illo exceſſu cenſetur pura & ſimplex.ibidem nume.13
Donatio remuneratoria à ſimplici quomodo cognoſcatur.ibidem num.23
Donatio ſimplex ſtrictam, remuneratoria largam interpretationem recipit. ibidem.nu.28
Donatio pura & ſimplex cenſetur, cum agitur de donatione, quæ purè fieri poteſt,& in genere merita ſunt enunciata, & donans addit, quòd purè & ſimpliciter donat.ibidem nu. 41. quid ſi addat ob beneuolentiam.nu.42
Donationem factam à Conſtantino eccleſiæ,qui aſſerit non eſſe validam,nõ eſſe procul ab hæreſi.conſ.149.numer. 39 273
Donationis titulus non præſumitur.cõſ. 154.num.2 306
Donatio vim relicti habens in legitimam eſt imputanda.ibidem numero 4
Donatio remuneratoria titulum oneroſum continet.conſ.155.numero 8 309
Donatio facto vxori valet ob vim iuramenti.ibid.nu.9.quæ donantis morte confirmatur.nu.10.11
Donatio profectitia reuocari poteſt non ſolùm expreſſè,ſed etiam tacitè.conſ. 161.nu.9.51 349.355
Donatio cauſa mortis per ſolùm donantis pœnitẽtiam reuocari poteſt.ibidẽ numero 50
Donatio facta pro ſe & hæredibus maſculis tranſit ad nepotẽ ex filia. conſi. 172.num.18 396
Donationem inter virum & vxorem nõ valere.cõſ.173.nu.2.fallit vt nu.19 428
Donatio facta abſenti, niſi illam acceptaueri non valet, etiam notario ſtipulante,ibidem nu.4.5.50
Donationis cauſa ceſſante, ipſa donatio ceſſare dicitur,non procedit in donatione ſimplici.ibid.nu.6.21
Donatio perfecta reuocari nõ poteſt. ib. nu.9.conſ.191.nu.43 499
Donatio omnium bonorum præſentiũ & futurorum,nil ſibi reſeruato pro facultate teſtandi, non valet. conſ. 184. numero 1 464
Donare non poteſt pater filio in poteſtate exiſtente,niſi intercedat iuramentum,vel donet ob benemerita. conſil. 154.numero 3 306
Domum communem inhabitãtem non tenetur ſoluere penſionem. conſ. 121. numero 102 136
Dotem datam ab auo nepti in dubio cenſeri datam contemplatione filij .conſ. 151.nu.4 Imò nu.7.12 284
Dos conſtituit debet ſecundùm cõditionem patris dotãdis & patrimonij quãtitatem.ibid.numero 6
Dos ab auo proficiſcẽ aliquando aduẽtitia.ib.nu.18
Dos à patre profecta quando debet reſtitui filiæ vel eius hæredibus in caſu reſtitutionis,illa non imputatur in legitimam nepotum.cõſ.153. nu.5. declara nu.28 302
Dotis cauſa datum dicitur ob cauſam matrimonij donatio.ib.numero 9
Dos ab extraneo data cõtemplatione patris filiæ,in ipſius legitiman, quam è bonis patris conſequi debet,imputatur.bi.nu.10
Dos proueniens ex bonis patris dotantis non dicitur æs alienum.ibidẽ nu.24.
Dotis augmentum nihil differre à dote conſ.154.nu.5 306
Dos in legitimam imputatur.ib.nu.6
Dos confeſſata non habet priuilegia veræ dotis, niſi aliud interueniat. ibid. num.18
Dotem eſſe proprium patrimonium filiæ.conſ.161.nu.21 351
Dos minor legitima conſtitui nõ poteſt. conſ.168.nu.1 379
Dos dicitur ſubrogata loco legitimæ. ibid.nu.3.imò nu.20
Dotem eſſe conſtituendam pro modo facultatem & dignitatum viri & mulieris.ib.num.11
Dos breui manu dicitur data ab auo filio ſuo,deinde à filio filiæ.conſil.183. num.4 458
Dos ex bonis fideicommiſſi tunc præſtatur, cum alia nõ extant bona ibidem num.7
Dubium atque incertum illud eſſe dicitur,quando adſunt rationes hinc inde.conſ.110.nu.69 68
Dubitatio de fide quando faciat dubitantem.hæreticum.conſ. 149. numero 48 275
Dubitatio de fide poteſt eſſe duplex. ibidem nu.53
Duci vel militiæ præfecto decertare cũ hoſte prouocante inconſulto principe non licere.conſ.107.nu.18 44
Ducem Mediolani cæteris anteferri, cũ opulentiorem ducatum obtineat.cõſil.12.nu.27 186

E

ECCLESIAE bona vt alienari poſſint,vel vrgens neceſſitas, vel euidens vtilitas adeſſe debet. conſi. 114. num.1. 89
Eccleſiæ euidens vtilitas extat, quando res vna venditur, vt altera vtilior ematur.ibidem nu.5
Eccleſia quando vult in integrum reſtitui,plura probare debet.ib.nu.112
Eccleſia etiam ſi non conſequatur euidentem vtilitatẽ,tamẽ ſatis eſt, quòd eius conditio facta non ſit deterior. ib.num.15
Eccleſiæ an acceperit aliquod detrimentum, inſpicitur tempus contractus. ib.num.24
Eccleſiæ bona & fructus etſi communia ſint ab omni collecta, eadem immunitate non fruuntur conductores & emptores eorum. conſil. 136.numer.5 214
Effectus magis quam denominatio attẽditur.conſi.120.nu.23 125
Effectus quando idem ſequitur, non curamus de modo.conſ.131.nu.14 202
Electionis actum retrotrahi. conſ. 106. num.141 14
Electus ab eligente dicitur electus a concedente facultatem eligendi. conſil. 158.num.50 329
Eligendi facultas quando dicatur conſumpta,vel non.conſ.eo.nume. 63.80
Emancipationem non valere filiæ habẽtis filium infantem,quando ipſa filia in extremis laborabat. conſ. 108. nu. 19 52
Emphyteuſis eſt contractus nominatus vltro citroque obligatorius. conſ.111. num.21 71
Emphyteuſis conceſſionem factam contra conſuetudinem inutilem eſſe. ib. num.33
Emphyteuſim acceptam pro ſe & filiis intelligi pro maſculis.ib.nu. 47.imò nu.60
Emphyteuſis conceſſa pro ſe filiis & hæredibus,ſub hac appellatione veniũt etiam fœminæ.ib.num.56
Emphyteuſis eccleſiaſtica conceſſa pro ſe & filiis intelligitur conceſſa etiam fœminis.ibidem nu.57
Emphyteuſis conceſſa cum alienãdi poteſtate eãdem habet naturam, quam habet illa conceſſa pro ſe & quibus dederit,quæ dicitur hæreditaria. ibi, num.66
Emphyteuſis ſucceſſio ſicut feudalis regulatur.conſ.124.nu.53 171
Emphyteuſis hæreditaria comprehenditur ſub generali hæredum inſtitutione.conſ.129.nu.15 193
Emphyteuſis eccleſiaſtica non trãſit ad extraneum.ib.nu.26
Emphyteuſis conceſſa pro ſe filiis & nepoti



pòtibus &c.ad alium tranſire non poteſt.ibidem nu.27
Emphyteuſis cõceſſa patri pro ſe & filiis, non poteſt pater eam vni filiorũ prælegare.ibidem nu.28
Emphyteuſim eccleſiaſticam conceſſam pro ſe & hærede eligendo ab inteſtato,intelligi conceſſam pro hærede ſanguinis.conſilio 158.nu.8 324
Emphyteuſim conceſſam patri pro ſe & filiis,poſſe vni filiorum prælegari.ibidem nu.69
Emphyteuſim conceſſam pro ſe & hæredibus maſculis, expoſtulare, vt filij illi ſint etiam hæredes.conſ. 160. nu.41 345
Emphyteuſim conceſſam maritor pro ſe & vxore ipſa vxore ratũ habente, acquiri pro dimidia vtrique.ibid.nu.50
Emphyteuſim acquiſitã pro ſe & filijs, poſſe à patre ipſo acquirẽte ſoli filio aſsignari.conſ.161.nu.48 355
Emphyteuſim alicui cõceſſam pro ſe & hæredibus ſuis, trãſite ad eos tãtùm, qui ſunt ex ſanguine recipientis & ius hæredes.conſ. 197.nu.54 534
Emphyteuta ſi rẽ pignori dederit, extincta emphyteuſi reſoluitur pignº. cõſ. 116.num.33 104
Emphyteuſim conceſſa pro ſe & hæredibus filius ingreditur locum patris, vt concurrat cũ patruo.cõſ. 200.nu. 49. Et dicitur hæreditaria.nu.50. Idem ſi dicatur pro ſe & nepotibus.nu.52. 563
Emphyteuſi cõceſſa patri & filijs, filij nõ concurrunt cum patre.conſ. 200.nu. 55 ibidem
Emphyteuſi relicta Caio filio, & mæuio nepoti,nepos concurrit cum patruo. conſ.200.nu.56 564
Emphyteuſis eccleſiaſtica cõceſſa pro ſe & filijs & nepotibus non eſt hæreditaria.conſ.200.nu.61 ibid.
Et tunc filij non concurrunt cum patre. ibidem numero 62
Ementem ab eccleſia non habere neceſſe probare pretium, quorũ acquiſiuit, verſum fuiſſe in eccleſiæ vtilitatẽ. cõſ. 114.nu.8.fallit in mutuo nu.9 90
Emere quem verè noluiſſe rem, quãuis emerit,ſi illã non vidit. conſ.109. nu. 21 60
Emptione quæ contineantur,quãdo ambigitur,ex quantitate pretij illa iudicamus. conſ.110.nu.3. intellige vt nu. 43 63
Emptor cum re fruatur,æquum eſt,eum vſuras prætij impendere.ib.nu.52
Emptor ſi rei emptæ pretiũ depoſuit apud depoſitarium idoneum ex conſenſu prælati,qui poſtea decoxit, non tenetur emptor deponens etiam in ſubſidium.conſ.114.nu.29 92
Emptor rei emptæ dominus remanet, non ratificante, eo, cuius nomine facta eſt.conſ.122.nu.16 144
Emptorem cogi non poſſe retrouẽdere vni ſoli venditorũ.conſ.123.nu. 46 158
Emptor & venditor ſunt correlatiua.cõſ. 136.nu.9 214
Emptor faciens contra legem emptionis, in eum actionem dari.conſi.eo.nu.13
Emptorum bona fides non excuſat à reſtitutione bonorum emptorũ ab hæretico.conſ.159.nu.20 337
Emptum in dubio præſumi nomine eius, qui emit.conſ.122.num.12 144
Epiſcopum habentẽ officia in curia Romana præferri cæteris antiquioribus Epiſcopis.conſ.126.nu.14 185
Eques & Marchio,qui eſt ſimul,anteponitur illi;qui Marchio tantùm eſt.ibidem nu.10
Error iuſtus ille dicitur cauſatus & relatione eius,cui fides probabiliter adhiberi potuit.conſ.197.nu. 46 46
Errorcommiſſus in ſententia,quando oculis corporeis legi poteſt, ſententia eſt ipſo iure nulla.conſ.110.nu.66 68
Error ſi per relationem ad acta apparet, reddit ſententiam nullam.ibidem nu. 67
Error iuris non prodeſt in lucro captando,ſecus in damno vitando.conſ. 175. num.17 416
Error iuris bonam fidem parit, dummodo probabilis.ibidem num.31.32
Error iuris non præſumitur,ſed ſcientia. conſi.124.nu.117 180
Error iuris non prodeſt in lucro captando.ibidem nu.123
Error quicunque ſufficiat, quando agitur de euitanda pœna.conſilio 145.nu. 35 248
Error in antiquis facile committi ſolet. conſ.147.nu.27 257
Error detegitur, ex quo conſtat,rem aliter ſe habere.ibidem numero 28
Error in dubio non præſumitur.ibid.numer 30
Errorem ab eo allegari nõ poſſe, qui rerum notitiam habet.ibidem num 31
Error facit,ne aliquod præiudicium cenſeatur allatum erranti.conſi.160. numero 7 340
Error probatur, cum apparet, rem aliter ſe habere.conſ.162.nu.33. 360
Error iuris ſatis ambigui æquiparatur errori facti.ibidem nu.34
Error in facto proprio prodeſt, quando agitur de damno euitando. ibidem nu.35
Error facti quis ſit.conſi.191.nu.63 502
Error facti aliquo facto ſuppoſito quis ſit.ibidem nu.64.
Error iuris quis ſit.ibid.nu.66
Error iuris & facti quis.ibid.nu.67
Errorem defuncti poſſe reuocari ab hærede.ibid.nu.70
Errantis nullus eſt conſenſus. ibidem numero 54
Errare is dicitur, qui facit, quod facere non poteſt.conſilio 120.nu.35 127
Euentus ille ſpectatur,qui à communiter accidentibus non à caſu euenit. conſ.114.nu.6 90
Euentum non inſpici in adminiſtratore neceſſariò.conſi.145.nu.38.48 248
Euictio vt venditor, detrimentum afferat, litis denuntiatio neceſſaria eſt. conſi.178.nu.17 429
Exactionis forma mutata receſſum à prima obligatione dicitur.conſi.119. numero 7 122
Exactionis antiqua forma vectigalium non mutanda.conſi.189.nu.1 487
Exceptio firmat regulam in non exceptuatis.conſi.112.nu.54. conſi.122.nu. 33.conſi.197.nu.53.& conſ.200.nu.106. 84.147.534
Exceptio realis prodeſt etiam fideiuſſori. conſi.119.nu.4. etiam compẽſationis. num.5 122
Exceptio,tu non feciſti inuentarium,impedit litis ingreſſum. conſilio 125. numero 9 183
Exceptio iuris clara eſt & manifeſta. ibidem nu.10
Exceptio iſta, tu non impleuiſti ex parte tua,excuſat à mora.conſilio 131.numero 5 207
Exceptionem aliquam qui habet, non videtur eſſe in mora.ibidem nu.6
Exceptionis natura eſt etiam regulã declarare.conſi.134.nu.12.
Exceptio eſt de regulis.cõſ.141.nu.17 229
Exceptio facta in vno caſu & ſecundum certas qualitates,in aliis omnibus firmat regulam.ibid.nu.29
Exceptione confirmatur regula & extẽditur. conſil.148.nu.31 264
Exceptio non numeratæ dotis quando apponi poſsit.conſ.154.nu.19. 308
Exceptio hæc teſtatorem teſtari non potuiſſe, impedit miſsionem ex edicto diui Adr.conſ.180.nu.23 439
Exceptio,quæ non requirit altiorem indaginem, non impedit immiſsionem ex.d.l.ſi.ib.nu.27
Exceptio dicitur requirere altiorem indaginem, quæ incontinenti probari non poteſt.ib.nu.28
Exceptiones contra teſtes admittantur examinatos ex parte hæredis petentis ſe mitti in poſſeſsionem.ib.nu.38
Exceptio de iure tertij non cõpetit. cõſ. 181.nu.70 452
Excluſiua in materia id,quod nõ eſt expreſſum,non inducit priuationẽ, niſi ex ſimilitudine, vel maioritate rationis. conſ.150.nu.27.28 279
Excluſus ab hæreditate patris non eſt excluſus ab hæreditate fratris.conſ.160. numero 4 346
Excõmunicationis ſententiam aduerſus ciuitatem & vniuerſitatem ferendam non eſſe.conſ.107.nu.45 46
Excommunicationem cenſeri nominatim factam cum proprium nomen fuit expreſſum.conſ.173 nu.3 401
Excommunicatorum oſſa exhumẽda non eſſe,ſi cum fidelium oſsibus mixta ſunt.conſ.107.nu.89 49
Excõmunicati regulariter à teſtimonio ferendo arcentur.conſ.149.nu.11 269
Excuſatur is à quo res euincitur à ſolutione pretij, ſi quantitatem ſibi motã denunciauit ſuo aduentario,aliàs nõ conſ.128.nu.4 192
Excuſatur à præſumpta calumnia, ſtante delicti diſfamatione.cõſ. 145.nu.24 248
Excuſari à temeritate & præſumpta calumnia,ex quo viris fide dignis credidit.ibidem nu.25
Executor non poteſt de cauſa nullitatis cognoſcere.conſ.19.nu.153
Exemplis iudicandum non eſt. cõſ. 126. nu.5 184

Exemplo ſumpto. an & quando credatur.conſ.175.nu.28.29.30.31 418
Exhæreditatio fit nominatim,cum vnus tantùm adeſt filius, & ait pater, filiũ meum exhæredo.conſi.106.nu.18 5
Exiſtimationis maioris apud homines qui eſt,altero dignior cenſetur. conſ. 126.nu.29 186
Expenſæ ſpectare ſolēt ad rei dominũ. conſ.122.nu.41 148
Expenſæ immodicæ non repetuntur, dũ modo hoc probetur. conſ. 145. nu. 3. 246
Experientia rerum magiſtra. conſ. 109. nu.23 60
Expreſſio eorum,quæ tacitè inſunt, nil operatur.conſi.106.nu.216. conſi. 110. num.42 21.66
Expreſſio quæ fit per relationem,dicitur expreſſa & ſpecialis.conſ. 164. nu. 31. 371
Expreſſio ſpecialis quando dicatur. cōſ. 190.nu.12 491
Expreſſum facilius declarat tacitum quã è contra.conſi.110.numero 44 66
Expreſſi maior vis regulariter quàm taciti.ibid.nu.45
Expreſſum facit ceſſare tacitum. cōſi.111. nu.39. 73
Expreſſum ſatis dicitur, quod ex mente teſtatoris coniecturata colligit.conſi. 141.nu.13 229
Expreſſum illud dicitur, quod ex coniecturis colligitur.conſil.196.nu.23 520
Expreſſè fieri quod prohibetur, nec etiã tacitè à fortiori permiſſum eſt.conſi. 143.num.22 238
Extenſionem de perſona ad perſonam non fieri in ſubſtitutione fideicōmiſſaria.conſ.106.nu.57.322 8.32
Extenſionem dari aliquãdo de perſona ad perſonam.conſ.117.nu.25 101
Extenſio de caſu ad caſum non conceditur in ſubſtitutionibus. conſ. 171.nu. 15.Intellige vt nu. 18 391
Extenſio non fit in fideicōmiſsis de perſona ad perſonam.conſ.173.nu.38.fallit nu.39.quod procedit etiam in odioſis.nu. 40 407
Extenſio de caſu ad caſum non admittitur in odioſis.conſ.197.nu.68 536
Extendi diſpoſitionē,cum reſtrictio efficit diſpoſitionem eſſe inutilē vel abſurdam.conſi.106.nu.256 24
Extinctum non poteſt vlterius reintegrari.conſi.185.nu.29. 469

F

FACILIVS conſeruarī aliquid,quàm de nouo inducatur.conſi.146. num. 20 252
Faciēs actum præſumitur facere eo modo,quo vtilius ſibi eſt. conſi. 121. numero 45 134
Faciendo licet quis non poſsit præiudicare, negligendo tamen poteſt. conſ. 131.nu.23 01
Factum vbi eſt dubium: quia poteſt eſſe delictum & non delictum, in dubio præſumitur non delictum. conſi. 109 num.3 58
Factum dicitur eſſe potentius ad interpretationem voluntatis, quam ſint verba conſi.110.nu.2 63
Factum patris & vox patris vox filij.cōſ. 116.nu.38.Intellige vt nu.52 105
Factum cenſetur indiuiduum.conſi.123. nu.7.imò.nu.34.36. 154
Factum licet ſui natura diuiduum, per accidens effici poteſt indiuiduum.ibid.nu.10
Facti cauſam non ipſum factum inſpiciendam.ibidem nu.19.conſ.107.numero.4 43
Factum indiuiduum aliquando cenſeri ex mente coniecturata.ibidem nu. 45
Factum notorium non indiget probatione.conſi.145.nu.23. 247
Facta non præſumuntur.conſi.161.nu.35. conſi.196. numero 34. conſi. 199. numero 43 353.521.551
Facta ipſa plurimum valere ad confirmandam voluntatem. conſi. 178. numero 13 429
Factum non dicitur,quod non durat factum.conſilio 184.num.12. 465
Factum legitimè & plenè conſumatum amplius non retractari ex ſuperueniēti facto.conſi.185.nu.27 469
Factorum ſi quis aliquid promiſit, & ſi non fecerit pœnam ſoluere,vt incidat in pœnam, requiritur interpellatio. conſi.131.nu.20.fallit vt nu.21 201
Factorum quãdo quis promittit aliquid ſub modo vel conditione, nunquam in mora conſtituitur, donec certificetur & liquidetur.cōſ.132.nu.10 202
Facultatis noſtræ atq; poteſtatis ea ſunt, quæ à libera noſtra volūtate pendēt. conſ.143.nu. 2 236
Facultatis noſtræ atq; poteſtatis quæ ſũt, nullo tempore contra nos præſcribi poſſunt.ibidem nu.3. declaratur multis exemplis nu. 28
Falſitatis magna præſumptio eſt,quãdo cæteri contractus deſcripti reperiuntur in libro eiuſdem diei,& non reperitur contractus ille,de quo contenditur.conſ.188.nu.23 487
Falſitatē arguit nimia ſolicitudo & diligentia.conſ.199.nu.7 546
Falſitas arguitur ex diuerſitate ſtili.ibid. nu.9
Falſitas manifeſta ſurgit ex contrarietate,diuerſitateq́ue.ibidem nu.16
Falſus in vno in cæteris fidē perdit. cōſ. 112.nu.71. 86
Falſum ſine dolo non committitur.conſ. 145.nu.12 247
Falſi ſpeciē gerere, quod veriſimile nō eſt conſ.151.nu.14.conſ.161. nu.34 285 353
Fama ſi non præcedat,de aliquo interrogari non poteſt.conſ.107. nu. 91 49
Fama ſola,quantumuis publica,neminē torqueri debere.conſ.149.nu. 42. 273
Fama vt vim aliquam habeat, plura deberent concurrere.ibidem nu.40
Fama antiqua quãdo probet rē eſſe feudalem.conſ.191.nu.73 503
Fama vt teſtibus probetur,multa requiruntur.ibidem numero 75.
Fama vt probet in antiquis debet eſſe vniformis.ib.nu. 86
Familia vocata in dubio de illa teſtatoris intelligitur.conſ.106.nu.118.226 11
Familiæ appellatione plures cōtinētur. conſ.124.nu.6. 163
Familiã conſeruari tã per nepotes quàm per filios.conſ.200.nu.77 566
Familiæ memoria & domus honeſtas à ſpuriis etſi legitimatis vix conſeruari poteſt.conſilio 164.numero 10.cōſ. 173.nu.73. 411
Familia ſine diuitiis conſeruari non poteſt.conſilio 177.nu.16.conſi.187. numero.4 424.474
Familiaritas & conſanguinitas præſumptionem faciunt,quod nomine ipſius conſanguinei geſtum ſit negotium. conſilio 145.num.41. 24
Famulo ſi quid datur vltra ſalarium & ob fidelitatem dicitur donatio. conſi. 112.nu.44 83
Fauores ampliãdos, odia reſtringenda. conſi.150.nu. 8 277
Feudi in ſucceſſione conſideratur proximitas vltimi decedētis. conſ. 124. numero 40 168
Feudi non hæreditarii in ſucceſſione primus auctor ſpectandus eſt. ibidem num.42.
Feudi etiam hæreditarij in ſucceſſione filius ingreditur locum patris. ibid. nu.44
Feuda nobilitant.conſi.126.num.8. 184
Feudum non continetur in diſpoſitione generali.conſi.129.nu. 3. fallit nume. 10 192
Feudum conceſſum his verbis vniuerſalibus, pro ſe & quibuſcunque hæredibus, eſſe feudũ alienabile etiam ad extraneos hæredes.ibidem nu.11
Feudi naturam in iure duplicem conſiderari.conſi.148.nu.9 262
Feudi naturam ſpecialem derogare generali.ibid.nu.10
Feudum conceſſum ſub annuo cenſu cõprehendit fœminas.ibidem num.33
Feudum à fidelitate dictum. conſi. 156. num.13 314
Feudi recognitionem factã à vaſallo aliter quam fieri conſueuit, præſumi factam vel metu,vel errore. ibid. nume.40
Feudum eſt contractus ſed iuris ciuilis. conſi.157.num.2.22. 319.321
Feudum alienari non poteſt in præiudicium agnatorum.ibidem nu.4
Feudum dicitur hæreditarium conceſſum pro ſe & hæredibus quibuſcunque ibidem nu. 18.cōſi.181.nu. 34 449
Feudum nouum quando aſſumat naturam antiqui.conſilio 158.nu.1 324
Feudum mixtum quomodo dignoſcatur.ibid.nu.2.5
Feudum ex pacto & prouidentia quod. ibid.nu.3
Feudum quando abſolutè hæreditariũ. ibid.nu.4
Feudi conceſſionem factam pro ſe & hæredibus debet intelligi de hæredibus poſt mortem.ibid.nu.11
Feudi natura ea eſt,vt qui in vno vult ſuccedere,eſſe debeat etiam acquirentis hæres.ibidem nu.19
Feuda regulantur à ſuo capite. ib. nu. 47
Feudum pro ſe cōceſſum intelligitur & pro filijs ibidem nu.63
Feudum conceſſum pro ſe & filijs,ita filiis





lijs omnib' æquè ac patri dicitur ius quæſitum ibidem numero 61
Feudi iuſti ſucceſſor qualitates filiationis & hæreditatis habere debet. ibid. nu.66
Feudum numerato pretio aquiſitũ pro ſe & filijs non cenſeri ex prouidentia dantis.ibidem numero 70
Feudum quando eſt conceſſum ob bene merita poteſt vaſallus illud vni filiorum prælegare.ib.nu.68
Feudum dignitatis ad vnum tantùm primogenitum peruenire debet.ibidem numero 71
Feudum hæreditarium venire in reſtitutionem fideicommiſsi.ibidem nu.77
Feudum non præſcribitur minori ſpacio 30.an.ibidem nu.82.cōſ.181.nu.91 454
Feudum vbi conceſſum eſt cum facultate alienandi etiam in extraneos, non eſt neceſſarius cōſēſus domini ipſius alienationis tempore.ib.nu.87
Feudum quando alienatur vni ex comprehenſis in inueſtitura,non requiritur domini conſenſus.ib.nu.88
Feudum ad dominum directum deuoluitur, vbi familia eorũ deficit, quibus conceſſum fuit.conſ.160.nu.1 340
Feudum antiquum ad dominum deuolutũ,& alteri ab eo conceſſum, nouũ efficitur ibidem numero 10
Feudum quãdo conceditur alteri,quàm illi,ad quē pertinebat,efficitur nouũ. ibidem numero 14
Feudum nouum eſſe creditur,quod virtute nouæ inueſtituræ vaſallus poſsidere cœpit.ibidem num.16
Feudũ tale eſſe dicimus, quale oſtendit tenor inueſtituræ.ibidem nu.20
Feudum nobile dicitur feudum antiquũ ibidem numero 21
Feudi antiqui renouatio præſumitur eſſe verè feudum antiquũ. ibid. nu.23
Feudum antiquum de nouo conceſſum, vel nouũ iure feudi antiqui. appellari feudum nouum.ibidem nu.25
Feudum quando eſt conceſſum pro ſe, filiis vel deſcēdentibus maſculis,feudum dicitur eſſe ex pacto & prouidētia.ib.nu.30
Feudum in dubio fuiſſe conceſſum ſolũ pro ſe,filiis & deſcendentib.ib. nu.34
Feudum hæreditarium venire in reſtitutione fideicōmiſsi.conſ.161.nu.3 349
Feudum hæreditariũ vaſallo datur, vt in eo hæredem habeat.ib.nu.4
Feudum numerato pretio acquiſitum pro ſe & filijs non cenſeri ex pacto & prouidentia dantis ib.nu.10
Feudum nouum ſimpliciter ex pacto & prouidentia & gratis conceſſum tam contemplatione filiorũ quàm patris, pater illud non poterit totũ vni filiorum prælegare.ib.nu.11
Feudum nouum quando ſui natura eſt tale vt deferatur primogenito tãtùm poſt patrem,pater nō poteſt vni filiorum prælegare.ib.nu.14
Feudum nouum quando eſt ſimpliciter ex pacto & prouidentia, & non conſtat manifeſtè,cuius ſola contemplatione fuerit cōceſſum, an hoc in caſu pater poſsit vni filiorum hoc feudum prælegare cæteris excluſis.ib.nu.15
Feuda ex cōſuetudine Italiæ diuidũtur. conſ.163.nu.7 364
Feudum cenſeri fœmineum, quando a principio fœminæ fuit conceſſum. ib. nu.16
Feudum effectũ ſemel diuiſibile, perpetuò diuiſibile, ib.nu. 17. intellige vt nu.18
Feudum conceſſum pro ſe & eius deſcēdentibus,feudum ad omnes deſcendentes pertinet æqualiter ib. nu.19
Feudũ dignitatis non poſſe diuidi quomodo intelligatur.ib.nu.21
Feudum conceſſum pro ſe & hæredibus maſculis ac etiam pro fœminis &c. conſ.172.nu.16 396
Feudi domino non eſt permiſſum alterare formam antiquã inueſtituræ. cōſ. 181.nu.42 450
Feudum mixtũ eius eſt naturæ,vt qui ſuccedere volet, neceſſe eſt, eſſe ex deſcēdentibus illius inueſtiti.ib.nu.50
Feudum conceſſum per modum contractus reuocari non poſſe à Principe.ib. nu.55
Feudum mixtum dicitur ex pacto & prouidentia hæreditarium ib.nu.61
Feudum in dubio præſumitur cōceſſum in rectum & proprium.ib.nu.71
Feudum probari antiquum ex verbis inueſtituræ,quibus appellatur antiquũ. ib.nu.73
Feudi recti natura eſt,vt vaſallus perſonaliter ſeruiat domino.ib.nu.74
Feudum vt dici poſſit francum clarè cōſtare debet ex verbis inueſtituræ.ibidem nu.83
Feudi dominus quando nō declarat ingratitudinem ſui vaſalli dum viuit, hæres ipſius domini non poteſt amplius eam ingratitudinis querelam proponere.conſ. 82.nu.11 457
Feudum dicitur quædam ſeruitus. conſ. 191.nu.22 497
Feudum quando eſt ſimpliciter conceſſum pro ſe & hæredibus, quomodo dicitur conceſſum.conſ.eo.nu.76
Feudo in hæreditario qui ſuccedere volunt, debent eſſe hæredes prædefuncti.ib.nu.80
Feudum re data & emphyteuſim à vaſallo,ſi eo mortuo feudum reuertitur ad dominium,emphyteuſis extinguitur. conſ.116 nu.30 104
Feudalia obligari non poſſunt,etiam in cauſam dotis.conſ.127.nu. 15. fallit.vt num.22 198
Fictio acceptata & approbata à Principe veritate præclaret.conſil. 124 numero 105 179
Fidem frangere non dicitur, qui fidem dare potuit.conſ.107.nu.48 46
Fides dari non poteſt ad multorum detrimentum.ib.nu.49
Fidem reſcinde in multis promiſſis.ibid. nu.50
Fidei humanæ nihil magis conuenit quàm ſeruare pacta.conſil. 128. nu.1. 190
Fidem fallere graue eſt.conſi.156. nume. 22 315
Fideicommiſſo conditionali relicto,iſagnatus primus ſuccedit,qui tempore vocationis erat agnatus.conſi.106.nu. 33 6
Fideicommiſſum conditionale eſſe in rerum natura quo ad vocationem.ibid. num.112.non tamen adeſt quo ad effectum ſuccedendi.numero 113.
Fideicommiſsũ conditionale aliquando tranſmitti.ibidem numero 115. 308
Fideicommiſſum conditionale ſuccedit grauato non teſtatori. ibidem nu. 276
Fideicommiſſum in dubio cenſeri relictum à primo inſtituto. ibidem numero 63
Fideicommiſſi onere grauatus ſolùm poteſt alienare commoditatem fructuũ. conſi.116.num.19 103
Fideicommiſſum ſicut in teſtamento,ita & in donationibus cauſa mortis conſtitui poteſt.ibidem nu.34
Fideicommiſsũ in dubio non extare dicendum eſt.conſi.117.nu.8.conſi. 121. num.48.con.171.num.25.108.296 392
Fideicommiſſum quãdo eſt perpetuum, actus ſucceſſiuus reſtitutionis requiritur.ibid.nu.17
Fideicommiſſum cenſeri in familia cōſtitutum ex qualitate rei.ibid nu.20
Fideicommiſſum habet largam interpretationem,quando cōſtat de mente fideicommittentis.ibid.nu.35
Fideicommiſſum agnationis conſeruandæ gratia conſtitutum fauorabile eſt. ibid.nu.36
Fideicommiſſum odioſum cum ſit onus. ibid.nu.45.conſi. 171.nu. 8. conſi 197. nu.36. 390.532
Fideicommiſſi in ſucceſſione proximitatem metimur ex perſona teſtatoris. conſi.124.nu.24 176
Fideicommiſſi ſicut legata relinquũtur ob affectionem.ibidem num.26
Fideicommiſſi ſucceſſio tranſit de ſucceſſore ad ſucceſſorem. ibidem numero 49
Fideicommiſſum relictum poſt mortē pluriũ,quorum vnus alteri erat ſubſtitutus, ab vltimo moriente relictum cenſetur.ibidem nume.51.
Fideicommiſſi in ſucceſſione filius non ingreditur locum patris, vt vna cum patruis vel auunculis ſuccedat. ibid. nu.80. imò num. 81. conciliatio opinionem nu.84
Fideicommiſſi in reſtitutione omnium bonorũ non venire bona in emphyteuſim recepta ab eccleſia. conſi. 129. num.6.intellige vt nu.22 193
Fideicommiſſum quid odioſum & oneroſum,regulatur à voluntate teſtatoris.conſi.150 nu.11 277
Fideicommiſſũ non induci,niſi expreſsè conſtat de volūtate teſtatoris.ibid. nu.21 conſi.171 nu.11 390
Fideicommiſſum conſtitutum fauore agnationis conſeruandæ eſt fauorabile.ibid. nu.58.conſi.173.nu.36 406
Fideicommiſſum quando eſt perpetuũ, actus ſucceſſiuus reſtitutionis requiritur.conſi.152.nu.29. 294
Fideicommiſſum ad inducendum non ſufficit voluntas,ſed neceſſariò verba expreſſa requiruntur.conſi.173. nu. 7.

imò nu.8 401

Fideicommiſſum ad iudicendum requiruntur cōiectutæ neceſſariæ, vel multùm concludentes.ibidem nu.9. imò nume.10

Fideicommiſſum induci etiam verbis enuntiatiuis.conſ.196.nu.10 518

Fideicōmiſſū abſolutū inductū cēſetur, cum teſtator prohibet bona alienari: quia vult vt in familia remaneant. ib. num.20.23

Fideicommiſſum cenſetur inductum ex illis verbis, vt ſēper & perpetuò bona maneant in familia.ibid.nu.25

Fideicommiſſum inductum cenſetur ex prohibitione alienationes etiā ab inteſtato, iūcta maximè coniectura poſitionis in conditione.ibid.nu.27.28

Fideicommiſſum non oriri ex alio actu quam ex eo, ex quo infertur neceſſariò.ibidem nu.34

Fideicommiſſum, quod in familia erat conſeruandum, relinqui potuiſſe filiæ vnius grauatorum.ibid.nu.41

Fideicommiſſum patri iniunctum tranſit ad eius filium.conſilio 200.numer. 19 561

Fideicommiſſum cōditionale tranſmitti ex coniecturata mente teſtatoris conſ. 200.nu.81.Item quando fecit mentionem nepotum.ib.nu.83. et nu.84.quādo voluit bona conſeruari in familia. & nu. 85. quādo ſubſtituit ſuperſtites nu.86.quando eſt coniectum dum iure accreſcendi & nu.88. quando factę fuerunt plures ſubſtitutiones. 566

Fideicommiſſum conditionale non trāſmitti quando facta eſt ſubſtitutio, tūc & eo caſu conſ.200.nu.91 567

Fideicommiſſum ſub conditione relictū alteri ex fratribus ſuperuiuentibus quomodo intelligatur.cōſ.200.nu. 93 ibidem.

Fideicommiſſum conditionale in dubio non tranſmitti.conſi.200.nu.112 569

Fideicōmiſſi bona poſſe relinqui à grauato etiam extraneo alias ſucceſſuro ab inteſtato, non eſt ſatis verum.ibid. nume.93.65

Fideicōmiſſarius irreuocabiliter ac perpetuò non efficitur dominus ſed ſub conditione.conſi.124.nu.17 165

Fideicommiſſarius nō dicitur hæres reſtituentis ſed teſtatoris.ibid.nu.22

Fideicommiſſarius dicitur legitimus contradictor.conſi.180.nu.55 443

Fideiuſſoris obligatio ſtrictè interpretatur.conſi.119.nu.6 122

Fideiuſſor minoris tunc demum liberatur, quando creditor poteſt habere regreſſum contra alterum. conſil. 179. nume.6 434

Fideiuſſori maioris licet nulla competat reſtitutio, qua ſe tueri poſſit, tamen illi ſuccurſum eſt mediante exceptione.ibidem nu.10

Fideiubens dare, quicquid Titium dare conſtituiſſet, ſolùm intelligitur, quod viuente Titio conſtituerit. conſi. 119. num.9 122

Fideiubens ſoluere à Caio iudicatū non extenditur ad iudicatum ab eius ſubſtituto.ibidem nu.10

Fieri quod poteſt per pauciora, non debet fieri per plura.conſ.133.nu.5 205

Fieri quæ directò prohibentur, per indirectum etiam prohibentur.conſi. 136. nu.7 214

Filiationem & deſcendentiam alicuius non probari ex cronicis.conſi.112.numero 69 85

Filiam facere deficere conditionem, atque ita excludere ſubſtitutum conſ. 150.nu.24 278

Filiæ nuptæ efficiuntur de familia viri. ibidem nu.36

Filiam renunciantē bonis paternis portione aliqua retenta, non poſſe dici enormiter læſam ob euentum dubiū. conſ.156.num.38 317

Filia excluſa à ſtatuto propter maſculos non videtur excluſa à petitione legitimæ.conſ.168.nu.5.imò nu.10.26 379

Filiab⁹ à ſtatuto excluſis, ne ſuccedat ab inteſtato, nulla eſt debita legitima. ibidem numero 13 25

Filia dotata excluſa à ſtatuto à ſucceſsione paterna excluditur etiam à legitima, dote conſtituta. ibidem nu.18. 29

Filia ſi dixit, ſe renunciare omnib⁹ bonis paternis integraliter excluditur à petitione ſupplementi legitimæ vel dotis.ib.num.19.

Filia in legitima grauari non poteſt. ib. numero 28

Filia excluſa pacto vel renuntiatione a bonis patris, ea mortua non cēſeantur excluſi nepotes ex ſua perſona venientes.conſ.172.num.31 398

Filiam eſſe mittendam in poſſeſsione ex teſtamento etiam bonorum feudalium.conſ.180.num.31.52 439

Filia quando in dote à patre grauari poſſit.conſ.196.nu.14 518

Filia dotata à patre de bonis paternis & maternis, quæ habet apud ſe pater, cēſetur ſolùm dotata de bonis paternis. ibidem numero 55

Filiam eſſe de familia patris.conſilio 197 numero 37.61.imo numero 48 531

Filia nupta remanet in poteſtate patris. ibid.num.40

Filia fœmina æquè admittitur ad ſucceſſionem patris, ſicut & filius maſculus. ibidem num.44

Filia nupta non dicitur amplius de deſcendentibus patris.ibidem numero 46

Filia nupta patris familiam non eſt apta conſeruare.ibidem numero 49.61

Filia communi vſu loquendi non dicitur de familia patris, ſed mariti. ibidem nu.50

Filiam renunciantem bonis paternis nūquam admitti ad illa, quando aliquis de deſcendentibus ipſius extat.ib. nu. 76

Filia quando hæreditati paternæ etiam ſimpliciter, dote recepta, exprimendo quod ob cauſam dotis renunciat, excluditur omnino etiam mortuis omnibus filijs viuo ipſo patre. ibidē nu. 77

Filium certæ vxoris vocans, non dicitur vocaſſe alium filium ex ſecūda vxore. conſilio 106.nu.51 8

Filius illius qui mortuus eſt, impropriè filius eſt.ibidem num.241

Filium puniri pœna paricidii, ſi ſciuit futurum homicidium patris, & ei obuiam non iuit.conſi.107.nu.52 46

Filius non poteſt patre inuito, vt ei ſuccedat poſtmodum, legitimari, ſic nec agnatus vel cognatus inuitis agnatis vel cognatis.conſi.108.nu.5 51

Filiorum ſucceſſiones ſunt de iure naturali.ibidem nu.51

Filij appellatione non venit nepos, quādo vtriuſque facta eſt ſeparata nominatio.conſ.110.nume.26. conſilio. 111. nume.4. 64.70

Filij legitimi appellatione non cōtinetur legiti natus.conſ.111.nu.5 70

Filius ergo hæres.conſi.116.nu.40. declarat vt nu.54 105

Filius dicitur hæres patris, etiam ſi ſe abſtineat ab hæreditate patris. ibid. nu.41

Filium poſſe reuocare quæuis bona, etiam aduentitia alienata à patre in ſui fraudem, etiam effectum patris hæredem.ibidem numero 46.47

Filius, qui patri hæres extitit, tenetur approbare factum patris non tanquam filius ſed tanquam hæres.ibid.num.51

Filius ſuo facto non poteſt præiudicare patri.ibidem nu.53

Filiam, qui aſſerit ſe hæredem, probare debet, eum ſe hæreditati paternæ immiſcuiſſe.ibidem nu.55

Filius ingreditur locum patris, etiam in ſucceſſione tranſuerſalium.conſ.200. num.72 565

Filius ingreditur locum patris, quando ſunt vocati deſcendentes. conſ. 200. nume.60 564

Filius ingreditur locum patris ex quadam æquitate conſi. 200. num. 43.& iure quodam ſpeciali.nu.46 563

Filius ingreditur locum patris cùm ſub qualitate hæreditaria eſt vocatus cōſ. 200.nu.48 ibid.

Filius non ingreditur locū patris in diſpoſitione hominis conſi.200.num. 57 & nu.60 564

Filius eius eſt familiæ, cuius eſt pater. conſi.117.num.23.conſi.272.nu.15

Filium in ſucceſſione fideicōmiſſi locū patris ingredi.conſi.124. num.14. & conſi.200.numero 40.41.&42.multis modis declaratur. 562

Filius ſolomumdo locum patris ingreditur, cum agitur de ſucceſsione aui, patrui ibidem nu.79

Filius ingreditur locum patris in ſucceſſione emphyteuſis eccleſiaſticæ conſ. 200.numero 64 564

Filij quando ſunt vocati nominatim & ſpecialiter & nepotes ingenere, prius admittendi ſunt filij quàm nepotes. ib.nu.88

Filij & fratres nō ſunt in nomine, deſcendentium ſuorum ib.nu.93

Filij appellatione cōtinetur nepos ex interpretatione extenſiua.ibidem num 97

Filius dicitur eſſe portio corporis paterni, ibidem, numero 100

Filius non poteſt acceptare feudum hæreditarium repudiata hæreditate patris.conſ.127.numero 21 190

Filios in conditione poſitos non cenſeri vocatos. conſilio 135. numero 1. imò numero 4. 212

Filij poſiti in conditione in fideicommiſſaria ſubſtitutione cenſentur vocati. ibidem numero 11

Filiorum appellatione ex ſermonis proprietate etiam fœmine continentur. conſilio 150.numero 4 277

Filij nomen in ſubſtitutione fideicōmiſſaria extenditur ad nepotem. ibidem numero 15

Filio data vt eius propria eſſent, imputantur ei in legitimam.cōſilio 153. numero 11 302

Filio datum in præmium emancipationis non imputatur in legitimam, niſi aliud conſtet ibidem numero 15

Filium non poſſe ſuo pacto detrimentum afferre patri.ibidem numero 29

Filium nihil poſſe diſponere in præiudicium patri, cui debetur vſuſfructus, quomodo intelligatur. conſilio 154. numero 8 306

Filium cenſeri prædictum nepoti.conſilio 200. numero 80 566

Filio primi matrimonij cēſeri approbaſſe ſecūdas nuptias, ſi diligebant matrem & vitricum. cōſi. 155.nu 20.310.

Filij ſi ſunt præſentes, dum contrahitur ſecundum matrimonium, & nil dicunt, cenſentur conſenſiſſe. ibidem numero 21

Filius eſt in poteſtate patris non matri. conſ.162.numero 3 357

Filij ignorantem bona emphyteutica accepta à patre pro ſe & filiis prælegata alteri, etiam ſi adierint eius hæreditatem, non cenſentur approbaſſe. ibidem numero 32

Filium præſumi ſui iuris, ex quo non pręſumitur matrimonium. conſ. 164. numero 14 369

Filium non debere eſſe melioris cōditionis ſua matre.conſilio 172. nu.7. 394

Filij volentes ſuccedere ex perſona propria non inhabilitantur ex habilitate matris.ibidem numero 19

Filij nati ex ea, quæ non potuit eſſe vxor eo natiuitatis tempore, non legitimantur per ſubſequens matrimonium conſilio 174.numero 1.declaratur numero 10 413

Filios ſuſceptos à monacho vel moniali intra annum probationis per matrimonium ſubſequens legitimos effici. ibidem numero 8

Filius excuſatur, ne contra patrem teſtificetur.conſilio 175. mumero 21 417

Filius ſpurius legitimatus continuare poteſt poſſeſsionē ſui patris ex diſpoſitione ſtatuti, quod poſſeſsio patris continuet in filium. conſilio 180.numero 29 439

Filius ſpurius & inceſtuoſus quando eſt ſcriptus hæres in teſtamento, non eſſe locum miſsioni in poſſeſsionem ex remedio. l. fin. C. de edic. diui Adr. ibdem numero 41

Filius ſpurius quoad familiam & agnationem extraneus. conſi. 181. nume. 14 447

Filius clerici præſertim Cardinalis non poteſt legitimari à laico.ib.nu.21

Filius excuſatur à dilecto, modo atrox non ſit, ſi id patris mandato commiſit.conſ.182.nu.7 456

Filius proximior patri quam nepos. cōſ. 183.nu.5 458

Filius grauatus reſtituere hæreditatem deducere poteſt dotem maternam, etſi inuentarium non confecerit.ib. nume.33

Filij vt ſuccedant in feudo hæreditario hæredes eſſe debent primi acquirentis, vel vltimi decedentis. conſil. 194. numero 1 511

Filius an & quando ingrediatur locum patris in ſuccedēdo ab auo vel atauo. ibid.nu.4

Filij primi gradus & magis dilecti ſi grauati reſtituere filiis ſuis fuerunt, multo magis cenſendum eſt grauatos fuiſſe remotiores & minus dilectos. conſi.197.nu.8 525

Filiorum appellatione in fauorabilibus nepotes continentur.ibid.nu.78

Filium non eſſe, vel eſſe & non ſuccedere, paria ſunt.ibidem nu.88

Filij nati ex matrimonio putatiuo vt ſint legitimi, duo requiruntur. conſi. 199. nu.39 550

Filij nati ex aliquibus quādo præſumūtur legitimi.ibid.nu.53

Filij in dubio legitimi eſſe præſumūtur, quomodo procedat.ibidem nu.55

Filium præſumi illegitimum, cum matrimonium aſſerit clandeſtinè contractum.ibid.nu.56

Filij nati ex matrimonio clandeſtino hodie ſunt illegitimi.ib.nu.57

Filij nati ex nobili & ignobili muliere quoad bonorum ſucceſſionem effecti non ſunt legitimi, quādo non cōſtat de cōtracto matrimonio per dotalia inſtrumenta.ibid.nu.58

Finis, exitus, ſpectandus eſt. conſi. 121. nu.51 134

Finibus antiquis in probandis non ſunt omnino neceſſariæ exactæ probationes.conſi.147.nu.1 255

Finium limites non præſcribi, quando ſunt manifeſtè diſtincti.ibidem num. 44.niſi ſpacio 100.an.nu.45

Filius etſi immunis ſit ab omnium gabellarum ſolutione, non tamen emētes ab eo, quomodo procedat declaratur.conſ.136.nu.1.19.21 214

Fœmina idonea non eſt familiam conſeruare.conſ.117.nu.30. conſi. 150. nu. 33.35 112.279

Fœminam eſſe caput & finem ſuæ familiæ.conſi.150.nu.37. 280

Fœmina à feudo ſemel excluſa perpetuò excluſa manet.conſil. 160. num. 12 341

Fœminæ dotæ excluſæ ex diſpoſitionibus ſtatutorū ſtantibus agnatis maſculis inter proximiores teſtatoris non connumerantur.conſi.165.nu.13 377

Fœminæ familias conſeruare non ſolēt conſi.171.nu.14 390

Fœmina excluſa ſemen perpetuò excluſa manet.conſi.172.num.2.conſi. 197. num.75 537

Fœmina abſolutè non excluditur à ſucceſſione feudi. conſilio 180. numero 72 444

Fœminas in feudo non ſuccedere, niſi ſpecialiter ita cautum fuerit in inueſtitura.conſilio 148.numer. 1.40.caſus aliquot conſiderantur numer. 41. 47.48 261

Fœnus ſolùm conſueuit conſiderari in contractu mutui.conſi.109.nu.4. imò in cæteris nu.28 58

Fœnerari eum, qui mutuò dedit alicui à quo plusquam dedit, expectat.ibid. num.10

Fœnerari an quis conſueuit vel non, talis diſtinctio procedit in cæteris contractibus non autem in mutuo.ibid. nu.38

Fœneratores recipiunt promiſſionem de vera ſorte, deinde res ſteriles vel nomina debitorem non ſoluendo vendunt illi, qui mutuò ſuſcipit pecuniā. ibid.nu.18

Forma nil poſſe addi.cōſ.106.nu.176 17

Forma cauſarū ſignificare ſolet, an cauſæ ſint ſeparatæ vel connexæ conſilio 123.nu.21 155

Forma eſt materia nobilior atque præſtātior.conſ.124.nu.102 159

Forma ex conditione cauſatur. conſi.133. nu.9 206

Forma illa eſt, quæ in ipſomet actu adhiberi & conſeruari debet.conſilio 134. nu.34 211

Forma eſt illa, quæ tēdit ad eſſe rei. ibid. nu.35

Forma dat ordinem actui. conſi.148 nu.27 264

Forma rei perempta, ſi fit alia, noua dicitur res.conſi.160.nu.12 341

Forma ſtipulationis & contractus mutari nō poteſt. conſilio 161. numero 26 352

Forma conceſſionis & reſcripti non eſt egredienda.conſ.162.nu.2 506

Forum in ciuitate qui ſortiūtur poſſunt acquirere prædia ſita, vel in ipſa ciuitate, vel in eius territorio. conſi. 165. nu.9 373

Fori obſeruantia tenenda. conſilio 196. nu. 39 521

Fratrem ſuum nequis ſupergrediatur, neque circonueniat in negotio. conſi. 109.nu.32 60

Fratris appellatione ex ſermonis proprietate contineri fratrem ex latere patris vel matris coniunctum.conſi.177. nu.2 474

Frater vtrinque coniunctus non excludit fratrem conſanguineum, quoties in aliqua diſpoſitione fit differentia inter agnatos&cognatos. ibi. nu.7

Frater conſanguineus in feudis æquè ſuccedit cum fratre vtrinque coniūcto.ibidem nu.14

Frater vtrinque coniunctus ſuccedit fratri excluſo conſanguineo.ib.nu.25

Frequentioris vſus cauſa actus factus non reſtringit ad eum ſolùm caſum. conſilio 106. numero 248

& declaratur numero 250.251 25

Fructus, qui percipi potuerunt, impropriè dicuntur fructus percepti. conſilio 110. numero 11 63

Fructus cedere loco intereſſe ob retardatam ſolutionem etiam in mutuo. ibidem numero 55

Fructus & reditus ex vtili dominio proueniunt. conſilio 116. numero 4. 102

Fructus ſi conſtat eſſe perceptos ex fundo, & non conſtat de quantitate, illa quantitas teſtibus probari poterit. cõſilio 120. numero 33 127

Fructus in trebell. ſunt imputandi. conſilio 164. numero 33. 371

Fructus in legitimam non imputantur. conſilio 183. numero 46 452

Frumentum vendere negans tempore penuriæ eſſet necare ciues. conſilio 137. numero 17 217

Fundamentum vbi deficit, totum ædificium corruit. conſ. 148. numero 35 264

Fundo legato veniunt & paſcua empta pro fundi vtilitate. conſilio. 140. numero 23 227

Furem interdum excuſat neceſsitas. conſilio 107. numero 97 49

Fur & ſacrilegus omnino infames. conſ. 149 numero 25 270

G

GABELLAM vt ſoluat ſolus emptor, cum ab vtraq; parte ſoluẽda ſit, contractum fœneraticiũ argui. conſi. 109. nu. 20 60

Gaſpar Fabianus Iuriſconſultus Patauinus laudatur. conſi. 200. nu. 73 565

Generalitas obſcuritatem, incertitudinémque ſignificat. conſi. 107. num. 11. conſi. 108. nu. 27 44.53

Generalis a ſpeciali enarratione declaratur. conſilio 114. nu. 30 92

Generalis expreſſio reſtringitur ad ſpecificata aliquando. conſilio 181. numero 6 446

Generatio incipit à patre non à matre. conſilio 172. nu. 26 397

Genus reſtringi adiecto adiectiuo. conſ. 106. nu. 263 42

Genus obſcuritatem parit. conſi. 112. nu. 31. 81

Genus continet ſub ſe ſuas ſpecies propriè. conſ. 148. nu. 23 263

Generi per ſpeciem derogatur. conſilio 141. numero 7. 26. intellige vt numero 37 228

Gerardi Bagolij opinio confutata. conſilio 106. numero 155 15

Gerentem negotia teneri negotia cœpta proſequi. conſilio 145. nu. 52 249

Glo. in l: Lucius. la 2. de hæred. inſtit. à multis reijcitur. conſilio 152. numero 13 292

Glo. in l. tale pactum. §. fi. de. pact. quando procedat. conſilio 173. numero 66. 67. 68 410

Glo. in §. naturalis declaratur. conſilio 181. numero 59. 451

Gradu prior habet intentionẽ fundatam vt prius ſuccedat. conſil. 200. n. 47. 563

Grauatus reſtituere filiis ſuis, aut vni eorum, aut nepotibus, aut cognatis, gulis eorum renetur reſtituere. conſi. 200. nu. 32. 562

Gratiam petens à principe omnes delicti. & condemnationis qualitates narrare debet. conſi. 185. nu. 2 466

Gratiam ſecundam impetrans à principe de homicidio primæ alterius homicidij mentionẽ facere debet. ib. n. 3

Gratia duo reſpicit, remiſſionem pœnæ & dannorum paſſi. ibidem nu. 4

Gratiam reddi ſurreptitiam, cum pax, quæ de more requiritur, inita nõ eſt. ibidem nu. 6

Grat. cõſi 19 col. vlt. lib. 2. declaratur. cõſ. 173. num. 69 411

Grauamen non conſiderabile ob publicam vtilitatem. conſilio 137. nu. 23

Grauatus in vno, in altero meretur releuari. ibidem numero 7

Guid. Pap. q. 550. declaratur. conſilio 106 numero 364 37

H

HAEREDITAS ad tempus dari non poteſt. conſilio 115. num. 1. 95

Hæreditas amittit primum nomen & nouum aſſumit ex perſona adeuntis. ibid. nu. 49

Hæreditas nomen retinet, etſi adita fuerit. ibidem nu. 57

Hæreditatem adeundo cauſatur quidẽ quaſi contractus. ibidem nu. 59

Hæreditas adita deſinit eſſe hæreditas. conſi. 124. nu. 5 163

Hæreditatis in renuntiatione feudalia continentur & emphyteutica, quando alia non ſunt in bonis. conſi. 129. nu. 17 194

Hæreditatem petentem ex teſtamento præſumi ſcire, quæ in teſtamento continentur. conſi. 133. nu. 13 206

Hæreditatem teſtatoris diuerſo iure cẽſeri non debere. conſi. 135. nu. 8. conſi. 197. nu. 2 525

Hæreditatem populentam rectè aditam à filiofam. qui aliàs, impediente ſtatuto, ſine patris conſenſu obligari nõ poterat. conſ. 153. nu 33 305

Hæreditas alia patris, alia fratris. conſi. 160. nu. 3 340

Hæreditas iacens repreſentat perſonam defuncti debitoris. conſi. 179. numer. 9 432

Hæreditas viuentis nemini debita. conſ. 181. nu. 27 448

Hæreditas pacto dari non poteſt. conſi. 184. nu. 2 464

Hæreditariæ rei vnius apprehenſione, cæteræ apprehenſæ dicuntur. conſil. 122. nu. 59. fallit nu. 60. Intellige vt nu. 61. 62. 63. 150

Hæres ſuccedit in vniuerſum ius ipſius defuncti. conſi. 108. numer. 46. conſi. 115. nu. 56 54.100

Hæredis nomen fideicommiſſarijs non conuenit. conſi. 115. nu. 7. 95

Hæres ante aditam hæreditatem diuidendo vel aliud agendo quàm iure debebat, ſibi præiudicat, ibidem nu. 26

Hæres putatiuus ex titulo diuiſionis nõ præſcribit. ibidem num. 36. ſed diſtinguitur num. 37

Hæres nõ poteſt cõtrauenire facto ſui anteceſſoris. ibid. nu. 42. conſ. 129. nu. 30. conſil. 158. nu. 76. cõſi. 191. nu. 51. 195. 333 500

Hæredem mediatum teneri approbare factum ſui anteceſſoris mediati. ibid. nu. 63

Hæres nõ poteſt impugnare factũ defuncti. conſi. 116. nu. 39. conſi. 125. nume. 1. conſi. 129. num. 23. conſi. 155. num. 5. cõſi. 196. nu. 9 105.181.194.309.517

Hæres qui ſemel eſt, nunquam deſinit eſſe hæres. ibid. nu. 42

Hæredes plures loco vnius ſunt, cum vnum tantùm teſtatorem repreſentãt. conſi. 123. nu. 28 156

Hæredis nomen nudum remanere apud hæredem grauatum & reſtituentem. conſi. 124. nu. 18 165

Hæres & defunctus, cui ſuccedit ur, vna eſt perſona. ibidem numero 19

Hæres hæredis teſtatoris eſt hæres. ibidem numero 21

Hæredes ante aditã hæreditatem aliter diuidendo quàm iure debent, ſibi præiudicant. ibidem numero 122 26

Hæres repreſentat teſtatorem pro portione, in qua fuit inſtitutus. conſilio 125. numero 3 181

Hæres grauatus ædificare capellam in loco declarando ab executoribus teſtamenti non dicitur in mora ante factam declarationem. conſilio 131. numero 7 200

Hæres grauatus à teſtatore vendere, intelligitur modo iuſtum pretium mereretur. conſi. 137. nu. 3. idem in emphyteuta nu. 5. & agnato redimente numero 6 217

Hæres poſſeſſoris naturalis mittitur in poſſeſſionem ex remedio l. fin. C. de edic. diui Ad. conſ. 139 nu. 4 222

Hæres viuens ſi non fuit querelatus tanquam indignus, necamplius eo mortuo proponi querela poteſt. conſ. 155. nu. 19 310

Hæredem non habet viuens. cõſ. 158. nu. 7. & conſi. 200. nu. 51. 324.563

Hæredis appellatione veniunt omnes in infinitum. ibid. nu. 54

Hæres hæreditatem adeundo intrat locum defuncti & eius perſonam ſuſtinet. conſ. 164. nu. 30 371

Hæredes in foro conſcientiæ tenentur præſtare legatum nudum, cognoſcentes hanc fuiſſe voluntatem teſtatoris. conſi. 167. nu. 21

Hæres & dominus idem eſt conſili. 171 nu. 9 379

Hæres debet omnino adimplere voluntatem defuncti. conſi. 178. numero. 14 380

Hæres ſcriptus in teſtamento tũc demũ mittitur in poſſeſſionem ex remedio l. fi. C. de edic. quãdo nullus extat contradictor. conſ. 180. nu. 42. 54 440

Hæredes inſtitui nõ poſſe illegitimè natos. ibid. num. 43

Hæres creditor teſtatoris eo mortuo videtur ſibi ſoluiſſe ex tot bonis teſtatoris conſilio 183 numero 35 461

Hæres rogatus reſtituere ſi ſoluit creditoribus teſtatoris ſortem ipſam principalẽ poteſt. deducere in reſtitutione fideicommiſſi & fructus ibidem numero 44. 49. 50

Hæres in re certa nomen hæredis non meretur. conſ. 194. num. 2. 511

Hæres is verè dicitur, qui eſt ſucceſſor vniuerſum ius defuncti. ibidem nu. 3

Hæreſis crimen omniũ atrociſsimum. conſi. 149. num. 1 268

Hæreſi quando agitur, vt quis teſtibus conuincatur, dubitatur de numero & qualitate teſtium ibidem numero 2

Hæreticus infamis eſt, & illa nota eum perpetuò ſequitur. ibidem nume. 28

Hæreticum receptans de hæreſi reſpectu dicitur. ibidem numero 35

Hæreticorum bona publicanda, intelligitur de verè hæreticis, non autem de ſuſpectis tantummodùm. conſ. 159 numero 16 337

Hæreticus an cenſeatur priuatus bonis ſuis & facultate conſequendi relicta, antequam per ſententiam fueri declaratus hæreticus. conſ. 185. nu. 7 467

Hæreticum occultum ante ſententiam declaratoriam amiſsiſſe dominium rerum ſuarum ibidem numero 8

Hæreticum eſſe incapacem acquiſitiobonorum actiuè & paſsiuè. ib. num. 12

Heretici omnino priuantur bonis, nec reſtituit dicuntur, niſi expreſsim id factum ſit ib. nu. 25

Hæreticus receptus ad gremium eccleſiæ dicitur per gratiam reſtitutus ibidem numero 30

Hæreticum per ſententiam declaratum & bonis priuatum, ea amplius non recuperare. ibidem numero. 31

Hier. Zanc. conſ. 169. numero 8. intercõſ. vlt. vol. repellitur. conſ. 187. numero 6 475

Hiſtoricis nec de publico, nec antiquitus fidem fuiſſe adhibitam. conſ. 112. numero 68 86

Hiſtoricis tantùm fidem adhiberi, quantum auctoritate comprobati ſunt, ibidem numero 70

Homicida quandoque excuſationem habet, ſi ira accenſus occiderit. conſ. 107. numero 96 49

Homines artificium aliquod exercentes melius illud tractare quam illud nõ exercentes. conſ. 118. num. 17 120

Hominis eiuſdem profeſsionis ſunt habita ratione perſonæ, ſed officij. ibidem numero 18

Hominis de diſpoſitione vbi agitur attẽditur tempus diſpoſitionis. conſilio 138. numero 7 219

Homo quid habes, quod à Deo non accepiſti. conſilio 161. nu. 38. 354

Hypoteca non procedit in feudo hæreditario. conſ. 127. num. 20. 190

I

IACOBVS Mede eiuſq; filius Theodorus Iuriſconſulti excellentiſsimi Papienſes laudantur. conſ. 200. numero 22 561

Iaſon conſilio 159. colum. pen. libro 4. declaratur. conſ. 106. numero. 205. 19

Iaſon conſilio 159. in fi. libro 4. declaratur conſilio 200. numero 108. 568

Ignorãtia & ſimplicitate is agit, qui ſine cauſa quid facit. conſ. 107. num. 5 43

Ignorantia facti probatur iuramẽto. cõſ. 120. nu. 3 123

Ignorantia præſumitur. conſ. 147. nu. 56. preſertim in minore. conſi. 158. num. 83 259.334

Ignorantia iuris non præſumitur. conſi. 160. nu. 9. 340

Ignorantia probabilis eſt ob minorem ætatem. conſ. 162. nu. 36. 360

Ignorans ante notificationem obligare non potuit. conſi. 120. nu. 1 123

Ignorans probatur iuris præſumptione & eius abſentia. ibidem nu. 2

Ignorans non dicitur ratificare. ib. nu. 37

Ignorans & per errorem aliquid faciens non præiudicat iuri ſuo. conſi. 162. nu. 28 60

Illatio non ſit ex diuerſis. conſi. 106. nu. 306. vbi declaratur. conſilio 151. numero 28 287

Illegitimus quando legitimatur, vt ad feudorum ſucceſſionem admittatur, conſenſus domini directi feudi requiritur. conſi. 108 nu. 8 51

Illegitimus cum legitimatur patre. viuẽte agnatorum facienda non eſt mentio, cũ illis ius aliquod probabile non competat. ibidem nu. 36

Illud dicitur requiri pro forma, quod in ipſomet actu, vt eſt in fieri, adhiberi debet. conſ. 133. nu. 10 206

Immunitatem bonis conceſſam competere & bonis futuris. conſi. 106 num. 2.9 25

Immunitas à gabellis conceſſa venditori cenſetur conceſſa emptori. conſ. 136. nu. 14 214

Immunitatis realis eſt efficere proprium, vt res tranſeat in quẽcunque liberè. ibid nu. 18

Immunitas alicui conceſſa ab omnibus muneribus non intelligitur conceſſa ab oneribus cauſa belli. conſi. 156. nu. 7. intellige vt nu. 35 314

Immunitas conceſſa verbis vniuerſalibus extenditur etiam ad inſolita. ib. nu. 25

Impeditus exigere ſuum vectigal conueniri non poteſt ad præſtationem penſionis. conſi. 119. nu. 1 121

Impedimenta duo quando ſunt, licet vnum ceſſet, non tamen alterum. conſ. 151. nu. 31. conſ. 152. nu. 60 287.299

Impẽſa præſumitur à domino facta. cõſ. 122. nu. 42 148

Imperator dignitate ſupremus omniũ, Pontifice Maximo excepto. conſ. 116. nu. 33 187

Imperator vel eius vicem gerens taxam imponens belli cauſa, nemo priuilegij prætextu poteſt ſe excuſare. conſi. 156. nu. 1. intellige vt nu. 29 313

Imperatoris de poteſtate qui diſputare conatur, fatuus reputatur. conſil. 181. nu. 24. vide nu. 47 448

Imperatoris proprius eſt exercere liberalitatem. conſ. 191. nu. 25. 49

Imperatori licet declarare ſuã & ſuorũ anteceſſorum voluntatẽ. ib. nu. 48

Imperij iura directa quando tempore tollantur. ibid. nu. 20

Imponere pœnas & bãna pro dãnis dotis in aliquo loco, arguit locum illum eſſe ſub ditione ſua. conſilio 147. numero 15 256

Impoſſibilium nulla obligatio. conſi. 132. nu. 22 204

Improprietates duæ concurrere non poſſunt circa eandem diſpoſitionẽ. conſ. 150. nu. 49 281

Improprium eſt, quod ex coniecturis & præſumptionibus colligitur. ibidem num. 52

Imputandũ illis, qui legẽ apertius dicere potuerunt. conſi. 123. nu. 42 157

Imputãdũ eſt illi, q in neceſſitatẽ ſe coniji it. conſi. 128 nu. 3 190

Imputantur in legitimã, quæ reperiuntur eſſe in bonis teſtatoris tempore eius mortis. conſi. 152. nu. 1 291

Imputãtur in legitimam ea omnia, quæ à ſubſtantia patris proueniunt. ibid. numer. 18

Inæqualitas parere ſolet lites & diſſidia conſi. 158. nu. 26 327

Incertum legatum hominis ab initio legati dicitur. conſ. 106. nu. 142 14

Incertitudo parit obſcuritatem. conſ. 112. nu. 24 80

Incluſio vnius quando dicitur excluſio alterius. cõ. 106. nu. 231 232. 233. 234. 316. 317. conſi. 111. numer. 44. conſi. 145. nu. 5 conſ. 173. nu. 56. declara nu. 57. 58. 59. 60. conſ. 194. nu. 5. 22. 74. 246. 409. 512

Indebitum ſcienter dans donare dicitur. conſil. 115. nu 19. conſil. 124. numero 118. conſilium 189. numero 20 96. 180. 489

Indefinita, quæ vniuerſali æquipollet, vim habet expreſſæ ſpecificationis, cum in vno ſolo verificari poteſt. cõſ. 106. nu. 19. 34. 5

Indefinita æquipollet vniuerſali. conſil. 173. nu. 16 403

Indefinita præpoſitio eſt, in qua terminus communis apponitur ſine aliquo ſigno ibidem nu. 23

Indefinitam aſſumere naturam ſingularis orationis, quando illa referri nõ poteſt, niſi ad vnum. ibid. nu. 4

Indefinita quando ſumet naturam vniuerſalis. ibid. num. 25 26. 27. 28. nu. 29. & conſ. 200. nu. 104 568

Indeterminatum quid ſit. conſ. 106. nu. 140 14

Inducta ad vnum finem non debent operari contrarium. conſ. 151. numero 30 287

Inducta ad fauorem non debent retorqueri in odium. conſi. 170. nu. 13 386

Inducta ad augmentum non debent operari diminutionem. ibidem nu. 11. conſi. 193. nu. 8 510

Infamia non tollitur per abſolutionem. conſi. 149 nu. 19 271

Infamis nullam fidem facit. conſilio 199. nu. 18 547

Inferior non poteſt legem imponere ſuperiori. conſi. 138 nu. 17. 220

Infinitus toleratur, cum volũtas diſponentis, vel ſubiecta materia id requirit. conſi. 143. nu. 36 240

Ingratitudo vel iniuria poteſt remitti pacto. conſilio 155. nu. 24. 311

Ingrediens monaſterium fingitur mor-

ſuus præambula hora profeſſionis religionis,an verum ſit.conſ.196.nu. 32 520
Ingreſſus clādeſtinus & vitioſus prodeſſe non debet.cōſ.180.nu.66 443
Inimicitia vel odium vbi non exiſtit, ſi quid dictum ab vno fuit,non præſumitur dictum, vt damnum aut iniuriā alteri inferret,conſ.107.nu.7 43
Inimicitia qualis & quanta eſſe debeat, iudicis arbitrio relinquitur.cōſ. 149. nu.16 269
Inimicum eſſe à teſtimonio repellendū. ibidem nu.15
Initum ſpectatur in contractibus ſocietatis.conſ.121.nu.59 135
Iniquum eſſet, vt vnus teneatur pro facto alterius. conſil. 123. numero 38 157
Iniuria vt illata cenſeatur & de ea agi poſſit ciuiliter & criminaliter, conſtare debet illatam eſſe animo iniuriandi conſilio 107.nu.1 43
Iniuria non infertur, cum dolus non adeſt.ibidem nu.8
Iniuria non dicitur inferri perſonæ incertæ.ibid.nu.10
Iniuria facta ſubdito,domino illata dicitur, quando eſt facta in contumeliam domini.ibid.nu.26
Iniuriam incontinenti eum dici propulſaſſe, qui die ſequenti conuocatis amicis interfecit eum à quo verberatus fuerat.ibid.nu.40
Iniuria affectus vbi ſibi cōſulere potuit adeundo ſuperiorem, & probando ſibi illatam iniuriam,id facere debet. ibid.nu.41
Iniuria volenti non fit conſ.155.nu.15 310
Inobediens dicitur & peccat, qui non detegit, quod in detrimentum religionis vel alterius cedere poteſt. cōſ. 107.nu.93 49
Inquiſitores reſtituere non poſſūt quoad bona.conſ.185.nu.23. 469
Inſolitum & incogitatum illud eſſe dicitur,quod non conſueuit euenire in tra mille annos.conſ.156.nu.6 314
Inſtitor dominum obligat, quando ſpecificè à domino fuit præpoſitus. cōſi. 119.nu.12 122
Inſtitutionem hæredis ſub conditione factam continere ius conſiderabile. conſ.106.nu.117 13
Inſtitutionem hæredis non dici incertam,cum à lege declaratur.ib.nu.153
Inſtitutio facta de poſthumo naſcituro poſt mortem trahitur ad ſeruum, qui naſcitur in vita.conſ.171.nu.4 389
Inſtitutio facta de eo, qui condito teſtamento naſceretur,porrigitur ad illū, qui natus inerat tempore conditi teſtamenti.ibidem nu.5.27
Inſtitutio dicitur quædam collatio libera,& eſt plena tranſlatio.conſi.191.nu. 3.4 496
Inſtituti quando ſunt adinuicem ſubſtituti,ſi ſine filiis deceſſerint,hi filij poſiti in conditione cenſentur vocati. conſi.135.nu.6 212
Inſtituti in ſecundo teſtamento ſi poſſideant,an poſſint inſtituti in primo contra eos agere.conſ.176.nu.9 420
Inſtrumenti guarentigiati executionem non impediri per exceptionem,quòd cōtractus ſit vſurarius.cō.109.nu.40 61
Inſtrumenti vna pars aliam declarat.cōſ. 128.nu.5 191
Inſtrumenta cōfecta inter priuatos probare fines iuriſdictionis reſpectu vniuerſitatis.conſi.147.nu.4 255
Inſtrumentum repertum inter protocolla notarij mortui præſumitur authenticum.conſi.eo.nu.7
Inſtrumenti alicuius qui facit mentionē, præſumitur de eo habere notitiā.ibid. nu.32
Inſtrumenta falſa conſcribēs eſt infamis conſi.149.nu.30. 271
Inſtrumenta executionem paratam non habent.conſi.180.nu.36. 44
Inſtrumentū originale exhiberi debet, quando de falſo arguendum eſt.ibid. num.53
Inſtrumentum reddi ſuſpectūm ob inſolitam regiſtrationem.conſilio 199. num.6 546
Inſulam illā eſſe dicimus,quæ aliàs fuit, & nunc eſſe deſijt. conſilio 115.numero 52 99
Inſurgere eſt contra ſurgere & aliquid moliri.conſi.175.nu.6. 415
Intellectus c.ad quæſtiones.de rer.permu.conſi.109.nu.33 61
Intellectus.c.1.in prin.de ſucc.feud. cōſi. 167.nu.17. 351
Intellectus. c. 1. de eo qui ſibi & hæred. ſuis.conſi.172.nu.36. 399
Intellectus.l.quoniam. C. de inoſ. teſta. conſ.196.nu.18. 518
Intellectus.l.Titia.§.ꝗ in vita . de leg. 2. conſ.195.nu.19. 515
Intellectus.c.quidam maligni.5.q.1. cōſi. 107.nu.92 49
Intellectus.l.voluntas.C.de fideicō.cōſi. 197.nu.58. 535
Intereſſe ſicut debetur, & licitè exigi poteſt ob retardatam ſolutionem, ita & paciſci licet,vt creditor poſsidens res pignoratas earum fructus ſuos faciat conſilio 110.num.49 66
Interrogatus etſi mentiri non debeat, tamen recuſare poteſt,ſe velle reſpondere.conſi.eo.nu.90
Interpretatio ſtricta ſumitur in cōtractibus.conſi.111.nu.23. 71
Interpretatio contra loquuntur ſumitur in contractibus.conſi.117.numero 48 117
Interpretatio illa ſumi debet,quæ minus captioſa ſit.conſi.121.numero 42 134
Interpretatio illa ſumi debet, qua vtriq; parti conſultum ſit.ib.num.44. conſi. 128.numero 12.conſi.142. numero 16. conſi.144.num.11.conſi.196.numero 5 191. 234. 242. 517
Interpretatio illa ſumenda eſt,qua altera partium nec læſa nec decepta remanet.conſ.123.nu.9 154
Interpretatio illa ſumi debet,qua voluntas teſtatoris perfectè obſeruat. cōſi. 124.nu.71 173
Interpretatio illa eſt probanda, qua delictū euitatur.conſ.128.nu.8 188
Interpretio illa probanda eſt, quæ à ſapiētibus reprehēdi nō poteſt.ib. nu. 9
Interpretatio illa recipienda non eſt, qua alter contrahentium culpa alterius damnum ſentiri poteſt.ibi. nu.10
Interpretatio illa magis probanda, quæ benignitatem continet.ibi. num. 11
Interpretatio illa recipienda, ne actus reddatur eluſorius.ibid.num. 13
Interpretatio illa recipienda,quæ æquitate magis conuenit. cōſ. 137. nu. 25. conſ.190.num.15 218 492
Interpretatio recipienda, quæ à ſapientibus magis probari poteſt ibi.nu. 26. cōnſ.144.nu.12.conſ.190.num.16. cōſ. 196.nu.6 243.492.517
Interpretatio ſtricta ſumitur in legatis. conſ.140.nu.1.fallit vt nu.14.conſ.195. nu.1.18 225 513
Interpretatio illa ſumenda eſt in diſpoſitione teſtatoris,vt quantum fieri poſt æqualitas ſeruetur inter ſucceſſores. conſ.141.num.11. 229
Interpretatio illa ſumi debet in diſpoſitione teſtatoris,quæ magis à iuris prudentibus laudari mereatur.ib.nu.15
Interpretatio illa ſumenda eſt, qua altera partium alterius facto damnum non ſentit.ibidem numero 17
Interpretatio illa ſequenda,qua æqualitas, quantum fieri poteſt,inter partes ſeruetur.ibidem numero 18
Interpretatio illa in dubio ſumenda, quæ fauet matri.conſ.144.nu.7. 242
Interpretatio illa ſumenda, quæ habet maiorem æquitatem.ibidem nu.8
Interpretatio ſequenda, quæ minus præiudicialis eſt alteri.ibidem numero 9
Interpretatio illa recipi debet, qua quis damnum euitat contra eum, qui agit de lucro captando. ibidem nume. 10
Interpretationem illam eſſe veram,quæ à pratica ſumitur.conſi. 148.nume.36 264
Interpretatio in dubio ſumenda eſt contra dominum inueſtientem. ibidem numero 38
Interpretatio illa ſumi debet. qua dicimus, diſponentem voluiſſe prouidere in caſu magis neceſſario. conſ. 151. nu. 25 286
Interpretatio illa ſumenda,qua euitatur repugnātia & inconſtantia teſtatoris ibidem num.29
Interpretatio in dubio illa ſumi debet, qua hæres minus grauatus ſit. ibidem numero 45
Interpretatio illa ſumenda eſt in dubio, ob quam diſpoſitio ſuſtinetur. conſilio 167.numero 4 377
Interpretatio ſumenda eſt,vt actus valeat ſecundum ſui naturam. conſilio 170.numero 8 385
Interpretatio illa ſumenda, quæ eſt magis veriſimilis.ib.nu.15. conſ.177. nu. 8 423
Interpretatio ſumi debet, vt actus magis valeat quàm pereat. ibidem num. 17
Interpretatio illa ſumenda, quæ eſt magis fauorabilis. ibidem numero 18
Interpretatio diſpoſitionis obſcuræ ſumenda eſt à conſuetudine, quæ viget in ea ciuitate, in qua confecta eſt diſpoſitio à teſtatore.conſi.177. num. 20.423



10 423
Interpretatio illa probanda magis eſt, qua rectus ſenſus ſeruatur.conſi.179. nu.13 432
Interpretatio illa ſumenda, quæ magis cōuenit ſubiectæ materiæ.ibid. nu.14
Interpretatio ſumenda,qua repugnātia euitetur.conſi.180.nu.14. 437
Interpretatio vera, quæ à pratica ſumitur. conſi.187.nu.54. 483
Interpretatio illa recipiēda, quæ iuri cōmuni magis conuenit. conſilio 190. num.8 490
Interpretari eius eſt,cuius fuit condere. conſi.160.nu.47. 346
Interpellatio neceſſaria eſt,vt impleatur. conſi.127.nu.12. 198
Inuentarium efficit, vt hæres inſtitutus non cēſeatur hæres, ſi damnoſa ei eſt hæreditas.conſi.125.nu.6 182
Inuentarium operatur,ne quis teneatur vltra vires hæreditarias.conſilio 178. nu.15 429
Inueſtituræ conceſſio cenſetur facta ſecundum morē & conſuetudinē cōcedentis & recipiētis.cōſ.111.num.15. 71
Inueſtituræ conceſſa pro ſe, filijs & nepotibus maſculis atque in tertiam generationem,& ipſis deficientibus,pro filiabus, intelligitur etiam vt in maſculis.conſi.eo.nu.19
Inueſtituræ recipiunt interpretationem ex conſuetudine.ibidem numero 37
Inueſtituræ tenorem eſſe ſpectandum. conſi.148.nu.2 261
Inueſtitura relata dicitur eſſe in referente. ibid. num.30
Inueſtituræ impetrationem habitam à ſecundogenito tacente primogenito ſibi nō præiudicat.cōſi.181.nu.93 454
Inueſtituram primam datam feudo eſſe obſeruandam.conſi.191. nume. 1.44 495
Inueſtitura feudalis habet duplicem formam.ibid.nu.16
Inueſtitura arguit feudi conceſſionem. ibid.nu.33, ſed contra num.35
Inuitus nemo cogitur benefacere. conſ. 169.num.6
Io. And. deciſio in add.ad. Spec. in rub. de teſta.ad fi.laudatur, comprobatur & defenditur.conſi.172.nu.12 395
Iudicantem oportet cuncta rimari. conſ. 134.nu.1 & ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere.conſi.175.numero 1. 207. 414
Iudices huius ſeculi æquare non debet propria iudicia diuino iudicio. conſi. 107.nu.80 48
Iudici no credi aſſerenti actum ſolemniter factum,cum illa ſolemnitas ob temporis breuitatem interuenire non potuit.conſ.108.nu.42 54
Iudex ſi pronunciauit malè appellatum, & non dixit bene iudicatum,non dicitur confirmaſſe primam ſententiam. conſi.110.numero 14. 64
Iudex præſumit in dubio pronunciaſſe ſecundùm quòd ius diſponit ibidem numero 32.
Iudex,qui ſuo arbitrio cōtrouerſias diffinire valet, talibus teſtibus fidem adhibere non debet.conſil.114. num. 3 89
Iudex præoculis æquitatem habere debet.conſi.118.nu.25. 121
Iudicem non debere reſeruare in fine litis exceptionem iuris.conſil.125.numero 13 183
Iudicis arbitrio commiſſum,an apud nouercam educantur priuigni.conſ.145. nu.39 249
Iudex quam ſententiam ferre voluerit, ex quantitate rei compræheſa in ſententia declaratur.conſi 159.nu.8 336
Iudices appellantibus altero de duobus modis reſpondere ſolent. conſil. 175. nu. 32 418
Iudex magis pronus eſſe debet in admittendis quàm in reiiciendis articulis probatoriis.conſi. 188.nu. 4. intellige vt nu.21 484
Iudex ire debet obuiam dolis & machinationibus litigantium.ibid.nu.13
Iudex debet eam viā amplecti, qua pro veritate vtrique partium ſatiſfaciat. ibid.nu.15
Iudex circunſtantiis iudicare debet,vtra rei confeſſio attendenda ſit.conſ.149. nu.47 274
Iudicē fatuum eſſe,qui altera parte con demnat.conſi.199.nu.33. 550
Iudicia ſunt menſuranda ex iure nobis competendi non ex alieno.conſi.148. nu.5. 261
Iudæos fœneratores teneri cuſtodire pānos pignoratos,ne propter humiditatem deteriorentur.conſ.118.nu.5 118
Iuramentū eſt fortius ipſa ſimplici promiſſione.conſi.107.nu.55.97
Iuramentum tertio detrimentum adferens non eſt obſeruandū.ibid.nu.56
Iuramēti vis eſt,vt omnis fraudis & fœnoris ſuſpicio ceſſare videatur. conſi. 109.nu.6 58
Iuramentum quando adhibetur in contractibus ſuſpectis, redditur contractus magis ſuſpectus.ib.nu.17
Iuramentum ſupletiuum deferri poteſt debitori,cum tot aduerſus creditorē militant coniecturæ.ib.nu.25
Iuramento omnia conualidantur. conſ. 115. numero 69. conſil. 196. numero 40 101. 521
Iuramenti materia cum periculoſa ſit, non admittitur ipſius iuramenti repetitio ab vno caſu ad alterum. conſi. 117.nu.47 56.114
Iuramentum habet vim interpellationis in ſciente.conſil.128.num.15. 191
Iuramentū fidelitatis præſtantes tenentur ad ea,ad quæ tenentur veri vaſalli.conſi.181.nu.72 452
Iuramentum an conualidet donationē omnium bonorum nulla reſeruatione facta pro teſtādo.cōſ.184.nu.10 465
Iuramenti fidelitatis præſtatio arguit fuiſſe conceſſum feudum.conſ.191.nu. 30 498
Iuramentum fidelitatis præſtari diuerſis ex cauſis conſueuiſſe.ibidem nu.31
Iuriſdictiones dignitatem tribuūt. conſi. 126.nu.9 184
Iuriſdictionis eſt decernere iudici cognitionem.conſi.147.nu.16. 25
Iuriſdictio conſideratur actiuè & paſſiuè.ibidem.numero 18
Iuriſdictionem habens in finibus territorij,ſi ea non vtatur ſpacio 30.annorum perdit.ibidem numero 43
Iuriſdictionem vt quis acquirat ex actu ſuo iure facto, neceſſaria eſt aduerſarij ſcientia.ibidem nu. 55. declaratur numero.57 58
Iuriſdictionem priuatus conferre non poteſt.conſ. 180.nu.21 438
Iuriſdictionis fructus eſt electio & adminiſtratio.ibidem numero 62
Iuriſdictio dici nō poteſt, ſi coercitione caret.conſ.189.num.16. 488
Iuriſdictioni alicuius ſubiectos poſſe abiicere eam exceptionē, qua ſuperior vti poſſet.191.num.56 507
Iuriſdictionis defectus cæteris maior. conſilio 192.nume.1. 506
Ius accreſcendi tranſmitti.conſ.200.numero 87 567
Ius accreſcēdi nil operari inter diuerſas ſpecies ſucceſsionum.conſ. 200. 115. 569
Ius accreſcendi ſubſtitutionis vim obtinere.conſ.141.nu.5. 228
Ius accreſcendi inter fructuarios ita demum locus eſt,cum coniunctim vſus fructus relictus eſt.ibidem numero 6
Ius accreſcendi remedium quoddā ſubſidiarium. ibidem nu.21
Iuri accreſcendi vel non decreſcendi vt ſit locus in feudo. conſ. 160. numero 51. 347
Ius adeundi hæreditatem purè delatem eſſe in bonis noſtris. conſilio 108. numero 61 56
Ius adeundi non eſt probabile, quando adhuc is,de cuius hæreditate agitur, poteſt diſponere.ibidem numero. 62
Ius adeundi hæreditatē nō eſſe in bonis noſtris,cum ſeruus eſt hæres inſtitutus,antequam ipſe ſeruus adeat. ibidē numero 65. conſilio108.nu. 65 56
Iuri adeūdi præſcribitur ſpacio 30. ann. conſilio 143.numero 30. 239
Ius agnatio quæſitum eſſe dicitur, cum hæreditas fuit adita & poſſeſsio apprehenſa.imò.conſi.181.nu.28 449
Ius aliquod quādo alicui cōpetit quod intra certū tempus acceptare debet, ſi permittit illud tempus labi non acceptando, cēſetur tacitè renunciare. conſi.143.nu.42. 240
Ius cōmune præſumit ementē ſibi emere & non conſocio.conſ.122.nu.74 151
Ius commune nullam adhibet differētiam inter patruum & filium ſui fratris locum ingredientem.conſ.124.numero 83 176
Iuri alicuius vbi præiudicari à comite Palatino poteſt, non eſſe faciendam illius mentionem.conſilio. 108.numero 35. 53
Iuris alterius mentio fieri non debet, cū illud Comiti potuit eſſe cognitū.ibidem numero 38
Ius noſtrum à nobis inuitis auferri non poteſt.conſi.153.nu.3 305
Iuri afferendi præſcribi non poteſt.conſilio 143.numero 5.imò nu.31. 236
Ius poſitiui quæ ſunt facile à Principe

tolli poſſunt.conſilio 181. numero 29 449
Ius primogenituræ ſtrictè interpretari ſolet.conſ.148.nu.25. 263
Ius quærendum velut debile facile tollitur.conſi.157.nu.25. 321
Ius quæſitum illud cenſetur, quod eſt irreuocabiliter quæſitum. ibid. num. 27
Ius quæſitum dicitur, quando ſucceſsio auferri non poteſt.conſi.181. nume.51 451
Ius reale manet re diuerſa in parte eius, cuius eſt.conſi.122.nu.9 143
Ius retinendi adeo fauorabile eſt vt competat etiam contra executionem ſententiæ.conſ.110.nu.73. 68
Iuri; error non præſumitur, ſed ſcientia. conſ.115.nu.18 96
Iure ipſo quod dicimus fieri, intelligitur, declaratione tamen animi facta. conſ.121.nu.70 136
Ius eſt certum.conſ.125.nu.11. 183
Iuris plus in hæredem nõ tranſit, quam ſit apud defunctum. conſi. 139. nu.14 223
Iure datoris reſoluto reſoluitur ius acceptoris.ib. numero 17
Ius nullam conſtituit differentiam inter maſculum & fœminam. conſ.150. numero 9 277
Ius nondum quæſitum, nec etiã ſpe facile à principe tolli poteſt.conſilio.158 numero 33 328
Ius ſola ſpe conſiſtens auferri à principe poteſt ibidem numero 35
Iura quædam diuiſibilia, quædã indiuiſibilia, indiuiſibilium verò quædã cõmunicabilia, quædam non conſ. 163. nume.20 366
Iuris diſpenſatio valde difficilis æquiparatur quæſtioni facti.conſilio 180.numero 47 441

L

LAEDI quis non dicitur ex actu, ex quo commodum vel damnũ conſequi potuit. conſ. 196. nu.19. 519
Læſio enormis eſt, quæ excedit dimidiã partem iuſti pretij tẽpore trãſactionis. conſi.156.nu.11.35.36. 314
Læſio in cotractu cõſideratur trãſactionis, quando tranſigens læſusfuit vltra dimidiam. conſillo. 193.numero 11 510
Lambertini opinio declaratur conſ.106. num. 29.& eſſe dubia aſſeritur nu.70. 80.82.ita declaratur. 6
Lapſus in hæreſim ipſo iure dicitur à die criminis incidiſſe in pœnas à lege hæretico impoſitas.conſ.159.nu.2 335
Laudum debet eſſe conforme compromiſſo.conſ.123.nu.43. 158
Laudum obſcurũ à cõpromiſſo declaratur.ibidem nu.44
Laudum arbitri recepit interpretationẽ à compromiſſo & à petitis.ib.in ſubſcri.nu.2
Laudum virtutem & regulam capere debet à compromiſſo.ib.nu. 3
Legato ſimpliciter argento, de quo intelligatur.conſ.106.num.174 17
Legatum liberis factum quãdo dicatur incertum.ibidem num.159
Legatus fundus ſub conditione alienari poteſt.ibid.nu.121
Legatum liberis factum, intelligitur factum exiſtentibus tempore conditi teſtamenti.ibid.nu.66
Legatum factum vxori illius, qui nullũ habet, de prima & alia intellexit. ibi. nu. 67. & quid quando eo tempore habet.n.69
Legatum ciuitati factũ ei non debetur, ſi deſtructa fuit.ibid.nu.98
Legatum relinqui ſoluere à teſtatore ob benemerita.conſ.109.nu.14. 59
Legata ſoluendi onus ad hæredem ſpectat.conſi.115.nu.9 96
Legata annua tenetur præſtare vſufructuaria.ibidem nu.11
Legatum à ſeipſo ſibipſi non debetur. conſi.117.nu.77 117
Legatum ac fideicommiſſum de manu hæredis capitur. conſi. 124. numero 31 166
Legato in vniuerſali omnium bonorum continentur etiam futur. conſil. 129. num.9 193
Legato in vniuerſali continẽtur ea, quæ aliàs non continentur.ibid.nu.8
Legatum ſub modo factum ad hæredem trãſmitti modo ipſo non impleto.cõſ. 131.nu.13 200
Legatum factum coniunctæ perſonæ latam recipit interpretationem ad eius commodum.conſi.137.nu.8 217
Legatum filio factum tanquam fauorabile latè interpretandum. conſi. 140. num.11 226
Legata re à teſtatore veniunt & alia res, quæ vſus cauſa illius poſſidebantur. ibid.nu.22
Legatum ab affectione interpretationẽ recipit.conſi.141.num.25 230
Legato in generali quamuis futura non contineatur, tamen quando ſunt per modum acceſſionis comprehenduntur.conſi. 142.nu.21 234
Legatum quando eſt factum coniunctæ perſona verbæ præſentis tẽporis includunt futurum.ibid.nu.24
Legatum factum vxori interpretandum largè fauore vxoris.ibid.nu.27
Legatum factum fauore eius, cum quo legatarius ex diſpoſitione teſtatoris morari debet, ſi deficit illa perſona, legatum amplius non debetur.conſi. 146.nu.1 250
Legatum præſumitur factum fauore illius, cum quo legatarius ſubſtituere debet, vt eum cuſtodiret & educaret. ibidem nume.2.3. intellige vt nume. 24.25
Legatum in dubio præſumitur factum fauore legatarij.ibidem nu.9.24
Legatum tunc præſumitur factum contemplatione oneris ei iniuncti, quãdo onus æquiualet legato.ibid.nu.13
Legatum factum ex cauſa alimentorum durare, etiam ſi deficiat conditio adiecta fauore alterius quàm legatarij. ibid.nu.15
Legatum factum eo adiecto onere, quod legatarius debeat morari cum aliquo, ſi legatarius cœpit morari, & onus illud deficit, legatũ debetur.ibid. nu.19.
Legatum cenſetur factum contemplatione eius, qui magis coniunctus eſt teſtatori, aliquando non.conſ.151.nu. 2.16 284
Legatum dotis nepti factum quãdo dicatur conditionale.ibid.nu.9
Legatum factum à teſtatore ei, cui grauatus erat fideicommiſſum reſtituere, cenſeri factum animo compenſãdi.conſi.162.num.15. 358
Legatum qui percepit, non rectè de inofficioſo teſtamento dicturum.ibidem nu.18
Legatum ob delictionem teſtatoris erga legatarium non animo compenſandi dicitur factum.ibid.nu.25
Legati natura eſt afferre vtilitatem.ibid. num.26
Legatum factum filiæ, eam non excludere à petitione dotis.ibidem nu.27
Legatum ignoranter petens ex minus ſolenni teſtamento nullum ſibi attulit præiudicium.ibid.nu.30
Legatum factum pauperi conſãguineo præſumi in dubio factũ in tui tu conſanguinitatis.conſi.176.nu.3 419
Legatum factum conſanguineo pauperi, præſumi in dubio factum pietatis intuitu.ibid.nu.9.
Legati qualitatem oſtendere, an ſit factum affectione ſanguinis vel pietatis.ibid.nu.10
Legatum factum piæ cauſæ fauore religionis valet, etiam ſit ſcriptum in ſola apoca manu teſtatoris ſubſcripta abſque teſtibus.ibid.nu.20
Legatum factum cognatis deberi ei, qui tempore teſtamẽti, vel tempore mortis teſtatoris cognati nomen obtinet. conſ.173.nu.6. 401
Legatum aduentitiam, quando auus dotat non obligatus propter filium. cõſ. 183.nu.13 454
Legatum quando dicatur aduentitium, ibid.nu.18
Legatum relictum damnato in metallũ pro non ſcripto habetur.conſi.185. nu. 9 467
Legatum factum hæretico eſſe ipſo iure nullum.ibidem nu.15
Legatum, quod ab initio non conſtitit, ex poſt facto non conualeſcit.ibidem num.17.20
Legatum ſi non valet ab initio cõfirmatur ex poſt facto ſublato impedimento à teſtatore.ibid.num.18
Legatum quando comprehẽdere poteſt cauſam debiti, præſumitur factum animo cõpẽſandi.conſi.195.nu.3 513
Legatum nõ præſumitur factum animo compenſandi ſtante dilectione erga legatarium.ibid.nu.13
Legari poteſt, quod ſub conditione debetur.conſi.106.nu.118.13
Legare ſibi à ſeipſo iure non permiſſum. conſi.183.nu.11. 459
Legatarium conſequi legatum immediatè à perſona hæredis eſt ratione dominij.conſi.124.nu.32 166
Legatarius in re certa legatum acceptas debet acceptare cũ omni ſuo onere. conſi.162.nu.13.intellige vt nu.40. 358

Lega-



Legatarium filio teſtatoris ſubſtitutum poſſe acceptare legatum & repudiare ſubſtitutionem ib.nu.22
Legati de latare regulariter ſunt Cardinales.cõſ.190.nume.14. 492
Legitima bonorum paternorũ illa propriè eſt, quæ debetur à patre filio ſuadẽte naturali ratione.cõſ.115.n.48 99
Legitimæ ad excluſionem in dubio ſupponitur, grauamẽ fuiſſe iniunctũ venientibus ab inteſtato. conſi.144.nume.6.ſed diſtinguuntur aliquot caſus numero 25 242
Legitima ſumi debet è corpore & ſubſtantia bonorum teſtatoris. conſilio. 153.numero 2. 302
Legitima non debetur illis, qui ab inteſtato non ſunt ſucceſſuri.ibi.nu.8
Legitima, quæ debetur filio illa eſt eadẽ, quæ præmortuo filio præſtatur nepoti.ibidem numero 22
Legitimam commenſurandam ſecundum patrimonium patris. conſilio 164.numero 36 371
Legitima debetur filio iure naturali.conſilio 168.nu.4.imò num. 23 379
Legitima conſideratur tanquam æs alienum.ibidem nu. 24
Legitimatione quis efficiuntur legitimus.conſilio 108.num.1 51
Legitimatio facta de filio illigitimo, cũ pater morti proximus erat, cenſetur facta ad fraudandum cæteros filios legitimos.conſi.eo.nu.15
Legitimatio facta per ſubſequens matrimonium in mortis articulo contractum, non reddit filios legitimos quoad ſucceſsionem. ibidem num.21
Legitimatio fieri debet cauſa cognita. ibidem numero 4
Legitimatio fieri debet cauſa iuſta & probabili. ibidem numero 43
Legitimatio agnatis nullum affert detrimentum, quando ab eis hæreditatis aditæ & bonorum hæreditariorum poſſeſsio apprehenſa fuit. ib.nu.48
Legitimatio ſimiliter illis detrimentum nõ affert, ſi ſolùm fuit hæreditas edita.ibidem numero 49
Legitimationem virtute gratioſi priuilegij conceſsi Comiti Palatino ad libitum poſſe à Principe reuocari. conſilio 112.numero 2 77
Legitimationis & diſpoſitionis magna eſt differentia.ibidem nu.50
Legitimatio eſt quædam alienatio. conſi.157.num.3.conſ. 181. nume. 13.40.52 319.447
Legitimatio eſt actus quidam volũtarius ibidem numero 6
Legitimationum reſcripta non ſunt ita priuilegiata, vt nil contra ea obijci poſsit.conſi.180.num.35 440
Legitimatio vt valeat, conſtare debet filium eſſe legitimare petentis. cõſ. 181 numero 1 446
Legitimatio corruit, quando non fuerunt expreſſa omnio vitia natiuitatis ibidem numero 3
Legitimatio corruit, quando non eſt facta mentio agnatorum.ibidem numero 9
Legitimatio corruit, quãdo qualitas feudorum non fuit narrata.ibid.nu.11.
Legitimatio corruit quando dolo fuit ſuppreſſum nomen matris legitimãdi.ibid.nu.15
Legitimatio corruit ob vitium obreptionis.ibidem.nu.16
Legitimatio eſt actus quidam voluntarius.ibid.nu.44
Legitimatum cæteris agnatis etiam non conſentientibus agnoſco quoad vinculũ agnationis tantùm, non quoad ſucceſſionem.conſ.108.nu.9 51
Legitimatus in feudo non ſuccedit.conſ. 117.nu.61 115
Legitimati vt ſuccedant in feudo conſuetudine induci poteſt. conſil.157. numero.16 320
Legitimatum legitimè nato æquiparat ius commune.conſi.164.nu.2 367
Legitimatus adeo propriè legitimus dicitur, vt etiam contineatur ſub diſpoſitione ſtricta.ibid.nu.4
Legitimatum excludere ſubſtitutum. ibidem nu.7.fallit nu.9.11.imò quod non nu.20
Legitimatum excludere fœminam iuxta ſtatuti diſpoſitionem non eſt ſatis tutum.ibid.nu.17.item illud, vt admittatur ad retrahendum rem alienatam extra familiam nu.18
Legitimatum non cõſeruare familiam, vt legitimè natum.ibidem nu.19
Legitimati legitimam conſequi debẽt. ibidem nu.27.35
Legitimatus onere fideicõmiſſi grauatus imputant fructus in trebell. ibid. num.34
Leſgitimatum etiam per ſubſequẽs matrimonium non cenſeri natum de legitimo matrimonio.cõſ.173.nu.71 411
Legitimatus in feudo non ſuccedit ibid. numero 74
Legitimatum non excluditur ſubſtitutũ. ibid.nu.76
Legitimatum quando cenſeri propriè legitimum, & quando non. ibid. numero 80
Legitimatus per ſubſequens matrimonium ſuccedit in emphyteuſi & fideicommiſſo.conſi.174 nu.15.16. item in feudo, & per reſcriptum ſpecificè ad feudum.nu.13.14 414
Legitimatum inſtitutum mittendum in poſſeſſionem ex remedio l.ſi.C. de edic.cõſ.180 nu.30.ſed vide nu.49 439
Legitimatum ſe aſſerens probare debet. ibid. num.71
Legitimatus ſemel ſi iterũ legitimetur, illa ſecunda appellatur diſpenſatio. conſi.181.nu.18 448
Legitimandi poteſtas alteri mãdari poteſt, quamuis ſit ex reſeruaris principi. conſi.108.nu.2 51
Legitimandi cauſa iuſta triplex.ibidem num.44
Legitimare poteſt ſummus pontifex ad præiudicium cognatorum, quando multum certum ius illis quæſitũ eſt. ibid.nu.3
Legitimari etſi poſſit illegitimus patre requirente, etiam cæteris filiis legitimis reclamantibus, pater tamen illorum mẽtionẽ facere debet, legitimationem requirens.ibid.nu.33
Legitimare illegitimè natos iuriſdictionis ſimplicis non eſt, ſed miſti imperii.conſi.112.nu.66 85
Legitimari non poteſt illegitimè natus ob præiudicium domini directi. cõſi. 157.nu.7 imò vt nu.30 319
Legitimari poteſt illegitimè natus, vt ſuccedat in feudo excluſis agnatis. ibidem nu.17
Legitimari vt poſſit illegitimè natus, debet, is eſſe natus ex concubinatu. cõſ. 174.nu.2.imò nu.11 413
Leno & lena infames.conſi. 149. nume. 20.conſi.199.nu 22. 270 547
L.interuenit. ff.de lega. præſt. explanatio & intellectus. conſil. 106. numero 3 4
L. ſi cognatis. verſi. cæterum. ff. de reb. dub. ſenſus & interpretatio. ibidem numero 4
L.ſi cognatis.in primo reſp. declaratur. ibid.nu.8
L.cum ita. §.in fideicommiſſo. de leg.2. declaratur. nu. 20. & loqui in fideicommiſſo etiam purè.nu.21.& in cõditionali nu.24. & declaratur etiam nu.32.35.36.37.38.39.43. declaratur is tex.in verſi.niſi ſpecialiter.& in conſ. 200.numero 6.& numero 11. & num. 24 560
L. vni.§.ſi autem ad deficientes. C. de cad.toll.declaratur.nu.315 32
L.peto.§.fratre.de leg.2.declaratur.ibid. numero 47
L.§.ſiquis proximior.ff.vnd. cog. declaratur habere locum etiam in ſucceſſione ex teſtamento.ibidem numero 49
L.filius à patre.§.ſiquis ex teſtamẽto.ff. de lib.& poſth. declaratio & ſenſus. ibid.nu.50
L. placet. ff. de lib. & poſth. declaratur. ibid.num.52
L.Titia.§.Lucius.ff.de lib.& poſth.declaratur.ibid.nu.54.56
L.mea res.ff.de cond.& dem.declaratur. ibid.nu.59.
L.vxorem.§.teſtamento el.1. de leg.3.declaratio & ſenſus.ibid.nu.63. 178
L.his verbis.de leg.3.declaratur.ibid.nu. 179
L.ſi ita.ff.de au.& arg.leg. ſenſus. ibidem nu.62.169.175
L.humanitatis.C. de impu. & alijs ſubſt. declaratur.ibid.nu.91
L.tutelas.ff.de cap.dimin. declaratur ibi. nu.95
L.vſusfructus.ff.quemad. vſusf. am. declarator.ibidem nu.97
L.ex facto.§.quis autem.ad trebel.declaratur.ibid.nu.107
L.commodiſſimè.ff. de lib.& poſth.declaratur.ibid.nu.133.
L.cum pater.§.hæreditatem.de leg.2.declaratur.ibid.nu. 146. & fuſcus nume. 213
L.liberto ſuo.§.Lucius Titius.ff. de an. leg.ſenſus & declaratio.ibid.numero 209
L.annuã.ff.de an.leg.declaratur.ibid.nu. 211
L.pen. ff. de teſtam. tu.declaratur. ibid.

nu.332
L.ſi ita.de aur.& arg.leg.intellectus. cõſ. 115.nu.66 101
L.vlt.C. de reb.al. non alien. explicatio. conſ.116.nu.6 102
L.ſingularia.ff.ſi cert.pet.limitatio.conſ. 122.nu.27 146
L.peto.§.fratre. de leg. 2. interpretatio. conſ. 124.num4 conſ.197.numero 29 528
L.vlt.C.de verb.ſig.explicatio.ib.nu.7
L.vlt.ff.ad Trebell.inductio.ib.nu.8
L.hæredes mei.§.cũ ita.ff.ad Trebell.declaratur.conſ.200.nu.92. 567
L.hæredes mei.§.vlt. ff.ad trebell. declaratur,conſ.200.nu.18. 560
L.interdũ.ff. de hæred. inſtit. declaratur in conſ.200.nu.54 563
L.qui patri. ff. de vulg. declaratur conſ. 200.nu.116 569
L.poſthumus.in princ.de iniur.teſta.explicatio. conſilio 130. numero 4.18. 19 196
L.3.C.de inof. teſta. explanatio.ib.nu. 16
L.cum certum.ff.de au.& arg. leg. intelligentia.conſ.138.nu.12. 210
L.vxorem.§.teſtamento.de leg.3.& l.ſi ita.de aur.& arg. leg. intellectus. ibidem numero.18
L.3.§.cum Pollidius. de vſur. explicatio. conſ.14 .nu.8.23 228
L.precibus. C.de impub.põderatur. cõſ. 144.nu.18 244
L.Lucius.de hæred.inſtit. l.a 2.diligenter expenditur,conſilio 152. numero 14 293
L.conficiũtur. de iu.cod. declaratiõ. ib. numero 16
L.ſi ita quis hæres de hæred.inſt. explanatio.ibidem nu. 22
L.1.C. de pact. vnius habet interpretationes ibidem nu.23
L.fœminæ.C. de ſecund. nũp. diſpoſitio declaratur.conſilio.154. numero 6. 7. 12. 13.22.23. 31 306
L.Titiæ. ff. de cond. & dem.declaratio. conſi 169.numero 20. 384
L. per. §. planè. ff. de bon. poſſ. ſec. tab. ponderatur diligenter. conſilio 176. numero 7 419
L.dedit dotem. de coll. bon. declaratio. conſi.183.nu.25 460
L.vt liberis.C.de coll.explicatio.ibidem nu.26.
L.quintus . ff. de an. lega . intelligentia. ibid.nu.27
L.cum pater.§. Titio.de leg. 2. inductio. ibid nu.38.45
L.cum quis.§.mulier.de do.præl. ponderatio.ibid.nu.33.43
L.mulier.§.cum proponeretur,ad Treb. conſideratio . ibidem numero 40. 51
L.quod de bonis. §.quod auus.ad l.Falc. contemplatio.ibidem nu.41
L.Imperator.§.cum quidã. de leg. 2.perpenſio.ibid.nu.47
L.ſi chorus.§.vlt.de leg.3. litera affirmatiua & negatiua. conſil . 185. numero 19 468
L.1.C. de leg.hære, ponderatur. conſil. 187.nu.8 475
L.à filia.ff.ad Treb.à Bald. declarat.cõſ. 196.nu.24 520
L.ſi vnquam.C. de reuo. dona. non habet locum in donatione ob cauſam. conſi.196.nu.51 522
L.filiusfam.§.cum pater.de leg.1.ponderatio.conſi.197.nu.11 526
L.pater.§.fundum. de leg.3. inductio .ibidem nu.12
L.pater §. mater. de leg. 3. conſideratio. ibid.nu.13
L.pater §. filiofam. de leg. 3. explanatio. ibid nu.30
Lex generalis reuocatoria vim habet perimendi conceſſiones ex cauſa remunerationis conceſſas.conſ.112.nu.3 77
Legis allegatio ſola ſufficit.ibid.nu.60
Lex multum operatur in vltimis voluntatibus.conſ.115.nu.58. 100
Lex fingendo quando aliquid ſtatuit, verè facere dicitur. conſil. 124. num. 106 179
Lex quãdo vult idem per omnia eſſe in caſu ficto vt in vero, idem iudicatur de ficto vt de vero.ibid.nu.107
Lex quantumuis dura ſeruanda eſt. cõſ. 128.nu.2.14 190
Legis vna pars alteram declarat. conſi. 150.nu.44 281
Lege correcta,plerumque euenit, vt nõ cenſeatur correcta eius ratio. conſil. 161.nu.45 354
Lex diſponens circa ea,quæ iuris ſunt, veritatem continet . conſi.164 num.5 368
Leges fauent voluntati teſtatorem de rebus ſuis diſponentium.conſi.171. nu. 13 390
Lex nihil fruſtra operatur. conſilio. 183. numero 48 463
Legis ratione correcta etiã ipſa lex correcta dicitur.cõſ.187.nu.16 476
Lex cõmunis noua interpretari debet,vt potius diſtĩguatur per antiquũ,quàm quòd per recentiorẽ abrogetur. cõſi. eo.numero 37. intellige vt numero 38
Lex generalis comprehendit perſonas quantumuis priuilegiatas conſi. 190.nu.11 491
Legum correctio in dubio euitanda.cõſ. 197.nu.17 527
Leges aliquando carere dubitatione mirum non eſt.conſ.197.num.60 535
Liber æſtimi probat bona in eo deſcripta eſſe ſub finibus eius,ſub cuius æſtimo deſcripta sũt.cõſ.147. nu. 49 259
Libris cenſus adhibendam eſſe ſummã fidem in finium quæſtionib. terminandis. ibidem numero 50
Libris publicis fidem adhiberi , cũ ſit fides ab officiale,qui archiuo præeſt.ibidem numero 52
Liber æſtimi tunc probat in præiudiciũ eius,cuius bona in eo fuerunt deſcripta,quãdo is cõſentit.ib.numero 53
Libris exactionis optimè probant conſilio 120.numero 31 127
Liberalis nemo exiſtit in neceſsitatibus. conſ.153.nu.13 303
Liberalitas illa dicitur ,quæ in donatione verſatur.conſ.191.nu.5 496
Liberationis pro cauſa in dubio præſumendũ.conſ.151.num.21. 286
Liberatio etſi comprehendat ea, quæ de nouo ſuperueniunt,non comprehendit inſolita & nõ cogitata.cõſ.156. nu.4 314
Liberè qui aliquid poteſt, is abſolutè poteſt.conſ.192.nu.9 506
Liberorũ vel deſcendentium maſculorum appellatione continentur nepotes ex filia.conſ.172.nu. 14. imò nu.33. 35 396
Libertatẽ amittere eſt, rem in æſtimabilem perdere.conſilio 156. numero 39 317
Licentia actũ præcedit.conſ.188.nume.8. 485
Limitata cauſa limitatum producit effectum.conſ.141.nume. 32. conſilio 178. numero 25 231.340
Limitatum ad tempus non extenditur vltra illud tempus.conſilio 151. numero 46. declara hoc vt numero 48 289
Linea teſtatoris à ſolo eius patre incipit. conſi.106.nu.229 22
Linea propriè eſt aſcendentium & deſcendentium.ibidem nu.344
Linea vna vocata,donec illa durat,ad alium non fit tranſitus.ibid.nu.350
Litis conſortes illi dicuntur, qui litem habent communem contra aliũ.conſ. 123.nu.30 156
Litis ſe offerre dicitur, qui nulla officij neceſſitate vrgẽte litem ſuſcepit. cõſi. 145.nu.36 248
Locatio fundi dotalis per maritum facta in quinquennium vxore exiſtente grauiter infirma non valet, tanquam facta in fraudem.conſ.108.numero 20 52
Locatio quãdo cenſeatur renouata.conſ. 121 nu.79 137
Locationem qui aſſerit eſſe renouatam, debet prius oſtendere,ſe adimpleuiſſe ex parte ſua.ibid.nu.100
Locator quando ſuo facto impedit conductorem, ne vtatur fruaturque re conducta,ſtatim tenetur abſque proteſtatione de impedimento.conſ.120 nu.13 124
Locator ſi ex cauſa voluntaria adfert aliquod etiam leue incommodum inquilino, partem mercedis remittere debet.ibid.numero 16
Locatoris factum ſi eſt iniuſtum, tenetur conductori ad totalem intereſſe. ibid.nu.18
Lucij Pinnarij factum præclarum apud Liuium.conſ.107.nu.17 44
Lucrum ceſſans quando probetur. conſ. 118.nu.27. 121
Lucrum eo modo diuidi debet,quo impenſa facta fuit.conſi.120.numero 24. 33 125
Lucri & damni non eſt par ratio . conſi. 132.nu.4 202
Lucrum, quod ab aliquo aufertur alterius contemplatione,ei, cuius contemplatione aufertur,amplicat.conſ. 152.nu.6. 292
Lucri ex diſpoſitione legis mulieri acquiſitum(quod ante factum vocant) an amittant mulier quoad proprietatem per tranſitum ad ſecundas nuptias.conſi.155.nu.2.33 309





M

MAGISTRATV aliquo fugens ſi quid per iniuriam aduerſus aliquem agit, non vt magiſtratus, ſed vt priuatus id agit.conſi.107. nu.21 44
Magiſtratibus aſſurgendum eſſe. conſil. 126.num 17 185
Maiorum exempla non, mouere debent.ibid.nu.35
Mala fides allegari non poteſt ex curſu tanti temporis.conſi. 147. numero 39 258
Mala fides noceret, vbi poſſet apparere de veritate confinium.ibidem numero 40.
Malitijs & fraudibus hominum obuiandum.conſilio 136.nu.8 214
Malo is conſentire dicitur, qui illud futurum ſcit, & non obuiat. conſil.107. nu.53 47
Malò qui conſentit, malum ipſe facere dicitur.ibid.nu.54
Mala penitus extirpare impoſſibile eſt. ibid.nu.86
Mandatum à ciuitate quomodo celebrandum.conſi. 107.nu.37 46
Mandatum factum non cenſeri acceptare in ſe, ſi ſolum tacet.conſi. 100.nu.9 63
Mandatum Principis ſub pœna indignationis iuſtum metum infert.ibid. nu. 11
Mandatum nunquam præſumitur.conſi.148.num.34.cum ſit facti conſi. 181. nu.22 264.448
Mandati fines excedi non debent. conſi. 189.nu.6 488
Manfredi argumenta in tract.de attent. remouentur.conſi.152.nu.62. 299
Marito ſicut rectè ſoluitur intereſſe retardatæ ſolutionis, ita pactum valet. conſ.110. nu.57 67
Maritum retinentem apud ſe dotẽ vxoris non cenſeri audiuiſſe hæreditatem nomine filiorum. conſil. 121. nu. 84 138
Maritus quamuis poſſit vxorem de adulterio accuſare, attamẽ ſi viuus nõ accuſauit, dicicitur iniuriam & accuſationem remiſiſſe.conſi.155.nume.18 310
Marito ſpectant pœnæ fraudantium gabellam, cui ab vxore vectigal in dotem datum ſit. conſilio 189. nume.15 488
Maritus quando legat vxori, quam & tutricem filiorum reliquit, præſumitur legaſſe affectione maritali. conſi. 146.nu.11 251
Martij Coriolani exemplum egregium. conſi.107.nu.2. 43
Maſculinũ nõ concipit fœmininũ, quãdo eſt facta ſeparata mentio vtriuſque.conſi.110.nu.24.conſ.111.nume.3. item vt num. 49.50.62 64.70
Maſculinum non concepit fœmininum in correctorijs, ſecus in exorbitantibus.conſ.130.nu.9.22 196
Maſculinum concipit fœmininum in qualibet diſpoſitione odioſa & correctoria.conſ.150. nu.5 277
Maſculinum in materia fideicommiſſaria quod cõtineat fœmininum à præſumptione legis vrgenti prouenit, ibid.nu.16.
Maſculinum quod concipiat fœmininum eſt contra proprietatem verborum.ibid.nu.50
Maſculis non exiſtentibus, fœminis, quæ à maſculis deſcendunt, inueſtitura eſt concedenda.conſi.148. nu.39 265
Maſculi in conditione poſiti cenſentur vocati, quando fœminas, relictis eis dotibus, excluſit.conſi. 152. numero 8 292
Materia præſuppoſitiua multùm diſtat à diſpoſitiua.conſi.175. nu.12 373
Mater quod per compendioſam excludatur,intelligitur, quando verbis directis concepta ſit. conſil. 144. nu. 22 244
Mater ſecundo nubens infert iniuriam filijs primi matrimonij. conſi.155. nu. 14 310
Mater filijs ſtipulari non poteſt.conſ.162 nu.2.imò num .6 357
Matre excluſa à ſucceſſione feudi emphyteuſis cenſentur etiam excluſi filij eius.conſ.172.nu.8 394
Matre excluſa à ſucceſſione cenſetur excluſus eius filius in diſpoſitione ſtatuti.ibid.nu.10.conſil.187.nu.9 475
Mater vel auia materna non tenentur dotare filiam,neptemve.conſ.183.nu. 2 458
Matrona optimæ conditionis & famæ excuſari meretur à calumnia. conſil. 145.nu.28.32 248
Matrimonium ſpirituale præſtantius tẽporali.conſi.169.nu.2 382
Matrimonium contrahere eſt in poteſtate clerici in minoribus conſtituti.cõſ. 174.nu.5 413
Matrimonij vis tanta eſt,vt ex eo legitimari dicantur quicunque illegitimè nati.conſ.eo.nu.6
Matrimonium tria continere bona prolem,fidem & ſacramentum.conſ.196. nu.53 523
Matrimonium nõ præſumi cum ſit quid facti.conſ.197.nu.59 535
Matrimonium illud propriũ, quod fuit contractum ſeruatis eccleſiæ Catolicæ Romanæ ſolennibus.conſ.199.nume.1 545
Matrimonium allegans probare debet.ibid.nu.2
Matrimonium putatiuum præſupponit, illud verè & ſolenniter contractum fuiſſe.ib.nu.35 550
Matrimonium non poſſe contrahi inter coniunctos ſpirituali cognatione.ibi. nu.38
Matrimonium quando dicatur palã contrahi.ibid.nu.40
Matrimonia clam contracta præſumi adulteria.ibid.nu.41 551
Matrimonij præſumptio inſurgit ex denominatione vxoris vel viri.ib. num. 46.fo.552.Intellige vt nu.51 554
Matrimonij coniecturam non facit ſola nominatio,vel anuli portatio.ibi.nume.47 552
Matrimonij initi coniecturam quãdo faciant anuli portatio & habitus.ib.nume.52 554
Medij inhabilitas impedit extrema coniungi.conſi.111.nu.2. conſilio 172, nume.5.conſi.187.nu.11 475
Membra à capite normam accipiunt.cõſi.126.nu.22.conſ.148.num.12 262
Memoria labilis in quouis homine.conſi.149.nu.31 271
Mens tacita altero de tribus modis cognoſcitur.conſil.110.nu.41 66
Mens expreſſa & tacita.ibid.nu.40 65
Mentem præferri proprietati ſermonis, quando eſt expreſſa. conſ.150 numero 3 277
Mentita data Principis officiali ab aliquo ob inimicitiam priuatam non ipſius Principis odio,maieſtatem illius non læſit.conſ.107.nu.23 45
Mentitæ ſignificatio eſt, quod mentitus ille ſcienter falſum dixerit.ibid.num. 24 ibid.
Mercatorum apothecas, quo magis mercibus abundant,eo magis concurſum habere.conſi.121.nu.9 130
Meretricem eſſe infamem.conſ.149. nume.19 270
Merita tunc in genere dicuntur narrata, quando ſimpliciter eſt dictum ob magna merita.conſ.112.nu.11 79
Meritorum enunciatio eſt quædam donantis confeſsio.ib.nu.20 80
Meritorum generalem aſſertionem non efficere donationem remuneratoriã. ib.nu.22 ibid.
Meritorum certam qualitatem verba generalia non probant.ib.nu.26 ibi.
Meritorum mentio fit reſpectu probationis.ib.nu.27 81
Meritorum ſpecialis enũciatio inter prohibitos non ſufficit.ibidem nu.35 82
Metus reuerentialis ſolet reddere contractus nullos.conſilio 181.numer. 88 454
Meum dici,quod ex re mea prouenit. cõſi.106.nu.182.17.236.22.ſed declaratur. nu.239
Meus,mea,meum pronomen an reſtringat ſubſtantiuum & nomen appellatiuum,cui adiicitur. conſ. 106. numero 258 24
Meum dicitur,quod ex re mea prouenit. conſi.115.nu.60 100
Militem deſerentem ſtationis munus eſſe pluſquam emanſorẽ.conſ.107. nume.16 44
Miles & doctor præfertur doctori tantùm.conſ.126.nu.12 185
Minoris bona diſtrahi non poſſunt ſinè debitis ſolennitatibus.conſil.110. nume.58 67
Minor nec compromittere, nec diuidere poteſt,ſi caret curatore.conſil.115. nume.67 101
Minori non conficienti inuẽtarium ſuccurſum eſt beneficio reſtitutionis in integrum.conſ.177.nu.32 427
Minore liberato mediante reſtitutione in integrum non liberatur eius fideiuſſor.conſ.179.nume.1. 431. declaratur nu.4 431
Minor 25.annis donare non poteſt,etiam cum auctoritate curatoris. conſ. 184.

num.14 465
Minor obligatur propter iuramentum & facta maior dicitur ratificaſſe.conſil.197.nu.84.85 538
Miſſionem in poſſeſſionem non eſſe differendam in dubio an bona ſint allodialia vel feudalia.conſi.189. nume.32 439
Moderator & arbiter eſt quis in re propria.conſi.121.num.21 131
Modus dicitur moderatio quædam diſpoſitioni adiecta, aggrauans in tempus diſpoſitionis perfectæ.conſil.131. num.2 199
Modum qui implere debet. ita demum priuatur commodo, cùm fuit interpellatus vel monitus.ibid. numero 6 200
Modus debet impleri per viam compulſionis, conditio per modum excluſionis.ibid.nume.11. 200. conſilio 134.37 211
Modum & conditionem poſſe mpleri per æquipollens. ibidem numero 15 201
Modo non obſeruato diſpoſitio ex poſt facto reſoluitur & annullatur. conſil. 134.nu.32 210
Modus non præcedit actum, ſed ſequitur.ibid.nu.33 ibid.
Modus quando caſu deficit, legatum non corruit. conſilio 146. numero 22 252
Molendina continentur ſub nomine ciuitatis.conſi.140.numero 6 226
Molendina quædam prædia vrbana, quædam ruſtica dicuntur.ibid. num. 7 ibid.
Monaſterium ingrediens in articulo mortis non excludit ſubſtitutum.conſil.108.nu.22 52
Monaſterium opulentum nil pro ingreſſu accipere debet.conſi.193.numero 4 509
Monaſterium renunciare poteſt iuri acquirendo.conſi.196.num.31 520
Monachum conuerſum amittere feudū conſi.181.nu.70 453
Monachus, qui fecit profeſſionem, ſi recedit licitè, recuperat bona eccleſiæ. conſi.184. nu.13 465
Monacho tranſlato vel moniali quando debeantur alimenta. conſi.193.nume.1 509
Monetam falſam, qui impendit, præſumitur ipſam cuſſiſſe, niſi detegat à quo habuit.conſi.107.nu.63 47
Monetam viliorem pro præcioſiori recipiens ſibi præiudicat.conſil. 138. nu.9 220
Monetæ duplicem conſiderari bonitatē intrinſecam & extrinſecam.ibi.nu.10 ibid.
Moræ purgatio moram commiſſam ſupponit.conſi.131.nu.12 200
Mora dicitur dolus.conſilio 132.nume.8 202
Mora non ita facile committitur in contractibus bonæfidei.ibid. numero 17 203
Mora alia non requiritur ob delictum. conſi.121.nu. 110 140
Morientium maximum deſiderium relinquendi hæredem.conſil.158.nu.16 326
Morti proximus pro mortuo iudicatur. conſi.108.nu.47 55
Mors regionis quando fuit varius, quod minimum eſt ſequimur.conſi.148.nu. 4 261
Mulier præſumitur ignara iuris. conſil. 115.nu.46 99
Mulier nupta tranſit in familiam viri. conſi.117.nu.22 111
Mulieres auaræ ſunt. conſilio 121. nu. 75 137
Mulier nobilis an & quando nobilitet maritum. conſi.126.nu.24 186
Mulier ratione ſexus excuſatur à calumnia.conſi.145.nu.27 248
Mulier poteſt contrahere ſocietatem nō ſolùm cum extraneo, ſed cum marito.conſil.154.nu.15 307
Mulier tranſiens ad ſecunda vota poſt annum luctus tenetur reſeruare proprietatē rerum ſibi donatarum à marito filijs ipſius primi matrimonij. conſi.155.nu.1 309
Mulier poteſt vnum ex filiis eligere, cui relinquat ea, conſecuta eſt à marito. conſi.161.nu.8 349
Mutationem & alterationem non præſumi.conſi.148.nu.15 263
Mutatione perſonæ mutata dicitur conceſſio.conſi.160. nu.15 342

N

NASCITVRI quando veniant & admittantur ad legatum. conſil. 106.nu.68 9
Natum ex vili coitu quamuis legitimatum, nō præſumitur voluiſſe ſuccedere in bonis ſuis, cum ſint iuri nobiliſſimi.conſi.108.nu.10 51
Natos ex famulis non eſſe filios naturales ſed ſpurios.ib.nu.26 53
Natos illegitimè excludi à primogenitura.conſi.117.nu.53 114
Natus qui nunquam eſt, non decedit. cō ſi.171.nu.2 389
Natus ex his, inter quos matrimonium eſſe non poterat, & legitimatus potius dicitur diſpenſatus.conſi.173.num. 78 412
Natum ex clerico in minoribus conſtituto beneficiato non legitimari perſequens matrimonium.conſ. 174.nu.4. imò nu.7.12 413
Natus illegitimè legitimari poteſt, vt ſuccedat in feudo excluſis agnatis.conſ. 181.nu.33.imò nu.58 449
Natura eadem eſſe dicitur rei contentæ, quæ eſt ipſius continentis.conſil. 148. nu.22 263
Naturalis in dubio potius præſumitur quàm filius ſpurius.conſi.108. num.25 53
Naturalis poſſeſſio finita cauſa ipſius vſufructuarij eſt iniuſta.conſi.139.nu.15 223
Naturaliter poſſidēti conceditur interdictum vti poſſidetis.ibidem numero 3 222
Negatiua non coarctata loco & tempore eſt improbabilis.conſ.112. numero 14 79
Negatiua potentius negat, quàm affirmatiua affirmet.conſilio 181. numero 78 453
Negatiuam probari ex inſpectione librorum.conſ.199.nu.3 545
Negotiorum geſtor vbi negotiū nec vtiliter cœpit, nec finiuit, expenſas, quas in eo fecit à domino non repetit.conſi.145.num.2.246.Intellige vt numer. 37
Nemini licet propria auctoritate ſe vindicare, ſolùm permiſſa eſt iniuriæ propulſatio incontinenti facta.conſi.107. nu.42 46
Nemo tenetur ſe in aliquod periculum conijcere.ib.nu.78 48
Nemo præſumitur iactare ſuum.conſil. 121.nu 74.137.conſi.142.nu.11.223.conſi.179.nu.8 432
Nemo præſumitur velle delinquere.conſi.121.nu.77 137
Nemo dat quod non habet.conſi.122.nume.35.148.conſi.158.nu.59.conſil. 161. nu.23 352
Neminē teneri de euictione, niſi qui vendit & tradit ex aliqua cauſa oneroſa. conſ.123.in ſubſcrip.nu.12 160
Nemo à ſeipſo deſcendit.conſ.124.num. 94 177
Nemo pœnam incurrit ſine mora.conſil. 132.nu.27 204
Neminem quantumuis maximè priuilegiatum poſſe ſeipſum excuſare tempore penuriæ.conſi.137.nu.13 217
Nemo cogitur vendere rem propriam, niſi in certis caſibus. ibidem numero 18 218
Nemo debet duplici onere grauari. conſi.153.num.21.303.conſi.193.numero 9 510
Nemo præſumitur eligere viam, qua diſpoſitio ſua ſubuerti poſsit.conſil.158. nu.15 326
Nemo præſumitur fruſtra voluiſſe diſponere.conſi.170.nu.16 386
Nemo mandare poteſt facultatem, quā ipſe non habet.conſi.190.nu.9 491
Nepos quando concurrat cum patruo in ſucceſsione aui.conſil.106. nume. 202 19
Nepos dicitur auo mortuo. conſilio 115. nu.53 99
Nepos ſicut ſubintrat locū patris in ſucceſsione aui, ita pronepos nepotis. cō ſi.124.nu.56 171
Nepos cum ingreditur locum patris per fictionem, illius perſonam aſſumit. ibidem nu.96 178
Nepos continetur appellatione filij ex quadam improprietate. conſ.150. nume.63 282
Nepotes quando concurrūt cum patruo vt ſuccedant auo dotē maternam imputare debent in legitimam.conſi.153. nu.6.302.idem de propria dote in neptibus.nu.23 303
Nepotes concurrentes cū patruo in ſucceſsionē aui veniunt ex perſona eorum patris non ex propria. ibidem nu me.7 302
Nepotes filiorū appellatione nō veniūt in contractibus.conſilio 197. numero 69.536.declaratur nu.81
Nepotes filiorum appellatione veniunt, quando



quando fit mentio naſciturorū filiorum.ibidem nu.82 538
Neptis conſequens dotem ex bonis aui fideicommiſſo ſuppoſitis debet in eā imputare, quod retinet ex bonis legitimæ & treb.patris ſui.conſi.151. nu.5. 285.Intellige vt nu.17
Neptis quando eſt dotata ex bonis communibus patris & patrui, vniuerſa dos etiam pro parte patrui dicitur profectitia.conſ.183.nu.6 458
Nihil ſine charitate ſumus.conſ. 137. nu. 20 218
Nobilitas ſine diuitiis ſordeſcit.conſ.116. num.3.102.conſilio 117.nu.50 114
Nocentem ſatius eſt abſolui quàm innocentem condemnare.conſilio 107.nume.87 49
Nomen deſcedentes non eſt ſpeciale, ſed generale & collectiuum plurium graduum.conſi.124.nu.92 177
Nomina ſignificandorum hominum gratia fuiſſe reperta.conſ.173.nu.5 401
Nomina appellatiua quædam collectiua quædam non.ibidem nu.13 402
Nomen agnatus, collectiuum, cum adiuncto meus, deſinit eſſe collectiuum. ib.nu.12 402
Nomina eſſe debent rebus conſonantia. conſi.191.nu.17 497
Nominum expreſsio operatur intercedēte copula, vt quilibet nominatorum viritim & ſeparatim conſideretur.cōſi.123.in ſubſcrip.nu.4 159
Nominatio tripliciter fit conſ.200. num. 9 560
Nominatio ſingularis quæ.conſ.200 nu. 10 ib.
Nominatio ſpecialis maiorem dilectionem teſtatoris ſignificare videtur.cōſi.124.nu.89.176.& cæteris præfertur. conſil.200.num.15.& numer.20. & 23. 561.& nu.65 564
Nominatio altero de tribus modis fieri dicitur.conſ.124.nu.90 177
Nominatio ex nomine proprio dicitur propriè nominatio. ibidem numero 91 ibid.
Nominationis effectus quis.conſilio 158. nu.6 324
Nominatio & tractatus probant quaſi poſſeſsionem filiationis in filiis legitimis.conſ.181.nu.2. 446. non autē in ſpuriis. 446
Noſtrum abſque facto noſtro à nobis auferri non poteſt.conſ.161.nu.19 351
Notarij ſcribentes teſtium atteſtationes, ſcribunt tantùm de ſtilo, eos ſuo iuramento depoſuiſſe.conſil.114. numero 18 91
Notarius non poteſt eſſe rogatus de his quæ ſibi ipſi vltra ſuum officium mādatur.conſi.180.nu.22 438
Notarij teſtimonio creditur, quando agitur de declaranda teſtatoris mente.cō ſi.195.nu.17 515
Nouatione facta, ſine ipſo iure, ſiue iure exceptionis renouatur fideiuſſor.conſi.120.nu.30 126
Nouatione tranſmutatur obligatio.conſi.127.nu.7 188
Nulla ab initio tractu temporis non conualeſcunt.conſilio 185.numero 16 468
Nullitatis obiectio non impeditur, quando aperta & notoria eſt.conſil.110.nume.72 68
Numerus pluralis, quod capiatur pro ſingulari, eſt improprietas.conſi.150.nume.51 281

O

OBIICI poteſt vitium aduerſus legitimationem, etiam ſi non ſit viſibile, modò aliunde probetur.conſi.180. num.44 441
Obligatio ab initio voluntatis, ex poſt facto neceſsitatis.conſ.116.nu.24 104
Obligatio contenta in compromiſſo an ſit indiuidua, cauſa, ob quam factum eſt compromiſſum, conſideranda eſt. conſ.123 nu.12. 154
Obligationem cenſeri indiuiduam ob naturam negotij.ibidem numero 17 155
Obligatio defendendi ſui natura diuidua.ibid.nu.37 157
Obligatio recipit ſuam certitudinem ſecundum quid, quale & quantum tempore diſpoſitionis.conſi. 138.nu.6 219
Obligatio illa à iure perpetua aſſeritur, quæ tricennio extinguitur. conſ. 143. nu.20 238
Obligatio dubia interpretatur ſecundū promiſſorem contra ſtipulatorem. conſ.179.nu.19 433
Obligatio ſemel ipſo iure extincta amplius non reuiuiſcit.conſil. 185. nu.26 469
Obligatus de euictione tenetu. pro facto ſui auctoris.conſil.123.numero 39 157
Obligatus ad factum, ita demum ob moram incidit in pœnam, ſi interpellatus non facit quod facere debet.conſ. 131.nu.5 200
Obligati ad factum quam primum poſſunt adimplere debent, ibid.num.18. imò nu.19 201
Obligatus ad factum ita demum in mora conſtituitur, ſi interpelletur. conſ. 134 nu.22 209
Obligari aliquem vno de tribus modis. ibid.nu.23 ibid.
Obſeruatio eſt optima interpres mentis dubiæ.conſ.122.nu.29 147
Obſeruatio anteacta diſpoſitionis interpretatiua.conſ.138.nu.8 219
Obſeruatio longiſsimi temporis & titulum præſumi facit & omnem errorem purgat.conſ.147. nu. 34 258
Obſeruatio varia imperiorū, regnorum & principatuum ex hiſtoriis refertur conſ.163.nu.5 363
Obſeruatio ſubſecuta interpretatur mētem reſcribentis. conſ. 192.numero 12 507
Obſeruantia antiqua optima interpres rei dubiæ.conſ.156.num. 28. conſ. 189 nu.19 489
Obſeruantia declarat actus naturam. conſ.191.nu.19 497
Officialibus curiæ ex regulis Cancellariæ nullum affertur præiudicium. conſ.112.nu.45 83
Officiales in Curia illi dicuntur, qui numerata pecunia officium emunt. ibi. nu.55 84
Old.conſ.21.declaratur.Item Ang.conſ. 159.nu.32.Anca.conſ.137. nu.33. Alex. conſ.135.li.2.nu.54.conſ. 117. nume.31 112
Old, conſ.178.diſcutitur.conſ. 160.nu.27 343
Omnia noſtra facimus, quibus auctoritatem impartimur. conſ.118.nume.20 120
Omnia, quæ licent honeſta ſunt. conſil. 137.num.21 218
Omiſſum dicitur relictum in diſpoſitione iuris communis, quando nihil fuit omnino à ſtatuto determinatum. conſi.187.nu.32 479
Onus reſtitutionis fideicommiſſi in dubio non cenſeri repetitum. conſil. 117. nu.26 111
Onus iniunctum filio non cenſetur iniunctum nepoti, niſi ſit eadem ratio. conſil.150.nu.30 279
Onus fideicommiſſi adiectum filio inſtituto tranſit in nepotem ſubſtitutū, quando filius non audiuit hæreditatem.conſ.152.nu.50 297
Onus iniunctum rei valorem minuit. conſ.171.nu.3 389
Onus impoſitum primo vocato magis dilecto in dubio præſumitur repetitū in ſecūdo minus dilecto.conſ.177.nu. 6 423
Opera & induſtria propria non debet eſſe damnoſa.conſ.155.nu.34 312
Opinio doct.de iure reſpondendo præualet illi, quam in lecturis affirmauit. conſ.124.nu.82 175
Oppida & terræ conuentionatæ vltra promiſſa in conuentione non tenentur.conſ.156.nu.19 315
Oppoſitio de iure tertij non admittitur. conſ.129.nu.31 195
Oratio ſingularis, quæ.conſ.173. num.18 403
Oratio particularis.quæ.ibid.nu. 20.ibi. item vniuerſalis nu.21.item generalis num.22
Ordo datus à teſtatore in inſtitutione & ſubſtitutione inter maſculos multo magis cenſetur datus in ſubſtitutione facta inter fœminas.conſ. 124.nu. 50 169
Ordo ſucceſsiuus propriè non conuenit inter plures collaterales. ibid.nu. 70. 170
Ordinem concordiam alere atque fouere.conſ.126.nu.1 184
Ordine deſtructo deſtruitur ordinabile.conſ.172.nu.4 394

P

PACTA nouiſsima derogant prioribus.conſilio 127.numero 11 189
Pacta initia inter locatorem & conductorem præſumuntur initia ſecundùm iuris communis diſpoſitionem. conſil.128.nu.6 191
Pactio parit perſonalem actionem.conſi.122.nu.79 152
Pactio, quam vim iuramenti habere voluerunt contrahentes, auget fraudis & fœnoris ſuſpicionem.conſ.109. nu me.37 63
Pactum nō valet inter debitorem & cre-

ditorem, quod fructus cedant loco intereſſe.conſ.110.nu.8 63
Pactum valet, quòd fructus rei pignoratæ cedunt creditori loco vſurarum in illis caſibus, in quibus vſuræ permiſſæ & debitæ ſunt. ibidem num.53 67
Pactum de communicando non tribuit ius in re.conſ.122.nu.21 146
Pactum qui fecit etiam cum iuramento de vendendo alteri, non impeditur venditio alteri facta.ibidem num. 23. 146
Pactum valere inter virum & vxorem de lucranda dote ſoluto matrimonio per mortem vxoris, quod effectum conſequitur etiam exiſtentibus liberis.conſ.196.nu.47 522
Pactum initum cum vno non excedit illius perſonam.conſ.197.nu.67.536.intellige vt nu.80
Pactum & renunciatio facta alicui prodeſt ſibi & eius hæredi.ibid.nume.73 537
Papa confirmando conceſſiones, quas fecit, ſi de vna tantùm apparet, illa confirmata dicitur.conſi.106.nu.167 16
Par in parem non habet imperium. cõſ. 147.nu.35 258
Paria ſunt aliquid non exprimere, vel ita, vt nequeat intelligi.conſ. 112. nu. 12 79
Parisius in conſ.91.nu.28. lib.2. declaratur.200.nu.37 562
Paria ſunt per nos vel per alios facere. conſi.189.nu.25 489
Pars vna diſpoſitionis clara declarat obſcuram. conſilio 193.nu.14 511
Parum & nihil æquiparatur.conſil. 184. nu.3 464
Parentum commune votum filijs benefacere & illis theſaurizare. conſ. 199. nu.45 551
Pater quando facit legitimæ filium viuo auo, debet auus conſentire, vt illi nepos agnoſcatur. conſilio 108. nume.7 51
Pater ſtipulatus dotem reddi ſibi ſoluto matrimonio morte filiæ, maritus ad patris præiudicium filio ægrotante, non poteſt mittere libellum repudij. ibid.nu.16 52
Patris & filij vna eſt & eadem perſona. conſ.116.nu.36. 105. intellige vt num. 50
Patris factum non nocet filio.ibid.nu.43 ibidem
Patrem filiorum nomine poſſe reuocare rem fideicommiſſo ſuppoſitam ex filio reſtituendam, ſi eam extraneo alienauit. ibid.nu.48. 106
Patris improbitatem non detrahere bonitati & fidei filiorum. conſilio 118. nu.23 110
Pater in generatione præbet formam, mater verò materiam.conſil. 124. nu. 101 178
Patrem elegiſſe bonum conſilium pro filio, præſumitur.conſ.145. nume.40. 249.conſ.142.nu.63 299
Pater exiſtente pauperi Auus eius filias dotare tenetur.conſilio 151.numero 3 284
Pater vbi eſt diues, auus non tenetur ex bonis ſuis neptem dotare. ibid. nu.11 285
Pater non poteſt præiudicare filijs in rebus etiam à ſeipſo donatis. conſ.155. nu.3 309
Pater non poteſt filio inuito proponere querelem contra teſtamentum matris.ibid.nu.4 ibi.
Pater ſi ſtipulatur dotem reddi filiæ, non amplius ſuo facto pater præiudicare poterit ipſi filiæ.ibid.nu. 27 311
Pater ſi ſtipulatur feudum pro ſe & filijs ſuis, dicitur feudum conceſſum tam filijs quã patri ordine ſucceſſiuo. ibi. nu.28 ibid.
Pater poteſt tale feudum vni filiorum prælegare.ibid.nu.29. ibid.
Pater poteſt dare licentiam vxori ſuæ nubendi ſecundò, etiam in præiudicium filiorum.ibidem nu.33 312
Patrem poſſe in rebus ſuis allodialibus primogenituram conſtituere.conſil. 158.nu.32. 327
Pater de feudo antiquo nihil poteſt diſponere ad commodum vnius filiorũ. ibid.nu. 62.78.79 331
Patrem non poſſe præiudicare filijs repudiando primogenituram. ibid.nu. 85 334
Pater vni filiorum poteſt feudum prælegare, quando eſt miſtum. idem quando eſt ſimpliciter ex pacto & prouidentia, quæſitum tamen pecunia, vel benemeritis.conſi.161. nu.5 349
Pater ſi ſtipulatus eſt, filiæ dotem reddi, à patre ipſo amplius auferri non poteſt.ibid.nu.20. 351
Patrem, quando conſtat inſeruiſſe ipſi Principi concedenti feudũ, conceſſio dicitur facta contemplatione merito rum patris, etiam ſi ſolummodo filij nomen in conceſſione fuiſſet expreſſum.ibidem nu.32 355
Pater feudum nouum ex pacto & prouidentia non poteſt legare alicui extra neo, nec repudiare in præiudicium filiorum.ibid.nu.54 356
Pater ſi in compenſationem feudi prælegati aliis filiis pater aliquid relinquit. ib.num.55 ibid.
Pater quando aliquit relinquit filio pro legitima, poteſt fili⁹ acceptare & dein de ſupplementum legitimæ petere.ibidem.nu.56 ibid.
Pater filiorum nomine ſtipulari poteſt. conſ.162.nu.1 357
Pater ſtipulatus emphyteuſim pro ſe & filio, emancipato, non poterit eam alteri prælegare.ibid.nu.4 ibid.
Pater ſtipulari poteſt filio emancipato. ibid.nu.7 ib.
Pater prohibens nominatim filium in re certa inſtitutum feudum petere, nil poterit conſequi.ib.nu.16 358
Pater quando acquirit ciuilitatem, intel ligitur acquirere pro ſe & filiis. conſi. 165.nu.6 372
Pater ſi donat filio ſpurio alimenta præſumitur ob qualitatem donatarij fuiſſe donatum ob pietatis cauſam.conſi. 167 .nu.11 378
Pater donans ſpurio benemerito præſumitur donaſſe affectu ſanguinis.ibid. nu.14 ibid.
Patrem non poſſe conſtituere filiæ dotẽ minus ipſa legitima, vel ſaltem non ita tenuem.conſ.168.nu.7.8 379
Pater quod voluerit ſumere bonum con ſilium pro filia præſumptio eſt. ibidẽ numero 12.14 380.conſ.117.nu.7
Pater veriſimiliter vult filios & nepotes æqualiter debere ſuccedere. cõſ. 200. nu.29 561
Pater ſi relinquat mille filiæ ſi nubat, & ſi religionem ingrediatur 200.conditionem reiici.conſ. 169.nu.3. 382. imò non nu.18
Pater ad ſolam legitimam tenetur erga filiam.ib.nu.9 383
Patrem ſeminare, matrem verò ſemen ſuſcipere.conſi.172.nume.27 397
Pater quando habet vſumfructum in bo nis filij, ſi filius delictum aliquod cõmittit, bona in commiſſum non incidunt.conſi.182.nu.13 457
Pater quando eſt diues, ipſe ſolus tenetur dotare filiam.conſi.183. numer. 14 459
Patrem poſſe grauare filium in legitima, quando eum hæredem inſtituit vltra eam.conſ.196.nu.15 518
Patrem poſſe conſtituere reciprocum fideicõmiſſum ſuper legitima filij ſui. ib.nu.16.ib.in quo Bart. reprehenditur nu.20 519
Patientia & taciturnitas longi temporis non ſufficiat in his, quæ ſunt magni præiudicij.conſ.158.num.84 334
Patria naturalis non accidentalis attendi tur.conſ.112.num.61 84
Patria poteſtas morte ſoluitur.conſi. 151. nu.10 285
Patriæ debemus omnia.conſil. 161.nu. 9 354
Patriæ pluſquam parentibus debemus. conſi.175.nu.22 417
Patrui vteini ex iuris diſpoſitione propriè patrui appellantur.conſ. 187. nume.13 476
Paul.Caſtr.doctrina in l.ſi ex toto in vlt. opp.de leg.1.declaratur.conſi.106. nu me.189 18
Paul.de Caſtr.in l.ſi pupillus.in fin.ff. de acq.hære.inducitur & reprehenditur. conſ.179.nu.7 432
Paul.de Caſtr.in l.vlt.C.de verbo. ſignific.inducitur.conſilio 198.numero 15 542
Paupertas quando repellat & quando diminuat de fide in teſte.conſi.149. nume.46 274
Peccare non dicitur, qui ex duobus bonis minus eligit.conſilio 169. numero 10 383
Pecunia ad emptionem fundi deſtinata cenſetur res immobilis. conſilio 114. nume.32 92
Pecunia breui manu numerata quando dicatur.conſi.118.nu.21 120
Pecunia propria quando ſub communi nomine negotiatur ſocietatis, luc rum debet eſſe commune.conſilio 121. nume.22 131
Pecunia vbi relinquitur à patre filio pro ſua legitima, illa debetur iuxta valorem, qui eſt tempore ſolutionis.conſ.138.num. 14 220
Pecunias ſecundi ſanguinis nomen obtinere conſ.175 nu.5 415
Periculum interitus rei ad dominum ſpectat. conſ.122.num. 44 148
Periculum vbi maius verſatur, ibi cautius agendum. conſilio 149 nume.4 268
Periculum diminutionis rei datæ in dotem æſtimatæ ad eum ſpectat, ad quẽ illius augmentum.conſil.155.nume.35 312
Periti communi partium conſenſu electi deponunt abſque iuramento. cõſ. 114.nu.16 91
Periti quando eliguntur, præualet ſententia duorum.conſilio 199. nume. 11 548
Periurus ab officio & dignitate amoueri debet, cuius cauſa periurauit. conſil. 175.nu.23 417
Periurium graue admodum crimen.ibi. nu.27 ibid.
Permiſſum ad tempus dicitur prohibitũ poſt tempus.conſi.121.nu. 64 135
Permiſſum vbi non eſt aliquid directò à lege, nec per indirectum conceditur. conſ.181.nu.53 451
Permutationem beneficij factam ab eo, qui in mortis articulo laborabat, nõ nocere patronis. conſil. 108.nume.23 52
Penuriæ tempore cogi poſſunt ciues vẽdere frumentum viliori prætio, vel eo de publico ordinato.conſ. 137.nu. 12 217
Penuriæ tempore cogitur quis eleemoſinam facere.ibid.nu.15 ibid.
Perpetuitas ſpacio triginta annorum finitur.conſi.143.nu.32 240
Perpetuum intelligitur vſque ad quartam generationem.conſi. 197. nu. 64 136
Perſonam incertam à lege certificari. conſ.106.nu. 152 15
Perſonam ſemel fuiſſe demonſtratam in vocatione pura ſufficit, licet qualitas defecerit. ibid. nu.9 5
Perſona certa cum vocata eſt inſpicitur tempus conditi teſtamenti. ibi. nu. 65 8
Perſona indeterminatè vocata, ſi non reperitur tempore euenientis conditionis, nullomodo vocata dicitur. ibid.nu.129.131 14
Perſona incerta & determinatè vocata quando dicatur.ibidem num. 132.137. 143.160.162.163.167 ibid.
Perſona incerta in electione quando dicatur.nu.138 ibid.
Perſona non eſt detegenda, cum agitur de decreto alicui commiſſo ſub ſigillo ſimplicis ſecreti de delicto committendo, & dubitatur, an eius perſona debeat reuelari aut detegi.conſ. 107.nu.70 47
Perſonarum diuerſitas quando extat, tunc qualitas poſita in vna parte diſpoſitionis non cenſetur repetita in altera.conſ.111.nu.24.71. conſ.117. nu.38 113
Perſona dilecta magis non debet cenſeri excluſa à minus dilectæ.ibi. nu. 58 75
Perſonæ mutatione mutatur cauſa, negotium & obligatio.conſ.119. nu.8 122
Perſona mutata mutatur qualitas rei. ibid nu.21 ibid.
Perſonæ mutatione mutatur priuilegiũ conſ.136.nu.3 214
Perſona propria quando eſt nominata, in qua conditio implenda eſt, non poteſt deinde impleri in perſona hæredis illius.conſ.143.nu.27 239
Perſuadere, eſt pluſquam compelli ſibi parere.conſ.175.nu.4 414
Perſuadere dolo is dicitur, qui ſciens rem aliter proponit & ſuadet. ib.nu. 9 415
Pertinentiæ illæ appellantur, quæ pro ipſius rei vſu ſunt.conſi.140. num.24 227
Pertinacia non præſumitur. conſil. 146. nu.50 275
Pertinax vt quis dicatur, quid requiritur ib.nu.51 bid.
Petitio generalis ob incertitudinem & obſcuritatem reijcitur.conſil.107.nu. 14 44
Petitio vim maximam habet declarandi conceſſionem, etiam ſi obſcura & dubia eſſet.conſ.160.nu.32 344
Petitionem hæreditatis dominari à potentiori ſignificatu.conſ.191. num.28 498
Pignus vt conſiſtat, requiritur quòd pignorans rei pignoratæ dominus ſit tempore contracti pignoris.conſ.122. nu.8 143
Plures quando ſuccedere debent, ſalua gradus prærogatiua, filius non ingreditur locum patris.conſ.124.nume.85. 176.intellige vt numero 86.87
Plures cum vocantur ſub plurali nomine omnes æqualiter eodem tempore ſuccedunt.conſ.158.nu.27. 327. declara vt nu.53
Plures quando vocati ſunt per copulam, inter quos cadit ordo charitatis exclu ſa neceſsitate, tunc omnes cenſentur eodem tempore ſimul vocati. conſil. 198.nu.2 540
Plures quando dicantur æquè ſimul vocati.ibi.nu.23 543
Pluralis locutio non poteſt in vno verificari regulariter.ibidem numero 6 540
Pluralitas reſoluitur in ſingularitatem. conſ.190.numer.6.490.& conſil. 200. nu.34 562
Pluralitas actuum præſumitur ad euitandum falſitatem. conſ. 199. numero 23 547
Plus debito potens puniri debet ad pœnam tripli ſumptus, quem ſuſtinuerunt aduerſarij.conſ.127.nu.1 188
Plus debito petens ſolet altero de duobus modis puniri.ibidem numero 3 ibid.
Pœnam pro aliquo facto non eſſe indicendam, niſi expreſſa lege ſit cautum. conſ.107.nu.94 49
Pœna non debet egredi ſuos auctores.cõſilio 123.numero 7.in ſubſcrip. 159
Pœna aliqua quando conſtituitur in lege vel ſtatuto, ſi aliquid factũ nõ fuerit, pœna nunquam committitur, niſi præcedat monitio.conſi.132.nume. 14 203
Pœnæ locus eſt, quando alienatio fit dolo & mala fide. conſilio 165. numer. 11 373
Pœnam priuationis deferri ei, cuius con templatione indicta fuit.conſil. 177. nu.2 422
Pœna indicta contra homicidam non ligat ſtatuti conditorem.conſilio 182. nu.5 456
Pœnæ fraudantium vectigal ſunt de ſpectantibus ad ipſum vectigal.conſ.189 nu.14 488
Pontifex ſi reſcribit ordinario, vt de tali cauſa cognoſcat, non dicitur mandare nouam iuriſdictionem, ſed veterẽ excitare.conſ.134.nu.18 209
Pontificis maximi aſſertioni ſumma fides adhibenda.conſilio 147. numero 19 257
Pontifex omnium beneficiorum dominus.conſ.192.nu.7 506
Pontifex non poteſt liberè & abſolutè, nulla cauſa legitima præcedente, con cedere quæ ſunt eccleſiæ.conſ.112. nu me.6 77
Pontifex quando cõcedit aliquid ſibi ſanguine coniunctis, non eorum meritis mouetur, ſed ſanguinis affectu. ibidẽ nu.7 78
Portio vnius coniuncti alteri defertur, quando is præmoriens decedit ſine liberis.conſ.160.nu.53 347
Portio cohæredis prædefuncti teſtatori efficitur caduca.conſilio 198.numero 7 451
Portione alterius ex coniunctis deficien te accreſcit, vel verius non decreſcit aliis re & verbis coniunctis.ibi. num. 10 ib.
Portio deficientis cenſetur delata cum ſuis qualitatibus.ibidem numero 30 544
Poſiti in conditione coniecturis teſtamẽti dicuntur vocati.conſilio 135. numero 2 213
Poſitos in conditione non ſuccedere ex teſtamento ſed ab inteſtato.conſi.150. num.12 278
Poſitos in conditione non cenſeri vocatos, etiam ſub qualitate maſculinitatis. conſilio.152.nu.1.2.291. ſed contra nu.3.24 291
Poſiti in conditione per ablatiuos abſolutos dicuntur vocati. ibidem nume. 9 292
Poſiti in conditione an cenſeantur vocati ex teſtamẽto.conſil.173.num.48.49. & quando nu.50.51.52.53.54 408
Poſiti in conditione cenſentur ex teſtamento vocati, maximè ſub qualitate maſculinitatis poſiti.conſ.197.nu.3.4. maximè geminatè.nu.5.ſtante prohibitione alienationis. extra familiam nu.6. idem ſi excluſit proprias filias & neptes à ſua ſucceſsione nu.7 535

Poſſeſsionis cauſa eſt ſeparata à cauſa dominij.conſ.123.nu.25 155

Poſſeſsio rei venditæ retineri poteſt à venditore,donec ei fuerit ſatisfactum.cõſi.127.nu.14 189

Poſſeſsionem naturalem habens ante omnia debet reſtitui.conſ.139.nu.2 222

Poſſeſsio defuncti quod continuet in hæredes,locum non habet, quando defunctus ſolùm detinebat.ibidem nume.12 ibid.

Poſſeſsio vbi eſt apud defunctum ex cauſa non tranſitoria ad hæredes, huiuſmodi poſſeſsio ad eos non tranſit.ibi. nu.18 223

Poſſeſsio defuncti virtute ſtatuti continuat ad hæredes,quando illa poſſeſsio ab alio non occupatur.ib.numero 20 ib.

Poſſeſsionem vitioſam confirmari non poſſe.conſi.180.nu.58 443

Poſſeſsionem ſtatim recuperari poſſe per miſſum eſt.ib.nu.61 ibi.

Poſſeſsionis apprehẽſio facta per procuratorem operatur ſecuta ipſius domini ratificatione.ib.nu.75 444

Poſſeſſor malæ fidei tenetur reſtituere etiam fructus, qui percipi potuerunt. conſi.110.nu.9 63

Poſſeſſores ſolent certam partẽ fructuũ municipio viliori pretio addicere. cõſi.137.num.14 217

Poſſeſſorem vi etiam recuperantem ſtatim poſſeſsionem à ſe ablatam nõ incidere in pœnam l. ſiquis in tantum. C vnde vi.conſil.180 nu.69 444

Poſſeſſor naturaliter poſsidens vbi negat admittere ciuilem poſſeſſorem, dicitur eum ſpoliare.conſ.139.numero 23 224

Poſſeſſorium iudicium quàm petitoriũ, vt prius diſcutiatur,iuris ordo poſtulat.180.nu.3 435

Poſsidens præſumitur poſsidere ex cauſa præcedenti.conſilio 147.numero 9 256

Poſteriora magis derogant præcedentibus,quàm è contra.conſilio 141.num. 27 230

Poſthumus ex quacunque vxore,poſthumus eſt teſtatori.conſil.106. numer.53 8

Poſthumum vocans non dicitur vocaſſe iam natum,etiam ſi ignorat eum non natum.ibid.nu.55 ibid.

Poſthumo naſcituro teſtatore viuo inſtituto efficit,ne eo teſtatore mortuo natus ſuccedat.ib.nu.130 14

Poſthumum ſi quis ita inſtituat, ſi me viuo naſcetur,non intelligitur inſtitutus poſthumus, qui mortuo teſtatore natus ſit.conſilio 171.numero 16 391

Potiſsimum eſt in vltimis voluntatibus eſſe vltimum.conſilio 170.numero 4 385

Praxis ſententiæ declaratoriæ contra hæreticum abſentem inquiſitum.conſil. 159.nu.3 335

Precarium & conſtitutum perire morte conſtituentis.conſilio 139. numero 19 223

Præcedentia declarant ſequentia.conſil. 149.nu.54 276

Præcedentia facilius influunt in ſequentia,quàm è contra.conſi.117 nume. 59 115

Precibus mentio fieri debet cuiuſcũque qui ius aliquod coloratũ habet in bonis illis.conſi.108.nu.34 53

Precibus obreptitiis vel ſubreptitiis quãdo aliquid conceditur, is concedens dicitur noluiſſe concedere. conſi.112. nu.72 86

Precium iuſtum eſt,quod communiter à cæteris præſtaretur.conſil. 114.nu.20. 91.conſi.137.nu.2 217

Precium rei conſideratur inſpecto tempore confecti contractus. ibidem nu. 21 91

Precium pertinet ad dominum rei.conſi.122.nu.49 149

Præciſè idem eſt,quod abſolutè & ad literam nullo excepto.conſ.132. numer. 25 204

Præciſum illud eſſe dicitur, quod ſtrictè admodum intelligitur.conſil.134.nume.26 210

Prædia reddi viliſsima bellorum cauſa. conſ.114.nu.22 91

Prædia exigua eccleſiæ cohærentia alienari non poſſe ſine ſolemnitatibus.ibidem nu.26 92

Prædilectus cum quis fuit fideicõmiſſo, etiam eius deſcendentes cenſentur prædilecti.conſ.124.nu.45 168

Prædilecti in vna parte teſtamenti cenſentur prædilecti etiam in alijs conſi. 141.nu.39 232

Præfationis mentem ſtatuentium declarat.conſ.150.nume.40. 280.conſ.160. nu.31 344

Præfatio cauſam finalem oſtendit. conſ. 192.nu.3 506

Prælatio maſculorum remotiorum proprijs filiabus arguit conſeruationem familiæ.conſ.197.nu.26 528

Præſcriptio non currit cum mala fide. conſi.143.nu.11.237. conſil.115.num.29 97

Præſens ille dicitur, qui intelligit.conſ. 191.nu.69 502

Præſentatio fructus iuris patronatus. cõſil.180.nu.63 443

Præſtatio facienda intelligitur pro prima vice tantum.conſil.193. numero 5 509

Præſumptio à ſermonis vnitate ducitur, cedit menti teſtatoris. conſil. 106.nu. 339 34

Præſumptio non eſt, Comitem voluiſſe ea, quæ iniuſtè & iniquè facta ſunt ad fraudem alterius.conſil. 108.nu.12 52

Præſumptio iuris eſt, quod quiſque eligat eum modum, quo actus à ſe geſtus ſuſtineri validius poſſit.conſ.112. nu.16 79

Præſumptio iuris in alium transfert onus probandi.conſilio 118.numero 14 119

Præſumptio eſt contra diu tacentem.cõſil.121.num.98 139

Præſumptio eſt, quod quis velit facere ea, quæ ſibi ſunt magis vtilia. conſil. 122.nu.70 150

Præſumptio eſt reſpectu habentis titulum, quod poſſideat ex illo titulo. conſi.127.nu.16 189

Præſumptio tollitur præſumptione validiore.conſi.147.nu.61 260

Præſumptio hominis non eſt potentior præſumptione legis.conſi.150.nu. 17 278

Præſumptio iuris dicitur euidens probatio, hominis nequaquam.ibid. num. 18 ibi.

Præſumptio iuris releuat ab onere probandi.ibid. nu.19 ibi.

Præſumptio illa laudabilis, quæ ſumitur ad euitandum malos mores.ib. nu.23 ibi.

Præſumptionibus hominis à præſumptione legis recedimus.ibid.num.64 282

Præſumptio.l.quintus.de dona. int. vir. & vxor.tollitur per præſumptiones, quæ hominis ſunt. ibid.num.65. 282. declarat.conſ.153.numero 11, 302

Præſumptionem hominis vehementem eſſe veram & propriã probationem. ibid.nu.66 282

Præſumptio eſt,quam elegiſſe viam,qua vtrique caſui ſit ſatisfactum.conſ.151. nu.20 286

Præſumptio iuris expreſſam continet iuris diſpoſitionem. conſ.162. nume. 17 358

Præſumptio eſt in dubio contra aſſerentem ſe legitimè natum.conſ.164.nu. 13 369

Præſumptionibus pluribus concurrentibus, illa præfertur, quæ ex coniunctione ſanguinis inſurgit. conſ.167. nu.1 377

Præſumptio illa recipitur in dubio, aliquid eſſe factum intuitu pietatis.ibi. nu.6 ibi.

Præſumptionis vis eſt, vt in aduerſariũ probãdi onus reiiciat.conſ.191.nu. 23 497

Præſumptio alia aliam trudit. conſ.198. nu.21 543

Præſumptio matrimonii quando inducatur ex multis actibus.conſ. 199. nu. 50 553

Præſumptio oriens ex nominatione ſingulari eſt efficacior ea, quæ prouenit ab ordine literæ.conſi.200.numero14 560

Præſumitur quis concedere ſecundum ius proprium & ſingulare, non autẽ ſecundum ius commune. conſil. 148. nu.45 266

Præſupponere aliquid dicimur, quando illud ſine diſputatione affirmamus. conſi.152.nu.57 299

Præteritio matris exhæredationis vim obtinet.conſ.130.nu.2 195

Præuaricator ille dicitur, qui aduerſam partem adiuuat prodita cauſa. conſi. 175.nu.15 416

Primiceriatus dignitatis locum obtinet. conſ.190.nu.5 490

Primogenitura tranſmittitur. conſ.106. nu.400 41

Primogenituram conſiderari in linea deſcendentium. ibidem. numero 353 36

Primogenituram vti odioſam reſtringẽdam.conſi.117.nu.81 117

Primogenituram conſtituere eſt quid exorbitans à lege communi.conſ.158. nu.21 326

Primogenituram poſſe quem de rebus allodialibus conſtituere.conſ.161.nu. 28 353

Primogenituræ iura non conſequitur illegitimè natus, deinde legitimatus per reſcriptum Principis poſt natiuitatem legitimi.conſi.173. nu.77 412

Primogenitura ſignificatur ex prærogatiua adminiſtrationis.conſ.181.num. 12 447

Primogenito admiſſo ad fideicommiſſum veniunt ex ordine ab eo deſcendentes. conſil. 106. nume. 309.31.360. 31 36

Primogenitus cõſideratur tempore ſucceſsionis.ib.nume.354.357.36

Primogenitus vt ſuccedat in regno ſemper fuit, & ſemper erit.conſ. 163. nu.1 362

Primogenitus nomen eſt naturæ nomẽ. cõſi.173.nu.70.411.intellige vt nume. 79

Primogenito licet expreſsè vel tacitè iuri ſuo renunciare.conſi.158.nume. 64 332

Primogenitus ſi paſſus eſt in feudo iuriſdictionis ad ſeipſum tantùm pertinẽti ex teſtamento patris fratrem ſecundogenitum adminiſtrare & officiales conſtituere 30.annorum ſpacio, non dicitur ex actibus illis primogenitus renunciaſſe iuribus ſuis. ib. nu. 81 334

Primogenitus an ſibi præiudicet,ſi patiatur ſecundogenitum inueſtiri. conſi. 181.nu.87 454

Primogenitus ignoranter diuidens cum ſecundogenito, ſibi non præiudicat. ib.nu.92 ib.

Princeps, nec Comes Palatinus poteſt legitimare illegitimum, mortuo patre, ad præiudicium eorum, quibus ius quæſitum eſt re vel ſpe de præſenti.conſi.108.nu.11 52

Principem poſſe præiudicare agnatis & cognatis in iure tantummodo ſibi delato,dummodo illius iuris ſit certus. ib.nu.32 53

Princeps vel Comes Palatinus cum concedit legitimationem ex poteſtate iuris ordinaria, tunc ius delatum agnatis auferri non poſſe.ib.nume.59 56

Princeps quando legitimat poſt mortẽ patris ante aditam hæreditatem, poteſt ex ſua poteſtatis plenitudine præiudicare illis,quibus ius adeundi cõpetit.ib.nu.66 ib.

Principis mandatum debet intelligi ſine alterius damno. conſ. 119. numero 14 122

Princeps, qui Dei locum interris tenet, iuxta conſcientiam iudicare debet. conſi.136.nu.16 215

Principis commodum, habere numeroſum populum & locupletem. conſil. 137.nu.19 218

Princeps iuris mentionem faciens, intelligitur de iure à ſe edito.conſ. 138.nu. 20 221

Principis de poteſtate diſputandum nõ eſt.conſi.156.nu.12 314

Princeps quando ob benemerita ciui immunitatem concedit, in portione illius, quam ſoluere tenetur, alij ciues contribuunt. ib.nu.30 316

Princeps de plenitudine poteſtatis non poteſt tollere ius quæſitum ex conuentione partium.ib.nu.47 318

Principem ob cauſam publicæ vtilitatis poſſe auferre ius tertij, quando cauſa illa principaliter publicam vtilitatem reſpiciat, non ſecundariò.ib.nu. 48 ib.

Princeps quando ob publicam vtilitatem rem ab aliquo aufert, precium illi ſoluere debet.ib.nu.49 ib.

Principem non poſſe legitimare quoad feudum in præiudicium agnatorum. conſ.157.nu.8.319. imò vt num.31

Princeps tollere poteſt ea,quæ ſunt iuris poſitiui.ib.nu.11 320

Princeps ſeu Comes legitimando remouet ſolùm obſtaculũ illegitimitatis, non autem mutat contractum feudalem.ib.nu.23 321

Principem poſſe derogare cõtractui feudali,quando nondum ius quæſitũ eſt. ib.nu.24 ibid.

Princeps licèt nõ poſsit auferre ius quæſitum,ius quærendum poteſt.ib.num. 26 ib.

Princeps quando concedit Comiti Palatino priuilegium legitimandi, citatis & non citatis agnatis,non eſt neceſſaria citatio ipſorum agnatorum. ibidẽ nu.32 322

Princeps quando aliquid concedit pro ſe & hæredibus ſuis, & illud verbum hæredibus,intelligi debet de hæredibus ſanguinis,exponitur, ideſt, liberis,conſ.158.nu.9 324

Princeps non poteſt primogenituram in feudo conſtituere in præiudicium aliorum filiorum & agnatorum. ibidẽ numero 20.326.ſed contra num.40.& vide nu.51

Princeps non præſumitur,quod voluerit ea, quæ iniuſta & iniqua ſunt.ibid. nu.22.327.Intellige vt nu.52 327

Princeps etſi legibus ſolutus, attamen ſecundum leges viuere debet.ib.nume. 24 ib.

Principem poſſe ad præiudicium filiorũ & deſcendentium adhuc in humanis non exiſtentium conſtituere primogenituram in feudo.ibidem numero 34 328

Princeps poteſt auferre ius quæſitum,cũ ſubeſt iuſta cauſa.ibidem numero 36 ibid.

Principem poſſe iuſtis de cauſis concedere alienationem feudi antiqui ex pacto & prouidentia,etiam in præiudicium eorum,qui erant ſucceſſuri. ibi. nu.39 ib.

Principi aſſerenti ſe ex cauſa legitimaſſe ſpurium,non creditur.conſ.181.num. 23 448

Princeps ſupremus poteſt ſine cauſa ius alterius auferre.ib.nu.25.ibid.imò nu me.42 ibid.

Principem poſſe reuocare conceſsionem à ſe factam per modum contractus, quando in tali contractu nullum factum reciprocum interceſsit.ib.num. 26 ibid.

Princeps non poteſt auferre dominium vtile iã re ipſa vel ſpe probabili quæſitum.ib.nu.41 449

Principem nil poſſe partium conuentiones & placita infringere. ibidem nume.43 450

Principem non poſſe legitimare ſpuriũ in præiudicium agnatorum.ibi.num. 46 ibid.

Principem nil poſſe circa ius poſitiuum fundatum in ratione & æquitate naturali.ib.nu.48 ib.

Princeps quod velit perpetuo, quod ſemel voluerit.conſ.185.nu.5 467

Princeps præſumitur,quod ſit religionis Chriſtianæ obſeruantiſsimus. conſil. 196.nu.35 521

Principaliter quæ ſunt, in conſideratione habentur. conſilio 192. numero 8 506

Principium eſt, quod prædominatur in ſequentibus.conſ.148.nu.21 263

Priſciani locus.conſi.106.numer.259.261 24

Priuatio præſupponit habitum.conſi.171 nu.1 389

Priuilegium legitimandi aſſerens ſe habere vt filius talis, ante omnia conſtare debet ſe eſſe talẽ.conſilio 112.numero 67 86

Priuilegium conceſſum canonicis vt canonicis,ſi non conſtat eſſe canonicos, ſeu tales eſſe deſinant,extinguitur priuilegium.ib.nu.73 ib.

Priuilegia perſonalia non tranſeunt ad alios.conſi.136.nu.2 214

Priuilegium perſonale etiam in connexis tranſit in alterum. ibidem numero 23 215

Priuilegia omnia ſilent tempore penuriæ.vrgentis neceſsitatis ac belli.conſi.137.nu.9 217

Priuilegium ciuilitatis retrotrahi in fiſci præiudicium. conſilio 165. numero 4 372

Priuilegia conceſſa poſteris non extenduntur ad maſculos deſcendentes ex fœminis.conſ.172.nu.24 397

Priuilegia militum poſt annum miſsionis ceſſant.conſ.185 nu.11 467

Priuilegium ſpeciale per verba generalia ſtatuti non cenſetur ſublatum.cõſi.187.nu.44 481

Priuilegij vim obtinet tẽporis immemorabilis curſus.conſilio 192. numero 13 507

Priuilegium cõceſſum alicui ex ſuis deſcendentibus non comprehendere filias maritatas.conſilio 197.numer. 47 533

Priuilegium conceſſum non ſubdito reuocari non poteſt.conſi.113.numero 3 86

Priuilegia cõceſſa locis piis ſunt validiora.ib.nu.8 87

Priuilegium conceſſum loco pio,cum ſit intuitu pietatis conceſſum reuocari non poteſt.ib.nu.9 ib.

Probatio quod quis ſit ſolitus fœnus exercere, auget ſuſpicionem.conſil.169. nu.39 61
Probatio ſpecialis in probatione culpæ requiri ſolet. conſilio 118. numero 13 119
Probatio maior nulla reperitur ipſa confeſsione.conſilio 127.numero 18 189
Probationes plures imperfectæ in probādis cōtentioſis & antiquis finibus admittuntur.conſi.147.nu.48 258
Probationes rei præferuntur probationibus actoris. ibidem nume.63 260
Probationes recipiēdæ,ne veritas occultetur.conſi.188.nu.3 484
Probatio,quæ fit per comparationem literarum eſt admodum infirma. ibid. nu.5.ibid.declaratur nu.22 ibid.
Probationibus excluſis ex teſtibus, nō cēſeri excluſam probationem, quæ fit mediāte ſcriptura, etiā teſtibus coadiuuata.ib.nu.18 486
Probationes actoris non admittuntur, niſi dato termino reo ad opponendū. conſi.180.nu.45 441
Proclama generale non comprehendit perſonas priuilegiatas. conſ.182. nume.1 416
Procuratorem taxatiuè ad aliquod negotium cōſtitutum poſſe gerere ea, quæ ſunt conſuetudinis.conſ.121. numero 12 130
Procurator non poteſt facere, vt dominus incidat in pœnam.conſil. 127. nume.8 188
Procurator excedendo fines mandati, quando nil agat.conſil.179. nu.26 27. 28 430
Prohibitio alienationis bonorum, quæ fit in fideicommiſsis, fit vt bona conſeruentur in familia.conſ.116. numero 1 102
Prohibitio duplex hic adeſt legis & hominis.conſ.151.nu.27 287
Prohibitionis à teſtatore factæ tempore lapſo,quando adhuc duret illa legis. ib.nu.34 ibid.
Prohibitio expreſſa teſtatoris facit ceſſare tacitam legis.conſ. 132. numero 61 299
Prohibitio generalis de non alienando includit etiam eccleſiam.conſil. 169. num.7 383
Prohibitio alienationis reſtringitur ad ſuam cauſam.conſilio 177.numer. 27 426
Prohibitio alienandi extra familiam, an impediat alienationem in eos de familia.conſ.197.nu.32 530
Prohibitio de non alienando facta nominatim non extenditur ad hæredē hæredis.conſ.200.nu. 98 568
Prohibitio quando facta eſt de non alienandis bonis extra familiam, vt in familia remaneant, non dicitur cōtrauentum,cum facta eſt in aliquē,quāquam remotiorem,de familia.197. nume.43 532
Prohibitio ſimplex à qualificata multùm differt.ib.nu.66 536
Prohibitus alienare, prohibetur etiam promittere de alienando.conſ.116. nume.16 103
*Prohibitus rem à teſtatore alienare non poteſt partem ipſius rei alienare.ibid. nu.17 ibi.
Prohibitus alienare priuatur tātum pro ea parte,quam alienauit.conſ.164.nume.22 370
Prohibetur cum quid directè fieri,etiam indirectè prohiberi dicitur.conſil.116. nu.13 103
Prohibitum vbi eſt aliquid, cenſentur omnia prohibita,quibus ad illud peruenitur.conſi.116.nu.15 ib.
Prohibitum alienare bona, vt in familia remaneant, poſſe inſtituere propriū filium.conſi.197.num. 45 533. imò nu. 55
Promiſſio facti alieni nōn valet. conſil. 123.nu.11.in ſubſcrip. 160
Promiſſio de aliquem præſentando intra octo dies ſub pœna,quomodo intelligatur.conſi 132.nu.15 203
Promiſſio de vendendo infert, factam fuiſſe venditionem.conſil. 147. nu.10 256
Promiſſio de donando non videtur cōtinere donationem ipſam.conſil.178. nu.1 428.ſed contra nu.18
Promiſſio geminata oſtendit enixam voluntatem.ib.nu.11 429
Promittens aliquem defendere, intelligitur promiſſio facta contra alios,nō autem contra ſeipſum.conſ.123.num. 40.157.conſ.182.nu.3 456
Promittens alicui molere pro ſe & ſua familia, ſi illa maximè aucta eſt, iudicis officio ſit reductio ad primum numerum,conſil.156.nume.10 314
Pronomen meum, quid ſignificet.conſ. 106. nu. 170. 171.180.16.& quod tempus demonſtret.nu.185.19 .18 & ſui natura nil ſignificare.nu.267. nu. 275 25
Pronomen meum,in dubio ſtare demōſtratiuè.ib.nu.172 17.210.20.cum perſona adijcitur.nu.282 26
Pronomen meum,rebus adiectum quid operatur.ib.nu 181.187 17
Pronomen ſuus,fideicommiſſariæ adiectum, quos demonſtret.ib.num. 214. 21,& quando reſtringat. numero 279 26
Pronomen meum, adiectum ſubſtantiuo, illud reſtringit.ib.nu.258. 24.364. & loco nominis proprij efficitur. nu. 260.& quando accedat verbo. num. 270.272 25
Pronomini tempus non accedit. ib. 268 25
Pronominis mihi, in ſubſtitutione effectus.ib.nu.284.285.286 27
Pronomen ipſi eſt perſonaliſſimum cōſ. 115 nu.50.99.conſi.143 nu.25.239.conſil 183.nu.16 459
Pronomen ſuis,denotat dominium.cōſ. 129.nu.7 193
Proniores ſumus ad liberandum. conſi. 195.nu.8 514
Pronunciandum in dubio eſt contra donatarium, qui fundamentum in cauſa meritorum facit.conſi.112.nume.18 79
Pronunciandum eſt in dubio ad fauorē prolis.conſ.174.nu.9 415
Pronunciandum in dubio pro matrimonio, quomodò intelligatur.conſi.199 nu.54 555
Pronunciatur in dubio contra legatariū. conſi.166.num.13 376
Proœmium cauſam finalem oſtendit. conſ.184.nu.11 465
Propoſitum in mente retentum nihil operatur.conſi.178.nu.22 430
Propoſitum ad emendum non poſſe vēdere.conſ.189.nu.8 488
Proprium dicitur, quod eſt verè noſtrū. conſil.192.nu.6 506
Prorogatio ſeu continuatio fieri non poteſt, quando actus ipſe principalis eſt nullus. conſ.120.nu.39 127
Proteſtatio declarat animum proteſtantis.conſ.115.num.38 98
Proteſtatio facto contraria nil operatur. ib.nu.43 ib.
Proteſtatio non eſt neceſſaria, quando impedimentum eſt notorium. conſi. 120.nu.15 124
Proteſtationes proteſtantis ius tueri ſolent.conſ.156.nu.42 317
Proteſtatio quādo releuet.conſ.178. nu. 8.24 429
Prouenire è ſubſtantia alicuius dicitur, quod immediatè vel mediate deſcendit.conſ.153.num.19 303
Prouiſio hominis non tollit prouiſionē legis, cum tendunt ad diuerſum finem.conſi.151.num.37 288
Proximiores vocati cenſentur, qui proximiores ſunt tempore euenientis venditionis. conſi.106.nu.79 9
Proximior inſpecta perſona teſtatoris conſideratur, cum per ſubſtitutionē vulgarem ſucceditur. ib. numero 310 31
Proximior inſpecta perſona grauati conſideratur, cum per fideicommiſſariā ſucceditur.ib.nu.311 ibid.
Proximior fuit excluſus,ergo remotior, in fideicommiſſis argumentari licet. conſ.150.nu. 29 279
Proximiores vbi ad ſuccedendum vocantur ſub plurali nomine omnes eiuſdem gradus admittuntur. conſil.158. num.28 327
*Proximos diligemus ac nos ipſos. conſil. 107.nu.76 48
Publicatio bonorū eſt actus iuriſdictionalis.conſi.147.nu.54 259
*Publicè intereſt ab vno tantùm regi.cōſi.158.nu.37 328
Pugnantia in eodem ſubiecto ſtare non poſſunt.conſi.160.nu.24 342
Pupillo in pupillari verè & propriè ſucceditur.conſi.124.nu.16 165
Pupilli fauor debet præualere fauori matris.conſilio 144.num.2.242. intellige vt nu.21
*Pupillus cenſetur eſſe ſub poteſtate tutoris.conſ.145.nu.18 247
*Pupillaris matrem excludit.conſil. 144. nu.3 242


Q


QVAESITVM ꝓpria induſtria, primò ſibi,deinde alteri,poteſt iſte, cuius facto illi acquiritur, antequam illi alteri ius quæſitum ſit perfectè, iā acquiſitionem reuocare.conſi.161.nu. 7 349





7 349
Quæſtio facti & iuris illa eſſe dicitur, quæ ſuppoſito facto à coniecturis pendet. cōſi.180.nu.50 441
Qualitatē à teſtōre requiſitā in vocatione pura,qui habet tpe mortis teſtōris, apt⁹ eſt ipſi teſtōri ſuccedere. cōſ.106.n. 2.2. Idem eſt in eo,qui habet ſolùm tempore conditi teſtamenti.nu.7 2
Qualitatē habēs tpe eueniētis conditionis eſt aptus ſucceſsioni.ib.n.25.28.6.Idē qn̄ plures ſunt vocati collectiuè,& vn⁹ vno, alter altero tēpore qualitatē habet nu.10 Idē tamen non eſt in eo, qui poſt mortē teſtatoris talis effectus fuit.nu.12.46. Idē qn̄ plures collectiuè ſunt vocati.i.n. 26 6
Qualitatem adeſſe vno tempore ſufficit,vt vocatus ſuccedat.ib.nu.27 ibid.
Qualitas adeſſe debet eo tempore, quo actus ad effectum perducitur.ib.nu. 87.& nu.89.90.11.declaratur & nu.127.257. & nu.352.de qualitate maioratus.
Qualitate deficiente deficit & actus ſub ea qualitate confectus.ib.nu.88 11
Qualitas requiſita præexiſtētiæ ſemper adeſſe requiritur.ib.nu.94 ibi.
Qualitatem adiectā tutelæ ab obiecta ſucceſsione differre.ib.nu.96 ibi.
Qualitas per modum demonſtrationis requiritur,vt adſit tēpore actus.ib.nu.99 12
Qualitas præſumitur adiecta diſpoſitioni cauſa demonſtrationis.ib.nu.100 ibid.
Qualitas qualificat omnia,quæ in diſpoſitionē reperiuntur.ib.nu.286 27
Qualitas reſpiciens verbum à tempore verbi determinatur.ib.nu.101 105.12. conſi. 107.nu.22.45,conſi.142.nu.6.233.cō.149. nu.33 27
Qualitas adiecta verbo quando reſpiciat initium.ib.103 12
Qualitas extrinſeca perſonæ adiuncta non excludit perſonam,quæ aliàs eſſet ſimpliciter vocata.ib.nu.25 6
Qualitatem adiectā ſubſtantiæ qualificare. ib.nu.265 25
Qualitas non refertur ad perſonas.ibidem nu.318 32
Qualitas & conditio matris narranda Comiti Palatino.conſ.108.nu.29 53
Qualitas quod ſit repetita ab vna parte diſpoſitionis in altera,pendet à coniecturata & præſumpta mente diſponentiū.conſi.111.nu.8 70
Qualitas appoſita in prima diſpoſitione cenſetur repetita in ſecunda, quando adeſt eadem ratio.ib.nu.11.Item quādo ſequeretur abſurdum.nu.12 ib.
Qualitas in contractibus poſita in vna parte nō cenſetur repetita in altera.i.n.22.71
Qualitas non cenſetur repetita quando adeſt diuerſa ratio inter caſum præcedentis diſpoſitionis & vſum ſubſequētis. ib. nu.26 72
Qualitatis repetitio ceſſat, quando repugnat ſermonis rectitudo.ib.nu.27 ibid.
Qualitas non cenſetur repetita in vna parte diſpoſitionis in altera quando verſamur in diſpoſitione ſtrictè interpretanda.ib.nu.29 ib.
Qualitatis repetitio nō fit ex vna parte diſpoſitionis ad alteram,quando repetitio redderetur inutilis.ib.nu.32 ib.
qualitas poſita in præcedēti ſubſtitutione nō cēſetur repetita in ſequēti.cō.117.n.37
qualitas legitimalis eſt quædam qualitas cohærens perſonæ.ibi.nu.40 ib.
qualitas maſculinitatis dicitur cohærere perſonæ vocati ib.num.41 ibi.
qualitas poſita in primo caſu non cenſetur repetita in ſecundo, quando adeſt diuerſa ratio.ibi.nu.44. ibid.
qualitas in diſpoſitione odioſa & periculoſa poſita in vna parte diſpoſitionis nō cēſetur,repetita in alt.part.ib. nu.46 114
qualitas repetita cenſetur,quādo niſi fieret ſequens diſpoſitio eſſet inutilis.ib.nu.57. idem è contra nu.58 115
qualitas poſita in prima diſpoſitione repetita cenſetur in ſecunda, quando præſumpta & coniecturata voluntas teſtetoris extat.ibi.nu.60 ibi.
qualitas adiecta primæ perſonæ vel rei,quādo cenſeatur repetita.ibi.nu.62 ibid.
qualitatem repeti, quando ſequens diſpoſitio conuenit præcedenti in genere,numero & caſu. ibid.nu.63 ibi.
qualitatem maſculinitatis cēſeri repetitā, cum agitur de conſeruatione agnationis & familiæ, vel militat eandem ratio. ib. num.64.66 ibi.
qualitatis repetitio ab vna diſpoſitione ad alteram conceditur,ad euitandū abſurdū ibid.num. 67 ibi.
qualitas cenſetur in ſubrogatum repetita, quando vnum ſubrogatur loco alterius. ibid.nu.70.116.conſil.152. num.30 294
qualitas vel conditio adiecta vni perſonæ non cenſetur repetita in altera, quando non ſubeſt aliqua ratio, quæ repetitionē ſuadeat.ibid.nu.73 116
qualitas cohærens perſonæ tunc non dicitur repetita ab ea in alterū,quādo eſt qualitas, quæ tacitè ineſt illi perſonæ.ib.n.74 de ratione nu.75 ib.
qualitates nullæ ſunt non entis.ibi.nu.76. 117.conſi.122.nu.32 147
qualitas pecuniæ probatur iuramento,quādo qui abſtulit aufugit. cō.120.nu.32 127
qualitatē appoſitā in prima ſubſtitutione nō cenſeri repetitā in altera.cō.124.n. 7 2
qualitas vbi eſt poſita in ſecundo caſu, qui diuersā rationē habet à primo, illa qualitas nō refertur ad primū.cō.130.n.14 197
qualitatis relatio in dubio admittenda nō videtur.ibid.nu.15 ib.
qualitas appoſita in ſtatuto probanda eſt. conſ.132 nu.23 204
qualitas facile præſumitur.cō.148.n. 264
qualitas, quòd fama ortum habuerit à perſonis fide dignis, probari debet.conſ.149 nu.41 273
qualitas adiecta diſpoſitioni transfertur cum diſpoſitione.conſi.152.nu.31 295
qualitas appoſita in prima diſpoſitione,qn̄ cenſeatur repetita in ſecunda.ib.n.32 ibi.
qualitatem maſculinitatis cenſeri repetitā, cum eadem militat ratio.ibi.nu.33. ibi.
qualitas adiecta primæ diſpoſitioni nō cēſetur repetita in ſecunda, quādo extat perſonarū diuerſitas.ibid.nu.43 296
qualitas poſita in vna parte non cenſetur repetita in altera.ibid.num. 6 ibi.
qualitas aliqua ſubſtantialis quando actui adijcitur,vel ab eo decerneretur, actus ille amplius non dicitur antiquus, ſed nouus.conſil.162. nu.13 341
qualitas poſita in vno non cenſetur repetita in altero,quando adeſt diuerſa ratio inter caſum præcedentis diſpoſitionis & ſubſequentis.conſ.166.nu.4 375
qualitas poſita in vna parte diſpoſitionis reſtrictiua ad eam,nō poteſt illa repeti ad ſubſequentem partem ib.nu.2 374
qualitas poſita in vna diſpoſitione nō cenſetur repetita in altera,quando præſumpta volūtas teſtatoris repugnat.i.n.5 375
qualitas poſita in prima diſpoſitione tūc cenſetur repetita in ſecunda, quando adeſt eadem ratio.ib.nu.7 ibi.
qualitas cenſetur repetita à prima diſpoſitione in ſecūdā,qn̄ aliàs,niſi cōcederetur aliquod abſurdū ſequeretur.ib. nu.8.ibi.
Qualitas poſita in vna pate diſpoſitiōis cēſetur repetita in altera ex cōiecturata mente teſtatoris.ibid.num.9 ib.
Qualitatis repetitio aliàs non permiſſa admittitur,ne diſpoſitio,quæ fauorabilis eſt reſtringatur.ib.nu.12 ib.
Qualitate perſonæ præſumitur cauſa pietatis factum.conſi.167.nu.5 377
Qualitatis repetitio in vna parte teſtamēti poſitæ non cenſetur repetita in altera parte, quando materia odioſa eſt & ſtrictæ interpretationis.conſ.171.nu.21 391
Qualitatem operari circa caſus expreſſos non autē tacitos & omiſſos.cōſ.173.n. 63
Qualitas vni perſonæ adiecta ad alterā referri non poteſt, vbi extat perſonarum diuerſitas.conſil.177.nu.12 424
Qualitas poſita in vna diſpoſitione nō poteſt referri in altera, quando præſumpta volūtas teſtatoris refragatur.ib.nu.15 ib.
Qualitas poſita in vno porrigitur ad alterum, quādo adeſt diuerſa ratio inter caſū præcedētis diſpoſitionis & ſubſequentis caſum.ibid.nu.17 ibid.
Qualitas poſita in vna parte nō cēſetur repetita in altera diſpoſitione odioſa & correctoria.ibid.nu.18 425
Qualitas vbi eſt appoſita in vna parte diſpoſitionis reſtrictiua ad eam, illa non poteſt ad ſequentia repeti, nec ad præcedentia referri.ib.nu.19 ibi.
Qualitas poſita in vna parte diſpōnis nō cenſetur repetita in altera, vbi materia eſt periculoſa.ibid.nu.23 ib.
Qualitas poſita in vna parte diſpoſitionis ad alteram non refertur quando inutilis eſſet diſpoſitio.ibid.nu.24. ib.
Qualitatis ſubſtantialis immutatio alerat actum & diſpoſitionē.conſ.190.n.21 493
Quaſi poſſeſſio antiqua extinctū priuilegium reconualidat.conſ.112. nu.52 83
Quaſi poſſeſſio cōferendi inducitur ex vnico actu.conſi.190.n.2 490
Querela inofficioſi naſcitur poſt mortem teſtatoris.conſil.130.nume.3 195
Querelam ꝓponēdi, ad quē nō ſpectat, ſi ꝓpōit,expēſas nō repetit.cō.145 n.4 246
Quilibet de re ſua ad libitū diſponere nō poteſt.conſ.161. nu.27 353
Qui ſcit,aliquē moliri aliquid aduerſus ſui principis maieſtatē, non tenetur reuelare eum,ſi factum illud probare non poteſt. conſi.107.num.79 48
Quod ſemel placuit amplius diſplicere nō poteſt.conſ.162.num.12 358
Quod eſt ꝓpter aliud non conſideratur. conſi.200.nu.76 566


R


RADIX vbi infecta eſt, infecti etiam ſunt palmites.conſ.187.nu.10 475
Ratificatio nihil operatur, quando res nō integra.conſi.191.nu.84 504
Ratificatio ſequitur ex diuina poſſeſſione, fructuūq; perceptione.con.196.n.21 519
Ratihabitio mādato æquiparat.c.145.n.45
Ratihabitionem nil operari, cū res integra non eſt.conſi.180.nu.76 445
Ratihabitio inducitur ex taciturnitate diuturna.conſ.189.nu.11 488
Ratihabitio requirit perfectam ratificantis ſcientiam.ibid.num.12 ib.
Ratio vbi par eſt, etiā paritas caſuum.cōſil.106.nu.305 30
Ratio vbi eadē ibi, idē ius.conſ. 107.n.19. 44.conſ.197.nu.1 525
Ratio dictū ampliat. cōſ.112.nu.25.80.cōſil.187.nu.3 474
Ratio generalis omnes caſus comprehendit.ibid.nu.36 82
Ratio vbi eadē, idem ſtatuendum eſt ius. nec extenſio dicitur fieri.conſi.113. nu.4. 5.ſed dicitur potius interpretatio intellectiua, quam extenſiua.nu.6 87
Ratio quando militat eadē in ſecunda diſ-




BIBLIOTECA

poſitione ſicut in prima, qualitas appoſita in prima cenſetur repetita inſecunda. conſi.117.num.65 115
Rationes reddi ſolent veris dominis, aliquando non.conſ.122.nu.46 148
Ratio generalis ampliat dictum. conſ.151.nu.32,287,conſ.197.nu.16 527
Rationem generalem ampliare teſtatoris diſpoſitionẽ &illã declarare.cõ.173.n.64
Ratio anima legis, quæ verbis antefertur. conſi.187.nu.34 479
Ratio & mens plurimum valet in ſtatutis interpretandis.ibi.nu.46 481
Ratio generalis efficit,vt dictũ extẽdatur ad caſum,ad quẽ aliàs nõ adaptãtur verba,ẽt in materia ſtricta.cõſ.197.n.17 527
Ratũ habere facti diuidui eſt.cõſ.123.nu. 35
Recedendum non eſt à proprietate ſermonis in dubio.conſ.150.nu.1.53 281
Recedendum non eſt à vera & recepta opinione,etſi aliquando contrarium iudicatum fuerit.conſ.187.nu.55 483
Receptio in ciuem dicitur quidam cõtractus vel quaſi.conſ.132.nu.1 202
Recipiẽs feuda ſibi & maſculis in illiꝰ ſucceſsiõe fœmina nõadmittitur.cõ.148.n.6
Recognitio defuncti non poteſt ab hærede eius impobari.conſ.181.nu.99 455
Recognoſcẽs p errorẽ rẽ ſuã ab aliquo tã quã feudalẽ,ſibi nõ præiud.cõ.162.nu.29
Redimendi facultas rem aliquam an curſu tricennali ſublata ſit.conſ.143. nu.1 236
Redimendi facultas ſimpliciter data 30. annis extinguitur.ib.nu.14. 237
Redimere qui vult,pretium offerre debet. ibidem nu.4 236
Redditus eccleſiarum quatuor partes recipiunt.conſ.195.nu.14 514
Regibus & principibus numeroſam gentẽ gloriæ eſſe.conſi.126.nu.16 185
Regnũ duos non capit. cõ.158.n.30.57 527
Regnũ omne in ſe diuiſum deſolabitur.cõſi.163.nu.4 363
Regulæ.c.abſit.11.q.3.& l.meritò.declaratio.conſ.109.nu.26 60
Regulæ duæ quando concurrunt,vna affirmatiua & altera negatiua, tunc negatiua præualet.conſ.111.nu.28.72. conſ.117.nu.49.114.conſ.152.nu.47.296.conſ.166.nu.6.375.conſ.177.nu.25 425
Regulæ cãcellariæ nõ comprehendũt perſonas illuſtres.cõſ.112.nu.46.imò n.56 83
Regulæ Cancellariæ mortuo Põtifice earũ conditione expirãt.ib.nu.51.83. Intellige vt nu.63.conſ.182.nu.12. 457. & quomodo procedat.conſ.190.nu.17.18.19 492
Regula cancellariæ quando exhibenda in plumbo,ib.nu.53 83
Regu.cãcellariæ impreſſa & inter extrauagãtes relata vĩ legis generalis hab.i.n. 59
Regulę Cancellariæ ſunt ſimiles edictis antiquorum Romæ prætorũ.ib.nu.64 85
Regula l.nũquam.de vſuc.quomodo procedat.conſ.115.nu.33.34.35 97
Regula,qđ ſibi nõ nocet &c.cõ.121.n.8. 52
Regula,ex qua perſona quis lucrum ſentit. conſ.125.nu.7 182
Regula,ſi vĩco vincẽtẽ te &c.cõ.126.n. 26
Regula.§.ſin autẽ ad deficiẽtis.l.vn. C. de cad.tol.quomodo pcedat.cõ.140.n.4.16
Regulæ Cancellariæ generali cõtineri ẽt perſonã Cardinalis.conſ.190.nu.13 491
Regula.l.cum prætor.in prin. de iud. declaratur.conſ.197 nu.83 538
Relationẽ nõ fieri ad remota.cõ.106.n.287
Relationẽ non fieri ad præcedentia iã determinata.ib.nu.297 28
Relationem fieri ſolere iuxta mentem diſponentis.conſi.115.nu.14 96
Relatũ eſt in referẽte cũ õnibus ſuis qualitatibus.conſ.150.n.42.289.cõ.191.nu. 47
Relatiuum quis,ſtat diſtributiuè.conſ.123.nu.6.in ſubſcrip. 159
Relat.qui,ſine copula poſitũ ſtat reſtrictiuè.conſ.133.nu.2.205.cõſ.134.nu.16. 208. conſ.177.nu.22 425
Relict.cõſãguineo religioſo,ſi amore Dei relinquitur,ad pias cauſas dr.cõ.167.n. 2
Relictum contemplatione alterius id ei acquiritur.conſ.183.nu.20 460
Reliquiſſe in familia dicitur,licet vni reliquiſſet.conſ.161.nu.41 354
Religionis fauore cogitur quis rem propriam vendere.conſ.137.nu.16 217
Religioſus quilibet præſumitur verax.cõſ.114.nu.7 90
Remedia oportuna non exhibens doloſè verſatus eſt.conſ.121.nu.7 130
Remediũ præſcriptionis dicitur impiũ & rigoroſum.cõſ.143.nu.13.imò nu.43 237
Remedio vno ſublato non tollitur aliud conſ.152.nu.66 300
Remedium.l.2.C.de reſc.vend.excluditur ſpacio.30.ann.conſ.197.nu.86 538
Remotior aliquando melioris conditionis quàm proximior.conſ.150.nu.31 279
Remotior quòd ſit aliquando magis dilectus,non inconuenit.conſ.152.nu.58 299
Renunciationem non valere tenuis præbẽdæ à conſtitutos in mortis articulo, vt expectans pinguem acceptare habeat illam tenuem.conſ.108.nu.17 52
Renunc.ẽe factã infraudẽ expectãtis,ſi cũ eſſet infirmus renunciauit.ib.nu.18 ibi.
Renũciatio facta à filia fratribus viuentibus parentibus nõ valet,niſi ipſorũ parẽtũ accedat conſenſus conſ.196.nu.37 521
Renunciationes factæ cum curatore,quando valeant.ib.nu.38 ibid.
Renunciationem factam à filia dum matrimonio collocatur, reuocari ob ſuperuenientiam liberorum ib.nu.45 522
Renunciationẽ à filia factã bonorũ iuxta diſpoſitionẽ.c.quãuis.nõ reuocari ob ſuperuenientiã liberorũ.ib.nu.48.49 ibid.
Renũciatio generalis reſpectu vniꝰ pſonæ ad eã tãtũ reſtrĩgitur.cõ.197.n.71 536
Renunciatio illi ſoli prodeſt, cui prodeſſe renunciantis intereſt.ibi.nu.72 ibi.
Renunciationis factæ à filiabus ratio finalis,dum matrimonio collocantur à patre vel fratribus,eſt,vt cõſultum ſit maſculis, qui cõſeruare poſſũt.familiã.ib.n.74 537
Renunc.hæreditatis factã à ſorore vni fratrũ prodeſſe ẽt aliis fratribꝰ.ib.nu.79 ib.
Renuncians ſe excludit ab omni remedio conſ.115.nu.20 96
Renunciante iuri ſuo non datur regreſſus. conſ.197.nu.87 538
Repetitionem qualitatum non fieri in vere ſeparatis.cõſ.106.nu.299.29.& de perſona ad perſonam nu.318 32
Repetitionẽ ex interuallo concedi quãdo vrgens extat ratio.conſ.117.nu.80 117
Repetitio operatur ac ſi noĩatim atq; ſpecificè fuiſſet ita diſpoſitũ.cõſ.124.n.61.172
Repugnantia circa accidentalia nihil efficit.conſ.118.nu.22 120
Repugnantia in ſtatuto repellenda.conſil.154.nu.21 308
Res extincta à nomine primo demonſtratur ſæpe.conſ.106.nu.142 14
Res dubia tunc eſſe dicitur, quando ſunt rationes hincinde.conſ.115.nu.16 96
Res nobis acqrũtur multis modis.i.nu.54
Res ſubiecta fideicommiſſo ex cauſa neceſſitatis alienari poteſt.cõſ.116.nu.27 104
Rem alienare impeditus delinquendo eã non perdit.ib.nu.28 ibid.
Res integra eſſe deſiit ratificatione ſecuta. conſ.120.nu.38 127
Rem nomine proprio emptam ex pecunia aliena vel cõmuni propriam eſſe emptoris.conſ.121.nu.23.32.78 131
Rei valor cognoſcitur ex redditibus,& fructibus.ib.nu.36 133
Res à me empta meo nomine ex pecunia tua mea non efficitur,conſ.122.nume.40 148
Res empta licèt non tradita obligari poteſt.ib.nu.77 151
Res aliqua quo magis onere caret,eo maiori pretio diſtrahi ſolet,conſ.136. nume.20 215
Rẽ ſuã qui ob publicã vtilitatẽ vẽdere cogitur, iuſtum precium recipere debet. conſ.137.nu.1.216.quod intellige, vt nume.22
Res tantum valet,quanti vendi poteſt.ib. num. 4 217
Res ſi concedãtur, quæ ſunt in territorio, in diſpoſitione ſtrictæ interpretationis non continentur,quæ ſunt in ciuitate.cõſi.140.nu.2.225.intelligi.vt nu.15
Res ad ſuam naturam facile reuertitur.cõ. 141. nu.2.228.intellige vt nu.20
Res principalis vbi ex reſolutione actus reuertitur ad priorem dom.illius ẽt augmẽtum reuerti debet.conſ.142.nu.3 232
Rem,qui oblato pretio reſtituere tenetur, nõ dicitur in mala fide nõ poſſidẽdo,& retinẽdo ãte oblatũ pretiũ.cõ.143.n.39 240
Res particular. in feud. cõceſſas eſſe quid ſeparatũ à curia. conſ.148.nu.8.50 262
Rem propriã ab alio ex certa ſciẽtia recognoſcẽs ſibi præiudicat.con.160.n.8 340
Res illi acquiritur, cuius contemplatione data fuit.conſ.161.nu. 12.29.36. 350
Res ſubrogata in locũ alterius nõ dicitur res noua in totum,ſed ſapit naturam eius conſ.160.nu.29 343
Res quando eſt dubia, an teſtator aliquid voluerit vel nõ ſumitur interpretatio vel ex eius cõſuetudine, vel ex alijs diſpoſitis in teſtamento.conſ.169.nu.13 383
Res ſemel extincta amplius nõ reuiuiſcit. conſi.176.nu.2.419.limitatur nu. 10
Res præſumitur allodiales, & liberæ, non autem feudales.conſ.191.nu.21.81 497
Res conceſſa à principe in dubio præſumitur cõceſſa titulo donatioĩs.ib.nu.24 ibi.
Res talis iudicari debet,qualẽ vis verborũ maior,& ſignorũ demõſtrat.ib.n.26 498
Res propria ab alio recognoſci põt, quomodo procedat.ibid.num.50 500
Res magna vel tenuis iudicatur ex perſonę qualitate.conſi.195.nu.20 515
Reip.intereſt familias cõſeruari.cõ.150.n.59.282. augeri opulẽtia & diuitijs. conſil.167.num.36 532
Repulſatio admittitur etiã poſt cõcluſionem in cauſa.conſ.188.n.19 486
Reſcriptum ſpeciale efficitur per eius declarationem.conſ. 106. nu.144 14
Reſcriptum vbi vitiantur ſurreptiones & obreptiones,vitiari dicitur defectu volũtatis ipſius reſcribẽtis.conſ.108.nu.24 52
Reſcriptum redditur ſurreptitiũ ob confuſã & obſcuram narratioẽ. ibi.nu.28 53
Reſcripti legitimationis aliquo defectu nulli mẽtio fieri debet vt ſecunda petitione alterius reſcripti.ib.nu.30 ib.
Reſcripti verba interpretationẽ recipiunt à precib.ipſis porrectis.conſil.180. nu.1. declara 435 num.11
Reſcriptum recipit interpretationẽ à perſona concedentis.ibi.nu.5 ibi.
Reſcriptũ delegationis debet interpretari ſecũdũ pſonã eorũ,quibꝰ mãd. ib.n.6 436
Reſeruationẽ fructuũ ſufficere p teſtãdi facultate,niſi fructꝰ ipſi ſint tenues.c.184 n.4
Reſeruatio partis bonorũ facta ab eo, qui bona donat,expreſſa cã.fieri deb. in. 5 ib.
Reſeruatio fructuũ vt poſſit de eis in vita diſponere, non ſufficit, vt valida reddatur donatio.ibi.nu.6 ib.
Reſeru.vſusfructus an ſufficiat ad conualidandã donationẽ omniũ &c.ibi.n.9.465
Reſeruatio in dubio operatur reſpectu ſuperioritatis.conſ.191.nu.41 499
Reſtitutione in integrũ tolli infamiã &in quandã conſequentiã ſẽt. cõ.108.n 58.55
Reſt.in integrũ cõceſſa minori,an pſit colligãtib.maiorib.conſi.123.num.15. 154
Reſtitutio in integrũ etiã ex iuſta cã cõtra præſcriptionẽ 40.ann.cõ.147.nu.46 258
Reſtitutorio in remedio requiſita duo ſũt, poſſeſſio & deiectio.cõſ.180.nu.59 443
Retentio facilior quàm acquiſitio. conſil. 146.nu.23 252
Reuocatione in generali priuilegiorũ non veniunt priuilegia particularibus perſonis cõceſſa.conſ.113.nu.2 86
Rex Angliæ ſi facit mẽtionẽ de iure,intelligitur de iure Anglico.cõ.148.n.46 266
Rex & Princeps vnicus eſſe debet. conſil. 163.nu.2 363
Rumpi nõ põt,qđ nõ eſt.cõ.121. n.60 135
Ruy.conſ.22.nu.16.li.2. declaratur. conſi. 106.n.41.7.& cõſ.164.n.5. li.3. declaratur nu.206.& cõſ.96.nu.16.17.li.2.
Ruy.doctr.cõſ.46.col.vlt.li.2. expenditur conſ.146.nu. 25 253
Ruy.conſ.28.n.11.li.3. reprehẽditur. conſ. 187.nu.5.43 475
Ruy.cõſ.89.n.17.& cõſ.119.n.6. li.2. reprehenditur conſ.197 .nu. 18.19 527
Ruinus conſ.115.nu.19.li.3.declaratur.conſil.290.nu.25 561

S

Sacerdoti quid fuit dictũ ſecretò extra cõfeſsionẽ ſacramentalẽ, productus in teſtẽ tenetur reuelare.conſ.107.nu.67 47
Sanguinis coniunctionẽ extinguere doli ſuſpicionem.conſ.121.nu.15 130
Sapientia magna eſt, reuocare hominem, quod malè locutus eſt.conſ.107.n.47 46
Sapientis propriũ èſt, mutare conſiliũ in melius.conſi.134.nu.2 207
Scãdalũ pquẽ venit vhe ei.cõ.107.n.44.46
Scandalum permittitur potiꝰ, quàm quod veritas occultetur.ibi.nu.60 47
Scandalum ob euitandum multa de bono iuſtitiæ prætermittuntur.ib.nu.82 48
Scandalum eſt factum vel dictum minus præbẽs alijs occaſionẽ ruinæ. ib.n.83.ib.
Scientiam in genere ſufficere, quæ arguitur, cum comes affirmatiuè, & diſpoſitiuè loquitur nõ dubitatiuè.cõ.108.n.39.53
Scientia præſumitur in facto proprio.cõſ. 125.nu.17.96.conſ.124.nu.116 180
Scientia probatur ex ſola iuris præſumptione.ibi.nu. 23 97
Scientiam plenam,& certam tenetur probare,qui ſuum aduerſarium certiorẽ reddere debuit.conſi.120.nu.4 423
Scientia vt præiudicet, requiritur vt inferat conſenſum præiudicialẽ.ibi.nu.7 124
Scire non dr̃ verè ſe dare oportere, niſi id fuerit à creditore notific.cõ.121.n.109.140
Scolaſticum, diu opus eſt, vt habeat præceptor credentem.conſi.124.nu.54 171
Scriptura,lex,vel ſtatutũ cõtinẽs vnũ factũ cũ certis qualitatib.nõ põt diuidi & ſeparari in præiudiciũ alicuiꝰ.cõ.132.n.24.204
Secretum quis tenetur detegere,ne efficiatur inobediens.conſi.107. nu.65 47
Secretum reuelare ſibi commiſſum quis tenetur, cum imminet aliquod malum, vel princeps iubet detegi.ibi.nu.66 ibi.
Secretũ ſub ſigillo cõfeſſionis ſacramẽtalis ſacerd.nullo mõ tenetur reuel.ib.n.68. i.
Secretũ ſub ſigillo ſimplicis ſecreti, quod eſt de delicto in futurũ perpetrãdo, reuelari poteſt.ibi.num.69 ibid.
Secretum reuelari atque detegi non deberi de delicto iam commiſſo.ibi.nu.71 ib.
Secretorum reuelator proditoris nomen meretur.conſ.175.nu.24 417
Seniores eſſe iunioribus ætate anteferẽdos cũ in cæteris pares ſint. cõſ.126.nu.21.186
Senibus obedire iuuenes æquũ,& honeſtũ eſt.nu.23 ibi.
Sententia dubia declaratur ex actis, quando ad ea refertur. conſ. 110.nu. 5.48 36
Sententia in dubio præſumitur rectè lata. ibi.num.6 ib.
Sententia æquiparari contractibus & ſtatuto.ibi.nu 15 64
Sententiam ſtrictã adeo recipere interpretationem, vt tantũ ex ea ſolùm inferatur, quantum auget neceſsitas.ib.n.17. ibid.
Sententiam latã in cauſa principali nõ cõtinere cõdẽnationẽ reſtitutionis fructuũ & expenſarum.ibid.nu.18 ibi.
Sententiã latã ſuper vna parte rei petitæ non extendi ad alterã partẽ.ib.nu.19 ibi.
Sententiã adeo ſtrictè interpretari, vt præſentia tantũ non autẽ futura cõprehẽdat ib.n.20.itẽ qa nõ pſit fideiuſſori.n.22 ib.
Sentẽtiã tacitè proferri nõ põe.bi.n.28.65
Sententia interpretari debet,vt certa ſit. ibid.num.29 ibi.
Sententia, ſi damnatus eſt reus reſtituere fundũ cũ fructibꝰ, eſt incerta. ib.n.30 ib.
Sententia ita interpretari debet, vt minus deroget iuri cõmuni.ib.nu.31 ibid.
Sententia interpretari debet, vt cõueniat naturæ contractus.ibid.nu.33 ibid.
Sententia interpretari debet in dubio ad fauorem rei.ibi.nu.34 ibi.
Sententia ita interpretari debet, vt minus noceat, quàm ſit poſſibile.ib.nu. 35 ibi.
Sñia dubia & obſcura interpretãda eſt cõtra eũ, qui in ea ſe fũdat.ib.nu.36 ib.
Sententia condemnatoria lata ſimpliciter de vna re, quando plures petitæ ſunt, nõ infert neceſſariò abſolutionem quo ad alias.ibi.nu.62.imò nu.64 67
Sententia eſt nulla, vbi adeſt manifeſtus facti error.ib.nu.65 68
Sẽrẽt.talẽ põe dici nullã, etſi extet ſtatutũ qđ de nullitate dici nõ poſsit.ib.n.68. ib.
Sentẽtiæ executio impeditur, cũ manifeſtã iniquitatem contineat.ib.nu.70 ibid.
Sententia lata contra minorem quãdo eſt ipſo iure nulla, reſtitutio in integrum neceſſaria non eſt.conſ.121.nu.61 135
Sẽtẽtiæ arbitramẽtalis formula.i.n.112 140
Sententia recipit interpretationem à libello.conſ.123.nu.1.in ſubſcrip. 159
Sententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam pro veritate habetur.cõſ.147.nu.59 260
Sentẽtia nõ leuẽ præſumptionẽ cõtra condemnatũ facere ſolet.cõſ.156.nu.37 317
Sententiã diffinitiuã, & condẽnatoriã requiri, vt quis tãquàm hæreticꝰ puniri poſſit pœnis à lege indictis.cõſ.159.nu.1 335
Sẽtẽtia relatiua ad libellũ, & acta idẽ cõtinere dicitur, quod cõtinẽt acta. ib.nu.4. 336
Sententia ita debet interpretari, vt ſit conformis libello.ib.nu.5 ib.
Sententiam dubiam interpretandum eſſe à iudice ipſo.ib.nu.9 ib.
Sẽtẽtia declaratoria parit effectũ, vt nec fructus ſuos faciat cõdemnatus.ib.nu.15 337
Sententia quando continet vnum capitulum tantùm non poteſt pro vna parte valere, pro altera non.conſ.162.nu.39 360
Sẽtẽtiã iudicari ĩterlocutoriã, cũ plus de ea q de diffinitiua participat.cõ.191.n.29.498
Separata illa cenſeri, quorum vnum ſine altero eſſe poteſt.conſ.123.nu.23 155
Sermonis proprietas in dubio ſpectatur. conſ.106.nu.153.183.17.ſed illa cedit volũtati teſtatoris.nu.224.244
Sermo vniuerſalis falſus in vno in totum vitiatur conſ.123.nu.4.31 153
Sermonis à proprietate in dubio non eſt recedendum.conſ.160.nu.81 42
Sermo ſingularis in vno tantum verificatur.conſ.173.nu.17 403
Sermo nõ reſtringitur ad primum actum in diſpoſitione fauorabili.ib.nu.35 406
Sermo generalis non comprehendit perſonam loquentis.conſ.182.nu.2 456
Seruitiũ præſtari poſſe p ſubſtitutũ in feudo hæreditario, eſt falſũ.cõ.181.n 84 454
Seruitutẽ cõſtitutã ab emphyteuta in re ẽphyt.extĩgui eius morte.cõ.161.n.25 352
Sexu mutato non mutatur ratio excluſiua.conſ.172.nu.30 397
Significatio in dubio potentior ſumi debet.conſ.191.nu.7 496
Signum eſt demõſtratiuum proprij dominij.conſ.122.nu.30 147
Sillaba ẽt minima in quacũq; diſpoſitione operari aliquid debet.cõ.152.n.64 300
ſingula quæ non poſſunt, ne multa iuncta iuuant.conſi.106.nu.358 36
ſoc.ſen.error conſ.249.num.21.lib.2.ſoc. Iun.conſ.126.nu.26.lib.1.& Rol. à Valle con.vl.n.13.li.1.con.124.n.2.12.15. 163
ſoc.Iu.cõſideratio cõ.130.n.11.lib.1. reprehenditur.conſi.151.nu.40 288
ſoc.ſen.cõſ.25.co.5.verſ.aliquãdo & 2. li. 2. reprehenditur.conſ.197.n.62 535
ſocietati humanæ nil magis cõgruit, q̃ fidẽ,& promiſſa ſeruare.cõ.107.n.77. 48
ſocietate inita non licèt ſocio aliquid ſuo nomine agere.conſ.121.num.4 129
ſocietas cẽſetur inita iuxta conſuetudinẽ, quæ obſeruatur in ciuitate.ibi. nu.10.130
ſocietas ſũmã rõem habere dẽt.i.n.26. 131
ſocietas bonã fidẽ requirit.ibi.nu.28.ibi.
ſocietas cõtracta nõ dicitur inter patruũ, & nepotem ſuum minorem.ibi.n.35. 132
ſocietas nulla eſt lucri.ibi.nu.58 135
ſociet. certo tpe pręſtituto finito abſq; alia ĩterpellatiõe finitã ẽe ſoc.ib.n.67. 136
ſocietatis reuocatio inducitur expreſsè vel tacitè,ibi.num.71 ibid.
ſocietas contracta præſumitur ex actu poſitiuo.ib.nu.82 137
ſocietas tranſit in hæredem pacto conuento.ib.nu.88 138
ſocietas qñ renouata nõ cẽſeat.ib.n.96.136
ſocietatẽ nõ cẽſeri initã inter duos fratres, q domũ paternã inhabitarũt, & patrimoniũ indiuiſum retinuerũt.ib n.103 ibid.
ſocietas ſingularis,& vniuerſalis quæ. conſi.122.nu.4 143
ſocietas ſingularis ab vniuerſali in multis differt.ib.nu. 5 ibi.
ſocietatis actus vim habet conſtituti.ibid. num.18 145
ſocietas eiꝰ ẽ naturæ, vt nõ admittat cõmunicationẽ dom.rei emptæ. ib.nu.28 146
ſocietas æqualis eſſe debet.ib.n.37.69 148
ſocietas cẽſetur inita ſecundũ cõſuetudinẽ loci,in quo cõtracta fuit.ib.nu.71 150
ſocium qui læſit,tenetur læſionem emendare.conſ.109 nu.31 61
ſocio non licet alterare ſocietatem admittendo alterum ſocium.conſ.121.nu.2.129
ſociꝰ ſi altero ĩſcio auxit capitale,& is ſociꝰ ignarꝰ re cognita ratã habet eã miſsionẽ, lucrũ efficitur cõmune.ib.nu.25 34 131
ſocium immittentem maius capitale conſequi debere plus lucri.ib.nu.27 ibi.
ſociꝰ nõ eſt ĩ culpa, q ſini a ſocietate pecunias nõ reddit nõ interpellatꝰ.ib.n.81 137
ſocij pecuniæ retentionem nõ arguere aliquem actum ſocialem.ib.nu.87 138
ſocio ſufficit ĩ re cõi adhibere illã diligentiã,quã in re ppria adhibuiſſet.ib.n.111.40
ſocij dicuntur conſortes,velut maritus, & vxor.conſ.122.nu.13 144
ſocij mei ſocius non dicitur meus ſocius, ib.nu.14 ibi.
ſocius particularis ſocietatis emens proprio nomine ex communi etiam pecu-

nia,ſibi acquirit.ib.nu.26 145
Solennitates omnes relaxantur in antiquiſſimis.conſ.147.nu.8 255
ſolicitator cauſę maximè ſuſpectus eſt. cōſi.199.nu.20 547
ſolutio præſumitur facta à debitore vt cedat in duriorē,cauſam.cōſ.121.nu.39 133
ſolutionis tēpus ſpectādū.cōſ.138.n.11 220
ſoluēs dicitur ſoluere in cauſam magis certam.conſ.121.nu.49 133
Soluens præſumitur ſoluere,vt ſibi vtilius eſt.ibi.nu.45 134
ſoror non eſt excluſa à querela inofficioſą teſtamenti fratris inſtituta turpi perſona,ſi ignoranter legatum acceptauit. cōſi.162.nu.31 360
ſororum appellatione non veniūt fratres. conſ.187.nu.47.48 482
ſorte principali prius deducta & reddita ratione adminiſtrationis conſtare non pōt de lucro,& dāno.conſ.121.nu.41 134
ſpecies ſub ſuo genere continetur. conſil. 141.nu.18 229
Speciale magis præualet,ex duobus ſpecialibus.conſ.191.nu.39 499
Spem habere probabilē, quæ ſub cōditione nobis debentur.conſ.108.nu.60 56
Spem ſuccedendi in feudo eſſe probabilē, & conſiderabilem.ib.nu.64 ib.
Spem probabilem non dici quæſitam,quādo adhuc hæreditas delata non eſt.conſ. 157.nu.14 320
Spoliatio clandeſtina facit incidere in pœnam.l.ſi quis in tantam.C.vn.vir. conſi. 180.nu.67 444
Spoliatio ſecunda quando eſt incontinenti facta poſt primam, agenti ex ſecunda obſtat exceptio primæ.ib.nu.68 ibid.
Spoliatus non reſtituitur ante omnia, vbi agitur de ſpolio Caſtri, cuius domino difficilis eſſet recuperatio.ib.nu.73 ib.
Spoliatus non reſtituitur ante omnia, vbi cognoſcenda,& diffinienda eſt cauſa,ſola rei veritate inſpecta.ib.nu.74 ibi.
Spoliatum eſſe reſtituendum ad ſuam poſſeſsionem,nulla obſtāte exceptione, dūmodo intra 30.an.conſ.143.nu.21 238
Spurius,fœminæ, perſonæ viles, inimici, excommunicatus non dicuntur oīi exceptione maiores,cō.149.n.6.7.8.9. 268
Spurius ex viro illuſtriſsimo natus legitimari poteſt.conſ.180.nu.25 439
Statuti diſpoſitio in ſui interpretatione procedit à pari cum vltima diſpoſitione conſ.106.nu.155 15
Statutum ſi excludit filium, excludit & filium filiæ,conſ.111.num.1 79
Statutum,quòd ſtantibus maſculis &c, declaratur.ib.nu.61 75
Statutū ita debet īterpretari,ne à ſapiētib. reprehendi mereatur.conſ.133. nu.6. 205
Statutum eam recipit interpretationem à iure communi,quam recipit & diſpoſitio teſtatoris,ib.nu.8 206
Statutò ſtāte, quòd omnes cauſæ inter cōſanguineos cōpromittātur,non erat cōpromittēda, quā quæſtionem iuris concitent conſi.125.num.12 183
Statutum quādo imponit pœnā pro facto negatiuo,vt negligens puniri poſſit, pri' interpellari vel moneri debet.co. 131. nu. 8 200
Statutum ſi prohibet opponi exceptiones contra īſtrumētum,non cenſetur excluſa illa, qua negatur illud eſſe inſtrumentum,conſ.134.nu.28 210
Statutum prohibens, ne vxor aliquid relinquat marito,ad idem cenſetur maritus prohibitus.conſi. 136.nu.11 214
Statutum concedēs vxori, ne gabellā ſoluat,idē cēſetur cōceſſū marito,ib.n.12 ib.
Statutum, & conſuetudo interpretari debent ſecundū ius cōe,conſ.138.n. 4 219
Statutum non ligat dominū ciuitatis, niſi ſit ab ipſo confirmatum.ib.nu.16 220
Statutum, de continuanda poſſeſſione defuncti in hæredem,locum habet etiā quo ad detentionem.conſ.139.nu. 5.6, 222. intellige vt nu.27
Statutum,ꝙ poſſeſſio defuncti cōtinuet in hæredem, eſt iuris communis correctorium.ib.nu.19 ibi.
Statutum Ferrariæ declaratur.ib.n.26 224
Statutum, quo fœminæ propter maſculos excluduntur,odioſū eſſe.cō.150. n.10 277
Statuta repellentia fœminas à ſucceſſione facta eſſe, vt bona maneant in agnatione ib.nu.38 280
Statuta Mutinæ pōderantur.ib. n.39 ibi.
Statutum magis cōuenire vltimæ voluntati quàm contractibus.ibi.nu.47 281
Statutum ſi dicit, quòd ſtantib' maſculis fœminæ non ſuccedant, filij maſculi cenſentur à ſtatuto vocati.cō.152.n.5,20 292
Statutum ſi nolit,mulierē obligari ſine cōſenſu propinquorū, non poteſt allegari nullitas contractus muliere non conſentiente.conſ.153.nu.31 305
Statutum excludens præcisè forenſes, ne ſuccedant in bonis immobilibus, etiam quoad æſtimationem.conſ.165.nu.1 372
Statutum admittens ſolū ciuē,intelligi debet de ciuibus verè,& non ex priuilegio. ibi.nu.2.imò nu.14 ibi.
Statuta ꝓhibētia alienationē in forenſes ſtrictā recipiūt interpretationē.ib.n.5.ib.
Statuta prohibētia alienationē in forenſes nō cōprehēdūt bona eccleſię.ib.n.8.ib
Statutum poteſt minuere legitimā & dotem,conſ.168.nu.9.21 381
Statutum quando vult, filiam debere eſſe contentam dato à patre, non poteſt petere ſupplemētum aliquod.ib.nu.16 380
Statutum quādo ſimpliciter excludit filias dotatas,vt admittantur maſculi, filiæ ſatis congrue dotatæ cenſentur, ſi dos à patre fuit aſsignata.ibi.nu.17 ib.
Statuto pōt quis priuari beneficio iuris cōmunis,conſ.177.num.29 426
Statuti diſpoſitione etſi nihil opponi poſſit contra inſtrumentū guarentigiatum tamen opponi poterit contra illud, quod coadiuuatur teſtibus.conſ.180.n.39 440
Statuto ſi prohibeatur probari poterit debitum partim ex inſtrumentis partim ex teſtibus.idem,nu,40 ibi.
ſtatuti in diſpoſitione non eſt recedendū à proprietate ſermonis.conſ. 187.num.1. fallit num.24 474
ſtatutis ſtantibus excludentibus fœminas propter maſculos, vtrinque coniunctum ex vno latere tantum.ibid.nu.17 476
ſtatutum loquens de caſu ſimplici non cōprehēdit miſtum.ib.n.27.fallit.n.28. 478
ſtatuta interpreari debent ſecūdùm ius cōmune.ib.nu.29.intellige vt nu. 30.31 ib.
ſtatuta non debent cenſeri corrigere ius cōmune per ſolas cōiecturas.ib.n.33 479
ſtatutum ita interpretari debet, vt minus lædat ius commune, ibi.nu.35 ibi.
ſtatuta ſunt iudicanda fauorabilia,quæ reducunt nos ad ius commune.ib. n.36 ib.
ſtatuti diſpoſitio maximè conuenit diſpoſitioni teſtatoris.ib.num.39 480
ſtatutum tantum diſponit, quantum loquitur.ibid.num.49 482
ſtatutis ſtantibus,quibus agnati cognatis præferuntur, frater vtrinque coniunctus excludit conſanguineum tantùm. ib. nu. 51.ſed contra num.52 ibi.
ſtatutum excludens matrē ꝓpter ſorores intelligitur etiam de ſororibus conſanguineis.ib.num.53 483
ſtatutum iuxta iuris cōmunis diſpoſitionē interpretari.196.num.2 517
ſtatutum iuris cōmunis correctoriū interpretari debet,vt minus corrigat.ib.n.3. ib
ſtatuti vna pars aliam declarat.ib.nu. 4.ib.
ſtatutum,quod mulier non poſſit contrahere abſque conſenſu propinquorum declaratur.ibid.nu.22 519
ſtatutum poteſt fingere.ibi.nu.33 521
ſtatutum non valet, quādo directò iuramentum tollit.ibi.nu. 41 ib.
ſtatutum ſi excludit fœminas propter maſculos, & teſtator inſtituit filios,extantib' ipſis maſculis fœminæ non admittuntur, deficientibus vero admittuntur. conſilio 197.num.42 532
ſtatutum includens vnam perſonā aliam excludere.ibid.num.70 536
Stipite agnationis vocato, qui ordo ſit in ſuccedendo.conſ.106.nu.230 22
Stipulatio pro ſe facta præſumitur etiā facta nīe filij.cōſ.111.n.18.ītellige vt n.38. 71
Stipulatio quando eſt facta expreſſo nomine proprio,nulla alia perſona quouis modo includitur.ibid.nu.42.43 73
Stipulationē iudicare diuiduam vel indiuiduā reſpe.ſuæ rei & cauſæ.cōſ.123.n.16. 155
Stirps ex pluribus diuerſiſque gradibus conficitur,& vnum corpus reputatur.cōſi.124.nu.67 173
Subrogatum ſapere naturam eius,in cuius locum ſubrogatur.conſ.148.nu.18. 263.intellige vt conſ.168.nu. 2.22.cō.189.nu. 17
Sub feudum dicitur deriuare à feudo principali & illius retinet naturam, ab eoque regulatur.conſ.148.nu.14.24.44 263
Subfeudum quando dicatur quod diuerſum à feudo,quando nō, ib,nu.49.52. 266
Subfeudum non eſſe de pertinentiis feudi à quo dependet,ibid.nu.51 267
Subinfeudatio nihil aliud eſt quàm quædam ſubſtitutio.ib.nu.16 263
Subinfeudatio nullum adfert præiudiciū domino,directo.ib.nu.42 265
Subinfeudatio tria requirit.ib.nu.44 266
Subſcriptio idem operatur ac ſi à ſubſcribente tota ſcriptura confecta eſſet. conſ. 123.nu.9.in ſubſcrip. 159
Subſidium eſt, quod vrgente neceſsitate exigitur.conſ.156.nu.26 315
Subſidium ſolùm præſtatur,quando neceſſitas vrget.conſ.193.nu.6. 509
ſubſtitutio extinguitur ſi tempore,quo ei factus eſt locus, non reperitur perſona, quæ ſuccedat.conſi 106.nu.122 13
ſubſtitutio ſemel extincta amplius non reuiuiſcit.ibid.num. 123 ibi.
ſubſtitutio pro parte temporis mortis eſſe non poteſt.ibi.num.351 35
ſubſtitutionem non extendi à perſona ad perſonam. ib.nu.322 32
ſubſtitutiones plures ſimul iunctæ æqualiter & vniformiter intelligi debent.ibid. nu.124.& non debent cenſeri diuerſo iure nu.125.ita eius verba vniformiter intelligenda nu. 28 33
ſubſtitutionem vulgarem duos caſus cōtinere.ibi.nu.289 27
ſubſtitutionis qualitas repetita cenſetur in ſequenti.ibi. num.293 28
ſubſtitutio ſequens à præcedenti interpretatur.ibi,nu.300. 302.347. declaratur nu. 303.319.cum ſint diuerſæ. 29
ſubſtitutionē pupillarē facilius tranſire in fideicōmiſſariā, quàm in vulgarem ibid. nu.301. ib.
ſubſtitutio compendioſa quibus verbis ſignificetur.ibi.nu.366.397 37
ſubſtitutio ſecunda dicitur compendioſa, ſi prima fuit compendioſa.ib.nu.370 ibi.
ſub-



Subſtitutio ſecunda dicitur cōpendioſa ſi prima fuit cōpendioſa.ib.n.370 ibid.
Subſtitutio cōpendioſa continet etiā fideicōmiſſariā poſt aditam hæreditatē, maximè quando adeſt clauſula codicillaris.ibi.nu.371.idem quando adeſt clauſula, omni meliori modo &c.num.372. ſubſtitutione caducata an cætera corruant. ibid.num.373 38
Subſtitutione vulgari caducata, nō caducatur ſecunda pariter vulgaris.ib.n.374 idē in ſecunda vulgari comprehēſa ſub cōpendioſa.n.375.Idē quando ſubſtitutio prima facta eſt cohæredi.n.377 ib.
Subſtitutione prima pupillari caducata etiā caducata ſecunda pupillaris. ib.nu. 378.& declaratur num.380 ibi.
Subſtitutionis pupillaris ſpes non tranſmittitur.ib.nu.379 ibid.
Subſtitutione prima pupillari caducata, an etiā efficiatur caduca ſecunda compendioſa nu.386 39
Subſtitutione prima vulgari caducata, an etiam caduca efficiatur ſecunda fideicommiſſaria.ibi.nu.387. & quid ſi illa vulgaris eſt ſub cōditione poteſtatiua.nu.388 ib.
Subſtitutio compēdioſa reſoluta in vulgarem naturam ſimplicis vulgaris obtinet.ibi.nu.388 ibi.
Subſtitutione prima cōpendioſa caducata, ſecunda pariter compendioſa effectu non eſt caduca.ibi.nu.390 ib.
Subſtitutione prima merè fideicōmiſſaria caducata,facit vt apud hæredē primum remanet fideicōmiſſū eodē onere reſtitutionis.ibid. nu.392 40
Subſtitutionem pupillarē aliquādo tranſmitti.ibidem.nu.399 41
Subſtitutione prima extincta & ſequens corruunt.ibid.num.361 36
Subſtitutionem eſſe ſecundā hæredis ordinationem.ib.nu. 104 12
Subſtitutio dicitur eſſe inſtitutio. conſi. 115.nu.6. 95
Subſtitutionem nomine proprio factam cenſeri limitatè factā. cōſ.117. n.14 109
Subſtitutio vna recipit ab altera interpretationē.ibi.nu.69.& cōſ.200.n.105 116
Subſtitutio eſt ſecunda inſtitutio.conſi. 124.nu.63 172
Subſtitutio facta in vna parte teſtamēti præſumitur ēt facta in altera.i.n.75 174
Subſtitutione fideicommiſſaria teſtatori ſucceditur.conſi.125.num.9 213
Subſtitutio eſt ſtrictè interpretanda.cōſil.141.num.3 228
Subſtitutio cōpendioſa facta pupillo,matre exiſtente in medio, ſemper eſt fideicommiſſaria.conſi.144.nu. 13 243
Subſtitutio iure directo intelligi debet, cū ita interpretari pōt.ib.nu.20 244
Subſtitutio recipit interpretationem ab inſtitutione.conſ.150.nu.45 281
Subſtitutiōe reciproca filiorū facta, teſtator ſignificauit,ſe ita diſpoſuiſſe fauore agnationis conſeruandæ.ib.nu.48. ib.
Subſtitutio recipit interpretationē ab īſtitut.cōſ.152.n.34. intellige vt n.51. 295
Subſtitutio filio facta,ſi deceſſerit ſine filiis,quādo ad extēdatur nep. i.n.52 297
Subſtitutio facta ſub cōditiōe, ſi poſthumus natus nō erit, extēditur ad caſū, in quo naſcatur & moriat.cōſ.171.n.6. 29
Subſtitutio facta in caſu,quo filii naſcantur,nō includit nec,&c.ibid.nu.19 391
Subſtitutionē preſerti fideicōmiſſariā eſſe ſtrictè interpretādā. ibid.nu.20. ib.
Subſtitutionē ſub appellatiuo nomine factā de infraſcriptis hæredib.cēſeri factā tacitè ſub nomine proprio.cō.200. nu.1 559
Subſtitutionem factam de ſuperſtitibus & ſuperuiuentibus cenſeri factā expreſſe quodammodo eorum nomine proprio conſ.200.nu.4 560
Subſtitutionem factam filiis,& eorum liberis dici factam illis filiis ſub nomine appellatiuo.conſ.200.nu.5 ibid.
Subſtitutos nomine proprio præferri cæteris omnibus.conſ.200.nu.12. Itē præferri etiam vocatis priore loco ex ordine literæ.nu.13 ibid.
Subſtitutū à teſtōre præferri ei,qui venit ex repreſentatione.conſ.200.nu.16 ib.
Subſtituti plures ſub nomine proprio dicuntur inuicem ſubſtituti. conſ.200. num.17 ib.
Subſtitutis filiis eorūque liberis prius admitti filios.conſi. 200.nu.21 561
Subſtitutis filiis etſi eorum aliquis decederet ſine liberis, ſuperſtitites, omnes filii admittūtur excluſis nepotibus. conſil.200.num.35 562
Subſtituens filios & eorum liberos prius filii omnes, excluſis liberis admittuntur.conſi. 200. nu.36 ibid.
Subſtitutio facta de ſuperuiuenti perinde eſt ac ſi facta ſit, ſalua gradus prærogatiua.conſi.200.nu.39 ibi.
Subſtituens ſuperuiuētes videtur vocare prius nepotes ex præmortuis, quam nepotes ex ſuperuiuentibus. conſil. 200. num.68 565
Subſtitutionē fideicōmiſſariā minus regulari à iure accreſcendi, quam directā. conſi.200.nu.117 569
Subſtitutio facta de familia ſimpliciter, an euaneſcat poſt ſemel admiſſionem factam. conſ. 173. nu.41 407
Subſtitutio facta alicui decedenti ſine liberis, ſi liberi ſuperſunt, ſubſtitutum excludunt.conſi.197.nu.33 531
Subſtitutio quando fit in ſtirpes & non in capita, nulla habetur ratio maioris coniunctionis.conſi.198. nu.1 540
Subſtitutione ex pupillari admitti ſolū fratrē vtrinque cōiunctū.cōſ.eo.n.4 ib.
Subſtitutio ſimpliciter facta reſpiciens plures actus vel perſonas, debet æqualiter illas determinare. ibi. n.5.intellige vt nu.26 ibi.
Subſtitutus ſecundus dicitur ſubſtitutus primo inſtituto.conſ.106.nu.362 36
Subſtituti non eſt facienda mētio in legitimatione.conſ.108. nu.37.imò.conſ. 181.nu.10 447
Subſtitutus induit perſonā eius, cuius loco ſubſtituitur.cōſ.148. n.17 263
Subſtituti poſſe vulgariter in fideicōmiſſis.conſ.106.num.393 40
Subuaſſallus non recognoſcit primū dominū, ſed ſuum immediatū dominum conſ.148.nu.7. 262
Succeſſioni ab inteſtato cum locus eſſe debet,duo cōſiderantur.cō.106.n.86 11
Succeſſio ex teſtamēto eſt, ob volūtatē diſponentis iuriſgentiū.cō.108.n.52 55
Succeſſio ex teſtamēto & ab inteſtato effectu differunt. ibid.nu.53 ibid.
Succeſsionis ab inteſtato proximitas gradus conſideratur ex parte perſonæ vltimo loco defunctæ.conſ.124.nu.35 167
Succeſsio ex fideicommiſſo eo modo & ordine regulatur,quo ſucceſsio ab inteſtato.ib.nu.36 ibid.
Succeſsio non tollitur per legitimationē. conſ.157.nu.28 321
Succeſsiones non fiunt per ſaltum. conſ. 172.nu.3 394
Succeſsio teſtati regulatur à ſucceſsione inteſtati.ibi.nu.9.395.& conſ. 200.nu. 64.declaratur. 564
Succeſsio ex teſtamento interpretationē recipit à ſucceſsione ab inteſtato.conſ. 198.nu.14 542
Succeſſorē vt quis inuitus habeat, iniquū admodum eſt.conſ.108.nu.6 51
Succeſſor quando vnus ex multis eſſe debet,natu maior inter eos eſſe debet.cōſi.158.nu.41 328
Succeſſor non debet eſſe melioris conditionis,quā eius auctor.conſ.172.n.1 394
Succeſsorē in dignitate teneri obſeruare promiſſa ſui anteceſſoris.conſil. 181. nu.60 451
Succeſſorum appellatione ſucceſſores ſingulares cōtinentur cōſ.191.nu.10 496
Succeſſorē dignitate obſeruare oportet ea,quæ à ſuis anteceſſoribus geſta fuerunt.ib.nu.42 499
Succeſſor in dignitate poteſt declarare mentē ſui anteceſſoris.cōſ.193.n.10 510
Succedens ab inteſtato impropriè ſuccedere dicitur.conſ.152.nu.15 293
Succedens alteri non poteſt ſibi mutare cauſam poſsidendi.conſ.153.nu.3.intellige vt nu.25 302
Succedere volens teſtatori probare debet ſe eſſe vnum ex vocatis ab eo, & quod habeat requiſitam à teſtatore qualitatem.conſ.106.nu.1 4
Succedere in feudo iuris poſitiui eſt. conſ.157.nu.12.320. conſ.181.n. 30. 449
Summariè quando proceditur, ſola poſſeſſorii cauſa eſt diffinienda.conſil.180. nu.2.declara nu.11 435
Suum illud eſſe dicitur,quod poteſt vindicari.conſ.129.nu.25 194
Superflua illa non cenſeri, quæ tollēdæ dubitationis gratia apponuntur. conſi. 115.num.41 98
Superioris auctoritas ſemper dicitur excepta in quacūque promiſſione & actu etiā iurato.con.107.n.64.47.conſ.156. num.2 313
Superſtites quando vocātur per fideicōmiſſū, filius locū patris non ingreditur. conſ.124.nu.95 178
Suppliciū melius eſt ꝓ veritate pati,quā pro mēdacio beneficiū. c.107. n.61 47
Surreptionis vitiū eſt defect' voluntatis initium.conſ.157.nu.9 319
Suſpecti de receſſu & fuga carcerari ſolent.conſil.120 nu.34 127
Suſpectus de hæreſi ſi citetur,& non cōparet in termino,poteſt excommunicari,quā ſi per annū ſuſtinet, tūc vt hæreticus pōt puniri.conſ.159.nu.10 336
Suſpicio falſitatis in cauſis ciuilibus pro falſitate habetur.conſ.199.nu.5 546
Suſpicionem falſitatis inferri atramenti varietate.ib.nu.8 ibid.
Suſpicio falſi oritur ex eo,quod veriſimile non eſt.ib.nu.12 547
Suſpicio falſitatis non leuis, quādo teſtes mortui ſunt.ib.nu.13 ibid.
Suſpicionem non leuem eſſe cōtra eum, qui vel differt, vel occultat probationes.ib.nu.31 549

T

TACITA recommunicatio quando inter ſocios reinducatur. conſil. 112.nu.51 149
Taciti & expreſsi par eſt virtus.cōſ. 108. nu.54.55.fallit vt in cōſ.183.n.8.30 458
Taciturnitas & patientia longi temporis non ſufficit in his, quæ ſunt magni præiudicij.conſ.181.nu.94 454
Taxatiuā nō excludere caſū habētē ſimi

lem rationem.conſ.166.nu.14 376
Temerè agere eſt inconſultè & ſtultè agere.conſ.145.num.9 347
Temeritas à ſola culpa cauſat.ib.n.13.ib.
Tempus purum attendi in diſpoſitione ſimplici.conſ.106.nu. 108 12
Tempus præſens puram oſtēdit diſpoſitionem.ibid.nu.274 25
Tempus euenientis conditionis ſpectari tunc,cū aliàs non valeret.ib.n.60 8
Tempus,quo acquiritur hæreditas ſpectatur.ibid.nu.75 9
Tempus euenientis conditionis ſpectari cum diſpoſitione conditionali quis vocatus eſt.ibid.nu.78.109 ibi.
Tempus delatæ ſucceſsionis conſideratur in cauſa inteſtati.ibid.nu.84 10
Tēpus ignorāti nō currit.cō.107.n.38.46
Tempus locumque debet probare,qui illis nititur.conſ.114.nu.25 92
Tempus præſens non includit futurum quando diſponens illud præuidere non potuit.conſ.142. nu. 22 234
Tempus nō eſt mod⁹ inducēdi obligationē conſ..143.n.29.239.cōſ.156.n.41 317
Tempus antiquū dicitur in finibus centum annorum.conſ.147.nu.37 258
Temporum longitudo & antiquitas vim tituli habet.ibi.nu.38 ibid.
Tenor antiquæ inueſtituræ eſt ſpectandus eſt.conſ.111.nu.16 71
Terminus currere dicitur à die, qua habita eſt ſcientia ipſius aſsignationis. conſ.131.nu.9 200
Terminos ꝓbare fines.cōſ.147. n.36 258
terminus ſingularis, terminus communis qui.conſ. 173. num. 19 403
Tertius non poteſt obijcere defectum conſenſu Cæſaris. conſ.138.nu.91 335
Teſtamētū à die mortis teſtatoris omnē perfectionē recipit. cōſ. 106.nu.5.330 4
teſtamēti pars alterā declarat.ib. nu.346.35.conſil.138.nu.5.219. cōſ.177.nu.3 422
teſtamētum nullum in primo gradu incipit à ſecundo. ibidem nu.376 38
teſtamentum quando eſt inofficioſum, tunc pendet à voluntate filij efficere, vt teſtamentum conſiſtat vel infringatur. conſil. 162. nu.20 358
teſtamentum quando eſt falſum, nihil pēdet à volūtate legatarii.ib.nu.19.ib.
teſtamētū inter liberos ſui natura habet clauſulā derogatoriā.cō.170.nu.1 385
teſtamentum primum vbi continet clauſulam derogatoriam non tollitur per ſecundum, niſi in ſpecie fiat mentio illius primi teſtamenti. ib. nu.2. ib.
teſtamento annullato cenſentur ſublatæ oēs clauſulæ acceſſoriæ.ib.nu. 25 387
teſtamentum primum per ſecundum tolli conſ.176.nu.1 419
teſtamenti reuocationem fieri altero de duobus modis. ib.nu.3 ibid.
teſtamentum recipere quatuor perfectiones.ib.nu.4. ib.
teſtamentum primum quomodo cenſeatur reconualidatū. ib. nu.8 420
teſtamenti in ſcriptis publicatio multa ſolennia requirit. conſ.180.nu.20 438
teſtamenti vitia inuiſibilia non impediūt miſsionem ex l.fi. C.de edi. diui Adr.ib.nu. 26. 439.intellige vt nu.34
teſtamentum, in quo fit mentio filii legitimati, non ſuppleri ex inſtrumento legitimationis.ib.nu.37 440
teſtamenti tempus ſpectandum ad coniecturandum voluntatem teſtatoris. conſ.198.nu.22 543
teſtandi facultas reſtringitur,cum teſtator compellitur hunc vel illum hæredem inſtituere. conſil. 158. nu.13 326
Teſtati cauſa regulari à cauſa inteſtati. conſ.106.numero 83.10. & declaratur nu.85 conſ.117.num.71 116
teſtatoris voluntas vt ſeruetur, etiam verba improprientur.conſ.106.nu.43 7
teſtator, qui non mutauit voluntatem, cum eam mutare potuerit, voluit cū eo decedere.ib.num.6 4
teſtator cum vnum ex pluribus cognatis vocat, & vnus eſt cognatus tempore vocationis, alter tēpore mortis teſtatoris,quis vocat⁹ cēſeatur.ib.nu.15 5
teſtatoris voluntas tempore,quo diſpoſuit,conſideratur.ib.n.16.273.329.331 5
teſtator an iuxta communem vſum, vel ſecundùm ius commune diſponere præſumatur.ib.nu.251.252 23
teſtatorem non diſpoſuiſſe, quod non dixit.ib.num.312 32
teſtator eum magis dilexit, quem præ oculis habuit. ib. numero 22 5
teſtator in vocatione conditionali, quē prius vocare voluerit, an habentem qualitatē tēpore vocationis, vel tēpore euenīetis cōditionis. ib.nu.31.81 6
teſtator vult ſuam voluntatem eſſe legi conformem. ib.nu.44 7
teſtatoris volūtas totū facit.ib.n.245. 23
teſtator quare qualitatē proximioritalis agnati à ſe vocati exprimat.ib.n.226 13
teſtator cum ita ſubſtituit, ſubſtituo agnatum meum &c. vocaſſe dicitur agnatū illius tēporis, quo diſpoſuit. ib.nu.163.192.204. & ſibi proximiorē nō hæredi grauato.nu.181.221.226 21
teſtator,minus quàm fieri poteſt, vult hæredem eſſe grauatum.ib.nu.173 17
teſtator, qui inſtitutum dilexit, præſumitur etiam dilexiſſe eius filios.conſ. 200.nu.70 565
teſtator diſponens, quod bona ſua conſeruentur inter ſuos deſcēdentes, cuiuſlibet hæredis lineā cōſideraſſe dicitur.conſ.209.nu.79 566
teſtator vbi cogitauit de nepotib⁹ voluit fideicommiſsi conditionale tranſmitti.conſ.200.num.82 ibid.
teſtator cum ita legat,lego fundum meū, an & partem communem legaſſe dicatur.conſ.106.nu.191 18
teſtator,qui confeſſus eſt,ſe fuiſſe vſurarium, præſumitur quòd ſemper fuerit,vt hæres cōpellatur ad reſtitutionem.conſilio 109.nu.27 60
teſtator ſi relinquat fundum,ſi caſtè vixerit,& deinde relinquat domum ſimpliciter,non dicitur repetita illa conditio.conſ.111.nu.41 73
teſtator ſi inſtituit vxorē donec vixerit, & poſt eius mortem hoſpitale, illud hoſpitale ſuccedit ex fideicommiſſo. conſ.115.nu.4 95
teſtator ſi legat frumentum, quod habet in horreo,ſi illud vendat, aliud reponat,deberi hoc ſecundū.ibi.nu.65 101
teſtatoris diſpoſitio extendi vltra ſuam voluntatē nō debet.conſ.117.nu.3 108
teſtatoris voluntati vt ſit locus, illa eſſe debet dicta vel ſcripta.ibi.nu.4 ib.
teſtator quādo digreditur ad tot gradus ſubſtitutionum,cenſetur ſe velle on⁹ reſtitutionis omnibus gradatim iniūctum.ib.nu.9 109
teſtator quando ſine verbis reſtrictiuis progreditur ad plures gradus ſubſtitutionum,onus reſtitutionis fideicōmiſsi repetitum dicitur à primo ad vltimum.ib.nu.10.12 ibid.
teſtator quando vocat à ſe ſubſtitutos ſignificat ſe non ſolùm primum & ſecundū,ſed vlteriores grauare voluiſſe.ibidem nu.13 ib.
teſtator quando prohibet alienationem pro conſeruatione familiæ,non ſufficit ſemel ſatisfactum conditioni, ſed requiritur perſeuerantia.ib.nu.18 110
teſtator perpetuò fideicommiſſum conſtituens,dicitur ſemper de vno in alterum repetitum.ib.nu.19 111
teſtator prohibens detractiones quartarum manifeſtè ſignificat, onus fideicommiſsi,velle eſſe repetitum de primo ad vlteriores.ib.num.21 ib.
teſtator cenſetur velle illud,de quo ſi fuiſſet interrogatus,ſic diſpoſuiſſet. ibidē nu.24 ibid.
teſtatoris voluntatis interpretatio plena periculi eſt.ibidem numero 48 114
teſtator ſi in vna parte teſtamenti fecit mentionem filiorum naturalium, in altera ſimpliciter de filiis, intelligitur de naturalibus. ibid.nu.72 116
teſtatoris mortis tempus ſi inſpicitur,teſtatoris non grauati ſucceſsionem cōſiderari conſ.124.nu.1 163
teſtatori nō grauato ſuccedit ex fideicommiſſo.ib.nu.13 20.25.38 cōſ.151.nu.8.165
teſtator ſimpliciter familiæ relinquens pro ipſius cōſeruatione, de ipſius propria familia intelligit.ib.nu.28.34 169
teſtatores gaudere plurimū,cum ſua poſteritas propagatur.ibidem nu.48 166
teſtator diligendo nominatū,ipſum præſumitur etiam dilexiſſe eius poſteritatem.ib.nu.52 170
teſtator vbi plures vocauit collectiuè & eos inuicem ſubſtituit non in capita ſed in ſtirpes,tunc filius intrat locum patris in ſucceſsione aui & tranſuerſalis.ib.nu.64 172
teſtator quando nominat filios nomine proprio & alios deinde nomine appellatiuo,tunc nepos non intrat locū patris.ib.nu.77 174
teſtatōr qui plures cōiunctim vocauit in eo in quo coniunctim vocauit,illi magis dilecti præſumuntur.ib.nu.108 179
teſtatorē liberè poſſe alienare bona à ſe ſuo ſe hæredi reſtituēda.cōſ.125.nu.2 181
teſtatorem poſſe diſponere de re ſui hæredis.conſ.120.nu.14.29 193
teſtator ſi mandet hæredi,vt conſtruat capellam in loco declarando per executores,non poteſt hæredi non cōſtruēti culpa imputari.conſ.134.nu.20.209
teſtatoris voluntatē obſeruandā,cū de ea conſtet,quæ & qualis ſit.ib.nu.27 210
teſtator ad plures gradus ſubſtitutionum diuertens non cenſetur poſitus in conditione vocaſſe.conſ.135. numero 2 212
teſtator quando plus quàm ſemel ponit filios in conditione,eos vocare dicitur.ib.nu.7 ib.
teſtatoris ſucceſsionem in ſuſpenſo aliquando,vel in aere ſtare non debet. ib.nu.10 213
teſtatoris voluntas debet eſſe legi conformis.conſ.137.nu.10.217.conſ. 164. nu.1 367
teſtatorem præſumi,velle grauare hæredem ſuum minus quàm fieri poteſt. conſ.140.nu.3 225
teſtatoris voluntas in vltimis diſpoſitionibus omnino præualet. ibidem nume.13 226
teſtatoris voluntatem ex vſu magis declarari.ib.nu.21 227
teſtatoris voluntas debet interpretari,vt ſit iuri communi conformis.conſ.142 nu.8.conſ.142.nu.23 233
teſtatoris voluntas in dubio interpretanda,ne à ſapientibus reprehendi poſſit.ib.nu.11 ib.
teſtatorem in dubio minus voluiſſe grauare hæredem,quàm ſit poſsibile. ib. nu.5.ib.conſ.141.nu.9,.128.cōſ.150.nume 20.278.fallit nu.67.conſil.166. nu. 10 375
teſtatoris dubia voluntas interpretari debet ex iuris communis diſpoſitione. ib.nu.2.232.conſ.173.nu.37 406
teſtatorem præſumitur diſpoſuiſſe id, de quo ſi interrogatus fuiſſet,ita diſponere voluiſſe reſpondiſſet.conſ.141.nume.12 229
teſtatorem magis dilexiſſe filios ſuos, quàm vxorem.conſ.144.nu.4.declara nu.23 241
teſtatoris diſpoſitionem impedire, eſt legem offendere.conſil.145. numero 17 247
teſtator quando appellat vxorē dilectiſſimam,cenſetur ei legaſſe ob amorem & dilectionem.conſ.146.nu.10 251
teſtator quando legat pro tempore vitæ legatarij, præſumitur legaſſe fauore ipſius,non autem illius,cum quo habitare debet.ibidem nu.12 ib.
teſtatorem legaſſe præſumitur creditori ſuo animo compenſandi,quādo ſumma legata conuenit ſummæ debitæ.ibi.nu.14 ibi.
teſtator quando relinquit vſumfructum aliquorum bonorum tantùm vxori ſuæ,donec honeſtè vixerit, intelligitur relinquere pro alimentis. ibi. nu. 16 252
teſtator quando in aliqua parte teſtamēti facit mentionem liberorum maſculorum,& in altera ſimpliciter filiorū, tunc ſimplex illa filiorum mentio cōprehendit æquè fœminas ac maſculos.conſ.150.num.6.intellige vt num. 55 277
teſtator inſtituendo filios diſtinctis portionibus,dicitur vnum alteri prælatuliſſe in portione ſibi aſsignata. ibidē numero 7. declarat vt numero 56 ibid.
teſtatoris voluntas talis eſſe præſumitur, qualis de iure eſſe deber. ibidem nume.14 278
teſtatorem inter ſuos deſcendentes velle auferre occaſionem odij, præſumēdum eſt.ib.nu.22 ibid.
teſtatorem magis deligere filiam quam neptem.ibi.nu.25 ib.
teſtator quod voluerit ſuam volūtatem legi municipali eſſe conformem, iuris eſt præſumptio.ibidem numer.41. 62.280.conſ.169.num.17.conſilio 177. nu.11 423
teſtator ponendo filios in conditione, dicitur poſuiſſe & vocaſſe eos,qui ab inteſtato erant ſucceſſuri.ibidem numero 61 282
teſtator quando potuit aliquid facere & non fecit præſumptio eſt, quod ita facere mentis ſuæ non fuerit. conſilio 151.nu.44 289
teſtator exprimendo maſculos demonſtrauit ſe magis eos dilexiſſe, quā fœminas.conſ.152.nu. 4 292
teſtator ſubſtituendo filiis fratres ſuperſtites & eorum filios,credendum eſt, quod multo magis voluerit nepotes ſuos ſubſtituere propriis filiis.ibi.nu. 11 ib.
teſtator ſi grauauit proprios filios, multo magis & remotiores.ibidem num. 12 ib.
teſtator quando diſpoſitiuè vocat, onus tranſit ad omnes ſucceſsiuè. ibid. nu. 26 294
teſtator quādo digreditur ad plures gradus ſubſtitutionū, onus fideicōmiſsi ſucceſsiuè omnibus eſt iniunctū. ibi. nu.27 ib.
Teſtatoris mentem magis quàm verba ſpectandam. ib.nu.65 300
Teſtator non præſumitur eligere viam, per quam ſuum iudicium fiat inane & eluſorium.ibidem numero 67 ibid.
Teſtator cum hæredi ſuo ſubſtituit ſuū filium, quem voluit ferre inſignia & nomen familiæ ipſius teſtatoris, dicitur ex ſingulari hoc ſermone vocaſſe vnum tantùm ex filijs dicti hæredis.conſ.158 nu.43 328
Teſtator quando aliquid legat ei, cui ex voluntate debet, non præſumitur legaſſe ad illius debiti compenſationē. conſ.162.nu.23 359
Teſtator conſiderare ſolet effectum tantummodo ſuccedendi.conſ.164.nu.6 368
Teſtator quando hæredi à ſe inſtituto ſubſtituit propri filium,nō præſumitur filium illum excludi à filio legitimato inſtituti.ib.nu.8 ib.
Teſtatorem non poſſe prohibere detractionem trebell. ib. nu. 23. imò quòd ſic nu.25 370
Teſtator non poteſt prohibere detractionem trebell.filijs primi gradus.ib.nu. 24.ib. imò contrarium nu. 26. maximè quando detrahuntur duæ quartæ.nu.28
Teſtator ſi legat alicui, quem pauperem eſſe credebat, legatum corruit, ſi apparet eum diuitem.conſ.167. num.12 378
teſtatorem poſſe ad libitum ſuum de rebus ſuis diſponere. conſ.169.nume. 4 383
teſtator poteſt adijcere conditionem rebus ſuis, quæ ſibi placet.ib.numero 5 ibid.
teſtatoris diſpoſitio ita debet intelligi, ne ſtatim ſibi parum conſtans ſit. conſil.170.nu.14 386
teſtatorem eam eligere viam, qua ſuum teſtamentum ſuſtineatur, præſumptio eſt.ib.nu.12 ib.
teſtatorem voluiſſe grauare hæredem ſuum onere fideicommiſſi non præſumitur.conſ.171.nu.10 390
teſtatoris voluntas vbi eſt dubia,non attenditur, vt eius cauſa recedatur, ab eo, quod certum eſt.ibi.numer. 12 ibid.
teſtatori proximior magis dilectus cenſetur.conſ.172. numero 21 396
teſtator vocando filios ſub nomine proprio non habet rationem perſonæ ſucceſſoris.conſ.200, nu.97 568
teſtator non præſumitur, extraneas nationes proprijs filiabus anteponere voluiſſe.ib.nu.25 397
teſtatoris prudens conſilium in materia ſubſtitutionum ſpectari.ib. nume.29 ibid.
teſtatorem, qui primogenitum ſororis ſuæ vocauit, de quo intellexiſſe.conſil.173.nu.15 402
teſtator vocando per nomen appellatiuum domum & agnationem, magis ipſam agnationem quàm perſonas conſideraſſe. ib. nu.31 405
teſtatorem ſubſtituendo agnatum proximiorem maſculum &c. magis habuiſſe rationem agnationis quam ſanguinis.ib.nu.32 ib.
teſtatoris intentio quando eſt dubia erga duos an, ad vnum vel ad alium applicetur, conſideratur, quis eorum fuerit teſtatori maiori dilectione coniunctus.ib.nu.34 406
teſtatorem noluiſſe legitimatum excludere ſubſtitutum, quando in ea regione teſtatoris legitimatus non habetur pro verè & propriè legitimo. ib. nu.75 412
teſtator quando potuit rupto teſtamento aliqua de cauſa mutare illud & nō mutauit, præſumitur, quòd cum illo decedere voluerit. conſilio 176. nume. 5 419
teſtator ſi declaret illum velle eſſe hæredem, quem ſcripſit in ſchedula relicta apud guardianum S.Franciſci,illa declaratio probatur duobus teſtibus.ib.nu.6 ib.
teſtator iure poteſt liberare hæredem à confectione inuentarij in præiudicium fideicommiſſarij.conſ.177. num. 31 427
teſtator quòd voluerit facere actum validum, præſumptio eſt.conſ.183.nu.12 459
teſtator ſimpliciter relinquens ſuis fratribus, interpretatio ſumitur, quòd prius relinquere voluerit vtrinque coniunctis. conſilio 187. numero 49 480

Teſtator libere poteſt legare rem ſui hæredis.conſilio 196. numero. 7.11.12.13 517

Teſtator grauare poteſt eum, quem honorauit.ib. num.8 ib.

Teſtator quando prohibet alienari bona à ſe relicta ſub fideicommiſſo, ne in extraneos tranſeant, ſed conſeruãtur in familia, fideicommiſſum dicitur repetitum à primo hærede in ſecundum, tertium, & vltiores. conſil. 197. nu.9 525

Teſtatoris mens obſeruanda.ib.num.24 528

Teſtatoris verba, & diſpoſitio intelligi debent ſecundum communem vſum loquendi.nu.51 533

Teſtator ſi excluſit proprias filias, multo magis excludere voluit neptes remotiores, præſumendum eſt. ib.nu. 52 534

Teſtatoris voluntatem confirmare dicitur, qui acceptat legatum ſibi factũ. ib.nu. 57 535

Teſtatorem præſumi nolle grauare hæredem duplici onere.conſ. 195. num.2 513

Teſtator legando creditori ex debito voluntario non inducitur compenſio in dubio.ib.num.11 514

Teſtatoris voluntas non trahitur ad incogitata.ib.num.16 ib.

Teſtatoris voluntas poſita in ſubſtitutione regulatur à præcedenti inſtitutione.conſ.198.nu.12 541

Teſtator quos coniunxit in inſtitutione, eoſdem etiam videtur coniunxiſſe in ſubſtitutione.ib.nu.13 ibi.

Teſtator non videtur ſe incontinenti voluiſſe corrigere. ibidem numero 16 254

Teſtatoris voluntatem etiam declarari ex dictis extra teſtamentum.ib.nu.18 ib.

Teſtatoris coniunctio potentior illa naturæ.ib.nu.19 543

Teſtatoris coniunctio quando concurrit cum ſubſtitutione, ſubſtitutio aſſumit naturam coniunctionis. ib.nu. 25 544

Teſtes de negocio generaliter atteſtantes non probare.conſ.107.num.12.idẽ de aſſertione iudicis.nu. 13 44

Teſtibus examinatis non iuratis nulla adhibenda fides.conſ. 114. numero 2 89

Teſtibus potius iudicantibus quàm teſtimonium ferentibus, nulla eſt adhibenda fides. ibidem numero.4 ibid.

Teſtes, qui iurarunt præſentibus iudicibus, & partibus, præſumitur, quòd tactis ſcripturis iurauerint. ib. nu.17 91

Teſtibus atteſtantibus ſuo iudicio & his, quæ in hominis iudicio ſunt, credendum.ib.nu.19 b.

Teſtibus veriſimiliora deponentibus magis credendum. conſ.147.numero 62 260

Teſtes in crimine hæreſis debent eſſe omni exceptione maiores. conſi. 149. nu.3 289

Teſtes tunc dicuntur omni exceptione maiores, quando nulla macula impingi poteſt. ib. nu.5 ib.

Teſtes tres requiri ad probandum quem hæreticum, & quid cum eis concurrere debeat, ſi non ſunt integri.ib.nu. 12.13.14 269

Teſtes ſingulares nihil probant. ib. nu. 17 ib.

Teſtes contra inquiſitum de hæreſi, vt probent, debent examinari coram duobus religioſis.ib.nu.18 ib.

Teſtis affectionem oſtendens reijciendus.ib. nu.21 270

Teſtis præcipitanter deponens præſumitur falſarius.ib.num.22 ib.

Teſti non creditur deponẽti de animo, & voluntate alterius.ibid.numero 23 ib.

Teſtis de auditu auditus non probat.ib. nu.24 ib.

Teſtis approbatus à patre amplius illius perſonam reprobare non poteſt. ib. nu.26 271

Teſtibus de bona fama atteſtantibus magis creditur quàm de mala.ibi. nu. 43 273

Teſtibus ſingularibus in genere, quis probari poſſit hæreticus.ib.nume.44 ibid.

Teſti ſingulari concurrentibus alijs coniecturis fidem adhiberi.conſ. 175.nu. 13 416

Teſtes non recipiuntur ſuper ſecundo modo deducto, quando modus variatur.conſ.188.nu.10 485

Teſtibus ſingularibus fides adhibenda, cum agitur de factis à ſeipſis.conſilio 199.nu.4 545

Teſtis corruptus præſumitur, dum ſecũdùm perhibuit teſtimonium.ib.num. 17 547

Teſtis pauperis nullum exercitium faciẽtis, honorificè induti inſurgit corruptionis ſuſpicio.ib.nu.21 ib.

Teſtimonia & contraria loquenti nulla eſt adhibenda fides. ibidem numero 24 548

Teſtes tres quando ſunt ſubſcripti vni apochæ, & vnus eorum ſit mortuus, illa apocha ab aliis duobus recognoſci non poteſt.ib.nu.26 ib.

Teſtis ſingularis ſaltem præſumptionẽ, imò ſemiplenam probationem facit. ib.nu.28 ib.

Teſtes de auditu ſaltem præſumptionem faciunt.ib.nu.36 550

Teſtimonium ſuſpectum perſonæ familiaris.ib.nu.19 547

Teſtimonio illius adhibẽda eſt fides, qui de facto à ſeipſo deponit.conſ.120. nume.21 125

Tex.in c.1.de teſti.lib.6.explicantur. conſi.144.nu.19 244

Tex.in c.etiam de cenſib.loquitur in præſcriptione quadraginta annorum. cõſi.138.nu.21 221

Tex.l.tutor.§.quæ laboribus.ff. de excuſ. tuto.declaratur.conſil.167.numero 13 578

Tiraq.in tract.primis.q. 40.numero 198. declaratur.conſilio 106. numero 150 15

Titulus vniuerſalis, qui venit in conſequentiam perſonæ, dominium ipſo iure transfert. conſilio 122. numero 6 143

Titulum habẽs ſua auctoritate poteſt ingredi poſſeſſionem vacantem.conſil. 180.nu.56 443

Titulus errore facti cauſatus nõ prodeſt ad præſcribendam iuriſdictionem.cõſi.191.nu.55 501

Titulum vel poſſeſſionem coloratam eſſe, quæ ab habente poteſtatem tributa eſt.conſ.199.nu.42 551

Tornielli doctrina declarata.conſil. 106. nu.280.283 26

Tractatus habiti inter prælatum, & monacos de re eccleſiæ alienanda nõ ſufficere vt enuncientur in inſtrumẽto, ſed de eis ſpecialis confecto inſtrumẽto conſtare debet.conſil.114.numer.33 93

Tradens rem ſuam alteri, vt illius propriam faciat, eum facit dominum.conſi.192.nu.5 506

Tranſactionem eſſe perpetuò obſeruandam, etiam tempore belli. conſil. 156. nu.20 315

Tranſactio intelligenda, ne cõtineat iniquitatem.ib.nu.21 ib.

Tranſactio fit aliquo dato vel recepto. conſ.178.nu.16 429

Tranſigens ſuper re dubia nõ dicitur læſus.conſ.154.nu.9 306

Tranſitus eſt facilior in habentibus ſimbolum.conſ.152.num.38.296.cõſ. 164. num.13

Tranſmiſſio ceſſat cum ſubſtitutioni eſt locus.conſ.106.num.396. 40.& conſi. 200.nu.111 569

Tranſmiſſio non conſideratur, quando quis nõ ex propria perſona ſed patris ſuccedit.conſ.124.nu.113 180

Tranſmiſſionis ius eſſe fauorabile. conſilio 200.numero 89. ſed aliter numero 119 567

Tranſmiſſio ceſſat quando filij ſunt ſub nomine proprie vocati.conſi.200.nu. 96 568

Tranſmiſſio ceſſat ſi repugnat ſermonis rectitudo.conſi.200.nu.101.idẽ quando geminatè vocauit num. 102. Idem quando vocatus eſt ſuperſtes numero 103.& nu.107 ib.

Tranſmiſſioni vt locus ſit, non ſufficit filios eſſe.conſ.200.nu.113 169

Tranſmiſſioni locum eſſe quando alioqui bona tranſirent ad extraneos.conſilio 200.numero 114 ib.

Tranſmiſſioni locus non eſt, cum tractatur de ſuccedendo in ſtirpes, & nõ in capita.conſ.124.num.114 180

Tranſmiſſioni fideicommiſſi conditionalis tunc eſſe locum, cum teſtator vocauit omnes deſcendentes de gradu in gradum vſque in infinitum.ib.nu. 115 ib.

Trebellianica detrahi non poteſt, quando teſtator eam prohibuit, & hæres diſpoſitionem teſtatoris approbauit.conſi.164.nume. 29 370

Trebellianica amittitur ob nõ confectionem inuentarij. ibidem numero 32 371


Trebel-




Trebellianicæ detractio an prohiberi poſſit per teſtatorem verbis vel ſingularibus, vel ſpecialibus, vel ſaltem generalibus.conſilio 177. nu.1 421

Trebellianica an amittatur ob non cõfectionem inuentarij. ibidem numero. 28 426

Tutela quamuis malè decreta primordio veritatis defenditur. conſilio 145. numero 47. 249

Tutoris appellatione continetur curator.conſi. 115. numero 68 101

Tutor quando ex pecunijs pupilli feudũ emere debet, vt ad intereſſe teneatur, conſtare debet, feudum potuiſſe emi. conſilio 127.numero 13 189

Tutor vel adminiſtrator vbi temerè vel calumnioſè cauſam pupilli ſuſcipit, expenſas non repetit.conſi.145.num. 6 246

Tutores vel curatores ſi nomine pupillorum ſcienter calũnioſas inſtituunt actiones, eo nomine condemnari oportere. ibidem numero 15 247

Tutori non licere pacem inire cum inimicis pupilli, cum dedecus ex ea affertur. ibidem numero 19. ibid.

Tutori ſpectat iniuriam pupillo illatam vindicare.ibidem numero 21 ibid.

Tutorem non poſſe remittere iniuriam pupillo illatam. ibidem numero 22 ibidem

Tutorem non præſumi dolo verſatum in adminiſtratione tutelæ, ſi quid egit cum conſilio cõiunctorum pupilli.ibidem numero 26 248

Tutorem etiam tutela ipſa finita non poſſe litem iam cœptã deſerere. ibidem numero 51 249

V

VAſallus ſicut nõ poteſt alienare feudum in detrimentum domini directè, ita nec dominus ſuum directum dominium inuito vaſallo.conſilio 116 numero 12 103

Vaſallus allegans tenorem inueſtituræ eſſe talem, probare debet. conſi. 148. numero 3 261

Vaſallus ſub inueſtiens eodem iure ſubinueſtire præſumitur. ibidem numero 19 263

Vaſallus committens delictum erga dominum, de quo conquæſtus non eſt, illius morte cenſetur remiſſum. conſ. 155.nu.17 310

Vaſallum nõ teneri contribuere pro debitis domini ſui.conſil. 156.numer.18. 314

Vaſallus vtile dominium habet.con.157. num.5 319

Vaſallus poteſt vni filiorum prælegare feudum miſtum, quanquàm antiquũ. conſi.158.nu.65 332

Vaſallo licèt de feudo antiquo diſponere conſentiente principe etiam in præiudicium primogeniti.ib. numero 67 ibid.

Vaſallus abſolutè, & generaliter prohibetur diſponere de feudo. ibi. nu.86. declara nu.92 334

Vaſallum nullo pacto poſſe diſponere de feudo antiquo, auito & paterno ex pacto ei prouidentiæ conceſſo. conſilio 161.numero 1. 348

Vaſallum poſſe de feudo nouo diſponere quæſito pro ſe, & hæredibus ſuis. ibi.nu.2 ibid.

Vaſalli omnis de re feudali diſpoſitio prohibetur.ibid.nu.16 350

Vaſallum non poſſe feudum, etiam ſi nouum ſit, alienare in extraneum ſine conſenſu domini.ib.nu.18 351

Vaſallus non poteſt derogare iuri domini directi.ib.nu.22 352

Vaſallus cum conſenſu domini directe quãdo poſſit diſponere de feudo nouo ex pacto & prouidentia illud relinquendo alteri filiorum ibidem numero 52 355

Vaſallus an poſſit diſponere de feudo ex pacto & prouidentia nouo conceſſo iure antiqui illud prælegando vni filiorum.ib.nu.57 356

Vaſallus quando amittit feudum ex alia cauſa quàm delicto domino illato, feudum acquiritur agnatis, non autem domino.conſ.181.nu.95 455

Vaſallus duorum antiquiori domino tenetur opem ferre.conſ.182.nu.10 456

Velle non dicitur, qui patris mandatis paret.conſ.182.nu.6.ibid.

Velle is non dicitur, qui concedit, quod ignorat.conſ.191.nu.45 500

Veneta nobilitas ſolet præferri maximis diuitiis.conſi.199.nu.30 549

Vendens omne ius, quod habet in tali re, non tenetur de euictione. conſilio 178.nu.23 430

Vendens nomine alerius, non tenetur ſe dominus.conſi.123.numero 13.in ſubſcrip. 160

Vendere aliud eſt, aliud promittere de vendendo.conſi.122.nu.22 146

Vendat ſi quis rem cum pacto de reuendendo, ſi emptor rem pignori dederit, & deinde emptor idem coactè reuendat, reſoluitur ius illius creditoris.conſi.116.nu.32 104

Venditionem vilioris prætij factam, cõtractum fœneratiuum ſignificare.cõſ. 109.nu.19. 60

Vectigalis exactio ſignificat caſtrum eſſe ſub dominio exigentis.conſ. 147. numero 21 257

Verbum eſt, fuit, ſignificat proprietatẽ. conſ.106.nu.223 21

Verba iuriſconſulti narrantis factum, nil diſponunt.ib.nu.177 17

Verba diſpoſitionis ad perſonam teſtatoris in dubio referri.ibid. numer.212 20

Verba hæc, inſtituo agnatum meũ, exponuntur, ideſt, qui meus eſt. ibid. nu.225 21

Verba impropriantur, ne fruſtra ſit diſpoſitum.ibi.nu.255 24

Verbum præſentis temporis habere ad ſe futurum, non è contra. ibi.nu. 266 25

Verba de actu immediato intelligi. ibid. nu.288 27

Verbum poſſum, potes, poteſt, extenſiuum eſſe.ibi.nu.335. 33

Verbum reſpiciens plura determinabilia, quando æqualiter determinate. ibi.nu.337.338 ibid.

Verba diſpoſitionis conditionalis tempus futurum reſpicere. ibidem num. 349 35

Verba hæc, vſque in infinitum ſubſtituo, tractum temporis ſignificare. ibi. nu. 368 37

Verba ſentẽtiæ vbi ambigua ſunt, interpretari debent ex libello.cõſi.110. nu. 463.imò nu.21.46.47

Verba ſententiæ poſſunt impropriè ſumi, vt mens iudicis ſaluetur. ibi. num. 10 ibid.

Verba ſententiæ eſſe ſumenda propriè, & ſtrictè, vt verborum proprietas ſonat.ibi.nu.13 64

Verba ſententiæ ſubauditionem non recipiunt.ibid.nu.27 65

Verba ſunt ita intelligenda, ne contineãt contradictionem.conſi.111. nu.7 70

Verbum ſucceſſoribus, poſitum in principio inueſtituræ feudalis, cenſetur repertum in alijs partibus ipſius inueſtituræ.ibi.nu.20.intellige vt nu.46 71

Verbum generationis ita adaptatur ſexui fœminino, vt maſculino.ibi.nu 55 74

Verba generalia regulæ Cancellariæ reuocatoria priuilegiorum nõ comprehendere Cardinales.conſ. 112. nu. 47. imò nu.57 83

Verba, aliorum quorumcumque, ſunt ſimilium repetitiua.conſil.113. num. 17 88

Verbum inſtituo, eſt directum, ſubſtituo obliquum.conſ.115, nu.2. imò commune nu.5 95

Verba debere referri ad immediatè præcedentia.ibi.nu.12 96

Verba teſtatoris ſunt tenẽda in propria ſignificatione.ib.nu.47 99

Verbum acquiſitis, intelligitur de acquiſitis tempore teſtamenti non poſt.ib. nu.61 100

Verba diſpoſitionis teſtatoris in dubio ſunt intelligenda in caſu proprio.conſi.116.nu.20 105

Verba eo caſu, vim reſtrictionis obtinẽt. conſi.117.nu.6.108.declara vt num.29

Verbum ſubſtituo, eſt diſpoſitiuum. ibi. nu.11 109

Verbum recedere, quid ſignificet. conſi. 121.nu.69 136

verba pro ſeipſis, perſonalitatem quandam ſignificant. conſil. 122. numer.25 146

Verba conuentionis ita debẽt intelligi, ne ſint ſine effectu.ib.nu.48 148

verba æqualiter debent determinare.ib. nu.50 149

verba compromiſſi diligenter conſiderãda ſunt.conſi.123.nu.2 153

verba cuiuſcunque diſpoſitionis interpretationem recipiunt à ſua cauſa.ib. num.18 155

verba vnus, vel alter, ſunt diſtributiua. ib.num.5.in ſubſcrip. 159

verba in dubio ad perſonam teſtatoris referri.conſi.124.nu.3 163

verba teſtatoris cum ſunt clara, ab earũ proprietate non eſt recedendum. ib. nu.27 166

verba ambigua, quæ ad perſonam teſtatoris & hæredis referri poſſunt, debere referri ad perſonam teſtatoris. ibi.

num.29. ibid.
Verba referri debent ad immediatè præcedentia.ibid.nu.92. 172
Verbum ſtare & eſſe, perpetuitatē quandam ſignificat.ib.nu.66 ibid.
Verba ipſa non tantùm ſpectanda ſunt, ſed potius effectus.conſ.131.nu.3 199
Verba hæc,dummodo,non faciunt, conditionem.ib.nu.10 200
Verba modum ſignificant ex illa dictione pro.ibid.nu.16 201
Verba,ita tamen,ſunt limitatiua ad præcedentia.ibid.nume.17.ibid.conſ.134. nu.4.15 207
Verbum aliquod vbi poteſt demonſtrare duo tempora,exponi debet vt ſignificet tempus, quod magis naturæ actus conuenit.conſ.133.n.1 205
Verba legis & diſpoſitionis ita deberē intelligi,ne inde falſa latinitas, vel minus congrua reſultet. ib. numero 4.ibid.
Verbum ordinabitur, ſtare videtur imperatiuè.cōſi.134.imò indicatiuè. numero 17 209
Verbum præcisè,ſignificat quandā conditionem & formam. ibidem numero 6 207
Verbum placuit, liberam quandam ſignificat poteſtatem.ib.nu.8 ibid.
Verbum voluntatis,liberæ poteſtatis eſt. ibid.nu.10 ibid.
Verba eò caſu ſunt reſtrictiua. conſ. 135. nu.3.212.conſi.177.num.20.425. conſi. 198.nu.9. 541
Verba teſtatoris eſſe accipienda ſecundum ordinem ſucceſſionis ab inteſtato.conſi.200.nu.28 561
Verba ſtatuti cum ſunt clara, non eſt dubitandum.conſi.138.nu.15 200
Verba affictus,quando veniant molendina.conſ.140.nu.8 226
Verba legati ita debent intelligi,ne ſint ſuperflua.ib.nu.9
Verba,item ſaluis præmiſſis,repetūt præcedentia cum omnibus ſuis qualitatibus tantùm expreſſis.conſi. 141. nu. 30.31 231
Verba vniuerſalia plura comprehendūt quàm generalia.ib.nu.35 ibid.
Verba illa, in omnibus autem aliis bonis,excludunt omnia legata præcedentia.ib.nu.38 232
Verba præſentis temporis non trahuntur ad futurum.conſi.142. nu. 1. imò. nu.20.25 ibid.
Verba vbi poſſunt ſignificare infinitatē, illa demonſtratur.conſ.143. nu. 8. ſed vide nu.35 236
Verba teſtatoris ita intelligenda ſunt, vt aliquid operentur.ibid.nu.10 intellige vt nu.37 38 237
Verba, dictis ſuis filiis, ſunt reſtrictiua. ibid.nu.26 239
Verbum imperpetuū, exponitur, ideſt, intra 30.an.ibid.num.33 240
Verba, pro quo tamen, ſunt inductiua modi & limitatiua legati. conſil. 146. nu.7.32 251
Verba enunciatiua non probant. conſil. 147.nu.5.fallit in antiquis.nu.11 255
Verba dicuntur diſpoſitiua, quando ex illis de re ipſa principaliter diſponitur. Enunciatiua verò, cum ita olim factum narratur.ib.nu.6 ibid.
Verba enunciatiua vnius inſtrumenti etiam antiqui an probent confinia.ib. nu.12 256
Verba enunciatiua ad fauorem narrantium plura an probent.ib.nu.13. ib.
Verba enunciatiua plenè probant contra tertium,etiam vbi agitur de graui præiudicio,quando concurrit longa quaſi poſſeſſio.ib.nu.14 ib.
Verba enunciatiua Papæ probare fines. ibid.nu.20 257
Verbis enunciatiuis Principis creditur, quando illa protulit motu proprio,etiam ſi factum ſit nouū.ibi.nu.23 ibid.
Verba hæc, hæredibus vtriuſque ſexus, etiam fœminam cumprehendunt.cō. 148.nu.26 263
Verba hęc,pro ſe & hæredibus legitimis, intelligi etiam de fœminis. ibid. nu. 28 264
Verba,in omnibus & per omnia, operātur pleniſſimam relationem. ibid. nu. 29 ibid.
Verba inquiſiti in dubio ſunt pro ea interpretanda.conſi.149. nu.55 276
Verba quando ſunt clara, eorum attenditur proprietas,etiam ſi actus redditur nullus.conſ.150.nu.2 277
Verbum ſubſtituo,eſt diſpoſitionem.cō. 152.nu.25 294
Verba,alio quouis modo &c.intelligi de maioribus expreſſis etiam. conſi. 156. nu.24 315
Verba vbi ſunt clara,ceſſāt cauillationes aduocatorum.conſ.157.nu.19 320
Verbum hæredibus, interpretari debet ſecundùm ſubiectam materiam. cōſ. 158.nu.17 326
Verba numeri ſingularis vnum tantùm non plures comprehendere. ibid.nu. 42 328
Verba eo iure,quo ſi &c. & illa perinde ac ſi &c.improprietatis ſunt ſignificatiua. ibid. nu 72 333
Verba illa,etiam ſi &c. eſſe implicatiua. ibid.nu.75 ibid.
Verborū à proprietate præſertim in ſententijs recedendū non eſt. conſil. 159. nu.11 336
Verba ſunt rerum ſignificatiua.conſ.160. nu.19 342
Verba hæc,pro ſe& hęredibus legitimis maſculis,ſignificant feudum eſſe hæreditatem,ibid.nu.35 344
Verba in executiuis nihil operantur. ibi. nu.38 345
Verba hæc,pro hærede maſculo, in materia feudali interpretantur pro filio. ibid.nu.40 ibid.
Verba,hæredibus maſculis,licet non efficiunt,feudum eſſe hæreditarium,tamen id efficit, quando eſt coniunctū cum verbo ſucceſſoribus.ibid.nu. 43 346
Verba donec, vſque, ſunt limitatiua & reſtrictiua temporis.conſi.166.nu.1 374
Verba,de eo quod &c. verificātur etiam in re minima.conſ.168.num.15 380
Verba defectiua ſuppleri ſolent in vltimis voluntatibus, vt effectum ſortiatur diſpoſitio.conſi.170.nu.7 385
Verba,& tunc & eo caſu &c. triplicē habent ſenſum.ibi.nu.10 386
Verba quibus conueniunt, conuenit & diſpoſitio.conſ.172.nu.13 395
Verba,deſcendentes maſculos,in dubio intelligi debent deſcendentibus maſculi immediatè.ibid.nu.22 397
Verbum dictos, eſt repetitiuum omniū ſupra expreſſorum.conſ.173.nume. 61 410
Verba,quæ præſupponunt,nō diſponūt. conſi.177.nu.9. 423
Verbum omne & ſillaba in qualibet diſpoſitione ſtare præſumitur cum operandi effectu.con.179.nu.12. fallit nu. 20 432
Verba vbi non conueniunt, nec diſpoſitio.ibi.nu.17 433
Verba illa,iuris ordine ſeruato,&c.quomodo intelligantur.conſil.180. nu.13. 437
Verbum licentia, infert expreſſum conſenſum.conſ.188.nu.7 484
Verbum inueſtio, idem ſignificat, quod verbum confero.conſ.191.nu.2 495
Verbum donamus, indicat conceſſionē non feudalem ſed liberam donationem.ib.nu.9. 496
Verba,ſic vt rite &c.ſtare videntur limitatiuè.ib,num.32.aliquando diſpoſitiuè.nu.34 498
Verbum generale recipere declarationē à ſpeciali.ib.nu.36 409
Verba duo quando concurrunt in vna diſpoſitione,verbum maioris virtutis trahit ad ſe aliud.ib.nu.37 ibid.
Verbum legó,coniunctum verbo dono, arguit donationem.ib.num.38 ibid.
Verbum obſcurum declarationem recipere à verbo claro.ib.num.40. ibid.
Verba enunciatiua fidem faciunt, Apoſtolicam auctoritatem præceſſiſſe. cōſ 192.nu.11 527
Verba indefinita vniuerſali æquipollēt. conſi.193.nu.2. 509
Verba hæc,quacunque cauſa &c. comprehendunt omnem omnino caſum. conſi.196.nu.50 522
Verba prolata à teſtatore ita intelligēda, vt aliquid operentur.conſ.197.numero 14 526
Verbum volo,eſt diſpoſitiuum.ibid.numero 21 527
Verba illa,vt in familia remaneant, etſi ſui natura enunciatiua attamen cum relata ſint ad perſonam grauatam diſponunt.ib.nu.22 ibid.
Veriſimile quod non eſt, ſpeciem falſi habet.conſ.110.nu.37.65.conſ.112. nu. 19.79.conſ.118.nu.19.110.conſ.121. nu. 55.135.conſ.122.num.68. 150. conſ. 147. num.33.258.conſ.175.nu.14 416.conſi. 193.nu.7.510.conſ.199.num.29 548
Veriſimile non eſſe, dolum fraudem & vim committi aduerſus fortiores ſe. conſ.147 nu.42 658
Veriſſimile illud eſſe magis dicitur,quod naturæ negotij, & iuri ipſi communi magis adaptatur.conſ.191.nu.85. 505
Veriſimile nō eſt,quod quis omittat ea, quæ ſui officij ſunt.conſ.188.num.22. 485
Veriſimilitudo naturæ cognata eſt.conſ. 113.nu.12 87
Veriſimilitudo habetur pro lege.ib.numero 13
Veriſimilia quæ non ſunt falſa creduntur.conſ.188.nu.11 485
Veritas immutari non poteſt per noſtrū affirmare vel negare.conſ.107.numero.29 45
Veritatis proditor nemo eſſe debet. ib. nu.59 47
Veritati ſemper locus eſſe debent. conſ. 112.nu.17. 79
Veritas & fictio quando concurrunt, veritas præualet.conſ.124. nu.98. 178 conſ.139.nu.25 224
Veritas attendi debet & non verborum inanis expreſſio.conſ.167.nu.17 378
via tutior in dubio eſt amplectenda cōſilio 107.numero 28 45
via, qua vtrique partium conſultum eſt, amplectanda eſt.conſilio 120.numero 17 125
via media eligenda in dubiis. conſilio. 144.numero 15 243
viam quis eligere præſumitur, qua vtrique caſui ſatisfactūm ſit conſilio 195. numero 6 513
vicinus præſumitur ſcire facta vicini. conſilio 199.numero 32 549
vincentem te ſi vinco, multo magis vincam te conſilio 172.numero 11.395.cōſilio 127.numero 56
vincula duo vni præualent. conſilio 187. numero 26 478
vindicta ſerò facta in re non permiſſa. conſilio 107.numero 27. 45
vindicta & propulſatio iniuriæ illatæ ſatis dicitur incontinenti fieri, cum is propulſans facere potuit.ibidem numero 39 46
virginitas & coelibatus ſuper omnia cōmendatur. conſil.169.numero 12 383
virtus omnis licet gratioſa, liberalitas tamen omnium gratioſiſsima. conſilio 191.numero 6 496
vita contemplatiua melior & tutior actiua. conſilio 169. numero 11 383
vitæ præteritæ integritas optima coniectura.conſilio 169.numero 37 272
vitio omni carere debet, qui paratus eſt in alium dicere. conſilio. 175.numero 11 415
Vnio vnius eccleſiæ ad aliā iuſtis de cauſis fieri debet.conſilio 192.nu.4 506
Vnuſquiſque poteſt rei ſuæ legem imponere.conſi.158.num.14.31 326
vocatio,quæ in teſtamētis fit,eſt duplex. conſi.173.nu.2 400
vocatio fideicommiſſariam eſt facta ſub nomine collectiuo.ib.nu.11 401
vocatio plurium abſque partium diſtributione,vna portio dicitur eis aſſignatis.conſ.196.nu.1 517
vocatus in defectum lineæ deſcendentium,vocatus dicitur in euentum futurum.conſ.106.nu.73 9
vocatum ſub conditione habere ius cōſiderabile.ib.nu.116.& lucrum ſortiri dicitur.nu.120 13
vocatus primo loco magis dilectus eſt. ib.nu.294.307.308 28
vocatus certò & determinatè quis dicitur inſpecto fine.ib.nu.145 14
vocati quando ſunt plures poſt mortem alicuius æquè proximi teſtatori, inter quos non cadit ordo charitatis, omnes admittuntur.conſ.124. nume. 10 164
vocatus vbi eſt primus,cenſentur & vocati omnes eius deſcendentes.conſil. 172.nu.34 398
volūtas teſtatoris dubia à ſermonis proprietate declaratur.cōſ.106.nu.58.ſed voluntati cedit.nu.244 8
voluntatem teſtatoris non variari præſumi.ib.nu.296 28
voluntatis defectus eſt non poſſe ea,quæ ſunt iniuſta & iniqua. conſ. 108. numero 13 52
voluntas ex facto æquè declaratur,ac ex verbis.cōſ.110. nu.1.63.intellige vt nu. 38.conſi.120. nu.25 125
voluntas contrahentium præſumitur talis,vt conſentanea ſit diſpoſitioni legis.conſi.111.nu.17 71
voluntatis cōtinuatio non mutatio præſumitur.conſ.121.nu.89 138
voluntas teſtatoris præſumitur conformis diſpoſitioni iuris communis.cōſ. 124.nu.37 168
voluntas & factum ex deinde ſubſecutis declaratur.conſ.145.nu.44 249
voluntas teſtatoris vbi eſt dubia,non attenditur vt ab eā recedat ab eo, quod certum eſt. cōſi.152.nu.55 298
voluntas teſtatoris ita eſt interpretanda, vt à ſapientibus reprehendi non poſſit.ibid nu.68 300
Voluntas hominis declaratur ex his, quæ deinde facit. conſi. 158. nume. 18 326
Voluntas diſponentis declaratur à ſubiecta materia.ibidem nu.45 326
Voluntas vbi eſt dubia, illa interpretatio ſumi debet,quæ magis conuenit ſtatuto ciuitatis ipſius teſtatoris. cōſi. 170.nu.19 386
Voluntatis diuerſitatis nō admittit repetitionem qualitatis poſitæ in vna ad alteram.conſi.171.nu. 24 392
Voluntas diſponentis ex actu nullo declaratur.conſi.183.nu. 23 460
Voluntas diſponentis declaratur ex eo, quod alio in loco ſcripſit.conſilio 193. nu.3 509
Voluntariè is facere nō dicitur,qui compelli ad ita faciēdum poteſt.conſi.175. nu.20 417
Vox quandocunque, ampliat. conſi. 141. nu.34 231
Vſum frequentem qui allegat, probare debet.conſi.106.nu.249 23
Vſumfructum rei non cenſeri relictum, cum de ipſo nullum ſit verbum.conſ. 15.nu.8 95
Vſusfructus natura,vt mortuo vſufructuario cū proprietate conſolidetur. cōſ. 141.nu.1 228
Vſufructus voluntate teſtatoris de perſona ad perſonam tranſit.ibid.nume. 19 229
Vſufructuarium omnium bonorum teneri ſoluere legata, & reliqua onera hæreditaria.conſi.115.nu.10 96
Vſufructuarius naturaliter poſſidet.cōſ. 139.nu.1 222
Vſufructuarij morte extinctus eſt vſufructus.ibid.nu.16 223
Vſufructuarij morte poſſeſſio ciuilis proprietarij ſtatim ad ſe trahit naturalem ibid.nu.21 ibid.
Vſufructuarium non poſſe alteri vſumfructum legare.conſilio 161. numero 24 352
Vſufructuarius ſpoliatus ante omnia reſtituendus.conſi.180.nu.64 443
Vſura committitur,cum aliquid accedit ſorti.conſi.109.nu.8 58
vſuram eſſe arguit id plus,quod ob cauſam mutui,pluſquam erat iuſti pretij, promiſerit.ibid nu.11 59
Vſura committitur directè in mutuo, indirectè in cæteris contractibus.ibi. nu.29 60
Vſurarium manifeſtum illum cenſeri & inteſtabilem,qui tempore conditi teſtamenti talis eſt.conſi. 149. nume.34 272
Vtilitatis cōmunis ratione & boni multa conceduntur,quæ aliàs non concederentur.conſi.107.nu.74 48
Vtilitas publica priuatæ ſemper anteferri debet.conſi.137.numero 24 218
vulgaris ſubſtitutio duo capita habet,im potentiæ & voluntatis conſilio 171. numero 28 392
vxor relicta vſufructuaria à marito viuētibus filiis eſt alimētaria. conſilio 141. numero 10 229
vxoris probatus & fides in cauſa ſunt,vt à marito diligatur.conſilio 146.numero 29 253
vxor non abſolutè tenetur operari viro. conſilio 154.numero 16 307
vxor & maritus præſumuntur, quando duo vti tales ſimul habitant. conſilio 199.numero 48.declaratur numer. 49 553

X

XISTVS IIII. ſuorum ſanguine coniunctorum fuit omnium indulgentiſsimus. conſilio 112. numero 8. 78
Xiſtus patriam ſuam multis priuilegiis honorauit. conſilio 113.numero.1 86.


FINIS.

# FACTI SPECIES.

Illuſtris Comes Ioannes Triuultius, filius quondam Comitis Pauli Camilli, cùm nullam ex ſe haberet prolem, anno. 1548. menſe Octobris, hæredem fecit illuſtrem. D. Io. Iacobum, filium illuſtris Marchionis Franciſci Triuultii, illique ita ſubſtituit.

*IN omnibus autem aliis meis bonis, ſaluis ſuprà ſcriptis, inſtitui & inſtituo hæredem meum vniuerſalem, ore meo proprio nominando, nominaui, & nomino Illuſtrem D. Io. Iacobum Triuultium, filium Illuſtris Marchionis Franciſci Triuultij. Et ei omnibus melioribus modo, iure, via, cauſa, & forma, quibus melius potui, & poſſum, ſubſtitui, & ſubſtituo eius Illuſtris D. Io. Iacobi filium primogenitum maſculum, legitimum, de legitimo matrimonio natum, & procreatum. Vel eius primogeniti filium, ſi aderit: ſin minus alium filium natum, maiorem natu poſt primogenitum. Et ſucceſsiuè primogenitum dicti ſubſtituti ſi aderit, ſin minus vt ſuprà. Et ſucceſsiuè primogenitos vſque in infinitum. Abſque detractione alicuius legitimæ, vel Trebellianicæ, vel alterius quotæ partis. Et vbi deficeret linea deſcendentium dicti hæredis mei inſtituti, eo caſu ſubſtituo agnatum meum maſculum, legitimum vt ſuprà, mihi in gradu proximiorem. Et ei ſubſtituo eius pr.mogenitum vſque in infinitum, ordine quo ſuprà. Et vbi nulli reperirentur agnati maſculi. eo caſu ſubſtituo primogenitum agnatæ, mihi in gradu proximioris. Cui ſubſtituo eius primogenitum maſculum legitimum, & de legitimo matrimonio natum, vt ſuprà. Et ſucceſsiuè in infinitum, modo, & ordine quo ſuprà. Abſque detractione, & cætera.*

EO conditi teſtamenti tempore tres extabant agnati teſtatoris ęquales in gradu, Illuſtres Comes Io. Firmus, Marchio Franciſcus, & Comes Io. Iacobus, filius quondam Comitis Hieronymi Triuultii. Horum tamen natu maior eo tempore conditi teſtamenti, ac mortis teſtatoris erat Comes Io. Firmus: qui tũc temporis habebat Comitem Georgium filium primogenitum.

Anno. 1549. vita functus eſt ipſe Comes Ioannes teſtator.

Anno 1569. Menſe Decembris deceſsit Comes Io. Firmus, relicto inter cęteros Comite Georgio primogenito.

Anno 1556. Menſe Auguſto, mortuus eſt Comes Ioan. Iacobus hęres inſtitutus, nullis relictis filiis ex legitimo matrimonio natis.

Dubitari nunc contingit, quis cenſeatur ſubſtitutus ipſi comiti Io. Iacobo hęredi, an Comes Io. Firmus, & poſt eum Comes Georgius eius primogenitus: vel Marchio Franciſcus, vel Comes Io. Iacobus filius quondam Comitis Hieronymi. Et quod ſubſtitutus, atque vocatus cenſeatur Marchio Franciſcus, vel Comes Io. Iacobus conſuluerunt Excellentiſsimi Iuriſconſulti Rolandus à Valle, Ioannes Bolognetus, Hieronymus Zanchus. Et poſt alios eruditiſsimos Conſultores, Venerandum Collegium Ticinenſe. Hi omnes contendunt, teſtatorem vocaſſe agnatum illum maiorem natu, & proximiorem, qui talis reperiatur tempore euenientis cõditionis, id quod ſolùm verificari poteſt in Marchione Franciſco, vel Comite Io. Iacobo. Contrarium verò conſuluerunt Excellentiſsimi Iuriſcon. Hieronymus Papponius, Franciſcus Marzarius, & alii plures: & tandem Veneranda Collegia, Patauinum, Bononienſe, & Piſanum. Ita etiam conſuluit ſummę auctoritatis Rota Florentina. Hi, inquam, omnes conſuluerunt teſtatorem reſpexiſſe a-

ſe agnatum natu maiorem exiſtentem tempore ſuæ mortis, atque ita vocaſſe Comitem Io. Firmum. Et poſt eum, omitem, Georgium. Et in ſimili factis ſpecie ita iudicarunt toto terrarum orbe celeberrimi, atque integerrimi Sacræ Rotæ Romanæ Auditores. Nunc verò cùm ardua hæc iuris quęſtio diffinienda ſit ab Illuſtriſsimo, atque Excellentiſsimo à Secretis Regio Conſilio Mediolanenſi, requiritur, (ſi modò ita viſum erit iuri ęquum & conſentaneum) reſponderi rationibus, atque argumentis Venerandi Collegii Ticinenſis, cum ampliſsimus ille ordo vltimo loco pro Illuſtri Marchione reſponderit. Et cupit Illuſtris Comes Georgius ſuas partes nouis aliquot rationibus, argumentis, ac Doctorum auctoritatibus defendi. Et quò res clarior reddatur ubiicimus arborem familię Triuultiæ.

Paulinus vixit anno 1528.

Thomas

Donatus

Ambroſolus

Spinas

Ambroſius

Antoniolus

IOANNES.

Petrus

Ioannes — Theodorus

Paulus Camillus

Ioannes Teſtator. anno 1549. obiit.

Antonius

Secundus Io. Iacobus magnus mortuus anno 1518.

Nicolaus Comes Muſochi

Iulia mortua 1575. Coniuges — Marchio Franciſcus viuit & agit annum 60.

Io. Iacobus primus hæres inſtitutus à Ioanne teſtatore.

Auguſtinus baſtardus.

Primus Io. Firmus mortuus anno 1491.

Comes Georgius primus mortuus anno 1513.

Comes Io. Firmus natus anno 1501. mortuus ann. 1556. die 3. Decembris.

Comes Georgius natus anno 1534. pro quo conſilium requiritur.

Com. Claudius — Comes Io. Firmus natus 1572. die 6. Aprilis.
Com. Horatius.

Comes Hieronymus ſecundus mortuus anno 1524.

Quatuor fr̃es mortui.
Comes Io. Iacobus.
Com. Georgius.
Com. Franciſcus.
Com. Hieronymus